# BIBLIORVM SACRORVM

## CVM GLOSSA ORDINARIA IAM ANTE QVIDEM

## Á STRABO FVLGENSI COLLECTA NVNC AVTEM

NOVIS, CVM GRAECORVM, TVM LATINORVM PATRVM EXPOSITIONIBVS LOCVPLETATA:

Annotatis etiam ijs, quæ confuſè antea citabantur, locis:

Et Poſtilla Nicolai Lyrani: Additionibus Pauli Burgenſis ad ipſum Lyranum: ac ad eaſdem Matthiæ Toringi Replicis:

*Per Fratrem Franciſcum Feuardentium Ordinis Minorum, Ioannem Dadræum, & Iacobum Cuilly, Doctores. Theologos Pariſienſes:*

## TOMVS QVARTVS

Hac ſanè quidem Veneta editione à quàm plurimarum dictionum mendis expurgatus, multis quoque verbis, & verſibus aliàs prætermiſſis ſuppletus.



VENETIIS. M D C I I I

# LIBRORVM QVI QVARTO TOMO CONTINENTVR,
## AVTHORVMQVE QVI IN SINGVLOS CITANTVR SERIES.

### ISAIAE.
In quem ſcripſerunt.

A

Ambroſius.
Auguſtinus.
Athanaſius.
Aquila.

B

Baſilius.
Bernardus.

C

Chryſoſtomus.
Clemens Alexandrinus.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.

D

Damaſcenus.

E

Epiphanius.
Euſebius.

G

Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.

H

Hieronymus.
Hilarius.
Haymo.

I

Irenæus.
Iſichius.
Iuſtinus Martyr.

L

Lactantius Firmianus.
Leo papa.

O

Origenes.

P

Proſper.
Procopius.

R

Rabanus.
Rupertus.

S

Septuaginta interpretes.
Seuerus Antiochenus.
Symmachus.

T

Tertullianus.
Theodoretus.
Theodotion.
Theophylactus.

### IN IEREMIAM.

A

Ambroſius.
Aquila.
Athanaſius.
Auguſtinus.

C

Chryſoſtomus.
Clemens Alexandrinus.

E

Euſebius.

G

Gilbertus.
Gregorius.

H

Hieronymus.

O

Origenes.

P

Paſchaſius.

R

Rabanus.
Rupertus.

S

Septuaginta interpretes.
Symmachus.

T

Tertullianus.
Theodoretus.
Theodotion.
Theophylactus.

### IN BARVCH.

T

Theodoretus.

### IN EZECHIELEM.

A

Ambroſius.
Anicetus.
Auguſtinus.

B

Beda Venerabilis.

C

Clemens Romanus.
Cyrillus Alexandrinus.
Chryſoſtomus.
Conſilium quartũ Carthagineñſe.
Conſilium quartum Toletanum:
Cyprianus.

D

Dionyſius Areopagita.

E

Euſebius Emiſſenus.

G

Gregorius magnus.

H

Hieronymus.

I

Iſidorus.

O

Origenes.

R

Rabanus.
Rupertus.
Ruffinus.

T

Tertullianus.
Theodoretus.

### IN DANIELEM.

A

Ambroſius.
Aphricanus.
Aquila.
Auguſtinus.

B

Baſilius.
Beda Venerabilis.
Bernardus.

C

Chryſoſtomus.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Cyprianus.

E

Ephrem Syrus.
Euſebius Emiſſenus.
Cathena Græca.

G

Gregorius.

H

Hieronymus.
Hipolitus.

I

Ioſephus.
Irenæus.

L

Lactantius Firmianus.

O

Origenes.

P

Proſper.

R

Rabbi Saabdias.

S

Septuaginta interpretes.
Symmachus.

T

Tertullianus.
Theodoretus.
Theodotio.

### IN DVODECIM
Prophetas Minores.

A

Ambroſius.
Anaſtaſius.
Athanaſius.
Auguſtinus.

B

Beda.
Bernardus.

C

Catena Græca.
Chaldæus Paraphraſtes.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Cyprianus.
Cyrillus.

D

Damaſcenus.
Dionyſius Areopagita.
Dorotheus martyr.

E

Epiphanius.
Euſebius.

G

Gregorius.

H

Haymo.
Hebræi.
Hieronymus.

I

Iocacius.
Irenæus.
Iſidorus.
Iulianus Pomerius.
Iuſtinus Martyr.

M

Martialis.

N

Nouatianus.

O

Origenes.

P

Paſchaſius.
Petrus Venerabilis.

R

Rabbi Ionathan.
Rabbi ſamuel.
Rabbi Alfeci.
Rabbi Salomon
Rabbi Brachias.
Rabbi piuhas.
Rabbi Iochai.
Rabbi Cabana.
Rabbi Iudas.
Rabbanu Haccados.
Remigius Antiſſiodorenſis.
Ruffinus.
Rupertus.

S

Septuaginta.
Seuerus.
Strabus.

T

Tertullianus.
Theodoretus.
Theophylactus.

### IN LIBROS
Machabæorum.

A

Ambroſius.
Arnobius.
Athanaſius.
Auguſtinus.

B

Baſilius.
Beda.
Bernardus.

C

Canones Apoſtolorum.
Chryſoſtomus.
Clemens Romanus.
Concilium Carthagi. Tertium.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hieroſolymitanus,

D

Damaſcenus.
Dionyſius Areopagita.

E

Ephrem Syrus.
Epiphanius.
Euſebius Cæſarienſis.

G

Gregorius Nazianzenus.

H

Hebræi.
Hegeſipus.
Hieronymus.

I

Iacobus Frater Domini.
Innocentius. Papa.
Ioſephus.

L

Lactantius Firmianus.

M

Marcus Euangeliſta.

O

Optatus Mileuitanus.
Origenes.

P

Petrus Comeſtor.

R

Rabbanus:
Rabbi Iſaac.
Rabbi Simeon.
Rabbi Menachem.
Rabbi Iſaac. Abuhal.
Rabbi Iſaac Haraurath.
Rabbi Racanati.
Rabbi Rabuenachi.
Rabbi Dauid Kimbi.
Rupertus.

S

Seuerus Sulpitius.
Tertullianus.
Theophilactus.

# PROLOGVS SANCTI HIERONYMI IN ISAIAM PROPHETAM.

NEMO cùm prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos, metro eos æſtimet apud Hebræos ligari: & aliquid ſimile habere de Pſalmis vel operibus Salomonis. Sed quod in Demoſthene & Tullio ſolet fieri, vt per cola ſcribãtur & commata, qui vtique proſa & non verſibus † cõſcripſerunt. Nos quoque vtilitati legentium prouidentes, interpretationem nouam, nouo ſcribendi genere diſtinximus. Ac primùm de Iſaia ſciendum, quòd in ſermone ſuo diſertus ſit: quippe vt vir nobilis, & vrbanę † elegantię, nec habens † quidquam in eloquio ruſticitatis admixtum. Vnde accidit, vt præ cæteris florem ſermonis eius translatio non potuerit † conſeruare. Deinde etiam hoc adijciendum, quòd non tam propheta dicendus ſit, quàm Euãgeliſta. Ita enim vniuerſa Chriſti eccleſięque myſteria ad liquidum proſequutus eſt, vt non eum putes de futuro vaticinari, ſed de præteritis hiſtoriam texere. Vnde conijcio noluiſſe tunc temporis ſeptuaginta interpretes fidei ſuæ ſacramenta perſpicuè Ethnicis prodere, ne ſanctum canibus & Margaritas porcis darent, quæ cùm hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abſcõditam. Nec ignoro quanti laboris ſit prophetas intelligere, nec facilè quempiam poſſe iudicare de interpretatione, niſi intellexerit antè quæ legerit. Nos quoq; patere morſibus plurimorum qui ſtimulante inuidia, quod conſequi non valent, deſpiciunt. Sciens ergo & prudens in flammã mitto manum, & nihilominus hoc à faſtidioſis lectoribꝰ precor, vt quomodo Græci poſt ſeptuaginta translatores Aquilã, & Symmachum, & Theodotionem legunt, vel ob ſtudium doctrinæ ſuæ, vel vt ſeptuaginta magis ex collatione eorum intelligant: ſic & iſti ſaltem vnum poſt priores habere dignentur interpretem. Legant prius, & poſteà deſpiciant, ne videantur non ex iudicio, ſed ex odij præſumptione ignorata damnare. Prophetauit autẽ Iſaias in Ieruſalem & in Iudæa necdum decem tribubus in captiuitatem ductis, ac de vtroque regno, nunc commixtim, nunc ſeparatim texit oraculum. Et cũ interdum ad præſentem reſpiciat hiſtoriã, & poſt Babyloniæ captiuitatem reditum populi ſignificet in Iudęam, tamẽ omnis eius cura de vocatione Gentium, & de aduẽtu Chriſti eſt. Quẽ quantò plus amatis, ò Paula & Euſtochium, tantò magis ab eo petite, vt pro obtrectatione præſenti (qua me indeſinenter ęmuli laniant,) ipſe mihi mercedẽ reſtituat in futuro, qui ſcit ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione ſudaſſe, ne Iudęi de falſitate ſcripturarum eccleſijs eius diutius inſultarent.

† ſcripſerũt.
† eloquentię.
† quippiam.
† obſeruare.

# VITA ISAIAE EX EPIPHANIO.

Epiph. in lib. de vitis prophetarum.

ISAIAS in Ieruſalem nobili genere ortus eſt, ibiq; prophetauit: ſub Manaſſe rege ſectus in duas partes occubuit. Sepultuſque eſt ſub quercu Rogel iuxta tranſitum aquarum, quas olim Ezechias rex iacto obſtruxerat puluerẽ. Fontem quippe Deus Siloam cauſa Prophetæ efficit, quoniam priuſquam moreretur, puſillum precatus eſt, vti vndas illic effingere dignaretur. Et confeſtim demiſit illi cœlitus aquam viuentem, vnde ſortitus eſt locus ille appellationem Siloam, quod ſi quis interpretetur, ſonat demiſſum. Sub Ezechia quoque rege antequam ſtagnum piſcinaſque fabricaſſet, precibus Iſaiæ effectum, vt exigua lympha ſcaturiret, quod populus in obſidione hoſtium teneretur, & ne ipſa periret vndis deſtituta ciuitas. In cuius rei perennem memoriam, populus accuratè prophetam iſthic ſolo cum gloria & honore reddidit, vt per eiuſdem interceſſiones in conſummationem vſque ſęculi, aquæ eiuſmodi fructus impetretur, cui ſcilicet vſum referebant acceptum. Extat autem monumentum Iſaiæ, finitimum ſepulturæ principum, poſt ſepulchra ſacerdotum verſus Nothum partemque Meridionalem. Solomon enim Ieroſolymam conſtruens regum excitauit Mauſolea, prout illa Dauid deſcripſerat.

---

## GLOSSA ORDINARIA.

Lib. 1. in Iſaiam.

* RVpertus. Vt materiam huius prophetię quaſi breui tabella depingamus, Chriſti aduẽtum tribus recapitulat periochis, circa quem verſatur omnis ſpiritus prophetici intentio. Prima eſt quem contra interfectores eius zelo doloris inuehitur, dicens: *Væ genti peccatrici.* Secunda ab eo quod ait, *Cantabo dilecto meo.* Tertia ab eo qđ ait, *In anno quo mortuus eſt rex Oſias.* Quarta ab eo quod ait, *Primo tẽpore alleuiata, &c.* Quinta ab eo qđ ait, *Egredietur virga, &c.* Sextam facit recapitulationẽ dicendo, *Cõſurge, conſurge.* Septima ſic incipit, *Surge & illuminare Ieruſalẽ.*

---

## POSTILLA NICOLAI DE LYRA SVPER ISAIAM INCIPIT.

### Et primo eiuſdem Præfatio.

IErusalem Euangeliſtam. *Iſa. 41. g. Secundum quod dicit beatus Hieronymus in epiſtola ad Paulinum de omnibus ſacræ ſcripturæ libris, Iſaias nõ videtur prophetiam, ſed magis Euangelium texere. propter quod dicit Hiero. in prologo ſuper librum Iſaię, quod non tam propheta dicendus eſt, quàm Euangeliſta. Et ideo cõuenienter dicitur verbum propoſitum de ipſo:* Ieruſalem, &c. *In quo tanguntur quatuor cauſæ huius libri Iſaiæ, quem præ manibus habemus. ſ. efficiens, materialis, formalis, & finalis. Efficiens autem cauſa duplex eſt. Vna principalis. ſ. ſpiritus ſanctus, quo inſpirante loquuti ſunt prophetæ, ſecundum quod dicitur 1. Pet. 2.* Non enim volũtate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines. *Et hæc cauſa tangitur cum dicitur: Dabo, quia cognitionem propheticã dedit Iſaiæ, de quo poteſt accipi quod dicitur infrà 42. b.* Dedi te in fœdus populi. *Iſaias enim inter alios prophetas clarius deſcripſit myſterium Chriſti. per quod genus humanum eſt ipſi Deo fœderatum.*

*Alia verò cauſa efficiens inſtrumentalis eſt. ſ. Iſaias, qui ſpiritu ſancto dictante hunc librum conſcripſit, quæ notatur cum dicitur:* Euangeliſtam. *Et cum notatur etiam cauſa materialis & formalis. Ad cuius intellectum ſciendum, quod Euangeliſta dicitur ab eo quod eſt bonum, & angelus quod eſt nuncius. Dicitur autem bonus nuncius triplici ratione. Vna ratio accipitur ex parte mittentis. ſ. quia à bono domino mittitur. Et ſecundùm hoc ſub nomine Euangeliſtæ, tangitur cauſa efficiens inſtrumentalis huius libri. ſ. Iſaias à ſpiritu ſancto deſtinatus ad nunciãdum verbo & ſcripto illa quæ continentur in hoc libro. De quo poteſt accipi quod dicitur infra 61.* Spiritus dñi ſuper me, eò quòd vnxerit, me ad euangelizandum pauperibus miſit me. *Hęc eſt litera ſecundum tranſlationem LXX. Et eadem eſt ſententia in tranſlatione noſtra, quæ ſic habet:* Spiritus domini ſuper me, eò quòd vnxerit me, ad annunciandum manſuetis miſit me. *Secundo modo dicitur aliquis bonus nuncius, ſeu Euãgeliſta ratione boni quod per ipſum nunciatur. Et ſecundum hoc ſub nomine Euangeliſtæ, materia huius libri deſignatur, in quo myſterium ipſius Chriſti quod non ſolum eſt bonum, ſed etiam optimum deſcribitur: quia ſicut dictum eſt, magis videtur Euangelium quam prophetiam texere. vnde poteſt dicere illud Luc. 2. b.* Euãgelizo vobis gaudium magnum, qđ erit omni populo. *Tertio modo dicitur quis Euangeliſta ſeu bonus nuncius ratione modi nuntiandi: & hoc eſt quando non ſolùm nunciat bonum, ſed etiam bono modo. videlicet lucidè & ornatè. Et ſic ſub nomine Euangeliſtæ tangitur forma huius libri.*

*Sciendum tamen, quod duplex eſt forma libri. ſ. forma tractandi, & forma tractatus. Forma tractandi eſt modus agendi ſeu loquendi, qui in hoc libro eſt valde lucidus & ornatus. De claritate autem eius dicit Hiero. in prologo ſuper librum iſtum de Iſaia. Ita enim vniuerſa Chriſti Eccleſiæq; myſteria ad liquidum proſequutus eſt, vt non putes eum de futuro vaticinari, ſed de præteritis hiſtoriam texere. De ornatu verò ipſius dicit in eodem prologo de Iſaia. Sciendum, quod in ſermone ſuo diſertus ſit, quippe vt vir nobilis & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quicquam in eloquio ruſticitatis admixtum. vnde accidit vt præ cęteris florem ſermonis eius tranſlatio non potuerit conſeruare. Sic igitur forma tractandi huius libri (quæ eſt idem quod modus loquendi) deſignatur ſub nomine Euangeliſtæ, eò quod talis modus eſt optimus: vt pote lucidus & ornatus, propter quod dicitur infrà 40. b.* Exalta vocem tuam qui euangelizas Ieruſalem. *Ille enim exaltat vocem ſuam qui ornatè & lucidè annunciat ſuam intentionem. Forma verò tractatus eſt diuiſio libri. De qua dicetur literam proſequendo.*

*Cauſa verò finalis huius libri tangitur ſub nomine Ieruſalem. Ieruſalem enim in ſcriptura aliquando accipitur pro eccleſia militante, Apoc. 21. a.* Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem nouã deſcendentem de cœlo, &c. *Aliquando vero pro eccleſia triũphante. Gal. 4. d.* Illa quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt. *Finis autem huius libri duplex eſt. Vnus propinquus. ſ. inſtructio, ſeu ædificatio eccleſię militantis ſub nomine Ieruſalem deſignatæ: propter quod dicitur infrà 40. a.* Surge illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuũ, *i. prophetia Iſaiæ illuminans totum ſtatũ eccleſiæ. Alius aũt eſt finis vltimus & remotus, videlicet conſequutio ſupernæ beatitudinis in eccleſia triumphante quę per Ieruſalem intelligitur, propter quod dicitur infrà 33. d.* Oculi tui videbũt Ieruſalem ciuitatem opulentam, tabernaculũ quod nequaquam vltrà transferri poterit. *Per prophetiam enim Iſaiæ videmus nunc per ſpeculum & in ænigmate: ſed poſtea in futuro lucidè videbimus & apertè. Quod nobis concedat, &c.*

CAP.

# Incipit liber Iſaiæ Prophetæ.




CAPVT I.

¶Verecunde de ſe quaſi de alio. ¶Spiritualis. ¶Hæc eſt. a ¶Saluator domini. b ¶Fortis vel robuſti.

VISIO Iſaiæ filij Amos, 1 2

a ¶Spiritualiter. b ¶Alij contra. ¶Quaſi pondus tribulationis. 3

c ¶Contuſſionem.

quam uidit, ſuper Iu- 4

a ¶Viſionem pacis ¶Beniamin in cuius tribu Ieruſalem ¶Populum

dam, & Ieruſalem,

CAP. I.

A Viſio Iſaiæ, &c. Tria ſunt genera viſionis. Primum corporale, quo videmus cœlum, & terram, & huiuſmodi. Secūdum ſpirituale, quo videmus ſicut in ſomnijs imagines hoīum & huiuſmodi. Tertium intellectuale, quod eſt ratione per quod creatorem cognoſcimus, & Spirituſancto reuelāte intelligimus quodlibet. Videre quoq; ſæpe pro intelligere ponitur. Vnde ſępe interrogamus, dicentes. Vides.i.intelligis? Prophetæ quoq; hinc videntes dicuntur.i.intelligentes. Hanc viſionem vidit Iſaias Spirituſancto.ſ.intimante, quæ ſuperuentura erant intellexit. Vnde in principio non ponit viſiones ſicut Daniel, neq; dicit quid viderit: ſed ſtatim dicit. Audite cœli, & au.percipe terra.

Quo tempore propheta-uerit Iſaias.

a 1.c. Iſaiæ.

✱ Baſilius. Inter ſenſus noſtros, viſus euidentiſſimam obtinet cognitionem, & in B telligentiam. Quæ.n.formidabilia ſunt, nequaquā poteſt quis auditu noſſe perinde, ac viſu. Adde quod alia a vis nulla ita apprehendit b quid expetere debeas, vt viſio. Hinc factum eſt, vt eorum quæ veritate nituntur c ſpeculatio, viſio appellata ſit ob euidentem certitudinē. Ideo vocatur Propheta videns.

a 1.c.Iſa.

✱ Procop. Quod autem viſionis vocabulum initio poſuit, libri argumentum indicauit. Neque.n.quam audiendo excepit, ſed quam menti impreſſam habet, ſententiam denunciat.

Hieronymus. Non ſolum Iſaias, ſed etiam alij qui habent in titu. viſio quam vidit ille vel ille non inferunt quid viderint (verbi gratia.) Vidi dominum ſedentem. ſed ſtatim narrant, quæ dicta ſunt ſicut hic. Audite cœli, &c. Et hæc dicit Dominus Deus ad Idumæam. Prophetæ n iure videntes dicuntur, quorum oculi ſemper ad Dominum, ſecundum illud. Ad te leuaui oculos meos, qui habi.in cælis. Et alibi. C Leuate oculos veſtros, & videte regiones: quia albæ ſunt, &c. De his oculis dicitur. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Et.populus videbat voces.i. intelligebat. Non ergo ignorabant ſecundum Montanum qui ſic videbant.

3.Reg.22.c. Deut.32.a. Abdiæ.a. Pſal.122.a. Io.4.e. Mat.6.e. Exod.20.c.

Rabanus. Iſaias interpretatur Saluator Dñi, Iudas confeſſio. Ieruſalē, viſio pacis. Ozias, fortitudo Dñi, Ioathā, perfectio Dñi. Achas, tenens vel robuſtus. Ezechias Imperium Dñi. Qui.n. præſide Dño ſaluatur, & eſt filius Amos.i.fortis atq; robuſti, cernit ſpiritualiter viſionem cōfeſſionis, dum antiqua peccata plangit, & pacis, dum poſt pęnitentiam tranſit ad lucē, & in æterna pace quieſcit, & cuncta illius tempora ſub fortitudine Domini tranſeunt D & perfectione & robore. Et cum omnia fecerit, dicit. Seruus inutilis ſum: quod debui facere feci. Luc.17.e.

b Filij Amos. Amos pater Iſaiæ non duodecim Prophetarum tertius eſt. Diuerſis.n. apud Hebræos ſcribuntur literis. Iſte.n. primam, & extremam literam habet Aleph, & Sade. ille autē: Ain: & Samech. Et iſte (vt aiunt) interpretatur fortitudo vel robuſtus. Ille, populus grauis vel durus. Sed iſte.ſ.pater Amos propheta fuit (ſi Hebræis conſentimus) qui patres auos atauóſque prophetarum, quorum nomina in principio prophetiæ eorum ponuntur, Prophetas fuiſſe contendunt.

✱ Baſilius. Patris nomen attexuit, vt oſtenderet donū prophetalis gratiæ patri prærogatum ad ſe ēt, velut per manus perueniſſe. vbi ſupra.

c Super Iudam & Ieruſalem. Iſaias principaliter de duabus tribubus.ſ. Iuda & Beniamin loquitur, exceptis decē quæ Iſrael, & Ephraim E vocantur: quas ſub Ozia Rege Iuda, Phul Rex Aſſyriorum vaſtare iam cœperat. Denique quinquageſimo ſecūdo imperij eius anno regnāte in Samaria Phaceæ filio Romeliæ. Theglatphalaſar Rex Aſſyriorum cœpit cum multis alijs Galileam, & omnem terrā Nephthali, & tranſtulit eos in Aſſyrios. Ex quo oſtenditur vicina euerſione Samariæ, ad correctionem duarum tribuū hæc prædicta eſſe.

lib.2. de demonſt.c.36.

Variæ lectiones.

✱ Euſebius. Magnus hic & admirandus Propheta totius prophetiæ argumentum ob oculos poſuit, cūm dicit, contra Iudæam, & Ieruſalem.

Viſio Iſaiæ, &c. Pro Iuda in quo ſignantur duę trib. Lxx. & Theodotio poſuerunt Iudæam, quæ ſignificat 12. tribuum totam terram. Et quod ex Hebręo vertimus ſuper Iudam, & Ieruſalem, illi poſuerunt contra Iudęam, & Ieruſalem. Symmachus manifeſtius de Iuda, & Ieruſalem, F qui nec proſpera, nec aduerſa in titulo vult demonſtrari: ſed quod de Iuda, & Ieruſalem Propheta prædixerit.

Hiero. Scio quoſdam Iudam, & Ieruſalem de ſupercęleſtib. interpretari, & Iſaiam præferre perſonam Dñi, qui captiuitatem illorum in terra noſtra prænunciet: & reditum ad montem ſanctū in nouiſſimis diebus. Quæ nos ꝯtraria fidei iudicantes, vniuerſa deſpicimus, & ſequentes hyſtoriæ veritatē, quidquid de Ieruſalē cęleſti ſomniant, ad Chriſti referimus Eccleſiam, & ad eos qui vel ꝑ peccatum ab ea egrediuntur, vel per pęnitentiam reuertunť, de qua. Surge illuminare Ieruſalem: quia venit lumen tuum.

## NICOLAVS DE LYRA.

CAP. I.

Diuiſio ✱ Viſio Iſaiæ. Hic accedendum eſt ad formam tractatus, quę eſt diuiſio libri. Qui diuiditur in duas partes: quia primò præmittitur quædam breuis præfatio. Secundò ſubditur narratio, ibi: Audite cęli. Circa libri huius expoſitionē intendo quantum potero proſequi ſenſum literalem, vitando multiplicationem particularum & concordantiarum: quia per talia magis impeditur intellectus hominis quàm iuuetur. In locis vero quorum intellectus a Iudæis deprauatur, intendo diutius immorari, ſicut & feci exponendo libro Pſalmorum. Igitur in præfatione huius libri quatuor manifeſtantur. Primum eſt ordo huius libri inter alios libros Canonicos, cum dicitur:

1 Viſio. Ideſt, prophetia, per quod patet, quod liber iſte in ordine librorum prophetalium computatur. Sciendum tamen, quod viſio propriè dicta eſt cognitio prophetica, quę fit in vigilia prout dictum fuit diffuſius in principio libri Pſalmorum, vt dictum fuit de diuerſis gradibus propheticæ. Secundum eſt ſcriptor miniſterialis huius libri, qui manifeſtatur hic ex duobus, ſcilicet ex nomine, cum dicitur.

2 Iſaię. Qui inter alios Prophetas fuit notabilis & famoſus. Secundo ex generatione, cum dicitur.

3 Filij Amos. Et vt dicit hic Rab. Sa. iſte Amos, & Amaſias Rex Iuda fuerunt fratres, & ſic Iſaias fuit de genere Regio. Vnde & dicit Hie. in prologo quod fuit vir nobilis & vrbanæ eloquentię, vt ſupra allegatum eſt. Et per hoc patet quod iſte Amos eſt alius ab illo qui inter 12. Prophetas ponitur tertius. quia ille fuit paſtor, & ruſticanus, vt habetur in principio ſuæ prophetiæ. Hoc etiam patet per literas Hebraicas quib. ſcribuntur, quia אמוץ Amos pater Iſaiæ habet primam literam Aleph, & vltimam Sade, & ideo robuſtus interpretatur. Alius autem עמוס Amos habet primam literam Ain, & vltimam Samech, propter quod auulſus interpretatur. Tertium quod in hac præfatione manifeſtatur eſt populus cui Iſaias prophetauit, cùm dicitur.

4 Super Iudam, & Ieruſalem. Ita qđ per Ieruſalē, quæ erat ciuitas

MORALITER.

† 1 Viſio Iſaiæ filij Amos, &c. In hoc c peccata populi Iudaici arguit, per quē populꝰ Chriſtianus gñaliter ſignificať. Specialiter tñ clericalis ſtatus, put ſe extēdit ad prælatos,

a *In diebus Oziæ.* Ozias ipſe eſt qui & Azarias. Vno tñ eo
A demq; tp̃e Iſaiam, Hoſee, Iohel, & Amos, prophetaſſe ex
regib. qui in titulo ponuntur promptum eſt cognoſcere.
Sed principium verbi dñi fuit in Hoſee. Quod in titulo
ſub Ozia, Ioathan, Achaz, & Ezechia prophetaſſe dr̃, nõ
ſicut in alijs prophetis quid
ſpecialiter ſub vno quoq;
dictum ſit neſcimus: quia
vſq; ad finẽ voluminis ple
nè diſtinguitur. Sciendum b
quoq; Ezechiam, in Ieruſa
Romulus quo tempore lem 12. anno Romuli (qui
nominis ſui in Italia condidit ciuitatem) regnare cœpiſſe,
vt noſtræ hiſtoriæ appareant antiquiores quã Gentiles.
Vbi ſuprà ✲ Baſilius. Temporum obſeruatio non mediocre affert
lectori commodum. Per eam. n. dignoſcitur ante quantũ
temporis poſt quantum temporis prædicta euenerint.
Et quia cum abundaſſet morb. ſuperabundauit Dei pro-
uidentia. Nonnulli tñ non aſcripſerunt ſuis prophetijs tẽ-
pora. Alij aũt barbarorum regna obſignarunt, tanquam
cõpertiora, quod eo tempore rerum potirent̃, vt Aggeus,
Zacharias, Abdias, Naum, Abacub, Ionas, & Malachias.
b *Audite cœli, &c.* Suprà quis propheta, cuius filius, quid ꝯ
tra Iudam & Ieruſalem, & quo tempore viderit: in titulo
B demonſtratum eſt. Nunc cœlum & terram ad audiendũ
prouocat. Inuocauit. n. dñs per Moyſen cœlum & terrã:
cum populo Iſrael daret legem ſuam. *Attende cœlum & lo-
quar, audiat terra verba oris mei.* Poſt præuaricationem popu
Deut. 32. a. li eoſdem vocat in teſtimoniũ, vt omnia elementa cogno
ſcant iuſtè Deum in vltionem mãdatorum ſuorum ad
iracundiam concitatum. Voluit aũt pluraliter cœlos dici,
& ſingulariter intelligi, ſicut ſingulas ciuitates Thebas
vel Athenas dicimus vel vocamus. Audite cœli &c. Sa
maim Hebreum, cœlos pluraliter ſignificat, ſicut omnia
quæ in ſyllaba, im, finiuntur maſculina ſunt & pluralia,
vt Cherubim, & Seraphim quæ in, Oth: fœmin[i]na plura
Luc. 8. a. lia, vt Sabaoth. Audite cœli, &c. Quæ excelſa ſunt maiorẽ
Pſal. 103. habent intelligentiam, quæ humiliora terrenã, vñ *Qui ha
bet aures audiendi audiat.* Qui ergo cœleſtis eſt audiat allego
riã, qui terrenus eſt hyſtoriam. Quidam cœlum & terrã
C quaſi animantia ad audiendum prouocari putant. iuxta

a ¶Fortitudinis domini. b ¶Perfectionis domini. c ¶Tenentis vel robuſ: d ¶Imperij domini.

a in dieb. Oziæ, Ioathan Achaz & Ezechiæ regũ 1

¶Myſticè. ¶Attentos facit. b ¶Cœleſtes c ¶Hiſtoricè. d ¶Terreni. ¶Meto nomicos: continens pro contento, cœli i cœleſtes. terra habitatores terræ,

b Iuda. Audite cœli, & aurib. percipe terra, qm̃ 2 3

4 cœlum & terram.

illud *Qui reſpicit terram & facit eam tremere.* Cum hoc pote D
ſtatis Dei ſit, nec terrenæ intelligentiæ.
✲ Chryſoſtomus. Cum præmiſeris ô Iſaia. *Viſio quam* Ho. 3. de pœ
*vidit, &c.* & expectaremus viſionem dimittens rationa-
les homines, cum irrationalibus diſputas? Ita, inquit, qm̃
irrationalibus irrationabi
liores facti ſunt, deinde Mo
ſes volens illos inducere in
terram promiſſionis, prædi
xit eos expellendos ex illa,
ſi non ſeruaſſent legem la-
tam a Deo, & teſtatus eſt
cœlum & terram.
✲ Procop Perterret auditores, tanquam ea quæ ſenſu ca
rent, Dei voces audiant, quas qui ratione præditi ſunt re
pulerunt forſan non auditores fide dignos, ſed eorũ quo
rum erat populũ accuſaturus, poſtulans quæ in cœlo & in E
terra ſunt, virtutes ſtatim appellat, gentes obſcurè ſignifi
cando, quæ in illorum locũ vocatæ: eorum peruicaciam
condemnabũt. Vel certè, cũ eorum qui tunc audierant
nullus ſuperſtes eſſet futurus, diuinas virtutes ſempiter-
naſq; mũdi partes in teſtimoniũ vocat. Vel certè qm̃ pau
cis exceptis oẽs reb. terrenis addicti erant, ſic vtroſq; ap-
pellauit. Preterea qm̃ creaturæ ſeruierũt potius quã crea-
tori, malitiam cœli & manufacta idola adorantes, eorũ
circa hæc impietatem mira prudentia per inuocationem Michææ. 6.
ſubiunxit. Ideo prophetã quẽdam ſic alloquit̃, *Surge &
contende iuditio aduerſus montes,* montes appellans impieta-
tem quæ in montib. patrat̃. Ad hæc memoriæ aculeum ip
ſi præbuit. Cœlum enim & terra perpetuò, ſi ſpectentur,
beneficiorum acceptorum obliuionem excutiunt.
✲ Clemens. Alexander *Audi cœlum & auſculta terra.* Au- Lib. 4. ſtro
ditum appellat intelligẽtiam & cœlum animam eius qui
eſt præditus cognitione, qui cœli & rerum diuinarum
ſuſcepit contemplationem.
✲ Rupertus Audite cœli. Quaſi dicat, Magni oratoris & Lib. 1. com
cõcionatoris cõqueſtio iſta eſt, cuius oratio verbũ Deus ment in Iſa
eſt, cuius cõcio tota in cœlis angelorũ, & in terra hominũ cap. 3.
eccleſia eſt. Idcirco audite cœli, & aurib. percipe terra, vt
cũ audieritis, qd dñs locutus, quid dñs ꝯqueſtus ſit, ſitis ad
vindictã ô vos cœli, deſup ferrei, ſis tu o terra ſubter ęnea. F
*Dominus*

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ *uitas metropolis intelligitur rex & ſacerdos ſummus, alijque ſacer dotes notabiles & cęteri ibidem habitantes. Per Iudam verò reli- quus populus de regno Iudæ: quod dicitur regnum duarum tribuum. Quartum autem eſt huius prophetiæ tempus, cum dicitur:*

1 In diebus Oziæ, &c. *Tempore enim huius regis cœpit pro- phetizare: licet autem tempore Manaſſe filij Ezechiæ propheta- uerit, tamen de tempore eius non facit mentionem: Tum quia ille peſſimus fuit incultu idolorum, & in occiſione & perſecutione in- nocentum, vt habetur 4. Regum 21. Tum quia ab eo occiſus fuit, eo peccata ipſius & populi arguebat, & ad colorandum ſuam malitiã fecit eum adduci coram ſe vt habetur in quodam libro Hebraico, qui vocatur Iethamoth & dixit ei. Dominus dixit Moyſi.* Non vi- debit me homo & viuet. *Exo. 33. d. & tu dixiſti.* Vidi dñm ſedentem ſuper ſoliũ excelſum, *vt habetur infrà 6. Moyſes di xit Deu. 4.* Non eſt alia natio tam grandis q̃ habeat Deos appropinquãtes ſibi: ſicut dñs Deus noſter adeſt omnib. obſecrationib. noſtris & tu dixiſti. Inuocate eum dũ pro pe eſt. *infra. 55. b. per hoc inſinuans ꝙ parum ſit nobis propinquus & ſic condemnauit eum ad mortem: & tunc propheta inuocauit dominum, qui aperuit cedrum in loco illo exiſtentem, & intra ſe oc cultauit prophetam: ſed Manaſſes hoc miraculo non fuit retractus a malitia ſua, ſed vna cum arbore fecit eum ſecari ſerra.*

Cauſa mortis Iſaiæ.

2 Audite cœli. *Hic conſequenter ponitur narratio. Circa quod ſciẽ dum, ꝙ intentio huius prophetiæ eſt narrare Chriſti myſterium, vt dictũ eſt ſuprà. Quod quidem myſteriũ fuit ad deiectionem ſuperbo- rũ & exaltationem humiliũ, ſicut dicitur in cãtico B. Virginis Luc. 1. e.* Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. *Pro- pter quod S. Symeon Luc. 2. e. dixit.* Ecce poſitus eſt hic in rui- nam, & in reſurrectionem multorũ in Iſrael. *Et ideo Iſa- ias denunciando & ſcribendo Chriſti myſteriũ ſimul denunciat & ſcribit deiectionem peccatorũ ſuperbientiũ & ſe extollentium, & erectionem humiliũ & iuſtorum. Et ſecundum hoc proceſſus libri hu ius in duas partes diuiditur: quia primò cum Chriſti myſterio deſcri bitur peccatorum deiectio, ſecũdò iuſtorum erectio, ſecunda incipit* 40. c. Conſolamini, &c. *Prima in duas: quia primò cum pertinẽ tib. ad Chriſti myſterium deſcribitur punitio peccatorum quantum ad diuerſos populos ſpecialiter, ſecundò, quantum ad omnes genera liter 23. cap. Prima in duas: quia primò ponitur punitio quantũ ad Iudæos, ſecundò quantũ ad populos extraneos. cap. 10. ibi.* Væ Aſ- ſur virga, &c. *Prima adhuc in duas, quia primò cum myſterio Chriſti deſcribitur punitio regni Iudæ ſiue duarũ tribuũ. Secũdo, eius liberatio a perſequutione duorũ regũ, vt poſt vinũ mortificatiuũ ap ponatur oleũ lenitiuũ. Secunda pars incipit 7. cap.* Et factum eſt. *Prima in duas, qa primò ponitur prophetiæ denũciatio, ſecũdo euſ- dem confirmatio. 6. c. Prima adhuc in duas, quia primò deſcribitur regni Iudæ punitio. ſecũdò, per aduentũ Chriſti eccleſiæ, promotio c. ſeq. Sciendum tamen ꝙ hæc diuiſio non eſt ita præciſa, quin membra diuiſionis coincidant frequenter, ita ꝙ in vna parte dicitur: ponitur etiam in alia. licet alijs verbis & alio modo: & idem eſt dicendũ de alijs ſubdiuiſionib. quæ fient pro magna parte. Præſens aũt capi tulũ in duas partes diuiditur, qa primò oſtenditur populus puniendus pro peccatis in Deum, ſecundò pro peccatis in proximum, ibi.* Quo modo facta eſt meretrix ciuitas, &c. *Prima in tres, quia pri- mò oſtenditur populi culpa. ſecũdò, ſubditur pœna ibi.* Terra ve- ſtra deſerta. *tertiò conſulitur medela, ibi.* Audite verbum do- mini principes Sodomorum. *Circa primũ declaratur primò peccati grauitas, ſecundò incorrigibilitas, ibi. Super quo percutiam vos vltra. Circa primũ dicit propheta.* Audite cœli. *i. Angeli qui ſunt ciues cœleſti.*

Intentio Iſaiæ.

Diuiſio

3 Et auribus percipe terra. *i. homines habitantes in ea: vtrã- que enim naturam. ſ. Angelicam & humanam voluit habere in teſtem.*

4 Quoniam dominus loquutus eſt. *Cuius verbum attentè eſt audiendum. Quid autem dixit ſubdita.*

✲ Filios

*MORALITER.*

† clericos & religioſos, quorum mala hic ſecũdũ ſenſum myſticum arguuntur: & primò contra eorum peccata cœlum & terra pro teſtimonio inuocantur, cum dici- tur. *Audite cœli, &c.* Et ſubditur in Dei perſona.

† *Filios*

a *Dominus loquutus eſt.* Nō vobis,ſed mihi,vt quod in ſpiritu audiui referā vobis qui ipſum audire nō meremini.

✲ Baſilius. *Quia dominus locutus eſt.* Neglectum tranſmittere nec velle audire ſermones dñi, res eſt prorſus plena formidinis & expaueſcenda.

b *Filios enutriui.* q. d. Ego eos adoptaui in filios, & appellaui primogenitos. & ipſi nec ſicut bruta animalia beneficijs ſunt victi, vt intelligerent nutricium ſuū. Nec comparat eos cani ſagaciſſimo animali, qui pro paruo cibo tecta dominorum defendit, ſed ſtolido ſenſui bouis,& aſini,quorū alter terram vertit, alter homines ſubuehit. Vnde & iumenta appellātur, quia homines iuuant. *Filios enutriui.* Ab hoc loco narrant quid dominus loquutus eſt ad filios Iſrael quos ſeruos communi lege condidit, ſed in filios conuertit, dicens. *Filius meus primogenitus Iſrael.* Apoſtolis quoq; dicitur. Quia ſi fecerint voluntatem dñi, non dicātur ſerui, ſed amici. Primogenitus aūt dr Iſrael,ne ſuperbiat: quia ſunt & ſecundi filij ex Gentib. & tamen ſcdm myſteria ſcripturarū non accipiunt hæreditatē primogeniti,ſed ſecundi. Non Cain munera, ſed Abel dño placuerunt. Nec Iſmael,ſed Iſaac cepit hæreditatem. Nec Eſau primogenitus: ſed Iacob benedictionem arripuit. Ruben quoq; poſtpoſito, benedictio ſeminis transfertur ad Iudam. Iudæi ergo iuxta vocationis ordinem fuerunt primi, & caput vocati. Nos ſecundi, & cauda dicti: verſi ſumus in caput. & filij Dei appellamur,Vnde. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.*

✲ Baſilius. Generationis duę ſunt nobis ſpecies. Vna,qua operib. conformamur Deo. Altera introitus ad hanc vitam,vt eſt illud. *Hic liber eſt generationis cœli & terræ.* Vtramque obijcit & exprobrat,qđ ex nihilo cōditi,ad imaginē inſuper Dei facti ſint. Hoc n. eſt genitos eſſe & exaltatos.

✲ Theophylactus. Cur Iudæi non vocabant patrē Deū, cum ſcriptura dicat. Ipſe eſt pater tuus, &, Deum qui te genuit,dereliquiſti. Etſi hæc dicta ſint de illis,nemo tamē inuentus eſt, qui in orationibus Deum vocaret patrem, vt nos vocamus poſt baptiſma.

✲ Rupertus. Quid dominus conqueſtus eſt? Filios enutriui,&c. Enutriui,inquā,in Abraham,Iſaac,& Iacob, benedicēdo & multiplicādo. Exaltaui in Moyſe, Ioſue,& Dauid,educēdo illos mirabiliter de terra Aegypti, diuidēdo illis terrā decorādo illos regalibus victorijs regia ciuitate Dauid & tēplo. Parū eſt aūt ꝙ ſpreuerunt me,ꝙ dixerunt præter Cæſarem, non habere ſe regem quod prælecto Barraba,crucifixerunt me. Hoc attoniti audite cœli, & ſtupefacta terra,reuerendo indignamini.

c *Cognouit bos,&c.* vnde. *Non arabis in vitulo ſimul & aſino:* ſicut Ebion qui confudit Euangelium & vetus teſtamentum: *Beatus qui ſeminat ſuper omnē aquam vbi bos calcat & aſinus.* ideſt,in eloquijs diuinis ſcilicet ſanctarum ſcripturarum veteris, ſcilicet & noui teſtamenti,& calcat aquam occidentis literæ, vt fructū metat ſpiritus viuificantis. Bos,ad Iſrael refertur, qui legis portauit iugū quaſi animal mundum. Aſinus,ſignificat Gentilem populum peccatorum onere grauatum, cui dicitur: *Venite ad me, qui laboratis & onerati eſtis.*

✲ Origenes. Venerunt paſtores,& inuenerunt Mariā & Ioſeph, & puerū Ieſum, iacentem in præſepio: illud erat,de quo propheta vaticinatus eſt, *Cognouit bos &c.*

✲ Rupertus. Dicat aliquis filiorum eiuſmodi, Quid mirum ſi ſpreuimus? Non cognouimus. Ven ſti nimium occultus. Ad hæc, *Cognouit bos,&c.*

d *Aſinus.* Gentilis vel conuerſus laſciuus, antè immundus,peccatis oneratus, qui incarnationem Chriſti credidit, qui natus ſtatim reclinatus eſt in præſepio, vt carnis ſuæ fræno reficeret vniuerſos.

e *Iſrael.* Scribæ & Phariſæi clauem ſcientiæ & legis habentes. Vnde Iſrael, Deum videntes, appellati ſunt.

f *Non cognouit me.* Cuius.ſ. diem vidit Abrahā & lætatus eſt: cuius aduētū chorus proph expectādo vaticinatus eſt.

g *Væ Genti,&c.* In hoc titulo perſonam, cauſam, tempuſq; commemorat. Secundò, attentos fecit. Tertiò, narrat quid locutus dñs. Quartò, quaſi exceſſibus Gentē increpat peccatricem. *Væ Genti,&c.* Aeternum minatur interitum: quia reſpuunt filium qui ſalutem attulit.

✲ Baſilius. Acerrima eſt hæc obiurgatio, quod tota gēs nuncupetur peccatrix, quaſi ne vnus quidem in tota gente bonus ſit. Populus inſuper plenus peccatis, quaſi nullum non genus iniquitatis ab illo exerceatur.

h *Iniquitate.* vnde *Iniquitas ſedet ſuper talentum plumbi.* vnde alibi. *Quaſi onus graue grauatæ ſunt ſuper me.*

i *Nequam,* Alij, peſſimorum, vt non ſeminis ſit vicium, ſed maliciæ eorum qui voluntate propria Deum dereliquerunt. Non n. boni & mali diuerſa putanda eſt natura.

k *Blaſphemauerunt.* Dicentes. *Dæmonium habes.* Et. *Samaritanus es tu.* Et. *Non habemus regem niſi Cæſarem.* Et. *Nonne hic eſt filius fabri?*

a ¶Non vobis qui indigni eſtis:ſed mihi. ¶Scilicet hoc b ¶Iudæi:quos filios dignanter vocat. c ¶Non genui ſecundum quod ſum q n natus eſt ex Deo, non peccat. d ¶Beneficijs quaſi paruulos d ¶Mira ulis.

1 dominus loquutus eſt. Filios enutriui & exalta
2 a ¶Præcepta mea abijciendo, & prophetas contemnendo. ¶Qui tanta eis feci. ¶Credendo. b ¶Qui de Iudæis crediderunt.
ui, ipſi autem † ſpreuerunt me. Cognouit bos
3 a ¶Chriſtum
4 poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini
5 a ¶Quem exaltaui.
6 ſui, Iſrael autem me non cognouit, & populus
7 a ¶Scilicet. b ¶Cum dolore pronunciandum c ¶Ergo Aeterna damnatio minatur æternum interitum, quia nolunt credere aduenisse filii Dei non erratur redemptur. d ¶Non ſunt
8 meus non intellexit. Væ Genti peccatrici, po
9 a ¶Vos ex patre diabolo eſtis. Et Gentiminis ipe.
10 ¶Im nobili. ¶Quæ vobis oſtendit fugere a ventura ira?
11 pulo graui iniquitate, ſemini nequā filijs ſce-
† a ¶Iudæis, qui prius filii Dei beneficio, & filii iniquitatis ſuo vicio. ¶Quia. ¶Adorantes idola, filium Dei non recipientes.
12 leratis. Dereliquerūt dñm, † blaſphemauerūt
13

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Filios enutriui.ſ. populum Iſrael paſcendo manna in deſerto & terram lacte & melle fluentem ei conferendo.

2 Et exaltaui. *Regnum Amorrhæorum & Chananæorum eis tribuendo, vt patet in libris Numerorum ex Ioſue.*

3 Ipſi aūt,&c. *Idolis ſeruiendo ad quæ declinauerūt poſt mortem Ioſue vt patet in libris Iud. Reg. & 1. Para. Quorum cæcitatē arguit conſequenter comparando eos ad bruta animalia rudiſſima, dicens.*

4 Cognouit bos poſſeſſorem ſuum. *Quia ſeruiendo ei in aratro recognoſcit pabuli ſibi exhibiti beneficium.*

5 Et aſinus præſepe domini ſui. *Inquantum ſeruit domino in deportandis oneribus pro pabulo, quod recipit in præſepio ſuo.*

6 Iſrael autem me non cognouit. *Mihi ſeruiendo pro tot & tantis beneficijs a me ſibi impenſis.*

7 Et pop. meus *i. populus Iſrael qui a Deo recepit legē ſpecialē.*

8 Non intellexit. *Mea beneficia & præcepta intra ſe legendo, & recolendo, ideo ſubditur.*

9 Væ genti peccatrici. *i. peccato aſſuetæ ſicut dicitur aliquis artifex ex arte iam acquiſita per operis exercitium.*

10 Populo graui iniquitate. *Quia peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit.*

11 Semini nequā filijs ſceleratis. *Quia per talia homines efficiuntur ſemen diaboli & eius filij, ſicut per contraria bona opera efficiuntur filii Dei. Et illa peccata magis explicat in ſpeciali, dicens.*

12 Dereliquerunt dominum. *Eius cultum debitū negligētes.*

13 Blaſphemauerūt,&c. *Eius bonitati detrahētes. Et dicitur hic ſanctus Iſrael ipſe Deus, qui eſt ſanctus ſanctorū. Et dicebatur ſanctus Iſrael ſpeciali modo: eò ꝙ illum populum elegerat ad ſuum cultum.*

## MORALITER.

† 1 *Filios enutriui* ſ. clericos generaliter ſumptos. Ipſi namque præ cæteris catholicis pane Sacræ Scripturæ & Euchariſtiæ ſacramento ſunt nutriti.

2 *Et exaltaui.* A tempore Conſtantini Imper. qui multū honorauit ſtatum clericalem, & dotauit tēporalib bonis

3 *Ipſi autem ſpreuerunt me.* Mandata mea tranſgrediendo manifeſte.

4 *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus.* Per bouē & aſinū intelligunt ſimplices Chriſtiani. Per Iſrael (qui vidēs Deū interpretatur) clerici, & ſpecialiter theologi Frequenter aūt cōtingit, ꝙ Chriſtiani ſimplices deuotē recognoſcūt beneficia Dei, & clerici, & pbēdati, & eleuati a Deo, ſūt ingrati Propter quod Augu. cum legiſſet vitam Pauli ſimplicis dixit. Surgunt indocti & rapiunt cœlum, nos autem cū literis noſtris mergimur in infernum.

9 *Væ Genti peccatrici.* ſ. inuerecundæ: propter quod inuerecūda meretrix peccatrix vocatur: & ſic eſt de apoſtatis religionis & de alijs exponentib. ſe inuerecundè peccatis.

10 *Populo graui iniquitate.* Cuiuſmodi ſunt mali prælati, & mali religioſi, quia quāto ſtatus altior, tāto caſus grauior.

11 *Semini nequam.* i. peccantib. ex certa malicia, ꝙ magis cōtingit hominib. literatis: & ſic non peccant ex ignorātia.

† *Filijs ſceleratis.* i. ſceleribus aſſuetis, ꝙ frequenter cōtingit mais clericis, eò quod non timent iudicium mortis.

12 *Dereliquerunt dominum.* Per peccatum omiſſionis.

13 *Blaſphemauerunt.* i. Deum ſanctificātem populum Chriſtianum per peccata commiſſionis.

a ¶Sanctorum Chriſtum.ſ.qui Deum videntes ſanctificat.
b ¶Nemo mittens manum ſuam ad aratrum.
a ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Su 1
b ¶Alias. In quo. a ¶Multiplicantes b ¶Præuaricationi. 2
per quo percutiã vos † vltrà, addentes præua- 3
a ¶Metaphora. b ¶Principes doctores. c ¶Conſuetudine peccandi ¶Impietate.
c ricationem? Omne caput languidũ, & omne 4
a ¶Sapientia: quia per affectum in corde & ſapientia. ñ quia intelligunt: & ſua & aliorum peccata plangunt. b ¶A minimis vſque ad ſummos 5
cor mœrens. A planta pedis vſque ad verti- 6
a ¶Populo vel capite vel corpore. b ¶Mentis: quia medicum occiderunt. 7
c ¶Maliciæ. d ¶Inuidiæ. 8
d cem, non eſt in eo † ſanitas. Vulnus, & liuor, †
a ¶Superbia Iudæorum. b ¶Lxx. non eſt malagma imponere neque oleum neque alligaturas. 9
c ¶Faſcijs orationum. 10
& plaga † tumens, non eſt circumligata, 11
12

A a *Abalienati ſunt.* Qui dicebantur pars & filij Dei. Dicitur de eis, *Filij alieni mentiti ſunt mihi.* vnde. *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum,&c.* vnde Apoſtolus. *Ad priora ſe extendens, poſteriorum oblitus.*

Io. 19.c. Mat. 13.g. Pſal. 17.g. Luc. 9g.

✠ Procopius. Iſtæ calamitates non poſſunt niſi ad ca tã tum referri tempora, quæ ſalutarem Chriſti necem ſecuta ſunt, quibus gentẽ tradi contigit. Neque.n. in aliquo Iudæi grauius peccare potuerũt, quam cum dixerunt, Tolle, tolle, crucifige eum,&c.

† vltra addentis.

b *Super quo percutiã vos,&c.* Q.d. Fruſtra percuſſi vos: diſciplinam nõ recepiſtis: quare & zelus meus recedet a te. Tale eſt illud. *Nõ eſt firmamentum in plaga eorum.* Sæpe percutit Deus, vt corrigat. His autem qui incorrigibiles ſunt, dicit. Super quo percutiam? Q.d. Non inuenio medicinam quam adhibeam vobis: omnia membra vulneribus plena ſunt. adhibui ſæpius curationem, B modo nullam partem corporis reperio, quæ nõ ſit iam percuſſa, & plagis plena. Vel, nullas inuenio plagas quibus confringam duriciam veſtram. Eò n. creſcit duricia, quo maiora adhibeo flagella. Quòd autem iam non ſit locus medicinæ aptus oſtendit ſic.

Pſal. 72.a. †integrum. Hierony.

✠ Baſilius. Hæc vox hominis eſt non habentis in promptu quid ſtatuat, ac deſperantis correctionem, quemadmodum in Ezechiele, *Zelus meus recedit a te, non tibi iraſcar amplius.* Porrò afflictionum quædam contingere creduntur fortuitò, nonnullæ propter peccata, quædam ad morum correctionem, aliæ propter exterrendis & è terra delendis his, quorum ſpes correctionis deplorata eſt.

Ezechiel

✠ Rupertus. Ac ſi dicat, non peccaſtis per infirmitatem, non erraſtis per ignorantiam. Si ita eſſet, ſcirẽ vnde vos percutere deberem: nunc autem vnde vos percutiam vltra, addentes præuaricationem, addentes, inquam, peccato, defenſionem peccati?

Vbi ſu.c.4.

c *Omne caput languidum.* Sicut lætitia animi aliqñ dolores corporis mitigat, etſi accedat langor mentis duplicat̃ infirmitas: C

Iniuſticia principũ qd operatur.

firmitas, & ſicut ſi caput dolet, oĩa membra ſunt debilia. D Ita ſi principes & doctores iuſtitiam ſeruaſſent, populus vtcunq; medicinã habuiſſet. Sed quia oẽs infirmati ſunt ablata eſt medicina animarum, vnde. *A planta pedis,&c.*

✠ Procopius. Quidam (omne caput languidum) vnum quemque ſigillatim hominem intelligunt, quomodo & illud. Sumite initium ab omni congregatione Iſrael per capita ipſorum, tanquã nullos, qui minas iſtas effugere poſſit reperiatur.

d *Vulnus, & liuor,&c.* Q.d. Aut vulneribus hiant corpora, aut verberibus liuẽt: aut plagis tumẽt; quod propriè extremæ captiuitati cõuenit, cui nullum remediũ eſt in qua impletur illud. *Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt.* Vulnus baculo, liuor virgis, plaga gladio, plerunque baculo. E Sciendum hæc prædicta eſſe de domini aduentu & vltima captiuitate Romanorum.ſ. quando iam nullam curationem receperunt, quia verũ, & pium medicum ad ſe miſſum occiderunt.

Pſal. 13.a. † recens, niora.

✠ Procopius. Vulnus eſt continuitatis in corpore ſolutio, cum parte quadam modica connexio ſcinditur: quo poſſunt eccleſiæ ſignificari diſſidia. Liuor autem plagæ veſtigium ſubcruentum, cum teli quidem impetu contũditur corpus, ſed coit parte aliqua, vnde ſubdola & fallacia corda innuuntur. Plaga denique tumens ſeu phlegmone, tumor ingens, cum indebiliorem partem decombit humor, & affectam calore præter naturam accendit, vnde elatio animi notatur.

Vbi ſupra.

✠ Rupertus. Malum eſt vulnus, peius liuor, peſſimum plaga tumens. Malum eſt peccato ſaltem ad horam vulnerari, peius malo huius liueſcere peſſimum cum tumore ſuperbiæ, culpam defendere. Talis veſtra inſania eſt. Non eſt circuligata,&c. Volui circumligare, & ad pœnitentiã aſtringere, & noluiſtis euangelij ligamenta ſuſcipere. Effudi de latere meo ſanguinem, medicamentum ſalutis æternæ, & noluiſtis accedere. Dedi oleum, i. Spiritusſancti gratiam credentibus, ita vt loquerentur omnibus linguis idiotæ, & noluiſtis audire. ✠ Nec

F

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Abalienati ſunt retrorſum. *A Deo recedentes, & honorẽ ſibi debitum dijs alienis tribuentes.*

2 Super quo percutiam. *Hic conſequenter tangitur peccatorum incorrigibilitas, cum dicitur.* Super quo percutiam vos vltra, *quaſi dicat, fruſtra, quia non ſequeretur correctio veſtra, ideo ſubditur.*

3 Addentes præuaricationem. *q.d. ex percuſſionibus meis non eſtis emendati. ſed magis & magis peiorati, ſicut Pharao rex Aegypti. Quod oſtenditur conſequenter in diuerſis populi ſtatibus cum dicitur.*

4 Omne caput,&c. *Et per caput intelligitur rex & principes qui ſunt capita populorum, & dicit.*

5 Languidum. *Quia languor eſt infirmitas incurabilis, & per hoc oſtenditur eorum vita mala incorrigibilis.*

6 Et omne cor mœrens. *Per cor intelliguntur doctores & ſacerdotes: quia ſicut ex corde procedit ſenſus & motus ad alias partes corporis, ſic per doctores & ſacerdotes debent alij accipere ſenſum bonæ cognitionis, & motum ſanctæ operationis, accipiendo ab eis doctrinam & exemplum virtutis. Sed contrario dicitur hic.* Omne cor mœrens. *Non mœrore contritionis de peccatis: ſed mœrore qui eſt defectus doctrinæ & virtutis.*

7 A planta pedis, &c. *Per hoc intelligitur reliquus populus procedendo a minoribus vſque ad maiores.*

8 Non eſt in eo ſanitas. *ſ. gratiæ & virtutis. Et per hoc intelligitur ꝙ ibi ſit contrarium .ſ. infirmitas culpæ ad mortem gehennæ deducentis. Et hanc infirmitatem ſpecificat, dicens.*

9 Vulnus,&c. *i. peccatum patens.*

10 Et liuor. *i. inuidia latens.*

11 Et plaga tumens. *i. peccatum ſuperbiæ inflans.*

12 Non eſt circumligata. *Ligatura legis diuinæ a peccato retrahentis.*

✠ Nec

## MORALITER.

† 1 *Abalienati ſunt retrorſum.* Apoſtatæ religionis.

2 *Super quo,&c.* Hic conſequenter deſcribitur incorrigibilitas prædictorum cum dicitur. *Super quo percutiam vos, vltra addentes præuaricati.* Q.d. Hoc eſſet fruſtra quia non ſequitur ex hoc emendatio pœnitentiæ, ſed magis peioratio culpæ. Percuſſa eſt.n. eccleſia in ſchiſmate Græciæ, & in amiſſione terræ ſanctæ. & non eſt ſequuta humiliatio pœnitentiæ, ſed augmentatio pompæ.

4 *Omne caput languidum.* i. prælati languentes ambitione; quia nihil eis ſſicit.

6 *Et omne cor mœrens.* Per quod ſignificantur doctores Theologi a quibus ſicut ex corde, debet ſenſus bonæ cognitionis per eorum doctrinam procedere, ſed docent modo vana & curioſa pro maiori parte.

7 *A planta pedis vſque ad verticem* .i. a minoribus vſq; ad maiores.

8 *Non eſt in eo.* i. in corpore eccleſiæ.

† *Sanitas.* Diſpoſitionis debitę. Per hoc autem ꝙ dicitur omne caput & omne cor, non includuntur boni vt dicetur infra: ſed eſt hyperbolæ ad deſignandum multitudinem malè ſe habentium, vnde ſubditur.

9 *Vulnus.* ſ. diſcordiæ, eo quòd diuidit mentes ſicut vultus corporis carnes.

10 *Et liuor.* Inuidiæ.

11 *Et plaga tumens.* ſuperbiæ. Hęc.n. peccata regnant in clericis prædicto modo ſumptis.

12 *Non eſt circumligata.* Dei timore a peccato retrahente.

† Nec

a *Nec cura medica*. vnde: *Curauimus Babylonem & non eſt curata*. vrbem. ſ. confuſionis, & viciorum. Legimus quoque deſcendentem a Ieruſalem in Iericho a latronibus vulneratum: a Samaritano curatum, & poſt auſteritatem vini infuſam olei molliciem. Et notandum, ꝙ ex quo dicit: In quo percutiam vos, &c. hucuſque nõ eſt curata medicamine neque fota oleo, translationem ſeruauit: & irremediabilem Iudęorum captiuitatem expreſſit.

A — Iere. 51. 2. — Luc. 10. 2.

b *Terra veſtra deſerta, &c.* Hæc ſub Babylonijs partim completa ſunt incenſis ciuitatibus, Ieruſalem ſubuerſa, regionem Iudęorum Samaritanis incolentibus, Leonibus etiam terram vaſtantibus, ſed omnino ſub Romanis. Omnipotens Deus Ieruſalem, & templum, & populum deſeruit, cuius ipſe cuſtos fuit, cũ afferret fructus boni operis. vnde: *Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigi. &c.*

Pſal. 126. a. — B

a ¶Bonorum operum. b ¶Pœnitentiæ, vt lachrymis compunctionis eorum duritia molliretur.

a nec † curata medicamine, neque fota oleo. 1 2

a ¶Ideo. b ¶Erit

b Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſę 3 4

¶Babyloniorum vel Romanorum. a ¶Samaritani vel Romani.

ſunt igni. Regioné veſtram corã vobis alieni 5 6

¶Reueta.

deuorãt, & deſolabit ſicut in vaſtitate hoſtili, 7

a ¶Ab hominibus, vel a Deo b ¶Ieruſalem, vel templum.

c Et derelinquetur filia Siõ vt vmbraculũ in vi- 8 9

a ¶Vinea vindemiata de qua: Vineam de Aegypto tranſtuliſti.
b ¶Quod ablato fructu cuſtodes vacuum reliquerunt.
¶Collectis frugibus.

nea, & ſicut tuguriũ in cucumerario, & ſicut 10

a ¶Chriſtus, de quo: Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. 11
¶Ergo.

d ciuitas † quæ vaſtatur. † Niſi domin⁹ exercituũ 12

ceptam vrbem auditas eſſe ſacerdotibus angelorum voces, quę ab ea diſcedendum monerent.

c *Filia Sion, &c.* Affectu piiſſimi patris. Et; *Omnes enim natura filij Dei ſumus*. ſed noſtro vitio alieni efficimur. Vnde Babylon ſæpe filia nuncupatur.

D — Ioa. 14. d. — Luc. 13. g. — Iere. 12. b.

Hicor. Per Sion (quæ eſt ſpeculatio & pomorum paradiſus, dicitur & vinea) anima accipitur quæ in contemplatione debet cõſiſtere, & fructus acceptabiles afferre cui ſi mens. i. r̃ns præſit, habet Deum cuſtodem mentis. Si autem vitia & peccata tanquam beſtiolæ, virtutum germina depaſta fuerint, illico Deum cuſtodem amittit. *Vinea domini Sabaoth dom⁹ Iſrael eſt*. Poſtquam ergo vaſtauit eam aper de ſilua, & vindemiauerũt tranſeuntes viam derelicta eſt a domino.

Iſa. 5. b. — Pſal. 79. b. — † Rom. 9 b. — † ſuperſtites paucos. — Roma. 9. f. — Act. 2. g.

* Iuſtinus. *Terram veſtram alieni deuorant*. Lege cautum erat, ne quis Iudæorum pedes inferret in vrbes Iudææ poſt crucem domini, poſt vaſtatas vrbes Iudææ, & ſi quis introiſſet, plectebatur capite.

Apolog. — Prouer. — Chriſt. — adverſus Iudæos.

* Tertullianus. Populus Iſrael ſecundum ſua merita, in ſanctam ciuitatem ingredi prohibebatur, ſecundum verba prophetarum. Veſtram regionem in conſpectu veſtro alieni comedent.

* Euſebius. Legibus imperatorum, poſt vaſtitatem inuectam ab Adriano Iudæa Iudæis inacceſſa.

Lib. 6. cap. 16. eiuſdem.

Allegor. — Alleg. Qui de ſanitate priſtina corruerunt, & contrarijs poteſtatib. traditi ſunt. omnia bona eorum in deſertum veniunt, & prioris iuſtitiæ Deus nõ recordabitur, & igne diaboli oĩa ſuccendentur & fiunt pabulum beſtiarum. de quib. dicitur: *Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi*.

Pſal. 73. b.

c *Derelinquetur*. Vnde. Surgite eamus hinc. Et alibi: *Relinquitur vobis domus veſtra deſerta*. Et alibi: *Reliqui domum meam, &c.*

* Procopius. Eſt uerò derelictionis abſolutę ſignum, deſertum vineę tentorium. Quamdiu enim fructus habet vinea, a cuſtode habitatur tentorium, iiſque collectis deſertum relinquitur. Sic gens vniuerſa cum fructus edebat, diuinum conſtabat templum, indeque veluti de ſpecula, illius nomine excubias agebat Deus, qui ait, *Ego ero ei murus igneus in circuit*. Itaque angelicis virtutibus tanquam vallo cingebatur. Narrat Ioſephus ante ceptam

Zachar. 2. — Lib. 7. de bello Iud. cap. 12. — C

d *Niſi dominus*. Hoc ex perſona prophetæ, & fidelium ex eadem plebe. *Niſi dominus*. Hic oſtenditur quæ contra Iudam & Ieruſalẽ dicta ſunt, ad captiuitatem Romanorum eſſe referenda, quando in apoſtolis reliquiæ Iudæorum ſaluæ factę ſunt, & in vna die crediderunt tria millia, & in toto orbe Euangelium ſeminatum eſt. Dominus Sabaoth: quod. Lxx. pro locorũ qualitate, vel dominum virtutum, vel dominum omnipotentem transferunt. Chriſtus enim qui dicit. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra*, ſicut Deus Dei, & dominus domini, ſic omnipotens, filius omnipotentis eſt.

E — Matth. 28. d.

* Procop. Fortaſſis verò illud eſt, quod ſe Abrahamo & ſemini eius daturum pollicitus eſt. Tanquam enim de vno dixit Chriſto videlicet, qui ne Sodomis & Gomorrhæ ſimilia paterentur prohibuit. Semen autem et Apoſtolorum chorus intelligendus eſt, non quidem tanquam impiorum. ſed prophetarum potius, qui vniuerſe gentis ſalute deplorata, a Deo conſolationem adepti, ab eo ſemine, quod de ſe in lucem proditurum erat, illuminati ſunt.

* Ruper. Non dicatis, ira hęc grandis nimis, multitudo malorum noſtris meritis maior, nam niſi dominus reliquiſſet nobis ſemen, niſi prædeſtinaſſet, vt reliquiæ ex nobis ſalụę fierent, non gladij Romanorum interficeremur, non captiui in oẽs gẽtes duceremur, ſed ſicut ſuper Sodomam & Gomorrhã pluit ſulphur, ita iuſtiſſimè ſuper nos in vindictã ſui ſanguinis pluiſſet ſulphur & ignis.

Vbi ſupra. — Audite — F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nec curata medica. *i. verbo & exemplo ſacerdotum & doctorum.*

2 Neque fota oleo. *i. operibus miſericordiæ, quæ impetrant remiſſionem culpæ. Dan. 4. e. Peccata tua eleemoſynis, redime.*

3 Terra veſtra. *Hic conſequenter ſubditur debita pœna. Circa quod ſciendum, ꝙ ſicut dicit Rab. Sal. Iſaias dixit iſta duabus tribubus tẽpore Ezechiæ decem tribubus iam antè captiuatis, & de terra ſua translatis in Aſſyrios, vt habetur. 4. Reg. 18. Et ideo propheta primò reducit ad memoriam illam deſtructionem. ſecundò comminatur regno Iudæ ſimilem, ibi: Et derelinquetur. Circa primum dicitur:* Terra veſtra. *ideſt terra decem tribuum quæ dicitur hic pertinere ad regnum Iudæ, quia ſibi debebatur de iure eo quòd fuit de regno Dauid & Salomonis, ſed tempore Roboam rebellauit, vt habetur. 3. Reg. 12.*

Diuiſio.

4 Deſerta. *ideſt derelicta ab habitatorib. ſuis in Aſſyrios tranſlatis, vt dictum eſt.*

5 Ciuitates veſtrę ſuccenſę igni. *Ab Aſſyrijs terrã Iſrael deſtruentibus. Et dicuntur hic ciuitates illius terrę pertinere ad regnũ Iudæ ratione dicta. Et eodem modo intelligitur quod ſubditur.*

6 Regionem veſtram, &c. *ſ. Samaritani qui erant Gentiles, illuc adducti per regem Aſſyriorum, vt habetur 4. Reg. 17.*

7 Et deſolabitur ſicut in vaſti. hoſtili. *ideſt beſtes remanebunt in ea: & ita factum eſt: quia filij Iſrael in Aſſyrios translati nunquam poſtea redierunt ad terram illam: vnde litera Hebraica ſic habet:* Et deſolabitur ſicut in verſione extraneorum, *quia illa terra fuit ſimpliciter verſa ad extraneos. qui non erant de Gente Iſrael.*

8 Et derelinque. *Hic propheta conſimilem pœnam quantum ad aliquid comminatur regno duarum tribuum, dicens:* Et derelinquetur filia Si. *ideſt Ieruſalem, metropolis in regno Iudæ derelinquetur a ſuis habitatoribus transferendis in Babylonem per Nabuchodonoſor regem, & per conſequens aliæ ciuitates eiuſdem regni.*

9 Vt vmbraculum in vinea. *derelinquitur a cuſtode ipſius vindemia collecta: quia non habitat ibi vltra.*

10 Et ſicut tugurium in cucumer. *Cucumeribus collectis derelinquitur a cuſtode. Eſt autem cucumerarium locus vbi creſcunt cucumeres.*

11 Sicut ciuitas quę vaſtatur. *Ciuibus inde captiuatis. Sed quia illa captiuitas reducta fuit in terram Iudæ per Cyrum regem qui dedit populo Iudę licentiam redeundi in terram ſuam. Ideo ſubditur.*

12 Niſi dominus exercituum, *ideſt angelorum.*

Reliquiſſet

## *MORALITER.*

1 *Nec curata medicamine*. i. amore Dei ad bonũ attrahẽte.

2 *Neque fota oleo*. Miſericordię veniam impetrante.

3 *Terra veſtra deſerta*. ideſt animarum cura neglecta.

5 *Ciuitates veſtre ſuc. igni*. ſcilicet luxurię, auaritię, & ſuperbię propter defectum cuſtodię.

6 *Regionem veſtram coram vo. alieni deuorant*. Ideſt demones a Deo alienati ſubditos veſtros ſibi incorporant.

8 *Et derelinquetur filia Sion*. ideſt eccleſia.

9 *Vt vmbra. in vinea*. quę derelinquuntur a cuſtodibus fructibus collectis, ſic rectores eccleſiarum collectis pecunijs parum aut nihil curant de animabus.

12 *Niſi dominus exercituum*. ideſt aliquos bonos in quolibet eccleſię ſtatu quorum mentis alij ſupportantur.

† 1 Quaſi

a *Audite verbum.* Saluatis reliquijs per apoſtolos, ad Scribas & Phariſæos & populum clamantem. Crucifige crucifige. ſermo conuertitur. *Audite verbum.* Hoc ad Iudæos illius tẽporis, ſpecialiter pertinet ad Scribas & Phariſæos & ad populum clamantem: *Crucifige crucifige eum.* Sicut.n. Sodomitæ publicè peccabant cogitantes conſilium peſſimum cõtra virum iuſtum Loth: & ſine verecundia dixerunt: *Educ viros qui ingreſſi ſunt ad te, vt abutamur eis.* Si iſti contra Chriſtum inuerecundè dixerunt: *Venite cogitemus contra iuſtum cogitationes.* Et *reus eſt mortis* & huiuſmodi. Vnde in ſequẽtibus: *Iniquitatem ſuam ſicut Sodoma prædicauit*, non abſcondit. *Audite verbum domini.* Tradunt Hebræi Iſaiam, quia hoc dixerat occiſum, vel quia dixerat. *Vidi dominum, &c.* Cum dixerit dominus ad Moyſen: Non videbit me homo & viuet: & non poteris videre faciem meam. Nec conſiderant quidem faciem vel pedes domini vel ſuos. In Hebræo enim ambiguè dicitur Seraphim texuerunt: & media tamen eius Iſaias ſe vidiſſe ſcripſit. Angeli tamen etiam, minorum in eccleſia, ſemper vidẽt faciem Dei: homo autem redire nõ poteſt. *Videmus enim nunc per ſpeculum in ænigmate, &c.* Quando vero de hominibus in angelos proficimus, gloriam Dei reuelata facie ſpeculamur, licet ſecundũ proprietatem naturæ nulla creatura poſſit videre faciem Dei: & nunc mente cernitur; quando inuiſibilis creditur.

Luc. 23. c. — † ſuperſtites paucos. — Gen. 19. b. — Iere. 18. c. — Iſa. 3. b. — infra. 6. a. — Exod. 33. d. — 2. Cor. 13. d.

✲ Procopius. Separato quod nobis relictum eſt ſemine, aptè reliquis principibus huiuſmodi nomina attribuit, Sodomorum, quoniam vt erat vrbs illa præcipua, ita quoque nequitia præter cæteros abundabat, ipſiuſque principes, ſcelere & maleficio longè populũ ſuperabant. Conuenienter autem & populum addidit, quod quemadmodum illi incorruptè iura dicentem Lothum reiecerunt, his verbis laceſſentes, ingreſſus es vt aduena nũquid vt iudices? Sic & iuſtum illi iudicem recuſarunt, cum dicerent *Tolle, tolle*, crucifige. Præterea in externos illi fuere iniurij: hi verò in eum qui in propria venerat. Illi item in Angelos: iſti in Deum ipſum. Ipſa etiã Hieroſolyma, propter impietatem euaſerunt. Nam ſicut in ipſis ne decem quidem probos reperit Deus, ſic & in Hieroſolymis mira erat integrorũ virorum paucitas. Porro principes tanquam acutiores audiendi verbo præuocat, quod ad mentem refertur magis. populus autem craſſiores, attendendi, aut vt alij reddiderunt, aurib. percipiendi, quod tenuem ſonum auribus capere & haurire ſignificat. Poſſunt præterea non malè iſta in inſolentes eccleſiæ præfectos, & in ex lege populum torqueri.

a Reliquiæ Iſrael ſaluæ fient. b ¶ Apoſtolos & ſequaces eorum, vnde alij. c ¶ Mortui in peccatis ſimiliter. d ¶ Muti a laude Dei. Sodoma enim muta interpretatur, Gomorra aſpera.

reliquiſſet nobis † ſemen quaſi Sodoma fuiſſe 1

a ¶ A[illegible] enormitate peccatorum b ¶ Ne autem pereatis. 2

a mus, & quaſi Gomorra ſimiles eſſemus. Audi 3

a ¶ Mente. b ¶ Q. Qui vos iactatis filios Abrahæ. c ¶ Cui ſimile: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.

te verbum domini principes Sodomorum,

a ¶ Auribus ſaltem exterioribus. b ¶ Vos ex patre diabo. eſtis

percipite auribus legem Dei veſtri populus 4

a ¶ Ad quid? b ¶ Q. ſi legem non ſeruatis, quare offertis?

Gomorræ. Quo mihi multitudinem victima 5

a ¶ Non mearum quem offenditis. b ¶ Qui timendus eſt.

b rum veſtrarum, dicit dominus. Plenus ſum, 6

c holocauſta arietum, & adipem pinguium, &

ſanguinem vitulorum, & agnorum & hirco- 7

B, C, D, E, F

b *Plenus ſum.* q. d. Putatis me indigere his vel delectari. Ego autem plenus ſum. i. nullo indigeo. Mea enim eſt terra & plenitudo eius. Vel: plenus ſum, ideſt tædio affectus, quia non benè offertis.

c *Holocauſta arietum, &c.* vſque Iudicare pupillo, & c. Sacrificia Iudæorum reſpuit, obedientiam Euangelij commendat. *Holocauſta arietum, &c.* Vltimam templi deſtructionem indicat, quæ in perpetuum perſeuerat. Poſt Babylonicam enim captiuitatem a Zorobabel templum ædificatum eſt. Et in eo diu ſacrificatum eſt.

Pſal. 23. — Pſal. 9. g.

✲ Procopius. Merito in principes & ſubditos, qui aduerſus Chriſtum talia auſi ſunt, ſermonem inſtituit. Itaque non amplius addit, remittam peccata veſtra. Remiſit enim his qui in Babyloniam abrepti fuerant, cum anni ſeptuaginta præterijſſent, at his qui Chriſtum crucifixerunt, remiſſurum negat, quanquam vltimis temporibus ſaluandæ ſint reliquiæ. Cauſam affert, cum manus eorum plenas eſſe ſanguine Chriſti cędem innuens, adiungit.

Alle.

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Reliquiſſet nobis ſemen. *i. aliquos de regno Iudę redeuntes ſub Zorobabel duce & Ieſu ſacerdote, qui reędificauerunt templum & poſtea ciuitatem tempore Neemię.*

2 Quaſi Sodoma fuiſſe. *i. deſtructi irreparabiliter, ſicut* Sodoma & Gomorra, *& aliæ tres ciuitates fuerunt ſubuerſę abſque reparatione, Gen. 19.*

3 Audite verbum domini principes Sodomorum. *Hic conſequenter ponitur medela contra prædicta mala. Et primò falſum remedium excluditur, ſecundò verum conſulitur, ibi: Lauamini. Circa primum ſciendum quod habitatores regni Iudæ, qui pro maiore parte erant ita mali, vt prędictum eſt. Tamen credebant malitiam ſuam expiari ſacrificijs & alijs huiuſmodi quæ fiebant in templo quod erat in Ieruſalem. Et hoc eſt falſum, ſicut dicitur Prou. 15. b.* Victimæ impiorum abominabiles domino. *Et hoc eſt quod hic dicit propheta ſatis diffusè. Et primò excludit ſacrificia, ſecundò feſta ſolennia, ibi: Neomeniam. tertiò orationum ſuffragia, ibi: Et cum extenderitis. Circa primum excitat maiores populi ad intelligendum, dicens;* Audite verbum domini principes Sodomorum. *ideſt, ſimiles illis quia publicè & inuerecundè faciebant mala ſupradicta, ſicut Sodomitæ, vt habetur Gene. 19. Et ideò dicitur infra. 3. b.* Peccatum ſuum ſicut Sodoma prędicauerunt, nec abſconderunt. *Conſequenter excitat minores dicens.*

Diuiſio.

4 Percipite auribus, &c. *Et vtitur hoc modo loquendi: quia ſicut populus erat ſubiectus principibus, ita ciuitas Gomorrę erat ſubiecta Sodomæ, quæ erat metropolis in quinque ciuitatibus ſubuerſis. Vlterius proponit intentum, dicens.*

5 Quo mihi multitudinem, &c. *i. in quo placent mihi. q. d. nullo modo, ideo ſubditur.*

6 Plenus ſum. *i. talibus non indigeo, ſed magis abhorreo, ſicut homo plenus cibo abominatur ipſum. Ideo ſubditur.*

7 Holocauſta arietum. *De iſtis enim ſpeciebus animalium fiebant ſacrificia maiora. Et per reprobationem iſtorum intelligitur etiam reprobatio minorum, qua fiebat de turturibus & columbis. Dicebantur autem holocauſta, quæ totaliter incendebantur ad honorem diuinum. De ſacrificijs autem pro peccato vna pars erat in vſum ſacerdotum. Et ſimiliter de ſacrificijs pacificorum vna pars erat in vſum ſacerdotum, & alia in vſum offerentium, ſed in omnibus ſacrificijs eſus adipis & ſanguinis erat totaliter prohibitus, quia adeps cremabatur in altari holocauſtorum & ſanguis effundebatur ad crepidinem illius altaris, vt habetur in Leuitico.*

Sacrificiorum reprobatio.

* *Cum ve-*

## MORALITER.

† 2 *Quaſi Sodoma.* ideſt totaliter deſtructi.

3 *Audite.* Deſcripta cleri malitia, hic ſubditur medela, primò tamen excluditur falſa, quę conſiſtit in diuinis obſequijs peruerſe factis, cum dicitur: *Audite verbum domini principes.* Ezech. 16. f. dicitur: *Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſaturitas panis & ocium, & manum pauperi non porrigebant.* Hæc autem vitia in clero regnant, ſcilicet gaſtrimargia per exceſſiua & delicata conuiuia, quod per ſaturitatem panis intelligitur, eò quod in ſacra ſcriptura nomine panis intelligitur omnis cibus, & acidia per ocium ſignificata, & crudelitas erga pauperes quorum ſunt eccleſiæ bona, pręter conuenientem victum & veſtitum eccleſię miniſtrorum.

5 *Quo mihi multitudinem victima.* ideſt ſacrificia veſtra inquantum ſunt ex vobis mihi non accepta.

7 *Holocauſta arietum, &c.* Per omnia legis ſacrificia figuratum fuit Euchariſtiæ ſacramentum, ſicut vnum perfectum per multa imperfecta: quod licet ſit optimum, tñ non proficit, ſed nocet offerentib. & ſumentib. indignè.

† *Neomeniam*

A Alleg. *Holocauſta arietum*. Poteſt & de illis accipi, qui cũ Dei præcepta deſpiciant, volunt illum multitudine ſacrificiorũ placare, & peccandi licentiam emere. Vel qui rapinam & auaritiam altari offerunt, & pauperib. tribuunt.

a *Nolui*. Præterito vtens, oſtendit ſe nunquam Iudæorum ſacrificia amaſſe, ſed propter ſignificatum ad tẽpus ſuſtinuiſſe: & vero ſacrificio impleto, pro nihilo reputaſſe.

...neritis.

✱ Baſilius. Illud nolo, dici conuenit in eos qui ad inſumendas impenſas profuſiores quidem ſunt, non tamen ipſos iniquè geſtorum pęnitet. Quamobrem ſcriptura non reprobat victimas, ſed eas reijcit quæ Iudaico ritu offeruntur.

...mos. 5. f.

✱ Rupertus. Olim nolui, ſed tamen tuli.

B b *Cum veniretis*. Hæc ſacrificia non quæſiuit Deus quaſi indigeret, ſed ne dæmonibus immolarent, & vt per carnalia & typica ad ſpirituale, & verum ſacrificium facilius peruenirent.

...re. 6. c.

c *Quis quæſiuit*. Audiant hoc Ebionitæ, q poſt Chriſti paſſionem putãt legem eſſe ſeruandam. Audiant hoc eorum ſocij, qui Iſraelitico tantum generi cuſtodiendam decernunt.

Contra Ebionitas.

d *Neomeniam, &c.* Feſtum nouę lunæ, quod celebrabant in principio menſium Neos nouum, mene luna. vnde: *Buccinate domino in Neomenia tuba.*

Pſal. 80. a.

C ✱ Orig.

¶ Vnquam.
a rum nolui. Cum † veniretis ante conſpectum 1
¶ Quia lex ſpiritualis eſt.
b meum, quis quæſiuit de manibus veſtris hęc, 2
¶ Sic. ¶ Ergo.
c vt ambularetis in atrijs meis? † Ne offeratis 3
a ¶ inutile. b ¶ Quia. ¶ Veſtrum. c ¶ Quia non pura intentione. 4
vltra ſacrificiũ fruſtra. Incenſum abominatio 5
eſt mihi. † Neomeniam & ſabbatum & feſti- 6
d a ¶ Encænia, iubileum b ¶ Non ſuſtinebo amplius, quia iniqui ſunt cœtus veſtri. 7
uitates alias non feram. Iniqui ſunt cœtus ve 8
e a ¶ Neomenias. b ¶ Non meas. c ¶ Non meas. 9
f ſtri. Calendas veſtras & ſolennitates veſtras 10
a ¶ Quæ male vtimini. ¶ Supradicta 11
odiuit anima mea. Facta ſunt mihi moleſta. 12
g a ¶ Laborare me fecitis. b ¶ Expectans veſtram conuerſionem. c ¶ Quod faciebant quaſi imitantes Moyſen, qui orabat contra Amalech eleuatis manibus. 13
† Laboraui ſuſtinens: Et cũ extẽderitis manus 14
a ¶ Reſpectum miſericordiæ. b ¶ Iniquis. c ¶ Etiam vel ideo.
h ueſtras, auertã oculos meos a vobis: et cũ multi 15
¶ Quare quia. ¶ Opera.
plicaueritis orationẽ, nõ exaudiam. † Manus 16
i a ¶ Peccato. vnde: Libera me de ſan. Deus Deus ſal. meæ, i. de peccatis. b ¶ Lachrymis pœnitentiæ ¶ Facite lignos fructus pœnitent æ. 17
enim veſtræ plenæ ſanguine ſunt. † Lauamini, 18

D ✱ Orig. Quoniam in loco ſancto, in die feſtiuitatis ociderunt Dominũ meũ Ieſum Chriſtum, dicit Iſaias. Neomenias & ſabbata & dies feſtos veſtros odiuit aĩa mea.

In cap. 28. Numer.

✱ Idem. Iudæorum eſt, dies certos & ratos obſeruare, & ideo dicit Deus, *Neomenias, &c.* Chriſtiani omni die carnes agni comedent, & verbo Dei paſcentur.

Hom. 10. in Geneſim.

e *Iniqui ſunt cœtus veſtri, &c.* Quia ſpiritales hoſtias non offerunt, vnde: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.*

Pſal. 50. d.

f *Odiuit anima mea.* Antropolpatos: Non quòd animam habeat, ſed noſtro loquitur more, quaſi omnino odiui.

† Iere. 6. c.

g *Laboraui, &c.* Symmachus. Defeci miſerans: quaſi dicat. Non potui vltra miſereri, quia poſt ſeruos filium occidis ſicut illud Hoſeę: *Perditio tua Iſrael: tantum in me eſt auxilium tuum*: quod eſt: Pereas Iſrael, qui non tuo merito, ſed meo tantum ſaluatis auxilio.

Hoſeę 13. c.

E

h *Manus enim, &c.* Prophetarum, tandem domini eorum. vnde: *Implete menſuram patrum veſtrorum.* Illi interfecerunt prophetas, vos iugulate filium patrisfamilias. Vtendum eſt hoc teſtimonio contra eos qui cum quotidianis operibus ſanguineas manus habeant, in oratione dies noctesque inuigilant.

Matth. 23. d. † infra. 59. a. † De pœn. diſt. 3. c. Lauamini.

i *Lauamini, &c.* Q. d. Hoc odiui: placet veritas Euangelij.

F Laua

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Cum veniretis ante conſpectum meum, &c. *i. ad talia offerendum ſacerdotibus in introitu atrij ſacerdotum, quod dicebatur eſſe in conſpectu domini, eo quòd erat ante templum, vbi dabantur diuina reſponſa.*

2 Quis quæſiuit hæc de manibus veſtris. *quaſi dicat, ego non quæſiui.*

3 Vt ambularetis in atrijs meis. *Hoc dicitur, quia præter atrium ſacerdotum in quo offerebantur ſacrificia, erant duo alia. Vnum, in quo orabant mundi, & aliud, in quo orabant immundi.*

4 Ne offeratis, &c. *quaſi dicat talis oblatio vobis non ualet, ſed magis nocet: eò quòd polluti peccatis ad loca ſancta acceditis.*

5 Incenſum. *id eſt oblatio thymiamatis in altari incenſi intra templum: quæ oblatio erat ſacrificiorum oblatorum ſub diuo conſummatio, ſecundum quod dicitur: Heb. 9.* In priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes.

...omenia.

6 Neomeniam, &c. *Hic excludit ſolennitates, dicens:* Neomeniam, *id eſt feſtum quod fiebat in nouilunio apud Iudæos propter beneficium diuinæ gubernationis, eò quòd in nouilunio frequenter apparet mutatio temporis. Et dicitur a neos quod eſt nouum, & mene defectus, eò quòd nunc renouatur lumen lunæ, quod defecerat.*

7 Et ſabbatum, &c. *Quod eſt feſtum apud Iudæos in memoriam beneficij creationis, vt habetur Gen. 2.*

8 Et feſtiuitates alias, &c. *ſcilicet Paſchæ, Pentecoſtes, tubarum, expiationis & tabernaculorum, de quibus dictum fuit plenius Leuit. 23.*

9 Non feram, &c. *Loquitur ſcriptura de Deo ad modum hominis aggrauati onere. Et per hæc omnia & ſimilia oſtenditur quòd talia non erant Deo placita, ſed magis diſplicentia.*

10 Iniqui ſunt cœtus veſtri, &c. *In octaua enim die feſti tabernaculorum fiebat feſtum cœtus ſiue collectæ.*

11 Calendas veſtras, &c. *id eſt principia menſium: per quod ſignatur idem quod ſupra ſignatum eſt per Neomeniam.*

12 Et ſolennitates veſtras. *omnes generaliter.*

13 Odiuit anima mea. *Et patet ex dictis ſententia.*

14 Et cum extenderitis. *Hic excludit orationum ſuffragia, dicens:* Et cum extenderitis, &c. *ad me deprecandum.*

15 Auertam oculos meos a vobis. *Sicut homo auertit faciẽ ſuam ab eo quem non vult exaudire. Ideo ſubditur:* Et cum multiplicaueritis orationem non exaudiam. *Et ſubdit omnium prædictorum rationem.*

16 Manus enim veſtrę. *i. opera veſtra, quæ per manus deſignantur, eò quod manus eſt organum organorum 3. de anima.*

17 Plenæ ſanguine ſunt. *Id eſt peccatis enormibus. Erant enim homicidæ & idololatræ, & pauperum oppreſſores. Prædicta enim ſacrificia & huiuſmodi non habebant efficaciam ex opere operato, ſicut ſacrificium nouæ legis, ſed tantum ex fide & deuotione offerentium. Fides autem erat in eis amota per idololatriam, & deuotio per malitiam obſtinatam.*

18 Lauamini. *Hic conſequenter vera medela conſulitur ſcilicet per veram pœnitentiam & boni operationem. Et hoc eſt quod dicitur:* Lauamini. *a peccatorum maculis lacbrymis contritionis.*

✱ 1 Mundi

## *MORALITER.*

† 6 *Neomeniam.* per iſtas ſolennitates veteris legis ſignificata fuerunt noui teſtamenti feſta, quorum tamen obſeruatio per vacationem a terrenis operibus non valet, niſi fiat ceſſatio a peccatis, quæ tamen frequenter magis fiunt tunc quam in diebus alijs.

14 *Et cum oſtenderitis.* in oratione.

15 *Auertam oculos meos.* quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.

18 *Lauamini.* Excluſa falſa medela hic conſequenter ponitur vera, cum dicitur. *Lauamini.* per veram pœnitentiam.

† Mundi

A Lauamini ſanguine Chriſti, aqua baptiſmi. Mūdi eſtote, manentes in innocentia vitæ. Baptiſmus enim ſolummodo poteſt eſſe in remiſſionē peccati, vnde: *Niſi quis renatus, &c.* Et alibi: *Ite docete omnes Gen. bapt. e. in no. pa. &c.*

Ioa. 3. a. Matth. 28. d.

Ordo præcipuus. Non ſufficit, lauamini, niſi adiungatur, mundi eſtote: vt poſt lauacrum aquæ, cordis habeant puritatem. *Beati enim mundo corde, quoniam ipſi Deū vi.* Habita autem cordis puritate, de mentibus ſuis debent malum auferre, non ſolum in conſpectu hominum, ſed etiam in conſpectu Dei, cui nihil poteſt celari.

Matth. 5. a. † operum veſtrorum. † 87. diſt. c. defenſionis. Ioa. 5. c.

✻ Procopius. Quare cum ea admiſſione quæ medelam nō ferant, etiamſi orationes ſuas multiplicarent, eos ſe non exauditurum dixit eoſdem iam tanquam ſanare poſſit, alloquitur. Nimirum quod in lege deficiebat, aduentu ſuo ſuppleuit Chriſtus, non corporis, non veſtium imperata lotione, ſed animorum per baptiſmum purgatione, & ad virtutum ſuperſtructionem adhortatione.

* infra 49. c. † diſceptemus. B

✻ Lactantius. Et dixit Eſdras ad populum. *Hoc Paſcha Saluator noſter eſt & refugium noſtrum, cogitate, & aſcendet in cor veſtrum, quoniam habemus eum humiliare in ligno, & poſt hæc ſperabimus in eum, ne deſeratur hic locus in æternum tempus. Dicit dominus Deus virtutum ſi non credideritis ei, neque exaudieritis annuntiationem eius eritis deriſio in gentibus.* Vnde apparet, Iudæos nullam aliam ſpem habere, niſi ſe abluerint a ſanguine, & ſperauerint in eum ipſum quem negauerunt.

Lib. 4. c. 18.

a *Quieſcite agere peruerſè.* illud Euangelij ſonat: *Ecce ſanus factus es, iam amplius noli peccare.* Recedens ergo a vitijs diſcat bonum, quærat iudicium, oppreſſo ſubueniat: pupillum viduamque defendat. Si autem hæc fecerit, peccata quæ prius in modum coccini ſanguinea fuerant, dimittentur, & opera ſanguinis in veſtes domini mutabuntur, quæ de agni vellere confecta ſunt: quem ſequuntur in Apocalypſi qui ſplendent candore virginitatis.

Apoc. 14. a.

b *Diſcite benefacere.* Non confiſi naturæ, virtus eſt diſcenda & imitanda. vnde: Ieſus filius Sirach: *Deſideraſti ſapientiam, ſerua mandata, & dominus tribuet tibi eam.* Et Iſaias: *Omnis qui non didicerit iuſtitiam ſuper terram, veritatem non faciet.* Diſcenda eſt ergo iuſtitia, & magiſtrorum terenda ſunt limina.

Eccl. 1. d. Iſa. 6. b. ſecūdum lxx. C

c *Quærite iudicium, &c.* Victimis Iudæorum Euangelica ſuccedūt mandata. Pupillis & viduis prouidetur, vt ſecuri de coniugibus & liberis martyres ad bella procedant. D

d *Iudicate pupillo.* ✻ Tertullianus. Duo iſta nomina pupillus & vidua, quo magis habetur deſpectui hominibus, eò magis diuinæ miſericordię ſunt curę.

Lib. 1 ad ...rem.

a ¶ Ne recidatis. ¶ Innocentia vitæ b ¶ Hoc modo lauamini.
c ¶ Opus. d ¶ Iniquatum. ¶ Si cogitatis, ſaltem ne perficiatis.

mundi eſtote, auferte malum † cogitationū 1
2

a ¶ Non mearum. b ¶ Quia abominatio eſt mihi. c ¶ Vos baptizati.

veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere 3
4

a ¶ Declina a malo. ¶ Fac bonum. b ¶ Hoc modo. c ¶ A ſapientibus, quorum eſt iudicare, vnde Salomon ſapientiam poſtulauit ad iudicandum populum

peruerſè, diſcite bene facere. † Quærite iudi- 5

a ¶ Violenter. b ¶ Ideſt iudicio ſubuenite ſi eius cauſa bona eſt: quia dicitur. Ne parcas pauperi in iudicio. c ¶ Ideſt pauperi. 6

cium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo 7
8

a ¶ A violentia. b ¶ In iudicio. c ¶ Cum hæc bona feceritis.
d ¶ Contra me in iudicium. e ¶ Quaſi ingratum. ¶ Si non remunerabo.

defendite viduam: et venite, * & † arguite 9
10

a ¶ Qui non mentitur. b ¶ Quaſi hæc feceritis.

me dicit dominus. Si fuerint peccata ve- 11

a ¶ Vnde: Aſperges me domine hyſſopo. Et alibi: Veſtimenta eius alba ſicut nix.

f ſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur:
g & ſi fuerint rubra ſicut vermiculus, velut

e *Defende viduam, & venite, &c.* ✻ Ambroſius. In nullo Iudæi grauius dominum læſiſſe produntur quā quod viduę gratiam minorumque iura violarunt. Hæc ſola cauſa delicti inuidiam mitigatura memoratur, ſi honoretur vidua, in honoribus ęqui iuſtitia iudicij deferatur. *Iudicate pupillo, iuſtificate viduam. venite diſputemus.* E

lib. de bid...

✻ Gregorius. Quid eſt quod dominus cum agere ſanctè vſq; præceperis, adiuuat, venite & arguite me? niſi quod apertè inſinuat quantam bonis actibus fiduciam præſtet, ac ſi planè dicat, Recta agite, & animaduerſionis meæ motibus, nō iam per deprecationis meritum, ſed per fiduciam autoritatis obuiate.

Lib. 9. mo cap 20.

✻ Auguſt. Quid eſt diſputatio hominis ad Deum, niſi confeſſio peccatorum? confitere quod eſt, & diſputaſti cū illo, diſputa ergo cum Deo, hoc eſt, te illi iudica ſcienti, vt ille ſe tibi iudicet neſcienti.

in Pſal. 10.

* Procopius. Poſtulat pro ſua clementia coram nobis argui, vt quanta ille contulerit, quanta quoque ipſi repoſuerimus beneficia demonſtret. Multis verò in ſcriptura locis, Deum habemus pari veluti conditione in iudiciū cum hominibus deſcendentem. Ait enim propheta ipſe, *dominus veniet in iudicium cum ſacerdotibus, &c.* Sed ſunt iſta ſcripturis vſitatæ perſonarum fictiones, vt defenſionis eius quæ ab operibus eſt, nobis curam inijciant. Neque enim quidquam tum audiemus vel dicemus. Erit autem tunc iudicium *inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, &c.*

Iſa. 3. Rom. 2.

f *Vt coccinum, &c.* Idem eſt coccus & coccinum & vermiculus, grande, ſcilicet peccatum, & homicidium & adulterium, &c. Quod autem per niuem, hoc per lanam ſignificatur, purgatio, ſcilicet, & ablutio peccatorum.

g *Quaſi nix.* Quia frigidi erunt contra incentiua vitiorum. Et velut lana, quia veſtiti contra frigus perfidiæ. F

Lana

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Mundi eſtote. *ideſt a recidiuo cauete.*

2 Auferte malum cogitationum, &c. *quia non ſufficit munditia exterior ſine interiori.*

3 Ab oculis meis. *Homo enim videt ea quæ patent, ſed Deus intuetur cor. 1. Reg. 16. b.*

4 Quieſcite agere peruerſè. *a malo declinando.*

5 Diſcite benefacere. *in bonis operibus vos exercendo. Iſtæ enim ſunt duæ partes iuſtitiæ, ſcilicet declinare a malo, & facere bonum.*

6 Quærite iudicium, &c. *ideſt executionum debitę iuſtitiæ.*

7 Subuenite oppreſſo. *cum reuelando.*

8 Iudicate pupillo. *ideſt pro pupillo in cauſa ſua iuſta.*

9 Defendite viduam. *contra eam calumniantem. Iſtas autem perſonas exprimit, quia frequenter iniuſtè patiuntur calumniam, eò quòd non poſſunt ſe defendere: & ideo indigent iudicum & potentum ſuſtentatione.*

10 Et venite. *ideſt ſi ita feceritis, tunc poteritis conqueri, niſi a Deo releuemini: propter quod ſubditur de reuelatione a peccatis, cum dicitur.*

11 Si fuerint peccata, &c. *Iſti duo colores hic poſiti ſunt valde tenaces & manſiui, & ideo per hoc intelligitur quòd peccata quantumcunque ſint grauia ex ſuo genere, & habitata ex conſuetudine, diuina gratia purgabuntur. Secundò ſubditur de releuatione a corporalibus miſerijs, cum dicitur.*

✻ Si volue-

## MORALITER.

† 1 *Mundi eſtote.* ideſt a recidiuo cauete.

2 *Auferte malum.* Nam exterior munditia ſine interiori non eſt Deo accepta.

4 *Quieſcite.* quia declinare a malo & facere bonum, ſunt duæ partes iuſtitię.

6 *Quærite iudicium.* Iuſtitiam exequendo.

7 *Subuenite oppreſſo.* ſcilicet peccatis ipſum dirigendo vel iniurijs ipſum adiuuando.

8 *Iudicate pupillo.* ipſum in iure ſuo fouendo.

9 *Defendite viduam.* ab iniuriante ipſam.

10 *Et venite & arguite.* ſi vobis non benefaciam.

11 *Si fuerint.* per ruborem coccini & vermiculi, ſignificatur ſanguinis effuſio. Eſt igitur ſenſus: ſi peccata veſtra ſic horrida fuerint, ſicut effuſio ſanguinis innocentis, tamen expiabuntur.

† *Si volue-*

a *Lana alba.&c.* De qua fiat veſtis Chriſti, vnde. *Quotquot*
A *baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Et alibi: *Viuit Dominus, quia*
*his ſicut veſtimento indueris.*

l.3.d fra 49.c

* Procopius. Aiunt quidam ſacroſanctum lauacrum ſatis eſſe, vt quaſi nix dealbemur: quomodo nulla adeo pertinax macula exiſtit, vt Deo mũdãte elui nõ queat, Paulo teſte in hæc verba. *Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit, & gratia.* alij in eo purgandi vim admittunt, ſed tamen operibus ad tantum ſplendorẽ, qualia ſunt pupillo iudicare &c. opus eſſe contendunt. Eſt porrò purpura rubrius coccinum vnde iſtud ad niuem, illam autem ad lanam retulit. Ideò autem rubro colori peccata aſſimilat, quod ad ani-
B mas noſtras lepræ inſtar ſe habeant, eiuſque alia quidem pertinax, veluti in coloribus nunquam deponatur, alia autem in ſumma cute hærens facilè eluatur: quomodo promptè vel difficulter ab animo, pro eorum ratione ſolent peccata remoueri.

b *Si volueritis & audieritis, &c.* Liberum arbitrium reſeruatur, vt non ex præiudicio Dei, ſed ex ſingulorum meritis præmia vel pœnas ſequi probetur.

c *Terræ.* Cum cætera elementa ſint in motu, terra immobilis ſtat. Ideo per eam ſignificatur ſoliditas æternæ beatitudinis.

d *Gladius.* Babyloniorum vel Romanorum, vel Dei: peſtilẽtia.ſ.mortalitas: fames, pœna æterna: quidquid enim affligit gladius ſolet dici.

e *Quomodo facta eſt.* Hæc ad tempora prophetæ: ſed ſpecialiter ad incarnationem Chriſti referuntur quando penitus receſſerunt a Deo Barrabam eligendo, filium Dei occidendo. vnde admirans ait. *Quomodo facta, &c.*

2.27.b

C f *Ciuitas fidelis.* Lxx. addiderunt Siõ propter manifeſtiorẽ ſenſum. Sion mons eſt in quo Ieruſalem condita eſt Sed poſtquam a Dauid capta eſt ciuitas, appellata eſt ciuitas Dauid, in qua ſancti viri fuerunt dum habuit tabernaculum domini. Et poſtea templum quando Nathan & alij prophetauerũt: & ſuper choros, Aſaph & Idithun, Ethã, Eman, & filij Chore conſtituti ſunt: vt paulatim a ſacrificijs victimarum ad laudẽ Dei tranſiret religio. D

Sion ciuitas Dauid.

Moraliter. Anima fidelis & plena iudicij dũ Deo obedit, Deus in ea habitat: qui eſt iuſtificans iuſtitia. Si autem a Deo recedit non loco: ſed merito habitatur a malignis ſpiritibus qui ſunt homicidæ animarum.

* Baſilius. De eccleſia aliquando dicitur, (abſit vt de noſtra.) *Quomodo facta meretrix, &c.* idque ob repudiatũ fidei verbũ, cui ab exordio iuxta patrum traditionem ſpõſalitio iure copulata eſt, E qui eum exhibuerunt vni viro virginem caſtam. Multa admittit & verſi coloria ſemina verbi eccleſia, ab illis inducta, qui puritatem ſacramentorum contaminant, & dogmata impietatis diſeminant, ad extremam animarũ perniciem, homicidæ non modo corporum, ſed animarum.

g *Iuſtitia.* Iuſtitia, in Hebræo ſedek, quod magis iuſtum ſignificat: vt intelligamus dominum commoratum in eade quo: *Iuſtus autẽ quid fecit.* quod in Ezechiele per Oolibã ſignificatur, quod interpretatur tabernaculum, vel tabernaculum meum in ea.

h *Argentum, &c.* Clari ſcilicet & lucidi ad vitia ſunt reuerſi. Argentum tuum, &c. vnde: *Eloquia domini, eloquia caſta, argentum, &c.* Pſal 10.a Ezec.23.a

* Baſilius. Hoc eſt ſermo fidei veſtræ quaſi moneta adulterina, reprobus eſt, nec retinet exactam figuram regiæ imaginis. F

a ¶ Per liberum arbitrium. ¶ Quaſi in veſtra voluntate eſt. b ¶ Obedieritis.
a lana alba erũt. Si volueritis & audieritis, me, 1
b a ¶ Viuentium, vel præſentis vt ſaltem Iudæi præſentibus muti obediant.
c bona terrę comederis. Quòd ſi nolueritis, & 2
¶ Vindictam. ¶ Sic. 3
d me ad iracundiam prouocaueritis, gladius de- 4
a ¶ Quæ veritate ne dubitetis. b ¶ Verbum patris: vel propheta per quem Deus loquitur ſua ſecreta, cuius ſententia permanentibus peccatis non mutatur. 5
uorabit vos. quia os domini loquutum eſt.
a ¶ Admiratiue. b ¶ Non tam opere quam mente recedendo à Deo. ¶ Olim.
e Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis 6
f ¶ Veri. a ¶ Tanquam in domo ſua. 7
g plena iudicij? Iuſtitia habitauit in ea, nũc au 8
a ¶ Quia prophetas & dominum prophetarum occiderunt b ¶ Vere vbi iuſtitia, ibi homicidæ: quia argentum, &c. ¶ Eloquia diuinæ ſcripturæ in ſordes prauæ doctrin Scribarum & Phariſæorum. 9 †
h tem homicidæ. Argentum tuum verſum eſt 10 11

☙ In

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Si volueritis & audieritis me. *Præceptis meis obediendo.*
2 Bona terræ commedetis. *Per hoc etiam intelliguntur alia bona ſpiritualia, quæ in talibus promiſſis ſunt principaliter intellecta: quia prĕmium non debet eſſe minus bonum quàm meritum, ſed maius: bona autem temporalia ſunt minora bona quàm opera virtutum.*
3 Quod ſi nolueritis. *Præcepta mea transgrediendo.*
4 Gladius. *Aduerſariorum veſtrorum.*
5 Deuorabit vos, &c. *Mortem temporalem inferendo, & ad mortẽ gehennæ deducendo, quæ ſub morte temporali intelligitur. Gentes autẽ rudes quales erant in veteri teſtamento, potiſſimè non attendunt, niſi bona & mala ſenſibilia: & ideo in diuinis promiſſionibus, & comminationibus prophetæ mala & bona ſenſibilia exprimeban ſub illis, intelligendo ſpiritualia & æterna.*
6 Quomodo facta eſt. *Hic conſequenter oſtenditur populus iuſtè puniendus pro peccatis in proximum. Et primò deſcribitur culpa, ſecundo pœna, ibi:* Propter hoc ait dominus. *Circa primum primò deſcribitur hominum vulgarium culpa, cum dicitur.* Quõ facta eſt. *ideſt, plena meretricio per peccatum adulterij, ſecundum qđ dicitur Ierem.5.c.* Equi amatores in fęminas & emiſſarij facti ſunt, vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. *Et hoc eſt valde graue peccatum contra proximum, quia fit ſibi iniuria in re ſibi chariſſima: ſcilicet in vxore, quæ eſt vna caro cum ipſo, Gene.2.d. Et in prole quæ ſubſtituitur falſa.*

Peccatum adulterij quã graue.

7 Ciuitas fidelis. *i. prius conſeruans fidelitatem matrimonij.*
8 Plena iuditij. *Tempore Dauid & Salomonis. ideo ſubditur.*
9 Iuſtitia habitauit in ea. *Nunc autem homicidę, vt expoſitũ eſt ſupra. Conſequenter deſcribitur culpa doctorum & ſacerdotum, cum dicitur.*
10 Argentum tuum. *ideſt, lingua doctorum & ſacerdotum, ſecundum illud Prouer.10.c. Argentum electum lingua iuſti.*
11 Verſum eſt, &c. *Ideſt, à veritate in falſitatem per malam legis expoſitionem.*

* Vinum

*MORALITER.*

† 1 *Si volueritis, & audieritis me, bona terrę comedetis.* ſcilicet terræ viuentium per fruitionem beatam.
3 *Quod ſi nolueritis.* Sequitur.
4 *Gladius deuorabit.* ſcilicet ſententiæ meæ. Ite maledicti in ignem æter. &c. Mat.25.d.
6 *Quomodo facta eſt.* Hic poſt peccata clericorum arguũtur peccata laicorum, cum dicitur: *Quomodo facta,* ideſt inuerecundè peccans.
7 *Ciuitas fidelis,* ideſt communitas populi credentis. De cuius fidelitate priſtina dicitur Act.4.f. *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.*
9 *Iuſtitia habitauit.* ſcilicet legalis quæ continet omnem virtutem.
† *Nunc autem.* quia Chriſtiani quærunt ſe mutuò iugulare.
10 *Argentum tuum.* ideſt veritatis eloquium, Prou.10.c. *Argentum electum lingua iuſti.*
11 *Verſum eſt.* ideſt falſitatem.

† *Vinum*

a *In ſcoriam*. Scoria, Hebraicè ſiggim: quod eſt rubigo me-
A tallorum: vel purgamēta & ſordes quæ igne excoquunt.
b *Vinum tuum,&c.* Alij. Caupones tui miſcent vinum aqua. Symmachus. Vinum tuum mixtum eſt aqua.

Moraliter. Vinum tuum mixtum eſt aqua: quia præcepta ſanctę ſcripturæ quibus corrigere debet auditores, ad illorum voluntatem emollit ſenſu ſuo admixto vinū corrumpit.

† 88. diſt.c. eiiciens in fi.
Pſal. 11.b

Moraliter. Vinū tuum,&c. Hæretici quoquè Euangeliū corrumpunt, peſſimi caupones de vino aquam faciētes, cum aquam in vinum verterit dominus, quod miratur Architriclinus. Et regina Saba in conuiuio Salomonis collaudans pincernas & miniſtros vini.

Ioan 2.b
1.Par.9.a

a¶Auſteritatis legis cum mollicie phariſaicæ traditionis vel hæreticæ peruerſionis.
b¶Scribæ & Phariſæi. ¶ ſacerdotes qui debebant iudicare populum.

a in ſcoriam: vinum tuum mixtum eſt aqua. † Principes tui

a¶In Chriſtum non credentes incredulientes. b¶Scribarum & Phariſæorum. c¶Quia.
d¶Non enim ſicit accipiunt munera, ſed diligunt: peccatum enim eſt in voluntate, non in re.

b infideles ſocij furum. Omnes diligunt munera, ſequuntur

a¶A quo nihil ſperant b¶Acquiſitiue. c¶Quæ ſufferanda. d¶Ded gnantur audire.

c d retributiones. † Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non

a¶Qui potens & timendus.

ingreditur ad eos. Propter hoc ait dominus Deus exercituū

a¶Spiritualiter Scribis & Phariſæis: quibus dicitur; Væ vobis Scribæ & Phariſæi. Et alibi: Generatio praua ſignum quærit. b¶Ideſt.

e fortis Iſrael: Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis, et

a¶Extendam ad puniendum. ¶Scilicet. b¶Vindictam, quam patiendo diu quaſi plicatam tenui.

f g vindicabor de inimicis meis. Et couertam manum meā

¶Puniendam b¶Purgando igne tribulationis. c¶Sordes vitiorum. d¶Tunc.

h ad tē, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, et auferam

c *Socij furum*. Accipientes à ſcribis & Phariſæis munera,
B quæ pauperibus auferebant. In paſſione quoque domini infideles fuerunt nolentes credere in Chriſtum, & ſocij furum ſcribarum & Phariſæorum, & Iudæ proditoris.

Hieron. *Socij furum,&c.* Nos quoq; debemus cauere ne ab illis accipiamus munera, qui de lachrymis pauperū cōgregant diuitias, ne ſimus ſocij furum, & ne dicatur de nobis: Si videbas furem currebas cum eo & cum &c.

Pſal. 49.c

∗ Baſilius. Fures cenſendi ſunt, quibus ductandi exercitus demandata eſt prouincia, aut certè hi qui aſſumpto principatu ciuitatum & gentiū clanculum quidem ſuppilant, quæ autem ad rempub. attinent, extorquent vi. Et qui præſidet eccleſiæ munera accipit, ad ſuam oblectationē & vſum, obtento interim prætextu honoris iſtius ſe contingentis, rationes præſidentiæ, aut quod inire rationem debeat, concreditæ ſibi diſpenſationis in vſus pauperum eccleſiæ, is planè furti eſt particeps.

d *Sequuntur retributiones*. Quia amicos non putant niſi qui donant, quorum non os, ſed manus conſiderant. Et tantum quorum marſupia exhauriunt ſanctos iudicant. Illis donant a quibus ſperant, illis fauent, illos extollunt, vel laudant eorum cauſam.

C Summachus. Viciſſitudines vel vltiones, vt ille quoq; in culpa ſit, qui malum pro malo exigit, dentē pro dēte, D
oculū pro oculo, non audiens illud: *Si reddidi retribuentib. mihi mala*. Vel illud: *Percutienti ſe dabit maxillam,&c.* Euangelico enim viro dicitur. Qui te percuſſerit in dexteram, præbe ei & aliam maxillam. ideſt patienter tolera.

Pſal. 7.b
Thren. 3.d
Matt. 5.f

e *Fortis Iſrael*. Lxx.
Væ fortes Iſrael. q. Sap 6.b
1 d. *potētes potenter tor-*
2 *menta patientur. Cui*
3 *plus datur, plus exigi-*
4 *tur ab eo.* Quod con-
5 tra principes eccle-
6 ſię dicere poſſumus
7 qui dignitatem de-
8 ſtruunt operib. vel
9 moribus.
10 ∗ Baſilius. Væ po-
† tentibus, nec obediē-
11 tibus, infirmiorib.
12 enim parabilis eſt
13 venia. Væ, quia cū
14 præualeant, ſubleua-
15 re inopiam paupe-
16 rum, opibus abutū-
tur. Vt etiam ei qui altero ſolertior, abutitur naturæ beneficio, ad indaginem diuinorum. Væ item his qui obtentam eccleſiæ dignitatem non adornarint conuerſatione. E

f *Heu ego*. Affectu pij patris eos (licet inimicos) plangit & percutit, quia pereunt & pœnitere nolunt.

∗ Baſilius. Vtique Deo ſunt inimici, qui iniqua perpetrant. Inimica eſt ſummo bono malignitas, iuſto illi iniuſtitia, ſancto immunditia, veritati mendacium. Ob hæc non conquieſcet furor meus, quandiu fuerint inimici.

g *Conſolabor,&c.* Vltione conſolatur quippe ſuper hoſtibus ſuis, dum qui in proſperitate beneficia Dei cognoſcere dedignantur, ſupplicijs & afflictionibus corriguntur.

h *Et excoquam*. Quia ſupra nominauerat argentum, ſeruat metaphoram. *Excoquam,&c.* Igne tribulationis ſordes & vitia purgando, vt ſeparato ſtanno, purum remaneat argentum, quod abſque igne fieri non poteſt. vnde: *Quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum*. Et alibi. *Frumentum congregabit in horrea, paleas autem comburet igni inextinguibili.* In quo ſignificat eos tormenta paſſuros.

Mal. c.3.
Matt. 3.c

∗ Baſilius. Vide quàm fœlicem exitum ſortiatur iuſtū iudicium, ac ſupplicia ad rectitudinē iudicij inuecta. Nō cōquieſcet furor meus. Iudiciū faciā. Inducā manū. Igne F
examinabo

## NICOLAVS DE LYRA.

∗ 1 Vinum tuum. *ideſt correctio populorum per doctores & ſacerdotes, ſecundum quod dicitur Luc.x. in parabola ſauciati infundens oleum & vinum, vbi per vinum intelligitur correctio, eò quod eſt mortificatiuum.*

2 Mixtum eſt, *ideſt relaxatum a correctione debita, quia doctores culpabiles non habent frontem corrigendi peccatores. Conſequēter deſcribitur culpa principum, cum dicitur.*

3 Principes tui. *in regimine populi.*

4 Socij furum. *Suſtentantes eos, eò quod communicant furtis eorum.*

5 Omnes diligunt,&c. *Per auaritiam.*

6 Sequuntur retributiones,&c. *Peruertentes iuſtitiā. ideo ſubditur.*

7 Pupillo non iudicant,&c. *Dando pro eo ſententiā iniuſtā.*

8 Cauſa viduæ non ingreditur ad illos. *Quia non vident inde lucrum temporale conſurgere.*

9 Propter hoc ait dominus Deus exercituum. *Hic conſequenter deſcribitur pœna debita, cum dicitur: Propter hoc ait dominus Deus exercituum: ideſt Angelorum.*

10 Fortis Iſ. *i. potens ad puniendum malos de Iſr.*

11 Heu. *Pro malo populi mei.*

12 Ego conſo. ſuper hoſtibus meis. *Et ſubditur modus conſolationis.*

13 Et vindicabor de inimicis meis. *Et accipitur hic & pro ideſt. Paſſiones enim iraſcibilis terminantur in paſſionibus concupiſcibilis. Iratus enim delectatur cum punit iniuriam ſibi illatam, & ſic ira terminatur in delectationem.*

14 Et conuertam manū meā. *i. poteſtatem meam punientem.*

15 Ad te. *Debite puniendum. ideo ſubditur.*

16 Et excoquam ad purum ſcoriā tuam,&c. *Loquitur de Deo admodum aurifabri, qui per virtutem ignis conſumit quicquid eſt impuritatis in auro vel argento, & ſic purgatur. Sic in propoſito per ignem tribulationis immiſſę à Deo Iudęis per regem Babylonis fuit purgatus populus Iudęorum, qua purgatione facta reductus eſt à captiuitate Babylonica. ideo ſubditur.*

∗ Et

## MORALITER.

† 1 *Vinum tuum*. Debitæ correctionis.
2 *Mixtum eſt*. Indebitæ remiſſionis.
3 *Principes tui*. Data ſibi poteſtate abutentes.
4 *Socij furum*. ſuſtinentes vſurarios & alios malos propter temporale lucrum.
5 *Omnes diligunt*. Iuſtitiæ peruerſiua.
6 *Sequuntur retributiones*. peruerſè iudicantes.
7 *Pupillo non iudicant*. ſ. pro eo in iure ſuo.
8 *Et cauſa viduę*. Quia non vident ibi lucrū temporale.
9 *Propter hoc ait Dominus Deus exercituum*. deſcripta malitia hic ponitur debita pena, cum ſubditur.
† *Heu ego*. Faciēdo vindictā de eis. Loquitur enim Deus de ipſo ad modum hominis, qui delectatur ſe vindicans de ſuis inimicis.
14 *Et conuertam manum meam*. puniendum ſecundum ordinem iuſtitiæ meæ.
16 *Et excoquam*. Hoc maximè fiet tempore Antichriſti, cuius perſequutio fiet ad purgationem populi Chriſtiani.

† Et re

a ¶ Moyſes,& Aaron,& Gedeon, Ioſue,& filij.

a omne ſtannum tuum,& reſtituam iudices tuos, vt fuerunt 1

a ¶ Qui conſilia Dei,& ſecreta tibi aperiant. ¶ Illis reſtitutis

b prius,& conſiliarios tuos ſicut † antiquitus. Poſt hæc voca 2

a ¶ Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. b ¶ Chriſti. c ¶ In Chriſtum credens.
d ¶ Non omnis,ſed in diſcretione credentium,& non credentium reliquiæ Iſrael ſaluæ fient. 3
e ¶ Sanguine filij.

c beris ciuitas iuſti, vrbs fidelis: Sion in iudicio redimetur,& 4

a ¶ Ad fidem Chriſti Apoſtoli,& alii prædicatores. ¶ Ab infidelitate b ¶ Quæ abducta eſt per iniuſtitiam ¶ Sed. c ¶ Dominus. ¶ Per Romanos,vel in inferno d ¶ Prælatos. 5

† reducent eam in iuſtitiam. Et conteret † ſceleratos,& pec 6

a ¶ Subiectos. ¶ Qui in Chriſti morte conſenſerunt,& credere noluerunt. b ¶ Contritis peccatoribus,qui Dominum dereliquerunt. ¶ Merito. ¶ Permanentes in malitia ſua. ¶ Hic & in futuro ¶ Saluaris bonis. c ¶ Intus,& exterius. ¶ Erubeſcendo. 7

catores ſimul,et qui dereliquerũt dñm,cõſumẽtur. † Con- 8

a ¶ More prophetico cito mutat perſonam. b ¶ Locis uoluptuoſis.

fũdent.n.ab idolis qb.ſacrificauerũt.Et erubeſceris ſup hor 9

a ¶ Luxuriæ veteræ. b ¶ Cum defecerit uobis aqua ſapientiæ,cum aridi,& ſteriles eritis.
c ¶ Infructuoſi.

d tis quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentib. 10

a ¶ Qui debuiſtis eſſe hortus conclusus,fons ſignatus b ¶ Sapientiæ. ¶ Infructuoſi. c ¶ Tunc.
d ¶ In perſecutione,& captiuitate. e ¶ Superbia. ¶ In qua confidebatis.

foliis, & velut † hortus abſq; aqua,et erit fortitudo veſtra 11 12

A examinabo,vt purum denique exhibeam. Sic peccatoribus indignatur Deus,vt eos beneficentia ſua afficiat. Neque enim ad extremam inanitionem eos plectit, ſed caſtigat ad morum correctionem. Infert autem ignẽ hunc vt ad nihilum perducat quod malum per ignita diaboli iacula inſertum eſt animę non habenti fidei clypeum.

a *Stannum tuum.* Falſam doctrinam Scribarum,& Phariſæorum, quę eſt ſimilis ueræ, ſicut ſtannum argento. Et dabo puram,& perfectam legis,& Euãgelii ſcientiam.

* Septuaginta. Et auferam omnes iniquos a te. Baſil. Ingens beneficiũ confertur animæ, quæ B per occaſionem per uersè præſidentium deſciuit a Deo,quãdo ab ea auferũtur iniqui præſides. Ob hoc & ſigna quędã circum Eccleſiam ſtatuuntur,quæ deprehenſos in interdictis peccatis arcent ab ingreſſu, & ſegregant à reliquo corpore Eccleſiæ. Sed hęc iniqui irrident non intelligentes quia iſtæ declinationes ſeparationis ea ſubindicant, quæ in tremendo Dei iudicio fient. Porro quantum noxæ reſiliat,ex eo quod non tolluntur de medio iniqui docuit Apoſtolus,Corinthios increpans,quod luctum non emiſiſſent, ut tolleretur de medio eorum qui eiuſmodi malitiam eſſet operatus.

b *Et reſtituam iudices,&c.* Non ſolum poſt captiuitatem, ut Zorobabel, Eſdram,& alios, qui vſque ad Hircanum præfuerunt populo, ſed & poſt aduentum Domini Apoſtolos & alios Eccleſiæ doctores.

* Baſilius. Cur omiſſis Regibus meminit iudicum? An quia Reipublicę adminiſtratio per iudices fuerit liberior, quod populus tunc ſolum Deum agnoſcebat Regem? Tandem regum inſtitutio illorum temeritate C ſucceſſit. Quare non Reges, ſed iudices pollicitus eſt, cupiens eorum libertati conſulere. *Nam non erat Rex*

*erat Rex in Iſrael,ſed vnuſquiſque quod placebat,hoc faciebat.* Aut certè ex quo opus non erat Regum ſerie poſt aduentum D veri Regis,qui pollicitus eſt ſe iudices exhibiturum prioribus nihilo diſpares,idque propter diſcipulos, de quib. *ſedebitis,&c. iudicantes ſuper duodecim tribus.*

c *Ciuitas iuſti, vrbs fidelis Sion,&c.* Eccleſia in qua reuocantur ad iuſtè uiuendum. Eſt enim ciuitas congregatio hominum ad iuſtè uiuendum.

*Procop. Nõ amplius meretrix, ſed recenti nomine, iuſtitię ciuitas, non homicidii ſed iuſtitię plena, non ciuitas tantum,ſed ciuitatum magiſtra uocabitur, eritque E reliquis dux, & auctor ſalutis, quippe quę de ſe cœtus eorum, qui ſolitario uitæ genere delectantur, tanquam colonias emittet.

d *Velut quercus defluen.* Sicut a quercu ariditate concuſſa,defluunt folia, & ſicut hortus non valet proferre fructus herbarum niſi irrigetur aqua. Ita uos niſi habueritis folia verborum Dei,quæ non marceſcunt,& aquam ſpiritualis intelligentiæ,non poteſtis bona operari, ſed omnes labores veſtri ariditate deficient. Vſque hodie Iudæi legentes ſcripturas ſanctas terebinthus ſunt, uel quercus ſecundum Symmachum, uel ficus ſecundum Euangelium. In qua Dominus poma quæſiuit,& non inuenit, & æterna ariditate damnauit. Ipſaque folia,& pompam uerborum iam amiſerunt,hortus quoq; irriguus.ſ. ſcientia ſcripturarum,uel paradiſus(alia litera) diuerſarum arborum,quia ſine gratia ſpirituali nec olera afferunt.quæ infirmus manducet. Matt.21.b.

* Baſil. Qui gloriam per fucum aucupantur ab hominibus, poſt occultorum manifeſtationem, cum fuerint omnia nuda, prębebunt de ſe tale ſpectaculũ, quale quercus,aut therebinthus ſpoliata foliis. F

Vt

## NICOLAVS DE LYRA.

*1 Et reſtituam iudic. tuos. *ſ. Zorobabel. & Ieſum filium Ioſedech, Macbabæos, & ſimiles.*
2 Et conſiliarios tuos. *ſ. Eſdram & Neemiam: Aggeum, & Zachariam prophetas.*
3 Poſt hæc vo.ci.iuſti. *Dei.*
4 Vrbs fidelis. *In diuino cultu.*
5 Sion in iudicio redimetur. *Per Sion, vbi erat templum ad quod populus tenebatur ter in anno conuenire, intelligitur ipſe populus,qui redemptus fuit de Babylone per uiam iuſtitiæ, inquãtum pro culpa ſuſtinuit pœnam debitam. Et quod per Sion intelligatur populus, oſtenditur per hoc quod ſubditur:*
6 Et reducent eam. *Mons enim Sion,qui eſt immobilis nõ fuit tranſlatus nec reductus,ſed populus.*
7 Et conter. *quia illi, qui erant in peccatis ſuis obſtinati, fuerunt mortui partim in captione Ieruſalem, & terræ in circuitu, & partim in captiuitate Babylonis.*
8 Confundentur enim ab ido. *Videntes per experientiam, quod non poterant eos iuuare contra Babylonios.*
9 Et erubeſcetis ſuper hortis. *ad colendum ibi idola in locis amœnis & delitioſis, ubi etiam ſuam luxuriam exercebant in veneratione idolorum, & Priapi maximè, unde & dicebatur Deus hortorum.* Priapus.
10 Cum fueri. velut quercus deflu. *i. morti propinqui: ſicut folia defluunt a quercu, cum incipit mortificari.*
11 Velut hortus abſque aqua. *In quo mortificantur ſeminata & plantata.*
12 Et erit for. *i. applicata debitæ pœnæ.*

* Et

*M O R A L I T E R.*

1 *Et re.* Quia tempus pænitentiæ dabitur electis ab Antichriſto deceptis, ideo ſubditur:
2 *Poſt hæc vocaberis ciuitas.*
5 *Sion in iudicio redi.* Eccleſia militans per pœnam debitam expiabitur.
6 *Et redu.* ſ. Enoch, & Elias per ſuam prędicationem: & hoc quantum ad electos.
7 *Et conte.* i. dæmones, & peccatores obſtinatos, dicens illud Matt. xxv. d. *Ite maledicti in ignem ęternũ, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius.*
8 *Confundentur cum ab ido.* Nam idolum auari eſt pecunia, & luxurioſi ribalda.
9 *Et erubeſcetis.* Ad exercendum laſciuiam & gulam.
10 *Cum fue. ve. quercus.* i. propinqui gehennę igni, ſicut quercus deſiccata combuſtioni.
11 *Et uelut.* ſ. gratiæ.
12 *Et erit fortitu.* i. non potens reſiſtere.

Et

† Et

a *Vt fauilla.* ✠ Baſil. A Vel hinc liquet, ſua cuiq. opera cām ſuppeditatura eſſe moleſtiarū, q̄ in ſupplicio illo erūt, dum nos ipſos reddimus futuræ con- ‡qui facit eū.

a ¶ Symmachus purgamentum ſtupæ'. ¶ Cito conſumetur. b ¶ Fortitudinis, vel idololatriæ. ¶ Omnia munimina (alias molimina.) c ¶ Scilicet. d ¶ Nullius momenti.

a vt fauilla ſtuppæ, & opus veſtrū quaſi ſcintilla, & ſuccen 1
2
detur vtrumque ſimul, & non erit qui extinguat. 3

a ¶ Ab hoſtibus uel a domino. b ¶ Fortitudo, opus, vel idolum. c. Ieruſalem in qua idolum. ¶ Quod dominus incendit.

D conflagrationi idoneos. Alleg. vel Moral. Hæc oīa de cōtrariis dogmatib. poſſūt accipi qa & magiſtri & diſcipuli pariter ſunt perituri, & op⁹ eorum, cibus ignis. Allegor.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et opus, &c. q̄a opus demeritoriū generat tribulationis īcēdiū.
2 Et ſuc. vtrū. ſ. in igne gehennæ quātum ad obſtinatos in malis.
3 Et non erit qui extinguat. *quia ille ignis eſt perpetuus. Poteſt ēt hoc referri ad ignem, quo Nabuzardam incendit domum Domini, & domum Regis, & domos Ieruſalem per circuitum. 4. Reg. vlt. Et ſic ille ignis non fuit extinctus ab homine, ſed ſolum per conſumptionem combuſtibilis materię.*

Moraliter. *MORAL.* 1 *Et opus veſtrum. ſ.* malū. 2 *Et ſcintilla &c.* Igne gehennæ. 3 *Et non erit qui extin.* eo q̄d eſt durationis æternæ.

ADDITIO I.

*In cap. i. Iſaiæ vbi dicitur in Poſtilla. Tertium quod in hac præfatione manifeſtatur eſt populus cui Iſaias prophetauit.*

B *Queritur hic quare nō fecit mētionē in hac p̄fatione de Regibus Iſrael, vt de Ieroboā filio Ioas, q fuit cōtēporaneꝰ Hoſeæ. Regi Iudæ, ſicut Hoſeas fecit in ſua p̄fatione. Similiter quare Iſaias nō facit hic mētionē de Samaria, nec de Iſrael, ſicut Hoſeas fecit, licet multa Iſaias de his p̄phetauerit, prout patet infr. vij. c. & xvij. & in aliis locis. Ad q̄ ſolet dici, q̄ Iſaias prophetauit principaliter contra duas tribus. & ideo earū Reges, & ſuā metropolim. ſ. Ieruſalem tantum in titulo habet: Sed Hoſeas cōtra vtroſq; prophetauit. Sed vlterius circa hoc poſſet dici, q̄ cū Iſaias prout dicit Hiero. in prologo de aduētu Chriſti, & vocatione Gentiū, & alijs myſterijs nouę legis, quaſi hiſtoriā Euangelicam videatur texere, ideo de Iuda, a quo Chriſtus deſcendit ſecundum carnem, & de Iudæa, in qua natus eſt, paſſus, & ſepultus, & c. de quibus principaliter intendit, tantummodo facit mentionem alijs dimiſſis quaſi incidētaliter ab eo introductis.*

ADDITIO II.

*In eodem c. 1. vbi dicitur in Poſtilla. Circa primum dicit propheta:* Audite cæli. *i. Angeli.*

✠ *Quod in hoc capitulo continetur circa deiectionem populi Iudaici, & cauſam ipſius & eius medelā: Poſtillator exponit de captiuitate Babylonica, & eius cauſa ſimiliter in remedio, ut patet in Poſtil. Quę quidē expoſitio videtur a plano ſenſu literæ deuiare, nam cauſa præcipua p̄dictæ captiuatis fuit peccatū idololatriæ, ut patet iiij. Reg. & ij. Para. tamē in p̄ſenti c. nō exprimitur hoc peccatū vt cauſa, ſed vt defectus diuinæ cognitionis, & alia huiuſmodi: Licet enim in fine capituli dicatur:* Confundentur. n. ab idolis quibus ſacrificauerūt *hoc non ponitur vt cauſa, prout ibidem declarabitur. Item quia Iudæi in captiuitate Babylonica fuerūt purgati a peccatis p̄dictis ſcd̄m Poſtillatorem antequam reducerētur ad terram promiſſionis: quod eſt contra illud quod dicitur:* Super quo

C percutiā vos ultra addentes præuaricationē: *quod exponitur etiam ſecundū eū de incorrigibilitate eorū, vt patet in Poſtilla. Itē quia manifeſtum eſt, quod Iudęi redeuntes de captiuitate Babylonica pro maiori parte non fuerunt purgati, ſeu mūdati a peccatis: ſed erant implicati abominationibus Chananæorū, & Amorrhæorum, vt habetur expreſſe Eſdræ. ix. quod non conſonat huic, quod in loco dicitur:* Et ecce excoquam ad purū ſcoriā tuā, & auferrā omne ſtannū tuū: *Quod exponitur in Poſtilla ſic, quod ſicut per virtutem ignis cōſumitur quicquid eſt impuritatis in auro, & argēto, ſic per ignē tribulationis immiſſæ a Deo Iudæis per Reges Babylonis, fuit purgatꝰ populus Iudæorū. qua purgatione facta reductus eſt a captiuitate Babyl. Hæc in Poſtil. Ex quibus, & alijs quæ patebūt proſequēdo veram expoſitionem videtur præſens capitulū exponendum de Iudæis circa finem templi ſecūdi in Iudæa, & Ieruſalem reſidentib. qui Chriſtū negātes dereliquerunt Dominū, & blaſphemauerūt ſanctū Iſrael, & alienati ſunt retrorſum, prout litera ſonat, & hiſtoriæ Euangelicæ teſtantur, & etiam experientia certificat.*

*Ad cuius expoſitionis ulteriorē declarationē conſiderādum eſt, quod Iſaias tanquā propheta Euangelicus proſequitur in principio ſuæ prophetiæ, vbi intēdit agere de eiectione populi Iudaici, & vocatione Gentiū, eundē ordinē, quē Chriſtus in Euangelio pronoſticauit. ſ. q̄ abiectio Iudæorū ex eorū demeritis p̄cedere, debebat vocationē Gentiū. vnde Matth. xxi. d. Chriſtus loquens cum doctoribus, & principibus ſacerdotū eis propoſuit parabolā de patre familias, qui plātauit uineā, & ſepe circūdedit, & c. Ex qua parabola, & eius expoſitione concludit, ideo dico vobis, q̄ auferetur a nobis regnum Dei, & dabitur Gēti facienti fructus eius, unde & Iſaias ſequēs modum Euangelicū de ſimili parabola vineæ Iudæis improperauit. inf. v. c. vt ibid. patebit. Et ideo in hoc loco, quod denūtiat uocationem Gentium, ut patet in principio ſequentis ca. præmiſit expreſſam reprobationem Iudæorum circa quod decemnouem facit.*

Primo. *Primo. n. teſtimonia inuocat cęleſtiū, & terreſtriū, dicens,* Audite cæli, & auribus percipe terra. *Cuius ratio ſecūdū gloſſ. dm talis eſt. Nam ſicut populo Iſraeli per Moyſen dictum fuit: Audite cęli, quę loquor: & audiat terra uerba oris mei. ſic poſt præuaricationem populi eoſdem uocat Iſaias in teſtimonium, ut omnia cognoſcāt Deum in ultionem mandatorum ſuorum ad iracundiā concitatū, unde aduertenti utrūque capitulū, ſ. illud Deut. xxxij. & primū Iſaiæ, ſatis patet, q̄ ea q̄ in illo c. pronoſticatur p̄ modū propheticæ monitionis p̄ſenti c. denūtiantur tanq̄ procedentia ad executionem.* E

Secundo *Cōſequēter ſecūdo oſtēdit breuiter ſuæ atteſtationis materiā dicēs,* Filios enutriui, & exaltaui, ipſi aūt ſpreuerūt me. *In quibus verbis epilogat cōpendioſè multa, q̄ fuerūt in carmine Moſaico ſupradicto, tanq̄ præambula ad deiectionem populi illius. Dictū eſt n. ibi:* Nunquid non ipſe eſt pater tuus q poſſedit, fecit, & creauit te, &c. *in quo oſtenditur ipſos fuiſſe filios Dei per creationem, ſimiliter & per adoptionem cū dicit:* Pars aūt Dn̄i populus eius. *Similiter ibi facit mentionem de educatione, nutritione, & exaltatione eorū, cū dixit:* Circūduxit eū & cuſtodiuit, &c. Cōſtitues eos ꝑ excelſam terrā &c. *ad quæ uerba alludit Iſa. d.* Filios enutriui & exaltaui, ipſi uero ſpreuerunt me.

Tertio. *Conſequenter tertio, quia ſecundum Apoſtolum Ro. xi. c.* Cæcitas ex parte contingit in Iſrael, ut plenitudo Gentium intraret. *ideo oſtendit quod prędictū peccatū pertinet ad cæcitatem, & de hoc dicit.* Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, &c. *q. d. etiam ſi non haberent lumen naturalis rationis, ſed ſolum ſenſualem cognitionem, ſicut bruta, adhuc debuiſſent cognoſcere ex inſtinctu naturali benefactorē ſuum, & nutritorem, cum bos & aſinus rōnem* F *non habentes hoc cognoſcant, & ſic manifeſtè concluditur p̄dictum peccatum pertinere ad cæcitatem, nō ſolū mentis, ſed etiam ſenſus.*

Quartò. *Cōſequenter quarto oſtendit ex quibus cauſis deuenerūt ad tantā cæcitatem. Et de hoc dicit:* Væ Genti peccatrici. *Vbi tria aſſignat, ut cauſas ſeu occaſſiones incurrendi p̄dictū cæcitatis peccatū. ſ. de nō cognoſcendo Chriſtum. Primā eſt, quia Gens illa pro maiori parte tantā cōſuetudinem habebat peccādi, q̄ iā inerat eis habitus vitioſus, ad peccatū inclinās per modū naturæ. Et de hoc dicit:* Væ Gēti peccatrici. *vnde nō dicit:* Væ Gēti peccāti, *ſed* peccatrici, *vt ſignificet actū cōuerſum in habitū. Secūda, quia ut dicit Grego. Peccata grauia ſuo pōdere in alia trahūt. Et de hoc dicit:* Populo graui iniquitate. *q. d. peccata huius populi tā grauia fuerūt, q̄ ex magno pōdere ad tā magnā cęcitatem eos deduxerūt. Tertia, quia licet populus ille a ſanctis Patriarchis deſcenderit, tamen tota fere multitudo populi deſcendebat ſecūdū carnem ab illis qui frequenter & enormiter in Deū peccauerūt, ut illi qui fecerūt vitulū in Oreb, Exod. xxxij. Similiter in ſepulchro cōcupiſcentię, & apud aquas cōtradictionis, & in pluribus alijs, ut patet in libris Moſaicę legis, & Iudicū, & Regū. Et de hoc dicit:* Semini neq̄ filijs ſceleratis. *q. d. nō immeritò ad tantā cęcitatem deuenit ille populus, quia quaſi a natura ſecundū ſuam generationem ineſt eis peccare in Deum.*

Quinto. *Cōſequenter quinto declarat illud q̄ prius dixerat. Spreuerūt me. Et de hoc primo dicit:* Dereliquerunt Dn̄m, *quia dixerūt Ioan. xix. c.* Nō habemus Regē, niſi Cæſarē. *Scdo, qa blaſphemauerūt ſanctū Iſrael, quia dixerunt Ioan. viij. f. Samaritanus es, & dęmoniū habes. Tertio, quia cū ipſi a veris prophetis eruditi ſemꝑ expectabāt Meſſiā de genere Dauid, cū tamen eis adeſſet p̄ſentialiter, dicent s. Matt. xiij. g.* Nōne hic ē filius fabri. *de quo dicit:* Alienati ſūt retrorſum: *quia ſpreto uero Chriſto adhęſerūt cuidam pſeudo Meſſię qui dicebatur Bencozba, ut patet in Thalmud. Vel aliter in quodā libro qui dicitur Cabrid. Ex qua adhæſione fuerunt ex eis multa millia interfecta. ut ibidem & ſic alienati ſūt retrorſum.*

Sexto. *Conſequenter ſexto oſtendit ipſos eſſe incorrigibiles per flagella ſeu tribulationes ſibi a Deo inflictas, ſeu infligendas de quo dicit:* Super quo percutiam uos, &c. *Ad quod ſciendum quod in temporibus q̄ ante Chriſti aduentum ſeu paſſionem p̄ceſſerunt, cum ille populus frequenter peccaſſet, Deus puniebat eum uarijs, & diuerſis modis, ad finem, ut ad pœnitentiam reuerterentur. unde Deut. viij. c.* Sicut pater corrigit filium ſuū, ſic Dominus Deus tuus corrigit te. *Pater enim flagellat filium, ut corrigatur, ſed in hoc peccato, q in Chriſto commiſerūt, q̄ eſt ſummū peccatū iā Deus non punit illos tanq̄ filios, vt corrigantur, ſed tanq̄ hoſtes, ut pęnā pro prędicto peccato ſcd̄m ordinem ſuæ iuſtitię patiantur. Iuxta illud Matt. xxi. d.* Malos malè pdet, & uineā ſuā locabit alijs agricolis, *ideo dicit:* Super quo p̄cutiā vos. *q. d. qua de cauſa habeo vos percutere, quia iā non eſt cauſa correctionis, cum ex percuſſionibus magis deteriores eſtis effecti. Quia omne caput languidu, & exponatur prout in Poſtilla vſque ibi:* Terra veſtra deſerta.

Septimo *In quo conſequenter ſeptimo deſtructionem Ieruſalem, & templi, & totius regionis Iudææ per Romanos propriè prænoſticat, ideo dicitur. Et deſolabitur, ſicut in uaſtitate hoſtili, ſcilicet irreparabiliter. Iuxta illud Danielis. ix. g.* Et finis eius vaſtitas.

A *Et ſubdit:* Et derelinquetur filia Sion *.ſ. Ieruſalem, vel templũ, quæ non ſolum ab hominibus, ſed à Deo fuit derelicta. Iuxta illud Matth. 23. d.* Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.

*Conſequenter octauo vt oſtẽderet, quod licet maior pars & principalior apud Iudeos prędicta ſcelera & pœnas incurriſſent, nihilominus aliquæ reliquię paruę vt ſemina ad ſalutem remanſerunt. ideo ſubditur:* Niſi dominus reliquiſſet nobis ſemen, &c. *vbi gloſſa. Hic oſtenditur quę contra Iudã & Ieruſalem dicta ſunt, ad captiuitatem Romanorum eſſet referenda, quando in Apoſtolis reliquię ſaluę factę ſunt, & in vna die crediderunt tria milia, & in toto orbe Euangelium ſeminatum eſt. hęc in gloſſa.*

*Conſequenter nono vt oſtendat quod prędictę reliquię ſeminales non erant de maioribus ſeu principalibus, nec in tanta quantitate, vt dicerentur populus. Ideo ſubditur:* Audite verbum domini principes Sodomorum, percipite legem Dei veſtri populus Gomorrę *q d. Licet dominus reliquerit ſemẽ ex vobis, adhuc tamen principes Sodomorum ſunt, & populus communiter populus Gomorrę. Vnde gloſſa. In hoc, ſaluatis reliquijs per apoſtolos, ad Scribas & Phariſeos & populum clamantem: Crucifige: ſermo cõuertitur, dicens:* Audite verbum domini principes Sodomorum, &c. *Sicut enim Sodomitę publicè peccabant & ſine verecundia dixerunt ad Loth.* Adhuc viros qui ingreſſi ſunt ad te, vt abutamur eis. *Gen. 19. b. Sic iſti inuerecundè contra Chriſtum dixerunt principes:* Reus eſt mortis. *Et populus.* Crucifige eum. *vnde de ipſis dicitur infra.* Iniquitatem ſuam quaſi Sodomam prædicauerunt, *vt in tertio capitulo. Hęc in gloſ.*

B *Conſequenter oſtendit decimo, quod nõ ſolum prędicti principes populus erant à Deo eiecti, ſed etiam ceremonialia & obſeruantię legales erant euacuãda poſt paſſionem Chriſti: Quod declarat in duobus. Primo, in victimis & holocauſtis & alijs ſacrificijs, & hoc cum dicit: Quo mihi multitudinem ſacrificiorum, & victimarum veſtrarum &c. Secundò, in obſeruantijs feſtiuitatum veteris legis, ibi:* Neomeniam & ſabbatum &c.

*Circa primum ſciendum, quòd licet in dictis quorundam prophetarum inueniantur aliqua dicta, quę videntur ſonare, quod ſacrificia veteris legis non erant Deo accepta, vt in Pſal.* Non in ſacrificijs tuis arguam te, &c. *& Iere. 7. e. dicitur:* Holocauſtomata veſtra addite ſuper ſacrificia, & comedite carnes. *non tamen expreſſe leguntur huiuſmodi ſacrificia prohiberi, ſic vt non offerrentur, prout in hoc loco. vbi non ſolum Iſa. dixit:* Quo mihi multitudinem ſacrificiorum & victimarum veſtrarũ. *In quo oſtenditur, quod Deus eis non indigeret, ſed etiam ſuperaddit expreſſam prohibitionem, ne vltra talia offerrẽt. vnde dicit:* Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra. *In quo oſtenditur manifeſtè, quod poſt tempus iſtud de quo propheta hic loquitur, non erat licitum offerre ſacrificia legalia, & huiuſmodi: & ſic oportet quod hoc intelligatur de vltima deſtructione templi per Romanos, quando obſeruatio legalium erat mortifera ſecundum doctores: non autẽ de deſtructione Chaldaica. quando legalia non erant euacuata. vnde gloſſa in hoc loco vltimam templi deſtructionem indicat. Poſt Babylonicam enim captiuitatem à Zorobabel templum ędificatum eſt, et in eo diu ſacrificatum eſt Deo. hęc in gloſſa.*

C *Circa ſecundum dicitur:* Neomeniam & ſabbatum & feſtiuitates veſtras non feram, &c. *vſque ibi:* Laboraui ſuſtinens. *in quo oſtenditur obſeruantiarum euacuationem circa feſtiuitates quas non ſolum dicit fore inutiles, ſed & nociuas. vnde de eis dicit:* Odiuit anima mea, &c. *Et ſic patet, quod iſta intelliguntur poſt paſſionem Chriſti, & diuulgationem euangelij, quando huiuſmodi obſeruantię ſunt mortiferę. Conſequenter vndecimò dicitur:* Cùm extenderitis manus veſtras, &c. *Vbi notandum, ꝙ non prohibuit eis orare ſicut fecit in ſacrificijs, dicens:* Nõ offeratis vltra. *Nam orare Deum non pertinet ad ceremonialia veteris Teſtamẽti ſeu ad eius obſeruantias. Nec fuit determinatus certus modus ſeu forma orandi in veteri lege: vt ſic eſſet ceremoniale ſeu figuratiuum, ſed orare pertinet ad pręceptum Charitatis, ſeu religionis: & ideo non fuit euacuatum per nouam legem, ſicut ſacrificia & feſtiuitates. vnde non prohibet eorum orationes: ſed ſolum comminatur, ꝙ non eſſent impetratiuę. vnde dicit:* Cum multiplicaueritis orationem non exaudiam. *Cuius rationem ſubdit dicens:* Manus veſtræ plenæ ſanguine ſunt. *Vbi gloſſa: ſanguine prophetarum tandem domini. vnde:* Implete menſuram patrum veſtrorum. *hęc in gloſſa: & Matth. 23. d. Et ſubditur:* Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ab Abel iuſto, &c.

*Conſequenter duodecimũ ponit remediũ ad prędicta dicens: Lauamini, & mundi eſtote: Quod intelligitur ſecundũ gloſſam de lotione baptiſmi, per quem rite ſuſceptum omnia peccata mũdantur. Et quia poſt baptiſmum oportet facere dignos fructus pœnitentię: in quo primò requiritur recedere à malo, ideo dicit:* Auferte malũ cogitationũ veſtrarũ ab oculis meis, &c *Vbi notandum ſecũdũ gloſſ. ꝙ malum non ſolum debet auferri à conſpectu hominum, ſed etiam à conſpectu Dei quem nihil poteſt celari: In quo agitur de directo contra hypochriſim Phariſeorum & Scribarum, quorũ malitia tempore paſſionis Chriſti maximè vigebat. de quibus ipſe dicit Matth. 23. a.* Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. *Cętera exponantur prout in Poſtilla vſque ibi, quia os domini loquutum eſt.* D

*Conſequẽter terdecimò dicit:* Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis. *In quo ſermonem ſuum dirigit ad ciuitatem Ieruſalem, ſicut direxerat ſermonem ad Iudam, cum dixit;* Audite verbum domini principes Sodomorum & populus Gomorræ, *& ſic videtur tenere ordinem ſui tituli. vbi dicitur;* Viſio Iſaiæ quam vidit ſuper Iudam & Ieruſalem. *Et procedit admiratiuè, dicens.* Quomodo facta eſt meretrix. *Vbi gloſſa, nõ tã corpore quam mente recedendo à Deo qui quidem receſſus licet poſſit intelligi per idololatriam vel alia peccata quę ſeparant hominẽ à Deo quę contigerunt etiam tempore Iſaię tamen ſecundùm gloſſ. ſpecialius ad tempus incarnationis Chriſti refertur, quando penitus receſſerunt ab ipſo Chriſto vero Deo, & Barrabam vt liberaretur eligendo, filium Dei interfecerunt quod maxima admiratione dignum eſt. & ideo dicit. Quomodo. Et quia iſtud ſcelus precipuè proceſſit à falſa ſuggeſtione Sacerdotum, ſeu ſcribarum, vel doctorum. Ideo ſubdit.* Argentũ tuũ verſum eſt in ſcoriam, *per falſas legis interpretationes & traditiones iniquas. vnde eis dicebat Chriſtus Matth. 15. a.* Irritũ feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras. *Cętera exponantur prout in poſtilla vſque ibi;* Et conuertam manum meam & excoquam ad purũ ſcoriam tuam, *quod non intelligitur impletum fuiſſe in captiuitate Babylonica, quia ibi populus non fuit purgatus, vt patet ex ſupradictis, ſed debet intelligi de purgatione facta poſt paſſionem Chriſti per ignem Spiritusſancti, de quo propriè põt dici.* Excoquam ad purum ſcoriam tuam. E *quia tunc diſcipuli fuerunt omnino purificati à ſorde peccati, quod per ſcoriam intelligitur, vel per ſtannum argento mixtum.*

*Conſequenter decimoquartò dicit.* Et reſtituam iudices tuos vt fuerũt prius. *ſ. vt Moyſes & Aaron & Ioſue, vt in gloſſa.* Et conſiliarios tuos, *ſicut antiquitus. Et intelliguntur ſecundum gloſſam, qui conſilia Dei, & ſecreta populo aperiunt quod propriè pertinet ad apoſtolos, non autem ad Zorobabel nec Eſdram & huiuſmodi, qui nulla ſecreta conſilia leguntur aperuiſſe populo, ſed ſolũ legem Moſaicam plenè legiſſe.*

*Sequitur decimoquintò.* Poſt hoc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis, *quia poſt prędicta eccleſia quę intelligitur per Ieruſalẽ vocatur ciuitas iuſti. ſcilicet Chriſti, & vrbs fidelis, ſcilicet in eius fide fundata.*

*Cõſequẽter 16. dicit.* Siõ in iudicio redimetur, & reducet eam in iuſtitiam. *quę quidẽ redemptio non põt intelligi de Babylonica, quia non fuit per iuſtitiam facta, ſed per Dei miſericordiam. Vnde Zach. 1. d. de rędificatione templi ſecundi dicitur. Hęc dicit dominus.* Reuertar ad Ieruſalem in miſericordijs, domus mea reædificabitur in e. *Cuius ratio eſt. nam Eſdrę 9. de populo iam reducto in Ieruſalem legitur.* Nõ eſt ſeparatus populus Iſrael & ſacerdotes & Leuitæ à populis terrarũ, & de abominationib. eorũ. *Chananęis videlicet & Ethęis &c. Et ibidem infrà Eſdras cõfitẽdo peccata populi tẽpore ſacrificij veſpertini Dei dicebat.* F A dieb. patrũ noſtrorũ & nos ipſi peccauimus grauiter vſq; ad diẽ hanc. *Malachias etiã qui fuit de redeuntibus à captiuitate Babylonica in primo tempore templi ſecundi de multis grauibus increpabat populum dicens in primo capitulo ſacerdotibus.* O ſacerdotes qui deſpicitis nomen domini. *& in ſecundo capit.* Vos autem receſſiſtis de via ſcandalizaſtis plurimos in lege. *Et ibidem arguebat populum de peccato infidelitatis ſeu blaſphemię dicens eis in capitulo tertio in eo quod dicitis. Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu domini, & talis placet ei. Quę quidem verba manifeſtè derogant diuinę bonitati & iuſtitię, quia ſunt blaſphemię. Ex quib. & alijs ſimilib. ſatis patet, ꝙ populus ille non fuit redemptus à captiuitate Babylonica per viam iuſtitię, ſed in miſerationibus Dei, vt dictum eſt. Redemptio autem de qua hic agitur, propriè intelligenda eſt ad literam de redemptione eccleſię per mortem Chriſti. Quæ quidem redemptio fuit in iudicio diuino. ſ. diſcretionis, quo iudicio iuſto licet nobis occulto, quos elegit vocauit, & c. ſecundum Apoſtolum ad Rom. 8. f. Et de hac propriè intelligitur.* Sion in iudicio redimetur. *Et quia hęc redemptio Sion. ſ. eccleſię per mortem Chriſti fuit facta per iuſtitiam, non per potentiam, vt magiſter in tertio per autoritatem Augu. declarat. ideo ſubdit.* Et reducet eam in iuſtitia: *quod non poteſt competere reductis à captiuitate Babylonica, vt dictum eſt. Vnde & alij qui expoſitores Hebręorum moderni, vt tam Rabbi Dauid quam Hug. omnia iſta applicant ad tempus Meſſię, non ad redemptionem Babylonicę captiuitatis.*

*Cõſequenter 17. dicit.* Et cõteret ſceleſtes. i. ſceleratos & peccatores ſimul, & q derelinquũt dñm conſumentur: *quę verba referuntur ad ea quę prius dixerat circa principium ca. vbi dixit.* Væ Genti peccatrici, &c. Filijs ſceleratis, &c. dereliquerũt dominum. &c. *Et eſt ſenſus, ſicut iudicio diſcretionis diuinę Sion redimetur, vt dictum eſt, quod intelligitur de electis, ſic*

codē iudicio cōterentur ſcelerati, & cōſumentur qui dereliquerūt
A dominū, quod impletur in perfidis Iudæis & alijs Chriſtum malitioſe negantibus, qui quotidie conſumuntur, vt infra dicetur.

Conſequenter decimooctauo dicitur: Cōfundentur.n.ab idolis, quib.ſacrifi.&c. quod prima facie videtur contra prædictam expoſitionem. Nam vt dictum eſt in templo ſecundo pro maiori & principali parte non fuerunt idololatræ. Ad quod dicendū ꝙ hoc intelligitur ſecundum falſam aſſertionem Iudæorum, qui cū interrogantur de cauſa huius diuturnæ captiuitatis in qua ſunt, reſpondēt ꝙ cauſa eſt idololatria quam commiſerunt patres eorum in templo primo, & etiam peccatū vituli quod fecerunt in Oreb: quod eſt manifeſtè falſum. Non enim punit Deus filios pro patribus vltra quartam generationem, vt patet Exod.20. preſertim cum filij non ſunt imitatores paternorum ſcelerum, vt eſt in propoſito. Iudæi enim in hac captiuitate exiſtentes non ſunt idololatræ, ſed propriè imitātur ſcelus patrum approbantes occiſionem Chriſti, & hoc eſt quod dicitur hic: Confundentur enim ab idolis quibus ſacrificauerunt. quaſi diceret: hi qui dereliquerunt dominum conſumentur, ꝙ non confundentur.ſ.pœnitentes de hoc ꝙ Chriſtum dereliquerunt, ſed potius confunduntur ab idolis quibus ſacrificauerunt, hoc malitioſe fingentes ratione prædicta. Et eodem modo intelligendum eſt quod ſubditur: Et erubeſcetis ſuper hortis quos elegeratis.

Conſequenter decimonono dicitur. Cum fueritis velut quer
B cus defluentibus folijs, & velut hortus abſq; aqua: vbi declarat illud quod dixerat parum ſupra. Qui dereliquerunt dominum conſumentur. Quæ quidem conſumptio fit tribus modis, quorum duo ſunt in hac vita. Conſumuntur enim perfidi Iudæi in ſua malitia perſeuerātes, velut quercus defluentibus folijs, quia ſtatus eorum quaſi vetuſtate conſumitur. Iuxta illud Hebr.8.D. Quod veteraſcet prope interitum eſt. Conſumūtur etiam alio modo velut hortus abſque aqua.ſ.ſapientiæ ſeu gratiæ. Tertio modo cōſumitur ſtatus prædictorum finaliter in igne gehennæ inextinguibili. de quo dicit. Et erit fortitudo veſtra vt fauilla, &c. Et exponatur ſecundum primam expoſitionem, quæ ponitur in poſtilla.

Replica. Circa Iſaiam prophetam & primum eius cap. Cum Poſtillatores exponit de Iudæis tempore primi templi peccantibus, & punitis pro peccatis ſuis, & reductis ad captiuitatem Babylonicā. Qualiter etiam S.Tho. hoc capitulum exponit. Burg. immemor prologi ſui valde redarguit Poſtillatorem, quia ſæpe dicta ſancti Tho. declinat, quæ tamen vt ipſe dicit ſunt igne charitatis examinata, & naturalis rationis dictamine multipliciter purgata: ipſe hic eum & Poſtillatorem redarguit, tanquam eos qui à plano ſenſu literæ deuiarum pro eo, quia vt dicit culpa deiectionis hic deſcripta fuit idololatria. quod in hoc capitulo non aſſignatur. Hoc & quædam alia mouent ipſum ad exponendum præſens capitulum de Iudæis circa finem templi ſecundi in Iudea, & Ieruſalem reſidentibus, qui Chriſtum negantes dereliquerunt dominum: blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, &c. prout litera ſonat, & euangelicæ hyſtoriæ teſtan-
C tur, & experientia certificat. Sed huic expoſitioni obuiant multa, quæ primo ponentur, deinc reſpondebitur ipſius motiuis.

Quomodo ad primum primo obuiat, quia dicitur in litera de tēpore huius deiectionis, quòd eo tempore oblationes, feſtiuitates, ſabbata, &c. enumerata fuerint Deo moleſta, eiecta & reprobata. Tempore autem ſecundi templi Deo fuerint accepta tanquam grata vt patet à capitulo 10. Neemiæ, & infra, & Eſdræ tertio libro à capitulo octauo vſque ad finem libri. Et de redeuntibus à captiuitate Babylonica exponitur ibidem ad literam id quod in hoc capitulo
3.Eſd.8.f continetur, videlicet: Niſi reliquiſſet nobis dominus ſemen, &c. quia dicitur cap.8. quòd orauit Eſdras dicens: Et nunc quanta miſericordia facta eſt ſuper nos abs te domine Deus vt relinqueres radicem noſtram, &c. quæ in illo capitulo continentur. Similiter in iſto capitulo continetur: Conuertam manum meā
Ibid.9.g ad te, & excoquam ad plenum ſcoriam tuam. Eſdras ad literam exponere videtur de redeuntibus à Babylonica captiuitate, vt patet cap.vlt.3.Eſdræ, vbi cum Eſdras nihil irreprehenſibile in populo reperiſſet, niſi quòd haberent vxores alienigenas, ad eius perſuaſionem dimiſerunt eas cum prole. Quibus factis & ſacrificijs conſummatis dixit Eſdras. Ite manducate nunc: ſanctus eſt hic dies eſt domino. Nolite contriſtari, dominus enim clarificauit vos. Ex quibus patet quòd deiectio de qua dicit hoc cap. fuit dicta de captiuitate Babylonica, & clarificatio de reditu ab ipſa captiuitate. Nam re vera deiectio & ſacrificiorum & feſtiuitatum deteſtatio, prout hic enumerantur non poſſunt intelligi de tempore ſecundi templi, & circa eius finem, prout Burg. quia ſtatim ante Chriſti natiuitatem ceremonialia legis erant accepta Deo, vt patet Luc.1. de Zacharia patre Ioannis Baptiſtæ, cuius oratio tēpore incenſi fuit exaudita, quando meruit etiam angelum videre, immo & dominus noſter Ieſus Chriſtus tempore templi ſecundi nō venit ſoluere legem, ſed implere: & ipſe iuſſit diſcipulos ad diem feſtum aſcendere, & ipſe aſcendit, opera legis fecit, Paſcha manducauit, prout in hiſtoria euangelica clarè continetur: & Apoſtoli poſt mortem Chriſti multa legalia ſeruauerunt, vt patet in epiſtolis Pauli, & actibus apoſtolorum. Nam & ſi in morte Chriſti legalia

fuerunt mortua, ante publicationem tamen euangelij non erant mor D
tifera prout haberi poteſt ex epiſt.ad Gal. & alibi. Legalia enim toto tempore templi & vſque ad mortem Chriſti valuerunt. aſſiſtente opere operante, ſcilicet fide & deuotione, quo tempore idololatria publica non permittebatur. Deteſtatio igitur legalium, de qua in hoc cap. dicitur, tempore ſecundi templi non habuit locum, ſed tempore primi templi, quando reges & populi fuerunt idololatriæ dediti, tunc deficientes fide.

Secundum quod obuiat expoſitioni Burg. trahitur ex hoc cap. in quo dicitur: Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis. Meretricium autē & adulterium in ſcriptura pro idololatria ponitur: quæ tempore ſecundi templi locum non habuit; immo præſides illius temporis eam ex corde perſequebantur. Quod autem Burg. meretricium illud exponit de Iudæis negantibus Chriſtum & petētibus Barrabam, non videtur rationabile: quia meretrix & adultera dimiſſio vero ſponſo adhæret alieno. Iudæi autem Chriſto abiecto ex malitia petierunt Barrabam, nō vt ei ex amore adhærerent, vt adulteræ conſueuerunt. Et hoc innuitur cum dicitur: Ciuitas fidelis. Non enim fidelitatem quam ad Deum habere debuerunt, ad Barrabam conuerterunt, cum eum non fidelitate ſed malitia ſaluarunt à morte. Tempore autem primi templi ille paſſus locum habet, quia tempore Dauid fuit ciuitas fidelis per cultum vnius Dei veri, ſed temporibus multorum aliorum regum facta eſt meretrix & infidelis defluens ad idola, ideo aſſignatur pro Babylonicæ deiectionis culpa & cauſa.

Tertium quod obuiat expoſitioni Burg. dicitur in hoc cap. Et re E
ſtituam iudices tuos ſicut prius, & conſiliarios tuos ſicut antiquitus, quia apoſtoli de quibus Burg. exponit non erant tales iudices & populi conſiliarij, ſed potius à populo reputati aduerſarij qui etiam non fuerunt ſicut prius & antiquitus: quia populus antiquitus conſenſit in iudices, & ſtetit eorum ſententiæ & dictamini. Apoſtolis autem & verbis & factis manifeſtè contradixerunt. Item iudices antiquitus conſiliarij cum populo remanſerant, & pro populo quantumcunque peruerſo interceſſerant, ſicut Moyſes qui dixit domino: Aut dimitte noxam populo, aut dele me, &c. Apoſtoli autem monitu Spiritusſancti ab eis receſſerunt dicentes: Quia indignos vos feciſtis regno Dei, ecce cōuer Exod.32.c
timur ad Gentes. Act.13.g. Non enim eſt bonum iudiciū. & conſiliariorum bona conditio, eos quibus conſulendum eſt relinquere, ſed vſque ad mortem conſulendo non deficere ita fecit & docuit apoſtolorum magiſter dominus Ieſus. Exponitur igitur hic paſſus de Ieruſalem terreſtri & iudicib. Zorobabel, Neemia & cæteris. Nam exponere de eccleſia prout Burg. & Gl.ord. eſt potius literam myſticare, quam ad literam ſenſum exponere, &c.

Quo ad ſecundum videndum de motiuis. Burg. Non enim concludit primum eius motiuum, cum dicit cauſam huius deiectionis fore. quia non cognouerunt dominum, igitur non idololatria. Illa enim conſequentia non valet, quia potius ex antecedente infertur oppoſitum quam propoſitum. Cum enim Deus à viatore cognoſcitur per fidem, & in litera aſſignatur defectus cognitionis, igitur & fidei. F
Defectus autem fidei reducitur ad idololatriam: quia nemo latriæ colit niſi eum quem Deum fortè fide cognoſcit. nihil enim amatum, niſi cognitum. Quia igitur verum Deum fide non cognouerunt: ſequitur quòd nec verum Deum coluerunt, & per conſequens idola, quod eſt propoſitum. Veritas huius conſequentis patet ex litera huius ca. vbi dicitur. Confundentur ab idolis quibus ſacrificauerunt, &c. Sed Burg. huius dicti extortam ponit expoſitionem dicens, quod Iudæi confunduntur ab idolis non quibus ipſi ſed patres eorum ſacrificauerunt tempore primi templi. Iſta autem expoſitio lædit fidem noſtram, quia fauet Iudaiſmo moderno; qui falſam excuſationem huius extremæ eiectionis ſumunt ab idolis patrum ſuorum. Vt etiam Burg. dicit: Quando enim quæritur à Iudæis cauſa tam extremæ & protenſæ captiuitatis eorū reſpondent, vt Burg. quòd eſt culpa patrum colentium idola: ſic autem ſe falſe excuſando non erubeſcunt, ſed gloriantur, quòd non ſit ex demeritis eorum iſta captiuitas: & per hoc perſuadent ſimplicibus quod per patientiam ſuſtinent hanc captiuitatem pro peccatis non ſuis, ſed aliorū: & ſic per falſam excuſationem ſibi formant vanam ſpem: cui Burg. hic ſeruit. Non igitur confunduntur & erubeſcunt ab idolis ſic expoſitis, ſed potius vt dictum eſt ſperant & gloriantur.

Nec valet Burg. ſecundū motiuū, quia dicitur in litera: Excoquā ad purum ſcoriam tuā ex quo arguit, quia Iudæi in captiuitate Babylonica non fuerunt emendati. ſed manſerunt incorrigibiles, ꝓpter hoc quod dicitur in eodem cap. Super quo percutiā vos vltra addētes præuaricationē. Dicta igitur depuratio ſcoriæ non habet locū in Babylonica captiuitate. Reſpondeo hic ꝙ Burg. hic ſicut multoties facit literæ trāſpoſitionē. Nā illud ſuper quo percutiam vos, pertinet ad Iudæorum captiuandorum incorrigibilitatem. Hoc autem quod dicitur in fine capituli. Excoquam ad purum ſcoriā tuā, ſecundum Gloſ. nihil pertinet ad purificationem reductorū de captiuitate, de qua purificatione allegatum eſt ſupra vltimum capit. Eſdræ tertio. Nunc autem nititur Burg. improbare emendationem reductorum à captiuitate per incorrigibilitatem nondum

captiuo

A captiuorum. Videat Burg. grandipenſor quantū valeat. Ex mutatione n. temporum, cauſarum & circunſtantiarum ſæpe in ſcripturis taliter in conſonantia reperiuntur. ſicut Matth. 26. d. ſtatim correpto Petro & diſcipulis, quia dormierunt, poſtea ſequitur: Dormite iam & requieſcite. Et ſtatim ſequitur: Surgite eamus. Nec valet replica Burg. ꝙ populus reductus non fuit purgatus, ſed potius implicatus abominationibus Chananæorū: quia dictum eſt ſupra, quod ad perſuaſionem Eſdræ dimiſerunt vxores cum prole. & ſic clarificati fuerunt prout dicitur in loco per Burg. allegato. ſ. 2. Eſdræ vl. c. Cū aūt Burg. dicit illam purificationem ad apoſtolos pertinere, nō videtur verū ad literam: quia litera dicit de purificatione ciuitatis Ieruſalem, ideo ſubditur poſt purificationem. Ciuitas iuſti, vrbs fidelis, cuius ciuitatis ad literam apoſtoli, nec erant ciues, nec pars principalis, nec fortaſſis integralis, nec quantitatiua. Si dixeris, ꝙ ciuitas accipitur pro eccleſia, cuius ciues & principes erant apoſtoli, non nego ſecundum ſenſum allegoricum, ſed non ad literam. Nec valet tertium motiuum Burg. ſumptū ex hoc capitulo. cum dicitur: Sion in iudicio redimetur, & reducet eam in iuſtitia. Arguendo ſic: Captiuitas Babylonica non eſt reducta per iuſtitiam, ſed potius per miſericordiam. Reſpōdeo, ꝙ hoc argumentum fundatur ſuper falſa imaginatione. Sonat. n. quaſi miſericordia & iuſtitia in omnibus operib. D diuinis non concurrant, quod eſt contra magiſtrum, in 4. diſtin. 46. Vnde & ſi vna videatur redundare in vno effectu, alia in alio, manent tamen ſemper inſeparabilia ſecūdū ſanctos doctores: Miſericordia exhibetur ſine meritis, iuſtitia aūt pro meritis aut demeritis. Nunc igitur genus humanū non meruit redemptionē per Chriſtum factam. ideo dicit Apoſtolus ad Titum. 3. b. Secundū miſericordiam ſuā ſaluos nos fecit, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos. Male igitur nititur probare Burg. ꝙ ſit facta p Chriſti iuſtitiam nobis occultam, quia contradicit Apoſtolo in multis locis dicenti, ꝙ ſolum ſecundū miſericordiam. Id igitur quod hic dicitur ſecundum expoſitionem Poſtillatoris populū de Babylonica captiuitate iudicio & iuſtitia redemptum, eſt verum, inquantum pro ſua culpa ſuſtinuit pœnam debitam, concurrente tamen miſericordia in punitione citra condignū. Et cū Burg. in hac materia vltimo adducit, quod videlicet populus reductus a captiuitate Babylonica nō fuit immunis a peccato: idem poteſt argui de populo per Chriſtū redempto in eccleſia, qui non fuit ſine peccatis, ſicut patet de primo redempto latrone: & hodie in ſagena eccleſiæ capiuntur piſces, boni cū malis admixti, qui omnes ſunt per Chriſtum ſufficienter redempti.

---

CAP. II.

a Verbum quod, &c. * Chryſoſto. Cur tam ſæpe in pphetis iterantur hec verba. Dixit dominus, factus eſt ſermo domini. Quoniam Spiritusſanctus deſcendebat quidem in prophetam, ſed rurſus recedebat. Quomodo dicitur ergo, factus eſt ſermo domini, oſtenditur quia Spiritusſanctus qui receſſerat, rurſum veniebat. vnde Ioannis 1. dicitur de Chriſto, ſuper quem videris Spiritum ſanctum deſcendentem & manentem.

Hom. 3. in Matth.

B * Procopius. De Iudæa iſta ſunt inſcripta: quia cum gentibus de quibus ſermo eſt, Iudæos etiam ad veritatis notitiam vocat, his verbis, & nunc domus Iacob, venite & ambulemus in luce domini. Vel intelligitur hoc de Iudæa alia, & Ieruſalem alia recentem enim legem, aliudque verbū & montem nouum alium, anteà quidem obſcurū nūc verò illuſtrem, domumq; Dei gentibus notam: non Iudæis inducit.

* Baſilius. Quid eſt quod alibi, verbo adijcitur, illud domini, alibi verò nō. vt verbum domini quod factum eſt ad Oſee. Hic item, verbum quod factum eſt ad Iſaiam. Hæc cauſa eſt. Nam quando concionē habituri erant ad populum imperſuaſibilem, contradicentem, & qui prorſus deſciuerat a Dei cultu, ſilentio præmebant nomē domini ſuum ſermonem hac temperie moderantes, vt cōmodius exciperetur. Quapropter ex pſona dñi E concionabantur apud eos.

CAP. II.

a Venturum in carne viſibile. b Scilicet. b Intellexit. c Probata natura dignum ꝙ viderit cui oportet credi

a Verbum quod vidit Iſaias filius 1
a Ideſt de Iuda & Ieruſalem.
Amos ſuper Iudam & Ieruſalem.

* Hieronymus. In prima viſione poſt comminationem proſpera promittuntur. Reſtituam iudices tuos, vt fuerunt prius &c. In iſta poſt proſpera aduerſa nunciantur. Ecce dominator dominus exercituum auferet à Ieruſalem, & Iuda validum & fortem, &c. Ergo iuxta Hebraicum, & in illa & in iſta nō contra Iudam & Ieruſalem intelligendum eſt: vel pro Iuda & Ieruſalem vt voluere. Lxx. ſed ſecūdum Symmachum de Iuda & Ieruſalem, in qua poſſunt læte & triſtitia contineri. Et notandum, quia ibi viſionem vidit, hic verbum quod erat in principio apud Deum. Et in illa Iudæis comminans, venit ad ſalutem gentium. In iſta autem à gentium ſalute incipiens, punito Iſraele ex vtroque pariete credentes in eccleſia congregat. Quando hæc fiant, oſtendit: cum verbum fiet caro quod vidit ideſt intellexit Iſaias. Cætera enim verba audiuntur, non videntur. de hoc enim dictum eſt: Super terram viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. & de hoc ſubdit: Et erit in nouiſſimis die, &c.

a In

---

C

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

* Verbum quod vidit Iſaias. Poſtquam propheta deſcripſit regni Iudæ deiectionē, hic conſequenter deſcribit regni Chriſti. ſ. eccleſię erectionem. Et diuiditur in duas partes: quia primo hęc erectio deſcribitur. & ſecundò propheta ad deſcribendum prædictā deiectionem reuertitur. ibi: Proieciſti enim. Prima pars à Chriſtianis & Iudæis de tempore Chriſti exponitur, contrario tamen modo, quia Chriſtiani dicunt hanc ſcripturam fuiſſe impletam in aduētu Ieſu Nazareni, quem confitentur eſſe Chriſtum in lege & prophetis promiſſum. Iudæi verò dicunt ipſam implendam fore tempore Meſſiæ, quem expectant: quia Ieſum Nazarenum negant eſſe Chriſtum. Et arguunt ex litera huius partis. Primo: quia dicitur hic: Et erit in nouiſſimis dieb. præparatus mōs domus dñi &c. & ſic in nouiſſimis diebus litera huius partis eſt implenda. Dies autem Ieſu Nazareni non fuerunt nouiſſimi, quia poſt mortem eius fluxerūt multi anni. ſ. 1293. ergo nō fuit Chriſtus: ſed alius expectatur qui erit in nouiſſimis. Itē ſubditur: Mons domus dñi in vertice montiū, & eleuabitur ſuper colles, & ſic in aduentu Chriſti mons Sion eleuabitur in altum, quod nō eſt adhuc factum, ergo, &c. Item ſequitur. Et fluent ad eum oēs gentes. ſ. per credulitatem in Chriſtum. Hoc aūt non eſt factum de Ieſu Nazareno, quia Saraceni, tartari, & plures Gentiles alij, & etiam Iudæi pro maiori parte non crediderunt in Ieſum Nazarenum, ergo, &c. Item ſequitur: Et cōflabūt gladios ſuos in vomeres, & lāceas ſuas in falces. Nō leuabit Gēs cōtra gentē gladium, &c. Ex quo videtur, quod in aduentu Meſſiæ debeat tanta pax eſſe in mundo, quod ceſſet vſus armorū, & materia eorum in inſtrumenta pro agricultura cōuertatur. Iſta non ſolū poſſunt ſolui, ſed etiam in aduerſarios retorqueri, ſaltem pro magna parte. Ad primum dicendum, quod nouiſſimum vno modo accipitur ſimpliciter & abſolute, & ſic tempus nouiſſimum ſeu dies nouiſſimi dicitur tempus futurum prope iudicium. Alio modo accipitur reſpectiue, & ſic tempus gratiæ ſeu aduentus Chriſti dicitur nouiſſimum, quia legi euangelicæ alia non ſuccedet. propter quod argumentum non valet: quia iſtud tempus nouiſſimū habet longum tractum. Sicut vltima ætas hominis aliquando tantū durat quantum omnes aliæ præcedentes. Itē Gen. 49. a. dicitur. Cōgregamini filij Iacob, vt annunciē quæ ventura ſunt vobis in dieb. nouiſſimis, &c. Et tñ illa iam diu ſunt adimpleta. etiam ſecundum opinionem Iudæorum. ſicut ibidem fuit expoſitū. Propter quod ex illo verbo: In nouiſſimis dieb. non habent argumentum. Item ibid. ſubditur. Nō auferetur ſceptrū de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt. ideſt, Chriſtus. Vnde in tranſlatione Chaldaica quæ tantæ authoritatis eſt apud Hebręos: qd nullus vnquā fuit auſus ei contradicere, habetur Meſſias. i. Chriſtus, vbi nos habemus qui mittendus eſt. Cum igitur ſceptrum & dominatio ſint totaliter ablata a Iudæis, & iam diu eſt, ſequitur quod aduentus Chriſti tranſit in præteritum. Et cum fuerit ablatum tempore Herodis ad quem deuolutum fuit regnum Iudęorum, cum eſſet alienigena, & tempore ipſius natus fuit Ieſus Nazarenus: ſequitur quod fuit & eſt vere Chriſtus, quia illo tempore nullus alius apparuit qui ex doctrina & operib. dici poſſet Chriſtus: & ſic argumentum reducitur ad propoſitum noſtrum. Ad ſecundū dicendum, quod ratione illius dicti aliqui doctores hebræi dixerūt, quod

Erectio eccleſiæ.

Diuiſio.

Iudæorum rationes, Meſſiam veniſſe arguētes impugnant.

Nouiſſimi dies.

F

---

MORALITER.

1 Verbum quod vidit Iſaias, &c. Principium huius capituli literaliter exponitur de dilatione militantis eccleſię. Anagogicè, verò poteſt exponi de dilatione triūphantis Chriſto cum electis, qui à principio mundi detenti fuerant in limbo illuc aſcendente: & ſic dicitur.

† Anagogicè.

a ¶Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filiũ ſuum. b¶In vltima ætate. c¶Prædeſtinatus a Deo agnus occiſus ab origine mundi.
† Et erit in nouiſſimis diebus præparatus 1
a ¶Quem quaſi lapidem vidit Daniel abſciſſum de monte ſine manibus, & creſcere in montem magnum: b ¶Eccleſiæ.
mons domus domini in vertice mõtium: 2 †
a ¶Deſiderio fidei. b ¶Cito abunde.
& eleuabitur ſuper colles. Et fluent ad 3
a ¶Incarnatum. b ¶Plures de gentibus. c ¶Poſtula a me, & dabo tibi gentes. d ¶Paſſibus fidei. Iudæi.
eum omnes gentes: & ibunt populi 4
a¶Non omnes, quia pauciores de Iudæis. b ¶Non contenti propria ſalute hortabuntur ſe inuicem. vnde. Venite aſcen &c.
multi, & dicent: Venite, aſcendamus 5
¶Chriſtum. ¶Dei. a ¶Eccleſiam. b¶Iunioris populi. i. Chriſtiani per Iacob ſignificati.
ad montem domini, & ad domum Dei

A a *In nouiſſimis.* Hierony. De quibus Iacob dixit filijs ſuis: *Congregamini vt annunciem vobis, quod futurum ſit in nouiſſimis diebus.* Et paulò poſt. *Non deficiet princeps de Iuda, donec veniat cui proſsimum eſt.* Inde Iohannes: *Nouiſsima hora eſt,* in qua. ſ. *lapis abſciſus de monte ſine manibus creuit in montem magnum.* [Gen. 49. a Ioh. 2. c Dan. 2. g.]

b *Mons.* Montes, angeli, prophetæ, patriarchæ, apoſtoli, martyres, & alij qui miraculis effulſerunt. Colles, minores à maioribus lumen accipientes. vnde: *Saliens in montibus, tranſiliens colles.* Et alibi: *Montes in circumitu eius, &c.* [†Mic. 4. a Cant. 2. b Pſal. 124. a]

* Tertulianus. Mons hic Chriſtus eſt, ſine manibus præciſus, implens omnem terram: apud Danielem oſtenſus. [li. aduerſus Iudæos.]

* Procopius. Montem dixit eccleſiam Chriſti, de qua quæ ſupra montem eſt, ciuitatem abſcondi non poſſe legimus. Montiporro, Chriſti comparatus eſt in terram deſcenſus, quia mons eſt quod in terra multum eminet, ipſaque dñi caro, terra alioqui naturæ cõmunione exiſtens per eã quã habet cũ Deo affinitatẽ. ſurſum aſſumpta eleuataque eſt, quã qui imitant̃ B montes illi, & petræ domum Dei fulcientes vocantur. qualis Petrus extitit qualis eſt itẽ quiſquis ſuper hæc caduca euectus rerũ diuinarũ cognitione pfruitur. Iidem vero ipſi montium vertices, in quibus conſtructa eſt domus domini eleuata ſuper colles, ideſt, terræ cumulos, modicè quidem a terra elatos. Chriſtus vero ſuper omnes colles eleuatur. D

c *Et eleuabitur.* Super omnes ſanctos, quia de plenitudine eius omnes accipiunt (de quibus: Montes in circumitu eius) qui a monte Chriſto montes dicuntur. [Pſal. 124. Ioh. 1. b Pſal. eod.]

d *Et fluent.* *Procopius. Veniunt enim ſalutari prædicatione vocati quoniam prædicabitur euãgelium hoc in vniuerſo mundo, Cæterum quo pacto venturas gentes omnes, deinde multas ambulaturas ſignificat? Nimirum, vt ad fidem, quod præcedit, quod ſequitur autem ad vitæ genus referatur. Fidem. n. nulli non profitemur, cum tñ ſm præcepta non omnes ambulemus. At vero vrgentes multas dixit, cum paucos eſſe, qui viam inueniant, teſtetur Dominus? Quia aliud eſt, gẽtem dicere vniuerſam, aliud ſubiectam genti multitudinem. Sunt ergo gentes multæ. inter quas non deſunt, qui rectè viuant, ex illis aũt, qui ſingularem gentium nomine cõtinentur, pauci. [Et erit. & illud (et) ac pi debet p qm cauſa e additur cu vaſtanda er Ieruſalem. ſcil. creſcer eccleſia D & lex euang lica.]

c *Domum.* Quod ideo dicitur, vt vetus teſtamentum ſuſcipiamus, non ſecundum Manicheum aliam quam domum Dei Iacob quæramus. E

*Vias ſuas.* quas alij triuerunt. Dominus quoque aſcendens in montem docebat diſcipulos ſuos. Prius ergo diſcendæ viæ. poſt ambulandum in ſemitis. [Matt. 6. a]

☞ *De Sion*

## NICOLAVS DE LYRA.

* *quòd in aduentu Meſsiæ mons Sinai & mons Thabor & mons Carmeli qui ſunt prope montẽ Sion ſunt adducendi diuina virtute & ſuper illos mons Sion debet poni: vt ſic impleatur quod dicitur:* Erit *mons domus domini in vertice mõtium, &c. Sed hoc dictũ reprobat Ra. Sa. ſuper locũ iſtũ, dicens: Quod talis eleuatio non eſt intelligenda ſecundum loci mutationem, ſed per ſignorum operationem, quia maiora ſigna fienda ſunt tunc in monte Sion, quã in alijs tribus ſint facta. Et in hoc dicit veritatem: ſed in hoc deficit, ꝙ dicit futurum qđ per Ieſum Nazarenum fuit factum, quod ſic patet: Maius ſignũ factum in monte Sinai, fuit datio legis per angelum loquentem in perſona domini Act. 7. maius ſignum ſine comparatione fuit, quòd Chriſtus verus homo, verus Deus, in templo docuit legem euangelicã: in quo legitur pluries docuiſſe. Quod quidem templum erat in monte Sion, vt frequenter dictum eſt, vbi etiam cæcos & claudos curauit, & multa alia miracula fecit: Vbi etiã ianuis clauſis ad diſcipulos intrauit, ſuam reſurrectionem manifeſtando: Et ibi ſuper apoſtolos,* C *alioſque diſcipulos, ſpiritumſanctum in die pentecoſtes miſit. Quod fuit maximũ miraculũ, ſ. ꝙ homines ſimplices & illiterati oẽs ſcripturas intelligerent, & linguis omniũ gentium loquerentur. Et per hoc patet, quòd maiora fecit Ieſus nazarenus in monte Sion, quam vnquam fuerunt facta in tribus montibus prædictis. Ex quib. cõcluditur Chriſtum veniſſe in perſona Ieſu Nazareni. Ad tertium dicẽdum. ꝙ hoc ſignum omnes, non diſtribuit pro ſingulis generibus ſingulorum, quia de omnibus Gentibus aliqui conuerſi ſunt ad fidem Chriſti, etiam à tempore apoſtolorum, ſicut diffuſus declaratum fuit Pſal. 18. a. ſuper illud verbum:* In omnẽ terram exiuit ſonus eorum: *Sicut hæc propoſitio vera eſt: Omne animal fuit in arca Noe, quia aliqua indiuidua de ſingulis generibus animalium fuerũt ibi. Ad fidem verò Chriſti non ſolũ aliqui de gentibus ſingulis, ſed multi ſunt cõuerſi. Et quia ſecundum expoſitores catholicos & Hebręos prædicta diſtributio ſic eſt intelligenda, ex hoc cõcluditur Ieſum Nazarenum eſſe vere Chriſtum. Ad quartum dicendũ, ꝙ per hoc quod dicitur, Non exercebũtur vltrà ad prælium, non habetur ꝙ poſt aduentum Chriſti nullum debeat eſſe prælium, ſed ꝙ debet eſſe magna pax tẽpore ſui aduentus, & ita fuit: quia Chriſtus fuit natus tempore Cæſaris Auguſti, ſubiectis omnibus gentibus Romano imperio & pacatis intantum, ꝙ ſub eo numeratus fuit totus orbis, vt habetur Luc. 2. Et durauit iſta pax per magnum ſpatium temporis, Nec plus habetur per illam dictionem vltra: loco cuius ponitur in Hebręo* עוד *od. & ſimiliter 4. Reg. 6. e. habemus: Et vltrà non venerunt latrones Syrię in terram Iſrael, quia ceſſauerunt venire per aliquod tempus, tamen poſtea pluries venerunt, vt patet ex 4. Reg. Similiter Geneſ. 35. b. dicitur ad Iacob:* Non vocaberis ultra Iacob, ſed Iſrael. *& tamen poſtea vocatus eſt Iacob multoties. Per hoc concluditur Ieſum Nazarenum eſſe verum Chriſtum, quia natum tpe maximè pacis, & temporibus à prophetis prænuntiatis. Ex prædictis patet ſententia huius partis. Tamen adhuc ad maiorem intellectũ diſcurrenda eſt breuiter applicando ad propoſitum, ſ. de eccleſiæ promotione, & præmittitur breuis præfatio, cum dicitur:* Ver. quod vidit Iſaias filius Amos ſuper Iudam & Ieruſalem. *q. d. verbũ ꝙ ſubditur eſt notabile, quia de maxima re, & ideo maximè attendendum. Et quid ſit illud oſtenditur, cum dicitur.*

1 Et erit. *i. tempore gratiæ, quod dicitur nouiſſimum, vt prędictum eſt. Et hoc modo dicitur. 1. Ioh. 2. c. Nouiſſima hora eſt.* F

2 Præparatus mõs. *i. eccleſia, quæ dicitur hic domus domini, Tũ quia fundata fuit per prædicationem Chriſti, & eius miracula in mõte Sion, vbi erat templũ domini, vt prędictum eſt. Tũ quia eccleſia quæ eſt domus domini, dignitate excellit omnem aliam congregationem à principio mundi ad Dei cultum ordinatam.*

3 Et eleuabitur. *i. ſuper terræ principes, quia tempore Conſtantini cœperunt ſe ſupponere iugo Chriſti.*

4 Et fluent. *i. aliqui de omnibus gentib. vt prędictũ eſt. Vel poteſt dici quod hęc eſt locutio hyperbolica, ad deſignãdum multitudinem Gentilium, quę fidem Chriſti ſuſcepit, Iudęis pro maiori parte excęcatis in infidelitate remanentibus. ſecundum illud ad Rom. 11. c. Cęcitas ex parte contingit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret. ſicut dicitur. Omnes de ciuitate currunt ad tale ſpectaculũ ad ſignãdũ multitudinem currentium, licet aliquando maior pars remaneat.*

5 Et dicent: Venite, aſcendamus ad montẽ, domini, &c. *Quia illi qui recipiebant fidem Chriſti, hortabantur alios ad ſimiliter agendum.*

*Et do-

## MORALITER.

† 1 *Et erit in nouiſſimis pręparatus mons.* ideſt Chriſtus. de quo dicitur Dan. 2. e. Lapis qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus.

2 *Domus domini.* i. triumphantis eccleſię.

† *In vertice montium, &c.* ideſt angelorum. Pſal. 124. a. Mõtes in circumitu eius, i. angeli, vt exponit Auguſtinus. Homo nãque Chriſtus eſt ſuper omnes angelos exaltatus. Et quia triũphans eccleſia nõ ſolũ eſt dilatata per ſanctos aſcendentes cum Chriſto, ſed etiã per illos qui poſt eius aſcenſionem ſuſceperunt eius fidem, ſubditur.

4 *Et fluent ad eum omnes gentes, &c.* Credendo. nam aliqui ex omnibus gentib. in Chriſtum crediderunt a tẽpore Apoſtolorum, & credentes alios excitauerunt ad credendum. In quorum perſona ſubditur.

† *Venite aſcendamus ad montem, &c.* & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius. per Apoſtolos & ſucceſſores eorum.

† *Quia*

a ¶Cum fuerimus in domo Iacob. b ¶Faciliora mandata quibus gradiamur ad eum. c ¶Poſt.
Iacob, et docebit nos vias ſuas, et ambulabi- 1
a ¶Arctioribus. b ¶Venite aſcendamus. c ¶Vetus, ſpiritualiter intellecta.
mus in ſemitis eius: quia de Sion exibit lex, & 2
a ¶Euangelium. b ¶Scilicet. c ¶Primitiua eccleſia quæ eſt ſpeculatio & viſio pacis. ¶In qua religio. d ¶Super peccatis: pro diuerſitate enim meritorum, diuerſitas pœnarum erit. e ¶Gentiles crediturOs. Qui non credit iam iudicatus eſt.
verbũ domini de Ieruſalem. Et iudicabit gen 3
a ¶Corrigendo, quia Dei filium non receperunt. b ¶Iudæos ¶Id-c.
tes, & arguet populos multos. Et cõflabũt gla- 4
dios ſuos† in vomeres, & lãceas ſuas in falces. 5
a ¶Sicut prius: & ſi enim prælia poſtea, nunquam ta n grauia.
Nõ leuabit gens cõtra gentẽ gladiũ, nec exer- 6
¶Mecum.
cebũtur vltrà ad præliũ. Domus Iacob venite, 7
¶De virtute in virtutem.
& ambulemus in lumine Dei noſtri. Proieciſti 8

A a *De Sion.* Non de Sina petra, ſed de monte Sion in quo Ieruſalem, in qua templum & religio Dei. Dominus quoque in templo docuit, quod non oportuit propheta mori extra Ieruſalem. [c.13.g.]

b *Lex & verbum.* Sicut ſuprà verbum & legem ſimul poſuit, vt principes audirent verbũ, legem populus aure perciperet. Qui.n. fecerit legem, perueniet ad verbũ Dei, exibit lex de verbo quaſi de fonte, vt alios irriget.

✲ Iuſtinus. [olog.2.pro riſtianis.] Verbum domini ait propheta exijſſe de Ieruſalem, quod ſic factum eſſe videmus. A Ieruſalem.n. viri duodecim numero profecti idiotæ, dicendi imperiti & rudes, ſed [ligones.] nixi ope diuina, conuerterũt B totum orbem: miſſi enim ſunt a Chriſto, vt docerent omnes gentes ſermonem Dei.

c *Iudicabit inter gentes.*

✲ Tertullianus. [.3.contra rtionem.] Iudicabit inter gentes de errore earum intellige, & concident machœras ſuas in aratra, animorum nocentium, & linguarum infeſtarum, & omnis malitiæ ingenia conuertent in ſtudia modeſtiæ & pacis.

✲. Procopius. *Iudicabit inter gentes*, ſecernens ſibi dignos, & eligens vocatos, *redarguet populum multum*, ſ. nõ credentẽ, tanquam ſua ipſorum culpa pereuntem.

d *Et conflabunt gladios ſuos.* [vniuer- ... totius ...ndi quan ...fuit.] Omne ſtudium bellandi vertetur in pacem, quòd incarnato domino aperte factum eſt. Tanta enim ante eum in orbe diſcordia fuit vſq; ad vigeſimũ annum Octauiani Cæſaris, ſub quo natus eſt vt non eſſet de prouincia in prouinciam tranſitus. [.2.c.] Eo autem nato, qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum, in cuius natiuitate angeli cecinerunt; [.2.b.] *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, omnia bella ceſſauerũt, & agriculturæ exercitatæ ſunt.

Spiri- D Spiritualiter gladij mutantur in vomeres, & lanceæ in falces, cùm ſeditiones diſcordiarum & iræ pelluntur, & duritia cordis vomere, ideſt verbo Dei frangitur, & ſpinæ vitiorum eradicantur, vt ſemen ſermonis creſcat, & tandem labores manuum noſtrarum manducemus in tempore meſſionis, ſcilicet mortis.

e *Non leuabit gens cõtra, &c.*

✲ Iuſtinus. [Apolog.2. pro Chriſt.] Olim ante Chriſti tempora, multis bellis ſe conficiebant gentes: temporibus Chriſti, nõ ſolum non bellabant cum inimicis, verùm libenter moriebantur, & ſubibant omne cruciamentorũ genus ne viderentur mentiri aut decipere, in his quæ de Chriſto pollicerẽtur, cùm de Chriſtianis haberetur quæſtio, aut cum tormentis veritas fidei quæreretur. E

f *Domus Iacob, &c.* Poſt vocationem gentium & oſtẽſionem montis Dei, inuitat populum ſuum qui eſt de Iacob, vt exiens de tenebris infidelitatis ſuſcipiat lumen Chriſti.

✲ Iuſtinus. [In dialogo cũ Triphone.] Neceſſe eſt duas hic intelligi domus Iacob, alteram ſecundum carnem, alteram ſecũdum ſpiritum. Nec enim par erat eandem & vnam domum Iacob ad promiſſa admitti, & ad Dei hæreditatem: & rurſus repudiatam dici: *dereliquit enim populum ſuum domum Iacob.* [Ioan.12.f. Pſal.33.a.]

g *In lumine. Dum lucem habetis, credite in lucem. Accedite ad eum, & illuminamini, &c.* [Io.3.c. Ibidem. 8. b.] Quaſi d. *qui malè agit, odit lucem: ſed venite mecum, ambulemus in luce domini qui dicit: Ego ſum lux mundi, &c.*

h *Proieciſti enim.* Poſtquam exhortatus eſt vidit in ſpiritu duritiam eorum, & ſubitò oculos mentis ad dominũ conuertens ait: *Proieciſti enim, &c.* Quaſi dicat, & ideo hortandi: quia *Proieciſti, &c.*

Quia

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et docebit nos vias ſuas & ambulabimus in ſemitis eius. *Quia adulti venientes ad fidem Chriſti, antequam baptizarẽtur, catechizabantur, & inſtruebantur de his quæ pertinent ad fidẽ*

2 Quia de Sion exibit lex, &c. *Hoc non eſt referendum ad credentes, quaſi ſit verbum ipſorum: ſed eſt verbum Iſaiæ reddentis cauſam & modum de dicta multitudine gentium ad fidem Chriſti conuertenda: quia de Ieruſalem & Iudæa exierunt apoſtoli, alijque diſcipuli ad prædicandum gẽtibus fidem Chriſti, propter quod dicitur Act.13.g. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quia repellitis illud: & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: ſic enim præcepit nobis dominus.*

3 Et iudicabit gentes. *iudicio diſcretionis, quo per prædicationem apoſtolorum aliquos de gentibus vocauit ad fidem, alijs in infidelitate dimiſſis. Quod quidem iudicium iuſtum eſt, licet nobis occultum.*

4 Et arguet populos multos. *de infirmitate & alijs malis ſuis ſicut patet in actibus Apoſtolorum & legendis ſanctorum.*

5 Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, &c. *Hoc dicitur ad deſignandum diuturnitatem pacis, quæ fuit vbique tempore natiuitatis Chriſti, vt prædictum eſt, & durauit in Iudæa, de qua terra Iſaias principaliter loquebatur a 20. annis & plus ante natiuitatẽ Chriſti vſq; poſt mortẽ eius per 40. annos vel circiter ſub dominio Romanorum, vt poteſt colligi ex dictis Ioſephi & aliorum hiſtoriographorum, ſed Iudæi finaliter rebellãtibus Romanis, deſtructi ſunt & captiuati per Titum anno 42. a paſſione Chriſti. Veriſimile autem eſt quod in pace tam longa ceſſantibus bellis multa arma & inſtrumẽta bellica fuerũt cõuerſa in inſtrumẽta agriculturæ apta, ſicut ſenſibiliter videtur in terris, vbi poſt bella ſequitur pax diuturna.*

F 6 Non leuabit gens, &c. *Hyperbole eſt ad deſignãdum pacis diuturnitatem, prout cõmuniter dicitur de aliquo negotio, quod protrahitur vltra modum conſuetum. Iſtud negotium nunquam terminabitur, licet aliquando terminetur infra annum vel infra menſem ſeu etiam in minori ſpatio ſecundum conditionem negotij. Et hic modus loquendi hyperbolicus, frequens eſt in prophetis.*

7 Domus Iacob venite. *Hic poſt conuerſionem Gentilium ponitur conuerſio Iudæorum, qui circa finem mundi recipient fidem Chriſti generaliter: & a tempore Chriſti vſq; nunc recipiunt eã aliqui particulariter. Et quia ad hoc inducti ſunt per doctores cõuerſos ad fidem de Gentilitate vel in ſe, ſicut patet de Auguſtino & Ambroſio, & alijs multis, vel in parentibus ſuis, ſicut eſt de illis doctoribus, qui nati ſunt de parentibus Chriſtianis: tamen parentes eorum propinqui, vel longinqui fuerunt de Gentilibus conuerſi ad fidem Chriſti, & in perſona talium dicitur hic Iudæis:* Domus Iacob. i. *in lumine fidei Chriſtianæ.*

8 Proieciſti.n. populum ſuum. *Aliqui doctores noſtri hanc literam & ſequentem vſque ad ſextum caput exponunt conſequenter ad præcedentem, referrendo eam ad tempus Chriſti, dicentes q; in iſtis capitibus deſcribitur pœna Iudæorum propter mortem Chriſti. Sed hoc non videtur mihi, quia hic præmittitur culpa pœnæ quæ deſcribitur in ſequentibus. Culpa autem iſta eſt principaliter multiplicatio idololatriæ, vnde ſubditur:* Et repleta eſt terra. *A tẽpore autem Chriſti & antè per longum tempus vſque ad deſtructionem ciuitatis Ieruſalem per Romanos, quæ fuit inducta propter mortem Chriſti vt patet Lu.19. non fuit idololatria apud Iudæos, imò etiam mirabiliter horruerunt, intantum quod cùm Herodes ſub quo natus fuit Chriſtus, ſupra portam templi poſuiſſet aquilam auream, quod* [Iudæi imagines idolorum valde deteſtãtur, vbi & qñ.]

✲ eſt

### MORALITER.

† 2 *Quia de Sion exibit lex & verbum domini de Ieruſalem.* i. eccleſia.

3 *Et iudicabit gentes.* ſ. indicio diſcretionis, quo credentes a non credentibus diſcernuntur.

4 *Et arguet populos multos.* de peccatis commiſſis per prædicatores veritatis.

5 *Et conflabunt gladios ſuos in vome. &c.* propriè dr̃ de doctorib. ad fidem conuerſis de Gentilib. & Iudæis, qui gladijs ſcripturarum fidem impugnabant ante conuerſionem ſuam, & conuerſi vſi ſunt ſcriptutis ad agri eccleſiaſtici

ſiaſtici culturam.

6 *Non leuabit gens contra gẽn. gladium, &c.* Hoc intelligitur de Iudæis & gentibus in vna eccleſia charitate coniunctis, qui prius aduerſabantur ſibijpſis.

7 *Domus Iacob*, i. ſupplantatores vitiorum.

† *Ambulemus in lumine Dei noſtri.* hic per fidem, & poſtea per apertam viſionem.

8 *Proieciſti.* Hic reuertit̃ propheta ad ſcribendũ punitiones & peccata Iudæorũ, per quæ ſignificant punitiones, & culpæ malorum Chriſtianorum, cum dr̃: *Proieciſti.n. po. tuum.* de terra ſancta, & de Aphrica in multis locis.

¶Natutam. a ¶Scilicet. ¶Quendam. ¶Cui deberent eſſe ſimiles.
b ¶Et merito proieciſti:quia.

a enim populum tuum domum Iacob, quia 1

a ¶Iniquitate & dolis. b ¶In Ægypto, vel in terra promiſſionis, temporibus iudicum. c ¶Qui a garritu auium futura prædicunt vel præſagiunt.

†repleti ſunt vt olim, & augures † habue- 2

a ¶Lxx. Alienigenæ, vnde: alienigenæ mihi ſubditi ſunt. ¶Vel Paleſthini. alia litera: qui huic ſuperſtitioni maxime ſeruiunt. b ¶A Deo recedendo: vel Gentilibus quos emebant ad abutendum c ¶Libidinoſe.

b runt vt Philiſtijm, & pueris alienis adhæſe- 3

a ¶Qui cum abundent diuitijs, cupidi ſunt & auari. b ¶Tamen.

c 4
d runt. Repleta eſt terra argento & auro, et 5

a ¶Semper auarus eget. b ¶Cupiditatis theſaurum. Auarus nō implebitur diuitiis

e non eſt finis theſaurorum eius. Et repleta † 6

a ¶Victorum vel Iudæorum. b ¶Quia non eſt dignum numero quod contra Deum eſt. c ¶Hi in curribus & hi in equis, nos &c.

f eſt terra eius equis, & innumerabiles qua- †

a ¶Nimiam abundantiam ſequitur idololatria. b ¶Terreni.

drigæ eius. Et repleta eſt terra eius idolis: 7

A a *Quia repleti ſunt, vt olim, &c.* Romanis. ſ. eijcientibus Iudæos, in Iudæa habitauerunt alienigenæ, vndecunq; adducti à Tito & Veſpaſiano, vel cæteris principibus. Vel, priuſquam a Babylonijs vaſtarentur, hæc commiſerunt ſub impijs regibus.

⁂ Procopius. Quanta mala pariat diuinatio (habet .n. cauſam cur a Deo relinquantur) eorum exemplo intuere, qui fidem profeſſi eiuſmodi rebus agitantur. Videtur autem Philiſtinorum inuentum eſſe diuinatio, vt Caldæorum aſtrologia, Aegyptiorum incantatio & veneficium, Cretenſium, auguratio.

⁂ Baſilius. Ne quæſo te dedas huiuſmodi diabolicis artib. Diabolus.n. mox, vt animam ſic ductilem ac

B ceperit ad perditionem, nil illi indulget, nec remittit impetum. Tanta proinde eſt inimici aduerſus hominem proteruia, vt in felis aut muſtelæ figura ſe oſtentet, nonnunquam vt canis ſe diſcerpens, ſub hominis etiam forma diluculo cōſpicitur, vt is fuerit ex maximè beneuolis.

b *Vt Philiſthijm.* Philiſthijm qui hodie Paleſthini, quia. p. literam ſermo Heb. non habet, ſed pro ea Philiſthijm Græco vtitur.

c *Pueris, &c.* Victorum ſignificat libidinem in Iudæam gentem. Græci .n. & Latini diu hoc vitio laborauerunt: ſed ſub Conſtantino Imperatore & coruſcante euangelio, cum cæteris deleta eſt turpitudo hæc.

⁂ Procopius. Septuaginta. Et filij alienigenæ nati ſunt in ipſa. Cū.n. ſceleratos mores ſemel amplexa eſt ciuitas, ad poſteros tanq̄ in legē, parentū flagitia tranſeunt; ſicq;

D qui erant ab ipſo naſcendi principio a Deo alieni, alienigenæ nuncupantur, & ob id forſan quod aucti a fornicatione, de mulieribus alienigenis nati eſſent.

d Allegorice. *Pueris alienis*, vel ſatellitibus dæmonum. Habent enim pueros ſicut & Chriſtus, qui dicit: *Pueri mei quos dedit mihi dominus.* Iſa.18.d.

e *Repleta eſt terra.* Et Romanorum, & Iudæorum auaritia ſuggillatur. Græcæ .n. & Latinæ teſtantur hiſtoriæ nihil vtraque gente auarius eſſe. Inter idola auaritia condemnatur, vnde Paulus: *Auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus.* Romani & Iudæi auari mi. Colla.

⁂ Procopius. Diuitiarum ſtudium quàm graue malum ſit, ex eo oſtēdit, quod in tantorum ſcelerum numero & hoc etiam crimen haberi voluit. Eſt enim que iniuſte partis opib. caret ad pietatem dux & magiſtra paupertas, diuitiæ verò cōtumelię & iniuriarum adhortatrices. E

†abund plusquam orientalis c tijs. † ſunt.

f *Equis & innumerabiles.* Et hoc contra dominum, qui multiplicari currus prohibuit & equos. Hæc enim animalia data ſunt ad adiuuandum, non ad ſuperbiendū, vnde & iumenta dicuntur.

Allegorice. *Fallax equus ad ſalutem* Et alibi. *Equum & aſcenſorem deiecit in mare.*

*Opus manuum ſuarum, &c.* Allegoricè. Omne dogma contrarium veritati adorat opera manuum ſuarum: & incuruatur homo colligatus a diabolo, nec erigitur niſi a domino. Sicut mulier euangelica, quam alligauit ſatanas.

☞ a *Incur-* F

C

## NICOLAVS DE LYRA.

*eſt ſignum Romani dominij, eo quòd regnū Iudææ receperat a Romanis, non ad hoc q̄ illa aquila adoraretur, ſed ſolùm ad portæ decorem, & imperatoris honorem, & tamen Iudæi zelo legis accenſi, dicentes non eſſe licitum aliquam imaginem quacunque de cauſa eſſe in templo vel circa templum, illam ad terram deiecerunt, ſcientes tamen quòd ex hoc imminebat eis mortis periculum, ſicut & cōtigit: quia plures rationes huius facti fuerunt ab Herode occiſi. Item tempore Tyberij ſub quo paſſus eſt Chriſtus, Pilatus Iudææ præfectus imaginem Cæſaris portari fecit in Ieruſalem. Quod cum cognitum fuiſſet a Iudæis, in magna multitudine venerunt ad Pilatum, rogantes vt illam auferret, aſſerentes non eſſe eis licitum aliquam imaginem eſſe intra ciuitatem. Et Pilatus videns multos eſſe paratos magis mori quam permittere imagines in ciuitate, fecit illos in Cæſaream deportari ad præcauendum diſſenſionem populi. Et ſimile factū legitur tpe Caij qui ſucceſſit Tyberio, eò q̄ Petronius Iudææ præfectus volebat imaginem Cæſaris ad Ieruſalem portare, vt refert Ioſephus libro de Iudaico bello. Et ideo ſaluo meliori iudicio, mihi videtur q̄ hæc litera & ſequens vſque ad 7. cap. referenda eſt ad tempus precedens captiuitatem Babylonicam, quæ fuit inducta ſuper Iudæos maximè propter idololatriam, quæ tunc in eis multum viguit vt patet ex 4. Reg. & 2. Paralip. Igitur ſecundum hanc ſententiam litera iſta in qua Iſaias reuertitur ad deſcribendam punitionem regni Iudææ, quam deſcribere ſuprà inceperat, vt ſuprà dictum eſt. Primò in duas partes diuiditur, quia primò exprimitur culpa. Secūdò ſubditur pœna debita, ibi: Non ergo dimittas. Circa primum dicit propheta:* Proieciſti.n. populū tuum, domū Iacob. *i. proijcies. Loquitur enim de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ, quę fuit impleta quando Nabuchodonoſor Iudæos de Ieruſalem & de Iudæa eiecit; & captiuos in Babylonem duxit: Conſequenter oſtenditur ratio dictæ captiuitatis, cùm dicitur.*

Iudæi indignatione imperatorū propter repulſionem imaginū incurrerunt.

Diuiſio.

1 Quia repleti ſunt, &c. *In Hebræo habetur: Repleti ſunt ab Oriente ideſt magica arte, quæ reperta fuit in parte Orientali reſpectu Iudææ, vnde & Balaam ariolus & magus habitabat in partib. Orientis, vt habetur Numeri 24. Et eadem ſententia eſt in tranſlatione communi, cum dicitur.* Quia repleti ſunt, vt olim. *quia a tempore iudicum Iudæi cœperunt magica vti.*

2 Et augures. *i. diuinos diuinatione ſuperſtitioſa: cùm augurium propprie eſt diuinatio per garritum & volatum auium.*

3 Habuerunt, vt Philiſthijm. *qui talibus intendebant. Sciendū tamen q̄ aliqua diuinatio per garritum & motum auium eſt licita, videlicet inquantum ſe extendit cognitio naturalis. Aues.n. & bruta animalia citius ſentiunt immutationem aeris, eò quòd non habent intellectum diſtrahentem vim ſenſitiuam. Et ſecundum talem immutationem incipiunt garrire, vel moueri de loco ad locū aliter quàm antè: ad hoc quod ſequitur pluuia vel ſiccitas, vel ventus, vel huiuſmodi, ſecundum diuerſitatem naturæ auium vel brutorum. Et ex tali experientia cognoſcunt homines, quod talis garritus ſeu volatus eſt ſignum effectus naturalis ſequentis. Et hoc modo etiam nautæ pronoſticant de futura tempeſtate per motum delphinorum in ſuperficie maris. Sed ſi diuinatio talis extendatur ad actus humanos qui dependent ex libero arbitrio, ſuperſtitioſa eſt talis diuinatio, qua vtebantur Iudęi ſicut & Philiſthæi.*

Diuinatio per augurium an licitæ.

4 Et pueris alienis adheſerunt. *exercentes in eis vitium Sodomiticum, vt dicunt communiter expoſitores noſtri. Rab. Sa. verò exponit aliter dicens, quod Iudęi acceperunt vxores alienigenas idolorum cultrices, ſicut dicitur de Salomone 3. Reg. 1. a. Et filij qui naſcebantur, ex eis ſequebantur idololatriam matrum, & ſic Iudęi faciebant filios alienos a cultu Dei.*

5 Repleta eſt terra argento & auro & non, &c. *In hoc tangitur peccatum auaritię ad quod Iudęi ſemper fuerunt proni.*

6 Et repleta eſt terra eius equis, &c. *In hoc tangitur peccatū diffidentię, quia in defenſione per talia contra aduerſarios magis cōfidebant, quàm de diuino auxilio.*

7 Et repleta eſt terra eius idolis. *Hic tangitur peccatum eorum multiplicis idololatrię & quantum ad idolorum fabricationē, & quantùm ad venerationem, ideo ſubditur.* Opus manuū ſuarum adorauerunt. *Et ſubditur.* ⁂ 1 Et

*M O R A L I T E R.*

† 1 *Quia repleti ſunt vt olim* .i. ſicut olim eiecti fuerunt Iudęi de terra ſancta propter eorum peccata, ſic & Chriſtiani tempore Coſdroe, & poſtea tempore Saladini.

2 *Et augures habuerunt, &c.* vtendo diuinationibus ſuperſtitioſis.

† *Et pueris alienis adhęſerunt* . in vitio contra naturam: Hęc enim vitia dicuntur fuiſſe in illa terra, antequam a Saracenis caperetur.

5 *Repleta eſt terra.* ſ. eccleſię.

† *Auro & argento & non eſt finis theſaurorum*. quia ſatiari non poteſt cupiditas multorum.

6 *Et repleta eſt.* adhuc.

† *Terra eius equis.* multis & magnis ad pompam.

† *Et innumerabiles quadrigę eius* .i. ſummarijs propter ſupellectilis abundantiam.

7 *Et repleta eſt terra eius idolis.* Ideſt paſtoribus fictis, ſecundum illud Zachari. 11. d. O paſtor & idolum derelinquens gregem.

† *Auro-* † *Opus*

a *Incuruauit ſe*. Vbi quoniam templum & religio Dei, ibi ſtatua Adriani & idolum Iouis. vnde: Cum videritis abominationem deſolationis ſtātem in loco ſancto, &c. (Matt.24.b.)
A ✲ Baſilius. Exaggeratio eſt malitiæ, quod vir qui longè erat princeps dono intelligentiæ & idem præualebat in digerendis operib. ſuis, propriæ dignitatis oblitus, ſe eò deiecerit, vt adoraret idola. Is inquam, qui imago eſt & gloria Dei, Chriſtum habens ſupra ſe caput infra idolum ſe ſubſtrauit.
† Ne His adde, quia vir. Hoc omnem vincit calamitatem.
b *Non ergo*. Non maledicit Iſaias, ſed benedicit: quia imprecatur eis quod iuſtū eſt, & oē iuſtum bonū eſt. Sed de Romanis melius intelligitur, ne propheta contra populum ſuum imprecari videatur. Ab eo loco quo dictū eſt: Repleti ſunt, vt olim vſq; ad hunc locū:
B quidam tam ad Iudæos referunt vt diximus: quam ad Romanos Chaldæoſq;, qui Iudæis captiuatis, terrā eorum incoluerunt, & repleti ſunt idolis, &c.
✲ Hieronymus. Septuaginta verterūt. Non dimittam eis. Si Deus loquitur, ita intelligendum eſt, quia tanta fecerunt non parcam eis. Si propheta, ſic ſentiendum, ne ergo dimittas eis quia tanta ſcelera perpetrarunt.
c *Ingredere in petram*. Allegori. Confuge ad Chriſtum. De quo alibi: Petra autem erat Chriſtus. Et Pſal. *Petra refugiū herinacijs*. (Allegorice 1.Co.10.a. Pſal.103.c.)
d *Abſcondere in foſſa humo*. Allego. In protectione carnis eius in cruce foſſæ vnde *Foderunt manus me. & pe. &c.* (Pſal.21.d.)
✲ Baſilius. Nemo ſcripturæ calumniator, putet eā hoc loco conſulere ineundam fugam a facie timoris domini vt ſe abſcondant in petrarum concauitatibus. Quo ibo a
C ſpiritu tuo? &c. Melius fortè innuit liberationem malorum quæ ſupra enumerata ſunt, vt ingrediantur in tegumentum petræ, hoc eſt, ſe ſubſternant ſolido fundamento fidei, qua in Chriſtum credimus. Illis ait ingredere, & abſcondere in terra, hoc eſt, vos ipſos ſepelite. Cur id? Vt conſepulti per baptiſmum & commortui in nouitate vitæ ambuletis, mortui peccato.
e *A facie timoris domini*. Ab ira iudicij.



a ¶Et. ¶Statuas & huiuſmodi. ¶Admirabilis dementia. Quid melius: quod factum eſt, an qui fecit.

opus manuum ſuarum adorauerunt, quod fe

a ¶A dignitate ſua, vnde: Homo cum in honore eſſet non intellexit. b ¶Terrenus fide quare homo ab humo dicitur.

a cerunt digiti eorū. Et incuruauit ſe homo, &

a ¶Qui virtuoſus eſſe videbatur, quia vir a virtute. b¶Quia tanta commiſerunt. c ¶Alias dimittam, ſecundum LXX ex perſona Dei.

b humiliatus eſt vir. † Non ergo dimittas eis. In

a ¶Quia non vis conuerti. b¶Tunc dicent montibus: Cadite ſuper nos: & collibus cooperite nos. c ¶In ſpeluncis quod & factum eſt, ſicut hiſtorici narrant

c d gredere in petrā, & abſcondere in foſſa humo

a ¶Babyloniorum vel Romanorum, per quos Deus probauit ſe timendum & glorificandum.

e f à facie timoris domini, & à gloria maieſtatis

a ¶Et tunc. ¶Superbia b¶Potentis. c¶Vaſtantibus Romanis, vel Babylonijs.

g eius. Oculi ſublimis hominis humiliati ſūt, &

a ¶Nobilitas generis b¶Quia nemo iram eius effugiet. ¶Malis humiliatis.

h incuruabitur altitudo virorū: exaltabitur au-

a ¶Quando per Romanos vel Chaldæus ſe vindicabit. b¶Ideo hæc venient c¶Qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam vnde. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur.

i tē ſolus dominus in die illa. Quia dies domi-

a ¶Sacerdotes, ſcribas & phariſæos: vel dies iudicij ſuper diabolum & membra eius. Qui ſe exaltat, humiliabitur.

ni exercituū ſuper omnem ſuperbum † & ex-

¶Veniet. a ¶Cum ex ore infantium & lactentium laus perficitur, vt inimicus deſtruatur.

celſum: & ſuper omnem arrogantem, & † hu

a ¶Nobilitate ſuperbos.

k miliabitur: & ſuper omnes cedros Libani

f *Et a gloria maieſtatis eius*. Quia veniet cum poteſtate D magna, & maieſtate (Luc.21.c.)
Moraliter. Abſcondere in foſſa hu. *Intra in cubiculum, & clauſo oſtio ora patrem, &c.* Vel in foſſa humo abſconditur, qui intra ſpeluncam carnis malam occultat quæ cogitat, ne per operationem carnis prodeant foras. (Mat.6.a.)
† g *Oculi ſublimis, &c.* Nec diuitiæ, nec potentia, nec no-
1 bilitas generis quenquam ſaluabit, omnibus ſuperueniet vna captiuitas. Poſ-
† ſunt, & de iudicij die hæc
2 accipi, cum omnis creatu-
3 ra in conſpectu Dei humi-
† liabitur, & nihil ſe eſſe ſentiet comparatione eius.
h *Exaltabitur autem ſolus in*
4 *die illa.*
5 ✲ Baſilius. Ad diem om-
6 nium vltimam, quam ne-
7 que nox intercidet, non ex (Lib 4.c.67.)
8 trudet tempus aut definiet.
9 Die igitur illa exaltabitur
10 Dominus ſolus quia celſitudo & faſtus ſuperborum concidet.
✲ Irenæus. Significatur E
11 his verbis quoniam poſt paſſionem, & aſſumptionē
12 omnes qui contra Chriſtū
13 fuerunt, ſub pedibus eius (humiliatus)
14 ſubijcientur a Deo, & ipſe Chriſtus ſuper omnes exaltabitur.
i *Domini exercituum*. Vbicunq; de victoria vel vindicta domini loquitur, dominum exercituum eum commemorat, ne dubitemus de eius victoria, cuius tanta eſt potentia. (Pſal 8.a. Ibid.36.g.)
k *Cedros Libani. Vox Domini confringentis cedros.* Et, *Vidi impium ſuper exaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat.* Sunt tamen cedri boni odoris, qui cum Apoſtolo dicere poſſunt: *Chriſti bonus odor ſumus.* Vnde cedri Libani quas planta. &c. Et alibi: *Ponam in terram abſque aqua cedrum, & buxum.* Libanus mons eſt Phœnicis regionis, cedros habens excelſas ſuper omnes arbores. Baſan, regio Arabiæ, cui Rex Og imperauit. Quercus habet glandiferas, qui cibus eſt porcorum, non hominum. Per cedros Libani, de nobilitate ſuperbi: Libanus. n. candidatio Per quercus Baſan (quę ignominia interpretatur) qui in cœno libidinis volutantur, accipiuntur. quorum fructus dæmonum cibus eſt, non hominum. (2.Cor.2.d. Iſa 41 c. ſecūdum. LXX. F Deute.3.a.)



## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et incuruauit ſe homo. *Idolis inclinando. Omnia. n. iſta peccata multiplicata fuerunt inter Iudæos ante captiuitatem Babylonicam, vt patet. 4. Regum. & maximè tempore Manaſſe, 4. Reg. 21.*

2 Non ergo dimittas eis. *Præmiſſa culpa, hic conſequenter deſcribitur pœna, & primò in generali, ſecundò magis in ſpeciali, c. ſequenti. Prima in duas: quia primò deſcribit pœnam, ſecundo oſtendit medelam, ibi. Quieſcite Circa primum dicit propheta: Non ergo dimittas eis, quaſi diceret: Ex quo faciunt iſta turpia, vt præmiſſum eſt, non eſt dimittendum tantum dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ. Conſequenter conuertit ſermonem ſuum ad populum dicens.*

3 Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa &c. *Quia multi de populo timore regis Nabuchodonoſor & exercitus eius abſconderunt ſe in cauernis petrarum, & in foſſis terræ.*

4 A facie timoris domini. *i. ipſius Nabuchodonoſor a Deo miſſi ad puniēdum prædicta peccata, qui fuit in hoc flagellū domini.*

5 Et a gloria maieſtatis eius. *i. a maieſtate eius glorioſa, quia fecit Nabuchodonoſor venire cum valde magna & excellenti poteſtate cui nullus de regno Iudæ potuit reſiſtere, ideo ſubditur.*

6 Oculi ſublimis hominis. *i. Sedeciæ regis, qui eleuatus in ſuperbiam rebellauerat Chaldæis.*

7 Humiliati ſunt. *Quia fuit captus & excoculatus, vt habetur 4. Reg. 25.*

8 Et incuruabitur altitudo virorum. *Quia viri bellatores fuerunt occiſi & captiuati.*

9 Exaltabitur autem ſolus dominus in die illa. *i. tunc apparebit eius potentia in puniendo peccatores. Ideo ſubditur.*

10 Quia domini exercituum. *i. tempus vindictæ eius.*

11 Super omnem ſuperbum. *i. corde elatum.*

12 Et excelſum. *ſ. ex ambitione.*

13 Et ſuper oēm arrogantē *i. ſuperbè loquentē contra Deum.*

14 Et ſuper omnes cedros Libani ſublimes & erectas, & ſuper omnes quercus Baſan, *i. machinamēta ex talibus lignis non potuerunt eos defendere.*



## MORALITER.

† *Opus manuum ſuarum adorauerunt*. Scilicet illi qui eos elegerunt.

1 *Et incuruauit ſe homo*. a rectitudine rationis.

† *Et humiliatus eſt vir*. i. deiectus a ſtatu virtutis.

2 *Non ergo dimittas eis*. ſine debita punitione.

3 *Ingredere*. Deſcripta culpa, hic ſubditur medela, cùm dicitur: Ingredere in petram. Ideſt Chriſtum, per pœnitentiam recurrendo ad ipſum.

† *Abſcondere in foſſa humo*. i. in carne Chriſti con foſſa clauis & lancea.

4 *A facie timoris domini, & a gloria maieſtatis eius*. ſ. in iudicio finali, in quo Chriſtus apparebit in maieſtate.

6 *Oculi ſublimis hominis humiliati ſunt, & incuruabitur altitudo virorum*. i. ſuperbi tunc humiliabuntur.

10 *Quia dies domini exercituum ſuper omnem ſuperbum*. ſcilicet corde.

12 *Et excelſum*. i. abutentem poteſtatem.

13 *Et ſuper omnem arrogantem*. locutione.

14 *Et ſuper omnes cedros*. i. principes ſuperbos.

A ✠ Procopius. Eos per Libanos cedri intelligit, qui faſtu occecati intumeſcunt. Nã & ipſæ proceræ valde ſunt nec vſibus idoneos fructus gerunt, vixque vel ſeneſcunt vel putreſcunt. Erat verò omni idololatriæ genere refertiſſimus libanus. Hinc & quæ in eo vagabantur, malas poteſtates: credi ſignificant.

a *Montes excelſos.* Pro varietate virtutum, alij bonorũ montes, alij colles appellantur. Pro diuerſitate vitiorũ, alij impiorum montes, alij colles, quib. dr̃: *Ego inducam ſuper vos gladium, &c.* (Ezech. 2. b.)

b *Et ſuper omnem turrim.* Ad literam. Venientibus Romanis, & turres & muri funditus euerſi ſunt. (Allegoricè.) Allego. Quia qui vita, & virturib. eminebant, vel præeminere debebãt, in illa die ſubuertantur. Turris, vel ad munitionem vrbis eſt, vel ad ſpeculum fit. Hanc computatis ſumptibus debemus ædificare omnes. B Sed ſi ſuperbierit, cadet ſuper eum a quo ædificata fuit: ſicut illa in Siloa vel Ieruſalem quæ 18. homines interfecit. Muri eccleſiæ, ſapientes viri & omni ratione firmati, ne dogma peruerſum præualeat veritati, vnde dominus ad Ieruſalẽ loquitur. *Super manus meas depinxi muros tuos.* (Iſa. 49. d. ſecũdum LXX.)

(2. Pa. 20. g. Ibidem 9. e. † infrà 31. d. † Omnia.)

a ¶Scilicet ¶Nobilitate: b ¶Superbia. c ¶Luxurioſos qui fructificant porcis. i. dæmonibus.

ſublimes & erectas, & ſuper omnes quercus

¶Superiores.

a Baſan. Et ſuper omnes montes excelſos, & ſu- 1

¶Superbos.

b per omnes colles eleuatos, & ſuper omnẽ tur- † †

rim excelſam, & ſuper omnem murũ muni- 2

a ¶Eos qui manibus lucra ſectantur.

c tum, & ſuper omnes naues Tharſis, & ſuper 3

a ¶Templum quod valde pulchrum, virgines & iuuenes. b ¶Humana ratione conſtructũ erigens ſe cõtra rationẽ Dei. c ¶Alij venũdati, alij occiſi, alij fame mortui

d omnẽ quod viſu pulchrũ eſt. Et incuruabitur 4

a ¶Potentia, nobilitas.

e omnis ſublimitas hominũ, & humiliabitur

a ¶Ideſt altus apparebit, vel in iudicio.

altitudo virorũ, & eleuabitur dominus ſolus 5

a ¶Cum dederit inimicos ſuos in captiuitatem. ¶Idola. ¶Hoc ad vtrunque.

f in die illa. Et idola penitus conterentur. Et in 6 7

a ¶Ideſt latibula cordium in quibus condita ſunt. b ¶Vt abſcondantur præcipitijs terræ hiantis.

troibunt in ſpelũcas petrarũ, & in voragines

a ¶Immiſſæ a domino. b ¶Quando apparebit glorioſus qui contemnebatur.

terræ a facie formidinis dñi, et à gloria ma- 8

a ¶Qui videbat dormire b ¶Per Romanos vel Chaldæos vel ĩ iuditio. c ¶Terrenos

ieſtatis eius: cum ſurrexerit percutere terram. 9

¶Promiſſionis. ¶Captiuitatis.

a ¶Falſa dogmata. b ¶Eloquentiæ.

g † In die illa proijciet homo † idola argenti 10 †

a ¶In quibus confidebant. b ¶Sapientiæ.

ſui & ſimulacra auri ſui, quæ fecerat ſibi,

✠ Procopius: Murus eſt ars diſſerendi, eos qui dogmata diripere, & diſſoluere conantur, propulſans. Inde & vrbis Ieroſolimitanæ muri in Domini manibus deſcripti eſſe dicuntur. Hiericontinæ autem ſola Ioſue voce deiecti, proſtratique. Superius ergo excelſa quæ eſſent ſola reprehenſa ſunt, hæc autem quæ robur aliquod celſitudini coniunctum nacta ſunt, .i. qui perſuadendi facultate potentes attolluntur, excelſi muri nomine a propheta figurate deſignati, in die Domini perdendi veniunt.

c *Naues.* Habuit Ioſaphat naues quas mittebat in Tharſi, ſed contritæ ſunt in Aſiongaber. Habuit & Salomon naues quæ ibant in Tharſis, & reuertebantur, cum argẽto, & auro, & ebore, & ſimijs. (3. Reg. 11. a.) Sed quia vterq; peccauit, alius voluptate Gentilium fœminarum, alius regis Samariæ ſocietate: vterq; ad ethnicos refertur & hæreticos, C in quibus fulgor tantum eloquentiæ & ſenſus diabolica arte conſtructus, & ſermo mortuus: quod ſignificatur in ebore, & ſimilitudo humanæ rationis, quam veneramur in ſimijs, vnde: *In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.* Sũt & naues bonæ, de quib. dr̃: *Qui deſcendunt mare in naui, &c.* (Pſal. 47. b. Pſal. 106. c.)

✠ Baſilius. Per naues corpora deſignantur, per quæ iactatur hões, in ſalſuginoſa huius vitæ fluctuatione, vt. n. naues onere nimio grauatę facilè ſubeunt naufragium, D ita corpora multa alimonia obeſa, per voluptatem illecebras, in voraginem perditionis demerguntur.

d *Tharſis.* Cuiuslibet maris. Heb. n. quodcunque mare Tharſis appellant, & quaſcunq; congregationes aquarũ maria. Iuxta illa: *Congregationes aquarũ appellauit maria.* (Gen. 1. b.) Si cut narrat Ioſephus, aduenientib. Romanis, q in portib. erãt cõprehenſi ſunt, & naues eorum ſuccenſæ. (Ioſephus)

† Heb. putant lingua ſua mare propriè Tharſis appellari Si aliter dicitur, Syrũ eſt.

e *Incuruabit. omnis.* Alleg. (Allegoricè.) Humanus ſermo rationabilis videtur, ſi non ſit diuinæ ſcientiæ comparatus. Cum autem mendacium veritati, quaſi ſtipula igni appropinquauerit, voratur & deperit: & dogmata falſitatis quæ idola vocantur, ab eo quoq; quo confiċta erant, penitus cõterentur.

f *Et idola penitus.* Hoc in E captiuitate Chaldæorum, quando Iudæorum idola comminuta ſunt, & in Babylonem aſportata metalla. In vltima. n. captiuitate non leguntur Iudæi idola coluiſſe. Ideo commiſtim de vtraq; & de die iudicij cum dicat hoc ſpecialiter ad priorem ſenſum referendum eſt.

Beda. Aedificauit Salomon rex in Ieruſalem Aſtaroth idolum Sydoniorum, &c. vbi (ni fallor) oſtenditur, quia Salomon nunquam perfectè pœnituit, quia idola quæ edificauerat, non deleuit. (3. Reg. 11. b. Salomon an pœnituerit.)

✠ Baſilius. Quandoquidem ſcriptura multis locis diſſerit de Chriſti in carnem aduentu, & de eo quod ad iudicium venturus eſt nonnũquam de vtroque enunciat. Quæ autem nũc occurrunt de primo aduentu: ſtudium. n. illud, quod manufactis idolis adhibebatur in nihilũ abijt. Non iam ſignifices & ſtatuarij, non etiam quæcunque olim erant venerationi, pari ſtudio perfruuntur ſed in ſpelæa & cauernas deiecta ſunt.

g *In die illa.* Allegoricè. (Allegoricè. Oſee. 2. b.) Argentum, eloquentia, aurum ſapientia, quę a Deo dantur hominibus vt ſeruiant Deo, & de Deo loquantur. Illi verò abutuntur in idolorum ſi F mulatione, vnde: *Dei eis argentum & aurum: ipſi vero inde operati ſunt Baal.* Cum ergo quis perterritus primum in ſpelunca pectoris ſui idola condiderit, & in voraginibus terrę abſconderit, non audens proferre quod malè finxit, ſecundus profectus eſt vt proijciat, & in ſe eſſe non patiatur.

a. Vt

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos, *i. fortalitia in rupibus, & locis quaſi inacceſſibilibus deſtruentur per regem Babylonis, quantuncunque ſint fortia in muris. Ideo ſubditur.* Et ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnem murum, &c.

2 Et ſuper omnes na. *quia Sedeciæ & populo ſuo defecerunt omnino victualia, Ier. 51. quæ ſolebant apportari in copia per naues Tharſis.*

3 Et ſuper omne quod vi. &c. *quia Chaldæi abſtulerunt de regno Iudæ quicquid erat pretioſum & pulchrum.*

4 Et incurua om. ſub ho. *i. deijcietur per captiuitatem & mortem.*

5 Et eleuabitur do. *exponatur vt ſuprà.*

6 Et ido. pe. con. *quia Chaldæi confregerunt ipſa, portantes ſecum aurum & argentum & alia metalla, Iere. 52. d.*

7 Et introibunt in ſpe. pe. *ibi fugientes & ſe abſcondentes a Chaldæis, vt prædictum eſt. nam & ipſe Sedecias rex fugit per viã ſubterraneam, vt dictum fuit 4. Reg. 25.*

8 A facie formidinis domini, *ſic eſt in Hebræo, & exponatur vt ſupra.*

9 Cum ſurrexit percutere terram. *ſ. Iudæã per Nabuchodonoſor, tanquam per ſuum flagellum.*

10 In die illa proijciet homo id. ar. ſui. *quia plures de populo fugientes portabant ſecum talia. Sed quia propter pondus impediebantur a velocitate fugæ, proiecerunt ea ne caperentur a Chaldæis, ſicut proijciuntur merces in mari, ne homines ſubmergantur.*

✠ 1 Vt

MORALITER.

† † *Et ſuper omnes quercus Baſan.* i. ſuper luxurioſos, eò ꝙ Baſan interpretatur pinguedo.

1 *Et ſuper omnes montes excelſos & ſuper omnes colles.* i. ſuper prelatos maiores & minores ſuperbos.

† *Et ſuper omnem turrim excelſam.* i. doctorem ſuperbum.

† *Et ſuper omnem murum.* i. congregationem ſuperborum.

2 *Et ſuper omnes naues Tharſis.* i. ſuperbientes de fortitudine claſſis.

4 *Et incuruabitur omnis ſublimitas.* i. ſuperbia quocunque modo facta.

6 *Et ido. pe. conte.* i. paſtores ficti, & religioſi falſi.

7 *Et intro. in ſpe. &c.* i. intrarent ſi poſſent.

10 *In die illa proijciet.* i. proijcienda cognoſcet.

† *Idola ar. ſui, &c.* i. fictiones ſanctitatis & ſapientię, quas faciunt hypocritę, vt honorentur ab hominibus: parum, aut nihil de cognitione veritatis habentibus: pp quod per talpas & veſpertiliones ſignificantur & ideo cum dr̃.

† Vt

A a *Vt ador. tal.* Non in te, ſed ſicut talpæ ſimulacra gentium oculos habent & non vident. Et ſicut veſpertiliones quę lucē fugiunt, cęcę.n.ſunt. Sic omnia dogmata veritati cōtraria: quibus proiectis ingrediūtur; qui preiecerant in fiſſuras petrarum, & in cauernas ſaxorum vt non in puluere & vili luto, ſed in firma ratione verſentur, & inueniant ſibi diuerſa virtutum foramina, quibus ad veritatem peruenitur. D

ſuras.

quo repu
s eſt ipſe.

a vt adoraret talpas & ueſpertiliones. Et ingre- 1
dietur † fiſſuras petrarum, & in cauernas ſaxo- 2
rum à facie formidinis domini, & a gloria ma
ieſtatis eius, cùm ſurrexerit percutere terram.

a ¶Hic verſu-in LXX. non habetur. b ¶Chriſto.

b Quieſcite ergo ab homine, cuius ſpirit⁹ in na 3

a ¶Quieſcite quia Deus. b ¶Secundum diuinitatem. c ¶Creditur ab Apoſtolis & alijs ſanctis. 4

c ribus eius eſt: quia † excelſus, reputatus eſt ipſe. 5 6

b *Quieſcite er.* Quia hæc euenient niſi quieſcatis. Quieſcite ergo ne ſæuiatis in Chriſtū, qui purus homo videtur: quia ſpirat naribus, & viuit ſicut alij homines.

c *Excelſus.* Excelſus ſuper oēs gentes dominus. Et ipſe fundauit eā altiſſimus. Hebræum tamen excelſum ſignificat, non excelſus. Ipſe eſt enim ipſa altitudo, non tantummodo altus.

Pſal. 112. a.
Ibid. 89. a.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Vt adoraret talpas & veſpertiliones. *In talibus enim imaginibus per artem negromantiæ factis dęmones aliquando dabant reſponſa.*

2 Et ingredie. fiſ. pe. *Exponitur vt ſupra quia eſt replicatio eiuſdem ſententiæ ad maiorem terrorem.*

3 Quieſcite ergo ab homine. *Hic conſequenter oſtendit medelam contra prædicta mala pœnę, ſc. ceſſationem a prouocatione iræ diuinæ, maximè per peccatum idololatriæ, & hoc eſt quod dicitur:* Quieſcite ergo ab homine. *Ideſt a Deo, eius offenſam cauendo. Scriptura enim veteris teſtamenti ſacra frequenter loquitur de Deo more humano. Et ſimiliter vocat eum aliquando hominem vel virum, &* B *maximè, quia erat humanandus. vnde dicitur Exod. 15. a. Dominus quaſi vir pugnator. In Hebręo habetur, Dominus vir pugnator, ſiue quaſi. Et ſicut ibi vocatur vir pugnator, ita hic homo iratus, quaſi ad vindictam paratus, ideo ſubditur.*

4 Cuius ſpiritus. *i. anhelitus.*

5 In na. &c. *Homo. n. iratus emittit anhelitū fumoſum per nares.*

6 Quia excelſus reputatus eſt ipſe. *ab Angelis ſanctis, qui eum ſummè reuerentur, & multo fortius debet timeri & reuereri ab hominibus cauendo ab offenſa ipſius. ſecundum Hebręos litera eſt iſta.* Quieſcite ab homine cuius ſpiritus in narib. eius eſt. *quia in quo appretiatus eſt ipſe, & ſecundum ipſos non intelligitur de Deo, ſed de homine mortali, & ideo non eſt ponenda ſpes in eo, ſed in Deo, & hoc eſt quod dicitur:* Quieſcite ergo ab homine, cuius ſpiritus in naribus eſt. *i. qui viuit per reſpirationem aeris, & ſic eſt fragilis & mortalis ſicut alia animalia reſpirantia: quia in quo appretiatus eſt ipſe? quaſi diceret, in nibilo reſpectu Dei. Et ex hoc ſubintelligitur, quod adhuc idola quæ ſunt ab eo facta, ſunt minus appretianda, vt exponit Rab. Sal. & rationabiliter quantum ad hoc: quia effectus non excedit ſuam cauſam efficientē, ſed magis deficit ab ea.* E

### MORALITER.

† 1 *Vt ado. exponendum eſt.* ideſt, adorare faceret. ſ. ſeipſum a prædictis.

3 *Quieſcite.* Hic ponitur medela contra mala prædicta cum dr: Quieſcite &c. i. Chriſto eius offenſam cauendo.

4 *Cuius ſpiritus, &c.* i. acriter puniens peccata. Talis enim puniens fumum de naribus emittit.

6 *Quia excelſus, &c.* ſ. a Deo patre qui conſtituit eū iudicē oīum. Ioa. 5. d. Pater non iudicat quenquam, ſed omne iudiciū dedit filio, q iudicabit in forma humana glorioſa.

## CAP. III.

a Ecce enim. Hucuſque de iudicio dici putant, qđ ſequitur de captiuitate ventura: quam alij ad Babylonios, alij ad Romanos referūt. Sed melius eſt cūcta referri ad paſſionē Chriſti, poſtq̄ oēs gratiæ donationes a Iudęis ablatæ ſūt.

duerſus
s.

✻ Tertullianus. Quoniā adhuc contendunt Iudæi, recognoſcant exitum ſuū, quem prædictum erat a C prophetis eos poſt aduentum Chriſti eſſe relaturos, ob impietatem qua ipſum deſpexerunt, & occiderunt. Primum enim ex qua die nationes ſecundum vaticinium Iſaiæ, in fine ſecundi capitis, recepta luce euangelij abiecere idola, abſtulit dominus a Iudæa inter cætera, ſapientem architectum qui ędificat eccleſiam Dei, & ciuitatem ſanctam, & domum domini. Nam ſtatim apud ipſos gratia Dei deſijt eſſe.

✻ Procopius. Abſoluto de vltionis die ſermone, alium exorditur de pęnis a vetere populo auferēdis, quod aduerſus iuſtum conſilium inierunt.

## CAP. III.

a ¶ Quia noluiſtis quieſcere ab homine tali, ſed fudiſtis ſanguinem iuſtum. ¶Ideo moneo. b ¶Cui nemo reſiſtit.

a Ecce enim dominator do- 1
minus exercituum aufe- 2

a ¶Duabus tribubus. ¶A ſacerdotibus. b ¶A principibus. 3

ret a Ieruſalem & a Iuda 4 5

a ¶ Omnia eis languida, omnia infirma quia Chriſtum occiderunt in quo ſolo confortatio.

b validum & fortem: omne 6 7

a ¶Per panem quicquid comeditur, hoc Iudæis ſic abſtulit dominus vt & filios deuorarent. ¶Qui de cælo deſcendit, qui confirmat cor hominis. b ¶Per aquam quicquid bibitur. ¶Qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterum.

robur panis, & omne robur aquæ. & for-

✻ Hieronymus. Ordo eſt, quoniam noluiſtis ceſſare ab homine, cuius ſpiritus eſt in naribus, qui excelſus reputatus eſt, ſed è contrario fudiſtis eius in ſāguinē, & cogitaſtis in eū conſilium peſſimum. Ideò fructum adinuentionum veſtrarum comedetis. Nihil apud Iudæos poſt paſſionē domini forte & validum, ſed oīa infirma & lāguida.

b *Omne robur pa.* Allego. Diuina ſcriptura, quando attritione expoſitionis indiget, cibus eſt, quando facile & ſine labore ſumitur, potus. Hanc abſtulit Deus Iudæis, & dedit gentibus. vnde: *Auferetur a vobis regnum Dei,* &c. Et alibi: *Mittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei.* Habent Iudæi panem, habent & aquas: ſed ſine fortitudine vel robore. Legunt ſcripturas, & non intelligunt: tenent membranas, ſed Chriſtum ibi ſcriptum fugiunt: & lacte aluntur quaſi paruuli, non ſolido cibo: quia fortitudinem perdiderunt, infirmi ſunt, & oleræ comedunt. Athletarum ſolidus cibus eſt, qui vitam ſuſtentat, cor confirmat. F

Matth. 21. d.
Amos. 8. d.

Hiero-

a Virum

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. III.

✻ Ecce enim do. *Hic conſequenter deſcribitur pœna comminata magis in ſpeciali. Et primo propheta oſtendit propoſitum, ſecundo ad hoc inducit exemplum parabolicum cap. 6. tertio confirmat dictum ſuum, capit. 6. Prima in duas, quia primo pœna deſcribitur, ſecundo ab ea pars populi excipitur, ſequenti ca. ibi: In die illa erit germen domini. Prima ad huc in duas: quia primo deſcribitur pœna ſexu virili. ſecundò in muliebri, ibi. Et dixit dominus Deus pro eo. Prima ad huc in duas: quia primo deſcribitur pœna. ſecundo ſubditur cauſa, ibi:* Ruit enim Ieruſalem. *Circa primū premittitur pœna transmigrantiū, & ſecundo ſubditur pœna remanentium, ibi:* Et dabo pueros, &c. *Circa primū dicitur.*

1 Ecce enim dominator. *quantum ad actum gubernandi.*

2 Domi. *quantum ad poteſtatem.*

3 Exercituum. *Ideſt Angelorum qui ſunt executores diuinę voluntatis.*

4 Auferet. *per Chaldęos in hoc ſibi miniſtros.*

5 A Ieruſalem & a Iuda validum. *quantum ad agilitatem membrorum.*

6 Et fortem. *quantum ad robur.*

7 Omne robur panis & omne robur aquæ, &c. *Quia in Ieruſalem obſeſſa a Chaldęis defecit omnino cibus & potus vnde deberet robur bellatorum ſuſtentari.*

✻1 Et iudi-

### MORALITER.

† 1 *Ecce Dom.* Hic propheta deſcribit magis in ſpeciali pœnam malorum Iudæorum, per quam ſignificatur punitio malorum Chriſtianorum, cum dicitur.

2 *Do. ex. au.* ideſt auferri permittet.

5 *A Ieruſalem.* ideſt ab eccleſia metropoli & circunſtante diœceſi.

† *Validum.* ad ſuſtinendum pro iuſtitia laborem.

7 *Omne robur panis.* i. ſpiritualis nutrimenti, eò qđ in ſcriptura per panem & aquam, oīs cibus & potus ſignatur.

5 A Ieru-

† 1 Et virum

a ¶Vt nemo poſſit reſiſtere hoſtibus viſibilibus, ſiue inuiſibilibus, qui vſque hodie ſæuiunt. b ¶Quia Romanos iudices poſt captiuitatem habuerunt. c ¶Iam non eſt propheta:; & nos non cog.amplius.

a têm & uirum bellatorem, & iudicem & pro- †
¶ Moribus. 1
b c phetam & ariolum & ſenem: Principem ſuper 2
d a ¶Quinquageſimum caput accipiunt Læuitæ ianitores. b ¶Qui ſola vultus reuerentia ſolet honorari. c ¶Vt inconſulte omnia præcipitent. 3
quinquaginta & honorabilē vultū, & cōſilia 4 5
a ¶Principem artificum, fuit Beſeleel. b ¶ Quibus perditis omnis ædificandi gratia ad eccleſiam translata eſt vnde. Sicut ſapiens architectus fundamentum poſui. c ¶ Qui ſcilicet exercitatus ſit in lege & euangelio. † †
e rium, & ſapientem de architectis, & prudentē 6
f a ¶His ablatis quos dederam. b ¶Moribus non ætate. c ¶Væ ciuitati, cuius princeps iuuenis eſt, & princeps mane comedit. 7
eloquij myſtici. Et dabo pueros principes eo- 8
g a ¶Laſciui fluxi imbelles. b ¶Tunc. c ¶Vbi non eſt gubernator, corruit populus.
h rum, & † effœminati dominabūtur eis. Et † cor 9
¶Contra. a ¶Coram. 10
ruet populus, uir ad vir: vnuſquiſque ad pro- 11
a ¶Quem debet diligere ſicut ſemetipſum. b ¶Sine ratione. c ¶Aetate vel morib. 12
i ximum ſuum: † tumultuabitur puer contra ſe- 13
a ¶Genere vel vita. b ¶Alij alios non communiter eligunt. †
k nem, & ignobilis cōtra nobilem. Apprehendet 14

A a *Virū bellatorem.* Non eſt apud Iudęos qui pro lege bellet qui ſm eam iudicet: omnes enim vani & ſtulti ſunt.

Num. 24.c. 1. Reg. 6.a. b *Et ariolum.* Quia aliqñ vera ariolantur vt Balaam, & diuini quinque vrbium Palæſthinorum, quorū conſilio arca domini remiſſa eſt. q.d. Et veri prophetæ & falſi auferentur a Iudæis.

Proue. 2.c.d. Eccle. 25.a. c *Senem.* Quem LXX. presbyterū tranſtulerunt. Gloria ſenis canicies. i. ſapientia, de qua: Canicies hominum prudentia eſt. Solus Abraham presbyter. i. ſenex appellatus eſt, quia paucioribus annis quam multi qui ab Adam vſque ad Sem vixit. 3. Reg. 12.b. Roboam perdidit regnum quia presbyteros audire noluit.

Allegoricè. d *Principem ſuper quinquaginta, &c.* Allego. Princeps pœnitentiæ, & eorum qui ſaluantur per pęnitētiam Chriſtus eſt. Gene. 18.d. † pueri. vnde dicitur: *Quod ſi quinquaginta viri iuſti inueniantur in ciuitate,* ſaluanda ſit. B Iubileū quoq; quinquagenarius ſignificat, cuius Chriſtus eſt princeps, † eriget ſe in ſoleſcet. Matth. 12.a. Pſal. 50. ſicut ſabbathi & aliarum ſolemnitatū. vnde: *Dominus eſt filius hominis etiam Sabbathi.* Pœnitentialis Pſal. quinquageſimus ponitur: *Miſerere mei Deus.* Per quinquagenariū a parte totum intellige. Per hos omnes principes intellige ablatos, & ideo nō eſt mirum, ſi apud eos omnis dignitas perit, quib. non conceditur bellandi poteſtas.

e *Prudentem.* Doctorem vel auditorem. Primus. n. beatus eſt, qui ſapiens eſt. Secundus qui ſapiētem audit. Prudentem LXX. auditorem: qui in eccleſia neceſſarius. Vnde ſacerdotes olim conſtituti ſunt, qui diſcernerent quo ſpiritu prophetæ loquerentur.

Matth. 13.g. Allegoricè. 1. Paralip. 4.c. 1. Cor. 15.b. 3. Reg. 12.b. f *De architectis.* Ipſe Chriſtus fabri filius dr. & in Paralipomenon vallem artificum legimus. Ibi quippe erant artifices quos non inflabat ſcientia, ſed humilem Chriſtū ſequebantur. vnde: Ego ſum minimus Apoſtolorum.

✣ Ambr. *Abſtulit Iudæis.* nobis dedit. inuenimus, Iudæorū ſpolia multa, pentateuchū Moſis, Regnorū libros, C prophetas, pſalmos, prouerbia, inuenimus admirabilē conſiliariū Chriſtū, Paulū prudentē architectū, ſapientē auditorē populū Chriſtianū, qui nouit ea quę leguntur audire, Iudęus hēt libros, ſenſum librorū non habet, hēt prophetas, non habet quem illi prophetarūt Ieſum Dominum.

g Et

D g *Et dabo pueros.* Cum cætera in perſona † ſua dixiſſet, ſubitò inducit dominum loquentem pro maiori authoritate, *Dabo, &c.* Talis fuit Roboam qui ſecutus eſt conſilia † populi. iuuenum, cum quadraginta duorum annorum regnum cepiſſet. Salomon aūt. 12. annorū, nec tamen iuuenis dictus eſt, quia ſapiēs. Dan. 13. Daniel quoq; ante iudiciū puer, poſtq̄ iudicauit, ſenex presbyter dictus eſt, quia ſapiens. Inde prohibet Apoſtolus epiſcopū eligi neophytum, ne ſuperbiat ſicut diabolus. vnde: *Videbam ſatanam ſicut fulgur de cœlo cadentem.* 1. Tim. 3.b. Luc. 10.c.

Iudic. 19. h *Effæ.* LXX. illuſores. Quales, ſ. illuſerunt concubinæ Leuitæ in Gabaad effœminati delicioſi facti in fœminas. Allegoricè. Alleg. Magiſtri quoque populorum illuſores ſunt, qui deuorant populū † vi faciet v affliget. Dei ſicut eſcam panis, & peruersè ſcripturas interpretant. Sic & in eccleſia pp peccata populi auferūtur boni principes, religioſi, E doctores, conſiliarij, & prudentes. Conſurgit puer contra ſenem, nulluſq; ordo honoratur. Sanctus eccleſiæ ſtatus confunditur.

i *Puer cōtra ſenem.* Baſil. Metuo, ne mala hæc ad nos vſq; perueniant, vel ēt adſint nunc tēporis. quo pueri quidem ætate adoleſcētes, morib. aūt iuniores, presbyteros offendant eccleſiæ, minimè agnoſcentes eorū facta, nec obſeruantes decorum ordinem eccleſiæ: cumq; ipſi flagitioſè vixerint etiam bellum inferant his qui probè vixerint.

k *Apprehendet.* Ad litteram. Dum Iudæi Romanorum obſidione clauderentur, in tres partes diuiſi erant. Alij templum arcemque tenebant, alij ſuperiorem partem ciuitatis, alij inferiorē, & quos volebant, ſibi præficiebant, etiam vernaculos patrum ſuorum dicentes. Veſtimen. i. eſt prin. no. & c. rui. autem hęc ſub ma. tua. Hoc eſt victū habes & veſtimentum, princeps eſto noſter, dūmodo a fame eruas nos, & ruina noſtra tuo ſuſtentetur auxilio. Diuiſio Iudæorum.

✣ Baſilius. Verus princeps non per hęc externa inſignia dignoſcitur, cuiuſmodi ſunt purpura, torques, ſed quia F virtutē obtinet principe dignā. Præſenti quidē loco argumentū quod poſſit gerere principatū, ſumitur non ex eo quod aīam expoliuerit, ſed ab ambitu & cultu veſtimētorū. Oremus & nos, vt qui præſunt eccleſijs, aut qui

duces

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et iudicem. *Ideſt iudices ad quos referebantur caſus varij in Ieruſalem de alijs ciuitatibus.*
2 Et prophetam. *ideſt prophetas falſos qui decipiebant Sedeciā regem & populum, aſſerentes quod non traderentur in manu regis Babylonis, vt habetur Ierem. 37.*
3 Et ariolū. *i. ariolos, qui immolando dæmonib. in aris diuinabāt.*
4 Et ſe. *quia Chaldęi nō deferebāt ętati aut dignitati. iō ſubditur.*
5 Principē ſu pquinqua. & hon. vul. & ꝯſi. *ī agibilib. dubijs.*
6 Et ſapientem de archi. *ideſt principales in mecanicis.*
7 Et pruden. elo. my. *i. doctores magnos qui intelligebant legem et prophetas: nō tantùm ſecundū ſenſus literales ſed etiam myſticos. Quod autem de omnib. ſtatibus prædictis multi fuerunt ducti in Babylonē cum Ioacim Rege Iuda. patet 4. Reg. 24. Et dicitur illa captiuitas propriè trāſmigratio, quia Ioacim reddidit ſe regi Babylonis.*
8 Et dabo pueros principes eorū. *Hic cōſequenter ponitur pęna remanētium. Et primo a transmigratione Ioacim vſq; ad deſtructionem ciuitatis ſub Sedecia, ſecundo poſt deſtructionē, ibi: Apprehendet. Circa primo ſciendum, quod tunc populus remanens fuit peſſimè gubernatus: propter quod in populo ſurrexerunt contētiones & diuiſiones & aliæ miſeriæ, ita quod illi qui ducti fuerant in Babylone iudicabantur melioris conditionis quam illi qui remanſerant, & hoc eſt quod dicitur: Et dabo pueros principes eorum quia poſt Ioacim prædictum regnauit filius eius 18. annorum. & poſt illū Sedecias. 21. annorum, & ſic fuerunt iuuenes ætate, & iuniores moribus, & per conſequens fuerunt peſſimi.*
9 Et effo. do. eis. *qa fuerūt ignorātes, et mutabiles sūt ſicut mulieres: Vterq; .n. rebellauit regi Babylonis in malū ſuū et totius populi.*
10 Et cor. po. *in peccata et miſerias pp defectū regiminis, ſecundū quod dicitur Prou. 1.b. Vbi non eſt gubernator, populus corruet.*
11 Vir ad virum. *Ideſt contra virum. ideo ſubditur.*
*Vineā electā.* Alia editio, vineā Soreth, quod eſt genus vitis optimæ, & vberrimæ perpetuis fructibus. Cū ctā q̄ de vinea dicūtur: ad ſtatū animæ referuntur, quæ à Deo plantata non attulit vuas ſed labruſcas: & tradita eſt beſtiis conculcanda, nec imbrem doctrinæ ſuſcepit, qui dona præterita contempſit. Baſi- F

* Nunc de vinea. † Amici. † 1. loco de pingui.

## CAP. V.

a ¶ Populo Iudęorum, vel Deo patri.
a Cantabo * dilecto meo 1
a ¶ Carmen lugubre. b ¶ Filii patrui. ¶ Chriſti ex eadem gente qua ego generati quod canticum ipſe compoſuit vineæ ſuæ. 2
canticum † patruelis mei 3
a ¶ Vinea domini Sabaoth domus Iſrael eſt. †
vineæ ſuæ. Vinea fa- †
a ¶ Hic eſt filius meus dilectus. b ¶ In potentia in robore. c ¶ Vnxit te Deus oleo lætitiæ præ con. 4
cta eſt dilecto meo in † cornu filio olei 5
b a ¶ Cuſtodia Angelorum. b ¶ Idola lapidea, & omnia diuinū cultum impedientia. c ¶ Abiecit. 6
Et ſepiuit eam, & lapides elegit ex ea, 7
a ¶ Lege inſtruendo. b ¶ Ex omnibus gentibus. ¶ Non ex quolibet germine, vel genere. 8 9
† & plantauit † vineam electam. Et ædifi- 10

C

## NICOLAVS DE LYRA.
### Cap. V.

✻ Cantabo. *Poſtquā propheta deſcripſit punitionē regni per verbū narratiuum, hic conſequenter hoc idē facit per exemplum parabolicū. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur parabola, ſecundo arguitur multiplex populi culpa ibi:* Væ qui coniūgi. *Prima in duas, quia primò ſub parabola vineæ deſcribitur ingratitudo populi, & ſecundo rectitudo diuini iudicij, ibi:* Et nunc oſtē dam. *Circa primum, ſciendum quod parabola iſta eſt de vinea cū magno ſumptu, & diligentia exculta, quæ tamen fructum non fecit & ſic à domino vineę contempta fuit, & derelicta: & per vineam intelligitur populus Iſrael, vt habetur infra eod. cap.* Vinea autē domini exercituū domus Iſrael eſt, *quam vineam Deus excoluit ſuis beneficijs, & tamen ad idololatriam declinauit, & ſic eam contempſit ſubtrahendo ſuum auxilium, & per conſequens tradidit in manibus aduerſariorum, dicit igitur.*

Diuiſio.

Vinea dni.

1 Cantabo. *ideſt altè pronunciabo.*
2 Dilecto meo. *ideſt pro dilecto meo, in perſona eius loquens, ſicut apparebit infra, & iſte dilectus intelligitur Deus, qui ſic vocatur in libro Canticorum quaſi per totum.*
3 Canticū patruelis, &c. *ideſt quod cantauit de vinea ſua. In ſcriptura aliquando accipiuntur parabolę, ſeu ſimilitudines ex rebus geſtis, & ideo dicunt aliqui, & ſatis probabiliter, quidam patruelis Iſaiæ, ideſt filius patris ſui habuerat vineam cum magno ſūptu, & labore excultā, & acquiſitam, & tamen fuit ſterilis, propter quod de ipſa ſicut de re inſolita fecit dictamen, quod vocatur hic cāticum, & quia Iſaias ſimiliter locutus eſt hic de populo Iſrael ſub nomine vineę, ideo ſubditur.*
4 Vinea facta, &c. *ideſt Deo, qui dicitur dilectus ratione dicta.*
5 In cornu. *ideſt in loco excelſo, & eminenti, quia Ieruſalem metropolis in Iudæa erat in alto loco reſpectu terrę adiacentis, ſaltem quantum ad illam partem in qua erat templum, & domus regia in monte Sion.*
6 Filio olei. *ideſt in loco pleno oliuis, ex quorum fructu exprimatur oleum. Vnde & iuxta Ieruſalem eſt mons Oliueti ſic nominatus à fertilitate olei, & tali modo loquendi dicitur aliquis filius mortis, quia plenus eſt ſcelere, pro quo dignus eſt morte.*
7 Et ſepiuit eam. *mandatis legis, & ſua & angelica protectione*
8 Et lapides. *Chananęos cultores lapidum de terra illa eijciendo, vt habetur lib. Ioſue.*
9 Et plantauit vineā. *ideſt populū Iſrael, quem ad cultum ſuum præ cęteris populis elegit, & in terra promiſſionis plantauit.*
10 Et ędificauit turrim in medio. *ideſt tēplū ad modū turris ✻ factum*

*MORALITER.*

1 *Cantabo.* hic arguitur eccleſiæ malitia ſub vineæ parabola, cū dicitur *Cantabo d.* ideſt pro Chriſto, qui dilectus in canticis nominatur.
3 *Canticum,* ſcilicet lugubre de eccleſiæ ſterilitate.
† *Patruelis mei.* ideſt Xpi, q eſt naturalis filius Dei patris.
† *Vineę ſuæ.* ideſt de vinea ſua, quæ eſt eccleſia. Et ſubdit cantici forma cū dicitur:
4 *Vinea facta eſt dilecto meo.* ideſt Chriſto.
5 *In cornu.* i. in charitate, & pietate potēti, ſicut dicit Act. 4. f. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.*
7 *Et ſepiuit eam.* Cuſtodia angelica, vnde eccleſia primitiua ante ſubuerſionem Iudeæ per Roman. angelico monitu tranſiit in regnum Agrippę, & ibi fuit ſaluata.
8 *Et lapides elegit ex ea.* ideſt malos amouit, ſcilicet Ananiam, & Saphyram, vt habetur Act. 5. & alios ſimiles.
10 *Et ędificauit, &c.* ideſt Euang. & doctrinam Apoſtolorum, quæ ſunt turris contra inſultus hæreticorum.

5 *In cor-* † *MORA-*

A ✱ Baſilius. Nō ceſſat vbique ſcripturæ vitibus noſtras animas comparare. Eas circundedit ſepto, tum ea ſecuritate quæ ex præceptis reſultat, tum ipſa angelorum cuſtodia. *Immittet enim ſe aut medium ſe conſtituit angelus Domini in circuitu timentium eum.* Deinde quaſi valla, ſiue perticas nobis defixit, poſitis in eccleſia primum Apoſtolis, ſecundò, prophetis, tertiò doctoribus. Exemplis veterum ſenſus noſtros in ſublime erexit, neque permiſit nos in humū eſſe deiectos. Vult etiā nos quaſi clauiculis, amplexibus charitatis proximis inniti. Quin & à nobis depoſcit, vt dum defodimur, ſuſtineamus. Defoditur autem anima, dum ſe exuit mundi curis. Opus eſt etiam, vt ne vitem hanc noſtram ſinamus ſarmētis noxiis ſyl ueſcere, & luxuriari, oſtentationem, & laudem fugientes.

Hom. 5. exaemeron. Pſal. 33.

B ✱ Idem. Turris in medio ædificata, templum eſt in medio Iudææ. Torcular ipſe ſynagoga, vel præparatio p legis obſeruationē.

✱ Ambroſ. Torcular ſic dictum eſt, vt pſal. de torcularibus, eo quod in his myſterijs dominicæ paſſionis ſint, modo muſti ſancto ſpiritu feruēte prophetarum, redundantius æſtuauerint.

a ¶ Templum. ¶ In qua fruges reconderem; & inſidiantes beſtias proſpicerem b ¶ Altare vbi fundebatur ſanguis hoſtiarū. c ¶ Vt in eodem loco vuæ præmer.

cauit turrim medio ei⁹, & torcular extruxit in 1

a ¶ Fructus bonorum operum. b ¶ Labruſcæ dictæ, quia in labris viarum naſcuntur ¶ Amaritudinem vitiorum.

a ea. Et † expectauit vt faceret vuas, & fecit labru

a ¶ Quia feci quod debui.

ſcas. Nunc ergo habitatores Ieruſalem, & viri 2

b a ¶ Audita ratione mea, cui non contradicit vinea. b ¶ Creationis beneficio. 3

¶ Vltra. 4

Iuda iudicate inter me, & vineā meam. Quid †

Supradicta. a ¶ Q. Hoc videor feciſſe forte vltra debitum 5

eſt quod debui vltra facere vineę meę, & non

c a ¶ Benecolendo.

feci ei? An quòd expectaui vt faceret vuas, & fe

d a ¶ Tanquā inculta b ¶ Quia pro bonis mala reddit, hoc iudicium ſubiicit.

cit labruſcas? Et nunc oſtendam vobis, quid 6

e a ¶ Non alius. Cui nemo reſiſtit. b ¶ Transeamus ab his ſedibus c ¶ Auxiliū ang.

ego faciam vineę meę. Auferam ſepem eius, 7

a ¶ Gentibus. b ¶ Idem eſt, ſed repetitio, confirmatio eſt.

& erit in † direptionem: diruam maceriā eius,

a ¶ Relinquetur domus veſtra deſerta. 8

& erit in conculcationem, & ponam eam de 9

a ¶ Falce verbi Dei, & cum peccauerit, non corripietur. b ¶ Admonitione timoris non humiliabitur. 10

ſertam. Non putabitur, & non fodietur, & a- 11 12

a ¶ Opprimetur multitudine peccatorum. 13

ſcendent ſuper eam vepres, & ſpinæ, & nubi- 14

a ¶ Prædicatoribus qui pluunt verbis, coruſcant miraculis, fulgent virtutibus b ¶ Doctrinæ guttas. 15

f bus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem.

✱ Procopius. Quoniam viticolę hic nulla mentio habetur ob id Chriſtus ipſe apponit parabolam vbi addit quod deeſſe videbatur, dum populi principibus vineam ſuam ſe locaſſe ſignificauit.

a *Labruſ.* Hebraicè beuſſim באשים.

b *Nunc ergo hab. &c.* Similiter Nathan Dauid interrogat. vt de ſe tanquam de alio ſententiam proferat. vnde *Malos malè perdit, & vineam ſuam locabit alijs agricolis.* Agricolæ Apoſtoli ſunt.

c *An quod expectaui, &c.* Hoc ſecūdū quoſdā ſuprà apud ſe dixit, hic vero quod cogitauerat, alios interrogat.

C d *Et nunc oſten. vo. q. d.* Quia non vultis reſpondere, ego reſpondebo pro vobis.

D e *Auferam, &c.* Vt ſcilicet qui Deum non ſenſerunt per beneficia ſentiat per ſupplicia: & ideo minatur pœnatur, vt conuertatur ad pœnitentiam.

✱ Baſilius. Clementiæ diuinæ erga homines, peculiare hoc eſt, nō clā aut ſilēter ingerit ſupplicia, ſed intendens cōminationes, ea pdicit aſtore, per hoc peccatores inuitans ad pœnitentiam.

Matth. 21.

✱ Chryſoſtomus Cū tanta ederentur à Chriſto miracula, cùm vox patris de cœlo delapſa, filium ſuū teſtaretur, cur Iudæi nō crediderūt; Neqras quomodo crediderunt, ſed an oīa facta ſint, quæ illis fidem facere debuerint. Vnde propheta. *Quid debui facere, & nō feci.*

Hom. 12. in Matthæum. 3. Reg. 18. a.

E f *Et nubibus.* Quæ ſub Elia (quia oēs idololatræ erāt) tribus annis, & ſex menſibus non pluerunt, ne pro vuis afferrent ſpinas: ſed p ariditate rogarent eum, q dat imbres virtutum, vnde. *Ponam vobis cælum ferreum, & terram æneam:* Et alibi. *Erit cælum ſuper caput tuū æreum, & terra ſubter te ferrea. Et nu. manus.* Hoc poſt aſcenſionem domini, qū nec prophetas habuerunt, & apoſtolos repulerunt, de quibus dicitur: *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant.*

Leuit. 26. c. Deut. 28. b. Infra. 60. b.

✱ Theodoret. Nubes appellat prophetas, & Apoſtolos, quia ſicut nubes baiulant pluuias & effundunt eas ſuper terras, ſic prophetæ & Apoſtoli accipiunt verba a Spiritu ſancto & effundunt ea ſuper rationalē creaturā.

✱ Tertull. mādatum eſt nubib ne pluerent imbrem, i. cœleſtibus beneficijs ne prouenirent domui Iſrael, fecerat enim ſpinas, ex quibus Chriſtum coronauerat, & ita ſubtractis prioribus chariſmatis, lex & prophetæ vſque ad Ioannem fuerunt, & piſcina Betſaida vſque ad aduentum Chriſti, curādo inualetudines ab Iſrael deſijt a beneficijs.

*Do. Iſrael.* F

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *factum, ſicut dictum fuit. 3. Reg. 6. quod fuit ædificatum per Salomonem in Ieruſalem in medio Iudææ exiſtente tāquam metropoli.*

1 Et torcular extr in ea. *i. altare holocauſtorum, quod dicitur hic torcular, eo quod ibi effundebatur ſanguis victimarum, ſicut in torculari ſanguis vuarum.*

2 Et expecta. vt fa. vuas. *i. opera bona Deum colendo.*

3 Et fecit labruſcas. *id eſt opera inutilia, & nociua ad idololatriam declinando.*

4 Nunc ergo habi. Ieruſalem, &c. *Hoc dicit inducendo populum ad conſiderationem prædictorum beneficiorum.*

5 Quid eſt quod vl. de. fa. vi. meæ. *Q. d. nihil defuit ex parte mea, quin deberet facere optima opera, & fecit peſſima.*

6 Et nunc oſtendam. *Hic conſequenter deſcribitur rectitudo diuini iudicij, quia propter ingratitudinem debet contemni, & in manu aduerſariorum dimitti, ideo ſubditur.*

7 Auferam ſepem eius. *i. verum legis intellectum, non quia Deus inducat aliquem ad errorem ſeu falſum æſtimandum, ſed quia ſacerdos & legiſperiti declinauerunt ad vitia, propter qd Deus iuſtè retraxit ab eis lumen ſuæ gratiæ: & ſic ex ſua defectibilitate ceciderunt in errorum cęcitatem.*

8 Et erit in di. *Quia dæmones ex hoc habuerunt ſuper eos poteſtatē diripiendo ſpiritualia bona, & diſpoſitiones ad ipſa ſcilicet bona.*

9 Diruam. ma. eius. *Scilicet meam protectionem, & angelicam cuſtodiam ſubtrahendo.*

10 Et erit in com. *id eſt in depreſſionem ab aduerſarijs, & maximè à Babylonijs qui terram deſtruxerunt, & populum partim occiderunt & partim captiuauerunt.*

11 Et ponam eam deſer. *à Protectione mea.*

12 Non putabitur. *Quia ad verba prophetarum noluerunt ſe corrigere auferendo mala vitæ ſuæ.*

13 Et non fo. *Quia foſſorio diuini timoris non fuerunt retracti ab iniquitatibus ſuis.*

14 Et aſcendent ſu *id eſt calamitates pungentes, & miſeriæ: et quia ad literam populo ducto in captiuitatem vepres, et ſpinę creuerunt in terra pro defectu culturę.*

15 Et nubi ma. &c. *Quia in terra illa ſecuta eſt ſiccitas magna.*

✱ Vinea

## MORALITER.

† 1 *Et tor. extruxit in ea.* i. conſtantiam martyrum, propter quam expreſſus eſt ſanguis eorum.

2 *Et expecta. vt fa. vu.* id eſt, opera bona per imitationem prædictorum.

3 *Et fecit la.* Nam multi qui ſunt de eccleſia numero, ſed non merito carent fructibus bonorum operum.

4 *Nunc er. ha. Ieruſalem.* i. vos angeli & ſancti qui habitatis in Ieruſalem ſuperiori.

† *Iudicate inter me. & vi. meam.* Angeli namq; & ſancti iudicant cum Deo de agēdis in mundo, ſicut dicitur Dan. 4. c. *In ſententia vigilum decretum eſt ſermo ſanctorum:*

5 *Quid eſt quod vl. &c.* q. d. nihil omiſi de pertinentibus ad eius fructificationē, ſed ipſa defecit per ſeipſam Oſeę. 13. *Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo ex me auxilium tuum.* Et ſubditur punitio cum dicitur

7 *Auferam ſepem eius.* i. angelorum cuſtodiam, qui aliqū ab hac cuſtodia ſe retrahūt diuino iudicio propter hominum malitiā. Vnde in perſona corū dicitur, Ierem. 51. a. *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam.*

8 *Et erit in di.* Per dæmones & malos homines.

9 *Diruam maceriam eius.* i. dirui permittā virtutū clauſurā.

10 *Et erit in com.* ſ. dæmonum & infidelium.

12 *Non putabitur.* falce correctionis.

13 *Et non ſodietur.* foſſorio diuini timoris.

14 *Et aſcendentur ſuper eam vepres, & ſpinæ.* ſ. multiplicium peccatorum.

15 *Et nubib. mā. ne pluant ſuper imbrem.* ſubtrahēdo fructi-

a *Do. Iſrael &c.* Ex quo diuiſum eſt regnū, decē tribus A Iſrael dictæ ſunt. duæ autē Iuda, in quibus reges de Iuda regnauerunt. Cuius viri germen delectabile Deo, quia apud eos erant ſacerdotes Leuitæ viri religioſi, quoniā hæc Iſaias loquebatur, vel quia Chriſtus ex eis natus eſt.

Geneſ. 4. b. — b *Ecce cla.* Vel clamorem pro iuſtitia fecerunt, quia Chriſtū interfecerunt, cuius ſanguis clamat ad dominū: *Vox ſanguinis fratris tui Abel clam. ad me de terra.*

† Vir. — c *Væ qui coniun.* Hoc ſpecialiter ad Iudæos qui auariſſimi: Generaliter ad oēs auaros. qui aliorum neceſſitatem, ſuam faciunt voluptatem. *Væ qui coniun.* Cōtra hæreticos hæc dicūtur, qui domos domibus ideſt dogmata dogmatibus coniungunt, ſimiles viro ſtulto, qui ædificat domū ſuā (Matth. 7. d.) B ſuper arenam. Coniungūt autem noua veteribus, donec deficiat terra, ſenſus ſcilicet & ſermo humanus. († Donec non ſit locus.)

† Domini exercituum. — * Gregor. Nazianz. Non cumulabit domos ſupra domos, neque agris agros adiunges, neque opprimes pauperes. Nobis plura imperat Chriſtus, vt nos proprijs ſpoliemus dem' pauperibus, ſic expediti magis baiulabimus crucem. († Bathum.)

d *In auribus.* Quaſi diceret propheta, hæc verba interioribus auribus audiui, q̄ ſunt domini exercituum.

e *Niſi domus, &c.* Pompa ſcilicet, & ſtructura hæreticorum verborum, & dialectica argumenta. Agricultura quoque, & ædificatio hæreticorum eradicabitur. Et de denario, & tricenario numero (in quo prophetauit Ezechiel, & dominus baptizatus eſt redigentur ad ephi qui ad comparationem multiplicis numeri vnione conſtringitur, quia de vinea Sodomorum, vinum eorum, & vua eorum vua fellis. (Ezech. 4. b. Luc. 3. e. Deut. 32. e.)

D * Baſilius. Plerumque Dei iuſtitia futurum illud anticipat iudicium, & ædes priùs numeroſa hominū turba cultas, ſuccedente licet luculento annonæ prouentu eò tamen adducit, vt deſtituat habitatoribus, quod ędificatę ſint ſumptibus per iniuſtitiam comparatis.

f *Decem enim iugera.* Sterilitas terræ, quæ captiuitatē ſecutura eſt, oſtenditur. († Sabahot.)

g *Væ qui conſurgitis.* q. d. Captiuitas imminet, vos tamen luxuriæ vacatis. vnde *væ vobis.* Noſtris quoque prælatis hæc dicuntur, qui de mane bibunt vſque ad veſperam, qui delicijs occupati, ex creaturis non intelligunt creatorem, nec conſiderant opera eius. vnde: *Verbo domini cœli firmati ſunt, &c. Vę qui ſurg. ma. ad ebriet.* &c. Omnis perturbatio animi, ebrietas eſt, quę conficitur de vino furoris draconum, & veneno aſpidum. Hoc multi bibunt, de mane vſque ad veſperā E ideſt ab adoleſcentia, vſq; ad ſenectutem. Alij hora tertia, ſexta, nona, vel vndecima ſuſcitantur ab hoc vino. Et dicitur eis illud: *Expergiſcimini qui ebrij eſtis à vino.* Super hoc vinū pluitur ſulphur, & ignis à domino, quicunque ergo ex eo biberit comburetur. vnde: *Vinum & ſiceram non bibetis, quādo ingredimini in tabernaculum:* Requirunt citharam & pſalterium, cuius repertor Tubal de ſtirpe Cain generatus. Hæc muſica inſtrumenta rex Babylonis habuit, quibus populi proſtrati in terram, adorabant ſtatuam auream. Infœliciſſimi enim ſunt qui ad ſenectutem gula, & ebrietate, & diuerſis voluptatibus occupati, non in F telligunt in ſe opera domini.
(† Plaga. — Pſal. 32. b. — Ioel. 1. b. — † Conſurgū Leuit. 10. — Geneſ. 3. d — Hic notat infamia. — Dan. 3. a.)

Et opus

a ¶ Metaphoram exponit. ¶ Hoc faciam vineæ meæ: Vinea enim. b ¶ Decem tribus, vel totus populus
Vinea enim domini † exercituum domus 1
a ¶ Duæ tribus. b ¶ Quia ſeparatis alijs tribubus poſtea pullulauit. c ¶ Comparatione Iſrael qui vitulos colebat: vnde prius captiuatus. d ¶ Dei.
Iſrael eſt, & † viri Iuda germē delectabile eius. 2
¶ Vuas.
Expectaui vt faceret iudiciū, & ecce † iniqui- 3
a ¶ Labruſcæ. b ¶ Susciperet. c ¶ Chriſtum ſuſcipiendo. d ¶ Tolle crucifige eū. 4
tās: et iuſtitiam, & ecce clamor. Væ qui con- 5 6
iungitis domum ad domum, & agrum agro 7
a ¶ Et deficiente terra, & non impletur auaritia.
copulatis † vſque ad terminum loci. Nūquid 8
a ¶ An propter vos ſolos tanta terra creata eſt. ¶ Alijs excluſis ¶ Spatioſæ
habitabitis vos ſoli in medio terræ? In aurib. 9
a ¶ Adhuc ſonantia. ¶ Apoſiopeſis. Q. non requieſcet ira mea: Niſi, &c. ¶ Quæ ſunt. ¶ ſcilicet.
meis ſunt hæc, † dicit dn̄s exercituum. Niſi 10
a ¶ Poſt captiuitatem. b ¶ In quibus delectamini.
domus multę deſertę fuerint grandes, & pul
a ¶ Qui ſacratus numerus eſt. b ¶ Centum viginti pedum in longum. Iugera vbi x. iuga boum operabantur.
chrę, & abſq; habitatore. Decem .n. iugera vi 11
a ¶ Non plus. ¶ In quo baptizatur dominus. b ¶ Corus ſcilicet, qui Hebr. gomer ¶ Qui ſolebant multiplicari decreſcent.
nearū faciūt † lagūculā vnam, & triginta mo-
a ¶ Nimia ſterilitate. b ¶ Alias ephi, qui eſt menſura aridorum ¶ Studioſe
dij ſemētis facient modios tres. Vę q † cōſurgi 12
¶ Hebraice, ſicheram
tis mane ad ebrietatē ſectandā, & potandum 13
a ¶ Ad omnia vitia. b ¶ In augmentum luxuriæ. 14
vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis. Cithara 15
16
& lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in 17

C

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Vinea enim domi &c. *in hoc oſtenditur, quod parabola prædicta intelligitur de populo Iſrael, & ſic eſt expoſita.*

2 Et viri Iuda. *hoc potiſſimè dicitur pro Chriſto, quia erat de tribu illa ſecundum carnem naſciturus.*

3 Expectauj vt faceret iudicium. *iuſtam ſententiam proferendo, quod pertinet ad iudices, quorum eſt iudicare.*

4 Et ecce iniquitas. *ideſt iuſtitiæ inæqualitas: quia peruertebant iudicia in fauorem patris, & propter munera.*

5 Et iuſti. *ideſt opera iuſtitiæ in populo cōmuni viuendo iuſtè ad inuicem.*

6 Et ecce clamor. *de iniurijs vnius contra alterum.*

7 Væ qui coniungitis. *Hic conſequēter arguitur populi multiplex culpa Et primò propheta arguit culpam, & comminatur pœnam coniunctim, ſecundò proſequitur pęnam ſeparatim, ibi: Ideo iratus eſt. Prima in tres: quia primò arguit populum de cupiditate. ſecundò de carnalitate, ibi: Væ qui conſurgitis, tertiò de ſuperbiæ vanitate, ibi. Vę qui trahitis, & in qualibet parte comminatur pœnam. Circa primum dicit:* Væ qui coniungitis, &c. *Iudęi enim ſemper fuerunt ad auaritiam proni, & ideo in illo populo multi per potentiam auferebant poſſeſſiones aliorum, & aliqui per fraudulentias.* (Diuiſio. — Iudæi auari.)

8 Nunquid habitabitis, &c. *q. d. videmini hoc quærere, & tamen terra fuit data à Deo filijs Iſrael communiter pro habitatione pauperum ſicuti, & diuitum. Et ſubditur comminatio pœnæ, cū dicitur:*

9 In auribus meis ſunt, &c. *Quia exaudiuit iniuſtè oppreſſos ad vindicandum: ideo ſubditur, clamorem iniuſtè oppreſſorum.*

10 Niſi domus multę deſertæ, &c. *ideſt ſicut fuerant malè acquiſitæ, & hoc impletum eſt quando populus ductus fuit captiuus.*

11 Decem enim iugera vinearum faciunt, &c. *ideſt ſicut vineę, & agri fuerunt malè acquiſiti, ita efficientur ſteriles in pœnam. Eſt autem iugerum ſpatium terræ, quod par boum in die arare conſueuit.*

12 Væ qui conſurgitis manè. *Hic conſequenter arguit populum de carnalitate dicens:* Væ qui conſurgitis mane, &c. *Sic enim ſolent facere illi, qui fuerunt ebrij pręcedenti veſperè, eò quod in mane ſunt ſitibundi.*

13 Ad ebrietatem ſectandam. *Sicut præcedenti. Ideo ſubditur.*

14 Et potandum vſque ad veſperam. *Et quia ex tali potatione caleſit caro, & inducitur ad luxuriam, & ad alia mala, ſcilicet ad rixas, & ad homicidia, & conſimilia, ideo ſubditur.*

15 Vt vino æſtuetis. *Et poteſt teneri hic ly, vt vno modo cauſaliter, quantùm ad illos, qui ſic vacabant potationi, vt ad mala ſequentia eſſent magis apti, & proni. Alio modo conſecutiuè, quia talia mala nata ſunt ſequi ex ebrietate: etiam ſi inebrians ſe inebriare non intendat.*

16 Cithara, & lyra. *Ad excitandum luxuriam per diſſolutionem.*

17 Et vinum. *ſcilicet forte, & electum.*

✲ 1 Et opus

### MORALITER.

† feram doctrinam, quòd iam pro magna parte factum eſt, quia multi doctores catholici, & prædicatores Deo permittente, & diabolo procurante, magis ſtudent curioſitati, quàm vtilitati.

7 *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrū agri copulatis.* Hic arguūt aliqua mala in ſpeciali. Et primò mala cupiditas poſſeſſionū, & domorū, cùm dicit: *Vę qui coniungitis &c.* quod frequenter contingit in Chriſtianis principibus prælatis & religioſis. Et ſubdit debita pœna, cù dicit.

10 *Niſi domus multę fuerint deſertæ grandes, & pulchrę, &c.* Hoc enim videmus frequenter accidere, quòd ædificia magna iniquè conſtructa propter ruinam ſunt derelicta & poſſeſſiones magnæ deſertę.

12 *Vę qui conſurgitis.* Hic arguit vitiū carnalitatis, & ineptę lętitię, & patet ſententia. Et ſubditur pœna cū dicit.

† 1 Propte-

a *Et opus Domini.* ✻ Baſil. Qua .n. temporis parte poſſent
A & iſti, q̄duis de Deo edoceri? mane. Sed cōfeſtim vt ſono
à ſe excuſſo ſurrexerunt conſectantur ſicerā. Media die?
Sed tunc augeſcit libido bibendi. Veſperene? Sed & tum
bibunt. Et quidem illos deſtituit dies, non eos deſeruit
ebrietas.

Vbi ſupra.

✻ Idem. Nomen τῆς πρωίας matututi nidiluculi, quo fiat explanatius, ſciēdū quia à tenebris regreſſio eſt, ſiue eius q̄ vitio adoleſcētiæ priuat̄ vſu rationis aut certè πρωία dicitur eius q̄a ab ignoratione Dei reuocatur, inditur primarius aditus ad cognitionem veritatis. Hæc colliges ex prophetis: *Emitte manè prophetas*: Et illud: *Mane exaudies vocem meā. Manè aſtabo tibi, & videbo. De Deus meus ad te de luce vigilo, in matutino interficiebam oēs peccatores terræ. Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinū lætitia,*

† Præter morem. Pſal. 5. Ibidem. Pſal. 62. Pſal. 100. Pſal. 29.

B

b *Propterea, &c.* Moraliter. Quicquid de populo Iudæorum diximus, ad eos, qui delicijs ſæculi occupantur referamus. Qui non reſpicientes opera Dei, in peccatum ducuntur captiui, nec habent ſcientiam Dei, & percuntes fame, & ſiti operū, & virtutū detrahuntur in gehennam in perpetuū cruciandi, pro potentia, & ſuperbia miſerabiliter humiliati.

Id eſt pergi in iniquitate.

a ¶ Voſipſoſquare creati ſitis, vel quod dominus facturus eſt vobis, præuidere neglig itis.

a conuiuiis veſtris, & opus domini non reſpicitis, nec 1

¶ Ergo.

b opera manuum eius conſideratis. † Propterea captiuus 2

a ¶ A Romanis, vel diabolo. b ¶ Quia noluit habere. c ¶ Futurorum vel præſentium.

ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, 3

a ¶ Gehennæ. ¶ Reali vel veri Dei. Non in ſolo pane viuit homo.

& nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti 4 5

a ¶ Realiter, vel doctrinæ ſuper aquam refectionis edu. me. b ¶ Supra dicta. c ¶ Vt multitudinem recipiat. d ¶ Affectum deuorandi, non quod habeat animam, ſed ſecundum humanam conſuetudinem dicitur.

exaruit. Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & ape † 6

a ¶ Inſatiabiliter.

ruit os ſuum † abſque vllo termino, & deſcendentes fortes

¶ Populi. a ¶ Superbi. ¶ Nobiles. ¶ Infernum. b ¶ Tunc. c ¶ A ſuperbia.

eius, & ſublimes eius, glorioſiq; eius ad eum. Et incuruabi-

a ¶ Minores, quia intelligent ſe mortales, qui modo offeruntur tanquam nunquam morituri. b ¶ Maiores. c ¶ Elatorum.

tur homo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimium depri 7

a ¶ Cum ſupradicta impleta fuerint. b ¶ Qui deſpiciebatur. ¶ Qui iniuſtus videbatur. c ¶ Nolite ante tempus iudicare. ¶ Iuſtus es domine rectum iudicium. ¶ Iuſto.

mentur. Et exaltabitur dominus exercituum in iudicio, & 8

a ¶ In ſe. b ¶ Sanctus apparebit. ¶ Sanctificetur nomen tuum. c ¶ Facta. d ¶ Tunc. ¶ Illis remotis. e ¶ Doctrina patris.

c Deus ſanctus ſanctificabitur in iuſtitia. Et paſcentur 9

a ¶ Electi manſueti. b ¶ Capacitatem. c ¶ Scripturas a Iudæis deſertas. d ¶ Spiritualis intelligentiæ. ¶ Non hœdi.

d agni iuxta ordinem ſuum, & deſerta in vbertatem ver- †

a ¶ Gentes.

e ſa aduenæ comedent. Væ qui † trahitis iniquitatem 10 11

f

✻ Procopius. Quod infernum animam dilataſſe, ait, id vt eorum, qui perierunt, cruciatus exprimeret, addidit. Neque enim hunc animal quod in mortuos dilatetur exiſtimandum eſt. Deinde cū os ei attribuit, locum quēdā in ipſis terræ viſceribus caligi noſum, peccati autores deſcendentes excipientem ſignificat. D

c *Et exaltabitur, &c.* ✻ Idē. Exaltatur in iudicio Deus, propter iuſtā, de quib. dictū eſt, meritorū retributionē. Deū preterea ſingulis rebus bene geſtis exaltamus.

† 11. q. 3. c. væ quæ. dicitis.

d *Et paſcentur agni.* Iuxta hiſtoriā idē eſt quod ſupra, regionem veſtram alieni deuorant coram vobis. E

e *Aduenæ. Auferetur à vobis regnū Dei & da. fa. fru. eius.*

f *Væ qui trahitis.* Hec ad principes Iudæorum, qui vaticinia prophetarū negligentes, peccatis peccata annectabant. *Væ, qui trahitis.* Dicunt̄ hęc ad principes Iudæorum, q̄ ſępè ad pœnitētiam vocati, vſque hodie perſeuerant in blaſphæmijs, & ter per ſingulos dies in omnibus ſynagogis ſub nomine Nazaræorum anathematizant vocabulum Chriſtianorum. F

Matth. 21. d. Iudę qualiter & quotie Chriſtianorū vocabulum anathematiz.

a *In funi-*

## NICOLAVS DE LYRA.

C 1 Et opus domini non reſpicitis. *Nihil agendo ad eius honorem, ſiue obſequium, cum tamen ab eo habeatis abundantiam temporalium.*

2 Nec opera manuum eius conſiderabis. *ſcilicet qualiter puniuit acriter vitium carnalitatis propter ipſum mundum diluuio ſubmergendo, Gen. 7. & quinque ciuitates igne, & ſulphure ſuccendendo, Gen. 19. Conſequenter ſubditur cum dicitur.*

3 Propterea captiuus ductus eſt populus meus. *ideſt ducetur. Iſaias enim loquebatur de futuro per modum præteriti propter certitudinem euentus.*

4 Quia non habuit ſcientiam. *Applicando ingenium ſuū ad diuinum obſequium, & ad iudicia ſua conſiderandum in punitione carnalitatum, vt dictum eſt.*

5 Et nob. eius interierūt fame, &c. *Quia in obſidione ciuitatis ſub Sedecia defecerūt omnino victualia, vt habetur 4. Reg. 25.*

6 Propterea dilatauit infernus animā ſuā. &c. *ideſt capacitatem ſuam: & eſt locutio metaphorica, q̄a infernus non habet animā propriè loquendo. Accipitur autem infernus in ſcriptura dupliciter. Vno modo pro foſſa, vbi ponuntur mortuorum cadauera. Alio modo pro loco, vbi deſcendunt animæ damnatorū ad purgādū, & generaliter illorum, qui non admittuntur ſtatim ad gloriā. Et quia tūc nullus ad eam admittebatur, quantumcunque iuſtus, ideo tunc omnes mortui, quantum ad animas ad infernum deſcenderūt & corpora eorum partim fuerunt ſepulta, & partim in foſſatis proiecta, & putrefacta: & ſic infernus vtroque modo hic accipitur. Cętera patent vſque ibi.*

7 Et incuruabitur homo, & humiliabitur (&c. *ideſt deijcientur totaliter à ſua ſuperbia.*

8 Et exaltabitur dominus exercituum in iudicio. *ideſt per hoc quod iudicium prædictum faciet de peccatoribus, manifeſtabitur celſitudo ipſius.*

9 Et paſcentur agni. *ideſt, comedentur agni filiorum Iſrael ab hoſtibus, vt ponunt doctores noſtri.*

10 Et deſerta in vbertatem verſa aduenæ comedēt. *hoſtes ſcilicet, quia non ſolum comederunt Babylonij animalia Iudæorum, ſed etiam terrę naſcentia. Rab. Sal. ad contrarium ſenſum exponit iſtam literam ſic: Et paſcentur agni, ideſt iuſti, quia filij Iſrael ducti in Babylonem habebant victum ſufficientem ſecundum ordinem ſuum, ideſt ſecundum ſui ſtatus decentiam. Hoc de Daniele patet, & ſocys eius, Daniel 1. & de Ioacim rege 4. Regum vlt. Et idem eſt dicendum de alys iuſtis ſaltem pro maiori parte. Et deſerta in pinguedinem verſa, ideſt, domos peccatorum pinguibus plenas. Aduenę comedent, ideſt iuſti de Iſrael inter Gentiles vt aduenę habitantes. Sed melius videtur intelligi de filijs Iſrael reuerſis de captiuitate Babylonica, vt ſit ſenſus, Deſerta in pinguedinem verſa, ideſt, fructus terrę Iſrael, quę fuit deſerta tempore captiuitatis, quia manſit inculta, & ideo quando incepit coli à reuertentibus de captiuitate, protulit fructus vberiores, & meliores.* Aduenæ comedent. *ideſt filij Iſrael de captiuitate reuerſi, qui fuerant aduenę in Babylone.*

11 Vę qui trahitis iniquitatem. *Hic conſequenter propheta arguit* ✻

## MORALITER.

† 3 *Propterea captiuus ductus eſt populus meus.* Dicitur enim q̄ ante captionem Achon talia vitia vigebāt ibi, & in alijs locis pluribus captis à Saracenis.

4 *Quia nō habuit ſcientiā.* ſcilicet practicā bene operandi.

5 *Et nobiles eius interierūt fame.* in carceribus recluſi.

† *Et multitudo eius ſiti exaruit.* propter labores magnos, & duros à Saracenis ſibi impoſitos.

6 *Propterea dilatauit infernus animam ſuam.* hoc dicitur ad ſignificandū dānatorū multitudinem. Matth. 7. b. *Lata eſt porta, & ſpacioſa via, quę ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam.* Et quia ſicut mali puniuntur, ita iuſti prǣmiantur, Ideo ſubditur.

9 *Et paſcentur agni.* ideſt innocentes in paſcua cæleſti.

† *Iuxta ordinē ſuū.* ideſt ſecundū qualitatem meritorum.

10 *Et deſerta in vbertatem verſa aduenę comedent.* ideſt ſcripturam veteris teſtamenti à Iudæis quantum ad intellectū ſanum deſertam, Gentiles comedent per ſpiritualem intelligentiam. Conſequenter arguitur ſuperbia malorū Chriſtianorum, cum dicitur.

11 *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Superbia namque trahit poſt ſe multa peccata: propter quod dicitur initium omnis peccati, vt dicitur Eccleſ. 10. b.

a *In funiculus Sanitatis.* In quibus erant, quibus dixit do-
A minus: Exite. Vacca quoque rufa, nec iugum traxit, nec funiculis fuit alligata. Achitofel quoque, & Iudas,
Ioan.2.c. quorum alter Dauid, alter Chriſtum prodidit, longo fu-
Num.19.a. ne trahentes peccata, ſuſpendio perire, tanquam malũ
8.Reg.27.f. Matth.27.a. conſcientiæ poſſent præſenti morte finire, putãtes poſt mortẽ nihil eſſe.
Pſal.118. *Funes peccatorũ circũplexi ſunt me. Et funi-*
Prouerb.5.d. *bus peccatorũ ſuorũ quiſque conſtringitur.* Merito iniquitas in funiculis vanitatis trahitur, quia peccata peccatis cõnectuntur, & inania ſunt, vt fila aranearum. Sed ſi exire voluerimus, tanquã ſolidiſſimis vinculis tenemur.

B ✠ Baſilius. Exẽplũ huius ſẽtentiæ. Sit aliquis propẽſus ad lubricitatem explẽdam. Obſerua per quot ſibi aſciſcit peccatũ luxuriæ, primũ corpus ſuũ cõponit. Crines hoc modo ei circũtondentur, taliter verò veſte amicitur. Per hæc oſtentat ambitioſam, & ſuperfluã curam ac ſtudiũ ſuæ honeſtatis. Deinde ſuppeditat pecunias, vt redimat fruitionem pulchritudinis ſcorti. Verba adornat, compotationes, & conuiuia. His omnibus ſibi accerſit flagitiũ proſtitutæ pudicitiæ. Hic eſt, qui attrahit peccatũ in funiculo lõgo.

In Pſal.108. ✠ Auguſtinus. In modum funis qui ex pluribus minimis creſcit in multum, peccata ſemper tanquam longo fune tenduntur.

b *Feſtinet, &c.* ✠ Procopius. Diuinam iram prouocabãt his verbis, prophetarũ minas, & Saluatoris ipſius eaſdẽ inculcantis magna perfidiæ contumacia in ſuam perniciem inuocantes. Inde quidam propheta imprecatur his
Amos.5. verbis. *Væ deſiderantibus diem domini.*
Matth.27.b. c *Vę qui dicitis, &c.* Hoc ſpecialiter contra Iudæos, qui

D Barrabam elegerunt, Chriſtũ condemnauerũt. Generaliter ad oẽs, qui iniuſtũ iuſtificant, iuſtũ condemnant. Malũ, tenebras amarũ, in ſimili ſignificatione, & figura ponuntur. In Barraba diabolum intelligimus, de quo *Libera nos à malo.*

a ¶ Vinculum peccati. ¶ Corrigiam ſecundum. Lxx. b ¶ Peccatis onerati.

in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plau-

a ¶ Væ vobis. b ¶ Non putatis iram Dei venturam, ſed prophetias fruſtra minari.

ſtri, peccatum. Qui dicitis: Feſtinet: & citò ve-

a ¶ Captiuitas quam prædicit vos Prophetæ. b ¶ Si verum ſit.

niat opus eius, vt videbamus: & appropiet &

a Quod vos ſoli contemplamini. b ¶ Qui modo non credimus.

veniat conſilium ſancti Iſrael, & ſciemus il-

a ¶ Conſilium. b ¶ Mortificant animas, quæ motiuntur, & viuificant quæ non viuunt. c ¶ Iniuſtum. ¶ Barrabam. ¶ Diabolum. d ¶ Iuſtum. ¶ Chriſtum: Ego ſum paſtor bonus.

lud. † Væ qui dicitis malum bonum & bo-

a ¶ Diabolum, qui eſt nox, & tenebræ, transfigurat ſe in Angelũ lucis, vnde: Quæ ſocietas lucis ad tenebras?

num malum, ponentes tenebras lucem &

a ¶ Chriſtum; Ego ſum lux mundi. b ¶ Falſitatem.

lucem tenebras; ponentes amarum in dul-

a ¶ Veritatem.

ce, & dulce in amarum. Vę qui ſapien-

a ¶ Superbi cordis. b ¶ Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos.

tes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſ-

a ¶ Vnde ſupra; Væ qui conſurgitis mane ad ſectandam ebrietatem. b ¶ Potentior iudicatur magis ebrioſus.

metipſis prudentes. Væ, qui potentes eſtis

Allegor. Væ qui dicitis, &c. Omnia dogmata veri- Matth.6.b.
1 tati contraria, amara ſunt,
2 veritas dulci. Cauendũ eſt
3 ergo ne pro veritate ſequa-
4 mur mendaciũ pro luce,
tenebras. *Multæ viç videntur rectæ, & nouiſſima eorũ in inferno.* Eſt iuſtus, qui perit in Eccleſ.7.c.
iuſtitia ſua, cui dicitur: *Ne* Ibidem.
*ſis nimis iuſtus*, vnde: *Non de-* Deuter.5.c.
5 *clinabimus ad dexterã, neq; ad*
6 *ſiniſtrã.* Difficile enim vita- †11.q.3.
7 mus hoc male dictũ, cùm qui dicitis.
8 malis adulemur propter
9 potentiam, & bonos de-
10 ſpiciamus propter ino- E
11 piam, vnde: Aquila ſigni- Matth.15.a.
12 ficatius: Væ, qui dicitis ma-
13 lo, bonus es: & bono, ma-
14 lus es. Scribę quoque, &
15 Phariſæi verba Saluatoris
16 non recipientes, ſed tradi-
17 tiones hominum, & fabu-
18 las aniles, fecerunt bonum
19 malum, & malũ bonum.
20 d *Vę qui ſapientes eſtis.* Deſpecta Dei ſapientia, de veſtra apud vos extollimini. Sapientia eſt diuinarũ humanarumq; cognitio rerum. Prudentia tantùm eſt humanarum ſecundum Stoicos. Hæc contra Scribas, & Phariſæos, qui habent clauem Luc.11.g.
ſcientiæ, nec intrant ad Chriſtũ, nec permittunt intrare.

✠ Baſilius. Sapiens apud ſemetipſum eſt, quicunque proprio ſenſu vtitur, & non ſecundum fidem verba Dei loquitur. *Væ qui ſapientes.*

✠ Rupertus. Sexies hoc capitulo væ Spiritusſanct. per prophetã clamat. *Vę qui cõiũgitis domũ, vę q cõſurgitis mane* ☞ *Væ qui* F

## NICOLAVS DE LYRA.

C
* *guit populum de peccato ſuperbiæ, quæ trahit hominem ad alia peccata, ſecundum quod dicitur Eccl.10.b.* Initium omnis peccati ſuperbia. *Et hoc eſt, quod dicitur.* Væ qui trahitis iniquitatem, *vobis aggregando eam.*

1 In funiculis vanitatis. *ideſt ſuperbiæ, quæ eſt occaſio omnium aliorum peccatorum, vt dictum eſt.*

2 Et quaſi vinculum plauſtri peccatum. *ideſt procedendo vlterius ad peccata grauiora. Vinculum enim plauſtri eſt groſſus quam funiculus, & ſic per hanc ſimilitudinem deſignatur, quod ſuperbia, primò eſt occaſio peccatorum minorum, & poſtea maiorum, & ſic erat in populo regni Iudææ, intantum quod inciderat in errorem circa diuinam prouidentiam, tenendo quod Deus non haberet prouidentiam de iſtis inferioribus, nec per conſequẽs inferre propter ea, quę fiunt hic aliquam pœnam, ideo ſubditur.*

3 Qui dicitis. *diuinam iuſtitiam deridendo.*

4 Feſtinet, & cito veniat, &c. *Propheta enim comminabatur eis pœnam à Deo inferendam pro malis ſuis: Et ipſi deridendo reſpondebant.* Feſtinet, & citò veniat opus eius. *ideſt pœna, quam comminamini nobis, quaſi dicant non timemus eam, vnde de ipſis dicitur Ezech.19.d.* Dixerunt: dereliquet Dominus terram, & non videt nos. *Et ex hoc errore ceciderunt vlterius in aliud malum, dicentes quod cultus diuinus non erat alicuius valoris hominibus. Hoc enim ſequebatur ex eo, quod ponebant Deum non habere prouidentiam de humanis actibus, & è contrario cultum idolorum dicebant eſſe bonum, quia in illis dabantur aliquando reſponſa hominibus de agibilibus, & tanquam eſſet ibi aliquid numinis habens prouidentiam de actibus humanis, & hoc eſt quod dicitur.*

5 Væ qui dicitis malum. *ideſt cultum idolorum.*

6 Bonum. *ideſt vtilem hominibus.*

7 Et bonum. *ſcilicet diuinum cultum, qui eſt bonus ſecundũ veritatem.*

8 Malum. *ideſt eſſe nullius vtilitatis.*

9 Ponentes tenebras. *erroris.*

10 lucem *ſcilicet veritatis.*

11 Et lucem. *ſcilicet fidei.*

12 Tenebras. *eſſe ignorantiæ.*

13 Ponentes amarum. *ideſt idololatriam, quæ ducit ad gehẽnę amaritudinem.*

14 In dulce. *tanquam per eam homo conſequatur optatum finem.*

15 Et dulce. *ideſt, ipſam latriam, quæ coniungit ſummo bono.*

16 In amarum. *quod ſit ibi labor inutilis, & expenſæ, & ex hoc ſequebatur, quod iſti ſic errantes ſuam ſcientiam præferebant notitiæ prophetarum contrarium aſſerentium, ideo ſubditur.*

17 Væ, qui ſapientes eſtis. *ideſt cognoſcentes diuina, non ſecundum veritatem, ſed tantùm ſecundum opinionem veſtram, ideo ſubditur.*

18 In oculis veſtris. *ſcilicet, & ſicut ſe æſtimabat ſcientes circa diuina. ita & circa humana falſo tamen, ideo ſubditur.*

19 Et coram vobiſmetipſis prudentes. *Prudentia enim eſt propriè circa agibilia, humana. Ex prædictis autem erroribus ſequebatur, quod abſque vllo timore implicarent ſe peccatis carnalibus, ideo ſubditur.*

20 Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum. *De hoc enim iactabant ſe, quod vnus poterat tantum bibere, quantum plures alij: & ſic poterant eos inebriare.*

✠ Qui

MORALITER.

† 3 *Qui dicitis:* deridendo pœnas ſcriptas, & prædicatas pro peccatis reddendas.

4 *Feſtinet, & citò veniat opus eius, vt videamus, & appropiet.* Peccatores enim obſtinati non timent alia.

5 *Vę qui dicitis bonum malum, &c.* Hoc enim faciunt Aduocati mali, falſas cauſas ſcienter ſuſtinendo, & legitimas impugnando.

17 *Vę qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes.* Iſti ſunt vani doctores relinquentes vtilia & curioſa docentes.

20 *Væ qui potentes eſtis.* Iſti ſunt ebrioſi.

† Qui iuſti

a ❡Draconis b ❡In hoc fortitudinem veſtram iactatis.
a ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcen
a ❡Iuſtitiam habere dicitis.
b dam ebrietatem Qui iuſtificatis impium pro 1
c a ❡Non cauſam penſantes, ſed munera. ❡Quod iuſte ei iudicaretur
b ❡Propter prædictas in ... res
muneribus & iuſtitiā iuſti aufertis ab eo. Propter †
hoc ſicut deuorat ſtipulā † lingua ignis, & † ca- 2
d lor flammæ exurit, ſic radix eorum quaſi † fa 3
a ❡Ignis æterni. b ❡Opus malum. ❡Non ſic impij non ſic, ſed tanquam puluis quem proijcit &c.
uilla erit, & germen eorum vt puluis aſcēdet. 4
❡Et merito. a ❡Nouam. ſ. euangelij. 5
Abiecerunt enim legem domini exercituū, 6
a ❡Ideo. b ❡Iidem. Quia Samaritanus es tu & dæmonium habes
et eloquium ſancti Iſrael † blaſphemauerunt. 7
a ❡Propter peccata principum b ❡Vindicta ❡Domine non in furore tuo arguas me. Et Ieremias: Corripe me dñe in iudicio, & non in furore. 8
e ❡Ante in patribus. ❡Iacob funiculus hæreditatis eius
e f Ideo iratus eſt furor dñi in † populo ſuo, & 9
a ❡Percuſſurus. b ❡Filium, vnde, Brachium domini cui reuelatum eſt. Et alibi, Manus domini tetigit me. c ❡Populum
g extendit manum ſuā ſuper eum, & percuſſit 10
a ❡Populum. ❡Inde. ❡Hyperbolice præ magnitudine malorum. 11
eum. Et conturbati ſunt montes, & facta ſunt 12
a ❡Proſtrata a Romanis. 13
morticina eorum † quaſi ſtercus in medio pla
❡Sed. ❡Quia illi non ſunt conuerſi.
tearum. † In his omnibus non eſt auer- 14
a ❡Potentia percutiendi. b ❡Tanquam adhuc percuſſura. 15
ſus furor eius, ſed adhuc manus extenta. 16

A ✻ *Væ qui trahitis. Væ qui dicitis malū, &c. Vę qui ſapientes, &c. Vę qui potentes, &c.* Duo væ præterea ſunt ſubaudienda, in his duabus irę ſententijs, *Qui dicitis, feſtinet, &: Qui iuſtificatis impium, &c.* Planè hæc omnia de cantico ſunt, quod dilecto ſuo cantare propoſuit, quæ & malis decantat agricolis, i. interfectoribus eiuſdem dilecti Scribis & Phariſæis. Teſtificatur ipſe dilectus qui cātata ſibi ab ipſo propheta totidem væ, i. octo, recantat, cum dicit poſt parabolam de vinea. *Vę vobis Scribę & Phariſęi, qui clauditis regnū cælorū, &c. Vę vobis hypocritę qui comedítis domos viduarum, &c. Væ vobis qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum, &c. Vę vobis duces cæcorum qui dicitis. Quicunque iurauerit per templum, &c. Vę vobis hypocritę, qui decimatis mentham, &c. Væ vobis hypocritę, qui mundatis quod deforis eſt calicis, &c. Vę vobis hypocritę,* B *qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, &c. Vę vobis hypocritę, qui ædificatis ſepulchra mortuorum.*

[Margin: ...ch.23. — ...mmæ. ...iſquilias ...mæ. ...redo. — Populū ſuū. — ...c.10.b. ...11.6.a. ...31.a. — Iſa 9.c.& o...]

a *Ad bibendum vinum, &c.* Allegorice. Vinū quodlibet vitium. Ipſi .n. ebrij inebriant populos, vt bacchantes contra dominum clament. Sacerdotes ingreſſuri tabernaculum non debent vinum bibere & ſiceram, nec Nazarei, quibus nec vua paſſa, nec acetum ex vino datur. Vnde: *Noli vinum dare regibus.* ne .ſ. obliuiſcantur ſapientiam, ne qui plus poſſunt cæteris vitijs, & ira præcipuè ſubiectis, noceant. Miſcet autem ſiceram, qui cum ebrietate plenus ſit, vmbras quaſdam & imagines virtutum mentitur.

b *Ebrietatem.* Vinū cōtinet vnū vitium. Ebrietas (quę Hebraicè ſicera) ſignificat omnia quæ ſtatū mētis euertunt. Ex abūdantia panis & vini peccatum Sodomorū creuit. D

c *Qui iuſtificatis impium pro muneribus.* Suprà dictum eſt, quia pro vuis attulerunt ſpinas, & fœnum, & ligna, & ſtipulas, & vepres arſuros: quia non tantùm iſta fecerunt, ſed & legem abiecerunt, & eloquium Dei blaſphemauerunt. De quibus. *De Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalem.* [Margin: ſupr.co.b.]

✻ Irenęus. Væ vobis Scribæ & Phariſæi, qui cœpiſtis a tempore legis cōtemnere Deum, diligere munera, abſoluere nocentes, innocentes opprimere, vnde nunc in maximo omniū crimine, veſtra non trepidauit audacia, cum Chriſtum dominum morte ſæuiſſima multaſtis, nocentē Barrabam liberaſtis. [Margin: Lib.4.c.]

d *Radix eorum.* Praua cogitatio, ex qua procedit opus tanquam germen. Vnde Apoſtolus: *Ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans, &c.* [Margin: Supà 2.a. — Heb.12.d.]

E

e *Ideo iratus.* Notandum, ꝙ non exprobrat idololatriam, & c. peccata, ſed ꝙ abiecerunt legem euangelij, & blaſphemauerunt ſanctū ſermonē domini. Qui iratus fuerat contra principes & potentes, qui erant ſapiētes ſibi & munera ſequentes: quos deuorauit lingua ignis, vt potentes potenter tormenta patiantur. [Margin: † contempſerunt. — Blaſphemia non idololatra Iudæis improperatur. — † ſicut exciſio in faſciculus ad incēdium proiectus. — Sap 6.a.]

f *Iratus eſt.* Non ꝙ humanis ſubiaceat paſſionibus: ſed qui delinquimus, niſi dominum iraſcentem audierimus, non timemus. Vnde: *Patientia Dei ad pœnitentiam te adducit: tu autem ſecundum duritiam tuam & impœnitens cor the. tibi iram in die iræ.* [Margin: Rom.2.a.]

g *Et percuſſit, &c.* Futura quaſi præterita dicit prophetali certitudine, vnde: *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea po. &c.* [Margin: Pſal.68 a.]

☞ *Et ſi-*

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Qui iuſtificatis impium. *dando ſententiam iniquam pro eo contra iuſtum pauperem. Conſequenter propter prædicta ſubditur dedita pœna, cùm dicitur.*

2 Sicut deuorat ſtipulam lingua ignis. *In Hebræo & in libris correctis habetur:* Propter hoc ſicut deuorat ſtipulam lingua ignis. *Quando enim ignis modicum tangit ſtipulam, quaſi lambendo ſtatim exuritur. Et ſic dicit propheta, quòd pœna prædictorum peccantium citò veniet a Deo, ideo ſubditur.*

3 Sic radix eorum quaſi fauilla erit. *i. totaliter exterminabitur ſicut arbor, cuius radix eſt totaliter incinerata.*

4 Et germen eorum. *i. proles eorum.*

5 Vt puluis aſcendet. *quia ſicut puluis eleuatus in aere per ventum ad alium locum diſpergitur, ſic filij eorum extra terram ſuā fuerunt ducti in captiuitatem. Cuius cauſa adhuc repetitur in generali, cùm dicitur.*

6 Abiecerunt enim legem domini. *eam abſq; timore trāſgrediendo.*

7 Et eloquium ſancti Iſrael. *i. ipſius Dei: quod per prophetas eis mandabat.*

8 Blaſphemauerunt. *verba eorum deridendo, ſecundum quod habetur. 2. Paralip. 45.*

9 Ideo iratus eſt. *Hic conſequenter propheta comminatur pęnā populi ſeparatim. Et primò pœnam quæ præceſſit captiuitatem Babylonis. Secundò pœnam huius captiuitatis, ibi:* In his omnibus. *Circa primum dicitur:* Ideo iratus eſt furor domini. *propter peccata prędicta.* In populum ſuum. *ſ. contra regnum Iudę, vbi erat templum domini.* [Margin: F Diuiſio.]

10 Et extendit manum ſuam ſuper eum. *multipliciter affligendo populum & principes per reges Aſſyriorum & Babylonis ante captiuitatem Babylonicam, vt patet 4. Reg. & 2. Paralip.*

11 Et percuſſit eum. *ſ. populum.*

12 Et conturbati ſunt montes. *i. principes. nam & Manaſſes rex Iuda tunc fuit captus & catenatus ductus extra terram ſuam per regem Aſſyriorum, vt habetur 2. Paralip. 33. Et ſimiliter Ioathan filius Oziæ per regem Aegypti. 4. Reg. 23.*

13 Et facta ſunt morticina eorū quaſi ſtercus in medio platearum. *quia Iechonias rex Iuda fuit occiſus, & cadauer eius extra muros Ieruſalem proiectum ſicut dixerat Ierem. de eo. 22. c. e.* Sepultura aſini ſepelietur. *& ita fuit de pluribus alijs.*

14 In his omnibus. *Hic conſequenter deſcribitur pœna Babylonicæ captiuitatis, cùm dicitur:* In his omnibus. *i. ex pœnis prædictis a Deo illatis.*

15 Non eſt auerſus furor eius. *quia ex pęnis illis populus non fuit emendatus: ſed magis obſtinatus in malo, vt patet ex 4. Reg. & 2. Paralip. ideo ſubditur.*

16 Sed adhuc manus eius extenta. *ad puniendum populi obſtinationem per exercitum regis Babylonis, ideo ſubditur.*

✻ 1 Et ele-

## MORALITER.

† 1 *Qui iuſtificatis impium, &c.* Iſti ſunt iudices iniqui.

† *Propter hoc.* Hic ponitur pœna pro prædictis, cùm dicitur: *Propter hoc ſicut deuorat ſtipulam, &c.* quia prædicti malefactores ſunt digni pęna infernali, & etiam imitatores eorum, ideo ſubditur.

4 *Et germen eorum, &c.* Et ſubditur cauſa cùm dicitur.

6 *Abiecerunt enim legem domini.* ſ. euangelicam, quæ tradita eſt immediatè a domino Ieſu Chriſto, propter quod multi Chriſtiani ab infidelibus grauiter ſunt afflicti in terra ſancta & alijs locis pluribus, prout frequenter ſuperius expreſſum eſt. Sed quoniam adhuc reſtat maior tribulatio Antichriſti tempore futuro, ſequitur.

13 *In his omnibus non eſt auerſus, furor eius ſed adhuc, &c.*

A a Eleuabit ſignum. ✻ Baſilius. Prædicit Romanum exercitũ, in extrema illa obſidione. In eo enim procinctu bellico, formulæ militares & delectus legionum complebantur ex gentibus tum è lõginquo accitis, tũ è vicino. Porrò hoc ſignum eſt crucis ſignũ eius qui per eam dilatatus eſt. Et quidem gentes ad fidẽ accitæ ſunt, B Ieruſalem verò ſolo adæquata. Sanè illi tam citò veniebant ad bellum, vt eis in obliuionem veniret ratio parãdi commeatus.

b *Et ſibilabit ad eũ de finibus terræ, &c.* Hebræi hunc locũ de Babylonijs intelligunt: Nos autẽ conſequentia attẽdentes Romanos intelligimus, qui in finib. terræ commorantur. Vnde Italia eò ꝙ ibi Heſperus occidat, olim dicta eſt Heſperia. Si. n. de Babylonijs ſermo eſſet, prophetali conſuetudine dixiſſet: Vocabo eum qui eſt ab aquilone, eò ꝙ iuxta Iudææ ſitum E Aſſyrij atq; Chaldæi in Septentrionali plaga ſint. Vel apertius Babylonios Aſſyrioſq; demonſtraſſet.

c *Aſpiciemus.* Non auſi reſpicere cęlũ, cuius habitatorem Deũ offendimus.

D

a ¶Quia eloquium domini blaſphemauerunt. b ¶Vocationis, quo congregabit Romanos contra Iudæos. c ¶Romanorum. d ¶Hoc eſt ſignum. e ¶Inſpirabit.

a Et eleuabit ſignum in nationibus procul, et ſibilabit ad 1

b a ¶Romanum exercitum congregandum. b ¶Percepto ſigno. c ¶Non ſua, ſed Dei tractus potentia. 2

cum de finibus terræ: & ecce feſtinus veniet velociter. 3

a ¶Hyperbolice. b ¶Tanto itinere aliquis. c ¶Vt videtur pro deſiderio efficiendi. d ¶Exercitu. e ¶Ardore prælıandi. 4 5

Non eſt deficiens neque laborans in eo: non dormita- 6

a ¶Nocte, vt ſemper parati ſint. 7

bit, neque dormiet, neque ſoluetur cingulum renum 8

a ¶Vetuſtate Plus ſolito durabunt omnia. b ¶Qualitas armorum deſcribitur.

eius, neque rumpetur corrigia calceamenti eius. Sagittæ

a ¶Non remiſſi.

eius acutæ, & omnes arcus eius extenti. Vngulæ equorum

a ¶Infatigabiles. b ¶Curruum. 9

eius ut ſilex, & rotæ eius quaſi impetus tempeſtatis. Rugi- 10

a ¶Metaphora: Non tam ad pugnandum quam ad prædandum, & deuorandum ſicut leo veniet. 11

tus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum. Et frendet 12

a ¶Iudæos & ſua. b ¶Cupide. 13

& tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit qui eruat:

a ¶Strepitus victorum.

& ſonabit ſuper eum in die illa ſicut ſonitus maris. Aſpi- 14

a ¶Tunc. ¶Compatiendo adiungit ſe populo ſuo propheta. ¶Qui modo ſuperbi. b ¶Deſperatio. c ¶Spei quam in domino habuimus. 15

c ciemus in terram, & ecce tenebræ † tribulationis, & lux 16

a ¶Tribulationis.

obtenebrata eſt † in caligine eius.

† Tribulatio. † in cælig.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

C

✻ 1 Et eleuabit. *i. faciet eleuari.*

2 Signum. *i. vexillum, ad congregationem bellatorum.*

3 In nationibus procul. *quia ex longinquis partibus venit ille exercitus contra Ieruſalem.*

4 Et ſibilabit ad eum de finibus terræ. *i. faciet eum venire.*

5 Et ecce velociter, &c. *quia ille exercitus quamuis fuerit valde magnus, tamen fuit in breui tempore congregatus: & citò venit ad Ieruſalem, quia non fuit impedimentum in via. Quod declarat conſequenter, di.*

6 Nou eſt deficiens neque laborans in eo. *Ex tanta. n. voluntate veniebant contra Ieruſalem, quòd quaſi non ſentiebant laborem, & ſic tollitur impedimentum laſſitudinis.*

7 Non dormitabit. *i. cum magna ſolicitudine feſtinationis veniet, & ſic tollitur impedimentum pigritiæ.*

8 Neq; ſoluetur cingulum renum eius. *& ſic tollitur impedimentum, quod aliquando prouenit in exercitu ex diſſipatione armorum ad ſuſtinendum. Similiter & impedimentum armorũ ad inuadendum, cum ſubditur:* Sagittæ eius acutæ. *Similiter tollitur impedimentum, quod aliquando prouenit ex defectu equorum, cum dicitur:* Vngulæ equorum eius, vt ſilex. *q. d. in via non læduntur quamuis cum feſtinatione veniant.*

F

9 Et rotæ eius. *i. currus eius, in quibus pugnabant antiquitus.*

10 Quaſi impetus tẽpeſtatis. *i. terribiles ad modum tempeſtatis, cui non poteſt reſiſti humana virtute.*

11 Rugitus eius. *q. d. non flectetur miſericordia, vnde & rex Babylonis filios Sedeciæ regis occidi fecit in eius oculis, & poſtea oculos eius eruit, & nobiles de regno Iudæ captos occidit. 4. Reg. vlt. Sedeciam autem exoculatum duxit ligatum in Babylonem, & populũ terræ captiuum, vnde ſubditur.*

12 Et frendet. *per iracundiam.*

13 Et tenebit prædam. *quia nec a Deo nec ab homine fuerunt de manibus eius ſaluati.*

14 Et ſonabit ſuper eum in die illa ſicut ſonitus maris: *quia in tanta deſtructione fuit magnus clamor & terribilis tam ex parte Babyloniorum ſe ad cædem populi exhortãtium, quam ex parte morientium & aliorum in captiuitatem ductorum, ideo ſubditur.*

15 Aſpiciemus in terram, & ecce. *præ confuſione non potentes oculos ſurſum leuare, & aſſociat ſe propheta cum eis, eò ꝙ erat pars illius populi, quamuis mortuus fuerit diu ante iſtam captiuitatem, ſcilicet tempore Manaſſe regis, vt dictum eſt ſuprà, cap. 1.*

16 Et lux obtenebrata eſt in caligine eius. *quia tribulatio illius captiuitatis fuit tanta, quod tota gloria quæ fuerat in populo Iſrael videbatur ſimpliciter extincta.*

✻ In

## MORALITER.

† 1 *Et eleuabit ſignum in nationibus procul, &c.* i. eleuari permittet, ſ. ad congregandum exercitum Antichriſti de diuerſis partibus mundi.

5 *Et ecce feſtinus veniet velociter.* nam in breui tempore vltra humanam æſtimationem aggregabitur ſibi multitudo magna & ad bellum expedita, ideo ſubditur.

6 *Non eſt deficiens neque laborans, &c.*

5 Et

† In an-

CAP. VI.

a A IN anno,&c. Ozias ipſe eſt Azarias, qui cum teme rè ſacrificium offerret, lepra percuſſus eſt. Eo regnante prædicta viſa ſunt, quo mortuo Iſaias vidit dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum. Morali. Dum.n. Rex leproſus.i. diabolus regnat in nobis, nec dominum in ſua maieſtate videre, nec myſteria Trinitatis poſſumus agnoſcere: ſic filij Ieruſalē mortuo Pharaone ad dominū potuerūt clamare Ezechiel mortuo Phacea peſſimo principe, cadens in faciē ex celſa voce clamat ad dn̄m.

4 Reg.15.a.

✱ Origenes. In dieb. Regis iniqui & peſſimi non potuit Iſaias videre viſum, non potuit videre Dn̄m ſedentem ſuper thronum excelſum. Sed ex quo mortuus eſt rex nequam, tunc potuit videre Propheta viſionem Dei.

Homil.1. in lib. Iudicum.

✱ Chryſoſtomus. Regnāte Rege impio Deum non B videbant, quia nobis erat iratus, venit mors impij & ſoluit iram. Vide Domini benignitatem, non erant hæc benefacta, alia mala non irrogabat, tantum expectauit, vt exiret impurus. Sed vide Dei clementiam non irrogat pęnam vrbi, quam quę ſolet irrogari inter amicos ęquales cum incidit aliqua offenſio, abſtinente conuictu & cōſuetudine, ſublata cauſa ſimultatis, reditur in gratiam.

Homi.4 & 5. in hoc c.

b *Rex Ozias.* Rex, ſ.leproſus, qui ſacerdotium, vſurpauit.

c *Vidi dominum.* Chriſtum.ſ. vnde Ioa. *Hæc dixit Iſaias, quādo vidit gloriam eius.* Et Paulus in Actibus Apoſtolorum. *Bene locutus eſt Spirituſſanctus per Iſaiam: Aure audietis & non intelligetis, & videntes, videbitis, & non perſpi. &c.* Viſus eſt filius in habitu regnantis. Locutus eſt Spirituſſanctus pp conſortium maieſtatis, vnitatemq́; ſubſtantiæ. *Deū nemo vidit vnquam,* ſ. oculus carnis. Pōt aūt quis eum videre oculis cordis, ſicut vidit Iſaias, vnde: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Vel certè non in natura ſua, ſed in ſubiecta creatura viſus eſt a Prophetis.

2 Paral. 26.c. Io 12.f. Act.28.f.

D Ioan.1.b. Matt.5.a.

CAP. VI.

¶Extat liber Hiero.de hac viſione.
a IN anno quo mortuus 1
a ¶Regnum peccati. b ¶Sub quo præcedentia ſunt viſa. c ¶Regnante filio Ioathan qui fecit rectum in conſpectu Domini.
b eſt Rex Ozias, uidi Do- 2
c a ¶Filium. b ¶Quaſi regnantem. c ¶In habitu regnantis.
d minum ſedentem ſuper
a ¶Angelos in quibus ſedet, & per quos 3
ſua iudicia decernit. b ¶Non modo 4
in hominibus regnantem.
ſolium excelſum & eleuatum, & plena erat 5
a ¶Eccleſia. ¶Quæ ſurſum non quæ deorſum, quam ſapiens mulier ædificat, inſipiens diſſipat b ¶Regnante. ¶Maieſtas ſuperiora, angeli inferiora replent c ¶Agmina Angelorum vel miracula. d Inferiora Deo
e domus à maieſtate eius: & † ea, quæ ſub 6
a ¶Miniſterio ſuo. ¶Diuerſis donis. b ¶Ideſt, Eccleſia quæ deorſum. ¶Mo- 7
raliter Fac.templum vt impleatis. c ¶Duo ſcilicet vel duo ſunt teſtamenta, quod melius eſt Ardentes, vel incendentes amore Dei. ¶Vnde: Et miniſtros ſuos ignem vrentem.
f ipſo erant, replebant templum. Seraphim 8

✱ Euſebius. Hoc caput ſimillimus eſt initio Euangelij Ioannis. *In principio erat verbum.* Nam ſicut poſtquā demonſtrauit Deum rerū omnium effectorem & autorem, ſubiecit. *Et verbum caro factum eſt*, ita Iſaias, vbi deſcribit Deum ſedentem ſuper ſolium excelſum, dicit cap.7. illa verba. *Verbum caro factum eſt.* Quid.n. aliud ſonat. *Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel?* Quid aliud ſonat. *Emmanuel*, quā, *Verbum caro factum eſt.*

lib. 7. de demonſtr. c.1.

d *Super ſolium excelſum, &c.* Qui videt Dominum regnantem in cœleſtibus virtutibus, videt eum ſuper ſolium excelſum & eleuatum, quæ ſunt throni & domi.&c.

F † fimbriæ ei9.

Moraliter. Daniel vidit Dominum ſedentem, ſed non ſuper ſolium excelſum. Et alibi dicitur. *Sedebo, & iudicabo populum in valle Ioſephat.* Qui peccator eſt, videt Dominum ſedentem in valle Ioſaphat, i. iudicij. Iuſtus vt Iſaias ſuper ſolium excelſum. Dum conſideras quomodo humana diſpenſat, & pro noſtra ſalute deſcendit ad terras, vides humilem & proximum terræ thronum eius.

Dan.7.c. Ioel 3.c.

c *Domus a maieſtate eius.* Superna Eccleſia plenè cognoſcit maieſtatem eius, ideſt, quantus ipſe eſt, quod non facit ea quæ deorſum.

f *Seraphim.* Seraphim interpretatˉ incendiū. De quo: *Ignē veni mittere in terram, &c.* Et: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis,*

Luc.12.f. Ibid.24.c. Pſal.11.b.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

✱ IN anno. *Hic conſequenter Iſaias confirmat dictum ſuum. Nam poſſet aliquis dicere, ꝙ verbum eius non eſſet autenticum, eò ꝙ prædicta non dixiſſet Spirituſancto: propter quod in hoc capite oſtendit ſe locutum fuiſſe ſpiritu diuino. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur diuina apparitio. Secundò Iſaiæ legatio, ibi:* Et dixi.

Diuiſio

C *Ad intelligentiam primæ partis ſciendum, quòd Iſaias viſione imaginaria vidit Dominum in ſpecie cuiuſdam magni viri ſedentis, cuius ſedile erat in cælo, & ſcabellum pedum eius in templo, ſecundū quod dicitur infrà 66.a.* Cœlum mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedum meorum: *& duos Angelos ſtantes in vtroq; latere eius, & intellexit ſignificationem viſionis: aliter non eſſet viſio prophetica, ſicut Pharao qui vidit ſpicas, Geneſ.41. & Balthaſar, qui vidit manum ſcribentem in pariete, Dan.5.b. Viſione imaginaria ille dormiens, iſte vigilans: nuiter tamen fuit Propheta: ſed Ioſeph, & Daniel qui viſiones intellexerunt, vnde dicitur Dan.10 a.* Intelligentia opus eſt in viſione. *ſicut diffuſius dictum fuit in principio libri Pſalmorum. Vbi dictum fuit de modis & gradibus prophetiæ tanquam præambulum ad omnes libros Prophetarum. Igitur circa iſtam viſionem Iſaiæ quæ fuit intellectualis & imaginaria. Primò ponitur apparitio diuina. Secundò Angelica, ibi* Seraphim. *Circa primum primò notatur tempus, cùm dicitur.*

1 In anno quo mortuus eſt, &c. *Secundū quod dicit Ra.Sa. Iſte non fuit annus mortis Oziæ Regis, accipiendo mortem pro ſeparatione animę a corpore, ſed annus quo fuit a Deo percuſſus lepra, eò ꝙ voluit ſibi officiū ſacerdotale vſurpare, vt habetur 2. Para 26.c. quia ex tunc mundo reputatus fuit mortuus: quia ex tunc habitauit in domo ſequeſtrata, & Ionathan filius eius regebat palatium, & iudicabat populum terræ, vt habetur 4.Reg.15. & 2.Parali.26. Huic autem dicto Rab. Sa. conſonat litera ſequens in hoc cap. vt videbitur. Conſequenter ponitur ipſa apparitio Dei, cùm dicitur.*

2 Vidi Dominum. *Secundum Dionyſium in 3.c. cæleſtis Hierarchiæ, angelus fuit, tamen Dominus nominatur, eò ꝙ ad repreſentandum perſona Domini apparebat, & in eius perſona loquebatur, ſicut & Angelus loquēs Moyſi in monte Sinai, Dominus nominatur, vt patet in Exodo in plurib. locis. Quòd autem fuerit Angelus habetur Act.7.e. vbi dicitur de Moyſe:* Hic eſt qui fuit in Eccleſia in ſolitudine cum Angelo, qui loquebatur in monte Sinai, & cum patribus noſtris. *quia præcepta decalogi dedit audiente populo, vt habetur Exod.20.*

F

3 Sedentem. *Sedere aūt propriè eſt iudicantis: illa autem apparitio fiebat ad proferendum ſententiam contra Oziam Regem thurificare volentem de præſenti: quia tunc lepra fuit percuſſus, vt dictū eſt: & contra populum de regno Iudę de futuro, vt videbitur infrà: & ideo illa apparitio fuit in effigie hominis ſedentis. Per illam ēt apparitionem in effigie hominis ſedentis ſignificabatur Deus humanandus in perſona filij. Et hoc eſt quod dicitur Io. 12. vbi allegatur ſcriptura, quæ ponitur infrà in hoc capite.* Excęca cor populi huius, &c. *Et ſubdit Euangeliſta.* Hoc dixit Iſaias, quando vidit gloriam eius, & locutus eſt de eo.

4 Super ſolium excelſum. *Hoc eſt ſuprà expoſitum.*

5 Et plena erat domus. *i. templum a Salomone ædificatum, ibi enim fiebat illa viſio.*

6 A maieſtate eius. *Quia ab illa effigie videbatur fulgor mirabilis procedere. Sciendum quod iſtud.* Et plena erat domus a maieſtate, *non eſt in Heb. nec in libris correctis.*

7 Et ea, quæ ſub ipſo erant, &c. *In Heb. habetur.* Et oræ eius replebatur templum. *Et accipitur hic oræ, pro fimb. veſtimentorū ſeu veſtimenti ſui. Illa.n. effigies apparebat quaſi induta ad honeſtatem: & finis veſtimenti deſcendebat vſq; ad templi pauimentū, ſicut communiter fit de oris veſtimentorum hominum ſedentium.*

8 Seraphim. *Hic conſequenter deſcribitur apparitio Angelica cū dicitur.* Seraphim ſtabant. *ſic.n. apparebant tanquam parati ad*

† MORALITER.

1 *In anno, &c.* Per Oziam Regem & leproſum, ſignatur diabolus, de quo dicitur Iob 41.d. ꝙ *ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* Ipſe etiam eſt leproſus, inquantum peccatū eius eſt incurabile. Ipſe verò fuit mortuus in Chriſti paſſione, inquantum eius poteſtas fuit notabiliter diminuta ſicut de homine multùm deiecto dicitur, ꝙ ipſe eſt mortuus Et in illo anno homo Chriſtus fuit ad dexteram patris in cęleſtibus aſſumptus, & ſic viſus a credētibus per fidem, & a beatis per apertam viſionem, ideo ſubditur.

2 *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium, &c.* ſ. cœleſtis.

6 *A maieſtate eius.* Nam ciues cęleſtes reficiunt̄ interius in aſpectu ſuæ deitatis, exterius in aſpectu ſuæ humanitatis.

7 *Et ea quę ſub ipſo erant, &c.* i. Spirituſſanctus ab ipſo procedens in ſigno viſibili repleuit collegium Apoſtolorū, Act.2 a. *Et repleti ſunt omnes Spirituſancto, &c.*

8 *Seraphim ſtabant ſuper illud, &c.* ſ. templum. Nam an-

A *nobis, cùm aperiret, &c.* Et, *eloquia Domini argĕtum igne examinatum.* Eſt ergo ſalutare incendium in ſacris Scripturis, quibus peccata purgantur. Vel initium oris, quod ſignificat linguam Hebræam, qua vetus Teſtamentum ſcriptum eſt. Incendium ergo, & initium oris duo ſunt teſtamēta,
quæ circa Deum ſtant, & per ea cognoſcitur.

a ¶Angeli ſuper Eccleſiam tanquam cuſtodes. b ¶Templum.
a ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ al-
b a ¶Quia quæ ante mundum fuerunt neſcimus. b ¶Dei, non ſuam.
c teri. Duabus velabant † faciem eius, & dua-
a ¶Poſt hæc quæ futura ſunt quis pronuntiabit. b ¶Media aperiendo. ¶Quia per duo teſtamenta ſemper ad ſuperna prouehimur.
d bus velabant pedes † eius, & duabus vola-
a ¶Inuicem ſe ad laudem Dei cohortantes. b ¶Vetus teſtamentum continetur in nouo, & econuerſo.
e bant. Et clamabant alter ad alterum, & dice-
a ¶Pater. b ¶Filius. c ¶Spirituſſanctus. d ¶Non Domini vnus in ſubſtantia. ¶Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ.
f bant: † Sanctus Sanctus Sanctus, Dominus

Allegorice. Duo ſeraphim, duo ſunt teſtamenta inuicē ſe aſpiciētia, per omnia .ſ. conuenientia, quibus media tantū cognoſcimus. † ſuos

Origenes. Duo ſeraphim Dñs meus Ieſus & Spirituſſanctus. Ne putes Trinitatis † diſcindere naturam, ſed nominū ſeruantur officia. Quod Hier. impium dicit. † deſignare. † Apoc. 4. e.

Quidam dicunt ſeraphim virtutes in cœlo Deo aſſiſtētes, & laudantes, quæ in miniſteria mittuntur, maximè ad eos qui purgatione indigent, & propter peccata aliqua ex parte ſupplicijs.

Pſal. 79. a. B Hiero. Cherubim, multitudo ſcientiæ, ſuper quos Dominus in modum aurigæ ſedere oſtenditur, vnde. *Qui ſedes ſuper Cherubim ma. co. eff. be. & ma.* Seraphim autem præter hunc locum in ſcripturis Canonicis me legiſſe non memini. Errant ergo qui in precibus ſolēt ſcribere. Qui ſedes ſuper Cherubim & Seraphim.



a *Stabant.* i. ſtant aſſiſtentia Deo, volant demonſtrantia Deum, nudant quaſi medietatē: non manifeſtant q̄ velata ſunt, nō velāt quæ nota ſunt.

b *Sex alæ vni.* Hiero. Victorinus duodecim Apoſtolos intelligit. Nos aūt duodecim lapides altaris quos ferrū non tetigit. Et duodecim gemmas in diademate ſacerdotis. Deut. 27. a. Exod. 39. b

Alas habere dicuntur angeli: quia in ſuperiorib. commorantur, vel propter velocem in omnibus diſcurſum, ſicut & venti alati dicuntur. Infrà 41. f.

c *Duabus velabant faciem eius.* Ante hæc quæ fuerunt neſcio, ex his quæ ſunt, Deum intelligo, vnde Iſaias: *Priora annuntiate mihi, & nouiſſima quæ erunt, & dicam quod dij eſtis.* Seraphim, i. prædicta teſtamēta duab. alis ſuis (doctrina, ſ. ſua, quæ habet alas: quia leuat ad cęlū, & duas: quia duo ſunt teſtamenta. Vel duas alas, quia docent dilectionem Dei & proximi) velabant faciem Dei, i. nihil docēt quod ante

C

D ante mundum fuerit. Angeli quoque & prædicatores nihil inde docent, ſimiliter velant pedes.

d *Velabant pedes.* Quid poſt hunc mundum futurum ſit, ignoramus: media tamen quæ ſex diebus, vel ætatib. facta ſunt, vel fiunt, cognoſcimus tantum. *Duabus velabāt.*
1 quia de præſenti tantum-
2 modo notitiam habemus.
3 Hieron. Hebræus meus
4 longè alia via ingreſſus eſt. † faciem ſuam
Ait .n. nullum prophetarū
5 extra Iſaiam vidiſſe ſera-
6 phim circa Deum ſtantia,
& nec ipſa quidē ſeraphim
7 alibi lectitari. De hinc con-
8 ſummationis & captiuita-
tis Ieruſalem, quæ ſub Na-
9 buchodonoſor facta eſt ſi-
gnum eſſe præmiſſum. Ab
Ozia quippe ſub quo prophetare orſus eſt vſq; ad Sedeciam, qui extremus regnauit: & qui cæcus in Babyloniā ductus eſt fuiſſe Reges vndecim, & duodecimum Godoliam, quem conſtituerat Rex Babylonis ſuper terram, quem interfecit Iſmahel filius Nathanael inter medias epulas reliquiarum patriæ parricida. Et has eſſe 12. alas ex quib. quatuor faciem velent, ſicut in quibuſdam exemplaribus inuenitur, quatuor pedes contegant. Ex his quippe duodecim Regibus quatuor iuſtos tantùm fuiſſe conſtat: Oziam, Ioathan, & Ezechiam, & Ioſiā, qui ſublimes per ſingulas captiuitates glorificare audent Dominum. *Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus Sabaoth.* Reliquos verò propter peccata faciem velare, & alios quia in captiuitatem ducti ſunt, pedum vela reueſtigia. Superliminare verò ſublatum, & domum impletam fumo (ſicut ſuprà diximus) euerſionem Ieruſalem, & incendium templi expoſuit: Forcipe de qua altaris carbo comprehenſus eſt, & labia purgata, propriam Iſaiæ aſſerit paſſionem. quia ſub Manaſſe interfectus eſt, & tunc verè purgatus labijs dixit ad Dominum. *Ecce ego, mitte me.* E

e *Et clamabant.* Non leuiter dicunt, ſed ſalutarem omnibus confeſſionem clamore pronuntiant: Sanctus Sanctus Sanctus, quia & ipſa ſ Seraphim ſancta: Sanctius .n. his nihil eſt. Mirantur aūt, quod de filius tantùm ſe humiliauerit, & crucem ſubierit, & terrenis innotuerit.

f *Sanctus Sanctus, &c.* Myſteriū Trinitatis. In vtroq; teſtamento F

## NICOLAVS DE LYRA.

*miniſtrandum Deo, & exequendum eius imperium. Sciendum tamē quod non erant de ſuperiori ordine, qui dicitur ordo ſeraphim: ſed erant de Angelis qui mittuntur in miniſterium ad exteriora: nominantur tamen ſeraphim ab effectu propter purgationem labiorum Iſaiæ per incendium, ſicut dictum eſt de alio Angelo, quod nominabatur Dominus, eò quòd loquebatur in perſona eius.*

1 Super illud. *ſ. ſuper templum, vt dicunt expoſitores noſtri: tamen in Hebr. habetur, deſuper ei. i. Domino: quia ſtabant ſuper templum parati ei obſequi, ideo ſic apparebant, quòd vnus erat ad dexteram Dei, alius ad ſiniſtram.*

2 Sex alæ vni. *Per alam contemplatio deſignatur, vt dicit Greg. ſuper Ezech. Igitur per duas alas ſuperius erectas intelligitur contemplatio diuinorum, quæ ſunt ſupra naturam Angelicā. Per duas protenſas inferius ad cooperiendum corpus, & pedes ipſorum ſeraphim, cognitio eorum quæ ſunt inferiora Angelis deſignatur, p̄ duas medias ad volandū extenſas, cognitio angelicæ naturę, ideo ſubditur*

3 Duabus velabant. *In Hebræo habetur:* Faciem ſuam. *ſ. ipſorum Seraphim ſecundum Hebræos, non quod eſſent extenſę ante faciem eorum, ſed ſuper capita, quaſi tranſuerſaliter, & ſic velabant caput ſuperius: & per conſequens faciem, quæ eſt pars capitis.*

4 Et

4 Et duabus velabant. *In Hebræo habetur.* Pedes ſuos. *ideſt, ipſorum ſeraphim: quia tranſuerſaliter verſus inferiora protendebantur: & ſic corpora ſeraphim, & pedes velabant. Et hoc ad quandam decentiam & honeſtatem. Apparebat .n. in figura humana, quæ honeſtior apparet operta quàm nuda.*

5 Duabus. *Scilicet alijs medijs.*

6 Volabant. *Ad deſignandum, q̄ Angeli ſemper ſunt parati ad diuina aſcendere, & ad inferiora deſcendere ſecundum Domini voluntatem: ideo volatus in medio loco diſponitur, quaſi ad vtrumque paratus. Et ad melius capiendum poſui hic figuram ſecundum intentionem Hebræorum.*

7 Et clamabant alter, &c. *i. ſimul concorditer, vel quia vnus primò dicebat, & poſtea idem alius repetebat, ſicut duo chori in Eccleſia aliquando idem dicunt alternatim.*

8 Sanctus Sanctus Sanctus. *Secundum Hebręos dicitur ter ſanctus ad maiorē diuinę ſanctitatis expreſſionem, ſicut Iere. 22. g. dicitur.* Terra terra terra, audi verbū Dñi. *ad excitandum maiorē attentionem. Secundū vero Doctores Catholicos hic dicitur ter ſanctus, ad deſignandum in Deo perſonarum trinitatem, & ſubditur.*

9 Dominus Deus exercituum. *Ad deſignandum eſſentię vnitatem.*

Plena

## MORALITER.

gelorum cuſtodia ſtabat ſuper Apoſtolorum collegia. Vel per templum intelligitur Eccleſia. Per Seraphim Prę lati, qui ſuper curam Eccleſiæ debent ſtare, & non exterius euagare.

2 *Sex alæ vni, &c.* Per quas deſignantur eorum motus ad bonum. Nam per duas alas ſuper caput erectas ſignificatur motus contemplationis in Deum. Per duas protenſas verſus pedes, motus compaſſionis ad proximum. Et per duas medias, motus debitæ conſiderationis circa ſeipſum.

7 *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant.* Nam excitare mutuò ſe debent ad laudandum Deum trinum & vnū, ideo dicitur ter Sanctus, & ſemel Dominus.

† *Et com-*

mento trinitas prædicatur, dñs Chriſtus, ſ. qui hic qua-
A tuor literarum eſt: quod propriè de Deo ponitur, Iod He:
Iod He.i.duo ia.q̃ duplicata ineffabile nomē Dei faciunt.
in ancoratu. ✲ Epiphanius. Seraphim cum ter clamant Sanctus Trinitatem declarant, non enim per duas voces, neque per quatuor Deum glorificāt, neque per vnam ſolā ſed per tres, & ſingulis vocibus numero ſingulari vtuntur, non enim dicitur, ſancti, ſancti, ſancti, vt multas perſonas ſingulari numero deſignent, patrem & filium & ſpiritumſanctum. Et in clauſula orationis, dominus Deus Sabaoth, vt trinitas perſonarum, & deitatis vnitas declaretur.

lib.3.c.19. l.9.3.c. ✱ Damaſcenus. Teſtatur totus diuino numine afflatus patrū chorus, quod ſancta illa Seraphim per triplicem ſanctitatem, tres ſuper eſſentialis diuinitatis perſonas nobis ſubindicent, per
B vnam autem dominationem, vnam diuinæ Trinitatis ſubſtantiā imperiumque declarent. Quin etiam narrat eccleſiaſtica hiſtoria, cum plebs Conſtantinopolitana, ob minas quaſdam diuinitus intentatas, ſupplex Deo preces adhiberet, puerum quendam è plebe in ſublime raptum fuiſſe, atque angelis quibuſdā magiſtris ter ſanctum hunc hymnum didiciſſe, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miſerere nobis.*

a *Plena eſt omnis terra.* Et implebitur cum hoc impletum fuerunt. *Fiat voluntas tua, &c.* Adhuc voluntas patris in cœlo eſt, quæ in terra nondum impleta eſt: vt credatur, ſcilicet in terra, quòd nondum in omni terra habuit. Primò in omni terra gloria domini prædicatur, & poſtea templum fumo repletur, quia prius euangelium toto orbe prædicatum eſt, & tunc templum a Romanis incenſum eſt, poſt 42. annos a paſſione domini.

b *Superliminaria.* In veteri teſtamento locutus eſt dominus ad oſtium tabernaculi, quia nondum introduxerat in ſancta ſanctorum, i. in cœlum, ſed Chriſto ad terras deſcendente ſuperliminare quaſi obſtaculum quoddam ſublatum eſt, & totus mundus impletus eſt, fumo, i. glo-
C ria Dei. *Deus noſter ignis conſumens eſt.* Sed quia totā ſubſtantiam eius capere non poſſumus, leuior quædam & quaſi rarior natura in mundo diſpergitur quaſi fumus, quē capiētes dicimus. *Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus.*

a ¶Olim notus in Iudæa Deus. In tempore gratiæ, plena eſt omnis terra. vnde: Domine dom. noſter quam admir. eſt nomen tuum in vniu. terra. b ¶Non tantum Iudæa.

a Deus exercituum: plenā eſt omnis terra glo- 1

a ¶Chriſti. b ¶Sciſſo velo. ¶Vicina templi per Romanos euerſio ſignatur vnde: Relinquetur vo. dom. veſtra deſer. c ¶Vt ſint altiora. vnde: Tollite port princip. veſtras. d ¶Duorum teſtamentorum.

b ria eius. Et commota ſunt ſuperliminaria car- 2

a ¶Chriſti & Spiritusſancti. ¶Multitudinis. ¶Tranſeamus ex his ſedibus. b ¶Templum. ¶Aenigmatica. ¶Iacob.

dinum à uoce clamantis, & domus impleta 3

a ¶Ignorantiæ & infidelitatis, vel per fumum incendium templi prædicitur. ¶Emiſſione ignis, fumus enim vapor ignis eſt. 4
¶Mortua Ozia b ¶Quia Oziam & alios libere non reprehendi, ideo cum angelis Deum laudare nō merui, & timeo ne dicatur mihi, quare tu enarras iuſtitias meas. c ¶A laude Dei. vide quantum ſe humiliat, agnoſcit peccata, ideo mundatur.

eſt fumo. Et dixi: † Vę mihi, quia tacui: quia 5 6

a ¶Indignus laudare Deum videre ¶Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. b ¶Sicut apoſteli pollutis pedibus, quos dominus lauit.

c uir pollutus labijs ego ſum, & in me- 7

a ¶Quibus idola laudauit. ¶Non plus quam ſe vel minus accuſat populum. ¶Populus impœnitens, immunditiam labiorum ſuorum neſciens, non meretur purgationem. 8

d dio populi polluta labia habentis ego ha-

a ¶Tamen b ¶Cum pondere pronuntiandum.

e bito: et regem dominum exercituum ui- 9

a ¶Tamen. b Ideſt miniſterium compleuit. ¶Sponte, quia huic mancipatus officio. c ¶Purgandum. d ¶Chriſtus a patre miſſus.

di oculis meis. Et uolauit ad me unus 10 11

✲ Cyrillus. Ante crucem domini perceleb re illud tem- D
plum fuit: cæterum poſt crucem, poſtquam Iudæi Euangelij lucem recipere noluerunt, dereliquit dominus domum ſuam & tranſiuit ad gentes, & oīs terra repleta eſt gloria domini, omnis Iudæa vaſtata eſt, & templum incēſum, quod ſignificāt verba illa, *Superliminare templi concidit, fumoque impletum eſt.*

✲ Procopius. Talibus & aſyli fiduciam, templo videlicet ſpoliato, ademptā iri, & domum conflagraturā, cum gentibus innotuiſſet Chriſtus, ſignificabat. Quo tempore, non vna amplius, ſed plurib. & præſtantiorib. per orbem vniuerſum conſtructis domibus, diuinitatis ipſius gloriæ apparuit.

c *Pollutus.* hoc dicit pro ſocietate populi, cum quo cogebatur loqui. Noxium eſt cum peccatoribus viuere. E
*Qui tangit picem, coinquinabitur ab ea.* Eccl. 13.a.

✲ Gregorius. Nazianzenus. Iſaias antequam videret gloriam domini, Iudeos reprehenderat, ſe non reprehenderat, vt verò vidit, cœpit dicere, ò miſer ego, Væ mihi quia tacui. in Apologetico.

✲ Procopius. Comparata hominum natura cum ea quam viderat, miſerum ſe exclamat, non animi, non corporis vniuerſi, ſed labiorum impuritatem confeſſus, niſi quis ex parte totum intelligat. Conſcientiæ ſpiculo ſe iam compungi, ait propheta, qui hymnum duo dicentibus poteſtatibus, eadem ipſe cū illis perſonare non valeat, qui ingratam Deo in ore peccatorum laudem eſſe non ignoraret. Sed præter eas rationes, modeſtiæ cauſa propheta ſeſe populo admiſcet. Fortaſſe verò humanæ naturæ morbum cōfitetur, iuxta Dauidicum illud, *Omnis homo mendax.* Pſal. 115.

✱ Origenes. Apparet verbo tenus peccaſſe prophetam, alioqui dixiſſet, quia immundum corpus habeo vel immundos oculos, ſi peccaſſet in concupiſcentia, vel immundas manus, ſi in rapiendo. Hom. 10. in Leuiticum.

d *Ego habito.* Nota cum peccatoribus non eſſe morandum.

e *Et regem dominum exercituum vidi oculis meis. Et volauit ad me vnus.* Sic Abraham poſtquam vidit dominum, & vocem eius audiuit, ſe cinerem & puluerem eſſe confitetur: quia quantacunque ſit hominum dignitas, vileſcit in comparatione eius. Gen. 18.d. F

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Plena eſt omnis terra, &c. *quia in omnis creaturis relucet virtus & bonitas ipſius.*

2 Et commota ſunt, &c. *quia hæc viſio facta eſt die percuſſionis Oziæ, vt dictum eſt ſupra, & tunc fuit terręmotus terribilis, ſecundum quod habetur Zach. 14. a.* Et fugietis ſicut fugiſti a facie terræmotus in dieb. Oziæ regis Iuda: *qui terræmotus factus fuit ad oſtendendum indignationem domini contra præſumptionem Oziæ. Ex illo autem terræmotu, moti fuerunt parietes templi, & per conſequens ſuperliminaria & cardines oſtiorum.*

3 A voce clamantis. *quia talia fiunt in inferiorib. per angelos.*

4 Et domus. *ad deſignandum incendium futurum domus domini per Chaldæos, vt habetur. 4. Reg. vlt.*

5 Et dixi. *Hic conſequenter deſcribitur Iſaiæ legatio. Et primò deſcribitur diſpoſitio debita, ſecundò, legatio ſibi iniuncta, ibi:* Et audiui. *Diſpoſitio autem iſta facta eſt primò per Iſaiæ contritionem de eo quòd peccauerat per omiſſionem, ideo dicit.*

6 Vt mihi quia tacui. *à reprehenſione vel repreſſione Oziæ regis de ſua pręſumptione. erat enim Iſaias de genere regio vt dictum eſt ſupra 1. cap. & propter hoc magis poterat ad regem accedere, & defectus ſuos ſibi oſtendere, quam alius de populo: ideo peccauit hoc omittendo, ideo ſubditur.*

7 Quia vir pollutus, &c. *Sicut enim polluuntur labia loquendo quod non decet ita etiam tacendo quod dici debet.*

8 Et in medio populi, &c. *non ſolum per omiſſionem, ſed etiā per commiſſionem, quia multi de populo iſto erant blaſphemi, vt dictum eſt ſupra.*

9 Et regem dominum exercituum. *ideſt angelorum.*

10 Vidi oculis meis. *q. d. ex quo ſum peccator, iſta viſio nō eſt mihi ad profectum, ſed ad interitum. Et ſic etiam dixerat Manue ad vxorem ſuam, Iud. 13. d.* Morte moriemur, quia vidimus dominum. *Secundo eſt Iſaiæ diſpoſitio per angelum purgantem eius peccata, hoc tamen fuit ſolum inſtrumentaliter, quia ſolius Dei eſt purgare peccata principaliter. Dicit igitur.*

11 Et volauit, &c *Per iſtum volatum intelligitur velocitas angelica ad exequendum domini mandatum ſeu beneplacitum.*

## MORALITER.

† 2 *Et commota ſunt ſuperliminaria, &c.* Per ſuperliminaria ſignificantur intellectus & volūtas ſuperiores animæ potentiæ. Per cardines, electio boni & deteſtatio mali. Per vocem clamantis, vox prædicatoris, per quam intellectus & voluntas auditorum moneri debent ad eligendum bonum, & deteſtandum malum.

4 *Et domus impleta eſt fumo.* quia domus conſcientiæ debet impleri fumo pœnitentiæ.

5 *Et dixi. Væ mihi.* Per Iſaiam qui tacuit, donec purgatū ſe cognouit, ſignificatur prædicator, qui conſcius ſibi de peccato mortali debet a prædicatione ceſſare, donec purgatus ſit vera confeſſione vel ſaltem contritione, aliter verbum Dei tractaret indignè, Pſal. 49. c. *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iuſtitias meas, &c.*

4 Et ✲ Cyril- De ſera- ✲ Et in † Excæca

a ¶ Similitudinem hominis vidit ne timeret b ¶ Igitur ſermo Dei.

a de ſeraphim, & in manu eius † calculus, quem 1

a ¶ Duobus teſtamentis quæ Spirituſſancti vnione ſociantur. ¶ Quo à vitijs circuncidit, ne amplius immundus ſermo exiret. b ¶ Quod apparuit in viſione. ¶ Igne altaris purgantur labia. c ¶ Calculo.

b c d forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, 2 3

a ¶ Quaſi: Ne timeaus. b ¶ Igne tribulationis, ſcilicet vel charitatis ardore c ¶ Sic.

e f & dixit: Ecce tetigi hoc labia tua, & aufe-

a ¶ In alios. b ¶ In nos.

g retur iniquitas tua, & peccatum tuum mun-

a ¶ Non populo indigni, ſcilicet qui non confitentur ſicut tu. b ¶ Spirituſſancti.

dabitur. Et audiui vocem domini dicen- 4

a ¶ Subſtantiæ vnitas. b ¶ Ad prædicandum populo meo. c ¶ Acquiſitiue ¶ Perſonarum pluralitas.

h tis: † Quem mittam & quis ibit nobis? & 5

¶ Auſum. ¶ Quia purgatus. a ¶ Ergo.

i dixi: Ecce ego ſum, mitte me. Et dixit: Vade, 6

a ¶ Chriſtum prædicantem. ¶ Permiſſiue, non imperatiue. 7

k & dices populo huic: † Audite audientes, & 8

a ¶ Quaſi: quia non vultis. non intelligitis. b ¶ Deum in homine. c ¶ Hominem ¶ Chriſtum corporaliter. 9

nolite intelligere: & videte viſionem, & no- 10

a ¶ Deum. b ¶ Quaſi: Si vis mundum ſaluari, quod volo & ego. ¶ Quod iuſtum eſt precatur, non imprecatur. c ¶ Tam nequam.

l lite cognoſcere. † Excæca cor populi huius, 11

A a *De ſeraphim*. Seraphim per, m, in maſculino genere. per, n, in neutro genere plurali dicimus. Seraphim tamen ſingulariter dici poteſt, ſicut cherubim & cherub.

b *Et in manu eius*. i. operatione eius, i. Chriſti. Calculus, i. charitas, quem forcipe, i. doctrina duorum teſtamentorum, de altari tulerat, & Iſaiæ in exemplum poſuerat.

c *Calculus*. LXX carbunculus, lapis ignitus, qui propter flammeum colorem igneus dicitur. († carbo)

d *Forcipe*. Hæc eſt ſcala Iacob gladius bis acutus. Hęc ſunt duo minuta, quæ mittit paupercula in Dei dona. Hic eſt ſtater duorum denariorum, qui in ore piſcis repertus pro domino, & Petro redditur. Nouum teſtamentum habens vtraque, mandata, ſ. ſua & veteris teſtamenti, Dei ſermonem duplici acie præceptorum comprehendens. (Gen. 28.c. Luc. 21.a. Matth. 17.d. † 8.q.1.c. in ſcriptur. Act. 8.f. Apoc. 2.c. Pſal. 17.b.)

B e *De altari*. Quod Ioannes vidit in Apocalypſi, quod eſt plenum calculis ignitis, quibus poſſunt peccata purgari, vnde: *Carbones ſuccenſi ſunt ab eo*. Et alibi: *Ignem veni mittere in ter.* (Luc. 12.f. † impingua Pſal. 119.a.)

f *Ecce tetigi labia tua*. vnde: *Quid detur tibi, aut quid adijciatur tibi ad linguam doloſam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs*. Hic eſt ſermo Dei, de quo dicitur: Habes carbones ignis: ſedebis ſuper eos, hi erunt tibi in adiutorium.

g *Et auferetur iniquit s*. Ieremias qui puer erat ideo penè immunis a peccato ſolius manus attactu purgatur. Ad Iſaiam verò qui dicit, vir pollutus labijs ego ſum: angelus cum calculo mittitur. (Iere. 1.b.)

h *Quem mittam*. Non cogit, ſed voluntatem quærit: voluntas enim ſola præmium meretur. Iſaias autem tanquam purgatus, offert ſe ſpontaneus.

✱ Procopius. Hęc vox probantis eſt, & alacritatem illius prouocãtis, boniq; inſtituti tanq̃ mercedem pollicentis.

Orige. Nota filius a patre miſſus, ſolus hic dimittit peccata quę dimittit tota trinitas. Qui.n. in vno credit in omnibus credit: ne putes filium quaſi minorem a patre miſſum. Simile dictum: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Ego & pater vnum ſumus*. Vnum, propter naturam ſumus, propter diuerſitatem perſonarum. Sic iubente domino trinitas imperat. (Geneſ. 1.b. Ioa. 10.f.)

C i *Mitte me*. Putat ſe bonum nuntiaturum, & ideo dicit: *Mitte me*. & ideo ſe vltrò offert. Sed quia audiuit: *Dic populo huic: Auribus audietis, & non intelligetis, &c.* cùm poſtea dicatur ſibi: clama: non ſtatim clamat, ſed interrogat, quid clamabo? Ieremias quoque cui dictum eſt: *Accipe calicem, & propinabis omnes gentes, &c.* libenter accipit. Cum verò audit, primò propinabis Ieruſalem, reſpõdit: *Decepiſti me domine, &c.* Nos autem dicimus non temeritatis eſſe, ſed obedientiæ, quod ſe obtulerit. (D Iere. 25.d)

✱ Procopius. Cum duo diſtinctè, quem mittã, & quis ibit, eſſent poſtulata, vnica ambobus reſponſione ſatiſfecit, cũ ecce ego domine mitte me, non autem amplius iterum ſe, adiecit. Eſt .n. in noſtra ſitum poteſtate, Apoſtolatũ admittere. Vires autem ad obeũdum ſufficere, Dei vnius qui iſtã gratiam largitur. Humanæ itaque imbecillitatis conſcius, nihil ad id reſpondens, ſoli Deo reliquit, & quod ſibi nõ arrogauit, domino largiente accepit. (ſum)

k *Audite Audientes*. Lucas ſecundum LXX. in Actib. apoſtolorum: *Aure audietis, & non intelligetis*, & ſimilia. († Mat. 13) In quo facilis interpretatio, quæ dicit quid populo facturus ſit. Quam interpretationem Paulus quoq; in epiſtola ad † Hebræos poſuit. (E † Ro. 11) Vnde ei contradicitur, quia Hebræis teſtimonijs non vtatur. Nec Iudæi ante ſcripturam falſauerant. (Coloſ. 4.) Dominus enim & Apoſtoli hoc non tacuiſſent: nec apoſtoli vel euangeliſtæ ita protulerunt, vt Iudæi falſaturi erant. Tradunt autem Lucam medicum fuiſſe, & magis Græcas literas quam Hebræas nouiſſe. vnde in vtroque volumine ſecularem redolet eloquentiam, & magis Græcis quam Hebraicis vtitur teſtimonijs.

✱ Origenes. Prophetizat hoc loco de his, quæ in aduentu Chriſti erant futura, audituros Iudæos Chriſtum corporaliter, non audituros ſpiritualiter. Siquidem cum audirent dominum meum Ieſum Chriſtum, vocem tantum audierunt non ſenſum. Et hæc de aduentu domini eſſe dicta ipſe ſaluator oſtendit, cum ait. *Bene prophetauit de vobis Iſaias, aure audietis*.

✱ Procopius. Chriſtus ſiquidem quia luxerat, ita animis omnium illucebat, vt cæcis viſum etiam reſtitueret. At qui oculos claudere voluerunt, videntes ipſi non viderunt, ideſt, cum videre poſſent, noluerunt. (F) Efficitur autem iſtud vel cum eius quod cernitur contemptu, oculos auertimus, vel cum ea quæ videmus, non videre ſimulamus.

l *Excæca, &c.* Cui ſimile: *Suſcitaui te: vt oſtendam in te virtutem meam. Et dedi eis oculos, vt non videant: & aures, vt non audiant. Excæca cor populi, &c.* (Exod. 9. Ierem. 5.) Præuidens Propheta cæcitatem ſuperuenturam in Iſrael, ut plenitudo gentium intraret ad fidem. dicit.

Domine

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in manu eius calculus. *i. carbo ignitus. Calculus enim plura ſignificat. Vno enim modo ſignificat lapidem paruulum. Alio modo ſignificat numerationem. quia antiquitus ſolebant homines cum lapillis numerare. Significat etiam carbonem ardentem, & etiã quædam alia vnde verſus:* Calculus eſt ratio, numerus, ſententia, carbo. Calculus eſt pondus, minimus lapis, enſis acutus. *Per calculum autem iſtum ſignificabatur prophetiæ donum tunc Iſaiæ datum.*

2 Quem forcipe tulerat de altari. *ſ. holocauſtorum, vbi erat ignis continuus vt habetur Leuit. 6. Sciendum tamen, quòd non accipitur hic altare ſeu carbo, materialiter, quia iſta fiebant viſione imaginaria, ſicut dictum eſt, qua videbatur angelus accipere carbonem de altari holocauſtorum.*

3 Et tetigit os meum. *ad deſignandum purgationem peccati ſui per taciturnitatem prædictam, ideo ſubditur:* Et auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum, &c.

4 Et audiui vocem. *Hic conſequenter deſcribitur legatio iniuncta Iſaiæ a domino. Primò quantum ad illud quod pertinet ad afflictionem malorum. ſecundò ad conſolationem bonorum, ibi.* Et multiplicabitur. *Primum deſcribitur cum dicitur:* Et audiui vocem domini. *apparentis in effigie prædicta.*

5 Dicentis. Quem mittam, & c. *Hoc non quæſiuit ex ignorantia, ſed ad conuenientius iniungendum negotium Iſaiæ ſe offerẽti ad obediendũ, ſicut Gen. 3.b. dicit Dominus Adam:* Vbi es? *vt ex eius reſponſione conuenientius argueret eum de tranſgreſſione.*

6 Et dixit, & c. *paratus ad obediendum.*

7 Mitte me. *nec ſe offerendo peccauit, quia ante diſpoſitum ſe vidit per purgationem prædictam.*

8 Et dixi. Vade *ad arguendum peccata regum Iudæ. Ex hoc dicũt Heb. & rationabiliter, vt videtur, quod iſtud qđ dicitur in hoc. c. precesſit tẽpore ea quæ ſcripta ſunt ſupra a principio huius libri, in quibus Iſaias arguit multipliciter peccata eius populi ad ea quæ arguenda miſſus fuit a Deo, ſicut alij prophetæ. Et in hoc cap. ponitur prima eius miſſio, ut videtur. Nec obſtat quod vltimò ſcribitur, quia frequenter in ſacra ſcriptura ſcribuntur poſterius prius facta, & econuerſo. vt frequenter dictum eſt ſupra in alijs libris canonicis.*

9 Et dices populo, & c. *auribus torporis.*

10 Et nolite intelligere. *ideſt, noletis. Non enim incitauit eos Propheta ad non intelligendum, & non obediendum ſed prædixit hoc futurum, prænuntiando, ſcilicet populi obſtinationem in malo. ideo ſubditur.*

11 Excæca cor populi. *ideſt denuntia ad excæcandum per errorem in intellectu.*

5 Dicentis ✱ Et aures

## MORALITER.

† 11 *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua*, ideſt excæ-

† candum

A ☞ *Domine excæca cor populi huius*. Quaſi dicat: Si totum mundum ſaluare deſideras, excæca cor populi huius. Si enim populus hic excæcatus fuerit, gentes illuminabũtur. Nec eſt Dei crudelitas, ſed miſericordia, infidelibus excæcatis humiles illuminare. vnde: *Quoties volui congregare filios tuos, &c.* Et, *Concluſit Deus omnia ſub peccato, vt omnium miſereatur*. Et paulò poſt. *O profundum diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei.*

a *Et conuertatur*. Quamuis graue peccatum ſit, ſi conuertatur quis, poteſt ſaluari: Sed hi pro magnitudine ſceleris, pœnitentia ſunt indigni vnde: *Volui congregare filios tuos, & nolebas.*

b *Et adhuc*. Et pro. i. adhuc ex gente decimatio, quaſi adhuc decima pars illius gentis remanebit.

B ✻ Theodoretus. Deſcribit propheta mala quæ patientur Iudęi, vt voluntatis rebelles pœnas luant, qua dominum audire noluere, & ipſos ait ſibi futuros cauſam tantorum malorum, vt incendio, gladio, fame, peſte abſumantur.

c *Et erit*. Sub Adriano Iudæa iterum vaſtata eſt. l. verò anno poſt captiuitatem Romanorum. Prohibiti enim ſunt publicis legibus Iudæam intrare. D

a ¶Cordis. b Peccato. c ¶Interiores. d ¶Oſtio peccatorum, e Quaſi polleſt ſi vellet.
& aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne
forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, 1
¶Expoſitio eſt. a ¶intelligendo.
a & corde ſuo intelligat, & cõuertatur, & ſanem
a ¶Conuerſum b Condolendo populo meo. c ¶Excæcabitur
eum. Et dixi: Vſquequo domine? & dixit: Do- 2
a ¶A Romanis ſolæ fiant c hoc eſt abſque habita. &c ¶Sint. 3
nec deſolentur ciuitates abſque habitatore, &
domus ſine homine, & terra relinquetur deſer
¶A terra ſua. ¶Iudæos. ¶In terra aliena naſcendo in futurum.
ta, & longè faciet dominus homines, & multi 4
¶Alias deſertas a ¶A Deo b ¶Vt lerat c ¶Vbi captiua tenebatur.
plicabitur quę derelicta fuerat in medio terrę.
a ¶Tamen. b ¶Vix in ea decima pars remanebit, vel in toto orbe, vel in Iudæa c ¶Iterum ſub Adriano. ¶Reliquiæ Iſrael ſaluæ fient.
b Et adhuc in ea decimatio: & conuertetur, & 5
a ¶Sine folijs & fructu. 6
c erit in oſtenſionem, ſicut terebinthus, & ſicut 7
a ¶Aridi b ¶Apoſtoli & alij fideles. vnde Niſi dominus Sabaoth reli. no. ſe &c.
quercus quæ expandit ramos ſuos. Semen ſan 8
a ¶Per fidem, ne cadat per infidelitatem.
ctum erit id quod ſteterit in ea.

✻ Euſebius. Poſt cladem inuectam Iudææ a Veſpaſiano, reſiduum fore decimam partem Iudæorum in vrbibus Iudææ, & poſtea rurſum futurã ſub Adriano in pabulum ignis, vt quercus & terebinthus, qñ cadunt de loco ſuo auulſæ. Lib. de demõſtrat. cap. 38.

✻ Procopius. Non iam amplius eos vineam domini Sabaoth, non vt Dei paradiſum, non vt oliuam pulchram, nõ vt palmam, aut cicuratarũ arborum aliquam, ſed veluti glandem, non eam quidem ſibi conſtantem amplius, ſed deciduam, relictaque theca. Humi iacẽtem, vel tanq̃ terebinthũ amaros fructus edentem, prędicit. Nec his abſimilẽ fore Iudeorũ gentem, imò deteriorẽ, cũ & ſuas iſti regiones occupent, & ſolito naturę ordine fructus edãt, illis cõtra, ſua ẽt nihil illis tale producẽte exciderint. E

☞ Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et aures eius. *Ideſt, aggrauandas denuntia in affectu per obſtinationem. Circa quod ſciendum, quòd talis excæcatio & obduratio non eſt a Deo directè, ſed ex liberi arbitrij defectibilitate. Homo enim auertens ſe a Deo, meretur vt iuſtè Deus retrahat gratiam ſuã ab eo cuius effectus eſt illuminare intellectum, & mollificare affectum, & ideo ipſa ſubtracta homo excæcatur & obduratur ex ſua malitia. Hoc ad literam fuit impletum, quando ad prædicationẽ Chriſti Iudæi pro magna parte fuerunt obdurati, ſecundum quod dicitur expreſſe, Ioa. 12.* Propterea non poterant credere, quia dixit Iſaias. Excæcauit oculos eorum: & indurauit cor eorum, &c. *Et ſequitur.* Hoc dixit Iſaias, quando vidit gloriã eius. *Scilicet Chriſti.* & locutus eſt de Deo. *Cognouit enim tunc* C *Trinitatem perſonarum, & filium incarnãdum, vt prædictum eſt, et ſic tunc vidit gloriam Chriſti, ideſt, eius diuinitatem.*

2 Et dixi: Vſquequo domine. *Scilicet, durabit hæc excęcatio & obduratio.*

3 Et dixit: Donec deſolentur, &c. *Quod impletum fuit tempore Titi, qui deſtruxit ciuitatem & templum & terram Iudæorũ, & duxit populum captiuum, & diſperſit per orbem, vt non habitaret amplius in Iudæa. ideo ſubditur:* Et longè faciet dominus homines.

4 Et multiplicabitur, &c. *Hic conſequenter Propheta denuntiat in conſolationem credẽtium, quod frequenter fit in hoc Propheta & alijs, ſ. denuntiatio conſolationis bonorum iuxta denuntiationem deſolationis malorum, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant, & hoc eſt quod dicitur.* Et multiplicabitur, &c. *Quia ante aduentum exercitus Romanorum contra Iudæam, Chriſtiani qui erant ibi per admonitionem angeli tranſierunt in regnum Agrippæ, qui erat confœderatus Romanis, et ſic fuerunt derelicti alijs partim captiuatis, & partim trucidatis, qui poſtea multiplicati ſunt per orbem vniuerſum, vt patet ad ſenſum.*

5 Et adhuc decimatio in ea. *Quia decimæ dantur a fidelibus eccleſiæ.*

6 Et conuertetur. *Ab abiectione, & paucitate, & perſecutione, quam paſſa eſt eccleſia. Primo a principibus Iudęorum, vt patet Act. 8. & in pluribus locis alijs eiuſdem libri: & poſtea ab imperatoribus Romanis, & eorum præfectis, vt in ſanctorum legendis, & in chronicis habetur.*

7 Et erit in oſtenſionẽ ſicut terebinthus. *Quod impletum videmus maximè a tempore Conſtantini, in quo incepit eccleſia notabiliter & mirabiliter exaltari & dilatari.*

8 Semen ſanctum erit id quod ſte. *Quia fideles non multiplicantur per generationem carnalem: ſed per gratiam ſanctificantẽ in baptiſmo. veruntamen quia excæcationis & obdurationis Iudęorum tempore prædicationis Chriſti & Apoſtolorum eius figura fuit obduratio prædeceſſorum ſuorum tempore prædicationis Ieremię et aliorum prophetarum, qui fuerunt inuenti tempore deſtructionis factæ per Nabuchodonoſor regem Babylonis. ideo litera iſta poteſt exponi pro illo tempore, licet principalis intentio prophetæ feratur ad obſtinationem Iudæorum tempore prædicationis Chriſti & Apoſtolorum. Et ſecundum iſtam ſententiam, dicitur:* Et dixi: Vſquequo domine. *ſupple durabit iſta excæcatio & obduratio?* Et dixit: Donec deſolatæ ſint ciuitates abſque habi. *Quod adimpletum fuit tempore Sedeciæ, quando rex Babylonis deſtruxit ciuitates regni Iudæ, & populum duxit captiuum in Babylonem, ideo ſubditur:* Et longè faciet dominus homines, & multiplicabitur. *Hic conſequenter propheta denuntiat conſolationem bonorum, & iſtud fit frequenter in hoc libro & in alijs libris prophetalibus iuxta conſolationem malorum, denuntiando conſolationem bonorum, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis elu. & hoc eſt quod dicitur.* Et mul. *ideſt, terra Iuda, quæ derelicta fuerat a ſuis habitatoribus in captiuitatem ductis: multiplicabitur adhuc in hominibus animalibus, & alijs bonis, quod impletum fuit poſt captiuitatis reditum ſub Zorobabel, & Nehemia, & Machabæis. In medio terrę, hoc dicitur, quia Iudæa eſt in quarto climate terræ habitabilis. Et adhuc in ea decimatio, ideſt, adhuc dabuntur ibi decimæ bonorum Sacerdotibus & Leuitis Deo miniſtrantibus, ſicut habetur Nehemia 10. Et conuertetur a captiuitate in proſperitatem. Et erit in oſtenſionem ſicut terebinthus, &c. quia proſperitas eorum poſt tantam captiuitatem fuit magis admirabilis: & hoc tempore Machabęorum, quando recuperauerunt ciuitatem & templum contra Antiochum regem tunc valde potentem.* Semen ſanctum erit, id quod ſte. in ea. *Quia poſt reditum captiuitatis Babylonicę nõ legitur Iudęorum populus ad idololatriam declinaſſe, niſi aliqui pauci ex violentia regis Antiochi, vt habetur 1. Machab. & 2. & tunc etiam aliqui licet pauci comparatiuè reſpectu totius populi acceperunt aliquas conditiones Gentilium, faciendo ſibi preputia, paleſtrã, & ephebiam, vt habetur 1. Machab. 1. Non tamen dicitur ibi, quòd declinauerunt ad idololatriam.*

✻ Cap.

MORALITER.

† candum denuntia, ſi perſeueret in malitia, propter quã Deus retrahit gratiam ſuam, & ſic excæcatur mens peccatoris & obſtinatur, quod debet prædicator denuntiare populo ut caueat a malo. Et conſequenter ſubditur remedium, cùm dicitur.

3 *Donec deſolentur ciuitates, abſque.* Ideſt, homines peccatores per amaritudinem pœnitentiæ. Et quia ſequitur ad hoc bonorum operum fructificatio, ſubditur.

4 *Et multiplicabitur quæ derelicta fuerat.* A Deo propter peccatum.

7 *Et erit in oſtenſionem ſicut terebinthus.* Nam bona fructificatio peccatoris per pœnitentiam conuerſi proponitur alijs in exemplum pœnitendi, vt patet de Magdalena.

A

## ADDITIO I.

*In cap.6. vbi dicitur in poſtilla:* Poſſet enim aliquis dicere, *quòd verbum eius non eſſet autenticum.*

*Iſaias in principio ſuæ prophetię dixit: Audite cœli, & auribus percipe terra: quoniam dominus locutus eſt: & ideo nullus poſſet dicere ei, quòd verba illa dixiſſet ſpiritu ſuo, & non ſpiritu Dei: niſi taliter contradiceret ſuæ prophetiæ: quam qui negaret, ſimiliter poſſet negare præſentem viſionem, & ideo nō oportet dicere, quòd hęc viſio ponitur ad confirmationem prædictorum, ſed eſt viſio per ſe reuelata prophetæ.*

## ADDITIO II.

*In eo.c.6.ubi dicitur in poſt. Sicut Ier.22.dr:* Terra terra terra.

*Quod legitur in Iere.* Terra, terra, terra, audi verbum dñi.

*Non oportet vt intelligatur ad excitandam maiorem attentionem ſicut Iudęi dicunt; ſed ad denotandam terræ cui loquebatur, expreſſam diſtinctionem. Erat enim terra cui loquebatur tripartita, cuius vna pars dicebatur terra Iudæę, alia Galilęę, alia verò trans Iordanem, vt patet in libro qui dicitur Canhedrin. Vnde ad denotandam talem diuiſionem ter nominat terram, & ideo in hoc loco cum ſeraphin ter ſanctus clamabant, ad literam planè intelligendum eſt ad deſignandam trinam diſtinctionem in diuinis perſonis, prout fides catholica tradit. Vnde & quodlibet iſtorum trium nominum in concreto ſignificat ſanctitatem, vt denotetur pluralitas ſuppoſitorum, quæ concretiuè intelliguntur. Verbum autem ſubſtantiuum ibi ſub-* B *intellectum, in ſingulari numero ponitur, vt eſſentiæ vnitas intelligatur. Et notandum ꝙ quidam expoſitores Hebręorum attēdentes, ꝙ in vnitate diuina quę ſumma eſt, periculum eſſet iterare nomina quę omnino ſimilia eſſent, ex quo neceſſe erat vt intelligeretur aliqua pluralitas, ideo aliter interpretati ſunt hęc dicta, ſcilicet, vt ſanctus qui in primo loco dicitur: & etiam ſanctus qui in ſecundo loco dicitur, intelligantur in vocatiuo caſu, ſic ꝙ vterque ſeraphin clamabat ad alterum, dicens:* O ſancte ſanctus dñs Deus exercituum, &c. *& hoc audent dicere, eò quod in lingua Hebraica in his nominibus non eſt differentia caſualis. Sed hoc nō valet aſpicienti proprietatem harum dictionū, prout hoc ponuntur. vnde tranſla-*

D *tio Chaldaica iſta tria nomina de Deo intelligit: & ideo hę duę expoſitiones quas poſtillator ponit, non debent intelligi quaſi indifferenter conſonent literę: ſed prima expoſitio non eſt verè literalis, ſed quaſi a veritate literę fugitiua. Secunda autem catholica, & propriè literalis. vnde magiſter in 1.di.2. Inter alia teſtimonia trinitatis quę in veteri teſtamento inueniuntur, hanc autoritatem tanquam à literali ſenſu ſumpta allegat.*

## ADDITIO III.

*In eo.c.vbi dicitur poſtil.* Et dixit, Vade ad arg. peccata re.&c.

*Licet Iſaias in pręcedentibus argueret multipliciter populum de peccatis eorum, nunquā tamen eorum obſtinationem prenūtiauit, quę obſtinatio in hac viſione fuit primò ſibi reuelata, cum dicitur:* Audite, & nolite intelligi, &c. excęca cor populi huius. *Vnde non eſt neceſſe dicendum, quod hęc viſio pręcedat alias prophetias prędictas, ſicut Hebręi minus rationabiliter dicunt. nā in pręcedentib. arguebat peccata, et ſcelera populi de mandato Dei, vt dictū eſt. In hac autem viſione ſibi iniunctum eſt, vt excęcationem & indurationem eorum futuram, tempore aduentus Chriſti eis prænuntiaret.*

## ADDITIO IIII.

*In eod.cap.vbi dicitur in poſtil.* Et adhuc decimatio in ca, &c.

*Vbi nos habemus:* Et adhuc decimatio in ca. *in Hebręo habetur quędam dictio quę licet deriuetur à decem, tamen nō ſignificat decimationem, ſed ſignificat denam.i.numerū denariū in genere fœminino, & eſt ſenſus ſcdm Hebręos, ꝙ a tempore huius viſionis adhuc remanebant decem reges in Iuda vſq; ad tranſmigrationem Ba-* E *bylonis incluſiuè. qui quidem reges apud eos ſunt Ionathā, Achaz, Ezechias, Manaſſes, Amon, Ioſias, Ioacim, Iechonias, Sedecias. Poteſt etiā aliter intelligi iſte numerus denarius, vt referatur ad illud quod legitur Gen.8. vbi Deus cōceſſit Abrahę, quod ſi inuenirentur in Sodomis decem iuſti, parceret toti ciuitati pro eis. vnde in hoc loco dominus dicebat Iſaiæ quod licet populus eſſet ita malus: ſicut populus Sodomorum, prout ſupra dixerat 1.cap.* Audite verbum domini principes Sodomorum. *tamen adhuc remanebat in ea, ſcilicet Iudæa & Ieruſalem dena videlicet iuſtorum, qua volebat eos ſuſtinere & tolerare donec conuerterentur.*

CAP. VII.

☞ a E*T factū eſt in diebus Achaz, &c.* Quæ ſupra ſcripta ſunt vſq; ad locum ſub Ozia & Ioathan filio eius, viſa ſunt quæ ſequuntur ſub Achaz rege impijſſimo, q a Deo derelictus ab inimicis expugnatur.

b *Achaz.* Qui clauſit ianuas C tēpli, & Baalim adorauit, filium ſuū idolo cōſecrauit,

## CAP. VII.

a b c E T factum eſt in diebus 1
Achaz filij Ioathan, filij 2
Oziæ regis Iuda, aſcendit 3

D tur, & ſpinis quæ oriuntur in manibus ebrij: nec terra eorum vel doctrina a rationabili animāte, ſed à bobus, quorum curam non habet Deus, & a brutis animalibus conculcetur.
a *Comedet butyrum.* Delectabitur in paſſione Chriſti, vel ſua. Butyrum enim ex multis confectionibus efficitur.
b *Et om. mon. qui in ſar. ſar.* relictis campeſtribus metu hoſtium ad montana confugient, aſpera montium manu propria excolentes, vitam miſeram ſubſtentabunt. Cætera erunt in paſcua. E

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nut. ho. *i. vaccam vnicam ſibi remanentem de magno armento boum cæteris raptis & conſumptis ab exercitibus Sennacherib.*
2 Et du. oues. *ſibi remanentes de magno grege ouium, cæteris conſumptis ab Aſſyrijs.*
3 Et præ vber. *Quia dominus dabit benedictionem ſuam: & ſic habebunt tantū de lacte, quod ſufficiet ei ad ſuſtentationem domus ſuæ in tantum, quod non ſolum comedet lac, ſed etiam pinguedinem lactis, quæ colligitur in butyro. Aliqui autem exponunt hoc ad oppoſitum dicentes, quod per hoc exprimitur defectus victus illo tēpore propter vaſtationē terræ, ſic exponentes:* Comedet butyrum. *propter panis defectum: Sed litera precedens videtur repugnare vbi dicitur.* Et præ vbertate. *& ſimiliter ſubſequens, cum dicitur.*
4 Butyrum enim & mel co. *vel mãducabit. Vbicunq; enim iſta duo iunguntur in ſcriptura, ſignificant abundantiam bonorum terræ: vnde & terra promiſſionis ad ſui commendationem frequenter dicitur in veteri teſtamento fluens lacte & melle.*
5 Om. ho. qui relictus fue. in me. ter. *i. homines iuſti viuentes vita humana, & non beſtiali. iſti fuerunt relicti in medio terræ Iudææ euadentes gladium Sennacherib: ſed mali qui erant in peccatis*
C
*peccatis obſtinati, fuerunt per eum exterminati: & iſtis iuſtis remanentibus fuit ſufficienter prouiſum de victu.*
6 Et erit in die &c. mil. vi. *valentes mille argenteos.*
7 Et in ſpinas &c. *propter defectum colentium, quia ſicut dictū eſt multi perierant per exercitum Aſſyriorum Rab. Sa. aliter exponit dicens quod tempore Ezechiæ poſt mirabilem liberationem ab exercitu Sennacherib, vt prædictum eſt, Ezechias induxit populum ad legis ſtudium, & vt magis poſſent in hoc proficere, abſtraxerūt ſe à vino, ita quod parum aut nihil bibebant, & ſic remanſerunt vineæ incultæ.*
8 Cum ſagittis & arcu ingredien. il. *propter feras & ſerpētes ibi latentes inter fruteta ibidē creſcentia. ideo ſubditur:* Vepres enim & ſpinæ.
9 Et omnes montes qui ſarculo ſarientur. *id eſt ſpinis & vepribus purgabuntur: ad hoc quod poſſit ibi bladum ſeminari.*
10 Non veniet illuc terror ſpinarum & veprium. *Quia Deo faciente ſeruabitur terra in puritate ſua, vt ſic faciat fructum bonum & multum. ideo ſubditur.*
11 Et erit in paſcua bouis & in cōculcationem pecoris. *id eſt, ita erit fertilis in fructu, quod non ſolum ſufficiet ad ſuſtentationem hominum, ſed etiam animalium domeſticorum.* F

* CAP.

## *MORALITER.*

† *Vaccam boum.* id eſt corpus ſuum non ad luxuriandum, ſed ad ſeruiendum domino ſecundum ſtatum ſuum.
2 *Et duas oues.* ſcilicet intellectum pabulo ſacræ ſcripturæ, & voluntatem cæleſtium deguſtatione, quantum pertinet ad ſtatum præſentis vitæ.
3 *Et præ vber. lactis.* id eſt diuinæ conſolationis.
4 *Comedet butyrum.* id eſt ſentiet excellentem ſuauitatem cœleſtium.

† MORA-

## ADDITIO. I.

*In cap. 7. vbi dicitur in poſtilla: & dixit Achaz:* Non petam.

*In hac reſponſione Achaz rectè intellecta non recuſauit petere ſignum, timens ne aliquid ad Dei gloriam monſtraretur, vt Rab. Sa. dicit. Potuiſſet enim Iſaias virtute diuina oſtendere aliquod ſignum etiam Achaz nolente. Sed hæc reſponſio aliter exponi poteſt, & planius. Pro quo ſciendum, quod aliqui quærunt à Deo ſigna non tentādo quaſi dubitantes de diuina potentia, ſed vt firmius verbis diuinis adhæreant, vt patet de Gedeone, Iudic. 6. cap. & de Ezechia, infra 38. & de multis iuſtis. Alij vero ſigna quærunt, quaſi volentes experientiam ſumere de diuina potentia, de qua dubitant: & hoc eſt ꝓpriè tentare Deum, ſicut legitur de Iſraelitis, Num. 14. d.* Tentauerunt me decies. *Alij verò in tanta infidelitate ſunt excæcati, ꝙ nolunt tentare Deum: ſed quaſi certificati de impotentia ſeu improuidentia Dei, credunt quòd de hoc non requiritur tentatio, ſicut nullus ſenſatus tentat, an ignis calefaciat, cum ſit certus de hoc. Et iſto modo Achaz peſſimus tanquam non ſolum dubius de fide, ſed tāquā certus de oppoſito dicit, non petam, & non tentabo dominum, quaſi diceret. Nec primo modo quod eſt petere ſignum, nec ſecundo modo quod eſt tentare, ego volo ſigna. In quo manifeſtè oſtendebat nullam habere fidem nec confidentiam de Deo. Vnde notandum, ꝙ cū Iſaias dixerat ſibi:* Pete tibi ſigna a domino Deo tuo, *correſpondēter debuiſſet dicere: Non petam, & non tentabo dominum Deum meum, ſed in ſua reſponſione peſſima reſcindit Deum meum, meum, vt manifeſte oſtenderet, ꝙ Dominus de quo Iſaias loquebatur, non erat Deus ſuus, ſcilicet Achaz. Ex quo Iſaias conſequenter intulit:* Nunquid parum vobis eſt &c. *Infidelitas enim quam Achaz oſtendebat in predicta reſponſione, maxime offenſa Dei erat.*

Quærere ſignū a Deo.

## ADDITIO. II.

*In eodē c. 7. vbi dicitur in poſtil.* Et ſi dicatur qđ nō cogno. &c.

*Poſito quod dæmones præcognoſcunt certitudinaliter de aliqua muliere prægnante, an ſit paritura maſculum vel fœminam, ex eorū notitia naturali quæ integra in eis remanſit, vt poſtillator dicit: adhuc poteſt negari quod de muliere quę nōdum concepit, dæmones ex ſua notitia naturali pręcognoſcant an conceptura ſit & paritura: cū dęmonum cognitio naturalis nō ſe extendit ad futura merè contingentia. & ideo cum in propoſito Iſaias loquebatur de virgine quæ nondum conceperat, ſed conceptura erat. Non enim dixit:* Ecce virgo *concipit, ſeu concepit, ſed* concipiet. *Non obſtante ratione poſtillatoris, adhuc videtur cauillatio Iudæorum in ſuo vigore: ad quam euacuandam videtur aliter dicendum. Pro quo attendendum eſt, quod ex contingentibus quæ ęqualiter ad vtrumlibet conſueuerunt ſe habere non poteſt ſumi rationabiliter certificatio alicuius propoſiti dubij: etiam ſi ab aliquo antequam contingat prænoſticetur, v. g. Si aliquis dicat alicui de aliqua re dubitanti. Crede mihi hanc rem tibi dubiam: in cuius ſignum do tibi quod ſemel proijcias taxillos, & in illa eiectione vnica tua puncta erunt paria, manifeſtum eſt quod poſito quod paria eijciantur, dubitans ſi ſit diſcretus, non certificabitur de dubio ſuo: quia ad talem prænoſticationem nō requiritur aliqua ſupernaturalis cognitio, ſed poteſt rationabiliter æſtimari quod fuit caſualiter facta. vnde in propoſito quod mulieres cōmuniter pariunt maſculos vel fœminas, caſualiter poſſet quis verā partem prædicere ſine hoc quod ſibi credatur in alijs dicendis. Vnde ridiculum videtur, quod in materia tam ardua & dubia tale ſignum offertur ad certificationem.*

De futuris contingentibus.

ADDI-

## ADDITIO III.

A *In eodem ca. vbi dicitur in poſtilla: Vt ſciat reprobare malum.*

*Notandum, quòd in hoc quod dicitur:* Vt ſciat reprobare ma.&c *videtur propheta alludere ad hoc quod dicitur Geneſ. 3. a.* Eritis ſicut dij, ſcientes bonum & ma. *Primum enim Adam ſcientiam boni & mali illicitè appetiuit ſcilicet vt eſſe ſicut Deus. vnde ibidem dicitur:* Eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. *& ſic lapſus eſt in peccatum ſuperbiæ, volens ſe adæquare Deo, ſed ſecundus Adam ſcilicet Emmanuel de quo hic agitur, non habuit ſcientiam boni & mali, niſi vt ſciret reprobare malum & eligere bonum quaſi dicat licet iſte virginis filius de quo loquor, butyrum & mel comedet tanquam verus homo, in hoc tamen differt à primo homine: quia ille bonum & malum ſcire appetiuit, vt æquaretur Deo: iſte vero vt ſciret reprobare malum & eligere bonum, quod intelligitur de malo culpæ, quod eſt ſimpliciter & verè malũ. † Malum verò pœnæ, eſt malum ſecundum quid tantum. Et notandum quòd ſi ſcire intelligatur hic de ſcientia experimentali, ſic in prædictis verbis inuenitur impeccabilitas Chriſti, etiam ſecundum humanam naturam. Iſto enim modo ſciuit Chriſtus malum, quia peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. infra 53. c. Sed tantum ſciuit reprobare malum culpæ ſcilicet. Item notãdum, quòd vbi nos habemus.* Vt ſciat re.ma.&c. *Heb. litera habet:* quia ſcit. vel eo quòd ſcit. *ſecundum quod inuenitur quòd ſcientia*
B *eligendi bonum, & reprobandi malum fuit in ipſo Emmanuel antequam butyrum & mel comederet, ſcilicet ante natiuitatem ſuam ſicut cauſa præcedit effectum. Et ſic virtute huius literæ habetur, ꝙ ante natiuitatem ſuam habuit ſcientiam reprobandi malum, & eligendi bonum: quod non competit alteri puro homini.*

## ADDITIO IIII.

*In eodem ca. vbi dicitur in poſtilla: Circa quartum dicendum. Ad primum quod in ſacra ſcriptura ponitur duplex ſignum.*

*Signum indicatiuum alicuius effectus dupliciter datur in ſcriptura. Vno modo cum ſignum datur in præſenti vt aliquid credatur: & hoc vel fiendum in futuro, vt de ſigno dato Gedeoni & ſimilibus. Vel iam factum in præterito ſicut apertio terræ deglutiens Datham & Abirõ, fuit ſignum vt populus crederet, quòd Deus miſerat Moyſen ad probandum & gubernandum populum, Num. 16. Alio modo cum ſignum datur in futuro, quòd in futuro cum venerit credatur. vnde Iob 13. d.* Et tunc dixi vobis antequã fiat, vt cum factum fuerit credatis. *Et iſto ſecundo modo intelligitur hoc quod dicitur hic:* Ecce dabit dominus ipſe ſignum. *Non enim iſtud ſignum dabatur in præſenti, nec præſentibus, ſed futuris de domo Dauid, quibus hoc ſignum innotuit ſcilicet beatæ Virgini & Ioſeph, & ſic non requiritur, vt hoc ſignum dicatur memoratiuum, ſed verè prænoſticum. Sed contra hoc dicent Iudæi: quòd hoc ſignum impertinenter ſeu inutiliter ponitur in hoc loco, cum ſolum in futuro in magna diſtantia temporis erat dandum, nec eſt rememoratiuum præteritorum ſecundum hanc poſitionem. Ad quod dicendum, quòd hoc interponitur hic ad exprobationem maiorem*
C *incredulitatis ipſius Achaz, qui omnipotentiam diuinam & eius prouidentiam intantum contempſit, vt ſignum peteret à Deo, & ẽt tentare dedignaretur: vt ſupra in prima additione iſtius ca. vnde. Quia oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcunt propheta introduxit hoc ſignum q. d.* O domus Dauid *quæ nunc tã incredula es, ꝙ dedignaris petere ſignum à Deo, &c. adhuc erit tẽpus in quo dabitur domui Dauid ſignum altiſſimum & profundum. ſ.* Ecce virgo conci.&c. *ꝙ ſignum ſimpliciter ab angelo propoſitum, tam miriſſimũ & ſupernaturale illa virgo de radice Ieſſe electiſſima p fidẽ puriſſimã maximè meritoriè acceptabit. vnde de illa dicitur, Luc. 1.* Beata quæ credidiſti, &c. *& ſic in domo Dauid incredulitas ſeu infidelitas ipſius Achaz iuxta fidelitatem ſynceriſſimam virginis glorioſæ poſita, clarius illuceſcit. Itẽ prædicta prænoſticatio Iſaiæ & ſi non eſſet vtilis ipſi Achaz & etiã ſuis cõtemporaneis, fuit tamen maximè vtilitatis figuris, præſertim his qui fuerunt contemporanei Chriſti & poſteris, quibus ab ipſo Chriſto dicitur:* Scrutamini ſcripturas, in quib. putatis vos vitã æternã hr̃e, &c. *Iob. 5. f. Huiuſmodi. n. ſcrutantes cum inueniunt concordantiã huius dicti prophetici:* Ecce virgo concipiet. *cum dicto euangelij:* Ecce concipies in vtero, &c. *ad verã fidem attrahũtur, vel in ipſa fortius cõfirmãtur: & ideo notãter dixi Mat. in hoc loco.* Vt impletur qđ dictũ eſt per prophetã. *quaſi dicat. Attendite concordantiam prophetici vaticinij cum euangelico teſtimonio.*

## ADDITIO. V.

*In eodem cap. vbi dicitur in poſtilla: Ad ſecundum dicendum: Alma ſignificat abſconſionem.*

*Circa hoc ꝙ dicitur in Heb. haalma. Attendendũ eſt ꝙ alma ſignificat virginẽ abſcõditam: vt dicitur in poſti. Sed hoc ꝙ additur ha, eſt quoddã ſyncathegorema connotans ꝙ virgo illa de qua agitur aliqua rõne eſt notior cæteris propter aliquã præeminentiam. Vel quia de ea iã facta eſt mentio: prout ſuper Pſalterium in additionibus, ſupra Pſal. 8. largius eſt oppoſitum. Ex quo aliqua difficultas in propoſito videtur emergere circa ſignificationẽ propriã huius dictionis haalma. Dicũt. n. aduerſarij, ꝙ tẽpe Iſaię non erat nota beata virgo, cũ nondũ eſſet in rerũ natura, nec de ea iam eſſet facta aliqua mẽtio*
D *in ſcripturis ſacris. vnde nõ de illa propriè põt intelligi ly haalma, ſed de alia tẽpore Iſaiæ apud eos quibus loquebatur nota, ſeu ceteris notior. Ad ꝙ reſpondendũ ſecundũ Ray. Martinũ in pugione, in tertia parte diſt. 3. ca. 8. ꝙ iam longe ante Iſaiam Salomon de cuius ſtirpe naſcitura erat expreſſa, de ipſa fecit mẽtionem. ſ. Prouer. 30. cap. vbi dicitur:* Tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro. Viã aquilæ in cæ.&c. & viam viri in alma. i. in virgine abſcondita ſeu ſecreta: *vbi prædictus autor prædictas quatuor vias applicat, quatuor vijs Chriſti. ſ. aſcenſioni viam aquilę. Viam quoque Chriſti de cruce ad ſepulchrum, quod erat exciſum in petra. de quo tertio die reſurrexit viæ colubri ſupra petrã applicat. Viã etiam Chriſti per tempeſtates & fluctuationes huius mundi tranſeuntis, viæ nauis in medio maris applicat. Viam vero Chriſti, in vtero virgini, incarnati, viæ viri in alma applicat: Quã viam ipſe Salomon dicit ſe penitus ignorare. ſ. quomodo abſque humano ſemine virgo poſſet concipere perfectum Deum & hominem. vnde Iſaias non dixit:* Ecce alma concipiet *ſed haalma tanquã de nota, de qua iam Salomon longe ante fecerat mentionẽ, loqueretur. Sed ex hac expoſitione licet vera & rationabili Iudæi ſumunt occaſionem ſubſannandi ſeu blaſphemandi puritatem & ſanctitatẽ virginis glorioſæ. Dicunt. n. ſic legatur ſeries textus prout iacet in litera, Prou. 30. & ibi inuenitur: quod cum dixiſſet ſapiens. Viã viri in alma. ſtatim ſequitur:* Sic eſt via mulieris adulteræ, quæ comedit & tergit os ſuum, *& ait:* Non fecit iniquitatẽ.
E *Ecce inquiunt, oſtenditur manifeſtè, quod alma in hoc loco non põt eſſe niſi corrupta, eo quod mulieri adulteræ comparatur. Ad quam obiectionem prædictus autor reſpondet: quod verba Salomonis in dicto libro parabolicè intelligi debent, ſicut ipſe liber parabolæ Salomonis intitulatur. vnde frequenter vnum prætenditur, & aliud intenditur, ut pertinet ad parabolicam locutionem: vnde via mulieris adulteræ, intelligi debet hic non femina adulterans, ſed plebs Iudaica, de qua infra Iſa. lvij. a.* Accedite huc filij auguriatricis, ſemen adulteri & fornicariæ. *ex quo & alijs ſimilibus patet, ꝙ mulier adultera in ſacra ſcriptura ſæpe accipitur pro ſynagoga Iudaica: Quod ex multis rõnibus prædictus autor ibidem confirmat. Vnde quemadmodum via aquilæ in cęlo, & via ſerpentis in petra, & via nauis in aquis, & via viri in alma, mirabiles ſeu difficiles fuerunt Salomoni, atque diſtantes ab intellectu eius, ſic fuit apud eũ mirabilis, & valde diſtans à ratione via iſtius adulteræ nequiſſimę ſcilicet ſynagogę. Non. n. Salomonis ratio debuit aut potuit capere malitię immenſitatẽ, impietatis profunditatem, & perfidiæ pertinacitatẽ, qua hęc adultera verum Meſſiam Chriſtum dominũ innocentem condemnaret, & Barrabam ſeditioſum & homicidam peteret. Quia etiam fatuitate ſeu inſania, vel qua inuidia diabolica ſtimulata potuit Meſſiã repellere, cęcos illuminantem, claudos curantẽ, mortuos reſuſcitantem, & innumera miracula facientem: Barrabam verò qui nihil tale vnquam fecit, pro Meſſia ſuſcipere. Bene igitur Salomon celſitudinẽ ſanctitatis ſupradictorum quatuor & profunditatem & immenſitatẽ, fatuitatis huius adulteræ conſiderantis, vehementer admiratus ſubiunxit: Sic eſt via mulieris adulteræ*
F *ſic. ſ. admiranda ad intelligendum difficilis, & vltra modum ſtupenda, quæ panem tot mendaciorum comedit: & comedere tam auidè non deſinit, & tamen quaſi tergens os ſuum, ac ſi nihil inſaniæ vel iniquitatis fuerit operata, erubeſcere neſcit. vnde Ierem. 3. b. ei dicitur:* Frons mulieris meretricis facta eſt tibi. renuiſti erubeſcere. *quæ & alia ad hæc pertinentia largius ponuntur à prędicto autore lib. 2. vbi ſupra.*

## ADDITIO VI.

*In eodem capite vbi dicitur in poſtilla:* Et erit in die illa omnis locus vbi fuerunt mille vites.

*Ad intelligentiam huius quod dicitur:* Et erit in die illa oĩs locus vbi fue. mi. vi. mi ar.&c. *Attendendũ, ꝙ in vaſtatione facta per exercitũ Sennacherib fuerit vineæ deſertæ intantũ, ꝙ nõ poterant ex eis incolæ habere fructũ vſq; ad longũ tempus, & ideo dimittebantur incultæ: & ſic creſcebant in eis ſpinæ & vepres & feræ ſyluarum, quę in eis degebant. Et hoc eſt ꝙ dicit.* Oĩs locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis. *i. dato ꝙ vites fuerint ita bonę, ꝙ aliàs valerent mille argenteos, tamen ex defectu culturę in ſpinas & in vepres erunt: qua ratione cum ſagittis & arcubus ingredientur illuc, ſ. timore ferarũ. Et quia hoc non tantum erat in vineis, ſed etiam in omnibus locis planis terrę, ideo dicit:* Vepres. n. & ſpinæ erunt in vniuerſa terra. *ſ. planę. Sed quia multi tempore belli relictis campeſtribus metu hoſtium ad montana confugerunt, & aſpera montiũ propria manu excolebant, ideo in his locis mõtoſi, in primis refugium habuerunt ſeminandis bladis & pro paſcuis animalium: eò ꝙ illa loca alta erant culta etiã tempore belli, ſic ꝙ non erant ſpinę ibi & vepres: & hoc eſt quod dicit: Et oẽs mõtes qui in ſarculo ſarientur, non veniet illuc terror ſpinarum & veprium ratione iam dicta, & erit in paſcua bouis, &c.*

*Replica. In c. 7. cum poſtil. illum paſſum:* Nõ petam, & nõ tẽtabo dominum, &c. *exponit ſicut communiter exponit Burg. tanquam Iſmahel contra omnes exponit, quòd Achaz ideo petere*

A *noluit, quia ꝑ certo tenuit Deum Iſrael nihil poſſe. Sed illa expoſitio nõ videt̃ veriſimilis: nã auus et pater Achaz, Ozias & Ioathã fuerãt boni cultores Dei, vt habetur 4. Reg. 15. Et Achaz, viginti annorũ erat, antequam pater eius moreretur, & fortaſſis viuebat adhuc Ozias auus Achaz qui fuit à domino lepra percuſſus, quod etiam Achaz latere nõ potuit. Et quarto anno regni Achaz hæc recuſatio ſigni oblati facta eſt, vt patet, non eſt igitur veriſimile, ꝙ infra tam breue tempus de notitia Dei, & eius potentia per patrem à proculdubio inſtructus, quia dicitur bonus. 3. Reg. 15. potuerit tranſire ad illam certitudinẽ impotentiæ Dei, quam Burg. deſcribit in Achaz fuiſſe. Stat enim idololatriæ deditos de Dei bonitate, potentia & auxilio diffidere, imò & deſperare ſine tali certitudine. Non.n. poteſt in intellectu quantumcunq; deprauato talis poni certitudo ſine rõne manifeſta, vel authoritate, quæ in propoſito aſſignari nõ poſſunt;* D *certum enim eſt, ꝙ Achaz idololatrando habuit effectum deprauatum, ſed non intellectum: quia nulla ratio cum ad idololatriam mouit, ſed ſola malitia quæ eſt prauitas voluntatis contra dictamen rectæ rõnis: ideo dicitur de ipſo 4. Reg. 16. ꝙ ambulauit in vijs regum Iſrael; qui quamuis eſſent idololatræ, hoc non proceſſit ex rõnis prauitate: ſed affectionis: quia fecerũt vitulos colẽdos, ne populus iret Ieruſalem ad cultum veri Dei, & rediret ſic per aſſuefactionem ad regnum domus regis Dauid, prout habetur, 3. Reg. 12. imo & Iorã filius Achab, cum eſſet cultor idolorum, ſciuit tamen dominum & eius potentiam, quem tamen nõ coluit. vnde dixit:* Heu, heu, heu. Congregauit nos dominus tres reges, vt traderet in manu Moab, *prout dicitur. 4. Reg. 3. b. Modicum valet quod Burg. hic exponit. Sed nihil probat.*

CAP. VIII.

a E*T dixit dominus. ad me: Sume tibi.* Primũ propheta ꝓdicit Achaz futura: B poſt, ipſe dñs præcipit vt ſignũ petat, inde ad domum Dauid verba cõuertuntur, & virgo paritura filium promittitur, & filius naſciturus. Quo filio inuocato ſubuertatur Samaria, & Syria à rege Aſſyriorum, qui poſtea capiat Iudæam, & in ſolitudinem vertat. vnde rurſum partus virginalis deſcribitur.

* Cyrillus. Nouus liber & magnus, hic dr̃ nouum teſtamentum; non.n. ad inſtar veteris nouũ eſt conſcriptum.

* Procopius. Quoniam omnium aures ea ferre non poterant, prophetæ librum ipſum, ſiue codicem ſiue dicit, membranam, ſiue volumen, vt reliqui tranſtulerunt, ſumere præcipit. Quem nouum & magnum dicit, vt recentis magnique teſtamenti tanquam priore antiquato, figura adumbret. Tibi, addidit, vt credentes, ab infidelibus diſtingueret. Dicitur verò hic liber magnus, quod legalis hiſtoriæ humilitatem minimè complectitur. E Rurſus ſtylo hominis dixit, quòd humana dialecto vulgoque intelligibili euangelij verba conſcribantur. Fortaſſe, tamen de vnigeniti diuinitate, vt de eiuſdem incarnatione ſcribere, humani ſtyli opus non fuerit. Nouit enim filium nullus, niſi pater & cui Deus reuelare voluerit.

## CAP. VIII.

¶Sub alia figura partus virginalis deſcribitur. ¶O Iſaia. a ¶Grandia, ſonantem.

a ET dixit dñs ad me: Sume tibi librum grandẽ[a], 1

*Velociter*

## NICOLAVS DE LYRA.

## CAP. VIII.

* 1 ET dixit dominus, &c. *Antequam deſcendam ad diuiſionẽ huius capitis & eius expoſitionem per partes. Primò videndum eſt, quid ſit tenendum de puero, de quo fit ſermò in hoc ca. cum dicitur:* Et acceſſi ad prophetiſſam & concepit filiũ, &c. *& dixerunt aliqui, quòd iſte fuit filius Iſaiæ de ſua vxore quæ vocatur hic prophetiſſa, & hoc dictum videtur ſequi Thomas de Aquino in quadam poſtilla, quæ ſibi attribuitur tanquam ex eius dictis* C *reportata, vbi ſoluuntur argumenta quę ſolent fieri ad cõtrarium.*

*Ad quod primò arguitur per illud quod dicitur hic: Dicitur.n.* Adhibui mihi teſtes, & acceſſi ad prophetiſſam. &c *Iſaias autem cum eſſet honeſtus & ſanctus, nullo modo induxiſſet teſtes ſui concubitus cum vxore. Item per hoc quod dicitur:* Adhibui mihi teſtes fides Vriam ſacerdotem, &c. *Iſte enim Vrias fuit idololatra: quia fecit altare ad ſimilitudinem altaris quod erat in Damaſco ad cultum idoli: & ſuper iſtud offerebat holocauſta & victimas, vt habetur. 4. Regum 16. c. & ſic non poteſt ad literam dici teſtis fidelis. Item quia ſubditur: Et Zachariam filium Barachiæ qui fuit in duodecim prophetis vndecimus, & nondum erat natus: quia prophetauit tempore Darij regis perſarum, cuius tempore conſumatum fuit templum vt habetur. 1. Eſdræ 6. A quarto autem anno regni Achaz in quo dictum fuit iſta prophetia vel cito poſt vſq; ad illud tempus fluxerũt anni 267. & ſic nullo modo tempore Iſaiæ potuit induci teſtis: & aſſumptum declaratur ſic: quia Achaz regnauit 16. annis 4. Regum 16. & ſic à tempore huius prophetiæ de regno eius remanebant 12. anni. Cui ſucceſſit Ezechias regnans. 29. ann. 4. Regum 18. poſt quem Manaſſes regnauit. 55. ann. 4. Regũ 21. Poſt quem Amon duobus 4. Regum 21. d. poſt quem Ioſias. 31. 4. Regum 22. a. Poſt quem Ioacim. 11. 4. Regum 23. Poſt quem Sedechias 1[illegible]. 4. Regum 24. Poſtea ſecutum eſt tempus captiuitatis Babylonicæ 7[illegible]. annorum ſecundum communem computationẽ vſque ad annum primum Cyri, à quo etiam vſque ad conſummationẽ templi poſt reditum captiuitatis Babylonicæ fluerunt anni 46. Ioh. 2. d.* Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, &c. *quia anni ſimul iuncti faciunt numerum prædictum. Ex quo arguitur, quòd non potuit Iſaias ipſum adducere in teſtimoniũ. Secundum autem computationem Hebræorum, quam frequenter ſecutus ſum, fluxerunt pauciores anni; ſed per hoc non infringitur argumentum: quia ſecundum breuiorem computationem à tempore quo Iſaias dixit.* Et adhibui mihi teſtes, &c. *vſque ad Zachariam filium Barachiæ fluxerũt 200. & plus. Nec poteſt dicere, quòd Zacharias filius Ioiadæ, qui Matth. 23. d. dicitur filius Barachiæ, fuerit ille teſtis: quia ante mortuus erat per 100. annos & amplius: Quod patet ſic quia poſt Ioas qui interfecit hunc Zachariam regnauit Amaſias filius eius 29. annis. 4. Regum 14. Et poſt eum Ozias. 52. ann. 4. Regum 16. Poſt eum Ioathan 16. ann. 3. Regum 16. Poſt eum Achaz 4. annis, antequam Iſaias diceret prophetiam iſtam, vt dictum eſt ſupra, qui anni ſimul iuncti faciunt annos 101. Item arguitur per hoc quod ſubditur antequam ſciat puer vocare patrem & matrem & auferetur fortitudo Damaſci & ſpolia Samariæ, &c. quæ ſpoliatio facta fuit 6. anno Ezechiæ, vt dictum eſt ca. præcep. Et ſic puer natus tunc habuit 19. annos ad minus 12. de regno Achaz, vt prædictum eſt, & 6. de regno Ezechiæ.* F *Puer autem ſcit vocare patrem & matrem antequam habeat tot annos, & ſic non eſſet verum quod dicitur:* Antequam ſciat puer vocare patrem & matrem &c. *Igitur propter iſta tenent doctores catholici communiter, quòd illud quod dicitur in hoc ca. de puero prædicto non ſit intelligendum ad literam de filio Iſaiæ. Sed hoc ſoluit Thomas ſic.*

*Ad primum dicit, quòd inductio teſtium non fuit ad videndum concubitum Iſaiæ, ſed ſcripturam eius: quia dictum fuit ſibi à domino: Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo, &c.*

*Ad ſecundum dicit, quòd Vrias ſacerdos fuit teſtis fidelis non ratione vitæ, ſed officij dignitate: & quia à rege Achaz fidelis reputabatur, quia ſimiliter erat idololatra.*

*Ad tertium dicit, quòd iſte Zacharias neuter fuit illorum, qui alligati ſunt, ſed alius illius temporis qui ſic nominabatur. Cuius ratio potuit eſſe duplex. vt dicit. Vna quia fuit de genere Zacharię prophetæ, quem interfecit Ioas rex Iuda, vt habetur 2. Paral. 24. qui dicitur filius Barachiæ, Matth. 23. & ſic iſte qui fuit tempore Achaz fuit nominatus eodem nomine: quia conſuetudo fuit apud Hebræos nominibus eorum, qui fuerant autentici in illo genere pueros nominare. Alia, quia iſte Zacharias fuit ſimilis in ſanctitate & authoritate illi quem interfecit Ioas: & ſic appellatus eſt nomine illius quamuis habuerit aliud nomen proprium, ſicut in euangelio Iohannes Baptiſta vocatur Elias propter ſimilitudinem officij, quia Iohannes præuenit Chriſti primum aduentum, ſicut Elias præueniet ſecundum.*

*Ad quartũ, ꝙ iſta ſpoliatio Samariæ, de qua hic agitur, non fuit illa quæ facta fuit. 9. an. Oſee. & 6. Ezechiæ, ſed iſta q̃ facta fuit per Theglatphalnaſar quæ præceſſit iram, quia fuit facta in diebus Phaceæ, ſecundũ quod dicitur 4. Reg. 15. f.* In diebus Phaceæ regis *Iſrael

*M O R A L I T R.*

*Et dicit ad me: Sume tibi librum grandem.* Hoc dicitur doctori theologiæ & auditori, qui debent accipere Bibliã quæ grandis eſt liber multitudine verborum: & grandior profunditate ſententiarum.

†*Et ſcri-*

A a Velociter ſpolia. Hoc nomen pueri.q.d. Ne patiaris vltrà diabolum regnare. Et non angelos non prophetas mitte: ſed ipſe deſcende.

✻ Procopius. Scribit vt citò ſpoliorum direptionem faciat. Inſtare.n.tempus, quo regem vtrunque ab Aſſyrio

a ¶Ne publicè prædices arcanum nouæ natiuitatis. b ¶More hominum, quòd ſcilicet intelligi poſſit. c ¶Verba patris ad filium. d ¶Captiuam reduc captiuitatem. ¶Homines.

a & ſcribe[a] in eo ſtylo[b] hominis† velociter[c] ſpolia[d]

rio Emmanuelis opera, D quem in pugna Iudæos in
1 uocare iuſſit, iſta pati de-
2 ceat. Ipſo deinde aduentu velox quidam & coruſcatione celerior per orbem vniuerſum ſæculi huius & tenebrarum principem ſpolians, euangelicæ doctrinæ ſplēdor illuxit.

## NICOLAVS DE LYRA.

Iſrael venit Teglathphalnaſar rex Aſſur, & cepit Ahion, &c. & hoc fuit antequam puer natus ſciret vocare patrem & matrem. Hoc dictum videtur nimis fauere errori Hebræorum, qui dicunt quod in iſtis trib. caſibus. ſ. 7. 8. & 9. non ſit mētio de Chriſto.

✻ Ad excludendum verò hanc falſitatem, & ad declarandum veritatem, primò ponenda eſt hic translatio Chaldaica, quæ apud Hebræos dicitur Thargum, & eſt tantæ autoritatis apud eos, quòd nullus fuit auſus contradicere. Eſt etiam in paſſibus obſcuris, qualis eſt iſte declaratiua veritatis Hebraicæ.

Sciendum igitur, ꝙ vbi nos habemus hic: Et adhibui mihi teſtes fideles Vriam ſacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ, & acceſſi ad prophetiſſam, &c. Illa translatio ſic habet. Et conteſtatus ſum ex parte mea teſtificationes malas, quas dixi venturas in prophetia Vriæ ſacerdotis. Ecce futurum eſt quoq; ſic omnem conſolationem B quam dixi venturam in prophetia Zachariæ filij Barachiæ ego adducturus ſum: & acceſſi ad prophetiſſam & concepit, &c. Ex iſta translatione patet, quòd non eſt verbum Iſaiæ, cum in prophetijs iſtorum duorum teſtium nihil dixerit vel fecerit, nec impletione earum: ſed ipſe Deus qui illuſtrando mentes, prophetas cōſtituit: & prædicta ab eis impleri fecit, & per conſequens illud quod loco illius habemus: Et adhibui mihi teſtes fideles, Vriam, &c. Nō eſt verbum Iſaiæ teſtes ad ſcripturam ſuam ſeu concubitum inducentis, ſed magis ipſius Dei introducentis dictos prophetas ad prænuntiandum iſtud quod præordinauit futurum: & per conſequens quis. illud quod ſubditur in eadem ſerie. Et acceſſi ad prophetiſſam non eſt verbum Iſaiæ ad ſuam vxorem carnaliter accedentis, ſed ipſius Dei, qui ſicut prophetas illuſtrando teſtes ſuos conſtituit, ita ſua gratia virginem fœcundauit, vt patet Luc. 1. Secundò, ex thargū prædicto patet ꝙ Vrias qui hic teſtis inducitur non eſt ille Vrias ſacerdos qui fuit tēpore Achaz: quia ipſe fuit peſſimus idololatra, Iſte aūt hic dicitur domini propheta: & hoc concedit Ra. Sa. ſuper locum iſtū, dicens, ꝙ iſte Vrias qui hic teſtis inducitur, fuit Vrias filius Semei qui prophetauit in nomine domini tempore Ioacim filij Ioſiæ, vt habetur Iere. 26. Dicit ēt ꝙ Zacharias qui inducitur hic teſtis ſecundus, fuit ille qui in duodecim prophetis eſt vndecimus, de quorum teſtimonijs poſtea dicetur. Sed ex dictis ſequitur, ꝙ iſta inductio teſtium non eſt corporalis, nec in præſenti facta ſed ſpiritua C lis & de futuro in longinquum, quia quarto anno regni Achaz, in quo Iſaias dixit illa quæ ponuntur in hoc ca. & præced. vt ſupra dictum eſt, vſq; ad principium regni Ioacim ſub quo Vrias prophetauit, vt prædictum eſt, fluxerunt anni 129. vt pōt videri per tempora regum ſuprapoſitorum in hoc c. & multò plures fluxerunt vſq; ad tempus ſecundi teſtis. ſ. Zachariæ filij Barachiæ. ſ. anni 267. ſecūdum omnem computationem, & ſecundum breuiorem 200. anni et plus, & ſuprà declaratum eſt: & per conſequens cū teſtes debeant reſpondere rei teſtificatæ, acceſſus ad prophetiſſam non fuit corpo- Virgo ralis nec de præſenti, ſed ſpiritualis & de futuro in longinquum, ſe- phe- cundum quod habetur Luc. 1. d. Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Quod autem beata Virgo Maria prophetiſſa fuerit, patet Lu. 1. vbi prophetauit de ſua veneratione futura, di. Beatam me dicent omnes generationes: quia de omnib. gentib. ſunt aliqui Chriſtiani dicentes eam beatam, & non ſolum a Chriſtianis dicitur beata, ſed etiam a Sarracenis eſt.n. in Alchorano Mahumeti: Dixerunt angeli. O Maria vtiq; Deus elegit te vt purificaret te, & elegit te claram ſuper mulieres ſæculorum. Item ibidem: Dixerunt angeli: O Maria Deus annuntiet tibi verbum ex ipſo, nomen eius Ieſus filius Mariæ & erit honorabilis in hoc ſæculo, & in futuro. Itē ibidē. Dixit ipſa: Deus meus quō erit mihi filius & non tetigit me homo? Dixit: ſicut Deus creat quod vult, cum decreuit vtiq; acquiratur dicit.n. Eſto, & erit: Et hoc modo dixit Gabriel Mariæ, Lu. 1. d. Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Item in eodem cantico prophetauit Maria de futura reprobatione Iudæorum, & vocatione gentium dicens. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles, & ſic patet eam fuiſſe prophetiſſam. Nunc videnda ſunt teſtimonia teſtium ſuprà inductorū. Et quia per prophetiam Vriæ non habemus ſcriptam explicitè, ſicut nec de multis alijs prophetis vt patet ex decurſu libri Regum, ideo recurrendū eſt ad illud quod de eo dicitur Iere. 26. ſ. Fuit quoq; vir prophetans in nomine domini Vrias filius Semei, & prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam, & aduerſus terram hanc iuxta vniuerſa verba Ieremiæ. Ex quo habetur quod prophetauit deſtructionem ciuitatis Ieruſalem & Iudeæ per Chaldæos futuram ſicut & Iere. Et hoc eſt quod dicitur in translatione Chaldaica ſuprà poſita, & conteſtatus ſum. ex parte mea teſtificationes malas, quas dixi venturas in prophetia Vriæ ſacerdotis. Prophetiam autem Zachariæ filij Barachiæ habemus duodecim prophetarum in quo Zachariæ 9. ca. dicitur. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem: Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam, &c. quod intelligitur de Chriſto etiā ſecundum Hebræos, vt plenius oſtendetur, quando ad locum illum deuenerimus domino concedente: & hoc eſt quod dicitur in translatione Chaldaica ſuprà allegata. Ecce futurum eſt quoq; omnem conſolationem quam dixi venturam, in prophetia Zachariæ filij Barachiæ ego adducturus ſum: quæ conſolatio implenda dicitur in aduentu Meſſiæ ab ipſo Zacharia, vt dictum eſt: ideo ſtatim ſubditur de E aduentu eius in mundum. Et acceſſi ad prophetiſſam. i. beatam Virginem: & concepit & peperit filium. Et ex dictis patet qd impletio prophetiæ Vriæ de deſtructione ciuitatis fuit certum ſignum de impletione prophetiæ Zachariæ futura pro Chriſti aduentu. His igitur prædictis patet, ꝙ ſolutiones Thomæ ad rationes ſupra inductas ad probandum, ꝙ litera huius ca. non poſſet niſi de filio Iſaiæ intelligi non valent: quia falſum aſſumunt. Diſcurrendum tamen eſt per ſingulas ad maiorem declarationem veritatis. Cum.n. dicitur in prima, ꝙ teſtes fuerunt inducti ad videndum ſcripturam, patet falſum, quia nondum erant nati, nec fuerunt vſq; ad tempus poſt, valde lōgum. Item ſi fuiſſent præſentes, adhuc nō valeret, quia poſtquàm dixerat: Adhibui mihi teſtes, Vriam &c. non dixit: & ſcripſi, ſed acceſſi ad prophetiſſam &c. Similiter cum dicitur in ſecunda, ꝙ Vrias fuit teſtis fidelis ratione officij & reputationis regis: quia ille Vrias non ponitur hic teſtis, vt patet per prædicta, & ſic falſum aſſumit. Nec fidelitas quam allegat, eſt ſecundum veritatem, ſed ſecundum falſam hominum æſtimationē quæ a prophetis ſanctis non reputatur. Quod ſimiliter in tertia dicitur tempore Achaz fuiſſe quendam prophetam nomine Zachariam filium Barachiæ, videtur fictitium, quia de ſcripturis non habet autoritatem: & ideo eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Et dato ꝙ talis tunc fuiſſet, tamen non fuit ille qui hic teſtis inducitur vt patet per prædicta. Similiter qd in quarta dicitur Theglathphalnaſar ſpolia Samariam, ad quod probandum allegatur 15. c. 4. Reg. F ex eodē loco apparet falſitas huius dicti: quia ibidem dicitur, quod cepit aliquas ciuitates in extremitatibus regni Iſrael exiſtētes, ſed ad Samariam quæ erat metropolis non acceſſit nec per conſequens ſpoliauit. His præ libatis ad expoſitionem huius ca. accedamus in quo (vt ſuprà dictum eſt) denuntiatur Chriſti reſurrectio futura Diuiſio. ad ſpoliationem inferni principaliter & per conſequens ad ſignificandum tanquam per ſignum rememoratiuum ſpoliationis duorū regum, ſcilicet Iſrael & Syriæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò denuntiatio ſigni, ſecundò occultatio myſterij, ibi: Liga teſtimonium. prima adhuc in duas, quia primo ponitur ſigni denuntiatio. Secundò ad propoſitum applicatio, ibi: Et dixit. Circa primum dicit Iſaias: Et dixit dn̄s, &c. In Hebræo habetur, rotulum grandem, qui dicitur grandis, quia ibi ſcribendum erat myſterium Chriſti reſurgentis, quod eſt maximum.

1 Et ſcri. in eo. i. clarè & planè, ita ꝙ quilibet homo ēt parum literatus poſſit legere & intelligere, vnde & in trāslatione Chaldaica habetur: Scribe in eo expoſitè. Sciendum tamen, ꝙ hoc non intelligitur quantum ad myſterium reſurrectionis Chriſti: quia quantū ad hoc ponitur hic: Breuiter & celatè: ſed non quantum ad captiuationem & ſpoliationem regum Iſrael & Syriæ: quæ clarè & lucidè ponuntur infra eodem cap. Sicut.n. dictum eſt c. præced. hoc dicens fuit, vt regi Achaz incredulo daretur ſignum, cuius non intelligeret principale intentum: & tamen cùm hoc ex Dei liberalitate perciperet de propinquo liberationis ſuæ effectum: quia ſecreta fidei incredulis ſunt celanda, vnde dicit Saluator, Matth. 7. Nolite ſanctum dare canibus.

2 Velociter ſpolia de. Iſtud conuenit Chriſto reſurgenti, qui tunc celeriter ſpoliauit infernum: & in hoc fuit ſignum rememoratiuum ſpoliationis duorum regum, & èconuerſo. Hæc ſpoliatio ſuit ſignum pronoſticum ſpoliationis fiendæ per Chriſtum.

✻ 1 Et ad-

MORALITER.

† 1 Et ſcribe in eo ſtylo homi. exponendo lucidè & clarè.

a ¶Diabolo. b ¶Idem eſt. c ¶Ego Iſaias. Huius rei.
detrahe, citò prędare. Et addhibui mihi teſtes 1
a ¶Lux domini. b ¶Propter doctrinam legis. ¶Qui vere fuit ſacerdos, legem docens & cuſtodiens. ¶Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. c ¶Memoriam domini ¶Quem prophetam fuiſſe conſtat. d ¶Benedictio domini.
a fideles Vriam ſacerdotē & Zachariā filiū Ba-
a ¶Dignum accedendi me fecit. b ¶Quæ prophetauit, dicens Magnificat anima mea dominum. c ¶Ideſt concipere fecit. vnde Spirituſſanctus ſuperueniet in te, & virtus, &c.
rachiæ Et acceſſit ad prophetiſsā, & concepit 2
b a ¶Quod concepit de Spiritusſancto. b ¶O Iſaia.
c & peperit filiū. Et dixit dominus ad me: Vo- 3
a ¶Pueri. ¶Qui conceptus eſt de Spiritusſancto. b ¶Aſcēdens in altum capti. du. ca. 4
ca nomē eius, accelera ſpolia detrahe, feſtina †
d a ¶Infernum. b ¶Nedum natus populum ſuum ſola inuocatione ſaluabit. ¶Erat homo. c ¶Secundum humanitatem. d ¶Deum. 5
¶Vel Ioſeph putatiuè.
e p̄dari, quia antequā ſciat puer vocare patrem 6
a ¶Mariam. b ¶A Theglathphalnaſar.
ſuum & matrē ſuam, auferetur fortitudo Da 7
a ¶Per regem Aſſyriorum Salmanaſar. b ¶Aſſyrius dirigens vel elatus. 8
maſci, & ſpolia Samariæ, coram rege Aſſyrio- 9
rum. Et adiecit dn̄s loqui ad me adhuc dicēs:
¶Translatiuè.
a ¶Decem tribus. ¶Quæ per horas ebulliunt. 10
f Pro eo quod abiecit populus iſte aquas Siloe, 11

A a *Vriam, &c.* Vrias, lux domini. Zacharias, memoria domini. Barachias benedictio domini: his teſtibus natiuitatis domini comprobatur. Vnde duobus teſtibus euntib. in Emaus incipiens a Moyſe, & prophetis, quæ de ſe dicta erant, diſſeruit. Luc. 24. b.

✠ Procopius. Erant tunc temporibus hiſtoria teſte, Vrias quidē ſacerdos, propheta autem Zacharias. Vixit enim Ezechiæ ætate, vt in Paralipomenonis habetur. Hos autem non ſine arcano ſenſu teſtes appellat. Lex enim Vriæ nomine, quam pontifex ipſe docebat, ſignificatur, ſicut per Zachariam, prophetæ.

b *Ad prophetiſſam.* Ad Spiritumſanctum, a quo omnis prophetia, quæ Græcè neutri generis pneuma, Hebraicè fœminini Ruha, Latinè maſculini generis eſt, & ideo diuerſis poſitionibus ſortitur, nullius eſt. n. Vel ad Mariam quam prophetiſſam fuiſſe nemo dubitat.

Libr. de tri. B ✠ Tertulianus. Eſaias futurum non quaſi futura prædicit, ſed quaſi iam facta. Nam cum nondum acceſſum eſſet ad Mariā, Acceſſi, inquit, ad prophetiſſam.

hæreſis contra Collyridianos. ✠ Epyphanius. Hæc Eſaias futura prædicit, quæ complenda erant de filio Dei, inquiens, Ecce virgo in vtero habebit. Et quoniam virgo erat quæ peperit, & Deus inter homines qui natus eſt, ne dubitaret propheta de modo huius natiuitatis, eam videt in viſione, & narrat de Spiritusſancto futuram. Ingreſſus inquit, ad prophetiſſam. Quibus verbis prænunciat ingreſſum Gabrielis ad Mariam.

✠ Procopius. Itaque Chriſti matrem, tanquam ſpiritusſancti participem, nominat, iuxta illud, *Spiritusſanctus deſcendet in te, &c.*

Tropolog. c *Et concepit, &c.* Tropologicè in anima virgine (nec polluta ſorde) de Spiritusſancto ſermo Dei conceptus, dæmones ſpoliat, & ſibi facit ſeruire vniuerſa. Et cùm ex parte videat & prophetet, antequam ſit perfectus, & merito Deum patrem, & matrem ſuam vocat Ieruſalem cæleſtem, quaſi infantia vincit Damaſci fortitudinem. ideſt, ſapientiam ſecularem & aufert ſpolia Samariæ, quibus hæretici eccleſiam ſpoliant, dicentes: *Non eſt nobis pars in Dauid, &c.* Præſente rege Aſſyriorum diabolo, qui non poteſt eis auxiliari, tales filios & virgo Maria & ſanctæ mulieres generant. Sara. i. principes, & Rebecca. i. patientia, vxores patriarcharum. 1. Reg. 12. d.

C d *Spolia detrahe.* ✠ Ireneus. In ipſo ſuo ortu ſpoliabit homines, auferet ignorantiā ipſorum, ſui cognitionē prębebit, quod verba illa ſignificant, *Velociter ſpolia detrahe.* Lib. 3. c. 18.

✠ Euſebius. Spolia his verbis appellat omnes eos qui abducti ab errore dæmonum adhæſere Chriſto. Lib. 7. c. D

e *Puer.* Auguſtinus. de quo dicitur, priuſquam ſciat puer bonum aut malum contemnet malitiam. Hæc duo aliter ſciuntur: per prudentiam boni, & aliter per experientiam mali, Per prudentiam boni malum ſcitur, & non ſentitur. Tenet enim bonum, ne ſentiatur malū. Per experientiam mali ſcitur bonum. Qui. n. amiſerit ſentit, cui amiſſo bono malè fuerit. Puer ergo antequam ſciret per experientiam bonum quo careret, aut malū quod amiſſo bono ſentiret, cōtempſit malum, vt eligeret bonum, idē noluit amitere ꝙ habebat, nec ſentiri amittendo ꝙ amittere non debebat. Lib. 8. de ne. ad li. c. 14.

✠ Idem. Priuſquam ſciat vocare patrem & matrē, ideſt, antequam per humanam carnem verba proferret humana, accepit virtutem Damaſci, illam. ſ. vnde Damaſcus præſumebat, præſumebat auro, aurum accepit a Magis, & ſpolia Samariæ, ijdē ipſi magi erāt. Samaria pro idololatia poſita eſt, vna vrbs idolis ſeruiēs pro omnibus. Debellaturus igitur Chriſtus gladio ſpiritali vniuerſum orbem, hęc prima ſpolia abſtulit in hac terra, nondum loquens per linguam, locutus eſt per ſtellam. Sermon in feſto phaniæ. E

✠ Euſebius. Puer Chriſtus tradidit virtutem Damaſci Romanis, & deleuit duo regna. Vbi ſup in Anco

✠ Epiphanius. Cur Chriſtus qui ſapientia patris eſt, eſſet, qui homines loqui docuit, neſciuit vocare patrē aut matrem. Si natus locutus eſſet, phaſma videretur, & ficta eius natiuitas non vera: & ideò ordinem naturæ in his exteris ſequi voluit, vt verum ſe eſſe hominem probaret.

Allegoricè. Aquas Siloe. In quib. cæcus ſe lauit & vidit. Quia aliter, non ſanatur cæcitas Iudæorum, niſi doctrina Chriſti quæ ſine ſtrepitu & clamore leniter fluit. Allegor Io. 5. a.

Anagogi. Hæreticus qui iungit ſibi auxilium ſapientiæ ſecularis, & Ieruſalem, i. eccleſiam vult oppugnare, relinquit aquas Siloe, qui interpretatur miſſus, & qui ſalit in vitam æternam, & traditur principi Aſſyriorum, i. diabolo ducendus in profundum peccatorum. Hic. n. auſus eſt dicere illud. *Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me.* Iudam quoque, i. domum confeſſionis conatur intrare: & per negligentes vſq; ad collum venit, credentes in Chriſto cupiens ſuffocare, ſed non poteſt, quia Iudas habet ſecum præſentem Emmanuel. Anagogi Mat. 4. b. F

f *Aquas Siloe.* ✠ Procopius. Aquæ Siloe quæ cum ſilen-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et adhibui mihi teſtes fideles. *Verbum eſt ipſius Dei, vt prædictum eſt, & de fidelitate & teſtimonijs ipſorum teſtium dictum eſt.*

2 Et acceſſi ad prophetiſſam. *i. Virginem Mariam, vt prædictum eſt.*

3 Et dixit dominus, &c. *Hic conſequenter ponitur ſigni adaptatio & ſecundò ſubditur ratio dicti, ibi:* Et adiecit. *Circa primū dicitur.*

4 Voca nomen eius. *ſ. pueri nati. Loquitur tamen hic ſcriptura de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ, vt frequenter ſuprà dictum eſt.*

5 Accelera ſpolia detrahe. *Quia hæc proprietas competit Chriſto, vt dictum eſt.*

6 Quia antequam ſciat puer vocare, &c. *ſ. ſcientia creata vt dictum eſt cap. præcedenti, vnde idem eſt ac ſi diceret:* Antequam fiat homo.

7 Auferetur fortitudo Damaſci. *quæ eſt ciuitas metropolis in regno Syriæ.*

8 Et ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorum. *qui citò poſt interfecit Raſin regem Syriæ, & poſtea cepit Oſee regem Iſrael & Samariam, vt dictum eſt capite præcedenti.*

9 Et adiecit dominus loqui ad me adhuc dicens. *Hic conſequenter ponitur ratio dicti, videlicet quare regnum Iſrael fuit ita vaſtatum. Et primò ponitur deſtructionis ratio, ſecundò regni Iudæ afflictio, quaſi per quandam redundantiam: quia erat immediatè coniunctum regno Iſrael, ibi: Et ibi: Tertiò, vtilis monitio, ibi: Hæc. n. Ratio verò vaſtationis regni Iſrael fuit, quia receſſerat a regno Iudæ, & a Dei cultu colendo vitulos aureos, & confitendo in regibus idololatris, ſcilicet Syriæ & hoc eſt quod dicitur.*

10 Pro eo quod abiecit populus iſte. *i. populus Iſrael.*

11 Aqua Siloe, &c. *regimen regni Iuda, & Dei cultum qui erat* ✠ *magis*

MORALITER.

† † *Accele. ſpo. detra.* Studium. n. ſacrę ſcripturę ad hoc ordinari debet, vt diabolus ſpolietur animabus quas decepit. Sed quia multi recuſant hunc modum docendi, recurrendo ad doctores curioſos & inutiles. Sequitur.

10 *Pro eo quòd ab po. iſte a. Siloe. quæ vadunt cum, &c.* i. modū docendi moralem & ſine oſtentatione.

† De

ſilentio fluunt, Chriſtum innuunt qui fons eſt aquæ A ſalientis in vitam, qui non dum in lucem editus, nec gentibus adhuc prędicatus cum populo tamen latenter uerſari eorumque animas irrigare & paſcere ſoli tus eſſet. Extitit ptereaquie tus eius & ſine ſtrepitu aduentus.

* Euſebius. Minatur Deus interitum his qui non receperunt Siloam, i. miſſum Emmanuelem illum prophetiſſa Maria prognatum, aquas illas potabiles & fœcundiſſimas Euãgeliorum, & minatur interitum illis qui præoptarunt regem gẽtium idololatrarum Cæſarem potius quam Chriſtũ.

B a *Aquas fluminis.* Exercitũ Sennacherib, cuius potentia occupans terram Samariæ inundationi fluminis comparatur.

b *Congrega. popul.* Quaſi cõtra Emmanuel nihil poteſtis. Hoc etiam omnis terra procul cognoſcat. *Congre. popul.* Hoc teſtimonio contra ſuperiores vtimur. Quãmuis .n. fortes eſſe & nos in lapſis ſuperare videantur, vincuntur tamẽ in his qui pro Chriſto ſanguinem fuderunt, & poſt bella pax eccleſijs redditur, & omnia conſilia contra Emmanuel diſſipantur. Contradicentes quoq; veritati vtiliter audiunt, quia tandem ratione ſuperantur: & ne velint in

C

a ¶Reges de Iuda qui quiete & legitimè regnabant. b ¶Regem Syriæ.

quæ vadunt cũ ſilẽtio, & aſſumpſit magis Ra-

a ¶Phacee regem Iſrael

ſin & filium Romeliæ: propter hoc ecce ad-

a ¶Exercitum Sennacherib. b ¶Aſſyrii

a ducet dominus ſuper eos aquas fluminis for-

a ¶Impetuoſi & diuturni. b ¶Scilicet. ¶Quon non letuient regibus quos elegerunt, ſed ſeruiunt Aſſyrio.

tes & multas, regem Aſſyriorum, & omnem

a ¶Principes qui hoſtibus reſiſtere debuerunt:

gloriam eius. Et aſcendet ſuper omnes riuos

a ¶Summariæ. ¶Alias omnes Terras.

eius, & fluet ſuper vniuerſas ripas eius: & ibit

a ¶Quia non tunc capiet eum, ¶Vicinam ſignificat captiuitatem.

per Iudam inundans, & trãſiens vſque ad

a ¶Suffocationem. b ¶Vſque adeo ſe extendit. c ¶Principum.

collum veniet. Et erit extenſio alarũ eius

a ¶Iudææ

implens latitudinem tẽrræ tuæ ò Emmanuel.

a ¶Satis ſinos, hoſtilis irriſio ¶Irriſoriè. b ¶Syriæ & Samariæ. c ¶Tamen ¶Cognoſcite. ¶Non modo Syrii & Sammaria

b Congregãmini populi, et vincemini: & audi-

a ¶Non ſolum vicinæ.

te vniuerſæ procul terræ. † Confortamini &

a ¶Quãmuis multi, quamuis fortes, quãmuis accincti tamen vincemini. b ¶Vnde ſupra Aſcendamus ad Iudam, &c.

vincemini: accingite vos & vincẽmini. Inite

a ¶Emmanuel ¶Ponam ſcilicet regem filium Tabeel.

conſilium, et diſſipabitur: loquimini uerbũ,

a ¶Interpretatio Emmanuel ¶Contra quem nihil poteſtis ¶Præſcita.

& non fiet quia nobiſcum Deus. Hæc enim

a ¶Opere & virtute.

ait dominus ad me. † Sicut in mãnu forti e-

a ¶Iſaiam. b ¶Ad hoc ſcilicet erudiuit me Beatus vir qui non abijt in cõ. &c. c ¶Praua. d ¶Neque ... minus dico, dicens. mihi & alijs prophetis.

rudiuit mẽ, nẽ irẽ in uiã populi huius dicẽns.

a ¶Alias. Non b ¶Eſt timenda c ¶Sed hoc non conſiderate: Omnia enim.

c Nẽ dicatis, cõniuratio. omnia enim quæ

a ¶Iuda b ¶Contra me

loquitur pópulus iſte, cõniuratio eſt. Et ti-

a ¶Populi

d morem eiũs ne timeatis neque paueatis. metuatis.

in mendacio vincere, quia D
1 peruerſitas non poteſt rectum ſuperare.
2 * Baſilius. Vocem hanc
3 crediderint proſilijſſe & eſ
† ſe relatam ex prægeſtienti ac profuſiore gaudio eorum, qui Chriſti quidem
† aduentum agnouiſſent, intellexiſſent verò quam ſit
4 gentibus formidabilis & expauenda virtus ſanctæ
5 crucis. Ideò ait, Scitote gen
6 tes & vincimini, vt ſuccumbentes glorioſæ & vobis vtili victoriæ, abducamini in captiuitatem ad obe- E
7 dientiam Chriſti.
8 c *Ne dicatis.* q. d. Non ti-
9 meatis duorum regum aduerſus Iudam coniurationem. Coniuratio eſt conſenſus multorum in malum.
10
11
12
13 d *Ne timeatis neque paueas-* Pſal. 110. b.
14 *tis.* Tu & qui tecum ſunt Ibid. 117. b.
15 populi, quia videntur ti-
16 mendi: quia principium
17 ſapientiæ timor domini.
18 * Baſilius. Locus hic bi-
19 fariam intelligitur. Aut .n. gentibus loquitur dicens. *Ne timorem eius timueritis*, quo nunc vobis timetis imperitè, ne vos dedatur præ-
20 ſtantiori vitæ. Aut certè ſer
21 mone in populum deflexo
22 iuuehitur, & coarguit,
23 quod illi quidem de vobis
24 talia ſuſpicati ſunt. Vos ve-
25 rò concinnatas a gentibus
26 aduerſum vos inſidias ne F

In

### NICOLAVS DE LYRA.

* magis in quiete & manſuetudine, maximè tempore regum bonorum, vt Dauid Salomonis, & ſimilium.

1 Et aſſumpſit magis Raſin. *regem Syriæ.*

2 Et filium Romeliæ. *de protectione eorum magis confidendo quam de Deo.*

3 Propter hoc ecce adducet dominus. *i. aduerſarios cum fortitudine & impetu venientes: propter hoc ſubditur exponendo.*

† Regem Aſſyriorum. *i. potentiam exercituum eius.*

4 Et aſcendet ſuper omnes riuos eius. *i. deſtruet totum regnum Iſrael, ſicut inundantia aquarum deſtruit omnia quæ inuenit.*

5 Et ibit. *Hic conſequenter ponitur regni Iudæ afflictio per redundantiam, cum dicitur: Et ibit per Iudam inundans, quia exercitus Aſſyriorum qui deſtruxit Samariam in regno Iudæ, multa vaſtauit quaſi per quandam redundantiam.*

6 Et tranſiens vſque. *i. intantum affliget regnum Iuda, ꝙ vix poterit ſuſtinere: quod factum fuit tempore Ezechiæ, vt dictum eſt ca. præcedenti.*

7 Et erit. *i. exercituum eius, quia ad literam cohortes pugnatorum vocantur alæ.*

8 Implens latitudinem terræ tuæ. *i. Iudææ, quam Aſſyrij vaſtauerunt.*

9 O Emmanuel. *i. Chriſte, vt dictum eſt c. præce. cuius dicitur illa terra ſpecialiter, quia ibi fuit natus, conuerſatus, & paſſus. Sed quia Sennacherib rex Aſſyriorum cum ſuo exercitu fuit diuinitus debellatus, vt dictum eſt, ideo ſubditur.*

10 Congregamini populi. *quia Sennacherib populus multos adduxit ſecum qui fuerunt deuicti per angelum.*

11 Et audite vniuerſæ. *Iſtud .n. factum tanquam valde mirabile fuit diuulgatum valde longè.*

12 Con-

12 Confortamini. *Confidentes in virtute veſtra. i. confortabimini, quia propheta nõn induxit eos ad præſumptionem de ſua virtute ſed eam prædixit futuram.*

13 Et vincemini. *virtute diuina.*

14 Accingite vos. *ad vincendum ſecundum æſtimationem veſtram.*

15 Et vincemini. *ſecundum veritatem.*

16 Inite conſilium. *de captione Ieruſalem.*

17 Et diſſipabitur. *ſ. conſiliũ veſtrum a Deo, cuius cauſa ſubditur*

18 Quia nobiſcum Deus. *in adiutorium noſtrum vos debellãs per angelum ſuum.*

19 Hæc .n. *Hic conſequenter ponitur vtilis monitio videlicet, quod populus Iudæ non timeat ab humana perſecutione, ſed ſolùm Deum, & hoc eſt quod dicitur:* Hęc .n ait dominus ad me, &c. *i. oſtendit mihi fortitudinem ſuam, qua poteſt protegere omnem hominem in ſe confidentem.*

20 Ne irem in via, &c. *i. timendo aduentum duorum regum, ſic populus regni Iudæ timuit valde, ſicut dictum eſt c. præc. de Achaz & populo eius.* Et commotum eſt cor eius, & cor populi eius, ſicut mouentur ligna a facie venti.

21 Dicens. *ſ. Dominus.*

22 Ne dicatis coniuratio. *i. non timeatis a coniuratione regum Iſrael & Syriæ contra vos.*

23 Omnia enim. *i. populus Iudæ.*

24 Coniuratio eſt. *i. multum loquitur de coniuratione duorum regum contra ſe. ſicut homines multum timentes de periculo aliquo ſuper ſe venturo quaſi continuè loquuntur de ipſo. Et quia iſte timor erat malus, ideo ſubditur.*

25 Et timorem eius *i. illius coniurationis.*

26 Ne ti. *ſed quid ſit timendum oſtenditur cum ſubditur.*

* Do-

### MORALITER.

† 1 *Et aſſumpſit magis Raſin.* qui interpretatur varians eos, i. doctores per varias & dubias doctrinas diſcipulos variantes.

2 *Et filium Romeliæ.* qui interpretatũ magiſter frãgẽs laborãtes, ſ. verborũ extraneorũ multitudine ꝓ ſua oſtẽtatione.

3 *Adducet dominus.* i. adduci permittet.

† *Aquas*

† *Aquas fluminis fortes.* i. doctrinas erroneas a diabolo excitatas, qui per regẽ Aſſyriorũ deſignantur, ideo ſubditur.

† *Regem Aſſyriorum.* Sed qm̃ veritas pręualet, ideo ſicut veritas fidei præualuit tpe Arrij & aliorum hæreticorum, ita præualebit in futuro per Dei gratiam, ideo ſubditur.

10 *Cõgregamini, &c.* i. vos doctores peruerſi per Dei gratiã critis cõfuſi. Sed quia Deus ex hoc debet laudari, ſequit:

A a *In lapidem.* Quem reprobauerunt ędificantes, hic factus, &c. Et hoc loco ſumit Apoſtolus teſtimonium, quod *Chriſtus factus ſit Iudęis ſcandalum, Gentibus autem ſtultitia.*

† palatium refugij.

b *Duabus domibus.* Vel in duabus familijs, Samai. ſ. & Helles, ex quibus ſcribæ & Phariſæi. Hi duo non multò prius quam dominus nati ſunt in Iudæa. Horum ſcholam ſuſcepit Achibã, quem magiſtrum Aquilæ proſelyti autumant. deinde † Achir cui ſucceſſit Ioanna filius Zachæi, & poſt eũ Eliezer, & per ordinem Telphor, & Ioſeph Galileus, & vſque ad captiuitatem Ieruſalem Ioſue. Samai, diſſipator. Helles, prophanus, qa per traditiones ſuas legis præcepta diſſipauerunt & maculauerunt.

†Machir.

B c *Signa legem.* q. d. Aperi eã domine diſcipulis meis. i. Apoſtolis, & apoſtolicis viris. Vel, lex & prophetæ vſque ad Ioãnem ligati ſunt, vt non intelligant. Pro diſcipulis .n. iuxta Hebraici ſermonis ambiguitatẽ poſſumus ẽt doctrinas intelligere

Matt. 11. b. †Heb. 2. c.

d *Pueri mei* vnde. *Qui non ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt.* Et. *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in*

Io. 1. b. Gal. 4. c.

¶Sed timete dominum ex. a ¶Et. b ¶In vobis.

Dominum exercituum ipſum ſanctificate, & 1

a ¶Dominus. ¶Sit. b ¶Corpore. ¶Beatus vir qui timet dominum. c ¶Mente. d ¶Ita. 2

ipſe pauor veſter & ipſe terror veſter: et erit

a ¶Fidelibus. ¶Sed erit. 3

vobis in † ſanctificationem: in lapidem autẽ 4

a a ¶In fidelibus de duabus & decem tribubus. 5

b offenſionis & petram ſcandali duabus domi-

a ¶Qui Chriſtum non receperunt.

bus Iſrael, & in laqueum & in ruinam habitã 6

a ¶Præcipua. b ¶In lapidem. ¶Per infidelitatem. c ¶Non omnes: quia reliquiæ ſaluæ fient.

tibus Ieruſalem. Et offendent ex eis plurimi, 7

a ¶Ruina æterna. b ¶Gladio & faue c ¶Peccatorum funibus. d ¶A Romanis.

& cadent, & conterentur, & irretientur, & ca-

a ¶Ergo. ¶Deus ad prophetam. ¶Ne videant. ¶Quia Chriſtum nolunt ſuſcipere. ¶Ea quæ tibi teſtor. b ¶Viſionem. c ¶Ideſt abſconde. Quod enim ſignatur abſconditur. ¶Figuris. d ¶Veterem. 8

c pientur. Liga teſtimonium, ſigna legem in diſ 9

a ¶Vel in doctrinis meis: alia litera. b ¶Propheta. Q. quia præcipis ſignari & abſcondi Iudæis ergo expe. do. c ¶Ieſum Emmanuel quem promittit venturum: qui erit nobis in ſanctificationem. † 10

cipulis meis: expectabo dominum qui abſcõ- 11

a ¶Cognitionem. b ¶Iudæis non credentibus.

dit faciem ſuam a domo Iacob, & præſtola- 12

a ¶Hoc repetit vt addat de prophetis præſtolantibus. b ¶Præſtolabor dominum. c ¶Præſtolabuntur.

d bor eum. † Ecce ego & pueri mei, quos mihi 13

a ¶Socios. ¶Ad quid: ¶Prophetæ in ſignum futuri precceſſerunt. ¶Ideſt vt ſigna & portenta faciant. 14

e dedit dominus in ſignum & in portẽtum Iſ- 15

Quaſi hoc fiat. ¶Eccleſia.

rael à dño exercituum qui habitat in monte 16

17

D *in vobis.* Alij prophetæ, & eorum diſcipuli. Legunt hoc quidam de duobus filijs Iſaiæ, quos genuit de propheti ſſa: ſed falſò. Paulus in epiſtola ad Hebræos (licet eam inter canonicas ſcripturas non recipiat Latina conſuetudo) hoc teſtimonium ex perſona ſaluatoris ponit: *Ecce ego & pueri mei.* i. Apoſtoli qui in portentum ſecularis ſapientiæ, & ſuperbiæ Iudæorum fuerunt. *Stulta .n. & infirma elegit Deus, vt fortia, & ſapientia confunderet.*

Heb. 2. 1. Cor. 1.

✱ Baſilius. Conuictis incredulis, loquitur Deus in propria perſona. Equidem inquit, illi receſſerunt in manu forti a via populi eius, aſſimulantes ſe operiri, velle dominũ, qui auertit faciem ſuam a domo Iacob. Ego autẽ complexos E fidem erga me & recens regeneratos eos aſciſcam mihi quos viſcerib. miſericordiæ excalefaciens offeram patri.

e *In ſignum & portentum.*

✱ Idem. Signa & portenta fuere miracula quæcunque palam ab Apoſtolis edita, ad manifeſtandum omnibus diuinam vnigeniti maieſtatem.

Pro

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Dominum exercituum. *i. angelorum.*

2 Ipſum ſanctificate. *ei ſeruiendo.*

3 Ipſe pauor veſter, &c. *Offenſam illius ſolicitè cauendo.*

4 Et erit vobis, &c. *vos confirmando in bono, ſi ei credetis.*

5 In lapidem autem, &c. *Quas iuſto iudicio fecit ruere. Et iſtæ duæ domus fuerant domus Phacee filij Romeliæ, quam fecit ruere per Oſee filium Ela. 4. Reg. 15. & domus Oſee filij Ela, quam cum toto regno Iſrael fecit ruere per Salmanaſar regẽ Aſſyriorum. 4. Reg. 18. Et quia in regno Iudæ erant aliqui mali & increduli qui ruerũt gladio Sennacherib ex diuino iudicio, ideo ſubditur,*

6 Et in laqueum & ruinam habitantibus Ieruſalem. *Quia tamen boni remanſerunt ſalui tempore Ezechiæ, ideo ſubditur*

C 7 Et offendent, ex eis plurimi, *non dicit omnes, quia ſicut dictum eſt boni ſunt ſaluati.*

8 Liga teſtimonium. *hic ponitur occultatio myſterij Chriſti in principio huius cap. poſiti. Et primò præcipitur iſta occultatio, ſecundo prohibetur ſuperſtitioſa inquiſitio, ibi:* Et cum dixerint. *Circa primum dicitur Iſaiæ a domino:* Liga teſtimonium. *i. inuolue prophetam obſcuritatibus propter incredulos, quibus talia ſunt celanda, vt dictum eſt ſuprà.*

Diuiſio.

9 Signa legem, &c. *i. deſigna legem euangelicam dandam diſcipulis meis, i. apoſtolis alijſque Chriſti diſcipulis, qui prædicando legem euangelicam obſcuritates prophetiarum aperuerunt & declinauerunt, oſtendentes eas in Chriſto impletas, vt patet in Actibus apoſtolorum, ſicut fuerat a Deo præordinatum, & hoc modo fuit dictũ, Da. 12. c.* Vade Daniel, quia clauſi ſunt ſignatiq; ſermones vſq; ad præfinitum tempus.

10 Expectabo dominum, &c. *Verbum eſt Iſaiæ reſpondentis, expectabo dominum, ſcilicet Ieſum Chriſtum in carne venturum.*

11 Qui abſcondit, &c. a domo Iacob, *i. a populo Iudaico deſcendente a Iacob: quia in aduentu eius populus ille pro maiori parte fuit cæcatus per infidelitatem, ſecundum quod dicitur Rom. 11. c. Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, &c.*

12 Et præſto. eum, *i. patienter expectabo eius aduentum, licet differatur in tempus longum.*

F 13 Ecce ego, &c. *Aliqui exponunt hoc de duobus filijs Iſaiæ. ſ. de Iaſub, & de eo qui vocatus eſt* accelera ſpolia detrahe, *in principio huius cap. quem dicunt fuiſſe filium Iſaiæ: Sed iſtud oſtenſum eſt eſſe falſum. Item iſti magis Iudaizant in hoc quam Ra. Sa. Hæbreus qui dicit hoc eſſe intelligendum de diſcipulis prophetarũ, qui dicuntur eorum pueri ſeu filij: quia ſunt ab eis in lege diuina inſtructi. Et per talem modum dicit Apoſtolus 1. Cor. 4. d.* In Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui, *& ſecundum hoc dicit Iſaias:* Ecce ego & pueri mei. *i. diſcipuli, quorum aliqui habuerunt ſpiritum prophetandi. ideo ſubditur.*

14 Quos dedit mihi dominus. *à quo eſt prophetiæ ſpiritus.*

15 In ſignum & portentum. *Fuerunt .n. prophetæ contempti, & vilipenſi, & multi eorum occiſi. de quorum numero fuit Iſaias in ſignum Chriſti paſſuri, cuius erant nuntij.*

16 A domino exercituum. *i. angelorum.*

17 Qui habitat, &c. *ibi enim tunc erat propitiatorium, quod ſedes Dei dicebatur vt dictum fuit Exod. 25. & inde diuina reſponſa dabantur.*

✱ Et cum

## MORALITER.

1 *Dominum exercituum.* i. angelorum.

2 *Ipſum ſanctificate, &c.* i. laudate & timete.

4 *Et erit vobis, &c.* i. vos confirmans in ſanctitate.

5 *In lapidem, &c. duabus do. Iſrael habi. Ieruſalem.* Per duas domos poſſunt intelligi clerici & laici, per inhabitantes Ieruſalem, religioſi. De ſtatibus enim iſtis plures carent erroribus decepti, maximè tempore Antichriſti, non tamen omnes, ideo ſubditur.

7 *Et offendent ex eis plurimi. Liga teſti.* Quoniam cõtra mala futura maximè tempore Antichriſti, per prædicatores muniendi ſunt ſimplices Chriſtiani: ideo dicitur cuilibet prædicatori: *Liga teſtimo.* ſcilicet apoſtolorum, qui per orbem facti ſunt teſtes Chriſti, Act. 1. a. *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in Iudæa & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.*

9 *Signa legem.* euangelicam.

† *In diſcipulis meis.* i. in veris Chriſtianis. Et ſubditur eorum reſponſio.

10 *Expectabo dominum.* ad iudicium venturum.

11 *Qui abſcondit faciem ſuam a Iacob.* i. populo Iudaico. Et ſubditur in perſona prædicatoris.

13 *Ecce ego, & pueri mei.* i. fideles a me edocti.

15 *In ſignum, &c.* ſ. Chriſti ad iudicium venturi. Et quoniam circa tempus Antichriſti ſurgent multi pſeudoprophetæ falſi, vt habetur Mat. 24. Ideo ſequitur.

† Et

a *Pro viuis, & mortuis, &c.* ✼ Origenes Mortui ſunt dæmones priuati vera vita. Nolite ergo mortuos ſciſcitare de viuis negotijs. Legem enim ſuſcepiſtis. O vos quibus perſuadere non potuit, vt quæreretur iſta de ventriloquis, & de terra clamantis vanis ſermonibus; ſermonem & legem, ſuſcipiẽtes eam in adiutorium legis veſtræ, attendite. In lege veſtra ſcribitur: Non ſequaris idola, iuxta legẽ facientes, nõ attendatis ventriloquis, neque his qui de terra clamant.

a ¶Propheta, ò diſcipuli, ò Prophetæ, vel Chriſtus ad diſcipulos. ¶Syri vel decem tribus. ¶Conſilium. ¶Non ab Iſaia.

Sion. Et cùm dixerint ad vos: Quærite à pythonibus, & a

¶Inſanientes. ¶Reſpondete.

diuinis, † qui ſtrident incantationibus ſuis. Nunquid non

a ¶Vno & vero cum vos a multis & falſis requiratis. b ¶Quaſi: cum vos de viuis, quæritis notitiam a ſimulachris ſimilibus mortuis.

populus à Deo ſuo requiret viſionem pro viuis ac mortuis?

a ¶In qua inuenietis veritatem. ¶Recurrite. b ¶Scripturæ quæ non fallit. c ¶Gentes audiunt diuinos: tu autem non ita. ¶Increduli.

ad legem magis, & ad teſtimonium. Quòd ſi nòn dixerint

¶Faciemus ſcilicet. a ¶Chriſtus. ¶Non. ¶Lux.

iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux, & tranſibit

a ¶Congregationem vel terram. b ¶In damnationem. c ¶Panem verbi Dei. d ¶Fame corporali vel ſpirituali. ¶Si vero non fuerint ſaturati, murmu.

per eam, † & corruet, & eſuriet: & cum eſurierit iraſce-

a ¶Blaſphemabit. b ¶Principem populi tui non maledices. c ¶Si vndecunque veniat auxilium.

tur, & maledicet Regi ſuo & Deo ſuo: Et ſuſpiciet ſurſum,

a ¶In tribulatione. b ¶Vndique malum.

& ad terram intuebitur: & ecce tribulatio, & tenebræ, † &

a ¶Formido. b ¶Cæcitas indurati cordis.

diſſolutio, & anguſtia, & caligo † perſequens: & non pote-

a ¶Erui. ¶Donec conuertatur.

rit auolare de anguſtia ſua.

† & obſcuratio anguſtiæ.

b *Non erit eis.* Hoc eſt ſi populus iſte noluerit veritatem a Domino quærere, non ha-
1 bebit Chriſtum,
2 ſcilicet lumen ve-
3 ritatis, quam ne-
4 gligit.
c *Regi ſuo.* Diabolo, & paternis traditionibus, ideſt,
5 antiquis errori-
6 bus.
7 ✼ Procopius. Quiſ-
8 quis enim Dei lege deſpecta, dæmo-
9 num fraude elu-
10 ſus, ſcandalizatur,
11 verbi ille fame, ec-
12 ſtaſi præterea &
13 exacerbatione co
14 vſque laborabit,
15 vt Regem ſuum,
16 vel vt habent 70.
17 interpretes, Prin-
18 cipem, legeſque patrias conuitijs inſectari non dubitabit.

## NICOLAVS DE LYRA.

✼ 1 Et cum dixerint. *Hic conſequenter ſuperſtitioſa inquiſitio prohibetur, cùm dicitur:* Et cum dixerint ad vos. *Scilicet homines idololatræ & ſuperſtitioſi.*

2 Quærite à pytho. *Reſponſum de occultis & futuris. Dicũtur autem pythones, qui diuinant quodam modo ſpeciali, ſcilicet per apparentem ſuſcitationem alicuius mortui, ſicut dictum fuit diffuſius. 1. Regum 28. b. Dicuntur autem diuini generaliter diuinatores ſuperſtitioſi.*

3 Qui ſtrident, &c. *Quia vtuntur quibuſdam nominibus, & verbis ignotis, & ſubditur reſponſio populi fidelis.*

4 Nunquid, &c. *Q. d. Sic reſpondebitis talibus malis perſuaſoribus.* Nunquid non, &c. *q. d. Sic: quia infideles requirunt hoc a Deo ſuo falſò, & ſic debent fideles quærere a Deo ſuo vero, ideo ſubditur.*

5 Ad legem magis. *Ideſt, ad legem diuinitus datam, & ad teſtimonium prophetarum a Deo inſpiratorum magis eſt recurrendum, quam ad pythones & diuinos.*

6 Quòd ſi non dixerint. *Ideſt, fecerint.*

7 Iuxta verbum hoc. *Scilicet ad pythones, & diuinos contra verbum hoc.*

8 Non erit eis matutina lux. *Ideſt, vera Dei cognitio, & diuina conſolatio, ſicut accidit tempore Regis Sedechiæ, ideo ſubditur.*

9 Et cum eſu. iraſc. *Quia tunc propter obſidionem longam Nabuchodonoſor, præualuit fames in ciuitate. 4. Reg. 25. a.*

10 Et maledicet regi ſuo, &c. *Quia multi valde de populo Iuda ducti impatientia maledicebãt Sedechiæ, ſub quo venerat eis iſta miſeria, & etiam Deo, dimittendo legem eius, & ad ritum Gentilium tranſeundo.*

11 Et ſuſpiciet ſur. *Quaſi quærens a Deo auxilium neceſſitate compulſus, & hoc dicitur pro populo qui cum Sedechia remãſit in ciuitate & in lege.*

12 Et ad ter. *Præ confuſione & deſperatione, ideo ſubditur.*

13 Et ecce tribulatio. *Quantum ad afflictionem corporum.*

14 Et tenebræ. *Quantum ad deiectionem mentium.*

15 Et diſſolutio. *Virium ex timore.*

16 Et anguſtia. *Scilicet mentis, eò quòd non apparebat via euaſionis.*

17 Et caligo perſequens. *Quia Sedechias, & viri bellatores de nocte fugerunt & Chaldæi eos inſecuti ſunt.*

18 Et non poterit auolare, &c. *Quia Sedechiam comprehenderunt. 4. Reg. 25.*

## MORALITER.

† 1 *Et cum dixerint ad vos, &c.* Nolite credere, ſed verbis Domini & Apoſtolorum, ideo ſubditur.

5 *Ad legem magis, &c.* Supple eſt recurrendum.

6 *Quod ſi non dixerint.* Ideſt, fecerint.

7 *Iuxta verbum hoc.* Scilicet recurrendo ad verbi Chriſti, & Apoſtolorum.

8 *Non erit in eis matutina lux.* Scilicet gratiæ per quam in nobis oritur ſol iuſtitiæ.

9 *Et cum eſurierit, &c.* Scilicet credẽs falſis Prophetis propter defectum veræ doctrinæ.

10 *Et maledicet Regi ſuo.* Chriſtum blaſphemando.

11 *Et ſuſpiciet ſurſum.* Ideſt, ex nulla parte habebit auxilium, ſed ineuitabile tormentum.

## ADDITIO I.

*In cap. 8. vbi dicitur in poſtilla. Hoc dictum videtur fauere nimis errori Hebræorum.*

*Ea quæ continentur in poſtil. ſancti Tho. vel quæ ei attribuuntur, non videntur fauere errori Hebræorum in aliquo. Nam in hoc loco poſtquam poſui expoſitionem Hebræorum, intelligentium quòd iſte puer qui vocatur:* Accelera, ſpolia detra, &c. *intelligitur fuiſſe filius Iſaiæ. Conſequenter ponit contra eos obiectiones quæ in hac poſtil. continentur, poſtea ponit expoſitionem gloſſæ communis, ſcilicet quòd hoc intelligatur de Chriſto, qua poſita ſubiungit hæc verba. Hæc autem expoſitio non eſt tantæ authoritatis ſicut ſuperior, quæ fuit ſupra cap. 7. de alio ſigno: quia magis extorta eſt, & ex ſcripturis non habet autoritatem. Vnde quidam dicunt non eſſe incõueniens ſi hoc intelligatur ad literam de filio Iſaia: ita tamen quod puer ille ſit figura Chriſti. Hæc ille. Ex quibus verbis patet manifeſtè, quod ipſe non improbat illam expoſitionem, quæ dicit iſta intelligi de Chriſto ad literam, ſed dicit quod non eſt tantæ autoritatis ſicut ſuperior: Cuius rationem reddit manifeſtam. Nam prima habet autoritatem ex Euangelio Matthæi primo d. hoc totum factum eſt, vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam:* Ecce virgo concipiet. *Sed expoſitio huius nõ habet tantam autoritatem, cum in ſacra Scriptura non contineatur, quod hoc quod dicitur hic: Acceſſit ad prophetiſſam, intelligatur de Beata Virgine, & ſic manifeſtum eſt, quòd non eſt tantæ autoritatis ſicut præcedens. Item principale fundamentum, quod ponit poſtil. ad firmandum hanc expoſitionem, eſt illud qđ continetur in translatione Chaldaica: ex qua concludit & bene, quòd hoc qđ dicitur hic:* Acceſſi ad prophetiſſam: *non eſt verbum Iſaiæ, ſed ipſius Dei. Et quia hoc fundamentum, licet ſit verum: non tamen eſt tantæ autoritatis, ſicut ſi in litera cõtineretur. Ideo verba ſancti Thom. prædicta vel eidem attributa ſunt manifeſtè rationabilia, nec in hoc fauetur errori Heb. Nam illa quæ continentur in 7. & 9. cap. neceſſe eſt, vt intelligantur de Chriſto ad literam, ſed ea quæ continentur in hoc cap. 8. non habentur ex neceſſitate literæ, vt intelligantur de Chriſto ad literam: ſed autoritate Chaldaicæ translationis, vt dictum eſt.*

## ADDITIO II.

*In eod. c. vbi dicitur in poſtil. Similiter quòd in 4. Reg. dicitur Theglathphalnaſar ſpoliaſſe Samariam, vt in 4. Reg. dicitur. Licet Theglathphal. non expoliaſſet Samariam, quia tamen aliquas ciuitates regni Iſrael cuius Samaria eſt Metropolis cepit: ſatis verò poſſet dici, quòd expoliauit Samariam: licet non totam nec totum regnum expoliaſſet, ſicut qui expoliat aliquem de aliquibus bonis ſuis, dicitur ipſum expoliaſſe, quamuis non ex toto.*

A ADDITIO III.

*In eodem cap. vbi dicitur in poſtil. In quo vt ſupra dictum eſt, denunciatur Chriſti reſurrectio futura.*

*Ea quæ continētur in hoc cap. non videntur pertinere ad ſignum indicatiuum nec rememoratiuum: non enim in hoc cap. dicitur:* Dabit vobis ſignum, *ſicut in præcedenti, vt patet diſcurrenti literam, & ideo licet expoliatio duorum Regum fuit figura expoliationis inferni per Chriſtum fiendæ, ſicut hiſtoriæ veteris Teſtamenti fuerunt figuræ eorum quæ contigerunt in nouo, non tamen ex hoc dicuntur fuiſſe data tanquam ſigna indicatiua ſeu rememoratiua.*

ADDITIO IIII.

*In eod. cap. vbi dicitur in poſtil. Et erit vobis in ſanctificationem.*

*Hoc quod dicitur hic:* Et erit vobis in ſanctifi. & in la. &c. *Propriè videtur referendum ad tempus aduētus Chriſti in carnem, in quo tempore fuit Chriſtus, in ſanctificationem credentibus, & in lapidem offenſionis & petram ſcandali duab. domibus Iſrael, ſcilicet regali & ſacerdotali quas propter ſuam incredulitatem iuſto iudicio fecit ruere. Et vtraque earum conſueuit dici domus in ſcriptura, vnde in præcedenti cap. Audite nunc domus Dauid, quod intelligitur de domo regali, & in Pſalm. Domus Aaron benedicite Domino: intelligitur de domo ſacerdotali. Dicere autem quòd iſtæ duæ domus intelligantur de domo Phacee filij Romeliæ, & de Oſea filio Ela, qui fuerunt Reges Iſrael, non videtur cōuenienter dictum.*
B *Nam ſicut in regno Iuda licet fuerint multi Reges ſucceſſiuè, non tamen propter hoc dicuntur multæ domus, ſed domus Dauid tantum. Sic dicendum eſt de Regibus Iſrael. Sequitur:* Et in laqueum, & in ruinam habitantibus Ieruſalem: *quia in ciuitate Ieruſalem vbi Chriſtus paſſus fuit, multi ruerunt per infidelitatem, non tamen omnes, & ideo ſequitur: Et offendent ex is plurimi, ideſt, nō omnes. Secundum iſtam expoſitionem propriè ſequitur immediatè:* Liga teſti, &c. *quod intelligitur de occultatione myſterij Chriſti, de quo ſtatim in præcedentibus agitur, & exponatur ſicut in poſtil.*

ADDITIO V.

*In eod. cap. 8. vbi dicitur in poſtil.* Non erit eis matutina lux.

*Secundum gloſſam quod dicit hic:* Matutina lux, *intelligitur ipſe Chriſtus, & hoc eſt propriè dictum. Nam Chriſtus eſt lux vera, quæ illuminat omnem hominem, Ioan. 1. a. Et dicitur* matutina, *quia ante omnem lucem creata. Vnde hic Propheta reuertitur ad declarationem eorum, quæ ſupra dixerat:* Erit in ſanctificatione, *ſcilicet credentibus.* Et in lapidem offenſionis, *ſcilicet non credentibus. Et primo agit de ſecundo vſque ad finem. Secundo verò de primo a principio ſequenti cap. vſque ibi:* Zelus Domini faciet hoc. *Vnde circa primum cùm dixiſſet:* Non erit ei, *ſcilicet populo non credenti.* Matutina lux, *ideſt Chriſtus, ne fortè qui æſtimaret*
C *quòd hoc contingeret illi populo incredulo, eò quod non habuiſſent præſentiam prædictæ lucis, ideo dicit:* Tranſibit per eam. *vnde Luc. 4. e.* Ieſus tranſiens per medium illorum ibat. *Et hoc quod dicitur, per eam, intelligitur Iudæam, vel Ieruſalem, de qua dicit:* Et corruet & eſuriet, *quod poteſt intelligi ad literam de tempore obſidionis Ieruſalem Romanos, & ſequitur:* Et cum eſuriet, iraſcetur & maledicet Regi ſuo & Deo ſuo, *quod propriè intelligitur de Chriſto cui maledicebant ſicut & hodie, & ſequitur:* Aſpiciet ſurſùm, *ideſt, pro auxilio diuino ſeu cæleſti.* Et ad terram intuebitur. *Pro ſubſidio terreno. Et quia neutrum inueniebant, ideo ſequitur:* Et ecce tribulatio & tenebræ *ſcilicet ignorantiæ & infidelitatis. Et diſſolutio, ſcilicet virium ſeu virtutum. Et anguſtia præcipitationis ſeu perplexitatis. Et caligo perſequens, ſcilicet cæcitas indurati cordis. Et non poterit auolare de anguſtia: quocunque remedio, & ſic Propheta declarat illud quod dixerat de Chriſto.* Quia in lapidem offenſionis, & in petram ſcandali habitantibus Ieruſalem, *vt ſupra. Et ſequitur in ſequēti cap.* Primo tempore alleuiata eſt, &c. *In quo declarat primū quod dixerat, ſcilicet:* Et erit in ſanctificatione. *ſcilicet credentibus, de quibus per oppoſitum dicit:* Videret lucē magnam, & lux orta eſt eis: *& incipit à tempore prædicationis Chriſti, & ab initio miraculorum eius, de quo dicit:* Primò tempore alleuiata eſt, &c. *& exponatur ſicut in poſtil. &c.* D

REPLICA. *In cap. 8. cùm poſtillator amore veritatis fidei Chriſtianæ permotus diceret ſanctum Thom. nimis fauere errori Iudæorum, exponendo principium huius cap. de filio Iſaiæ quemadmodum Iudæi faciunt: quod tamen verè exponi debet de Chriſto ſpoliāte infernum, &c. Burg. aſſumit certamen pro ſancto Thom. aſſerens quod in nullo fauet Iudæorum falſæ expoſitioni. Quod quam verum ſit, patet ex hoc primo: quia friuolis & falſis aſſertionibus nititur ſoluere argumenta Catholicorum quæ fieri conſueuerunt contra illum Iudæorum errorem. Secundo, quia non roborauit argumenta Catholicorum, nec aliquid facit pro vera Chriſtianorum expoſitione, ſed literam præſentem diuidit, exponit, concordat quantum poteſt pro perfidia Iudæorum. Tertio, quia dicit Catholicam expoſitionem extortam. Demum quia dicit eam non eſſe tantæ autoritatis, ſicut illā ſupra cap. 7. vbi ille paſſus:* Ecce virgo concipiet, *exponitur de Chriſto autoritate Euāgeliſtæ. Sed quero: Iſta autoritas q̄ præfert, an ſit apud Iudæos autentica magis an apud Chriſtianos? Sed certum eſt quod apud Iudæos, quia tranſlatio Chaldaica cui innititur expoſitio huius literæ, eſt apud Iudæos maximæ autoritatis. Exemplum autem cui innititur 7. cap. expoſitio nullius autoritatis eſt apud Hebræos: igitur maioris autoritatis eſt apud Iudæos expoſitio huius loci quam 7. cap. Ad faciendum enim fidem infidelib. per Euangelium, quòd non recipiunt nihil cōcludimus, niſi cum hoc innitamur eorum fundamentis, quæ negare conſueuerunt. Nec valet quod Burg. ponit contra replicam poſtil. de ſpolio facto per Theglathphalnaſar: quia per hoc ſpolium non eſt ablata fortitudo Damaſci & Samariæ, prout innititur in litera, ſed fuit particularis inuaſio facta tempore Oziæ & Ioatham. Quid autem hoc pertinet ad filium Iſaiæ de quo Iudæi falsè exponunt, & ſanctus Tho. approbat. Sed quia poſtil. hic expoſitionem ſancti Tho. Burg. oppidò offenſus neſcit in hoc cap. pacificè loqui: quia neſcit tolerare Theologicum modum loquendi poſt. quo dicit deſtructionem duorum regnorum fore ſignum prænoſticum deſtructionis ſpoliactionis inferni. Spoliationem autem inferni fore ſignum rememoratiuum ſpoliationis, de quibus hic dicitur ad litetam, quod ægre ferens Burg. facit argumētum ſuum conſuetum a modernis hæreticis receptum: Hoc non ponitur in textu, igitur non eſt, &c. quia, vt inquit, de ſigno nulla fit mentio. Quamuis autem in litera etiam non fit mentio de figura, dicit tamen Bur. quod vna ſpoliatio eſt figura alterius. Nunc autem figura eſt ſignificatiua figurati. Significatiuum autem, & ſignum quantum diſtant, dicat Burg. grandi penſor.* E F

CAP. IX.

a *Rimo tempore.* Hæ duæ tribus ab Aſſyrijs in captiuitatem ductæ ſunt, & ſic terra pondere peccatorum releuata: poſtea reliquæ, quæ habitabant trans Iordanem & in Samaria. Regio ergo populi prius in captiuitatem ducti, & quæ erant in tenebris anguſtiæ, vidit prius lucem prædicantis Chriſti.

✣ Septuagin. Hoc primū bibe velociter fac. Regio Zabulon & terra Nephthalim.

✣ Euſebius. Tu prima bibe poculum Euangelij, & crede citò ò terra Zabulon. Sunt verò hi qui in his verbis ſignificantur, & qui ex gentib. in Chriſtū Dei crediderunt, & Saluatoris nr̄i Diſcipuli atq; Apoſtoli, quos de terra Zabulon & Nephthalim, pconis ſui Euāgelij elegit.

b *Terra Zabulon.* In qua Chrs primū pdicauit, & miracula fecit:

CAP. IX.

a ¶ Dominicæ incarnationis. ¶ Onere peccati releuata..

a b PRimo tēmpore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephthalim, 1 2 †

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IX.

* 1 PRimo tp̄e alleuiata eſt terra Zabulon, &c. *Antequam deſcēdam ad diuiſionem huius cap. Sciendū quod Iudæi & alii qui expoſitores Catholici in hoc eos nimis ſequentes exponunt principium huius cap. ad literam de captiuitate duplici filiorum Iſrael. Prima aūt fuit facta per Theglathphalnaſar Regem Aſſyriorum, qui captiuauit duas tribus vltra Iordanem, & tranſiens Iordanem captiuauit*

MORALITER.

† 1 PRimo tempore. Hoc literaliter expoſui de credentibus ad prædicationem Chriſti, quorum aliqui in fide ſteterunt, & aliqui ab ea receſſerunt. Moraliter autem poteſt exponi de religionem intrantibus, quorum aliqui ibidem proficiunt, & aliqui deficiunt, vnde dicit Auguſt. Sicut non inueni meliores illis qui in monaſterijs profecerunt, ita non inueni deteriores his qui in eis defecerūt. Hæc igitur litera miſtim exponitur de iſtis, & de illis. Et quantum ad proficientes in principio tantum, dicitur: *Primo tempore.* Ideſt, in principio profeſſionis.

2 *Alleuiata eſt terra Zab.* Qui interpretatur habitaculum pulchritudinis. Ideo per terram Zabulon ſignificantur illi qui per pulchritudinem conſcientiæ, Deo preparant habitaculum pulchrum cordis.

2 *Et terra Neph.* Qui interpretatur dilatatio, pp quod per terram

fecit: Ibi enim aquas in vinum conuertit, Apoſtolos
A elegit, vnde: *Principes Zabulō, & Principes Nephthalim.*

a *Via maris*. Mare in hoc loco lacus Genezareth, qui Iordane influente efficitur. In cuius littore eſt Capharnaum, Tyberias, Bethzaida & Corozain, in quibus Dominus maximè commoratus eſt, & ſic populus qui ambulabat in ten. vidit lu. magnam.

b *Galilææ Gentium*. Galilææ duæ ſunt. Vna Gentium, vicina Tyrijs in tribu Nephthali. Altera circa Tyberiadē, & ſtagnum Genezareth in tribu Zabulon.

c *In regione vmbræ mortis*. Hieronymus. In vmbra mortis ſunt, qui in peccatis adhuc viuunt. *In regione vmbrę mortis*. Qui iam cum mortuis operib. ad inferna deſcenderunt.

a ¶ Ideſt, generali captiuitate. b ¶ Plurimis in errore manentibus, grauiter afflictiua. ¶ Fœcunda facta eſt frugibus fidei. c ¶ Genezareth.

a & nouiſſimò aggrauata eſt via maris trās Ior- 1

a ¶ Quæ eſt, ſcilicet. b ¶ Quia multæ gentes habitabant ibi. c ¶ Iſrael vel quarumlibet Gentium.

b danem Galilææ Gentium. Populus qui am- 2 3

a ¶ Ignorantiæ. b ¶ Chriſtum, qui dicit: Ego ſum lux mundi. ¶ Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 4

bulabat in tenebris, vidit lucem magnam: 5

¶ Peccati. a ¶ Chriſtus.

c habitantibus in regione vmbræ mortis lux 6

a ¶ Notitia tua. b ¶ Vox Apoſtolorum ad Chriſtum ad lucem ortam. 7

c ¶ Gentiles.

d orta eſt eis. Multiplicaſti Gentem, non ma- 8

¶ Apoſtoli. ¶ O Chriſte. †

e gnificaſti lætitiam. Lætabuntur coram te, 9

d *Non magnificaſti lętitiam.* D
Nobis de ſalute Iudęorū. Quamuis enim gaudeant de Gentium conuerſione, dolent tamē de Iudęorum repulſione, vnde Apoſtolus: *Optabā eſſe, anathema pro vobis.* Rom. 6. a.

e *Lætabuntur coram te, &c.* Propheta ad Chriſtum de diſcipulis.

✲ Procopius. Ad verbum, quòd ſeptē ea in regione, & quinque panibus cōſecratis, tantam hominū turbam ſaturauit. Ad ſenſum autem, quia Apoſtoli ipſi, nō aliter quam meſſores Gentium meſſem operati ſunt.

✲ Idem. Spolia, ideſt, hominū animas, quibus vi apud ſe prædonum more, poteſtates abutebantur.

✲ Idem. Lætantur illi quidē qui Chriſti ad hęc vſq; tēpora

B

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ *captiuauit multos de terra Zabulon & Nephthalim, vt habetur 4. Reg. 15. & de hoc exponunt quod dicitur in principio huius cap. Primò tempore, ideſt, prima captiuitate: Alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephthalim, ſcilicet a pondere peccatorū, habitatoribus ſuis in captiuitatē ductis. Poſtea verò Salmanaſar rex Aſſyriorum cepit Oſeæ Regem Iſrael, & reſiduum populi quod remanſerat trāſtulit in Aſſyrios, vt habetur 4. Reg. 18. & de hoc exponūt quod ſubditur: Et nouiſſimò aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilææ Gentium: quia aggrauata fuit tota terra per Domini flagella in captiuitatem ducta. Dicitur autem illa terra via maris, quia eſt ibi via publica ad portandum merces a Iordane ad mare Mediterraneum, & econuerſo. Sed iſta expoſitio videtur inconueniens. Primò quia implicat contraria ſaltem in modo loquendi, quia primam captiuitatem nominat alleuiationem, & ſecundam aggrauationem, cū tamen fuerunt eiuſdem rationis. Item quia ſi loqueretur de ſecunda captiuitate, cum dicitur:* Et nouiſſimò aggrauata eſt, &c. *Non fieret ibi mentio de Galilæa, quæ in prima captiuitate fuit captiuata ſaltem in magna parte, ſed magis de Samaria quæ erat ciuitas Metropolis regni, & principaliter fuit obſeſſa & capta per Salmanaſar. Tertiò quia Matthæus 4. cap. dicit hanc prophetiam fuiſſe com-*
C *pletam ad literam in Chriſto, dicens ſic de Chriſto:* Et relicta ciuitate ſua Nazareth venit, & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima in finibus Zabulon & Nephthalim, vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam Prophetā: Terra Zabulon & terra Nephthalim, via maris trans Iordanē Galilææ Gentium. Populus Gentium qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, &c. *Item cum omnes expoſitores Catholici dicāt, quòd neceſſe eſt de Chriſto intelligi illud quod dicitur ſupra 7. cap.* Ecce virgo concipiet, & pariet, &c. *eò ꝙ dicitur Matthæi 1. d. Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt a Domino per Prophetam, dicentem:* Ecce virgo habebit in vtero, & pariet filium, &c. *Eadem neceſſitate compellitur quilibet Doctorum Catholicus exponere de Chriſto quod dicitur hic:* Primo tempore alleuiata eſt, &c. *cùm Matthæus dicat hoc impletum eſſe in Chriſto. Igitur ſequendo ſententiam Beati Matthæi præſens cap. in quo ponitur myſterium Chriſti, quantum ad eius exaltationem in ſignum liberationis regni Iudæ, in duas partes diuiditur: quia primò ponitur Chriſti exaltatio. Secundò dicta liberatio, ibi:* Verbum miſit Dominus. *Circa primum ſciendum, quòd Chriſtus fuit exaltatus primò quantum ad declarationem ſuæ deitatis in prędicatione ſua & miraculis. Secundò quantum ad exaltationem humanitatis ad dexteram patris. Primo igitur ponitur primum, & ſecundò ſecundum, ibi:* Paruulus. *Circa primum ſciendum, quod ad prædicationem Chriſti aliqui Iudæi crediderunt, & in fide permanſerunt: aliqui autem obſtinati in ſua malitia remanſerunt, & aliqui a principio credentes poſtea ad vomitum reuerſi ſunt: & de iſtis miſtim loquitur hic Propheta. Circa primum dicitur:* Primo tempore alleuiata eſt terra, &c. *quia ibi Chriſtus circa principium ſuæ prædicationis publicè frequenter docuit & miracula fecit, vt dicit Matth. & ſupra allegatum eſt: & ſic fuit terra illa alleuiata a iugo diaboli per poteſtatem Chriſti. Veruntamen quia plures eorum reuerſi fuerunt ad vomitum: ideo ſubditur.*

E Diuiſio.

1 Et nouiſſimo. *Ideſt, circa finem prædicationis Chriſti.*

2 Aggrauata eſt via maris. *Quare autem illa terra dicatur via maris, ſupra expoſitum eſt. De iſta autem aggrauatione habetur Matth. 1. c. vbi dicitur: Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes eius, & ideo ſubditur:* Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida: quoniam ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. *Iſtæ autem ciuitates erant ſupra mare Galilææ in finib. Zabulon & Nephthalim. Et poſtea ſubditur de Capharnaum: vbi Chriſtus habitauit circa prædicationis ſuæ principium, vt ſupra dictum eſt:* Et tu Capharnaum nunquid exaltaberis vſque ad cœlum, & vſque in infernum deſcendes? *quia per prædicationem Chriſti primo fuit diſpoſita ad conſecutionem beatitudinis credendo, & poſtea depreſſa per demeritum damnationis ad vomitum redeundo, ſicut dictum fuit plenius ſuper Matth.* Matth. 11. e. F

3 Galilææ Gentium. *Salomon enim dedit Hiram Regi Tyri 20. oppida in Galilæa. 3. Reg. 9. b. Et ideo illa pars vocata eſt Galilęa Gentium: quia Hiram erat Gentilis.*

4 Populus, &c. *Ignorantię & erroris.*

5 Vidit lucem magnam. *Ideſt, Chriſtum, qui eſt lux mundi per prædicationem & miracula propria virtute facientem.*

6 Habitantibus, &c. *Error enim & ignorantia ſunt quaſi mortis vmbra.*

7 Lux orta eſt eis. *Scilicet veritas Euangelica. Vel poteſt hæc litera referri ad patres detentos in limbo inferni, quibus lux orta fuit, quando Chriſtus ad eos deſcendit poſt paſſionem ſuam.*

8 Multiplicaſti, &c. *Hoc refertur ad illos qui Chriſto prædicāte primo crediderunt, & poſtea ad vomitum reuerſi ſunt, vt prędictum eſt, & ideo ex eis non fuit materia lætitiæ. Et conſequenter ſubditur de credentibus, & in fide permanentibus.*

9 Lætabuntur coram te, &c. *Meſſores enim in plenitudine meſſis, & victores in ſpolijs diuidendis valde lætantur. Et ita fuit*

✲ de

## MORALITER.

† terrā Nephthalim ſignificantur illi, qui dilatantur in operibus bonis. Per hoc igitur quod dicitur: *Primo tempore alleuiata eſt terra.* Significatur quòd iſti in profeſſione alleuiantur a pondere terrenorum per votum voluntariæ paupertatis.

1 *Et nouiſſimo aggrauata eſt via maris.* Per mare tumultuoſū, ſignificatur præſens ſæculum. Ideo via maris eſt vita ſęcularis ad quam nouiſſimò reuertuntur, deficientes in religione per apoſtaſiam, vel in habitu religionis ducentes vitam ſęcularem, quod notatur cum ſubditur.

3 *Trans Iordanem Galilęę Gentium.* Galilæa namque volubilis interpretatur. Nam ex volubilitate mentis procedit, quòd tales a bono propoſito ſic mutantur.

4 *Populus qui ambulabat in tenebris.* Scilicet peccatorum ante religionis ingreſſum.

5 *Vidit lucem magnam.* Ingrediendo & profitēdo per inſpirationem diuinam.

6 *Habitantibus in regione vmbrę mortis, &c.* Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſſionem.

8 *Multiplicaſti Gentem.* Scilicet religioſam. Sed quoniam aliqui deficiunt, vt dictum eſt, ideo ſubditur malis.

† *Non magnificaſti lętitiam, &c.* Et de bonis ſubditur.

9 *Lętabuntur coram te,* Spirituali deuotione.

† *Sicut*

pora extiterunt, quia iugum quod ſpolijs imminebat, vir
A gamque ipſam, quæ ceruicibus ſuis ſublata vident.

a *Iugum enim.* Habet Chriſtus iugum, ſed ſuaue: & dia-
Math. 11.d. bolus, ſed importabile onere. Et Chriſtus principatum ſu
per humerum, in quo crucē portauit, & diabolus in hu-
mero virgā, qua ſuperbit.

b *Exactoris.* Ipſius, ſ. exigē-
tis. Quotidie enim numū
peccati quem primo homi
ni cōmiſit, a poſteris cum
vſura exigit.

✲ Procopius. Hiſtoriæ
Num. 31. Madian meminit Numero
rum liber & Iudicum Nu-
merorum, vis verbis: *Pugna
runt aduerſus Madianitas, ſicut
præceperat Moſi Dominus, tru-
† omnis qui pugnat, pugnat. cidaruntq; quicquid erat maſcu-
lini ſexus, ipſos denique Madia-
nitarum reges.* Iudicum au-
Iudic.8. tem, vbi Gedeonem ita lo-
quentem facit. *Surgite: Tra-*
B *didit enim in manus noſtras Madianitarum caſtra Dominus.*

c *Quia omnis vio. præ.* Ac ſi dicat: Genus humanum quod
diabolus deprædatus eſt, auferet ei Dominus violenter,
ideſt, potenter, & ipſum cum tumultu detrudet in infer-
num. Vnde tam de ipſo quam de membris eius dicitur:
Pſal.9. *Periit memoria eorum cum ſonitu.*

✲ Procopius Q.d. Quoniam animæ ornatum, & virtu-
tis amictum deprædari auſus eſt diabolus, ideò reſtituēt
deinde reſtitutionis tempus metuentes, cupient, ſi nati
eſſent, igne potius eſſe combuſti, quam Saluatorem om-
nium intueri.

Ioan. 8.f. d *Veſtimentum miſtum.* Diabolus qui plenus omniū ſan-
guine, qui homicida ab initio. Vel homines, quibus dia- D
bolus tanquam veſte circundatur, quorum manus plenę
ſunt ſanguine.

a ¶Gentis quam ad fidem colligunt, vnde, Meſſis quidem multa, operarij vero pauci. ¶Meſſores.
ſicut qui lætantur in meſſe: ſicut exultant vi- †
a ¶ Apoſtoli, qui carnem & diabolum vicerunt. b ¶Alios Paſtores, alios Doctores, & huiuſmodi. c ¶Genus humanum a diabulum ablatum.
ctores capta præda, quando diuidunt ſpolia. 1
¶Dominationem a ¶Diaboli. b ¶Poteſtatem.
a Iugū enim oneris eius, & uirgā humeri eius, 2
¶ imperium a ¶O Emmanuel. b ¶Quam ficte, ſcilicet & ſine ſanguine a Gedeone victæ ſunt Madianitæ, in quo Christi victoria ſignificatur.
b & ſceptrū exactoris eius ſuperaſti, ſicut in die 3
Madian. Quia † omnis violēta prædatio cum †
c tumultu, & veſtimētū miſtū ſanguine erit in 4 5
d ¶Gehennæ. a ¶Erit. ¶Aeterni. b ¶Qui pugnabit pro nobis. ¶ Secundum carnem. 6
e cōbuſtionē ēt cib. ignis. Paruulus enim natus 7 8

c *Paruulus enim.* Procopius. Intulit quem exhorreſcerēt.
Quia pijs natus eſt nobis filius. Ter in hac prophetia fi-
lius & puer nominatur.
Hic igitur nobis a Deo, qui
fidem illius amplectimur,
datus, noſtroque non ſuo
nomine, natus, appellatio-
num varietate abundans, * victo pta pr
magni etiam conſilij ange-
lus nuncupatur.

✲ Ambroſius. Diſtingue Lib.3. cap.4.
ſingulorum mometa. *Puer
natus eſt nobis, filius datus eſt no
bis:* & ſi ex patre natus, non
eſt nobis natus, ſed datus:
quia nō filius propter nos,
ſed nos propter filium. Ne-
que enim nobis natus eſt, † 2.q.7 nos ſi.
qui ante nos natus eſt, & to
tius eſt conditor creaturæ. *Puer natus eſt nobis,* non Iudæis,
nobis, non Manichæis, nobis, non Martionitis. Nobis,
hoc eſt, credentibus, non incredulis. Et ille quidem miſeri E
cordia ſua omnibus natus eſt. Sed perfidia hæreticorum
fecit, vt non omnibus naſceretur, qui omnibus natus eſt.
Nam & lumen diei oriri iubetur ſuper bonos & malos,
ſed oriri non videntibus, non videtur.

✲ Idem. Ex illo puero qui antequam ſciret vocare pa-
trem, aut matrem cœpit ſpolia Damaſci, ſancti vocati
ſunt pueri. Ipſe enim Chriſtus eſt puer, qui natus eſt no-
bis, qui nos docuit pueritiam eſſe virtutē, iuxta hoc pro-
phetiſſa illa ſacrata *Maria virgo, accepit Iſrael puerum ſuum.*
a Princi-

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ *de diſcipulis Chriſti, quando in die Pentecoſtes receperunt plenitudi
nem Spiritusſancti, alta voce, & varij linguis loquentes magnalia
Dei, Act.2.b. Et huius lætitiæ ſubditur ratio, cum dicitur.*

1 Iugum enim oneris eius. *Ideſt, veteris legis, de quo onere
dicitur Act. 15.c. quod hoc eſt onus, quòd nec nos, nec patres noſtri
portare potuimus.*

2 Et virgam hu. eius. *Ideſt, Scribarum & Phariſæorum, qui
C ſupra onus legis addebant ordinationes populo graues, ſecundum qđ
dicitur Matt.22.a.* Alligant.n. onera grauia & importabilia,
& imponunt ea ſuper humeros hominum: digito autē
ſuo nolunt ea mouere. *Ab iſtis autem oneribus fuit liberatus
fidelis populus per libertatem Spiritusſancti, quæ eſt in lege noua.*

3 Et ſceptrum, &c. *Secundum quod dicit Ioſephus lib. de Iudai
Diſſipatio Ieruſalem. co bello, poſt aſcenſionem Chriſti Iudæa fuit multis diſſenſionibus in-
traneis diſſipata, & erant ibi aliqui tyranni, qui populum vexabant
multipliciter, & rebus ſpoliabant, & maximè populum credentem
in Chriſtum, vt patet in Actibus Apoſtolorum, a quibus fidelis popu
lus fuit liberatus per exercitum Romanum venientem cōtra Iudęā:
quia tunc admonitus fuit per angelū, vt tranſiret in regnum Agrip
pæ, qui erat confœderatus Romanis, vt habetur in Eccleſiaſtica hi-
ſtoria: & exactores prædicti fuerunt deſtructi, & ciuitates eorum
ſuccenſæ igni.*

4 Sicut in die Madian. *Iſta fuit victoria Gedeonis, de qua ha
betur Iudic.7. quæ fuit ſibi prænuntiata per angelum, ſicut et fidelis
populus liberatus fuit per denuntiationem angeli in regno Agrip-
pæ, vt dictum eſt, & exactores eorum occiſi per exercitum Romano-
rum, & ciuitates eorum ſuccenſæ, & bona eorum, ideo ſubditur.*

5 Quia omnis, &c. *Ideſt, acquiſita cum clamore & rapina.*

6 Et veſtimentum, &c. *Ideſt, veſtimentum occidentis & occi
ſi, quia non ſolum veſtimenta occiſorum inquinantur ſanguine, ſed
etiam cum hoc veſtimenta occidentium.*

7 Erit in cōbuſtionem. *Quia Romani incendentes Ieruſalē &
alia loca, vbi erant prædicti exactores, & tyranni ſimul cōbuſſerunt
veſtimenta illorum tyrannorum, & ea quæ rapuerant ab alijs, quo-
rum multos interfecerant, vt habetur libro de Iudaico bello. Ex hoc
autem quod dicitur hic:* Et erit in combuſtionem. *Illi qui expo
nunt hunc paſſum de exercitu Sennacherib ab angelo percuſſo, vt
ſupra dictum eſt 7. cap. videntur contradicere textui. Dicunt enim, ꝙ
angelus percuſſit exercitum plaga ignea, ſic tamen quòd corpora bel
latorum erant incinerata, arma tamen & ſpolia remanſerunt inta-
cta, ita quòd populus Ezechiæ exiens ad colligendum ſpolia, valde fa
ciliter accipiebat ea remanentibus cineribus. Illud autem quod com-
buritur, & eſt cibus ignis, non ſic remanet intactum, ſed conuertitur
in ignem, ſicut cibus in cibatum.*

8 Paruulus. *Hic conſequenter ponitur exaltatio Chriſti ſecundū F
humanitatem in ſua aſcenſione. Sciendum tamen, quòd Ra.Sa. & Iu
dæi moderni ſequentes ipſum exponunt hunc paſſum de Ezechia Re
ge Iuda, literam corrumpendo. Dicit enim quod hæc eſt litera Hebrai
ca:* Infans natus eſt nobis: filius datus eſt nobis, & erit prin
cipatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius
admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater ſempiternus,
Principem pacis. *Et talis corruptio poteſt de facili fieri in Heb.
quia hæc dictio* ויקרא *vaiquare, quæ ſignificat, & vocabitur, &*
ויקרא *vaiqra, quæ ſignificat & vocabit, eiuſdem literis penitus
ſcribuntur in Heb. ſed variè ſonant propter aliam & aliam punctua
tionem. Item ſimiliter quod dicit Principem pacis in accuſatiuo pro
nominatiuo faciliter fit in Heb. quia nomina ſunt apud eos indeclina
bilia, ſicut apud Latinos cornu & gelu. Igitur ſic exponit autorita-
tem prędictam: Infans natus eſt nobis, & filius datus eſt. Quaſi di-
ceret Propheta, licet Achaz ſit idololatra peſſimus: tamen filius
eius Ezechias qui erit Rex noſter poſt eum, erit bonus & iuſtus. Et
vocabit nomen eius admirabilis, &c. ideſt, Deus noſter, qui eſt ad-
mirabilis conſiliarius, Deus fortis, pater ſempiternus, vocabit, ſcilicet
Ezechiam Principem pacis: quia faciet pacem in diebus ſuis, ita
quòd nomina deitatem exprimentia non referuntur ad puerum na-
tum: Sed quod iſte corrumpat literam ponendo vocabit pro voca-
bitur, patet ex tranſlatione LXX, interpretum, qui fuerunt He-
bræi & valde literati, quorum tranſlatio talis eſt: Puer natus eſt
nobis, & filius datus eſt nobis, cuius imperium ſuper humerum
eius, & vocabitur nomen eius magni conſilij angelus, ita quòd
pro iſtis dictionibus, admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater
futuri ſęculi, Princeps pacis, poſuerunt hoc ſolum, magni conſilij
angelus. Cuius cauſa fuit ſecundum quod Diuus Hieronymus dicit in*
✲ *epiſtola*

## MORALITER.

† † *Sicut qui lętantur in meſſe.* Ex bonorum fructuum col-
lectione.

† *Sicut exultant victores.* De mundo, carne, & diabolo
triumphantes, ideo ſubditur.

1 *Iugū enim oneris eius.* Scilicet carnis aggrauantis.

2 *Et virgam humeri eius.* Ideſt, mundi, qui humeris ſeruo-
rum ſuorum imponit graue iugum.

3 *Et ſceptrum exactoris eius.* Ideſt, dæmonis, de quo dicitur
Iob.41.d. quod ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbię.

† *Superaſti, ſicut in die Madian.* Ideſt, ex diuina virtute, ſicut
Madian fuit ſuperatus a Gedeone. Iudicum cap.7.f. ideo
ſubditur.

8 *Paruulus enim natus eſt nobis, &c.* Ideſt, Chriſtus, cuius
virtute diabolus eſt ſuperatus.

† 4 Et ve-

a *Principatus ſuper hu.* Dū
A ducerctur ad patibulum, portauit crucem, in qua meruit principatum.

log. 2. Chriſtia ✠ Iuſtinus. Significatur a. his verbis vis ſanctiſſimæ crucis cui Dominus ſubięcit humeros.

p. 23. perpe- ✠ Theophylatus. Quoniam crux Ieſu fuit gloria, meritò dicitur principa b tus ipſius, ſiue principatus dignitas, & ipſius principatus inſigne crux ipſa eſt, vt ſenatorum inſigne prætexta fuit: & conſulum, & Imperatorum duodecim faſces, Regum inſigne, diadema & ſceptrum.

aduer- dæos. ✠ Tertullianus. Quis omninò Regum, inſigne B poteſtatis ſuæ humero prę fert? & non aut capite diadema, aut manu ſceptrū? c ſed ſolum nouus Rex nouorum æuorum Chriſtus Ieſus, nouæ gloriæ poteſtatē humero extulit, crucem ſcilicet, vt ſecundum prophetiam regnaret à ligno.

Septuaginta. Magni conſilij angelus. Quod in Hebræo non habetur, ſed nominum maieſtate perterriti nō auſi ſunt de puero dicere, qđ apertè Deus appellādus ſit. Ideò pro his ſex nominib. hoc poſuerūt, magni cōſilij angelus.

a ¶ Saluandis. b ¶ Dei. c ¶ A Deo ſola gratia. ¶ Quamuis ſit Deus.
eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Et factus eſt 1
a ¶ Crux per quam exaltauit illum Deus, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen b ¶ Pręter præmiſſa nōmina his ſex nominibus appellabitur. 2
principatus ſuper humerum eius, † & voca- 3
a ¶ Quia Deus, & homo quod inauditum. b ¶ Lxx. magni conſilii Angelus. 4
bitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, 5
a ¶ Creator omnium b ¶ Cui reſiſtere poteſt. c ¶ Quia ſine fine beneuolus.
d ¶ Qui fecit vtraque vnum. ¶ Qui reconciliauit nos Deo, & Angelis.
Deus fortis, pater † futuri ſęculi, Princeps pa- 6
a ¶ In fidelibus. ¶ per prædicationem Apoſtolorum, & ſucceſſorum. b ¶ Poſtula à me, & dabo tibi gentes. c ¶ Sanctorum licet aliquando tribulentur. ¶ Eius. 7 8
cis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis 9
a ¶ Quod in captiuitate Babylonia fuerat diſſipatum. b ¶ Iudæos, vel potius. in humilibus, ſicut fuit Dauid. 10
non erit finis. Super ſolium Dauid, & ſuper 11
a ¶ Eccleſiam quæ ſignificatur per regnum Dauid.
regnum eius ſedebit, vt cōfirmet illud, & cor 12
a ¶ Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore.
b ¶ Incarnationis tempore.
roboret in iudicio, & iuſtitia amodo & vſque 13
a ¶ In ſæcula ſæculorum b ¶ Charitas, non hominum merita. c ¶ Quem ad æmulationem prouocauerunt in his qui non erant dii.
in ſempiternum. Zelus Domini exercituum 14

✠ Tertullianus. Dictus D eſt magni conſilij angelus, idest, nuncius: magnum enim cogitatum patris ſuper hominis reſtitutione annūciaturus ſęculo venit.

Lib. de carne Chriſti.

† De ſacra vnctione ca. vnico

Lib. 18. de ciuit. c. 35.

✠ Auguſtinus. Nec mirādum, quia angelus Dei dictus eſt Chriſt9. Sicut enim ſeruus propter formā ſerui, in qua venit ad homines, dictus eſt, ſic angelus propter euangelium quod nuntiauit hominibus. Nā Euangelium bona nunciatio eſt, & angelus nuncius.

b *Deus fortis.* ✠ Procopius Symmachus, Theodotiō, & aquila vno conſenſu quod habent 70. *Deus fortis* reddiderunt, tanquam de puero qui naſceretur, Dei E nomē vſurpare vererentur. Penitius autem interpretes 70. vt Dei maieſtatem decuit ad ea, quæ de eo dicerentur, mentis aciem intendētes, quod eſt apud Hebræos el, meritò *Deum* reddiderunt quia *Princeps pacis* dictus eſt, & *Princeps futuri ſęculi*, & pacem habere nullo fine terminatam.

c *Zelus Domini.* Cœpit Emmanuel prophetia, vbi dicitur *Pete tibi ſignum a Deo.* Hic finitur.

✠ Proco-

## NICOLAVS DE LYRA.

*epiſtola ad Deſiderium, quæ præponitur in Biblijs principio Geneſis: quia tranſtulerant libros veteri Teſtamenti Ptolomæo Regi, qui erat Philoſophus, & vnius Dei cultor. Et ideo vbi in Hebræo fit mentio de deitate Chriſti, ſicut fuit in hoc loco tacuerunt, vel aliter tranſtulerunt, ne Ptolomęus crederet eos ponere duplicem deitatem & vt ſecretum fidei non aperirent Gentili, patet tamen ex eorum tranſlatione, quod in hebræo habetur,* & vocabitur, *& non vocabit, & quod illud quod ſequitur:* Admirabilis, conſiliarius, C Deus fortis, &c. *Refertur ad puerum natum, & quod in fine autoritatis non habetur, Principem pacis, in accuſatiuo, ſed Princeps pacis in nominatiuo, quia loco omnium iſtarum diſtinctionum ponitur in tranſlatione Septuaginta,* Magni conſilij Angelus, *in nominatiuo. Item hoc idem patet per tranſlationem Chaldaicam, quæ authentica eſt apud Hebręos, vt dictum eſt ſupra præcedenti capite, quæ talis eſt:* Infans natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & recipiet ſuper ſe legem ad ſeruandum eam, & vocabitur nomen eius ab ante mirabilis conſilio, Deus fortis, permanens in ſæcula, ſæculorum Meſſias, in cuius diebus multiplicabitur pax ſuper nos. *Ex hoc patet manifeſtè, quod paſſus iſte loquitur ad literam de Chriſto, qui expectabatur in lege, & Prophetis ad ſalutem mundi venturus. Quod autem in hac translatione ponitur:* Et recipiet ſuper ſe legem ad ſeruandum eam, *loco cuius in hebræo habetur.* Et erit principatus ſuper humerum eius, *conuenit ipſi Chriſto, qui factus eſt ſub lege, vt dictum eſt ad Galat. 4. Et qui dicit de ſeipſo, Matth. 5. b.* Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. *Quia etiam in ea dicitur:* Et vocabitur nomen eius ab ante admirabilis, &c. *Conuenit Chriſto, qui vocatus fuit ab angelo Ieſus antequam in vtero conciperetur vt dicitur Luc. 2. in quo nomine quod ſalus interpretatur, omnes conditiones hic tactæ implicite continentur. Igitur remota falſa expoſitione accedamus ad veram, quæ eſt de Domino Ieſu Chriſto, cuius hic introducitur principatus, verumtamen præmittitur eius natiuitas, cùm dicitur:* Paruulus enim natus, &c. *Qui verè fuit paruulus in humanitate. Et loquitur hic Propheta de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ. Et ſubditur eius magnitudo in deitate.*

1 Et filius. *Scilicet naturalis ipſius Dei patris, & per conſequens ſibi æqualis.*

Datus

2 Datus eſt nobis. *Secundum quod dicitur Ioan. 3. b.* Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, &c.

3 Et factus eſt principatus ſuper humerum eius. *Crucem ſibi baiulando, vt dicitur Ioan. 19. Per quam poteſtates aereas debellauit, & regnum ſuum potenter intrauit, Luc. vlt. d.* Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.

4 Et vocabitur nomen eius admirabilis. *miracula faciendo*

5 Conſiliarius. *Conſilia Euangelica præceptis decalogi ſuperaddendo.*

6 Deus fortis. *Infernum ſpoliando*

7 Pater futuri ſęculi. *Electos ad ciuitatem cęleſtem admittendo*

8 Princeps pacis. *Scilicet internæ, quantum ad cōſcientiam, & F ſupernę quantum ad cæleſtem gloriam, propter quod in eius natiuitate angeli cantauerunt:* Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Luc. 2. b.*

9 Multiplicabitur eius imperium. *Vnde dixit Matth. vlt. d.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.

10 Et pacis non erit finis. *Scilicet pacis cæleſtis ab eo datæ, quę eſt æterna. Et ex hoc patet, quod hæc littera non poteſt intelligi de Ezechia rege Iuda, quia pax parum durauit ſub eo, ſcilicet per quindecim annos, vel circiter, quia Manaſſes filius eius fuit peſſimus in principio regni ſui: propter quod turbata fuit pax regni, & ipſe fuit in captiuitatem ductus, vt habetur 2. Paralip. 33. Sciendū autem, quod vbi dicitur hic:* Multiplicabitur eius imperium &c. *In hebræo habetur:* לרבחמ Lemarbeh, *quod ſignificat ad multiplicandum: Et ponitur ibi litera* ם *Mem clauſa in medio dictionis cōtra naturā ſuā: quia ſemper ponitur in fine dictionis, & nunquam in medio, nec in principio. Et hoc ad denotandum, quod Chriſtus de quo Scriptura hic loquitur, natus fuit contra curſum naturæ de virgine clauſa.*

11 Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius. *Videlicet cæleſte figuratū ſuper ſoliū Dauid, vel* Super ſoliū Dauid. *ideſt, ſuper Eccleſiam militantem per regnum Dauid figuratam.*

12 Vt confirmet illud, & corroboret. *Et hoc patet, quod non eſt hic ſermo de regno Dauid, & de regno Ezechiæ ad literam: quia illud regnum non fuit confirmatum.*

13 In iudicio & iuſtitia amodo, & vſque in ſempiternū. *Sed Eccleſia ſic eſt à Chriſto confirmata, non ſolum triumphans, ſed etiam militans propter quod dicit Chriſtus, Matth. vlt. d.* Ecce vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad finem ſæculi.

14 Zelus Domini exercituum, &c. *Zelus eſt amor ſingularis.*

✠ Ex amore

### MORALITER.

† 4 *Et vocabitur nomen eius admirabilis.* Facit enim mirabilia in bonis religioſis, eos de terrenis cœleſtes faciendo.

5 *Conſiliarius.* Eos ad conſiliorum obſeruātiā inducēdo.

6 *Deus fortis.* Patientiā in aduerſis præbendo.

7 *Pater futuri ſæculi.* Filijs chariſſimis bona futuri ſęculi reſeruando.

8 *Princeps pacis.* Scilicet triplicis quia dat pacem cōſcientiæ internam, & cum proximo pacem fraternam, & finaliter pacem gloriæ ſupernam.

9 *Multiplicab. eius imp.* Scilicet multiplicatione Sanctorū.

14 *Zelus Domini exerci. faciet hoc.* Ideſt, eius charitas ad genus humanum.

† 1 *Verbum*

☞ ⁂ Procopius. Sic de puero prophetiam concludit. Zelus Domini. Zelus inquam, bonus eique congruens maximè qui à diabolo in poteſtatem redactos eripere, & ſaluare ſatagat. Aliter ipſum ad æmulationem prouocauerunt Iſraelitæ: *Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non eſt Deus*, ait Moſes: *Et ego prouocabo eos, in eo, qui non eſt populus.*

a *Ver. mi. do.* Verbũ hebraicũ דבר Dabar per tres conſonantes ſcribitur: Daleth, Beth, Res. Si legat̃ Dabar, verbum ſignificat, ſi Deber mortẽ, & peſtilentiã. Vnde quidã ambiguitate decepti mortẽ dicunt eſſe miſſam. Verbũ præceptũ ad literã, vt de Iuda Reges fierẽt, qui omni Iſrael imperarẽt. Cecidit autẽ Iſrael, ideſt, in decẽ tribus, quæ neglecto Dei mandato domum Dauid abiecerunt, & Ieroboã de tribu Ephraim elegerunt. (3. Reg. 12. c.) vnde & Ephraim cognominatæ ſunt. Spiritualiter autẽ verbum Euangelij miſit dñs in Iacob, ideſt, in Apoſtolos, & alios, & cecidit in Iſrael. Præuaricatum eſt, ſcilicet ab incredulis. Vel verbũ, ideſt, filiũ miſit in Iacob ſcilicet populum Iudæorum, & cecidit in Iſrael, quia gẽtes eum receperunt. *Verbum miſit Dom. in Iacob*, ideſt, in eccleſiam, ſcilicet quæ priorem populum ſupplantauit. Et cecidit in Iſrael, ideſt, in hæreticos, qui Deum videre ſe iactant. Sciant itaque Principes eorum, & omnes qui habitabant in Samaria, ideſt, qui legem ſe cuſtodire dicunt, & in vbertate virtutum eſſe, & fructus afferre iuſtitiæ (Ephraim namq; interpretatur vbertas) qui ſcilicet deſpiciunt Eccleſiam, & ſimplicitatem eius putant imperitiã.

b *Populus Ephraim.* ⁂ Rupertus. (Lib. 2. in Iſai. cap. 4.) Populus Ephraim rectè intelliguntur oẽs ſuper quos lapis iſte cecidit, quos verbũ iſtud terribili caſu contriuit, tã Iudæi, quàm hæretici. Quare? Quia Ephraim cũ hæc prophetia ſcriberetur, ſciſſus erat à domo Dauid, & aureos vitulos colebat, relicto tẽplo Dñi. Igitur ſciet omnis populus Ephraim, quia malũ eſt eis cæcidiſſe in ipſis verbum iſtud quod Dominus miſit propter ſuperbiã ipſorũ, qua dicunt. *Lateres ceciderunt*. Per contemptum lateres, & ſycomoros vocant Iudæi, qui in Chriſtum credunt, omneſque hæretici Catholicos, qui ſuæ ſectæ non ſunt.

a ¶ Mittet filium ſaluare mundum. b ¶ Propheta reuertitur ad euerſionem Ephraim, & Raſin. c ¶ Iudam vel in omnes tribus. ¶ Fruſtratum.

faciet hoc. Verbum miſit Dominus in Iacob, 1

a ¶ Alias decem tribus. ¶ Ideo quod Raſin, & Syri, ſcilicet qui erant ei amici, quandoque contra eos pugnabant, vt in ſequentibus oſtendetur:

& cecidit in Iſrael. Et ſciet omnis populus 2 3

a ¶ Decem tribuum, quæ ex multitudine ſuperbiæ erant contra Iudæam.

Ephraim, & habitãtes Samariam in ſuperbia 4 5

a ¶ Quia plures quam Ben iamin, & Iuda, vel quia coniuncti Raſin, & Aſſyriis. b ¶ Infirmi, fragiles, qui & ſycomori.

& magnitudine cordis, dicentes: Lateres ce- 6 7

a ¶ Fortibus. b ¶ Eccleſias noſtras.

ciderũt, ſed quadris lapidibus ædificabimus: 8

a ¶ Ficus fatuas, infructuoſos ſcilicet, & fatuos. b ¶ Hoſtes, Philiſtiim, Raſin, & Syri. c ¶ Quas conteret dominus, vnde: Vidi impium ſuperexaltatum.

ſycomoros ſucciderũt: ſed cedros † immuta- 9 10

a ¶ Propheta contra Aſſyrios, & Raſin. ¶ Exaltabit. b ¶ Sennacherib. c ¶ Secularis ſapientiæ in quo confidebat Ephraim. ¶ Aſſyrios.

bimus. Et eleuabit Dominus hoſtes Raſin ſu- 11

a ¶ Belli

per eum, & inimicos eius † in tumultum ver- 12

a ¶ Qua ſcilicet debellauit Iudam.

tet. Syriam ab Oriente, & Philiſtijm ab 13

a ¶ More ferarum.

Occidente, & deuorabunt Iſrael toto ore. 14 15

c *Lateres ceciderunt*. Dicebant ſuperius: *Aſcendamus ad Iudam, & ſuſcitemus eum, &c.* Nunc deſpectiuè de Iuda, & Beniamin. *Lateres ceci.* Reges Iudæ, infirmi ſcilicet imbecilles in manu hoſtiũ. Sed cum ſubiugati fuerint nobis, quadris lapidibus ædificabimus. ex fortibus, & bellicoſis Principibus populum muniemus.

d *Cedros.* Ideſt, inuincibiles ex nobis Principes inuaſimus eis.

e *Et leuabit.* ⁂ Rupertus. (Vbi ſupra.) Re vera Raſin, ideſt, ſapiẽtiam ſecularem cuius vtebatur auxilio, eleuauit ſuper eum, in quemcumque cecidit hoc verbum.

f *Et inimicos eius in tumul. &c.* († Loco e plantabit.) ⁂ Idem Nam dũ in ſapientia ſeculari confidunt aduerſarij verbi, per eandẽ ſapientiã deſtruuntur. Etenim aduerſus Chriſtũ cõcorditer dimicãt, ſed inter ſe implacabilem trahunt († Simul c gregabit.) diſcordiam. Vnde poſtea dicitur: *Vnuſquiſque partem brachij ſui vorabit.* Quod tripliciter intelligitur primum de bellis Samariæ ciuilibus, dum alij pro alijs Regibus dimicant, & ſuis interfectis regibus in Iudæ expugnatione cõcordant. Secũdò in Ieroſolymitano excidio, vbi inuenitur triplex intus diſcordia dũ inter ſe dimicant, & in rebellionem pertinaciter currendo, Romanorum iram cõcorditer prouocant, vt irato Deo nullam hominum mereantur clementiam. Tertiò de rixis hæreticorum in ſe inuicem, & tamen dũ ſeipſos cõtraria ſentiendo dilaniant, concordi tamen malignitatis ſpiritu, aduerſus Catholicam debacchantur Eccleſiam.

g *Syriam ab Oriente.* Vox Prophetæ. Hoc eſt quod ſupra dixit, ſciet omnis Ephraim, quod ſcilicet adducet dominus Syriam ab oriẽte, quæ ante amica, & Philiſthiim ab occidente. Quod factum eſt, quando Sennacherib cepit Syros, & Philiſthæos, & cum illis irruit in decem tribus. ☞ a *Et di-*

## NICOLAVS DE LYRA.

⁂ *Ex amore autem ſingulari ipſius Dei ad genus humanum impletum eſt, Chriſti myſterium, propter quod dicitur ad Heb. 2.* Nuſquam Angelos appræhendit, ſed ſemen Abrahæ.

1 Verbũ miſit do. *Deſcripta Chriſti exaltatione, hic conſequenter ponitur liberatio regni Iudæ à Regibus Iſrael, & Syriæ ipſum perſequentibus, & deſtruere volentibus, vt ſupra dictum eſt ca. 7. Et remouet hic Propheta tria, in quibus confidebant illi Reges, ſcilicet primò eorũ ad inuicẽ confœderationem. Secundò perſonarum reputationem, ibi:* Et diſperdet. *Tertiò populi multiplicationẽ, ibi:* Succenſa eſt. *Circa primùm dicitur:* Verbũ miſit dñs, &c. *Per hoc verbum intelligitur prophetia Iſaiæ contra regnum Iſrael, & quia Iacob vocatus fuit Iſrael, ideo ſubditur.*

2 Et cecidit in Iſrael: *Tanquã pondus deſtruens illud regnum.*

3 Et ſciet. *Per experientiam ſuæ deiectionis.*

4 Omnis po. Ephraim. *Ideſt, regni Iſrael. qui ſic nominatur, eò quod primus Rex Ieroboam fuit de tribu Ephraim.*

5 Et habitantes Sama. *Quæ erat Metropolis in illo regno quam cepit Salmanaſar, & populum captiuauit 4. Reg. 18.*

6 In ſuperbia, &c. *Antequã per Salmanaſar caperentur.*

7 Lateres cecide. *Per lateres hic intelliguntur Reges Iſrael, ſub quibus regnum fuerat attritũ; videlicet tẽpore Ioachaz, & ante, ſecundum quod dicitur, 4. Reg. 13.* Attriuerat eos Rex Syriæ, & *hoc prædixerat Eliſeus 4. Reg. 8. dicens Aſabeli.* Scio quæ facturus ſis filijs Iſrael mala· ciuitates eorũ munitas igne ſuccendes, & iuuenes eorũ interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides.

8 Sed quadris lapidibus. *ideſt, Reges fortiores habebimus, ſicut murus de lapidibus quadris fortior eſt, quam lateritius. Quod dicebant de Phacee, & filio eius, quẽ intẽdebãt facere Regẽ in regno Iuda, vt dictũ eſt ſupra 7. cap. Et idem ſignificat, quod ſubditur:*

9 Sycomoros ſucci. *ideſt, Reges parui valoris tranſierunt.*

10 Sed cedros immu. *ideſt altiores, & potẽtiores ſtatuemus. Intendebant enim ſibi ſubiugare regnum Iuda, vt dictũ eſt ſupra. Et quia talia præſumebant ex confidentia Raſin Regis Syriæ, qui erat eis confœderatus, ideo hanc confidentiam remouet Propheta dicens.*

11 Et eleuabit Domi. *Scilicet Aſſyrios, qui interfecerunt eum, vt habetur 4. Reg. 16.*

12 Et ini. eius, &c. *Hoc eſt in prœliũ contra eum quod committitur cum clamore, & tumultu. Et quia capta Syria Rex Aſſyriorũ adduxit inde bellatores contra regnum Iſrael, ideo ſubditur.*

13 Syriam ab ori. *Supple faciet dominus venire. Et dicit ab oriẽte, quia Syria eſt in parte Orientali reſpectu regni Iſrael.*

14 Et Philiſt. ab occidente. *Quia terra Philiſthinorum exiſtẽs ſuper mare Mediterraneũ, eſt in parte Occidẽtali reſpectu dicti regni*

15 Et deuora. *ideſt, deſtruerunt ipſum toto affectu, & conatu.*

⁂ 1 In

## MORALITER.

1 *Verbũ miſit Dominus.* Reſiduũ huius capitis exponit̃ ad literã de deiectione regni Iſrael, per quã Eccl. deiectio à ſtatu virtutis myſticè deſignatur, cũ dicit̃: *Verbũ miſit dominus in Iacob.* Ideſt, cõtra Iacob, qui ſupplantans interpretatur, ideo per Iacob Principes, & prælati ſuperbi qui cõculcant ſibi ſubditos ſignificantur.

2 *Et ceci.* Ideſt, contra Doctores vanos, qui doctrinã vtilẽ antiquorũ cõtemnunt, & nouitates inutiles ad ſui iactantiam anteponunt, ideo ſubditur.

6 *In ſuperbia, &c. Lateres ceci, &c.* ideſt, doctores, q nos præceſſerũt reſpectu noſtri rudes fuerũt. Sicut lateres reſpectu lapidũ quadror. & ſycomori reſpectu cedror. parũ valẽt

11 *Et eleuabit, &c.* Qui interpretat̃ varietas: & ſignat quærẽtes opiniones varias & nouas, ad ſui oſtentationem.

13 *Vertet Syriã.* Syrij, interpretat̃ ſublimes, & Philiſtiim, cadẽtes. Et vtraq; interpretatio congruit dæmonibus, per ſuperbiã ſublimes ſunt: tamẽ de cœlo empyreo ceciderunt

15 *Et deuorabit.* Quia dæmones ſuper incorporant ſibi ſuperbos Eccleſiæ.

6 In

† Et po-

a ¶ Tamen. ¶ Vnde Dominus: Sine cauſa percuſſi filios veſtros, diſciplinam non recepiſtis. ¶ Dei.
† In omnibus his non eſt auerſus furor eius, 1
¶ Dei.
ſed adhuc manus eius extenta, & populus 2
a ¶ Quia b ¶ Dominum. ¶ Qui percutit, & ipſe medetur 3
non eſt reuerſus ad percutientem ſe, & do- 4
¶ Vel ex. ¶ Ideò. 5
a minum exercituum non inquiſierunt. Et diſ 6
a ¶ Principes b ¶ Populum, 7
perdet Dominus ab Iſrael caput, & caudam †
a ¶ Quod iuſtum eſt. b ¶ Alias refrenantem. ¶ Verba legis. c ¶ Simul. 8
b † incuruantem, & deprauantem in die vna.
a ¶ Princeps.
c Longæuus, & honorabilis, ipſe eſt caput: &
Propheta docens mendacium, ipſe eſt cauda.
a ¶ Si cęcus cæcum duxerit am. in fo cadunt. b ¶ Infœlicem. ¶ Infidelem. ¶ Popule meus, qui beatum te dicunt ſeducunt te.
Et erunt, qui beatificant populum iſtum ſe- 9
¶ Simul ¶ Quia ſcilicet non reuertuntur ad Dominum.
ducentes, & qui beatificantur, † præcipitati. 10
a ¶ Talis populi.
Propter hoc ſuper adoleſcentulis eius non 11
a ¶ Alias delectabitur.
lætabitur Dominus, & pupillorum eius, & vi- 12
duarum non miſerebitur. Quia omnis hy- 13
a ¶ Aliud ſimulans, aliud agens, & præferens caſtitatem, & laſciuiens, oſtentans paupertatem marſupium replens. 14
pocrita eſt, & nequam, & vniuerſum os lo-
¶ Ergo.
cutum eſt ſtultitiam. In omnibus his non eſt 15
auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius ex-
a ¶ Non ceſſat ferire.
tenta, & populus nõ eſt reuerſus ad percutien
a ¶ Omnia mala eorum conſumentur ſuper ipſos.
tem ſe. Succenſa eſt enim quaſi ignis impietas: 16
a ¶ Alias veprem. ¶ Non agrum cultum.
vepres, & ſpinam vorabit, & ſuccendetur in 17
a ¶ Non infructuoſis arboribus. ¶ Vbi habitabunt beſtiæ b ¶ Igne ſuppoſito. c ¶ Altitudine. ¶ Omne enim quod in ſublime conſurgit, ſuperbum poteſt dici. ¶ Quia. 18
denſitate ſaltus, & † conuoluetur in ſuperbia 19
¶ Timore.
fumi. In ira dñi exercituũ † cõturbata eſt terra, 20
a ¶ Obſeſſus à Romanis. b ¶ Materialis, vel infernali. ¶ Quia 21
d & erit populus quaſi eſca ignis. Vir fratri ſuo 22

a *Et diſperdet dominus, &c.* A Tropologicè. Auferet dominus caput & caudã. Maiorẽ ſcilicet, & minorem. Caudã dicendo, hereticos non homines, ſed iumẽta demonſtrat, quæ hoc mẽbro tegunt ſtercora, & arcẽt altera parua animalia. Incuruantẽ, & deprauãtẽ quia verba legis, vel pręcepta ſubuertunt, & rectã deprauant viã. Lõgęuũ quoque qui caput eſt, & pſeudoprophetã, ideſt, caudã diſperdet, magiſtros pariter, & diſcipulos, & q̃ propter munera laudant, & q̃ laudati non agunt pœnitẽtiã. Ideo in iuuenibus non lætatur dñs, quia: *vę ciuitati cu-* B *ius Rex iuuenis eſt*, & q̃ Deũ patrẽ, vel ſponſum verum perdiderunt miſericordiã non impetrabunt. Omnis verò hæreticus hypocrita eſt, & quicquid loquitur, ſtultitia eſt. Iam extendit dñs manum ſuã ad puniẽdũ, & ſpinas impietatis eorũ flãma vorax conſumet, & verba abſque virtutibus (quæ infructuoſe ſaltui comparantur) fumo ſuperbiæ inuoluentur. Ad eorũ pœnas contremiſcet terra, & decepti populi æternis tradẽtur ignibus, vel ardoribus: quia turpis lucri gratia, nec ſuis parcent, ſed certatim deceptos prædãtur, relinquentes bona, ſequentes mala: & nũquã ſatiãtur erroribus, ſeipſos deuorant, & cõtra eccleſiã pariter dimicant. Propter C luxuriam autem, & voluptatẽ, & deceptorũ prædã, inter ſe diſcordant, & de vna hæreſi duas faciunt.

b *In die vna.* ⁂ Procopius. D Quod una die dicit, certũ quoddam, & ſtatum Romani belli tempus ſignificat. Quidam tamen ex quo ad eos, quod miſſum eſt, verbum peruenit oẽm peruerſum ordinẽ ipſorũ cõfuſum iri ſignificari volũt. Deinde capitis, & caudæ nomine, animal ratione carens innuit, cui populũ ſimilẽ fecit, aut certè ratione ꝑditũ, & quod ea deſtituitur: aut denique principẽ, & ſubditorũ quẽlibet.
c *Longæuus.* ⁂ Idem. Hoc ad ſacerdotes retulit, quos ita cõpellaſſe Apoſtolos legimus. *Principes populi, & ſeniores, ſi nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi, &c.* Eſt autẽ caput populi ſacerdos, cũ tanquam in vno corpore conſideratur † Perditi. E cauda autẽ, qui iniqua docet Propheta, nullũ in populo gradũ, vel ordinẽ ſortitus, niſi quem ſua autoritate vaticinãdi ſpiritum ementitus, falsò ſibi arroget, qualis Hieremiæ, Michææq; temporibus Ananias, & alij extiterunt.
d *Vir fratri ſuo.* * Procopius. Fame enim tanquam rabie huc illuc acti dentibus in quoſlibet irruent. Imò ne à ſuis quidem ipſi carnibus abſtinebunt, ſed in ſe inuicem, qui fratres ſunt, in ſingulos, ſinguli, & in alterum gemini conſurgent, non aliter quã olim ſeſe mutuo Ephraim, & F Manaſſes, & ambo ſimul Iudam adorti ſunt. Sunt autem, vel Saluatoris ore ſignificata, cum ſe non, vt pacem in terram, ſed vt gladium mitteret veniſſe, pronũtianit

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In omnibus his. *ſcilicet percuſſionibus regni Iſrael.*
2 Non eſt auerſus furor eius. *ſcilicet domini.*
3 Sed adhuc. *Ad amplius puniendum, ſcilicet per Salmanaſar Regem, qui poſtea captiuauit regnum Iſrael. 4. Reg. 18.*
4 Et populus. *ſcilicet Iſrael.*
5 Non eſt reuerſus. *Per pœnitentiam, & emendationem.*
6 Ad percu. ſe. *ſcilicet ad dominum cuius voluntate, & permiſſione fiebat punitio illa.*
7 Et diſperdet. *Hic conſequenter Propheta excludit ſecundum de quo confidebant ſcilicet perſonarum reputationem, quia confidebant de principibus & militibus prouectis ætate & fortibus armis, quod excluditur cũ dicitur:* Et diſper. do. *Secundò etiam confidebant in Prophetis falſis, qui propter quæſtum ſequebantur Principes & milites, falsò eis proſpera promittendo, quod excluditur, cum dicitur.*
8 Et cau. *Dicuntur autem Prophetę falſi, cauda: quia propter lucrum principibus adhærebant, ſicut vulgariter adhærentes alicui Principi, dicuntur eius cauda, & in iſta cauda per mendacia ſua incuruabat eos a rectitudine iuſtitię, & refrenabat eos a Dei reuerentia & timore.*
9 Et erunt qui. *ſ. Prophetæ falſi promittentes eis proſpera.*
10 Et qui beati. *Quia vtrique fuerunt captiuati.*
11 Propter hoc. *Quia ante ætatem adultam fuerunt partim occiſi & partim captiuati.*
12 Et pupillorum. *Et multò minus aliorum, quia, iſtis propter debilitatem in potentiam eſſet magis parcendum.*
13 Quia omnis. *Scilicet de populo Iſrael.*
14 Hypocrita. *Per iuſtitiæ ſimulationem, quia ſecundum quod dicit Ieronymus. Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas. Et dicit Propheta:* Oĩs, &c. *Quia licet in populo illo eſſent aliqui boni, vt Tobias & ſimiles ei, tamen erant ita pauci, quod non computabantur, quia illud quòd modicum eſt nõ reputatur, vt habetur 2. Phyſi.*
15 In omnibns his. *Exponatur vt ſupra.*
16 Succenſa eſt. *Hic excludit conſequenter tertium de quo confidebant, ſcilicet populi multitudinem, dicens:* Suc. eſt enim, *ideſt, impietas populi Iſrael prouocauit iram Dei contra ſe quaſi ignem ardentem.*
17 Vepres. *Ideſt, populum omnem.*
18 Et ſuc. in den. ſal. *Q. d. denſitas multitudinis eis nõ valebit.*
19 Et con. *Ideſt, maiores de populo in ſumo ſuperbiæ laborantes ſimul punientur cum populo. Et quia non ſolum imminebat eis malum ab aduerſarijs intrinſecis, ſed etiam ex diſſenſionibus intrinſecis, quę ſunt magis periculoſę. Ideo ſubditur.*
20 In ira Domini exer. con. eſt ter. *In ſeipſa.*
21 Et erit populus. *Ideſt materia diuinæ vltionis.*
22 Vir fratri ſuo. *Propter intrinſecam diſſenſionem.*

*1 Et

## *MORALITER.*

† 4 *Et popu.* Ideſt, ad Deum per pœnitentiam, qui permiſit talem percuſſionem.
7 *Et diſper. do.* Ideſt, a populo Chriſtiano.
† *Caput & cau.* i. malos Principes & Prelatos, & obſequẽtes eis, & q̃n iſta cauda deprauat eos adulationib. ſuis, & incuruat eos a rectitudine rationis iõ ſubditur: *Incuruantem & depra.* & vtriq; erunt præcipitati in foſſam inferni.
11 *Propter hoc ſuper ado.* Nã ſubditi mala ſuperiorũ imitantur. Gre. in paſto. Cum paſtor perabrupta graditur, cõſequens eſt, vt ad pręcipitiũ grex ſequatur, iõ ſequitur.
13 *Quia omnis hy.* Et ſubditur obſtinatio, cum dicitur.
15 *In omnib. his.* Sequitur: *Non eſt re.* ꝑꝑ quod ſequiẽ pęna.
18 *Succenſa eſt, &c.* Ideſt, igni gehennæ deputata.

† 1 *Ea*

tiauit. Innuit autē
A acerbo eos alioqui inter ſe odio laborantes, inſtruendis proximo inſidijs coituros tamen, & ipſum Iudā, idest, verum Dei cultum profeſſi, obſeſſuros. Vitium enim

† Supra, 5. f. Infra 10. a.

a ¶ Iuſtitiam. b ¶ In iuſtitiam. c ¶ Delectabitur malitia, & non ſatu. ¶ Qui ſemper cupit mala.
non parcet, & declinabit ad dexterā, & eſuriet, & comedet 1
ad ſiniſtram, & non ſaturabitur. Vnuſquiſq; carnē brachij 2
a ¶ In proximos ſæuiet ſcilicet. ¶ Qui de vno vtero nati, & eodem parente. b ¶ Simul. ¶ Qua cuis inter ſe diſcordes, tamen concordes contra Iudam.
ſui vorabit Manaſſes Ephraim, & Ephraim Manaſſen, & 3
a ¶ Pugnabunt. b ¶ Vitia conſumens.
ipſi contra Iudam. † In oībus his nō eſt auerſus furor eius,
a ¶ Ad perſequendum, ſicut illi ad peccandum.
ſed adhuc manus eius extenta.

alioqui male ſecū D conſentiens in virtute coit tamen oppugnāda, verbi gratia, audacia, & timidtas inter ſe cōtrariæ ſunt, mediam tamen fortitudinē obſidere videbis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et de. *In hoc comminatur ei Propheta malum famis, quod aliquando magis nocet quàm gladius, vt dicit Vegetius libro de re militari.*

2 Vnus. *Idest, illum de quo prius confidebat, ſicut de brachio, & hoc propter diſſenſionem intrinſecam, ideo ſubditur.*

3 Manaſſ. Eph. *Iſte enim duæ tribus deſcenderunt de duobus filijs Ioſeph. Cætera patent ex dictis.*

ADDITIO.

*In cap. 9. vbi dicitur in poſtilla. Item hoc idem patet per tranſlationem Chaldaicam.*

*Ra. Mo. Aegyptius in quadam ſua epiſt. in qua tractat de Meſſia, dicit quod ſex nomina, quæ hic ponuntur, ſcilicet* Admirabilis conſiliarius, &c. *ſunt nomina pueri nati. Idem tenet Ra. Abenhazra in ſua expoſitione, licet poſtea extortè referant ſignificata horum nominum ad Ezechiam.*

REPLICA. *Circa principium 9. cap. vel ſecundum aliquas Biblias circa finem 8. cap. circa illum paſſum:* Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon. *Bur. fortaſſis pœnitentia ductus: vel in defenſionem Iudaiſmorum attediatus, commendat præter (imò contra ſuum morem) expoſitionē poſtil. & ad eum dirigit, non obſtante quod poſtil. in ea parte ſanctū Thomam ſatis reprehendit.*

Cap. X.

Prou. 13. b.
B
a
Vae qui con. Anagogè. Omnis hæreticus iniquitatē ſcribit, & decipit pauperes, non diuites, vnde. *Redemptio animę viri propriæ diuitiæ. Pauper autem nō ſuſtinet comminationem.* humilis verò citò ſcandalizatur: & vidua, quę virū perdidit Deū & pupillus, qui patrē amiſit creatorē, vnde: *Deum, qui te genuit dereli. & oblitus es domini creatoris tui.* Quid ergo facient in die iudicij, cum tantos deceperint, & calamitatis de longe venientis Ad iuſtū dicitur: *Propè eſt verbum Dei in ore tuo.* Et alibi *Regnum Dei intra vos eſt.* E cōtra calamitas hęreticorū de longe venit, multo tempore præparata. Ad quem confugient cùm fictū habeant Deum? Cui tradent gloriam ſuam cum ſimulata ſint omnia? Non poterunt euadere vinculū quo plurimos ligauerunt, cum ſingulis quoque interfectis cadent, & in aliorum, necce pereunt. Et cum multa patiantur, dieſque viſitationis aduenerit, nō erit finis interitus eorū, ſed ſemper ſibi impendentem manum Dei pertimeſcunt.
C

✠ Baſilius. Sunt nonnulli, qui indignum cenſent maiorum

Deut. 13. c.
Rom. 10. b. Luc. 17. e.
† Niſi cum incuruabitur ſub vinculo, & cadetis inter occiſos.
† 23 q. 5. c. finali.

CAP. X.

¶ Propheta contra Scribas, & Phariſæos, qui traditiones in ſuas præponūt legi Dei. ¶ Comminatio contra duas tribus.

VÆ qui condunt leges ini 1
a ¶ Traditiones. Vnde: Donum quodcunque ex me tibi proderit, cum Dominus dixit: Honora patr. tuum & matr.
quas: & ſcribentes iniuſti 2
tiam ſcripſerunt, vt op- 3
a ¶ Iniuſto.
primerent in iudicio pau-
a ¶ Peruertendo.
peres: & uim facerent cauſę humilium populi
a ¶ Quæ non habent defenſorem.
mei, vt eſſent viduę præda eorum, & pupillos
a ¶ Condolendo. ¶ Et quia tales eſtis vos Scribæ, & Phariſæi b ¶ Vltionis.
diriperent. Quid facietis in die viſitationis, & 4
5
a ¶ Sennacherib, vel a Romanis, vel iudicij æterni longe ante prædicti. b ¶ Qui Deum offenditis.
6
calamitatis de longe venietis? † Ad cuius con 7
a ¶ Q. Nihil proficient vobis diuitię.
fugietis auxilium, et vbi derelinquetis gloriā 8
a ¶ Et ad eius confugiatis auxilium. b ¶ Captiuitatis hoſtium.
veſtram, † nē incuruemini ſub vinculo, & cū 9
a ¶ Pro. b ¶ Sicut ſupra dictum eſt contra Samariam. 10
interfectis cadatis. † Super omnibus his non 11
a ¶ Etiam in hoſtium terra puniet eos
eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus 12
a ¶ Perditio imminet. b ¶ Idest, Aſſyrio c ¶ Quia in ea corrigo.
eius extenta. † Væ Aſſur: Virga furoris 13

b
c
d

iorū inſiſtere veſtigijs, & q̄ ab iiſdē tradita sūt dogmata cōſectari. Iſti ſunt q affe
E ctāt autores videri exercitandarū hæreſeō. Aduerſus hos detorquet, & peruenit illud væ. Tales ad ſe rapiūt eos, qui laborāt inopia fidei, animaſq; viduatas veraci ſpōſo peruertūt. Qui in etiā ſi quē viderint deſtitutū Dei præſidio ob peccatū hūc etiā deputant quaſi p̄dā ſibi deſtinatā pollicentes omnē impunitatē, vitāque voluptate diffluentem ſi modo ſuis dogmatibus aſſentiantur.

b *Et ſcribentes iniuſti.* ✠ Epyphanius. Iſaias clamat audacter? *Vę ſcribentes iniquitatē.* Iniquè enim, & malitioſè Iudæi, Apoſtoli, & ſcripturæ verba exponentes mentiūtur, poſt ſalutis noſtræ myſteriū oeconomiæ Chriſti Dei noſtri.

c *De longè venientis.* ✠ Baſilius. Nam quæ primas obtinent partes bonitatis, nobiſque ſalutē conciliant, propè nos ſunt; & in intimis: *Regnū Dei intra vos eſt.* Quæ autem ſaluti ſunt cōtraria, è longinquo veniunt, & à nobis extrema ſunt.

d *Væ Aſſur.* Hucuſq; cōtra decē, & duas tribus, ſeq̄ns p̄phetia cōtra Aſſyrios ſcribit. Dicit Dominus ad Senacherib

Syn. 2. l. act. 6.
† 9. q. aliorum
† Sup. 9. d.
F

* NICOLAVS DE LYRA.

Cap. x.

VAe qui con. *Hic conſequenter Propheta concludit ex prædictis concluſionem, ſcilicet populi Iſrael exterminationem propter quod iſta littera, in aliquibus Biblijs antiquis eſt de cap. 9. In qua Propheta primò rememoratur Principum Iſrael malitiam, dicens:*

1 Væ qui con. *Eas inſtituendo.*

2 Et ſcri. *Eas in poſterum confirmando: & hoc ad depreſſionem ſubiectorum, quod eſt proprium tyrannorum, ideo ſubditur.*

3 Vt op. *Et patet littera vſque ibi.*

4 Quid fa. *Vbi denunciat pœnam debitam.*

5 In die vi. *Qua Dominus viſitauit peccata veſtra, ea per Aſſyrios puniendo, ideo ſubditur.*

6 Et cala. de lon. *Quia exercitus Aſſyriorum venit de longe cōtra regnum Iſrael.*

7 Ad cuius confu. *Ad euadendum Aſſyriorum gladium.*

8 Et vbi derelin. *Per modū cuſtodiæ, & depoſiti ſeu ſaluationis.*

9 Nec incur. ſub vinculo. *Ducti in captiuitatem vinculis alligati.*

10 Et cū inter. cada. *Quia populus Iſrael ab Aſſyrijs partim captiuatus fuit, & partim occiſus. Et dicit Propheta:* Ad cuius, &c. *Q. d. Nullus poterit vos liberare ab iſtis malis, quia Deus ſic decreuit.*

11 Super omni. his. *Scilicet Dei contra vos.*

12 Sed adhuc ma. *Ad vltiorem punitionem: quia decem tribus in captiuitatem ductæ, ibi fuerunt in magna afflictione, nec inde poſtea redierunt ad terram ſuam, vt dicunt Iudæi.*

13 Væ Aſſur. *Ibi ſecundum aliquos incipit cap. 10. In quo Propheta incipit deſcribere punitionem extraneorum. Et primò Aſſyriorum, qui captiuauerunt regnum Iſrael. Secundò Babyloniorum, qui captiuauerunt regnum Iuda. 13. cap. Tertiò, aliorum de afflictione Iudæorum gaudentium. 14. capit. ibi:* In anno quo. *Prima in duas, quia primò Propheta deſcribit Aſſyriorum exterminium:* * *ſecundò*

Diuiſ

7 Ad

*MORALITER.*

† 1 *Væ Aſſur.* Vbi ſecundum litteralem ſenſum incipit Propheta † deſcri-

rib. & populũ eius. In quo ſecularis ſciẽtia ſignificat. Comminatur dominus Sẽnacherib, licet enim permiſerit ei debellare decem tribus non tamen voluit vt penitus contereret, ſed flagellaret, & conculcaret, vt lutum platearum. Ille autẽ immodicè elatus, aſſignauit hoc ſuis viribus, & non Deo. & non ſolum captiuauit, ſed partim deleuit.

✠ Theodoretus. Quærendum, cur miniſtri diuinæ iuſtitiæ puniantur. Quia vtitur dominus malis hominibus, vt quibuſdã carnificibus, ad irrogandas pęnas, armatque eos aduersũ impios, hi verò non vt ſeruiant Deo ea faciunt, neq; putant ſe illa ope Dei feciſſe, ſed viribus ſuis, ideò luunt pœnas.

a *Ipſe autem.* Sic philoſophi ſic hæretici, & ſic perſecutores Chriſtiani nominis: cum Deus aliquos eis verberandos permittit, in omnes ſæuiunt, nec verberare ſed occidere cupiũt: & paucis ſuperatis in omnes audaciam ſumunt.

b *Nunquid nõ principes mei ſimul.* Ordo. Reges ſunt mei principes, ideſt mihi ſeruientes. Multos enim reges ſecum adduxit, quos ſubiugauerat.

* Procopius. Calana ciuitas eſt, in qua turris extructæ facinus confuſio linguarum ſecuta eſt.

a ¶ Per quem flagello.
mei, & baculus ipſe eſt. In manu † eius indi-
a ¶ Complebitur. b ¶ Quæ inter me, & idola claudicauit, quæ ſe facturam mea præcepta mentita eſt
gnatio mea, ad gentem fallacem mittam eum 1
& contra populum furoris mei mãdabo illi, 2
a ¶ Decem tribum. b ¶ Non interficiat ſic populum meum
vt auferat ſpolia, & diripiat prædam: & ponat 3
nat illum in cõculcationem quaſi lutum pla-
a ¶ Aſſur. ¶ Quaſi; Modum iræ meæ exceſſit, & etiam in gentes plurimas furorem extendit.
a tearum. Ipſe autem nõ ſic arbitrabitur, & cor 4
eius non ita æſtimabit: ſed ad conterendum 5
erit cor eius, & ad internecionem gentium
¶ Sennacherib.
b non paucarum. Dicet enim: Nunquid non 6
principes mei ſimul reges ſunt? Nunquid nõ 7 8
a ¶ Seruit mihi. ¶ Ciuitates gentium quas ſubegerat.
vt Carchamis ſic Calano: & vt Arphad, ſic
¶ Cepi. a ¶ Seruit mihi.
c Emath? Nunquid nõ vt Damaſcus, ſic Sama-
a ¶ Admiratiuè legendum eſt. b ¶ Potentia.
d ria? Quomodo inuenit manus mea regna ido 9
a ¶ Scilicet ſicut regna idola. b ¶ Subiugabo.
li, ſic et ſimulacra eorum de Ieruſalem, & de 10
a ¶ Ideſt ſicut cepi Samariam cum idolis ſuis, ſicut Ieruſalem capiam, quæ eoſdem veneratur deos.
Samaria. Nunquid non ſicut feci Samariæ & ido 11
a ¶ Hoc non permiſit dominus propter Ezechiam.
lis eius? ſic faciam Ieruſalẽ, & ſimulacris eius? 12
¶ Hoc dicit Iſaias. ¶ Per Sennacherib. Quæ diſpenſauit.
Et erit cũ impleuerit dominus cuncta opera 13
e a ¶ Hæc dicit dominus. ¶ Vindicabo. 14
ſua in monte Siõ, & in Ieruſalem. Viſitabo ſu 15
f a ¶ Lxx. Sẽſum vel mẽtẽ magnã. ¶ Opera. b ¶ Superbi. c ¶ Qui intãtũ ſuperbit. 16
per fructũ magnifici cordis regis Aſſur, & ſup 17
a ¶ Superbus eſt in oculis ſuis. 18
gloriam altitudinis oculorũ eius. Dixit enim: 19

c *Damaſcus.* Damaſcus eſt metropolis in Syria: hãc cõdidit Eliezer ſeru⁹ Abrahæ in hac regnauit Raſin.

d *Quomodo inuenit manus.* Vox Sennacherib admirãtis potentiam ſuam. Plenè dicta compleuit. Omnes enim ciuitates decem tribuũ, & Iuda, & Beniamin præter Ieruſalem deprædatus eſt: & ipſius patrem inferiorem, quam tradidit ei Sobna ſcriba.

† Diuidat.

e *Cum impleuerit dominus.* Subuerſionis, ſcilicet vrbis etiam obſidionem quãdo venit Rabſaſes, & fecit ea, quæ in ſequentibus commemorantur.

Tropolo. Locutio prophetarum.

f *Viſitabo ſuper fructum.* Tropologicè. Cum Samaria, & Ieruſalem iram domini ſuſtinuerint, & ſe in idolorum fabricatione erraſſe ſenſerint: tunc deſtruetur ſenſus magnus Aſſyriorum, qui in tantam contra dominum inflatur ſuperbiam, vt ſapientiæ ſuæ æſtimet contra ceſſura. Et quamuis ſint excelſa dogmata, & dialectica arte munita, concutienda tamen & penitus deſtruenda, vt (tanquam pulli) non valeant in ſublime conſurgere, & needum animata inſenſibilia eſſe, atque torpẽtia, quod in ouis ſignificatur: nec mutire quidem, nec mouere linguam contra ſui ſermonis fortitudinem audeant.

c *Dama-*

a *Ganni-*

## NICOLAVS DE LYRA.

*ſecundò reuertitur ad deſcribendum Chriſti myſterium, quod erat ſuum principale intentum, cap. ſeq. Prima in duas: quia primò deſcribit Aſſyriorum punitionem, ſecundò populi Iudæ confortationem, ibi:* Propter hoc dicit dominus. *Prima adhuc in duas: quia primò deſcribitur Aſſyriorum culpa, & ſecundò pœna, ibi:* Propter hoc mittet. *Circa primum ſciendum, quòd culpa Aſſyriorũ fuit in hoc, quòd poteſtate ſibi à Deo conceſſa ad puniendum populum Iſrael, & etiam aliorum peccata, abuſi fuerunt dupliciter. Vno modo attribuendo victorias illas virtuti ſuæ, & non diuinæ. Secundò, quia illa poteſtate vtebantur cum nimia crudelitate. Primò ergo deſcribitur cauſa dictæ poteſtatis à Deo, in cuius perſona dicitur* Væ Aſſur: *quia inſtrumentum fuit Dei ad puniendum illos, qui per peccata ſua enormia prouocauerant iram Dei.*

1 Ad gentem fallacem. *ideſt ad populum Iſrael, vbi erant falſi prophetæ decipientes principes, & principes defraudabant inferiores per iniquas leges, vt prædictum eſt.*

2 Mittam eum. *vt puniat eum ſpoliando bonis, & annihilando. ideo ſubditur.*

3 Et ponat illum. *quod ſine reſiſtentia conculcatur. Conſequẽter tangitur abuſus huius poteſtatis, cum dicitur,*

4 Ipſe autem non ſic arbitrabitur: *quod ſua victoria ſit virtute mea.*

5 Sed ad conterendum erit cor eius. *Abutendo ſibi conceſſa poteſtate ex nimia crudelitate. Et ſecundò hoc attribuendo poteſtati ſuę, ideo ſubditur.*

6 Dicet enim. *corde, & ore iactando.*

7 Nunquid non principes. *ideſt ęquales regibus, vel maiores vnde dixit Rabſaſes Ezec. regi 4. Reg. 18. c.* Quomodo poteſtis reſiſtere ante vnũ ſatrapam de ſeruis dñi mei minimis?

8 Nunquid non vt Carchamis. *Nomina ſunt ciuitatum regalium quas caperet rex Aſſyriorum.*

9 Quomodo inuenit manus mea. *Ea mihi ſubijciendo.*

10 Sic, & ſimulacra eorum de Ieruſalem. *Nam in Ieruſalem tempore Ezechiæ non erat ſimulacra ſecundum veritatem, quia Ezechias ea abſtulerat: ſed tantum ſecundum reputationem regis Aſſur: quia idem reputabat cultum qui fiebat in templo domini, & cultum idolorum in alijs terris.*

11 Nunquid non ſicut Samariæ. *Quia iam eam deſtruxerat, & inde ſimulacra aurea abſtulerat.*

12 Sic faciam Ieruſalem. *quam proponebat deſtruere, & templum domini: ſed quia fruſtratus fuit ab intento, vt habetur 4. Reg. 19. ideo ſubdit Propheta.*

13 Et erit. *ſcilicet aliter, quam cogitet.*

14 Cum impleuerit dominus cuncta opera ſua in monte Sion. *Affligendo eam propter aliqua peccata.*

15 Viſitabo ſuper fructum. *ideſt opera mala.*

16 Magnifici cordis. *ideſt ſuperbi.*

17 Regis Aſſur. *Puniendo eum de malitia ſua. Et mutat hic Propheta modum loquendi de perſona propria ad dominum, quod frequenter fit in Prophetis, qui à Deo inſpirati loquebantur. Et ideo locutio Prophetarum eſt locutio diuina, ſicut operatio inſtrumenti, eſt etiam operatio artificis.*

18 Et ſuper gloriam altitudinis. *Hoc dicitur, quia ſuperbia citius, & magis apparet in oculis, quàm in alijs partibus corporis.*

19 Dixit enim. *Ex ſuperbia cordis.*

✠ 1 In ſor-

### MORALITER.

deſcribere culpã, & pœnã regis Aſſur, per quẽ Antichriſt⁹ myſticè ſignatur. nã Aſſur tollens robuſtũ interpretatur: Antichriſtus verò robur auferet principiũ aliorũ, ideo (ſubdit.

† *Baculus, &c.* Ad percutiendũ alios potẽtes.

4 Ipſe autẽ non ſic arbitrabitur, ſcilicet quod ſit ex permiſſione diuina, ſed imputabit ex ſua ſuperbia.

8 *Nunquid non vt Carchamis ſic Calano, & vt Arphad ſic, &c.* Per hoc ſignantur reges, & regna, quos ſibi ſubijciet Antichriſtus.

13 *Et erit cum compleuerit dominus cuncta opera ſua, &c.* ſcilicet punitionem malorum per Antichriſtum, ſicut per flagellum ſuum.

15 *Viſitabo ſuper fructum magni cordis regis Aſſur, &c.* Ideſt puniam ſuperbiam Antichriſti victoriam attribuentis ſuæ poteſtati. ideo ſubditur.

a *In fortitudine.* ✻ Hylarius. Hæc ſuperbientis diaboli
A vox eſt, qui Deo, ac domino noſtro Ieſu Chriſto, oſtenſa terrenorum imperiorũ gloria, dicere auſus eſt; *Omnia hęc tibi dabo ſi cadens adoraueris me.* Non eſſe autem hunc ſolitarium, ſed plures ei adeſſe ſpiritualium nequitiarum miniſtros, per eum docemur, qui ait, *Diſcedite à me maledicti, &c. quem pręparauit pater meus diabolo, & angelis eius.*

In Pſal. 118.
Matth. 25.
Lib. 2. comment.
In Pſal. ca. 5.

✻ Rupertus. Aſſur diabolus eſt, cuius tyrannidis ſimilitudo pceſſit in Aſſur. Primò enim tanquã virga furoris dom. & baculus indignationis eius ad gẽtem fallacẽ miſſus eſt, ad gentẽ decem tribuum Iſrael vitulos aureos fallaciter adorãtem, & contra illũ populũ mandauit ei dominus, vt auferret ſpolia. Fecit, & pſperatus eſt: Ipſe autẽ non ſic arbitrabatur, ſed applaudebat ſibimet tãquã ſi glorietur ſecuris cõtra eũ, q ſecat. Tãdẽ venit Angel⁹ dñi & percuſſit in caſtris Aſſyriorũ 185000. Sic dominus
B diabolum ad gentẽ fallacẽ miſit. Ille verò non ſic arbitratur, & cor eius non ita aſſignat. Nec enim ita ſeruit vt Deo cõferri velit, nõ ita veritatis rebelles æterna morte captiuat, vt iuſtitiã Dei facere intendat. Et nũc interim facit, & proſperatur, omnem gentem fallacem captiuando, quia permittitur. Futurum autem eſt, vt meritas excipiat pœnas, quia Iudam quoque & Ieruſalẽ aggredi auſus eſt, quia catholicæ cõfuſionis eccleſiam ſubuertere conatus eſt. *Egredietur Angelus domini, & caſtra eius percutiet.*

† Subſtantiã.
† 21. diſt. c. 23. q. 5. c. remittũtur peccata.

b *Ganniret.* Gannire eſt vulpium, † vel vt alij auium.
c *Nunquid gloriabitur ſecuris contra.* Quaſi dicat, ſicut hæc inanimata tantùm ſunt inſtrumenta nihil facientia per ſe, ſed per eum, qui mouet ea, ſic nec Sennacherib per ſe ſed per Dei virtutem operatus eſt: vnde & gloriatio eius ſtulta, & vltione digna. *Nunquid gloriabitur.* Diabolus, ſecuris, ſerra, & virga dicitur: quia per illum infructuoſæ arbores ſuccinduntur, diuiduntur, & ſerrantur incredulorum duritia: & percutiuntur virga, qui non recipiunt
D diſciplinam. Hæretici quoque ſenſum quem à Deo accipiunt, peruertunt, & loquuntur contra Deum à quo cõditi ſunt: & linguæ miniſteriũ quo dominus laudandus eſt in blaſphæmiam conuertunt.

† Velut garrire ouium.

¶ Non Dei.
a In fortitudine manus meæ feci, & in ſapien- 1
a ¶ Multa regna deuicit, eorum terminos abſtulit: & ſub poteſtate ſua omnia concluſit. 2 3
tia mea intellexi, & abſtuli terminos populo- 4
rum, & † principes eorum deprædatus ſum,
¶ Solio.
& detraxi quaſi potens in ſublimi reſidentes. 5 6
a ¶ Impotentes ſe tueri. ¶ Imbellem. b ¶ Potentia.
Et inuenit quaſi nidum manus mea † fortitu 7
a ¶ Metaphoram proſequitur. b ¶ Nidi. alias, viuas. ſed falſo. 8
dinem populorũ, & ſicut colliguntur oua quæ
a ¶ A matre. b ¶ Deficientibus regibus. ¶ Habitatores. 9
derelicta ſunt, ſic vniuerſam terram ego con-
a ¶ Manum contra me. 10
gregaui, & non fuit qui moueret pennam, & 11
a Quaſi: Nec flere audent nec gemere. ¶ Mutiret. ¶ Sed.
b aperiret os, & ganniret. † Nunquid gloriabi- 12
c tur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? Aut 13
exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur?
a ¶ Sic Sennacherib contra dominum.
Quomodo ſi eleuetur virga contra eleuan-
a ¶ Quaſi Quod eſſe non poteſt.
tem ſe, & exaltetur baculus qui vtique lignũ 14
a ¶ Qui ſe gloriatur; Propter hoc. 15
eſt. Propter hoc mittet dominator dominus 16
a ¶ Principibus bellatoribus b ¶ Per Angelum clxxxv. millia interfecit. 17
exercituum in pinguibus eius tenuitatem: & 18
a ¶ Sub veſtibus. b ¶ Multitudo enim populi, gloria regis eſt. c ¶ Sicut. ignis comburens. 19
d ſubtus gloria eius ſuccenſa ardebit quaſi com- 20
a ¶ Angelus qui ſuccendit eos, qui Iudæis cuſtodiendis deputatur. 21
e buſtio ignis: & erit lumen Iſrael in igne, & ſan 22
a ¶ Idem eſt. ¶ Adiutor eorum. b ¶ Iſrael. 23
ctus eius in flãma: & ſuccẽdet, & deuorabitur 24
a ¶ Diuitiæ. b Eius. ¶ Iniquitates, & peccata. c ¶ Multitudo exercitus. 25
f ſpina eius, et vepres in die vna, & gloria ſaltus 26 27

d *Et ſubtus gloria:* Dicit Hieronymus ſecũdũ Hebræos corpora interfectorum cæleſti igne exuſta, & in puluerem redacta, veſtimenta illæſa: & venientes Iudæi veſtium ſummitate arrepta puluerem excutiebant.

Idem. Quidam volunt hunc regem ſignificare cõtrariã fortitudinem, & eũ eſſe Aſſyriorum principẽ, ſicut legitur: *Princeps Perſarum, & Mædorum, & Græcorũ,* Et eum volunt propter ſuperbiã ſenſũ magnũ vocari, & iudicio gehennæ tradi, *quæ præparata diabolo, & angelis eius.* Lumen autẽ Iſrael,
E & ſanctum, idest ipſum dominum ſuccendere vepres & ſpinas, & omnem Aſſyrij potentiam, & innumerabiles populos ad nihilũ deducendos: tunc enim timore perterritum quaſi colubrum tortuoſum, & fugitiuum imminentes pœnas velle vitare. Qui autem de ſaltu, & de confuſione eius ligniſque perituris potuerũt euadere, eos dignos eſſe qui numerẽtur, & ſcribantur à puero, cuius principatus ſuper humerum eius.

† Sel rũ, id ſaurc quæ poſue

✻ Procopius. Placet nonnullis inter honorem, & gloriam aliquid intereſſe. Gloriam enim à populo, honorem verò à bonis tantum deferri. Item, quæ laudem à quibuslibet aliquando. Præmium autem virtutis eſſe honorarium.

e *Et erit lumen.* Dicunt Hebræi, quòd Michael Archangelus fuerit, cui commiſſa eſt cuſtodia illius gentis, ſicut Daniel dicit.

f *Et gloria ſaltus.* Carmelus mons magnus, fœcundus arboribus. Quaſi exercitus innumerus (ſicut ligna ſyluarum) & corpore, & anima peribit.

a *Ad car-*
F

C NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 In fortitudine manus meæ, *& non diuinæ.*
2 Feci. *ſcilicet victorias prædictas.*
3 Et in ſapientia mea intellexi. *qualiter talia eſſent agenda.*
4 Et abſtuli terminos. *Adiungendo regno meo.*
5 Et detraxi quaſi potens. *idest propria potentia captiuaui.*
6 In ſublimi reſidentes. *idest in ſolio regali.*
7 Et inuenit, &c: *idest ita faciliter eos debellaui, ſicut pulli exiſtentes in nido capiuntur.*
8 Et ſicut colliguntur oua, &c. *ſcilicet à matre fouente, quæ colliguntur abſque difficultate.*
9 Sic vniuerſam terram, &c. *idest habitatores, & diuitias vniuerſæ terræ.*
10 Et non fuit, qui moueret pennam. *idest manum contra me. Proſequitur metaphoram ſuam de auiculis inuentis in nido.*
11 Et aperiret os. *Ad contradicendum.*
12 Et ganniret. *idest conqueri audiret. Conſequenter arguitur eius ſuperbia, cùm dicitur.*
13 Nunquid gloriabitur ſecuris contra eũ, qui ſecat in ea, &c. *Attribuendo ſibi ſectionem, & non artifici mouenti eam quaſi diceret, ſic eſt in propoſito. rex enim Aſſur attribuebat ſibi victorias diuina virtute factas, cum tamen ipſe non eſſet niſi ſolum inſtrumentum Dei, vt ſupra dictum eſt:*
14 Propter
14 Propter hoc. *Præmiſſa Aſſyriorum culpa, hic conſequenter denuntiatur pœna, cùm dicitur:* Propter hoc: *idest, propter ſuperbiam prædictam, & gloriationem falſam.*
15 Mittet dominator. *idest Angelorum: & per conſequens nullus poteſt ei reſiſtere, cum etiam Angeli ſibi ſeruiant.*
16 In pinguibus eius. *idest principib⁹ ſuis, & bellatorib⁹ robuſtis*
17 Tenuitatẽ. *idest defectum roboris per angelum ſuum, qui vna nocte interfecit in caſtris Aſſyriorum 185. milia bellatorum, vt habetur 4. Reg. 19. g.*
18 Et ſubtus gloria eius, *idest ſub armis, & veſtibus.*
19 Succenſa ardebit. *quia eorum corpora, ſic combuſta fuerunt, quòd in cineres fuerunt redacta, intactis armis, & veſtibus ſecundum aliquos, vt dictum eſt ſupra cap. 7. a.*
20 Et erit lumen Iſrael. *idest angelus cuſtodię illius populi deputatus, qui dicitur fuiſſe Michael Dan. 12. a.*
21 In igne. *idest in percuſſione Aſſyriorum per ignẽ modo dicto.*
22 Et ſanctus eius. *idest idem Angelus.*
23 In flamma. *idest per flammam eos interficiet.*
24 Et ſuccendẽt, & deuorabi. &c. *idest maiores ſui exercitus*
25 Et vepres. *idest minores.*
26 In die vna. *idest ſimul. illa enim percuſſio fuit de nocte: qa tamen eſt pars diei naturalis dicitur hic.* In die vna.
27 Et gloria ſaltus. *idest principes ſui exercitus.*
✻ 1 Et

M O R A L I T E R.

13 *Nunquid gloriabitur ſecuris, &c.* Quaſi diceret: Non.
14 *Propter hoc.* Scilicet propter hanc ſuperbiam.
15 *Mittet*
15 *Mittet dominator dominus.* ſuper eam pœnam debitam.
19 *Et ſubtus gloria eius ſuccẽſa ardebit.* Nã in mõte Oliueti cũ exercitu ſuo fulminabĩ, paucis exceptis de qbus ſubdiĩ.
† *Præ-*

A ☞ a *Ad carnem.* Hæretici quoque cum eccleſiaſtica doctrina illuxerit, & eorum decipula patuerit, ad tantam venient ſolitudinẽ, vt de ſaltu & infructuoſis arboribus, & innumerabili multitudine, vix pauci reſideant, qui eorum ſequantur errorem.

b *Reliquiæ ligni ſaltus, &c.* ✠ Euſeb His verbis paucitatem Iudæorum, qui interitum ſint euaſuri vna cũ vrbis Ieruſalem incendio oſtendit Hi verò, inquit, q reſidui fuerunt, numerus erunt, hoc eſt, non plures quam vt numero comprehendi poſſint, vtpotè, qui & pauci, & facilè numerabiles futuri ſunt. Non plures igitur extiterunt Iudęorum multitudini cõparati qui in Chriſtũ crediderũt.

c *Puer ſcribet eos.* ✠ Idem. Ille ſcilicet puer de quo dictum eſt: *Ecce virgo concipiet & pariet filium, & antequam ſciat puer vocare patrem, aut matrem*, qui paucos illos ſcripſit ad vitam.

✠ Baſilius Per puerum ſignificantur præſides eccleſiæ, quibus reuelantur arcana, & quæ peccatores prorſus latent, quorum nemo teſtis eſſe poteſt, præter B eum, qui occulta cordiũ vniuſcuiuſque ſcrutatur. Hic, inquã, ſcribet tales per peccatum alioqui obliteratos, ac denuò illos priori libro inſcribet, quod incẽdiũ fugerint ſeſeque expurgarint auſteritate pænitentiæ. Vel puſio ille eſt quẽ Magi adorauerunt, qui aſcribit libro vitę eos qui ꝑ pęnitentiã proprius pertingunt ad cognitionẽ Dei.

d *Et erit in die illa.* Cum Phacee & Raſin vellent venire, & duas tribus captiuare, miſit Achaz ad Regem Aegypti, dicens: *Seruus tuus ſum, veni, & aufer iugum Phacee, & Raſin de collo meo.* Ille autem non liberauit eos, ſed dominus propter Dauid ſeruum ſuum, quo mortuo, Ezechias filius eius regnauit pro eo, & omnia ſimulacra quę impius Achaz vbicunque poſuerat, confregit, & populũ quem ille ad ritus gentium peruerterat, ad Deus reuocauit. Quod audiens Sennacherib, iratus eſt valde. Cumq; iam Syros, & Philiſthæos haberet, & decem tribus captiuaſſet, cũ innumerabili multitudine Ieruſalẽ aggreſſus eſt. Alias .n. ciuitates Iudæ iã antè vaſtauerat. Inde dicit duabus tribubus, vt nõ confidant in Aſſyris, & Aegyptijs, qui

(margin: ...le de- ...c. 40. ...cultu. — ...tus, ...liſer. — ...6. b.)

a eius, & † Carmeli eius ab anima vſque ad car- 1
a ¶ Percuſſio enim exercitu, fugit terram ſuam, & in Niniue adorans Deum ſuum. à filijs ſuis occiſus. 2
nem conſumetur: Et erit † terrore profugus, 3 4
a ¶ Exercitus innumerabilis, vt ligna ſyluarum. b ¶ Decem. tantum cum eo fugerunt: vt tradunt Hebræi.
b & reliquiæ ligni ſaltus eius, præ paucitate nu 5 6
a ¶ Poterit ſcribere. b ¶ Qui ante innumerabiles. c ¶ Fugato Aſſyrio. ¶ Tempore
c merabuntur, & puer ſcribet eos. Et erit in die 7
d a ¶ Pauci remanentes ¶ Ideſt de decem tribubus. 8
illa, non adijciet reſiduum Iſrael, & hi, qui fu- 9
a ¶ Elapſi in Ieruſalem ad Ezechiam. ¶ Confidere. ¶ Aſſyrio.
gerint de domo Iacob, inniti ſuper eo, qui 10
a ¶ Ex amico factus inimicus, qui enim prius pro eis Damaſcum cepit, & Raſin interfecit.
percutit eos, ſed innitetur ſuper dominũ ſan 11
a ¶ Qui ſanat. ¶ Sanctificat. b ¶ Vero corde.
ctum Iſrael. In veritate reliquiæ cõuertentur: 12
a ¶ Conuertentur. b ¶ Qui poteſt liberare.
e reliquiæ, inquam, Iacob ad dominũ fortem.
a ¶ Propheta de aduentu Chriſti. ¶ Pauli. b ¶ Apoſtoli.
† Si enim fuerit populus tuus Iſrael, quaſi are- 13
a ¶ Ad Chriſtum. ¶ Euangelii
f na maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Con- 14
a ¶ In duobus mandatis legis. b ¶ Inundare faciet, quia, in omnem terram exiuit ſonus eorum: Et in fines orbis terræ verba eorum.
g ſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam. 15

qui ſępè eos percutiebant, ſed in Deo ſuo ſpem ponant. D

e *Reliquiæ conuertentur.* Secundum Ioſephum innumerabili Iudæorum multitudine occiſa, intelligimus paucos in Apoſtolis, & Apoſtolicis viris eſſe ſaluatos. (margin: Ioſephus lib. 10. c. 2.)

✠ Euſebius. *Quaſi arena.* Nam cum duo promiſerit Deus Abrahæ, de his qui ab illo orituri erant, vnum quod futuri eſſent ſicut ſtellę cœli, alterum, quod tãquam arena maris. Dei quidem amici, quales fuerunt illi veteres, & Prophetæ, & Apoſtoli luminibus cęleſtibus ipſo ſplendore comparantur. Reliqui verò terreni.ſ. atque in humũ ſpectãtes, arenæ ſimiles habentur ✠ Procopius. Sunt verò, & hæc verba in eam, quæ eſt ad Romanos, epiſtolam paucis immutatis, à Paulo tranſumpta. (margin: Rom. 9.) Neque enim vt ſolemus, ille cuiuſquam verba ſequitur interpretis, ſed Hebræa Hebręus ipſe ad arbitriũ exprimit. Prohibet autem mirari, quod à puero deſcribi paucos audiamus, cum nomine quidem permultos, ſed opere paucos Chriſtum profiteri certum ſit At eſt ſalutis cõſequendæ optima ratio, ſi (margin: † Rom. 9. ſ.) E legis domum ipſaſque Prophetarum ſanctiones paucis euangelij capitibus complectaris. *Diliges enim, ait, Dominũ Deum tuum, & proximum ſicut teipſum.* (margin: Matth. 22.)

f *Conſummatio abbreuiata.* Perfectio eorum, quæ de Chriſto erant tam longo tempore ante prædicta tribus annis, & dimidio completa.

✠ Euſebius. Euangelicam prædicationem perſpicuè ſignificat, in qua omni Moſaico ambitu ſublato, qui imaginibus, & ſignis, & corporalibus adorationibus conſtabat, breuitate præditum euangelij verbum in omnes homines emiſſum, prophetię veritatem comprobauit.

✠ Procopius. Qui perficit, & opere legem tuetur, diffuſam eius latitudinem breuibus præceptis, & capitibus complectens, eum eſſe reliquias illas, quæ ſaluandæ ſunt credimus. *Omnia, ait, quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.*

g *Iuſtitiam*, quia iniuſtè occiſus, mortem, & diabolum iuſtè vicit, & mundum redemit morte.

☞ a Noli

C NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et Carmeli eius. *ideſt acies bellatorum.*

2 Ab anima vſque ad carnem conſumetur. *quia animæ eorum deſcenderunt ad ignem gehennæ, & carnes fuerunt incineratæ. Quia tamen veſtes remanſerunt intactæ, ideo dicitur hic.*

3 Vſque ad carnem. *ſcilicet incluſiuè, quia combuſtio illa non proceſſit vſque ad veſtes, & arma.*

4 Et erit terrore profugus. *quia Sennacherib vidẽs in mane plagã illã, territus fugit ad terram ſuam cum paucis. Ideo ſubditur.*

5 Et reliquiæ. *ideſt reſidui de ſuo exercitu, qui nõ fuerũt percuſſi*

6 Prę paucitate numerabunt. *citò & de facili. Ideo ſubditur*

7 Et puer ſcribet eos. *ideſt ſcribere poterit: quia poteſt facere vnum modicum ſimplicem tractum, cuius figuræ eſt litera Iod apud Hebræos, quæ in numeris ſignificat decem apud eos, & tot euaſerunt cum Sennacherib.*

8 Et erit in die illa. *ideſt tempore illo Sennacherib fugato.*

9 Non adijciet. *ideſt, illi qui euaſerant manum Salmanaſar, quando cepit Samariam, & regem Iſrael, & non audebant intrare regnum Iuda propter inimicitias, quæ fuerant inter regnum Iſrael, & Iuda. Sed poſt receſſum Sennacherib Ezechias aſſecurauit eos per epiſtolas: & ſic venerunt in Ieruſalem in Deo confidentes propter percuſſionem prędictam.*

*Vel aliter, & melius vt credo, exponitur hoc de regno Iudæ, quãtum ad ciuitates alias à Ieruſalem, vnde habitatores fugerant timore Sennacherib: & plures eorum non fuerant auſi venire in Ieruſalem, vel*

*lem, vel non poterant, & ſic alibi latebant: ſed fugato Sennacherib redierunt ad loca ſua, de Domino confidentes audito miraculo.* F

10 Inniti ſuper eo, &c. *ideſt, ſuper regem Aſſyriorum, in quo tempore Achaz, & populus Iuda fuit confiſus, & ad petitionem Achaz regem Syrię interfecit, & regnum Iſrael in parte ſpoliauit vt habetur 4. Reg. 16. ſed poſtea de amico factus inimicus inuaſit regnum Iuda tempore Sennacherib.*

11 Sed innitetur ſuper dominum, &c. *Quia viſa mirabili percuſſione Sennacherib, ex tunc firmiter confiſi fuerunt de Deo, qui ſacrificat Iſrael. ideo ſubditur:*

12 In veritate reliquiæ conuertentur, &c. *quia Iudęi, qui remanſerant, ad Deum veraciter conuerſi ſunt.*

13 ✠ Si enim fuerit populus, &c. *ideſt in magna multitudine.*

14 Reliquiæ conuertentur ex eo. *Quia pauci remanebunt, ſcilicet ad Deum verè conuerſi: quia poſt captiuitatem regni Iſrael per Salmanaſar regem Aſſyriorum, & poſt vaſtationem regni Iudæ per Sennacherib remanſerunt pauci Iudæi reſpectu multitudinis corũ, quæ fuerat temporibus præteritis.*

15 Conſummatio abbreuiata eſt. *quia exterminatio exercitus Sennacherib, quę facta eſt in breui tempore, ſcilicet in vna nocte fecit inundare, ideſt abundare iuſtitiam in Iudęis, quia viſo miraculo laudauerunt Deum fideliter, & ex corde. aliqui verò libri habent, inundabit, & falſo ex vitio ſcriptorum propter ſimilitudinem literarum. Et quia illa exterminatio facta fuit virtute diuina, vt prædictum eſt. ideo ſubditur.*

✠ 1 Conſum-

MORALITER.

† 6 *Præ paucitate numerabuntur.* i. de facili: & qa remanentes detecta falſitate Antixpi firmiter adhærebunt. ideo ſeqt.

8 *Et erit*

8 *Et erit, &c.* ſcilicet inniti falſitati, ſed diuinæ veritati Reſiduum autem huius capitis, eſt quædam replicatio ſententiæ prędictæ, ideo pertranſeo.

a *Conſummationem enim.* Ad
A literam. Fecit, quia tantam
† Infra 28. f. multitudinem præter decẽ
occidit breui ſpatio vnius
noctis.
b *Noli timere.* Anagoge. Præcipitur populo eccleſiæ, ne timeat aduerſarios, qui ad pugnandum ſemper parati ſunt, & multa diſputatione animas ſubuertũt. Ideo enim contra populũ Dei † pauci illam poteſtatem accipiunt, & non tam gladio quam virga percutiunt, qa in via Aegypti ambulauerunt, & non ſunt confiſi in domino. Cum autẽ reuerſi fuerint, & viã Aegypti dereliquerint, flagellum Dei in iudicio ſuſcitabitur contra aduerſarios. Madian nãque ex iudicio interpretatur, vt ſpiritu oris eius, & oleo miſericordiæ iugum hoſtium computreſcat.

† Puſillam. — Iudic. 7. — † Ad conſumptionem eorum.

B c *Super te in via Aegypti.* Captiuatis decem tribubus reuerſus eſt per ciuitates Iudæ, & Beniamin, quæ erant in via Aegypti, quas ſubuertit. Vel captis ciuitatibus Iudę, & Beniamin, etiã parte Ieruſalẽ inferiore, reuerſus eſt in Aegyptũ. Cũque iterum rediret ad Ieruſalem captiuandam, ciuitates, quæ remanſerant, & in via ab Aegypto venientib⁹ in Ieruſalem, erant, cepit, & ſubuertit.

†Propter pinguedinem.

a ¶ Vt ſupra, vel quæ prædicta erant de ſua paſſione, & reſurrectione, humani generis li beratione, tribus diebus conſummauit.

a † Conſummationẽ enim, & abbreuiationem 1
a ¶ Ieruſalem dicitur vmbilicus mundi, ideſt in medio omnis terræ.
dominus Deus exercituum faciet in medio
a ¶ Vt ſcilicet non timeat Ezechias.
omnis terræ. Propter hoc hæc dicit dominus 2
b Deus exercituum: Noli timere populus meus 3 4
a ¶ Ideſt ab Aſſyrijs. b ¶ Deprecando non penitus delendo. Ieruſalem enim liberabo propter Dauid ſeruum meum.
habitator Sion ab Aſſur: In virga enim percutiet 5 6
¶ Non percutiet.
c cutiet te, & baculum ſuum leuabit ſuper te in 7
d via Aegypti. Adhuc enim paululum, modi- 8
cumq́; & conſummabitur indignatio mea, 9
a ¶ Aegyptiorum, Aſſyriorum, & Sennacherib. ¶ Vox prophetæ.
& furor meus † ſuper ſcelus eorũ. Et ſuſci- 10 11
¶ Sennacherib. ¶ Vltionem.
tabit ſuper eũ dominus exercituũ flagellum 12
a ¶ Sicut Madianitæ à Gedeone ſine ſanguine Iudæorum victi ſunt. b ¶ Vbi occiſus eſt.
iuxta plagam Madian in petra Oreb, & vir- 13
a ¶ Pot nam. b ¶ Rubrum.
e gam ſuam ſuper mare, & leuabit eam in via 14
a ¶ Quia ſperaſti in Aegyptijs. b ¶ Cum ab Aegypto redierit. c ¶ Hoc ſcilicet quod au. d ¶ Sennacherib, occiſo exercitu eius ab Angelo.
f Aegypti. Et erit in die illa, auferetur onus 15 16
a ¶ Aufertur ſic quia, computre.
eius de humero tuo, & iugum eius de collo
a ¶ Deficiet dominatio à præſentia miſericordiæ Dei.
b ¶ Viam Sennacherib ab Aegypto vſque in Nobe deſcribit propheta.
g tuo, & cõputreſcet iugum † à facie olei. Veniet 17
a ¶ Feſtinanter. ¶ Curſim. ¶ Nolens ibi manere 18
¶ Alias Maoth. b ¶ Cui atem.
in Aioth, trãſibit in Magrõ, apud Machmas 19
a ¶ Fiduciam habens capiendæ vrbis. ¶ Quaſi rediturus cito. ¶ Sarcinas.
b ¶ Sennacherib cum ſuis ſarcinis depoſitis. ¶ Prædictas ciuitates: vel magnas & peruenerunt in Gabaa, & dixerunt, Gabaa ſe. no.
† cõmendabit vaſa ſua. † Tranſierunt curſim, 20
a ¶ Vbi paululum reſecit exercitum. ¶ Hinc enim diuertit. ¶ Alias. Gabee. b ¶ Panefacta. c ¶ Quia vicina. d ¶ Sedes regia. 21
h Gabaa ſedes noſtra. Obſtupuit Rama: Gabaa 22 23

e *In petra Oreb, & virgam*
D ⁜ Procop. Vbi *in loco afflictionis.* habet 70. *In Sur Oreb* interpretatus eſt Symmachus, ne illam, quæ Gedeone Madianitarũ duce, ſed quę per Moſen inflicta eſt plagã intelligeremus. Sur enim ipſe ſoluendo vocabatur, eratque monti nomen Oreb, cum & eodem tempore ſunt maſculi omnes, ipſique adeò Madianitarum reges interruptione deleti.
Num.
f *Virgam ſuam in mare.* Quaſi: Antequam veniat ſuper te aggredietur Tharacam regem Aethiopiæ, & tranſibit mare rubrum, & leuabit virgam ſuper Aegyptũ & ſic cum multo exercitu reuertetur contra Ieruſalẽ.
g *Et iugum eius de collo tuo.* 4. Re
⁜ Procopius. Habet Regũ hiſtoria Aſſyrium tributi E nomine trecenta auri talẽta Ezechiæ imperaſſe, ad quorum ſolutionẽ ſacros theſauros, & regios neceſſe fuit exhauriri, quod iugi nomine non immeritò ſignificatum eſt.
h *Computreſcet iugum à facie.* Homil in eua
⁜ Gregor. Sub iugo quippe tenebamur dæmoniacę dominationis, ſed vncti ſumus oleo Spiritus ſancti. Et quia nos gratia libertatis vnxit, dominationis dæmoniacæ iugum putruit, Paulo atteſtante, qui ait, *vbi ſpiritus domini, ibi libertas.*

† Recenſuit exercitũ ſuũ. Diuiſio. † Tranſierunt vadum in Gabaa diuerſoriorũ pernoctarunt.

d *Paululum modicumq́;* Hoc longo tempore poſt completum eſt: ſed omnia ſæcula ęternitati (in qua omnia præſentia ſunt) comparata momentanea ſunt.

h *Tranſierunt curſim. Gabaa ſedes, &c.* Præteritum pro futuro more prophetico.

c *In pe-* ... *Confor-* 2. Co
F

C
## NICOLAVS DE LYRA.

⁎ 1 Conſummationem enim, & abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet in medio. *Ideſt in Iudæa, quæ eſt in quarto climate terræ habitabilis, quæ diuitur in ſeptem climata: & ibi fuit percuſſus exercitus Sennacherib ex diuina iuſtitia. Sicut enim pater pius gaſtigato filio proijcit virgam in ignem, ſic pater miſericordiarum Deus Sennacherib cum ſuo exercitu, qui erat virga domini ad gaſtigandum populum ſuum, vt prædictum eſt, facta debita gaſtigatione proiecit in ignem materialem, & in ignem gehennę, vt prædictum eſt. Sennacherib tamen in perſona propria non fuit combuſtus corporaliter, ſed fugiens ad terram ſuã ibi interfectus fuit à filijs ſuis miſerabiliter 4. Reg. 19.*

2 Propter hoc. *Poſita Aſſyriorum punitione, hic conſequenter ponitur Ezechiæ, & populi ſui conſolatio, ſecundò ponitur reditus Sennacherib in Iudæam, & ſui exercitus percuſſio ibi:* Veniet. *Circa primum dicitur:* Propter hoc, *ſcilicet propter punitionem Aſſyriorum à Deo prædictam.*

3 Hæc dicit dominus. *Cuius verbum eſt infallibiliter verum.*

4 Noli timere populus meus. *quia ibi vigebat diuinus cultus ideo ſpecialiter dicitur Dei populus.*

5 Ab Aſſur. *Ideſt à rege Aſſyriorum, & eius virtute.*

6 In virga enim percutiet te. *Ex mea ordinatione ad tuam caſtigationem, & non ad delectionem.*

7 Et baculum ſuum leuabit. *Ideſt ſuper Ieruſalem.*

8 In via Aegypti. *Sennacherib enim cum eſſet in Iudęa eam deuaſtans, audiuit nuntium de Taracha rege Aethiopum, quòd egreſſus erat de terra ſua ad pugnandum contra eum, vt habetur 4. Reg. 19. & tunc receſſit de Iudæa, vt iret obuiam ei, & ſic via ſua erat verſus Aegyptum: & tunc miſit nuntios, & litteras, quibus comminabatur Ezechiæ, & populo eius de deſtructione eorum in ſuo reditu, & hoc eſt quod dicitur:* Et baculum ſuum leuabit ſuper te in via Aegypti, *ideſt exiſtens in via verſus Aegyptum comminabitur tibi, verumtamen, quia illa comminatio non habuit effectum, quia in illo reditu exercitus Sennacherib fuit percuſſus per Angelum, vt habetur infra. Ideo dicitur:* Leuabit baculum ſuum: *Et non dicitur percutiet, quia illa comminatio non habuit effectum. Ideo ſubditur.*

9 Adhuc enim paululum. *Quia poſt paucos annos redit Sennacherib ſcilicet poſt duos, vt dictum fuit 4. Reg. 19. & tunc fuit percuſſus eius exercitus: Ideo ſubditur:*

10 Et conſummabitur indignatio mea. *Ideſt vindicta.*

11 Et furor meus. *Scilicet Sennacherib, & ſui exercitus:*

12 Et ſuſcitabit ſuper eum dominus. *Ideſt Angelum percutientem ipſum.*

13 Iuxta plagam Madian in petra Oreb, & virgam ſuam ſuper. *Quia percuſſio exercitus Sennacherib fuit miraculoſa, ſicut & percuſſio Madianitarum, de qua habetur Iudic. 7. f. Et percuſſio Aegyptiorum in mari rubro de qua habetur Exod. 14. ideo ſubditur*

14 Et leuabit eam in via Aegypti. *Hoc eſt, ſicut leuauit potentiam ſuam ad percutiendum Aegyptios perſequentes Hebræos in via maris rubri exeuntes de Aegypto, vt habetur Exod. 14.*

15 In die illa. *Scilicet percuſſionis exercitus Sennacherib.*

16 Auferetur onus eius. *Ideſt grauamina, quę tibi inferebat.*

17 Et computreſcet iugum à facie olei. *Ideſt diuinę miſericordię, quia dominus condeſcendens Ezechiæ interfecit exercitũ Sennacherib per Angelum, & ipſum Sennacherib per filios ſuos, vt dictum eſt ſuprà.*

18 Veniet in Aioth. *Hic deſcribitur reditus Sennacherib in Iudæam, vbi tunc fuit eius exercitus percuſſus, cum dicitur.* Veniet in Aioth. *Nomina ſunt ciuitatum per quas veniebat contra Ieruſalem.*

19 Apud Machmas commendabit vaſa ſua. *Ibi enim in quodam fortalitio repoſuit partem ſupellectilis ſuę, vt expeditius veniret ad deſtruendum Ieruſalem. Ideo dicitur.*

20 Tranſierunt curſim. *Quia feſtinanter ibãt verſus Ieruſalẽ.*

21 Gabaa ſedes noſtra. *Ideſt, illuc poterimus venire ad figendũ tentoria hoc dicebat Sennacherib ad incitandum exercitum defeſtinatione cõtra Ieruſalem.*

22 Obſtupuit Rama. *Ideſt habitatores eius audientes aduentum Sennacherib, quia Rama eſt ciuitas prope Gabaa.*

23 Gabaa Saulis fugit. *Ideſt habitatores eius non audentes ex-*

⁜ *pectare*

A a *Confortamini adhuc dies eſt.* Poſtquam Sennacherib tetendit in Nobe tentoria, volens mane expugnare Ieruſalem, non ceſſauit vſque in mediam noctem minari deſolationem Ieruſalē, dicens: En, iſta ſola ciuitas liberari de manu mea poterit?

b *Ecce dominator dominus exercituum, &c.* Dixit pueri nomen de virgine naſcitur, ſ. Emmanuel, & poſtea in vtero prophetiſſæ concepti, ſ. accelera, ſpolia detrahe fe. præ. & ꝙ eſſet lapis offenſionis duabus domibus Iſrael. Sed nunc antequam dicat, ꝙ de Ieſſe, & Dauid ſit naſciturus, per translationē deſcribit eius paſſionē.

✲ Procopius. Adgentes iam ſermonem conuertit. Erant. n. ipſarum principes deſpecto conditoris cultu B idola amplexi, & animi ferocitate valde tumidi.

a ¶Quia duæ ſunt huius nominis. b ¶Hoc audito. ¶Ergo. ¶Nimio vlulatu hinnes. ¶Equorum more.

Saulis fugit: Hinni voce tua filia Gallim at-

¶Ciuitates Iſrael per quas tranſiuit. a ¶Ideſt declina te diligenter impetum currentis. b ¶Quia. ¶Iam. ¶Fugit. ¶Ciuitates Iudæ Medemena & Gabbim.

tende Laiſa, paupercula Anathoth. Migrauit

a ¶Quaſi: Qui habitatis in collibus, quod ſignificat Gabim b ¶Sennacherib ad exercitum dicit. ¶Arma capite.

a Medemena, habitatores † Gabim, conforta-

¶Quaſi: ſufficit hora diei vt in Nobe figat tentoria. b ¶Ciuitas in lu...ra, de qua fuit Gesbi vnus de triginta principibus Dauid.

mini, adhuc dies eſt vt in Nobe ſtetur. Agita-

a ¶Minas, potentiæ. b ¶Sion mons eſt, in cuius colle Ieruſalem eſt.

bit manum ſuam ſuper montem filiæ Sion,

a ¶Prophetia de paſſione domini. ¶Sed. b ¶Pater.

b collem Ieruſalem. Ecce dominator dominus

a ¶Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis. ¶In paſſione. b ¶Corpus Chriſti terrenum.

exercituum † confringet laguncula in ter-

a ¶Quia terræ motus factus eſt magnus, monumenta aperta ſunt. b ¶Iudæi. c ¶In vindictam paſſionis Chriſti. ¶A terra ſua. d ¶Superbi.

rore, & excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſubli-

¶Deficientur. a ¶Sic vocat Ieruſalē propter multitudinem populi translatiuè.

mes humiliabūtur, & ſubuertētur condenſa

¶Romanorum. a ¶Ieruſalem vel templum. b ¶Sacerdotibus. vnde: Aperi libane portas tuas, & deuoret ignis greſſus tuos, & cedros tuas.

ſaltus eius ferro, & libanus cū excelſis cadet.

D Aiūt
1 . n. nonnulli quia de Salua-
2 toris aduentu ſermonem
inſtituat, eorum qui legis
vmbra ſuperbè olim glo-
3 riabantur, euerſionem de-
4 nuntiare. Per Libanum aūt
5 quod cum excelſis cadet,
templum ipſum cū elatis
6 tumidiſq; ſacerdotib. intel
7 ligit. Libanum & Ieruſalē
8 nuncupare ſolet ſcriptura,
vt Zacharias, *Aperi Liban portas tuas & depaſcatur ignis* Zach. 11.
9 *cedros tuas.* Vbi ſupra.
10 ✲ Rupertus. De confra-
ctione lagunculæ diuerſa †excindit ramum in robore.
11 diuerſorum ſententia eſt.
Alij volunt per hanc Chri-
ſti paſſionem ſignificari, ꝙ
12 volēte Deo caro eius mor
13 ti tradita ſit, vt Iudæorum
14 ſublimitas deſtruatur, &
15 excelſi corruant in terrā & E
Libanus cū ſuis cedris ſuc-
16 cidatur. Alij volūt hunc lo
cum dici etiam de Aſſyrio.

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ *pectare aduentum Sennacherib. Et dicitur Gabaa Saulis, quia Saul eam inhabitauit, vt habetur* 1. *Reg.* 22. *Et tempore eius fuit ibi ſedes regia.*

1 Hinni voce tua. *i. geme præ anxietate & aduētu Sennacherib*

2 Filia Gallim. *Gallim eſt mons in quo eſt ciuitas, quæ dicitur filia montis illius, eo quòd eſt ibi fortalitium, vnde ciuitas illa defenditur, ſicut filia per matrem.*

3 Attende Laiſa. *ſ. aduentum Sennacherib, vt ibi caueas.*

4 Paupercula. *ciuitas eſt vnde fuit Ieremias propheta, quæ dicitur paupercula, quia fuit ab exercitu Sennacherib ſpoliata.*

5 Migrauit Medemena. *i. habitatores eius fugerunt præ timore Sennacherib.*

6 Habitatores Gabim. *ſimiliter fugerunt. Quod autem ſequitur, dicitur in perſona Sennacherib feſtinantis verſus Ieruſalem, dicentis exercitui ſuo.*

C 7 Confortamini. *Talis. n. mutatio in modo loquendi fit frequenter in prophetis, eſt enim Nobe locus prope Ieruſalem, ad quam euertendam feſtinabat, ideo ſubditur.*

8 Agitabit manum ſuam. *i ſui exercitus virtutem.*

9 Super montem filiæ Sion. *quia ciuitatem & templum intendebat deſtruere quod erat in monte Sion: ſed quia fuit defraudatus ab intento ex percuſſione ſui exercitus per angelum, etiam antequā obſideret Ieruſalem, vt dictum fuit* 4. *Reg.* 19. *Ideo ſubditur.*

10 Ecce dominator dominus. *i. exercitus Sennacherib virtutem. Laguncula. n. fit de terra, ideo ſignificat humana corpora, quæ a domino ſunt de terra, corpora verò bellatorum Sennacherib fuerūt in cineres redacta.*

11 In terrore. *quia Sennacherib mane conſurgens, & contritionē ſui exercitus videns territus fugit.*

12 Et excelſi ſtatura. *i. principes ſui exercitus.*

13 Succident. *i. interficientur ab angelo, ſicut arbor q̄ ſucciditur*

14 Et ſublimes humiliabuntur. *i. ſuperbi, quia Sennacherib cum paucis fugit, a ſuperbia ſua deiectus.*

15 Et ſubuertentur. *i. multitudo ſui exercitus deſtruetur virtute angeli. Quæ hic dicitur ferrum metaphoricè, quia ferrum domat omnia, vt habetur Dan.* 2. *f. Et nulla virtus humana poteſt reſiſtere virtuti angelicæ.* F

16 Et libanus. *i. Sennacherib cum principibus ſuis: fugiens. n. ad terram ſuam interfectus fuit ibidem.*

## ADDITIO.

*In cap.* 10. *vbi dicitur in poſtilla.* Quod autem ſequitur de perſona Sennacherib.

*Hoc quod dicitur.* Confortamini, adhuc dies eſt, &c. *Similiter poteſt intelligi in perſona Iſaiæ fuiſſe dictum, ſicut & præcedentia & ſequentia vſq; ad finem capitis. Ad quod ſciendum, ꝙ poſtquam propheta denuntiauit reditum Sennacherib in Iudæam nominans ciuitates, per quas veniebat contra Ieruſalē, dicens: Veniet in Aioth, & oſtendens quō ciuitates obſtupebant, & aliqui fugiebant præ timore ſuorum, vt cum dicit: Obſtupuit Rama, Gabaa Saulis fugit, migrauit Medemena ſimiliter & habitatores Gabim, ſcilicet fugerunt, prout in poſtil. Conſequenter reuertitur propheta ad confortandum eos, ſimiliter ad conſolandum a prædicto timore & fuga, dicens: Confortamini: adhuc dies eſt, vt in Nobe ſtetur. Et eſt ſenſus: Nolite timere tumultum huius inimici Sennacherib, quia adhuc eſt dies, ſcilicet in propinquo, vt in Nobe, quæ eſt quædam villa parua, quæ erat ſacerdotum. Stetur, ſcilicet ſecurè & ſine fuga ſublato timore: & quomodo hoc fiat, declarat ſubdens: Agitabit manum ſuā ſcilicet dominus Deus ſuper montem filiæ Sion, & collem Ieruſalē, ſcilicet ad protegendum eā. Et qualiter hæc protectio fiat, oſtēdit dicens: Ecce dominator dominus exercituū, confringet lagunculā, ſcilicet exercitum Sennacherib. Et exponantur cætera ſicut in poſtilla.*

## CAP. XI.

ET *egredietur virga.* Hic a ro. Vſq; ad principiū viſionis Babylonis prophetia eſt de Chriſto, q̄ per partes explanamus, ne lectoris memoriam confundamus.

## CAPVT XI.

¶Sed prius. ¶Quia. ¶Prophetia de natiuitate. a ¶Tumidis. ¶Maria. b ¶De ſtirpe Dauid

ET egredietur virga de radice Ieſ- 1

a ¶Chriſtus virtutum flos, corona angelorum, ſertum electorum. ¶Manſuetus. b ¶Ieſſe. †

ſe, & † flos de radice eius aſcendet. 2

a *Egredietur.* Virgam & florē Iudæi ipſum Chriſtum interpretantur, quia in virga, regnantis potentia: in flore, pulchritudo. Nos per virgam, Mariam

## NICOLAVS DE LYRA.

### Cap. XI.

✲ ET egredietur. *Hic propheta reuertitur ad deſcribendū Chriſti myſterium, quod erat ſuum principale intentū. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur huius myſterij deſcriptio, ſecundò ſubditur gratiarū actio pro tanto beneficio, ca. ſe. Prima in tres: quia primò deſcribitur ipſius Chriſti natiuitas, ſecundò eius ſanctitas, ibi: Et requieſcet, tertiò ſublimitas, ibi: In die illa. Circa primū ſciendū quòd iſtud caput exponitur ad literā de Chriſto a doctoribus Hebræis & catholicis, vnde in trāslatione Chaldaica ſic habetur: Exibit rex de filijs Iſai, & Meſſias de filijs filiorū eius, &c. Iudæi tamen hoc expectant futurum. Chriſtiani verò hoc dicunt eſſe impletum in Ieſu Nazareno. Et ſecundum hoc dicitur hic.*

1 Et egredietur virga. *i. virgo Maria, quæ dicitur virga gracilis paupertate & humilitate flexibilis pietate.*

2 Et flos de radice eius aſcēdet. *i. Chriſtus, qui dicitur flos ...*

## MORALITER.

† 1 *Egredietur virga.* Caput iſtud literaliter exponitur de Chriſto. Moraliter autem poteſt exponi de bono ipſius vicario, ſcilicet de bono Papa in tota eccleſia, & epiſcopo bono in diœceſi vna; & primò quantum ad eius creationem, cum dicitur: *Egredietur virga* Ideſt paſtor bonus cuius eſt ferre virgam paſtoralem.

† *De radice Ieſſe.* i. incendij. nam ex inſpiratione ſpiritusſancti debet inſtitui.

2 *Et flos de radice eius aſcendet.* i. puritas, & decor ſanctitatis apparebit in operibus ſuis.

A Mariã intelligimus,cui nullus frutex adhæſit.vnde:Virgo concipiet & pa.fil.& florem Chriſtum,qui dicit: *Ego ſum flos campi & lilium conuallium.* In euangelio Nazareorũ (quod Hebraicè ſcriptum eſt) ita habetur?Factum eſt autem cum aſcendiſſet dominus de aqua, deſcendit fons omnis ſpiritus, & requieuit ſuper eum, dixitq; illi: Fili in omnibus prophetis expectaui te vt venires, & requieſcerem in te.tu es.n. requies mea, & tu es filius meus primogenitus,qui regnas in ſempiternum.

Supra.7.c. Canti.2.a.

* Origenes.Dicitur Chriſtus exire virga,& flos aſcẽdere,quia ſingulis diuerſus efficitur: ei qui ſegnior eſt & negligentior fit Chriſtus virga aſcẽdet ſed exit. Execũdum namque eſt qui ſegnior eſt,de eo ſtatu in quo eſt, & tranſeundum ad alium in quem virga compellit. Ei vero iuſto qui ſicut palma floret,dicitur Chriſtus aſcẽ-

Hom.9.in Numeros.

a ¶A conceptione perpetua. ¶Chriſtum. b ¶In quo eſt libertas, quia ſpiritus dominus eſt.

a Et requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpi-

a ¶Ipſe enim Dei virtus & Dei ſapientia eſt. ¶Vnde: Omnia in ſapientia feciſti.

b ritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij

a ¶Vnde:Non accepiſtis ſpiritum in timore, ſed ſpiritum adoptionis,in quo clamamus Aba pater.

& fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & † pietatis,

a ¶In effectu initialis. b ¶Caſti permanentis.

c tis, & replebit eum ſpiritus timoris domini.

d Non ſecundum viſionem oculorum iudi-

a ¶Dicentibus: Magiſter ſcimus,quia verax es,&c.Reſpondit: Quid me tentatis hypocritæ. b ¶Exteriorum.

* cabit, neque ſecundum auditum aurium

B dere vt flos, vſquequo afferat fructus ſpiritus, qui ſunt charitas,gaudium,pax.

lib. de carne Chriſti. ✠ Tertulianus. Ipſe Chriſtus eſt flos de virga, nata de radice Ieſſe:radix autem Ieſſe,genus Dauid,virga ex radice,Maria ex Dauid:flos ex virga, filius ex Maria,ipſe erit & fructus ventris: flos.n. fructus, quia per florem & ex flore omnis fructus.

lib.3.off.c 14 ✠ Ambroſius. Virga eſt verbum directum,regale,plenum poteſtatis, inſigne imperij: virga ſerpens facta eſt, qm̃ qui erat filius Dei, homo factus eſt ex virgine, qui quaſi ſerpẽs exaltatus ĩ cruce,medicinã vulnerib.infudit

Sermone 8. de tempore. ✠ Auguſtinus. Virga crucis myſterium præferebat Sicut.n. per virgam Aegyptus decem plagis percutitur,ita per crucem totus mundus humiliatur & vincitur. Et ſicut Pharao & populus Aegyptius affligitur per virgam, vt populum Dei dimittat,ita diabolus & angeli eius fatigantur per crucis myſterium, vt a Dei cultu reuocare non poſſint populum Chriſtianum.

lib.2. cõmenta.in Iſa.Sap. 6. ✠ Rupertus.Vide quàm pulchra oppoſitio.Supra oſtẽdebatur ille ſpiritualis Aſſur,virga furoris domini, & in manu eius baculus indignationis eius.Ecce autem virga gratiæ (Maria) virga requiei domini,& in illa flos in quo habitet.

a *Et requieſcet.*quia in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis,vnde:*Super quem videris ſpiritum deſcendentem.*

b *Spiritus.*Sicut ſermo dñi,lux,vita,& reſurrectio vocatͣ, ſic ſpiritus ſapientiæ intellectus conſilij,& for. ſcientiæ &

C pie.&

pie.& timoris domini Non ꝙ diuerſus ſit iuxta differentias nominum,ſed vnus & idem eſt fons cunctarum virtutum.Sine Chriſto ergo nec ſapiens quis eſt,nec intelligens,nec conſiliarius, nec fortis, nec eruditus,nec timore domini plenus. Hi ſunt ſeptem oculi in lapide vno ſecundum Zachariam. D

Zach.3.d.

✠ Gregor. Nazianzenus.

1 Operationes Spiritusſancti (arbitror) Iſaias appellat ſpiritus, quos ſeptem dicit,

2 & infra requieuiſſe ait ſu-

3 per dominum ſeptem ſpiritus idem propheta Iſaias.

Orat. in Pentecoſtem

✠ Procopius. Hæc non ſibi ſed nobis, qui ſumma

4 bonorum penuria labora-

5 mus,aſſumpſit.

†timoris domini.h ſe beneſ tem in t re domin Vbi ſup

✠ Rupertus. Spiritus intellectus in eo requieuit,

6 ſciuit.n.quib. aperiret myſteria Dei, quibuſve loqueretur in parabolis, nec dæmones admittebat confitentes ipſum eſſe Deum,nec indignis loquebatur myſteria Dei, imò prohibebat ſanctum dari canibus. Spiritus quoq; conſilij requieuit,vnde:*Hæc abſcondebat ſapientibus & reuelabat paruulis*. Spiritus quoq; fortitudinis, cuius ſibi conſcius,nemo,ait,*poteſt rapere de manu patris mei.*Spiritus ſciẽtiæ, quia de omni ſcriptura tẽpori vel rei congruas proferebat ſententias, ita vt mirantes dicerent aduerſarij, *Quõ hic literas ſcit?* Spiritus pietatis, quia ſemper intentus fuit,vt vitam daret mortuis,mitemq; patientiam habẽs, reddidit bona pro malis. Spiritus timoris domini,ita vt pro delitijs haberet,cum voluntate patris ſaturari opprobrijs, dicens ſemper verbis & factis, Pater non mea ſed tua voluntas fiat. E

*ſuorum

c *Et replebit eum ſpiritus*. Spiritualiter propter paruulos qui timore indigent,quem foras mittit perfecta charitas Qui.n.timet,pœnam habet,& non eſt perfectus in charitate,vnde:*Timorem domini docebo vos.*

1.Io.4.d. Pſal.33.c Act.10.c

d *Non ſecundum.*Non accipiet perſonã,quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente quæ timet Deum,acceptus eſt illi,vnde ait: *Væ vobis ſcribæ, & Phariſæi.* F

Matth. Ibidem.

✠ Irenæus. Secundum id quod verbum Dei homo erat ex radice Ieſſe, & filius Abrahæ, requieuit ſpiritus Dei ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus. Secundum quod Deus erat,non ſecundum gloriam iudicabat neq; ſecundum loquelam arguebat,non.n. opus erat illi,vt quis teſtimonium ei diceret de homine, cum ſciret ipſe quid eſſet in homine.

✠ Ruper-

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ritatis:quoniam nullum peccatum actuale ſeu originale habuit in eo locum.Et quia protulit fructum noſtræ ſalutis.Hebræi autem exponunt vtrumque de Chriſto, qui dicitur hic virga, propter regiam dignitatem & flos,propter vitæ puritatem.Et dicitur aſcendiſſe de radice Ieſſe,quia pater Dauid vocatus fuit Iſai & Ieſſe: Chriſtus autem deſcendit de Dauid ſecundum eos.*

Diuiſio.

1 Et requieſcet ſuper eum.*Hic conſequenter deſcribitur ipſius Chriſti ſanctitas: Et primò in ſeipſo,ſecundò in corpore eius myſtico,ibi: Et erit iuſtitia.Circa primum dicitur:* Et requieſcet. *qa in baptiſmo eius apparuit ſpiritusſanctus in ſpecie columbæ ſuper eum Mat.3.ad deſignandũ plenitudinẽ omnis gratiæ in eo,ideo ſubditur*

2 Spiritus ſapientiæ.*i.dator ſapientiæ,vel Spiritus qui eſt ſapientia,& ſic intelligitur de alijs,cum dicitur.*

3 Et intellectus.*Et enumerantur hic ſeptem dona ſpiritusſancti quorũ ſufficientia ſic accipitur.Dona.n. Spiritusſancti perficiunt animam,ad hoc ꝙ ſit bene mobilis ſecundum inſtinctum ipſius Dei,tãquam a quodam motiuo principio ſuperiori,ſecundum illud Ro.8.c.* Quicunq; enim ſpiritu Dei agũtur, hi filij Dei ſunt, *& ideo dona ſunt in ratione,& volũtate.Ratio verò ſpeculatiua eſt,& practica & in vtraq; cõſideratur apprehẽſio veritatis,quæ pertinet ad inuentionem & iudiciũ de veritate.Ad apprehenſionẽ igitur veritatis perficitur ſpeculatiua ratio per donum intellectus: practica verò per donum conſilij.Ad rectè verò iudicandũ ſpeculatiua ratio perficitur per donũ ſapientiæ,practica verò ꝑ donũ ſcientiæ.Voluntas autem in his quæ ſunt ad alterum perficitur per donum pietatis. In his autem quæ ſunt ad ſeipſum perficitur per donum fortitudinis contra terrorem periculorum.Cõtra concupiſcentiam verò inordinatam delectabilium perficitur per donum timoris, ſecundum illud Prou.16.c.* In timore domini declinatur a malo, *& ſic patet quòd dona ſe extendunt ad omnia ad quæ ſe extendunt virtutes intellectuales & morales.Iſta autem dona perfectiſſimè fuerunt in anima Chriſti, quæ fuit perfectiſſima in omnibus donis & chariſmatibus ſpiritusſancti.*

4 Non ſecundum viſionem oculorum.*ſ. corporalium.*

5 Iudicabit.*Quod exponit Ra. Sa.dicens,quòd Meſſias iudicabit per ſcientiam Dei in eo exiſtentem, per quam cognoſcet quis ſit innocens,& quis reus: & in hoc benedicit: Sed ſecundum catholicos iſta ſcientia Dei exiſtens in Chriſto duplex eſt. Vna increata, quæ conuenit ei inquantum Deus,de qua dicitur* 1.Regum 16.b. Homo videt ea quę patent,Deus aũt intuetur cor.*Alia creata quę competit ei inquantum homo,diuinitus tamen ei data, & iſta ſcientia ſe extendit ad omnia quæ cognoſcit Deus ſcientia viſionis ſcilicet ad omnia quæ ſunt, fuerunt vel erunt,ſecundum quamcunque differentiam temporis quantumcunq; ſint occulta. Et ſic de vtraque ſcientia verificatur in Chriſto,quòd per ſcientiam Dei in eo latẽtem cognoſcit cordium occulta. Et ad idem refertur quod ſubditur.*

6 Neq; ſecundum auditum arietum.*i. non indigebit edoceri de veritate ab aliquo, quia per ſeipſum cognoſcet & hoc impletum fuiſſe dicitur in Chriſto, Ioan.2.d. Opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine: ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.*

✠ 1 Sed

## MORALITER.

† 1 *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, &c.*i.Spiritusſancti ſeptiformis gratia·

4 *Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit,&c.*i. ſine perſonarum acceptione.

1 † *Et*

a ¶Spiritu, quorum eſt regnum cœlorum. ¶Apoſtolis.
a arguet : ſed iudicabit in iuſtitia pauperes,
& arguet in æquitate † pro manſuetis ter-
a ¶Corrigendo. ¶Doctrina euangelij. b ¶Terrena opera. ¶Terrenos. c ¶Lxx. verbo. d ¶Ideſt potentia ſui præcepti. ¶Solo verbo ſuo. ideſt præcepto.
b ræ. Et percutiet terram virga oris ſui, † et
¶Sancto. a ¶Increpaſt gentes & per jt impius. ¶Antichriſtum ſecundum Apoſtolorum.
c ſpiritu labiorum ſuorum interficiet im-
a ¶Percuſſo impio. ¶Iuſti omnes. vnde: His omnibus velut veſtimento veſtieris.
pium. Et erit iuſtitia cingulum lumbo-
d rum eius, & fides cinctorium renum eius.
a ¶Saulus cum Anania, & huiuſmodi. b ¶Superbus. ¶Qui non mutabant varietatem.
e Habitabit lupus cum agno, & pardus

A ✻ Rupertus. Omnia quæ de hac virga & flore eius dicuntur repugnantia ſunt, dictis Aſſur arrogantis. Dicebat ille, *Nunquid non principes mei ſimul reges ſunt?* De iſto aũt ſpirituſſanctus dicit, *Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neq; ſecundum auditum aurium arguet*. Hoc veriſſimè dictum eſt. Non. n. ſecundum perſonam primatos quoſlibet elegit, quos faceret ſenatores celi, quib. daret claues regni ſui. Non ſecundum auditum aurium arguit, vt loquentes aſſumeret, quos faceret cauſidicos veritatis ſed idiotas, & homines ſine literis. Et iudicauit in iuſtitia pauperes, Apoſtolos .ſ. quos iudicauit iuſtitia fidei, per quã Abraham iuſtificatus eſt, & Petrus ob fidei confeſſionem.

[margin: ...ſ. c. 7. — ...bm. 4. — Mat. 16.]

a *Arguet*. Phariſæos & reprehendentes Apoſtolos, quando in ſabbatho ambulãtes per ſata: ſpicas vellentes manibus confricabant, & manducabant.

✻ Clemens. Alexan. Vide pædagogi curam, ſapientiã, & poteſtatem. *Non ſecundum opinionem iudicabit, neque ſecundum loquelam arguet, ſed iudicabit humili iudicium & arguet peccatores terræ*. Et per Dauid, *Caſtigans caſtigauit me dominus, & morti non tradidit me*. A domino .n. caſtigari, & tanquam pædagogo erudiri, eſt a morte liberari.

[margin: ...r. e pe... ...g ap. 7. ...n. 17.]

B b *Virga oris ſui*. Poteſt per virgam ſententia iudicij intelligi. In principio. n. prædicationis dixit: *Penitentiam agite, appropinquabit enim regnũ cælorum*. Et ſubiunxit: *Omnis arbor quæ non facit fructus bonos, exci[d]etur & in ignem mittetur*.

c *Interficiet impium*. Si. n. Michael interficiet (vt quidam dicunt) ipſe Deus tamen in Michaele hoc faciet.

d *Fides*. Fideles bene operando adhærebunt ei qui factus eſt ſapientia, iuſtitia, & ſanctificatio, qui ait: *Ego lux & vita*. vnde: *Veritas de terra orta eſt*. Et alibi: *State ergo accincti lumbos veſtros in veritate*.

[margin: 8. — 8 b. — 6. — 4. — 2 e.]

e *Lupus cum agno*. Paulus cum Petro, vnde: *Beniamin lupus rapax*. Et: *Paſce oues meas*. |*Habitabit lupus cum agno*. Nota agnus & hædus habitant cum lupo & pardo, ſed lupus & pardus, agni & hædi imitãtur innocentiã .ſ. Chriſtum.

[margin: ...ones be... indué... Meiæ ...ſuſcent.]

Hieron. *Habitabit lupus*. Iudæi noſtri Iudaizantes contẽ-
C dunt, ꝙ in aduentu Chriſti quẽ expectant, in fine mundi omnes beſtiæ manſueſcent. Quos interrogamus: ſi omnia ad literam accipimus, quõ rebus incorporeis (iuſtitia .ſ. & veritate) renes domini circuncidentur? & quid dignum ſit maieſtate domini, vt lupus & agnus paſcantur & ſimilia. Si aũt reſponderint hæc pro beatitudine futu- D
ra, vt homines ſecuri fruã-
1 tur bonis, audiant nihil bo
2 num niſi virtutem eſſe, &
nihil malum niſi vitium.
Vnde: *Cohibe linguam tuam a*
*malo, & labia tua ne loquantur*
3 *dolum: declina a malo, & fac bo-*
4 *num*. Diuitiæ aũt & ſanitas
corporum, & omniũ abun
5 dantia his contraria, etiam
apud philoſophos, nec bo-
na dicuntur, nec mala. Vn-
6 de Stoici: qui in pleriſque
7 noſtro concordant dogma
ti, nihil dicunt bonum, niſi
8 ſolam honeſtatem & virtu
9 tem, nihil malum niſi tur-
10 pitudinem.

[margin: † Propter manſuetos. — Pſal 33. c. — † 2. Theſ. 2. b — Bonũ & malum quomodo & quæ dicantur.]

✻ Euſebius. Quæ de feris manſuefaciendis, in eius aduentu per prophetam dicuntur, per figuram referri poterunt ad mores immites, & ad victus hominum feros qui per Chriſti doctrinam feritatem priorem abiecerint. Horum figuratus ſenſus aperietur, ſi quis radicem Ieſſe & virgam & florem ad ſenſum conuertens interpretetur, exponeturque quo pacto intelligatur iuſtitia latera cinxiſſe, & veritate lumbos induiſſe. Sicut. n. hæc non aliter poſſumus quam per figuratam locutionem interpretari, ita accipere oportet, quæ varijs in locis ſub animalium nominibus proferuntur.

[margin: Lib. 7. de demonſtr. c. 9.] E

✻ Origenes. Exiſtimarunt Iudæi lupum in aduentu Chriſti paſci cum agnis, pardum requieſcere cum hędis, vitulum paſci cum leone. Horum igitur nihil geſtũ eſſe ſecundum hiſtoriam peruidentes, in quib. præcipuè ſigna aduentus Chriſti obſeruanda credebant, ſuſcipere præſentiam domini noſtri Chriſti nolebant.

[margin: Lib. 4. periarchon. c. 2.]

Vitulus & ouis, humiles & innocentes, carnem ſuam Deo mortificando conſecrantes. Hæc. n. animalia ſacrificijs ſunt deputata. Hanc diuerſorum morũ coniunctionẽ in linteo quod Petro de cęlo quatuor initijs demiſsũ eſt, per quæ quatuor mundi plagas intelligamus: erant ibi quadrupedia, & ſerpentes, & beſtiæ, & volucres cęli, figurari non dubitamus, vt quod arca in diluuio, hoc præſtet eccleſia in mundo. Leo

[margin: Act. 11. a.]

✻ NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed iudicabit. *ſ. euangelicos, iudicans eos diuitijs cæleſtibus dignos, Matth. 5. a.* Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

2 Et arguet. *Quod fuit impletum, quando Phariſæos arguit pro apoſtolis, quos falſo notabant de tranſgreſſione ſabbathi, Mat. 12. a.*

3 Et percutiet terram. *i. homines terrenos.*

4 Virga oris ſui. *i. doctrina ſua arguendo eorum peccata.*

5 Et ſpiritu labiorum ſuorum, &c. *i. Antichriſtum, ſecundum quod dicitur 2. Teſſa. 2. b.* Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui.

6 Et erit iuſtitia. *Hic cõſequenter deſcribitur ſanctitas in Chriſti corpore myſtico, cũ dicitur:* Et erit iuſtitia cingulũ lumb. eius.

7 Et fides. *i. iuſti & fideles adhærebunt ſibi, ſicut cingulum & lumbare adhærent homini. Vnde translatio Chaldaica hic habet: Et erunt iuſti circumcirca ei, & agentes fideliter appropinquantes ei, & hoc patet impletum in apoſtolis alijsque diſcipulis & fidelibus ſibi per fidem & charitatem adhærentibus.*

8 Habitabit lupus. *Ex hoc. n. & ſequentibus dicunt Hebræi, quòd in aduentu Meſſiæ ſiue Chriſti, animalia quantumcunq; ferocia ſic domeſticabuntur, quod non nocebunt ad inuicem, nec etiam hominibus. Et ex hoc arguunt, quòd Ieſus Nazarenus non fuit Chriſtus in lege & prophetis promiſſus: quia iſta domeſticatio non eſt adimpleta temporibus eius. Sed Ra. Mo. iſtud dictum improbat, quantum ad domeſticationem animalium dicens: Nõ aſcendat ſuper cor, quòd in diebus Meſſiæ deficiet aliquid de via huius ſeculi, vel innouetur aliquid de operibus ſex dierum: ſed ibit mundus iuxta ſolitam viam & per conſequens animalia remanebunt in conditionibus ſuis naturalibus. Et ſic ex dicto Ra. Moy. patet defectus argumenti. Similiter patet ex textu, quia a principio huius capitis loquitur metaphoricè, cum dicitur: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, &c. vbi dicunt Hebræi: Et botrus de radice eius aſcẽdet, & ſecundum eos Meſſias ibi nominatur virga & botrus metaphoricè. Similiter quod dicitur; Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renũ eius. ſecũdum Hebræos iuſti, & fideles Meſſiæ adhærẽtes dicuntur metaphoricè, & eius cingulum & cinctoriũ, vt allegatum eſt ſupra per trãslationem Chaldaicam: & eadẽ ratione quod immediatè ſequitur.* Habitabit lupus cũ agno. *eſt metaphorica locutio: per quam intelligitur pacifica conuerſatio, & cohabitatio fidelium in primitiua eccleſia. ſecundum quod dicitur Act. 4. f.* Multitudinis aũt credentiũ erat cor vnũ, & aĩa vna, nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia. *& ſic quantuncunque fuiſſent ante diſcordes in actibus & moribus, vel modo viuendi, recepta fide Chriſti, & gratia ſpirituſſancti fiebant concordes in actib. moribus, & modo viuendi. & hoc eſt, quod dicitur.* Habitabit lupus. *Ideſt ille qui prius fuit raptor ſeuerus.* F

[margin: ...dẽ cum ar... ...meũ con... Chriſtũ, ...ôd õ fue... Meſias.]

9 Cum agno. *ideſt cum innocente & manſueto. Poteſt ẽt hoc exponi ſpecialiter de Paulo, qui fuit de tribu Beniamin, Phil. 3. a. Beniamin verò vocatur lupus. Gen. 49. d. Beniamin lupus rapax etc. & Paulus poſt conuerſionem ſuam habitauit quietè cum Anania ſimplice & innocente. Quia enim homines nominẽtur nominib. animalium patet, Gen. 49. vbi Iudas vocatur leo, Dan coluber, & Beniamin lupus. Hoc etiam patet ex cõmuni modo loquendi hominum: quod raptor vocatur lupus, iracundus canis, & mitis agnus, & ſic de alijs ſecundum diuerſas conditiones.*

10 Pardus. *ideſt habens maculas diuerſas ex diuerſis erroribus.*

*MORALITER.*

† 3 *Et percutiet terram.* ideſt cupidos terrenorum.
4 *Virga oris ſui.* ideſt ſententia ex ore ſuo procedente.
6 *Et erit iuſtitia cingulum lumborũ eius.* ideſt iuſti, & fideles adhærebũt ſibi, ſicut cingulũ vel lũbare adhęret corpori.
8 *Habitabit lupus.* ideſt feritatem magnorum ſuis monitis, & doctrinis reduces ad manſuetudinem, ita quòd habitabunt pacificè cum ſimplicibus perſonis.

A a *Leo quaſi bos,&c.* Principes enim huius ſeculi, & ſimplices, alij hiſtoriæ ſuperficie ſunt contenti: triticum.n.& medullam ideſt, interiorem ſenſum non intelligunt.

Hiſtoria oble ctat ſimplices b *Infans*. Chriſtus, vel Apoſtoli, malitia paruuli, ſenſu perfecti: qui dæmones eijciebant de corporibus obſeſſis.

✻ Procopius. Per aſpidū foramina & cubilia, hæreticorum latibula effugiaq; intellige in quæ qui in Chriſto pueri exiſtunt, tuto manus inijcere poſſunt. † Infrà 65. d.

Regulus c *Reguli*. Regulus rex omnium ſerpentium, qui flatū & viſu non ſolùm cætera, ſed & aues volantes necat, & diabolum ſignificat. Sancti ergo ablactati, qui ſcilicet iā ſolido cibo poſſunt vti, gaudent mitere manū prædicationis in cauernis aſpidis & reguli, vt diabolū eijciant de obſeſſis corporibus ſcilicet. † Vacca

† lactens

B d *Manum*.i.diuinam potētiam in comprehenſum exinde aſpidem vel regulū ideſt, diabolum tradet captiuum.

e *Quia repleta*. More ſuo in fine prophetalia verba panduntur, ne ad literam accipiantur.

✻ Procopius. Per montē ſanctum & eccleſiam intelligit. Quod autem addidit, *repleta eſt vniuerſa terra ſcientia domini,* ſicut aqua multa cooperit mare, eccleſiā quæ toto orbe continetur, pia doctrina, deiq; cognitione, quicquid habet ſcelerata vita ſalſuginis, multa veluti fluminis innundatione deleturam, ſignificat. † Ro.15.c. D

a ¶Humili peccatore in eccleſia. ¶Qui immolatus in paſcha, non qui a ſiniſtris. b ¶Nobilis atque ferox. ¶Prius ferociſſimus. c ¶Innocens pauper.

cum hædo accubabit. † Vitulus & leo & ouis 1

a ¶In eccleſia. b ¶Pertus piſcator & Andreas & alij. 2

c ¶Ducet. ¶In viam pacis. 3

ſimul morabuntur, & puer paruulus mina- 4

a ¶Innocens. b ¶Horrendus. c ¶Verbo Dei. 5

bit eos. † Vitulus & vrſus paſcentur ſimul, re- 6

a ¶Familiæ diſciplinæ domini coniunctæ, ipſis inter ſe coniunctis. 7

b ¶Rex. c ¶Ruſticus. 8

a quieſcent catuli eorum, & leo quaſi bos co- 9

a ¶Intellectum ſimplicem. ¶Non carnes. b ¶Alias ablactabitur c ¶A motus a carnalibus deſiderijs. 10

b medet paleas. Et delectabitur † infans ab vbe- 11

a ¶Malorum corda. b ¶Diaboli. ¶Occulte ſæuientis, 12

c re, ſuper foramina aſpidis: & in † cauernam 13

d a ¶Apertè ferientis. b ¶Diaboli. c ¶Prædicationis. 14

reguli qui ablactatus fuerit, manū ſuā mittet.

a ¶Serpentes. Diaboli. b ¶Aliquem fidelem.

Non nocebunt, & non occident, in vniuerſo 15

¶Eccleſia. a ¶Per apoſtolos. b ¶In omnem terram exiuit c ¶Euangelij.

e mōte ſancto meo: qa repleta eſt terra ſcientia 16

a ¶Terram ſcilicet fluctibus. ¶Alias res.

dn̄i, ſicut aquæ maris operientis. In die illa 17

a ¶Scilicet prædicta fient. b ¶Erit ¶De Iudæis credentibus. 18

c ¶Vt omnia trahat ad ſe. d ¶Crucis 19

f † radix Ieſſe qui ſtat in † ſignum populorū, ipsū 20

f *Qui ſtat in ſignum*. vnde: *Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui cōtra dicetur.* Lxx. Qui conſurget vt ſit princeps gentium, in ipſum gentes ſperabunt, & erit requies eius honor, i. mors eius glorioſa. Poſtquam de natiuitate eius & de cæteris ſacramentis dictum eſt, venit ad mortem quæ requies dicit, quia in Chriſto vita perpetua idē ſignificat ſepulchrum. Luc.2.

E ✻ Procopius. Quæ de feris anteà tropicè dixerat apertè iam ad gentes referri ſignificat. inde fit, vt quotquot in Chriſtum gētes & populi crediderunt oēs mortis eius ſalutare ſignum geſtare videamus. † cauer

✻ Euſebius. Solus.n.Chriſtus, vbi a morte ſurrexit, non Iudaico populo, ſed vniuerſis gentib. imperauit, adeò quidem vt ne vlla interpretatione indigere videatur oraculum.

Erit † vexilli

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Cum hædo.*i.cum ſimplici fideli.*

2 Accubabit .*i. commorabitur pacificè poſt ſuam conuerſionē ad fidem Chriſti: & ſic intelligitur de ſequentibus, cum dicitur.*

3 Vitulus.*i.homo prius ſuperbus.*

4 Et leo.*i.prius ſuperbus.*

5 Et ouis.*i.innocens.*

6 Et puer paruulus.*i.Chriſtus, qui ſuprà. 9. cap. vocatur paruulus, ducet eos ad voluntatem ſuam, quod adimpletum eſt in illis qui obediunt ei per fidem.*

7 Vitulus.*i.petulans, vt dictum eſt.*

8 Et vrſus.*i.ille qui prius fuit guloſus, & poſt fidem ſobrius.*

9 Paſcentur. *vniformiter viuendo, quia ſicut dictum eſt, in primitiua eccleſia omnia erant illis communia.*

C 10 Simul requieſcent catuli eorum .*i. filij & familiæ ipſorum.*

11 Et leo quaſi bos,&c.*i.ſuperbus & delicatus, cum ruſticano fideli, victu ſimplici erit contentus. Quod impletum fuit in primitiua eccleſia, vt dictum eſt, & quotidie impletur in religionibus, vbi nobiles & ignobiles, literati & illiterati victu ſimplici vniformiter ſunt contenti.*

12 Et delectabitur,&c.*i.de nouo renatus per baptiſmum.*

13 Super foramina aſpidis.*i.ſuper perſonas a dæmonib. obſeſſas, inde dæmones eijciendo, ſecundum quod dicitur Mar.vlti.d.* Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent,&c.

14 Et in cauernam reguli. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ per alia verba, quia dæmon qui prius vocabatur aſpis, hic iam vocatur regulus, qui eſt ſerpens venenoſus.*

15 Non nocebunt & non occident.*i. in eccleſia quæ dicitur mons ſanctus, ut dictū eſt ſuprà 2.c. In primitiua enim eccleſia credentib. dabatur poteſtas ſuper dæmonia, ſicut dictum eſt. Et quia iſta procedebant ex receptione fidei ad prædicationem apoſtolorū per orbem, ideo ſubditur.*

16 Quia repleta eſt terra,&c.*i.euangelio Chriſti.*

F 17 Sicut aquæ maris aperientis. *Quia tempore apoſtolorum fuit publicata fides catholica per orbem vniuerſum, ſicut declaratum fuit Pſal.18. ſuper illud.* In omnem terram exiuit ſonus eorum,&c.

18 In die illa radix Ieſſe. *Hic conſequenter deſcribitur ſublimitas Chriſti, ad quam peruenit inquantum homo per ſuam benedictam paſſionem, ſecundū quod dicitur Phil.2.a.* Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen,&c. *Et deſcribitur primò eius exaltatio ſecundò exaltationis diuulgatio, ibi:* Et erit. *Circa primum dicitur:* In die illa radix Ieſſe.*i. Chriſtus egrediens de radice Ieſſe, vt dictum eſt in principio huius capi. Et ad hoc denotandum vbi tranſlator ſecundum proprietatem grammaticæ debuit dicere, quæ, in fœminino genere: dixit qui, in maſculino: quia Chriſtus naturam humanam accepit in ſexu perfecto ideo ſubditur.* Diuiſio.

19 Qui ſtat in ſignum populorum .*i. in ſignum ſalutis gentium: & hoc fuit in ſua paſſione impletum, quando fuit eleuatus in cruce propter quod dixit ſaluator, Io.3.b.* Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in eremo in ligno, ita exaltari oportet filium hominis vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. *De exaltatione aūt ſerpētis a Moyſe dicitur, Num.21.b.* Fac ſerpentem æneum, & pone eum, pro ſigno, & qui percuſſus aſpexerit eum, viuet. *Qui ſerpens æneus fuit figura Chriſti paſſuri, quoniam ſicut per aſpectum illius ſerpentis ſaluabantur homines a morſib. ſerpentum, ſic qui fide intuentur mortem Chriſti ſanantur a morſib. peccatorum, ſicut dictum fuit plenius Num.21.& Io.3.*

20 Ipſum gentes deprecabuntur. *Quia poſt Chriſti reſurrectionem & aſcenſionem Gentiles conuerſi ad fidem per prædicationem apoſtolorum deprecati ſunt ipſum deuotè.*

✻ Et erit

## MORALITER.

† 6 *Et puer paruulus minabit eos*.i.ipſemet bonus paſtor qui puer eſt per innocentiam, & paruulus, per humilitatem.

11 *Et leo quaſi bos*.i. potentiſſimis cibis ſimplicibus erit cōtentus, hoc potiſſimè fuit in eccleſia primitiua, in qua omnia erant cōia. Hoc ēt in religione, in qua nobiles generе contenti ſunt cibis illorū, qui ſunt de humili plebe.

12 *Et delectabitur infans*,i. prælatus bonus vel doctor vel confeſſor, qui dr̄ infans per innocentiā, magis delectabitur extrahendo impios a malitijs ſuis, quam ſugēdo lac diuinæ contemplationis: cuius dulcedo aliquando eſt interrumpenda propter neceſſitatem fratris.

15 *Non nocebunt,&c.*ſ. impij ad bonum conuerſi.

18 *In die illa radix Ieſſe* .i. bonus prælatus vel doctor vel confeſſor.

19 *Qui ſtat in ſignum,&c.* ad congregandum eos charitate, & animandum eos verbo, & exēplo, ad pugnandū cōtra vitia, ſicut vexillū erectū congregat & animat bellatores

20 *Ipſum gentes,&c.* vt pro ipſis dominum deprecetur.

† Et

A a Erit ſepulchrum eius glorioſum. ✲ Hieronymus. Venerabantur quondam Iudæi ſanctam ſanctorũ, quia ibi erant Cherubim & propitiatorium, & arca teſtamẽti, manna, virga Aaron, & altare aureum. Nonne tibi venerabilius videtur ſepulchrum domini? quod quotieſcunq; ingredimur, toties iacere in ſyndone cernimus Saluatorẽ. Cuius ſepulchri gloria, multo antequam excideretur a Ioſeph, ſcimus Iſaiæ vaticinio prophetatum, dicentis: Et erit requies eius honor. quòd ſcilicet ſepulturæ domini locus eſſet ab omnibus honorandus.

b Reſiduum. Apoſtolus: Reliquiæ ſalui fi nt. Tradunt.n. hiſtoriæ, quòd Apoſtoli toto orbe diffuſi prædicauerunt euangelium: & quidẽ Perſas Indoſque penetrauerunt, vt Aethiopia manum daret Deo.

B c Signum. Crucis in qua eſt victoria, vt ſciant omnes in quo diabolus ſit victus. ✲ Euſebius. Apoſtoli ex diuerſis tribubus oriundi, vna vocatione, vna gratia atque vno ſpiritu digni effecti, omnem zelum abiecere, quo inter ſe diſſidebant duodecim tribus, vna eadẽque ſententia, non ſolum continẽtem terram, ſed inſulas peragrarũt, & omnes hominum animas deprædati ſunt, eas ducentes captiuas, vt imperio Chriſti ſubijcerentur.

d A quatuor plagis. Hoc in Pentecoſten videtur impletũ. Vnde: Erant in Ieruſalem Iudæi viri religioſi ex omnibus nationibus. Ex his crediderũt vna die tria milia, alia de quinque. Quatuor plagas mundi, Orientem, Occidentem, Meridiem, & Septentrionem ſignificat, vt totius mundi vocatio demonſtretur. D

a ❡ Poſt reſurrectionem & aſcenſionem. b ❡ Tunc. c ❡ In quo iacuit. ❡ Mors ſepulti.

a gentes † deprecabuntur: et erit † ſepulchrum 1

a ❡ Honorabitur ab omnibus. b ❡ Cum ſteterit Ieſus in ſignum populorum.

eius glorioſum. Et erit in die illa adijciet do- 2 3

a ❡ Qui primum per ſe, ſecundo per Apoſtolos vel in prædicatione Eliæ & Enoch, quando reliquiæ Iſrael ſaluæ fient. b ❡ Primo enim Apoſtolos cum paucis poſſedit, poſtea multa milia Iudæorum.

minus ſecundò manum ſuam ad poſſidendũ 4

a ❡ Qui ſuperſunt tantis cladibus. b ❡ Iſrael. c ❡ Non occiſum. 5

b reſiduum populi ſui, quod relinquetur ab Aſ- 6

a ❡ Nomina terrarum & ciuitatum. 7

ſyriis & Aegypto, & a Phetros, & ab Aethiopia, & ab Elam, & à Sennaar, & ab Emath, &

a ❡ Ne tantum videatur Orientales ſignificare. b ❡ Occidentalis. c Per Apoſtolos. d ❡ Gentes.

c ab inſulis maris. Et leuabit ſignum in natio- 8

a ❡ Primo. vnde: Vobis oportet primum prædicare verbum Dei. b ❡ Diſperſos de decem tribubus. c ❡ De Iuda & Beniamin.

nes, & congregabit profugos Iſrael. Et diſper- 9

d ſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ, & au 10

e ❡ Olim. 11

feretur zelus Ephraim, & hoſtes Iuda peribunt: Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iu

a ❡ Celeriter deſiderio prædicando.

f das non pugnabit cõtra Ephraim. Et volabũt 12

in humeros Philiſthijm per mare, ſimul præ- 13

a ❡ Diabolo auferent. b ❡ Orientales. ❡ Per iſtas gentes homines intelligimus c ❡ Qui ante inimici. d ❡ Latitudo ſcilicet gens Arabiæ quæ ante dedita idololatria. ❡ Implebunt.

dabũtur filios Oriẽtis Idumæa & Moab † præ- 14

g ceptum manus eorum: & filij Ammon obe-

✲ Procopius. Quemadmodum ex quo Babylonica ſeruitute Iudas & Ephraim liberati ſunt, non ſeorſum amplius, aut diuiſa imperij ſede, habitaſſe, ſed Hieroſolymis oẽs ſub vno Zorobabele qui de ſtirpe Dauidica prodierat, ſub ipſo item Ieſu Ioſedechi filio vixiſſe leguntur. Sic ex quo venerandæ crucis erectũ ſignũ eſt, omnes reſtituta prius quæ mente concepta, non cernitur oculis, libertate, in fidei communionem coiuiſſe, & in vnam Chriſti ecclesiam, nemo non videt. E

†requies eius in gloria.

e Et auferetur, &c. Quando Iſaias hoc prædicebat, inter duas & decẽ tribus diſcordia inexorabilis erat, credẽtes aũt pacificati sũt in fide Chri & vnitate charitatis. Infra.60.b.

f Et volabũt. Apoſtoli, de q. bus: Qui ſunt iſti qui vt nubes volant. Sæpe.n. nauigio inſulas adierunt, inter quos & Philiſthinorũ, quib. verbũ vitę annũtiauerunt, & fidei ſubiugauerũt. Quod Pauli exẽplo cõijcimus, qui nauigabat ad multas inſulas, & vt ipſe ſcribit, ad Hiſpanos. Act. 8.g. Rom. 15.a.

† erunt immiſſio.

g Præceptum ma. &c. Quod præcipiunt operantur, & verbo docent & exemplo.

☞ Linguam

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et erit ſepulchrum eius glorioſum. Tum quia licet mors Chriſti fuerit contemptibilis, ſepultura tamen eius fuit honorabilis, quia in ſepulchro nouo lapideo & cum linteaminibus & aromatib. pretioſis, vt habetur Ioan. 19. g. Tum quia fideles per orbem exiſtentes, etiam magni & nobiles vadũt ad eius ſepulchrum venerãdum. C

2 Et erit in die illa. Hic conſequenter deſcribitur exaltationis diuulgatio, quæ facta eſt per prædicationem Apoſtolorum, aliorumque Chriſti diſcipulorum per orbem, cum dicitur.

3 Adijciet dominus, &c. Quia primò prædicauerat per ſeipſum, & ſecundò prædicauit per Apoſtolos ſuos alioſque diſcipulos.

4 Manum ſuam. i. virtutem ſuam, prædicationem iſtam confirmando miraculis, ſecundum quod dicitur Mar. vlt. d. Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

5 Ad poſſidendum. Per fidem & charitatem.

6 Reſiduũ populi ſui. i. electos qui ſunt pauci reſpectu aliorũ.

7 Relinquetur ab Aſſyrijs & ab Aegypto, &c. Nomina ſunt diuerſarũ terrarum et locorum, ex quib. per prædicationẽ Apoſtolorum aliqui ſunt vocati ad fidem Chriſti, & per iſta intelliguntur alia loca, quæ non exprimuntur, ad quæ peruenit prędicatio eorum. Hebræi verò exponunt hoc de ſua congregatione in Iudæa tempore Meſſiæ, quem expectant. Sed huic expoſitioni quę falsò innititur fundamento, cum aduẽtus Chriſti transierit in præteritum repugnat etiam textus. Primò per hoc quod dicitur hic: Adijciet dñs ſecundò, &c. Quia primò Iudæi fuerunt adducti in Iudæam de Aegypto, et ſecundò de Babylone. Si autem reducerentur iterum ab hac diſperſione in qua ſunt, diceretur: Adijciet tertiò. Secũdò quia iſta diſperſio in qua ſunt, facta fuit per Romanos, qui tamẽ nõ numerantur hic inter populos, cùm dicitur: Ab Aſſyrijs & Aegypto, principaliter enim tunc nominarentur Romani.

8 Et leuabit ſignum, &c. Ideſt, virtutem crucis faciet prædicari per Apoſtolos alioſque diſcipulos, quam prædicationem etiam ſignis confirmabit. Quod iam eſt impletum, vt dictum eſt. F

9 Et congregabit profugos, &c. Ideſt, illos qui fuerant prius fidem profeſſi, & poſtea facti profugi a cultu Dei, & diſperſi per varios errores, colligent in vnitate fidei catholicæ.

10 A quatuor plagis terræ. Ideſt, ex omni parti terræ.

11 Et auferetur zelus Ephraim. Per hoc intelligitur mutua concordia & amicitia Chriſtianorum, maximè in primitiua eccleſia, vt dictum eſt ſupra.

12 Et volabunt in humeros Philiſthijm per mare. Poſt reſurrectionem. ſ. Chriſti & aſcenſionem Philippus prędicauit in ciuitatibus Philiſthinorum vt habetur Act. 8. g. vbi dicitur: Philippus autem inuentus eſt in Azoto, quæ eſt ciuitas Philiſtinorum, & pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, &c. Terra autem Philiſthinorum eſt ſupra mare Mediterraneum, & ſunt ibi portus & naues, in quibus aliqui de Apoſtolis & diſcipulis Chriſti fuerunt deportati ad prędicandum in alijs terris, vt patet de Paulo & Barnaba, & pluribus alijs. Et hoc eſt quod dicitur hic: Et volabunt in humeros Philiſthijm per mare. Ideſt, expeditè nauigabunt in eorum nauibus. Quæ dicuntur hic humeri metaphoricè, eo quod ſuper humeros portantur onera ſicut & ſuper naues. Præſens enim caput vbique loquitur metaphoricè.

13 Simul prędabuntur. Quia aliqui eorum nauigauerunt verſus Orientem, & prædicantes ibi fidem rapuerunt inde prędam, conuertentes aliquos ad fidem qui prius erant in poſſeſſione diaboli.

14 Idumæa & Moab, &c. Quia in iſtis terris ad prędicationem Apoſtolorum aliqui ceciderunt ad obedientiam fidei venientes.

✲ Et deſo-

MORALITER.

† 1 Et erit ſepulchrum eius glorioſum. Ideſt, mors eius erit coram Deo pretioſa. Pſal. 115. b. Pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Poteſt autem hoc ſpecialiter exponi de epiſcopis & doctoribus canonizatis, ad quorum ſepulchra deuotè vadunt fideles orandi cauſa.

2 Et erit in die illa. Hic ponitur reuocatio electorum ab Antichriſto deceptorum per prædicationem Enoch & Eliæ & ſuorum diſcipulorum, cùm dicitur.

Et erit

Et erit in die illa, adijciet dominus ſecũdo manum ſuam. Prima namque vocatio fuit per prædicationem Chriſti & Apoſtolorum eius & diſcipulorũ eius. ideo dr̃ hic ſecundò.

7 Quod relinquetur ab Aſſyrijs & ab Aegypto, &c. Ideſt, ab omnibus partibus, in quibus erunt aliqui Antichriſto conſentanei.

11 Et auferetur zelus Ephraim, &c. Quia tunc omnes credentes ad eorum prædicationem erunt vnanimes.

12 Et volabunt in humeros Philiſt. Per humeros qui ſupponũtur oneribus naues ſignificantur, in quibus onera magna portantur.

portantur.

A a *Linguam maris* . Quæ idola laudabat. Mare i. populus Aegypti, qui ſuper omnes idola colit, vt cùm laudet & timeat, & idola condemnet & abijciat.

b *Et leuabit* . Vt Idumæa, & Moab, & filij Ammon tradent manus Apoſtolis, ſic & Aegyptij.

c *Et percutiet*. Ideſt, minuet pro vno ſeptem principes ponendo. Vnũ regem habebat Libya, & alium Pentapolis, aliũ Thebaidis, aliũ Alexandria, aliũ Aegyptus. *Et percutiet, &c.* Cùm hæc Iſaias prædiceret, nondum Nilus diuiſus erat, quẽ poſtea Alexander in ſeptem riuos diuiſit. Regnante aũt Octauiano Auguſto, & Chriſto nato, cum primum facta eſt deſcriptio, regnum Aegypti in morte Cleopatræ deſtructum eſt, & diuiſum eſt in ſeptem principes. Nilus quoq; qui antequam ab Alexandro diuideretur, immeabilis erat, cum Romani riuos ampliaſſent, penè exſiccatus per imas valles ſerpebat, vt ſiccis pedibus tranſirent.

*eis. † populi. † eius Luc. 2. a.

a dientes * erunt. Et deſolabit dominus† linguã 1
a ¶ Hoc mare magnum & ſpatioſum, &c.
b maris Aegypti: & leuabit manum ſuam ſu- 2
a ¶ Regnum Aegypti b ¶ Romanos adducendo.
c per flumẽ in fortitudine † ſpiritus ſui, & per- 3
4
d cutiet eum in ſeptem riuis, ita vt trãſeant per 5
¶ Apoſtoli. a ¶ Non fugienti ¶ Prædicatoribus.
eũ calceati. Et erit via reſiduo populo † meo, 6
a ¶ Deſpicietur a ſuperbis. b ¶ Sine impedimento.
c ¶ Percuſſa lingua, areſacto flumine
e qui relinquetur ab Aſſyrijs ſicut fuit Iſrael in 7
a ¶ Per mare rubrum.
8
die illa, qua aſcendit de terra Aegypti.

D d *Vt tranſeant per eum, &c.* Sub metaphora Nilus diuiſus, & in parte cæſus dicitur vt Apoſtoli calceati, ideſt, ſecurè & ſine impedimento prædicantes libere poſſent diſcurrere ad vltimas partes Aegypti Romanorum virtute pacati. Ante natiuitatem dñi non licebat de gente in gentẽ trãſire, quod poſt paſſionem eius licuit, domino euangelio viam præparante.

✲ Theodoretus. Regno Aegyptiorum diuiſo a Romanis in prouincias ſeptẽ, extenuata eorum potentia eſt, & peruia facta verbi prędicatoribus.

c *Sicut fuit Iſrael.* ✲ Procopius. Quando enim mare rubrum tranſierunt, alacres carmen a propheta editũ, huic non multũ diſſimile quod ita incipit (*Cantemus domino.*) in lætitiæ ſignum cantauerunt. Cum enim de gentium conuerſione eccleſias facerent, tanquam eis de mari tempeſtuoſo ſublatis, Ecce aiunt, *Deus meus Saluator meus.*

† orã H... linguas... lant pro... torij, q... guatun... ſtar in... procur...

d *Vt*

Cap.

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ B 1 Et deſolabit dominus. *i. Nilum, qui ingreditur mare Mediterraneum tranſiens per Aegyptum. ideo ſubditur quaſi expoſitiuè.*

2 Et leuabit manum ſuam ſuper flu. *Et accipitur hic &, pro ideſt, ita quod illud quod prius dictum eſt deſolatio linguæ maris, dicitur hic percuſſio fluminis.*

3 In fortitudine ſpiritus ſui. *Quia dedit virtutem hoc faciendi, quod ſubditur.*

4 Et percutiet eũ in ſeptem riuis. *Alexander.n.magnus per magnum tempus poſt Iſaiam, & per aliquod tempus ante Chriſti aduentum, vt facilius cum exercitu ſuo accederet ad Alexandriam, & ad aliquas alias ciuitates Aegypti, fecit diuidi Nilum in ſeptem portiones intra mare Mediterraneum ſeparatim cadentes.*

5 Ita vt tranſeat per eum calceati. *i. vt per ipſum poſſint homines tranſire faciliter. Et iſtud fuit prænoſticum, quòd prædicatores euangelij tranſirent faciliter per orbem remotis impedimẽtis virtute diuina. Quod patet ex hoc, quòd adhuc viuente beato Petro fides catholica diuulgata eſt verſus Occidentem vſque ad mare Oceanum. Quod patet ex hoc quod miſſi a beato Petro ad prędicandum, fundauerunt eccleſiam Senonis, quæ tunc erat Metropolis Frãcię in honore beati Petri viui. Cum igitur Apoſtoli alijque diſcipuli exiuerunt de Ieruſalem ad prædicandum per orbem, quæ eſt in quarto climate, & ſic in medio terrę habitabilis: ſicut tunc viuente Petro di-* C *uulgata eſt fides catholica verſus Occidentem vſque ad Oceanum, qui eſt terminus terræ habitabilis: ita tenendum eſt eam fuiſſe ſimiliter* E *diuulgatam ad alias partes orbis. Et propter velocitatem huius diuulgationis ſubditur.*

6 Et erit via, &c. *i. electis meis ad fidem vocandis.*

7 Qui relinquetur ab Aſſyrijs. *Ideſt, a dæmonibus eam prius poſſidentibus.*

8 Sicut fuit Iſrael. *i. ſicut diuina virtute remota fuerunt impedimenta exitus Iſrael de Aegypto, ſic diuina virtute remouebuntur impedimenta ab electis exeundo de ignorantia & errorum tenebris, quod impletum eſt in prædicatione Apoſtolorum aliorumque Chriſti diſcipulorum, vt viſum eſt. Aliter exponitur ab illo loco: Et deſolabitur, &c. Ita* ꝙ *per linguam maris Aegypti intelligitur ipſa Aegyptus, quæ eſt prope mare, & ſic lingit ipſum. Per flumen poteſtas regia, quæ fuit fortis & magna: propter quod Cæſar Aug. ſub quo natus fuit Chriſtus diuiſit eam in ſeptem principatus: & ſic fuit multùm diminuta ne poſſent rebellare. Et talis ſubiugatio huius regni, & aliorum imperio Romano, fuit quædã diſpoſitio ad hoc, quod prędicatio euangelij fieret liberè per orbem. Vnde dicit Leo Papa in ſermone de Apoſtolis Petro & Paulo: Diſpoſitioni diuini operis maximè congruebat, vt multa regna vno confœderarentur imperio, vt citò peruios haberet Apoſtolos prędicatio generalis, quos vnius tenebat regimen ciuitatis. ideo ſubditur.* Et erit via, &c. *& exponatur vt ſupra: Et hoc maximè fuit impletum tempore Conſtantini, qui voluit per orbem eccleſias licitè fabricari, & fidem Chriſti prædicari.* F

✲ Cap.

## MORALITER.

† portantur. Eſt ergo ſenſus, quòd diſcipuli Enoch, & Eliæ in nauibus Philiſthijm ibunt ad partes longinquas, vt reducant deceptos ab Antichriſto & diſcipulis eius.

1 *Et deſolabit dominus linguam maris Aegypti.* Per mare Aegypti, quæ interpretatur tenebra, ſignificatur Antichriſtus & diſcipuli eius, qui erunt amari & tenebroſi erroribus: lingua verò ipſorum deſolabitur, quando falſitas ipſorum detegetur.

2 *Et leuabit manum ſuam.* i. ſuper Antichriſti perſecutionẽ.

4 *Et percutiet eum.* Ideſt, totaliter auferet eam. Nam vniuerſitas Septenario numero deſignatur, eò quòd reuolutione ſeptem dierum comprehenditur omne tempus.

6 *Et erit via.* Ideſt, electis ab Antichriſto deceptis erit libera redeundi ad Chriſtum per pœnitentiam veram.

✲ *MORA-*

## ADDITIO I.

*In cap. 11. vbi dicitur in poſtil.* Et egredietur, &c.

*Licet materia huius ca. quæ eſt de myſterio Chriſti ſecundum omnes expoſitores, multum diſtat tempore & ratione a materia immediatè præcedenti, in qua agitur de interitu Sennacherib & ſuorum, continuatur tamen in litera per interpoſitionem huius coniunctionis copulatiuæ, & cum dicitur:* Et egredietur. *Non enim dixit ſolũ: Egredietur virga: ſed cum additione, & dicens:* Et egredietur. *vnde huius copulatiuæ ſuperadditæ aliqualis ratio eſt quærenda, quę videtur talis eſſe. Nam in pręcedenti cap. propheta pręnoſticabat populo liberationem a Sennacherib & exercitu ſuo, per quam habituri erant pacem temporalem & tranquillitatem, quia licet eſſet valdè grata & miraculoſa, non tamen erat tam excellens nec fructuoſa, ſicut liberatio fienda, per Chriſtum, in qua pax perpetua & ſpiritualis danda erat, & ideo propheta poſtquam deſcripſit primam liberationem, adiungit ſecundam. q.d. Hęc liberatio a Sennacherib licet magna, ad modicum tamen reputatur reſpectu alterius liberationis per Chriſtum fiendę, de qua dicitur:* Et egredietur, &c. *eo modo quo Chriſtus dixit diſcipulis et apoſtolis Luc. 10. c.* Ecce dedi vobis poteſtatem, &c. ſed in hoc nolite gaude. &c. *ideo gratiarum actionem in ſequenti cap. ſubdit pro hoc vltimo beneficio.*

ADDI-

## ADDITIO II.

*In eo. ca. vbi dicitur in poſtil.* Et anumerantur hic 7. *dona ſpiritus ſancti.*

*Sufficientia donorum ſancti ſpiritus quam poſ. hic ponit, eſt vera & propria. Et ponitur ſub eiſdem verbis in prima ſecundæ, q. 68. ar. 4. ſecundum quam huiuſmodi dona ſe extẽdunt ad omnia ad quæ ſe extendunt virtutes intellectuales & morales, prout dicitur in poſ. Sed ſtatim animum pulſat quędam inquiſitiua quęſtio. ſ. talis: Cur non ponuntur aliqua dona pertinentia ad Theologicas virtutes, cum virtutes Theologicę maximè ordinant nos ad Deum? Ad quod dicendum ſecundum Tho. ibidem, quod virtutes Theologicę præſupponuntur ad dona ſicut radices quædam donorum. Non enim mouetur animus a Spirituſancto, niſi ei ſecundum aliquem modũ vniatur: ſicut inſtrumentum non mouetur ab artifice, niſi per contractũ vel aliquam aliam vnionem. Prima autem vnio ad Deum eſt per fidem, ſpem & charitatem. vnde omnia dona pertinent ad has tres virtutes tanquam ab eis deriuata.*

*Conſequẽter circa hoc quod dicit poſ. quod iſta dona perfectiſſimè fuerunt in anima Chri. &c. Videtur quærendum, quod licet hoc ſit veriſſimum, quomodo tamen hoc poſſet oſtendi per literam, cum de quolibet viatore in gratia exiſtente verificatur, quod requieſcit ſuper eum ſpiritus domini, ſapientię & intelle. &c. Ad quod videtur dicen-*

A *dicendum, quod plenitudo horum donorum in Chriſto ex hoc cōſideratur, quod ab ipſo gratia Spiritusſancti deriuatur in membris ſuis. ſ. in corpore ſuo myſtico. vnde cum Ioa. dixiſſet de eo:* Plenum gratiæ & ver. *ſubiunxit:* Et de plenitudine eius omnes accepimus. *Ioan. 1. Quam quidem plenitudinem propheta oſtendit infra cum dixit.* Erit iuſtitia cingulum lumborum eius, &c. *Quod exponitur de iuſtis & fidelib. adhærentib. Chriſto ſicut cingulum & lumba re adhgrent homini. Ex qua metaphora ſatis patet, quod omnes iuſti ſeu fideles habent virtutem fidei & iuſtitiæ, & alia huiuſmodi ex adhærentia ad ipſum. Ex quo patet intentum. ſ. quod iſta habet Chriſtus plenariè, vt ab ipſo in alijs deriuentur.*

*Conſequenter videtur quærendum, quare ſex dona, hic primò enumerata ponūtur vnitim. Non enim dicit ſpiritus ſapientiæ & ſpiritus intellectus, ſed ſpiritus ſapientię, & intellectus. Similiter non dicit ſpiritus conſilij, & ſpiritus fortitudinis, ſed ſpiritus conſilij & fortitudinis; & ſic de alijs duobus. Ad quod dicendum, quod in combinatione innuitur connexio donorum ad inuicem, eo modo quo virtutes cardinales vno modo probantur connexæ, ex hoc quod vna earū* D *quodammodo per aliam perficitur. vnde Greg. in 1. Moral. de huiuſmodi donis Spiritusſancti loquens dicit: Minor eſt ſapientia ſi intellectu careat, & valde inutilis eſt intellectus, ſi ſapientia non ſubſiſtit. Vile eſt conſilium, cui opus fortitudinis deeſt, & valde fortitudo deſtruitur, niſi per conſilium fulciatur. nulla eſt ſcientia ſi vtilitatem pietatis non habeat, & valde innutilis eſt pietas, ſi ſcientia diſcretionis caret, timor quoque ipſe ſi non has virtutes habuerit, ad nullum opus bonæ actionis ſurgit hęc ille.*

## ADDITIO III.

*In eod. cap. vbi dicitur in poſtil.* Et auferetur zelus Epthaim.

*Exemplificat propheta mutuam concordiam ſeu amicitiam Chriſtianorū adinuicem per hoc* ꝙ *dicit:* Auferetur zelus Ephraim. *quia ſecundum glo. quando Iſaias hoc prædicebat: inter duas & decem tribus diſcordia inexorabilis erat, credentes autem pacifici ſunt in Chriſti fide & vnitate charitatis, prout patuit in primitiua eccleſia, quando* multitudinis credentium, erat cor vnum & anima vna, *Act. 4. f.*

CAP. XII.

a Confitebor tibi. Sicut tranſito mari rubro, dixerunt. Cātemus dn̄o, &c. Sic regno mundi deſtructo dicit eccleſia: *Confitebor tibi.*

B ✻ Theodoretus. Hoc canticum habet ſignificationē beneficij accepti a domino, quo redempti ſumus. Nam qui ſalutem ſunt aſſecuti per Chriſtū authorem huius ſalutis agnoſcētes, quas poſſunt gratias agunt.

b *Saluator meus.* ✻ Procopius. Non eſt prætermittendum, ſi ad Hebræa verba reſpicias, &c. hic communi omnium ſalutis autore Ieſu, mentionem fieri, cū vbi ſaluatoris vocem vſurpamus, Ieſum Hebraica habeant. Prophetiam.n. quæ de radice Ieſſæ habetur, Ieſu ſaluatoris appellatione deſtitui, cum de eo eſſet inſtituta, nequaquā decebat.

c *Quia fortitudo mea & laus.*

C ✻ Procopius. Quæ in Aegypto accidiſſe legimus, a ſaluatoris in terra nobiſcum peregrinatione differre nihil videntur. Tum enim ſub ſenſum cadentis, hoc autem loco Pharaonis mente comprehenſi ſeruitutis iugum excuſſum eſt. Tum in ſanguinem rurſus aqua mutari viſa eſt, quæ iam ſacri baptiſmatis ope ſalutaris eſt effecta. Tum qui Iſraelem perſequebantur, in rubri maris vndis extincti ſunt: cum qui huius vitæ fluctibus agitabantur, Sanctorum diſcipulorum præceptis adiuti, incolumes enatarint. Non defuit tum copia grandinis calamitoſa: cum nunc in eorū montes fœcundans illabatur imber. Profundæ tunc tenebræ. ſed iam in Chriſto lucis fulgor ampliſſimus. Luxerunt ſua Aegyptij primogenita, ſed per eum iam qui primus ex mortuis excitatus eſt, ſalui incolumesq́; remanſerunt. E

d *De fontibus ſaluatoris.* vnde: *Benedicite domino de fontib. Iſrael. De fontibus ſaluatoris.* Ne videretur alter eſſe, quam quem ſupra nominaui Emmanuel: *Spolia detrahe,* ab eo quem Gabriel virgini prænuntians Ieſum vocauit ſic: *Et vocabis nomen eius Ieſum.* Ideo ſaluatorem quoque appellat, vt prophetia cum euangelio conueniat. F

✻ Procopius. Fontes ſalutis ſunt, vel Apoſtoli, vel libri, qui ſpiritu dictante tanquam imbre, cœlitus immiſſi ſunt.

CAP. XII.

T dices in die illa: Con- 1 2
a ¶Laudabo.
fitebortibi domine, quo-
a ¶Iuſte ¶Qui merui.
niam iratus es mihi: con- 3
a ¶Sed. ¶In miſericordiam.
uerſus eſt furor tuus, & 4
a ¶Scilicet redimendo. b ¶Iam verbum caro factum eſt.
conſolatus es me. Ecce
a ¶Ieſus qui ſaluum faciet po. à pec. eorum. b ¶Non timebo quid faciat mihi homo. 5 6
b †Deus ſaluator meus: † fiducialiter agam, & 7 †confidam.
a ¶Quia non confidam in idolis. nec timebo non timenda ſcilicet diabolum ¶Non idola. ¶Incarnatus.
c nō timebo. † Quia fortitudo mea & laus mea 8
¶O fideles. 9
dominus, & fact⁹ es mihi in ſalutē. Haurietis 10
a ¶Doctrinæ. b ¶Flumina de vent e eius fluent aquæ viuæ. ¶Euangelio. ¶Non de flumine Aegypti quo I percuſſum eſt. c ¶Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a pec cor. 11
aquas in gaudio de fontib. † ſaluatoris, & di- 12
d a ¶Vos reliquiæ Iſrael, conuerſis gentibus. b ¶Relictis idolis, cum laudando, vos accuſando. c ¶Vt Ieſus ſaluet vos. †
cetis in die illa: † Cōfitemini dn̄o, & inuocate 13 14
a ¶Solius cui cantandum eſt. b ¶Prædicate. c ¶Infidelibus. 15
nomē eius. Notas facite in populis † adinuen 16

Supra 8. a.

Luc. 1. d.

☞ Hie-

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XII.

✻ ET dices. *Deſcripto Chriſti myſterio, hic conſequenter deſcribitur gratiarum actio pro tanto beneficio, cùm dicitur.*

1 Et dices in die illa. *Ideſt, tempore gratiæ Chriſti reuelatæ, quòd tempus vocatur dies, Rom. 3.* Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.

2 Confitebor tibi do. *Confeſſione laudis & gratiarū actionis.*

3 Quoniam iratus es mihi. *Propter peccata mea, me puniendo in captiuitate Babylonica, & in perſecutione Antiochi illuſtris, & pluribus temporibus alijs.*

4 Conuerſus eſt furor tuus. *In manſuetudinem.*

5 Et conſolatus es me. *Per tuam benedictam incarnationem. ideo ſubditur.*

6 Ecce Deus ſaluator meus. *Viſibiliter apparens in carne aſſumpta.*

7 Fiducialiter agam, &c. *Amplius retardari a vita beata, quæ per Chriſtum fuit aperta. Sic enim confitebatur primitiua eccleſia ſub Apoſtolis in Ieruſalem congregata, quę pro maiori parte erat de gente Iudæorum, vt patet in Actibus Apoſtolorum.*

8 Quia fortitudo mea, &c. *ideſt, dans mihi fortitudinem in aduerſis.*

9 Et laus mea dominus. *Quia virtute diuina in primitiua eccleſia fideles non ſolum patienter ſuſtinebant tormenta, ſed gaudenter, & cum laudibus diuinis.*

10 Et factus eſt mihi. *Quia immediatè tranſibant ad vitam cæleſtem, quod non fiebat ſanctis veteri teſtamenti.*

11 Haurietis aquas. *Ideſt, vos catholici haurietis dona Spiritus ſancti de ſacramentis nouæ legis, in quibus confertur gratia, quod non fiebat in ſacramentis veteris legis.*

12 Et dicetis. *Exhortando vos mutuò ad laudem diuinam.*

13 Confitemini domino. *Eius beneficia recognoſcendo.*

14 Et inuocate nomen eius. *Ipſum deuotè laudando.*

15 Nota facites in populis. *Ideſt, in omnibus gentibus per prędicationem euangelicę veritatis.*

16 Adinuentiones eius. *Ideſt, modos mirabiles humanæ ſalutis, quos adinuenit diuina ſapientia in filij Dei incarnatione, prędicatione, paſſione, reſurrectione, & aſcenſione.*

✻ Memen-

*MORALITER.*

† 2 *Confitebor tibi.* Hic conſequenter ponitur gratiarum actio eccleſię à perſecutione Antichriſti liberatæ, cum dicitur: *Confitebor tibi.* flagellando per Antichriſtum pro culpis meis.

5 *Et conſolatus es me.* In beneficio liberationis & gratiæ tuæ donis. ideo ſequitur.

11 *Haurietis aquas.* Scilicet gratiæ & glorię.

† *De fontibus ſaluatoris.* i. de plenitudine ſuæ pietatis.

12 *Et dicetis.* Inducendo vos mutuò ad confeſſionem diuinæ laudis.

15 *Notas facite, &c.* i. varios modos ſaluandi electos.

† *Annun-*

A Hier. Liberis allegoriæ ſpatijs in Iſaia euagatur, & interpretatis nominib. ingenium ſuum facit eccleſiæ ſacramẽtum. Euſebius Pãphili hiſtoricam expoſitionẽ promittens, oblitus propo-

† habitatrix.

a ¶Mandatum nouum do vobis vt dili. inuicem. b ¶Excelſus dominus & humilia reſpicit.
a tiones eius: mementote, quoniam excelſum eſt nomen,
a ¶ potius cui cantandum eſt. b ¶Mortem morte vicit, carnem in cœlo vexit, & huiuſmodi.
eius. Cantate domino, quoniam magnificè fecit, annun-
a O Apoſtoli. b Magnalia eius c ¶In omnem terram exiuit ſonus eorum. d ¶Vbi miſericordia eius. e ¶Ergo tibi. ¶Alijs. f ¶Deum tuum. a ¶Dei tui. b ¶Id eſt, primitiua, vel eccleſia de gentibus, eccleſia Catholica.
tiate hoc in vniuerſa terra. Exulta & lauda † habitatio Siõ,
a ¶Olim tamen notus in Iudæa. b ¶Qui ſanctificat Iſrael.
quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael.

D ſiti ĩ Origenis mor
1 tem excidit.
a *Mementote quo-*
2 *niam excelſum, &c.*
3 ✲ Theodoretus.
Celebrate memo-
4 ria exaltationẽ mi-
5 raculorũ, & crucis
6 exaltationẽ, qua no
7 mẽ dñi exaltatũ eſt.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Mementote quoniam. *Vnde Philip. 2. b.* Dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genuflectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.
2 Cantate domino. *Ponendo naturam humanam in Chriſto ad patris dexteram.*
3 Annunciate hoc. *Quod impletum eſt per prædicationẽ Apoſtolorum aliorumq́; Chriſti diſcipulorum per orbem vniuerſum.*
4 Exulta. *In corde.*
5 Et lauda. *In ore.*
6 Habitatio Sion, *id eſt, eccleſia, quæ vocatur Sion, Heb. 12. f.* Acceſſit ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis cœleſtem Ieruſalem, &c.
7 Quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael. *i. Chriſtus ſanctificans fidelem populum, qui hic Iſrael appellatum, vt frequenter ſupra dictum eſt. Poteſt etiam hæc litera referri ad montem Sion, in quo erat templum, vbi legitur Chriſtus frequenter prædicaſſe & miracula feciſſe. Ibi etiam Apoſtolis ſuam reſurrectionẽ manifeſtauit, & ſuper eos Spiritumſanctum in ſigno viſibili miſit, vt dicit Hier. in epiſtola ad Paulinum, de omnibus ſacræ ſcripturæ libris.*

MORALITER.

B † 3 *Annunciate hoc in vniuerſa terra.* i. nõ ſolum in terra morientium, ſed etiam in terra viuẽtium, in qua ſancti Deo de ſuis beneficijs regratiantur. ideo ſubditur. E
4 *Exulta & lauda habitatio Sion.* Id eſt, habitatores cœli.
7 *Quia magnus, &c.* Id eſt, ſanctificans Iſrael.

ADDITIO.

*In cap. 12. vbi dicitur in poſtil.* Haurietis aquas de fontibus Saluatoris.

*Hoc quod dicitur:* Haurietis aquas cum gaudio de fontibus Saluatoris, *poſſet exponi magis propriè ad literam de aqua baptiſmi, qui eſt ianua ſacramentorum, in qua gratia ſalutaris confertur, & dona Spiritusſancti dantur.*

REPLICA. *In cap. 12. vbi poſtil. exponit illum paſſum:* Haurietis aquas de fontib. Saluatoris. *de gratia Spiritusſancti & donis quæ in euangelio dicuntur aquæ viuæ, quæ hauriuntur de fontibus. i. ſacramentis, quæ fontes Saluatoris hic dicuntur: Burge. dicit quod magis propria eſt expoſitio de aqua baptiſmi, quæ eſt ianua ſacramentorũ. Sed expoſitio Bur. q̃ dicit magis propriam, poſſumus dicere magis extortam rõne illius termini aquas. Nam non refert an aqua baptiſmi hauriatur ex fontib. vel fluminibus: Et quia vult ſuã expoſitionẽ fore magis propriam, cùm dicit baptiſmum fore ianuã ſacramentorum, idcirco ſenſus eſſet: Haurietis ianuam ex fontibus. Quanta ſit huiuſmodi expoſitionis proprietas patet etiam parum intelligenti. Et cum omnes communiter catholici, exponant ly fontibus Saluatoris pro ſacramẽtis, impropriſſima eſſet Burg. expoſitio. Haurietis aquam. i. baptiſmum ex fontibus Saluatoris. i. ſacramẽtis. Qua ratione enim baptiſmus hauriri deberet ex alijs ſacramentis eadem ratione & fortiori alia ſacramenta hauriri deberent ex baptiſmo quia omnia illa ſacramenta ritè ſuſcepta baptiſmum præſupponunt: cum baptiſmus eſt vnus de fontibus ſacramentalibus. Impropriſſima igitur videtur expoſitio Burg. qua ſignificatur, haurietis fontem ex fontibus, ſic igitur Burg. ſæpe mouetur lana caprina.*

## CAP. XIII.

Babylon. a *Onus Babylonis.* Babylõ metropolis Chaldæorum, cuius muri 16. milia paſſuum, per quadrum ab angulo in angulum, qui eſt ſimiliter 64. milia. ſ. 40. duabus leucis & duabus vnius leucæ partibus tendebatur. Ibi turris trium milium paſſuum in altitudine. i. duabus leucis a lato in anguſtum coartata. Et quia ibi cõfuſum eſt labium, Hebraicè Babel, Græcè dicitur Babylon. Ibi Nabuchodonoſor rex potentiſſimus, qui inter cæteras terras etiam Iudæam captiuauit, in cuius conſolationem per Iſaiam illius deſolationis Spiritusſanctus longè antè prædicit, ſic: *Onus Babylonis.* i. mundi: qui linguas, opera, menteſq́; cõfundit: Cuius rex, velut Nabuchodonoſor, qui dicit: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adora. me.* (Matth. 4. b.)
✲ Procopius. Babylon hæc ſi ad hiſtoriam ſpectes locus ipſe eſt, in quo linguas eorũ qui turrim ædificabant, confuſas eſſe accepimus. Quod ſi arcanum poſtulas intellectum, mentem optimè Babylonem dixeris, quę ſuis confuſa malis Deo ſemper aduerſatur, quæque confictis dogmatibus alienis, dum illis delectatur eleuatur.
b *Montẽ cal.* Myſteria eccię: Poſuit tenebras latibulũ ſuũ. (Pſal.)
✲ Procop. Eſt ad Mœdos & Perſas ſermo prophetæ directus, vt tanquam Babylone iam potiti, victoriæ ſymbolũ in altum attollant, & trophęum vrbe infœlici vidẽdum aperte proponant, de qua in hęc verba apud eundem legimus. *Quomodo captus eſt, & contritus malleus vniuerſæ terræ?* (Infra. lib. 3.)
c *Leuate.* O angeli, & ò ꝓphetę, ꝓdicate eius deſolationẽ.
✲ Gregorius. In ſcriptura ſacra cum numero ſingulari mons ponitur, aliqñ incarnatus dñs, aliquando eccleſia, aliquando

† eleuatum.

## CAP. XIII.

¶Hoc eſt miſeria. ¶Corde.
ONus Babylonis, quod vidit Iſaias fi 1
a ¶Babylonem ſuperbam. ¶Tenebras tribulationis vel fumo incendij: multi enim ſuccenſi incendio eius. 2
b lius Amos. Super montem † caligi- 3
a ¶O prædicatores. ¶Mœdi & Perſæ. b ¶Crucis victoriæ. 4
c noſum leuate ſignum, & exaltate vocem: 5
6

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIII.

✲ ONus Babylonis. *Poſtquam propheta denuntiauit punitionẽ Aſſyriorum, qui captiuauerunt decem tribus, hic conſequẽter denuntiat punitionem Babyloniorum, qui captiuauerunt regnũ duarum tribuum. Et primò denuntiat Babyloniorum deſtructionem. ſecundò Iudæorum conſolationem, ca. ſe. Prima in tres partes. quia primò deſcribitur vaſtantis exercitus conuocatio. Secundò, Babyloniorum afflictio, ibi:* Vlulate. *Tertiò, ſequens deſolatio, ibi:* Et erit. *Circa primum dicitur.* (Diuiſio.)
1 Onus Babylonis. *Miſeria eam opprimens.*
2 Quod vidit Iſaias. *i. præuidit in ſpiritu futurum.*
3 Super montem. *id eſt, contra Babylonem timore ſuperbię eleuatam.*
4 Caliginoſum. *id eſt, erroribus obtenebratam.*
5 Leuate ſignum. *id eſt, vexillum præcedens exercitum.*
6 Et exaltate vocem. *Exhortando ad prælium.*
✲ Leuate

MORALITER.

† 1 *Onus Babylonis.* Hic ad literam deſcribitur deſtructio Babylonis. Per Babylonem quæ confuſio interpretatur, ciuitas diaboli quæ eſt malorum hominum congregatio, ſignificatur. Hæc autem ciuitas dupliciter debellatur. Vno modo per conuerſionem malorum ad bonum: qđ fit per prædicationem, & orationem bonorum. Aliò modo per punitionem obſtinatorum. Quantum ad primũ modum dicitur. (Modus debellandi ciuitates diaboli.)
3 *Super montem cœli.* Id eſt, ſuper populum ſuperbum peccatis obtenebratum.
5 *Leuate ſignum.* Scilicet crucis võs prædicatores in principio veſtræ prædicationis vos ſignando.
6 *Et exaltate vocem.* Exhortationis. Iſa. 58. *Quaſi tuba exalta vocem tuam: & annuntia populo meo ſcelera eorum.*

† Leuate

a ¶Prædicando de altis. ¶Opera bona faciendo. b¶Hoſtes Babylonis contra ipſam adiuuando. ¶Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. c ¶Babyloniæ. ¶Scripturæ ſacramenta. d ¶Perſarum & Mœdorum ¶Cyrus & Darius e ¶Vt venirent. ¶Inſpirando.
leuate manum,& ingrediētur portas duces. Ego mandaui
a ¶Mœdis & perſis obedientibus mihi. In comparatione Babylonis. b ¶Miniſtris. c ¶Sicut Paulum. ¶In hoc mihi ſeruientes. d ¶Vindicta. ¶Oſtenſa,vt timerent poſtea.
† ſanctificatis meis,& vocaui fortes meos in ira mea exul
a ¶Vnde: Sancti eſtote: quoniam ego ſanctus ſum. b ¶Non in fortitudine ſua. c ¶Impetum & multitudinem hoſtium deſcribit. ¶Audita. ¶Conſona,vnde ad ipſum dicamus omnes. d ¶Mœdorum & Perſarum. ¶Babylonis. ¶Sanctis.
tantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus quaſi
a ¶Multorum. b ¶Audita eſt. c ¶Magiſtrorum. ¶Darij,Cy ,& aliorum cum eis. d ¶Diſcipulorum.
populorum frequentium, vox ſonitus regum gentium
a ¶Omnis poteſtas a Deo. b ¶Mœdis & perſis.
congregatarum. Dominus exercituum † præcepit militiæ
a ¶A finibus terræ ad tecla. b ¶A ſummo cœlo egreſſio eius. ¶Quaſi finibus terræ. c ¶Veniet.
belli, venientibus de terra procul. A ſummitate cæli domi
a ¶Bellatores. ¶Cyrus & Darius. b ¶Terrena ſapientes. c ¶Ergo ò Babylonii. ¶Pœnitendo.
nus,& vaſa furoris eius, vt diſperdat omnem terrā. Vlula-
a ¶Vltionis ¶Iudicii, vel mortis cuiuſque. b ¶Metaphoram bellatoris ſeruat. c ¶Vaſtabitur ſcilicet Babylon.
te, quia propè eſt dies domini, quaſi vaſtitas a domino ve-
a ¶Conturbatione manus diſſolutas b ¶Chaldæorum. c ¶Pauore inimicorum.
niet. Propter hoc omnes manus diſſoluentur,& omne cor
¶Deficiet. a ¶Conſcientia peccati. b¶Tunc. ¶Conſcientiæ. ¶Ventris. c ¶Aliorum membrorum.
hominis contabeſcet,& conteretur. Torſiones & dolores
a ¶Eos ſcilicet. b ¶Incomparabiliter c ¶Et. ¶Videns eum in eiſdem tormentis.
tenebunt, quaſi parturientes dolebunt. † Vnuſquiſque ad

aliquando teſtamē
A tum Dei, aliquando apoſtata Angelus, aliquando quilibet hæreticus deſignatur. Hoc loco verò ſub Babylonis regis ſpecie, de antiquo hoſte prædicatoribus dicitur: *Super montem caliginoſum leuate ſignū.* Prædicatores quippe ſā
a cti, ſuper caliginoſum mōtem ſignū eleuant, quando cōtra ſatanæ ſuperbiā qui ſæpe ſub nebu-
b la ſimulationis, abſcōditur, virtutem crucis exaltant.
B * Procopius. Qui
c magna vocis contētione crucem prædicat, is in monte ſignum eleuare, id-
d eſt, potenti oratione Chriſti mortem amplificare poſſe dicitur,& promiſſiones planas apertaſque reddere.

a *Vox multitudinis.* * Procopius. Promiſcuam eorum vocem oſtendit, qui in prælio ſunt, hominum, equorum, vincentium, fugientiū, qualem paucorum nullus dixerit.
b *Militiæ*

b *Militiæ belli.* Præ- D
dicatoribus inſtru-
1 ctis armatura Apo-
2 ſtoli, vt omnes inter
3 ficiant erigentes ſe
4 contra ſcientiā Dei.
5 c *Vlulate quia prope*
6 *eſt.* * Baſilius. Ex
quo die dictus eſt
7 dies domini appro-
8 pinquare multum
† intercessit temporis,
† eius propinquitatē
9 conteſtantibus pro-
phetis omnibus, vt
10 nemo à ſpe excide-
ret, quaſi ob diutur
11 nam extractionem
12 temporis poſſit de-
13 prehēdi imparatus.
14 Et ſi communis ille
15 dies conſummatio-
16 nis totius mundi ſe- E
† rius foret venturus,
17 ſuus alioqui ſingu-
18 los quoſque noſtrū
manet exitus, qui
19 quidem vniuſcuiuſ
que eſt conſummatio, proinde è vicino adeſt.

d *Diſſoluentur, &c.* Quia nullum opus Dei iuſtitia dignū repcrietur. vnde: *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Et: *Si iniquitates obſeruaueris domine domine,&c.* Pſal. 142.a Ibid. 129.a

Com-

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Leuate manum. *In ſignum confidentię & victorię obtinendę. ideo ſubditur.*
2 Et ingrediantur. *Scilicet Babylonis tanquam victores.*
C 3 Duces. *Scilicet Perſarum & Mœdorum: quia Cyrus rex Perſarum,& Darius rex Mœdorum cum ſuis exercitibus Babylonem ceperunt, vt habetur Dan. 5.*
4 Ego mandaui, &c. *Hebręi dicunt, citatis meis. Dictio enim Hebraica quę ponitur hic, ęquiuoca eſt ad citationem & ſanctificationem. Hebręi tamen videntur hic melius dicere, quia exponentes translationem noſtram dicunt:* Mandaui ſanctifi. meis. *id eſt, miniſtris meis. Inſpirauit enim dominus voluntatem & audaciam Perſis & Mœdis pugnandi contra Babylonem.*
5 Et vocaui fortes meos. *Dando eis fortitudinem.*
6 In ira mea. *i. ad exequendum punitionem a me diſpoſitam.*
7 Exultantes. *i. in victoria glorioſa a me concedenda. vel quia Cyrus rex Perſarum illam victoriam attribuit glorię diuinę vt habetur 2. Paral. vlt. & 1. Eſd. 1.* Hæc dicit Cyrus rex Perſarum: Omnia regna terræ dedit mihi dominus,&c.
8 Vox multitudinis. *id eſt, maximi exercitus contra Babylonem venientis.*
9 Vox ſonitus. *i. Cyri regis Perſarum, & Darij regis Mœdorum. Et quia fortè iſti aliquos alios reges adduxerunt ſecum.*
10 Dominus exercituum. *Quia militibus & bellatoribus inſpirauit voluntatem & audaciam veniendi contra Babylonem.*
11 De terra procul. *Non abhorrētes laborem itineris. Et quia non ſolum homines fuerunt executores diuinę iuſtitię contra Babylonem, ſed etiam angeli. ideo ſubditur.*
12 A ſummitate cœli,&c. *id eſt angeli, qui ſunt quędam inſtrumenta ad exequendum diuina iudicia.*
13 Vt diſperdat omnem terram. *ſcilicet Babylonis. Et eſt locutio hyperbolica, ad denotandum magnitudinem ciuitatis Babylonicę & populi multitudinem, ſicut aliquando dicitur: Pariſius eſt totus mundus.*
14 Vlulate. *Hic cōſequenter deſcribitur Babyloniorum afflictio. Et primò quantùm ad eorum anxietatem, ſecundò quantùm ad eorū pœnę acerbitatem, ibi:* Ecce dies domini. *tertiò quantùm ad aduerſariorum ferocitatem, ibi:* Ecce ego. *Circa primùm dicitur:* Vlulate. *ſcilicet ò vos Babylonij. Vlulatus qui eſt clamor confuſus, indicium eſt magni timoris prohibentis formare vocem diſtinctam.* F
15 Quia prope eſt dies domini. *Id eſt, punitionis eius ſuper vos.*
16 Propter hoc omnes manus diſſoluentur, &c. *A ſua virtute pre cordis timore, quia timor retrahit ſpiritus & calorem à membris exterioribus,& ſic remanent frigida & trementia, & per conſequens inualida.*
17 Et omne cor hominis contabeſcet. *Id eſt, conteretur pre triſtitia.*
18 Torſiones & dolores,&c. *id eſt, Babylonij affligentur pre anguſtia: ſicut illi qui patiuntur talia.*
19 Vnuſquiſque,&c. *Non potēs eum iuuare, nec ab eo iuuari.*

* Facies

## MORALITER.

1 *Leuate manum.* Bonæ operationis. Nam in prædicatione plus mouent facta quam verba.
2 *Et ingrediantur. i.* Prædicatores qui ſunt duces verbi diuini: ſicut dicitur Act. 14. de Paulo quod erat dux verbi, ingrediantur aures audientium ad mouendū corda per efficaciam prædicandi.
4 *Ego mandaui.* Id eſt, prædicatoribus deuotis inſpiraui ſpiritum prædicandi.
5 *Vocaui fortes meos.* id eſt, prædicatores, qui ad ſuſtinendum aduerſa debent eſſe fortes.
6 *In ira mea.* Contra vitia.
7 *Exultantes, &c.* Quia veri prædicatores non quærunt gloriam propriam. Et quoniam in principio prædicationis debet fieri oratio communis, ſubditur.
8 *Vox multitudinis.* Scilicet orantis.
† *In montibus.* Nam oratio eſt aſcenſus mentis in Deum.
† *Frequentium populorum.* Nam minores & maiores in prædicatione debent orare.
10 *Dominus exercituum pręcepit, &c.* Hic ponitur ſecundus modus debellandi ciuitatem diaboli, ſ. per punitionem obſtinatorum, quòd erit maximè in iudicio finali: in quo executores erunt angeli, & ideo ſequitur: *Dominus exercituū pręcepit militię belli, &c.* id eſt, angelis ſanctis vt retrudāt damnatus in inferni pœnis. Et quia nullus poterit reſiſtere, ideo ſubditur.
† *Omnes manus diſſoluentur.* Quia nec alium iuuare, nec ab eo iuuari poterit. ideo ſubditur.
19 *Vnuſquiſque ad proximum ſuum ſtupe. &c. Quoniā ſtellę cœli & ſplendor earum non expandent lumen ſuum. i.* angeli ſancti nō agent amplius vt reducant peccatores ad gratiæ ſtatum.

8. Vox

† Obſer-

A a *Combuſtæ*. Quaſi carbones nimio dolore: vel in re. Multi enim fuere combuſti. *Combuſtæ* &c. Igne quem ſibi ſuccenderunt: quia dicere non poſſunt: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine*. Et: *Nos autem reuelata facie gloriam domini contemplantes*.

Pſal.4.b
1. Cor.3.d

b *Ecce dies domini*. *Baſilius. Superius dixit. *Prope eſt dies domini*, hic autem, *dies domini venit*, ad ponendam terram in ſolitudinem. Hinc obſerua vtramque hanc inciſionem prophetiæ, non de eodem die debere ennarari. Prior enim illa de conſummatione cuiq; noſtrum pro-

B pria intelligenda *venit*, quæ è vicino adeſt, hæc autem de die vniuerſali. Forſan dies illa peculiariter dicitur dies, propter continuam vnionē ſui ſtatus & perpetuæ tranquillitatis. Nulla enim intercipietur nocte, non veſpera vlla certo circumſcribet eā limite, quòd eo die, quæ catenus delituerant occulta tenebrarum in apertam lucem proferentur.

† ſuperborū vel fortium.
† Pretioſiorē faciā virum.

c *Obtenebratus eſt ſol*. Poſſunt hæc ad diem iudicij referri, quando omnia luminaria obtenebrari videbuntur cō parata ſplendori Chriſti.

d *Et viſitabo ſuper orbis ma.* Vindicabo vt corrigam, vehementer autem ſuper im-

C pœnitentes. *Itatus*. (inquit) *non viſitabo ſuper filias veſtras cum forni. fuerint, &c.* De his

Oſeæ.4.d

D autem qui in Chriſto ſunt crediturі, dicitur: *Viſitabo in virga iniquitates eorum: Miſericordia autem mea non auferetur ab eis*.

Pſal.8

c *Et requieſcere*, q.d. Hoc faciam: vt qui ſuperbit, humilietur vnde: *Deus enim ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam: ante ruinam exaltabitur cor*.

Iaco.4.
Pro.16

* Baſili°. Sicut exorto ſole, tenebræ euaneſcunt, ita cōtumax ſuperbia iniquorū peſſum it, iuſtitia Dei de ea vltionem exigente.

f *Pretioſior erit vir auro, &c.*

E Omnia rara pretioſa, ideſt, vir Babylonis rarius inuenietur auro. Similiter dicitur ſermo domini pretioſus, ideſt, raro inueniebatᷣ. In die quoque iudicij viſitabit dominus mala orbis, & quieſcere faciet arrogantiā dæmonum, & pauci inuenientur electi propter pſecutionem Antichriſti.

† auro

g *Cælum turbabo, &c.* Non quod animata ſint, ſed propter indignationem domini, qui reſpicit terram, & facit eam tremere. Forſitan imminente captiuitate, cœlum tonando, & terra concutiendo mota eſt. Poteſt & de die iudicij legi.

Pſal.10
† attor

h *Damula fugiens*. Damula, diabolus eſt vel praua do-

F ctrina, cuius magiſtri in damula ſignificantur, quæ Græcè dicitur: δορκάς.

Ecce

a ¶Pro nimia miſeria.
proximum ſuum ſtupebit facies combuſtæ 1
a ¶Quia. b ¶Captiuitatis, vel iudicii generalis. c ¶Pœnitentibus.
vultus eorum. Ecce dies dñi veniet crudelis 2
a Æſtimatione malorum. b ¶In inferno quis confitebitur tibi? Non eſt tempus pœnitendi, ſed pœnæ. 3
& indignationis plenus, & iræ furoris quæ ad 4
a ¶Quæ peccatorum pondere grauabatur. ¶Babylonis. b ¶Vt deletis ſceleribus ſola iuſtitia regnet in terra. 5
ponendā terram in ſolitudinem, & peccato- 6
a ¶Contritione expellendos. b ¶Alias ea c ¶Principes. ¶Babylonis.
res eius conterendos de terra: quoniam ſtellæ 7
a ¶Afflictis videntur omnia tenebroſa b ¶Super Babylonem. 8
cæli & ſplendor earū non expandent lumen
a ¶Aduenientibus Mædis & Perſis. b ¶Eis etiam. c ¶Balthaſar rex in corde ſuo. 9
d ¶Regina. 10
ſuū. Obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna 11
non ſplendebit in lumine ſuo. Et viſitabo ſu- 12
a ¶Babylonis: pro nimia multitudine populi. b ¶Viſitabo. 13
per orbis mala, & contra impios iniquitatem
eorum. Et requieſcere faciā ſuperbiam † infi- 14
delium, & arrogantiam fortium humiliabo.
a ¶Tunc. ¶Rarior. b ¶Poſt deſtructionem. c ¶In terra perſeuerans: Cum venerit filius ho. pu. ne ſi inter. d ¶Quarum rubrum. 15
† Pretioſior erit vir auro, & homo † mundo 16
a ¶Hyperbolice. b ¶Videbitur captiuus moueri. 17
obrizo. Super hoc cęlū turbabo: & mouebit 18
a ¶Non ſolum homines.
terra de loco ſuo propter indignationem domini exercituū, & propter diem iræ furoris
a ¶Babylon. b ¶Cœlo & terra commutis. c ¶Leonem.
eius. Et erit quaſi damula † fugiens, & 19
a ¶Lupum. b ¶Errabunda i.d. ſcipul. c ¶Niſi dominus de quo: A domino egreſſus hominis dirigetur. ¶Ad defenſionem vel ſalutem. 20
quaſi ouis, & non erit qui congreget.
a ¶Liberatus a falſis magiſtris.
Vnuſquiſque ad populum ſuum conuerte- 21
a ¶Vnuſquiſque auxiliator, vel qui à Babylonijs captiui tenebantur.
b ¶De qua orti ſunt. ¶Qui venerant ad auxilium. 22
tur, & ſinguli ad terrā ſuam fugient. Omnis 23

---

* NICOLAVS DE LYRA.

1 Facies combuſtæ, &c. *Quia Perſæ & Mædi incenderunt Babylonem: & multi fuerunt ibi combuſti.*

2 Ecce dies. *Hic conſequenter deſcribitur afflictio Babyloniorum ex pœnæ acerbitate cum dicitur:* Ecce dies domini. *ideſt, punitionis eius.*

3 Veniet crudelis. *Ipſis Babylonijs præ acerbitate punitionis, ad quod deſignandum ſubditur.*

4 Indignationis plenus, &c. *Ad hoc enim ponuntur tot verba quaſi eiuſdem ſignificantia, vt deſignent maiorem exaggerationem pœnæ.*

5 Ad ponendam terram. *Scilicet Babylonis.*

6 In ſolitudinem. *Occiſis incolis.*

7 Quoniam ſtellæ cæli. *ideſt, principes magni.*

8 Et ſplendor earum. *ideſt, ſapientia eorum.*

9 Non expandent lumen ſuum. *Quia fugiet ab eis mens, & conſilium contra imminens periculum.*

10 Obtenebratus eſt ſol. *ideſt, Balthaſar rex qui occiſus fuit, Dan.5. Et tamen adhuc erat prope principium regni ſui.*

† Babylonis magnitudo.

11 Et luna non ſplendebit. *Ideſt. regina non procedet vlterius in apparatu regio.*

12 Et viſitabo. *Hoc dicitur in perſona domini.*

13 Super orbis mala. *ideſt Babylonis. Et propter hoc aliqui dicunt hic, vrbis & malè: quia in Hebræo eſt orbis. Et dicitur de Babylone hyperbolicè, ſicut dicitur: Pariſius totus mundus, quia Babylon erat valde magna: Vnde dicit Philoſophus in libro politicorū, quod erat magis regio clauſa muris quam ciuitas, eò quod excedebat notabiliter magnitudinem ciuitatis. Dicit enim Hie. quod muri erant in quadro ædificati, & quodlibet latus habebat 16. miliaria, quæ faciunt octo leucas.*

Naum

14 Et requieſcere faciam. *Quia Babylonij erant idololatræ, vt patet in Daniel.*

15 Et arrogantiam. *Iactabant enim ſe de fortitudine.*

16 Pretioſior erit vir auro. *Ideſt rarior, eo modo loquendi quo dicitur: Omne rarum pretioſum, quia valde pauci de Babylonijs remanſerunt viui.*

17 Et homo mundo. *Ideſt, auro puro & rutilante. Et dicitur obrizum, ab ob, & radio radias.*

18 Super hoc cœlum. *Locutio eſt hyperbolica, ad ſignandum magnitudinem iræ Dei contra Babylonem.*

19 Et erit quaſi damula fu. *Scilicet exercitus qui venerat aliunde ad auxilium Balthaſar.*

20 Et quaſi ouis. *Fugiens lupum.*

21 Et non erit qui congre. *Ad reducendum eos in Babylonis auxilium. ideo ſubditur.*

22 Vnuſquiſque ad populum ſuum conuertetur, &c. *Quia timore perterriti fugerunt ad loca ſua vnde venerant.*

23 Omnis qui inuentus. *Remanens cum Babylonijs.*

* Occide-

---

*MORALITER.*

† 10 *Obtenebratus eſt ſol.* ideſt, Chriſtus non in ſe ſed peccatoribus: qui non videbunt eum amplius.

11 *Et luna non ſplendebit.* ideſt, virgo Maria peccatoribus non condeſcendet: quia ſuo filio conformis erit.

16 *Pretioſior erit, &c.* Quia pauci erunt virtuoſi & ſaluati reſpectu multitudinis damnatorum, Matth.7.b. *Lata eſt via, & ſpatioſa porta, quæ ducit ad mortem, & multi intrant per eam, &c.*

18 *Super hoc cælum tur. &c.* Matth.24.a. *Erunt terræmotus per loca, & virtutes cælorum mouebuntur.*

19 *Et erit quaſi damula fu.* Scilicet ſi poſſet.

22 *Vnuſquiſque ad po. &c.* Quia ſimiles in culpa, ſimiliter punientur.

23 *Omnis qui inuentus fuerit.* ſ. in peccato mortali.

† Occi-

a *Ecce ego ſuſcitabo,&c.* Legimus in Geneſ. 10.a. Quod & Madai filius Noe autor Mœdorum fuit: qui interpretatur menſura,ſiue a potente vel forti. Igitur contra Babylonios qui mente confuſi ſunt, ſuſcitantur à potente, & forti Deo fortitudines ad puniendum,quæ reddant vnicuique ſecundū opera ſua. *In qua enim mēſura menſi ſunt, remetietur eis.*

dulci & mortifero carmine animas trahūt in profundū, à lupis & canibus deuorandas.

c *Beſtiæ,&c.* Per has omnes beſtias lucis refugas, dæmonum vel angelorum fortitudines intelligimus, quibus ad puniendum traduntur. Iob 39. b.

* Procopius. Quod ait Mœdos gentem diuitijs abundātem pecunias aſpernari, ideo facit, vt ab illis ſpem omnem amputet redimendi expugnationem & ſeruitutem.

b *Et erit Babylon illa ciuitas,&c.* Non poſtea reædificata eſt, ſed dicitur in medio eius eſſe lacus ſerpētibus plenus,& arbuſta in quibus odibiles beſtiæ & aues, & venatio regia, & inhabitabilis eſt ꝑpter portenta Duæ ciuitates apud Mœdos dicūtur factæ ex ea, Ctheſiphontes & Seleucia ſcilicet. Notandum, quod per ſermonem domini vrbe confuſionis euerſa, vt Sodomæ, & Gomorrhæ comparetur:non habitabitur a ſanctis ibi,ſed beſtiæ requieſcent. Quicquid enim hæretici loquuntur in ſynagogis ſatanæ, non eſt doctrina domini,ſed vlulatus dæmonum,& piloſorum,quos imitatur Eſau.Syrenes quieſcent in delubris voluptatis,quæ dulci

a ¶In hæreſi. b ¶Ab hoſtibus. c ¶Scilicet. ¶Malus vt viuat bonus. ¶Verte impium,& non erit: d ¶Reſiſtere voluerit.
qui inuentus fuerit, occidetur, & omnis qui ſuperuenerit, 1
a ¶Spirituali. b ¶Qui non venerunt ad perfectam charitatem. ¶Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. c ¶Vt perfecti ſint. d ¶Magiſtrorum. 2
cadet in gladio. Infantes eorum allidetur in oculis eorum, 3
a ¶Opes,vtenſilia. ¶Eccleſiæ b ¶Praua ſapientia & doctrina peruerſa tuæ conce. dolo. & pe.ini. 4
c ¶Hoſtili libidine. d ¶Enim. 5
diripientur domus eorum,& vxores violabūtur. Ecce ego 6
a ¶Inſpirando. b ¶Babylonios. ¶Terrena amantes. c ¶Dæmones, vel prædicatores qui ſeculari ſcientia non delectantur. d ¶Nitorem eloquij,in quo ſibi applaudebant. e ¶Deſiderio occidēdi. 7 8
ſuſcitabo ſuper eos Mœdos,qui argentum non † quęrant, 9
a ¶Acumen ingenij:ſed tamen pœnis delectantur. b ¶Sacræ ſcripturæ. c ¶Vt fiant magiſtri. d ¶Nec innocentibus parcent.
nec aurum velint: ſed ſagitis paruulos interficient, & la- 10
a ¶In errore. b ¶Non ad voluptatem ſed ad ſalutem.
ctantibus vteris non miſerebūtur, & ſuper filios non † par
a ¶Suſcitatis Mœdis b Mundus. c ¶Olim.
cat oculus eorum. Et erit Babylon illa ciuitas glorioſa, in
a ¶Quaſi dæmoniorum. ¶Tranſibit mundus & concupiſcentia eius; Vide cœlum nouum & ter no.
regnis inclyta, in ſuperbia Chaldæorum ſubuerſa: ſicut 11 12
ſubuertit dominus Sodomam & Gomorrham. Non habi 13
¶Vnquam. ¶Vſque in finem. 14
tabitur vſque † in finē,& non † fundabitur vſque ad gene- 15
a ¶Quia videre eam deſertam. b ¶Chriſtus. vnde pſalmus; Facite iter illi,&c. cœlum cœli ad ori. ¶Occidentalis qui ad finem tendunt; obliuiſcens præterita,tendit in priora. 16
rationem & generationem. Nec ponet tibi tentoria Arabs 17
a ¶Feſſi. Angeli qui præſunt humano generi. b ¶In mundo ſcilicet. c ¶Ne tradas beſtijs animas confitentium. 18
nec paſtores requieſcent ibi: ſed requieſcent ibi beſtiæ, &
a ¶Vbi lætabuntur b ¶Babyloniorum. c ¶Vel draconum vi.eorum. 19
replebuntur domus eorum draconibus. Et habitabūt ibi
a ¶Aues ſolitudinem amantes a parte totum. b ¶Lxx dæmones. ¶Alias ſtabunt c ¶Adinuicem. 20
ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi, & reſpondebunt ibi
a ¶Vox lamentabilis. b ¶Quæ auditores ducunt ad mortem. c ¶In quibus luxuriabantur. ¶Vbi Deum maxime offenderunt 21 22
vlulæ in ędibus eius, & † ſyrenes in delubris voluptatis. 23
24

* Theodoretus. Incorporea dæmonū natura eſt. Solēt autem decipere homines, & ſe illis ſiſtere varijs figuris. Poſuit ergo nomina dæmonibus, qualia vulgus agnoſcit, onocentauros, veteres nominabāt empeſas, nunc appellāt onoſcelidas: Syrenas dæmones nominat,qui omni voluptatum genere animos hominum demulcent.

d *Struthiones.* De quibus in Iob ſatis tractatū eſt, quæ de terra altius non eleuātur,cum pennas habere videantur.

e *Piloſi.* Syluestres homines hiſpidi, q & incubones vel Satyri, vel genera dæmonum.

Piloſi dæmones ſunt cum ſubhirci figura appareāt. † habitabitur

f *Vlulæ in ædibus.* Magnitudinis coruinę, ſed maculis reſperſæ,quæ roſtro in palude ſito horrendū ſtridunt.

g *Syrenes.* Sunt ſerpentes criſtati & alati,velut alij piſces marini in ſpecie muliebri, vel portenta diaboli, quæ dulci cātilena decipiunt homines huius ſeculi naufragium non clauſis auribus tranſeuntes.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Occidetur. *A Mœdis & Perſis.*
2 Et omnis qui ſuperuenerit. *Vt Babylonios adiuuet.*
3 Cadet in gladio. *Aduerſariorum.*
4 Infantes eorum. *Scilicet Babyloniorum.*
5 Allidentur. *Contra parietes.*
6 In oculis eorum. *Quod videre eſt grauiſſimum.*
7 Diripientur domus eorum.*i.opes & vtenſilia domorū.*
8 Ecce ego. *Hic deſcribitur afflictio Babyloniorum ex perſequētium ferocitate, cum dicitur.* Ecce ego ſuſci.ſuper eos, *ideſt Babylonios.*
9 Mœdos qui. *Ita quod præ deſiderio occidēdi, retardabuntur prædari,ideo ſubditur.*
10 Sed ſagittis paruulos. *Et tamen talibus perſonis ad ſe defendēdum inualidis ſolet parci in bellis, & per hoc arguitur maior crudelitas.contra viros defendere ſe potentes.*
11 Et erit. *Hic poſt occiſionem Babyloniorum deſcribitur ciuitatis deſtructio totalis abſque ſpe reædificationis,cum dicitur:* Et erit Ba.&c. *Quia de ea gloriabantur Babylonij propter murorum fortitudinem & populi multitudinem.*
12 In regnis inclyta. *Ideſt, nominata propter nobilitatem ſuā in omnibus regnis.*
2 Ne læteris Philiſthæa omnis tu. *i. nulla ciuitas tua lætetur quia omnis non, & nullus æquipollent: vnde quod dicitur hic omnis ciuitas non lætetur, ſecundum ordinem conſtructionis idem eſt acſi diceretur: nulla ciuitas Philiſthinorum lętetur. ſ. de hoc quod ſubditur.*

3 Quoniam comminuta eſt virga. *i. potentia.*

4 Percuſſoris tui. *i. Iudæ, quòd ante tempus Achaz conſueuit te percutere & ſubijcere, ſicut patet tempore Dauid 2. Reg. 5. & tẽpore Ozię, vt habetur 2. Para. 26. vbi dicitur de Ozia:* Egreſſus eſt, & pugnauit contra Philiſthijm, & deſtruxit murum Geth, & murum Ianniæ, murumq; Azoti, *tamen propter malitiam Achaz tempore eius diminuta fuit potentia regni: ſed iterum fortificata tempore Ezechię, ideo ſubditur.*

5 De radice enim colubri. *i. de ipſo Dauid, & aliorum regum potentum.*

6 Egredietur. *non naſcendo, quia iam erat in primo anno regni ſui, ſed ad bellandum contra vos ô Philiſthęi.*

7 Regul. *id eſt. Ezechias, qui plus nocebit vobis quam præcedẽtes ſicut regulus qui idem eſt quod baſiliſcus, quaſi rex ſerpentum (à βασιλεύς Græcè quod eſt rex Latinè) plus nocet quam alij ſerpentes, quia interficit flatu, & viſu. Nec mirandum eſt, quod Dauid ſanctus, & Ezechias deuotus nominantur colubri, & reguli nominibus, quia hoc eſt propter nocumenta quę fecerunt infidelibus ſicut & Sanſon (qui in catalogo ſanctorum ponitur. Heb. 11.) nominatur coluber & ceraſtes. Gen. 49. ſecundum omnes expoſitores.*

8 Et ſemen. *i. deprimens Philiſthinorum ſuperbiam nimis eleuatam ex victoria tempore Achaz habita.*

9 Et paſcentur primogeniti. *i. Iudei tempore Achaz depauperati releuabuntur tempore Ezechię.*

10 Et pauperes. *Interfecto exercitu Sennacherib per angelum, & Philiſthæis per Ezechiam depreſſis, ideo ſubditur.*

11 Et interire faciam, *i. virtutem Philiſthinorum in obſidione propter defectum victualium.*

12 Vlula porta. *i. cuſtodes portarum & habitatores ciuitatum propter miſeriam in vobis futurã. Ab aquilone enim fumus veniet, i. exercitus Ezechię tendens ad terram Philiſthinorum, quia Geth & alię ciuitates Philiſthinorum ſuprà poſitę, quas deſtruxit Ezechias declinant verſus auſtralem partem reſpectu Ieruſalem. vnde mouit ſe exercitus Ezechię: vt dicit Ra. Sal. alij verò exponunt de exercitu Aſſyriorum & Babyloniorum, qui venerunt a parte aquilonari ad deſtruendum terram Iudęorum: ſed prima expoſitio magis conſonat præcedentibus & ſubſequentibus, vnde ſubditur.*

13 Et quid rñdebitur nuntijs gentis. *i. nuntijs Ezechię, & ※ principum*

## MORALITER.

2 *Ne lęteris Philiſthea*. Philiſthæa interpretatur cadens potione, ideo ſignat quamlibet perſonam in potu excedentem, ideo ſubditur: *Ne lęteris*. nam lætitia proueniens ex tali exceſſu, & etiam talis exceſſus prouenit ex defectu debitæ correctionis, ideo ſubditur.

3 *Quoniam com. vir. eſt*. i. tui correptoris qui te minus debitè correxit. Et quoniam ex potu exceſſiuo oriuntur frequenter alia peccata grauiora. Sequitur.

5 *De radice colubri*. i. vini, eò quod de ipſo ſcribitur Prou. 23: d. *Ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber.*

6 *Egrediet. &c.* peccatum grauius, vt adulterium vel homicidium.

8 *Et ſemen eius abſorbens volucrem*. i. intellectum qui natus eſt ſurſum in Deum eleuari, ſed abſorbetur per exceſſiuam potationem vini.

9 *Et paſcentur primogeniti pauperum*. ab exceſſu potus abſtinentium, & dicuntur hic primogeniti vires animi quæ reficiuntur, & ſaluant in ſobrietate. Eccl. 31. d. *Sanitas animę & corporis ſobrius potus.*

11 *Et in fame radicem tuam*. ideſt, Humidum radicale in quo conſiſtit vita, & hoc conſumpto per ebrietatem, ſubſtantia tua conſumitur Eccleſ. 9 a. *Operarius ebrioſus non locupletabitur.*

† *Et reliquias tuas*. ideſt prolem tuam, quia conſumpta patris, ſubſtantia, filij non habent vnde ſuſtententur in vita.

a ¶Hoc ſcilicet reſpondetur.
a nuntijs gentis? Quia dominus fundauit Sion
1
a ¶Et ideo ſaluantur. ¶Spiritus.
b & in ipſo ſperabunt pauperes populi eius.
2

A a *Nuntijs gentis.* Angelis qui præſunt ciuitatibus & gentibus: ſingulis mirantibus, cur ſola Sion amaritudinem ſumi vitauerit vel euaſerit.

b *Fundauit Sion.* Super fundamentum prudentiæ, iuſtitiæ, fortitudinis, temperantiæ quę ſunt Chriſtus, vnde D *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt: Qui autem fatuus eſt, ædificat ſuper arenam.* 1.Cor. Matt.7

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *principum eius, qui diſcurrentes per Iudæam prædicabant dicentes:* Reuertimini ad dominum Deum Abraham Iſaac & Iſrael, *& reuertentur ad reliquias quæ effugerunt manus regis* Aſſyriorum, &c. *1.Paral.30. Et ſubditur reſponſio.*

1 Quia dominus fundauit Sion. *Eligens locum illum ad ſuum cultum.*

2 Et in ipſo ſperabunt. *Quia non ſolum illi de regno Iudæ, ſed etiam multi de regno Iſrael venerunt ad Ezechiam in Ieruſalē confidētes de diuina protectione vt ibidem ſubditur: ſic exponit Ra.Sa. Aliqui verò expoſitores noſtri exponunt de nuntijs Sennacherib, quos miſit in Ieruſalem ad terrendum Ezechiam & populum eius, vt habetur 2.Para.2. Et reſponſum fuit eis, quòd non traderent ſe regi Aſſyriorum: ſed magis confiderent de diuina protectione contra eum: Ezechia ad hoc adhortante populum, vt habetur ibidem.*

### ADDITIO I.

An aliqua mora inter creationem & lapſum angeli Philoſoph?

*In cap.16. vbi dicitur in poſtilla:* Qui mane oriebaris, *quia inter creationem eius.*

*Duplex eſt opinio circa hoc: an aliqua mora fuit inter creationē & lapſum angeli. Probabilior tamen eſt, et magis ſanctorum dictis* B *conſona quòd ſtatim poſt primū inſtans ſuæ creationis diabolus peccauit: vnde de eo Io.8. dicitur* ꝙ in veritate non ſtetit. *Nec obſtat, quod inter quælibet duo inſtantia temporum eſt dare tempus medium, prout probatur in ſexto Phyſicorum. Nam hoc habet veritatem de tempore continuo, in angelis tamē qui non ſunt ſubiecti cęleſti motui (qui per tempus continuū mēſuratur) tēpus accipitur pro ipſa ſucceſſione operationū intellectus ſeu affectus & ideo inter operationes tales licet non ſint ſimul, non requiritur dare tēpus mediū. vt in prima parte.q.63.ar.6.in reſpōſione ad vltimum argumentū.*

### ADDITIO II.

*In eodem cap. vbi dicitur in poſtilla: Sic enim voluit præeſſe alijs angelis.*

*Licet angelus malus ſciret ſe non poſſe eſſe abſq; Dei manutenentia, nihil tamen prohibet, vt ipſe vellet nulli ſubeſſe ſimpliciter. Voluntas enim quandoque eſt impoſſibilium præſertim voluntas damnata, ſicut in diabolo.*

### ADDITIO III.

*In eodem cap. vbi dicitur in poſtilla. Aliqui verò expoſitores exponunt de rege Babylonis.*

*Hoc quod dicitur.* Quō cecidiſti lucifer, *magis propriè videtur exponendum de angelo lapſo quam de Nabuch. Cuius ratio eſt:* C *Nam Nabuch. prout dicunt hiſtoriæ: fuit primò homo infimæ cōditionis: & ideo non mirū ſi poſt ſuam magnam exaltationē cecidiſſet cū res faciliter conuertuntur in naturam ſuam, præſertim cum bona fortunæ ſint valde mutabilia ſecundum Philoſophū. vnde non videtur dignum tantæ admirationis, quod cecidiſſet, vt de eo diceretur:* Quō cecidiſti lucifer, *ſed potius eſſet admirandum, quomodo aſcendiſſet ad tātam ſublimitatem: ſed de angelo primo peccāte valde propriè conuenit admirari: qui fuit in tāta puritate naturę, quòd cæteras creaturas excedebat, præſertim cū ſecundū quoſdā in gratia fuit creatus. Et de eo legitur Ezec.28.c.* Tu ſignaculū Dei fuiſti, &c. *De tali igitur merito admiratur propheta dicens.* Quō cecidiſti lucifer? *Non, n. eſt modicæ admirationis, vt creatura tā pura in naturalib. & etiam in gratia creata, quæ nullum habebat impedimentum, nec contrarium, ſic cecidiſſet ab altiſſimo loco in profundiſſimum. Sed de Nabuchodonoſor rationabiliter cōtingit per oppoſitum admirari. Vnde de eo propriè intelligitur illud quod infra dicitur:* Nunquid iſte eſt vir, qui conturbauit terrā qui cōcuſſit regna &c. *q.d. non modicæ admirationis eſt, quod natura tā contemptibilis attingeret ad faciendum tam magna & inſolita: quæ quidem admiratio eſt oppoſita admirationi prædictæ.*

*REPLICA. In c.14. Burg. circa caſum & ortum luciferi voluit aliquid dicere cum ſuo autore, quomodo ſtatim poſt primum inſtans ſuæ creationis peccauit, quaſi motus ſpirituum menſuretur tempore in æuo: non enim ponitur communiter prius & poſterius inſtans niſi naturæ, perfectionis, vel originis: non ſucceſſionis, quia eadē eſt* E *menſura operationis rei quæ eſt naturæ. Cum igitur natura angeli ſecundū eſſe ſit indiuiſibilis, erit etiam indiuiſibilis ſecundum operari quò ad menſuram ſucceſſiuam quæ indiuiſibilis eſt, & ex diuiſibilib. eſſe non poteſt. Ponentes igitur morulas aut duas aut tres aut quatuor inter creationem, & lapſum angeli, oportet habere reſpectū ad ordinem naturæ, quæ eſt ordo permanentium: quia ſecundum illum ordinem prius eſt eſſe quam bene eſſe: nam non conuertitur ſubſiſtēdi conſequentia: & ita non eſt apud intelligentem terminos capibile angelum fuiſſe bonum vel malū, niſi præintelligatur fuiſſe. Si igitur accipitur illa bonitas & malitia tanquā moralis, tunc eſt ſolū bonus vel malus vſus liberi arbitrij & ſic habemus duas morulas ante appoſitionem vel negationem gratiæ, qua appoſita vel negata oportet ponere tertiam, quia nō poteſt intelligi aliquem eſſe bonum bonitate gratuita, niſi præintelligatur bonus bonitate naturali. Et ſic de malitia. In hac autem tertia morula omnes tam boni quam mali fuerūt in via, quia in ſtatu merendi & demerendi: quia meritum beatitudinis non eſt ſine gratia: oportet igitur aſſignare quartam morulā, in qua fuerunt in termino meriti: vel demeriti, quia non eſt intelligibile ſtāte lege ordinata, quòd quis ſit in termino præmij, niſi prius fuerit in via meriti, niſi qs cū Hug. & magiſtro velit dicere in angelis præmium præceſſiſſe meritū, ſed in hoc magiſtri illi non tenētur: de* F *quo vide circa quartā diſ.2. libri ſententiarum. Illas autem oēs morulas poſſibile eſt eſſe in eodem inſtanti tempore, etiam ſi plures ponerentur ſecundum ordinem naturę perfectionis vel originis. Sed de angelorum motib. & operationib. per tpa & loca dicendum, quod non menſurarentur ſucceſſionib. ſed ſolum coexiſtentijs, & præſentijs ſicut fluxus aquarum circa planum, & motus ſphęrici in plano vide Scotum circa diſt. 4. & 5. lib.2. Et cum poſtilla vult luciferum ſic ſuperbiſſe, quod nulli voluit ſubeſſe, hoc intelligendum eſſe nō ſimpliciter, quia ſciuit ſe ſine Dei manutenentia eſſe non poſſe. Bur. aūt dicit, ꝙ voluit ſimpliciter, ex hoc medio, quia voluntas eſt impoſſibilium. Ad hoc medium reſpondet poſtillator, ꝙ poteſt eſſe verum in ordine agendi, ſed non eſſendi: Sciens.n. modum eſſendi ſecundum ordinem eſſentialis dependentiæ, qui immutabilis eſt, ille ſcit fore eſſe prohibitum, vt in illo ordine noluit ſubeſſe. Non eſt igitur ad illud voluntas ſed in ordine agendorum ſunt multa impoſſibilia, non ſimpliciter ſed ſibi: & ad ea bene fertur præſumptio voluntatis qualis fuit in propoſito, &c. In locis medijs vſq; ad cap.26. multa dicit Burg. Quæ quamuis ſint aliæ applicationes, non tamen contra poſtillatorem quia eadem litera varijs expoſitionibus ſine abſurditate applicari variè poteſt.*

## CAP XV.

a ¶Bene quia Moab de inceſtu filiæ nocte conceptus eſt: vel nox magnitudinem mœroris ſignificat.
a Onus Moab. Quia nocte vaſtata eſt
1
2

a Onus Moab. Hæc eſt viſio Iſaiæ habita de onere, i. de deſtructione Moab. Moab filius Loth, cuius progenies & prouincia Moab vocata eſt: In ipſa eſt ar. quæ nūc Ariopolis metropolis.

Onus

## NICOLAVS DE LYRA.
### Cap. XV.

✻ 1 Onus Moab. *Hic poſt denuntiationem punitionis Philiſthinorum propheta denuntiat punitionem Moabitarum, qui deſcenderunt a Loth, cui Abraham pater Iudæorum fecit multa bona educendo eum de Aran, & inde ducendo eum in Aegyptum & reducēdo, Gen.12. & liberando eum de manu Amraphel, qui duxerat eū captiuum, Gen.14. & per preces ſuas liberando eum de ſubuerſione Sodomorum, Gen.8. & ideo Moabitæ debebāt filios Iſrael diligere: ſed ipſi ecōtrario tāquam reddentes malum pro bono gaudebant de eorum afflictionibus, & fauebant eorum afflictoribus, & ideo propheta hic denūtiat eorum vaſtationem. Et circa hoc primò vaſtationem eorum denuntiare incipit. Secundò cauſam cuiuſdam dicti ſui reddit in principio ſequentis cap. Tertiò ad propoſitum redit, ibi:* Audiuimus. *Circa primum incipit denuntiare eorum vaſtationē duplicem, primò per Aſſyrios, ſecundò per Babylonios, ibi:* Ad torrentem. *Circa primum dicit.* Onus Moab. *i. eius vaſtatio mihi reuelata, ſupple eſt quæ ſequitur.*

2 Quia nocte vaſtata eſt. *Ar. nomen eſt ciuitatis regiæ in regno illo.*

✻ Moab

### MORALITER.

† 1 *Onus Moab &c.* Per Moab q ex patre interpretatū, peruerſitas Iudæorum ſignatur, quib. dr̄ Io.8.f. *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria, &c.* 2 *Quia nocte vaſtata eſt Ar.* Per Ar quę

A *Onus Moab*, eſt circuncifio carnali & ſpiritualis. vnde: Nos ſumus circuncifio, qui ſpiritu domino ſeruiuimus. Ad differentiam ſpiritualis Iſrael dicitur: Videte Iſrael ſecũdum carnem: Sic Moab ſpiritualiter accipitur. (qui interpretatur de patre, vel aqua paterna) de inceſtu, & ebrietate generatus: qua ſi abſente, & neſciente patre. *Moab*, autor ſenſus, qui videtur de Deo patre naſci. Sed quia aduerſarius eſt populo Dei, de inceſtu in ſpelunca, & nocte generatur. Mœrore ergo noctis ſempiterno perijt, ſicut Aegyptij vigilia matutina nocturno. ſ. tempore, Loth quoque Sodoma pereunte venit in Segor, & ortus eſt ſol. vnde: *Non ſumus filijs noctis, neque tenebrarum.* Et alibi. *Nox præceſſit, dies autem appropinquabit, &c.*

a *Ar.* i. aduerſarius: ſapiẽtia ſecularis quæ aduerſaria Deo. Cuius murus dialectica arte conſtructus nocte vaſtatur & conticeſcit.
B Hiſtorialiter. Quia Moabitæ gauiſi ſunt de captiuitate Iſraelitarũ, ſicut & Philiſthiim, quod paſſuri ſunt, prædicitur eis. Et ſciẽdum, quòd primò ab Aſſyrijs, poſt a Chaldęis vaſtati sũt.

a ¶ Prouincia Arabiæ. b ¶ Non auſa rebellare.
a b Ar: Moab † conticuit: quia nocte vaſtatus eſt 1
a ¶ Dialectica arte conſtructus. b ¶ In perpetuum. c ¶ Ad plorandum. ubi prius ad immolandum. d ¶ Regia.
c † murus, Moab conticuit. Aſcendit † domus 2 3
a ¶ Ciuitas nobilis: ¶ Aduerſæ ſapientiæ. b ¶ Idolorum c ¶ Ad plangendum mala.
d e & Dibon ad excelſa in planctum, ſuper Na- 4 5
a ¶ Quod interpretatur ſeſſio vel prophetia b ¶ Ciuitate nobili. ¶ Deſaltu. c ¶ Tota prouincia.
bo & ſuper Nedaba Moab vlulabit. † In cun- 6 7 8
a ¶ Antiqui in afflictione & luctu capita barbasque radebant. vnde Iob. Tonſo capite corruit in terram.
ctis capitibus eius clauicium, & omnis bar- 9
¶ In publico. a ¶ Pœnitentiæ.
ba radetur. In triuijs eius accincti ſunt ſacco: 10
¶ Omnimodus.
f ſuper tecta eius & in plateis eius omnis 11
a ¶ Cogitationes.
g vlulatus deſcendit in flatum. Clamabit Eſe-
¶ Ciuitates prouinciæ Moab.
a ¶ Aſcenſio. b ¶ Factum vel mandatum.
bon & Eleale, vſque Iaſa audita eſt vox 12
a ¶ Moabitarum. ¶ Malum. b ¶ Etiam non ſolum ſenes
h eorum. Super hoc expediti Moab vlu- 13
a ¶ Compaſſio, quia Dei creatura, quia eſt miſerandus & hoſtis.
i labunt, anima eius vlulabit ſibi. Cor 14
a ¶ Ideſt fortitudo vel termini eius deſerti erunt vſque ad Segor, quæ eſt in fine.
meum ad Moab clamabit: uectes eius uſque 15

b *Quia nocte vaſtata eſt.*
* Baſilius. Quod noctu erogatur ſupplicium, atrocius eſſe ſolet & amarulentius. Qui enim interdiu quauis afflictatur calamitatu, lucem ipſam habet qua ſe ſoluetur.
c *Aſcendit domus.* Ad excelſa, in quibus ſuperbierat, vt non immolet, ſed vt plangat vbi peccauerat.
* Septuaginta. Contriſtamini in vobiſipſis, peribit. n. & Dibon, vbi altare veſtrum.
* Baſilius. Ad aſſumendam triſtitiam quæ ſm Deum eſt, inuitat eos qui per multiuarias excogitationes hu-
C mani intellectus in errores prolapſi ſunt, nec ſe permiſerũt moderationi & præſidio Spiritusſancti, vt in terram deiecti eiularent ob peſtilentes ſuos doctores. Nomine Nabo tales mihi innuere videtur ſcriptura.
d *Dibon.* Fluxus eorum: Mendaciũ tranſit & fluit, & nũquam in eodem ſtatu permanet: Sermo aũt domini eſt compactus, & ſtabilis. Vnde manna videtur quaſi glacies non fluit ſed conſiſtit.
e *Super Nabo.* Hieronymus. Quia & omnis prophetiæ huius vnus eſt ſenſus, non eam per partes lacerauit *Nabo* ſeſſio vel prophetia. *Medaba.* de ſaltu: Eſebõ, cogitationes: Eleale, aſcenſio: Iaſa, factum ſiue mandatum: Segor, parua:

ui: Luith, genę: Oronaim, foramen mœroris: Nẽrim, pardi vel præuaricatores: Gallim vituli, vel arenarum cumuli: Elim, arietes vel fortes: Dibon, ſufficiens mœror. D
Quia ergo peruerſum dogma, quod ſine Dei inſpiratione humano ſenſu in tenebris erroris naſcitur, nocte vaſtatũ eſt, & argumẽta eius .i. muri eccleſiaſtico ſermone deſtructa ſunt, & conticuerũt, & ad pœnitentiam verſa ſunt, ſuper Nabo, i. prophetiam & ſeſſionem .i. magiſtros eorum, & Medaba vbi eſt ſaltus infertilis, & habitatio beſtiarum erit vlulatus & plãctus: & de capitib. eorũ ornamenta eloquentiæ, tollentur, vt nudi maneãt & deformes. Et ſi quid virilitatis in barba habere videbatur, raſũ a viro eccleſiaſtico, effęminatum & debile comprobetur. In triuijs quoq; eorum, & diuerticulis errorũ dum fingit vnuſquiſq; qđ vult, accingetur ſacco pœnitentiæ: & ſuper tecta, i. E dogmata in quib. ſe ſublimes eſſe credebãt, & in plateis quia latam ingrediuntur viam, q̃ ducit ad mortem, erit vlulatus Neq; aſcẽd nt in ſuperbiam, ſed deſcendent in fletũ, tunc intelligent cogitationes ſuas vanas (quod Eſebon ſignificat) & vanum aſcenſum ſuperbiæ, quod Eleale ſonat, & vox eorum audietur vſq; ad mala opera quæ fecerint, & mandatum quod putabant Dei propria confeſſione damnantes. Propterea vectes. i. qui firmi fuerunt in Moab, & errorem ſuum intellexerunt, vlulabũt, & ſpem profectus habere incipient, cum anima eorum vlulauerit ſibi. Vnde propheta compatientis affectu: *Cor meum ad Moab clamabit*

† in Baith.
† Iere. 28. ſ. Ezech. 7. c.
Gen. 14 c.

f *Omnis vlulatus.* Alia litera Omnis vlulat. Moab. ſ. & ſic deſcendet in fletum. Quaſi: Aſcendit ad excelſa, vt ante idola ploret. Sed cùm ibi nullum auxilium reperiret, dedit ad fletum in terram vel in domum ſuam. F
g *Clamabit Eſebon.* A principio regni qđ eſt in Eſebon, vſq; Iaſa ciuitatem, vbi finitur, vbiq; clamor, vbiq; luctus.
h *Expediti Moab vlula.* Ab vxorib. fortes bellatores. Inde dicitur Abraham vernaculos domus ſuæ elegiſſe expeditos, ideſt, ſine vxoribus.
i *Cor meũ ad Moab. Vt. ſ. prouocem eos ad pœnitentiam.* Vectes eorũ. i. firmamenta q̃ in hæreſib. habere videbantur ad Segor, i. ad paruulam peruenient: vt non robuſti, ſed fragiles videantur. Segor aũt. i. parua pœnitentia, ſi perſeuerauerit perducet eos ad perfectam ſalutem, qđ in vitula trium

## NICOLAVS DE LYRA.

*1 Moab conticuit. *tanquam confuſus, & non potens rebellare. Et accipitur hic Moab pro populo Moabitarum.*
2 Quia nocte vaſtata eſt murus. *i. fractus ab Aſſyrijs, eò ꝙ cuſtodes muri non poterant ita defendere de nocte, ſicut de die.*
3 Aſcendit dominus rc. *i. regis familia.*
4 Et Dibon. *i. habitatores Dibon.*
5 Ad excelſa. *vbi erant eorum idola.*
6 In planctum. *q. d. non ad ſacrificandum pro victoria, ſed ad flendum pro deiectione ſua.*
7 Super Nabo & ſuper Medaba. *nomina ſunt ciuitatum ab aduerſarijs eius captarum.*
8 Moab vlulabit. *præ dolore emittens, ſ. ſonum confuſum.*
9 In cunctis capitib. eius caluicium, &c. *quia in ſignum triſtitię deponebantur capilli & barba, ſicut dicitur de Iob.* Tonſo capite corruit in terram, *vel quia antiquitus capita, & barbæ captiuorum radebantur. vnde dicitur Deu. 32. ſ.* De cruore occiſorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.
10 In triuijs eius accincti sũt ſac. *in ſignũ triſtitiæ vel captiuitatis, ſicut dictũ eſt de capillis. Quia. n. homines in ſignũ triſtitiæ inducerent ſe ſacco, patet Eſther 4. a. vbi dicitur:* Quæ cũ audiſſet Mardochęus, ſcidit veſtimẽta ſua, & indutus eſt ſacco: *& in plurib. locis ſimiliter ſacco veſtiebantur captiui bonis viſtibus ſpoliati.*
11 Super tec. eius, &c. *In hoc tangitur magnitudo doloris ex magnitudine clamoris.*
12 Vſq; Iaſa. *quæ eſt ciuitas in extremitate regni Moab.*
13 Super hoc expediti, &c. *Et dicuntur hic expediti iuuenes fortes, carentes vxoribus & liberis: & ex clamore iſtorum intelligitur maior clamor aliorum.*
14 Cor meũ, &c. *Verbum eſt prophetę compatientis eius miſeriæ, cuius cauſa dicetur ca. ſe.*
15 Vectes eius &c. *fortes illius populi, qui deberent eſſe clauſura & defenſio alijs, fugerunt vſq; ad Segor Vitulã pp luxuriæ petulentiam. Et dicitur vitulam in fœminino, quia ſexu maſculino vtebantur habitatores eius pro fœminino infecti vitio Sodomitico.*

## MORALITER.

† erat metropolis in terra Moab ſignatĩ Ieruſalẽ metropolis Iudęę. Per hoc ergo ꝙ dr̃ hic nocte vaſtata eſt Ar, ſignificatur, ꝙ pp noctem erroris Iudęorũ contra Chriſtũ deſtructa fuit Ieruſalẽ per exercitũ Romanorũ, & aliæ ciuitates Iudææ per ciuitates Moab hic nominatas ſignatę per clamores aũt & vlulatus Moabitarum, ſignantur fletus & clamores Iudęorum in deſtructione ipſorum.
9 *In cunctis capitibus calui, &c.* per hoc ſignatur diſtractio captiuorum, nam Iudæi per Romanos partim fuerunt interfecti, & partim in ſeruitutem venditi, & per orbem diſperſi. Per hoc autem quod ſequitur infra.

Gen.15.b. trium annorum ſignificatur. vnde, Abrahę præcipitur, vt offerat vitulum & arietem, & hircum trium annorū, A perfectum ſcilicet ſacrificium, vt hæres domini eſſe mereatur. Cum autem egerint pœnitentiam per Luith.i.genarum lachrymas, ad altiora conſcendunt, & quaſi mœroris foramine & introitu, clamorem contritionis leuabunt ad dominum dicētes: *Sacrificium Deo ſpiritus cō tribulatus, cor cōtritum.* (Pſal.60.d.) Et hoc fiet, quia doctrina hæreticorum qui pardis & præuaricatoribus comparantur) deſerta erit. Omnis quoque herba & germen, & quicquid in ſermone eorum viride videbatur exaruit, & ſecundum magnitudinem peccatorum a Deo viſitati ſunt, vt quem per beneficia non ſenſerant, per flagella B cognoſcant. Ducuntur denique per vallem vel torrētem ſalicum, vt nullus in eis fructus hæreticorum remaneat. Hanc.n.ſeminis harum arborum dicūt eſſe naturam, vt qui illud in poculo hauſerit careat liberis. Vnde ſancti. *In ſalicibus in medio eius*.i.Babylonis. *ſuſpendimus organa noſtra.* (Pſal.136.) Omnes terminos Moabitarū clamor circumiuit, ad pœnitentiam vocantium, vt offerre poſſint per vlulatum ſuum vitulos labiorum, & peruenire ad fontem dominicorum arietum vel fortiū: C quia Elim vtrunque ſignificat: Aquæ verò Dibon (quod interpretatur ſufficiens mœror vel dolor) quæ multos ſua aſperſione polluerant, arguentur deceptis populis nō ſaluti fuiſse, ſed ſanguini. Vnde propheticus ſermo promittit, vt ſuperfluentes lacrymas (qđ interpretatur Dibō)

†triennem †Berelim

a ¶Ideſt paruulam peruenient, vt non robuſti, ſed fragiles videantur. ¶Trium annorum.
a ad Segor vitulam † conternantem, Per aſcen-
a ¶Genæ ¶Cliuus enim obuius captiuis per quem trahebantur & per ciuitatem ſuam Oronaim. b ¶Foramen mœroris
ſum enim Luith flens aſcēdit, & in via † Oro-
a ¶Luctum.
naim clamorem cōtritionis leuabunt. Aquæ
a ¶Pardi vel præuaricatores.
b enim Nemrim deſertæ erunt, quia aruit her-
a ¶Arborum, vinearum.
ba, defecit germen, viror omnis interijt. † Se-
a ¶Secundum quantitatem morbi curatio medici. ¶Peccati. ¶Vitio.
c cundum magnitudinem operis, & viſitatio
a ¶Flumina Babylonis, vnde In ſalicibus in medio e.ſuſpen.orga.noſtra.
d eorum ad torrentem ſalicum ducēt eos, quoniam circumiuit clamor terminum Moab.
a ¶Oppidum. ¶Vituli vel arenarum cumuli. ¶Moab.
e Vſque ad Gallim vlulatus eius, & vſque ad
a ¶Arietes vel fortes.
f † puteum Elim clamor eius: quia aquæ † Di-
a ¶Sufficiens meror. ¶Moab.
bon repletæ ſunt ſanguine.. Ponam enim ſu-
a ¶Fluentes lacrimæ. b ¶Doloris. ¶Hæc ſcilicet.
per Dibon additamenta his qui fugerint de
a ¶Hoſtem ſæuientem vel beſtias quæ deuorant Chaldæos. b ¶Quæ remanſerunt immittam in Chaldæos.
Moab leonem & reliquijs terræ.

non vnum mœrorem, ſed plura mœroris additamenta D congeminent, vt cum plenam egerint pœnitentiam & fugerint de Moab leonem principem habere mereātur, quē Septuaginta dixerunt Ariel qđ interpretatū leo Dei.
a *Ad Segor.* Hieronymus. Segor eſt ex.v.vrbibus Sodomorū, quę propter Loth (Gen.19)
1 liberata eſt. Vitulam, pro-
2 pter luxuriam conternantem, non conſternantem,
3 vt quidam legunt, ſed falſo. Tradunt Hebræi, φ his concuſſa, tertio terræmotu
4 corruerit. Vel conternan-
5 tem dicit robuſtam, ſunt
6 .n. animalia robuſta tertio anno ſicut homo 30.& poteſt intelligi quod robuſta manſiſſet, ſi poſt liberatio-
7 nem non peccaſſet.
8 b *Nemrim.* Nemrim oppi-
9 dum, eſt ſuper mare: & ha-
10 bet fontes multus, & aquas
11 ſed ſalſas & amaras, & ideo ſteriles. Et notandum quia non ideo aruit herba in Moab, quod aquæ ſalſæ &
12 amare eſsēt in oī Moab, ſed aquæ ſalſæ & amare erunt
13 in oī Moab ſic ut aqua Me-
14 mrim: & iō areſcet herba. (Pſal.8. Luc.1.)
c *Et viſitatio eorum.* Viſitatio in malo. *Viſitabo in virga iniquitates eorū:* Viſitatio ī bono. *Viſitauit nos oriēs ex alto.*
15 d *Ad torren.ſali.* Hactenus de captiuitate Moabitarum per Aſſyrios, modo, de illa quæ per Chaldæos.
e *Vlula eius.* Quaſi ideo vlulabit Moab, quia vbi luxus prius, & delectatio propter irrigua, & fontium amœna, ibi modo riui ſanguinis.
f *Aquæ Dibon.* Dibon ſilentium, Dibon flens, & tamen vna eſt ciuitas.

†Aron †pro quod fecit & uitias ad torrent ſalicum †Dim fra.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Conternantem. *Quia terræmotu corruit in ſubuerſione Sodomæ. Hebræi dicunt: Vitulam* שלישית *Seliſiiath. Et dicit Rab. Sa. quod eſt ciuitas fortis in terra Moab: propter quod dicitur Seliſiiah ad quam Moabitæ fugerunt propter eius fortitudinem: & hoc videtur verius, quia alia Segor erat ſubuerſa.*
2 Per aſcenſum.n.Luith. *Nomen eſt montis, ad quem fugit pars populi Moab.* 3 In via Oronaim. *Nomen eſt loci, per quem incedebant fugientes & clamantes.*
4 Aquæ enim Nemrim. *Nomen eſt territorij abundantis in fontibus, & per conſequens bene habitabilis.*
5 Deſerte erunt. *Ab habitantibus, inde fugientibus, quaſi diceret: multo fortius alia loca remanebunt deſerta. Et ſubditur cauſa.*
6 Quia aruit herba defecit germen. *i. iuuenes fortes & robuſti de Moab perierunt.*
7 Secundum mag. operis. *i. malitiæ eorum per culpam.*
8 Et viſitatio eorum. *ſ. per pęnam ex vindicta diuina, quę correſpondet malitię.*
9 Ad torren. *Hic conſequenter denuntiatur vaſtatio Moabitarū per Babylonios, cum dicitur:* Ad torren.ſa. *i. ad terram Babylonis quæ abundat fluminibus & ſalicibus, ſecundum quod dicitur pſalm. 136.a.* Super flumina Babylonis &c. *Sequitur:* In ſalicibus, in medio eius, &c. 10 Ducent eos. *ſ. Babylonij.*
11 Qm̄ circumiuit clamo. *Quaſi diceret, in tota terra Moab erit clamor partim morientium, & partim fugiētium, ideo ſubditur*
12 Quia aquæ Dibon. *Nomen eſt fluminis in terra Moab.*
13 Repletæ ſunt ſanguine. *Interfectorum.*
14 Ponam.n. ſuper Dibon addita. *ſ. ſanguinis, quia poſt effuſionem ſanguinis per Aſſyrios addita eſt effuſio per Babylonios. ideo ſubditur:*
15 Leonem. *i. Nabuchodonoſor, qui vocatur leo. Iere.4.b.* Aſcēdit leo de cubili ſuo, *& hoc propter crudelitatem eius & audaciam: & quia forſitan portabat leonem in armis ſuis depictum, ſicut rex Romanorum aquilam.*

### MORALITER.

12 *Aquæ Dibon repletę ſunt ſanguine.* Signatur multiplex effuſio ſanguinis ipſorum.

## CAP XVI.

a Emitte agnum. Idcirco prophetę vix intelligūtur, a qa & pſonas et numeros et tēpora ſubitò cōmutant: & de qualibet re trāſeunt ad aliam. Dū .n. modò loqueretur Iſaias de captiuitate

Quare prophetæ difficulter intelliguntur.

## CAP. XVI.

¶Chriſtum. a ¶Data eſt mihi omnis poteſtas in cæ. & in ter.
1 Emitte agnū dn̄e
1 † dominatorem terræ
3

Domi †dom

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XVI.

Diuiſio

1 Emitte. *Hic conſequenter redditur ratio cuiuſdam dicti in capite pręcedenti. Dixerat.n.Iſaias: Cor meum ad Moab clamabit ſcilicet per compaſsionem: & ideo hic reddit huius compaſsionis cauſam. ſ. propter Chriſtum, que mpropheta videbat naſciturum de populo Moab per Ruth. Moabitidem quam acceperat Booz in vxorē, ex qua genuit Obed, & Obed Ieſſe ſiue Iſai, qui fuit pater Dauid, Ruth vltimo: de quo deſcendit Chriſtus. Igitur circa hūc Iſaias primò denuntiat Chriſti natiuitatem, ſecundo eius regiam dignitatem ibi:* Et præparabitur. *Prima in duas: quia propheta primò facit quod dictum eſt ſecundò quoddam correlarium infert, ibi.* Et Erit, *Circa primum ſciendum, quod antiqui patres multum deſiderabant Chriſti aduentum: ideo propheta denuntiat Chriſtum per modū deprecantis dicens.* 2 Emitte agnum domine. *i. ò tu domine pater emitte Chriſtum qui dicitur agnus. Io. 1. Ecce agnus Dei, &c.*
3 Dominatorem terræ. *Propter quod dicitur Mat. vlt. d. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* ✣ De pe-

### MORALITER.

1 *Emitte agnum domine.* Iſtud caput literaliter expoſui de Chriſto, & Moabitis, miſtim tamen. Exponendo tamen miſticè, primò ponam totum quod pertinet ad Chriſtum, per quem ſignatur hic bonus prælatus, eo quod eſt Chriſti vicarius ſiue ſit ſecularis, ſiue religioſus. Igitur cum dicitur: *Emitte agnum.* vox eſt eccleſiæ viduatæ Deū deprecantis pro bono paſtore qui ſit dulcis & manſuetus ſicut & Chriſtus dicit. Matth. 11. d. *Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde.*
2 *Do. ter.* i. carnis ſuę, p rigorē diſciplinę: Talis erat Paul⁹: iō

† dicebat

Moab & miſeriis,inſpiratò conuertit oculum mentis ad
A natiuitatem Chriſti, & cœpit Moab alloqui.q.d. Ne deſperes,age pœnitentiam,quia licet captiuandus,de tua tamen progenie naſcetur agnus qui tollet peccata mundi, qui dominetur in toto orbe.

a *Petra deſerti.* Ruth.ſ.quia iuxta præceptum dñi Moabitæ vſq; ad decimam generationem non ingrediũtur eccleſiam Dei. Ruth Moabitis, Booz nupſit, ex quo Obed genuit, ex quo Ieſſe pater Dauid,de cuius ſemine virgo Maria proceſſit, quæ concepit & peperit Chriſtum. Sicut.n. Chriſtus pro vtroque populo venit, ſic de vtroq; naſci voluit.

b *Ad montem filiæ Sion.* Ieruſalem,vel potius ad eccleſiam,quę eſt in contẽplatione, tanquam ſpeculationis filia. In Ieruſalem quoque maximè prędicauit, miracula fecit, paſſus eſt, mor-
B tuus eſt,& reſurrexit,& genus humanum redemit.

c *Sic erunt.* Sic in captiuitatem tranſibunt per Arnon: qui eſt terminus Moabitarum & Amorrhæorum.

d *Arnon.* (quę interpretatur illuminatio) eorũ,qui derelictis erroribus,tranſcendunt ad ſcientiam veritatis.

e *Ini conſilium.* Nihil agas ſine conſilio,nec circumferaris omni vento doctrinæ, ſequere magni conſilij angelũ.

f *Coge conſilium.* De vagis.ſ.& errantib.eccleſiã faciendo.

g *Pone quaſi noctem.* Tabernaculum.ſ.in quo quieſcere te putabas,quod erat noctis & tenebrarum: pone in Meridie,i.in clariſſimo lumine,in quo abſcondere debes de errore fugientes,& prius vagos vltra non prodere. Pone in Meridie,dum erit perſecutio Iudæorũ. Pone ò tu Moab vmbram,i.defenſionem,quaſi noctem,i.ſecuram abſcõſionem Iudæis. Notandum,quia antè vaſtata eſt Ieruſalem ab Aſſyrijs,& poſt a Chaldæis quam Moab. Ideoq; præcipitur ei, vt fugientem populum Dei apud ſe recipiat & abſcondat.

✻ Baſilius. *Facite operimentũ luctus ipſi ſemper.* Qui pro his quæ iniquè geſſerunt,contriſtantur,ita vt ad beatũ luctũ pertingant,tales faciunt tegmen luctus. Quales ego vidi,
D qui mœrore oppreſſi ſeipſos in domũcula includerent, omnemq; aditum includerent,ne qua lux tranſradiaret, & quodammodo de ſeipſis vltionem expeterent.

h *Profugi mei.* Qui me fugerunt, qui de eccleſia egreſſi ſunt, qui ſenſum ſuũ ſunt ſecuti non doctrinam ſpiritusſancti.

✻ Hieronymus. Vaſtata.n. Ieruſalem & omni Iudæa quę confinis eſt Moabitis, ad te meus populus tranſmigrabit: eſto igitur latibulum eorum, nec timeas impetũ vaſtatoris, quia ſicut puluis citò tranſibit. Quidam hũc locum male de Antichriſto interpretantur, vt putent ſanctos eo tempore propter viciniam vrbis Ieroſolymæ ad Arabas trãſituros, & nunc eis præcipi ne prodant fugientes ad ſe.
E

Myſtice. Conſideremus a principio huius oneris, quomodo Moabitæ per gradus & ordinem pœnitentiæ fiant Iſraelitæ,& fugiant quaſi auis, & volent quaſi pulli de nido,vt trãſcendant per Arnon, & habitent in monte filiæ Sion, & diaboli vel Antichriſti poteſtate contrita, Chriſtus in his regnet, & ſolium ſuum ponat qui ſaluati ſunt miſericordia atque iuſtitia. *Non enim pater iudicat quenquã, ſed omne iudicium dedit filio.* Ioan. 5. d.

i *Finitus eſt enim pul.* Subitò tranſit ad interfectionem Sennacherib, qui puluis & miſer, quia gloria eius tanquam puluis, quem proijcit ventus a facie terræ, & miſerabiliter ab hac luce migrauit,occiſus a filijs ſuis in templo Dei ſui. Pſal. 1. b.

k *Et præparabitur.* Iudæi exponunt hoc de Ezechia,qui poſt mortem Sennacherib in pace regnauit. Sed melius ad Chriſtum referuntur,& quædam ad primũ quædam ad ſecundum referuntur aduentum. 4. Reg. 19. g. ✻ Finito enim Antichriſti puluere,qui conculcabat vniuerſam terram,rex Chriſtus adueniet, qui ſedebit in tabernaculo Dauid, & in die iudicij reddet cunctis pro operibus ſuis.

a ¶Ruth Gentili: Gentes enim lapides pro Deo colebant,& ideo à Deo delertæ erant. ¶ Redit a captiuitatem Moab.
b ¶ Hæc ſcilicet.

a de pẽtra deſerti ad montem filij Sion. Et ẽrit 1
a ¶ Qui fugerit de Moab. ¶Accipit rem. b ¶Sicut. c ¶ Citiſſime. Ne a Moabitis ſerpentibus deuorentur.
b ſicut auis fugiẽns,† & pulli de nido auolantes, 2 3
a ¶ Ciuitates vel viri & mulieres. ¶Animæ Moabitæ.
c ſic erunt filiæ Moab in tranſcenſu Arnon. 4
a ¶ O Moab. b ¶ Præuide quomodo poſſis euadere.
d e Ini conſilium, † coge conſilium, pone quaſi 5 6
a ¶Securam abſconſionem. b ¶ In aperta perſecutione.
f g noctem vmbram tuam in meridie. Abſconde 7 8
a ¶Iudæos. b ¶ De loco ad locum. c ¶Hoſtibus. d ¶Quia vaſtata Ieruſalem.
fugientes & vagos ne prodas. Habitabunt 9 10
a ¶Quia confinis es eis b ¶Cum diabolus cœperit perſequi.
h apud te profugi mei. Moab eſto latibulum 11
a ¶Aſſyrij & Chaldæi. ¶Diaboli. b ¶ Quia. ¶Conſumptus occiſus. ¶Sennacherib. ¶Qui ad aduentum agni, qui ortus de petra deſerti venit ad montem Sion.
i eorum à facie vaſtatoris. Finitus eſt enim
a ¶ Potentia diaboli comparatur pulueri. b ¶Quia miſeros fecit.
†puluis, cõſummatus eſt † miſer,defecit q con 12 13
a ¶Vaſtando. b ¶ Terrenos. ¶De primo aduentu. c ¶ Illo conſumpto. d ¶Patris. ¶ Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei. e ¶ Regnum ſempiternum ¶ Filij.
k culcabat terrã. Et pręparabitur in miã ſolium, 14 15

Margin: †vaſtans, calcator cõſumptus eſt a terra.

Sede-

C — F

## NICOLAVS DE LYRA.

*1 De petra deſerti. *Locus eſt in terra Moab, de qua fuit Ruth. Vnde dicit Hieronymus in epiſtola ad Paulinum de omnibus ſacræ ſcripturæ libris. Ruth Moabitis Iſaiæ explet vaticinium dicentis: Emitte agnum domine,&c.*

2 Ad montem filiæ Sion. *Ideſt,ad Ieruſalem,in qua erat tẽplum in monte Sion,vbi beata virgo obtulit filium ſuum, Luc. 2.*

3 Et erit ſicut auis. *Hic propheta ex dictis infert correlarium, videlicet, quod ſicut ipſe compatiebatur populo Moabitarũ propter Chriſtum: ita econuerſo populus Moab debebat compati populo Iudæorum,ex quo deſcendit Chriſtus per Booz: ſicut & ex Moab per Ruth,vt dictum eſt. Addit etiam propheta aliam rationem compatiendi,ſcilicet propter anguſtiam quam Moabitæ erant paſſuri. Afflicti enim ſolent alijs afflictis compati. Et hanc rationem præmittit dicens.* Et erit ſi.auis fu. *ſcilicet timore, ne capiatur.*

4 Sic erunt filij Moab. *ſcilicet fugientes ne capiantur ab Aſſyrijs & Babylonijs.*

5 In tranſcen. Arnon. *fluuius eſt in finibus Moabitarum.*

6 Ini con. *cum ſapientibus Moab.*

7 Coge conſi. *ideſt,congrega in loco ſecreto ad videndum, quo modo poſſis effugere manus vaſtatoris. Et conſequenter dat modum, dicens.*

8 Po.qua.no. *i.fac latibula,in quibus poſſis filios Iſrael fugientes abſcondere in meridie, ita quod ibi lateant,ac ſi eſſet tempus noctis: & ideo ſubditur.*

9 Abſconde fugientes. *eis compatiendo.*

10 Et vagos ne pro. *ſcilicet perſecutoribus tradendo. Et quod de filijs Iſrael intelligat,ſubdit.*

11 Habitabunt apud te profu. mei. *i. fugientes de populo meo timore Sennacherib: quia licet non ceperit Ieruſalem tamen vaſtauit alias ciuitates Iudæę,vt habetur 4. Reg. 18. & de illis multi fugerunt ad terram Moab. Et vlterius denuntiat propheta caſum Sennacherib de propinquo futurum, & Moabitę non retrahantur a receptione populi Iſrael timore Sennacherib, dicens.*

12 Finitus eſt enim puluis. *i. in propinquo eſt exercitus Sennacherib terminandus qui dicitur hic puluis, eò quòd corpora bellatorum fuerunt redacta in cinerem, vt dictum eſt ſupra.*

13 Conſummatus eſt miſer. *ideſt, Sennacherib eſt in proximo occidendus à filijs ſuis in terra ſua.*

14 Defecit qui conculcabat terram. *ſcilicet Sennacherib, qui ſubijciebat ſibi habitatores terræ.*

15 Et preparabitur. *Hic deſcribitur ipſius Chriſti regia poteſtas,cum dicitur:* Et præparabitur in miſeri. ſo. *quia poſt reſurrectionem Chriſtus aſcendit in cælum,& ſedet ad dexteram patris, vt habetur Mar. vl. d. cuius regnũ eſt in dulcore miſericordiæ, vſque ad iudicium extremum,in quo erit tempus iuſtitiæ, ideo ſequitur.*

✻ Iudicans

*MORALITER.*

† dicebat 1. Cor. 9. d. *Caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.*

1 *De petra deſerti.* ideſt, de ſolitudine contemplationis.

2 *Ad montem.* i. ad regimen eccleſiæ: ad hoc enim tales ſunt præficiendi, qui hauſerunt in exercitio ſtudij ſacræ ſcripturę quod poſſunt in populum ſibi creditum effundere per doctrinam. Et quia ſecundum Greg. in bonis rectoribus debet eſſe iuſte conſulens miſericordia, & piè ſeuiens diſciplina: ideo ſubditur.

15 *Et præparabitur.* Quoniam aliqui ſunt nimis tardi iuſtitiam exequendo, ideo ſequitur.

† *Et velo-*

A a *Sedebit ſuper eum*. Quieſcens & iudicans, ſuper corda bonorum.

b *Audiuimus ſuperbiã Moab.* More ſcripturæ, quia læta nuntiauerat, ne negligentes faceret, comminatione terret.

† Ierd. 48. c. ✠ Baſilius. Aduerſus mũdi principẽ hęc dicta ſunt, qui primus apoſtaſiam de ſignauit, & ſuperbia elatus ſuum contempſit creatorem. Hic qui inſtigat antiſtites hæreſeon, vt in excelſo iniqua loquantur, qui quidem ſi qñ eò ſe demiſerint, vt eſſentiantur propoſitæ quæſtioni, ille docet quidem non excuti oportere ac liberari rationem ſermonis, imò verò eum B qui præualet coarguere abſurditatem dogmatum ipſius, debere potius inceſſi contumelijs.

†Super dolia Ciraharefath loquimini, veruntamẽ per cuſu.

Ioan. 10. b.

c *Et indignatio*. Contra Deum in cœlum poſuit os ſuum prophetis detrahens. Illud euangelicum apponens. *Omnes qui venerunt ad te ante me fures fuerunt, & latrones.* Moyſen & Dauid homicidas vocat, Ioſue ſanguinarium.

a ¶ Vt poſt miſericordiam iudicet, & quærat iuſtitiam, & reddat vnicuique ſecundum opera ſua. b ¶ In eccleſia. ¶ Quod corruerat & ſuſcitatum eſt.

a & ſedebit ſuper illud in veritate in taberna-

a ¶ In ſecundo aduentu. b ¶ Dicens malis. Ite in ignem æternum. Bonis. Venite benedicti patris mei perci. &c.

culo Dauid iudicans & quærens iudicium, & 1

a ¶ Vn cuique ſecundum opera ſua b ¶ Hoc iterum de Moab. ¶ Vox ſanctorum, qui de Moab ſaluati ſunt, & ſuperbiam in eius experti

b velociter reddens, quod iuſtum eſt. † Audiui 2

a ¶ Hæreticorum ſimplicitatem eccleſiæ irridentium. 3

mus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde.

a ¶ Præcipitata audacia Plus audet quam poſſit.

c Superbia eius & arrogantia eius & indigna- 4

a ¶ Vltra ſuam fortitudinem ſuperbit. b ¶ Quia contra Deum ſuperbit. 5

6

tio eius, pluſquam fortitudo eius. Id circo vlu 7

¶ Ad ſe inuicem. b ¶ Moab. 8

d labit Moab ad Moab, vniuerſus ululabit. 9

a ¶ Qui confidunr & gloriantur in munitione murorum.

e †His qui lætantur ſuper muros cocti lateris, 10

a ¶ O prælati eccleſiæ uel de Moab ſaluati. b ¶ Mortem captiuitatem. ¶ Hæreticorum iaculis factas. c ¶ Vici & villæ.

f loquimini plagas ſuas: quoniam † ſubur- 11

a ¶ Ciuitas nobilis, ſicut & Sabama. b ¶ Dei auxilio, vel combuſta igne diuino. c ¶ Præcipue. 12

13

bana Eſebon deſerta ſunt. Et † vineam 14

a ¶ Multitudinem populi. b ¶ Principes Aſſyriorum vel Chaldæorum. ¶ Apoſtoli vel apoſtolici viri. Vel ſic diſtingue: Et vinea Sabama domini gentium. c ¶ Habitatores. i. Sabama ceciderunt. 15

g Sabama domini gentium exciderunt: 16

D d *Vlulabit*. Alter ad alterum omnes ſcilicet hæreticorum & philoſophorũ diuerſitates cõtra ſe in tormentis mugient.

3. Reg. e *Super muros*. Non ædificatos quadro lapide, ſicut templum Dei ſunt, in quo ſimili lapides poſiti, vt nec malleus auditus ſit nec ſecuris.

Pſal. 4 f *Suburbana Eſebon*. Omnes cogitationes eorum (quod ſignificat Eſebon) non pertinet ad ciuitatem Dei de qua: *Fluminis impetus lætificat, ciuit. Dei*. Sed ſuburbana ſunt, vt ad vrbem domini pertinere credebantur.

† arua g *Sabama*. Attollens altitudinem. Qui in altum ſe erigit, & ſuperbiæ turrem vſque ad cœlum extruere cupit, præcipuè comburitur. *Sabama*. Nõ ſolum extollens altitudinem, ſed etiam conuerſio aliqua: quia videtur in regione Moabirica ad domini ſeruitutem aliqua ex parte velle conuerti. Domini ergo gentium, vineę Sabama exciderunt flagella.

† pla nes op

E

*Vlu-* Erra-

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Iudicans & quærens iudicium. *Scilicet extremum.*

2 Velociter reddens, quod iuſtũ eſt. *quia in breui tempore dabitur ſententia pro iuſtis:* Venite benedicti, &c. *& contra iniuſtos:* Ite maledicti, &c. *Matth. 2. d. vnde verſus:* Mortis vel vitę breue verbũ, ite venite. Dicetur reprobis ite, venite ꝓbis. *Totum autem iſtud de capite præſenti exponit. Rab. Sa. de Moab ad literam continuando capite pręcedenti. Ad cuius intellectum ſciendum, quod Meſa rex Moab ſoluebat pro tributo regi Iſrael centum milia agnorum, vt habetur 4. Reg. 3. tamen poſtea mortuo Achaz negauit: et quia ex tunc populus Moab erexit ſe in ſuperbiam, de qua dicitur in parte ſequenti. audiuimus ſuperbiã Moab ſuper eſt valde: ideo Iſaias volens eius ſuperbiam repellere, improperat ei tributum iſtud dicens:* Emitte agnum domine dominator terræ. *Nomina enim Hebræa ſunt inclinabilia. ideo de facili dicit poteſt dominator pro dominatorem, ſicut hęc nomina cornu & gelu indifferenter accipiuntur in caſu accuſatiuo & nominatiuo apud Latinos. Et eſt ſenſus ſecundum Rab. Sal. Emitte agnum. quaſi diceret propheta, quid ſuperbis popule Moab contra regnum Iuda contemnendo, quia ille qui fuit dominator, & dominus in terra veſtra, ſcilicet rex veſter aliquãdo miſit pro tributo regi Iſrael: Agnum. i. agnos accipiendo ſingulare pro plurali, ſicut Exod. 8. f.* Venit muſca grauiſſima, *i. multitudo muſcarum. De petra deſerti. ideſt, de tali loco terræ Moab. vnde mittebantur agni prædicti. Ad montem filiæ Sion. ideſt, ad Samariã quæ ædificata fuit in monte empto a Somer. 3. Reg. 16. & erat metropolis in regno Iſrael. Et dicitur mons filię Sion, quia omnes ciuitates totius Iudææ fuerunt ſub Ieruſalem, in qua eſt mons Sion vſque ad diuiſionem regni tempore Roboam. Et erit propoter ſuperbiam Moab. Sicut auis fugiẽs, &c. quia vaſtatio hæc fuit eis inflicta, pro ſuperbia ſua cum alijs malis. Conſequenter oſtendit propheta modum euadendi hanc pœnam, ſcilicet per compaſſionem ad filios Iſrael dicens: Ini conſilium, &c. exponatur vt ſupra vſque ibi: Finitus eſt enim puluis, conſummatus eſt miſer, defecit qui conculcabat terram. vbi Rab. Sal. dicit quod hęc eſt litera Hebraica: Defecit ſuctio, conſummata eſt mammillam, defecerunt mobilia de terra. Quam literam ſic exponit, Defecit ſuctio, i. animalia quæ antè abundabant in terra Moab. Non ſugent amplius lac matrum ſuarũ: conſummata eſt mammilla, ideſt defecit lac de mammillis animalium: vnde Moabitæ in lacte & butyro ſolebant abũdare. Defecerunt mobilia de terra, i. animalia quæ gradiuntur ſuper terram: quia hoſtes deduxerunt ea per prædam: hanc enim pœnam comminatur eis Iſaias: & tunc conuertit ſe ad nuntiandum fortificationem regni Iudæ tempore Ezechiæ dicens:* Et præparabitur in miſericordia ſolium, *quia ex Dei miſericordia exercitus Sennacherib ab angelo percuſſus fuit, & ipſe fugiens ad terram ſuam ibi interijt: & tunc Ezechias in pace & gloria regnauit, vt habetur 2. Paral. 32. Et ſedebit ſuper illud in veritate. vnde dixit:* Fiat pax & veritas in diebus meis. *4. Reg. 20. dicit. In tabernaculo Dauid, ideſt in ciuitate quam ædificauit Dauid iudicans et quęrens iudiciũ, &c. quia ipſe fuit iuſtus, & in alijs iuſtitiam ſeruauit.*

Verſus. C Diuiſio. F

3 Audiuimus. *Quia ſecundum expoſitores Hebraicos & Latinos Moabitę non fecerunt ſecundum monitionem Iſaiæ de cõſeruando fugitiuos de populo Iſrael: ideo non euaſerunt pœnam comminatam: & ad hoc deſignandum reuertitur hic propheta ad deſcribendum eorum pœnam & culpam. Et primò prædicit exterminium. ſecundò excludit eorum remedium, ibi:* Et erit. *Circa primum dicit:* Audiuimus ſuperbiam Moab. *per famam volantem.*

4 Super eius. *in factis.*

5 Et arrogan. eius. *In verbis.*

6 Et indignatio eius. *In exterioribus ſignis.*

7 Pluſquam fortitudo eius. *Eſt enim modus ſuperbi plus aſtimare de ſe, quam ſit in veritate.*

8 Idcirco. *ideſt propter iſtam ſuperbiam.*

9 Vlulabat Moab ad Moab. *Quęrentes abinuicem auxilium, non inuenient.*

10 His qui lætantur ſuper muros. *Tales enim muri fiebãt antiquitus, ſcilicet de lateribus coctis, & in fortitudine talium murorum gloriabuntur Moabitæ.*

11 Loquimini. *O vos prophetæ*

12 Plagas ſuas. *ideſt miſerias eis ſuperuenturas.*

13 Quo. ſuburbana Eſebon. *Nomen eſt ciuitatis famoſę in terra illa*

14 Deſerta ſunt. *A ſuis habitatoribus inde fugientibus.*

15 Et vineam Sabama. *Ciuitas erat in Moab abundans in vineis.*

16 Domini gentium exciderunt. *ideſt, Aſſyrij primò, & poſtea Babylonij. Et dicuntur vtrique domini gentium, quia temporibus ſuis multas gentes ſubiecerunt ſuis dominijs.*

* Flagel-

*MORALITER.*

† *Et velociter reddens quod iuſtum eſt.*

*Audiuimus ſuperbiam Moab*. Hic ponitur expoſitio myſtica, quantùm ad Moabitas per quos ſignãtur Iudæi, vt dictum eſt capite præcedenti. Sic ergo dr̃: *Audiuimus ſuperbiam Moab.* ideſt, Iudæorum primò Chriſtum eis miſſum deſpiciendo & crucifigendo. & ſecundò Romanis rebellando, vt dicit Ioſephus libro de Iudaico bello.

9 *Vlulabit, etc.* Per qđ deſignatur contẽtio Phariſæorũ & Saduceorũ de reſurrectione mortuorũ, vt habeť Act. 23.

10 *His qui lætantur*. Ex confidentia namque fortalitiorum rebellauerunt Romanis.

13 *Quoniam ſuburbana Eſebon*. Per iſta loca ſignantur Iudææ ciuitates deſertæ per Romanos.

† *Super*

a ¶Ne ex alijs hæreſibus aliæ naſcerentur in infinitum: exciderũt flagella eius &c. b ¶Etiam. c ¶Ciuitas. ¶Quod eſt fortitudo eorum, id eſt ac fortiſſima quæque hæreticorum dogmata in quibus confidunt. ¶Domini gentium.

a † flagella eius uſque ad Iazer peruenerunt: er- 1

a ¶Peſſimæ radices. b ¶Excisis ſcilicet flagellis. ¶A Deo. ¶Fugitiuos. intelige. 2

rauerunt in deſerto propagines eius, † relictæ 3 4

b a ¶Sed. ¶Domini gentium. ¶Ducti in Babyloniam. b ¶Tentationibus ſęculi. Veni in altitudinem maris & tempeſtas demerſit me. c ¶Malo. 5.

c d ¶Iſaias. ¶Vt mecum plorent. ¶Fortitudinem ſcilicet hæreticorum quæ ſe extollit contra ſcientiam Dei.

ſunt, tranſierunt mare. † Super hoc plorabo 6

d a ¶Deficiens ſcilicet Iazer. b ¶Abundanter ſuper captiuitatem tuam flebo. 7

in fletu Iazer, & vineam Sabama: Inebriabo 8

a ¶Cogitationes eorum, quibus ad excelſa conſcenderunt. ¶Aſcenſio. 9

e te lachryma mea Eſebon & Eleale, quoniam 10

f a ¶Quæ naſcitur in vallibus Raphaim. 11

ſuper † vindemiam tuam & ſuper meſſem tuã 12

a ¶Dominorum gentium. ¶Aſſyriorum: Chaldæorum diripientium bona Moabitarum. b ¶Hæreticorum, vt audiant, Beati qui lugent.

† vox calcantium irruit. Et auferetur lętitia & 13

a ¶De ſcientia falſi nominis. ¶Moab. 14

exultatio de Carmelo, & in uineis non exul- 15

a ¶Aeterno ſilentio tacebunt. ¶Quoniam.

g tabit, neque iubilabit. Vinum in torculari nõ

h ¶Moab. a ¶Celeuma, quod conſueuerant vindemiantes cantare.

calcabit, qui calcare conſueuerat: uocem cal-

a ¶Infortunio. ¶Deſtructo Moab. & falſa lætitia in luctum mutata. ¶Senſus. b ¶Conuerſus.

i

k cantium abſtuli. † Super hoc uenter meus ad 16

a ¶Pœnitentem. b ¶Plangendo. ¶Luctum. c ¶Cordis interiora. vnde: Benedic anima mea domino & omnia quæ vi.

l Moab, quaſi cithara ſonabit, & uiſcera mea 17

a ¶Fragilem. b ¶Ciuitatis quæ de lateribus. c ¶Vanum eſſe. ¶Ipſi. 18

† ad murum cocti lateris. Et erit: cùm appa- 19

a ¶Fruſtra. b ¶In montibus & tectis. ¶Dogmatibus quæ putabat excelſa. 20

ruerit quod † laborauit Moab ſuper excelſis 21

a ¶Tunc. b ¶Idola quæ ſancta putabat. c ¶Pro liberatione.

ſuis, ingredietur ad ſancta ſua ut obſecret, 22

m & non ualebit. Hoc uerbum quod locutus 23

n a ¶Contra. b ¶Ex quo creatus eſt. Ait enim dominus: Moabitæ & Ammonitæ non intrabunt in eccleſiam meam. Vel ex quo praſciuit ea 24

o

eſt dominus ad Moab ex tunc: & nunc 25

a ¶Hoc de Babylone. b ¶Non pluribus. 26

p locutus eſt dominus: dicens: In tribus 27

a *Errauerunt*. Luſtrantes vniuerſam terram Moab.

A b *In deſerto*. Vt tandẽ quos interficerẽt, non haberent.

c *Propagines*. Metaphorã vineæ proſequitur.

d *Tranſierunt mare*. Vt mirabilia domini viderent in profundo tentationum liberati ex eis.

e *Vinę*. Vinea Moab, ex vicinia loci talis eſt, qualis Sodoma. vnde: *De vinea Sodomorum vinea eorum.*

f *Sabama*. Qui ſe extollit contra ſententiam Dei.

g *De Car.* Carmelus mõs eſt inter Phœnicem, & Palæſthinam imminens Ptolomaidi, in quo Elias orauit.

B Et ponitur ſæpe pro qualibet fertilitate. Vnde & hic: *Auferetur lætitia & exul. de Carmelo*. i. fertilitas in qua læ tabantur Moabitæ.

h *Exultabit*. Quia ſpiritalis circuncisionis notitiam ſe habere iactant hæretici.

i *Vocem*. Ne draconis venena inde exprimantur, & bibentes interficiantur.

k *Venter meus*. Prophetæ qui tanquã cithara muſica arte compoſitus, & de Dei timore concipiens multos liberos generat, vt omnis chorda ſonum ſuũ reddat.

l *Et viſcera*. Sicut cithara ſonum compoſitum non emittit, ſi vna chorda rupta fuerit, ſic ſpiritualis venter prophetæ, ſi vna chorda vir

C tutum defuerit, dulce melos non reſonabit, nec ad la teritium murum cunctis clamabit viſceribus. Philoſophorum quoque ſententia eſt, hærere ſibi inuicem virtutes. Et Iacobus: *cui vna deeſt, deſunt omnes.*

m *Sancta ſua*. Ad ſanctam ſcilicet eccleſiæ, quæ conabitur

tur ſua facere, nõ prȩualebit: non enim ſtatim perfectè virtutem capimus. D

n *Non valle*. In eis. ſ. non inuenient auxilium, in quibus ſperabat, & ſic apparuit, quia incaſſum colebat.

d *Hæccine erat* Admirãda Dei prouidentia omnia regna contra ſe inuicem ſuperbientia deſtruxit. Iſrael contra Dei voluntatem, in Damaſco Syriſq; ſperauit, & ideo vtrique captiuati ab Aſſyriis. Iudas verò in Aethiopibus & Aegyptijs, & ipſi quoque victi ab Aſſyrijs & Chaldæis Aſſyrij quia de ſe præſumpſerunt, a Chaldæis periere rũt. Chaldęi & Babilonij erecti cõtra Dominum Mœdis, & Perſis ſubiugati ſunt, & hi Alexandro Magno. Qui cum ſe tanquam Deum extuliſſet, veneno enectus eſt, & regnum eius in partes ſciſſum, & poſt a Romanis ſubiugatum. Romanum imperiũ quod quaſi ferreis dentibus, & vnguibus carnes ſanctorum lacerauit, ex magna parte iam perijt. In fine ex toto peribit, cùm regnum Chriſti illuxerit.

† captiuos ducet Rex Aſſyryorũ Aegyptios, & expulſos ex Aetiopia.

† horreſcent.

† aſpectu ſuo

## NICOLAVS DE LYRA.

*tus ad deſignãdũ, ꝙ Aegiptij & Aetiopes nudi & diſcalceati ducerẽtur in captiuitatẽ p Regẽ Aſſyriorũ. Et patet litera hoc excepto.*

1 Trium annorũ, &c. *Quod exponitur ſic, ꝙ hoc fecit Iſaias per tres annos antequam accideret iſtud factum, quorum numerus incipit ab illo tempore quo Thartan intrauit Azotum. Rex enim Aſſyriorum vi exiſtens in Iudæa & eam deuaſtans: audiuit de Rege Aetiopum quòd egreſſus erat ad impugnandum ipſum, & cum eo erat Rex Aegypti, & tũc receſſit de Iudæa, & illos Reges debelauit & populum duxit captiuum in fine trium annorum poſtquam Iſaias prædixerat hoc. Ra. Sa. dicit, quòd ly trium annorũ, non ſolùm refertur ad tempus reuelationis factæ Iſaiæ vſq; ad eius impletionem, vt dictum eſt, ſed etiam refertur ad factum Iſaiæ, ſ. quod tribus annis iuit ſic nudus & diſcalceatus. Sed hoc non eſt veriſimile, quod Dominus tandiu faceret eum incedere taliter, maximè cũ eſſet de ſtirpe regia. Et ideo alij expoſitores dicunt, quod iuit ſic tantum tribus diebus in ſignum trium annorum dictorum, ſicut dicitur Eze. 4. b. Diem pro anno dedi tibi.*

2 Et timebunt. *Hic conſequenter ponitur ſtupefactio Iudæorum qui confitebant in adiutorio Regum Aegypti, & Aetiopiæ contra Regem Aſſyriorum. Et ideo quando ſciuerunt eos captiuos a Rege Aſſyriorum, & fuerunt territi & ſtupefacti, & hoc eſt quod dicitur.* Et timebunt, & confundentur, *ſcilicet Iudæi.*

3 Ab Aetiopia ſpe ſua. *i. de cuius auxilio ſperabant.*

4 Et ab Aegypto gloria ſua. *i. de cuius auxilio gloriabantur.*

5 Et dicebat habi. &c. *i. populus regni Iudæ. Qđ dicitur inſula eò quòd eſt inter duo maria, ſ. mare mortuum ab Oriente, & Mediterraneum ab Occidente. Dicunt tamen aliqui, quod dicitur inſula, eò quòd concutiebatur hinc & inde tribulationibus, ſicut inſula fluctib. ſed prima expoſitio eſt magis literalis. Cætera patent ex dictis.*

### MORALITER

† *Nudam & diſcalceatam diſcoopertis natibus ad ignominiam.* Per quæ ſignatur omnis boni ſubtractio, & extrema confuſio in damnatis.

## CAP. XXI.

a ¶ A Deo & hominibus. ¶ In quo non habitat Deus.
b ¶ Mundi, vnde: Qui deſcendunt in naui.
c ¶ Vox Babylonis. d ¶ Tentationum.
ONus deſerti maris. Sicut turbines 1

CAP XXI. ONus deſerti maris. Babylonis, pro multitudine populi dicta mare, vnde: *Deſertum faciet Dominus mare eius.*

✱ Procopius. Conferunt iſthæc nonnihil ad Aegypti viſionem, quantumuis ſecundum quoſdam peculiaris Babyloni viſio habeatur, vt Babylonijs Iudæos, minimè confidere doceat, qui & ipſi capientur. Sic.n. apud Prophetam quendam legimus: *Aegyptum inuocabat, & ad Aſſyrios profecti ſunt*. Tanquam caũſis allatis, quibus ab Aſſyrijs vrbem & templũ cõtigit expugnari, adhortarẽtur (Oſeæ 7.)
2 Sin autem eos qui ſunt accuratiores, ſequamur, poſt deſignatũ Aegypti & Aetiopiæ per Aſſyrios expugnationem, qualia expugnatores ipſos maneant, declarat. Iuſta.n. ſentẽtia Deus Aegyptios Aſſyrijs, Aſſyrios Mędis, Mędos Perſis, Perſas denique propter faſtum & ſuperbiam alijs euertendos conceſſit.

## NICOLAVS DE LYRA.
### Cap. XXI.

ONus deſerti maris. *Præſens caput in tres partes diuiditur: quia Propheta primò loquitur cõtra Babylonios. Secundò cõtra Idumæos, ibi:* Onus Du. *Tertiò cõtra Agarenos, ibi:* Onus in Arabia. *Circa primum ſciendum, quòd ſpiritus prophetiæ non ſemper adeſt prophetis: & quãdo tangit mentẽ Prophetæ de aliquo negotio futuro, non sẽper reuelat oẽs conditiones, ſicut plenius dictum fuit in principio libri Pſalmorum, cũ ageretur de vario tactu Spiritus ſancti circa mentes Prophetarũ. Et inde eſt, ꝙ de eodẽ negotio pluribus vicibus tangit aliquando mentes Prophetarum, reuelando vna vice, quod non erat in alia reuelatũ: & ſic Prophetæ frequẽter idem repetunt, addendo ad ea q̃ prius dixerant, vel magis explicãdo quàm prius fecerant: & ſic eſt in propoſito. Superius enim Iſaias deſtructionem Babylonis denuntiauerat 13. c. 14 & hic eandẽ deſtructionem repetit explicando aliqua quæ non fuerant prius taliter explicata. Et diuiditur in duas partes ſecundũ duo quæ hic explicãtur. Secundum ponitur ibi:* Babylon dilecta. *Prima in duas, quia primò ponitur dicta explicatio. Secundo Prophetæ compaſſio, ibi.* Propterea. *Circa primum dicitur.* (Diuiſio.)

1 Onus, &c. *i. Babylonis, vt patebit ex ſeq. et ſecũdũ aliquos dicit hic mare propter populi in ea exiſtentis multitudinẽ. Et mare deſertum, eo ꝙ Propheta denuntiabat eã deſerendam a ſuis habitatorib. Sed mihi videtur melius hic dici deſertũ maris, vel mare deſertũ, ad explicandũ modũ captionis Babylonicæ, q non fuerat ſuperius explicatus. Perſæ.n. & Mœdi obſidentes Babylonem, & non potentes eã capere propter murorum altitudinẽ & ſpiſſitudinem, lõgè a ciuitate diuiſerunt fluuiũ Euphratẽ, qui per arcus tranſibat per mediam ciuitatem in multos riuos ita quod intrauerunt ciuitatẽ per arcus illos. Et ſic dicitur Babylon deſertum maris propter attenuationem. Euphratis, qui eſt magnus fluuius: propter quod dicitur hic mare more Hebraici ſermonis, quo congregatio magna quæ mare vocatur, ſecundum illud Gen. 1. Congregationeſq; aquarum appellauit maria.*

2 Sicut turbines. *Africus .n. eſt ventus lateralis inter Meridie*

### MORALITER.

† 1 *Onus deſerti.* Per deſertũ maris ſignatũ mũdus, ꝙ put ſonat in malũ 1. Io. 5. d *Totus mundus in maligno poſitus eſt.* Et dici-

A a *De deſerto venit.* In quo Dominus tentatus, in quo Iſraelitæ percuſſi a ſerpentibus.
Matt. 42. Num. 11. b.

b *Qui incredulus*. Generalis ſententia, quaſi culpa ſingulorum eſt, quod in tẽpeſtate opprimunt.

c *Aſcende Aela*. Lxx. Aelamitæ, & legati Perſarũ. Aelamitæ, deſpiciẽtes *Aſcende*. q.d. O Perſæ & Mœdi nolite timere, equos aſcendite, Babylonem obſidete. *Aſcendete*. Dei fortitudine cõfixus, audacter contra aduerſarios loquitur.

B d *Omnem gemitum*. Quo te & alias Gentes gemere faciebat. Vel, vt nullus iam gemat preſſus potentia Babylonis. Vel tantis malis ſit afflicta, vt contra te gemere non audeat.

e *Pone menſam*. q.d. O Perſæ & Mœdi ſumite cibum, præparantes vos ad bellum, contemplamini in ſpecula, quę exarata ſunt in pariete: Mane, Tethel, Phares,

a ¶Vnde venti vehementiſſimi. b ¶Sic de deſerto Mœdorum, & Perſarum mihi vaſtitas irruit.

a ab Africo veniunt, de deſerto venit, de terra horri-

¶Mihi. a ¶Quantis tentationibus mundus plenus ſic. ¶Captiuitatis. b ¶A Deo. c ¶Domino vel Deo. ¶Darius uel Cyrus ¶Iſaiæ.

b bili. Viſio dura nuntiata eſt mihi. † Qui incredulus

a ¶Contra Dominum ſuum Balthaſar, occidendo illum quamuis Deo permittente. ¶Quod incredulo congruit. ¶Me.

eſt infideliter agit, & qui depopulator eſt vaſtat.

a ¶Vox Domini ad Perſas & Mœdos. b ¶Deſpicientes, qui ſcilicet tentare ſolent & contemnere. ¶Prouincia Perſarum & ciuitas. c ¶Babylonem. d ¶Ciuitas in Mœdia. e ¶Maris vel duræ diuiſionis.

c d Aſcende Aelam, obſide † Mede, omnem gemitum

a ¶Vox Prophetæ, quia Babylon ſic conteretur, b ¶Quia lumbi mei agentes pœnitentiam non voluptate vt prius ſed dolore pleni ſunt.

eius ceſſare feci: Propterea repleti ſunt lumbi mei

a ¶Tantæ miſeriæ. b ¶Mulier cum parit triſtitiam habet, quia venit hora eius.

dolore: anguſtia poſſedit me, ſicut anguſtia partu-

a ¶In triſtitiam vel in tetram. b ¶Miſeriam Babylonis. ¶Viſionem duram. ¶Vel turbatus.

rientis. Corrui cum audirem, conturbatus ſum

a ¶In ſpiritu. b ¶Anguſtiæ vel oculi caligauerunt præ lacrymis.

cum viderem. † Emarcuit cor meum, tenebræ

a ¶Mentem meam vt turbatus neſcirem pene quid cernerem. b ¶Mundus qui in maligno poſitus. c ¶Quondam. ¶Vnicuique ſua ſpecies facta eſt, vt homo homini d ¶Dei uel Prophetæ.

ſtupefecerunt me. Babylon dilecta mea poſita eſt

a ¶Iſaiæ. b ¶Quia ſubuerſa. Quomodo tam cito potuit a ſuperbis euerti: c ¶Dominus ad Prophetam. d ¶Domini, cuius cibo ſaturatus quæ ventura ſunt non contemplatur acutius. e ¶O Balthaſar. ¶O Babylon. ¶Ventura vt annunties, dicens: Comeden. & biben.

e f mihi in miraculum. Pone menſam, contemplare

in ſpecula, quę exarata ſunt in pariete: Mane, Tethel, Phares,

D in pariete, proſpicite
1 quia Deus regnum hu-
2 ius numerauit. Surgite
3 poſtquam comederetis,
4 & biberetis, arma arripi
5 te, Babylonem debellate.
6 Comedite & bibite cre-
† dẽtes ſanguinem & cor-
7 pus Domini, vt principes Eccleſiæ ſitis, *vt clypeum fidei & armaturam*.
8 Pauli arripiatis, in quo
9 ignea tela diaboli reſtrin
10 gatis.
11

†Infideliter ... ſtans ... Epheſ. †Mede

✱ Procopius. Sunt qui verba hæc (pone menſam) ad Aelamitas Medos, Perſarumque legatos, qui Babylonem inuaſuri ſunt, & hic ad bel
12 lum, certamque futuræ victoriæ ſpem, non ſecus atque ad epularum luxu
13 riem inuitantur, eſſe exi-
† ſtiment.

E † Erat meũ, terruit crepu... deſide... poſuit in terr... Dan. 5.

f *Contemplare, &c.* Quid
14 poſt menſam ingruat ei.
15 Vel, Contemplare ô Balthaſar quid ſcripſerit in

*Specula*

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *& Occidentem. Et dicunt hic aliqui expoſitores, quod Perſæ & Mœdi ex illa parte venerunt contra Babylonem, ſed hoc non videtur verum, quia regiones Mœdiæ & Perſidis magis declinant ad oppoſitam partem, & ideo per hoc quod dicitur hic.*

1 Ab Africo. *Non deſignatur terminus ſeu plaga, vnde venit exercitus contra Babylonem, ſed magis deſignatur modus veniendi: quia Africus eſt ventus tempeſtuoſus generans turbines, fulgura & tonitrua, quæ ſunt valde terribilia. Et ex hoc Perſæ & Mœdi venerunt contra Babylonem quam deſtruxerunt & populum occiderunt, vt prædictum eſt ſupra cap. 13.*

2 De deſerto venit. *Quia inter Babylonem & locum vnde venit exercitus, erat quoddam deſertum per quod tranſit.*

3 De terra. *i. de Mœdia & Perſide, quæ erat horrendæ Babylonis.*

4 Viſio dura. *Contra Babylonios.*

5 Nunciata eſt mihi. *Et quæ ſit illa, ſubditur.*

C 6 Qui incredulus, &c. *In Heb. habetur.* Contẽnens contẽneris, *vel* decipiẽs, decipieris, deuaſtans deuaſtaueris. *Qđ exponit Rab. Sa. de regno Babylonis, & regno Perſarũ: qa poſt regnũ Babyloniæ quod contempſit ſeu decepit, & deuaſtauit multas prouincias, ſurrexit regnum Perſarum ſub Cyro, qui ſibi ſubiecit regnũ Babyloniæ & deuaſtauit, ſecundum quod dicitur infrà 33. a.* Væ qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis. &c. *Et ad eundem ſenſum reducitur tranſlatio noſtra.* Qui incredulus eſt infideliter agit. *Hoc dicitur de Balthaſar Rege Babylonis, qui fuit idolatra peſſimus, vt habetur Dan. 5. & ſic fuit incredulus, vel quia dictum Iere. 29. de regni ſui terminatione credidit eſſe falſum, propter quod fecit illud conuiuium magnum, Dan. 5. Egit etiam infideliter, quia vaſa diuino cultui dedicata applicauit vſibus communibus in illo conuiuio.*

7 Et qui depopulator eſt vaſtat. *Quod intelligitur de Cyro, qui Babylonem et multas alias Prouincias depopulauit et vaſtauit.*

8 Aſcende Aelam. *Regio eſt Perſidis, cuius bellatores cũ Cyro aſcenderunt contra Babylonem.*

9 Obſide Mede. *In Hebræo & in libris correctis habetur* Mede, *quoniam Perſæ & Mœdi obſederunt Babylonem.*

10 Omnem gemitum eius ceſſare feci. *i. faciam de propinquo, eò quod Babylonij a vobis capti, non audeant coram vobis conquerit præ nimio timore & depreſſione.*

11 Propterea. *Hic conſequenter ponitur Prophetæ compaſſio: quia licet odiret Babyloniorum militiam, diligebat tamen naturam, & ideo compatiebatur miſeriæ eius quam videbat futuram. Et propter hoc dicit Propheta:* Propterea repleti ſunt lumbi mei dolor, &c. *Et patet litera vſque ibi.*

12 Tenebræ ſtupefecerunt me. *i. miſeriæ venturæ ſuper Babylonem ſtupefecerunt me præ admiratione.*

13 Babylon. *Hic ponitur ſecundum, explicans captionis Babylonicæ modum. Et primo ex demerito Balthaſar Regis. Secundo, quãtùm ad modum exercitus contra eum venientis, ibi.* Hæc enim dixit, *Circa primum dicitur.*

F 14 Pone menſam. *In hoc alloquitur Balthaſar qui fecit grãde conuiuium, Dan. 5. Dicunt enim aliqui, quod Cyrus & Darius fuerunt in hoc conuiuio inuitati a Balthaſar, eo quod doloſè ſimulauerunt ſe velle pacificare cum eo, & ſic recedere cum amicitiæ fœdere: propter quod Balthaſar fecit eis conuiuium. Sed hoc non videtur verum: quia Dan. 5. dicitur.* Balthaſar Rex fecit grande conuiuium optimatibus ſuis mille. *Si aũt feciſſet illud conuiuium Cyro & Dario Regibus, principaliter fuiſſent expreſſa eorum nomina, propter quod dicunt Hebræi, quod fecit illud conuiuium ſuis principibus, æſtimans dictũ Iere. fuiſſe falſum determinatione regni ſui, quia terminum poſitũ Iere. 29. credidit eſſe tranſactum, pp quod in Dei contemptum fecit apportari vaſa Dei in illo conuiuio. Et quia ex hoc meruit a Deo condemnari, vt ibidem dicitur, ideo ſequitur.*

15 Contemplare. *Scilicet manum ſcribentem ſententiam Dei contra te, contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ, cuius ſcriptura & expoſitio diffusè ponuntur, Dan. 5.*

✱ 1 Comeden-

## MORALITER.

† tur deſertum, eò quod eſt moribus incultus, peccatorũ ſpinis & vepribus repletus. Et deſertum maris, eò quod eſt turbinibus cauſarum turbatus, contra ipſum dicit prædicator veritatis, quod turbines veniunt contra ipſum, i. horribiles pœnæ, niſi pęniteat verè, ideo ſubditur.

6 *Qui incredulus eſt.* Verbis prædicatoris.

† *Infideliter agit.* In peccatis perſeuerãdo. Et quia talis perſeuerantia cõtemptum parit, ſicut dicitur, Prou. 18. a. *Impius cùm in profundum peccatorũ venerit, contemnit,* ideo ſequitur

8 *Aſcende Aelam* Qui interpretatur deſpiciens, propter quod ſignificat contemptum.

9 *Obſide Mede.* Quæ interpretatur fames antiqua. Et ſignificat ambitionem qua parentes primi voluerunt eſſe ſicut dij, Gene. 3. Item Mędeba aliter interpretatur, aquæ eminentes, ideo ſignat profundum peccatorum.

10 *Omnem gemitum eius ceſſare feci.* Per defectum penitentiæ, & quia prædicator de talib. anguſtiatur, ideo ſequitur

11 *Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore.*

13 *Babylon dilecta mea.* Idem ſignatur nomine Babylonis, quod prius ſignatum eſt per deſertum maris, ſ. mundus peccatis plenus, de quo dicitur: Babylõ dilecta mea, non propter culpam, ſed propter naturam.

† *Poſita eſt mihi in miraculum.* i. admirationis materiam, ſ. quomodo liberum arbitrium, quod eſt ordinatum ad bonum, ſic obſtinatè conuertitur ad malum.

14 *Pone menſam.* Ideſt, ſacram ſcripturam, tu prædicator qui deſignaris per Iſaiam.

15 *Contemplare in ſpecula.* Diligenter videndo ipſam.

† Comeden es

a *Speculatorem.* Speculantes dicuntur prophetæ. vnde A ad Ezechielem: *Speculatorem dedi te domui Iſrael.*

b *Aſcenſorem.* Cyrus princeps imperabat Medis & Perſis poſt mortem Darij auunculi ſui. Hunc ergo aſcenſorem vidit propheta cum Mœdis & Perſis veniẽtẽ contra Babylonem cũ Dario auunculo ſuo. Aſinus regnũ Perſarũ eſt, quod ante Cyrum ignobile fuit & nullius dignitatis. Camelus, regnum Mœdorũ, quod ſemp potentiſſimũ. Quidam aſcenſorem aſini ſecundũ euangelium, & Zachariam prophetam, Chriſtum dicunt. Aſcenſorem cameli, contrariam fortitudinem propter B fœditatem tortuoſi aĩalis. Alij verò duos aſcenſores, literæ. ſ. & ſpiritus ad duo referunt teſtamenta.

c *Leo.* Idẽ leo pro virtute animi, q̃ſpeculator p̄rogatiua contemplationis.

d *Super ſpeculam domini.* Ideſt per diem in contemplatione poſitus diebus ac noctibus paratus audire & loqui quæ præceperit. D

e *Stans totis noctibus.* Vt me cuſtodiam ab omni peccato, vt ſim dignus audire verbum domini.

f *Ecce iſte venit vir.* Quod ſequitur, ſe vidiſſe ſignificat, venire, ſcilicet ſaluatorem ſuper bigam ſedentem, & duobus animalibus, ideſt aſino & camelo vnum currum iungentem.

g *Cecidit cecidit.* Cyro & Dario Babylonem vaſtãtibus, etiam idola ſunt confracta templo Beli ſubuerſo, & igne concremato.

h *Tritura mea.* quaſi dicat: O popule, qui recondendus es in horrea mea, quem triui varijs anguſtijs, vt excuterem paleas & triticum purũ, conferrẽ in horrea, quæ audiui a domino ex Deo Iſrael, &c.

† Iere. 51. 1. Apo. 14. c. E

a ¶Vos Dari & Cyre cum rege comedentes & bibentes ſurgite & interficite dominum veſtrum.

a in ſpecula: † comedentes & bibentes, ſurgite principes, 1

¶Vel accipite.

† arripite clypeum. Hæc enim dixit mihi dominus: Vade, † 2

a ¶In corde tuo, ideſt diligenter intuere quæ mundo uentura ſunt. b ¶Temetipſum. ¶Chriſtum in quo venturi ſpeculamur. ¶Spiritu prophetiæ.

& pone ſpeculatorem, & quodcunque viderit annuntiet. 3

a ¶Speculator: ego ſcilicet. b ¶Bigam quæ duobus equis trahi ſolet. c ¶Videlicet qui eſt pro equis aſcenſor aſino & camelo abutebatur.

b Et vidit currum duorum equitum aſcenſorem aſini, & aſ- 4

a ¶Speculator.

cenſorem cameli, & contemplatus eſt diligenter multo in- 5 6

a ¶Chriſtus qui & ſpeculator. ¶Vel ego. b ¶Exponit quis ſit ſpeculator.

c d tuitu. Et clamauit leo. Super ſpeculam † domini ego ſum 7 8

a ¶Iſaias. ¶In lumine ſcilicet domini conſtitutus: vnde ventura proſpiciam. b ¶Officium mihi iniunctum vt ſcilicet in tenebris ſæculi proſpiciam ventura.

e ſtans iugiter per diẽ, & ſuper cuſtodiam meã ego ſum, ſtans 9 10

¶Firmus. a ¶Non ſolum in proſperitate b ¶Leo qui ſupra clamauerat

f totis noctibus. Ecce iſte venit vir aſcenſor bigæ equitum, & 11

a ¶Mihi verba eius audire cupienti. b ¶Iam in præſentia Dei. ¶In aduentu meo primo, & pœnitus in ſecundo. c ¶Totius orbis confuſio. d ¶Falſa dogmata, acuto acumine dialecticæ ſcripta & rethoricis fucis colorata. 12

g reſpondit, & dixit: † Cecidit cecidit Babylon, & oĩa ſculptilia 13 †

a ¶Qui de terra eſt, de terra loquitur. b ¶Vox prophetæ vel Chriſti: quaſi quæ debui tecũ tibi. & ne dicas non fideliter dictum c ¶O Ieruſalem multis tribulationibus triturata. d ¶Ideſt templi conſtructi in area. Ornæ Iebuſæi qui & Aureuna. 14

h dẽorũ eius cõtritã ſũt ĩ terrã. Tritura mea & filia areæ meę, 15 16

a ¶Non ſunt mea verba crede domini enim ſunt qui neſcit fallere. ¶Vel alij.

quæ audiui à dño exercituum Deo Iſrael, annunciaui vobis. 17 18

d Super

Onus

NICOLAVS DE LYRA.

† 1 Comedentes & bibentes ſurgite principes. *q.d. propheta, non eſt vobis tempus feſtinandi, ſed magis vos defendendi quia eadem nocte Perſæ, & Mœdi intrauerunt ciuitatem modo ſupradicto, & interfectus fuit Balthaſar cum populo ſuo, Dan. 5.*

2 Hæc enim dixit mihi. *Hic conſequenter propheta explicat modum veniendi Perſarum, & Mœdorum contra Babylonem di.* Hæc enim dixit mihi. *d cuius verbum non poteſt eſſe falſum.*

3 Vade & pone ſpeculatorem. *Dicunt Hebræi, q̃ iſte fuit Abacuch propheta, eo quòd ſubditur infra: Super ſpeculam domini ego ſum ſtans, &c. Cuius ſententia ponitur, Abacuc. 2. ex perſona* C *ipſius dicta, ſed melius intelligitur de ipſomet Iſaia, vt habetur ex fide huius partis. Sic igitur exponitur:* Vade & pone ſpeculatorem. *ſcilicet teipſum ad videndum & nuntiandum populo tuo quę ventura ſunt ſuper Babylonem.*

4 Et vidit. *Loquitur de ſeipſo quaſi de altero. Et hic modus loquendi frequens eſt in prophetis & etiam in euangelijs.*

5 Currum duorum equitum. *Ideſt Cyri regis Perſarum, & Darij regis Mœdorum, qui erant iuncti quaſi duæ rotę in vno curru ad currendum contra Babylonem.*

6 Aſcenſorem aſini. *Vidit enim viſione imaginaria duos equites, quorum vnus equitabat aſinum, & alter camelum: et intellexit, q̃ equitans aſinum ſignificabat Cyrum pręſidentem regno Perſarũ: quod vſque ad tempus Cyri fuerat humile & ſubiectum, & quòd aſcenſor cameli (qui eſt animal nobile & magnificum) ſignificabat Darium præſidentem regno Mœdorum, quod a longo tempore fuerat nobile & magnum.*

7 Et contemplatus eſt diligenter. *Ad percipiendum reuelationem diuinam ſicut bonus diſcipulus ad intelligendum magiſtri ſui doctrinam. vnde dicit infra. l. b. Mane erigit mihi aurem, vt audiam eum quaſi magiſtrum.*

8 Et clamauit leo. *Quia ſicut rugitus leonis eſt terribilis, ſic prophetia ſua erat terribilis Babylonijs.*

9 Super ſpeculam domini ego ſum ſtans, &c. *Paratus ad videndum illud quod mihi oſtenditur.*

10 Et ſuper, &c. *Vt per defectum ſeu peccatũ meũ diuinis reuelationibus non ponam impedimentum. Et ſubditur viſio ſibi oſtenſa.*

11 Ecce iſte venit. *ſcilicet contra Babylonem.*

12 Vir aſcenſor. *Ideſt Cyrus in proximo accepturus ſuper duo regna dominium. Vel aliter:* Vir aſcenſor. *i. viri aſcenſores, accipiendo ſingulare pro plurali, ſicut Exod. 8. f.* Venit muſca grauiſſima, *ideſt, multitudo muſcarum: & iſti viri ſunt Cyrus & Darius, ita quòd per bigam equitum idem intelligitur quod ſupra per currum duorum equitum.*

13 Et reſpondit & dixit. *ſcilicet Iſaias propheta, qui nominatus eſt hic ſpeculator, vt dictum eſt.*

14 Cecidit cecidit Babylon. *& duplicatur cecidit, ad maiorẽ affirmationem, vt communiter exponitur. Rab. Sal. dicit quòd duplicatur ad ſignificandum duplicem Babyloniæ caſum, vnum a Cyro et Dario, a quibus capta fuit & incenſa, alium a domino a quo poſtea ſubuerſa eſt totaliter q̃ eſt inhabitabilis facta vt dictũ eſt ſupra 13.* Erit Babylon ſubuerſa, ſicut ſubuerti dominus Sodomam, & Gomorrham. F

Duplex Babylon.

15 Et omnia. *Quia Perſi & Mœdi ea confringentes, aurum & argentum aſportauerunt. Conſequenter Iſaias conuertit ſe ad loquendum de regno Iudæ, dicens.*

16 Tritura mea. *In Hebręo habetur* filius, *idem tamen ſignificatur vtroque vocabulo. Propheta enim populũ regni Iudæ vocat trituram ſuam, & filium ſeu filiam areę ſuæ, per quod intelligitur granum purum a palea excuſſum. Intentio enim eius erat excutere a populo illo omnem malitiam, & caſtigare eos per aliorum flagellationem ab eo denuntiatam. Ideo ſubditur.*

17 Quæ audiui. *Qui fallere non poteſt, nec falli.*

18 Annuntiaui vobis. *in veritate pro veſtra correctione. Et per hoc patet, q̃ tota pars iſta a loco illo:* Vade & pone ſpeculatorem, &c. *intelligitur de Iſaia, & non de alio propheta.* *Onus

*MORALITER.*

† 1 *Comedentes & bibentes, &c.* ideſt vos prædicatores ſacra ſcriptura refecti, & principes in exercitu Chriſtiano conſtituti, Pſal. 43. d. Conſtitues eos prin.

† *Arri. cly.* ſcilicet orationis deuotæ ad reſiſtendum poteſtati diabolicæ.

2 *Hęc enim.* per ſacram ſcripturam, vel ſpecialem inſpirationem.

3 *Vade & pone ſpeculatorem.* ideſt intellectum tuum ad intelligendum.

4 *Et vidit.* per duas currus rotas, duo teſtamẽta deſignantur, per duos equites Chriſtus & Moyſes intelliguntur.

6 *Aſcenſ. aſini.* Chriſtũ, q pullũ aſinę dr̃ eqtaſſe, Mat. 21.

† *Et aſcenſorem cameli.* ſcilicet Moyſen populi Iudaici ducem. Camelus enim eſt animal giboſum: ideo ſignat populum Iudaicum ſuperbum contra Deum.

9 *Super ſpeculam domini, &c.* ad ſciendũ eius voluntatem.

11 *Et ecce venit, &c.* i. viri, accipiendo ſingulare pro plurali, ſicut dicitur, Exod. 8 f. *Venit muſca grauiſſima,* i. multitudo muſcarum. Et iſti viri ſunt Chriſtus & Moyſes.

† *Et dixit.* ideſt dixerunt contra peccatores obſtinatos, contra quos Chriſtus & Moyſes locuti ſunt.

14 *Cecidit cecidit Babylon.* Primus enim caſus eſt in culpã mortalem, & ſecundus in gehennam.

15 *Et omnia ſculptilia, &c.* Sculptile namq; luxurioſi eſt ribalda, & auari pecunia: & ſic de alijs in quib. finẽ ponunt peccatores, quæ cõterunt cũ in morte penitus auferunt.

16 *Tritura mea.* i. gens a me percuſſa, ſed non emendata.

17 *Quæ audiui, &c.* ſ. pœnam æternam obſtinatis.

18 *Annuntiaui.* hoc. n. annuntiare debet p̄dicator veritatis.

† *Onus*

¶Adhuc captiuus qui eſt rex Seir.
a Onus Duma, ad me clamat ex Seir. Cuſtos 1
b a ¶Liberas populum tuum, quaſi illis dormientibus pro ipſis vigilas, quare 2
c & nos de eodem genere ſimiliter non liberas. b ¶Deus omnipotens. 3
quid de nocte: cuſtos † qui de nocte dixit 4
a ¶Deus omnipotens. b ¶Tempus liberationis populo meo. c ¶Tribulatio 5
Idumæis. d ¶Me. e ¶Toto corde. 6
d cuſtos: venit mane & nox. Si quęritis q̄rite: 7
e a ¶Relinquētes idola. ¶Pęnitendo. b ¶Etiam ſic. c ¶Ad me. ¶De captiuitate. 8
f conuertimini, et uenite. Onus in Arabia, 9
a ¶Ad veſperum demora fle. & ad matu. læ. 10
In ſaltu † ad ueſperam dormietis in ſemi- 11
g a ¶O Iſmaelitæ. ¶Non expectetis donec veniat. b ¶Populo meo
h fugienti ad vos. c ¶Quia in ſaltu fuit. d ¶Doctrinæ.
i ¶Baptiſmo. ¶Non ſolum panem.
k tis Dodanim. Occurrentes ſitienti ferte a-
l a ¶Qui habetis lumen ſcientiæ ſcripturarum, & charitatis. b ¶Meridianam.
c ¶Deus ab auſtro veniet. d ¶Verbi Dei. ¶Non tantum cum aqua.
m quam qui habitatis terram † auſtri: cum
¶Populo laſſo.
panibus occurrite fugienti. A facie enim 12
a ¶Hæreticorum: doctrinæ gentium: blaſphemiæ Iudæorum. b ¶Ad auxilium veſtrum. c ¶Babyloniorum. Quo multos videre interfectos cecidiſſe in prælio.
gladiorum fugerunt, a facie gladij immi-
a ¶Super ceruices. b ¶Elamitarum, qui ſagittarij optimi, & venerunt cum Chaldæis.
nentis, à facie arcus extenti, à facie grauis

A a *Onus Duma.* LXX. Idumææ, quę eſt prouincia Saracenorū. Duma, regio Idumeæ: habitatores eius de progenie Eſau, qui Edom & Seir. Idumæi autē ab Aſſyrijs & Chaldæis expugnati ſunt, ſicut & duę tribus. Qui videntes poſt lxx. annos duas trib. a ſeruitio liberari, & ſe in captiuitate teneri, cum de eadē ſtirpe fuerint, implorabāt auxilium dñi: & hoc eſt, Onus Duma ad me clamat.
b *Ad me clamat.* Deus, ſ. cuſtos meus die ac nocte me ad pñiam vocat, vt relinquens Seir (qui interpretatur hiſpidus & piloſus) reuertar apud eū habitaturus. [† quid] Duma ſimilitudo vel ſilentiū. Idumæa terrena. [†| in Arabia pernoctabitis] Poſſumus ergo dicere, ꝙ ad ſimilitudinē populi Iſrael vocetur gentiū multitudo: & vbi prius fuerat ſilentiū legis Dei, ibi ſit clamor confeſſionis. Pōt & eccleſia narrare, ꝙ dñs de Seir, i. de terrenis locis ad ſe clamet, & ad ſalutē prouocet, & dicat ad eū: O cu- [† Theman]
B ſtos, qui de nocte conſurgens verſaris in tenebris, q es in carne abſq; peccato carnis, qua cā voluiſti humanum corpus aſſumere. Dixit cuſtos Samaritanus, ſ. qui vulneratū portauit proprijs humeris ad ſtabulum. [Luc. 10.f. Ioan. 9.f.] Venit mane & nox, gentibus ſcilicet ſol iuſtitiæ, Iudæis tenebræ. Vnde: *Vt non videntes videant, & videntes cæci.* Loquitur deinde gentibus. Si me quæritis, ſtudioſius quærite.
✠ Theodoretus. Seir mons Idumæorū erat, ab Eſau nomen traxit, qui piloſus erat, Sei. n. Hebræa vox Latinè piloſum ſignificat. Et qm̄ timentes hoſtes ad muros excubias faciebant, nocte & die, & clamabant, & ſic territuros ſe hoſtes putabant. Hos propheta obiurgans, ait. Cuſtodite ꝓpugnacula, & cuſtodite quid nocte fiat, rectè. n. iſtud facitis, quod pro patrię muris conſiſtitis, ſi tamen ſalutem quæritis, ad me venite, ne fidatis veſtris viribus, ſi ad me confugitis, vos defendam.
c *Cuſtos quid de nocte.* ✠ Gregorius de nocte cuſtos venit, quia humani generis protector & manifeſtus in carne apparuit, & tn̄ hūc preſſa ꝑfidię ſuę tenebris Iudea minimè cognouit. Vbi bene ex voce cuſtodis additur, Venit manè & nox, quia per eius ꝑſentiā & noua lux mūdo in claruit, tn̄ in corde infidelium vetuſta cæcitas remanſit.
C ✠ Procopius. Hos q Idumęorū metu terrētur, vt ad ſe accedant properè, ſuaq; ibi propugnacula tueātur. tanto cuſtode nocte, & die vſi hortatur. Iam ergo, ait, non ab alio quam a me qui eget auxilium quęrat. Mecum habitet, qui ſalutis ſuæ curam habet. Illis enim ſuam operam auxiliumque pollicetur, ſi apud eum velint permanere. D
d *Venit mane, &c.* Quaſi populo meo dabo lumen lætitiæ reuertenti a captiuitate: vos aūt in nocte captiuitatis derelinquā, quia exultaſtis ſuper contritionē populi mei: quia. n. Idumæi de captiuitate Iſrael ſunt lætati, ideo & ipſi ſunt captiuati.
e *Si quæritis.* Si q̄ritis meum auxilium in neceſſitate: *quærite.* ſimiliter ī ꝓſperitate. *Conuertimini* ad me corde. *Venite,* operatione, & ſic audiā vos.
f *Onus in Arabia.* Arabes ſūt Saraceni ab Iſmaele, & Cedar filio eius, qui melius ab Agar matre ſua, Agareni: ſed maluerunt vocari Saraceni quaſi Saræ liberæ, non Agar ancillæ, ſint filij. Hi cū debuiſſent panē & aquā dare Iudęis fugientib. a facie Chaldęorū, panem prębentes aq̄ ſubtraxerunt, vt ſiti magis inardeſceret periret. E Quapropter & ipſi in captiuitatē ducti. Inde alloquitur Deus Iudæos fugientes ſic.
g *In ſaltu ad veſperā.* O Iudęi qui obſidionē Babyloniā fugietis in ſaltu, i. in ſiluis Saracenorū dormietis, fugientes Chaldęos ī ſemitis Dodanim, qđ interpretatur ꝓpinquos vel cognatos, i. ī via q̄ ducit ad ꝓpīquos veſtros Saracenos
h *Veſpera.* Quæ eſt principium noctis. Qui peccare incipit, in veſpera eſt, qui ad ſummum venit, in media nocte. Media nocte primogenita Aegypti occiduntur. Petrus negat, luce iam vicina pœnitet. [Exo. Mat]
i *In ſemitis.* Quia veſpera principium malorum. Lxx. In via Dedan, quod interpretatur iudicia. Quot. n. peccatorum genera, tot iudicia. Qui peccatorū ingrediuntur viā non in agris conſitis dormiunt: ſed in ſaltu infructuoſo: vbi vepres, ſpinę, beſtiæ. Is ſaltus plures deuorauit de exercitu Abſalonis, quā gladius qñ contra patrem rebellauit.
k *Occurrentes ſitienti ferte.* Hoc contra eos poteſt dici, qui ocio & deſidiæ ſe tradiderunt & propria ſalute contenti ſunt, nec pœnitentibus & conuerſis manum porrigunt.
l *Sitienti ferte aquam.* Fatigatis fratribus ardore ſolis & ſitis ferte aquam, ne in ſolitudine pereant.
m *Qui habitatis.* ✠ Gregorius In terra Auſtri habitant, F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Onus Duma. *Hic propheta ſcribit cōtra Idumęos, qui poſt captiuitatē regni Iudę fuerūt captiuati a Nabuchodonoſor: & poſtea liberatis Iudeis per Cyrū ipſi nō fuerūt liberati: pp quod conquerebantur, cū deſcendiſſent de Iſaac per Eſau, ſicut filij Iſrael per Iacob: ſed hoc nō valebat, quia nō fuerāt ita pœnitētes et conuerſi ad Deū ſicut Iudęi, & hoc eſt quod dr:* Onus Dama, *i. Edom. noīa. n. Hebraica aliqñ variātur a parte principij et a parte finis, ſicut & Latina. vnde ſicut idem nomen eſt Colinus & Nicolaus, ſic Edom & Duma.*
2 Ad me clama, &c. *i. populus Idumæorū in captiuitate detētus. Edom. n. & Seir noīa ſunt eiuſdē terrę. Ad me clamat pro ſua liberatione. Ra. Sa. dicit ꝙ iſte clamor intelligitur orō angeli præſidentis populo Idumęorū. Angeli. n. ſancti Deum deprecantur pro populis, quorū cuſtodiæ ſunt pręfecti, vt habetur, Dan. 10.* 3 Cuſtos. *i. domine, qui es cuſtos oīum ſcđm illud, Pſ. 126.* Niſi dñs cuſtodierit ciui. 4 Quid de nocte. *i. quantum remanet de nocte huius captiuitatis.* 5 Dixit cuſtos. *ideſt dominus loquens per Iſaiam.*
6 Venit mane, &c. *i. mane cōſolationis, et nox tribulationis inducūtur a Deo ſcđm merita et demerita boīum. q. d. ſi vultis exire d captiuitatis nocte.* 7 Cōuertimini, &c. *ad me veraciter et ex corde. Ideo ſubditur:* Si q̄ri. quæri. 8 Onus in Arab. *Hic propheta ſcribit cōtra Agarenos qui magis propriè ſic nominātur q̄ Saraceni, eo ꝙ deſcēderūt ab Abrahā ꝑ Iſmaelē ancillę Agar filiū: ſed ipſi vſurpauerūt ſibi nomē a Sara, q̄ fuit libera. Tpe. n. quo Nabuchodonoſor vaſtauit Iudęā multi de Iudęis fugerūt verſus Arabiā, vbi habitabāt Agareni credētes ſe ibi habere aliqđ refugiū, eo ꝙ deſcenderant ab Abrahā, ſicut et ipſi ecōtrario fuerunt eis duri. pp quod propheta denūciat eorū punitionē, dicēs:* Onus in Arab. *Circa qđ ſciēdū, ꝙ duplex eſt Arabia. ſ. ſuperior et inferior. Inferior aūt propinqua eſt Iudeę ad q̄ fugerūt Iudæi: et illa fuit captiuata a Nabuchodonoſor pp duritiā prędictā et nō alia: & ad hoc denotandū dr hic:* Onus in Arab. *i. in vna parte Arabię, et nō in tota: & non dicit onus Arabiæ ſicut onus Babylonis, & aliorū. Conſequēter deſcribit fugā Iudęorū, dicens.* 9 In ſaltu ad, &c. *pp defectū hoſpitij, quia nō recipient vos Agareni.* 10 In ſemitis Dodanim. *Nomen eſt loci ad quē eſt via per ſaltū illū.* 11. Occurrentes ſitienti, &c. *ideſt, ò vos Agareni, qui habitatis in plaga auſtrali reſpectu Iudææ occurrite miſericorditer Iudęis fugientibus, qui ſunt cognati veſtri.*
12 A facie. n. gladiorum fugerunt, &c. *q. d. iſta fuga non procedit ex* ✠

MORALITER.

† 1 *Onus Duma.* Sicut dictū fuit in expoſitione literali, Edō & Duma idē ſignāt. Edō interpretatr terrenus: & iō ſignat inordinatā cupiditatē terrenorū, & ideo cum dr. *Onus Duma ad me clamat.* idē eſt ac ſi diceretur: grauitas peccati cupidorum expetit punitionē per iuſtitiā diuinam, ſicut dr Gen. 4. b. *Ecce vox ſanguinis fratris tui Abel. cl. ad me de terra.*
3 *Dixit cuſtos.* ideſt dominus de quo dicitur Pſal. 126. a. *Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem. fruſtra vigilat qui cuſtodit eā.*
6 *Venit mane, etc.* i. proſperitatē cupiditatis terrenę ſequit nox gehennę, ſicut patet Luc. 16. de diuite epulone. Quia tn̄ hęc pœna pōt euadi per veritatē pœnitentię, ſubditur.
† *Si quæritis quærite, &c.* i. ſi quęritis veraciter euadere pœnam gehennæ, cōuertimini per veritatem pœnitētiæ, & venite per opera miſericordiæ. 8 *Onus in Arabia.* hic loqtur propheta cōtra Saracenos, quos denuntiat per gladiū exterminandos. per quod ſignificatur illud quod dixerūt aliqui doctores nr̄i de lege Mahumeti, qđ ſicut per gladium incepit, & ꝑ gladiū tenetur, ita ꝑ gladiū terminabit.
† MORA-

qui in eccleſia poſiti, ſuperni ſpiritus charitate perflãtur.
A Fugit autem qui huius mũdi mala euadere concupiſcit. Qui ergo in terra Auſtri habitat, fugienti cum panibus occurrat, i. is qui iam ſancto ſpiritu intra eccleſiam plenus eſt, cũ qui mala ſua euadere nititur, eruditionis alloquio cõſoletur. Fugienti.ſ. cũ panibus occurrere, eſt metuenti æterna ſupplicia, doctrinæ ſacrę eſcas offerre: & modo tumorẽ terrore cõprimere, mõ pauorẽ exhortatione refouere.

a *Adhuc in vno, &c.* q. d. Quia non habuiſti in eos miſericordiam prope ſuſtinebitis captiuitatis miſeriam. Poſt annum a Iudaica captiuitate & Ieruſalem ſubuerſione, hi quoque vaſtati ſunt.

manet indubitata fides, damna grauiſſima patiemini. Poſſunt & hæc de his intelligi ſæuiente in eccleſiam perſecutione, dũ Chriſtiani eſſe ſe ſimulant, rectè ſentientes cum hæreticis oppugnant, quorum flagitium non diu poſtea diuinæ iuſtitiæ vindicta vltura eſt. D

b *Quaſi in anno mercennarij.* quod eſt: Quomodo mercennarius annũ ſuum putat velocem, & breuẽ omnem laborem, dum inhiat ad mercedem, ſic & vobis minimum reſtat ſpatium, quia prope eſt excidium. Sicut.ſ. annus mercennarij citò prçterit, qui tantum expectat mercedem laboris vel ſemper laborat, vt laboris mercedem recipiat: ſic gloria Cedar, qui interpretatur tenebrę. vnde; *Habitaui cum habitantibus Cedar.* Pſal. 118.b.

a ¶Occurrite fugienti, quoniam. ¶Q Ne deſpiciatis miſeros: cito enim veniet dies veſtra, &c. ¶Futura.
prælij. Quoniam hæc dicit dominus ad me: 1
a ¶Captiuitatis eorum ſuſtinebit vos dominus.
Adhuc in vno anno † quaſi in anno mercen- 2
¶Poſt annum.
narij, & auferetur omnis gloria Cedar: & 3
a ¶Saraceni re iſti ab Aſſyrijs: qui ſagittarij ſunt ſicut Iſmael pater eorum, quia in ſolitudine morantur. 4
† reliquiæ numeri ſagittariorum fortium de 5
a ¶A Babylonijs. ¶Omnium.
filijs Cedar imminuentur: Dominus enim 6
a ¶Propriæ qui ſcilicet eſt, merces videntium Deum.
Deus Iſraël locutus eſt.

✳ Procopius. Aperit quæ fugientibus Iſraelitis præſtare docuerat. Vos.n. ait ô Thæmanitę, in itinere Dędã fugientib. obuiam prodire, & ea quib. egebũt offerre oportuit. Quod humanitatis officiũ cũ a vobis neglectũ ſit, nõ dubiũ eſt, quin anno conſequẽtẽ, qñ diuinę prędictionis

Omnis quoque ſagittariorum, ideſt diuerſorum dogmatum numerus, qui in ſaltu Arabiæ vulnerabat, redigetur in nihilum, cũ fugientes fuerint de ſaltu liberati & aquas baptiſmi acceperint, panemque cœleſtem comederint.

## NICOLAVS DE LYRA.

B *cedit ex puſillanimitate, ſed ex neceſſitate. propter quod debetis eis magis compati. Et quia hoc non feciſtis, ideo ſubditur pœna veſtra cum dicitur.*

1 Quoniam hæc dicit dominus. *Cuius dictum non poteſt eſſe falſum.*

2 Adhuc in vno anno. *ideſt poſt captiuitatem Iudæorũ per vnum annum tantum ſtabitis in gloria & poteſtate veſtra.*

3 Quaſi in anno mercennarij. *i. ſicut mercẽnarius conſiderat finem anni in quo locatus eſt ad ſeruiendum & recipiendũ præmium, ſic ego conſidero reddere vobis pœnam pro veſtra duritia et nequitia ſtatim illo anno tranſacto. Ideo ſubditur.* E

4 Et auferetur omnis, &c. *ideſt terræ Agarenorum ſic nominatæ a Cedar filio Iſmaelis per vnum annum enim poſt captiuitatem regni Iudæ captiuauit eos Nabuchodonoſor.*

5 Et reliquiæ, &c. *Erant enim Agareni exercitati in arte ſagittandi, ſicut & Iſmael eorum pater, vt dicitur Gen. 21. d.* Factuſque eſt iuuenis ſagittarius.

6 Dominus enim Deus. *Cuius verbũ eſt ſtabile & firmum, & in hoc oſtendit propheta, quòd hæc eſt prophetia prædeſtinationis, quæ infallibiliter adimpletur.*

## CAP. XXII.

ONus vallis. Ieruſalem quondã domina gentium, ciuitas regis magni, nũc deſpectiuè dicitur vallis. non enim vallis eſt, quia in monte eſt. ſed quia humilis eſt facta, & vilis ſubdita idolis, ſicut & caſtellũ deſpectiuè dicta eſt. Ite in caſtellum, quod cõtra vos eſt, & bene vallis viſionis. Ibi enim prophetę fuerũt, qui viſiones videre meruerũt. Nec pertinent hæc ad obſidionem quæ facta eſt a Sennacherib tempore Ezechię, ſed magis ad eam quæ tempore Sedechiæ a Nabuchodonoſor facta eſt. Onus hæreticorum, qui de ſublimi ſenſu ſcripturarum ad infima corruerunt.

✳ Procopius. Vallem ideo Ieroſolyma nominat, quod ad Sionis radices ſita ſit.

a *Vallis viſi. LXX.* Sion ideſt ſpeculę, ſcilicet eccleſię. vnde: *Conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion mon. &c. Qui cõfidunt in domino, ſicut mons Sion.* Et: *diligit dominus por. Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.* Pſal. 124. a. Ibidem. 86. a.

## CAP. XXII.

ONVS vallis viſionis. 1
a ¶Vox prophetæ ex perſona ſpiritusſancti. ¶Non tantum. alijs. 2
Quidnam quoq; tibi eſt, 3
a ¶Opinione tua, vnde potius humiliaris. b ¶Inter alios
quia aſcendiſti & tu om- 4
a ¶Pluraliter, quia multa hæreticorum varietas. ¶Ad excelſa.
b ¶Prius lætitiæ, poſt triſtitiæ.
nis in tecta clamoris 5
a ¶Multitudine deceptorum ¶Populoſa. b ¶Tempore Dauid & Salomonis. ¶Superbia. Inflati enim tument, & ſanctiora ſe inueniſſe gloriantur.
c plena: vrbs † frequens, ciuitas exultans. 6

✳ Procopius. Nõ ſimpliciter dixit Sion, vel vallẽ Siõ vt pro illo vitę genere & excelſo quo vtebant antea excidiſſe, & in profundis iã vitiorũ vallibus iacere doceat. Eſt.n. Sion mons peraltus, vbi conſtructum fuerat domini templũ. Significat etiam Sion verbũ Dei a cuius fide qui deflexerunt, in ipſa valle, quę Sioni adiacet, proſtrati ſunt. Virtuti enim cuilibet malitia ſemper adiacet, in iſtamque delabatur neceſſe eſt, qui illa excidit, quales exiſtunt, qui a fide in incredulitatem deturbati, inter gentes exteras Iudæi numerantur, qui tamen in tam infœlici rerum ſucceſſu ita intuſmeſcunt, vt a propheta audiant. *Quid tu i ittibi, quia aſcendiſti omnes in tecta vana,* & aduerſus Chriſtum, Tolle tolle crucifige clamare, iiſque vocibus totam vrbem replere, non deſijſtis? F

b *Quidnam tibi quoque.* q. d. cum philoſophia & ſapientia ſęcularis de ſublimibus diſputans, ſimplicitatem eccleſię contemnat, cur tu quoque ſectaris excelſa?

c *Plena.* doctrina hęreticorum plena eſt multiloquio & clamore.

✳ Proco- ☞ Inter-

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXII.

ONus vallis. *Hic inter punitiones aliarum gentium reſumit propheta punitionem regni Iudæ, addendo aliqua quæ non fuerunt ſuperius dicta. Et diuiditur in duas partes, quia primo propheta loquitur contra regnum, ſecundo cõtra ſacerdotium, ibi:* Hęc dicit dominus. *Prima in duas, quia primò deſcribitur regni Iudæ punitio, ſecundo ſubditur punitionis ratio, ibi.* Et reuelata eſt. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur denunciatio pœnæ. ſecundò ſubditur compaſſio prophetæ, ibi:* Propterea dixi. *Circa primum dicitur.*

1 Onus vallis. viſi. *Licet.n. Ieruſalem quantum ad vnam partẽ ſit in monte, tamen vna pars eius eſt in valle. Et quia propheta hic denuntiat futuram eius deiectionem per Nabuchodonoſor regem, ideo potius nominat eam nomine vallis quam montis.*

2 Viſionis. *quia multi prophetę viſiones habuerunt de eius deſtructione.*

3 Quidnam tibi quoque eſt. *ideſt qua de cauſa.*

4 Quia aſcendiſti, &c. *ideſt ad ſacrificandum idolis ſuper tecta domorum, vt dicunt communiter expoſitores noſtri: & in hoc tangitur culpa ciuitatis propter quam deſtructa fuit .ſ. idololatria. Rab. Sal. exponit, quòd appropinquante exercitu Nabuchodonoſor ad Ieruſalem homines aſcendebant ſuper tecta domorum, quæ ſunt plana in terra illa ad conſiderandum indè magnitudinem exercitus: & ad proijciendum inde contra aduerſarios lapides & ſpicula cum machinis ad hoc ibi diſpoſitis.*

5 Clamoris plena. *quia in præparatione fit clamor populi.*

6 Vrbs frequens, &c. *ideſt quæ fuiſti exultans ex frequentia populi in te habitantis.*

✳ Inter

### MORALITER.

1 *Onus vallis*, viſi. Hic ad literam loquitur propheta contra Iudaicum populum. Myſticè verò contra malum populum Chriſtianum, qui per Iudaicum ſigna 1. Corinth. 10. c. *Omnia in figura contingebant illis.* Qui

† populus

a *Interfecti tui.* Vallis.ſcilicet Sion,voluntate propria ad hæreticos.ſ.tranſierunt, Comparatione eorum qui poſt prælium victi ſunt, infœlicius vulnerantur, qui ſponte ſe tradunt.Quomodo in martyrio qui poſt pœnas negat, leuius punitur, quam qui ſine neceſſitate Chriſtum abnegat.

† alias nõ habet tui mortui.

† a iaculatoribus.

in cap.9. Geneſis.

✱ Procopius.Quãdo peccatum ad mortem eſt, quo anima interit,dicitur interfici, non interfici ferror.

Iere. 39.b.

b *Cuncti principes,&c.*Sicut in Ieremia legitur: Sedechias nocte per muri foramen cum principibus exiuit & aufugit, ſed in campis Ierichontinis capti, ad Nabuchodonoſor (qui tũc erat in Reblata: ibi enim manens exercitum ſuum ad capiendam vrbem præmiſerat)adducti ſunt. Hic Sedechiæ filios ante ipſum occidi fecit, ipſi oculos eruit, & excæcatum ſecum in Babylonem duxit.Principes autem & alij qui cũ eis capti ſunt,aut occiſi,aut dure ligati, & in Babylonem ducti ſunt.

† diruens murum, & clamor ad montem.

B alias habet a.

✱ Procopius. His verbis ſignificat nõ futuros reges amplius apud Iudæos, nec duces,nec prophetas,nec ſacerdotes.

c *Fugerunt.*In fuga concordes, quorum princeps eſt draco fugiens, coluber tortuoſus.

d *Amarè flebo.* ✱Chryſoſtomus. Mos eſt prophetarum & iuſtorum omnium, non ſolum pro his tantum dolere, qui ſibi proximi ſunt, ſed pro reliquis omnibus. Sic Iſaias, Non valebitis conſolari me in contritione filiæ generis mei.

a ¶Maxima ſine certamine & contentione ab hæreticis ſupplantatur pars. b ¶Sed fame & ſiti. c ¶Quia omnes fugerunt.

a Interfecti tui non interfecti gladio, nec mor- 1

¶Enim. a ¶Hæreticorum. ¶A nobis exierunt,ſed ex nobis non fuerunt 2

b tui † tui,mortui in bello. Cuncti principes tui 3

a ¶Ad ſynagogam ſathanæ ab eccleſia. b ¶Capti a Chaldæis. c ¶Vinculis diaboli. vnde: Anima noſtra ſicut paſſer ere. eſt de la. c ¶Quia obturauerunt aures ſuas, t non audirent bonum.

fugerunt ſimul, † dureq; ligati ſunt. Omnes 4

a ¶Quos decipiunt hæretici ſe inueniſſe gloriantur. b ¶Laqueis peccati. c ¶Cum principibus.

c qui inuenti ſunt vincti ſunt pariter procul

a ¶A domino. b ¶Quia fugiunt. c ¶Ego Iſaias. d ¶Conſolantes. ¶O comprophetæ. e ¶Vnde: Quis infirmatur, & ego infirmor?

fugerũt. Propterea dixi,recedite à me, amarè 5

a ¶Vaſtitatem populi mei. ¶Sic Samuel plangebat Saul,& Ieruſalem Chriſtus. b ¶Inclinari ad me ægrotantem nimio dolore.

d flebo. Nolite incumbere, vt conſolemini me

a ¶Non filij: qui virilitatis perdidit dignitatem. b ¶Scilicet. mm net quæ ſingulorum operum demonſtret.

ſuper vaſtitate filiæ populi mei. Dies enim 6

a ¶Non Ieruſalem: quæ viſio pacis, ſed antiqui nominis hiebus quod interpretatur conculcatio.

interfectionis & conculcationis, & fletuum

a ¶Oritur. b ¶Non in monte viſionis. c ¶Ieruſalem.

e † domino Deo exercituum in valle viſionis, 7

a ¶Faciens ſcrutet, t omnino deſtruatur. b ¶Hæreticorum contra eccleſiam conſtructum. c ¶Extitit.

† Scrutans murum, & magnificus ſuper 8

a ¶Doctores qui ſe in Chriſto montem conſiſtere gloriantur. vnde. Venite aſcendamus ad montem, &c. ¶Templum quod euerti fecit. ¶Vel tes. b ¶Contra populum meum. 9

f montem, & Elam ſumpſit pharetram, † & 10

a ¶Templi auro veſtiti.

g currum hominis equitis, & † pariete nudauit 11

a ¶Fortitudo Chaldæorum. b ¶O in delectabiles. c ¶Humilia dogmata. d ¶O Ieruſalem. e ¶Chaldæorum quos non potuit, capere ciuitas. 12

clypeus:Et erunt electæ valles tuæ plenæ qua- 13 14

a ¶Quæ cum Pharaone ſubmerguntur. b ¶Qui intrare potuerunt. c ¶Ne quis effugiet & ſaluetur.

drigarum, & equites ponent ſedes ſuas in 15

a ¶Ne concluſos in te patiantur exire. b ¶Tunc. ¶Ingredientibus Chaldæis. c ¶A Deo per eccleſiaſticos viros. d ¶Secretum eorum, qui in fidei confeſſione ſunt. 16

h porta:et reuelabitur operimentum Iudæ. Et 17

a ¶O vallis Sion. ¶In lumine veritatis. ¶Euerſum. b ¶Euerſum. ¶Armaturam fidei apoſtoli.

i videbis in die illa armamentarium domus 18

cumitu arbores multæ. Vnde dicitur domus ſaltus. Ipſa quoque non lapidea, ſed lignea fuit: ex humore enim cementi & lapidum (vt aiunt) eruginat ferrum.

D ✱ Procopius. Iudæorum grauem caſum intuitus propheta, luctu ad calamitatis modum temperato, gentis inſtar non repudium tantum, ſed vrbis etiam expugnatione, trepidationem, ciuium errationem, & derelictionem ſignificat.

e *Et fletuum* LXX. Erroris. Non quòd fletus & error a domino ſit, ſed occaſione ſcripturarũ quas dedit eis legendas, naſcitur erroris occaſio: & poſſunt dicere. *Quare nos errare feciſti a via tua?* Vnde? *Dedit dominus ſpiritum † erroris,&c.*

Iſa.63. ibidem † ſopo

f *Elam.*Ciuitas in Perſida prouincia in qua optimi ſagittarij. *Elam ſumpſit pharetrã.* Elam aſcenſus eorum, i.ſuperbia hæreticorum ſumpſit pharetram. *vt ſagittet in obſcur.rec.corde.*

E ✱ Procopius. Per calamitates,inuiſibiles poteſtates,quibus à Deo Iudæi traditi ſunt, deſignat, qui nominis proprietate ideo contemptores ſonant, quod percuntium ſalutem aſpernati, cuiquam non pareant.

† cum bus accin Pſal. Cyre ut eſt

g *Parietem.*Eccleſiæ firmamenta,clypeo ſuo,idest impugnatione nudauit.

h *Operimentum:* Templũ quod a gentibus & pollutis ante opertum & clauſum erat.

i *Armamentarum.* Iuxta templum erat domus quã ædificauit Dauid ad reponenda arma in cuius cir-

✱ Pro-

F *Et congre-*

C NICOLAVS DE LYRA.

1 Interfecti tui.*de populo tuo.*

✱ 2 Nõ interfecti gladio.*tuo:q̃ eſt mors breuis,ſed fame q̃ eſt mors diuturnior,ſcd̃m quòd dr̃ 4.Reg.vlt.a.Præualuit fames in ciuitate.*

3 Cuncti principes tui fugerunt.*ſ.Sedechias & viri bellatores.vt habetur ibidem.*

4 Dureque ligati ſunt: *quia exercitus regis Babylonis comprehendit Sedechiam,& eos qui erant cum eo.*

5 Propterea dixi.*Hic conſequenter ponitur compaſſio Iſaiæ propter malum quod videbat futurum genti ſuæ,cum dicitur.* Propterea dixi recedite a me.*q.d. nolo conſolationem humanam,& patet littera vſque ibi.*

6 Domino Deo exerci.*i. a domino Deo exercituũ ordinata eſt.*

7 Dies interfectionis. *populi mei.*

8 Scrutans mu *ſ.dñs faciens ſcrutari per Chaldæos & deſtrui.*

9 Et magnificus ſuper montẽ.*ſ.Sion,vbi erat templũ & domus regia cum magnis ſumptibus & laborib. ædificata: quæ oĩa in momẽto deſtructa fuerũt a Chaldæis,magis uirtute diuina q̃ humana pp idololatriæ peccata.Rab.Sal.dicit q̃ ab illo loco:* Propterea dixi,&c.*verba ſũt ipſius Dei cõpatiẽtis populo ſuo ĩ afflictione poſito. Vnde & in lib.qui apud Hebræos dr̃ Berakaoth.i.benedictionũ, dicitur,q̃ qñ Deus recordatur de deſtructione tẽpli et captiuatione Iudæorũ flet et lachrymę eius cadũt ĩ mare,ſed hoc dictũ falſũ eſt et puerile.*

10 Et Elam ſumpſit pharetram.*ideſt, Elamitæ qui ſunt optimi ſagittarij ſumpſerunt pharetras ad veniendum cum Nabuchodonoſor contra Ieruſalem.*

11 Et currũ.*i.currus ad portãdũ arma et alia neceſſaria exercitus.*

12 Et parietem nudauit clypeus. *ideſt clypei pendentes ad parietes inde fuerunt aſſumpti a bellatoribus Nabuchodonoſor,vt venirent ad bellandum contra Ieruſalem.*

13 Et erunt electę valles tuę. *ideſt in quibus creſcebat triticum & vinum in abundantia.*

14 Plenæ quadrigarum. *omnia terræ naſcentia conterentiũ.*

15 Et equites ponent ſedes ſuas: *ideſt,cuſtodias ſuas.*

16 In porta.*i.in portis Ieruſalem,ita q̃ nullus poſſet ingredi ad auxiliandum, nec exire ad alij ſignificandum, alias fugiendum.*

17 Reuelabitur. *Hic ponitur deſtructionis Ieruſalem ratio duplex.Secunda ponitur ibi: Et vocabit. Prima ratio fuit,quia non confidebant de Deo,ſed magis de propria virtute & induſtria ad reſiſtendũ Nabuchodonoſor: & hoc eſt quod dicitur:* Et reuelabit, &c *ſ.templum quod propter ſanctitatem ſui ſic erat opertum,quod ſoli ſacerdotes intrabant:ſed tunc fecerunt inde fortalitium.*

Aliàs releu eſt vi

18 Et videbis in die, &c.*i. locum vbi reponebantur arma a tempore Salomonis.vt illis te munias contra Chaldæos.* ✱Et ſciſ-

MORALITER.

† populus Chriſtianus dicitur vallis viſionis, eo quòd in multis declinauit ab eminentia,virtutis,licet informi fide maneant ſaluatoris. Et primò prophetat cõtra regnũ, & ſecundò contra ſacerdotium ibi: *Hæc dicit dominus.* Circa primum ad literam deſcribitur deſtructio regni Iudæ per Nabuchodonoſor tempore Sedechiæ.4.Reg.vlt.per qđ ſignificata fuit deſtructio regni Ieroſolimitani per Saladinum tempore Guidonis regis anno domini 1177.quæ tamen valdè compatiendũ eſt & dolendum,& ſequitur.

5 *Propte-*

5 *Propterea dixi, &c.* Et ſicut deſtructionis factæ ſub Sedechia fuit duplex cauſa ſcilicet falſa confidentia de auxilio Aegypti,& deriſio prophetarum,prout deſcribitur hic ad literam, ſic deſtructionis factæ ſub rege Guidone fuit duplex cauſa.ſ.falſa confidentia qua magis confidebant Chriſtiani de virtute propria quam diuina, vt dicit epiſcopus Athonenſis in libro de geſtis tranſmarinis: & deriſio prædicatorum ad pœnitentiam eos inducẽtium: ipſi vero per contrarium vitam voluptuoſam ducebant. Ideo ſubditur.

† *Et ecce*

12 Et triturabitur. *Hic redit propheta ad deſcribendum deiectionẽ antichriſti, quam ſupra tetigerat in breui. Dicit igitur.* Et tri. Moab. *Id eſt, antichriſtus: Nec mirandum ſi ſic nominatur, quia prophetæ (& maxime Iſaias) frequenter metaphoricè loquuntur. Antichriſtus verò erit totaliter à dæmone obſeſſus, & opera eius fient virtute dæmonis: & ideo nominatur hic Moab: qui interpretatur ex patre, quia erit filius perditionis, vt dicit Apoſtolus, 2.ad Theſſal.2. & ſic erit ex diabolo ſicut ex patre, eo modo loquendi quo ſaluator dixit Iudæis, Ioan. 8.f.* Vos ex patre diabolo eſtis.
13 Sicut teruntur. *Quia virtus eius totaliter annihilabitur.*
14 Et extendet. *Scilicet antichriſtus.*
15 Manus ſuas. *Per hoc enim intelligitur, quod validè à Chriſto percutietur, ſicut aliquando inter homines alicui dicitur: Ego percutiam te ita validè quod extenderis ad modum natantis ranæ. Prophetæ enim frequenter vtuntur communi modo loquendi.*
16 Et humiliabit. *Scilicet Chriſtus.*
17 Gloriam eius. *Scilicet antichriſti, qui ſe oſtendet tanquam ſit Deus præ nimia ſuperbia, vt dicitur 2.ad Theſſal.2.b.*
18 Cum alliſione manuum. *Id eſt, miniſtrorum eius.*
19 Et munimenta ſublimi. *O antichriſte.*
20 Concident, &c. *Quia omnia per quę credebat ſtabiliri in poteſtate ſua deficient. Cætera patent.*

Antichriſti deiectio.

## ADDITIO.

C *In c.25. vbi dicitur in poſtill.* Quia poſuiſti ciuitatẽ in tumulũ. *Hoc quod dicitur:* Quia poſuiſti ciuitatẽ in tumulũ. *propriè poteſt intelligi de deſtructione Ieruſalẽ per Romanos, prout doctores noſtri exponunt: Nec obſtat quod obijcit poſtillator, dicens: quod Ieruſalem poſtea fuit reædificata ab Adriano: quia hoc non fuit in ſtatum priſtinum, ſcilicet vt ibi fieret cultus Dei, prout in veteri teſtamento ad quem cultum templum in illa ciuitate conſtructum fuit & ordinatũ, vt habetur 3.Reg.8. Vnde ſecundum philoſophum, vnumquodque eſt ſecundum illud quod eſt principale in eo. Et ſecundum hanc expoſitionem hoc quod ſequitur:* Super hoc laudabit te populus fortis, & ciuitas gentium robuſtarum timebit te. *propriè intelligitur de eccleſia militante, quę eſt fortis propter tolerantiam martyriorum pro nomine Chriſti: quę quidem fortitudo non ita fuit inuenta in populo veteris teſtamenti: Quæ quidem expoſitio videtur magis conſona literę. Cętera autem exponentur prout in poſtilla, correſpondent prędictis.* F

## CAP. XXVI.

a IN *die illa, &c.* Hoc ad pręſentem eccleſiam poteſt referri, & ad diem iudicij. Nunc eccleſia canticũ nouum cantat Chriſti natiuitatem, paſſionẽ, reſurrectionem, aſcenſionem. Vetus namque & antiquum hominem ad inferna deſcendere, nouum ad cęlum aſcendere.

## CAP. XXVI.

a ¶ Cum Moab fuerit humiliatus. b ¶ Nouum. c ¶ Quia non poteſt cantari canticum Domini in terra aliena. 1 2
IN die illã cãtabitur cãticũ iſtud in terra 3

*Vrbs*

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXVI.

* IN die illa. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actio de beneficijs collatis in cœlo. Et primò oſtenditur propoſitũ ſecundò concluditur duplex correlariũ, ibi:* Morientes. *Prima in duas quia primò ponitur apertio ianuę electis. ſecundò, eiſdem clauſio reprobis, ibi:* Cum feceris iudicia. *Prima in duas, quia primò ponitur apertio beatitudinis, ſecundo, ratio huius apertionis, ibi:* Semita iuſti. *Circa primum dicitur.*
1 In die illa. *ſcilicet peracto iudicio.*
2 Cantabitur canticum iſtud. *ab electis.*
3 In terra. *quę interpretatur confeſſio, id eſt, in terra viuentium vbi eſt iugis confeſſio diuinę laudis, ſecundum illud Pſal.83.a.* Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te, *Et ideo terra Iuda ſecundum ſenſum literalem hic metaphoricè accipitur, & ſequitur forma cantici, cùm dicitur.*

* Vrbs

MORALITER.

† 1 *In die illa.* In hoc capitulo iuxta literalẽ ſenſũ deſcribit gratiarũ actio ſanctorũ, & eorũ exultatio de Dei bñficijs in cœlo receptis, quę ſunt admiſſio eorũ ad gloriã & excluſio reproborũ ab ea: ga ſicut ſancti lætantur de propria gloria, ſic ẽt lætãtur de diuina iuſtitia in reproborũ pęna. Pſal.57. *Lætabitur iuſtus cum vindictam.* & ſic ſenſui literali nõ videtur addendum, niſi ꝙ per ipſum debemus excitari ad imitandum vitam ſanctorum, vt cum ipſis poſſimus ad gloriam admitti, & multorũ vitã deuitare, ne ſocij ſimus ſuæ pęnæ.

† MORA-

A a *Vrbs for.* Vox iuſtorum, & nunc, & in futuro.

✱ Procopius. Eſt autem cãticum eiuſmodi, Ecce ciuitas munita, Salutare noſtrum. Neque enim munita inferior iſta in terris, vi capta ſæpius & expugnata, ſed ſuperior illa & munita & Salutare, quod Ieſus vocabulo apud Hebręos ſignificatur,) dici queat. Eſt enim ipſe beatorum ſaluator, ciuitas, murus & circummurale. Cuius portarum appellationem, B manſionum ibidem exiſtentium aditus nos decet intelligere, ꝙ nõ Iudæis, non Iſraeli, vel quibuslibet alijs ſimpliciter, ſed ijs tantum qui iuſtitiã, veritatem & pacem colũt, aperiri iubet.

b *Aperite portas.* Hoc canticum repente mutat perſonas.

c *Portas.* iuſtitiæ. Vnde. *Aperite mi. portas iuſtitiæ.* Portæ vitæ & iuſtitiæ, fides, charitas, humilitas & cæteræ virtutes. Et portæ mortis, iniquitas, infidelitas, & cæt. vitia. Qui liberatur de portis mortis, poteſt ingredi portas vitæ. qui has nõ fuerit ingreſſus, non inueniet vnam portam. de qua: *Hæc porta domini, iuſti intrabunt in eam.* Per plures margaritas, C ad vnã margaritã venit: & per multas

a ¶ Confeſſionis. ¶ Protectio. ¶ Hoc eſt canticum Sanctorum Chriſti b ¶ O. c ¶ Chriſtus. ¶ Eſt.

a Iuda. Vrbs fortitudinis † noſtræ Sion ſaluator 1

a ¶ A Chriſto. b ¶ Operatio: ¶ Fides. ¶ Non ſufficit fides niſi bonis operibus conſumetur. ¶ De viuis lapidibus. c ¶ Prophetæ d ¶ Deus ad angelos. 2

b ponetur in ea murus & antemurale. Aperite 3

a ¶ Opera virtutum. b ¶ electi. ¶ Non Iudæus, quia reus. c ¶ Omnes viæ tuæ veritas ¶ Euangelium.

c portas, & ingredietur gens iuſta, cuſtodiẽs ve- 4

a ¶ Reſponſio populi ¶ Cultus idolorum. b ¶ Nobis. c ¶ Ideo. d ¶ Quietem animæ & corporis. e ¶ Pacem relin. vo. pa. me. do. vob. 5

d ritatem. † Vetus error abijt, ſeruabis pacẽ, pa- 6

a ¶ Ecce meritum. ¶ In te domine ſperaui, non confundar in æternum. 7
b ¶ Propheta.

cẽ quia in te ſperauimus. † Speraſtis in domi- 8

a ¶ Qui ſcilicet, retributur eſt æternus. b ¶ Semper. c ¶ Et merito. d ¶ Sperantes. 9
¶ Cuius auxilium in perpetuum. ¶ Qui perſeuerauerit vſque in fi. dal. erit.
¶ Sperate.

no in ſæculis æternis, in domino Deo forti in 10 11

a ¶ Iudæos humiliabit aduerſarios veſtræ prædicationis. b ¶ Superbos. ¶ Qui ſe exaltat, hum.

perpetuum. Quia incuruabit habitãtes in ex- 12

a ¶ Romam ſecundum Iudæos. Ieruſalem ſecundum nos quæ occidit prophetas. b ¶ Sub Babylonis prius. c ¶ Per Veſpaſianum & Titum poſt.

celſo, ciuitatem ſublimem humiliabit. Humi- 13
liabit eam vſque ad terram, detrahet eam vſ-

a ¶ Cauſa quare conculcetur. b ¶ Chriſti quem iniuſte damnauerunt.

e que ad puluerem. † Conculcabit eam pes, pes 14

a ¶ Ego ſum pauper & dolens: ſa. t. Deus, &c. b ¶ Qui excuſſerant puluerem ſuper eam. c ¶ Propheta ¶ Doctrina. ¶ Rectæ viæ Domini, & iuſti ambulabunt in eis. ¶ Chriſti 15

f pauperis greſſus egenorum. Semita iuſti recta 16 17

¶ Idem.

eſt, rectus callis iuſti ad ambulãdum. Et in ſe- 18

a ¶ Vox ſanctorum in die iudicij. ¶ In Euangelio in quo omnia iudicia tam veteris quam no. teſta. b ¶ Pariter expectauimus.

mita iudiciorum tuorũ domine ſuſtinuimus 19
te, nomen tuum & memoriale tuum in deſi- 20

a ¶ Noſtræ. b ¶ Propheta. ¶ Ergo.

g derio animæ. Anima mea † deſiderauit te in 21

a ¶ Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. ¶ Tribulatione. Per diem ſol non vret te, neque luna, &c. ideſt nec proſperis, nec aduerſis moueberis. ¶ vel nocte & die ideſt. omni opere.

nocte, ſed ſpiritu meo in præcordijs meis † de 22 23

per multas portas, ad eum D qui dicit: *Nemo venit ad patrem, niſi per me.*

d *Pacem.* Repetitio, confirmatio eſt. Hanc habet ille de quo dicitur? *Homo homo filiorum Iſrael.* Et alibi: *Vir vir cuius vxor cubile maculauerit*, vt duplex homo & duplex vir pacem conſequatur duplicem.

e *Conculcabit eam pes, &c.* Quia *Omnis qui ſe exaltat humiliabitur.* Etiam ad contrarias fortitudines hæc referre poſſumus.

f *Egenorum.* Apoſtolorũ, quos expulerunt Iudæi de finibus ſuis, qui Domini imitantes paupertatem pri- E uilegium virtutis eius conſecuti ſunt.

g *Aĩa mea deſiderauit, &c.* Non caro. vnde, *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.*

✣ Gregorius. Anima mea, &c. quaſi dicat, In hac obſcuritate vitæ præſentis videre te appeto, ſed adhuc infirmitatis nubilo circũſcribor. Nox quippe eſt vita præſens, in qua quandiu ſumus, per hoc quod interna conſpicimus, ſub incerta imaginatione caligamus.

*Miſereatur*

Ioan. 14. a.
† eſt nobis ſalus fecit nobis muros & ante murale.
Ezech. 14. a.
Nu. 5. b.
Luc. 18 e.
† fide domino in perpetuũ, quia in domino Deo poſitũ eſt omnis mundi robur.
Pſal. 41. a.
Gal. 5. c.
Lib. 23. moral. cap. 21.
† callem iuſti põderabis recte.
† eſt deſiderium.
† deſiderabit.
F
† mane quæram.

Left margin: ...em cuius ...eriũ eſt ...nctũ ti... cuſtodies ...ce, in pa... ...ã quia ...dit. | ...17. c. ...c calca... | ...17. c.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Vrbs forti. no. *ideſt ciuitas cæleſtis, cuius excellentia non poteſt verbis humanis exprimi: propter quod non nominatur hic. Quod enim in aliquibus libris ponitur hic Sion, additum fuit ab aliquo expoſitore ſecundum ſuam imaginationem: quia non eſt in Hebræo, nec in libris correctis.*

2 Saluator in ea, &c. *ideſt erit nobis pro omnimoda protectione.*

3 Aperite. *de plano & liberè.*

4 Gens. *pro qua habitatur diuina ſentẽtia.* Venite benedicti, &c. *loquendo de ingreſſu electorum generaliter in corpore & anima: tamen à tempore paſſionis Chriſti aperta fuit ianua, & ingreſſi ſunt electi quantum ad animas, & aliqui etiam quantum ad corpora ex gratia ſpeciali, vt piè creditur de beata virgine, & de beato Ioanne eius miniſtro, ab aliquibus.* 5 Cuſtodiens. *vitæ & doctrinæ.*

6 Vetus. *quandiu homines ſunt in præſenti vita poſſunt errare, ſed in beatis Deum clarè videntibus eſt impoſſibile. Et quia non ſolum ibi eſt clara viſio, ſed etiam perfecta fruitio totaliter quietans appetitum, ideo ſubditur.*

7 Seruabis. *& eſt vox ſanctorum ad Chriſtum: Et pacem duplicatur propter quietem duplicis appetitus intellectiui & ſenſitiui, per gloriam corporis & animæ.*

8 Quia in te, &c. *tanquã in redemptorẽ noſtrum & glorificatorẽ.*

9 Speraſtis in Domino. *Vox eſt prophetæ alloquentis ſanctos.*

10 In ſæculis æternis. *ideſt ad conſequendum ab eo vitam æternã.*

11 In Domino Deo, &c. *per cuius fortitudinem reprobi tenebuntur in pœnam perpetuam, ideo ſubditur.*

12 Quia. *Idem ſuperbos dæmones, & etiam tyrannos, & potiſſime Antichriſtum ſuperbiſſimum, & ſibi adhærentes.*

13 Ciuitatem, &c. *ideſt, ciuitates accipiendo ſingulare pro plurali vt frequenter dictum eſt, in quibus abundat ſuperbia & alia vitia.*

14 Conculcabit. *ideſt pedes, & quorum ſunt iſti pedes ſubditur.*

15 Pes pau. *Sic eſt in Hebræo & in libris correctis. Et iſte pauper eſt Chriſtus etiam ſecundum quod exponit hic Ra. Sa. adducens ad hoc pro concordia illud Zach 9. b.* Ecce rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluator ipſe pauper, &c. *Sed reducit ad hoc primũ Chriſti aduentum, in quo dicit orbem ei ſubiuganaum. Sed in hoc falſum dicit, quia primus eius aduentus tranſiit in præteritum, & fuit in humilitate. ſecundus autem erit in poteſtate: de quo loquitur hic ſcriptura, cum dicitur:* Conculcabit. *ſ. Chriſti, qui in primo ſuo aduentu dixit vitam pauperem.*

16 Greſſus. *i. Apoſtolorum, qui propter Chriſtum omnia temporalia reliquerunt: propter quod ei in iudicio aſſeſſores erunt. ſecundum quod ipſe dicit Matth. 19.* Ecce reliquimus omnia, &c. *Sequitur* Sedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. *Et ſic ſuperbi huius mundi, erunt pedibus eorum ſubiecti.*

17 Semita iuſti. *Hic conſequenter ponitur ratio apertionis ianuæ cæleſtis, quæ duplex. Prima & principalis, eſt meritum Chriſti: per quod aperta eſt generaliter quantum eſt ex parte Dei, qui vult omnes homines ſaluos fieri. Secunda, eſt meritum electorum, quo aperitur electis ſe diſponentibus ad ingreſſum, & non reprobis. Primum tangitur, cùm dicitur:* Semita iuſti. *i. via Chriſti quam tenuit & docuit. Et dicitur ſemita propter altitudinem conſiliorum. Dicitur autem Chriſtus iuſtus abſolutè, quia per excellentiam, ſcilicet formaliter & effectiuè, quia alios iuſtificat.*

18 Recta eſt. *diſtorſionem nullam habens à rectitudine virtutis, omnes enim aliæ leges ab Euangelica permittunt aliqua mala, ſicut manifeſtè patet de legibus humanis quæ permittunt meretrices in ciuitatibus, & plura alia quæ non poſſunt corrigi lege humana, vt dicit Aug. Similiter de lege Moſaica quæ permittit vſuras cum extraneis, & libellum repudij ex parua cauſa: ſicut diffuſius declaraui in principio Matt. Lex ante Euangelica nullam perfectionem virtutis omittit, nec aliquid illicitum permittit. Secundum autem tangitur cum dicitur in perſona electorum.*

19 Et. *ideſt in via euangelica te ſequendo.*

20 Suſti. *ideſt propter te ſuſtinuimus tribulationes & opprobria.*

21 No. *ſcilicet Ieſus.*

21 Et. *vnde dicit Bern. Ieſus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde, ideo ſubditur in perſona cuiuslibet iuſti.*

22 Anima mea. *ſ. præſentis vitæ in qua videmus per ſpeculum & in ænigmate. Deſiderium enim propriè loquendo eſt rei non habitæ, ſicut delectatio rei præſentis, & ideo electi in vita præſenti, propriè loquendo Deum deſiderant cui deſiderio ſuccedit fruitio.*

23 De mane vigilabo ad te. *id eſt, à mane iuuentutis incipiam te quærere.* Cum feceris. *Deſcripta apertione ianuæ cæleſtis electis hic conſequenter deſcribitur eiuſdem clauſio iniuſtis. Clauditur autem aliquibus iniuſtis ſimpliciter, aliquibus ad tempus, primò ergo ponitur primum, ſecundò ſecundum, ibi:* Domine dabis. *Circa primum ſciendum, quòd clauditur ſimpliciter & ad ſemper*

Pſal. 129.a. A a *Miſereatur.* Dominus ad prophetam. An miſeretur impio.i.ita vt diſcat.ſcilicet clementiam meam,dum ipſe ſaluatur quaſi hoc melius eſt.

b *Et non diſcet iuſt.&c.* q.d.quomodo poterit noſſe tuam iuſtitiam,expertus tuam clementiam?

c *Et non vide.* Dominus ad prophetã, quaſi melius eſt, vt videat, & erubeſcat de malis ſuis.Et non q.d.ad pœnam ſufficit ꝙ non videbit me regnantem in celo cum ſanctis meis. Lxx. Auferetur impius, vt non videat claritatem Dei.

* Quoniam cum primum iudicia tua venerunt in terram iuſtitiam didicerunt.

† miſericordia aſſecutus eſt impius.

‡non reuerebitur maieſtatem domini.

†vbi debebat recta facere.

* Procopius. Pōt & iſtud in diabolum vecordeſque Iudæos vſurpari. Cum.n.his Deus minitetur,qui iuſtitiã non didicerunt, ea prophetæ, quæ ab incredulitate Iudæorũ profecta eſt,in recordationem ſubit ignoratio. Dei ſiquidē filius,patris manus, qua cũcta effecta ſunt, appellatus, ideoq; incarnatus,vt terræ incolas per fidē B iuſtificaret mirabilia operabatur.Sed præterꝗ quod nō credebant,Samaritanũ, Dæmoniacũ, temulentum, fabriq; filium, contumelioſè vocabant.Inde eſt,quod cōuerſa ad patrē oratione,cundã ſic alloquitur, *Domine excelſum brachium tuũ,* & neſciebant:quia tanꝗ vulgarē aliquem hoīem deſpiciebant, quem ab operibus cognoſcere debuerant.

†ſed tamen ſolum tui memores ſumus

* Auguſtinus. Formam namque Chriſti filij hominis, tunc ab eo iudicandi videbunt, iuxta illud: *videbunt in quem confixerunt.* Dei formam in eodem ipſo Chriſto, qua æqualis eſt patri, non videbunt, iuxta illud, *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.*

Lib. cōtra ſermonem, Arianorum cap. 1.

Damnati formam filij hominis nō Dei videbunt in iudicio.

d *Confundantur zelantes.* Lxx.Zelus apprehendet populum ineruditum.

* Procopius. Erubeſcent rurſum, cum in patris gloria venientem intuebuntur. Nunc autem, & tunc etiam gentes æmulabuntur,cum igni perpetuò tradentur. *Ipſi enim,* Deut. 32. ſcribitur, *ad æmulationem me prouocauerunt in eo quod non erat Deus,ſed eos ipſa in non gente prouocabo.* C

a ¶Proſperitate. b ¶Deus Deus meus, ad te de nocte vi. &c. c ¶Pro merendum. d ¶Propheta ad dominum. ¶Non ante. e ¶Vltiones ¶in die iudicij.

mane vigilabo ad te, * cum feceris, iudicia tua 1

a ¶Sola vexatio dat intellectum auditui. ¶Iudæi. b ¶Qui modo te putant iniuſtam.

in terra, iuſtitiam diſcent omnes habitatores 2

a Cuilibet, vel qui cultum Dei non habet. b ¶Propheta ¶Q Niſi flagellaueris, non aget pœnitentiam. ¶Ex perſona humana impatientiæ.

orbis.†Miſereamur impio,& non diſcet iuſti- 3 4

a ¶Cum dolore pronuntiandum. ¶Apoſtolis, & alijs,in quibus impij iniqua egerunt. & ideo ſentient tuam iuſtitiam. 5

a b tiam facere. In terra†ſanctorum iniqua geſſit, 6

a ¶Filium qui pater dedit iudicium ¶Propheta reſpondet. b ¶in iudicio. 7

c &†non videbit gloriā domini. Domine† exal- 8

a ¶Potentia b ¶Gloriam Dei patris, nec ad pœnitendum hoc lumine fruantur c ¶Dominus ad prophetam: imo videant me exaltatum & gloriam electorum meorum. ¶In videntes mihi & meis

tetur manus tua, & non videant: videant & 9

a ¶Pœnitentiæ qui eos cruciet, qui talem dominum perdiderunt. 10 ¶Inuidiæ vel gehennæ. 11

d confundantur zelantes populi, & ignis hoſtes 12

a ¶Et ſanctorum meorum. ¶Ergo ¶Propheta congaudens. b ¶Tunc. c ¶Quæ exuperat omnem ſenſum, quæ poſt cuncta tribuenda eſt. 13

tuos deuoret. Domine dabis pacem nobis: o- 14 15

e ¶Vel in.

mnia enim opera noſtra operatus es nobis: 16

a ¶Quia. ¶Tu es b ¶Ex perſona Iudæorum qui poſt paſſionem domini ad fidem conuerſi ſunt. ¶Idola vel dæmones eis aſſidentes.

f Domine Deus noſter, domini poſſederunt 17

a ¶Qui ſolus & verus Deus. b ¶A Chriſto Chriſtiani dicti.

g nos abſque te: † tantum in te recordemur no- 18

a ¶Propheta. ¶In peccato. b ¶In gloria niſi pœniteant. c ¶De fortitudine ſuperbientes.

minis tui. Morientes non viuant, gigantes 19 20

c *Domine dabis.* Notandum,quòd poſtquam opera noſtra D reddiderit nobis,pacem etiam daturus ſit.& quòd ideo poſtulent pacem,quia operatus ſit in eis:Dicunt ſe,ſcilicet tormenta ſuſtinuiſſe, vt poſt miſericordiam conſequantur.

* Procopius. Poſtulat propheta à Deo,vt eis ipſe ſecum pacem largiatur. Poteſt & iſtud ad ſe retuliſſe propheta videri, quaſi inter multa Dei inter ſe beneficia: iſtud maximum profiteatur, ſi genti ſuæ pacem impetret, patrem rurſus & cum fortè appellauit, de quo legimus, *Ipſe eſt pax noſtra.* Epheſ.

* Cyrillus. Quoniam nihil per legem perfectũ eſt. Libro Ioan. (Nam eius iuſtitia non potuit humanũgenus ad pietatē reducere) idcirco cum dixit Iſaias,Domine pacem †excel da nobis,ſpiritum ſanctum nobis dari deprecamur,per quem à ſeruitute peccati patri reconciliemur. E

f *Domine poſſederunt.* Dæmones quos in idolis coluimus.Lxx.Domine extra te neſcimus alium.Non abſolute aliũ,ſed extra te. Pater .n. in filio & filius in patre.

* Aug. Lxx. poſſide nos. in Pſ. Vox eſt eccleſiæ, Dñe poſſide nos. Hanc hæreditatem non moriens pater filio reliquit, ſed ipſe filius ſua morte mirabiliter acquiſiuit, cũ reſurrectione poſſedit.

g *Tantum in te recorde.* Non aliud petimus, niſi vt poſt errores digni ſimus, qui nominis tui recordemur.

h *Morientes non viuant.* * Procopius. Aiunt nonnulli Lib. 1 cap. 1 mortuos hic intelligi, qui vt Lazarus, eſſent in vitam reuocati,quos quia nullus ſuſcitare medicus potuiſſet, ad Iſraelem aduertere & Chriſtum confiteri debuiſſe.

* Gregorius. Quos mortuos, niſi peccatores, nominat? Et quos gigantes, niſi eos qui de peccato ſuperbiunt, appellat. Illi autem non viuunt,quia peccando vitam iuſtitiæ amiſerunt. Iſti etiam reſurgere poſt mortem nequeunt,quia poſt culpam ſuam inflati ad pœnitentiæ remedia F non recurrunt.

*Perdidiſti*

NICOLAVS DE LYRA.

* *ſemper malis in ſua malitia perſeuerantibus, & ſic morientibus. & iſti ſunt propriè qui non corriguntur diuinis flagellis, nec etiam beneficiis. & hoc eſt quod dicitur primò de flagellis.*

1 Cum feceris iudicia tua in terra. *Flagellando peccatores.*

2 Iuſtitiam diſcent. *ideſt iuſtitiam tuam diſcent per experientiam flagelli, non tamen per emendationem peccati, ſicut Pharao expertus fuit diuina flagella,non tamen ad ſui correctionem,ſed magis ad obdurationem. Secunda,de beneficijs,cùm dicitur in perſona Dei.*

3 Miſereamur. *& loquitur in plurali, propter trinitatem perſonarum. Vel eſt ſermo Dei ad angelos,qui ſunt executores ſuorum beneficiorum.*

4 Impio.*obſtinato.*

5 Et non diſcet iuſtitiam. *Reuertendo ad ipſam pro beneficijs diuinis ſicut patet de Pharaone, a quo Deus frequenter ex ſua miſericordia retraxit pœnas inflictas: & tamen ex hoc non fuit reuerſus ad ſtatum iuſtitiæ.*

6 In terra ſanctorum iniqua geſſit. *Non retractus ex loci ſanctitate, quia talis peccat ex contemptu & ideo ſubditur.*

7 Et non videbit gloriam domini. *Quia nunquam admittetur ad gloriam paradiſi.*

8 Domine exaltetur manus tua. *Ideſt poteſtas tuæ iuſtitiæ.*

9 Et non videant. *Ideſt vt non illuminentur à te propter ſuum demeritum.*

10 Videant. *Scilicet meritum ſanctorum.*

11 Et confundantur. *Sicut de Cain dicitur,Gen.4.a.* Iratus eſt Cain vehementer & concidit vultus eius, *quia Deus reſpexerat ad Abel & ad munera eius,vt ibi præmittitur.*

12 Zelantes populi. *Id eſt illi qui inuident fraternæ gratiæ.*

13 Et ignis,ſcilicet,*infernalis.*

14 Hoſtes tuos deuoret. *Non per eorum conſumptionem,ſed per continuam afflictionem.*

15 Domine dabis pacem nobis. *Hic conſequenter oſtenditur quibus malis ianua cœleſtis ad tempus plauditur,ſcilicet quandiu manent in peccatis,ſed cum pœnitent, à Deo viſitati,eis aperitur. Et hoc eſt quòd in eorum perſona dicitur:* Domine dabis pacem nobis, *nos reconciliando. Et quia hoc prouenit ex diuina gratia,ſubditur.*

16 Omnia enim opera noſtra.*Scilicet,meritoria.* Operatus es nobis. *Quia non ſunt meritoria,niſi ex acceptatione diuina,& gratia per quam ſunt acceptabilia, a ſolo Deo in nobis efficitur.*

17 Domine Deus noſter,poſſederunt nos domini,&c. *Id eſt,ſpiritus maligni qui ſunt alieni a te,poſſederunt nos vt ſeruos.quia* qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, *Ioannis octauo.*

18 Tantum in te recordemur nominis tui. *Ita quòd de cætero non ſeruiemus niſi tibi.*

19 Morientes non viuant gigan. *Hic ex prædictis cōcluditur duplex correlariũ. Secundũ ponitur ibi:* Dñe in anguſtia, *Superius locutus fuerat propheta de reſurrectione generali oĩum, quę non erit ſimilis in reprobis & in electis,vt patet ex ſupradictis. Ideo cōcludit quod reprobi non reſurgent ad gloriam, ſed ignominiam & pęnam. & hoc eſt quod dicit propheta:*Morientes non viuant.*vita glorię. hoc dicit optando ex conformitate ſuę voluntatis ad diuinam iuſtitiam, ſecundum illud Pſalm. 57.b.* Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam.*Et loquitur hic de morientibus in peccato mortali.*

20 Gigantes. *Qui fuerunt incompoſiti moribus & tyranni.*

* Non reſur-

A a *Perdidiſti omnem.* Lxx. maſculinum eorum, Hiſdem enim tribus literis, zai & caph & res hebreū ſcribitur ſed quādo memoriale dicimus legitur zachar: quādo maſculinū zachor. Hac ambiguitate Saulē arbitrantur eſſe deceptū, quādo de Amalech interfecit omne maſculinum, Deo enim præcipiente, vt deleretur omnis memoria Amalech, non tā errore, quā cupiditate prædæ pro memoria maſculinum interpretatus eſt contra illud: *Nolite errare, Deus non irridetur.*

b *Nunquid.* Non pœnitentiam egit. & hoc eſt: *Nūquid, &c.* q. d. Securitas negligentiam, negligentia contemptum parit.

B c *Sicut quæ.* ✱ Origenes. Sicut fœmina grauida viro fit, quæ cum parturit, clamat ad dominum quod acerrimi oboriuntur dolores, ſic anima celeſti ſemine grauida, cum conceptū Dei verbum in opere producit ſæuos dolores ſuffert, & ad Deum clamat. Conceperat illa fœlix anima de dilecto, id eſt, de Chriſto, *Tolle crucē tuam, & ambula.* Et, *Poteſtis bibere calicem, quē ego bibiturus ſum.* Et, *Nolite timere eum, qui corpus occidit.*

d *Concepimus.* ✱ Auguſtinus. Omnis homo concipit animo, neque vllus poteſt eſſe

a ¶ Ad gloriam in iudicio niſi humilientur. b ¶ Quia mortui in peccato, & fortes in malo, vel hareſi c ¶ Vindicabis in iudicio.

non reſurgant. Propterea viſitaſti, & cōtriui- 1 2

¶ Alias res. a ¶ De terra venientium.

a ſti eos, & perdidiſti omnē memoriā eorum. 3

a ¶ Et merito, quia ſæpe indulſiſti do. gēti. &c. b ¶ Humano generi. ¶ Quia. ¶ Peccatrici. ¶ Ab eis

b † Indulſiſti dn̄e gēti, indulſiſti genti. Nūquid 4 5

¶ Non. a ¶ Elongari permiſiſti. vt permaneant in errore. b ¶ Omnes nationes.

glorificatus es? Elongaſti oēs terminos terræ. 6 7

a ¶ Q. Percute eos domine, quia niſi in anguſtia non requirent te.

Domine in anguſtia requiſierunt te, † in tri- 8 9

a ¶ Ideſt quia aliter non poſſunt doceri tribulati, ſi preſumentes palam clamare, murmurent ad te. 10

c bulatione murmuris doctrina tua eis. Sicut

a ¶ Q. Sicut mulier approprinquans ad partum dolore exclamat, ſic nos in anguſtia requirimus te.

quę concepit cum appropinquauerit ad par-

tum dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti 11 12

¶ Fortitudinis. ¶ In perſona martyrum.

d ſumus à facie tua domine, concepimus, & 13

¶ In agone. a ¶ Sanctum, vt in tormentis ardentes ſpiritu perſeuerarent.

e † quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum

a ¶ Non carnis filios. ¶ Et tamen b ¶ Cum benefeceritis dicite, quia ſerui inutiles ſumus.

f † ſalutis. Iuſtitiā non fecimus in terra, ideo nō 14 15

a ¶ Sed preualuerunt nobis. b ¶ Terrena amantes. c ¶ Sed. ¶ Sanctis parturientibus, & habitatoribus terrę conruentibus. ¶ Reſurgent martyres tui.

g ceciderunt habitatores terræ. Viuent mortui 16

a ¶ Nō abſolutæ. b ¶ Socij. nam & ipſe ſerra lignea ſectus eſt. c ¶ A morte 17

¶ O martyres. ¶ A ſomno mortis. 18

tui † interfecti mei reſurgent. Expergiſcimini 19

¶ Dominum. ¶ Puluis iam facti. 20

& laudate, qui habitatis in puluere, quia 21

a ¶ Miſericordia tua irrigans fidē, & perducens ad operationem, ſicut ros ſemē. 22

b ¶ Raphaim. ¶ Corpora ſuperborum cum animabus.

h ros † lucis ros tuus, † & terram gigantum 23 24

eſſe ſine cōceptu, ſed alij cōcipiunt de diabolo, iuxta illud, cōcepit dolorē, & peperit iniquitatē. Alij cōcipiūt de Chriſto, vt à timore tuo in vtero concepimus, &c. D

e *Et peperimus.* Alij diſtinguūt ſic: *Et peperimus ſpiritum* ideſt, ſufficientem ex nobis, ſed ex te ſalutem non fecimus in terra.

f *Spiritum ſalutis.* Vt tota mente credamus, & per quę beneficia non ſenſimus, per tormenta diſcamus.

g *Viuent.* ✱ Procopius. Quia ſpiritum ſalutis in terra pariturum dixit, mortem autem his, qui in terra degunt ſuperiorem apparet, tanquam exiſtat aliquis, qui vbi ſit euangelici præconij vtilitas, vbi ſalutis ſpiritus quærat, defenſione adducta reſurrecturos mortuos ſignificat. E

h *Ros lucis.* ✱ Procopius. Reſurrectionis cauſa illis erit ros ille tuus, id eſt à te effuſum verbum illud vnigenitum quod viuificat guttas ſuas in proprios mortuos inſtillans eadem opera & eorum quæ humanitus admiſerunt, medelam adferet, & eorum qui in terra diſperſi ſunt, reſurrectionē corporum largitur, non aliter quam ros ille oculis ſubiectus ſolet, quē paulatim cœlo demiſſum, commiſſa terræ ſemina nutrire videmus. ☞ Augu-

† Effuderunt orationē quādo correctio tua fuit eis.

† Terra proijciet mortuos

C F

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Non reſurgant. *Scilicet ad gloriam, ſed magis ad pœnam. Ideo ſubditur.*

2 Propterea viſitaſti, & contriuiſti eos, *per pœnā duram.*

3 Et perdidiſti omnē memoriā eorū. *Secūdū illud Prou. 10. b.* Nomen impiorum putreſcet. *quia ſi remanet aliqua eorum memoria, non eſt eis ad honorem, ſed ad confuſionem.*

4 Indulſiſti genti, &c. *Punitionem eorum differendo vt haberent locum pœnitendi. Sed quia tales dilationes beneficio abuſi ſunt, ſubditur.*

5 Nunquid glorificatus es. *Scilicet ab eis p pœnitentiam q. d. non. Ideo ſubditur.*

6 Elongaſti. *Scilicet, à te.*

7 Omnes terminos terræ. *Ideſt obſtinatos in peccatis, in quacunque parte orbis.*

8 Domine in anguſtia. *Hic ponitur ſecundum correlarium, ſcilicet, quòd electi reſurgent ad gloriam. Et diuiditur in tres partes, quia propheta primò deſcribit circa reſurrectionem, iuſtorū deſiderium. Secundò, reſurrectionis actum, ibi:* Viuent mortui, *Tertiò, terminum, ibi:* Vade popule meus. *Deſiderium autem reſurrectionis ad vitam beatam conſurgit principaliter ex duobus: Primū eſt afflictio, quam iuſti ſuſtinent de communi curſu in præſenti vita. ſecundum quod dicitur 2. Timoth. 3. d.* Omnes, qui piè volunt viuere in Chriſto perſecutionē patientur. *propter quod dicit Greg. Mala quæ nos hic comprimunt ad Deum ire compellunt, & hoc eſt quod dicitur hic:* Domine in anguſtia *poſiti electi tui in vita preſenti.* Requiſierunt te *deſiderantes vitam futuram ex toto corde.*

9 In tribulatione murmuris. *Ideſt in tribulatione quæ de communi curſu eſt occaſio murmuris in tribulatis.*

10 Doctrina tua eis. *Scilicet valet in dando eis patientiā, quia tamen non aufert totaliter triſtitiam ſenſibilem, licet diminuat. Ideo ſubditur:* Sicut quæ concepit. &c.

11 Sic facti ſumus. *Et aſſociat ſe propheta iuſtis poſitis in tribulationibus & merito, quia poſt multas tribulationes fuit ſerratus, vt dictum fuit ſupra capitulo primo.*

12 A facie. *Hic ponitur ſecundum ex quo conſurgit deſiderium futuræ vitæ ſcilicet claritas faciei diuinę, cuius aſpectus eſt deſiderabilis intantum, quod in eā deſiderant Angeli proſpicere. 1. Petri 1. & hoc eſt, quod dicitur:* A facie tua Domine. *id eſt ex pulchritudine faciei tuæ.*

13 Concepimus & quaſi, &c. *Hic eſt punctus in Hebręo & in libris correctis: & per ſpiritum hic intelligitur feruens deſiderium, & benedicitur:* Parturiuimus, & peperimus, *In partu enim eſt afflictio, & tamen cum peperit mulier, ſequitur delectatio, ſecundum illud Iob. 6.* Mulier cū parit triſtitiam habet: cum autem peperit puerum, iam non meminit preſſurę propter gaudium. *ſic deſiderium viſionis diuinæ in preſenti habet aliquid afflictionis, ratione dilationis, quia* ſpes, quæ differtur affligit animam, *Prouerb. 14. b. & habet aliquid delectationis propter ſpem conſequendi optatum: ſed cum venerit viſio diuina: tunc erit delectatio ſumma abſque vlla triſtitia.*

14 Salutes non fecimus, &c. *Sic eſt in Hebręo, & libris correctis. Et eſt ſenſus, per ea, quę fecimus non obtinemus, nec obtinere poſſumus in terra. Salutes ideſt, animę, & corporis beatitudines: quia primò requiritur mors generalis omnium, ad quam ſequetur correctio mortuorum quę in electis erit ad gloriam animæ & corporis, propter quod ſubditur.*

15 Ideo non ceciderunt. *per mortem corporalem.*

16 Habitatores terræ. *generaliter, & tenetur hic ly ideo conſecutiuè, & non cauſaliter.*

17 Viuent mortui. *Poſtquam deſcripſit propheta deſiderium reſurrectionis, hic conſequenter deſcribit eiuſdem reſurrectionis actum dicens:* Viuent mortui. *Vita glorię quantum ad electos de quorum reſurrectione fit hic ſermo, ideo ſubditur.*

18 Interfecti. *propter Deum, & iuſtitiam.*

19 Reſurgent. *Et dicit mei, ſe eis connumerando, quaſi de ſua morte prophetando, quia fuit ſerratus, ſicut dictum eſt in principio huius lib. de præcepto Manaſſe regis idololatræ peſſimi, eo quod ipsū & alios Idololatras arguebat. Conſequenter conuertit ſermonem ad electos reſuſcitandos, dicens:*

20 Expergiſcimi. *A ſomno mortis.*

21 Et laudate. *Deum de veſtra glorificatione futura.*

22 Qui habitatis in puluere. *quantum ad corpora in cinerem redacta. Conſequenter alloquitur Deum, ex cuius virtute fiet reſurrectio mortuorum dicens:*

23 Quia ros. *ideſt ſicut ros cœleſtis eſt ſuauis terræ naſcentibus qui facit ea de terra reſurgere, ſic benignitas tua erit ſuauis electis dormientibus, quos faciet ad gloriam reſurgere. Et e contrario hæc reſurrectio erit terribilis damnatis, ideo ſubditur:*

24 Et terra gigantum. *ideſt peccatorum, qui per potentiam fideles oppreſſerunt.*

13 Con- ✱ Detrahes

A ✱ Auguſtinus. Sicut rore madefacta ſemina germinant, & exurgunt, ſic rore ſancti ſpiritus oſſa fideliũ, viſitata cum ſuo corpore, in æternã gloriã germinabunt.

Sermon. 2. de conſolatione mortuorum.

a *Vade popul⁹ meus.* ✱ Procopius. Cubiculorum nomine intelligit manſiones illas quæ apud patrem multę, ſingulis pro meritorum ratione tributæ ſunt: Sunt tñ qui dicant, Dei perſonã eos demulcentẽ introduci, qui ſaluatorẽ ſpiritũ cunctis anunB tiantes, grauibus malis mortique futuri erant obnoxij, omneſque vnius nomine verbis iſtis cõpellare, per cubicula, ſepulchra ſignificando.

✱ Gregorius. Cubicula ingredimur, cum ſecreta mẽtis noſtræ intramus. Oſtia autem claudimus, cum illicita deſideria coercemus.

Lib. 4. M. cap. 26.

b *Reuelabit terra.* Terreni tunc non poterunt celare, quos occiderunt, quia tunc omnia aperta. Vel terra quę ſuſcepit ſanguinem martyrum & operuit tunc reuelabitur quando reſurgent.

D

a ¶ In barratrum. b ¶ Dominus ad martyres ¶ O martyres.

a detrahes in ruinam. Vade populus meus, 1
2
a ¶ Cum oraueris intra in cubiculum tuum, &c. b ¶ Pone domine cuſtodiam ori meo. ¶ Sepulchra c ¶ Sepulchrum.

intra in cubicula tua, claude hoſtia tua ſuper 3
a ¶ Fruere bono conſcientiæ. b ¶ Vſque ad iudicium. c ¶ Ad comparationem æternitatis. ¶ Ideſt quaſi breue tempus eſt. d ¶ Reddam ipſis ſecundum opera ſua.

te, abſcondere modicum ad momentum do- 4
a ¶ Quam Theſaurizant ſibi impœnitentes. 5

nec pertranſeat indignatio. † Ecce enim do- 6
a ¶ In die iudicicij videbitur egredi malis ſcilicet. b ¶ Miſericordia, pietas locus eius. 7
c ¶ Vindicando. 8

minus ęgredietur de loco ſuo, vt viſitet ini- 9
a ¶ Terrenorum amatoris. b ¶ Habitatorem.

quitatem habitatoris terræ contra eum &
¶ Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. 10

b reuelabit terra ſanguinem ſuum, & non ope- 11
¶ Martyres.

riet vltra interfectos ſuos.

† Mich.

E

☞ Cap.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Detrahes in ruinam. *Id eſt gehennam. Et accipitur hic terra pro peccatoribus in ea habitantibus eo modo loquendi, qui dicitur: Terra deſtructa, quando eius habitatores deſtruuntur.*

2 Vade. *Hic conſequenter deſcribitur reſurrectionis tempus. Poſſet enim aliquis credere ex prædictis, quòd eſſet propinquum tempus reſurrectionis, quòd non eſt verum: ſed erit in fine temporis, ideo dicitur:* Vade populus meus, *prius recedendo de vita præſenti.*

3 Intra cubicula tua. *Ideſt ſepulchrum quantum ad corpus. & purgatorium, quantum ad animas electorum, qui tamen habent aliquid purgandum in futuro. Vel limbum patrum quantum ad purgatas & ante apertionem ianuæ per mortem Chriſti, vel cælum empireum, quantum ad purgatas poſt apertionem ianuæ.*

4 Abſcondere. *Quia defuncti ab hominibus huius vitæ ſunt abſconditi.*

C

5 Modicum ad momentum. *Quia tempus vſque ad iudiciũ reſpectu æternitatis eſt modicum, &c. Hoc modo dicitur animabus electorum deſiderantibus vltimum iudicium: Apocal. 6. c.* Et dictũ eſt illis, vt requieſcerent tempus adhuc modicum, donec compleantur cõſerui eorum, & fratres eorum.

6 Donec pertranſeat indignatio. *Ideſt electorum perturbatio per tribulationes Tyrannorum, & maximè Antichriſti tempore. In aliquibus libris additur, mea. ſed non eſt in Hebræo, nec in libris correctis.*

7 Ecce enim dominus. *Ieſus Chriſtus.*

8 Egredietur de cœlo ſuo. *Ideſt de cælo empyreo ad iudiciũ veniendo: Quantum enim ad humanitatem egredietur, & veniet per localem motum. Quantum verò ad deitatem quæ eſt vbique egredietur per nouum effectum.*

9 Vt viſitet iniquitatem habitatoris terræ. *Id eſt iniquitates peccatorum terrena amantium.*

10 Et reuelabit terra ſanguinem ſuum. *Id eſt mortem & depreſſiones fidelium, quia tunc manifeſtabuntur omnia latentia.* E

11 Et non oportet vltra interfectos ſuos. *Quia de cætero non committentur talia.*

✱ Cap.

## ADDITIO I.

*In cap. 26. vbi dicitur in poſtilla* Nomen tuum, *ſcilicet Ieſus & memoriale tuum:*

*Quomodo Deus nomen ſuum proprium, ſcilicet Tetragrammaton reſeruauit Moyſi. Exod. 3. d. legitur ſic.* Hoc eſt nomen meum in æternum, & memoriale meum in generatione, & generationem: *Vbi in additione ibidem fuit notatum quod hoc dicitur: Hoc eſt nomen meum, refertur ad nomen Domini Tetragrammaton: quod propriè ſignificat eſſentiam diuinam, prout ibidem fuit expoſitum. Et quod ſequitur: Hoc eſt nomen memoriale meum, refertur ad nomen Ieſus, quod eſt conforme maximè nomini Tetragrammaton, prout ibidem fuit declaratum. Et de hoc propriè intelligitur illud ad Philip. 2. b.* Et donaui illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. *Vnde in perſona expectãtium, ſeu deſiderantium Chriſti aduentum Iſaias dicebat in hoc loco:* Domine ſuſtinuimus te nomen tuum & memoriale tuum deſiderium animæ. *q. d. deſideramus notitiam non ſolum nominis tui. ſcilicet, Tetragrammatõ nobis in veteri teſtamento propoſiti, ſed etiam notitiam memorialis tui. quòd ſcilicet eſt hoc nomen Ieſus, vt dictum eſt, de quo plenius habetur in prædicta additione.*

## ADDITIO II.

*In eo cap. vbi dicitur in poſtil.* Indulſiſti domine genti,

*Vbi in tranſlatione noſtra dicitur:* Indulſiſti domine genti, &c. *In Hebræo habetur ſic:* Addidiſti domine genti, addidiſti, glorificatus es, elongaſti omnia extrema terræ, *& ſecundum iſtam literam propheta loquitur de additione gentium ad populum Iſraeliticum: Et eſt ſenſus:* Addidiſti domine genti. ſcilicet *Iſraeliticæ, gentes aliarum nationum. Et quia ex hac additione Deus fuit magis glorificatus inquantum non ſolum laudatus eſt in Iudæa, ſed etiam à ſolis ortu vſque ad occaſum. ideo ſubditur:* Addidiſti glorificatus es. *Et ne ex hoc intelligeretur, quòd omnes indifferenter fuerunt additi per veræ fidei ſuſceptionem. Ideo ſubdit:* Elongaſti omnia extrema terræ. *ſcilicet infideles, & reprobos.*

## ADDITIO III.

*In eod. cap. vbi dicitur in poſtil.* Vade. *Hic conſequenter deſcribitur reſurrectionis tempus.*

*Si propheta in hoc quod dicit:* Vade popule meus intra in cubicula tua, &c. *intendiſſet excludere, ne aliquis diceret propinquum eſſe tempus reſurrectionis, vt poſtil. dicit, ſic valde impropriè diceret: Abſcondere modicum ad momentum. Iſtæ enim dictiones ſignificant breuitatem temporis, non autem prolixitatem ſeu dilationem. Hoc autem quod dicitur:* Claude oſtia tua ſuper te, *non videtur pertinere ad intrãtem in ſepulchro, vel in limbo, vel in empyreo. vnde melius videtur dicendum, quod quia propheta immediatè ante locutus fuerat de reſurrectione electorum dicens:* Viuẽt mortui, &c. *quod in magnum gaudium vertitur electorum, ideo de perſecutione Antichriſti quæ modicum ante tempus reſurrectionis futura eſt, quæ inter alias eſt maxima vt habetur Daniel 12. eos monet. q. d. eis, de hoc quod vobis prophetico debetis exultare cũ tremore, vt ſitis parati ad perſecutiones futuras patienter tolerandas, quæ ſunt propinquæ prædictæ reſurrectioni. Et qualiter debeãt ſe præparare oſtendit, dicens:* Vade *popule meus, intra in cubicula tua, ſcilicet ad orandum Deum eo modo quo dicitur Mat. 6. a.* Intra cubiculum tuũ, & ora patrem tuũ. *Oratio enim eſt maximum remedium in tribulationibus. Iuxta illud Pſal. 119.* Ad dominum cum tribularer clamaui. *Item monet eos, vt à Deo petant ne ex vehementia tribulationis aliqua verba prorumpant in Dei offenſam, ſeu in veræ fidei derogationem. Et de hoc dicit:* Claude hoſtia tua ſuper te. *Quę quidem clauſura a Deo impetratur per orationem iuxta illud Pſal. 140. a.* Pone domine cuſtodiã ori meo, & oſtiũ circũſtantiæ in labijs meis *Item monet eos vt abſcondant ſe à ſæuiſſimis contradictionibus aduerſantium, quod non niſi virtute diuina fieri poſſet. iuxta illud Pſal. 30. f.* Abſcondiſti eos in abſcondito faciei tuæ à contradictionibus hominum, &c. *Et quia tempus huiuſmodi periculoſiſſimæ perſecutionis Deus abbreuiabit propter electos, vt Mar. 13. ideo propriè ſubdit:* Modicum *ad momentum.*

*REPLICA. In cap. autem 15. cum poſt. dicit circa illum paſſum* Abſcondere modicum *ad momentum, de tempore iudicij exponendo, quod à tempore prophetiæ eſt modicum reſpectu æternæ durationis. Burgenſis dicit improprijſſimè ſic dici: quia ille dictiones ſignificant breuitatem temporis: Sed illa obiectio eſt contra rotundum textum in multis locis ſacræ ſcripturæ. Dicitur enim ſupra cap. 2. de tempore Chriſti. Erit in nouiſſimis diebus, poſt quos tamen multa centena annorum fluxerunt. & Ioã. in Canonica:* Filioli nouiſſima hora eſt, *quæ tamen proprijſſimè ab omnibus exponuntur de multis centenis annorum qui reſtant, & ſic de alijs locis ſcripturæ.* 1. I

## CAP. XXVII.

a a ¶ Animaduerte.
IN die illa viſitabit do- 1
a ¶ Verbo id eſt filio per quem iudicabit pater. b ¶ Impius.
minus in gladio ſuo du- 2
a ¶ Vt omnes comprehendat. b ¶ Vt nemo reſiſtat
ro, & grandi & forti, 3
a ¶ Leuiathan additamentum eorum, per- 4
antiphraſim: cum enim ſe addere promittat, minuit.
b ¶ Serpit ne audiatur.
b ſuper leuiathan ſerpentem 5
a ¶ Malle im vniuerſe terræ. ¶ Alias claudentem: eo quòd carcere ſuo multos clauſerit. b ¶ Qui in veritate non ſtetit. c ¶ Qui dirigi non poteſt virga directionis. ¶ In accipiendo. †
c vectem & ſuper leuithan ſerpentem tortuo- †
d a ¶ Qui abſorbuit Ionam. b ¶ Mundo falſo, & amaro. 6
e ſum, & occidet cetum, qui in mari eſt. In die 7
a ¶ Vinea facta eſt dilecto. ¶ Olim in Prophetis, & alijs ſanctis. ¶ Populus Iudæorum. b ¶ Inebriata. c ¶ Canticum dolor. d ¶ Domino. 8
f illa † vinea meri cantabit ei. Ego domi- 9
¶ Quia. a ¶ Vel modo ab omnibus aduerſis, vel obſeruo dans locum pœnitētiæ: b ¶ In iudicio. c ¶ Quia conuerti non vul. ¶ Calicem væ. 10
nus, qui ſeruo eam: † repente propinabo ei, 11

## CAP. XXVII.

A a IN *die illa. &c.* Tradunt Hebræi diabolū (id eſt criminatorem, quòd græcum nomen eſt) hebraicè dici ſathan. id eſt aduerſarium. vnde. *Stabat ſathan a dextris eius, vt aduerſetur ei*. Dicitur & belial. id eſt apoſtata. id eſt præuaricator, & abſque iugo vnde: *Quę communicatio Chriſti ad belial?* Dicitur quoque, & alijs nominibus vnde: *Super aſpidem, & baſiliſcū &c.* Et alibi: *Qui capturus eſt magnum cetum.* Itē: *Nunqd capies leuiathā hamo.* Et alibi: *Draco iſte. quem formaſti ad illudendū.* factus eſt enim, vt angeli illudāt ei. vnde Apoſtoli accipiunt poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones: quia ergo ab eo loco ſcilicet, Dominus diſſipabit terram, & nudabit eā, vſque ad præſens capitulū contra totum orbē in conſummationem mundi iudicium prædictū eſt, & B nouiſſimus inimicus deſtruetur mors: contra diabolum extrema ſententia eſt, vt inducatur gladius ſuper eū.

Zac. 3. a. 2. Cor. 6. c. Pſal. 90. c. Iob 40. c. Pſal. 103. c. Apocalyp. 1. a. Luc. 10. c. 1. Cor. 15. d.

* Procopius. Moſes in geneſi fraudem ſerpentis recitaſſe contentus, quid eum ſupplicij maneret prætermiſit quod nūc propheta facit. Virga Dei recta, at ſerpens totus vbique ſinuoſus & prauus, humi deinde in ventrem & pectus repens, omnium calces obſeruans, poſt impiorum hominum interitum duro illi & magno, validoq; gladio tradetur: cuius nomine verbum Dei viuens & efficax & quolibet gladio acutiùs ſignificatur. Quo quidē gladio cum interficere in priori aduentu Saluator noluit, ſed adoriri tantum, eiuſque vires infringere & conculcare. Sed interficiet tandem pœnitus in mundi conſumatione.

Iob 38. b. b *Super leuiathan.* Greg. in moral. Draco vt fertur in terra ſerpit, natat in aquis, volat in aere. Inde Diabolus, & ſerpens, & cetus, & leuiathan.

c *Vectem.* Lxx Fugitiuū. Tūc .n. fugiet, q fugere neſciebat neſciēs illud: *Quo ibo à ſpiritu tuo, &c:* Vnde qdam pulchrè luſit in gigantomachia: *Quo fugit Enclade? quaſcunque acceſſeris oras, ſub Ioue ſemper eris.* Leuiathan additamentū D eorum interpretatur quorum, niſi hominum? Rectè autem additamentum eorum dicitur, quia poſtquā primā culpā mala ſuggeſtione intulit, hanc quotidie augere grauibus perſuaſionibus non deſinit. Leuiathā qppe iſte in eo quod ſe homini tradere ſpopōdit tortuoſis ad eum finibus irrepſit. Et dum falſo impoſſibilia ꝓmittit, vera & poſſibilia ſuſtulit. quęrendum nobis, cur qui ſerpentē dixerat & tortuoſum illi ſubiūgebat, interpoſuit vectem? Niſi fortè: quod in ſerpentis tortitudine fluxa mollicies, in vecte autē eſt duritiæ rigiditas. Vt ergo hunc, & duorum ſignaret & mollem: & vectē nominat, & ſerpentem. Durus quippe eſt per malitiā mollis per blandimentum Vectis dicitur, quia vſq; ad necem percutit. Serpens autē E quia inſidias molliter infundit.

d *Serpentem tortuoſum.*

* Baſil. Serpens dicitur tortuoſus, quod peccati dux ſit & varios habeat flexus ad uaria uitiorum genera, ad hæc & ad illa pugnantia, & ſibi contraria, nec vnquam recta via ingrediatur, ſed flexa ad hæc & illa mala, vt ſerpens tortuoſus incedit capite in hanc, vel illam partem lateribus in partes obliquas in contrarias partes cauda: ita qui ſerpentem ſequitur intortam viam ſequitur, per omnia vitiorum genera, quædam etiam contraria. Qui Deum ſequitur, rectas facit ſemitas.

In lib. de paradiſo ca. 13. † In momento irrigabo eam.

e *Cetum.* Hebr. tannim, Vnde Heb. fabulabantur leuiathan habitare ſub terra, & in ęthere: tamin verò in mari. f *Vinea meri cantabit.* Cui Hieremias propinat calicem meraciſſimum. Merum græcè purum latinè.

Hiere. 25. d.

* Procopius. Poſt prænuntiata myſteria euangelica aduentus Chriſti, deſidero, inquit dominus, cantare contra vineā meā pulchrā id eſt, contra ſynagogā, quā cap. 5. dixit: vineam domini Dei Sabaoht. F

C * **NICOLAVS DE LYRA.**
Cap. XXVII.

IN die illa. *Poſtquam deſcripta eſt gratiarum actio de promotione electorum, hic conſequenter ponitur gratiarū actio de deiectione dęmonū. Et diuiditur in duas partes, qua primo ponitur huiuſmodi deiectione. ſecūdo ſoluitur duplex quæſtio, ibi:* Ego Dominus. *Circa primum dicitur:*

1 In die illa. *Scilicet iudicij generalis.*
2 In gladio, &c. *quantum ad pęnę aſperitatem.*
3 Et grandi. *quantum ad eius latitudinem.*
4 Et forti: *quantum ad immutabilitatem.*
5 Super leuiathan, &c. *per leuiathan, qui hic bis ponitur, & per cetum, idem intelligitur, ſcilicet diabolus vt dictum fuit diffuſius Iob. 40. & dicit hic leuiathan vectem propter eius fortitudinem, ſecundum quod de eo dicitur. Iob. 41. d.* Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei comparetur.
6 Tortuoſum. *propter eius caliditatem ad decipiendum.*
7 Et occidet cetum, &c. *ideſt diabolum, qui habitat in hoc aere caliginoſo tanquam in mari tempeſtuoſo: non tamen intelligitur eius occiſio per mortem naturę, cum hoc modo ſit immortalis, ſed per mortem gehennę, quia tunc ibi retrudetur, nec poterit inde exire & homines tentare, ſeu ad peccatum inducere, quod erit ſibi graue: & in hoc creſcet pœna eius quę etiam portat modo ignē ſuum ſecū creſcet etiā pęna ſua accidentalis ex dānatione hominum quos inducit ad peccatū, ſicut & gloria ſanctorū angelorū ex gloria electorū, quos inducit ad bonū.* 8 In die illa, *deiectionis dęmonis.* 9 Vinea meri. *In Hębr. habetur, vinea vinoſa. Ex quo patet, ꝙ meri hic non eſt nomen propriū, ſed cōmune, & ſignificat hic vinum purū, & optimū. Vinea igitur meri, hic accipitur ſocietas ſupernorū ciuiū, in quibus nihil erit impurū: & ipſi Deū laudabunt de deiectione dęmonū.* 10 Ego do. *Hic conſequenter ſoluitur duplex quęſtio oriens ex prędictis, ſecunda ſoluitur ibi:* Quis dabit me. *Prima quæſtio oritur ex hoc, quod hic dicitur: vinea meri ſocietas electorū quia ex quo fuerunt à Deo ita electi, & dilecti ab ęterno, videretur alicui extraneū, quomodo Deus permittit eos tribulari in hoc mundo, ſecundū quod dicitur 2. Tim. 3 c.* Oēs qui piè volunt viuere in Chriſto perſecutionē patientur. *Et reſpondet do. ad hoc quod talis permiſſio nō eſt ex odio, ſed magis ex dilectione, ne ex ꝓſperis in ſuperbiā eleuentur, & per exercitiū patientię in bono cuſtodiantur, ſecūdū dictū ſaluatoris Luc. 21. a.* In patiētia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras. *& hoc eſt ꝙ dicitur hic:* ego do. q ſeruo eā. *ſ. vineā meā quę eſt vniuerſalis eccleſ. eo quod a primo Abel iuſto vſq; ad vltimū electū, qui in fine mundi naſciturus eſt, quot electos ꝓtulit tot palmites miſit, vt dicit Greg. hō. 7.* 11 Repēte ꝓ *ci. ſ. potū tribulationis ſonib. ꝓdictis, ideo ſubditur.* ⁂ Ne

*MORALITER.*

† 1 *In die illa viſitabit dom. &c.* Hic ad literā deſcribitur deiectio dęmonū, quæ fiet in iudicio finali, & qm̄ ſecundum Greg. hō. 10. omniū iniquorū caput eſt diabolus: & huius capitis mēbra ſunt oēs iniq. ideo cap. iſtud moraliter pōt exponi de eiectione iniquorū q ſimul cū dæmonib⁹ tūc deijciēt in pęnā gehēnę. & ſicut dicit. *In die illa. ſ. iudicij finalis.* 2 *Viſita. do. in gla. ſuo du.* Iſte gladius eſt illa terribilis ſentētia, q ponit Mat. 25. d. *Ite maledicti in ignē ęternū, qui parat⁹ eſt diabolo, & angelis eius, &c.* 5 *Super leuiathā* Qui interpretatur additamētū eorū, ideo ſignat peccatorē addētē peccato peccatū † *Serpentē vectē.* Id eſt in peccatis firmatū per malū habitum acquiſitū, ſicut vectis firmat oſtium. † *Super leuiathā ſerpētē tor.* Sicut .n. peccator dicit̄ leuiathā eo ꝙ addit peccatū peccato, ſic dicit̄ ſerpēs ex peccati veneno. Et etiā tortuoſus, quia declinat à diuinæ legis & rationis recto iudicio. 7 *Et occidit cetū, qui eſt in mari,* ideſt tyrannū, qui deuorat ſimplices: ſicut cetus maris piſces. 8 *In die illa.* ſicut in die finalis iudicij reprobi cōfundētur ſic iuſti exaltabūt̄. Ideo dicit: *In die illa, &c.* id eſt Eccleſia Xpi à peccato puriſſimi. † *Cantabit ei.* gratias agēdo ſibi. 9 *Ego do. q ſeruo eā.* à neqtia hęreticorū, dādo ſibi verā ſapientiam: & à violentia tyrannorū dando ſibi patientiā. 10 *Repēte ꝓpinabo ei.* potum aduerſitatis temporalitatis.

⁂ *Neforte*

A a *An potius*. Vox patris de liberatiuè more noſtro, qui magna facturi deliberam⁹. q d. Mittam ſi lium ad incar nandū? *An potius te fortitudinem meam*. Vt ſcilicet potius id agat fortitu do mea, vt irā differā, & ſaluem eos per Euangelij clementiam, qui nō ſunt ſaluati auctoritate legis.

B b *Iſrael*, id eſt populus Iudæorum conuerſus, videns doctrina filiorum ſuorum orbem floruiſſe.

c *Et implebūt*. ∗ Procopius. Simile eſt, quod dixit Dauit. *In omnem terram exiuit ſonus eorum*

† Faciet.

† Fructu.

†Ipſe eam iu dicabit ſolū in propagini bus eius ſpacium iugeri, & auferet vē to ſuo duro tēpore quo flat. Durus † poſuerint.

† Calcis. Pſalm. 18.

a ¶ Aliqua aduerſitate. b ¶ Ne vaſtet eam aper de ſylua, & aliæ beſtiæ. c ¶ Quaſi toties irritatus non indignabor quando que. ¶ Vt ſciam ferire, & reddere ſecundum opera ſua. ¶ Sed nunquid indignatio.

ne fortè viſitetur contra eam, nocte, & die ſeruo eam indignatio nō

a ¶Communicauerit æquauerit. b ¶Superficiem. ¶Gith, genus leguminis ſimile cimino in quantitate, ſed nigri coloris, & in pane dulcorando ſpargitur. 11 12
e Nonne cùm adæquauerit faciem eius, ſeret † gith, & ci- 13
a ¶Conuenienti loco. Non eadem tellus parit omnia. 14
minum ſparget, & ponet triticum † per ordinem, & hor- 15
a ¶Viciam enim in circumitu meſſium ſolet ſeminari.
deum † & milium & † viciam in finibus ſuis? Et erudiet il-
¶Agricolam. a ¶Diſcretione, vt diſcrete & tempeſtiue vnumquodque fiat, alias faciat.
lum Deus ſuus, in iudicio docebit illum. Non enim in 16
a ¶Cum trituræ tempus fuerit.
† ſerris triturabitur gith, nec rota plauſtri ſuper ciminum
circumhibit: ſed in virga excutietur gith, & ciminum in ba
a ¶Serris & paluſtro.
culo, panis autem comminuetur. Verum non in perpe- 17 18
a ¶Quia ſaluabuntur ſi pœnituerint ſalutem in die iudicij. ¶Aliud eſt enim eſſe impium, aliud peccatorem eſſe. b ¶Panem.
tuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota
a ¶Serræ ſummitatibus. b ¶Rota plauſtri. ¶Alias hæc diſſipatio. ¶Hæc diſpenſatio.
f plauſtri, nec vngulis ſuis comminuet eum. Et hoc à domi- 19
no Deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret conſilium, 20
a ¶Secundum quam plus exigit ab eis, qui plus acceperunt.
& magnificaret iuſtitiam. 21

nomen accepit.

A a *Alienum opus*. Opus proprium Dei eſt miſereri, parcere, condonare. Non ſuum ſed alienum, eſt iraſci, punire. († Quod proprie non eſt opus eius.)

Greg. (Hom. 6. in Ezechielem.) In mundũ veniet, vt faciat opus ſuum, ſ. redimat genus humanũ. Sed ab ipſo eſt alienum opus eius Non conuenit .n. deitati conſpui, flagellari, crucifigi.

b *Et nunc nolite*. * Theodoretus. Monet ipſos ne lætentur & exultent, neq; fidant proprijs viribus, ne hæc vaticinia eos opprimãt, & ne implicentur his malis quæ dicta ſunt. (†Sęgnatum. †ſapercam.) B Ait enim propheta, hæc omnia quæ dixit audiuiſſe a Deo, cuius ſermo verus eſt. (†tribula)

* Cyrillus. Non oportet Chriſto illudere & inſultare, ne permittat vos Deus permanere in vinculis legis veteris, & non illuſtrari luce euangelica.

* Procopius. Eſt enim lex ipſa vinculum, quæ iuſtum quidem efficiat neminem, ſed ad pœnas veluti conſtrictos ſeruet. Quin & Dauid ipſe cum ad gratiam per fidem alacriter properare ſuaderet, *Dirumpamus vincula eorum*, inquit. (Pſal. 2.)

c *Conſumationem, &c.* * Procopius. Ideſt, compendioſam fidei gratiam, D quæ exiguis verborum periodis comprehenſa, non vt a Moſe lex illa tantũ Iudæis, ſed cunctis terræ habitatorib. data eſt. († forti)

d *Nunquid tota*. Pius & miſericors Deus genus humanum, vt fructum boni operis afferat, arat vt agricola vomere prędicationis, proſcindit verbere tribulationis, nunc peſte, nunc captiuitate corrigit, & hoc eſt: *Nunquid tota*. († abb aut c) († & cc) († vicia)

e *Gith, & ciminum*. E Gith & ciminum, quæ in virga excutiuntur, Gẽtes, quæ cognitionem Dei non habent, intelliguntur quæ minus punientur. Triticũ & hordeum vnde panis fit. Iudęi prę eminentes cognitione Dei: Vel, mali prælati eccleſiæ, & principes huius ſeculi, qui punientur grauiorib. tormentis. *Vel, gith, &c.* Simplices & idiotę, qui fidem acceptã malè viuentes corrupere. Frumentum, eccleſiæ Sacerdotes, clauem ſcientiæ habentes. († me)

f *Et hoc a domino Deo exiuit.* * Procopius. portentum & admiratione dignum vocat, quod Iſraeli tantis peccatorũ ſordib. inquinato, miſericordiæ locus pateat.

CAP. F

C

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Alienum eſt. *q. d. opus puniendi non ineſt ei ex ſua conditione, ſed ex malorum tranſgreſſione.*

2 Et nunc. *Hic conſequenter agitur de punitione quæ erit in finali iudicio, cùm dicitur:* Et nunc. *ideſt poſt deſtructionem ciuitatis per Romanos.*

3 Nollite illudere. *virtutem Euangelicæ prædicationis.*

4 Ne forte. *pœna irremediabili in iudicio finali. ideo ſubditur.*

5 Conſumationem enim. *ſcilicet mundi*, & abbreuiationem. *ideſt infra breue tempus reſpectu æternitatis.*

6 Audiui a domino. *qui eſt regula veritatis.*

7 Super vniuerſam terram. *malos generaliter puniendo pœna irremediabili, & bonos præmiando gloria interminabili.*

8 Auribus percipite. *ideſt attendite diligenter iſta. Et ponit exemplum ad hoc ſenſibile: & primò quantum ad præmiationem bonorum, dicens.*

9 Nunquid tota die. *ideſt ſingulis diebus continuè.*

10 Arabit arans. *vt ſerat ſemen ſuum in agro.*

11 Proſcindet. *cum aratro vel ligone.*

12 Et ſarriet. *ideſt purgabit a ſentibus & herbis nociuis. q. d. non. ideo ſubditur.*

13 Nonne cùm adæquauerit faciem eius. *ideſt ſuperficiem terræ perfectè diſpoſuerit ad recipiendum ſemina.*

14 Seret gith. *ſecundum gloſſam genus eſt leguminis cimino ſimile.*

15 Et ponet triticum. *i. ponet ſemina ordinatè ſecundum variam diſpoſitionem terræ, cuius vna pars eſt apta vni ſemini, altera alteri. Per hac intelligitur, quòd Chriſtus qui eſt agricola agri ſui qui eſt eccleſia peracto finali iudicio ponet electos ſuos in diſtinctis manſionibus gloriæ ſecundum varia eorum merita: propter quod dicit Io. 14.a.* In domo patris mei. man. multæ ſunt.

16 Non enim in ſerris. *Hic ponitur exẽplum de punitione malorum, quia terræ naſcentia collecta non ſimiliter triturantur ſeu excutiuntur vniformiter, ſed aliqua cum leuiori inſtrumento, vt potè cum virga, vt ciminum & ſimilia. Alia autem triturantur cum inſtrumentis ferreis & ponderoſis. Similiter in finali iudicio, vbi erit vniuerſalis peccatorũ collectio, non omnes vniformiter punientur, ſed aliqui grauius & alij minus grauiter ſecundũ eorũ demerita. Et ſecundum hoc intelligitur iſta parabola. Nec mirandũ, quod per eadem ſemina intelligantur iuſti premiandi & peccatores puniendi: quia hoc eſt propter identitatem naturæ in ipſis, ſed eſt varietas in meritis & demeritis.* (Dan varia)

17 Panis autem. *ideſt triticum vnde fit panis, quod comminuitur inter molas.*

18 Verum non in perpetuum. *Hoc refertur ad pœnas temporales, quibus Deus ſecundum ordinem ſapientiæ ſuæ aliquando punit peccatores ad correctionem eorum, vel ad terrorem aliorum, & talis punitio ceſſabit in iudicio, & ſuccedet pęna æterna, quã Deus committet executioni dæmonum quibus erunt ſubiecti in pœna qui ante fuerant eis ſubiecti in culpa.*

19 Et hoc a domino Deo. *tanquam verbum irretractabile.*

20 Vt mirabile faceret. *quia nullus ſcit in qua parte ſit futurus ſcilicet præmij vel pœnæ finalis.*

21 Et magnificaret iuſtitiam. *quia finale iudicium omnibus apparebit iuſtum.*

* CAP.

## ADDITIO I.

† *In cap. 28. vbi dicitur in poſtilla.* Qui crediderit non feſtin. *Vbi dicitur in translatione noſtra:* Non feſtinet. *in Hebræo habetur quoddam verbum quod ſignificat indifferenter, nõ feſtinet, vel non*

*non feſtinabit. Et in ſecundo ſignificato eſt ſenſus:* Quòd qui crediderit doctrinæ *Chriſti, de quo hic loquitur non feſtinabit ad credendum eo quòd doctrina Chriſti maximè eſt ſupra ſenſum hominis. Vnde, & diſcipuli Chriſti, qui eius doctrinam continuè audierunt, & eius miracula viderunt, non tamen feſtinauerunt credere, vnde eis dicitur etiam poſt reſurrectionem:* O tardi corde ad credendum.

## ADDITIO II.

*In eo cap. vbi dicitur in poſtilla.* Sicut enim in monte diuiſionum.

*Ad vlteriorem declarationem huius quod dicitur hic: Sic enim in monte diuiſionum, &c. vſque ad finem conſiderandum, quod hæ duę hiſtoriæ q̃ hic tangũtur, ſcilicet de monte diuiſionis, & de valle Gabaon, videntur propriè referendæ ad duos aduentus Chriſti, in quorum vtroque iudicium mundi conſideratur. Nam in primò fuit iudicium diſcretionis, ſeu ſeparationis, ſecundum quod ſeparati ſuerunt credentes ab infidelibus. De quo iudicio Ioan. 12. e.* Nunc iudicium eſt mundi, *& ad hoc iudicium refertur, quod dicitur hic: Sicut in monte diuiſionum ſtabit dominus, id eſt iudicio diſcretionis, ſeu ſeparationis. In ſecundò verò aduẽtu erit vniuerſale iudicium in valle Ioſaphat, in quo iudicium finaliter reprobos punientur. Ad quod iudicium refertur illud, quod hic dicitur: Sicut in valle, quæ eſt in Gabaon iraſcitur: quia in eodem iudicio ſol iuſtitiæ ſtans ad iudicandum contra damnatos iraſcetur, ſcilicet ſigna iræ oſtendendo. Et quia in primo aduentu opus redemptionis humani generis, Chriſtus expleuit per paſſionem, quam ſuſtinuit, quę nõ conuenit eius deitati, ideo ſubditur:* Vt faciat opus ſuum, alienum eſt opus eius: *vbi gloſſa: & eſt Gregor. In mundum veniet vt faciat opus ſuum, ſcilicet redimat genus humanum, ſed ab ipſo alienum eſt opus eius. Non enim conuenit deitati conſpui, flagellari, crucifigi. Hæc in glo.*

n. 6. in ec.

*Et notandum, quòd iſte modus exponendi huius quod dicitur:* Alienum eſt opus eius, &c. *Videtur verior, quam dicere quod punire non eſt proprium Deo, ſed magis parcere, & miſereri, prout in poſtilla. Tunc quia licet verum eſt, quod Deo proprium eſt miſereri inquantũ ad ipſum propriè pertinet releuare defectus aliorum, non tamen videtur concedendum, quod opus puniendi peccatores eſt alienum à Deo: cum hoc opus pertineat ad veritatem iuſtitię, quæ Deo maximè competit, vt ſacra ſcriptura in quam plurimis locis teſtatur. Tum quia opus puniendi tranſgreſſores eſt bonum ſimpliciter, licet ſecundum quid ſcilicet reſpectu puniti habeat rationem mali ſcilicet pœnæ. Conſtat autem, quòd omne opus bonũ Deo maximè competit, & ſic patet quòd punire delinquentes ſecundum ordinem diuinę iuſtitiæ non eſt dicendum eſſe alienum opus Deo, licet miſereri ſit Deo maximè proprium.*

*In ſecundo verò aduentu, quia iudicium vniuerſale competit Chriſto etiam ſecundum, quod homo. Vnde Ioã. 5. c.* Poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. *Quę quidem poteſtas etiam ſe extendit ad Angelos, vnde Apoſtolus 1. Corint. 6. a.* Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus. *ſcilicet auctoritate Chriſti, ideo ſequitur: vt operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus eius. Nam ſicut alienum eſt, id eſt non conueniens deitati flagellari, & crucifigi, ita peregrinum eſt humanitati omnes homines, & Angelos iudicare niſi ex vnione ad verbum, & alijs gratijs in Chriſto ſingularibus hęc ei competerent. Et quia iſta ſic ſunt alta ſupra ſenſum hominum, vt in infidelibus lumine fidei carentibus, quaſi quædam ludibria videantur, ideo ſubditur:* Et nunc nolite illudere, ne fortè conſtringantur vincula veſtra. Conſummationem enim, & abbreuiationem audiui à domino. *q. d. propter tales illuſiones ordinata eſt à Deo conſummatio abbreuiata. Quod intelligitur de captiuitate Babylonica, vel Romana. Et quia ad credenda illa, quę dixerat de Chriſto eſſe aliena, & peregrina, videntur diſpoſitiones humanæ, & diuina auxilia, ideo ſubditur:* Auribus percipite, &c. Nunquid tota die arabit arans, &c. *Quod quidem exemplum non videtur referendum ad finalem præmiationem bonorum. Tum quia in futura remuneratione valdè impropriè electi dicerentur poni, vt ſemina. Semina enim, dicuntur eſſe in hac vita, in ſcriptura, vt cum dicitur in Pſalm.* Euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua. *Fructus verò ſeminum, propriè dicuntur eſſe in vita alia in qua manipuli rerum ſeminatarum portantur, vnde dicit:* Venientes venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. *Tunc quia hic dicit Propheta:* Et ponet triticum per ordinem, & hordeum, &c. *ſtatim ſubiungit:* Et erudiet illum Deus ſuus in iudicio docebit illũ. *Conſtat autẽ, quod in finali ſtatu beatorum ceſſat eruditio, & doctrina, quia tunc omnes electi erunt perfectè in domino docti, vt infra 54. cap. Et ideo hoc exemplum videtur potius eſſe referendum ad illa, quæ facit Deus miſericorditer circa genus humanum, vt credant quę ad ſalutem pertinent, & bonum fructum afferant more boni agricolę, qui multa, & diuerſa opera in agrum ſuum facit, vt bene fructificet. vnde in hoc loco glo. ſic dicit:* Pius, & miſericors dominus *genus humanum, vt fructum boni operis afferat, arat vt agricola vomere prædicationis, proſcindit verbere tribulationis: nunc peſte, nunc captiuitate corrigit, & hoc eſt quod dicit:* Nunquid tota die. *Hęc in gloſ. Vbi notandum, quod in hoc quod dicitur:* Nũquid tota die. *ſecundum hanc expoſitionem, quę valde propriè eſt Propheta monet auditores, quos ante ad attentionem excitauerat ſupra dicens:* Auribus percipite, &c. *vt æſtiment, quod ſicut agricola non tota die arat, ſic Deus non ſemper faciet diſpoſitiones iſtas ſed tantum vſque ad tempus futurum, ex qua conſideratione auditores diſcreti ad pœnitentiam reuocantur. Quod autem ſequitur in litera:* Non enim in ſerris triturabitur Gith, &c. *referendũ videtur ad diuerſum modum mortis electorum.*

*Poſſet enim aliquis quærere, ex quo omnes iuſti cum de hac vita tranſeunt ſunt in ſtatu gratię, per quam vitam mærentur, quare aliqui eorum moriuntur, in maximis tormentis, & alij leuiter hãc vitam tranſeunt? ad quod reſpondendum per exemplum de collectione fructuum diuerſorum. Quorum aliqui cum duritia, & aſperitate colliguntur, ſicut bladum de quo fit panis. Alij verò leuiter per leuem excuſſionem virgæ, vel baculi, & hoc eſt quod dicitur:* Nõ enim in ſerris triturabitur Gith, nec rota plauſtri ſuper ciminum circumibit, *ſupple ſicut ſuper bladum: ſed in virga excutietur Gith, & ciminum in baculo, ſcilicet leuiter, panis autem comminuetur, ſcilicet ſerris, & plauſtris, prout in gloſ. Sed quia poſſet quis dicere, quòd licet res quæ deducit in exemplum ſit vera, tamen ad propoſitum non videtur pertinere, eo quòd videtur iuſtitię Dei eſſe inconſonum, quòd in his qui in ſtatu gratiæ exeunt de hac vita, tanta inueniatur diuerſitas in ipſo modo mortis: Ad quod dupliciter reſpondet. Primò dicens:* Verumtamen non in perpetuum triturans triturabit. *quaſi dicat momentanea ſunt iſta tormenta reſpectu perpetuæ pręmiationis, in qua omnia reducentur ad veram iuſtitiam. Secundo reſpondet ſic. Et hoc à domino Deo exercituum exibit, vt mirabile faceret conſilium, & magnificaret iuſtitiam. quaſi dicat ſecundum conſilium diuinum, mirabile, iſta exeunt, vt magnificet iuſtitiam. Gloſſa interlinearis ſecundum quam plus exigit ab eis, qui plura acceperunt.*

*REPLICA. In cap. vigeſimo octauo circa illum paſſum:* Alienum opus eſt. *Poſtillator dicit, quòd per hoc intelligitur opus iuſtitię Dei quod eſt alienum, inquantum alienum diſtinguitur contra proprium, idcirco ſicut Deo proprium eſt miſereri, ita punire dicitur hic Deo alienum, quia etiam punit circa condignum. Burgen. inſtat rationibus, quæ ex dicto poſtillatoris ſunt ſolutę. Nam cum dicit iuſtitiam, & veritatem, ſecundum quam punitur iniquus bonum ſimpliciter, &c. Non negat poſtillator: ſed loquitur ſolum ſecundum comparationem proprij, vt diſtinguitur contra alienum, qui ſunt modi dicendi. Dicitur ergo quòd ſecundum eſſe iuſtitia, & veritas, & miſericordia ſunt vnum in Deo & æque propria ſecundum eſſe, ſed non ſecundum dici, argumentum igitur quod facit Burg. contra poſtil. & ſanctum Thom. optimè reducitur contra expoſitionem Burg. quam dicit veriorem quamuis in continuam. Exponit enim Burg. illum paſſum de opere redemptionis dicens: Id opus Deo eſſe alienum, nam non conuenit deitati conſpui, flagellari, crucifigi. Tunc arguitur ſic: Ita verè, & catholicè dicimus: Deum conſputum, flagellatum, & crucifixum: ſicut de Virgine natum, & neutrum eſt alienum, niſi vt diſtinguitur contra proprium idioma: Communicatione enim idiomatum ita verum eſt Deum conſpui, ſicut à puero ſecundum Damaſce. ſtellas creari. Et mirandum, quod tam ſolubili ratione Burg. contra ſuũ magiſtrum ſanctum Thom. laborat, quem tamen præ cunctis colere conſueuit Burg. etiam notat poſtillatorem exponentem ſeminationem, pro retributione finali. Burg. enim vult, quod ſemen ſerendo, vt faciat fructum, pertinet ad præſentem vitam, non futuram, & maximè quia de ſignificato per ſemen ſequitur:* Erudiet illum Deus, & docebit illum. *Nam eruditio, & doctrina, prout ipſe vult, ceſſabunt in futura vita, quando omnes erunt perfecti. Sed & illud videtur impropriè appropriari præſenti ſtatui. nam ſi modi ſeminandi, & plantandi propter fructum, qui venit à fruitione habent aliquam appropriationem ad ſtatum viæ, in quo eſt fructus & fruitio imperfecta, multo maiorem habent appropriationem ad ſtatum gloriæ in quo eſt fructus, & fruitio perfectiſſima. Et ſi Chriſtus ſeminat iuſtos in terra morientium, propriſſimè eos plantat, & ſeminat in terra viuentium. Et ſaluo iudicio meliori minus eruditè videtur dictum, in vita beata eruditionem, & doctrinam ceſſare, quia ſic dicens deſtruit actus hierarchicos, qui actus non diſtrahunt à perfectione, vt dicit Beatus Dionyſius de cœleſti hierarchia: nec dicit imperfectionem in vita beata accipere doctrinam, ſicut nec eſſe: Ideo ſicut Chriſtus accepit à patre eſſe, ita, & doctrinam: & in hoc ſenſu dicit Ioan. 7.* Mea doctrina non eſt mea, *ſecundum expoſitionem beati Hilarij ab hoc loco vſque ad cap. 43. Multa dixit Burg. quæ non ſunt contraria poſtillato. niſi ſecundum aliam applicationem, quę vt dictum eſt ſupra non variant catholicam veritatem.*

## CAP XXIX.

¶ Quia omnis gloria tua auferetur à Chaldæis, & Romanis. a ¶ Templum, & altare.
VAE Ariel, Ariel ciuitas 1
† quam expugnauit Da- 2
a ¶ Præteritum pro futuro.
uid. † Additus eſt annus 3
ad annum, ſolemnitates 4
a ¶ Finitæ ſunt, ideſt perierunt.
¶ Exercitu Chaldæorum.
euolutæ ſunt, & circum- 5
¶ Quia diruta.
uallabo Ariel, & † erit triſtis, & mœrens, & 6
a ¶ Sub Ieſu Sacerdote magno. b ¶ Vmbrā tamen antiquæ retinens dignitatis.
c Hæc ad Romanam obſidionem.
¶ Quaſi circundabunt te inimici tui vallo, & coanguſtabunt te vndique.
erit mihi quaſi Ariel. Et circundabo quaſi 7
d ſpheram in circumitu tuo, & iaciam contra 8
te aggerem, & munimenta ponā in obſidio- 9
a ¶ Terrenis, quæ ante de cæleſtibus per prophetas, & patriarchas. 10
e nem tuam. Humiliaberis, de terra loqueris, & 11
a ¶ Significat de illo populo magos futuros vt Simeon Magus. 12
de humo audietur eloquium tuum. Et erit 13
quaſi phythonis de terra vox tua, & de humo 14
f
g eloquium tuum muſſitabit. Et erit ſicut pul- 15
a ¶ Innumerabilis. b ¶ Romanorum.
uis tenuis multitudo † ventilantiū te, & ſicut 16
a ¶ Quæ ſemper in motu pertranſit, & ideo non poteſt numerari.
† fauilla pertranſiens multitudo eorū qui cō-
a ¶ Calamitas. b ¶ Quia ſubito obſeſſi ſunt ante expectatum.
tra te preualuerunt. Eritq; repente, confeſtim
a ¶ In vltione. b ¶ Quod auditum eſt ante aduentum Romanorum, & terra mota eſt.
h à domino exercituū viſitabitur in tonitruo, 17
a ¶ Etiam elementa vindicabunt auctorem.
& cōmotione terræ, & voce magna turbinis
a ¶ Fulguris. ¶ Templum ſignificat comburendum. b ¶ Homines.
c ¶ Quia ſibi, & ſuis dijs hoc aſſignauerunt nec Deum cuius nutu, & virtute hoc egerant, glorificauerunt. 18
& tēpeſtatis & flāmmę ignis deuorātis. Et erit 19

CAP. XXIX.

A a VAE Ariel. Ad Ieruſalem compatiētis affectu. *quia ſi cognouiſſes, & tu,* Ariel. leo Dei. Leo enim Dei Ieruſalem potētiſſima & fortiſſima fuit.

Luc. 19. g.
2 Reg. 5. b.
1. Par. 11. b.

✻ Procopius. Aiunt nōnulli vrbem id nominis ob id ſortitam eſſe, quod ipſa Dei auxilio non aliter quam leo ſibi reluctantes diſſiparet. Ipſam autem quæ alienigenarum erat, & Iebus vocabatur, tum demum Dauid expugnauit, cum cæcos & claudos reluctantes, internecione deleuit. Ad hunc modum Chriſtus eius incolas cęcos & claudos eſſe oſtendit, cū eos rectè incedere diuinūque lumen admittere nolle Scribas, & Phariſæos teſtatus eſt. Hinc illa Dauidis *Filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.*

† Eris.
2. Reg. 5.
B
Pſalm. 17.

b *Expugnauit.* Cum potētiſſima eſſet, repugnantibus cæcis, & claudis, quando Ioab primus domatum excelſa conſcendit.

† Diſpergentium.
† Gluma.

c *Additus eſt annus.* Cùm captiuati eſſent à Nabuchodonoſor, neque templum habebant neq; ſacrificium, & hoc per multos annos, & hoc eſt annus ad annum additus.

d *Quaſi Spheram in circumitu tuo.* Templi ſimilitudinem retinentis antiquam, non magnificentiam.

✻ Theodoretus. Quo hic prædictum eſt, factum narrat Luc. dicēs, Nūc abſcōditū eſt à te, quod tūc nō planè hic locus Prophetæ, quod ipſum rerū euētus aperuit. D

✻ Cyrillus. His verbis prędicitur obſidio Ieruſalem, quæ facta eſt poſt crucem domini.

† In q... ſtraſua...

e *Humiliaberis.* ✻ Cyrillus. Cum arrogantes fuiſſent Phariſæi, & iactaſſent ſuperbas voces contra dominum, Hunc neſcimus qui ſit dæmonium habet. Aue rex Iudæorum & ſimiles voces, qui feneſtris & de tectis ſupbo eloquio tonabant, deprimentur, & de terra, inquit, loquentur.

† Tame... nuarim... cetis: anguſt...

f *Phythonis, &c.* Phytoniſſa, quæ erat in Endor p necromantiam Samuelē, immo dæmonem ſuſcitauit: & huiuſmodi futura prædixit in populo illo. Mania, inſania. vnde Manichæos, Manthos, diuinatio

1. Reg...

g *Et erit ſicut puluis.* ✻ Auguſtinus. Loquens de illo qui conuitiabatur Dauid. Ecce quomodo probatur Deum vti cordibus malorum ad commodum bonorum. Sic Iuda tradente Chriſtus eſt vſus, ſic Iudæis crucifigentibus Chriſtum, ſic diabolo peſſimo vtitur ad ſanctorum vtilitatem, qui tamen merito omnes ſuas pendunt pœnas: Sic vſus eſt dominus exercitu nationum, & Romanorū armis ad vaſtitatem Iudę, alioq paratis ad cędē.

E
Lib. d... liber... cap. 2...

h *In tonitruo.* Viſi ſunt Romani irruere cum tonitruo, & terra moueri eorum aduentu, & cum flamma ignis quia & ciuitatem ſuccenderunt, & templum.

*Obſtupe-*

## NICOLAVS DE LYRA.

### Cap. XXIX.

✻ C VAE Ariel. *Hic conſequenter loquitur Propheta cōtra illuſores veritatis generaliter. Et diuiditur in duas partes: quia primo declarat ſuum propoſitum, & ſecundō remouet dubium ibi:* Propter hoc. *Prima adhuc in duas, quia primò comminatur populo captiuitatem per Chaldæos, ſecundò per Romanos, ibi:* Obſtupeſcite. *Prima adhuc in duas, quia primò populo comminatur, ſecūdò, ipſum aliqualiter conſolatur more Samaritani poſt vinū mordicatiuū infundēs oleū lenitiuū, ſecūda, ibi:* Et erit. *Circa primū dicitur.*

Diuiſio.

Ariel.

1 Væ Ariel. *Et quid per Ariel intelligatur oſtēditur, cū ſubditur*

2 Ariel ciuitas, quā expugnauit Dauid. *Scilicet Ieruſalem, quam expugnauit in principio regni ſui inde eijciēs Iebuſ. 2. Reg. 5.*

3 Additus eſt annus ad annū. *q.d. appropinquat finis durationis Ieruſ. qa Chaldæi deſtruxerunt eam tēpore Sedechiæ Regis.*

4 Solēnitates, &c. *Quia deſtructo templo per Chaldæos ceſſauerunt, vnde in Hebræ. habetur:* Præciſæ ſunt, *& loquitur Propheta de futuro per modum præteriti, propter quod ſubditur.*

5 Et circumuallabo Ariel. *ideſt Ieruſalem, quæ à Chaldæis fuit obſeſſa in circumitu. 4. Reg. vltimo.*

6 Et erit triſtis, &c. *ex fame, & gladio ſuperueniente.*

7 Erit mihi. *Scilicet Ieruſalem.*

8 Quaſi Ariel. *hoc dicitur ad exprimendū quare Ieruſalem hic vocatur Ariel in loco iſto. Ariel enim ſecundum heb. ſignat altare holocauſtorum: & hoc etiam habetur Ezech. 43. per hoc autē quod dicitur de Ieruſalem hic:* Erit mihi quaſi Ariel, *intelligitur ꝙ ſicut altare holocauſtorum erat operiū, & circundatū carnibus animaliū immolatorū, quia vna pars ponebatur ſuper altare cremanda. aliæ autem partes dimittebantur circa altare diſtribuendæ Sacerdotibus, & Leuitis miniſtrantibus, & aliquæ etiam offerentibus ſcilicet de hoſtijs pacificis: in deſtructione Ieruſalem per Chaldæos Ciuitas fuit plena cadaueribus mortuorum intus, & circa, & ſic exponit Ra. Sa.*

9 Et circundabo, &c. *Reuertitur Propheta ad deſcribendū obſidionis modū: quia ſic fuit obſeſſa à Chaldæis, quòd nullus poterat egredi ad fugiendū, nec aliquis exterior intrare ad ciuitatis auxiliū.*

10 Et iaciam contra te aggerem. *Scilicet terram, lapides, & ligna, ad implendum foſſata.* 11 Et munimenta ponā, &c. *id machinas ad deſtruendum muros.* 12 Humiliaberis. *Deiecta à regno.* 13 De terra loqueris. *Quia vulnerati ad terram cadentes gemitus emittebunt.*

14 Et erit quaſi, &c. *Vox enim requiſita per artem Phytonicā eſt vox mortuorum, vel potius dæmonum ad ſimilitudinem mortuorum apparentium, & loquentium, vt dictum fuit 1. Reg. 8. & per hoc dat intelligere populi mortalitatem, ita quòd non audiretur vltra vox eius, niſi per modum Phytonicum.*

15 Et erit ſicut. *Hic conſequenter Propheta populum regni Iudæ aliqualiter conſolatur, denuntiando Babyloniorū deſtructionem, qui quamuis ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ Ieruſalem deſtruxerint magis virtute diuina, quam humana, tamen hoc iniqua voluntate fecerunt, & factum illud propriæ virtuti attribuerūt: propter quod poſtea per Perſas, & Medos etiam deleti fuerunt: & hoc eſt quod dicitur:* Et erit. *qui a vento rapitur, & diſpergitur.*

16 Multitudo. *ideſt Chaldæorum captiuitatem te deducentium & patet littera vſque ibi.*

17 Viſitabitur. *Per hoc intelligitur multitudo, fortitudo, & crudelitas exercitus Perſarū, & Medorū vēturi in breui cōtra Babylonē,*

18 Et flammæ, &c. *Quia capta Babylone incenderunt eam.*

19 Et ſicut erit ſicut ſomniū, &c. *Quia ſicut ſomnians aliquādo ſomniat ſe comedere, & bibere, & in delitijs eſſe, & in hoc delectatur.*

Somn...

### MORALITER.

† 1 *Vę Ariel.* In hoc ca. literaliter intellecto prædicit̄ duplex deſtructio Ieruſalē, ꝓpter veritatis illuſionē. Prima facta fuit ꝑ Chald. quo tēpore fuerūt illuſores veritatis, ſicut patet illuſione verborū Ier. & aliorū ſanctorū ꝓphetarū, ſicut ſcribit̄ 3. Reg. Secūda diſtructio fuit ꝑ Rom. ꝓpter illuſionē veritatis à Xp̄o eiuſq; diſcipulis ꝑdicatæ. Per primā, cuiꝰ captiuitas fuit breuior, vt dictū eſt c. præcedenti

a *Obſtupeſcite & admiramini*. Poſt ſubuerſionem Ieruſalem & tēpli, ideſt, Ariel contra Scribas & Phariſęos ꝓphetia dirigitur.
* Origenes. Diſſoluimini & eccſtaſin patimini, ideſt, populus diſſoluatᷓ animo & mente ꝑ multitudine peccatorum, & ecſtaſin patimini, i. extra ſe ſit impios mentis, inſaniat contra Saluatorem: inebriamini, i. ſit ebrius contra Chriſtum.
b *Claudet oculos*.
* Idē. Ideſt, claudet dominus oculos Iudæorum, & claudet prophetarum & principum oculos, qui pollicebātur videre ſe occulta & abdita ſcripturarum.
c *Signatus eſt enim*. Hæc impleta ſunt, quando & dignitatem & ſacerdotiū amiſerunt, & ciuitas deſtructa eſt & templum a principibus Romanorum.
* Euſebius. Quæ tandem ſigilla niſi prophetarum obſcuritates? quas cum planè bene notas haberet Iſaias, dixit, Et erunt verba hæc tanquam verba libri ſignati. Non ergo

a ¶Quaſi nihil & inane cito peribunt. b ¶Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.
ſicut ſomniū viſionis nocturnæ multitudo omnium gentium quæ † dimicauerunt contra Ariel: & omnes qui militauerunt & obſederunt & præualuerunt aduerſus eam. Et ſicut ſomniat eſuriens & comedit, cùm autē fuerit expergefactus, vacua eſt anima eius. Et ſicut ſomniat ſitiens & bibit, & poſtquam fuerit expergefactus laſſus adhuc ſitit, & anima eius vacua eſt, ſic erit multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra montem Sion. Ob-
a ¶Anima eius vacua eſt. ¶Scribæ & Phariſæi. b ¶Miſeriam veſtram.
a ſtupeſcite & admiramini, † fluctuate & vacillate, inebria- 1
a ¶Sed a dolore. b ¶Stupore mouemini malorum, vel pœnitentes, vt euadatis. 2
mini, & non à † vino, mouemini, & non † ebrietate. Quo- 3
a ¶Alienationem mentis. b ¶Quia videntes ſaluatorem, clauſiſtis oculos ne videretis. 4 5
b niam miſcuit vobis dominus ſpiritum ſoporis. † Claudet 6
a ¶Cordis. b ¶Sed. ¶Qui debent prçuidere. ¶Per quos ſcientiam Dei videbatis. ¶Lex & prophetę vſque ad Ioannem. c ¶Qui debent defendere. 7 8
oculos veſtros, prophetas & principes veſtros, qui vident
a ¶Abſcondet & auferet. b ¶Non omnibus. c ¶Prophetarum. d ¶Obſcura 9
viſiones operiet. Et erit vobis viſio omnium ſicut verba 10 11
a ¶Totius ſanctæ ſcripturæ quæ vnus liber. quia vno ſpiritu ſcripta. b ¶Scribis qui ſe iactabant intelligere. 12
libri ſignati, quem cùm dederint ſcienti literas, dicent: Le- 13
a ¶Obſcurus.
c ge iſtum. Et reſpondebit: Non poſſum, ſignatus eſt enim.
a ¶Vetus teſtamentum. b ¶Laico vel Gentili.
Et dabitur liber neſcienti literas, diceturque ei, lege, & re- 14
a ¶Multo leuius eſt imperitiam legis confiteri, quam iactare prudentiam, nec poſſe quod dicitur ſcire. b ¶Quia idola non colit. 15
¶Appropinquamus Deo mente, non corpore, vnde ſolus Moyſes appropinquauit ad Deum.
d ſpōdebit. Neſcio literas. Et dixit dominus: Eo quòd appro 16 17

ergo vt clauderet D viſionem aut prophetiā venit Chriſtus, ſed vt aperiret potius. Omnes .n. de ipſo prophetiæ, inanes & imperfectæ manſerunt, donec ille ſeipſum oſtendens, omnib. q̄ de ipſo ꝑdicta ſūt, finem impoſuit.
* Origenes. Sed & Iſaias, quod ænigmata ſint quę ſcripſit, declarat, inquiens. Erunt verba libri huius verba libri ſignati, eo quod figuris perplexus eſt, & ænigmatib. inuolutus.
d *Eo quòd appropinquat populus iſte*. Dominus in Euangelio Matthæi vtitur hoc teſtimonio: *Populus iſte labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a me: fruſtra autem colunt me docentes doctrinas & præcepta hominū*. In quo notandum Euāgeliſtas & apoſtolos, non verbū de verbo expreſſiſſe, nec LXX. interpretes ſecutos eſſe, quorum iam editio legebatur, ſed quaſi Hebræos & lege inſtructos ſine damno ſenſuum verbis proprijs vſos.

Hom. 13. in Numeros.
†37.d.c. vno.
†Clauſit.
Matth. 15. a.

*Labijs*

NICOLAVS DE LYRA.

*lectatur: ſed hæc delectatio modicum durat quia vigilans ſentit ſe eſurientem & ſitientem: ſic gloria regni Babylonis modico tempore durauit reſpectu aliorum regnorum, quia incepit eſſe glorioſum ſub Nabuchodonoſor & ſub nepote eius Baltaſar defecit illud regnum: & ſecundum iſtam ſententiam patet litera ſequens.*

1 Obſtupeſcite & admiramini. *Hic conſequenter propheta comminatur deſtructionē per Romanos, quę facta fuit. 42. anno poſt paſſionem Chriſti: & illo tēpore aliqui de Iudæis, licet pauci comparatiuè, receperunt fidem Chriſti, & alij remanſerunt in ſua infidelitate excæcati. Primò igitur propheta denuntiat dictam deſtructionem, ſecundò malorum excæcationem, ibi*. Claudet oculos veſtros. *Tertiò bonorum illuminationem, ibi*: Nonne adhuc. *Circa primum dicit propheta*: Obſtupeſcite & admirāmini, &c. *Præ magnitudine mali ſuper vos venturi.*

2 Fluctuate, &c. *Quia ſicut dicit Ioſephus: Imminente obſidione Ieruſalem a Romanis, Iudæa diſſenſionibus interius erat lacerata, & aliqui ſequebantur vnum tyrannum, & alij alium: appropinquantibus etiam Romanis aliqui conſulebant, quòd ciuitas redderetur eis, alij autem contrarium, & ſic totus populus erat in quadam fluctuatione & vacillatione.*

3 Inebriamini. *per defectum ſenſus & conſilij.*

4 Et non a vino. *ſed a ſtupore vos conturbante.*

5 Mouemini. *de vno propoſito ad aliud.*

6 Et non in ebrietate. *ſed ſcilicet ex perplexitate.*

7 Quoniam miſcuit vobis, &c. *ideſt mortis, quæ ſopor nominatur: & iſte potus fuit eis propinatus a Romanis, qui populum in maxima multitudine occiderunt, & reſiduum captiuauerunt, vt dictum eſt ſupra c. 27. e.*

8 Claudet. *Hic conſequenter ponitur malorum excæcatio. Et primò quantum ad maiores, ſecundò quātum ad vulgares, ibi*: Vę qui profundi eſtis. *Prima in duas, quia primò ponitur malorum excęcatio, ſecūdò excæcationis ratio, ibi*. Et dixit dn̄s. *Circa primū dicitur*: Claudet oculos veſtros. *ideſt excęcabit ſacerdotes, & Scribas, qui debent vos dirigere, ſicut oculi cætera corporis membra. Sciendum tamen, quod Deus non eſt cauſa excęcationis directè: ſed indirectè inquantum iuſte a malis ſubtrahit gratiam ſuam mentis illuminatiuam.*

9 Prophetas. *imminente enim euerſione Ieruſalem apparuerūt plura ſigna huius euerſionis, vt dicit Ioſephus: quæ tamen aliqui tanquam prophetæ falſi interpretabantur in contrarium, ſcilicet in bonum ciuitatis futurum.*

10 Et principes veſtros. *Quia decepti a talibus prophetis rebellauerunt Romanis.*

11 Et erit vobis viſio, &c. *ſ. prophetarum antiquorum, qui prophetauerunt de aduentu Chriſti, & de deſtructione ciuitatis & templi propter eius mortem.*

12 Sicut verba libri ſignati. *Qui non poteſt legi quandiu eſt ſigillatus, ideo ſubditur.*

13 Quem cum dederint. *Sic enim reſpōdent Iudæi moderni. Multi enim doctores eorum qui præceſſerunt, determinauerunt tempus Meſſiæ vnus poſt alium, & omnes defecerunt: quia tempora ab eis præfixa tranſierunt, ſecundum quod dixit Ra. Sal. ſuper Danielē. Et cauſam huius defectus dicunt doctores moderni, ſcilicet quod ſermones prophetarum ſunt clauſi.*

14 Et dabitur liber. *ſcilicet apertus prædicatione Chriſti & apoſtolorum.*

15 Neſcienti literas. *Quia quando ſimplicibus Iudæorum fit mentio de aduentu Chriſti præterito & de ſimilibus, dicunt ſe non eſſe peritos in lege. Sed magiſtri eorum ſcirent de talibus reſpondere quorum erroribus firmiſsime adhærent.*

16 Et dixit dominus. *Hic ponitur cauſa dictæ excæcationis, ſcilicet hypocriſis ſiue ſimulata ſanctitas, quæ ſecundum Hieronym. eſt duplex iniquitas: & maximè etiam vigebat in Sacerdotibus, Scribis & Phariſæis tempore Chriſti, vt patet ex decurſu Euangelij: & hoc eſt quod dicitur.*

17 Eo quod appropinqua. popu. &c. *falsè ſimulando iuſtitiā*

* Et timue-

*MORALITER*

† cedenti, ſignatur pœna temporalis, quæ aliquando infligitur illuſoribus veritatis. nam & tunc fuerunt tempora liter afflicti. Per ſecundam verò quæ eſt diuturnior, ſignatur gehennæ pœna, quæ eſt illuſoribus veritatis permanentibus in ſua malitia reſeruata.

A a *Labijs ſuis.* Lxx. Labijs ſuis me honorat, cor autẽ eius longe eſt a me: fruſtra autem colunt me, docentes præcepta hominum atque doctrinas.
†Matth.15.a. Marc.5.b. 8.diſ.c.fin.

Lib.4.cap.26 * Ireneus. Verba legis enũtiabant Iudæi, erant aũt ſine charitate, & pp hoc iniuſti in Deum & in proximos, docebant doctrinas hominum, i. presbyterorũ quas finxerant, vt fruſtrarent̃ legẽ Dei, ne ei eſſent ſubiecti, hoc eſt.n. quod a Paulo dr̃, *ignorantes iuſtitiã Dei, & ſuam volentes ſtatuere iuſtitiæ Dei non erant ſubiecti.*
† Abdi. 1.c.1. Cor.1.c.

b *Peribit enim.* Ab loco hoc Apoſtolus teſtimonium ponit: *Perdam ſapientiam ſapientium, & intellectũ prudentium reprobabo*: alijs verbis eundem ſenſum.
1.Cor.1.e. †Ecc.23.c.

B Verè grande miraculũ fecit Deus in populo vt eodem tempore ciuitas arderet, & templum corrueret, & omnis magiſtrorum ſcientia deperiret.
in c.15.Mat.

* Origenes. Perdidit dominus ſapientiam Iudæorum, non eſt .n. ſapientia apud ipſos, quemadmodum neque prophetia. Sapientiam .n. ipſorum obſcurauit Deus, vnde non ſplendet vt olim.
†Infr.23.diſ.

c *A domino abſcondatis.* Quaſi non videat Deus. Hoc error Adam & Eua abſconderũt ſe. Cain quoque dixit: a facie tua abſcondar.
Geneſ.3.b. Ibidem, 4.b.

* Cyrillus. Profundi eſtis corde, vt a dño abſcõdatis conſilium, quãdo.ſ. proditorem Iudam conduxiſtis, vt dominum dolo teneretis dicentes, *ligemus iuſtum, quia inutilis eſt nobis.*

d *Peruerſa eſt, &c.* vt creator ignoret creaturam, vnde populus: *O homo tu qui es? qui reſpondeas Deo, nunquid dicit figmentum factori ſuo, quare me ſic feciſti?*
Suprà 2. Rom.9.d. in c.9.epiſto. ad Tim.

C * Ambroſius Oſtendit contra autorẽ opus eius q̃ri nõ

a ¶Tantum, non corde.
a pinquat † populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis
a ¶Quia non credidit in filium: & qui non credit in filium, nec credit in eum qui miſit illum.
glorificat me: cor autem eius longè eſt à me:
a ¶Traditionibus Scribarum & Phariſæorum qui iuſtitiam ſuam volentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. b ¶Non Dei.
& timuerunt me mandato hominum & do- 1
ctrinis, ideo ecce ego addam, vt admiratio- 2
nem faciam populo huic miraculo grandi &
a ¶Scribis & Phariſæis qui ſapientiam Dei non receperunt.
b ſtupendo. † Peribit enim ſapientia à ſapienti- 3
a ¶Qui in litera continetur.
bus eius, & intellectus prudentium eius ab-
a ¶Ne eum reperiant qui in lege continetur. b ¶Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. ¶Celantes iniquitatem veſtram. ¶Sapientes ſeculi, hæreticorum magiſtri, Iudæorum & Phariſæorum.
ſcondetur. Væ qui profundi eſtis corde, vt à 4
a ¶Secretum. b ¶Quia.
c domino abſcõdatis conſilium, quorum ſunt 5
a ¶Abſcondito. b ¶Mala. c ¶Tanquam Deus non videat etiam.
in tenebris opera, & dicunt: † Quis videt nos,
a ¶Qui iam aſtute colamus conſilia
d & quis nouit nos? † Peruerſa eſt hæc veſtra 6
cogitatio, quaſi ſi lutũ cõtra figulum cogitet,
& dicat opus factori ſuo, non feciſti me: &
¶Opus.
figmentum dicat fictori ſuo, non intelligis.
a ¶Prædicatione apoſtolorum.
e † Nonne adhuc in modico & in breui con- 7
a ¶Gentes candidæ & mundæ. b ¶Hebraicè, Chermel. ¶Scientiam veræ circuncisionis. c ¶Iudæi exterius circuncisi in gentes ſylueſtres infructuoſas.
f uertetur Libanus in Carmel, & Carmel in ſal 8
¶Intelligent. a ¶Gentes qui non audierunt legem Dei.
g tum reputabitur? Et audient in illa die ſurdi 9
a ¶Vetus & nouum teſtamentum Scribis & Phariſæis ſignatum. b ¶Ignorantiæ. c ¶Peccatorum.
verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæ- 10
a ¶Gentium b ¶Myſteria fidei. c ¶Sibi. ¶Confitentibus Gentibus ad fidem. d ¶Apoſtoli vel ipſi Gentiles. 11
corum videbunt. Et addent mites in dño læ- 12 13
a ¶Beati pauperes Spiritu. b ¶In Deo, qui ſanctificauit Iſrael. 14
titiam, & pauperes homines in ſancto Iſrael 15

D poſſe. In poteſtate .n. autoris eſt, qualem velit condere creaturam. Vaſa enim omnia vnius ſunt ſubſtantiæ, ſed differunt honore, voluntate autoris: ſic cum omnes ex vna & eadem maſſa ſimus in ſubſtantia, & cuncti peccatores, alijs miſeretur, alijs non miſeretur, non ſine iuſtitia. In figulo .n. ſola valuntas eſt, in Deo voluntas cum iuſtitia.

e *In modico & in breui.* Modicũ & breue ex quo hoc prædictum eſt vſque ad aſcenſionem domini: Omnia .n. tempora æternitati comparata, breuia ſunt & momentanea.

f *Libanus in Carmel.* Libanus mons in Phœnicia, Carmel in confinio Paleſtinæ & Phænicis eſt. Eſt & alius vbi Elias habitabat in terra promiſſionis eiuſdẽ nominis. Libanus candidatio. Carmel, ſcientia circuncisionis: in quo fuit Nabal, homo ſtultus, maritus Abigail: quo mortuo nupſit Dauid. Illo .n. viuente, virũ Dauid accipere non poterat, ne vocaretur adultera ſi eſſet cum adultero viro.
E

* Theodoretus. Vos ò Iudæi repellam cito & aſſumã nationes. Nationes .n. appellat libanum, qui non Iudæorum ſed Gentium mõs eſt. Carmel verò mõs eſt Iudæę. Allegoria autem docet commutationem Iudæorum cum gentibus, vt relinquantur Iudæi, aſſumantur gentes. Dabitur libano, ideſt gentibus, Carmeli gratia, ideſt, Iudææ gratia, quod Carmelus mons eſt Iudææ. Et Carmelus, hoc eſt, Iudæi, erunt in ſaltum, erunt inculti cultura cœleſti.

g *Et audient.* * Procopius. Ideſt, qui prius in caligine & tenebris verſabant̃, libri lucẽ intuebunt̃, qui aũt prius Dei arcana & myſteria ſpectabant, in eiſdẽ cęci euadent.

*Conſumptus* F

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et timuerunt me mandato hominum & doctrinis. *propter quod Chriſtus improperat eis Matth.15.a.* Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.

2 Ideo ecce ego addam. *ad cæcitatem eorum: propter quod ſubditur.*

3 Peribit enim ſapientia a ſapientibus. *Ideſt illis qui ſunt in ſtatu ſapientum, ſicut erant Sacerdotes, Scribæ & Phariſæi.*

4 Væ qui profundi eſtis. *Hic conſequenter ponitur excæcatio vulgarium. Tempore.n. Chriſti in Iudæis erat vna ſecta Saducęorum qui negabant ſpiritum & angelum, & per conſequens reſurrectionem futuram. Act.23. & per conſequens negabant punitionem omnem poſt vitã iſtam: & per hoc proceſſit error in vulgarib. hominibus, quod Deus non intromitteret ſe de humanis actibus puniẽdis neque agnoſceret, & hoc eſt quod dicitur:* Væ qui profundi eſtis corde. *intantum ſecundum æſtimationem veſtram, quod diuina ſcientia non attingit ad ipſum.*

5 Quorum ſunt in tenebris opera. *intantum, quod non ſunt Deo occulta ſecundum errorem veſtrum, & abſurditatem: Hanc arguit propheta, dicens.*

6 Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio, &c. *pp quod Ierem.18* ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſrael.

7 Nonne adhuc in modico & breui. *Hic conſequẽter ponitur ſimplicium illuminatio: Sicut.n. in aduentu Chriſti Sacerdotes, & Scribæ qui erant literati, fuerunt ſuis demeritis excæcati, ſic apoſtoli alijque diſcipuli Chriſti, qui prius erant ſimplices illiterati, fuerunt diuinitus illuminati: pp quod dicit ſaluator Matth.11.d.* Cõfiteor tibi domine pater cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis *& hoc eſt quod dicitur hic.* Nonne adhuc in modico & in breui. *quia illuminatio apoſtolorum fuit ſtatim poſt Chriſti reſurrectionem: tunc enim* aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, *Luc. vltimo.*

8 Conuerte Libanus, &c. *In Hebręo habetur:* In nemus reputabitur. *per Carmel intelligitur hic mons Carmeli, vbi Elias interfecit prophetas Baal, qui locus eſt aridus & ſterilis. Libanus autem eſt nemus vbi arbores ſunt pulchræ & aromaticæ. Per hanc igitur parabolam intelligitur, quòd Sacerdotes & Scribæ qui erant magnæ reputationis & autoritatis, annihilarentur per excæcationem: & tandẽ per occiſionem in deſtructione ciuitatis per Romanos: & apoſtoli alijq; diſcipuli Chriſti, quia nullius erant reputationis eleuarentur per illuminationes diuinas & operationes miraculoſas, vt patet in actibus apoſtolorum in pluribus locis. Et quia per eorum prædicationem conuerſi ſunt Gentiles ad fidem, ideo ſubditur.*

9 Et audient in die illa ſurdi. *ideſt Gentiles qui prius erant idololatriæ dediti.*

10 Verba libri. *ſcilicet veteris ac noui teſtamenti.*

11 Et de tenebris, &c. *errorum ſcilicet & ignorantię.*

12 Oculi cæcorum. *ideſt Gentilium.*

13 Videbunt, & addent mites. *i. apoſtoli quibus dixit Chriſtus, Matth.11.d.* Diſcite a me, quia mitis ſum, &c.

14 In domino lætitiam. *de conuerſione Gentium ad fidem.*

15 Et pauperes hominum. *i. paupertatem Euangelicam ſequentes: quia in primitiua Eccleſia omnia erant fidelibus communia, quaſi renuntiando proprietatis, Act.4.*

* Quoniam

a ¶In morte Chriſti. b ¶Princeps mundi.
a exultabunt, quoniam defecit qui præualebat, conſum- 1
a ¶Conſumptus eſt. b ¶Deceptor humani generis. c ¶Miniſtri diaboli. 2
¶ Alias feſtinabant.
matus eſt illuſor, & ſucciſi ſunt omnes qui uigilabant ſu- 3
a ¶Admonebant. b ¶Iudæos.
c ¶Blaſphæmiæ, in Beelzebub princ.de & huiuſmodi.
¶ Suggerendam.
per iniquitatem, qui peccare faciebant homines in verbo, 4
a ¶Chriſtum, vel quemlibet iuſtum peccatores corrigentem.
b ¶Voto non facto: Sed ipſi declinauerunt fruſtra a iuſto.
b & arguentem in porta ſupplantabant, & † declinauerunt 5
fruſtra a iuſto. Propter hoc hæc dicit dominus ad domum 6
a ¶Hoc tempore ſcilicet Iſaiæ. 7
b ¶Mente ſuper iniquitate ſua.
c Iacob, qui redemit Abraham. Non modo confundetur 8
d a ¶Pœnitendo. b ¶Quaſi: Tunc pœnitebit.
Iacob, nec modo vultus eius erubeſcet, ſed cum uiderit fi-
a ¶Apoſtolus. b ¶ Scilicet. ¶Ipſe fecit nos & non ipſi nos.
lios ſuos opera manuum mearum, in medio ſui ſancti- 9
a ¶Vnde: Repleti ſunt omnes Spirituſancto loquentes magnalia Dei. vnde: Confuſi Iudæi dixerunt: quid faciemus viri fratres. Quibus Petrus: Scio fratres, quia per ignorantiam, fec. 10
b ¶Prophetæ. ¶ Apoſtoli. c ¶Chriſtum de Iacob. 11
ficantes nomen meum, & ſanctificabunt ſemen Iacob, & 12
a ¶ Patrem & Filium & Spiritumſanctum. b ¶Tunc. c ¶Iudæi idola colentes. 13
Deum Iſrael † prædicabunt, et ſcient errantes ſpiritu intel- 14
a ¶ Myſticum. b ¶Qui ſemper contra dominum murmurauerunt. ¶ Spiritualiter. 15
e lectum, & muſſitatores diſcent legem. 16
17

† fruſtra [illegible] nare fecerunt iuſtum.

A a *Conſumptus eſt illuſor.* * Idem. Iudæi, ſ. qui Chriſtũ contumelioſè, adorti, iſta iactare auſi ſunt. *Num hic eſt fabri filius? quomodo igitur dicit, de cælo deſcendi, &c.*

6. 6.

b *Et declinauerunt fruſtra a iuſto.* Dæmones conati sũt declinare iuſtum a iuſtitia, ſed fruſtra. Melius eſt n. legere, iuſtum q̃ a iuſto. B Vel, Scribæ & Phariſæi declinauerunt fruſtra a iuſto dicentes: *Non habemus regem niſi Cæſarem.*

.9.c. [illegible]1.d.

c *Redemit Abraham.* De igne Chaldæorum. Legitur .n. Chaldæos Arã & Abraham in ignem proieciſſe, eo q nollent eum colere. Aram autem ibi expirauit, Abraham illeſus exiuit. vnde: *ego dominus qui eduxi te de vr Chaldæorum.* Ignis enim lingua eorum vr dicitur.

[illegible]unt e.5.b.

d *Confundetur Iacob.* * Procopius. Hoc eſt, prædicta gentium vocatione, veſtrique reiectione, quo tpe iſta prænuntiãtur non erubeſcitis, ait, tanq̃ minimè futura credatis, ſed fidem vobis faciet ſuo tpe rerũ euentus. Tum demum n. erubeſcẽt filij veſtri, cũ Deũ Iacob, alienigenis laudari viderint. D

* Cyrillus. Non cum primum Iudæi impiè egerint in Chriſtum, ſua peccata cognoſcẽt, ſed temporis progreſſu, cũ ex Iudæis nati videbũt opera mea cõuerſum orbem, idola cõtrita, demptum errorem gẽtium. E

e *Muſſitatores diſcẽt.* * Procopius. Hi ſ. qui Chriſto obſtrepebant, q nondum annos quinquaginta adeptus, Abraham vidiſſe diceret, quod ſabbatum ſolueret, quod patrem ſuum Deum appellans, æqualem ſe Deo faceret.

CAP. F

C

* NICOLAVS DE LYRA.

1 Quoniam defecit qui præualebat. *Cętus Sacerdotũ Scribarum, & Phariſæorum qui in deſtructione ciuitatis fuit occiſus.*

2 Conſummatus eſt illuſor. *Illuſerunt enim multipliciter doctrinam Chriſti.*

3 Et ſucci. ſunt omnes. *quia tota eorum intentio verſa erat ad auariciam, & rapinam.*

4 Qui peccare faciebant homines, &c. *quia quærebant de ore Chriſti diſcipulorumque eius aliquid calumniabile rapere, vt patet in Euangelio, & in actibus apoſtolorum in pluribus locis.*

5 Et arguentem. *ſcilicet Chriſtum arguentem eorum vitia in palam.*

6 Et declinauerunt. *id eſt à Chriſto qui dicitur iuſtus Anthonomaſicè, eo quòd alios iuſtificat, quem negauerunt coram Pilato.*

7 Propter hoc. *Hic remouetur quoddam dubium circa prædicta de excæcatione ſapientum, & illuminatione ſimplicium, ne fortè crederet aliquis, quòd hoc deberet accidere propè tempus Iſaię. ideo remouet hoc, cum dicit.*

8 Non modo confundetur Iacob. *id eſt populus Iudaicus, qui maiori parte aduentu Chriſti fuit excęcatus, & per Romanos per orbem in captiuitate diſperſus, vbi multas confuſiones ſuſtinet, & ideo determinatio huius temporis ſubditur. cum dicitur.*

9 Sed cum viderit filios. *i. apoſtolos qui fuerunt de gente iſta.*

10 Opera manuum mearum. *Quia per infuſionem Spiritusſancti de idiotis, & timentib. fecit eos ſapientiſſimos & conſtantes.*

11 In medio ſui. *Et hoc fiebat potiſſimè in die Pentecoſtes. Act. 2.*

12 Et ſanctificabunt. *id eſt ſanctum prædicabunt.*

13 Semen Iacob. *i. Chriſtum, quem Iacob patriarcha prædixit venturum ad ſanctificandum mundum, Gene. 49. b.* Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.

14 Et Deum Iſrael prædicabunt. *Gentib. per orbẽ diſperſis.*

15 Et ſcient errantes ſpiritu. *i. Gentiles prius multis erroribus implicati intellectum legis & Euangelij.*

16 Et muſſitatores. *i. qui prius erant ocioſi & vanis occupati.*

17 Diſcent legem. *Moſaicam & Euangelicam, & hoc patet impletum iam per orbem quaſi vniuerſum.*

* CAP.

MORALITER.

7 *Propter hoc hęc dicit dominus.* Hic ad literam prędixit Iſaias tempus excęcationis Iudæorum futurum tempore illuminationis apoſtolorum qui fuerunt de eodem populo, per quod Moraliter ſignatur quòd prædicator veritatis catholicæ, qui per Iſaiam figuratur, annunciando virtutes & præmia bonorum debet ſimul denunciare vitia pœnaſque malorum. Nam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: & ſic mali habent maiorem occaſionem conuertendi ſe ad bonum, & boni ad magis proficiendum.

* MORA-

ADDITIO.

*In cap. 29. vbi dicitur in poſtilla.* Propter hoc hic remouetur quoddam dubium, &c.

*Hoc quod dicitur:* Propter hoc hęc dicit dominus ad domum Iacob, *propheta videtur remouere quandam opinionem erroneam. Poſſet enim quis dicere, quòd cum Phariſęi, & Scribe de quibus ſtatim ſupra agit. qui tantum errauerunt declinando a Chriſto & eum negando, & huiuſmodi, deſcenderunt de Iacob ſecundum carnem quòd hęc redundaret in confuſionem Iacob patris eorum, ſicut dicit Prou. 17. Sed hęc propheta improbat, dicens:* Propter hoc. *i. propter peccata & ſcelera prædictorũ Phariſæorum & Scribarum non modo. i. non hac ratione confundetur Iacob, i. patriarcha pater eorum. Nec modo vultus eius erubeſcet, & eſt eadem ſententia ſub diuerſis verbis. Cuius rationem ſubdit, dicens:* Sed cum viderit filios ſuos, &c. *ſic eſt in Hebręo, & eſt ſenſus: Non habet Iacob rationem qua confundatur ex hoc nec erubeſcat, quia cum viderit filios ſuos ſcilicet apoſtolos ab eo deſcendentes tam ſecundum carnem quam ſecundum fidem ſanctificantes nomen meum, quia repleti Spirituſancto loquebantur magnalia Dei, Act. 2. b.* Et ſanctificabunt ſanctum Iacob, & Deum Iſrael. Prædicabunt. *i. prędicabunt quòd Chriſtus ſanctus ſanctorum de Iacob deſcendit, et ipſe fuit promiſſus, quod in magnam gloriam ipſius Iacob vertitur. Non autem in confuſionem, pręſertim cum per huiuſmodi prędicationem idololatrę venerunt in cognitionem veritatis de quo dicit. Et ſcient errantes ſpiritu intellectum. Similiter & muſſitatores. ſ. plurimi ex Iudęis contra Deum murmurantes.* Diſcent legem. *ſcilicet ſpiritualem per apoſtolos prędicatam.*

CAP XXX.

A a *Væ filij deſertores dicit dominus.* Poſt prophetiā cōtra Ariel & cætera, vſque ad hunc locum vaticinatur quę poſt 150. annos (quæ fuerunt inter Iſaiam & Ieremiā) probantur eſſe completa. De his dicit, qui ſpreto cōſilio Dei & Ieremiæ poſt mortē Godoliæ quem reliquis pręfecerat Nabuchodonoſor fugerunt in Aegyptum: & hoc eſt.

† tegerent tegumentum.

* Procopius. Luget eorum vicem, qui Ieremię non crediderint, & qui antea filiorum ordini aſcribebantur, præuaricatores nunc appellat, qui a Deo ita ad impietatem defecerint, vt ſuos ipſi liberos mactare, nedum præfectis repugnare non dubitarint.

B *Væ filij deſertores.* Tropol. *Væ filij deſertores.* Omnes.ſ. qui Dei religione contempta ineunt conſilium non per dñm, & addunt peccata peccatis, vt ſuperati blanditijs peccatorum recipiant etiam prauitatem dogmatum & deſcendant in tenebras Aegypti quærentes Pharaonis auxilium qui regnat in Aegypto. cuius fortitudo ducit in opprobrium ſempiternum. Sunt enim in Thaphnis ideſt in mandato humili & deiecto, principes eius qui

CAP. XXX.

Dei conſilij & Ieremiæ.
Væ filij deſertores dicit domi 1
nus, ut faceretis cōſilium, & 2
a ¶Sed contra b ¶Prauum demonſtrat conſilium.
non ex mē, & † ordiremini 3
a ¶Qui monebat manere non fugere ¶Metaph ra. 4
telam, & non per ſpiritum 5
a ¶Contentionis & ſuperbiæ. b ¶Vetus.
meum, ut adderetis peccatum ſuper pecca- 6
a ¶Quaſi: Ambulabitis, Ab Iſaia enim vſque ad Ieremiam, cuius tempore hoc factum eſt. 161. anni ſunt.
tum. Qui ambulatis, ut deſcendatis in Aegy- 7
a ¶Ieremiam prophetam, prophetæ enim os domini ſunt. vnde: Os domini locutum eſt. b ¶Quia quod interrogantes audierant neglexerunt.
ptum, & os meum non interrogaſtis, ſpe-
a ¶In fortitudine tua domine habemus fiduciam. b ¶Pharao nomen dignitatis regiæ, ſicut Auguſtus Cæſar:
rantes in auxilium in fortitudine Pharaonis,
¶Protectione.
habentes fiduciam in umbra Aegypti, &
a ¶Qui & Mephres ſicut alius Necao proprie.
erit uobis fortitudo Pharaonis in confuſio- 8
nem, & fiducia umbræ Aegypti in ignomi-
a ¶Ironia. ¶Emphaticos, cum irriſione legendum eſt. ¶Alias Ierant. b ¶Alias Thamnis
niam. Erant enim in Taphnis principes tui, 9
& nuncij tui vſque ad Anes peruenerunt. 10
11
Omnes confuſi ſunt ſuper populo qui eis pro- 12

a qui fruſtra laborabāt ſuper populo. Sanctos magiſtros adiuuat diſcipulorum ſalus, perditio ſeductorum perditioni quos. D

b. *Qui ambulatis.* Vt dicit Hiero. Ieremias cū eis iuit, & ſuper portam ciuitatis Thaphnis lapides comportauit, & dicit: Hęc dicit dominus: *Ecce ego adducam Nabuchodonoſor ſeruum meum, & ponet ſedem ſuam ſuper hos lapides & comprehendet vos pariter cum omnibus Aegyptijs, in quibus confuſi eſtis & peribitis fame, captiuitate dura, gladio, eo quòd noluiſtis audire vocē meā, vt habitaretis in terra veſtra.*

Iere.

c *Os meum, &c.* * Procopius Videtur contra hiſtoriæ fidem os meum non interrogaſtis, habere Iſaias, cum illos per Ieremiam Deum conſtet conſuluiſſe. Verum non interrogauit, qui aliter quam decuit, aut ei penitus non credat, conſuluit. E

d *Erant enim in Thaphnis.* quaſi dicat, An ideo receſſiſtis a me ut fugeretis vſque in Thaphnis & Anes. † Thaphnis ciuitas in qua magi contra Moyſen ſigna fecerunt. Anes in finibus Aegypti ſita eſt, forſitam timore turbati non auſi ſunt in Thaphnis manere: fugerunt & vſque ad Anes.

† Th

Anes

LXX. F

C

## NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXX.

* Væ filij deſertores dicit dominus. *Hic conſequenter Iſaias loquitur contra irriſores prophetarum futurorum & potiſſime Ieremiæ qui prophetauit tempore captiuitatis Babylonicæ. Iſaias verò ante prophetauit per plures annos. Interfectus enim fuit circa principium regni Manaſſæ, vt dictum fuit ſupra 1. c. A principio verò regni Manaſſæ vſque ad deſtructionem ciuitatis Ieruſalem per Chaldæos fluxerūt anni 110. quia Manaſſes regnauit 55. annis. Amon. 2. Ioſias 31. Ioakim. 11. Sedechias. 11. Secundum igitur, quòd regnum Iſrael & regnum Iuda fuerunt deſtructa ex cōfidentia adiutorij regis Aegypti. Expoſitores igitur noſtri communiter exponunt hoc capitulum ad literam de Iudæis qui euaſerunt manus regis Babylonis: ſed interfecto Godolia quem rex Babylonis præfecerat terræ Iuda, tranſierunt in Aegyptum timore Chaldæorum contra mādatum domini factum eis ex ore Ieremiæ vt habetur Ier. 4. Sed hoc dictum non videtur verum, quia de ipſis deſcendentibus in Aegyptum dicitur infra cap. iſto: Nuncij tui vſque ad Anes peruenerunt, quæ eſt ciuitas Aegypti: illi autem qui interfecto Godolia tranſierūt in Aegyptum, non fuerunt illuc ſicut nuncij ad redeundum, ſed ſicut fugitiui ad illic manendum. propter quod Ra. Sa. exponit hoc ca. de Oſeæ rege Iſrael, qui miſit nuncios ad regem Aegypti pro auxilio habendo contra regem Aſſyriorum, vt ſic liberaretur a tributo, quod ſibi reddebat ſingulis annis, vt habetur 4. Reg. 17. Et licet litera poſſet ad hoc applicari, videtur tamē mihi, ꝙ melius debeat intelligi de Sedechia rege Iuda, qui ex confidentia regis Aegypti rebellauit Nabuchodonoſor regi contra conſilium Ieremiæ, vt habetur Iere. 37. Et pro iſto auxilio habendo miſit frequēter Sedechias ſolennes nuncios ad regem Aegypti: ſed defraudatus fuit ab intento: quia rex Aegypti non adimpleuit permiſſum deferendo ei auxilium: Igitur ſecūdū hanc ſentētiam procedit ſic propheta, quia primò comminatur pœnam regno Iudæ propter confidentiam in Aegyptijs. ſecundò, idē facit regno Iſrael ca. ſe. Et prima in duas quia primò comminatur illis de regno Iuda afflictionem, ſecundò denunciat eis conſolationē oleum infundens poſt vinum. ſecunda ibi:* Propterea expectat dominus, *Prima in duas. quia primò arguit culpam, ſecundò ſubdit debitam pœnam, ibi:* Ppropterea hæc dicit. *Prima adhuc in duas, quia primò arguit confidentiam eorum ſuper Aegyptum. ſecundò Dei contemptum, ibi: Nunc ergo ingreſſus Circa primum dicit.*

1 Vę filij deſertores dicit dominus. *conſilij Ieremiæ & aliorum prophetarum domini.*

2 Vt faceretis conſiliuu. *De requirēdo Pharaonis auxilium.*

3 Et non ex me. *Quia prophetæ domini hoc non conſulebant, ſed magis diſconſulebant.*

4 Et ordire, &c. *ideſt faceretis proceſſum ad rebellandum Chaldæis.*

5 Et non, &c. *ſed per ſpiritum mendacem in ore prophetarum falſorm Iere. 28.*

6 Vt adde. *Quia primò diffiſi fuerunt de diuino auxilio, ſecundò nimis confiſi de humano. ideo ſubditur.*

7 Qui ambulatis. *Et patet litera ex dictis vſque ibi.*

8 Et erit vobis fortitudo Pharaonis. *Quia ex confidentia eius falſa rebellauerunt Chaldæis, qui venientes deſtruxerunt ciuitatem & templum, & partim occiderunt, & partim captiuauerunt confuſibiliter populum.*

9 Erant enim in Tanis. *Aliqui libri habent: Ierāt, quod fuit ſic dictum ab aliquibus correctoribus, eo quod ſubditur:* Vſque ad Anes peruenerunt, *& male: quia in Hebręo & in libris correctis habetur.* Erant enim in † Thaphnis. *quæ eſt ciuitas nobilis Aegypti.*

† Thar

10 Principes enim & nuncij tui, &c. *miſſi tanquam ſolennes nuncij.*

11 Vſque ad Anes peruenerunt. *Primò enim inuenerunt regem Aegypti in Thaphnis, ſed antequam reſponderet eis, tranſtulit ſe ad Anes: quæ etiam eſt ciuitas Aegypti: ſic ſecuti ſunt eum ad habendum eius reſponſum.*

12 Omnes confuſi ſunt ſuper populo. *ſcilicet dicti nuncij: quia non habuerunt inde aliquod remedium, ſed confuſionem, & cum hoc magnum damnum. ideo ſubditur.*

* Onus

## MORALITER:

† 1 *Væ filij deſertores dicit dominus.* In hoc cap. ſecundum literalem ſenſum arguūtur filij Iuda de hoc, ꝙ confidentes de Aegyptijs rebellauerunt Nabuchodonoſor regi cui ſeruire iurauerant per dñm Deum: vt habetur 2. Paralip. in fine: Nec iſta rebellio profuit eis, ſed multum nocuit. Moraliter aūt per iſtos qui dñr hic filij deſertores, ſignant clauſtrales, qui ex confidentia ſecularium clauſtrū deſerunt: quod in eis confuſibile eſt, & noxiū. Primò ſpiritualiter: quia ſunt fractores voti & excommunicati. ruunt ēt de peccato in peccatum tanq̄ derelicti a Deo, & poteſtati dæmonum ſubiugati. Secundò nocet eis corporaliter, quia ſeculares in quib. confidebant frequenter attediātur de ipſis & expellunt eos a ſe: aliqui pp expēſas, &

† aliqui

A Lxx. Quia ſunt in Tanis principes Angeli. * Iuſtinus. vt intelligas Angelos malos tenuiſſe Aegyptum, citabo tibi Iſaiam teſtem, qui Angelos malos habitaſſe in Tanai, regione Aegypti ait.

* Procopius. Cum ante de Aegypto Propheta diſputaret, principes Taneos defeciſſe commemorauit. Nec immeritò, cum de Saluatoris aduentu verba faceret. At hic de Ierem. tēporibus loquens, non defeciſſe dicit ſed quoſdam eſſe principes Angelos malos, eos ipſos intelligens, quos principes Taneos nominauit, dæmones ſcilicet, qui cuncta in Tani infeſtarent, in qua tū regia Pharaonis habebat.

a *Onus iumentorū.* Poſt decem onera diuerſarum gētium, vndecimū onus reliquarum duarum tribuum ponit. quę remanſerunt du B cto Sedechia, & alijs principibus in Babylonem.

Iumentorū. Lxx. quadrupedū in deſerto. Oēs q creatore deſerto ſæculi errori bus ſe dederūt, quadrupedes in deſerto ſæculi ſunt, à quo fruſtra quærūt auxiliū qui Deū dereliquerunt.

* Procopius. Quadrupedū nomine innuit animalia illa, quæ apud Aegyptios pro dijs habebantur.

b *In terra.* Eremus per quā Pontif. Ioanna filius Chareæ, & alij duces traduxerūt reliquias in Aegyptum cō tra pręceptum Domini, vel ipſa Aegyptus in qua multas tribulationes, & anguſtias ſubſtinuerunt.

* Procopius. In tribulatione enim & anguſtia, locū ſibi & aſpide & leones & ſi q ſūt illis mala ſimilia, repererūt: quorū imagines ea, q ab illis in deos aſſumūt animalia C extiterūt. Iiſdēq; vrbes etiā de leonū, de canū, de crocodylorum,

¶ Quia.

deſſe non poterat. Non fuerunt in auxilium,
& in aliquam vtilitatem. Sed in cōfuſionem,
a ¶ Duæ tribus. ¶ Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus. b ¶ Quia in auſtrali parte habitabant.
a & in opprobrium. Onus iumentorum Auſtri. 1
a ¶ Metaphoricos. ¶ Ieruſalem, vel populus. ¶ Ioanna, & alii principes.
b In terra tribulationis, & anguſtię, lęęna, & leo 2 3
a ¶ Venenatis venenati. b ¶ Generatio viperarum. c ¶ Cito tranſiens ſicut patres eorum. d ¶ Secum in Aegyptum.
ex eis vipera & regulus volans, portantes ſu- 4
a ¶ Equorum, aſinorum. b ¶ Aurum & argentum, &c.
per humeros iumentorum diuitias ſuas, & 5
ſuper gibbum camelorum theſauros ſuos, ad 6
populum qui eis prodeſſe non poterit. Ægy-
a ¶ Adueniente Nabuchodonoſor. b ¶ Quia in Aegyptiis vanum auxilium.
ptus enim fruſtrà & vanè auxiliabitur. Ideo
a ¶ In Aegypto, non conſtantia belli.
clamaui † ſuper hoc, ſuperbia tantùm eſt, 7
c a ¶ Ergo ¶ In terra ſua. b ¶ Aegyptum.
quieſce. Nunc ergo ingreſſus ſcribe ei ſuper 8
a ¶ Vt in perpetuum maneat.
buxum, & in libro diligenter exara illud, & 9 10
a ¶ Scriptum illud. b ¶ Cum venerit Nabuchodonoſor cum res completa fuerit. c ¶ Prophetalis ueritatis. 11
erit in die nouiſſimo in teſtimonium vſque 12 13
a ¶ Dicens: Non manebimus hic, ſed in Aegyptum fugiemus.
in † æternum. Populus enim ad iracundiam 14 15
a ¶ Me. ¶ Qui ſemper rebelis, & incredulus. b ¶ Dixerunt enim Ieremiæ: Ora pro nobis dominum ut dicat nobis quid agere debeamus, & audire noluerunt.
d prouocans eſt, & filij mendaces, filij nolentes
a ¶ Si promittunt ſe bene facturos, cito deficiunt. b ¶ Futura. ¶ Ieremiæ, & Baruch, & Olde. ¶ Spiritu prophetico, propria induſtria. ¶ Nolite annūtiare nobis uerbum Domini, non enim audiemus.
audire legem Dei. Qui dicunt videntibus, 16
nolite videre, & aſpicientibus, nolite aſpice-
a ¶ Vt maneamus hic. b ¶ Vt eamus in Aegyptum.
re nobis ea, quæ recta ſunt, Loquimini nobis
a ¶ Sinite nos errare.
placentia, videte nobis errores, † auferte à
a ¶ Quam docetis. b ¶ Auferte à me ueritatem hanc. c ¶ Tandem.
me viam, declinate à me ſemitam, ceſſet à 17

D lorū deq; ceterorū eiuſmodi nominibus vocatas extruxerunt, in quas diuitias ſuas Iudæi cōportabāt.

c *Nunc ergo.* Dominus ad Ieremiam, vel ad Iſaiam ſecūdū Hebræos. Vnus enim ſpiritus eſt in Prophetis, & apud Deum omnia tempora ſunt coniūcta. Dominus ad Ieremiam: O Ieremia ingreſſus cū eis in Aegyptum ſcribe diligenter quę mandaui eis, vt non fugerent ſcilicet in Aegyptum, ſed manerēt in terra ſua, vt ſit ſcriptura hęc in teſtimoniū quia benefeci eis, bene docui, & ipſi ſpreuerunt.

* Procopius Tanquam incertis temporibus, hęc euētura eſſe non dubitet, ſcribi imperat, vt ex conuenienti eorum exitu, nō falſo prædicta eſſe appareat. Vel certè quia eos non adeò viua E vox quæ repræhenduntur, ac quę literis conſignantur vrget oratio, iſta conſcribi imperauit, fortaſſe verò, & id feciſſe videatur, vt eorū de quibus loquitur ſcriptura, ſterilitatem, & inopiam buxo notaret.

d *Et filij mendaces filij nolentes audire legem Dei.* Tropologicè. Omnis hæreticus filius appellatur. Ex nobis enim exierunt, ſed non fuerunt ex nobis, qui interioribus auribus nolunt audire legē Dei. Sed prælatis dicūt. Nolite nobis videre quæ recta ſunt, nec minari gehennæ flammas, ſed promittite nobis regna cælorum. Ad populū quoq; Eccleſiæ negligētē, auſteritatē magiſtrorum fugientem, & adulationem quærentem, hæc referuntur.

Ioan. 8.

† Recedite de via, declinate de ſemita. Auago.

* Procop. Mendaces appellat, qui Moyſi legē rogāti oīa q iuſſiſſet dñs Deus rata habere ſe, & obſeruaturos eſſe profeſſi, lege tamen idola prohibente, Deo relicto ad F idola confugerunt.

Pro eo

## NICOLAVS DE LYRA.

*1 Onus iumentorum auſtri. *Ideſt iumentorum portantium onera verſus Aegyptum, quæ eſt in parte auſtrali reſpectu regni Iudę. Munera multa, & magna pro habendo eius auxilio, & vnde portarentur ſubditur.*

2 In terra tribulationis. *Ideſt in regno Iudæ, cui imminebat magna tribulatio, & anguſtia à Nabuchodonoſor rege.*

3 Lęęna, & leo: *Ideſt rex Sedechias, & regina.*

4 Ex eis vipera, & regulus, &c. *Ideſt, filij ex eis nati veneno maliciæ pleni.*

5 Portantes ſuper humeros, &c. *Filij enim regis aliquando mittebantur ad quęrendum tale auxilium, vel poteſt exponi de quibuſcunque uuncijs à rege, & regina miſſis, & propter hoc dicuntur eſſe ex eis.*

6 Super gibbum camelorum. *Habet enim camelus gibbum ſuper dorſum, ſuper quem ponitur ſella, & onus: Cætera patet ex dictis vſque ibi.*

7 Superbia tantum eſt. *Ex magna enim ſuperbia procedebat, quod ipſe Sedechias, & populus eius nolebant ſeruire regi Babylonis, ſecundum conſilium Ieremiæ à domino ſibi reuelatum.*

8 Quieſce. *A quęrendo tale auxilium ab Aegyptijs contra regem Babylonis, & ſeruias ei in pace.*

9 Nunc ergo ingreſſus. *Hic conſequenter arguitur populus de contemptu Dei, & prophetarum ſuorum. Primò tamen introducitur Deus loquens ipſi Iſaiæ dicens:* Nunc ingreſſus, *ſcilicet tu Iſaia locum vbi ſcribis tibi à domino reuelata.*

10 Scribe ei. *Ideſt populo Iudę.*

11 Super buxum. *In Hebræo habetur:* Super tabulam, *ſed Hieron. tranſtulit buxum, eo quod tabulę ad ſcribendum fiunt cōmuniter de buxo.*

12 Et in libro, &c. *Scilicet per notarium tuū. Habebant enim Prophetę aliquando notarios, ſeu Baruch fuit notarius Ieremiæ vt habetur Ierem. 36. & magis probabile eſt de Iſaia, qui fuit nobilis, & de ſtirpe regia, quod habuit notarium ſcribentem in volumine illud quod Propheta prius ſcripſerit in tabula pro exemplari.*

13 Et erit, &c. *Et vocatur ibi nouiſſima dies, in qua Ciuitas fuit deſtructa per Chaldæos: tunc enim impleta fuit comminatio pœnę hic poſita.*

14 Vſque in æternum. *Ideſt vſque ad finem mundi: quia ſemper erit prophetia Iſaiæ in teſtimonium malitię illorum contra quos loquebatur, ideo ſubditur.*

15 Populus enim ad iracundiam, &c. *Scilicet ipſum Deū per malitiam, & contemptum.*

16 Qui dicunt videntibus. *Ideſt viris Prophetis: quia verba eorum veriſſima reputabant inania, & falſa. Et patet littera vſque ibi.*

17 Ceſſet à facie noſtra ſanctus. *Ideſt Deus ſanctificans Iſrael, ex tali enim contemptu verbis, & factis oſtendebant, quod Deus deberet eos dimittere propter malitiam ſuam.*

* Propter

*MORALITER.*

aliqui propter conſcientiam timentes excommunicationem, & aliqui propter vtrumque, & ſic defraudati ad latrocinia ſe ponunt, vel celebrant excommunicati vel alia mala perpetrant, & aliqui egeſtate compulſi reuertuntur, & grauiter, ac confuſibiliter puniuntur.

* Expectat

A a *Pro eo quod reprobaſtis verbum.* Hæretici quoque & omne dogma contrarium veritati confidunt in calumnia, & mendacio, propterea impietatis eorum ciuitas deſtruetur, quam ſcilicet ædificauit Cain, cui veniet repentina perditio cum capta fuerit ab eccleſiaſticis viris, & ideo deſtructa, & comminuta, B vt nihil remaneat in ea, quod poſſit ignem emortuum reaccendere, & ſaltem cœnoſam, & paruulam aquã ſitientibus præbere.

b *Sicut interruptio cadens.* Quaſi quomodo interruptio muri altiſſimi, qui longam traxit ruinam difficile inſtaurari, & priſtinũ decorem recipere poteſt, ſic veniet vobis repẽtina contritio.

c *Quia hæc dicit dominus Deus ſanctus Iſrael.* Anagoge. Omnes

† violentia.

† quæ ſe pandit.

a ¶Præſentia. b ¶Monita eius. ¶Propterea hæc dicit dominus c ¶Quia reprobaſtis illum.
facie noſtra ſanctus Iſrael. Propterea hæc dicit ſan- 1
a ¶Nolentibus ſe ingerit, vt quem neglexiſtis commin[a]ntem, ſentiatis punientem, vt habitaretis in terra veſtra. ¶Alias ex. ¶Hoc. b ¶Habentes fiduciam in Ægyptiorum calumni[a] atque [m]endacio.
ctus Iſrael. Pro eo quòd reprobaſtis verbum, & ſperaſtis
a ¶Deceptionem. b ¶Superbiam Ægypti. ¶Spe. ¶Tumultu. 2
in † calumniam & † tumultum, & innixi eſtis ſuper eo. 3
a ¶Tr[a]n[sgr]eſſio præcepti. b ¶Muri c ¶Vt ipſi cadatis ſubito. 4
Propterea erit vobis iniquitas hęc, ſicut † interruptio ca- 5
dens † & requiſita in muro excelſo. Quoniam ſubito dũ 6
a ¶Muri. b ¶Alta ſimilitudo. 7
non ſperatur veniet contritio eius, & comminuetur ſicut
a ¶Sic nec de vobis aliquid vtile remanebit perſequente Nabuchodonoſor.
conteritur lagena figuli contritione per valida, & nõ in- 8
uenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur ignicu
lus de incendio, aut hauriatur parum aquę de fouea, quia
a ¶Qui per me & Ieremiam vobis loquitur. b ¶Quaſi: Pœnitentiam agite antequam veniat captiuitas. 9
hæc dicit dominus Deus ſanctus Iſrael. † Si reuertamini &
a ¶In terra veſtra. b ¶Quietis. c ¶Fixa in me & non in Ægypto. 10
quieſcatis, ſalui eritis. In ſilentio & in ſpe erit fortitudo 11
a ¶Obedire mihi. b ¶Manebimus hic. c ¶Ægyptiorum. 12
veſtra. Et noluiſtis, & dixiſtis: Nequaquã, ſed ad equos fu- 13
a ¶Concito gradu pergemus ad eos. 14
giemus. Ideo fugietis. Et ſuper veloces aſcendemus. Ideo 15
a ¶Chaldæi quos effugere non poteritis. ¶Aegyptij in quibus confiditis 16
velociores erunt qui perſequentur vos. Mille homines 17
¶Chaldæi. 18
à facie terroris vnius, & à facie terroris quinque fu- 19
a ¶Pauci in ſignum tantæ captiuitatis. b ¶Fixus in ſignum naufragii. 20
gieris, donec relinquamini quaſi malus nauis in verti-
a ¶Potentiæ Dei demonſtrandæ. & cuius ſermo compleatur meus an illorum 21
ce montis, & quaſi ſignum ſuper collem. Propterea 22
23

nes ad pœnitentiam, D præcipue, & maxime hæreticos hortatur: quia ſi reuerſi à vitijs ingemuerint, & pœnitẽtiam egerint, ſalui erunt. Illi contrario confidentes in falſis magiſtris, & in incertis ſeculi equos Aegyptios deſiderãt, & eorum velocitate lætãtur, quos multiplicare dominus prohibuit. Ideo eccleſiaſtici viri perſequẽtur eos, & vnius bellatoris vocem, vel quinque, quod ad mentem, & ad quinque ſenſus referre debemus mille homines, & incompoſita turba fugientiũ ſuſtinere non poterunt.

✲ Procopius. Si enim reſipiſcẽtes, ait. Hieroſolymis quieti, nec amplius de Aegyptiaca profectione ſolliciti manſeritis, in pace non tantum & requie ſaluabimini, ſed in ſpe vobis erit fortitudo veſtra.

Plorans F

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Propterea erit, &c. *Deſcripta populi malicia. Hic conſequenter denunciatur debita pœna, cum dicitur.*

2 Pro eo quod reprobaſtis verbum hoc. *i. verbum domini per prophetas dictum.*

3 Et ſperaſtis in calumnia. *Quærendo occaſionem recedendi à ſeruitute regis Babylonis: cui tamen Sedechias rex & principes iurauerunt ſeruire, vt habetur 2. Paral. vlt.*

4 Et in tumultum. *ſcilicet exercitus regis Aegyptiorum, quẽ ſperabant venire ad eorum auxilium, in magno fragore armorum, & pompa.*

5 Et innixi eſtis ſuper eo. *Magis quam ſuper diuino auxilio.*

6 Propterea erit iniquitas hæc. *De tranſgreſſione iuramenti & de contemptu Dei.*

7 Sicut interruptio cadens. *Quæ quanto cadit a loco altiori, tanto magis opprimit illa ſuper quæ cadit: & per hoc intelligitur quod iniquitas eſſet cauſa deſtructionis ciuitatis & populi. Et patet litera vſque ibi.*

8 Et non inuenietur de fragmentis eius teſta. *ideſt, non remanebunt aliqui reſidui de populo in terra Iuda, qui poſſint eam operari quia illi quos dimiſit Nabuzardan ad colendum terram, mortuo Godolia fugerunt in Aegyptum timore Chaldæorum.*

9 Quia hæc dicit dominus Deus ſanctus Iſrael. *Qui non poteſt mentiri.*

10 Si reuertamini. *Per pœnitentiam ad Dei miſericordiam.*

11 Et quieſcatis. *a rebellione contra regem Babylonis.*

12 Salui eritis. *Ita enim prædicauit Ieremias regibus & populo regni Iudæ, vt patet in multis locis ſuæ prophetiæ.*

13 In ſilentio. *i. humiliter & pacifice ſeruiendo regi Babylonis ſecundum domini voluntatem.*

14 Et in ſpe. *diuini auxilij non humani.*

15 Erit fortitudo veſtra. *Conſeruans ciuitatem & populum à deſtructione: ſed quia Sedechias noluit credere Ieremiæ & populus eius. ideo ſubditur:* Et noluiſtis.

16 Et dixiſtis nequaquam. *Scilicet faciemus Ieremiæ conſilium.*

17 Et ad æquos fugiemus. *i. ab equitibus Aegypti refugium & auxilium quæremus.*

18 Ideo fugietis. *Quia deficiente auxilio Aegypti & rupta ciuitate, Sedechias rex & viri bellatores fugerunt nocte. quarto Regum vltimo.*

19 Et ſuper veloces aſcendemus. *i. ſi rex Babylonis aduerſus nos præualuerit, per velocitatem equorum noſtrorum euademus manum eius. Quod excludit dicens.*

20 Ideo velociores erunt qui perſequentur vos. *Quia Chaldæi inſequentes Sedechiam fugientem ipſum comprehenderunt. quarto Reg. vlt.*

21 Donec relinquamini quaſi malus nauis. *In ſignum naufragij præteriti.*

22 Et quaſi ſignum ſuper collem. *Vbi aliquando in ſublimitate arboris magnæ aſcendit ſpeculator ad videndũ ſi hoſtes veniant & ex qua parte: & ſic dat ſignum fugiendi illis pro quibus ſpeculatur, & ad quam partem debeant fugere, ne cadant in manibus hoſtium & ipſe etiam velociter deſcendens fugit cum alijs: Sic fuerunt illi qui remanſerunt de populo Iuda, quorum aliqui fuerunt ducti in Babylonem in ſignum victoriæ Chaldęorum, & deſtructionis Iudeæ, ſicut malus eſt ſignum naufragij præteriti: & alij fugerunt in Aegyptum, timentes contra ſe aduentum Chaldæorum.*

Signum gieu

23 Propterea expectat dominus, &c. *Hic conſequenter propheta poſt vinum mortificatiuum infundit oleum lenitiuum denuncians populi conſolationẽ. Circa quod ſciendum quod hanc partem exponunt doctores noſtri communiter ad literam de redemptione populi Iudæ de captiuitate Babylonica facta per Cyrum, deſtructo regno Chaldæorum, vt habetur Eſdræ primo. Sed huic expoſitioni non videtur litera bene conſonare in pluribus locis, vt pote quod dicitur infra: Plorans nequaquam plorabis. i. poſt reditum de captiuitate Babylonica materiam triſtitiæ non habebis, vt iſti exponunt: Contrarium videtur Neemi. primo vbi dicitur, quod populus reuerſus de Babylone erat in afflictione magna & opprobrio. Item quod ſubditur poſtea: Et dabit tibi dominus panem artum, & aquam breuẽ, ideſt in redeundo de Babylone ſuſtinebis penuriam victus. Secundũ iſtos hoc non bene conſonat prædictis ab eis. ſcilicet quod non haberent materiam triſtitię. Item ei quod poſtea ſubditur. Et dabitur pluuia ſemini tuo & cętera quod exponunt de magna abundantia in terrę fructibus & animalibus. cuius contrarium videtur poſt reditum, Neemię quinto capite. vbi dicitur, quòd multi de populo diſponebant vendere filios & filias ſuas in ſeruos, & ancillas pro victu habendo. Item quod dicitur: & non faciet auolare à te vltra doctorem tuum, ſcilicet Eſdram, vt dicunt quod non videtur verum, quia Eſdras non ſemper ſtetit cum eis, ſed pauco tempore, quia poſt alios longo tempore venit de Babylone, & non multum ſuperuixit. Item quod infra dicitur.* Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, &c. *exponunt dicentes, quòd hoc intelligitur de maiori lętitia quam habuerunt poſt captiuitatem quam ante: tantus tamen exceſſus lętitię non*

a *Plorans nequaquam plorabit.* Iudæi referunt hoc tempus
A ad illud,quãdo ſub Zorobabel & Ieſu magno Sacerdote
poſt 70.annos redierunt de captiuitate Ieruſalem, & bo
na fleuerunt quæ prius habuerant nos autem omnes pro
miſſiones quæ excedunt mediocritatem illius temporis
ad Chriſti referimus aduentum: In quo captiuus quondam populus paſſione dñi liberatus, habitat in Sion & in Ieruſalem in ſpecula ſcilicet & viſione pacis, i. eccleſia.
b *Et dabit tibi do.etc.* * Procopius. Per
B panem artum ſeu afflictionis, intelligit principium reuerſionis quo tempore a vicinis affligebantur. Deinceps enim illis omnem vbertatem & copiã denuntiat, imprimiſque errore carẽtem ſecuritatem, quamuis non defuturi ſint, qui auertere, & in vias quaslibet inducere conentur.
c *Et erunt oculi tui, &c.* * Procopius. Auerſi a Deo ſumus, & tamen non auertitur. vnde per Iſaiam dicitur. *Et erunt oculi, &c.* Quaſi in faciem ſuam homo monitus eſt, quando ad iuſtitiam conditus, præcepta rectitudinis accepit. Sed cum hæc eadem præcepta contempſit, quaſi conditori ſuo dorſum mentis in faciem dedit. Sed ecce adhuc poſt tergum ſequitur & monet: quia iam & a nobis contem- D
ptus eſt, & tamen nos vocare non ceſſat. Quaſi dorſum ei in faciem dedimus, cuius verba deſpicimus. Sed ſtans poſt tergum nos auerſos reuocat.
d *Poſt tergum.* Prima conditione quaſi in facie Adam audiuit a domino: *Creſcite & multiplicamini, & replete terrã.* Gene.1.d. poſt peccatum quaſi poſt tergum poſitus, maledicta terra in opere tuo. Gene.3.c. Huius caſu nos omnes retrocedimus, & modo audiuimus a domino: *Conuertimini ad me, & ego con. ad vos.* Zacha.1.a. Et alibi: *Conuertimini ad me in toto corde ueſtro, etc.* Iohel.2.c. E vt his monitis anteriora petamus: & hoc eſt: Aures tuæ audient verbũ mo. poſt tergum.
e *Neque ad dexteram.* In vtraque parte quidquid ſupra modum eſt, in vitio eſt. *Neque ad dexteram, &c.* declinandum eſt ſed via publica gradiendum ideſt regia quę non fallit.
f *Et contaminabis laminas.* Idola ſcilicet quæ ad ſimilitudinem veritatis artifex lingua compoſuerit in ſplendore eloquentię, quod ſignificat argentum, & in ratione ſapientiæ quod ſignificat aurum: comminues & diſperges, & immunda iudicabis.

† anguſtiæ & aquam oppreſſionis. Num.20.c.

¶Quaſi: Hæc venient niſi pœnitentiam egeritis: Propterea ex do.
a ¶Pœnitentiam veſtram. b ¶In miſericordia, Superexaltat miſericordia iudicium.
¶Vel in cruce, vt omnibus parcat. 1

expectat dominus, vt miſereatur veſtri, & ideo exaltabitur 2

a ¶Filius. Pater enim non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. 3

parcens vobis, quia Deus iudicij dominus. Beati omnes

a ¶Expecta dominum, & viriliter age. &c. ¶Recta ſpe, b ¶Eccleſiæ quæ eſt modo in ſpeculatione. c ¶Cœleſti, vbi eſt vera viſio pacis.

qui expectant eum. Populus enim Sion habitabit in Ieru- 4
5

a ¶Ante. ¶Conuerſus. b ¶In Ieruſalem. ¶Abſterget dominus omnem lachrymam ab oculis eorum. ¶Fletus tuus vertetur in gaudium. c ¶Quotidie.
d ¶In die iudicii omnino.

ſalem. Plorans nequaquam plorabis, miſerans miſerebitur 6

a ¶Plenam miſeratione. b Orationis. c ¶Ieruſalem. d ¶Si digna auditi. 7
e ¶Ecce Adſum. ¶Magis re quam uoce. 8

tui. Ad vocem clamoris tui ſtatim vt audierit, reſponde-

a ¶Iudæi dicunt, quod egreſſuri de captiuitate inopiam cibi & potus paſſi ſunt.
b ¶Doctrinam Euangelij quæ duobus mandatis ecarctat omnia mandata veteris teſtamenti.

bit tibi. Et dabit † tibi dominus panem † artum, & a- 9

a ¶Scriptura vbi obſcura panis, vbi eſt aperta aqua. b ¶Recedere.
c ¶Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.

quam breuem, & non faciet auolare à te vltra doctorem 10

a ¶Cordis b ¶Modo in ſpe tandem in re.

tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & 11

¶Interiores. ¶Exaudient. ¶Chriſti. 12
a ¶Chriſtus ad credentes loquitur.
¶Ego ſum via veritas, & vita.

aures tuæ audient verbum monentis poſt tergum. Hęc 13
14

a ¶Me imitamini. vnde: Vende omnia quæ habes & ſequere me. Et alibi: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur.
De virtute in virtutem.
b ¶Noli eſſe nimium iuſtus c ¶In manum declines.

via, ambulate in ea, neque ad dextram, neque ad ſini- 15

a ¶Conuerſus ad fidem reputabis omnia idola contaminata ſculptilia & conflatilia.

ſtram. Et † contaminabis laminas ſculptilium argenti 16

¶ *Et da-* F

C

## NICOLAVS DE LYRA.

* *tię non videtur bene prædictis concordare, & maxime quia nunquã redierunt ad tantam proſperitatem ſicut fuerant ante de multo: maximè tempore Dauid & Salomonis, et aliorum regum plurimorum. Et ideo ſaluo meliori iudicio, videtur, ꝙ Iudæi melius quantum ad aliquid exponant partem iſtam, ſc. de redemptione eorum fienda per Chriſtum: ſed in hoc errant, quòd expectant futurum, quod iam tranſiit in præteritũ. Igitur accipiendo ab eis quod eſt verum, & falſum reſpuentes, exponamus literam de redemptione facta per Chriſtum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur redemptio facta per Chriſtũ in ſuo aduentu primo, ſecundò fienda in ſecundo, ibi:* Et erit. *Prima hic prædicitur ab Iſaia cùm dicitur:* Propterea. *Ideſt propter mala veſtra multiplicata.*

1 Expectat dominus, vt miſereatur veſtri. *Ideſt differt redemptionem veſtram perfectam per Chriſtum fiendam: veruntamen quia non aufert eam, ſubditur.*

2 Et ideo exaltabitur parcens vobis. *quia tempus ſui aduentus erit tempus magnæ miſericordię: veruntamen non erit ſine iuſtitia, quę ſemper Dei miſericordiam concomitatur. ideo ſubditur:* Quia Deus iudicij dominus.

3 Beati omnes qui expectant eum. *firmiter credendo eius aduentum.*

4 Populus enim Sion. *i. fidelis & catholicus.*

5 Habitabit in Ieruſalem. *i. eccleſia, ſecũdum quod dicitur ad Heb.22.f.* Acceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cœleſtem. *Et quia ad literam in monte Sion incepit fides catholica per prędicationẽ Chriſti in propria perſona, et permiſſionẽ Spiritusſancti ſuper apoſtolos, vt dictũ fuit ſupra 2.c.*

6 Plorans nequaquam plorabis. *pro dilectione Chriſti venturi, pro qua ſuſpirabant ingemiſcentes patres veteris teſtamneti.*

7 Miſerans miſerebitur tui. *intantum ꝙ exponet ſe morti.*

8 Ad vocem clamoris. *In primitiua eccleſia, et per longũ tps poſtea, ſancti viri habebant frequentiſſimè ad vota diuina reſponſa.*

9 Et dabit tibi dominus panem artum. *i. ex Dei gratia eris contentus paruo victu, alias parco, ſicut patet in diuerſis eccleſiæ in viris perfectis, & religioſis.*

10 Et non faciet, &c. *i. Chriſtum, qui dicit de ſeipſo Matt.23.a Vnus eſt magiſter veſter Chriſtus. Et de ſua permanentia dicitur Matt.vlt.d.* Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi. *Secundum enim diuinitatẽ vbique eſt per eſſentialem præſentiam & potentiam: & in eccleſia ſua per ſpecialem gratiam, & ſecundum humanitatem in euchariſtiæ ſacramento, in quo corpus eſt ex vi ſacramenti, & anima & diuinitas ex concomitantia inſeparabili poſt reſurrectionem. In translatione Chaldaica ſic habetur:* Et non recedet vltra diuinitas eius. *Ex quo patet, quòd non poteſt conuenienter intelligi de Eſdra doctore, ſed de Chriſto conuenit optime.*

11 Et erunt oculi tui, &c. *ideſt Chriſtum, qui apparuit viſibilibus etiam oculis corporalibus in forma humanitatis, & in ſacramento ſub ſpecie panis.*

12 Et aures tuæ audient verbum. *ſcilicet Euangelicum.*

13 Monentis poſt terg. *i. ad ſequendũ veſtigia Chriſti prędicantis in perſona propria primo, & poſtea in apoſtolis aliisq; diſcipulis.*

14 Hæc via. *ſcilicet fides catholica.*

15 Ambulate in ea. *qui eccleſia nunquam declinabit generaliter a fide catholica.*

16 Et contaminabis laminas. *Quia Gentiles ad prædicationem apoſtolorum confregerunt idola ſua materiam & ornamenta idolorum pauperibus erogantes.* * Egre-

## MORALITER.

† 1 *Expectat dominus.* Hic ad literã poſt filiorũ Iuda increpationẽ, propheta denunciat eorũ conſolationem per Chriſtũ futurã, more boni Samaritani poſt vinũ mordicatiuũ infundentis oleũ lenitiuũ. Moraliter aũt põt exponi conſequẽter ad prędictã de apoſtatis expoſitionẽ. nã aliq eorũ ex diuino reſpectu verè pœnitẽtes reuertũt, & impoſitã ſibi pœnã non ſolũ patienter ſuſtinent, ſed et maiorẽ accipiunt ex ſeipſis, & ſic magis proficiunt in bono virtutis, ꝙ aliqui qui nũquam per apoſtaſiam ceciderũt. vnde Greg. exponens illud Luc.15.b. *Gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta iuſtis.* Dux in prelio militem illũ plus diligit, qui poſt fugã reuerſus, hoſtẽ fortiter premit: ꝙ illũ qui nunꝙ terga præbuit, nec vnꝙ aliquid fortiter fecit. Sic & agricola illam terrã plus amat, quæ poſt ſpinas, vberes fructus facit, quã illam quę nunquam ſpinas habuit, nec vnquam frugem vberem producit. De talib. ſubditur: Erunt oculi tui, &c.

† *Ecce*

a *Et dabitur plu.* In Regum volumine ſcriptum eſt, qa
A interfectis ab Elia pſeudo prophetis data ſit pluuia terræ Iſrael, & panis Eliſæi
3. Reg. 18.g. 4. Reg. 4.g. Ioan. 6.b.
Et poſtea ſaluatoris vberrimus fuerit, atque pinguiſſimus, & tantam plenitudinẽ habeat, vt multa hominum milia ſaturata ſint. In præſenti quoq; loco non datur pluuia ſemini ſpirituali, & panis terræ vberrimus atq; pinguiſſim⁹, niſi idola deargentata & deaurata fuerint, cõminuta & reputata in ſterquiliniũ: niſi.n. vitia abiecerint, virtutes non ſubeunt.
b *Paſcentur.* Quidam hæc hyperbolicos Cyri temporibus qui captiuitatem populi relaxauit, in Iudæa completa, contendunt.
†pabulũ mundum.
† quod ventilatum eſt ventilabro & vanno.
Gen. 26 c. Oſeæ. 3.a. Ioan. 15.d.
c *Commixtum migma.* Iſaac hordeum ſeuit, quia apud
B Allophylos erat: & centenariam hordei frugem recepit. Et Hoſeę, choro & dimidio hordei adulteram conduxit. Saluator quoq; quinque milia virorũ, quinque ſenſus corporis & legẽ Moyſi ſequentium, hordeaceis panib. ſaturauit, qui in alio loco, frangens ſeptem panes & in fruſtra comminuens, quatuor milia triticeis panibus repleuit, qui Euangelicum numerum ſequebantur. Huiuſmodi populi, partem comedunt palearum in quibuſdam ſequentes literam: & per paleas & hordeum paulatim proficiunt, & tranſeunt ad frumentum.
Matth. 15. d.
† contritio.

a ¶Ornamentum.
tui, & veſtimẽtum conflatilis auri tui, & diſperges ea ſicut immundiciam menſtruatæ.
a ¶Iſaia vel Ieremia. b ¶Populo credenti de Gentibus. c ¶Grat a Spiritusſancti. d ¶prædicationi.
a Egredere, & dices ei. Et dabitur pluuia ſemini 1
a ¶In quacunque Gente. b ¶Ego ſum panis viuus. 2
tuo vbicunque ſeminaueris in terra, & panis 3
a ¶In cordibus ſanctorum. b ¶Gratia & pinguedine ſpiritusſancti.
b frugũ terrę erit vberrimus & pinguis. Paſcen 4
a ¶Pane verbi Dei. b ¶Eccleſia. c ¶Cum idola confregeris. d ¶Mitis corde, qui ſequitur agnum quocunque ierit, & ſemper ad dexteram eſt.
tur in poſſeſſione tua in die illa † agnus ſpa-
a ¶Apoſtoli duces gregis. b Filij ſcilicet Iudæorum qui per aſinam, vel Gentilium, qui per aſinæ pullum ſignificantur. ¶Subiecti. c ¶Vt fructificent.
cioſè, & tauri tui & pulli aſinorũ, qui operan- 5
a ¶Eccleſiam, uel vnuſquiſque corpus ſuum. b ¶Hiſtoriam cum ſpirituali ſenſu. c ¶Migma eſt hordeum cum palea. 6
c tur terrãm † commixtum migmã comedent, 7 8
a ¶Scripturæ. b ¶A Spiritusſancto examinatum. c ¶De die iudicij.
d † ſicut in area ventilatum eſt. Et erunt ſuper 9 10
a ¶Sanctos uirtutibus eminentes. vel plus uel minus, uel expoſitores diuinorum eloquiorum.
omnem montem excelſum, & ſuper omnem
a ¶Doctrina Euangelij.
collem eleuatum riui currẽtium aquarum in 11
¶Iudicij.
e die interfectionis multorum, cùm ceciderint 12
a ¶Dæmones, munimentum malorum, & principes huius ſeculi.
b ¶Poſt iudicium, & cælum erit nouum & terra noua. Quia enim propter hominem facta in eius lapſu peiorata ſunt, ſol & luna ſuo lumine minorata.
turres. Et erit lux lunę ſicut lux ſolis, & lux ſo 13
¶Finitum pro infinito. a ¶Scilicet quando creatus eſt mundus.
f lis erit ſeptẽpliciter, ſicut lux ſeptem dierũ, in
a ¶Scilicet. b ¶Sanando. c ¶Mortalitatem peccati & omnes miſerias. d ¶Abſolute, ut omnes Deo ſeruientes ſignificet. ¶Sanctorum. ¶Fugiet dolor & gemitus.
g die quã alligauerit dñs † vulnus populi ſui, &
a ¶Bonis promittit præmia, contemptoribus minatur ſupplicia.
h percuſſurã plagæ eius ſanauerit. Ecce nomen 14

D montes & colles aquis fluẽtibus irrigentur. Nos montes & colles intelligimus, q virtutibus eleuãtur, & qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã, quos dominus prouocat ad bibendum. Qui.n. biberit de aquis eius, non ſitiet in æternum. vnde: *Benedicite domino de fon. Iſrael.*
c *Interfectionis multorum.* Multi enim ſũt vocati, pauci verò electi. Turres, poteſtates dæmonum, vel ſuperbi, de quibus Pſalm. *Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani.* Has turres ædificare cupiebant qui mouerunt pedes ſuos ab oriente, quorum linguæ in Babylone confuſæ, & ſuper quos cecidit turris in Siloe.
f *Et erit lux.* Cũ præmium laboris percipient, quia creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis. Non mirum ſi luna ſolis fulgorem recipiat. Quia iuſti fulgebunt ſicut ſol.
E
g *In die illa.* Auguſt. Hic dies poteſt intelligi, quo promiſit dominus ſanare contritionem populi ſui. Hunc opinor eſſe diem, de quo Zacharias. *Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitauit, &c.* Et Simeon. *Hic poſitus eſt in ruinam, & reſurrectionem multorũ.* Hæc ruina eſt phariſæorum & principum quos ſignificauit Iſaias per turres. Si quis aũt ſalutem hanc in ſecundo aduentu continere intelligat, in vtraque tñ aduentu maximè in ſecundo, ſol conuertetur in tenebras, quomodo ergo augebit ſolem, & lunam die quo viſitabit Dñs populũ ſuum, quando vtroque in tempore quo cœpta eſt liberatio populi & adimpleta eſt ſolem & lunam non minui ſed contenebrari ligamus, niſi plane ſolem & lunam ſanctis comparatos intelligamus, iuxta illud. *Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol, &c.*
h *Ecce nomen domini.* Filius in nomine patris. vnũ.n. nomen eſt patris & filij & ſpiritusſancti. vñ: Baptizãtes eos in no-
F

d *Et erunt.* In die iudicij ſuper montes & colles erunt riui currentium aquarum, quia bona opera ſanctorum clarebunt, quæ obſeruantes mãdata impleuerunt, & doctrina Euangelij appropinquante die iudicij, prædicatione Eliæ & Enoch penè per oẽs gentes abundabit. *Et erunt ſuper.* Iudæi, multos interfectos, & ruentes turres, ad Romanum referunt imperium. vnde: *Vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat:* quod eo tempore tanta beatitudo fuerit populo Iſrael, vt non ſolum valles & campeſtria, ſed montes
2. Theſſ. 2.b.
C

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Egredere & dices ei. *ideſt idololatriæ, quæ ceſſauit quaſi in vniuerſo orbe.*

2 Et dabitur pluuia ſemini tuo vbicunque ſeminaueris in terra. *Semen parabolicè dicitur hic verbum Euangelicum, ſecundum quod dicit ſaluator in parabola ſeminantis Luc. 8.b.* Semen eſt verbum Dei. *Et recipientibus ipſum per fidem, data eſt pluuia gratiæ Dei. Et per talem modum dicitur Deuteronom. 32.a.* Concreſcat vt pluuia doctrina mea.

3 Et panis frugum terræ erit vberrimus & pinguis. *Iſte eſt panis Euchariſtiæ, qui dicitur panis frugum terræ, quia materia huius ſacramenti eſt panis triticeus de terra productus, & continet iſte panis pinguedinem gratiæ diuinæ.*

4 Paſcentur in poſſeſſione tua in die. *i. Chriſtus. de quo dr Ioa. 1.d.* Ecce agnus Dei qui tollit pecca. mun. &c. *Paſcitur ſpacioſe in dilatione caſtitatis Eccleſię, ſecundũ qđ dicitur Can. 2.d.* Qui paſcit in lilijs, donec aſpiret dies & inclinent vmbrę.

5 Et tauri tui. *i. Apoſtoli.*

6 Et pulli aſinorum. *alij inferiores prędicatores.*

7 Qui operãtur terrã. *laborãdo in agro dñico verbo & exẽplo.*

8 Commixtum, &c. *Gloſſa ſuper iſtum locum dicit, q migma eſt hordeum mixtum cum palea: & eam ſequuntur expoſitores noſtri. Sed huic dicto videtur contrariari quod ſubditur.*

9 Sicut in area ventilatũ eſt. *i. purgatum a palea. Quid autẽ intellexerit Hiero. per migma, neſcio. Sed in Heb. habetur ſic: Mixtum fortè comedent. i. commixtionem diuerſorum granorum abſque aliqua corruptione in ſua bonitate manentiũ: Per quod metaphoricè intelligitur congregatio fidelium ex Iudęis & Gentilibus & varijs nationibus, qui incorporati ſunt eccleſiæ per prędicationem apoſtolorum aliorumque prędicatorum.*

10 Et erunt ſuper omnem. *Per montes excelſos intelliguntur apoſtoli, per colles, qui ſunt montes minores prędicatores alij.*

11 Riui currentium aqua. *i. abundantia ſanæ doctrinę, eo modo loquendi quo dicitur ſupra 11.* Repleta eſt terra ſcientia domini, ſicut aquę maris operientis

12 In die interfectionis. *Ideſt tempore deſtructionis Ieruſalem, in qua erant multæ turres, quę cum muris deſtructæ fuerunt per Romanos, & illo tempore multum viguit prædicatio Euangelij per aliosque diſcipulos Chriſti.*

13 Et erit. *Hic denunciatur liberatio fidelium in ſecundo aduentu Chriſti, tunc enim liberabũtur à pœnalitatibus vitę præſentis. Et diuiditur in duas quia primò ponitur huiuſmodi liberatio, ſecundò dæmonis abiectio ibi: Ecce nomen. Circa primum ſciendum, quòd ſecundum ſanctos doctores & catholicos, in finali iudicio mundus innouabitur & meliorabitur ad augmentum gloriæ electorum, qui in elementis & corporibus cæleſtibus melioratis videbunt clarias relucẽtiã diuinæ virtutis & bonitatis, ſcdm illud Sap. 13.a.* A magnitudine ſpeciei creaturæ poterit cognoſcibiliter creator horũ videri. *Decor aũt corporũ cæleſtium maximè conſiſtit in luce, & ideo tunc augebitur, & hoc eſt quod dicitur:* Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, &c. In die q. al. do. vul. po. ſui. *qa fideles reſurgent in corporib. glorioſis ab oĩ corruptione et pœnalitate liberatis.*

14 Ecce nomen. *Hic cõſequenter agitur de deiectione dæmonis. Sciendum tamen, quòd Hebr. & expoſitores noſtri exponunt partem*

## MORALITER.

† 14 *Ecce nomen domini.* Hic ad literã deſcribit deiectio dæmonis in iudicio finali. Et ſic expoſitio iſta nõ ſolũ eſt literalis, ſed ẽt ſpũalis, pp quod aliam addere nõ oportet.
† *MORA-*

A in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti: non in nominibus, ſed in nomine quod eſt Deus.
a *Spiritus eius velut torrẽs inundans.* Sicut torrens inũdans cũ peruenerit vſq; ad collum, animantem ſuffocat, ſic ſpiritus iræ Dei, in iudicio impios ſuffocabit: B Finem omnium veniſſe ſignificãt, ſicut torrẽs ſuffocat eũ ad cuius collũ peruenit, ſic Dei iudicium neminẽ tranſibit impunitum.
b *Quod erat in maxillis.* Vt pro voluntate diaboli circunferrentur, hæc perdet Dominus in die iudicij, vel in prædica-

a ¶Ad damnandum malos, & remunerandum bonos. b ¶Poſt multa tempora. c ¶In vindicta more noſtro. d ¶Reprob's.
Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad por-
a ¶Verba. b ¶Filij. c ¶Dicendo: Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c.
d ¶Ite maledicti in ignem æternum.
tandum. Labia eius repleta ſunt indignatione, & lingua eius quaſi
a ¶Diabolum & membra eius.
a ignis deuorans. Spiritus eius uelut torrens innundans uſque ad me
a ¶Diabolum qui ſubiectos trahit in ruinam. ¶Dominationem.
dium colli, ad † perdendas Gentes in nihilum, & frænum erroris
b quod erat in maxillis populorum. Canticum erit uobis ſicut † uox
c
d ſanctificatæ ſolennitatis, & lætitia cordis ſicut qui pergit cum tibia
a ¶Iudæi in templum, ſancti in cœlum. ¶Redit ad pœnam malorum. b ¶Venit hora, vt omnes qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei, & procedent, &c.
c ¶In iudicio.
ut intret in montem Domini ad fortem Iſrael. Et auditam faciet
a ¶Pater. b ¶Vltionem malorum. c ¶Filij qui & verbum. d ¶Ite maledicti in ignem æternum. e ¶Filij.
Dominus † gloriam uocis ſuæ, & terrorem brachij ſui oſtendet in
a ¶Ite maledicti in ignem æternum. b ¶Ignis ſuccenſus eſt in fu. meo, & ar vſque ad inf. &c.
comminationem furoris, & † flamma ignis deuorantis. † Allidet
a ¶In circumitu eius tempeſtas valida. b ¶Lapidatione tribulationis. ¶Sententia terribili.
in turbine, & in lapide grandinis. A uoce enim Domini † patebit
a ¶Diabolus & membra. b ¶Vltionis. c ¶Hoc contra Origenem. d ¶Percuſſio vltionis æternæ.
e ¶Non tranſitorius.
Aſſur uirga percuſſus, & erit ✱ tranſitus uirgæ fundatus quam re-
a ¶Vt non tranſeat. b ¶Lætitia ſanctorum.
¶Diabolum. ¶Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam.
quieſcere faciet Dominus ſuper eum, in citharis, & tympanis, & in
a ¶Reprobos. ¶Dæmones. b ¶Ite maledicti in ignem æternum qui præparatus eſt diabolo. c ¶Ab initio.
bellis † præcipuis expugnauit eos. Præparata eſt enim ab heri

D dicatione Apoſtolorũ, cũ Gentes ad fidẽ venerint, & idola relinquent.
c *Canticũ erit vobis.* Poſt pœnam malorũ agit de gloria ſanctorum. Sicut filij Iſrael tranſito mari rubro, cum vidiſſent Pharaonẽ & Aegyptios ſubmerſos, cũ lætitia dixerũt: E *Cantemus domino glorioſe enim &c.* Sic in die iudicij tranſito mundo, & damnato diabolo & membris ſuis, ſancti cum lætitia exultabunt in Dei laudibus, eodem modo in conuerſione Gentium.

Exod. 51.a.

d *Sicut qui pergit.* Preceptum eſt filijs Iſrael, vt decimam bonorum

Exod. 22.d. Leui. 27. d. Num. 18.d.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *tem iſtam ad literam de deiectione Sennacherib Regis Aſſyriorum venientis contra Ieruſalem, quando exercitus eius percuſſus fuit ab angelo, ſic quod corpora bellatorum fuerunt incinerata intactis veſtibus & armis, ſicut dictum fuit ſupra ſeptimo capitulo, & ad hoc ſatis poſſet applicari litera. Sed contra hoc videtur, quod dicitur hic in principio: Ecce nomen Domini venit de longinquo.* C *Ex quo videtur Iſaias loqui de tempore longinquo, quod eſt tempus iudicij finalis, & non de propinquo ſeu præſenti, cuiuſmodi fuit dicta percuſſio Sennacherib, quia fuit tempore Iſaiæ vt habetur 4. Regum 19. Item quod dicitur in fine huius ca. Præparata eſt enim ab heri Tophet, &c. id eſt pœna gehennalis, ſecundum quod dicitur ab omnibus expoſitoribus Hebræis & Latinis, ideo videtur Iſaias hic loqui de tempore finalis iudicij, in quo dæmones cũ damnatis retrudentur in inferno. Et hanc ſententiam ſequitur hic magiſter Alexander de Ales, qui fuit maximus theologus temporibus ſuis. Igitur ſecundum hanc ſententiam hæc pars in tres diuiditur partes: quia primò deſcribitur aduentus iudicis terribilis impijs, ſecundò delectabilis iuſtis. ibi: Canticum erit, & tertio vt abiectiuus dæmonis. ibi: Et auditam. Circa primum dicit Iſaias:* Ecce nomẽ domini. *quia in iudicio apparebit dominus, quia iudicatus fuit coram Pilato, vt ſeruus, & abiectus:*

1 Venit de longinquo. *quia a tempore Iſaiæ erat magna diſtantia vſque ad tempus iudicij.*

2 Ardens furor eius. *quia ignis conflagrationis præcedet aduentum iudicis.*

3 Et grauis ad portandum. *quia terribilia ſigna apparebunt prope iudicium.*

4 Labia eius repleta ſunt. *contra reprobos, contra quos proferet illam ſententiam: Ite maledicti, &c. Matth. 25.d.*

5 Et lingua eius quaſi ignis deuorans. *quia per ſentẽtiam ab eo prolatam deducentur ad ignem gehennæ interminabilem.*

6 Spiritus eius. *i. eiuſdem indignatio contra reprobos.*

7 Velut torrens inundans vſque. *quia non poterunt punitionem eius euadere.*

8 Ad perdendas gentes. *ſ. quantum ad reprobos.*

9 Et frenum erroris. *quia cognoſcent ſe erraſſe. illa tamen cognitio non erit eis vtilis, ſed magis afflictiua per remorſum cõſcientiæ, de quo dicitur infra vlt. g.* Vermis eorum non morietur.

10 Canticum. *Hic deſcribitur dictus aduentus delectabilis electis qui tunc lætabuntur non ſolùm de ſua glorificatione, ſed etiã de reproborum punitione, applaudendo diuinæ iuſtitiæ: & hoc eſt quod dicitur:* Canticum erit vobis. *ſcilicet electis.*

11 Sicut vox. *ſic eſt in Hebræo.*

12 Sanctificatæ ſolennitatis. *ſ. ſolennitatis Paſchalis, in qua filij Iſrael laudauerunt dominum pro ſuo exercitu de Aegypto, in quo figuratus fuit exitus electorum de omni pœnalitate, quando ad cœlum transferentur glorioſi in anima & corpore.*

13 Et lætitia cordis. *Ly ſicut importat hic æqualitatem, quia lætitia electorum tunc excedet omnem lætitiam quæ poteſt exprimi à nobis: ſed propheta vtitur talibus exemplis hominibus cognitis: quia ſecundum quod dicit Greg. Balbutiendo prout poſſumus, excelſa Dei facta reſonamus.*

14 Et auditam. *Hic conſequenter oſtenditur dictus aduentus, vt* F *dæmonis abiectiuus: quia tunc auferetur eius poteſtas inducendi homines ad peccatum. Et quia tunc cum reprobis retrudetur, in infernum, ex quorum pœna augebitur pœna dæmonum, ſicut gloria angelorum augmentabitur ex gloria electorum, quos induxerunt ad meritum. ideo dicitur:* Et auditam faciet dominus gloriam vocis ſuæ. *dicens electis: Venite benedicti. &c.*

15 Et terrorem brachij ſui oſtendet. *in dæmonum deiectione.*

16 In comminationem furoris. *cum dicet:* Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius, *Matth. 25.b.*

17 Et flamma ignis. *ſ. gehennæ.*

18 Allidet in turbine & in lapide grandinis. *per iſta quæ ſunt hominibus terribilia intelligitur terror iudicis.*

19 A voce enim domini. *id eſt ſententia iudicij.*

20 Patebit Aſſur. *i. diabolus, qui hic ad literam intelligitur ſub nomine regis Aſſur, qui multum afflixit populum domini, ſicut ſupra 14. ca. ſub nomine regis Babylonis ſignificatur diabolus ad literam, vt dictum fuit ibidem.*

21 Virga percuſſus. *id eſt virga diuinæ ſententiæ.*

22 Et erit tranſitus virgæ fundatus. *Id eſt firmus & ſtabilis, quia illa ſententia erit irretractabilis, ideo ſequitur.*

23 Quam requieſcere faciet dominus ſuper eum. *quia pœna illius ſententiæ tenebit eum depreſſum in perpetuum.*

24 In tympanis & cytharis, in bellis præcipuis expugnauit eos. *Per iſta intelligitur electorum lætitia de poteſtate dæmonum eiecta, ſecundum quod dicitur Apoc. 12.c.* Audiui uocẽ magnam de cœlo dicentem: Nunc facta eſt ſalus & virtus & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius, quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum.

25 Præparata eſt. n. ab heri Tophet. *Id eſt gehennæ pœna, ſecundũ expoſitores Hebræos et latinos. Tophet enim vno modo ſignificat laxationem vel ampliationem: & ideo ſic nominatur gehenna: quia omnis homo, qui non reſtringit fomitem ſuum, ſed magis laxat ei habenas, cadit in gehennam, vt dicit gloſſa Hebraica. Dicitur autem præparata ab heri, id eſt a ſecunda die creationis mundi, vt dicunt aliqui, quia ab illa die non fuit nudiuſtertius, ſed tantum heri. Sed hoc non eſt veriſimile, quia ſecunda die facta fuit diſtinctio cæli ſiderei ab aquis inferioribus, & ſuperioribus, vbi non eſt gehenna, ſed circa centrum terræ, vt dicunt ſancti doctores. Item ratio eorum magis concludit contrarium, quia ſi ſecunda dies fuit prima habens heri: ſequitur quòd non ipſa fuit primum heri, ſed magis dies præcedens: & ideo melius dicitur: quod heri hic accipitur pro*

Tophet.

☞ bonorum ſuorum A dño offerrēt, datorem bonorū glorificātes, ſic ſancti in iudicio offerēt manipulos ſuos exultantes

† etiā ipſi regi.

a ¶Vallis gehennæ. b ¶Omnipotenti. c ¶Impijs.
Tophet, † a rege præparata: profunda & dilatata, nutri- 1
a ¶Impij. b ¶Ira. ¶Metaphora flatu enim, & voluntate domini ſuccendetur. 2
menta eius ignis & ligna multa, flatus domini ſicut torrēs 3
a ¶Quod flammas excitat vel excutit. ¶Gehennam. 4
a ſulphuris ſuccendens eam. 5
6

tantes, & Deū laudantes, & Gentes cōuerſæ ſimiliter. D
a *Sulphuris.* In inferno fœtor intolerabilis & inextinguibilis ignis.

NICOLAVS DE LYRA.

* *principio temporis, in quo Deus cælum creauit & terram, ita quod ſicut tunc fecit cælum empyreum pro electis, ita & infernum pro reprobis.*

1 A rege præparata. *Ideſt a Deo qui regit vniuerſa: quia ſicut fecit habitationem electis in cælo empyreo, ſic etiam reprobis in inferno. In Hebræo habetur. regi præparata: ideſt dæmoni & angelis eius, qui dicitur rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, Iob. 41.*

2 Profunda. *quia dicitur eſſe circa centrum terræ.*

3 Et dilatata. *quia multi vadunt ad perditionem, ſecundum dictum ſaluatoris, Mat. 7.*

4 Nutrimenta eius ignis & lingua multa. *per hoc deſignatur acerbitas pœnæ.*

5 Flatus domini. *ideſt effectus ſuæ iuſtitiæ.*

d a ¶Regio Og. b ¶Contra Iudæos, vel a morte, vel a patientia. ¶Quia apoſtolos recipere noluerunt.

e eſt Baſan & Carmelus. Nunc conſurgam dicit dominus, 11

a ¶In cruce. b ¶In Gentibus ſpretus a Iudæis, vel aſcendens ad cælos. c ¶O Iudæi. d ¶Inuidiæ contra apoſtolos.

nunc exaltabor, nũc ſubleuabor. Concipietis † ardorem, & 12

a ¶Verba blaſphemiæ inania vt ſtipula, quibus tantum nutriatur inuidia. ¶Sed. Malus. 13

parietis ſtipulam, ſpiritus veſter vt ignis vorabit vos, & 14

¶Poſt captiuitatem a ¶Pauci relicti in memoriam. b ¶Peccata Iudæorum. 15

erunt populi quaſi de incendio † cinis: ſpinæ † congregatæ 16

¶Gehennæ ¶O gentes a ¶Hinc vel a Deo. b ¶Inimicis meis Iudæis. 17

igni conburentur. Audite qui longè eſtis quæ fecerim, & 18

a ¶In hac vltione & timete. ¶Moabitæ. ¶Deleti. 19

cognoſcite vicini fortitudinem meam. † Contriti ſunt 20

a ¶Qui Deum occiderunt. b ¶Romanorum. c ¶Scribas, & Phariſæos. ¶Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocri. 21

f in Sion peccatores, poſſedit tremor hypocritas. Quis 22

a ¶Deo b ¶Peccata vel peccatores, & nunc & in futuro. 23

poterit habitare de vobis cum igne deuorante?

tem tum dæmum D eis intueri expeririq; licebit, cũ glorificabitur. Nonnulli hæc ad pęnas referri volunt, quibus expugnata & direpta ciuitate, eorum in ſe cõtumeliam vltus eſt, quo tempore gloriam eius, quem cruci affixerunt, prophetarum qualibet lõgè ſuperiorem eſſe patuit.

† feci † pla

f *Quis poterit*. Dei magnalia narratus & Deũ ignẽ vocat, ſm illud: *Deus noſter ignis con. eſt*. Et ipſe: *Ignem veni mittere in terram: & quod vt.ni. vt ardeat*.

Deu † qui Luc. E

✻ Lxx. *Quis annũciabit vobis quia ignis ardet? quis annũciabit vobis ignem æternum?*

† exc † con

✻ Procopius. Locum æternum cũ intelligit, qui ſatanæ & angelis eius præparatus eſt. De his alibi propheta: *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*. Quis igitur annunciauit vobis æternum locum? Prophetæ .ſ. & Apoſtoli, qui de iudicio publicè docuerunt, vt a futuris pęnis deinceps caueremus.

*Et ex-*

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *propheta ad narrandum afflictionem populi per Sennacherib, dicẽs:*

C 1 Ecce videntes clamabunt foris. *Litera eſt intricata, quia li foris reducitur ad videntes. Speculatores .n. exiſtentes in alto, videbant foris longè exercitum Sennacherib: & ſic denuntiabant Ezechiæ regi & populo ſuo, vt præſeruarent ſe.*

2 Angeli pacis *.i. nuncij Ezechiæ quos miſit ad loquendum cũ Rabſace de pace, vt habetur infrà 36.*

2 Amare flebunt. *Quia propter blaſphemias contra Deum dictas a Rabſace, ſciſſis veſtibus flentes ad Ezechiam redierunt.*

3 Diſſipatæ ſunt viæ. *Ab exercitu Sennacherib.*

4 Ceſſauit tranſiens *.ſ. de populo Iudæ: quia nullus audebat timore Aſſyriorum per terram ire.*

5 Irritum factum eſt pactum. *Primò .n. Sennacherib fecit pactum cum Ezechia, ſed fregit illud, vt dictum fuit 4. Reg. 18.*

6 Proiecit ciuitates. *Quæ erant in regno Iuda circa Ieruſalẽ.*

7 Non reputauit ho. *ſ. quòd poſſent ſibi in aliquo reſiſtere.*

8 Luxit & elanguit terra. *Scilicet Iuda.*

9 Confuſus eſt Libanus & obſurduit. *In Hebreo habetur: Et præciſus fuit, qa ibi exercitus Sẽnacherib præcidi multa ligna ad faciendũ machinamẽta, et ex tali deciſione fuit Libanus deturpatus*

10 Et factus eſt Saron ſicut deſertum, & concuſſa eſt Baſan, & Carmelus. *Iſta .n. loca erant fertilia, ſed per exercitum Sẽnacherib fuerunt deuaſtata. Sciendum et, ꝙ Carmelus non accipitur hic pro monte Carmeli, in quo Elias occidit prophetas Baal, & erat in regno Iſrael: ſed accipitur pro Carmelo vbi manebat Nabal, qui erat mons fertilis, & erat in regno Iuda, & conſequenter ponitur vindicta de maleficijs Sennacherib.*

11 Nunc conſurgam dicit dominus. *Ad percutiẽdum Sennacherib & exercitum eius, quia nunc eſt tempus.*

12 Concipietis ardorem. *Ex maleficijs enim veſtris ſequitur demeritum.*

F

13 Et parietis ſtipulã *.i. vt efficiamini ſicut ſtipula applicata igni*

14 Spiritus veſter *.i. voluntas veſtra mala.*

15 Vt igni vora. vos *.i. meretur, vt igne conſumamini: & ita factum fuit: quia exercitus Sennacherib ſic percuſſus fuit ab Angelo, ꝙ corpora eorum redacta fuerunt in cineres, ac ſi fuiſſent igne materiali combuſta: ideo ſubditur.*

16 Et erunt populi. *Exercitus Sennacherib.*

17 Quaſi de incen. ci. *i. vt cinis remanens de incendio.*

18 Spinæ congregatæ *.i. bellatores Sennacherib qui pungebant populum domini.*

19 Igni comburentur. *Non ſolum ex percuſſione Angeli, vt dictum eſt, ſed etiam igne inferni.*

20 Audite. *Hic conſequenter deſcribitur deiectio Sobnæ pontificis, qui conſulebat ciuitatem reddi Aſſyrijs: Et quia hoc non fuit factum, partim indignatione, partim timore, cum ſibi adhærentib. ad Aſſyrios tranſiuit occulte, & ei ſucceſſit in pontificatu Heliachim, vt dictum fuit ſupra 22. & hoc eſt quod dicitur hic:* Audite qui longe eſtis. *Et in hoc notat magnitudinem rei nunciandæ.*

21 Contriti ſunt in Sion peccatores *.i. Sobna et ei adhærẽtes*

22 Poſſedit tremor. *Quia erant in ſtatu miniſtrandi domino, & ſic apparebant boni & deuoti exterius: ſed ipſi nihil habebant interius dignum Sacerdotio. Et conſequenter conqueritur de iſta dignitate Sacerdotali, cum dicitur.*

23 Quis poterit habitare de vobis, &c. *i. digne miniſtrare in altari holocauſtorum, vbi erat ignis perpetuus: Leuitic. 6. Et eadem ſententia replicatur cum ſubditur.*

✻ Cum

## MORALITER.

† 1 *Ecce videntes clamabunt foris.* Hic reuertitur propheta ad denunciandum mala quæ faciet Antichriſtus ante mortem ſuam, dicens: *Ecce videntes clamabunt foris .i.* homines literati clamabunt contra Antichriſtum in oratione ſecretè, qui tunc non audebunt loqui contra eũ publicè.

2 *Angeli pacis amare.* Quia religioſi occultantes ſe gemẽt.

3 *Diſſipatæ ſunt viæ ceſſauit tranſiens per ſemitam.* Quia fideles non audebunt per terram tranſire.

5 *Irritum factum eſt pactum, proiecit.* Nam eccleſia quantum poterit, deſtruet, quæ ſignatur hic per Libanum, Saron & Carmelum. Et quia de mandato domini fulminabitur, vt dictum eſt, ſequitur.

11 *Nunc conſurgam dicit dominus, &c.* Patet litera quæ de facili poteſt ad propoſitum applicari.

21 *Contriti ſunt in Sion peccatores.* Hic deſcribitur ad literã abiectio Sobnæ pontificis qui Sennacherib adhæſit, per quẽ myſticè ſignatur quilibet prælatus malus, qui timore mortis Antichriſto adhæſerit. Sed quia tunc electi firmiter ſtantes merebuntur gloriam cæli, ſequitur.

23 *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante .i.* firmiter ſtare in Antichriſti tributatione.

† *Quis*

a ¶Spiritus ſancti qui peccata conſumit, fideles incendit.

† Quis habitabit ex vobis cũ ardoribus ſem-

a ¶Hic ſcilicet. b ¶Semper diligendo. ¶De virtute in virtutem. c ¶Pluribus. d ¶Semper non ſemel.

piternis? Qui ambulat in iuſtitijs, & loquitur

a ¶Quæ euitatet calumniæ, quia ex alterius damno alterius pecuniæ coaceruantur. b ¶Innocentia.

veritatem, qui proijcit auaritiam ex calum-

a Oris, manus, officij. ¶Munera excæcant oculos ſapientium.

a nia, & † excutit manus ſuas ab omni munere.

a ¶Peccato conſentiat.

b Qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem

c a ¶Capitis & cordis. ¶Auerte oculos meos, ne vi.va. ¶Felix conſcientia quæ nec audit nec aſpicit malum. ¶Talis. ¶In cælis cum domino.

& claudit oculos ſuos, ne videat malum. Iſte

a ¶Exempla. b ¶Sanctorum qui ſunt fundati ſupra firmam petram.

d in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum

a ¶Prouectio (alias profectio) ad Deum. b ¶Verbi. c ¶A Deo: d ¶Doctrinæ.

e † ſublimitas eius. Panis ei datus eſt, aquæ eius

a ¶Abſque hæreſi. b ¶Omnipotentem. ¶Deum ipſum. c ¶In deitate. d ¶Oculi eius. ¶Peracto iudicio.

† fideles ſunt. Regem in decore ſuo videbunt,

a ¶Nunc in ſpe, in futuro in re. vnde: Credo videre bona domini in terra viuentium. b ¶Ideo. ¶Si vis habitare cum Deo

f & † oculi eius cernent terrã de longè. Cor tuũ

a ¶Principium ſapientiæ timor domini. ¶Sanctitas in timore cuſtoditur. b ¶Philoſophus. ¶Quaſi non habitat cum Deo.

g meditabitur timorem. † Vbi eſt † literatus? vbi

a ¶Scriba & Phariſæus, legem ſuperflua expoſitione onerans. b ¶Senſu. ¶Inſipientium.

eſt legis verba ponderans? vbi eſt doctor par-

a ¶Gregem philoſophorum. b ¶In eccleſia ſanctorum.

uulorum? Populum † imprudẽtem non vide-

¶Ideſt. a ¶Logicæ. b ¶Non ſapientiæ. c ¶Sicut Platonis, Ariſtotelis, Tulij facundiam & ſubtilitatem pauci intelligunt.

bis populũ † alti ſermonis, ita vt non poſſis in

a ¶Populo.

telligere, † diſertitudinem linguę eius, in quo

A a *Et excutit manus ſuas ab om.* ✠ Gregorius. Quia non ſolum fraus in acceptione pecuniæ eſt, munus procul dubio vnum non eſt. Tres vero ſunt acceptiones munerum, ad quas ex fraude feſtinatur. Munus namq; a corde eſt, captata gratia a cogitatione. Munus ab ore, eſt gloria per fauorem. Munus ex manu, eſt prenium per dationem. Sed iuſtus quiſque ab omni munere manus excutit, quia in eo quod rectè agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec a manu donationem recipere quærit.

B b *Qui obturat, &c.* ✠ Idem. Quid eſt obturare aures ſuas ne audiãt ſanguinem, niſi peccatis ſuadentibus, quæ de carne & ſanguine naſcuntur, non præbere cõſenſum? Et quid eſt ne malum videant, oculos claudere, niſi omne quod rectitudini aduerſum eſt, non approbare? Iſte in excelſis habitabit, quia quamuis eum adhuc caro in inferioribus retinet, mentem iam in ſublimibus fixit. Munimenta ſaxorum ſublimitas eius, quia qui obiecta deſideria terrenæ conuerſationis calcat, ad ſupernam patriam per precedentium patrum exempla ſe ſubleuat.

c *Sanguinem.* Lxx. iudicium ſanguinis. Omnis iniquitas & oppreſſio, & iniuſtitia iudicium ſanguinis eſt & ſine gladio voluntate interficit.

d *Munimenta ſaxorum.* ✠ Cyrillus. Petra dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt, in quo, tanquam in ſpelunca quadam, eccleſia

D eccleſia eſt, iuxta illud: *Tu*
1 *es Petrus, & ſuper hanc pe-* Matth. 16.
† *tram, &c.*
2 e *Panis ei datus.* ✠ Iuſtinus. Contra Thryphonem.
3 Prophetia hæc de pane eſt, quẽ dedit nobis Chriſtus.
4 & de ſuo quod facere iuſſit in ſuam commemorationem.
✠ Procopius Eccleſiæ in
5 colis, panis vitæ Chriſtus ipſe a patre, & aqua fidelis di
6 uini baptiſmatis, vnde ſu-
7 mentibus, omnis manat ſe
8 curitas, ſẽper ſuppeditant.
✠ Idem. Regem videbũt dominum, qui etiam terrã
9 manſuetorum nondũ ade-
† pti, ipſam mentis oculis in hac vita mortali Deum
10 piè reueriti, procul intuebuntur. Sunt qui de longè ad impios referant, dum
11 terram quidem promiſſio
12 nis viſuros, ſed ea non poti
13 turos putant.
14 ✠ Gregorius. Regem in F Vbi ſuprà.
15 decore videbunt, quia redẽptor noſter in iudicio a re-
16 probis homo videbitur forma ſeruili, ſed ab electis
17 in decore ſuo, in ipſo ſul-
18 gore diuinitatis.
f *Terram.* Viuentium. *Bea* Matth. 5. a.
19 *ti mites, quoniam ipſi poſ. ter.*
20 vel in cælo poſiti, terrena deſpiciunt.

g *Vbi eſt literatus.* ✠ Procop. Reprobis, quia malis doctorib. crediderunt, ita exprobrat, vbi ſunt qui literam legis tantum nouerint? Vbi nam illi inquit iudicij die parebunt, qui aſſentando peſſimè diſcipulis conſuluerunt? ✠ Chryſoſtomus. Gentiles & Iudæos ſimul reprehendit. Quis. n. philoſophus, quis Iudæorum doctrina eruditus, ſalutem dedit, & docuit veritatem niſi Chriſtus. Hom. 4. in 1 Corinth.

† ſcriba? vbi q̃ſitor vbi numerans turres? † bleſum lingua.

☞ *Taberna-* F

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Cum ardoribus ſempiternis? *Subditur reſponſio.*
2 Qui ambulat in iuſti. *Quantum ad perfectionem vitæ.*
3 Et loquitur veritatem. *Quantum ad ſanitatem doctrinæ.*
4 Qui proijcit aua. &c. *Ita q nullã habet notã auaritiæ, rapiẽdo aliena per violentiam, nec ẽt accipiendo dona contra iuſtitiam.*
5 Qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem. *i. ſermonẽ de ſanguine effundendo per mortẽ innocentis vel eius mutilationem.*
6 Et claudit oculos ſuos ne videat malum. *i. mulierẽ alienam ad concupiſcendum.*
7 Iſte in excelſis habi. *i. talis dignus eſt fungi ſummo Sacerdotio in monte Sion vbi erat templum: & talis fuit iſte Eliachim, qui in hoc officio ſucceſſit Sobnæ.*
8 Munimenta ſaxorum ſublimitas eius. *Salomon. n. ædificauit templum in monte Moria de lapidibus magnis, & precioſis, 4. Reg. 5. Et ædificia ad templum pertinentia: & ibi erat habitatio ſummi Sacerdotis.*
9 Panis datus eſt ei, &c. *Nomine panis & aquæ intelligitur omnis cib. & potus in ſcriptura. Vnde 2. Reg. 6. a. Pone eis panem & aquã. Et ſubditur: appoſita eſt eis magna ciborũ præparatio. Summo autem Sacerdoti debebantur primitiæ fructuum & animalium.*
10 Regem in decore videbunt. *ſ. Ezechiam glorioſè regnantem poſt Sẽnacherib deiectionem, vt habetur 2. Paral. 32. & in hac gloria viderunt ipſum Eliachim pontifex, & alij miniſtri templi.*
11 Oculi eius. *Scilicet Eliachim.*
12 Cernent terram de longe. *Quia de monte Sion, vbi erat eius habitatio, poterat videri Iudæa pro magna parte.*
13 Cor tuum. *O Eliachim: mutat. n. propheta modum loquendi de tertia perſona ad ſecundam: quod fit frequenter in prophetis.*
14 Meditabitur timorem. *Scilicet domini ex caſu prædeceſſoris ſui, & ideo ſubditur.*
15 Vbi eſt literatus, &c. *i. vbi eſt modo Sobna prædeceſſor tuus in officio pontificis: pp quod debuit eſſe literatus ad ponderandum.*
16 Legis verba. *Ad docendũ ignorantes, qui dicuntur hic paruuli q. d. perijt in terrã alienã, vt habetur ſuprà 22. ideo ſubditur.*
17 Populum imprudentem. *i. Sobnam & ſibi adhærentes.*
18 Non videbis. *Amplius in templo domini.*
19 Populũ alti ſermonis. *i. profundi, ſicut dicitur Io. 3 b.* Puteus altus eſt. *Et dicitur hic profundus ſermo, qui propter extraneitatem non eſt intelligibilis. Et populum talis ſermonis vocat hic propheta Sennacherib & Aſſyrios, quos intendebat Sobna introducere intra ciuitatem & templum: ſed defecit a propoſito.*
20 In quo nulla eſt. *ſ. in Sennacherib & populo eius, quia vera ſapientia non poteſt eſſe in infidelibus.* ✠ Reſpice

## MORALITER.

† † *Quis habitabit ex vobis, &c.* In tentationib. dęmũ ſemper ardentiũ, quia portant ignem ſuum ſecũ, & Antichriſti tribulatione aſtabunt ſibi in perſecutione: & reſpondet.
2 *Qui ambulat in iuſtitijs.* Iſte ſupple in Antichriſti tribulatione poterit ſtare, ideo ſubditur.
7 *Iſte in excelſis habita. muni. ſaxorũ ſubli. eius.* i. firmitas thronorum: nam ſancti ſecundũ qualitatem meriti aſſumuntur ad ordines angelorum.
9 *Panis ei datus eſt.* i. Chriſtus, qui eſt panis viuus.
† *Aquæ eius fideles ſunt.* i. dona Spiritusſancti. Vnde dicit Saluator, Io. 7. f. *Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum.*
10 *Regem in decore videbunt.* viſione clara & beatifica.
11 *Oculi eius terram cer. de longe.* ſ. terram viuentium, quia viuentes in corpore mortali cæleſtia meditanť: Et per oppoſitũ ſubditur ad literam de Sobnæ eiectione, per quẽ malus prælatus ſignatur: propter quod de eo myſticè dr̃.
15 *Vbi eſt literatus* i. vbi eſt malus prælatus qui ſcripturam ſcire debuit, & verba legis ponderare, & paruulos docere, cui quæſtioni poteſt reſponderi: *Abſconditus eſt in inferno inferiori*, quia quanto ſtatus altior, tanto caſus grauior ideo de ipſo & exiſtentibus cum eo ſubditur.
17 *Populum imprudentem, &c.* i. prælatum damnatum cum familijs ſuis non videbis amplius in magnificentijs ſuis.
19 *Populum alti ſermonis.* i. ſuperbum in verbis quales ſunt mali prælati & adhærentes ſibi.
20 *In quo nulla eſt ſapientia.* ſ. de ſurſum deſcendens. Sed illa quæ eſt terrena animalis & diabolica. Et qm̃ oppoſita

11 *Oculi*

a ¶Quantum ad Deum, ſed tantum verba. b ¶Perdam ſapientiam ſapientium, &c.
c ¶Quicunq; iuſtus. d ¶Præſentem eccleſiam, in qua vera eſt ſolennitas.
nulla eſt ſapientia. Reſpice Sion ciuitatem ſolennitatis no-
a ¶Cordis. b ¶Nanque. c ¶Cæleſtem. d ¶Quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho. &c.
ſtræ. Oculi tui videbunt Ieruſalem † ciuitatem opulẽtam,
a ¶Eccleſiam præſentem ſignificatam in tabernaculo Moyſi. b ¶Sicut tabernaculum Iudæorum tranſlatum eſt. ¶A fide, a charitate.
a tabernaculum quod nequaquam transferri poterit, nec
a ¶Metaphora. ¶Doctores quibus fixa teneur. b ¶Præcepta quibus extenſa dilatatur.
auferentur claui eius in ſempiternum, & omnes funiculi
¶Non in conuenticulis hæreticorum.
eius non rumpentur, quia † ſolummodo ibi magnificus
a ¶Videtur. ¶Ibi. b ¶Prophetarum, Apoſtolorum c ¶Expoſitores
b dominus Deus noſter. Locus fluuiorũ riui latiſſimi & pa-
a ¶Plane exponentes b ¶Locum. c ¶Diaboli dominatio. d ¶Nauis tres ordines remorum habens, .i. diabolus, qui tres partes mundi, Aſiam, Africam, Europam, ſuo ſubiugauerat imperio.
tentes, non tranſibit per eum nauis remigium, neq; trie-
a ¶In ſuperbia. b ¶Sicut olim. c ¶Vox congratulantis eccleſiæ.
c ris magna tranſgredietur eum Dominus enim iudex no-
a ¶Legis naturalis, Euangelicæ, Moſaicæ.
b ¶Reges eos in virga ferrea.
ſter, dominus legifer noſter, dominus rex noſter. Ipſe ſal-
a ¶A diabolo. ¶Nihil timendum eſt. b ¶Dilatata fortitudo populi ad pugnandum contra Romanos.
d uabit nos. † Laxati ſunt funiculi tui, ſed non prȩualebunt.
a ¶Templum altiſſimum in quo olim vela precioſa. b ¶Vt non appareant ſigna ruinæ eius, quia non relinquetur lapis ſuper lapidem. ¶A Romanis.
Sic erit malus tuus, vt dilatare ſignum non queas. Tũc di-
uientibus, cum vela contrahi nequeunt, eorundem impetu malus inclinatus, naufragium efficit: ſic & tibi quo que accidet.

a *Tabernaculũ quod.* A Tabernaculum qđ habuerũt Iudæi per eremum de loco ad locum translatum eſt. Primum in Silo, (Ioſ. 18. a.) deinde in Nobe: de Nobe in Ieruſalem ad Moyſi ſepulchrũ, vt dicit liber (1. Mac. 2. b. Pſalm. 9. b.) Machabæorum. Eccleſia autem immobilis fundata eſt ſupra firmam petrã.
✠ Procopius Veteris igitur Ieruſalem, quæ toties oppugnata ſit, tabernacula ceciderunt. At noua ciuitas, quia ſuper petram ſtat, ipſis perſecutionum temporibus immo- B bilis manet. Neque enim portæ inferi (textenſ.) aduerſus eam præualebunt.
b *Locus fluuiorum.* e
✠ Procopius. His verbis prædictæ ciuitatis dominũ fore locum fluuiorum indicat, vt meritò vſurpetur, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Fluuiorum etiam nomine angeli ipſi eccleſiæ cu-
1 ſtodes, Euangeliſtæ, & Apoſtoli, & Prælati intelliguntur;
† qui Chriſti ouile di-
2 uinis ab vno lateribus, irrigarunt.
3 c *Dominus enim.* Iu-
4 dicabit orbem terrȩ
5 in iuſtitia.
6 d *Laxati ſunt funiculi tui, &c.* Redit ad terrenam Ieruſalẽ,
7 & loquitur de eã ſub ſpecie nauis. Su-
8 periora dicta ſunt de vrbe ſolemnita-
9 tis noſtrȩ, quam dominus fluuijs ſuis circundat.
10 e *Sic erit malus tuus.*
11 ✠ Procopius. Ser-
12 mone in Iudæos
13 tranſlato, in nauis
14 metaphora immo-
15 ratur. Vt enim ven-
16 tis vehementius ſæ-

☞ Claudi

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Reſpice. *Hic conſequenter deſcribitur ciuitatis melioratio, quia per deiectionem Sennacherib fuit mutata de timore in ſecuritatem, de triſtitia in lætitiam, & de penuria in abundantiam. Primò igitur hæc melioratio deſcribitur. Secundò propheta contra Sennacherib iterum inuehitur, ibi: Laxati ſunt. Circa primum tangitur primò melioratio quantum ad diuinum cultum, cùm dicitur:* Reſpice Sion ciuitatem ſolemnitatis noſtræ. *Vocabatur enim illa* C *pars ciuitatis Ieruſalem, vbi erat mons Sion, ciuitas Dauid: in illa erat templum, vbi celebrabantur ſolemnitates per annum, ſcilicet Paſchæ, Pentecoſtes, & Tabernaculorum, in quibus populus de tota terra debebat conuenire: quod non poterat propter exercitum Sennacherib exiſtentem in Iudæa: ſed ipſo deiecto venerunt vndique gaudenter. Secundò ponitur melioratio, quantum ad abundantiam cum dicitur.*

2 Oculi tui videbunt. *Quia de ſpolijs exercitus Sennacherib omnes de ciuitate fuerunt repleti & ditati. Tertiò, quantum ad ſecuritatem, cùm dicitur.*

3 Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit. *Vocat hic templum Salomonis tabernaculum, quod dicitur immobile ad differentiam tabernaculi Moyſi, quod transferebatur de loco ad locum, vt patet in libro Numeri. Et ad idem pertinet quod ſubditur.*

4 Nec auferentur claui eius in ſempiternum. *In tabernaculo enim Moyſi parietes erant de tabulis ſimul coniunctis per incaſtraturas & claues qui amouebantur de locis ſuis, quando tabernaculum deponebatur, & portabatur ad alium locum. In templo enim Salomonis parietes erãt interius de lignis laminis aureis opertis, & erãt ibi claui poſiti, vt inſeparabiliter manerẽt ibi.*

5 Et omnes funiculi eius non rumpentur, &c. *Ideſt, ſtabilitas templi per impetum Sennacherib non diſſoluetur. Et cauſa ſubditur.*

6 Quia ſolummodo ibi magnificus dñs Deus, &c. *Quia magnificè deiecit Sennacherib cum exercitu ſine opere humano.*

7 Locus fluuiorum riui latiſſimi & patentes. *Hoc refertur ad illud quod fecit Ezechias propter exercitum Sennacherib, quia aquam de ciuitate Ieruſalem egredientem extra, ipſe retinuit ad implendum foſſata, & piſcinas magnas ſicut ſtagnum: & reſiduum aquæ quod non poterat ibi capi: fecit ibi decurrere per alium locum, vt ſic exercitus Aſſyriorum nullum inde haberet ſolatium, ideo ſubditur.*

8 Non tranſibit per eum nauis remigium. *Quia ſic diſpoſuit Ezechias aquas illas, quòd erant ad munimentum ciuitatis, & in nullum auxilium aduerſarijs, quia non deſeruiebant eis ad potum nec ad nauigium, vt ſic cum nauigio poſſent obſidere vel intrare ciuitatem. Et quia omnia iſta attribuenda erant bonitati diuinæ principaliter, ideo ſubditur.*

9 Dominus enim iudex noſter. *i. iudicabit pro nobis contra Sennacherib.*

10 Dominus legifer noſter. *Quia ab eo recipimus legem in monte Sinai, vt habetur Exod. 20. & Deut. 5.*

11 Dominus rex noſter. *Reges enim Iuda non erant niſi eius vicarij.*

12 Ipſe ſaluabit nos. *In aliquibus libris interponitur veniet, ſed non eſt in Heb. nec in libris correctis.*

13 Laxati ſunt. *Hic propheta iterum inuehitur contra Sennacherib, cuius exercitus percuſſus fuit ab angelo antequam obſederat Ieruſalem, vt dictum fuit 4. Reg. 18. e. Diſponebat tamen de propinquo obſidere eam figendo tentoria ibidem; ideo dicitur:* Laxati ſunt funiculi tui. *ideſt, diſpoſiti, vt cum eis figantur tentoria circa Ieruſalem.*

14 Sed non præualebunt. *Quia non obſedit eam.*

15 Sic erit malus. *Malus hic dicitur lignum longum quod in medio tentorij erigitur ſicut malus in medio nauis: Et quia deſuper ponitur ſignum vel vexillum illius cuius eſt tentorium, ſicut in ſummitate mali nauis ponitur ſignum aliquod. Ligna autem tentoriorum Sennacherib circa Ieruſalem non fuerunt erecta nec ſigna ſupra poſita, ideo dicitur:* Vt dilatare ſig. &c.

16 Tunc diuidentur ſpolia. *Scilicet Aſſyriorum: quia habitatores Ieruſalem percuſſo exercitu Sennacherib exierunt ad prædam.*

✠ Præda-

## MORALITER.

† iuxta ſe poſita magis elucefcunt, ideo propheta conſequenter inducit ad contemplationem gloriæ cæleſtis, dicens.

1 *Reſpice Sion, &c.* Nam ibi eſt laus iugis.

† *Ciuitatem opulentam.* Ideſt, in omnibus bonis plenam.

3 *Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit.* Per quod ſignificatur ſecuritas ſempiterna. Et ſubditur cauſa cùm dicitur.

10 *Dominus legifer noſter, &c. Laxati ſunt fu. tui.* Hoc ad literam dicitur de Sennacherib, per quem ſicut dictum eſt Antichriſtus ſignatur cuius funiculi ad capiendum omnes fideles extendentur.

14 *Sed non præualebunt.* Nam electi ſaluabuntur, propter quos breuiabitur eius perſecutio, vt dicitur Matth. 23. ideo ſubditur.

15 *Sic erit malus tuus vt dilatare ſignum nequeas.* Aliquando namque ſic impeditur virtus nautæ, quòd non poteſt velum leuare: & tunc impeditur eius nauigatio, ſic Antichriſti virtus auferetur, & ceſſabit eius perſecutio.

16 *Tunc diuidentur, &c.* Ab Antichriſto raptarum, quæ diuidentur fidelibus poſt Antichriſti mortem.

† MORA-

a *Claudi diripient.* ✻Theo-
A doretus. Romani claudi
appellantur & debiles ad a
tantum opus, quibus ta-
men Dominus tantum ro
bur dabit contra Indæos,
vt claudi & debiles, quod
eo iam tempore Romano
rum vis elanguerat, vt ſu-
pra dictum eſt, velociores fuerint aquilis, neque quiſquam

¶Diuitiarum tuarum. a ¶Romani in ſe, fortes in domino vires ſubminiſtrante.
uidentur ſpolia prædarum multarum, claudi
a ¶Vicino ¶Nemo Romanorum de infirmitate conqueretur. ¶Romanus. 1
diripient rapinam, nec dicet † vicinus, elan- 2
a ¶Colenda: ¶Comparatione Iudæorum. ¶Quia ſecutus eſt Dei voluntatem. 3
gui. Populus qui habitabit in ea, auferetur ab 4
a ¶Peccatum illius ſtragis. 5
eo iniquitas.

quam illorum ad illud D
opus elangueſcet.
✻ Procopius. Gentes quæ
prius propter idololatriam
claudicabunt. prædam fa- †inhabitator.
cient, ea quæ Dei ſunt, lu-
cratæ, quibus Satana deui-
cto, peccatorum remiſſio-
nem ſunt cōſecutæ, quam
non eſt conſequutus Iſrael.

Cap.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Prædarũ multarum. *Tum quia magna fuit multitudo percuſſorum. ſ. 185. milia quia apportauerant ibi ſpolia quæ in alijs locis Iudææ rapuerant. Tum quia rex Sennacherib, & fugientes cum eo nihil ſecum aſportauerunt, vt velocius fugerent. Et quia ad tale lucrum cucurrerunt homines etiam debiles, ideo ſubditur.*

2 Claudi etiam, &c. *i. illud quod Aſſyrij aliunde rapuerant.*

3 Nec dicet, &c. *i. ex longa infirmitate præcedente non detinebitur, quin cum alijs vadat ad prædam prout poterit.*

4 Populus qui habitauit in ea. *i. in Ieruſalem.*

5 Auferetur ab eo iniqui. *ſ. idololatriæ, quæ ibi viguerat ante tempus Ezechiæ, propter quam ciuitas meruerat ſubuerti: ſed propter bonitatem Ezechiæ qui abſtulit idololatriam, & reduxit populum ad Dei cultum, dicta pœna non fuit inflicta.*

✻ Cap.

## ADDITIO.

*In cap. 33. vbi dicitur in poſtilla: Audite. His conſequenter de-*
B *ſcribitur.*

*Ab hoc loco in quo dicitur: Audite qui longè eſtis: incipit capit. ſecundum Hebræos, & continuatur vſque ibi: Auferetur ab eo iniquitas. Quod quidem capit. propriè videtur exponendum de eiectione Phariſæorum reſpuentium doctrinam Chriſti, & de proſperitate adhærentium Chriſto, & de quibuſdam ad hoc pertinentibus. Dicit enim.* Audite qui longè eſtis. *i. poſt longa tempora.* Quæ *fecerim. Glo. inimicis meis Iudæis. Et cognoſcite vicini. ſ. contemporanei. Fortitudinem meam, in hac vltione.* Conterriti ſunt in Sion peccatores. *In Hebreo habetur.* Timuerunt in Sion peccatores, *quia & vt in Ioan. 11. dicitur.* Timuerunt ne perderent gentē & regnum *ſi Chriſto adhæſiſſent.* Poſſedit tremor hypocritas, ſcilicet *Phariſæos & Scribas, quos frequenter Chriſtus hypocritas nominat, prout in multis locis Euangelij habetur, qui principaliter prædictum timorem habuerunt. Et quia in hoc trepidauerunt timore, vbi non erat timor, quia potius debuiſſent timere offenſam Dei, & pœnas perpetuas quas propter hoc incurrebant, ideo quaſi in perſona eorũ propheta ſubdit dicens:* Quis poterit habitare, &c. *ex uobis cum ardoribus ſempiternis Q. propheta: Magis eſſent timendi ardores gehennæ ſempiternæ, quam bona temporalia perdere per Romanos, præſertim cum ille cui non fictè ſicut Phariſæi. ſed rectè in iuſtitijs ambulat & loquitur veritatem, ſcilicet abſque hypochriſis fictione, ſecurus ab aduerſitatibus periculum quo ad ſpiritualia inducentibus, de quo dicit:* Iſte in excelſis habitabit munimenta ſaxorum, *ſcilicet exempla ſanctorum.* Sublimitas eius. *Ideſt protectio eius apud Deum. Si autem quæratur, in quo reficitur talis antequam habitet in excelſis ſubdit dicens:* Panis ei datus eſt, *ſcilicet panis viuus qui de cælo deſcendit.* Aquæ eius fideles ſunt. *ſcilicet doctrinæ ſpirituales,*
C *iuxta illud Iob. 7. f.* Aquæ viuæ fluent de ventre. *Quæ autem ſit iſta præmiatio huius iuſti de quo loquitur cum dicitur, habitabit in excelſis, ſubdit dicens:* Regem in decore ſuo videbũt oculi tui, *ſcilicet regem Chriſtum in deitate, in qua viſione clara tota merces conſiſtitur ſecundum Aug. vel peracto iudicio oculi eius videbunt regem Chriſtum indutum decore humanitatis aſſumptæ. Et quia hoc maximè longe eſt a ſtatu huius vitæ, ideo ſubdit: Oculi eius cernent terram de longe, ſcilicet terram viuentium: Et ſequitur:* Cor tuum meditabitur timorem. *ſ. admirationis. Quæ quidem admiratio conſurgit ex hoc & illi qui videbantur prudentes, & ſpeculatiui in præſenti ſtatu, non videntur attingere ad cernendam illam terram de longe, & de hoc dicit. Vbi eſt literatus? ideſt, philoſophus ſecundum glo. Vbi eſt verba legis ponderans? ſcilicet, Phariſæus, & Scribæ, qui verba legis potius quam mentem legis ponderabant. vnde Matth. 12. a. & Luc. 13. curare hominem in Sabbatho dicebant illicitum eſſe: Vbi eſt doctor paruulorum? ſcilicet, legiſperitus, qui dicitur doctor paruulorum, eo quòd dicitur ad Gal. 3. d.* Lex pedagogus noſter fuit in Chriſto. *Populum imprudentem, ſcilicet incompoſitum in moribus.* Non videbis. *ſcilicet in illa terra longinque, populum alti ſermonis, ita quòd non poſſis intelligere diſertitudinem linguæ eius, quod ſecundum glo. intelligitur de rethoricis, vt Tullius, cuius facundiam & ſubtilitatem ſermonis ſecundum glo. pauci intelligunt. In quo nulla eſt ſapientia, ſcilicet quantum ad diuina: Quæ omnia ponuntur ad deſignandum, quod doctrina Chriſti non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis ſit, ſed in doctrina & veritate, vt in 1. ad Cor. 2.*

*Conſequenter dicit:* Reſpice Sion. *In quo propheta loquitur peccatoribus, & Phariſæis qui timuerunt Gentem perdere et regnũ*
E *propter adhæſionem Chriſti, oſtendens eis hunc timorem eſſe vanũ, cum eccleſia Chriſto adhærens habet opulentiam, & firmitatem nō obſtātibus aduerſarijs. Et de hoc dicitur:* Reſpice Sion ſcilicet. *O Phariſæe hypocrita.* Reſpice Sion ciuitatem ſolennitatis noſtræ, *ſcilicet eccleſiam militantem.* Oculi tui videbunt Ieruſalem, *ſcilicet huiuſmodi eccleſiam.* Habitationem opulentiã, *ſcilicet in qua nihil deficit de neceſſarijs ad ſalutem.* Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit, &c. *Eccleſia enim militans licet Tabernaculum dicitur, reſpectu triumphantis, non tamen transfertur de loco ad locum ſicut Tabernaculum Iudæorum factum in deſerto: quia immobilis eſt tanquam fundata ſuper firmã petram. Quod intelligitur de Eccleſia ſpirituali præſenti, quæ in fide Chriſti fundata eſt. Et ideo rationem huius immobilitatis ſubdit, dicens: Quia ſolummodo ibi magnificus dominus Deus noſter, ſupple eſt proprium fundamentum. Et quia in hac Eccleſia viget ſana doctrina, plana & patens, ſine aliquo artificio ſeu induſtria humana, ideo ſubdit:* Locus fluuiorum riui latiſſimi, & patentes, non intrabit per eum nauis remigum nec trieris magna tranſgredietur eum, *quia non per artificia magna nec parua huiuſmodi doctrina acquirenda eſt.* Dominus enim noſter Iudex, dominus legifer noſter, &c. *q. d. Totum regimen huius Tabernaculi ſeu Eccleſiæ eſt in Deo, à quo ſperamus ſalutem, &*
F *ideo hoc Tabernaculum eſt intransferibile, quia non per induſtriã humanam, ſed per prouidentiam diuinam regitur.*

*Conſequenter dicit.* Laxati ſunt funiculi tui, ſed non præualebunt, &c. *q. d. O Phariſæe contrarium prædictorum tibi contingit, quia cum magis reſpiceres ad humana ſubſidia, quam ad diuina, funiculi tabernaculi tui ſic laxati ſunt, quod iam non poſſunt vlterius præualere.* Sic erit malus tuus: *Quod intelligitur de templo in quo vela precioſa pendebant, quod deſtructum fuit irreparabiliter per Romanos, & ſpoliatum, de quo dicit:* Tunc diuidentur ſpolia prædarum multarum: *Quæ quidem ſpoliatio deuenit ad tantam facilitatem, quòd etiam infirmi vel debiles ea diriperent, & de hoc dicit:* Claudi diripient rapinam. *Et quia in hac vaſtatione Ieruſalem, & templi per Romanos diſcipuli Chriſti non fuerunt læſi: quia inſpiratione diuina receſſerunt ad terram Aggrippæ, ideo dicitur:* Non dicet vicinus, elangui. *diſcipulos enim Chriſti vocat vicinos illius Ieruſalem materialis. non autem ciues, quia non erant cum eis vniti. Qui quidem diſcipuli non ſolum fuerunt non læſi in illa perſecutione Ieruſalem, ſed indulgentiam peccatorum ibidem conſequuti ſunt: ideo ſubdit:* Paulus qui habitat in ea auferetur ab eo iniquitas. *ſcilicet ex merito paſſionis Chriſti ibidem celebratæ. Et attendendum quod prædicta expoſitio non ſolum eſt propria & vera, ſed magis literalis quam illa quæ continetur in poſtil. Nam hoc quod dicitur in principio huius prophetiæ:* Poſſedit timor hypocritas, *proprius verificatur de Phariſæis qui hoc nomine ſæpe à Chriſto vocantur, & qui pernicioſe timuerunt ne tollerentur ab eis regna per Romanos, quam de Sobna de quo non legitur quòd timuiſſet, nec quod fuiſſet hypocrita. Similiter magis propriè dicitur:* Tabernaculũ quod nequaquam transferri poterit, *de Eccleſia quam de templo Salomonis: quod non poſt multa tempora fuit penitus deſtructum, & ſic de alijs. vt patet intuenti.*

## CAP. XXXIIII.

A a Ccedite. ✱ Procopius. Supra etiam cũ Hieroſolymorũ obſidionẽ vaticinaretur, iudicium adiunxit, quod in omnes gentes futurum eſt, vt facit hoc loco. Cenſent nõnulli Iudaicæ ſynagogæ naufragio, gentiumque vocatione præmiſſis, (multos.n. claudos prædas facturos dixit.) iſtis neceſſariũ qui olim claudicarunt, de Dei in oẽs iudicio cathecheſin inſtituere, & tanquã longè a ſe propter idololatriam remotas gentes, vt accedant, in clamare. Nõ deſunt, qui ideo ad Aſſyrios, quod Hieruſalem ſuis ſe viribus, non cõcedente Deo, expugnaſſe putarent, referri exiſtiment, & ab his ad vniuerſũ iudicii ſermonẽ traduci. Ita.n. & Saluatorem aiũt, in Euangelio poſtquam monuiſſet quæ Hieroſolymis euentura eſſent, ſubiungere de vniuerſo.

## CAP. XXXIIII.

¶ De die iudicij generaliter. a ¶ Gentiles. b ¶ Retributionem iuſtam Iudæis redditam. c ¶ Iudæi.

A Ccedite Gentes, & audite, & populi 1
a ¶ Habitantes in ea.
attendite, audiat terra & plenitudo
a ¶ Idem ſed repetitio confirmatio eſt.
eius, orbis & omne germen eius, quia 2
a ¶ Vindicta. b ¶ Generaliter in iudicio
indignatio domini ſuper omnes Gen-
a ¶ Specialiter.
tes, & furor ſuper † vniuerſam militiã 3
a ¶ Dæmonum. b ¶ Dicens: Ite maledicti in ignem æternum. c ¶ Iuſto iudicio. d ¶ Dæmones. e ¶ Quos diabolus vel mali homines exemplo interfecerunt.
eorum. Interfecit eos, & dedit eos in occiſionem. Interfecti 4
a ¶ In infernum. b ¶ Peccatoribus. c ¶ Peccatorum.
eorum proijcientur, & de cadaueribus eorum aſcendet 5 †
a ¶ Decrescent. b ¶ Tyranni. ¶ Vel angeli, qui ſingulis Gentibus præſidebant. c ¶ Quos occiderunt.
fœtor. Tabeſcent montes à ſanguine eorum, & tabeſcet 6 7
a ¶ Dæmonum aeriorum. b ¶ Virtutes cœlorum mouebuntur & cadent ſtellæ de cœlo. c ¶ Aerij.
omnis militia cœlorum, & cõplicabuntur ſicut liber cęli & 8
a ¶ Dæmonum. ¶ Sub autumno.
omnis militia eorum defluet, ſicut defluit folium de uinea 9
a ¶ Impletus malitia peccantium. ¶ Sanguine interfectorum. b ¶ Aere in quo dæmones habitant. c ¶ Vltio.
& de ficu: quoniam inebriatus eſt in cœlo gladius meus. Ec 10 11
a ¶ Poſt pœnam dæmonum. b ¶ Terrenam militiam. ¶ Idumæus terrænus. c ¶ Interficiendum.
ce ſuper Idumæam deſcendet, & ſuper populum interfe- †
ctionis meæ ad iudiciũ. Gladius ✱ domini repletus eſt ſan- †
a ¶ Peccatis. b ¶ Iniquitate ſuperborum. c ¶ Simplicium. ¶ Subiectorum. d ¶ Principum libidinoſorum. 12
guine, incraſſatus eſt adipe de ſanguine agnorũ & hircorũ, 13
a ¶ Potentiorum ducum. b ¶ Tormenta. 14
de ſanguine medullatorum arietũ. Victima enim domini 15

b *Omnis militia cœlorum*. Sol & luna & ſtellę obſcurari videbuntur, clareſcente vera luce, quæ eſt Chriſtus. Spiritus quoque mali amiſſa poteſtate in inferno recludentur.

c *Et complicabuntur ſicut liber*. Non.ſ. interibunt, ſed poſtquã oĩa peccata aperta fuerint & derelicta, complicabuntur libri, q aperti fuerãt, vt vltra in eis nõ ſcribantur delicta. vnde: *Iudicium ſedit, & aperti ſunt libri. Complicabũtur ſicut liber cœli.* Aer iſte igne inuoluetur, & plicari videbitur ſicut liber. Poſtquam.n. omnia peccata aperta fuerint & relicta cõplicabuntur libri qui fuerant aperti: nihil .n. poſtea ſcribetur in eis. *Hic Daniel: Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.*

✱ Epihanius Quod ad cœlum & terra durent, erunt corpora in terra, qñ verò venerit eis qui cœlũ plicat, & librum & terrã concutit reſurgent mortui.

b *Omnis* ☞ *In Boſra*

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XXXIIII.

✱ 1 A Ccedite Gentes. *Hic propheta comminatur Idumæis qui fuerunt contrarij Iudæis, cum tamen debuiſſent eos iuuare, eo quòd a duobus gemellis fratribus deſcenderent, ſ. Eſau & Iacob.* Diuiſio. *Primò tamen propheta comminatur omnibus exiſtentib. in circuitu regni Babylonis generaliter Secundo Idumæis ſpecialiter. ibi:* Ecce ſuper Idumæam. *Circa primum dicit:* Accedite Gentes, &c. *& per hoc, inſinuat, quòd vult dicere magna, ideo ſubdit.*

2 Quia indignatio, &c. *quas ſcilicet rex Babylonis virtute armorum ſibi ſubiecit, quæ fuerunt multæ valde, ſecundum quòd diffuſius exprimitur Iere. 25.*

3 Et furor. *quia non potuerunt ſibi reſiſtere virtute armorum: & bene ponitur hic indigatio domini, quia Nabuchodonoſor non fecit illas victorias virtute propria, ſed inquãtum erat flagellum Dei ad puniendum peccata illius temporis.*

4 Interfecit eos. *ideſt interficiet, loquendo de futuro per modum præteriti.*

5 Interfecti eorum proijci. *beſtijs & auibus inſepulti.*

6 Et tabeſcent montes, &c. *per hoc deſignatur multitudo interficiendorum.*

7 Et tabeſcet oĩs militia cęlorum. *ꝙ exponit Ra. Sa. de angelis pręfectis ad cuſtodiam dictarum Gentium quos dicit ſimul puniri & contriſtari cum Gentibus quibus præſunt: quod eſt erroneũ: Illi enim ſunt angeli beati, & ideo non poteſt eis aliquid contingere quod ſit contrarium voluntati ipſorum: & ideo in nullo triſtantur, nec grauantur de punitione temporali ſeu æterna Gentium quas cuſtodiunt: quia talia procedunt ſecundum ordinem diuinæ iuſtitię, cui per oĩa ſimpliciter et aſſentiunt: & ideo aliqui expoſitores hoc exponunt de dæmonibus. Sed non videtur rationabiliter dictum, quia de talibus occaſionibus non triſtantur, ſed magis delectantur, ideo per militiam cæli ſol & luna & alia aſtra notabilia intelliguntur, quæ frequenter in ſacra ſcriptura militia cæli dicuntur. Huiuſmodi verò aſtra multi Gentiles antiquitus colebant ſicut deos: & ideo metaphoricè dicuntur tabeſcere in deſtructione Gentium ea adorantium, eo quòd apparet manifeſtè, quod non poterant eas ſaluare.*

8 Et complicabuntur quaſi liber cœli. *In libro enim plicato quæque ſcripta ſunt non poſſunt legi: & eodem modo dicitur hic quòd Gentiles ex conſtellationibus futura prænoſticantes non poterant ibi videre infortunia ſcuperuentura per Nabuchodonoſor.*

9 Et omnis militia eorum defluet. *ideſt influentia ſtellarum eis non proficiet.*

10 Quoniam inebriatus eſt in cœlo gladius meus, *i. gladius vindictæ meæ ex ordinatione cæleſti ſeu diuina extentus eſt ad ad afflictionẽ Gentium, & effuſionem multi ſanguinis eorum.*

11 Ecce ſuper Idumæam aſcen. *Hic conſequenter propheta inuehitur contra Idumæos ſpecialiter. Et diuiditur in tres partes, quia primo comminatur eis hominum occiſionem. Secundò terrę deſtructionem, ibi: Et conuertentur: & tertiò ponit vtriuſque dicti confirmationem, ibi: Requirite diligenter. Circa primum dicit in perſona domini:* Ecce ſuper Idumæam. *& patet litera vſque ibi.*

12 De ſanguine agn. *i. minorum.* 13 Et hirc. *i. mediocrum.*

14 De ſanguine medullat. arie. *maiorũ in potẽtia et diuitijs.*

15 Victim. enim do. *i. interfectio peccatorum ex ſñia domini.*

✱ In Boſra

## MORALITER.

† 1 *Accedite Gentes*. Hic ad literam deſcribitur perſecutio generalis aliarum gentium per regem Babylonis quæ cõfuſio interpretatur. ideo per ipſum diabolus ſignatur, qui eſt rex inferni, vbi nullus eſt ordo, ſed ſumma confuſio. Ipſe vero perſequitur generaliter genus humanum cum potentia, nequitia, & aſtutia, propter quod ſolliciti debemus eſſe de bona reſiſtentia, ideo dicitur: *Accedite Gentes*. ſ. ad reſiſtendum impugnationi dæmonum.

2 *Quia indignatio, &c.* Dicitur autem dominus Gentibus indignari, inquantum permittit homines a dæmonibus grauiter tentari.

3 *Et furor, &c.* Ideſt ſuper magis perfectos, quos Deus aliquando permittit tentari grauius: & patet in negatione Petri.

5 *Interfecti, &c.* peccato mortali.

† *Proijcien.* in foueam inferni.

6 *Tabeſcent montes, &c.* quia & religioſi qui per montes ſignantur dolent de damnatione hominum.

8 *Et complicabuntur, &c.* i. viri perfecti, quorum conuerſatio in cœlis eſt. Qui dicuntur hic complicari ex timore propriæ fragilitatis & diuinæ ſeueritatis.

11 *Ecce ſuper Idumæam*. Hic ponitur perſecutio ſpecialis Idumæę quæ ſanguinea interpretatur, & ſic dicitur: *Ecce ſuper Idumæam deſcendet*. ſcilicet: ira Dei inquantum permittit eam peccatis enormibus maculari.

† *Et ſuper populum, &c.* i. ſuper clerum qui dicitur populus interfectionis.

† *Ad iudicium.* quia iuſto Dei iudicio ſic permittitur ſpiritualiter iugulari, & ſic iuſtius puniẽtur, vnde ſubditur.

† *Gladius domini, &c.* Per ſanguinem ſignantur peccata iracundiæ, inuidiæ, & huiuſmodi. Per adipem verò peccata

*Proijcien.* †

a *In Boſra.* In ciuitate mundi contra Deũ munita. Boſra enim † munita vel ex Deo. Mundus.n.voluntate domini firmatur. Vnde. *Ipſe ſuper maria fun.eum. Et ego confirmaui columnas eius.* Boſram & Edom, Hebræorum magiſtri Romam volunt intelligi, & omnia de ipſa dici quæ ſequenti cõtinẽtur capitulo.

b *Quia dies vltionis domini annus retributionis.* Poſt generalẽ mũdi vltionem, ad Ieruſalẽ reuertitur, cui primũ loquebatur, & deſtructionẽ eius plano ſermone deſcribit, quæ facta eſt a Romanis.

c *Et cõuertentur torrentes eius in picem.* Hyperbólice, ſæuitiam Romanorũ & prouinciæ & ciuitatis & templi ſignificat incendium.

d *Et Hericius.* Gregorius. Per Hericiũ impuræ mentis ſeſeque callide defendẽtis duplicitas deſignatur. Hericius cũ apprehenditur, caput & pedes conſpiciuntur, ſed apprehenſus in ſpheram colligitur. Caput cernitur & pedes, cum quo initio peccator ad culpam venerit, vel quibus veſtigijs culpa perpetrata ſit, cognoſcitur. Sed addductis excuſationibus, & initia iniquitatis, & veſtigia abſcondũtur, cũ is qui corrigit cuncta quę prius nouerat amittẽs tergiuerſatione prauæ defenſionis inuolutũ intra cõſcientiam peccatorẽ † cõperit. Malicioſe n mẽtis duplicitas ſeſe intra ſe colligens, abſconditur in tenebris defenſionis.

e *Ibis.* Auis aquatica ſerpentibus inimica: Has aues dicit Ioſephus a Moyſe delatas in bellũ contra Aethiopes: quia ſerpentes abundant in terra illa: per q̃ aditus erat.

f *Nobiles eius.* Apoſtoli enim iam tranſierant ad Gentes: Alij fideles admonitione Spiritusſancti, imminente captiuitate tranſierunt Iordanem in regnum Agrippę qui pacem habebat cum Romanis.

g *Spinæ & vrticæ et Paliurus in munitionibus.* Moraliter. Gregorius. Quid per ſpinas, niſi punitiones vitiorum? Quid per vrticas, niſi peccatorum prurigines? In domibus Babylonis ſpinæ & vrticæ pullulant: quia in confuſione mentis reprobæ, & deſideria cogitationũ ſurgunt quę exaſperãt, & peccata operum quæ pungunt. Paliurus tanta ſpinarum circundatione denſeſcit, vt pro aſperitate vix tangi poſſit. Intus vrtica & ſpina naſcitur, ſed vtrunque exterius per paliurum munitur, quia minores iniqui mala quælibet faciunt, ſi ea nequiſſimi maiores tuentur.

h *Et erit.* Greg. in Mora. Contra peruerſam mẽtem ſub Iudææ

[Margin: 1a. — ſt-ali. tiad- 14 ats. — b e- cait. — topetit. Ibis. Ioſephus c.7. — Lib. 33. mor. cap. 5. — † vlula. — Lib. 8. moral. cap. 15.]

a ¶Quis eſt iſte qui venit de Edom tin.ve.de Boſra. b ¶Mundos, ſanguineo vel terreno. Edom namque ſanguineus vel terrenus. c ¶In infernum.

in Boſra, & interfectio magna in terra Edom. Et deſcen- 1

a ¶Monarchiam mundi obtinentes ſicut Nero. b ¶Principes alij.

dent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus. Inebria- 2 3

a ¶Infernus. b ¶Malitia. c ¶Idem. d ¶Superbia.

bitur terra eorum ſanguine, & humus eorum adipe pin- 4

a ¶Veniet. b Sanguinis Chriſti. c ¶Tempus prædicationis Chriſti contempti à Iudæis, quod in iudicio retribuet eis, & in tempore captiuitatis.

guium. Quia dies vltionis domini annus retributionis iu- 5

dicij Sion. Et conuertentur torrentes eius in picem, & hu- 6

mus eius in ſulphur, & erit terra eius in picem ardentem, 7 8

¶Aſſidue.

nocte & die non extinguetur in ſempiternum. Aſcendet 9

a ¶Signum & memoria illius incendij. ¶A Iudæis.

fumus eius à generatione in generationem, deſolabitur in

a ¶Decreuerunt Romani vt nemo Iudæorum reuerteretur ad terram natiuitatis ſuæ. b ¶Iudæus libere ſicut ante.

ſęcula ſæculorum, non erit tranſiens per eam, & poſſide- 10 11

¶Iudæam. ¶Solitarius.

bunt illam † Onocrotalus, & Hericius & † ibis, & coruus ha 12 13

a ¶Vbi templum prius & ſedes regia. b ¶Pœnæ ſecundum menſuram culpæ.

bitabunt in ea. Et extendetur ſuper eam menſura, ut redi- 14 †

a ¶Diuinæ iuſtitiæ quæ non poteſt immutari ¶Cementarij regula.

gatur ad nihilũ, & perpendiculũ in deſolationẽ. Nobiles 15 †

a ¶Chriſtum. ¶Cœli. b ¶Scribæ, & Phariſæi, & Sacerdotes.

eius † nõ erũt ibi, regem potius inuocabũt, & oẽs principes 16 †

a ¶Quondam ornatiſſimis. b ¶Pro diuitijs.

eius erũt in nihilũ. Et orietur in domibus eius ſpinæ, & ur 17 18

a ¶In templo, in domo regia. b ¶Ibi. c ¶Signa extremæ ſolitudinis.

ticæ, & Paliurus ĩ munitionib. eius, & erit cubile draconũ, † 19

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In Boſra. *De hac enim ciuitate fuit Iobab rex Edom, Gen. 36*

2 Et deſcendent vnicornes. *Ideſt ſuperbi & ceruicoſi.*

3 Et tauri cum potentibus. *Ideſt indomiti.*

4 Inebriabitur terra eorum ſanguine. *In hoc notatur magnitudo effuſionis ſanguinis humani cuius cauſa ſubditur cũ dicitur.*

5 Quia dies vltionis domini. *Sic enim fuerunt puniti Idumæi, eo quòd fuerunt moleſti & aduerſarij Iudæis, quorum ciuitas Metropolis fuit Ieruſalem in qua erat mons Sion:*

6 Et conuertentur. *Hic conſequenter propheta comminatur eis terræ deſtructionem cum dicitur.* Et conuertentur torrentes eius in picem. *i. in corruptionem et amaritudinem ex multitudine ſanguinis ibidem decurrentis, & cadauerum ibidem proiectorum.*

7 Et humus eius in ſulphur. *hoc eſt in fœtorem ex cadaueribus exhalantem.*

8 Et erit terram eius in picem ardentem nocte & die. *quia habitacula illius terræ fuerũt combuſta ab aduerſarijs ita faciliter, ac ſi eſſent linita pice.*

9 Non extinguetur *opere humano: Ignis.n. ille non fuit extinctus ab incolis qui erant pro maiori parte interfecti & reſidui fugitiui vel capti, nec ab aduerſarijs qui ignem accenderant, ſed ſolum ceſſauit per defectus materiæ combuſtibilis. Vel poteſt dici, quòd in aliqua parte illius terræ in ſignũ diuinæ vindictę apparuit ignis exiens de venis ſulphureis terræ qui adhuc perſeuerat ſicut eſt in Sicilia in monte Aethna, ideo ſubditur:* Aſcendet fumus eius.

10 Non erit tranſiens per eam. *quia euacuabitur ab incolis.*

11 Et poſſidebit eam Onocrotalus. *auis eſt immunda: Et dicitur ab onos quod eſt aſinus, eo quòd habeat faciem aliquo modo ſimilem aſino, vt habetur in libro: qui dicitur catholicon. Hebræi tamen dicunt hic Noctua, quæ eſt auis volans de nocte.*

12 Et Hericius. *animal eſt paruum ſpinoſum.*

13 Et ibis. *i. Ciconia: Hebræi dicunt monedula: per iſta deſignatur vaſtatio terræ, quia iſta habitant in locis deſertis.*

14 Et extendetur ſuper eam menſuram. *i. deſtructio erit, & vaſtatio ſecundum menſuram peccatorum, ideo ſequitur.*

15 Nobiles eius non erunt ibi. *Quia erunt interfecti vel capti, ideo ſubditur.*

16 Regem potius inuocabũt, & omnes principes eius erunt in nihilum. *Ideſt, regem Babylonis cui erunt ſubiecti inuocabunt, vt eorum miſereatur, quia tamen non inuenient apud eum miſericordiam ſubditur:* Et erunt, &c.

17 Et orientur in domibus eius. *ruinoſis & derelictis.*

18 Spinæ & vrticæ, & Paliurus in munitionibus eius. *Carduus eſt ſpinoſus, cum quo parantur panni.*

19 Et erit cubile draconum. *Per omnia iſta intelligitur quod terra ad ſolitudinem redigetur.*

[Margin: Onocrotalus.]

✻ Et occur-

## MORALITER.

cata carnalis concupiſcentiæ, quæ vigent in clericis & in obſtinatis, qui punientur pœna Gehennæ.

2 *Et deſcendent vnicornes cum eis.* Per vnicornes & tauros ſignantur dæmones cum eis puniendi.

4 *Inebriabitur terra eorum ſanguine.* Per terram intelliguntur laici terrenis actibus implicati, qui peccatis inficiuntur clericorum dicentes: Quare non faceremus, quia clerici, & religioſi talia faciunt, qui ſunt doctores noſtri?

6 *Et conuertentur torrentem eius in picem.* i. doctrinæ eccleſiæ in contemptum & vtilitatem. Greg. Hom. 37. Cuius vita deſpicitur: reſtat vt eius prædicatio contemnatur.

7 *Et humus, &c.* i. corpus quod de humore poſt eius reſurrectionem ardebit igne gehennę fœtido & æterno.

10 *Non erit tranſiens.* quia nullus euadere poterit de gehenna.

11 *Et poſſidebunt eum Onocrotalus.* per hæc animalia ſignantur diuerſa dæmonia.

14 *Et extendetur, &c.* ſcilicet diuinæ iuſtitiæ.

† *In deſolationẽ.* ſ. finalẽ & cõſummatã. ſicut per oppoſitũ gloria ſanctorum eſt gratia conſummata, ideo ſubditur.

15 *Nobiles eius.* ideſt virtuoſi de eccleſia.

† *Non erunt ibi.* ſed in gloria cœleſti.

16 *Regem potius inuocabunt.* i. Deum continuè laudabunt.

† *Et omnes prin. &c.* i. oẽs in eccleſia ſuperbè dominantes:

† *In nihilum.* ideſt totaliter deiecti.

17 *Et orientur in domibus eius ſpi.* per quæ deſignantur diuerſæ pœnæ quę ſunt in gehenna.

19 *Et erit cubile draco.* i. dæmonum diuerſorũ. Et qm̃ hæc

10 Non † ſcriptæ

Iudææ ſpecie dicitur. *Erit*
A *cubile draco.* Quid per draco
nes niſi malitia? Quid ve-
rò Struthionis nomine, ni-
ſi hypocriſis deſignatur?
Struthio namque ſpeciem
volandi habet: quia & hy-
pocriſis cunctis intuentib.
imaginem de ſe ſanctitatis
inſinuat, ſed vitam ſanctita
tis ignorat. In peruerſa er-
go mente draco cubat, &
Struthio paſcitur, quia &
b latens malitia callidè tegi-
tur, & intuentium oculis
ſimulatio bonitatis ante-
fertur. Quid vero onocen-
tauri nomine niſi & lubri-
ca vita ſignatur & elati?
Græco quippe eloquio
ὄνος dicitur aſinus & appel-
B latione aſini, luxuria deſi-
gnatur. Onocentauri ergo
ſubiecti ſunt luxuriæ & vi-
tijs. Inde ceruicem erigũt,
vnde humiliari debuerũt.
Vnde bene ſubiungitur: *Et*
*piloſus clamabit alter ad alterũ.*
Qui alij piloſi nomine figu
rantur niſi hi quos græci
πιλάνος latini verò incubos
vocãt? Quorum nimirum forma ab humana effigie inci
pitur, ſed beſtiali extremitate terminatur. Piloſi ergo no-
mine cuiuslibet aſperitas deſignatur: quę & ſi quando ab
obtentu rationis incipitur, ſemper tamen ad irrationabi
les motus tendit. Quaſi homo in beſtiam deſinit cum
culpam

† manſio.

† os ipſius mãdauit.

Onocentaurus.

a ¶Inuicem. b ¶Monſtra dæmonum.
& † paſcua ſtruthionum, & occurrent † dæmo- 1
a ¶Ex aſino per quem ſtulti & libidinoſi, & tauro per quem notantur ſuperbi his dæmones occurrunt, ſuggerendo, adiuuando. b ¶Secundum aliquos ſimea ſecundum alios ſylueſtres, homines, vel incubones.
nia onocentaurus, & piloſus clamabit alter ad 2
Cætera habet fœminea pedes æquinos.
alterum. Ibi cubauit Lamia, & inuenit ſibi re- 3
a ¶Spinoſus.
quiem. Ibi habuit foueam Hericius, & enu-
triuit catulos, & circunfodit & fodit in vmbra
a ¶Auis rapax. b ¶Clamauit
eius. Illud congregati ſunt milui alter ad alte-
a ¶O venturi b ¶Hoc ſcilicet quem a domino didicit. 4
rum. Requirite diligenter in libro domini, & 5
a ¶Monſtris. b ¶Par parem, quia dominus adduxit vtrumque. 6
legite, vnum ex eis non defuit, † alter alterum 7
a ¶Audiam quid loquatur dominus Deus. 8
non quæſiuit, quia † quod ex ore meo proce- 9
a ¶Chriſtus. 10
dit ille mandauit, & ſpiritus eius ipſe congre- 11
a ¶Monſtra. b Quis ibi maneret. ¶Quaſi: Eius decreto omnia complebuntur & ordinem ſuum non relinquent. c ¶Potentia. 12
gauit ea, & ipſe miſit eis ſortem, & manus e- 13 14
a ¶Poſſeſſionis. 15
ius diuiſit eam illis in menſuram, vſque in æter
a ¶Non monſtra, ſed eorum ſignificata.
num poſſidebunt eam, in generatione & gene-
a ¶Omnes beſtiales monſtruoſi.
rationem habitabunt in ea.

culpam per imaginem ra
D tionis inchoans, vſque ad
irrationabilem effectum
trahit. Piloſus alter ad alte
rum clamat, cum perpe-
trandã malitiã prouocat.
a *Ibi cubauit Lamia.* ✠ Gre
gorius. Per lamiam hypo
critæ deſignantur. Lamia
enim humanam dr̃ habe
re faciem, corpus autem
beſtiale: hic & omnes hy-
pocritæ, in prima facie
quod oſtendunt, quaſi ex
ratione ſanctitatis eſt, ſed
beſtiale eſt corpus quod
ſequitur, quia valde ini-
qua ſunt quæ ſub boni
ſpecie moliuntur.
b. *Illuc.* Expulſo populo
Iudęorum, ſub beſtiarum
& portentorũ nominib.
idololatras, & ſuperſtitio-
ſos in Ieruſalem habitato
res ſignificat: & hos ono
cratalos, Hericios † ibim
& coruum, dracones &
ſtruthiones onocentau-
roſque, & dæmonia la-
miam appellat, quã qui-
dam Hebræorum furiam
ſuſpicantur. Et reuera ſi conſideremus de diuerſis Genti-
bus adductas Ieruſalem colonias, & ſecundum ritum
prouinciarum ſuarum ſingulas prouincias familiaſque
propriorum dæmonum coluiſſe portenta. Hęc omnia
habitaſſe firmabimus in Ieruſalem.

† beſtiis ... Lib. cap. Tro. † vr quęcto deſu E † ibi

Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et occurrent dæmonia onocentaurus. *Secundum expoſitores noſtros dicuntur hic dæmonia dæmones incubi vel homines ſylueſtres: Onocentauri autem animalia monſtruoſa in parte ſuperiori*
C *ſimilitudinem hominis habentia, in inferiori aſini: ideo dicitur ab onos quod eſt aſinus: Hebræi ſic dicunt: Et occurrent Martine cattis ſilueſtribus: Et dicuntur Martine apud eos animalia ſimilitudinem habentia cum ſimijs, ſunt tamen caudata.*

2 Et piloſus clamabit alter ad alterum. *i. vlulabit: Et dicuntur hic piloſi ſecundum Hebræos animalia ferociora & piloſa, ſicut lupi & huiuſmodi.*

Lamia.

3 Ibi cubauit lamia & inuenit ſibi requiem. *eſt animal monſtruoſum habens in ſuperiori parte ſimilitudinem mulieris, & in inferiori pedes equinos. Cætera patent ex dictis.*

4 Requirite diligenter in libro domini. *Hic conſequenter ponitur prædictorum confirmatio, cum dicitur.* Requirite diligẽter in libro domini. *i. in hoc libro Iſaiæ qui ſcripſit ipſum Spirituſancto dictante, prout dictum fuit in principio huius libri.*

5 Et legite. *ſcilicet futuris temporibus, & inuenietis quod.*

6 Vnum ex eis. *quæ prædixi ventura ſupra Edom.*

7 Non defuit. *quin ſit adimpletum.*

8 Alter alterum non quæſiuit. *hoc eſt, dictum hoc non contigit ex caſu nec ex humana induſtria, ſed ex ordinatione diuina, ideo ſubditur.*

9 Quia quod ex ore meo procedit. *prophetando.*

10 Ille. *ſcilicet Deus.*

11 Mandauit. *mihi inſpirando.*

12 Et ſpiritus eius ipſe congregauit ea. *ſcilicet animalia monſtruoſa prædicta.*

13 Et ipſe miſit eis ſortem. *ſcilicet ad locum habitandum.*

14 Et manus eius diuiſit eam illis in menſuram. *id eſt ſingulis ſecundum ſuæ naturæ conuenientiam.*

15 Vſque in æternum poſſidebunt eam. *In Hebræo habetur:* Vſque in ſeculum, *quod propriè ſignificat tempus. 50. annorum. Aliquando tamen accipitur in ſcriptura pro maiori parte, aliquando pro minori: vnde non accipitur hic pro duratione perpetua, quia Idumæa poſt deſtructionem dictam per Nabuchodonoſor fuit poſtea habitata ab hominibus & prædicta animalia inde eiecta.*

F

✱ Cap.

MORALITER.

† ſcripta ſunt in nouo ac veteri teſtamento, ſubditur.

4 *Requirite diligenter.* vt per bonam conſiderationem iſtorum poſſitis pœnam euadere tormentorum.

MORA-

ADDITIO.

*In cap.* 34. Accedite gentes.

*Iſtud cap. (in quo propheta inuitat omnes Gentes ad audiendum, & indignationem domini ſuper omnes Gentes comminatur, & conſequenter reſtringit ſe ad Idumæam tantum, de cuius vaſtatione plura & principalia quæ in hoc cap. continentur, denuntiantur) ſecundum poſtil. in poſtilla ſua principaliter exponitur de Idumæis ab Eſau deſcendentibus, eo ꝙ fuerunt contrarij Iudæis, cum tamen debuiſſent eos iuuare, eo quòd a duobus gemellis fratribus deſcenderant, prout in poſtilla largius continetur, quòd non videtur rationabiliter dictũ. Tum quia per præambulum huius prophetiæ datur intelligi, quòd indignatio Dei de qua hic agitur, ſit maxima reſpectu prædictarum quę in prophetijs præcedentibus fuerunt tradita. Dicit enim.* Accedite gentes, &c. Audiat terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & omne germen eius. *Quę verba quę tam maximam attentionem denunciant, & totum orbem terrarum ad audiendum excitant, non leguntur in alijs prophetijs Iſaiæ, in quibus de deſtructione Babyloniorum Aſſyriorum & Aegyptiorum & aliorum agit. Ex quo videtur, quod in hoc c. de acerbiori & duriori indignatione Dei tractet. Tum quia fraternitas gemella Eſau & Iacob, quam allegat ad hoc, quod debuiſſent Idumæi adiuuare Iudæos, nunquam fuit cauſatiua amicitię, ſed potius cauſauit inter eos magnam inimicitiam tam in ſuis primordijs, vt patet, Geneſis 25. cap. vbi de ipſis gemellis in vtero exeuntibus dicitur.* Collidebantur in vtero eius paruuli, *quam inproceſſu in ſuis poſteris. vnde Exod. 17. Primus aduerſarius qui exiuit obuiam populo Iſrael ad pugnandum cum eis, cum exirent de Aegypto, fuit Amalech filius Eliphaz primogeniti Eſau: vnde, ſecundo Regum octauo. b. dicitur de Dauid:* Poſuit in Idumæa cuſtodes, ſtatuitque præſidium, & facta eſt vniuerſa Idumæa

A Idumæa ſeruiens Dauid: *Ex quo patet, quod iſtæ duæ Gentes Iſrael, ſcilicet & Idumæa nõ habebãt ſe ad inuicẽ, vt fratres, ſed potius vt aduerſarij, prout fuit prophetatum de eis, Gen. vbi ſupra.* Duo populi ex ventre tuo diuidentur, populuſq; populũ ſuperabit. *Non ergo ex tali fraternitate videtur ſequi, quod Idumæi tam acerbiſſimè debuiſſent puniri, eò quod non adiuuiſſent Iſraelem.*

*Vnde aliqui expoſitores noſtri hoc cap. vidẽtur exponere principaliter de finali iudicio, in quo oẽs reprobi punientur ex omnibus nationibus. Et licet huic expoſitioni plurima, quæ in hoc cap. cõtinentur concordẽt tamẽ non conſonat ei hoc quod dicitur infra Regẽ potius inuocabunt, cum in iudicio, nec poſt iudicium non ſit aliud regnũ, niſi regnũ Chriſti, quẽ non poſſunt inuocare damnati, in quibus malignitas odij ſemper permanet, vt in 4. ſententiarũ diſt. 47.*

*Rab. Sal. verò, & cõmuniter omnes Hebræorũ expoſitores, hoc cap. exponunt de Romano imperio, ſeu regno. Vnde glo. noſtra per Boſra, & Edõ, Hebræorũ magiſtri Romã volunt intelligi, & omniã de ipſa dici quæ continentur in ſeq. cap. Hec gl. Circa quã attendẽdũ, quòd per Romã intelligunt eccleſiã Romanã, cuius caput in terris eſt Roma, quã dicunt eſſe deſtruendã per Meſſiã ab eis expectatum. Quod quidem regnum Eccleſiæ dicunt eſſe præfiguratum per* B *quartam beſtiam, Dan. 4. cap. quæ deſtruenda eſt per vnum regnum incorruptibile à Deo ſuſcitandum, prout ibidem habetur, in qua ex poſitione duo falſa præſupponunt. Primum, ſcilicet quòd regnum Chriſti, ſeu eccleſiæ ſit figuratũ per quartam beſtiam in viſione Danielis contentam. Quòd eſt manifeſtè falſum, prout plenè fuit expoſitum in additione ſuper Dan. cap. ſupradicto. Secundum præſupponunt, quòd populus Chriſtianus eſt Idumæus, & ſic tenent in omnibus ſuis libris tam Thalmudicis. quàm alijs, vnde in hoc cap. Ra. Caubi. ſic dicit, quòd regnum Romanum, & omnes qui tenent legẽ Nazareni pro maiori parte ſunt Idumæi, licet eis fuerunt aliquæ nationes admixtæ. Similiter dicit, quòd Cæſar, & omnes Reges, qui fuerunt ante eum in Roma ſunt Idumæi. Ad quod probandum nihil allegat, ſed ſolum ſuam fabuloſam narrationem præſupponit tanquam veram: cuius falſitas tamen eſt manifeſtiſſima. Chriſtiani enim ſi dicantur deſcendere ſecundum fidem, tunc principaliter deſcendunt à Chriſto, cuius fidem, & denominationem tenent qui de Dauid, & per conſequens de Iacob deſcendit, non autem de Eſau. Si autem loquentur de deſcenſu ſecundum carnem, tunc de omnibus nationibus ſunt indifferenter, vnde Petrus Apoſtolus. Act. 10. e.* In veritate comperi, quòd non eſt acceptor perſonarum Deus, ſed in omni gente, &c. *Paulus etiam ad Rom. 10. Inquit,* Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci. *Dicere ergo quòd per Idumæam intelligatur Chriſtianitas, ſeu Eccleſia Romana, non ſolũ non habet fundamentum, ſed etiam manifeſtè eſt falſum.*

*Et notandum quod in hoc loco, ſicut in aliquibus alijs verificatur de eis illud Pſalmiſtæ:* Gladius eorũ intret in corda ipſorũ: *Nã ſi benè conſiderentur ſcripturæ, Idumæa in hoc loco, & in alijs ſimilibus, ſignificat ad literã Synagogã Iudæorũ, quæ per peccatũ negationis, & occiſionis Chriſti facta eſt eccleſiæ Dei inimica: ſicut Idumæa ab Eſau deſcendens, aduerſatrix fuit ipſi Ieruſalem.*

*Ad cuius declarationem oſtendendum eſt quomodo Idumea, quãdoque ſub metaphora literaliter ſignificet prædictam Synagogam Iudæorum. Secundò, qualiter litera huius cap. applicetur Idumeæ in hoc ſenſu ſumptæ. Circa primùm ſciendum, quòd ſecundum Iſidorum. 7. Ety. Eſau primogenita ſua propter eſcam fratri ſuo maiori vendidit, ac poſtmodum paterna benedictione ſibi promiſſa priuatus eſt: ſignat eundem populum Iſraeliticum, qui à Deo, vt Exod. narrat liber, primogenitus filius nuncupatus eſt: Qui etiam propter præſentis ſeculi lucra non ſolum primatus ſui honorem amiſit, verumetiam, & regni cœleſtis præmium præparatum adipiſci non meruit Domino exprobrante cum dicitur:* Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti, facienti voluntatem eius. *Hæc ille. Ex quo per locum ab oppoſitis per quem, ſicut propoſitũ de propoſito, ſic & oppoſitum de oppoſito verificatur, quòd ſicut primogenitura, & benedictio Eſau primogeniti ſecundum carnem tranſiuit in Iacob minorem, ſic primogenitura, & benedictio Synagogæ Sathanæ primogeniti ſecundum carnem, tranſiuit in eccleſiam ætate minorem: & ſic in Iſraelicam dignitatem gentium tranſiuit plenitudo, intantum quòd Gentes, veram fidem ipſius Iacob recipiẽtes populus Iſraelis dicantur, vnde infra 44. a. de Gentili ad fidem accedenti legitur:* Et in nomine Iſraelis aſſimilabitur. *Sic eadem ratione deſcendentes à Iacob ſecundum carnem, & ab eius fide recedentes, ſicut eſt Synagoga Iudæorum Chriſtum negãtium, & crucifigentium, in abiectionem tranſeunt Idumeticam: vnde, & nomen Idumææ ſibi vendicauerunt, quæ ab exordio fuit Iſraeli inimica, & ideo Apoc. 2. c. de ipſis dicitur:* Qui dicunt ſe Iudęos & non ſunt, ſed ſunt Synagoga Sathanæ.

*Et notandum, quòd exordium huius diſtinctionis ſcilicet Synagogę, & eccleſiæ propriè figuratur in exordio horum duorum fratrũ ſcilicet Eſau, & Iacob Gen. 25. Si diligẽter attẽdatur: omnia enim horum fratrum geſta principaliter fuerunt figuratiua, vt ibidem in additione dictum fuit. Sicut enim ibidem collidebant in vtero paruuli, ſic hic in vtero materno, ſcilicet in gremio ſacræ ſcripturæ,* D *quæ eſt mater vtriuſq; cũ ex ipſa ſcriptura ſacra materiã vitæ ſpiritualis ſumit. In quo quidẽ vtero tã Synagoga, quã eccleſ. cõtinuè colliduntur, repugnantes ſibi inuicẽ in eius intellectu. Sicut etiã primò egreſſus eſt Eſau, ſecũdò verò Iacob, ſic & hic Synagoga patrũ ſcilicet antiqui teſtamẽti primò egreſſa eſt. Cõſequẽter verò eccleſia Chriſti, ſcilicet noui teſtamenti. Sicut etiã ibi Iacob egrediens, plãtã fratris tenebat manu, ſic Eccleſia in primo ſuo exordio quæ incepit à paſſione Chriſti, quodãmodo ritum Synagogę tenebat in obſeruãtijs legalibus. Nã à tẽpore paſſionis Chriſti vſq; ad diuulgationẽ Euangelij ſecundũ Aug. licet legalia mortua erant, nõ tamẽ mortifera. Vnde, & Paulus circũcidit Timoth. Sicut autẽ ibi poſt egreſſũ totaliter ſunt diuiſi, vnde dicit:* Duo populi ex ventre tuo diuidentur: *Sic, & hic Eccleſia, & Synagoga omnino ſunt diuiſæ in fide, & moribus. Sicut etiã ibidẽ dicitur populus populũ ſuperabit, & maior minori ſeruiet: ſic Synagoga, quæ eſt maior natu eccleſiæ; quæ minor eſt natu ſeruit. Ex quibus patet intentũ, ſcilicet quod ſicut vniuerſalis eccleſia Gentiũ vnitate fidei Chriſti adunata, verè, & propriè dicitur Iſrael, & domus Iacob (de qua Angelus ad virginẽ:* Regnabit in domo Iacob in æternum. *Luc. 1. c.) ſic & Synagoga Sathanę, ſcilicet Iudæorum quæ domui Iacob, ſcilicet veræ eccleſiæ eſt inimica, Idumea dici debet.*

*Item ad hanc veritatem confirmandam facit quoddam valde notabile, quod habetur ex codicibus eorum valde autenticis. Tradũt enim, & firmiter credunt, quod doctrina Thalmudica nefanda eorũ* E *fuit data Moyſi à Deo in monte Synai oretenus. Quę quidem doctrina falſa, & Phariſaica redacta fuit in ſcriptis per quendam qui dicitur apud eos Ra. Iudanaſci, qui totam illam doctrinam accepit à quodam qui dicebatur Ra. Mayr. à cuius auctoritate dependet illa doctrina: ſed conſtat per eos quod Ra. Mayr. ille qui fuit principalis autor erat Idumeus natione, & recepit fidem, & ritum Iudeorum per tempus poſt paſſionẽ Chriſti: vnde & proſelytus Idumęus apud eos dicitur, quę omnia habentur in diuerſis locis in Thalmud & epilogantur per ordinem in ſumma Rabbi Moyſi Aegyptij: quę apud eos eſt ſolemniſſima in prologo ſuo vbi agit de autoritate Thalmudicę doctrinę.*

*Ex quo patet, quod ſicut eccleſia Chriſti dicitur eccleſia Apoſtolica, eo quod doctrinam Euangelicę legis recepit à Chriſto mediantibus Apoſtolis ſic Synagoga Iudęorum, qui doctrinam Thalmudicã habent pro lege, dicenda eſt Idumeica, eo quod recepit doctrinam illam mediante illo Rabbi Mayr Idumęo: & ſic habetur primum intentum.*

*Circa ſecundum dicitur in litera.* Accedite gentes, & audite, populi attendite: audiat terra, & plenitudo eius: *in quo inuitat propheta omnes gentes ad audiendum ſententiam latam contra* F *Idumęam, ſcilicet Synagogam. Nam ſicut paſſio Chriſti per Synagogam malitioſè procurata, fuit diuulgata per orbẽ per prędicationem Apoſtolorum, & ſic condecens eſt vt pœna Idumęę, ſcilicet Synagogę, omnibus gentibus inſinuaretur ad laudem diuinę iuſtitię: & ſequitur: Quia indignatio Domini ſuper omnes gentes. Ad quod ſciendum, quod ſicut cum Iſraele de Aegypto exeunte, multum vulgus promiſcuum exiuit, vt habetur Exod. 12. ſic cum ipſis aſcendentibus de Babylonia multi ſe miſcuerunt, vt patet Eſdr. 5. idcirco tẽpore paſſionis Chriſti dicuntur fuiſſe in Ieruſalẽ de cunctis nationibus, vt habetur Act. 2. Et quia de ipſis multi adheſerũt Synagogę: vnde in lapidatione Stephani Act. 6. c.* Surrexerunt quidam de Synagoga, quæ appellabatur libertinorum: *ideo dicit:* Indignatio domini eſt ſuper omnes gentes, *vt intelligatur diſtributio pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum. Fuit etiam Synagoga poſtmodum per orbem terrarũ ignominioſè diſperſa, prout fuit pronoſticatum per Moyſen, Deuteron. trigeſimooctauo, & ſic vindicta de ipſis inflicta publicatur per omnes Gentes. Qualis autem fuerit hęc uindicta declarat dicens. Interfecit eos, &c. Quod primum impletum fuit per Romanos, qui capta ciuitate Ieruſalẽ innumerabiles occiderunt. Conſequenter poſt modicum tẽpus in ciuitate quę dicitur Bicher, vbi falſum Meſſiam ſuper ſe poſuerunt & poſtea à Romanis obſeſſi & capti, multa millia ex eis cum ſuo Meſſia fuerũt occiſi, prout in hiſtoria Ioſephi, & in alijs Thalmudicis hiſtorijs narratur. Et quia taliũ cadauera propter eorum multitudinem inſepulta remanebant. ideo ſubdit interfecti eorum proijcientur, & de cadaueribus eorum aſcẽdet fœtor: Quę quidem interfectio ſeu occiſio non ceſſat, ſed quodammodo continuè durat, cum per interualla temporum quandoq; in Gallia. quandoq; in Anglia, aliquando in Hiſpania, & ſic de alijs nationibus multa millia occiduntur à regib. ſeu à populis. Nam vt hęc vindicta eſſet in memoria hoĩum, & non traderetur obliuioni, diſpoſuit Deus, quod in proceſſu tẽporum, & in diuerſis nationibus ſeu regionib. exerceretur, & nõ ſimul de terra delerentur, prout propheta orauit in Pſal. dicens:* Ne occidas eos, ſi ſimul ne fortè obliuiſcantur populi mei, *prout fuit ibi expoſitum in additione.*

*Sequitur in litera & tabeſcet omnis malitia cœlorum, ſcilicet demonum aereorum ſecundum gloſſam: quia deficientibus membris eorum, quodammodo videntur tabeſcere vel annihilari de quo*

A *de quo dicit :* Et non complebuntur, ſicut nubes cœli, *quia ſicut in libro complicato nihil apparet legendum, ſic non apparebũt huiuſmodi aer. poteſtates, ac ſi eſſent vetuſtate ad conſumptionẽ tẽdentes, de quo dicit :* Et omnis militia eorum deſluet, &c. *& ſequitur:* Quoniã inebriatus eſt in cœlo gladius meus: *quia ſcilicet per cœleſtem ſententiam inebriatus eſt ſanguine interfectorum gladius diuinæ vindictæ modo prædicto, & ſequitur :* Et deſcendet ſcilicet, *gladius meus de cœlo ſuper Idumẽã ſcilicet ſynagogam prædictam. Et ſuper populum interfectionis meæ, ſcilicet qui me interfecerunt ad iudicium, ſcilicet diuinũ manifeſtandum.*

*Et quia hæc vltio ſe habebat extendere ad omnes tàm maiores, quã minores, ideo ſequitur:* Gladius domini repletus eſt sãguine, &c. *vſque ibi:* Victima enim domini in Boſra. *Ad quod ſciendum, quòd Boſra eſt ciuitas regia in terra Idumææ, vt habetur, Geneſ. 36. Et ſicut hic, Idumæa accipitur pro Synagoga ratio nibus iam dictis, ſic Boſra pro eodem accipitur, ſub alia tamen ratione. Boſra enim interpretatur vindemiata. Nam Vatir in Hebr.* B *ſignificat vindemiam. Synagoga enim ante aduentum Chriſti dicebatur vinea domini, ſupra 5. cap. Vinea domini domus Iſrael eſt. Quæ quidem vinea licet ante habuiſſet palmites cum racemis, ſeu fructum, tamen poſt paſſionem Chriſti nihil in ea remanſit boni fructus, ſicut in vinea poſt vindemiam nihil fructus remanet, qua conſideratione propriè dicitur Boſra ſcilicet vindemiata. Cetera patent ex dictis vſque ibi:* Quia dies vltionis domini, *ſcilicet ſanguinis Chriſti, prout in gloſ. Annus, id eſt tempus retributionum iudicij Sion, quia non ſolùm Idumæa, ſcilicet ſynagoga perſecuta eſt Chriſtum caput, ſed etiam membra ſuæ Eccleſiæ, quæ per Sion deſignantur. Vnde Matth. 23. Cùm reprobaſſet ſynagogam Iudæorum ex perſecutione Prophetarum, & huiuſmodi dicens:* Ecce ego mitto ad vos Prophe. &c. Et ex illis occidetis in ſynagogis veſtris *ſubdit :* Vt veniat ſuper generationẽ iſtã oĩs ſanguis innoxius, q̃ effuſus eſt à ſanguine Abel iuſti, &c. *Ex quo patet, quod vindicta omnis ſanguinis effuſa iuſtorum Eccleſiæ ab Abel incipientis, deſcendere debet ſuper Synagogam, quæ per Idumæam hic intelligitur, & ſequitur:* Et conuertentur torrẽtes eius in picẽ, & humus eius in ſulphur, &c. Et aſcendet fumus ei⁹ in generatione, & generationẽ: *Per torrẽtes enim* C *intelliguntur doctrinæ, quæ à ſacra ſcriptura fluunt per veros doctores, ſicut ſupra cap. 33. de ſimili dicitur :* Locus fluuiorũ riui latiſſimi, *& in ſequenti cap. dicitur.* Et torrentes in ſolitudine; *vnde torrentes Synagogæ, quæ in antiquis fluebant à ſanctis Prophetis, & doctoribus in aquas ſaluberrimas, poſtea conuerſi ſunt per doctrinam Phariſaicam, & Thalmudicam in picem, & ſulphurem, quæ generant fœtorem. Ad cuius intellectum notanda ſũt aliqua de multis, & innumerabilibus quæ in eorum doctrinis abſurda, & nefanda leguntur:*

Fabuloſa, & irridenda opinio Iudæorũ de pænitẽtia Dei propter templi deſtructionem.

*Ad quod ſciendũ, quòd ſynagoga Iudæorũ poſt paſſionẽ Chriſti intantum fuit excæcata, quod in ſua Thalmudica ( quàm falsè Dei legem vocant) multa tradiderunt maximè abſurda de Deo: vnde in libro, qui dicitur Baratoch Rabbini eorum planè dicunt, quòd Deus in qualibet vigilia noctis dolens de deſtructione templi ſui, & captiuitate Iudæorum rugit vt leo, & dicit de ſeipſo:* Væ mihi, qui deſtruxi domũ meã, & cõbuſſi tẽplũ meũ, & captiuaui filios meos inter gentes ſæculi. *Et hanc ſententiã multis, & varijs modis replicãt. In principio etiam libri Abodozera, quærunt quid facit Deus in duodecim horis diei; Ad quod reſpondent, quod in tribus horis primis ſedens ſtudet in lege, & in tribus ſecundis iudicat vniuerſum mundum, in tribus tertijs paſcit totum mundũ, in tribus quartis illudit Leuiathan, iuxta illud Iob :* Leuiathan iſtum, quem formaſti ad illudendum ei, *dicũt tamen, quòd à die, qua templum eſt deſtructum: non fuit ludus, nec riſus corã Deo, ſed fletus, & planctus, iuxta illud Iſaiæ:* Vocabit dñs exercituum in die illo ad fletum, & ad planctum, &c.

Iob. 40.

*Conſequenter ibidem quærunt:* Quid facit in duodecim horis nocturnis: *Et reſpondent alia ſimilia in fatuitate: vnde quilibet habens vſum rationis admirari debet de tanta cæcitate, quomodo illi, qui gloriantur habere legem Dei, attribuant verò Deo, qui nec in dijs habet ſimilem paſſionem fletus, & planctus, & huiuſmodi, quas peſſimæ idololatræ ſuis dijs non attribuunt. Et quod deterius eſt, quod Rabbini eorum determinant in libro qui dicitur Hulin, quod Deus peccauit faciendo lunam maiorem ſole in quantitate, pro cuius peccato, ſcilicet Dei expiando, dicunt, quod offerebatur tertio kalendas: hircus caprarũ de quo habetur. Numer. 28. O mira, & brutalis inſania, quæ Deo audet attribuere, quòd etiam beatis minimè competit, prout eſt, væ, quod miſeriam ſignificat: quæ aliena eſt à quolibet beato. Similiter, & peccare, & expiatione pro peccato indigere, & huiuſmodi, quæ horrenda ſunt, & ſtupenda. Sed ſunt nonnulli modernorum, qui ad has inſanias colorãdas, dicunt quòd prædicta, & multa ſimilia, quæ in Thalmud, de Deo dicuntur, ſunt Metaphoricè intelligenda, eo modo quo ſacra ſcriptura Deo attribuit pænitere, vt Gen. 6. & iraſci, vt Num. 22. & in alijs quamplurimis locis, quæ & ſimilia intelligenda ſunt ſimilitudinariè ſcilicet, quod ſe habet in effectibus ſuis de quibus in illis* D *locis agitur, ad modum tales poſſeſſiones habentis. Quæ quidẽ cauillatio non valet. Tum quia licet in ſacra ſcriptura prout Prophetæ quandoque more humano loquuntur, talia quandoque tradãtur, in dictis tamen expoſitorum ſacræ ſcripturæ talia non ſunt admittenda, cum ad expoſitores pertineat, vt ſacram literam exponant, non ante quòd talia tradant in actis ſuis, quæ ſunt errorum inductiua ſicut prædicta. Tum quia pœnitere, vel iraſci, aut moueri & huiuſmodi, quæ in ſacra ſcriptura Deo attribuuntur, importãt aliquid quod in hominibus eſſet laudabile. Pœnitere enim in homine, qui peccatum commiſit laudabile eſt. Iraſci etiam ſecundum moderationem rationis, vt iuſtitia exerceatur, eſt laudabile. Moueri etiam ad bona proſequenda, & mala fugienda laudabile eſt : & talia Deo attribuuntur, vt bonum quod important, homines conentur imitari. Sed miſerum eſſe, vel peccare, nihil boni importat, ad quod imitandum homines prouocari debeant: & ſic talia Deo attribuere ſtultiſſimum eſt.*

*Sunt etiam in prædicta Thalmudica doctrina nefanda quædam fœtida, quę aures cuiuſcunq; modeſti offendunt: quorũ multa epilogat magiſter Raymũdus in pugione 3. parte diſt. 3. cap. 20. Et quia talia non ſunt digna repetitione, ſeu relatione, ideo illa omitto. Sed ſolùm ex his infero, quòd talis doctrina manifeſtè eſt abſurda, & fœtida: de qua propriè dicitur hic:* Et aſcendet fumus eius; *ſcilicet horridus, & fœtidus modo prædicto.*

*Sunt etiã in iurib. eorũ Thalmudicis multa iniquiſſima, & naturalis dictaminis rationi omnino inconſona, vt plenius declarabitur Deo duce ſuper Zachar. cap. 5. vbi propriè agitur de hac materia:* E *ideo ad præſens omitto.*

*Et ſequitur:* Et deſolabitur in ſecula ſæculorum. *ſcilicet Ieruſalem illa materialis à Iudæis ſecundum gloſ. Non erit tranſiẽs per eam, quia Romani decreuerunt, vt nemo ex Iudæis reuerteretur in terram ſuam, prout in gloſ. Et poſſidebit illam Onocrotalus, & Hericius. Per aues, & animalia, quæ in hoc cap. ponuntur, intelliguntur vitioſi homines, ſicut communiter exponitur Deu. 14. vbi horum, & ſimilium eius prohibebatur. Sicut per coruum intelliguntur illi, qui ſunt voluptatibus denigrati, vel qui ſunt expertes bonę affectionis, quia coruus ſemel emiſſus ab arca non eſt reuerſus: Et in miluo qui maximè vtitur inſidijs, deſignantur fraudulenti.* F *Iſta enim vitia ſimilia frequenter in Synagoga Iudæorum inueniuntur, quæ poſtquam à Chriſto receſſit, nunquam ab ea receſſa eſt; ſaltem vniuerſalitr, & quę fraudulentijs frequenter vtitur: & ſic de alijs animalibus hic expreſſis, intelligenda ſunt vitia, quę vt per ſua animalia hic expreſſa deſignantur, ſed etiam alia, quę hic non exponũtur intelligantur ineſſe eis, ideo ſubdit:* Requirite diligenter in li. domini, *ſcilicet Moſaicę legis.* Et legite: *Vnum ex eis non defuit. ſcilicet ex auibus, & animalibus immundis contentis in lege, quia omnia ſecundum eorum ſignificata modo prędicto vbi manent. Quę omnia dicuntur in eis durare in ſecula ſeculorũ. ſcilicet durante eorum perfidia, ſicut Prou. 31. dicitur de bibente vinum, quod* doloris eius non recordatur amplius. *ſcilicet ebrietate durante. Et ſecundum hoc exponi poteſt reſiduum huius cap. conformiter ad prędicta, exceptis duob. paſſibus qui ſpecialiter ſunt exponendi.*

*Primus enim dicit:* Nobiles eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt, & erũt omnes principes eius in nihilũ. *Ad quod ſciendũ, quod Iudęi ſcientes ſe confuſos in negatione Chriſti per prophetiam patriarchę Iacob dicentis :* Non auferet ſceptrũ de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat, qui mittendus eſt, *ſcilicet Chriſtus, prout in eorum Thargum, ſcilicet in tranſlatione Chaldaica exponitur, eo quòd iam à magnis tẽporibus ablatum eſt ab eis ſceptrum, & ducatus, tamen Meſſiã non habent, ideo fingunt quòd illi qui regunt eos in hac captiuitate, per Thalmudicam doctrinam dicuntur habere ſceptrum, & ducatum, prout tradunt in libro qui dicitur Canhedrin, quod tamen euacuat propheta dicens:* Nobiles eius non erunt ibi. *quaſi dicat. Ad* C *ducem, ſeu ſceptrum habentem nobilitas pertinet: quam tamẽ ipſi non habent, ſed regem potius inuocabunt. Manifeſtè enim confeſſi ſunt coram Pilato. Non habemus regem niſi Ceſarem, & etiam ex tunc vbicunque ſint, ſunt ſub poteſtate regia alicuius dominantis, ſeu regentis. Et ſic patet, quod falſum eſt dicere ſe habere ſceptrũ, & ducatum præſertim cum etiam Scribę, & Phariſei, ſub cuius doctrina ſunt, iam à longo tempore defuerunt. Et de hoc ſubdit:* Et erunt omnes principes eius in nihilum. *Gloſſ. Scribæ, & Sacerdotes, & Phariſei.*

*Secundus paſſus eſt, cum dicit:* Et piloſus clamabit alter ad alterũ. *Circa quod ſciendũ eſt, q́ piloſus in hoc loco intelligẽdus eſt dæmon. Eadem enim dictio ponitur hic & Leu. 17. vbi dicitur.* Nõ immolabũt vltra victimas demonibus: *& eſt ſenſus: nã fabricatores Thalmudicę facultatis, vel potius falſitat. habebãt duos dæmones maximè ſibi familiares, quorũ vnus vocabatur Benthamalehon, & alius Ioſepheda, & cũ iſtis maximè cõuerſabantur prout in multis locis ipſius Thalmud habetur : & etiã narratur ab eis q́ ſemel fuerat à Ceſare prohibitum, ne illam Thalmudicam doctrinã diuulgaret, & tamen ad conſilium, & procurationem prędictorũ demo-*

A demonum huiusmodi prohibitio fuit reuocata, & sic Thalmudica doctrina recuperata fuit dæmonũ procuratione. Quæ quidem histor. narratur per extensũ in lib. textuali ipsius Thalmud, qui dicitur Mehila, qui est authenticus apud eos, secundũ quòd propriè dicitur ꝙ in Idumea s. synagoga Sathanæ. Et pilosus alter clamat ad alterũ s. vnus dæmon ad aliũ consociũ ad opus suum explendũ, seu recuperandũ. Posset etiam hoc intelligi de duobus diabolicis hominibus, qui inter cæteros persecutores Christi, & Ecclesiæ perniciosiores censentur. Primus seu principalior in primitiua synagoga Sathanæ fuit Schariothes, de quo Christus. Qui tradid. me ti. &c. vnde à Xpo diabolus nominatur, Ioan. 6. g. Nõne 12. elegi & vnus ex vo. &c. Alter verò pilosus potest intelligi Antichristus, qui principalior erit in psecutione vlt. eccl. & virtute dæmonũ miracula saltem apparentia, de quo Apost. 2. ad Tess. 2. b. cꝗ secundũ operationẽ Sathanæ, &c. & sic pilosi clamabant alter ad alterum, licet valde remoti in tempore: quia affectiones eorum diabolicæ ad inuicẽ correspondent, nitentes s. Christũ, & Ecclesiã subuertere, alter s. in ca. alter verò in omnib. membris vniuersaliter sibi contra tẽporaneis. Si autem obijciatur contra expositionem prædictam, ꝙ videtur esse mystica non literalis, eo quod Idumea propriè significat illam terram Seir, quam Esau possedit: similiter Bosra ciuitas principalis in ea existens, vnde quod per ista intelligitur Synagoga, videtur pertinere ad sensum mysticum, seu spiritualem; & sic de multis in hoc cap. contentis secundũ prædictam expositionem. Dicendum, igitur quod in dictis prophetarum multa traduntur parabolicè, seu metaphoricè, sicut supra 5. Vinea domini accipitur pro domo Isr. & 25. per Moab intelligitur Antichristus ad literam, vt ibidem habetur in postil. vnde & in hoc loco, quia litera huius cap. non bene adaptatur nec propriè Idumææ, nec Ro næ, nec aliis de quibus dictũ est, sed Synagogæ Sathanæ modo prædicto. Idcirco de illa exponitur ad literam, quia in locutione parabolica, vt dictũ fuit supra in quæstione supra prologum Gen. sensus literalis est non ille; qui significatur primò per vocem, sed ille, qui per res intenditur significari, præsertim cum in hoc loco multa inueniuntur huic veritati consona: vnde & in alijs locis frequenter accipitur Idumea pro Synagoga pdicta, vt infra 53. a. Qui est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? & in alijs locis, vt ibidem Deo dãte videbitur, & eadem est ratio de alijs in hoc cap. parabolicè contentis. D

REPLICA. Sed in cap. 34. recedit à postil. qui exponit hoc ad literam. Burg. ipse autem per allegoriam satis extensam ponit propositiones Thalmudicas, & alia mira, de quibus non indi.

B

CAP. XXXV.

Lætabitur. Exposita captiuitate Iudæorum agit de conuersione gentium.

* Iustinus Deserta appellat nationes, quod Dei viri cognitionis essent expertes, & destitutæ cœlestibus bonis, quibus læta nũtiat, quod omnia bona, quę apud Iudæos erant, ad illos essent transferenda p Apostolos, qui dixerunt. *Ecce conuertimur ad gentes.*

✠ Euseb. Hoc loco palã salutaris Dei canitur aduentus, qui multa bona sit allaturus surdis auditum, cæcis visum, &c. Desertũ verò oraculũ significat eam, quæ de gentibus collecta est, ecclesiam, quæ cum antea sine Deo esset per eos, de quibus nunc agitur, euangelium accipit. ✠ Theodoretus. Desertum sitiens dicitur, quod non fuit irriguum Prophetarum vaticinijs, & pluuia cœlesti Desertum, quod Dei agriculturam non acceperit, huic læta nuntiat, & gaudere iubet, & lætari. Lib. 6. de demonstr. c. 21.

E

✠ Eusebius. His verbis significat prophetia, non ipsã Ierusalem, neque Iudęam sed ipsarum gentium terram, cui diuina cognitio exhibẽda sit. Carmel enim & Saron externarũ gentiũ loca erant. Et hęc quidẽ ad verbũ. Ad sensum autẽ dicendũ est, quod hi, ꝗ prius animis excæcati erant, adeò vt ligna & lapides, necnõ dæmones loco summi Dei colerent, his omnibus malis per Saluatoris doctrinam liberentur, & multo præstantiorem ꝗ ea est, ꝗ ad corpus pertinet salutem, opemq; recipiunt. Vbi supra.

## CAP. XXXV.

a ¶ Gentilitas. a ¶ A Deo. ¶ Sine Christo, qui dicit. Ego sũ via, veritas, & vita ¶ Sine doctoribus veritatis. b ¶ Idem.

1 LÆtabitur deserta & inuia, & exulta-
2
3

Saron

## NICOLAVS DE LYRA.

Cap. XXXV.

LAetabitur. Andreas, & aliqui expositor. cathol. in hoc ipsũ sequentes exponũt istud cap. ad literã nimis Iudaicè s. de prosperitate Iudæorum post reditũ de Babylone, sed hoc non videtur rationabiliter dictum, quia ab illo tempore, vsque ad Christũ fuerunt in seruitute quãuis in terra sua, sicut dictũ fuit supra 22. Fuerunt etiam in multis afflictionibus, & angustijs, vt patet in lib. Esdr. & Neemiæ, & Dan. & ideo psperitas, & iucũditas, ꝗ in hoc ca. describuntur, ad tempus illud nullo modo referri videntur. Si faciet autẽ quòd immo, quia hic est hyperbolica locutio, sicut dicitur de alba muliere, quod est albior niue, quamuis multum deficiat à niuis albedine, hic non videtur conuenienter dictum in proposito, quia magnificum, & pium decet plus conferre quam promittere, vel saltẽ non minus, & minus punire, quam comminari: Deus autem magnificẽtissimus, & piissimus est: ideo eius promissiones de bonis non videntur rationabiliter exponi per restrictionem impletionis, nisi aliquã do appareat manifestè, quod sic debeant exponi, vt propter demeritum manifestè superueniens, propter quod bonum promissum iustè rescinditur, vel totaliter aufertur: comminationes tamen de malis rationabiliter aliquando excessum, siue restrictionem exponuntur secundum qualitatem, & mensuram peccatorum ipsorum delinquẽtium: propter ꝙ Ra. Sal. hoc cap. exponit de fœlici statu quem expectant Iudæi in aduentu Messiæ. Igitur dimittendo quod falsum est in dictis eius s. ꝙ Christus sit adhuc venturus in mundum, & accipiendo quod verum est, s. ꝙ hoc cap. sit ad tempus Christi referendũ potest sic continuari ca. præcedenti, in quo Propheta denuntiauit destructionem Idumææ ad consolationem Iudæorum. Hic consequenter denunciat eis consolationem perfectam Christi tempore credenti bus affuturam. Et diuiditur in tres partes, quia primò consolatur eos de futura multiplicatione: secundò de credentium roboratione, ibi: Cõfortate manus. Tertiò de dæmonum deiectione. ibi: In cubilibus. Ad euidentiam primi sciendũ, ꝙ in Senhedrin Ierosolymitano (qui apud Hebræos est liber autenticus) dicitur: quod quinque res notabiles defuerunt in secundo templo per Zorobabel ædificato, quæ fuerant in templo Salomonis. Primũ est ignis continuus in altari holocaustorum, qui tunc per pluuiam, vel ventum non extinguebatur, quamuis etiam sub dio. Secundum est arca testamenti, vnde dicitur Ierem. 3. e. In illis diebus non dicent arca testamenti domini nec ascendet super cor. nec recordabũtur illius, &c. Tertium est vnctio regum, & Pontificum, quia Pontifices, qui fuerunt post captiuitatem Babylonicam non fuerunt instituti per vnctionem sacram, sed instituebantur frequenter per Reges, quibus Iudæi erant tributarii, qui frequenter vendebant summum sacerdotiũ. Similiter toto illo tempore Iudæi reges non habuerunt nisi aliquos paucos parum ante tempus Christi: & illi non fuerunt per vnctionem instituti. Quartum est Spiritussanctus seu diuinitas, quæ pro tanto dicebatur in templo Salomonis habitare, quia ibi à summo sacerdote audiebantur diuina responsa non autem in secundo templo. Quintum est. אורים ותמים Vrim, & Thummim pro quo ponitur in latino doctrina & veritas. Exod. 28. & secundum Iosephum erat quidam fulgor subito prosiliens de lapidib. rationalis & superhumeralis: quãdo Deus acceptabat preces summi Sacerdotis de quo dicit Iosephus. 3. lib. antiquitatis Iudaicæ, ꝙ defecit per ducentos annos anteꝗ inciperet scribere librum illum, quem incepit scribere anno quadragesimosecũdo a passione Christi vel circiter, quia librũ illum obtulit Vespasiano imperatori: qui cœpit imperare anno dominicæ incarnationis 71. & sic secundũ ipsum cessauit per magnum tempus ante Christum: & adhuc per maius tps ante cessauit secundum librum prææallegatum: & secundũ hoc dicitur. F Iosephus.

1 Læta. deser. Idest, Iudæa, quæ fuit deserta à Deo quantum ad quinque prædicta.

2 Et inuia. Tempore enim primi templi prophetæ discurrebant per Iudæam populum a malis retrahendo, & bonum exhortando. Tẽpore verò secundi templi non leguntur habuisse nisi Aggeum, Zachariã, & Malachiam, qui prophetauerunt tpe rædificationis templi secundi: sed postea populus Iudaicus caruit prophetis talib. per 300 annos & amplius, vsque ad tps Ioannis Baptistæ, qui cœpit pœnitentiam prædicare, & aduentũ Christi nunciare: Læta. deser i. Iudæa quæ fuerat prædicto modo deserta. Et in adentu Christi habebit materiam gaudij quantum ad defunctos quos Christus de limbo patrum transtulit ad gloriam, & quantum ad viuos credentes in eum, ꝙ potissimè fuit impletum quãdo recepto Spiritussancto in die Pentecostes confidenter, & magna voce laudabant dominum. act. 2

3 Et exultabit solitudo. i. gentilitas, quæ ad modum solitudinis caruerat cultu legis & prophetarum, cum gaudio suscepit fidem Christi ad prædicationem apostolorum.

✠ Et flore

MORALITER.

1 Lætabitur deserta. Istud cap. literaliter exposui de ecclesia tẽpore Xpi ex Iudæis, & gẽtibus collecta: & sic sensus literalis est etiã spiritualis, potest tñ cũ hoc exponi moraliter de quolibet peccatore ad Deũ cũ magna pœnitẽtia reuertente, & sic aliquãdo plus in merito proficit, quã ille qui † innocen-

a ¶ Cum odore opinionis bonæ Chriſti bonus odor ſumus Deo. b ¶ Sicut. lilium inter ſpi. ſic ami. mea inter fi. c ¶ Fidem, ſpem, operationem.

bit ſolitudo,& florebit quaſi lilium Germinans germina

a ¶ ſpe. ¶ Ade, ta ſalutis cognitionem. b ¶ Deum. c ¶ Templi legis. d ¶ Gratis.

bit,& exultabit lętabunda,& laudans. †Gloria Libani data

a ¶ Fertilitas terræ promiſſionis ¶ Erit deſertum in Carmelo. ¶ Veræ circuncisionis. ¶ Apoſtoli,& alij ſpirituales. b ¶ Vnam ſubſtantiam patris,& filii,& Spiritusſancti. ¶ Quomodo pater in filio. & filius in patre. Spiritusſanctos in vtroque

eſt ei,decor Carmeli, & Saron. ipſi videbunt gloriam do-

a ¶ O Apoſtoli,& alii ſancti b ¶ Gentilium. ¶ Vnde: Extende manum tuam

mini, & decorem Dei noſtri. Confortate manus diſſolu-

a ¶ Atentes à bono opere. b ¶ Greſſu claudicantes inter idola diuerſis erroribus, c ¶ In fide veritate. d ¶ O doctores ¶ Hoc ſcilicet. e ¶ In fide. f ¶ Spe.

tas,& genua debilia roborate. Dicite †puſillanimes,confor-

a ¶ Inſidias diaboli,aduerſa mundi: quia timor vnius Dei alios expellit. b ¶ Cauſa ſecuritatis. ¶ Quia. c ¶ Chriſtus, cui pater dedit iudicium. d ¶ In iudicio.

tamini,& nolite timere. Ecce Deus noſter ultionem addu-

a ¶ Malorum. b ¶ Cauſa ſecuritatis c ¶ Bonos. d Ad literam. ¶ In primo aduentu, vt lumen veritatis aſpiciant.

cet †retributionis, Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tũc ape-

a ¶ Exteriores, & interiores. b ¶ Sine lumine veritatis. c ¶ Vtraque. d ¶ Ad uerba Dei. e ¶ De vitiis ad virtutes. de mundo ad cœlum.

rietur oculi cęcorũ, & aures ſurdorũ patebũt. Tũc ſaliet ſi-

a ¶ Sine ingreſſu fidei,& operis. b ¶ In laude Dei. c ¶ Quorum Sathanas ora concluſerat. d ¶ Emanentes.

cut ſeruus claudus, & †aperta erit lingua mutorũ, quia ſciſſę ſũt

a ¶ Gentium. b ¶ Baptiſmi, c ¶ Abundantes doctrinæ veteris teſtamenti. ¶ Gratiæ ſpiritualis. d ¶ Sine rore gratiæ.

in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine, & quę erat arida in

a ¶ in plenitudine ſcientiæ. ¶ Idem b ¶ In cordibus.

ſtagnũ, & ſitiẽs in fontes aquarũ: In cubilib. in quib. prius

a ¶ Dęmones. b ¶ Quibus ſcribatur fides domini, & feſſa prius membra quieſcent.

dracones habitabãt, orietur viror calami, & iũci, & erit ibi

a *Saron.* Populi Iudæorum. vnde: *Erit Saron ſicut deſertum.* (Iſai. 32. d.)

b *Videbunt gloriam.* ✠ Tertul. (Lib. 4. contra Martionem.) Quam gloriã? Turbam miraculorum. vt paralytici tollant grabatum, & ambulent cæci videant.

c *Confortate manus.* ✠ Athanaſius. (Lib. de incar. verb.) Hęc prophetia Deum aduenire denũciat ſignaque, & aduẽtus eius tempus ſignificat.

✠ Origenes. (In cap. 7. Iud.) Exigite demiſſas manus veniſti ad aquã baptiſmi, iſtud eſt certaminis, & pugnæ ſpiritalis principiũ aduerſus Zabulum ſi remiſſior fueris, ſi flecti facilè potueris quomodo aduerſus aſtutias Zabuli ſtabis.

† Retribuẽs. † Laudabit.

✠ Ambroſius. (In pſal. 47.) Dũ ad perfectionẽ deſiderant Dei famuli peruenire, commacerant corpus ſuũ caſtigando ſeuerius: Hoc faciunt in Spirituſancto, & valido. Etenim ſpiritus conſilij, vt nimia abſtinentia diſſoluat corpus ſuum, quo omnes eius euacuent volupta-
1 tes, vt dicatur eis
2 cõualeſcite manus
3 remiſſæ, & genua
4 diſſoluta. Cũ enim
5 ſolutus quis fuerit ab iſta compage ter-
6 rena, tunc fortius ad vitam conſurgit
7 æternam.
d *Dimitte puſillani-*
8 *mes.* ✠ Euſeb. Vos
9 qui prius puſillo era-
10 tis animo, nullus
11 vos capiat timor eo-
12 rum, qui euangeli-
13 cæ prædicationi reſi-
14 ſtunt, verum con-
† tra hos quoque ro-
15 bur accipite, & ne
16 timete.
† e *Viror calami.* Imple-
† tio ſcripturæ, quæ per
17 calamum, & intentionis adiutorium,
18 quæ per iuncũ. Ca-
19 lamus enim, & iun-
20 cus iuxta aquas o-
21 riuntur, & virent.
22 f *Et erit ibi ſemita, &*
23 *vita.* ✠ Athan. Cõſi-
24 derent filij Iſrael viã quam dereliquerũt, Deum eſſe, qui dicit, Ego ſum via. Deus porrò trinus: & vnus eſt, & ideo ter repetita via eſt.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et flore quaſi lilium. *decore ſanctitatis, & odore bonę famę.*
2 Germinans germina. *per talem replicationẽ, & reduplicationem intelligitur multitudo Gentilium recipiens Chriſti fidem.*
3 Et exultabit lætabunda. *corde.*
4 Et laudans. *ore.*
5 Gloria libani,&c. *per iſta tria loca, quæ alijs in Iudæa fuerũt amæna, & fertilia, intelligitur quod quidquid erat pulchritudinis, & amœnitatis in ſanctitate, & honeſtate in Synagoga, tranſlatum eſt ad eccleſiam ex Iudæis, & gentibus congregatam.*
6 Ipſi videbunt gloriam dñi. *ideſt ipſius Chriſti, quem viderunt Apoſtoli, alijque diſcipuli oculis corporeis, quantum ad humanitatem, & oculis mentis quantum ad deitatem. Ioan. 1. b.* Vidimus gloriã eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, &c. *Viderunt etiam gloriam eius in miraculorũ operatione, & reſurrectione eius & aſcenſione. Gentiles etiam poſtea ad fidem conuerſi viderunt gloriam eius in miraculis factis per Apoſtolos in nomine Chriſti.*
7 Confortate manus diſſolutas. *Hic conſequenter denuntiatur materia gaudij ex roboratione credentium, cum dicitur.* Cõfortate. *Et eſt verbũ prophetæ ad Apoſtolos:* Confortate manus diſſolutas. *ideſt Gentiliũ qui ante erãt tardi, & pigri ad opus bonũ*
8 Et genua debilia. *Gentilium.*
9 Roborate. *verbo, & exemplo ad quæcunque aſpera pro Chriſto ſuſtinendum.*
10 Dicite. *ideſt communiter prædicate.*
11 Puſillanimes. *tempore præcedenti.*
12 Confortamini. *in virtute Chriſti.*
13 Et nolite timere. *ſcilicet tormenta tyrannorum. Cuius cauſa ſubditur.*
14 Ecce Deus noſter vltionẽ adduceret retributionis. *ſuper veſtros perſecutores.*
15 Ipſe veniet, & ſaluabit nos. *per paſſiones modicas ad gloriam deducendo, & ſic factum fuit in primitiua eccleſia, & per longum tempus poſtea: quia multi Gentiles ad Chriſtum conuerſi: ita erant in domino confortati, quod non timebant tormenta, ſed magis appetebant, vt patet in legendis multorum ſanctorum.*
16 Tunc aperientur oculi cæcorũ, & aures ſurdorũ patebunt. *iſta enim miracula facta fuerunt per Chriſtum, & poſtea per Apoſtolos, & alios credentes in nomine Chriſti, vt patet in Euang. & Actib. Apoſtolorũ. Et fuerunt facta ſpiritualiter in illuminatione infidelium fidem recipiendo. Et aures eorum fuerunt apertę mandatis Chriſti obediẽdo. Et claudi ſanati per viam morũ incedẽdo, & multi loquelã receperunt, fidẽ liberè confitẽdo. Cuius cauſa ſubditur:*
17 Quia ſciſſæ ſunt in deſer. *Iudæ, & Gentilitatis, vt patet ex ſupradictis.*
18 Aquæ. *ſcilicet ſacramenti baptiſmi.*
19 Et torrentes in ſolitudine. *ideſt variæ gratiæ Spirituſſancti, de quib. dicitur. 1. Co. 12. a.* Alij datur ſermo ſapiẽtiæ, &c.
20 Et quæ erat arida in ſta. & ſi. in fon. aqua. *Per hoc notatur plenitudo gratiæ datæ tempore eccleſiæ primitiuę.*
21 In cubili. *Hic conſequenter denuntiatur materia gaudij ex dęmonum deiectione, cum dicitur:* In cubili. *ideſt in phanis, & tẽplis idolorum.*
22 In quib. habitabãt dracones. *ideſt dæmones in idolis reſponſa dantes, & aliquando in talibus locis apparuerunt dæmones in ſpecie draconum.*
23 Orietur viror calami, & iunci. *Quia idolis inde abiectis talia loca frequenter per Apoſtolos, alioſque diſcipulos diuino cultui applicabantur.*
24 Et erit ibi ſemita. *quantum ad obſeruationẽ conſiliorum.*
✠ Et via

MORALITER.

† innocentiam ſeruauit, vt dictum eſt ſuprà 30. c. propter quod dicitur Ro. 2. d. *Vbi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia.* Et de tali conuenienter poteſt dici: *Lætabitur deſerta, & inuia, &c.* quia perſona prius à Deo deſerta lętabitur in domino, & germinat in bono; propter quod ſubditur de talium præmio.
6 *Ipſi videbunt gloriam domini.* facie ad faciem: Et quoniam tales non ſibi tantum proficiunt per vitæ meritum, ſed etiam alijs per exemplum. ideo ſubditur.
7 *Confortate manus diſſolutas.* ad bene operandum. Et ſubditur præmium, cum dicitur.
† *Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tunc aperiet oculi.* Qui prius erant clauſi ad videndum ea, quæ ſunt ſalutis.
† *Et aures, ſcilicet ſurdorum patebunt.* ad audiendũ Dei verbum cum effectu impletionis.
† *Tunc ſaliet, ſicut ceruus claudus.* ad ambulationem velociter in via morum.
† *Et aperta erit lingua mutorum.* ad Deum magnificè laudandum.
17 *Quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ.* ideſt dona gratiæ diuinę.
21 *In cubilibus in quibus prius dracones habitabant.* ideſt mentibus humanis in quibus habitabant dæmones per culpam.
23 *Viror calami, & iunci.* Per pulchritudinem mentis, & exterioris honeſtatis vt ſit locus aptus diuinæ habitationi.
† Et via

a *Non tranſibit.* ✠ Cyril-
A lus. Hæc via euangelica
his qui nondum emun-
dati ſunt ſacro baptiſma a
te, inacceſſa eſt.

a ¶ In ſolitudine gentium. b ¶ Chriſtus. ¶ Ego ſum via, veritas, & vita c ¶ Illa
ſemitã & via, & viã ſan 1
a ¶ Sancta. b ¶ Gentibus.
ctorum vocabitur. Nõ †
a ¶ Eccleſia. b ¶ Beati immaculati in via. ¶ Diabolus homicida ab initio. c ¶ Fides Chriſti,
tranſibit per eam pollutus, & †hæc erit vobis 2
a ¶ Ad Deum. b ¶ Gentes ante idola pro creatore colentes. Stulta mundi elegit Deus, vt confundat, &c.
directa viã, ita vt ſtulti nõ errent per eã. Non 3
a ¶ Princeps dæmonum: qui circumit quærens quem deuoret. 4
b ¶ Satellites diaboli. c ¶ Veſtigium colubri non inuenietur in petra. 5
erit ibi leo, & mala beſtia nõ aſcendet per eã,

Et ipſe in ambulans eam viã & ſtulti errabunt

a ¶ De virtute in virtutem. b ¶ A vinculis peccati, & erroris. ¶ Per fidem expulſus. D
6 nec inuenietur ibi. Et ambulabunt q liberati
a ¶ Sanguine agni b ¶ Per pœnitentiam
fuerint & redempti à domino, cõuertentur,
7 a ¶ Sic. b ¶ Eccleſiam. c ¶ Dei. d ¶ Spe æterni boni.
8 et venient in Sion cũ laude & lætitia ſempi-
a ¶ Mentem. b ¶ Curſum conſum. fidem ſer. &c.
9 terna ſuper caput eorum. Gaudium, & lętitiã
a ¶ Aeternaliter. ¶ Cum venerit in cœleſtem; gloriam vel Ieruſalem. b ¶ Ab eis. ¶ Succedente gaudio, nunc in ſpe in futuro in re.
obtinebit, & fugiet dolor, & gemitus.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et quia. *quantum ad obſeruationem mandatorum.*
2 Et Hæc erit, &c. *perueniendi ad beatitudinem.*
3 Ita vt ſtulti. *ideſt ſimplices, & illiterati etiam,*
4 Non errent per eam. *Frequenter enim contingit, quòd ſimplices directus incedunt per hanc viam, vnde cum Auguſtinus legiſſet vitam Pauli Monachi ſimplicis, dixit: Simplices, & illiterati rapiunt cœlum, & nos cum literis noſtris trahimur ad infernum. Et non tranſibit per eam pollutus. Ex hoc patet, quod Propheta non loquitur hic de via materiali, per quam indifferenter tranſit pollutus & mundus. Et ſic metaphoricè loquitur Propheta in præcedentibus, & ſequentibus, cum dicit.*

Aug. in. de ſimpl.

5 Non erit ibi leo, &c. *Per hoc intelliguntur dæmones, qui in primitiua eccl. fugabãtur p credẽtes, Mar. vlt. d.* Signa eos, q crediderint hæc ſequẽt. In nomine meo dęmon. eijciẽt, &c.
6 Et ambulabunt. *per viam iuſtitiæ.* qui li. fue. *a dæmonis ſeruitute.*
7 Et redempti, &c. *Ieſu Chriſto ſuo ſanguine precioſo.*
8 Cõuertẽt, &c. *ideſt ad Eccle. militãtẽ, primò, poſtea ad triumphãtẽ, ſecundũ quod dicitur Hebr. 12. f.* Acceſſiſtis ad Siõ mõtem, & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cœleſtem, &c.
9 Et lętitia ſempiterna ſup caput eorũ. *Ex hoc, & pluribus alijs in hoc cap. poſitis videtur, quod hoc capitulum referri nõ poſſit ad tempus Iudæorum de captiuitate Babylonica redeuntium.*

## MORALITER.

† † *Non tranſibit per eam pollutus.* ideſt diabolus.
B 2 *Et hęc erit vobis directa via.* ideſt exemplum directiuum ad bonum. Nam moralibus magis mouent operum exempla, quam verba, ideo ſubditur.
3 *Ita vt ſtulti, &c.* Simplices enim, qui non poſſunt capere verba prædicatorũ, bene capiunt opera bona ipſorum
4 *Non erit ibi leo.* ideſt dæmon ad nocendum, licet ſit ad exercitium. E
5 *Et ambulabunt*, ſcilicet de virtute ad virtutem.
7 *Et venient, &c.* Finaliter ad videndum Deum deorum in Sion. cuius viſio habet annexam lætitiam ſempiternã

## ADDITIO.

*In cap. 35. vbi dicitur in poſtilla.* Igitur dimittendo, quod falſum eſt in eius dictis.

*Præſens capitulum bene, & propriè videtur exponi à poſtil. ſed circa eius continuationem ad præterita attẽdẽdũ eſt, q in ca. 33. p̃cedenti ab illo loco in quo dicitur:* Audite, qui longè eſtis, &c. *vt dictũ eſt, incipit cap. ſecundum Hebr. vſque ad finem illius cap. Propheta tractauit de deiectione, & reprobatione Phariſęorum, doctrinam Chriſti reſpuentium, & de proſperitat. adhærentium Chriſto, & de quibuſdã ad hoc pertinentibus, vt ibidem fuit oſtenſum.*

*In ca. verò pręcedenti ſ. 34. ſpecialius agit de deſtructione Synagogę Iudæorum quę per Idumęam ibi deſignatur, & de pluribus ad hoc pertinentibus, vt ibidem fuit largè oſtenſum.*

*In præſenti verò cap. tractat de conſolatione, & ſtatu credentium in Chriſto. Vt ſic oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcant. Et exponatur totum præſens capitulum ſicut in poſtilla.*

Cap. XXXVI.

8 Indirecta. *ideſt ad rectitudinem iuſtitiæ reducti.*

9 Et aſpera. *ideſt crudeles & duri.*

10 In vias planas. *ideſt manſuetudinem deducti. ſicut patet de Paulo, qui factus fuit agnus de lupo. Poteſt etiam hoc aliter exponi de operibus pœnitentiæ, quæ videntur dura & aſpera, ſed per gratiã Chriſti facta ſunt credentibus leuia: vnde dicit Auguſt. Omnia ſęua & immania leuia & propè nulla facit amor.*

11 Et reuelabitur gloria domini. *ideſt Dei filius, qui dicitur gloria patris, eo quòd gloria ſecundum Tullium eſt clara notitia cũ laude. vnde gloria dicitur quaſi quædam claria: c. mutata in g. Illa autem quæ ad notitiam pertinent in diuinis, filio appropriantur, & ideo ſicut dicitur ſapientia patris, ita eius gloria.*

12 Et videbit omnis caro. *ideſt poterit videre.*

13 Quod os domini, &c. *Cuius verbum deficere non poteſt ab impletione.*

14 Vox dicentis. *ſcilicet domini loquentis ad Iſaiam, vel ad Iohannem Baptiſt.*

15 Clamabo. *ideſt publicè denuntia.*

16 Omnis caro fœnum. *ideſt nullam firmitatem, ſeu ſtabilitatem ex ſe habens, & accipitur hic caro pro omni homine carnaliter viuente, ſecundum quòd dicitur 5.Corint.15.f. Caro & ſanguis regnum Dei non poſ.*

17 Et omnis gloria. *Quoniam repente deficit ex modico calore febrili ex voluntate Dei. ideo ſubditur.*

18 Quia ſpiritus domini ſufflauit in eo.

19 Verè fœnum eſt populus. *per hoc oſtenditur manifeſtè, ꝙ propheta loquitur hic metaphoricè, vt prædixi.*

20 Verbum domini. *Quod poteſt intelligi de verbo increato, ſecundum quod dicitur Ioh.1.a.* In principio erat verbum.&c. *& de verbo creato per prophetas dicto. quod infallibiliter impletur in prophetia prædeſtinationis, vt dictum eſt ſuprà frequenter.*

21 Super montem. *Hic conſequenter introducitur perſona cõſolatoris, ſcilicet domini noſtri Ieſu Chriſti, & eſt verbum domini ad Iſaiam vel potius ad Iohan. Baptiſt. cum dicitur.*

22 Super montem excelſum. *aſc. i. ad præeminentiam ſanctitatis vitæ. tu ſcilicet Iohannes de quo dicit Saluator Matth.11.* Inter natos mulierum non ſurrexit maior Iohan. baptiſta.

* Qui

A ✱ Ambroſius. Aſcende in montem, vt excelſorum vertice poſſis eminere meritorum, Deus enim montium & non Deus vallium eſt: Aſcende eò vbi Chriſtus ſedet ad dexteram Dei, cuius fundamenta in montibus ſanctis, & montes in circuitu eius. Mons tuus Paulus, mons tuus Petrus eſt, ſupra illorum fidē, mētis tuæ locato veſtigium.

a *Sion.* Per Sion, & Ieruſalē, apoſtolos & alios doctores intelligit, quos admonet, vt quę à dño acceperant prædicent, & culmina virtutū aſcendentes, verbo & exēplo doceant.

b *Ecce dominus, &c.* ✱ Procopius. Eius aduentum indicat, quo mercedem vnicuique ſecūdū opera perſoluturus eſt. Sunt qui ad priorē aduentum iſta referant, in quo non vt ex ꝓphetis aliquē, qui miracula edentes putabantur ipſū venturum demonſtrēt, cum ſua vnius poteſtate morbos, & dæmones corporibus Chriſtus abegerit.

c *Gregem ſuum, &c.* nunc contemplatione, in futuro ipſa viſione: nunc docendo poſtea ſaluando vel ſatiando.

d *Fœtas.* doctores filios quotidie Deo parturiētes. vñ apoſtolus: Filioli mei, quos iterū parturio.

e *Quis menſus eſt.* Ne de vocatione Gentium dubitetur, magnitudo vocantis deſcribitur.

f *Pugillo.* Pugillus cōtractis digitis pugnus palmus, à pollice vſque ad minimū digitū extenta manus: vt per palmū, & pugillū cęlos extentos & globū terræ nouerimus.

C

g *Spiritum domini. Spiritus domini ſuper me, eo quòd vn. me ad annuntiandum manſuetis mi. me: Et requieſcet ſuper eum ſpiritus domini.* D Iſa.61.a. ſupra.11.a.

h *Ecce gentes.* ✱ Origenes. Omnes gentes apud dominum, ſunt vt ſtilla ſitulæ. Ipſe dominus pro omnium ſalute factus eſt ſtilla ſitulæ. Quid enim nō factus eſt, vt nos liberaret? Nos inanes, ille ſe exinaniuit: nos ſtilla ſitulæ, ille ſtilla factus eſt, vt per eum à veſtimentis noſtris odor ſtillæ procederet, iuxta illud, *Myrrha & gutta & caſia à veſtimentis tuis.* Hom.2.in cā tica.

✱ Clemens. Alexādr. Qui Chriſto nō crediderint, vt ſputum reputabuntur, & vt ſtilla cadi ſupuacui ad ſalutē, & reiecti vt ſputum ex corpore eccleſiæ. Lib.6.Stromaton. † ante ſe ducet. † præpataauit.

E

i *Quaſi puluis exiguus.* Hebræi hoc verbo tenuiſſimum puluerem ſignificari putant qui magis ſentitur quam videtur. Hūc ergo forſitam cū Epicuro ſuo Democritus atomos vocat multa autem ſunt nomina, q̄ ita leguntur in Græco, & in Hebræo ꝓpter interpretandi difficultatem, & tā Grecæ, quam Latinæ linguæ paupertatē. † Sp.9.c † direxit. Rom.11.d.

k *Libanus non ſufficiet.* Libanus mons maximus, & paſcuis vberrimus & arboribus: Sed etſi omnia ligna ſuccidantur ad ſuccendendum, & omnia animalia immolentur ad holocauſtum, ad implendam vel placandam tamen maieſtatis potentiam non ſufficiunt.

Cui F

a ¶ Bona nuntias. b ¶ Nota quod Sion quæ eſt mons iubetur montem aſcendere, ideſt Chriſtum. ¶ O. c ¶ Vt multi audiant.
a aſcende tu quę euangelizas Sion, exalta in fortitudine vo- 1
a ¶ Prædicationem. b ¶ O. c ¶ Perſecutorum ſæuitiam, diaboli aſtutiam.
cem tuam quę euangelizas Ieruſalem, exalta, noli timere. 2
a ¶ Eccleſiis vel ſynagogis. b ¶ Vnde: non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierant domus Iſrael. c ¶ Apoſtoli de ſecundo aduentu. d ¶ Vobis promiſſus o Iudæi, vel Gentes, ſuſcipite illum.
b Dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus veſter. Ecce dominus 3
a ¶ Quem ſpreuiſtis, quaſi vilem & debilem. b ¶ Fortitudo. c ¶ Qui formam ſerui accepit. 4
Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabi- 5
a ¶ Retributio omnium. b ¶ Poteſtas iudicij.
tur. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Si- 6
¶ Propheta de primo aduentu. a ¶ Sed prius. ¶ Qui venturus eſt in maieſtate. ¶ Ego ſum paſtor bonus. b ¶ Fortitudine. c ¶ Ex omnibus Gentibus. 7 8
c cut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo congrega- 9
a ¶ Paſce agnos meos Mites, non ſuperbos. b ¶ Protectione. c ¶ Ad cœlum.
d bit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe † portabit. Quis 10
a ¶ Facile. Menſuras enim & pondera omnium nouit.
e menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo † ponderauit? 11
f ¶ Metaphora. a ¶ Super nihilum. b ¶ Poteſtas trinitatis. c ¶ Libratos ſuo pondere fecit.
Quis appendit † tribus digitis molem terrę, & librauit in 12
¶ Nullus. a ¶ In creando. ¶ Verbo domini cœli firmati ſunt. & ſpiritu oris. &c.
pondere montes, & colles in ſtatera? Quis † adiuuit ſpiri- 13
g tum domini, † aut quis conſiliarius eius fuit, & † oſtendit 14
a ¶ Quid ageret. b ¶ Qualiter operari debuiſſet.
illi? Cum quo inijt cōſilium? & quis inſtruxit eum, & do-
a ¶ Regulam operandi.
cuit eum ſemitā iuſtitiæ, & erudiuit eum ſcientia, & viam
¶ Nullus. a ¶ Quia. b ¶ Idola colentes vel omnes. c ¶ Gentes. ¶ In comparatione eius. d ¶ Quæ cadens pro nihilo ducitur.
h prudentię oſtendit illi? Ecce Gentes quaſi ſtilla ſitulę, & 15
a ¶ Quod velut ex nihilo in vtranque partem inclinatur. 16
quaſi † momētum ſtateræ reputatæ ſunt. Ecce inſulæ quaſi 17
a ¶ In comparatione eius. b ¶ Hoc addit vt Gentes ab idololatria reuocet auferendo victimas: quia nec ligna nec animalia ſufficiunt. c ¶ Hoſtiarum ignem. 18
i puluis † exiguus & Libanus nō ſufficiet ad ſuccendendum, 19
k & animalia eius non ſufficient ad holocauſtum. Omnes 20

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ Qui euangelizas Sion. *Ideſt populo Iudaico: & dicitur Euāgelizas, quia prædicatio Iohannis ad Euangelium pertinet.*

2 Exalta noli timere. *Iohannes enim timore Herodis aut Phariſæorum & Sacerdotum non deſtitit à conſtanti veritatis denuntiatione.*

3 Ecce Deus veſter. *ideſt Deus humanatus. Sic enim denuntiauit Iohannes Iohan. 1.d.* Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi. *Nomine agni exprimens humanitatem: & per ablationē peccati eius diuinitatem.*

Ecce dominus Deus, *In aduentu enim ſuo Chriſtus egit miracula ſtupenda quæ fieri non poterant, niſi virtute infinita.*

Et brachium eius dominabitur. *Per brachia enim eius in cruce extenſa peruenit ad gloriam ſuæ reſurrectionis, & ſic ad dominium plenæ poteſtatis. propter quod tunc dixit Matth. vlt. d.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.

6 Ecce merces eius cum eo. *Quia virtute diuinitatis de ſe poterat dare gratiam in præſenti & gloriam in futuro.*

7 Et opus illius cum illo. *ideſt in voluntate & poteſtate.*

8 Sicut paſtor. *vnde dicit de ſeipſo Iohann. 10.* Ego ſum paſtor bonus.

9 In brachio ſuo. *Per hoc deſignatur Chriſti pietas ad fideles ſuos, propter quod ibidem dicit:* Et animam meam po. pro oui. meis.

10 Quis menſus eſt pugillo. *Hic conſequenter ponitur poteſtas conſolantis, ad oſtendendum, quòd de eius promiſſione nullus debeat dubitare, cum ſit potens adimplere. & diuiditur in duas, quia primò declaratur eius poteſtas contra idololatras, ei creaturam adæquantes. Secundò contra puſillanimes Iudæos de ipſo minus debito confidentes, ibi:* Leuate. *Prima in duas: quia primò dicta poteſtas oſtenditur. ſecundò ex hoc idololatria arguitur, ibi:* Cui ergo. *Circa primum dicitur.* Quis menſus eſt pugillo. *ideſt valde faciliter: aquas quamuis ſint multæ & magnæ.*

11 Et cęlos palmo. *ideſt ſine difficultate aliqua. ſicut illud quod continetur in palma.*

12 Quis appendit tribus. *ideſt valde faciliter. Quando enim aliquis vult leuare aliquod ponderoſum, apponit duas manus: ſed quando eſt valde leue, apponit tantum duos vel tres digitos. Per hoc autem oſtenditur Chriſti poteſtas, qui virtute diuinitatis omnia iſta fecit. Vtitur autem hic ſcriptura verbis ponderis & ſtateræ, quia Deus omnia diſpoſuit in numero, pondere, & menſura. Sap. 11.d. propter dictam potentiam ſubiungit.* Diuiſio.

13 Quis adiuuit ſpiritum domini. *quaſi minus potentem. quaſi dicat nullus.*

14 Aut quis conſiliarius eius fuit. *quaſi haberet ſapientiam diminutam. Et patet litera vſque ibi.*

15 Ecce gentes. *omnes generaliter.*

16 Quaſi ſtilla ſitulæ. *ideſt cadens de ſitula, quæ nullius momenti reputatur.*

17 Et quaſi momentum ſtateræ. *ideſt lingula ſtateræ, quæ valde de facili ad vtranque partem mouetur, de ſe nullam habens ſtabilitatem.*

18 Ecce inſulæ quaſi puluis exiguus. *In conſpectu eius.*

19 Et Libanus non ſufficiet ad ſuccendendum. *ideſt ſi aliquis vellet facere ſibi ſacrificium debitum, omnia ligna non ſufficerent ad ipſum cremandum, nec per conſequens omnia animalia ſufficerent ad offerendum ſibi debitum holocauſtum.*

20 Omnes gentes, &c. *Quia ex ſe non habent aliquod eſſe.*

✱ *Omnia*

A a *Cui ergo ſimilem feciſtis.* Tropologicè. Increpantur principes hæreticorum qui diuerſa idola de corde ſuo fingunt, vel eloquii venuſtate, ideſt argento, vel ſenſus ſplendore qui ſignificatur in auro, vel ligno imputribili quę viliora ſunt dogmata, quæ dialectica firmant arte ne corruant.

∗ Clemens Alexan. Antiſthenes Socraticus vocem illam propheticam circūlocutione exprimēs quæ dicit, cui me aſſimilauiſtis, dicit dominus, ait eum nulli eſſe ſimilem, quoniam nemo poteſt eum diſcere ex ſimilitudine & imagine.

Lib. 5. Stramaton.

∗ Damaſcenus. Extremæ dementiæ, & impietatis fuerit, diuinum numen fingere. Hinc eſt quod in veteri teſtamēto minimè tritus imaginum vſus erat.

†Theſaurari⁹ qui eſt ſuper oblationes, lignum imputribile.
Lib. 4. de fide cap. 17.
†audietis.

B Poſteaquam autem Deus homo factus eſt, miracula edidit, paſſus, crucifixus eſt, reſurrexit, & aſſumptus eſt, literarū quidem monumentis ad alendam memoriam noſtram, & doctrinam eorum qui tū aderant, iſta mandata ſunt: vt ea quæ non vidimus audiētes, ac credentes, beatitudinem eam quā dominus prædicauit aſſequamur. Verum quia nō omnibus hoc cōtigit, vt literas norint, idcirco patribus viſum eſt, vt refricandæ memoriæ cauſa, hæc tanquam præclara quædam trophæa in imaginibus pingerentur.

† globum.
†Stelam, pellem.

b *Nunquid.* ſtultitiam Gentium redarguit, vt ab idololatria recedant.

c *Forte lignum.* Hebraicè meſuchan, quod genus ligni eſt imputribile, de quo maximè idola fiunt. hoc autem dicit D vt idolis reprobatis ſuſcipiatur doctrina Euangelij & reueletur gloria domini, vt videat omnis caro ſalutare Dei.

d *Ab initio.* Legis Moyſi vel à principio mūdi in ipſis creaturis quæ omnes ſuum ſuo modo prædicant artificem.

e *Super gyrum.* Hinc nonnulli terrā quaſi pūctū & globum eſſe contendunt.

f *Quaſi locuſtæ.* In eius comparatione vel conſiderata terræ magnitudine.

g *Tabernaculū.* Hinc quoque in ſimilitudinem ſpheræ cęlū eſſe contendunt, & eius Hemiſpheriū terris imminere.

h *Qui dat ſecretorum.* *Stultam fecit Deus ſapientiam huius mundi*, & hoc eſt: *Qui dat ſecretorum ſcrutatores.* Quaſi dicat. Non ſint.

E ∗ Theodoretus. Sic Sennacherib, ſic Nabuchodonoſor ſuſtulit Deus, ſignificatq́; propheta non dimenſam eſſe potentiam Dei operibus, multò maiora potuit, voluntate ſola fecit, q̄ fecit omnia. Nam (inquit ꝓpheta) omnia quæcūque voluit, Deus fecit, non quæ potuit omnia, ſed quæ voluit. potuit enim multò plura facere, facit autem quæ recte ſe habere iudicauit.

i *Cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis me dicit Sanctus*, q.d. Quare ſimilitudini Deum comparatis, nec ex creaturarum magnitudine Deum creatorem intelligitis? ſi nō creditis verbis, credite oculis veſtris, & elementorum omnium ſeruitute omnipotentiam domini cogitate.

a¶Quæ ſub cælo ſunt. b¶In comparatione eius.
Gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum
a¶Simulacro. b¶Vnum qui omnia fecit.
a & inane reputatæ ſunt ei. Cui ergo ſimilem feciſtis Deum, 1
a¶Qui ſpiritus eſt, in omnibus et & vbique. b¶Dominus ad omnes Gentes.
b aut quam imaginem ponetis ei? Nunquid ſculptile † con- 2
¶ſimul. Deo qui vbique. 3
flabit faber, aut aurifex auro † figurabit illud, & † laminis
a¶Non. b¶Durabile, vnde factum ſimulachrum duret in longum.
c argenteis argentarius? † Forte lignum & imputribile ele-
a¶In hac arte.
git artifex ſapiens: quærit quomodo ſtatuat ſimulachrū,
¶ad Gentes. ¶Naturali ratione idola nihil eſſe, & me Deum æternum eſſe. 4
quòd non moueatur. Nunquid non ſcietis? Nunquid nō 5
a¶Saltem ſecundum legem ſcriptam quæ hoc prohibet.
d † audiſtis? Nunquid nō annuntiatum eſt vobis ab initio?
a¶A domino fundata. b¶Omnia regit & ambit. 6
Nunquid non intellexiſtis fundamenta terrę? Qui ſedet 7
a¶Terræ. b¶Quid ergo ſuperbiunt? 8
e ſuper † gyrū terrę, & habitatores eius ſunt quaſi locuſtæ. 9
f a¶Etiam. b¶Tenues, ſubtiles. c¶Sub eis quaſi ſub tabernaculo habitant homines, ſupra angeli & ſancti. 10
Qui extendit velut † nihilum cœlos, & expandit eos quaſi 11
¶Etiam. 12
tabernaculum ad inhabitandum. Qui † dat ſecretorum
g a¶Philoſophos. b¶Omnes mortui obliuioni dati. c¶Principes. d¶Quia tranſeunt cito. 13
h ſcrutatores quaſi non ſint, iudices terrę velut † inanes fe- 14
a¶Firmato ſcilicet. 15
cit. Et quidem neque plantato, neque ſato, neque radica- 16
a¶In præſenti vita. b¶ſtatu. c¶Spiritus Dei.
to in terra trunco eorum, repentè flauit in eos, & arue-
a¶Mortui. ¶Tranſiui & ecce non erat. b¶Repentina ſententia. c¶Ab hac vita. d¶Cum tanta ſit potentia. e¶Deorum veſtrorum. f¶O Iudæi vel Gentiles idola colentes.
i runt: & turbo quaſi ſtipulam auferet eos. † Et cui aſſimi- 17
a¶Singulariter.
laſtis me, & adequaſtis me dicit Sanctus? Leuate in ex- 18

☞ *In nu-*

C F

## NICOLAVS DE LYRA.

∗ *Omnia iſta inducuntur ad oſtendendum, q; in nullo indiget alterius auxilio, ſeu conſilio.*

1 Cui ergo ſimilem feciſtis Deum? *Hic conſequenter ex dictis idololatria reprehenditur, in qua cultus ſoli Deo deditus creaturæ impenditur. & ſic ei ſecundum reputationem idololatrę adęquātur, propter quod dicitur:* Cui ergo ſimilem feciſtis Deum? *Hoc dicitur contra idololatras credentes aliquid diuinitatis eſſe in imaginibus factis.*

2 Aut quam imaginem. *Et hoc dicitur contra idololatras, q imaginibus non attribuebant aliquid numinis, ſed quibuſdam dijs inuiſibilibus in imaginibus repręſentatis: ponebant tamen pluralitatem Deorum.*

3 Nunquid ſculptile conflabit faber. *Omnia iſta inducuntur hic ad oſtendendum, quod idola nullam ſtabilitatem habent à ſe, ſed magis ab artifice. Et cum omnes Gentes quaſi nihil reputatę ſint reſpectu Dei, vt prędictum eſt, ex hoc concluditur quod idola adhuc minus ſunt reputanda, ideo ſubditur.*

4 Nunquid non ſcietis. *Illud quod dictum eſt de idolis, quod ſenſibiliter poteſtis experiri.*

5 Nunquid non audiuiſtis. *q. d. ſic quia in libris Gentilium & chronicis ſemper fuit facta mentio de ortu idololatrię per opus hominum, vt magis videbitur cap. ſequenti.*

6 Nunquid non intellexiſtis. *q. d. intelligere debuiſtis, quòd a ſolo Deo habeat ſtabilitatem: cum nihil ſit ſub ea ſuſtentans eam.*

7 Qui ſedet ſuper girum terræ. *Tanquam princeps terrenus.*

8 Et habitatores. *ideſt homines ei ſubditi.*

9 Sunt quaſi locuſtæ. *reſpectu Dei.*

10 Qui extendit velut cælos. *Cum ſint naturę vel materię ſubtilis, quę dicitur quaſi nihil, eo quòd non eſt palpabilis: eo modo loquendi quo aer nihil vocatur propter ſuam ſubtilitatem. Vnde dicitur communiter nihil in puteo eſſe, cum tamen ſit plenus aere. In Hebręo habetur.* Qui extendit velut telam celos. *Et ſic plana eſt litera & ſequentibus conſona, cum ſubditur.*

11 Et expandit eos. *Loquitur hic de cęlo ſecundum apparentiā viſus, quia extrema cęli in circumitu orizontis noſtri videntur ſuper terrā figi, & medium quod eſt ſuper capita noſtra in altum erigi. & ſic habet apparentiam tabernaculi extenti.*

12 Qui dat ſecretorum ſcrutatores. *ideſt ſapientes in ſpeculabilibus.*

13 Iudices terræ. *ideſt prudentes in agibilibus.*

14 Velut inanes fecit. *ideſt nullius reputationis in Dei comparatione: quod oſtendit per ſimile, cum ſubditur:*

15 Et quidem. *ideſt, certè.*

16 Neque plantato neque ſato. *ideſt ſicut plantula non radicata adhuc nec firmata terra à modico vento eradicatur, ſic etiam omnes prędicti quantumcunque magni ad nutum Dei eradicantur, & tolluntur de vita pręſenti, & ideo in fine concluditur.*

17 Et cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis dicit ſanctus? *Quaſi diceret, talis aſſimilatio eſt valde erronea.*

18 Leuate in excelſum oculos veſtros. *Hic conſequenter oſtenditur Dei poteſtas contra Iudęos de Deo minus debito confidentes, & primò ad conſiderationem diuinę maieſtatis inducuntur, cū dicitur:* Leuate in excelſum oculos veſtros. *ideſt ad opera cęleſtia.*

∗ Et vi-

a *In numero.* Illi numerata ſunt, quæ Abraham numerare non potuit: & ſeruiunt delegato officio, vt ſol curſum cæli vno expleat anno, & cętera ſuo modo.

b *Militiam eorum, &c.* Angelos ſcilicet, vnde: *Milia milium miniſtrabant ei.* Inde & dominus Sabaoth dicitur, ideſt militiæ, vel exercituum vel virtutum.

c *Quare dicis, &c.* Cũ hæc propheta diceret decem tribus iã captiuatæ erãt, duæ reſtabant captiuandæ. In captiuitate autẽ omnes deſperantes, dicebant terrena: Deus non conſiderat, nec curat quid quiſq; faciat. Ideo ſine rege, ſine iudicice ſumus, & immerito affligimur.

a¶ Cœlum. b¶ Intelligite ſaltem per creaturas. c¶ Quæ in cœlo. d¶ Ille ſcilicet qui edu-
cellſum oculos veſtros, & videte qs creauit hęc: qui educit
a¶ Qui numerat multitudinem ſtellarum. ¶ Angelos & ſtellas. b¶ Cœlorum. c¶ Stellas.
in numero† militiam eorum, & omnes ex nomine vocat.
¶ Quaſi qui omnipotens
Præ multitudine fortitudinis, & roboris virtutiſque eius,
a¶ Ex omnibus his. b¶ Alienum à numero & à cogni eius. c¶ Ergo. ¶ Cum tanta ſit Dei magnitudo, cum eius nutu regantur omnia ¶ Vel eis d¶ Duæ tribus.
neque vnum reliquum fuit. Quare dicis Iacob, & loqueris
a¶ Decem tribus iam in captiuitatem ductæ. b¶ Non videt eam. c¶ Meo. d¶ Quia præiudicauit me.
Iſrael, abſcondita eſt via mea à domino, & à Deo meo iu-
¶ Vel ibit. a¶ Perte. b¶ In ſcripturis.
dicium meum tranſiuit? Nunquid neſcis, aut nõ audiſti?
¶ Hoc ſcilicet. ¶ Vnus eſt. a¶ De nihilo.
Deus ſempiternus dominus, qui creauit terminos terrę nõ
a¶ Quia caro non eſt b¶ Quia ſpiritus omnipotens eſt. c¶ Quia omnia nouit.
deficiet, neque laborabit, neque eſt inueſtigatio ſapientiæ
a¶ In fide hæſitanti. b¶ Fidei & operis. c¶ In mundo fortes
eius. Qui dat laſſo† virtutem, & his† qui nõ ſunt fortitudi-
a¶ Sed. ¶ Ex toto damnati. b¶ A pueritia. ¶ Qui pueriliter viuunt. c¶ In infirmitate.
nem & robur multiplicat.† Deficient pueri & laborabũt,
a¶ Qui fortes & ſani ¶ Vitiis ſeruentes: b¶ Animæ & corporis. c¶ In hac vita. d¶ Non in ſe
& iuuenes† in infirmitate cadent. Qui autẽ ſperant in do-
a¶ Quibus volent ad Deum.
mino, mutabunt fortitudinem: † aſſument pennas ſicut
a¶ Innouati. b¶ Ad Deum c¶ Omnia facilia amantes: d¶ Proficient. ¶ Quia in æternum viuent.
aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.

f *Sapientiæ eius.* Ex hoc loco aliud apoſtoli ſumptum videtur: *Incomprehenſibilia iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius*: q. d. Solus Deus æternus, impaſſibilis, cætera oĩa deficient. Rom. 11. d

g *Deficient pueri.* qui ſcilicet gaudent corporis ſanitate, & pueritiam & adoleſcentiam putant eſſe perpetuam.

h *Mutabunt.* Vt ſint fortes in Deo, fient debiles mundo, & poſt mortem carnis fient immortales.

† quibus non eſt fortitudo.

i *Sicut aquilæ.* Sicut Aquila ſecundum Phyſicos alliſo ad ſilicem roſtro, vetuſtate nimia adunca to innouatur: ſic q vetuſtatem peccati per petram, quæ eſt Chriſtus mortificãt mortui mundo innouantur Deo, vnde: *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Pſal. 102. b

Aquilæ renouatio.

laſſabuntur.

† aſcendet talis.

d *Via mea.* Bona opera non pertinent ad Deum terrena, non conſiderat quid quiſque agat. Inde iniuſtè opprimimur, quaſi iumenta & piſces, ſine rectore.

e *Creauit.* Omnia nouit, omnia continet, omnia maieſtate ſua diſpenſat.

f *Sapien-*

* Procopius. Sic ergò & in hac vita ſingulorum quoddam iudicium eſt, vt in futura vniuerſorum, etiamſi ita eſſe minimè arbitreris ò Iſrael. indeque iſta tibi reliquiſque gentibus congrua denuntio. Innouamini ad me inſulæ.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et videte quis creauit hæc. *ideſt, ex hoc conſiderate magnitudinem creatoris, ſecundũ q̃ dicitur Sapien. decimotertio. b.* A magnitudine enim ſpeciei & creaturæ poterit cognoſcibiliter creator eorum videri.

2 Qui educit in numero militiam eorum. *ideſt multitudinem ſtellarum inordinatè in ſuo curſu procedentium.*

3 Et omnes ex nomine vocat. *Quia omnia cognoſcit perfectè vſque ad minima:*

4 Præ multitudine forti. *Iſta tria in Deo ſunt vnum, tamen in nobis differunt. Fortitudo enim reſpicit magnitudinem & correſpondentiam membrorum, robur fortitudinem oſſium, & neruorum, virtus magnitudinem effectuum.*

5 Neque vnũ reliquũ fuit. *i. nulla res quantumcunque modica latet potentiam & ſcientiam diuinam. ideo concluditur:*

6 Quare dicis Iacob. *ideſt popule Iudaice deſcendens à Iacob.*

7 Abſcondita eſt via mea. *ideſt opera mea.*

7 A domino. *ideſt, non reddet pro eis mercedem.*

8 Et à Deo meo iudicium. *ideſt, non faciet vindictam de iniuriis mihi illatis. Ex hoc videtur, quod in populo illo erãt aliqui q deciderant in illum errorem, quod Dei prouidentia ad actus humanos nõ ſe extenderet: Vel dicendum, quod propheta vtitur communi modo loquendi, quo homines in afflictione longa poſiti dicuntur à Deo derelicti & traditi obliuioni.*

9 Nunquid neſcis aut non audiſti. *Et quid ſit illud ſubditur.*

10 Deus ſempiternus. *ideſt ſua deitate.*

11 Dominus qui creauit terminos terræ. *& ſic dicitur dominus, ex tempore quo habuit creaturam ſubiectam. q. d. iſta debuiſti ſcire, quia Moyſes tibi annuntiauit in principio Geneſis.*

12 Non deficiet. *in opere gubernationis.*

13 Neque laborabit. *quia laſſitudinem operando non incurrit.*

14 Neque eſt inueſtigatio ſapientiæ eius. *ſ. ad perfectũ, quia excedit inueſtigationem humanam in infinitum, Rom. 11. d.* O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, &c.

15 Qui dat laſſo virtutem & his qui non ſunt. *producendo eos de non eſſe ad eſſe.*

16 Deficient pueri, *ſcilicet moribus & ſenſu.*

17 Et iuuenes. *ideſt inſolentes.*

18 In infirmitate cadent. *primo in culpam & poſtea in pœnã.*

19 Qui autem ſperant in do. *& non in ſeipſis præſumptuoſe.*

20 Mutabunt fortitudinem. *quia qui erant prius debiles ad grauia ſuſtinendum gratia diuina efficientur fortes.*

21 Aſſument pennas ſicut aquilæ. *ideſt qui prius erant tardi & pigri ad bona opera, efficientur veloces ad ipſa: Et hoc videtur impletum in vete. & no. teſta. per ſucceſſiones generationum in illis qui veraciter conuerſi ſunt ad Deum.*

CAP.

## ADDITIO. I.

*In cap. 40. vbi dicitur in poſtil.* Super montem, *hic conſequẽter introducitur perſona conſolatoris.*

*Licet expoſitio poſtillatoris de hoc quod dicitur;* Super mõtẽ excelſum, &c. *ſit ſatis cõſona literæ & veritati ſecundũ tranſlationem noſtrã, ſecundum tamen Heb. veritatem non totaliter conſonat literæ. Pro quo ſciendum quod Grammatica Hebraici ſermonis in multis deuiat à Grãmatica Latina, & ſpecialiter in hoc, quod ſecundum Grãmaticam Hebraicã in verbis habetur differentia inter ſexum maſculinum & fœmininũ, ſicut nos habemus in nominibus, & hoc ſecundũ quãlibet differentiã trium perſonarum. Verbi gratia, aliter dicitur a fœmina. ego comedo quã à maſculo, & ſic in ſecũda & tertia perſona. Similiter in hoc pronomine tu tui, &c. eſt differentia inter ſexum maſculinum & femininum. Loquens. n. cum maſculo aliter pronominat tu quam ſi cum fœmina loqueretur: & hoc eſt valde manifeſtum cuicunque habenti aliqualem notitiam in illa lingua. vnde in hoc loco vbi dicitur.* Super montem excelſum aſcende, *ly* aſcẽde *eſt feminini generis, no maſculini. Similiter ly* tu, *& ly* Euãgelizas, *& ly* exalta, *& ſic de cæteris verbis & pronominibus hic contentis quæ omnino pertinent ad fœmininũ genus vſque ibi:* Ecce Deus veſter, *& ideo vt magis proprie hæc verba ſecundum veram literam Hebraicam intelligantur, referenda ſunt ad beatam virginem & ad ſanctam Eliſabet, ſecundum ea quæ traduntur de eis, Luc. 1. vt ſit ſenſus quod Iſa. in perſona domini dicit Beatæ virgini.* Super montẽ excelſum aſcende tu quæ Euãgelizas Sion, *ſ. Beata virgo: quod impletum eſt quando concepto filio Dei in vtero virginali Maria exurgens perrexit in montana, vbi manifeſte patet quod aſcendit in montem excelſum. nam Iudæa vbi Zacharias manebat, erat altior Galilæa, à qua receſſit Maria. Chriſtus enim de Galilæa in Ieruſalem pergens dicebat.* Ecce aſcẽdimus Ieroſolymam, *& quia de Galilæa in Ieruſalem beata virgo non per planam viam, ſed per montana iuit. ideo propriè ei dicitur.* Super montem excelſum aſcende.

*Et quia in ſua ſalutatione ad Eliſabet nõ ſolũ mater, ſed etiam infans in vtero eius Chriſtũ inſtinctu ſpiritusſancti cognouit; quia vt dicitur Luc. 1. d.* Factũ eſt cũ audiuit ſalutationẽ Mariæ Eliſabet exultauit ĩfans cũ gaudio. *In quo deſignatur gaudiũ de preſentia domini, ideo de beata virgine in ipſa ſancta ſalutatione pro-*

prie intelligitur. Quæ Euangelizas Sion. *ſcilicet, quę nuncias bo*
A *na ſanctis animabus, ſcilicet Eliſabet & Iohanni.*

*Cōſequenter propheta in perſona domini alloquitur ipſam Eliſabet di.* Exalta vocē tuā quæ Euangelizas Ieruſalem: *quod impletū eſt quando Eliſabet exclamauit voce magna Euāgelizādo ipſi Ieruſalem videlicet beatæ virgini dicēdo:* Beata quæ credi. qm̄ perfi. in te quæ dicta ſunt tibi à domino. *Luc. vbi ſupra.*

Luc. 1. c.

*Conſequenter propheta in perſona domini alloquitur virginē di.* Exalta, noli timere. *In quo innuit canticū eius altiori voce formādum, quam cum primo ſolum ſalutando Euangelizauit. q. d. Non tātū loquere voce ſubmiſſa, prout ſufficit ad cognatæ tuæ ſalutationē, ſed etiam exalta vocem, ſ. prout requiritur ad modum cantici: per quod canticum ciuitatibus Iudæ, ideſt eccleſiis præſentibus & futuris annuncies præſentiam filij Dei in te incarnati, & hoc eſt q dicit:* Dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus veſter. *quod continuè impletur in eccleſiis, cū per canticū prædictum ſolemniter memoratur, ſeu annūciatur aduentus domini in eadē virgine: Interpoſuit tamen ibi propheta.* Noli timere. *quia virginalis pudicitia pauida eſt, & timida. vnde angelus ei dixit:* Ne timeas Maria. *Et etiā vt innueret, quod tanta erat humilitas virginis, quod non præſumebat canticum publicè cantandum formare niſi Spiritusſancti inſtinctus eam † tangeret, ſeu moueret de quibuſdam aūt in cantico virginis contētis, quędā innuēdo propheta hic ponit: vt cū dicit.* Ecce dn̄s in fortitudine veniet, & brachiū eius dominabitur. *Quæ quidem*

† cogeret.

B *verba videntur correſpondere huic, quod dicitur in cantico.* Fecit potentiā in brachio ſuo. *Vtrobique. n. datur intelligi, q incarnatio filij Dei pertinet ad infinitatē diuinæ potentiæ. Et ſequitur.* Ecce merces eius cum eo. *In propheticis. n. locutionibus promittebatur incarnatio filij Dei quaſi merces à Deo danda in futurum. ſicut Gen. 22. d. Abrahæ dictū fuit:* Benedicētur in ſemine tuo oēs Gentes, *ſed in prædicto cantico hæc merces, vt iam data annūtiatur, vnde dicit:* Suſcepit Iſrael puerū ſuū: *cui correſpondēt verba prophetæ. di.* Ecce merces eius cū eo. *Et quia vt dicit Grego. in benedictione cerei: Nihil nobis naſci profuit, niſi redimi profuiſſet, ideo ſubdit:* Et opus illius corā illo, *ſ. opus redemptionis, qđ maximè pertinet ad diuinā miſericordiam: quæ inter diuina opera prę-* D *eminet, vnde Pſal. 144. b.* Miſerationes eius ſuper oīa opera eius: *& ideo in cantico cum dixiſſet.* Suſcepit Iſrael puerū ſuū. *ſubdit:* Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ. *Sequitur.* Sicut paſtor gregē ſuū paſcet: *In quo innuit propheta, q Chriſtus ſe haberet, vt paſtor ad gregem ſuū: non vt ad gregem alienū ſicut mercenarius, cui non eſt cura de ouibus, Iohan. 10. b. quod correſpondet huic quod dicitur in cantico,* Sic locutus eſt, &c. *Ad patres. n. ſemper ſe habuit Deus vt paſtor cū proprio grege. vnde Pſal. 94. b.* Nos aūt populus eius, &c. *Cætera exponantur, vt in poſtil. Quę quidem expoſitio non ſolum videtur conſona literæ, ſed in ſe rationabilis. Iſaias. n. qui Euangelicus propheta dicitur, vt in prologo & in proœmio, ſicut de voce Baptiſtæ in deſerto clamantis hiſtoriā prophetiċè texuit, vt ſtatim ſupra ſic nō immeritò de voce virginis ſalutantis & cantantis propheticam hiſtoriam prædicere debuit: præmittit tamen hiſtoriam de voce Baptiſtæ, quamuis ordine temporis poſterior fuit, eò quòd illa fuit omnibus notior: A notioribus enim incipit proceſſus diſciplinæ, prout in primo Phyſic.*

ADDITIO. II.

*In epiſt. cap. vbi dicitur in poſt.* Præ multitudine fortitudinis, & roboris.

*Vbi nos habemus:* Præ multitudine fortitudinis, *Hebraica litera ſic habet.* Præ multitudine & fortitudine roboris & virtutis nec vnus defuit. *Cuius ſenſus poteſt eſſe talis, quòd militia cæleſtis quæ in tanta multitudine eſt, conſiderari debet quòd* E *quælibet ſtella habet fortitudinem, ſcilicet potentiam & virtutem actiuam ad influendum in iſtis inferioribus, vnde. Geneſ. de ſole. & luna & ſtellis dicit.* Poſuit ea in firma: cæ. &c. *& in Pſalm.* Solem in poteſtatem dici, &c. *& ſic diuinam potentiam, & ſcientiam commendat propheta, non ſolum ex numeroſa multitudine cæleſtis militiæ, ſed etiam ex fortitudine, & robore, & virtute influxiua eis à Deo collata, à quibus nulla ſtella quantumcunque modica deficit, quin habeat aliqualem potentiam; ex quibus excitatur magis humana mens ad conſiderandum magnitudinem potentiæ creatoris.*

CAP. XLI.

Taceant inſulæ. Quia ī ſalo Gētes, ſcil. quæ ſalſis, & amaris fluctibus ſeculi tūduntur.

✠ Theodoretus. Inſulas eccleſias vocat, quod vt inſulę tumidos fluctus maris
C excipiunt, & frangunt, ſic eccleſiæ perſequentium tēpeſtates & procellas perferunt, & ſuper petram ideſt, Chriſtum ſunt collocatæ.

✱ Procopius. Tacere inſulas iubet, vt ſermoni & ſalutari prædicationi ſe attētas præbeant, inſularum nomine, conflatas è gentibus eccleſias intelligens, in quas huius vitæ nequitia, tanquā maris ſalſilago vndis & fluctibus vndique inſurgit. Nōnulli inſularū appellatione, ciuitates & pagos aliqn̄, qui vaſtis incultiſque terris ambiantur (quales in Idumæorum, & Moabitarū ſolitudine eſſe dn̄r) intelligi, quos velut in exē-

CAP. XLI.

a¶Audi Iſrael & tace. b¶Ad audiendum per apoſtolos.
a T[a]Aceāt ad mē[b] in ſulę, & Gen 1
a¶Qui erant fortes in mundo, ſint fortes in Deo. Fortitudo mundi voluntatem implere, Dei mortificare. 2
b tēs[a] mutent fortitudinē. Ac 3
a¶Fide ad me. b¶Aliis prædicent. 4
c¶Vt diſcernant inter Deum & idola, & vtrum Deus omnia iuſtè diſponat.
cēndant[a] & tunc lòquantur[b]: ſimul ad iudiciū[c]
a¶Niſi ego. b¶In Iudæam (quæ eſt in orientali plaga) Chriſtum incarnari, mori, ſuſcitari voluit. c¶Vel iuſtitiam. 5
c propinquemus. Quis[a] ſuſcitauit ab oriēnte[b] iuſ[c]
a¶Inſpirando. & de ſepulchro. di: Exurge gloria mea exurge: Et ſecurus reſpondet: Exurgam diluculo. b¶Obediens vſque ad mortem. 6
ſtum, vocauit[a] eum vt ſequeretur[b] ſe?

plū cæterarū nationū aſſumit, vt gentiū aſſumptionē ex parte indicet, quas errore veteri relicto, ad vitæ nouitatem transfire ſignificat.

b *Accedant.* ✠ Theodoretus. His verbis pcipit Apoſtolis & eccleſiæ principib. conſentire omnes ſummo conſenſu in doctrina Euangelica, & euāgelium omnibus gentibus prænuntiare. F

c *Quis ſuſci. ab or.* Quidam Hebræorum hoc ad Cyrū regem Perſarum referunt, quod ſuſcitatus ſit aduerſus Babylonios ab oriente, qđ ei fecerit dominus parere plurimas gentes, ſubijciens gladio & arcui eius. Sic quoque cętera ad ipſum referunt quòd ſcilicet, Babylonijs idola non profuerunt humano ſtudio facta. Alij Hebræorum hoc ad Abrahā referunt, qui vocatus ſit iuſtus ab oriente. i. de Chaldęis: q ſolus iuſtus inuētus ſit: & ſecutus eſt Deū. Egrediens de terra ſua, & tradidit eis reges q

Gen.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XLI.

✱ TAccant ad me. *Poſtq; propheta induxit populū Iſrael ad certā expectationē promiſſorū ex diuina veritate, hic cōſequenter idē facit ex eius charitate, q̄ amicos nō defraudat à promiſſi cōſecutione. Et diuiditur in duas partes, qꝛ primò oſtenditur Dei dilectio ad dictū populū ex beneficijs quæ ei in patrib. cōceſſit. Secūdo, ex ꝓprio filio quē ei ꝓmiſit c. ſeq. Prima in tres ſecūdū tria beneficia. Secūdū ponitur ibi: Et tu Iſrael. Tertiū ibi: Prope facite. Circa primū ſciendū, q primū beneficiū fuit collatū in Abrahā, quē Deus ſeparauit ab īfidelib. educēdo cū primò de Vr Chaldęorū, Gen. 11. c. Et ſecūdo Arā Gen. 12. & p cōſequēs populū ab eo deſcēdētē p Iſaac & Iacob ab infidelib. ſeparauit: pp q & legē ei in mōte Sinai ſpecialiter cōceſſit: pp q dicitur Pſal. 147. b. Nō fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua nō manifeſtauit eis. Et diuiditur in duas, quia primo ponitur huiuſmodi ſeparatio ſecūdo cōtra idololatras inuectio, ibi.* Viderūt. *Circa primum primò ad huius conſiderationem inducit di.*

Dit.

1 Taceāt ad me. *i. habitatores inſularum.* 2 Et Gētes: *Terram aridā habitātes.* 3 Fortitudinē mutēt. *Vt qui erāt fortes ad mala, ſint fortes ad bona.* 4 Accedāt & tūc, &c. *Si habent aliquid iuſtū pro ſe ſecundo beneficiū recolit di.* 5 Quis ſuſci &c. *i. Abrahā, vt exponunt cōiter catholici & Hebræi quem dominus vocauit primò à Chaldæa. vt dictū eſt. & poſtea Abraham, & vtraq; regio vergit ad orientem reſpectu Iudææ, quā dominus ei repromiſit, Gen. 13.* 6 Vocauit eum. *Per viam fidei & obedientiæ, vnde & ex fide ſecundū mādatū Dei voluit filiū immolare, Gen. 22. & ad Heb. 11. & ideo dominus ei aſtitit ipſum protegendo, propter q ſubditur.*

✱ Dabit

*MORALITER.*

1 *Taceant ad me.* Hic primò ponitur quædā excitatio au- † dientium ad intellectū dicendorū quæ ſunt duo ſecundum ſenſum literalem huius cap. Primum eſt vocatio Abrahæ à domino, quæ habetur Gene. 12. per quā myſticè ſignatur inſtitutio debita boni prælati, de qua dicitur.

2 *Quis ſuſcitauit.* Dr̄. n. bonus prælatus ſuſcitari ab oriente pp ſplendorem ſapientiæ, & iuſtus propter rectitudinem vitæ, q̄ debent attendi in inſtitutione prælati, quia ponit in ſtatu pfectionis exercendæ. Quod quidē exercitiū prę-ſupponit perfectionis habitū acquiſitum, ideo ſubditur.

Apo. 1. d.

6 *Voc. eum.* ſ. Chriſtus, vt ſequeretur ſe. Ieſus. n. non venit ad acquirendū in ſe perfectionem quā habuit ab inſtāti conceptionis, ſed ad perfectionē alijs cōmunicandam.

† Dabit

contra Sodomã & Gomorrã venerant, & fecit eos ante gladiũ, & arcũ eius quaſi puluerem & ſtipulam perſecutus eſt illos, reuerſus eſt in pace, nec lõgi itineris curſum ſenſit, & hoc nec ſuis viribus, ſed domini miſericordia fecit, qui ab initio cognouit hæc.

✣ Origenes. Putabamus Chriſtum ab Apoſtolo tm̃ dictum iuſtitiam, ſanctificationem & redemptionẽ, & ſapientiam, & fortaſſe ille à prophetis accipit, nouit ille etiam animatam eſſe iuſtitiam & viuentem, i. vnigenitum Dei filium, qui eſt viuens iuſtitia & ſanctificatio, id.n. eſt illud Iſaię. Quis ſurgere fecit ab oriente iuſtitiam, & vocauit ad pedes ſuos? Vocauit autẽ Chriſtũ pater ad noſtrã ſalutẽ, vt ad nos iter faceret, & deſcenderet ad nos de cœlo.

a *Dabit in conſpectu eius, &c.*

✱ Theodoretus. Reges amouebit ſolio, qui edebãt omne cruciamentorum genus in Chriſtianos, & perſequentes eccleſiam, eccleſia demum vicit, & perſecutores ſuos ſuperauit.

✱ Procopius. Quãquã reges terræ delectos audis & more pulueris & paleę diſiectos, intellige tñ præcipuè aereas poteſtates & principes tenebrarum, qui reges terræ erãt.

b *Semita in pedibus.* Laborem vel laſſitudinem eius vitæ non ſentiet, *Exultauit ad currendam viam.*

a¶ Poſtula à me & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam. b ¶ Conuerſos. ¶ Vinculis fidei.
Dabit ĩ cõſpectu ei⁹ Gẽtes, & reges obtinebit. 1
a¶ Pater. b¶ Contrarias poteſtates. c ¶ Verbi.
Dabit quaſi puluerẽ gladio eius ſicut ſtipulã 2
a¶ Prædicationi. b¶ Filij. c¶ Filius. d¶ Aduerſarios. e ¶ De mundo ad patrem.
vẽto raptam arcũi eius. Perſequetur eos, trãn- 3
a¶ Pacem relinquo vobis. pacem meam do vobis. 4
ſibit in pace: ſemita in pedibus eius non ap- 5
a¶ Prædicta. b¶ Per. c¶ Ad ſe
parebit. Quis hęc operatus eſt & fecit, vocans 6
a¶ Omnes. b¶ Mundi. c¶ Feci, quia primus, &c.
generationes ab exordio. † Ego dominus, pri 7
a¶ Sine principio. b¶ Sine fine. c¶ Gentes, vel eccleſiæ. 8
mus, & nouiſſimus ego ſum. Viderunt inſulæ 9
a¶ Initium ſapientiæ timor domini. b ¶ In omnem terram exiuit ſonus eorum. c¶ Audita prædicatione apoſtolorum 10
& timuerunt, extrema terræ obſtupuerũt: ap-
a¶ Fide ad eum. b¶ Fidelium.
propinquauerunt, & acceſſerunt. Vnuſquiſq;
a¶ In hoc. b¶ Verbo & facto. c¶ Infirmo.
proximo ſuo auxiliabitur, & fratri ſuo dicet,
a¶ In domino Deo viuo & vero, quia idola dii non ſunt, ſed opera hominũ & eſt, confortauit. b ¶ Deum ſuum ſtudioſe faciendo.
confortare. Confortauit † faber ærarius 11
a¶ Formam ſimulacri. b ¶ Cum idola colebantur. 12
percutiens eum malleo, qui cudebat tunc 13
a ¶ Glutinum hoc. 14
temporis, dicens glutino bonum eſt, & con- 15
a¶ Deum. b¶ Quolibet impulſu. †
fortauit eum clauis, vt non moueretur. †

✣ Theodoretus. Tanquam ſumma pax eſſet, & non inſurgeret aduerſus Apoſtolos orbis, peragrauere totũ orbem Apoſtoli.

✱ Cyrillus. Sic percurrere orbem tanquam ſi per planam viam eſſet iter, quod noſtro creatori nemo poſſit reſiſtere.

c *Viderunt inſulæ.* i. Gentes in circumitu: & illius virtute perterritæ ſunt, & extrema terræ i. Sem filius Noe, qui in extremo terrarum ipſe cũ patre & fratrib. diluuiũ euaſit, vſque ad tẽpus illud reſeruatus quem Melchiſedech intelligi volunt, & veniſſe obuiã Abrahæ de prælio reuertenti, & eũ benedixiſſe & Dei bñdictionib. roboraſſe. Ipſum quoq; fabrũ eſſe ærariũ, qui Abrahã cõflauerit & malleo ſuæ artis ad meliora ꝑduxerit, & dixerit: Bonum eſt vt timori Dei glutineris, & ei iũgaris, & confortauit eum clauis præceptorum, vt in timore domini permaneret.

✣ Cyrillus. Poſtquam viderunt gentes Chriſtũ oculis mentis & gloriam ipſius, timuerunt ab extremis terræ, vſque ad extrema, per vniuerſum orbem, & aggregatæ ſunt & appropinquauerunt Chriſto per fidem & purgationem peccatorum.

d *Vnuſquiſque, &c.* ✱ Cyrillus, Chriſti myſteriis initiatus dicet alijs qui colerit idola, faber fabreſcit hoc idolum,

Pſal. 2.

† infr. 44. a

† faber lignarius auri fabrum, & lapicida fabrũ laminarum. qui dicit de ſede idoli bene ſe habet conſolabitur illum qui affigit idolum clauis, ne vacillet.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Dabit in cõſpectu. *Et loquitur hic propheta de præterito per modum futuri, ſicut frequenter fit in prophetis: & hoc fuit impletũ quando Abraham cum .ccc. vernaculis ſuis quatuor reges fortes debellauit, Gen. 14. a.*

2 Dabit quaſi puluerem. *quia eos facillimè debellauit diuina uirtute ſibi aſſiſtente.*

3 Perſequetur eos. *Quia perſecutus fuit fugientes vſque Soba & Phęnicem Gene. 14.*

4 Tranſibit in pace. *Quia nullus de ſuis in bello illo cecidit.*

5 Semita in pedibus eius. *Quia valde faciliter ad bellum iuit & rediit, ſicut de homine faciliter tranſeunte & leuiter, dicitur, ꝙ non figit veſtigium in terra, vel non tangit terram.*

6 Quis hæc operatus eſt. *q.d. Deus, & nõ homo ideo ſubditur.*

7 Vocans generationes. *ſ. ad fidem & amicitiam ſuam.*

8 Ab exordio. *ſcilicet temporis quod patet in Abel iuſto, Seth, Noe, Abraham, & ſic de alijs.*

9 Ego dominus. *Et ideo poſſum vocare ad meam amicitiã quos volo ſine iniuria cuiuſcunque cum nulli tenear, ſed omnes id quod ſunt tenẽt a me, ideo ſubditur:* Primus & nouiſſimus ego ſũ.

10 Viderunt. *Hic conſequenter per oppoſitũ ponitur inuectio cõtra factores & cultores idolorum. Circa quod ſciendum, quod ſicut di. Euſebius in chronica ſua anno. 7. Abrahæ Ninus rex Aſſyriorũ condidit Niniuem, & ipſe incepit idololatriam, quia fecit imaginẽ Belo patri ſuo defuncto, cui exhibebat tantam reuerentiam, quod parcebat reis fugientibus ad ipſam, vt dicitur in Schola. hiſtoria: propter quod dicti confugientes inceperunt adorare illam imaginem, & ad imitationem huius facti alij fecerũt imagines charis ſuis defunctis. Et ſicut imago facta à Nino vocabatur Belus, & fuit primum idolum: ſic hoc nomen deriuatũ eſt ad alia idola, vt potè Bel, Baal, Baalim, Beelphegor, & Beelzebub, & huiuſmodi ſecundum diuerſitates Gentium & linguarum: & quia hoc fuit multiplicatum tempore Abrahæ vt dictum eſt, ideo iuxta ipſius fidelitatẽ arguitur hic idololatria iſtorum, & hoc eſt quod dicitur:* Viderunt inſulæ & timuerunt, extrema terræ obſtupuerũt: appropinquauerunt. *i. habitatores inſularũ & aliarũ terrarũ viderunt reuerentiã idolis à potentibus exhibitã: & ſic in timore poſiti cõfugerant ad ipſa veneranda, vt ſic eis parceretur: ideo ſubditur:* Appropinquauerũt & acceſſerunt, *ſ. ad idola.* Vnuſquiſq; proximo ſuo, &c. *quia quando aliquis habebat amicum in periculo poſitũ, conſulebat ſibi refugere ad idolum: Et quia exemplo Nini alij potentes fecerunt idola per manus tamen artificum, ideo ſubditur.*

11 Confortauit fab. *Ad cuius intellectum ſciendum, ꝙ in fabricatione idoli de metallo per malleationẽ tres operarij ſunt neceſſarij. Primus eſt ille, qui materiã in igne calefactam cum martello ducit ad formam partium idoli. Secundus eſt qui partes ſic formatas cũ martello cum lima polit. Tertius eſt qui partes ſic præparatas ad inuicem conſolidat, & coniungit, & hoc notatur cum dicitur.* Confortauit fab. *Et conſtruitur ſic litera: Faber ærarius, ideſt metallicus, Percutiens malleo, ideſt martello ſcilicet materiam ducendo ad idoli formam. Confortauit, ideſt efficaciter monuit.*

12 Eum qui cu. *ideſt cum lima poliebat. Cudere enim in vna ſignificatione idem eſt quod polire qui dicitur in libro Catholicon.*

13 Tunc temporis. *ideſt, tempore Abrahæ quo fabricatio idolorum cępit multiplicari ut dictum eſt.*

14 Dicens. *iſte qui poliebat erat dicens ſupple conſolatori.*

15 Glutino bonum eſt. *i. bonum eſt partes idoli conformatas* ✱ *& politas*

Tres operarij ad fabricationem idoli.

*MORALITER.*

7 *Dabit in conſpectu.* Quia debet cognoſcere ſtatum ſibi ſubiectum, paruorum & magnorum.

2 *Dabit quaſi.* Per gladium qui propè percutit ſignatur doctrina per verbum, per arcum verò qui à longè ferit doctrina perſcriptũ: Vtroq, nãq; modo ſancti prælati, vt Aug. Greg. & alij, hæreſes & uitia deſtruxerunt, quibus alij prælati debent quantum bono modo poſſibile eſt conformari.

4 *Tranſibit.* Nã de prælato dr̃, 2. Tim. 2. d. *Seruũ Dei nõ oportet litigare, ſed manſuetũ eſſe ad omnes, ſalua tamen iuſtitia;* aliter non eſſet manſuetudo vera, ſed puſillanimitas deteſtãda.

5 *Semita in pedibus.* Per ſemitam quę eſt parua uia declinans via communi, ſignatur declinatio aliqua a cõmuni doctrina eccleſiæ, quæ quantũcunq; paruã in prelato non dẽt eſſe. Et qa promotio prælati talis a Deo, ſubditur.

6 *Quis hæc.* & ſequitur.

9 *Ego dominus.* Vnuſquiſque proximo ſuo, &c. hoc ad literam exponitur de fabricantibus idolum, per quod ſignatur malus prælatus, de quo dicitur, Zach. 11. d. *O paſtor & idolum relinquens gregem.* ideo per iſtos fabricantes idolum ſignantur illi qui laborant ad promouendum prælatum indignum. Et ſubditur. modus.

13 *Dicens glutino bonum eſt.* Tales enim faciunt colligationes, ut obtineant multitudine, ꝙ non poſſunt ratione.

† *Confortauit eum clauis.* ſcilicet aureis & argenteis per dona ſuperioribus facta.

† *Vt non moueretur.* Ideſt, ꝑ inſufficientiam iuſtè repellatur

& vos decepit qui
A hanc tam bellam figuram lapide, & ligno expreſſit, quid vos innuat lapides colere & ligna.
a *Et tu Iſrael ſerue meus.* Dominus ad apoſtolos effectuoſe. Iudæi autem hoc ad ſe referunt. Nota quòd prophetia ordinem hiſtoriæ non ſeruat. Poſt vocationem enim Gētium, prædicitur vocatio apoſtolorum. *Et tu Iſrael.* Carnali Iſrael dictum eſt: *Quare dicis Iacob, & loqueris? Abſcondita eſt via mea à domino, &c.* Nunc ad ſpiritualem loqtur qui domini ſuſcepit aduentū. Hūc
B primò ſeruum: dein de electum: tandem ſemē Abraham vocat. Prius enim ſpiritum ſeruitutis in timore accepimus, poſtea electi in ami citiā Dei iungimur.
* Theodoretus. Interim propheta accuſat Iſrael, interim commendat & laude proſequitur, neque pugnantia dicit inter ſe, nam ex Iſrael fuere fideles qui credidere Chriſto, & ex Iſrael fuere qui Chriſto Crucifixere.
b *Et à longinquis.* Iam vſque ad extrema Iudæi diſperſi, &

† quia.
† infr. 43. a
Nota.
† terrearis.
† ſuſcepi te dextera iuſti tui mei.
Sup. 40. g
† nihil viri bellantes.
† viri ex Iſrael.
† vt trahan, vt tribulam nouam, habē tem ora.
† quiſquilias.
† ees.

a ¶Verè. b ¶Prius ſpiritu timoris. c ¶Luctat  contra dæmones. d ¶Non vos me elegiſtis. ſed ego elegi vos, &c. e ¶Carne & fide.
1 Et tu Iſrael ſerue meus Iacob quē elegi, ſemen Abraham
2
a ¶Spiritu Charitatis. b ¶In eius fide. c ¶Et finibus. d ¶Vbi diſperſus eras.
3 amici mei, † in quo apprehendit te ab extremis terræ & à
4
¶Finibus. a ¶Spiritualiter qui & alijs prædicaturus.
5 longinquis eius vocauit te, & dixi tibi Seruus meus es tu:
6
a ¶A facie perſecutorum. b ¶Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem.
7 elegi te, & non abieci te. † Ne timeas, quia ego tecum ſum:
8
a ¶A me. b ¶Via veritas & vita. c ¶Ne vincaris. d ¶Vt vincas.
9 ne † declines, quia ego Deus tuus. Confortaui te, & auxilia
10
a ¶Potentia filij mei. b ¶Ideo.
11 tus ſum tibi, & † ſuſcepit te dextera iuſti mei. Ecce con-
12
a ¶Intus. ¶Aduerſarij tui populus Iudæorum. b ¶Exterius. c ¶Iudæi & Gentes.
13 fundentur & erubeſcent omnes qui pugnāt aduerſum te.
Erunt quaſi non ſint, & peribunt † viri qui cōtradicūt ti-
a ¶Vidi impium ſuper exaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani. Et tranſiui & ecce non erat, & quæſiui eum, & non eſt inuentus.
14 bi. Quæres eos, & nō inuenies, viros rebelles tuos, & erunt
15 quaſi non ſint, & veluti † cōſumptio hominis bellantis ad
a ¶Quaſi non debes timere. b ¶Protector.
uerſum te: quia ego dominus Deus tuus apprehendēs ma-
a ¶Operationem. b ¶Ne timueris. c ¶Vel vah.
num tuam, dicenſque tibi; Ne timeas, ego adiuui te. Noli
¶Quamuis vilis. Ego ſum vermis & non homo, opprobrium ho. & abiectio plebis. ¶Mundo. a ¶Non alius.
16 timere vermis Iacob, † qui mortui eſtis ex Iſrael. Ego au-
17
a ¶Sanguine filii. b ¶Qui eſt.
xiliatus ſum tui dicit dominus, & redemptor tuus ſanctus
a ¶Vt conteras contrarias poteſtates.
18 Iſrael. Ego poſui te † quaſi plauſtrum triturans nouum
¶Reges.
19 habens roſtra ſerrantia. Triturabis montes, & commi-
a ¶Duces, comites. b ¶Separans triticum a palea.
20 nues, & colles quaſi † puluerem pones. Ventilabis eos,
a ¶Superbia eorum. b ¶Fide bonorum: & potentia miraculorum, diſperſione malorum.
21 & ventus tollet, † & turbo diſperget eos, & tu exultabis
a ¶Gentes magiſtrum veritatis non habentes.
22 in domino, & in ſancto Iſrael lætaberis. Egeni & pauperes

D & inde ad fidē multi vocati. vnde: *vobis oportebat primum loqui verbum, &c.*
Act. 13. g
c *Ecce confundentur.*
* Theodoretus. Hæc propriè conueniunt ſanctis Apoſtolis & martyrum victricibus palmis, nam qui illis aduerſabantur, in ignominia sūt ſempiterna.
d *Vermis Iacob.* Vermes dicuntur Apoſtoli tanquam eius imitatores q dicit: *Ego ſum vermis & non homo.* Et ſicut vermis penetrat terram, ſic prædicatio eorum corda audientium.
E
* Theodoretus. His verbis ſignificat numerum credētium, ſi cum cæteris, qui non crediderunt, cōferantur, fuiſſe perexigium, quod ſignificauit paulus cum dixit, reliquias fuiſſe ſaluas, reliquos obcæcatos.
e *Qui mortui eſtis ex Iſrael.* ſicut ille qui dicit: *Quotidie morior propter veſtram gloriam fratres:* Et alibi: *Viuo autem iam non ego: viuit vero in me Chriſtus.*
f *Ego poſui te quaſi plauſtrum.* Vir eccleſiaſticus habetur prædicationis roſtra ſerrantia in plauſtro nouo, quod non

† omnes Pſal. 21.
1 Cor. Gal. 2. d

C — F

## NICOLAVS DE LYRA.

* & politas adinuicē cōiungere glutino. i. forti iunctura. *Ita quod accipitur hic glutinum pro illo metallo, quo conſolidantur partes ad inuicem. Et vocatur Gallicè* ſoudure: *vnde in Hebręo ſic habetur:* Dicēs conſolidatori: bonū hoc. *ſ. quod fortiter conſolides partes idoli & ſic præparatas, ſic enim mutuò ſe exhortabantur artifices propter maius lucrum habendum, & propter gratiam dominorum.*

1 Et tu Iſrael-*Hic recolitur ſecūdū beneficiū exhibitū populū tēpore Moyſi, ſcilicet eductio de ſeruitute Aegypti. Et diuiditur in tres partes: quia primò deſcribitur hic exitus, ſecundo aduerſariorū caſus, ibi:* Ecce confundentur. *Tertio Hebręorum profectus, ibi* Egeni. *Circa primum dicitur in perſona Dei:* Et tu Iſrael ſerue meus. *q. d. ex quo eduxi te de ſeruitute Aegypti, factus es ſpecialiter ſeruus mihi.*

2 Iacob quem elegi. *Eſau reprobato, ſecundum quod dicitur Malach. 1. a.* Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. *Et accipitur hic Iacob pro populo deſcendente ab eo.*

3 Semen Abraham amici mei: *quia amore mei paratus fuit filium vnigenitum immolare.*

4 In quo apprehendi te. *ideſt mihi appropriaui eius meritis.*

5 Ab extremis terræ & à longinquis eius vocaui te. *quia Abraham fuit vocatus de Chaldæa, vt dictum eſt ſupra.*

6 Seruus meus. *exponatur vt ſupra.*

7 Ne timeas. *minas Pharaonis.*

8 Quia ego tecum ſum. *te protegens & defendens.*

9 Ne declines. *à verbis Moyſi ſerui mei.*

10 Quia ego Deus tuus.

11 Confortaui te, *ſcilicet per eum. ideo ſubditus.*

12 Et ſuſcepi te dextera iuſti mei. *ideſt Moyſi, ad extrahendum te de ſeruitute Egypti.*

13 Ecce confundentur. *Hic conſequenter ponitur aduerſariorū caſus cum dicitur:* Ecce confundentur. *quia Pharaò cū ſuo exercitu perſequens Hebræos, ſubmerſus fuit in mari rubro, Exo. 14.*

14 Quæres eos. *quia ſicut dictum fuit Exo. 14. mare proiecit Aegyptios mortuos ad litus ad quod tranſierant filij Iſrael, vt ſic eſſent certi de morte eorum; & vt haberēt ſpolia. ideo dicitur:* Quæres eos. *inueſtigando precioſa quę erant ſuper defunctorū corpora.*

15 Et non inuenies. *Nō dicit: Nō inuenies eos, abſolutè, ſed, non inuenies viros rebelles tuos, i. te perſequentes, quia iā erant mortui: & ſic non poterāt amplius eos perſequi, & ſic patet litera vſq; ibi.*

16 Noli timere vermis Iacob. *qui fuiſti inter Aegyptios reputatus vilis ſicut vermis.*

17 Qui mortui eſtis ex Iſrael. *ideſt reputati vt mortui in ſeruitute Aegypti. quia ſeruitus eſt mors ciuilis. Et quia non ſolum Aegyptij aduerſarij erāt Heb. ſed etiam Chananæi qui poſtea ab Hebręis fuerunt debellati, vt patet lib. Ioſue ideo ſubditur.*

18 Ego poſui te quaſi plauſtrum. *Sicut enim tale plauſtrum ductum ſuper ſegetes conterit eas, ſic populus Iſrael contriuit Chananæos. ideo ſubditur.*

19 Triturabis montes. *ideſt maiores: Ioſue enim debellauit. 31. reges, Ioſue. 12.*

20 Et colles. *ideſt minores principes.*

21 Et tu exultabis. *Expulſis Chananeis de terra promiſſionis.*

22 Egeni & pauperes quærūt aquas, & nō ſunt. *Hic deſcri-*

### MORALITER.

† retur vel promotus deponeretur: Sed qa bonus plātus ta lib. cautelis & fraudulentijs non fulcitur, indiget diuina cōſolatione ꝯ inſurgentes iniuſtè, ideo ſibi dr̄ à domino.

1 *Et tu Iſrael.* per veritatis notitiam.

† *Seruus meus.* per debitam obedientiam.

2 *Iacob.* per vitiorum ſupplantationem.

† *Quem elegi.* promouendo ad prælationem.

3 *Semen Abrahā amici mei.* imitando ſuam perfectionem.

Et

Et ſubditur.

7 *Ne timeas quia ego tecum ſum.* te protegens contra inſurgentes tibi iniuſtè.

22 *Egeni.* Hic ſecundum ſenſum literalem deſcribitur exitus Iſrael de Aegypto & progreſſus eius per deſertum: per quæ ſignatur exitus hominis de peccato, & progreſſus eius per deſertum pœnitentiæ vt ſic perueniat ad gloriam per terram promiſſionis ſignatā; & ſic dicitur: *Egeni.* ideſt peccatores in ſpiritualibus egentes.

† *Quærunt*

A non operatur in vetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus conterit incredulorum corda duriſſima ſeparans triticū a palea, montes colleſque comminuens, i. hæreticorum qui comminuti, in puluerem rediguntur, & nihil eſſe di cuntur, vt malè congregati bene diuidantur.

D afflictionibus proximorum compati ſciunt, eorumq; tri bulationem per compaſſionem temperant per oliuam miſericordes accipimus. Per abietem, quæ valde creſcendo ad aeris alta ſuſtollitur, niſi hi deſignati ſunt qui intra ecclam adhuc in terrenis corporib. poſiti cęleſtia cōtemplantur. Per vlmū ſecularium mētes expreſſæ ſūt. Buxus q in altum non proficit & ſine fructu viriditatem hēt, eos deſignat, qui intra ſanctam eccleſiam adhuc ex ætatis infirmitate bona operą ferre non valent, ſed tamen parentum fidelium credūlitatem ſequentes, fidem perpetuæ viriditatis tenent.

a *Ponam deſertum.* ✠ Procopius. His verbis innuitur Spirituſſanctus, qui vitales aquas in eccleſiam ex veteris & recētis ſcripturæ fontibus effundit, vbi deſertā anteà viri ſancti fluuiorū inſtar irrigant. Videas.n. eccleſiam aquis olim & Deo omniq; bono deſtitutam, abunde nunc irriguam, vegetas animas & ſublimes è terra attollere.

b *Dabo in ſolitudinem cedrū.* Arborum varietates diuerſitatem ſpiritualis gratiæ ſi B gnificat, ne ſaltē vna chorda de cithara domini & aliqua virtus gratiarum eccleſiæ deeſſe videatur: quarū ſublimitatem ad cœleſtia feſtinantem illuminat lignū oliuæ, fomes lucis, requies laborantis vel laſſati.

c *Spinam & myrtum & lignum oliuę.* Lxx. Sethim quę eſt arbor albæ ſpinæ ſimilis miræ & lenitatis & pulchritudinis & imputribilis, de qua arca facta eſt. Ex hac etiā terra dicta eſt Sethim. Spina primo homini in pęnam fuit data, vnde: *Cū operatus fueris terram, non da. fru. ſu. ſed ſpi. & tri. ger. ti.* Gentib. pro gloria prædicatores ſpinę ſunt, qui ſubditorum vicia non palpant ſed pungūt. Myrtus Aromatica ſpecies imputribilis feſſa membra conſolidat & reparat. & ideo conſolatores ſanctæ C eccleſię ſignificat. vnde apoſtolus: *Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti.* ✠ Gregorius. Per ſpinam ſignati ſunt doctrinæ ſpiritualis viri, qui dum de peccatis & virtutibus diſſerūt, modo æterna ſupplicia minantur, modò cęleſtis regni gaudia promittunt corda audientiū pungūt. Myrtus verò tēperatiuę virtutis eſt, ita vt diſſoluta mēbra cōſtringat. Per myrtū ergo ſignati sūt, q afflictio-

a ¶A Philoſophis. b ¶Doctrinæ. c ¶In philoſophis. d ¶Ideo.
quærunt aquas & non ſunt, lingua eorum ſiti †
a ¶Sine lege & prophetis. b ¶Alius non poteſt. ¶Et. †
aruit. Ego dominus exaudiam eos, Deus Iſ-
¶Omnino.
rael non derelinquam eos. Aperiam in † ſu- †
a ¶Gentibus ſuperbis. b ¶Prædicatores a Chriſto flumine. De quo flumen Dei repletum eſt aquis ¶fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. c ¶Humilium.
prēmis collibus flumina, & in medio campo †
a ¶Benedicite Deo domino de fontibus Iſrael. b ¶Gentes c ¶Abundantiam cæleſtis ſapientiæ. d ¶Qui ſitit veniat, & bibat. †
rum fontes. Ponam deſertum in ſtagna aqua- 1
a ¶Idem. b ¶Doctoribus c ¶Qui bibe it ex hac aqua non ſitiet in æternum. d ¶Irrigata terra oriuntur arbores
a rum, et terram inuiam in riuos aquarum. Da
a ¶Gentium. b ¶Sanctos in æternum victuros, in quibus opinionis bonæ odor. c ¶Prædicat r in reprehenſionem. ¶Miſericordes.
b bo in ſolitudinem cedrum & † ſpinam & myr
c a ¶Gentium.
tum & † lignum oliuæ. Ponam in deſerto ab-
a ¶Altiſſimos quorum conuerſatio in cælis eſt. b ¶Diu tes ſeculi qui ſi ſunt in ſe fructuoſi, fuerunt tamen prædicatores, ſicut vlmus vitem. c ¶Humiles ſi de virentes. d ¶Minores exempla maiorum.
d ietam, vlmum, & buxum ſimul, vt videant
a ¶Memoriter. b ¶Ideſt. intelligentes imitentur.
& ſciant, & recogitent & intelligant pariter,
a ¶Mirabilis Deus in ſanctis ſuis.
quia manus domini fecit hęc & ſanctus Iſrael †
a ¶Ipſe fecit nos, & non ipſi nos b ¶Mirabile. c Quaſi eamus in vijs, vt reſpondeamus, quare non intellexiſtis, quod manus domini fecit hoc. ¶O Gentes, quæ credere deſpicitis alijs credentibus ſicut ſcriptum eſt: Iſrael eſſe credentem & non credentem.
creauit illud. Prope facite iudicium ueſtrum, 2
a ¶Quare non vultis credere. ¶Conſilia rationis quare veritatem non ſuſcipiatis.
dicit dñs: afferte † ſi quid fortè habetis di- 3
a ¶Iudicent idola ſi debeant coli: an ille. b ¶Idoli in quibus confiditis. ¶Os habent & non loquentur.
cit rex Iacob. Accedant & annuntient uobis 4
a ¶Filij aduentum: Fidem Gentium: Introitum ſuum. b ¶Quomodo mundus factus ex nihilo. †
quæcunque uentura ſunt. † Priora quæ fuerūt 5
a ¶Idola b ¶Si poteſtis. ¶Vt colamus vos. c ¶Vos deos eſſe
e nunciate, & ponemus cor noſtrum, & ſcie- 6
a ¶Finem cuiuſque.
mus nouiſſima eorum, & quæ uentura ſunt
indicate nobis. Annunciate quæ futura ſunt
¶Sic.
in futurum, & ſciemus quia dij eſtis uos. Be- 7
f ¶Alio ſigno demonſtrat idola Deos non eſſe.
ne quoque aut malè ſi poteſtis facite & lo-

d *Vt videant.* ✠ Procopius. Intelligent Dei opus eſſe qui viderint Iudæos, olim diuinis donis exuberantes, exaruiſſe contra verò gentes quæ more pecudum viuebant, & cęleſtiū bonorum inanes, omnib. ornamentis cœleſtium virtutum excellere. Nam hāc duorum populorum tantā mutationem quis facere potuiſſet niſi Deus?

e *Nunciate.* Significat, quia idola nec audiendi nec reſpondendi habent facultatem nunciate futura vt rerum euentib. veſtram monſtretis potentiam. Notandū poſt aduentu Chriſti conticuiſſe idola, futurum ſcientiam promittētia. De Chriſto quoq; & de apoſtolis, & de ſua abolitione nihil potuerunt prædicere multò minus ergo aliena bona vel mala nūciare potuerūt. Si quid aūt prædixerunt, ſemper mendacium veritati adiunxerunt, & ſic ſentētiā temperauerunt, vt quidquid eueniret oraculo conueniret, vt hoc, Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe. Patet q idola poſt aduentū Chriſti vocē amiſerunt.

f *Si poteſtis.* Neq; dæmones poſſunt niſi Dei permiſſione q aſſidēt idolis, qui nec porcos, nec ſancti Iob iumenta potuerunt diſperdere ſine Dei permiſſione. Paulus quoque tradidit Sathanæ quoſdam.

(right margin: † ſupinis — † arborem pinum. — Idolorum vaticinationes ceſſatio poſt Chriſti aduentum — † 26. q. 5. c. 1. — 1. Cor. 5. b.)

☞ *Suſcitaui.*

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *bitur profectus filiorū Iſrael per deſertū, vbi filij Iſrael primò paſſi ſunt aquæ defectum, ſed dominus ſuppleuit nō ſolū ſemel, ſed pluries vt patet. Exo 15. 17. & Nu. 20. & hoc eſt q dicitur.* Egeni & pauperes quærunt aquas, & non ſunt. *Et patet litera vſq; ibi.*

1 Dabo in ſolitudinem. *In deſerto.n. illo vigebat ardor ſolis: ſed dominus prouidit de vmbraculo per columnā nubis. Exo. 13. d. Et ſecundū hoc dicitur.* Dabo in ſo. ce. *i. vmbraculum ita bonum vel melius quam facerent arbores iſtæ. Vmbraculum.n. nubis erat excellentius, quia datum diuina virtute non naturæ, ideo ſubditur. Et intelligant pariter, quia manus domini fecit hæc.*

2 Prope facite iu. ve. di. do *Hic recolitur tertiū beneficium populo exhibitū tpe Zorobabel, ſ. liberatio de captiuitate Babylonica. Et diuiditur in duas partes, quia primo contra idola quæ vigebant in Babylone ponitur inuectio. Secundò ſubditur populi liberatio ibi.* Suſcitaui. *Circa primū dicitur.* Prope facite iudicium veſtrum. *i. declarate iuſtitiam veſtram, ſi habetis ò Babylonij.*

3 Afferte ſi quid habetis. *ſ. iuſtitiæ & veritatis.*

4 Accedant & nuncient vobis. *ſ. idola veſtra, de quib. cōfiditis*

5 Quæcūq; ventura ſunt. *q eſt propriū diuinitatis, iō ſubditur.*

6 Et ſciemus. *Quia dij eſtis vos ò idola.* 7 Bene quoq; aut ma. *q.d. non poteſtis, quia ſenſu & intellectu caretis, ideo concluditur.*

### MORALITER.

†† *Quærunt aquas.* ſcilicet gratiæ.

† *Et non ſunt.* Donec fuerunt debitè contriti: ſed nunc habebunt ideo ſubditur.

† *Aperiam in ſupremis.* Per quod ſignatur effectus Angelorum ad hoc quòd pœnitentes proficiant in gratia.

† *Et in medio camporum.* i. doctrinas prædicatorū ad promouendum bonum pœnitentium.

† *Ponam deſertum.* i. cor pœnitentis quod prius erat a me derelictum.

† *In ſtagna aquarum.* per abundantiam chariſmatum, ſm illud Rom. 5. d. *Vbi abundauit delictum ſuperabundat & gratia.*

1 *Dabo in ſolitudinem.* per iſtas arbores ſignantur diuerſæ virtutes, quæ cum gratia infunduntur.

† *Et ſanctus Iſrael creauit illud.* i. Deus sāctificās populū ſuū.

2 *Prope facite iudiciū veſtrū.* Hic ad literā deſcribitur deſtructio Babyloniorū per Cyrū qui fuit figura Chriſti, ideo myſticè ſignatur hic confutatio Scribarum & Phariſæorū per Chriſtū vt patet in Euangelio. Sic ergo dr̄ eis deridēdo. *Prope facite iudiciū veſtrū.* Nitebant. n. oſtendere iuſtitias coram hominibus ad quærendam vanam gloriam.

† *Annuntient vobis, &c. ventura ſunt.* q.d. non potuerū prenuntiare aduentum Romanorū ad deſtructionē ipſorū.

7 *Bene quoque aut ma.* q.d eis non poteritis reſiſtere.

a ¶Agenda vel futura prædicite ſicut ego. b ¶Quis debet coll. c ¶Idolum nihil eſt.
quamur, & videamus ſimul. Ecce vos eſtis ex nihilo, &
¶Quia dij putamini quod nihil eſt. a ¶Abominabilis.
opus veſtrum ex eo quod non eſt. Abominatio eſt qui
a ¶Fecit & coluit. b ¶Quaſi, Ego autem. c ¶A quo exardeſcunt mala: d ¶Chriſtus. e ¶Quia Iudæa in oriente. f ¶Chriſti. ¶Vt relictis idolis vnum Deum colant. vnde: Ego in nomine patris mei veni. ¶Vel vit
a elegit vos. Suſcitaui ab aquilone, & veniet ab ortu ſolis. Vo
a ¶Seculi. b ¶Tanquam vas figuli confringes eos.
cabit nomen meũ, † & adducet magiſtratus quaſi lutũ, &
a ¶Figulus. b ¶Vt faciat aliud vas in honorem aliud in contumeliam.
b velut plaſtes conculcans humũ. Quis annũciauit ab ex-
a ¶Iſta quæ adhuc futura Quaſi præterita dico me feciſſe. b ¶Quia. c ¶Ex dijs veſtris.
ordio, vt ſciamus & a principio, vt dicamus, iuſtus es? Non
a ¶Præterita. b ¶Futura. ¶Quia muti. c ¶Quia ſurdi.
c eſt annuncians neque prædicens, neq; audiens ſermones
a ¶Primogenitus meus. b ¶Prædicatores. c ¶Vobis ad auxilium. d ¶Eccleſiæ.
d veſtros. † Primus ad Sion dicet: ecce adſum, & Ieruſalem
a ¶Bona annunciantes. b ¶Ego omnipotens. c ¶Idolis.
euangeliſtas dabo. Et vidi & non erat ex iſtis quiſquã qui
a ¶Prædicendi vel reſpondendi. b ¶A cultoribus.
†iniret conſilium, & interrogatus reſponderet verbum.
¶Idolorum cultores. ¶Cultus, vel ipſum idolum. ¶Inutile.
c Ecce omnes iniuſti, & vana opera eorum: uentus & inane
ſimulacra eorum.

A a *Suſcitaui.* Adhuc contra idola loquitur & contra cultores eorũ poſt Chriſti aduentum quibuſdam in errore manentibus ſuſcitatur populus nationum. Hebræi ſuſcitari ab aquilone, & venire ab ortu ſolis Aſſyrium, & Perſam interpretantur, qui Ieruſalem venerunt & principes illius conculcauerunt, nullumque idolorum quæ colebant, hoc ſciuit eſſe venturum, niſi ſolus Deus, qui vltus eſt eos pro peccatis ſuis. *Suſcitauit ab aquilone, & veniet ab ortu ſolis.* Gentes quæ frigidæ torpentes, ſine calore dilectionis, vt credant in eum qui venit ab ortu ſolis, vnde ſuprà. Quis ſuſcitauit ab oriẽte iuſtũ.

b *Quis annunciauit ab exordio.* q.d. Nullus in Gentibus fuit qui annunciauerit aduentum filij. Si eſt autem qui annũciauerit, dicemus, quia iuſtus eſt. In aduentu filij, dæmones q. in idolis ventura nũciabãt obmutuerãt. D

c *Audiens ſermones veſtros.* quia bruta Gentilium corda errorẽ ſuum intellexerunt, & vaticinia falſa reliquerunt.

d *Primus ad Sion dicet.* Eccleſiam ſignificant, ecce aſtiterunt filij, ſ. tui quos per fidem meam donaui tibi. ſcil. Apoſtoli quorum prędicatione nati ſunt tibi filij. E

e *Ecce omnes iniuſti.* Quidquid de idolis vel de Gentibus diximus, ad hæreſiarchas & prauitatis dogmata referamus, quia Chriſto pacem eccleſiæ nunciante, & veritatem monſtrante, ipſi errores ſequuntur, & vento & turbini comparantur.

CAP.

†veniet ſuper principes.

B

†Ego primus ſum qui dixi ad Sion ecce hic ſum. & mittam nuncios ad Ieruſalem, qui afferant bona nuncia ei. Sup 41. d.

† ſciret aliquid. Suprà. ea.

---

C

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Ecce vos. Vos. ſ. Babylonij.
2 Et opus veſtrum. *idola veſtra quæ feciſtis.*
3 Ex eo quod. *i. nullum habens fundamentum ſeu firmamentum, conuertit ſermonem ad idola dicens.*
4 Abominatio eſt. *i. ſuprà modum abominabilis Deo, ideo dicitur abominatio in abſtracto, ſicut excellens in liberalitate dicitur liberalitas.*
5 Qui elegit vos. *i quicunq; reputauit vos tanquam Deos ſuos.*
6 Suſcitaui. *H c conſequẽter ponitur liberatio populi de Babylone, quæ facta fuit per Cyrum, & hoc eſt quod dicitur.* Suſcitaui *ſ. Cyrum ei voluntatem inſpirando pugnandi contra Babylonem.*
7 Ab aquilone. *regio .n. Perſidis eſt quaſi in medio aquilonis, & orientis: medium autem ab vtroque termino nominatur, & ideo aduentus Cyri contra Babylonem dicitur hic eſſe ab aquilone & ab oriente. Vel quia Darius rex Mædorum venit cum Cyro contra Babylonem & regnum vnius magis declinat ad orientem, alterius autem ad aquilonem.*
8 Vocauit nomen meum. *i. confitebitur, confeſſus .n. fuit Cyrus ſe obtinuiſſe monarchiam virtute Dei cæli, vt patet. 1 Eſd. 1. a.* Hæc dicit Cyrus rex Perſarum Omnia regna terræ dedit mihi dominus Deus cæli, &c.
9 Adducet ma. *.potentes Babylonis.*
10 Quaſi lutum. *onculcans eos & deijciens.*
11 Quaſi annunciauit ab exordio. *i. antequam fieret. q.d. hoc non fecerunt idola Babyloniæ, quia non prædixerunt caſum illius terræ, ideo ſubditur.*
12 Nõ eſt annũcians. *conſequenter oſtenditur quis annunciauit.*
13 Primus. *i. ipſe Deus qui eſt primus & nouiſſimus, vt dictum eſt ſuprà eo. cap.*
14 Ad Sion dicet. *i. ad populum Iudæ denominatum a loco principaliori, in quo vigebat cultus Dei.*
15 Ecce adſum. *ad veſtram liberationem per Cyrum ſeruũ meũ.*
16 Et Ieruſalem Euangeliſtam dabo. *i. prophetam hoc bonũ prænunciantes. Et ponitur hic Euangeliſtã in ſingulari pro plurali, ſicut Exo. 8. f.* Venit muſca grauiſſima. *i. multitudo muſcarum quia Deus per plures prophetas hanc liberationem prænunciauit.*
17 Et vidi. *ſ. reuelationem a domino mihi factam. Et eſt verbum Iſaiæ cui plures reuelationes fuerunt factę de iſta liberatione, vt patuit ex prędedentibus, & magis apparebit ex ſequentibus.*
18 Et non erat ex iſtis. *i. ex Babyloniæ idolis.*
19 Quiſquam qui iniret conſilium. *pro liberatione cultorũ ſuorum.*
20 Et interrogatus. *a ſuis cultoribus.* reſponderet verbum. *ideo concluditur.*
21 Ecce omnes iniuſti. *ſ. Babylonij.*
22 Et vana opera eorum. *i. idola ab eis facta, ideo ſubditur.* Ventus & inane ſimulacra eorum.

* CAP.

---

## MORALITER.

† 1 *Ecce vos eſtis ex nihilo.* Fingebant n. bonitatem quæ fictio nihil eſt.
5 *Abominatio eſt qui elegit vos.* i. ille qui elegit imitari fictionem veſtram, abominabilis eſt apud Deum.
6 *Suſcitaui ab aquilone.* ſ. Chriſtum hominem, qui fuit cõceptus in Nazareth, & nutritus eſt in aquilonari partæ terræ promiſſionis.
† *Et veniet ab ortu ſolis.* quia fuit Baptizatus in Iordane, qui eſt terminus orientalis terræ ſanctæ, & inde venit prędicandum in alijs partibus Iudææ. ideo ſubditur.
7 *Vocauit nomen meum.* ipſum prædicando.
8 *Adducet magiſtratus quaſi lutum.* Scribas & Legiſperitos confutando, vt patet in pluribus locis Euangelij.
11 *Quis annunciauit.* ſ. aduentu Chriſti q.d. Vos Sacerdotes & Legiſperiti non annunciaſtis ideo ſubditur.
12 *Non eſt annuncians, &c. Primus ad Siõ dicet ecce adſum.* Chriſtus .n declarauit aduentum ſuum per ſcripturas Sacras, & opera miraculorum.
16 *Et Ieruſalem Euangeliſtas dabo.* ſ. Chriſtum qui pluries in Ieruſalem prædicauit.
17 *Et vidi, & non erat.* i. Legiſperitis ſuperbis.
19 *Quiſquam qui iniret conſilium.* de ſalute animæ ſuæ, ſed de humilibus peritis venerunt aliqui ad Chriſtum, ſicut Nicodemus. & Nathanael & plures alij.
† *Ventus & inane.* i. Legiſperiti ſuperbi, erant ſimulachra, quia falſo fingebant ſanctitatem.

MORA-

---

## ADDITIO. I.

*In c. 41. vbi dicitur in poſt. Bene quoq; aut malè ſi poteſtis facite.*
*Vbi nos habemus bene quoq; aut malè ſi poteſtis facite in Heb. habetur. Bene quoq; aut male poteſtis facere, cuius ſenſus eſt ꝙ propheta idola a loquebatur. Sic nuncietis nobis quęcunq; ventura sũt & ſciemus quia dij eſtis vos, & ſciemus etiam quod bene aut malè poteſtis facere. Et ratio eſt, quia ſicut per annunciationem futurorũ ſi hoc feciſſent idola, ſciretur quod eſſent dij: cum ſcire futura ſit proprium diuinitatis: eadem ratione ſciretur quod poſſent bene vel male facere ſicut dij, vnde cum dicitur.* Et ſciemus quod dij eſtis, *iſta copulatiua, &, coniungit ſimiles orationes, ſcimus ꝙ dij eſtis vos & ſciemus ꝙ bene & malè poteſtis facere: ſed propheta concludit, quod quodlibet prędictorum eſt falſum. d.* Ecce vos eſtis ex nihilo, ſ. ò idola. *Et opus veſtrum ex eo quod non eſt quia, ſ. nec indicatis futura, nec poteſtis bene facere & ideo concludit.* Abominatio eſt qui elegit vos: *exponatur prout in poſtil.*

## ADDITIO II.

*In eo. c. vbi dicitur in poſtil.* Primus. *i. ipſe Deus.*
*Vbi in translatione noſtra dicitur.* Ecce adſum. *quod eſt verbũ primę perſonę ſingularis numeri. In Heb. habetur.* Ecce adſunt. *ꝙ eſt tertię*

A eſt tertiæ perſonę pluralis numeri:& eſt ſenſus ſecundū gl.ꝙ primus .ſ. Deus ad Sion,ſ.eccleſiam dicet. Ecce adſunt.ſ. filij tui quos per fidem meam dedi tibi,ſ. Apoſtoli,quorum prædicatione nati ſunt tibi filij,& ſic quod ſequitur. Et Ieruſalem Euangeliſtam dabo intelligitur propriè de Euangeliſtis Chriſti qui a Deo fuerunt Dati Ieruſalem.ſ.eccleſiæ ad annuncianda bona ſpiritualia a Chriſto ſibi data. Et ſequitur. Et vidi & non erat,&c. quia nullus fuit ex idololatris nec ex incredulis,qui iniret conſilium ad redemptionem animarum,nec reſponderet verbum. Cum omnes eſſent iniuſti & vana opera eorum,& ſequitur. Ecce ſeruus meus,ſuſcipiam eum, electus meus. quod exponitur de Chriſto ad literam prout in poſtil. Et ſic continuatur cap.ſequens cum præſenti. D

CAP. XLII.

a Ecce ſeruus. Notandum quia Apoſtoli, Iacob Iſrael, & ſemen abrahæ appellantur, quibus poſtea quaſi ſeruis & hominibus dicitur. Noli timere vermis Iacob,&c. Chriſtus autem nō ſemen Iacob vel Iſrael, ſed ſeruus dicitur. Vnde Ecce ſeruus meus,&c. Humiliauit .n. ſe.for.ſer. acci.

✻ Hilarius. Hic dicitur
B Chriſtus dilectus & a Deo & paterne beneplacitus voluntati, & plenus Spirituſancto ſecundum humanitatem, nempe quod habebat Spiritumſanctū qui in eo habitabat corporaliter.

✻ Procopius. Iacob ipſum appellauit, tanquam qui de ſanguine Iacob ſecū dum carnem natus eſſet. Addidit ſuſcipiam eum,ſimul.n. cum eo pater operabatur, tāquam propria virtute & potētia res magnas patraret. Eſt verò electus tanquam qui formæ pulchritudine mortales omnes ſuperaret, & acceptus tanquam qui diligeretur.

b *Dedi ſpiritum.* In conceptione. Vnde. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c.* Et in baptiſmo claruit,cum ſpiritus in ſpecie columbæ ſuper ipſum requieuit.

✻ Theodoretus. Licet Spirituſſanctus ſit datus patrib. ſanctis,plenitudo tamen tota Spirituſſancti data eſt Chriſto,quia in eo habitauit corporaliter. Eſt.n. Deus & homo, & in filio pater eſt & Spirituſſanctus.

C A P. XLII.

a ¶Filius ſecundum humanitatem.
a Ecce ſeruus meus † ſuſci- 1
a ¶In die aſcenſionis b ¶Ex milibus ad redemptionem Iſrael.
piam eum : † electus 2
a ¶Hic eſt filius meus dilectus. ¶Qui Dei virtus & ſapientia. b ¶In quo omnes virtutes.
meus, complacuit ſibi in 3
b illo anima mea. Dedi ſpiritum meum ſu- 4
a ¶Quod ante neſciebant. b ¶Quæ crediderunt. Iudæis excæcatis. c ¶Per Apoſtolos.¶Per ſingulos.
per eum, iudicium Gentibus proferet. Non 5
a ¶Sicut ouis ad occaſionem.¶Mitis & manſuetus b ¶In iudicio. c ¶Vnde Non 6
lum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Fuit tamen in confinio Tyri & Sydonis,& Ceſareæ Philippi:ſed eas non intrauit
clamabit, neque † accipiet perſonā, nec audie 7
a ¶Iudæa. 8
c tur uox eius † foris. Calamum quaſſatum nō 9
a ¶Quia miſericors peccatoribus. b ¶Propinquos extinctioni. 10
d conteret, & linum fumigans non extin- 11
a ¶Secundum opera cuiuſque. b ¶Filius. c ¶Vltimum.
e guet. In ueritate educet iudicium : non 12
f a ¶Semper enim hilaris,ſemper & iucundus fuit. 13
† erit triſtis neque turbulentus, donec ponat 14

c *Calamum.* Scribas,& Phariſæ. extra nitidos,intus vacuos,qui idola non colebāt vnde nitebant, ſed fidē nō habebant vnde vacui. Hos non contriuit, ſed ad pęnitentiam vocauit. Calamū ergo ſecundum iſtos, & regnum Iudæorū dicit quaſſatum : quia iam alienigena regnabat. Matth.3.d. †vnitar ei. †Matt. 12.b. 2.q. 7 c. nosi in ſi.

✻ Chriſoſtomus. Cum ipſe dominus tam potens eſſet vt tanquam arundinē & eam quidem contritam, poſſet contere omnes Iu- E dæos, & ſicut linum fumigans iam & pene conſumptum igni poſſet conſumere,nam illorum iram accēſam & furorem linum fumigans appellauit, quod apud dominum omnis illorum furor tā debilis erat quam eſt linum fumigans, non extinguet tamen illos, præ immenſa humilitate & manſuetudine.

✻ Euſebius. Calamū quaſſatum colligauit,& nō fregit.i. infirmos & debiles corroborauit morbo affectos nō pdidit, ſed valentes effecit, morbo pulſo, perturbationibus animi inquinatos, & fumigantes prauis cupiditatibus, & affectibus animi non peſſundedit neque pœna affecit merita,ſed extinctis prauis cupiditatibus ſanauit. Lib.9 de demonſt.c.15.

d *Linum fumigans* Sacerdotium iam pęnè extinctum:de lino autem fit ſacerdotale veſtimentum.

e *Educet iu.* Iudicabit,ſ.nō metuens Scribas,& Phariſęos.

f *Non erit triſ.* Hoc Matth. nō poſuit,ſiue inter iudiciū & ☞ iudi- F

C
## NICOLAVS DE LYRA.
### C A P. XLII.

✻ Ecce ſeruus. *In pręcedenti ca.oſtenſa.eſt dilectio Dei ad populum Iudaicum ex beneficijs quæ ei in patribus conceſſit,hic cōſequēter idem oſtenditur ex filio quē ex ei dilectione miſit, ſecundū quod dicitur Ioan.3.b.* Sic Deus dilexit mundum,vt filium ſuum vnigenitum daret,&c. *Et diuiditur in duas partes: primò agitur de filij miſsione,ſecundò de fidei multiplicatione, ca.ſeq. Prima adhuc in duas quia primò deſcribitur huius beneficij magnitudo,ſecundo malorum ingratitudo ibi. Hæc verba. Prima in tres: quia primo prædicitur filij Dei aduentus, ſecundo malorum caſus, ibi. Dominus ſicut fortis,tertio iuſtorum proſper ſtatus,ibi. Et educam. Prima adhuc in tres qa primo deſcribitur filij mittēdi cōditio, ſcdò pdicitur eiuſdē miſſio,ibi.* Hęc dicit dn̄s, *tertio inducitur gratiarū actio,ibi. Cātate domino. Circa primū ſciendū,ꝙ litera iſta ſecundum Latinos,& Hebræos eſt de Chriſto ad literā intelligēda,& hoc patet Mat.12.b. vbi iſta litera allegatur impleta in Chriſto : & hoc ēt patet per tranſlationem Chaldaicam, quæ vocatur Thargū apud Hebræos,& eſt tantæ autoritatis apud eos quod nullus fuit auſus ei contradicere: propter quod aliqui doctores catholici exponentes paſſum iſtum,& totum capitulum de Cyro rege qui Iudæos liberauit a captiuitate Babylonica,malè dicunt,& quantum ad hoc magis Iudaizant quam Hebræi exponentes ipſum de tempore Chriſti:tamen hoc expectant in futurū & malè,quia tranſiit in præteritū. Igitur ſequendo dictū beati Mat. Apoſtoli & Euāgeliſtę exponatur de Chriſto,vt verbū patris,cū dicitur.* Ecce ſeruus meus. *qa licet ab æterno fuit in forma Dei,in tēpore tamē accipit formā ſerui, vt habetur Phil.2.a.* 1 Suſcipiā eū. *Quia humanitas Chriſti aſſumpta eſt in vnitatē ſuppoſiti diuini. Per hoc.n.quod dicitur.* Suſcipiā eū. *Non eſt intelligendū,ꝙ pater naturā humanā aſſumpſerit. quia ſolus filius eſt humanatus ſed hanc aſſumptionem tota trinitas fecit.* 2 Electus meus. *ad redimendum humanum genus.* Mat.12.b.

3 Cōplacuit ſibi in illo. *Per hoc intelligitur patris ad filiū dilectio perfecta.* 4 Dedi ſpiritum. *i. plenitudinem gratiæ Spirituſſancti in anima Chriſti, Io.1.b.* Vidimus eū quaſi vnigenitum a patre,plenū gratiæ,& veritatis. 5 Iudiciū. *Iudiciū.n.extremum denunciauit hominib.futurum,vt patet Mat.25. Item in forma humanitatis in qua iudicatus fuit corā Pilato,feret ſententiam in vltimo iudicio: hoc excepto ꝙ tunc apparebit in forma glorioſa. Act.1.b.* Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis ſic veniet. *ſ.ad iudiciū,ſicut vidiſtis eū aſcēdentē.i. in forma humanitatis glorioſa in qua aſcendit in cęlum.* 6 Non clamabit. *Clamore contentiones licet clamauerit clamore prædicationis, Io.7.f.* In nouiſſimo feſtiuitatis die ſtabat Ieſus & clamabat,&c. *Et clamore orationis,ad Heb.5.* Cū clamore valido, & lachrimis offerens. 7 Neq; acci.per. *ſic indū ꝙ dicitur Mat.22.b.* Nō reſpicis perſonā hoīum. 8 Nec aud.v. *ſ.vox prędicationis extra Iudęa,qa in perſona propria non prædicauit pręterquā Iudęis:niſi rō vt pote Samaritanis, Io.4.q tamē erāt in parte Iudęi, qa recipiebāt quinq; libros Moyſi: & pp hoc dicit Mat.15.c.* Nō ſum miſſus niſi ad oues q̄ perierūt domus Iſrael. 9 Cala. *i.populū Gētiliū vacuū a fide ad modū calami & cōquaſſatū varijs erroribus idololatrię. Hūc calamū non cōtriuit,ſed magis reſarcivit vocādo ad fidē p apoſtolorū p̄dicationē.* 10 Et li.fu *i.populū Iudaicū modicè aut nullius poteſtatis cōtra exercitū Romanorū.* 11 Nō ex. *Quia ignis p Romanos accēſus in Ieruſalē nō fuit extinctus, niſi per cōſumptionē cōbuſtibilis materię.* 12 In ve. *Quod intelligitur de iudicio diſcretionis quo aliquos vocauit,& vocat ad fidē ſuo iuſto iudicio,alijs dimiſſis: & de iudicio extremę examinationis:in quo procedet ſecundū lineā ęquitatis.* 13 Nō erit tri. *In animo.* 14 Neq; tur. *In exteriori ſigno.* ✻

### MORALITER.

† 11 *Ecce ſeruus meus.* Illud capitulum & duo ſequentia exponunt ad literam communiter doctores noſtri de liberatione populi Iudaici, de captiuitate Babylonica per Cyrum, & de multiplicatione eiuſdem populi poſt eiuſdē populi reditum in Iudæam, & de eius proſperitate tēporali. Myſticè verò exponunt dicta capitula de Chriſto & pſperitate ſpirituali populi Chriſtiani. Ego verò ſequēdo dictū B.Mat.Apo.dicentis 12 c. hanc literā *Ecce ſer.me.* impletā de Chriſto fuiſſe expoſui dicta capitula literaliter d liberōne fidelis populi facta p Chrū,& de multiplicatione eiuſdē populi p p̄dicationē appłorū,& de ei⁹ ſpirituali proſperitate: pp ꝙ de alia expōne ſpūali pertranſeo,maximè qa expoſitio mea ab alijs myſtica nominat.

a ¶Terrenis. b ¶Nouiſſimum. c ¶Euangelium. d ¶Gentes vndique tribulationibus percuſſæ. e ¶Superiora,
a in terrâ iudicium, & legē eius inſulę expectabunt. Hęc di 1
b a ¶Ne dubites de autore. b ¶Creatæ teſti. ei omnium. ¶In habitaculum angelorum. d ¶Vt ex creaturis creator intelligatur. 2
cit dominus Deus, creans cælos, & extendens eos: †firmans
a ¶Super inane. b ¶Quotidie. c ¶Animam ſecundum illud. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.
terrâm, & quæ germinant ex ea, dans ſtatum populo qui
¶Sanctum a ¶Virtute rationis b ¶Terrenitatem. c ¶Omnium.
eſt ſuper eam, & ſpiritum calcantibus eam. Ego dominus 3
a ¶O fili. ¶A Iudæa in Gentes. b ¶Vnde: Pater iuſte, mundus te non cognouit. c ¶Pater in me manens, ipſe facit opera. d ¶A morte.
c vocaui te in iuſtitia, & apprehendi manum tuam, & ſeruaui 4
a ¶Qui omnia conſerues. b ¶Implendum ſicut pepigeram populo meo Iſrael. 5
¶Quæ erant in tenebris. 6
ui te. † Et dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium, vt 7
d a ¶Cordis. b ¶Infidelium. c ¶Dæmonum. 8
e aperires oculos cæcorum, & educeres de† concluſione vin 9
a ¶Funibus peccatorum. b ¶Peccati. ¶Ignorantiæ ¶Non alius. ¶Glorificaui, & iterum glorificabo. 10
ctum, de domo carceris ſedētes in tenebris. Ego dominus 11
f a ¶Dominus. b ¶Præter te cui daturus ſum. 12
hoc eſt nomen meum. † Gloriam meam alteri non dabo, 13
¶Idolis. a ¶A prophetis prædicta.
& laudem meam ſculptilibus: quæ prima fuerunt ecce 14
a ¶In filio impleta. b ¶Euangelium, repulſionem Iudæorum, ſubuerſionem Ieruſalem, conuerſionē Gentium. c ¶Fiant actu. 15
venerunt: noua quoque ego annūcio, antequam oriantur 16
a ¶Noua hæc. b ¶O Apoſtoli Euangelium prædicate. 17
g audita vobis faciam. † Cantate dn̄o canticum nouū, laus 18
h a ¶In miraculis laus eius. A ſolis ortu & ab occa. lauda. no domini. In omnem terram exi ſo eorū, &c. A ſummo cœlo egreſſ eius. b ¶Seculi tempeſtates c ¶Laudet 19 20
i eius ab extremis terræ Qui deſcenditis in mare & plenitu
a ¶Diuerſæ eccleſiæ vel Gentes b ¶Laudet & lætetur leuet vocem in laudem: quia liberauit & lætetur de ſalute ſua.
do eius, inſulæ & habitatores earū. Leuet deſertū, & ciuitas 21
a ¶Eccleſijs. b ¶Qui non ſolebat. c ¶Tenebræ, ideſt. Gentes Deum ignorantes. d ¶Dominum. e ¶Gentes. f ¶Chriſti ¶Ciuitas in Paleſtina. ſed hic duritiam Gentium ſignificat. 22
k ei⁹, in† domib. habitabit Cedar. Laudate habitatores Petrę 23

A iudicium media ſcriptoris errore ſublata ſunt. Eſt autem ſenſus, æqualitatem vultus omni tempore conſeruabit. Quod de Socrate falſo gloriantur Philoſophi, quòd .ſ. plus ſolito nec triſtis fuerit nec lætus.

*Socratis facies ſemper æqualis.*

a *In iudi.* vnde. *In iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui nō vident videāt, &c.*

*Io.9.g. in Matth.*

✻ Chryſoſtomus. Semper manſuetiſſimus erit dominus? Nequaquam. Sed cū omnia optatum finem fuerit conſecuta, tunc illos puniet donec eijciat iudicium, irroget pœnas.

b *Legem eius inſulæ.*

✻ Procopius. Inſularū appellatione eccleſias ipſas, quæ a fide alienis tanquam mari vndique obſidentur, intelligimus, legē autem nouum teſtamentum.

*†infr.49.b.*

c *Iuſtitia.* Iuſtum fuit vt trāſiret per Apoſtolos ad Gentes contemptus a Iudæis.

*Act.13.g. †infr.48.b. Vbi ſuprà.*

B

d *Oculus cæcorum.*

✻ Euſebius. Eorum vtiq; qui quōdam mente excæcati erant, neq; eorum modo, ſed ēt qui ipſum corpus perdidiſſent qui vinculis & catenis peccatorum in tenebris & ignoratione veræ pietatis prius verſabantur, per eundem a peccatis ſoluti, lumen cognitionis libertatemq; a Deo accipere meruerunt.

*†149.2.* *† villis quas*

e *Vinctum.* Funibus peccatorum in Euangelio quem Sathanas vinxerat, dominus ſoluit.

f *Alteri.* Filius & Spiritusſanctus in deitate a patre alter non eſt, & ideo eandem & gloriam & laudem habet.

✻ Iuſtinus. Facta eſt mentio Patris & Filij & Spiritusſancti. Aut fateatur Iudæus in ſcriptura eſſe pugnantia, aut dicendum eſt gloriam alteri vel alij non dabo, quā filio, & Spirituiſancto, quarum duarum perſonarum mentio facta eſt.

*dialogo cum Tryphone.*

D

*Rom.7.*

g *Vobis faciam.* Vt ſciatis quia ego dominus non eſt alius præter me: & qui priora cernitis impleta, credatis quæ polliceor futura.

h *Nouum.* In nouitate ſpiritus non in vetuſtate literæ, nec ſolum in veteri teſtamento, ſed etiam in nouo.

*†expand*

✻ Procopius. Canticum nouum canere mortales omnes præcipit, cum principatus eius ſumma que eius poteſtas per orbem vniuerſum glorificetur: His.n. totus refertus eſt, q de Chriſti nomine Chriſtiani appellant.

i *Qui deſcenditis in mare.* Prius piſcatores piſcium poſt hominum vnde ad literā multa maria trāſierunt, vnde. *Euntes in mūdum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ.*

*Mat.4.c. Marc.1.* F *†carcere*

✻ Procopius. Hi ſunt Apoſtoli qui nauigādi peritia mare ſuperarunt. Qui mare deinde nobis circunfuſum oberrantes, Chriſtū quidē alias inſulis, alias ēt vltra Italiā, & Hiſpaniam promulgarunt Nauigarunt verò huius vitæ pelagus dum, eccleſias gentiū, quæ vitæ huius inſultib. tanquam vndis & ventis quatiebantur, in inſulis docueruut. De quo ſunt illa Dauidis Hoc mare magnum & ſpatioſum, &c.

*Pſal.10*

k *Cedar.* Filius Iſmaelis. Saraceni ab eo, q melius Agareni ſed nomine libere velauerunt ignominā ancillæ. Iſmael .n. filius ancillæ Agar fuit, ab hac Saraceni. Duodecim .n. duces genuit Nomine quoq; eius ipſa dicitur prouincia.

*Gene.* F

☞ *De ver-*

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *gno. hoc tamen non eſt intelligendum de triſtitia naturali quæ paſſio exiſtens in parte ſenſitiua: illa.n. aſſumpſit ad oſtendendum in ſe veritatem humanæ naturæ. Mat.26.d.* Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: *ſed de triſtitia obnubilante rationem quæ in eo, non habuit locum vbi habemus.* Non erit tri. *In Heb. habetur nō obſcurabitur donec ponat in terra iudicium. Quod poteſt intelligi de duplici iudicio prædicto.*

1 Et legem eius. *Quod patet impletum in Sicilia, Anglia, Cipro, & alijs inſulis quæ legem Euangelicam receperunt. Etiam aliquę a tempore Apoſtolorum, vt patet in Actibus apoſtolorum in pluribus, locis, quomodo Paulus prædicauit in inſulis.*

2 Hæc di. *Hic conſequenter deſcribitur ipſa miſſio, cum dicitur.* Hæc di. *q.d. ſicut creauit omnia de nihilo ſua virtute infinita, ita eadem poteſtate mittit filium in mundum, ideo ſubditur.*

3 Ego do. *quia Chriſtus mundum redemit per viam iuſtitiæ ſatiſfaciens pro peccato pleniſſimè.*

4 Et ap. ma. tu. *Humanitas.n. Chriſti eſt inſtrumentum diuinitati coniunctum: & ideo non mouetur ad aliquid, niſi ſecundum motū diuinitatis.*

5 Et ſer. te. *Recipiendo animam tuam in morte, ſecundum quod ſaluator petijt Luc.13.g.* Pater in ma. tu. &c.

6 Et dedi. *quia per mortem eius ſumus Deo reconciliati.*

7 In lu. *Recipientium fidem ad apoſtolorum prædicationem.*

8 Vt aperires. *i. gentium qui prius erant errorib. excæcati, quia ad literam Chriſtus multos cæcos illuminauit corporaliter.*

9 Et educe. *i. patres de limbo qui tenebantur ſicut in carcere recluſi.*

10 Sedentes, &c. *quia carebant claritate diuinæ viſionis.*

11 Ego dn̄s hoc eſt nomen *.ſ. ſimpliciter, & abſolutè. Alij autem dicuntur domini diminutiuè & participatiuè.*

12 Gloriam meam. *i. honorem mihi ſoli debitum.*

13 Alteri non dabo, &c. *Concedendo, q hoc poſſit licitè fieri.*

14 Quæ prima fuerunt. *ſ. nunciata per Moyſen.*

15 Ecce venerunt. *ſicut patet de ingreſſu terræ promiſſionis, & pluribus alijs per Moyſen nunciatis quæ impleta ſunt a tempore Iſaiæ, & ſuprà.*

16 Noua quoq; ego annūciabo. *ſ. de miſſione filij in carnem.*

17 Antequam oriantur. *i. incipiant fieri.*

18 Audita vobis faciam. *Per Iſaiam ad Alios prophetas.*

19 Cantate. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actio pro tanti beneficij promiſſione, cùm dicitur.* Cantate dominum cantic. nouum. *pro nouitate tanti myſterij, vnde & nato Chriſto nouum canticum cantauerunt Angeli Luc.2.*

20 Laus eius, &c. *quia in omnibus terræ partibus ſunt aliqui fideles Chriſtiani laudantes. Et quia Chriſtus laudandus eſt, non ſolū in arida, ſed etiam in mari & eius inſulis, ideo ſubditur.* Qui deſcenditis in mare, &c.

21 Leuet deſert. *ideſt, Gentilitas exurgat ad fidei Chriſtianæ ſtatum.*

22 In domibus habitabit Cedar. *Cedar fuit filius Iſmaelis, Geneſ.25.b. & ideo per ipſum deſignatur populus Iſmaelitarum, qui antiquitus habitabat in tabernaculis: vagando de loco ad locū, & per hoc metaphoricè populi Gentiles in diuerſis erroribus vagātes, qui modo per fidem habitant in domibus Chriſti. i. eccleſiis per fidem charitate formatam.*

23 Laudate habitatores petræ. *Dicit Ra. Sa. quod per hoc intelligūtur mortui ſepulchra lapidea inhabitātes, quos dicit ſuſcitādos in aduentu Meſſiæ. Sed hoc iam eſt adimpletum, quia Chriſtus La-*

✻ *zarum*

a *De vertice montiũ.* Super montem excelſum.aſcen.tu.q.e.Sion. *De vertice montis.* De altitudine virtutis & contemplationis, vt etiam exemplo doceant quæ prædicant.
b *Vociferabitur.* vnde: *Ipſi me prouocauerunt eo qui non erat Deus.* Et ego in Gẽte ſtulta irritabo eos.
c *Sicut parturiens.* Partum cõſilij mei profundam in lucem ſicut mulier infantem, ſic proferam diſſimulatum dolorem.
* Tertullianus Licet Deus ſit patiẽs, tamen per Iſaiam cõminatur patientiæ finem. Tacui, nunquid & ſemper tacebo & ſuſtinebo? Quieui velut parturiens, exurgã & areſcere faciam.
* Procopius. Patienter egi, ſatis ſuperque peccãtes ferens. Ipſo deinde paſſionis tempore, calumnijs impetitus, tacui.
* Auguſtinus. Amas Deum, quia dulcis eſt, time quia rectus eſt. Tãquam mãſuetus dixit, Tacui: ſed tanquam iuſtus nunquid ſemper tacebo? Quod enim modo ſuſtinet peccantes, iudicaturus eſt contemnentes.

a ¶Apoſtoli & alij. b ¶In auditoribus.
a de uertice montium clãmabũt. Ponent domino gloriam, 1
a ¶Gentibus. ¶ Deſcribit Saluatoris aduentum & comparat cum viro fortiſſimo contra aduerſarios pugnaturo. b ¶Qui videbatur debilis.
& laudem eius in inſulis nunciabũt. Dominus ſicut fortis 2
a ¶De captiuitate Iudæorum. ¶ A miſericordia, opinione, non re. b ¶Contra inimicos ſuos. c ¶Vltionis. d ¶Dicens: Vos ex patre diabolo eſtis
egredietur, ſicut uir† prælator ſuſcitabit zelum. Vociferabitur, 3
a ¶Iudæos. b ¶Per Romanos c ¶O Iudæi 4
b bitur, & clamabit ſuper inimicos ſuos† confortabitur. Tacui 5
a ¶Expectans pœnitentiam veſtram. b ¶Tamen dolorem. ¶Apertam quæ cogitaueram. 6
cui† ſemper, ſilui, patiens fui: ſicut† parturiens loquar. 7
c a ¶Conſilia veſtra b ¶Vos omnino delebo. c ¶Maiores ¶Superborum varietates. 8
d Diſſipabo & abſorbebo ſimul: deſertos faciam montes† & 9
a ¶Mediocres. b ¶Populum. c ¶Romanos ¶Tunc. d ¶Flumen ſapientiæ. 10
colles, & omne† gramen eorũ exſiccabo. Et ponam flumi 11
a ¶Gentium. b ¶Doctrinæ Iudæorum prophetas legentes non intelligant. c ¶Gentes 12
na in inſulas, & ſtagna areſaciam. Et† educam cæcos in 13
a ¶Chriſtum qui eſt via veritas, & vita. b ¶Modo. ¶Proficere. 14
e uiam quam neſciunt: in ſemitis quas ignorauerunt ambu 15
a ¶Non eſt volentis neque curr. ſed Dei miſerent. b ¶Ignorantiam. c ¶Gentibus. d ¶vt in vete. teſta. lumen Chriſti accipiant.
lare eos faciam. Ponam tenebras coram eis in lucem, & 16
a ¶Corda eorum b ¶Prædicta. c ¶Vt tertiti pœniteant. ¶Non futura promitto, ſed pro miſſa iam reddo. d ¶In correctos. 17
praua in† recta. Hæc uerba feci eis, & non dereliqui eos: 18 19
a ¶Sed ipſi ¶His auditis. b ¶Etiam apoſtolos expellendo. c ¶De gentibus quæ prædicantibus apoſtolis credere noluerunt. d ¶Gentes. ¶Confundantur omnes qui adorant ſculptilia. 20
f conuerſi ſunt retrorſum. Confundantur in cõfuſione qui 21
¶Sed.
confidunt in ſculptili, qui dicunt conflatili, uos dij noſtri. 22
a ¶Auribus cordis. b ¶Mente c ¶Lumen verum. d ¶Expoſitio. 23
g Surdi audite, & cæci† intuemini ad uidendum. Quis cæ- 24
a ¶Iſrael qui domino prius ſeruiuit. ¶Non Gentes, vt mentiuntur Iudæi. ¶Prophetas. 25
cus niſi ſeruus meus, & ſurdus, niſi† ad quem nuncios 26
¶Modo. ¶Sub peccato.
meos miſi? Quis cæcus† niſi qui uenundatus eſt & quis 27
a ¶Prius b ¶O Iſrael. c ¶Intelligis. d ¶Legem & prophetas
cæcus niſi ſeruus domini. † Qui uides multa, nonne 28
a ¶Quæ ibi præcipiuntur. b ¶De quo ſupra: Audietis auditu, & non intelli. c ¶Corporis. d ¶Obedies. 29
cuſtodies? Qui apertas habes aures, nonne audies? 30 31

d *Diſſipabo.* * Procopius. Montium nomine populi prĩcipes, ſicut per fœnum eorũdem peccata intelligit, Paulo ſuffragante: *Si quis ædificauerit ſuper fundamentum iſtud, ligna, fœnũ, calamũ, &c.* Populum tãquam fœnum exaruiſſe dixit. Deinde fluuiorum appellatione legis doctrinam deſignat.
e *In ſemitis.* In cognitione prophetarum, qui ſunt ſemitæ ad Chriſtum cũ eius natiuitatem, reſurrectionem, & aſcenſionem prædicunt.
f *Confundãtur. Cum plenitudo gentium intrauerit*, tunc etiam Iſrael conuerſus, erroris ſui pœnitebit, qui idolis ante ſeruiuit.
* Procopius. Re vera enim cum ab idolorum cultu, ad pietatẽ gentes tranſiiſſent, Iudæi confuſi ſunt, ſed iam deſierunt confundi, qui cęcos olim, iam nũc viſum adeptos intueantur.
g *Et cæci.* Ille præcipuè cæcus dicitur: qui ante vidit: ille impropriè, qui nunquam. Ita Iudæus propriè. Gentilis impropriè.

1. Cor. 3. † roborab. † pariens. † excelſos. † ducam. Rom. 11. c. † nuncius meus, quẽ miſi † Etiam cum multa videris, nihil tamen obſeruas: et quamuis aperiat aures nihil tamen exaudit.

d *Diſſipabo.* Laqueus

## NICOLAVS DE LYRA.

* Zarum ſuſcitauit de monumento, & eo reſurgente multa corpora ſanctorum reſurrexerunt de monumentis, Matth. 27. f. Poteſt etiam aliter exponi de terra Moab, quæ petra nominatur ſupra. 16. a. Emitte agnum dñe dominatorem terræ de petra deſerti, &c. Et de terra illa aliqui crediderunt ad prædicationem diſcipulorum Chriſti in domino exultantes.
1 Ponent domino gloriam, &c. *Scilicet diſcipuli Chriſti gloriam eius prædicantes.*
2 Dominus ſicut fortis egredietur. *Hic conſequenter prædicitur malorum caſus, cum dicitur:* Dominus ſicut fortis egredietur. *in exercitu Romanorum propter incredulitatem Iudæorum.*
3 Sicut vir. *Scilicet in Romanis ad deſtruendum ciuitatem & populum.*
4 Vociferabitur. *Et quid dicet ſubditur.*
5 Tacui. *Coram Pilato a Sacerdotibus accuſatus falſo.*
6 Semper ſilui. *De iniurijs mihi illatis.*
7 Patiens fui. *expectans eorum pœnitentiam.*
8 Sicut parturiens loquar. *q. d. non poſſum nec debeo vltra continere me a punitione eorum, ideo ſubditur.*
9 Diſſipabo & abſorbebo, &c. deſertos faciam mõtes. *Ideſt, maiores.*
10 Et colles. *Ideſt, mediocres.*
11 Et omne gramen eorum exſiccabo. *Ideſt, maiores de populo deſtruam.*
12 Et ponam flumina in inſulas, & ſtagna areſaciam. *ſubtrahendo ab eis omnes delectationes & diuitias.*
13 Et educam cæcos. *Hic conſequenter deſcribitur ſaluatio credentium, cum dicitur.* Et educam cæcos. *ideſt, Gentiles erroribus cæcatos.*
14 In viam quam neſciunt. *Per obſeruantiam mandatorum.*
15 In ſemitis quas ignorauerunt ambulare eos faciam. *Per obſeruantiam conſiliorum.*
16 Ponam tenebras coram eis in lucem. *Per diuinorum cognitionem.*
17 Et praua. *ex conſuetudine peccandi.*
18 In recta. *Per operum rectificationem.*
19 Hæc verba feci eis. *Supra poſita eſt diuini beneficij magnitudo in filij miſſione: hic conſequenter ponitur malorum ingratitudo ex ſua obſtinatione cum dicitur:* Hæc verba feci eis. *filium ſcilicet eis mittendo.*
20 Et non dereliqui eos. *ſed ipſi me. ideo ſubditur.*
21 Conuerſi ſunt re. *Per infidelitatem. Et quia aliqui de Gentilibus fuerunt contra fidem Chriſti obſtinati propter idola Chriſtum perſequentes, ideo ſubditur.*
22 Confundan. confuſio. qui con. in ſcul. *& aliqui de Iudæis ideo ſubditur.*
23 Surdi audite. *Scilicet verba prophetarum ad vos miſſorum qui annunciarunt Chriſti aduentum.*
24 Et cæci. intuemini ad viden. *Scilicet impletionem propheti arum de Ieſu Nazareno. Et quia Iudæi pro maiori parte remanſerunt in ſua cæcitate, ideo ſubditur.*
25 Quis cæcus niſi ſer. &c. *Ideſt populus Iudaicus diuinæ ſeruituti ſpecialiter obligatus a tempore ſuſceptæ legis. Et ſubditur.*
26 Niſi qui vnum. eſt. *Scilicet populus Iudaicus in deſtructione Ieruſalem per Titum in vindictam mortis Chriſti. Dicit enim Hugo Floriacenſis, quòd Romani multa cæda Iudæorum feſſi quærebant quibus captiua mancipia venderent. Sed quia plurimi venales & pauci inueniebantur emptores, non defuere qui triginta mancipia vno numiſmate mercarentur: ſicut econuerſo Chriſtum emerant triginta numiſmatibus.*
27 Quis cæcus niſi ſeruus domi. *Ideſt, populus Iudaicus, qui fuit ſpecialiter ad ſeruitutem Dei obligatus, ab illo tempore quo Deus percuſſit primogenita Aegypti.*
28 Qui vides multa. *In lege & prophetis ſcripta.*
29 Nonne cuſtodies. *q. d. melius deberes cuſtodire quam alij, ſed tu magis deuiaſti.*
30 Qui apertas habes aures. *Ideſt, qui frequenter aperuiſti aures ad audiendum legem & prophetas.*
31 Nonne audies. *q. d. audiſti aure corporis, ſed non mentis.*

Iudæi vẽditi

17 Et

* Et domi

¶Tamen. a ¶Gratis. b ¶Populum
†Et dominus voluit, & ſanctificaret eum, & 1
a ¶Operando. b ¶Ia entem ¶ De vicijs ad virtutes.
magnificaret legem & extolleret. Ipſe autem 3
a ¶Inobediens. b ¶Spiritibus immundis.
c ¶Ab hoſtibus Chaldæis, Romanis
populus direptus, & vaſta-
a ¶Impedimentum ne credant in Christum.
b ¶Inſipientium
tus. †Laqueus iuuenũ om- 4
a ¶In corde & cor. locuti ſunt. ¶In abſcon dito cordis: Scimus, quia verax es.
nes, & in domib. carcerũ 5
a ¶Hoſtium. b ¶Nec propheta, nec dux qui intercedat ad dominum pro eis, ſicut Moyſes & alij.
abſconditi ſunt: facti ſunt in rapinam, nec eſt 6
a ¶Prædam inimicorum b ¶Domino.
qui eruat in direptionem, nec eſt qui dicat,
a ¶ Eis libertatem. b ¶Sanum pauci audiant.
redde. Quis eſt in vobis 7
a ¶Quod pronuncio.
qui audiat hoc: attendat

A a *Laqueus iuuenum.* Reuertitur ad prædicationem dñi, increpans Scribas & Phariſeos: Hi enim erant laquei ſimplicib. ne ad dominũ conuerterentur

†Attamen bene ei vult dominus ob iuſtitiam ſuam, & magnificabit & glorificabit legem ſuam.

b *Quis eſt.* Hortatur eos propheta, vt ſaltẽ aliqui audiãt, & cãmſuę captiuitatis intelli-

8 & auſcultet futura? Quis
¶Romanorum
dedit in direptionem Iacob, & Iſrael vaſtan-
¶Pater. ¶N n alius. a ¶O o eando filium.
9 tibus? Nonne dominus: ipſe eſt cui † pecca-
¶Quia ¶Mand tis. ¶Et.
10 uimus? Et noluerunt in vijs eius ambulare,
¶A filio a ¶ angelum.
11 non audierunt legem eius.
¶ deo a ¶ Per Romanos. ¶ opulum.
12 Et effudit ſuper eum indignationem furoris ſui, &
a ¶Famem, gladium, captiuitatem.
13 forte bellum: & combuſſit eum in circumitu, &
a ¶Hoc eſſe in vltionem mortis Chriſti.
b ¶Igne materiali & tribulationis.
14 non cognouit: & ſuccendit eum, & non intellexit.
¶Se punitum, quia non recepit Dei filium.

intelligãt & caueãt. D

†Qui l... is capi... omnes ... uernis ... cluſi ſu... carceri...

c *Super eum.* Vt qđ prius tacuerat, iam non taceret nec verbis, ſed tormentis corriperet.

d *Et non cognouit.* Sicut hiſtoriæ tradunt, nec Gentes hoc fieri in vltionẽ filij intellexerunt; nec Iudæi malicia ſua excæcati.

B E

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dominus voluit vt ſanctificaret eum. *Scilicet populũ Iudaicum, mittens eis filium ſuum.*

2 Et magnificaret legem. *In Chriſto implens eam, ſecundum quod ipſe dixit Matth. 5. b.* Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.

3 Ipſe autem populus direptus & vaſtatus. *Per Romanos propter incredulitatem suam.*

4 Laqueus iuuenum omnes. *Ideſt, a iuuenibus ducti ſunt, ligati ſcilicet a bellatoribus.*

5 Et in domibus carcerum. *Pro magna parte poſiti.*

6 Facti ſunt in rapinam, nec eſt qui eruat. *Adhuc enim ſunt in hac captiuitate, quæ iam durauit per annos 1252. Scilicet anno domini 1327. quo liber iſte fuit ſcriptus.*

7 Quis eſt in vobis qui audiat hoc. *Auribus mentis, quaſi dicat pauci.*

8 Quis dedit in direp. Iacob. *Et reſpondet:* Nonne dominus. *Ieſus Chriſtus.*

9 Ipſe eſt cui peccauimus. *Eum negando coram Pilato, & mortem eius procurando. Et loquitur de futuro per modum præteriti in perſona Iudæorum, qui poſt deſtructionem ciuitatis non crediderunt in Chriſtum.*

10 Et noluerunt in vijs eius ambu. *Scilicet increduli ſequendo Chriſtum per opera bonæ vitæ.*

11 Non audierunt legem eius. *Scilicet Euangelicam, ſed magis reſpuerunt eam.*

12 Et effudit ſuper eum indigna. *Per exercitum Romanorum.*

13 Et combuſſit, &c. *Quia Romani non ſolum combuſſerunt Ieruſalem, ſed & alias ciuitates in circumitu.*

14 Et non cogn. *Scilicet quòd hoc eſſet in vindictam mortis Chriſti, & ſic etiam in infidelitate permanſit.*

F

## CAP. XLIII.

C a *ET tunc hæc.* Superius locutus eſt de captiuitate Iudęorum, & malicia eorum qui credere noluerũt, nunc primitiuam alloquitur eccleſiam, quæ eſt de Iudæis, vt creatorem animæ ſuæ & corporis intelligant:

b *Creans te Iacob.* Iacob ſupplantator, Iſrael vir videns Deum. Hi ſunt apoſtoli & apoſtolici viri, qui & vicia ſupplantauerunt, & Deum videre meruerunt.

c *Noli timere quia redemi te.* ✤ Procopius. Ego ſum qui feci te,

## CAP. LXIII.

ET nunc hæc dicit dominus 1
¶Prius. b ¶Luctatorem. c ¶Poſt.
creans te Iacob, & formans te 2 3
a ¶Contemplatorem. b ¶Sanguine filij.
Iſrael. Noli timere quia rede- 4 5
a ¶Quaſi familiarem, vt ineuitanter prædices, nihil formides. b ¶O Iſrael. 6
mi te, & uocaui te nomine 7
a ¶Seruus. b ¶Per hæc nomina apoſtolorum, & aliorum prædicatorum tormenta ſignificat
d tuo, meus es tu. Cum tranſieris per aquas 8

feci te, animam ad meum exemplar & ad imaginem expreſſio, corpore autem de terra creato & aſſumpto. Ego, inquam, qui & ſanguinem meum tua cauſa effundens redemite, peculumque exiſtere mihi volui. Hic ergo per me dignus habitus, perge quo iuberis itinere proficiſci, euangelium deprædicans. Quod ſi inſurgũt nonnulli, confide, *Ecce enim ego vobiſcum ſum, dies omnes ad conſummationem vſque ſæculi.*

d *Per aquas, &c.* Secundũ Hebręos: Per aquas Aegyptij magnitu-

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XLIII.

✤ Diuiſio.

16 Eſuriet, & deficiet, *ſcilicet faber ferrarius, & per hoc oſtẽditur diligentia artificum ad faciendum idola: tum propter lucrum tum propter gratiam dominorum.*

17 Artifex lignarius. *Hic inducitur virtus prædictæ rationis quantum ad idola lignea labore artificum facta, & patet ſententia aliquibus paucis exceptis quæ diſcurrentur.*

18 Et extendit normam. *in Hebræo habetur, lineam, quia primum in factione idoli lignei eſt extendere lineam ſuper lignum ſecundum quantitatem idoli formandi.*

19 Formauit illud, &c. *Eſt autem runcina inſtrumentum ad cauandum ligna.*

20 Fecit illud in angularibus. *in idolis enim fiunt multæ figuræ angulares. Cætera patent vſque ibi.*

21 Succidit cedros, &c. *Iſta inducuntur ad oſtendendum quod Idola aliquando fiunt de vili materia, & applicabili foco pro neceſſariis hominis, & ideo non eſt applicabilis ad hoc quod fiat ibi aliquid numinis, & ſic patet fatuitas colentium, propter quod in fine includitur.*

✻ Cor

a *In dextera mea.* ※ Procop. Dexteræ nomine vnigeni-
A tum filium vſitatè appellauit: qui ſiue Deus, ſiue domin⁹ ſiue lux, ſiue virtus, ſiue rex, ſiue mundi opifex, ſiue vita nominetur, verè, & propriè iſtis oĩbus ſignificat̃, q̃ dæmonibus, & idolis falſo tribuũt. Natura enim ex Deo De' eſt
b *Memento horum.*
※ Idẽ. Optimè verò in obliuioſum Iſraelem, memento verbũ vſurpauit, formatus.n. in filiũ nõ debuit idola muta amplecti, vt dignitatis obliuiſceret. *Qui enim nouit voluntatem domini, nec facit eã vapulabit multis.* Eorũ deinceps quæ admiſeris, quantumlibet eadẽ obliuioni me traditurum pollicear, etiam te volo meminiſſe.
c *Formaui te, &c.*
※ Idem. Dicit verò in filiũ per legẽ formatus. Vt.n. Ada-
B mus ipſe de terra, oĩſq; deinceps in vtero formatus eſt infans: Sic, & qui in Chriſto degunt, per Spirituſſancti participationẽ in eiuſdẽ ſpeciẽ efformãtur, iuxta illud: *Filioli, quos iterum parturio, donec informetur Chriſtus in vobis.*
d *Iubilate extrema terræ:* Angeli, qui habitatoribus terræ pręſunt. Vel Apoſt. vel Prophetæ ſup quos & alij eſſe conſtant. vnde: *Superędificati ſuper fundamentũ Apo-*
C *ſtolorum, & Prophetarum, &c.*
※ Procopius. Voce exili, & præpedite fuit Moſes, quod legem in Iudæa tantũ exaudiri neceſſe eſſet, ipſi autẽ pcones Chriſti buccinatores, magnaq; alta & voce pditi, vt eũ vbiq; annũtiarent
e *Hæc dicit dominus redemptor, &c.* Supra locutus eſt idolorum ſubuerſione, & Iſrael pœnitentis redemptione, nũc
D autem de potentiæ ſuæ magnitudine, ne quis dubitet de ſaluatione quam promittit
f *Qui dico.* de reſtaurat. q̃ facta eſt à Zorobabel alijs ducibus, Cyro pmittẽte loqt̃, cũ tñ adhuc implẽda eſſet capti.
g *Flumina tua.* Sub Dario ſ. & Cyro nepote eius. Nocte.n. qua ab eis Balthaſar occiſus eſt Euphrates fluuius q per mediã ciuitatẽ fluebat ab eorũ exercitu in riuos diuiſus eſt vt per eius alueũ ciuitatẽ ingrederentur.
※ Procop. Nonnulli per abiſſum, ſeu pfundũ populi frequentiã, qui Babylonia continebatur innui putauerunt: per fluuios autẽ gẽtes in eandẽ cõfluẽtes, quas vndiq; in auxil. accerſiuerat
E atq; hæc quidẽ illi. Cæterũ ꝙ ad vos Babyloniosq; attinet oẽ ego illud inquit viri vſus miniſterio pręſtitero cuius nomen longe ante vobis eſſe ignotum nõ patior, Cyrum appellans, quem con filiorum meorum miniſtrum præficiam, ſapientiaque ornabo, vt quæ aduerſus Babylonem agi, quomodo populus liberari, & Hieroſolymorũ ci-
F uitas, ipſumq; templum inſtaurari debeant, intelligat.
h *Et templo fundaberis Ioſephus.* Poſtea quã Cyrus Iſaiæ pphetã ſibi à captiuis demonſtratã legiſſet hęc ipſa agnouit eaque, qui ſuo nomine ante ducẽtos & decem annos eſſet appellatum videret magna alacritate imperata pręſtitit hoc eſt, templi fundamenta iecit.

† Expandens

Lib. 11. Antiquit. cap. 1.

¶ Abſit. a ¶ Vnde Flaccus irridens ſimulacra gentium: Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.
b ¶ Homo rationalis. ¶ Abſit quia. c ¶ Deus ergo non eſt.
truncum † ligni procidam: † Pars eius cinis eſt. Cor inſi- 1
¶ Non ſapiens. ¶ Quod tamen deberet.
piens adorauit illud, & non liberabit animam ſuam, neque 2
a ¶ Forſitan. b ¶ Quia idolum nihil eſt quod facio. c ¶ In opere meo. d ¶ Tu autem.
e ¶ Idolum nihil eſt, quod facis. Et ideo abiice memor creatoris tui, ne taceas iniuriã tibi, vt adores opera manuum tuarum.
a
b dicet: fortè mendacium eſt in dextera mea. Memento ho- 3
a ¶ Idolorum.
c rum Iacob, & Iſrael, quoniam ſeruus meus es tu. Formaui 4
a ¶ Ideo. b ¶ Non idolorum. c ¶ Ergo. d ¶ Creatoris tui. e ¶ Facile. 5
te ſeruus meus es tu Iſrael. non obliuiſcaris mei. Deleui, vt 6
a ¶ Quæ ſolis calore diſſoluitur. b ¶ In proximum, vel vento raptante tenuatur. c ¶ In teipſum.
nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulam peccata tua. Re-
a ¶ Pœnitendo, quod ſi feceris, cœlum, & terra, & omnia elementa in ſalute tua lætabuntur.
b ¶ Sanguine filij. c ¶ Ideo. d ¶ Angeli.
uertere ad me, quoniam redemi te. Laudate cœli, quoniam 7
a ¶ Miſericordiam cum Iacob. b ¶ Angeli, vel poteſtates quibus portantur fundamenta terræ
c ¶ Superiores ſancti. 8
d † fecit dominus: iubilate extrema terræ. Reſonate montes 9
a ¶ Lxx colles. ¶ Populi fideles, ideſt mediocres. b ¶ Electi iuſtitia præditi. c ¶ Monte vnigeniti
laudationem ſaltus & omne lignum eius, quoniam redemit 10
a ¶ Apud Deum, & homines. 11
e dominus Iacob, & Iſrael gloriabitur. Hæc dicit dominus, 12
a ¶ Antequam eſſes. b ¶ Quaſi bene hoc poſſum facere, quia extendi cœ. ſo.
redemptor tuus, & formator tuus ex vtero. Ego ſum domi- 13
a ¶ Filium non excludit, nec Spiritumſanctum, quia vnum, ſed idolum.
nus faciens omnia, extendens cœlos ſolus: † ſtabiliens, ter-
a ¶ Deorum. b ¶ Præter filium, qui in me. c ¶ Præcipue in aduentu filii.
d ¶ Prædicta à diuinis vel facta, huiuſmodi enim ante aduentum multa mirabilia fecerunt.
ram, & nullus mecum, irrita faciens ſigna diuinorũ, & ario- 14
los in furorem vertens. Conuertens ſapientes retrorſum, & 15 16
a ¶ Oſtendens, quia humanis cogitationibus Dei ſapientia non comprehenditur.
b ¶ Scilicet. c ¶ Per mundum. ¶ Euangelia prædicandi. d ¶ Chriſti.
ſcientiam eorum ſtultam faciens. Suſcitans verbũ ſerui ſui, 17 18
a ¶ Voluntatis Dei. b ¶ Apoſtolorum & prædicatorum. c ¶ Opere. d ¶ Etiam.
e Quaſi hoc ego fecit.
& conſilium nunciorum ſuorũ complens. Qui dico Ieru- 19
f a ¶ A fidelibus tam Iudæis, quam gentibus b ¶ Eccleſiis in confuſione fidei fundatis. 20
ſalem, habitaberis, & ciuitatibus Iuda, ædificabimini, & 21
a ¶ Mundo, ¶ Habitatoribus vel amatoribus ſuis. ¶ Peccanti, ideſt Babyloni. 22
deſerta eius ſuſcitabo. Qui dico profundo, deſolare, & 23
a ¶ Tigrum, & Euphratem. ¶ Sapientiam mundi potentiam regum. b ¶ In meis. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.
flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro paſtor meus es, & 24
a ¶ Dimittendo populum meum. 25
g omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ieruſa- 26
¶ A Ieſu Sacerdote magno, & aliis redeuntibus a captiuitate.
b ¶ Sub Cyro tantum templi fundamenta facta ſunt, vel iacta.
h lem ędificaberis, & templo, fundaberis.



NICOLAVS DE LYRA.

1 Cor inſipiens adorauit, &c. *Adoratione latrię.*
※ 2 Neque dicet. *ſcilicet idolũ quod de ſe eſt mendaciũ, quia eſt fictio eius quod non eſt.*
3 Memento horum, &c. *Hic ex prędictis inuitat populum ſuum ad veri Dei cultum, dicens.*
Memẽto, &c. *i. huiuſmodi errorũ ad euitandum idololatriam.*
4 Quoniam ſeruus, &c. *eo ꝙ eduxi te de Aegypti ſeruitute.*
5 Formaui te. *Dando tibi legem in monte Sinai.*
6 Deleui, vt nubem iniquitates tuas. *Quando veraciter pœnituiſti, ideo ſubditur:* Reuertere ad me quoniam, &c.
7 Laudate cœli *i. Angeli ſancti, qui eſtis ciues cęleſtes.*
8 Iubilate, &c. *i. vulgares homines, qui ſunt extremi in populo.*
9 Reſonate montes. *ideſt maiores.*
10 Saltus, & omne lignum eius, *ideſt mediocres.*
11 Quoniam redemit, &c. *Redemptione perfecta per filium ſuum. Et loquitur de futuro per modum preteriti propter certitudinem prophetiæ.*
12 Hæc dicit dominus. *Hic conſequenter oſtenditur diuina veritas ex liberatione populi de captiuitate Babylonica, quam prædixit per prophetas, & ſic adimpleuit, & primo oſtenditur Dei potentia ad hoc agendum cum dicitur.*
13 Ego ſum dominus, &c. *Quaſi diceret multo plus poſſum, quam populum liberare de captiuitate Babylonica.*
14 Irrita faciens ſigna diuinorum, &c. *Quia carent effectu.*
15 Et ariolos, &c. *Adducẽs contrarium illius quod prędicunt.*
16 Conuertens ſapientes retrorſum, *ideſt, Aſtrologos, qui de futuris contingentibus aſſerunt per conſtellationes, & deficiunt.*
17 Suſcitans, *ideſt implens in effectu.*
18 Verbum ſerui tui, *ſcilicet Moyſi, cuius verba id impleuit educẽdo populũ de Aegypto, & ad terrã promiſſionis introducendo.*
19 Et cõſiliũ, &c. *illud, quod ſecretè reuelauerat prophetis ſuis.*
20 Qui dico. *Longe antequam veniat.*
21 Ieruſalem habitaberis. *Per Neemiam.*
22 Et ciuitatibus Iuda, &c. *Per populum de Babylone redeuntem ad ciuitates ſuas, & loca.*
23 Quid dico profundo, &c. *i. fluuio per Babylonẽ tranſeunti quem exercitus Cyri longe à ciuitate diuiſit in plures partes, & ſic intrauit per eius alueum ciuitatem, vt dictum eſt ſupra 11. cap.*
24 Qui dico. *Cyro nominem eius prędicendo longe ante eius conceptionem.*
25 Paſtor meus es. *Coram gerens de ouibus meis, ſ. Iudæis.*
26 Et omnem voluntatẽ, &c. *puniendo Babylonios pro peccatis ſuis, & populum meum liberando, Eſdr. 1.*

## ADDITIO.

A In cap. 42. vbi dicitur in poſtilla. Quis formauit. *Hic conſequenter.*

*Cum Gentiles non ſolum idola manufacta colebant, ſed etiam ſolem, & lunam, & ſtellas. Deut. 4. non videtur ratio Prophetæ quæ ex fornicatione idolorum per artificium hominis ſumitur ſufficere, cum prædicta cæleſtia non ſunt per manus hominum fabricata, ad quod dicendum, quod colentes talia ſemper faciebant aliqua humano artificio, quibus credebant influentias cæleſtes ad ſe attrahere, & ideo ratio Prophetę, contra eos militat.* D

## CAP. XLV.

a ¶ Ideſt regi.
HÆc dicit dominus Chri- 1
ſto † meo Cyro, cuius 2
a ¶ Dux auxiliator, vt nullus reſiſtere queat.
apprẽdi dexteram, vt 3 †
ſubijciam ante faciem
a ¶ Chaldæos, Babylonios, Mœdos, & alios multos.
eius Gentes, & † dorſa †
a ¶ Ante eum in fugam. b ¶ Alias coram eo.
regum vertam. Et aperiam ante eum ianuas, 4
c ¶ O Cyre.
& portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & 5
a ¶ Babylonios, & Chaldæos.
† glorioſos terræ humiliabo. Portas æreas 6
a ¶ Tibi. b ¶ Omnis poteſtas à domino Deo eſt.
contẽram, & vectes ferreos confringam. Et 7 8
dabo tibi theſauros abſconditos, † & arcana 9
a ¶ Antequam ſis: prædicendo, quæ futura ſunt tibi.
ſecretorũ, vt ſcias quia ego dominus qui vo- 10
a ¶ Non propter te
co nomen tuum, Deus Iſrael propter ſeruum 11

Cap. XLV.

Allegoricè. a HAec dicit domin. Allegorice Poſſum⁹ hæc de eccleſiaſt. viro dicere, cui De⁹ dat ſermonẽ & ſapientiã, vt cõtrarias ſectas ſua diſpoſitione ſubuertat, ſicut Stephano, cuius non poterant inimici reſiſtere ſapientiæ: & vt reges. i. patriarchas ſingularũ hæreſum ſuæ ſubijciat poteſtati. & aperiat, atq; cõfringat quod dialectica arte videbatur cõcluſum, & in mediũ proferat arcana hæreticorũ ſuperãs, & cõuincens. vel Xp̃i ſecreta agnoſcat, in quo oẽs theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. Talẽ virũ Deus nõie vocat, quia defenſor eſt pueri ſui Iacob & electi ſui Iſrael. Hunc ſuſcipit, & aſſimilat ſermoni ſuo, quod quis cauere debet, ne ſuum putet eſſe quod loquitur, ne audire mereatur: Accinxi te, & non cognouiſti me. Cum enim oẽs docuerit non eſſe alium Deũ, niſi vnũ Deũ Iacob, & Iſrael confundetur Marcion duos deos intelligens, vnum bonum, alterum iniuſtum, alterum viſibilium alterũ inuiſibilium conditorem. Quorum prior lucem faciat ſecũdus tenebras. Ille pacem, hic malum. cum vtrunq; pro diuerſitate meritorum vnus Deus, idemque condiderit.

† Suo. — Act. 6. c. — B † Tortuoſa recta faciam. — Col. 2. a. — Contra Marcionem.

Chriſtus. b *Chriſto.* Apud Romanos diadema, apud Iudæos vnctio, & Reges facit, & Sacerdotes, à qua & Chriſti dicũtur. Cyrus Chriſtus, non vnctione, ſed dignitate.

Lib. de vnit. Trinit. ✠ Athanaſius. In libro Pſalmorum inueniemus, dixit dñs dño meo, ſede ad dextẽrã meã, donec ponã, &c. & apud Iſaiam: Hęc dicit dñs Chriſto meo, cui tenui dexteram, vt obaudiant eum omnes gentes.

c *Et dorſa regum.* Quæ ciuitas illi nõ patuit? Quis regũ terga nõ vertit, quod muri ante inexpugnabiles, nõ ſũt eius obſidione ſubuerſi? hęc autẽ cõpleta pleni⁹ inuenies in hiſtoria Xenophontis.

✠ Auguſtin. Nonne reges terræ vides, qui ante perſequebantur Chriſtianos, nũc Chriſtianos eſſe? Nonne vides eos, qui humiliabant eccleſiam, humiles intrare eccleſiam? Nonnè ipſos defenſores vides, quos ante habuit perſecutores? E

Ibidem. d *Et aperiam.* ✠ Idẽ. Audis, quia, qui miſerat, & comitatur, & præcedit, mittit, & nõ diſcedit, inſuper & præcedit. Patũ eſt quod nõ diſcedit, inſup, & p̃cedit. Iã tu diſcerne, quod ſit maior, quod potior, ego nullã diſcretionẽ ĩuenio, ſed æqualitatẽ cõſpicio. Fil. dicit de patre, miſit me: Pater filio dicit, ego ãte te ibo: æqualitas hoc exhibet nõ diſparitas

e *Theſauros abſconditos.* Cunctarum vrbium, vt abiectis idolis, beneficijs inuitatus, vnum Deum ſentires, qui ante prædixit nomen tuum antequam eſſes.

✠ Procopius. Nonnulli per theſauros eos innui arbitrãtur, qui vel maximè potentes, Cyro cum exercitu aduentante, in ſpeluncis ſe ſe abdiderunt, in quibus, & ipſi cũ regem latere non potuiſſent, facibus accenſis reperti ſũt.

☞ *Et voca-*

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XLV.

C ✠ HAec dicit dñs. *Poſtquam Iſaias induxit populũ ad expectandũ diuina promiſſa tanquã certitudinaliter ad implenda, hic conſequenter proſequitur magis in ſpirituali illa beneficia. Et primò quantum ad liberationem malis. Secundò quãtum ad conſeruationem in bonis, cap. 56. Prima in duas, quia primò promittit eis liberationis beneficium. Secundò excludit huius liberationis impedimentum ca. 50. Prima adhuc in tres, quia primò præſignat liberatorem. Secundò detinentiũ deſtructionẽ, ca. 2. Et tertiò predixit Iudęorũ liberationẽ cap. 48. Prima in tres. quia primò* qui contradixit. *Et tertiò denũciat liberationẽ: ibi:* Hæc dicit: *Prima in duas, quia primò deſcribitur liberatoris poteſtas. Secundò eius natiuitas ibi:* Rorate cœli: *Prima adhuc in duas, quia primò prænunciat liberationem. Secundo refellit contradictorem, ibi:* Væ *ponitur liberatoris virtus. Secundò conſequens fructus, ibi: vt ſciant circa primum ſciendum quod Rab. Sal. exponens hanc literam.*

Diuiſio.

1 Hęc dicit dñs Xp̃o meo, *ſic enim eſt in Hebręo, dicit hic Ra. Sal. magiſtri noſtri, ſic dixerunt, ideſt ſic expoſuerunt, & vocat magiſtros ſuos doctores Hebręorum antiquos, quorum plures fuerunt ante Chriſti aduentum, Deus ſanctus, & benedictus dicit Meſſię ſuo ideſt Meſſię in lege, & prophetis promiſſo. Apponens ego te ipſi Cyro, ideſt deſignans te per Cyrum, ex quo patet, quod ſecundum intentionem antiquorum Hebręorum per Cyrum. hic introductum, liberatorem populi de Babylone principaliter intelligitur Chriſtus mundi Saluator, & per ſaluationem populi de Babylone partialem, intelligitur principaliter ſaluatio mundi generalis, Sciendum tamẽ, quod figura non correſpondet in omnibus figurato, quia tunc non eſſet figura, vel ſimilitudo, ſed identitas, & ideo Cyrus non fuit Chriſti figura in omnibus quę de eo dicuntur, vtpotè in illis quæ ſunt imperfectionis, vt cum dicitur:* Nõ cognouiſti me. *quod dicitur de Cyro tantum, & è contrario illa, quę ſunt perfectionis ſimpliciter: intelligenda ſunt de Chriſto ſolum. Et ſic in hoc cap. aliqua dicuntur ad literam de Cyro tantum: & aliqua de Chriſto, ſeu tempore Chriſti tantum aliqua de vtroque, ſcilicet in quibus Cyrus fuit Chriſti figura, & verificantur de vtroque, principaliter tamen de Chriſto, ſiue de redemptione facta per Chriſtum.* F

2 Cuius, *ſcilicet Cyri.*

3 Appræhendi dexteram. *Dans ei fortitudinem ad Babyloniorum, & aliarum gentium ſubiectionem.*

4 Et aperiam ante eum ianuas. *ideſt faciam aperiri: quia dominus tantum immittebat timorem aliquibus quòd recipiebant Cyrum in dominum ſine contradictione.*

5 Ego ante te ibo. *Formidinem tuam populis incutiendo.*

6 Et glorioſos terræ humiliabo. *eos tibi ſubijciendo.*

7 Portas ęreas conteram. *ſcilicet ciuitatum tibi reſiſtentium.*

8 Et dabo tibi, &c. *A regibus Babylonis, & alijs.*

9 Et arcana ſecretorum. *i. prętioſiſſima magis ſecretè ſeruata.*

10 Vt ſcias quia ego dñs. *trãsferẽs regna, & poteſtates de gẽte in gentem ſecundum voluntatem meam hoc enim recognouit Cyrus, vt habetur 1. Eſdr. 1. Hęc dicit Cyrus rex Perſarum:* Omnia regna terræ dedit mihi dominus cæli, &c.

11 Propter ſeruũ meũ Iacob. *ideſt propter populum deſcendẽtem à Iacob per te liberandum.*

✠ Et vo-

## MORALITER.

1 *Hęc dicit dominus.* Chriſto meo. Capit. iſtud literaliter expoſui partim de Cyro, & partim de Chriſto. Moraliter autẽ põt exponi de quolibet doctore notabili catholico, ſpecialiter autẽ de Paulo Apoſt. vel Auguſt. qui per Cyrũ ſignificatur, eo quod Cyrus hæres interpretatur: Talis autem ſanctus hæres eſt æternę vitæ, & ſic dicitur de eo: *Hęc dicit dominus Chriſto meo, Cyro cuius appręhendi dexteram.* Dans ei contra fidei aduerſarios potentiam, & virtutem.

*Et ſubijciam ante faciem eius gentes.* Eas iugo Chriſti per fidem, & mores ſubijciendo.

*Et dorſa regum vertam.* Ideſt dæmonum: eos ab obſeſſis corpore, vel mente repellendo, qui dicũtur reges, & principes. Eph. 6. b. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ, & ſanguinem, ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ.*

4 *Et aperiam ante eum ianuas.* ideſt intellectus literales, & myſticos ſacræ ſcripturæ.

5 *Ego ante te ibo.* in doctrina dirigendo.

6 *Et glorioſos terræ humiliabo.* ſup̃bos hæretic. confutãdo.

7 *Portas ęreas, &c.* obſtinatos ad pœnitentia reducendo.

8 *Et dabo tibi theſauros abſconditos, &c.* ſcilicet gratiæ, & gloriæ 1. Cor. 2. b. *Oculus non vidit, & auris non audiuit, &c.*

11 *Propter ſeruum meum Iacob, &c.* ideſt propter ſalutẽ po-

† puli

A a *Et vocaui te.* Sicut vocaui Abrahā Iſaac, & Iacob, & multos ante p̄dixi, vt Iſaac, & Ioſiā, ne illic eſſe videaris in cuius typū p̄ceſſiſti, & nō cognouiſti me. *Et vocaui te in nōie.* Aſſimilaui te filio meo in nōie, ſcilicet Cyrus enim hæres, qa auunculi hæreditatē ſuſcepit Xp̄s quoq; hæres eſt ſecundū illud. *Poſtula à me, & dabo tibi Gentes, &c.* Cyr⁹ quoq; Xp̄s dignitate imperij. Filius autem Chriſtus oleo lætitiæ vnctus præ participibus ſuis.

b *Extra me.* Quia filius, & Spirituſſanctus in patre præter ſermonē q̄ppè, & rationē, virtutēque meam, & ſapientiam quæ in me eſt, nō eſt alius Deus.

c *Vt ſciant.* Eſd. dicit Cyrum ſcripſiſſe oībus gētibus nō eſſe Deū niſi Deū Iſrael, vel ex captiuorum liberatione Dei clemētia, & potētia omnibus magis nota Ioſephus autē in lib. Antiq. ideo populum fuiſſe dimiſſum, qa Cyrus legit in lib. Iſaiæ, quę de eo dominus per prophetam dixerat ante.

B d *Formans lucem, &c.* Gregorius non mala, quæ nulla ſua natura ſubſiſtunt, creātur à Domino, ſed creare ſe mala dominus indicat, cum res, benè creatas nobis malè agentibus in flagellū format. vt ea ipſa, & per dolorē quo fuerint delinquētibus mala, ſint, & per naturam qua exiſtunt bona, vnde venenum quidem mors eſt homini, & vita ſerpenti. *Formans lucē, &c.* quia cū p̄ flagella exterius doloris tenebræ creantur, intus per eruditionem lux mentis accenditur. *Faciens pacem,* quia tunc nobis pax cū Deo redditur cū hæc, quæ benè ſunt condita, ſed non concupita, in ea, quę nobis mala ſunt flagella vertuntur. D

✠ Chryſoſtomus. Mala non intelligit propheta auaritiā, aut rapinas, aut aliquid eius notæ, ſed plagas, quę diuinitus inferuntur. Hæc ſunt quæ dominus creat mala, peſtilentiæ, fames, &c. (Hom. 23. in Matthæum.)

a ¶ Vt liberes eum à captiuitate, agnoſcens quæ pro eo tibi bona fecerim, & facienda prædixerim.

a meum Iacob, & Iſrael electum meum. Et voca 1

¶ Quod eſt Cyrus, ¶ Tamen.

ui te † in nomine tuo: † aſſimilaui te, & non 2

a ¶ Vnum Deum: ſed idola adoraſti, quæ nihil profuerunt tibi.

cognouiſti me. Ego dominus, & non eſt am- 3

a ¶ Alius. b ¶ Fortitudine multarum gentium. ¶ Virtute, vt regna ſubiiceres.

b plius. Extra me non eſt Deus. Accinxi te, & nō 4

a ¶ Qui hæc dedi tibi. b ¶ Hæc feci. c ¶ Totius orbis. 5

c cognouiſti me ut ſciant hi, qui ab ortu ſolis & 6

¶ In filio pater filius in patre. vnde: Ego, & pater vnum ſumus.

qui ab occidente, quoniam abſque me nō eſt 7

¶ Diſcretiuē.

d Deus. Ego dominus, & nō eſt alter: † formans 8

a ¶ Deum vel liberationem. ¶ Res ſcilicet inter ſe contrarias: ſicut enim luci contrariæ ſunt tenebrę, ita paci bellum. b ¶ In hoc probatur.

e lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & 9

a ¶ Quia egó domi. fa. omnia hæc. 10

f creans malum. Ego dominus faciens omnia 11

a ¶ Veniat Gabriel mittat nobis rorem, ſcilicet annunciet ſalutem. b ¶ Nunciando.

g h hæc. † Rorate cœli deſuper, & nubes pluant 12

a ¶ Chriſtum, vel iuſtitiam b ¶ Veritas de terra orta eſt, &c. ¶ Maria ad credendum. c ¶ Ieſum, vnde: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum.

iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluato-

a ¶ Omnis b ¶ Mundo c ¶ Cum eo. d ¶ pater.

rem: & iuſtitia oriatur ſimul. Ego dominus 13

a ¶ Secundum humanitatem. b ¶ Deo creatori. 14

i k creaui eum. Væ qui contradicit factori ſuo: 15

e *Tenebras.* Noctē, vel captiuitatē. Quaſi pænitentes miſertus à captiuitate reduco iratus peccantes captiuo. († Deus.)

f *Malum.* Bellū, ſcilicet afflictionē ſecundū quod dicitur: ſufficit diei in malicia ſua. Confundantur ergo q̄ Deū malorū conditorē arbitrantur: Hic .n. malū non contrarium bono ſed p̄ afflictione ponitur, & bello.

E g *Rorate cęli.* De aduētu Xp̄i per Cyrū ſignificari, quia à captiuitate diaboli liberabit gen⁹ humanū, cōuenienter adiūgit. Vel poſſunt hęc hærere ſuperiorib⁹ vt Cyro captiuitatē laxātē metonomicos cælū, & terra lętētur

h *Et nubes.* Prophetæ corda noſtra ſalutari pluuia irrigantes, & Xp̄i natiuitatē, & reſurrectionē, & aſcenſionē annunciātes, vnde: *Mādabo nubibus meis ne plu. ſuper eā imbrem,* Et alibi: *Veritas tua vſque ad nubes.*

i *Creaui eum, qui.* ſcilicet vermis fuit, & germinatus de terra legitur ſecundum humanitatem.

k *Væ qui contradicit.* q. d. Credite, quæ prædico Chriſtum ſcilicet venturū, quia: Væ qui contradicit factori ſuo, vel Cyrum, cui per liberationem populi mei omnia regna ſubſternam. (Supra 5.b. Pſalm. 35.b.)

Proco-

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et vocaui te, &c. *i. nomen tuū reuelaui longè ante tempus tuū.*

2 Aſſimilaui te. *Notabilibus perſonis, quoque nomina prædixi ante tempora eorum, vt Iſmaeli. Gen. 16. & Ioſuæ 3. Reg. 13.*

3 Non cognouiſti me. *Quia adhuc non eras.*

4 Accinxi te. *Fortitudine ad bellandum gentes, & regna.*

5 Et non cognouiſti me. *Etiam poſtquam dedi tibi fortitudinem, quamuis enim Cyrus recognouerit omnia regna à Deo ſibi data, vt prædictum eſt, tamen non cognouit eum tanquam ſolum adorandum, quia colebat idola.*

6 Vt ſciant. *Hic conſequēter ponitur poteſtatis Cyri ſequēs fructus ſcilicet in liberatione populi Iudæ de Babylone, & in confeſſione poteſtatis diuinę, quia ſicut habetur 1. Eſdr. 1. a. Cyrus verbis, & literis ſignificauit per totum ſuum imperium monarchiam à Deo ſibi datā, & ab eo ſibi mandatū fuiſſe de templi reædificatione, & ad hoc faciendū populū Iudæ ad terrā ſuam remittere, & hoc eſt quod dicitur:* Vt ſciāt hi, q̄ ab ortu ſolis, & qui ab occidente, *ideſt per totum imperium Cyri per literas eius miſſas, modo prædicto.*

7 Qm̄ abſq; me non eſt Deus. *Qui poſſit tot, & tanta facere.*

8 Formans lucem. *Iudęis ipſos de carceribus educendo.*

9 Creans tenebras. *Babylonijs, ipſos per Cyrum deſtruendo.*

10 Faciens pacem. *Iudæis reuertentibus in Ieruſalem.*

11 Et creans malū. *ſcilicet pęnæ ad punitionem peccatorum.*

12 Rorate cæli. *Hic conſequenter deſcribitur liberatoris natiuitas, ſicut dictum eſt: principalis intentio prophetæ eſt hic deſignare Chriſtum per Cyrum, & ſic deſignatur hic Chriſti natiuitas per natiuitatem Cyri. Primò ergo exponatur figura. Ad cuius intellectum ſciendum, quod Aſtyages rex Mædorum, & Perſarum vidit in ſomnis de genitalibus ſuę filiæ vitē oriri qui totā Aſiā occupabat, & dictum fuit ſibi à coniectoribus de ea filium naſciturum quo totam terram illam occuparet, quod impletum fuit in Cyro filiæ Aſtyagis filio, & ideo natiuitas Cyri hic deſcribitur ſub metaphora vitis, ſeu plantę orientis de terra, ad quam requiritur influentia cæleſtis, & diſpoſitio terrę per deſcenſum ſuper eam, & pluuiæ, & roris, & hoc eſt, quod dicitur:* Rorate cæli deſuper. *rorem, & influentiam emittendo:* Et nubes pluant iuſtum. *ideſt diſponant materiam ad ortum iuſti, ideſt Cyri, qui vocatur hic iuſtus, inquantum fuit executor diuinæ iuſtitiæ erga Babylonios.* Aperiatur terra. *ideſt Aſtyagis filia,* & germinet Saluatorem, *ideſt Cyrū ad ſaluandum populum Iudæ à Babylonica captiuitate.* Et iuſtitia oriatur ſimul. *i. virtus exequendi iuſtitiam meam:* Ego domin⁹ creaui. eum. *dando ei imperium, ſicut Papa, vel Imperator dicitur creari, quando promouetur ad talem dignitatem. Conſequenter exponatur litera de re figurata, ideſt de Chriſti natiuitate.* Rorate cœli. *Terra iſta germinans Saluatorem, eſt beata virgo concipiēs Saluatorē mundi, non ex virili ſemine, ſed virtute Spirituſſancti tā q̄ rore cęleſti. Et quia principalis intentio prophetæ hoc eſt ſignificare ideo ſub iſto ſenſu, hanc autoritatē allegaui in aliquibus locis.*

13 Et iuſtitia oriatur. *Ideſt gratia iuſtificans. Ioa. 1. c. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.*

14 Ego dn̄s. *Quantum ad humanitatē, quę eſt creatura Dei.*

15 Vę qui contradicit. *Hic Propheta increpat contradictorem, ſeu impeditorem Aſtyages enim audiens expoſitionem ſomnij prædicti, timens ne regno priuaretur filiam ſuam dedit vxorem cuidā plebeio militi, vt ſi filius de ea naſceretur non haberet inimicos potētes, qui iuuarent ipſum ad obtinendum regnum: cum hoc etiam fecit diligenter obſeruari tempus impregnationis filiæ ſuę, & partus & puerum natum fecit ſibi apportari, quem cuidam principi occidendum tradidit: Ille autem compaſſus, tradidit eum cuidam famulo, vt ſecreto eum ad nemora portaret, & cum ibi dimitteret. Quod cum factum fuiſſet, canicula paſtorum iuxta nemora habitantium, quæ catulos nutriebat, diuina prouidentia horis competentibus accedebat ad puerū, & eū lactabat: quā ſequens paſtor mirās ad quid nemora intraret, inuenit puerū, quem vxori ſuę tradidit nutriendū,* (Cyri educatio p̄ canem.)

F

*MORALITER.*

† puli Chriſtiani, qui dicitur Iacob quātum ad actiuos, & Iſrael, quantum ad contemplatiuos.

2 *Aſſimilaui te.* mihi per gratiam.

3 *Et non cognouiſti me.* Ante vocationem tuam.

6 *Vt ſciant, hi, qui ab ortu ſolis, & qui &c.* Scilicet per doctrinam tuam verbo, & ſcripto.

7 *Quoniā abſque, &c.* Hoc enim docuerūt Paulus, & Aug.

8 *Formans lucem.* proſperitatis.

11 *Et creans tenebras.* Aduerſitatis: & quoniam talis doctor datur Eccleſię ex beneficio diuinæ gratiæ. Sequitur.

12 *Rorate cęli deſuper, &c. Væ qui cōtradicit factori ſuo.* Nā cōtradicendo tali doctori contradicit Deo, q̄ dedit illū, & q̄ pater eſt Eccleſię filios generando, & mater eos nutriēdo.

7 Quo-

† Cum figulo luti.
† Rom.9.d.

✠ Procopius. Illis ſuccenſet, qui poſt tantas promiſſiones ad eum non feſtinãt qui tanquam omniũ Deus, cum populum aliquandiu afflixit, admittit rurſum, tẽploque, & vrbe in melius præparatis, quæ cõtrita fuerant, non aliter quam figulus inſtaurat. Sumus enim luti inſtar qui de terra fingimur, ſi ad omnium opificem figulum reſpicimus.

† Matri.

a *Mulieri quid parturis?* Vir mulieris potens, mulier viri potens.

✠ Procopius. Non deſinũt enim Deo ſic cõuitiari nõnulli, Ecquidnam vita iſta opus fuit? Ecquid eſt hæc adminiſtratio? Ecqua illorum vtilitas?

b *Plaſtes eius.* Filij, ſecundũ humanitatem in vtero virginali, vnde: *Spirituſſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, &c.*

Luc.1.b.

c *Et omni militiæ.* Hac occaſione putant quidam aſtra eſſe rationalia, aiunt enim quia inſenſatis non mandaret aliquid, quæ mandata non intelligerent.

† Deus.

d *Ego ſuſcitaui.* q. d. Qui ſupradicta feci: quid mirum ſi & filium mittam in mũdum vt redimat genus humanum, & à mortuis ſuſcitem eum?

✠ Procopius. Commodius de Chriſto, quam de Cyro hoc interpretatur, cũ de ſe ita loquatur: *Ego conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius.* Cuius ſine controuerſia rectæ viæ, ſunt, quique veram ciuitatẽ extruxit, dicens: *Super hãc petram ędificabo eccleſiam meã, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, quæ viuis lapidibus conſtans expugnari non poteſt.

Pſalm. 2.
Matth.

a ¶ Ipſa eſt. b ¶ Fictilibus, Samos ciuitas eſt: vbi ſingulorum ars reperta eſt. c ¶ Homo
teſta † de Samijs terræ. † Nũquid dicet lutum 1 2
a ¶ Deo.
figulo ſuo, quid facis, & opus tuum abſque
a ¶ Omnipotenti. b ¶ Filium æqualem patri.
manibus eſt? Vę qui dicit patri: Quid generas, 3
a ¶ Mariæ. vnde: Natum de muliere, factum ſub lege.
b ¶ Cum ex viro non conceperit.
a & † mulieri quid parturis? Hæc dicit domi- 4
a ¶ Plaſmator. b ¶ Myſteria.
b nus ſanctus Iſrael plaſtes eius. Ventura inter- †
a ¶ Ironicè. ¶ O Iudæi. b ¶ Adoptiuos, qui per filium credituri quomodo debeamus eos regere.
rogate me ſuper filios meos, & ſuper opus
a ¶ Ironicè. ¶ Præcipite, quaſi ignoranti quomodo creata diſponam
manuum mearum mandate mihi. Ego feci 5
a ¶ Tanquam dominum. b ¶ Hominibus habitandam.
terram, & hominem ſuper eam creaui ego.
c Manus meæ tetenderunt cęlos: & omni mili- 6
a ¶ Stellis, & Angelis. b ¶ Quæ faciant. c ¶ A mortuis. ¶ Mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.
d tiæ eorum mandaui. Ego ſuſcitaui eum ad iu 7
¶ Opera. a ¶ Chriſti non Cyri.
e ſticiam: & omnes vias eius dirigam. Ipſe ædi- 8
f a ¶ Supra firmam petram; & portæ inferi non prẹualebunt aduerſus eam.
b ¶ Quæ in monte poſita non poteſt abſcondi. ¶ Ex Gentibus, & Iudæis eccleſiam, c ¶ Exules à paradiſo, & captiuos pro primi hominis peccato.
ficabit ciuitatem meã, & captiuitatem meam 9
a ¶ Liberam in patriam. b ¶ A nobis ei dato. c ¶ Sed gratis miſericordia pura.
dimittet, non in precio neque in muneribus 10
¶ Gratia ſalui facti ſumus, Gratis accepiſtis, gratis date. †
dicit dñs Deus exercituum. Hæc dicit dñs
a ¶ Cultus Idolorum, cui Aegyptus præcipuè ſubdita. b ¶ Terrena.
c ¶ Ad Deum conuerſæ.
g Deus: Labor Ægypti, & negociatio Æthiopię 11
¶ Ceſſabunt adueniente Chriſto. a ¶ Sabaim quæ, & Saba, vnde. Omnes de Saba venient, aurum, & thus deſe. ¶ Per Aegyptios, & Aethyopios, & viros Sabaim de toto mundo collecti intelliguntur. 12
b ¶ Potentes c ¶ O fili. d ¶ Per fidem. 13
& Sabaim viri ſublimes ad te tranſibunt, & 14
a ¶ Imitantes. b ¶ Proficientes. c ¶ Præceptis Dei. 15
tui erunt. Poſt te ambulabunt: vincti manicis 16

e *Viam eius dirigam. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.*

1. Pe

f *Ipſe ædificabit.* De quo dictum eſt: *Non cognouiſti me:* Nec ipſe ædificauit ciuitatẽ vel templum, ſed permiſit ædificari. Nec in eius tempore hoc conſumatum eſt, ſed Aſſueri.

Eſai.

g *Labor Aegypti:* Cultus idolorum. Multum enim laborabat in exequendis idolorum ſacrificijs. Sed Apoſtolis prædicantibus conuerſi ſunt, & præ omnibus regnis abundant ibi religiones monachorum, *vt vbi abundauit delictum ſuperabundet & gratia.*

Rom.

✠ Hilarius. Quis tandem exiſtimandus eſt labor Aegypti, & mercatus Aethiopum, & Sabaim? Recordemur orientis magos adorãtes dominum, & numerantes, & laborẽ veniendi vſq; in Bethleem Iudeę, tanti itineris metiamur, labor Aegypti, labor ſæculi eſt, Aegyptus enim pro mũdo ponitur, & pro ſæculo. Ita cũ magi Aegyptij Sabei, idololatræ, abdicato errore dominũ adorant, pro omni mundo ponuntur, qui idololatria relicta dominum adorat, & labores, & negociationes ſuas domino dicat.

Lib.4 nitat.

☞ Tantum

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *vocans eum Spartacum: quia Spartes lingua Perſica canem ſignat, ſed poſtea ab eodem principe cui traditus fuerat occidendus vocatus fuit Cores, quod ſignat hæredem in illa lingua quaſi dicat quantumcunque reluctetur Aſtyages, iſte erit hæres. Et hoc modo ſcribitur in Hebræo: ſed quãdo transfertur ad Latinum, vocatur Cyrus. ſicut hoc nomen Saul translatum ad Latinum pronunciatur & ſcribatur Saulus, & iſte Cyrus poſtea obtinuit monarchiam: Et illa quę dicta ſunt hic de Aſtyage & Cyro habẽtur in ſcholaſtica hiſtoria. Igitur: cum dicitur,* Væ qui contradicit factori ſuo. *In hoc increpatur Aſtyages, qui volebat diuinam prouidentiam impedire.*

1 Teſta de Samijs terræ, &c. *i. opus terrenum ſeu teſteum: quod dicitur de Samijs, eo quod in Samo inſula primò fuit repertum.*

2 Nunquid dicet lutum *i. ſicut lutum nõ poteſt aliquid cõtra figulum, ſic nec tu potes impedire voluntatem meam et propoſitum.*

3 Væ qui dicit. *In hoc increpatur Aſtyages, qui generationem & educationem Cyri nitebatur impedire vt dictum eſt.*

4 Hæc dicit dominus. *Hic conſequenter ponitur liberationis vtilitas. Et primò quantum ad Iudęos. ſecundò quantum ad Gentiles conuerſos, ibi: Congregamini. Prima in duas: quia primò ponitur Iudęorum liberatio. ſecũdo huius liberationis confeſſio. ſecunda ibi:* verè tu es Deus. *Circa primum primò declaratur poteſtas diuina ad ſuſcitandum. Cyrum liberatorem Iudęorum, cum dicit.*

5 Ego feci terrã, & hoĩem ſuper eã creaui. *& patet litera.*

6 Et omni militię eorum mandaui. *Ideſt curſum ſyderum diſpoſui & ordinaui.*

7 Ego ſuſcitaui eum. *ſ. Cyrum eadem poteſtate.* Ad iuſtitiã. *ſcilicet faciendam de Babylonijs.*

8 Ipſe ædificabit ciuitatem meam. *i. licentiabit reędificare. Et loquitur de reædificatione Ieruſalem. Circa quod ſciendum, quod hæc reędificatio poteſt dupliciter intelligi. Vno modo quantum ad domos inhabitantium: & ſic Cyrus dedit licentiam reędificandi Ieruſalem, quia mandauit reędificare templum ad Dei cultum & ſic conceſſit quod Sacerdotes & miniſtri & alij indifferenter habitarẽt ibi. Alio modo accipitur reędificatio quantum ad muros ciuitatis et portas: & hoc modo fuit reędificata per Neemiam de licentia & voluntate regis Artaxerxis.*

9 Et captiuitatem meam. *i. Iudęorum in me credentium.*

10 Dimittet. *gratis. Et quia ex hoc facto poteſtas Cyri fuit ampliata, ideo ſubditur.*

11 Labor Aegypti. *i. precioſa pro quib. Aegyptij laborauerunt.*

12 Et negociatio Aethiopiæ. *i. precioſæ diuitiæ Aethiopum, quæ de longe per mercatores ibi apportatę ſunt. Et quia non ſolum diuitiæ iſtę ſed etiam domini earum facti fuerunt ſubiecti Cyro in pręmium liberationis Iudęorum de Babylone, ideo ſubditur.*

13 Viri ſublimes. *i. reges & principes dictarum terrarum.*

14 Ad te tranſibunt. *Ideſt ſub domino tuo.*

15 Poſt te ambulabunt. *te ſequentes vt dominum.*

16 Vincti manicis. *ideſt compedibus manualibus.*

✠ Pergent

### MORALITER.

† *Ventura interrogate.* per orationem deuotam, & non diuinos per obſeruationem ſuperſtitioſam.

5 *Ego feci.* & ſic poſſum reſpondere de omnib veritatẽ.

7 *Ego ſuſcitaui eum.* ſ. doctorem bonum, ad iuſtitiam operandam & docendam.

8 *Ipſe ædificabit ciuitatem.* ſ. eccleſię militantis.

9 *Et captiuitatem meam.* populũ meũ eruendo a peccatis. *Non in precio.* quia ſcriptum eſt Matth.10.a. *Gratis accepiſtis, gratis date.*

11 *Labor Aegypti.* Per hoc ſignificãtur laborantes diuerſis vicijs, Sap.5.b. *Laſſati ſumus in uia iniquitatis et perditionis, &c.* Per Aegyptum .n. quę tenebri interpretatur, vicium luxuriæ deſignatur, Iob.24.c. *Oculus adulteri obſeruet caliginem. Per Aethiopiam detractio, quę denigrat fratris fama.* Per Sabaim, ideſt clamantes, aduocatorum malitia deſignatur qui per clamores veritatem ſubuertere nituntur.

13 *Viri ſublimes.* per ſuperbiam.

14 *Ad te tranſibunt & tui erunt.* per verã humiliationem.

15 *Poſt te ambulabunt.* tuam ſequendo doctrinam.

16 *Vincti manicis pergent.* ideſt operibus vinculo charitatis, quæ eſt vinculum perfectionis, Coloſ.3.

† *Te adora-*

a *Tantum in te eſt Deus.* ✲ Tertullianus. Dicendo Deus in te & tu es Deus, duos ꝑponit Chriſtum, & Spiritumſanctum.
✲ Ambroſius. In te eſt Deus, quoniã in filio pater. Scriptum eſt .n. pater, qui in me manet& ipſe loquitur. Et ego in patre, & pater in me eſt.
b *Non in abſcondito.* olim in mõte Sinai vni tantum populo dixit. *Non erunt tibi dij alieni.* Euangeliũ autẽ per apoſtolos omnib. Gentib. prædicauit, vnde. *In omnem terram exiuit ſonus eorum.*
✲ Procopius. Diuinũ Euangeliũ omnib. explicauit. Moſis.n. oracula ſermone quidem & characteribus Hebræis, locis inuijs & aqua deſtitutis clanculũ edita reperias: Chriſti autem Euangelium omnium gentium linguis & literis celebratum.
c *Non dixi.* Primùm quidem ad Iudæos veni: & vt vmbram

a ¶De virtute in virtutem. b ¶Abiectis idolis. c ¶Non aliud a te. d ¶Dicentes.
a pergent: & te adorabunt teq; deprecabuntur. Tantùm in 1
a ¶Filius: Ego in patre & pater in me eſt. b ¶Ego & pater vnum ſumus. c ¶Verus.
te eſt Deus et non eſt abſque te Deus. Verè tu es Deus ab- 2 3
a ¶In carne. b ¶Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. ¶Ideo. c ¶De confuſione.
ſcõditus: Deus Iſrael ſaluator. Confuſi ſunt & erubuerũt 4 5
¶Traditi in manus Romanorum. a ¶Scribæ & Phariſæi qui finxerunt dominum furtim ab apoſtolis ſublatum: vt ſic facerent errare populum.
omnes ſimul, abierunt in confuſionem fabricatores † er- †
¶Sed. ¶Vere. ¶Per fidem.
rorum. Iſrael ſaluatus eſt in domino ſalute æterna. Non 6
a ¶O Apoſtoli, & alii fideles. ¶Qui erubuerit me coram hominibus, erubeſcam, &c. b ¶Patientes pro nomine meo, quia hic etiam ſecuti de præmio.
confundemini & non erubeſcetis vſq; in ſæculum ſæculi. 7 8
a ¶Omnium creator, omnium æqualiter Deus eſt: Omnium ergo ſaluator eſſe debet, vt non reſpuat Aegyptum vel Aethiopiam, vel quaslibet barbaras Gentes ¶hæc dicit dominus. Hoc contra idolorum cultores.
Quia hæc dicit dominus creans cælos, ipſe Deus formans 9
a ¶Hominum habitaculum, qui filium adorarent, & intelligerent creatorem, & idola contemnerent. ¶Plaſmator.
terram & faciens eam, ipſe plaſtes eius. Non in vanum †
a ¶Hominibus creatorem agnoſcentibus.
creauit eam, ſed vt habitetur formauit eam. Ego dominus,
¶Vno tantum.
b & non eſt alius. Non in abſcõdito locutus ſum in loco ter 10
a ¶Qui a regnum cælorum promiſi.
c ræ tenebroſo. Non dixi ſemini Iacob fruſtra, † quærite me. 11
a ¶Deus Apoſtolis, Iudæis abiectis. Euntes in mundum vni. prædic Euang. omni creatu. b ¶In vnum ouile.
d Ego dominus loquens iuſticiã, annũcians recta. Congre- 12
¶O Gentes, quia Iudæi noluerunt. a ¶Non loco ſed merito. ¶Paulatim & per partes Gentes ſignificat credituras. b ¶Fide ad me. c ¶Sanguine meo.
gamini, & venite: & accedite ſimul, † qui ſaluati eſtis ex 13
¶Simulacrum.
e Gentibus. Neſcierũt qui leuãt ſignũ ſculpturæ ſuæ, & rogãt 14
a ¶Se vel alios. b ¶Vos tamen ô Apoſtoli annunciate opportune & importune.
f Deum nõ ſaluantem. Annunciate, & venite & cõſiliamini 15 16

vmbram legis relinquentes, veritatem ſequerentur admonui vñ. *Nõ ſum miſſus niſi ad oues* quæ perierunt do. Iſ. (Matt. 15.)
✲ Procopius. Non dixi ſemini Iacob fruſtra quærite me. Euangelium ſiquidem vobis ipſe antè omnes promulgaui, ac ne pietatem fruſtra colere videremini mercedem etiam vitam æternam pollicitus ſum.
d *Annuncians recta.* Vt creatura creatorem adoret, vt relictis figuris ſequatur veritatem Euangelij.
e *Neſcierunt.* Noluerunt ſcire quidã remanentes in errore, ſimulacrorũ ſcilicet onere grauati, & ſperantes in quibus non eſt ſalus.
f *Conſiliamini.* Vt omnes per mundũ euntes idem annuncietis. Hic.n. ſimul ſimbolum compoſuerunt de trinitate, & vnitate, de communione eccleſiæ de generali reſurrectione.

Margin: † ſculptilium; † quærunt; † abiectis Gentium. Symbolum Apoſtolorũ.

*Predixi.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Pergent *Quia aliqui eorum ſicut ducebantur compediti, ad declarationem victoriæ Cyri.*
2 Et te adorabunt. *Suppliciter poſtulando a te miſericordiam.*
3 Verè tu es. *Hic propheta conuertit ſermonem ad Deum per modum gratiarum actionis confitendo, eius diuinitatem & poteſtatẽ pro liberatione populi ſui, dicens.*
4 Tantum in te, &c. *i. nullus eſt Deus niſi tu qui potes facere talia. Et quia diuinitas Dei non patet hominum oculis, ideo ſubditur.* Verè tu es Deus, &c. *ex hoc conſequenter inuehitur contra idololatras, di.*
5 Confuſi ſunt, &c. *i. idolorum. Et vocantur hic fabricatores non ſolùm artifices facientes idola, ſed etiam illi qui faciunt fieri, vt adorent ea. Et iſti dicuntur hic confuſi, quia per idola ſua non potuerunt ſaluari de manu Cyri.*
6 Iſrael ſaluatus, &c. *i. per virtutem domini omnipotentis.*
7 Salute æterna. *Ex hoc videtur, ꝙ iſtud ſit referendum ad ſalutem factam per Chriſtum, quia illa quę facta fuit tempore Cyri, non fuit talis: quia poſtea populus Iſrael fuit multum afflictus tempore Antiochi illuſtris, & poſt captiuatus per Romanos. Et ſi dicatur quod hic in Hebræo habetur: Salute holamim, i. ſalute ſeculorum: quæ non importat æternitatem, ſed tempus longum: hoc remouetur: per illud quod ſubditur.*
8 Non confundemini. *In Hebræo habetur. Vſq; in ſæcula & vltra. Et talis locutio vbique in ſacra ſcriptura importat æternitatem a parte finis ſecundum doctores Hebręorum. Et ꝙ Deus ſit potens ad dandam talem ſalutem, oſtenditur cum ſubditur.*
9 Quia hæc dicit dominus creans cęlos. *de nihilo virtute ſua infinita. & patet litera vſq; ibi.*
10 Non in abſcondito locutus ſum. *dando filijs Iſrael legẽ, ſed in monte Sinai in aperto.*
11 Non dixi ſemini, *adimplendo præcepta mea pro modico pręmio, ſed pro magno valde. ſ. ęterna ſalute. Sicut.n. ſuprà frequenter dictum eſt. Vbicunque lex vetus pro virtutum operibus (de quibus ſunt mandata legis) promittit pro premio bona temporalia, ſub illis intelliguntur ęterna bona principaliter promiſſa: quia diuinum pręmium principale, non eſt minoris bonitatis quàm meritum, ſed maioris. Bona autem temporalia ſunt minora bona, quàm opera virtutum: propter quod non ſunt eorum principale pręmium.* (Virtutũ opera temporalia remunerare non ſufficiunt.)
12 Congregamini. *Hic conſequenter agitur de ſalute Gentium: Et exponunt partem iſtam aliqui doctores noſtri de Gentilibus conuerſis ad Iudaiſmum, quando viderunt liberationem eorum per Cyrum: & ſic cum eis venerunt in Ieruſalem. Sed hoc non videtur bene dictum: quia illi fuerunt pauci, vt patet in libro 1. Eſdrę. Conuerſio autem iſtorum de quib. eſt hic ſermo, ſe extendit ad omnem nationem & linguam, vt patebit proſequendo literã. Et ideo intelligenda eſt de conuerſione Gentilium ad fidem Chriſti per prędicationem Apoſtolorum, & ſecundum hoc dicitur.* Congregamini & venite. *i. venite per fidem. Congregamini per charitatem.*
13 Qui ſaluati eſtis ex Gentibus. *Et quia non omnes crediderunt ad prędicationem Apoſtolorum, ſed multi in idololatria remãſerunt, ideo ſubditur.*
14 Neſcierunt. *intelligere veritatem fidei.*
15 Qui leuant. *In Hebręo habetur. Qui leuant lignum ſculpturę ſuę. Et credo, quòd aliquis ſcriptorum poſuit, ſ, pro, l, tamen eſt eadem ſententia, quia per lignum vel ſignum intelligitur idolum ſculptum quòd a ſuis cultoribus leuatur in altum, vt reuerentius adoretur.*
16 Annunciate, & venite. *adinuicem conferendo.*

Quis

## MORALITER.

† 2 *Te adorabunt teq; deprecabuntur.* adoratione duliæ tantũ.
4 *Tantùm in te Deus eſt.* ſupple per verum cultum latriæ, de quo dicitur vera cõfeſſione. *Tu es Deus abſconditus.* ſub aſſumpta humanitate.
5 *Confuſi ſunt, &c.* Hic ex prædictis ponit inuectio ꝫ rebelles Chriſto: & conſolatio credentiũ in ipſum, cùm dr̃ *Confuſi ſunt & erubuerunt omnes ſimul abierunt, &c.* ſubditur. *Fabricatores errorum.* Iſti ſunt Iudei dimittentes mãdata Dei ꝑ traditiones Scribarum, & Phariſæorum, Mat. 15.
6 *Iſrael ſaluatus.* i. populus Chriſtianus in Chriſto dño.
*Non in vanum creauit eam.* ſ. viuentium terram: ſed vt habitetur a ſanctis poſt hanc vitam.
10 *Non in abſcondito locutus ſum.* Io. 18. d. *Ego palam locutus ſum mundo.*
11 *Non dixi ſemini Iacob fruſtra, quęrite me.* Hoc dicitur propter Apoſtolos & alios credentes de Iudaiſmo, quorum fides non eſt fruſtrata.
12 *Congregamini, & venite.* Hoc dicitur propter credentes ex Gentibus, ex quibus cùm Iudæis facta eſt vna eccleſia.
*Neſcierunt qui leuant ſignum.* i. idololatriæ neſciunt Chri-

a ¶In vnum. b ¶Niſi ego qui Abrahæ dixi. In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes, & alia ſimilia. Et qui dixi. Non erunt tibi dij alieni, &c. ¶Ore prophetarum.

a ſimul. Quis auditum fecit hoc ab initio? Ex tũc prædixi illud. Nun- 1

¶Ergo. ¶Quia. a ¶In patre enim filius, & in filio pater. 2

quid non ego dominus, & non eſt vltrà Deus abſque me? Deus

a ¶Non vnius Gentis, ſed totius mundi, cui dicitur. Conuertimini ad, &c. b ¶Ergo. ¶Ab idolis. c ¶A mortæ gehennæ.

iuſtus & ſaluãs nõ eſt præter me. Conuertimini ad me, & ſalui eritis 3

a ¶Poſtula a me, & dabo tibi Gen. hæred. tuam b ¶Non idola. c ¶Quia non eſt maior.

ommes fines terræ: quia Ego Deus, & non eſt alius. In memetipſo 4

a ¶Immobiliter ſtatui, vt firmiſſimum ſolatium haberetis. b ¶De ſalute Gentium,

iuraui: egredietur de ore meo † iuſtitiæ verbum, & non reuertetur. 5

b a ¶Non idolis ſicut ante. b ¶Corporis, & mentis. ¶Genera hominum c ¶Firmiter mihi obediens tanquam iurauerit: debet enim ſermo Chriſtianorum eſſe, eſt eſt: non, non.

c

d quia mihi † curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. † Ergo 6

a ¶Chriſtiani. ¶Non Iudæorum. b ¶Legis, non figuræ. c ¶In iudicio per vniuerſum orbem. d ¶Chriſtum. 7

e in domino dicent: Meæ ſunt iuſticiæ & † imperium. Ad eum † ve- 8

a ¶Gentes vndique fide, & opere. ¶Tunc. In iudicio. b ¶Quem fructum habuiſtis tunc in his, in quibus nunc erubeſcitis? c ¶Pœnitentes ſuper errore ſuo qui Euangelio repugnabant. d ¶Obſtinati. 9

nient, & confundentur omnes qui repugnant ei. In domino iuſtifi- 10

a ¶Per baptiſmum ¶Per pœnitentiam. b ¶Videant opera veſtra bona & glor. pat. veſt qui in cæl. eſt Et alibi; Laudabuntur omnes recti cor. d ¶Apoſtoli. ſ. & eorum filij quorum prædicatio in toto orbe, vberes fructus attulit. 11

cabitur, & laudabitur omne ſemen Iſrael.

A a *Prædixi illud.* Gentes eſſe ſaluandas, ſed idolũ nihil eſſe: quando locutus sũ Abrahæ, vel quãdo legem dedi.

† in iuſtitia Oratione de quinque hæreſibus.

b *Egredietur.* in mundum viſibiliter in carne.

† curabunt omnia genua Rom. 14. b.

✻ Auguſtinus. Qui eſt, non reuertetur? Ne Sabellianus dicat. Ipſe eſt pater, q filius. Egreſſũ

B verbum non reuertet, quia pater pater eſt, & filius filius eſt.

c *Iuſtitiæ verbum.* filius, donec obedientiam impleuerit, vel ſermo prædicationis non completus fuerit. Iuſtitiæ verbum, filius qui ſapiẽtia patris, vel ſententia iuſtificandarũ Gentium vel rerum.

d *Curuabit. omne genu. In nomine domini Ieſu omne genu flectetur cæl. ter. & infern.* Mos eccleſiaſticus eſt Chriſtianos Chriſto genua flectere, quod Iudæi ſuperbiam mentis demonſtrãtes omnino non faciunt.

Philip

† vere

† for venien

E

e *In domino dicent.* Omnes Gentes etiam Barbaræ, non in Synagogis, ſed in eccleſijs confitentes.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quis auditum. *i. euentum futuri contingentis longè antequã veniret.*

2 Ex tũc prædixi. *i. inuenietis per dicta prophetarum, quòd ego ſolus talia prædixi, qui ſum ſolus Deus ſaluans: & ideo conſequenter inducuntur omnes generaliter ad cultum vnius veri Dei, cùm dicitur.*

3 Conuertimini *i. habitantes in omnibus finibus terræ.*

4 In memetipſo. *Hoc dicitur ad oſtendendum certitudinem illius quod denunciatur. Vnde adhuc ſubditur.*

C 5 Non reuertetur. *incaſſum, ſed implebitur. Et quid ſit illud ſubditur.*

6 Quia mihi curuabitur. *per adorationem latriæ, cuius ſignũ exterius eſt genuum flexio, vt dictum fuit plenius Eſther. 3. a. Et iurabit omnis lingua. Iſta nunc ſunt adimpleta, quia per orbem ceſſauit idololatria, & ab omnibus colitur vnus Deus, licet vario modo à Chriſtianis, Iudæis, Saracenis, & alijs. Alio modo poteſt intelligi de ſolis Chriſtianis, quia de omnibus Gentibus & linguis aliqui credunt in Chriſtum, ipſum venerantes tanquam verum Deum, & adhuc plures credent circa finem mundi. Ex dictis concluditur.*

7 Ergo in domino dicent. *i. potuerunt dicere.*

8 Meæ ſunt iuſtitię. *quia principes mundi pro magna parte ſubmiſerunt colla iugo Chriſti, & obediunt eius vicario ſummo pontifici. Et adhuc plures venient ad fidem in poſterum, vt dictum eſt, ideo ſubditur.*

9 Ad eum venient. *de ſuis priſtinis erroribus.*

F

10 Omnes qui repugnant ei. *per infidelitatem ſeu malã vitã.*

11 In domino iuſtificabitur. *Semen Iſrael dicitur hic omnis fidelis, qui imitatur fidem ipſius Iſraelis, qui de aduentu Chriſti prophetauit Gen. 49. prout dictum eſt capitulo præcedenti.*

✻ CAP.

## MORALITER.

† ſtum. Licet. n. idololatria pro maiori parte ceſſauerit per prædicationem Euangelij tñ adhuc dicuntur eſſe aliqui habitantes in parte aquilonari, qui nominantur Linicarij, & adorant pro Deo diei primum viuens quod occurrerit eis in mane: quorum dij non poſſunt annũciare futura, ſicut annunciat Deus verus. Ideo ſubditur in perſona eius. *Conuertimini ad me, & ſalui eritis.*

MORA-

## ADDITIO. I.

*In cap. 45. vbi dicitur in poſtilla* Aſſimilaui te.

*Vbi translatio noſtra habet.* Aſſimilaui te. *in Hebr. habetur.* Cognominaui te. *& eſt ſenſus, quia non ſolum Deus nomen Cyri reuelauit longè ante tempus ſuum, ſed etiam cognomen, vocans eum paſtorem, vt ſu. 43. d. qui dico Cyro,* Paſtor meus, &c.

## ADDITIO II.

*In eo. c. vbi dicitur in poſtil. Et hoc eſt, quod dicitur.* Rorate cę.

*Hoc quod dicitur.* Rorate cæ. *valde extortè exponitur de natiuitate Cyri, in qua nihil noui euenit præter illud quod in cæteris hominum natiuitatibus contingit. Illud. n. quod narratur de canicula eum nutrient ſeu lactante, quod videtur in eo ſingulariter contigiſſe non pertinet ad eius natiuitatem, ſed ad eius educationem, & ideo quòd hic dicitur.* Rorate cæli deſuper, &c. *de nullo planè poteſt intelligi ad literam, niſi de Chriſti conceptione, quem rorante Spirituſancto Beata Virgo germinauit. Nec etiam quod ſequitur.* Et iuſtitia oriatur ſimul. *poteſt dici de ortu Cyri, in quo nulla eſt iuſtitia orta. Vnde hæc autoritas nullo modo eſt applicabilis niſi ad ortum Chriſti, & ideo ab vniuerſali eccleſia in diuinis officijs ſolũ ad iſtum trahitur propoſitum, ꝙ propriè continuatur ad immediatè ſequentia. Ad quod ſciendum, ꝙ contra myſterium Chriſti duplex impugnatio ſurrexit. Prima, ſ. per corporalem perſecutionem, incœpit ab Herode volente Chriſtum occidere, ne perderet regnum Iudææ. Secunda eſt perſecutio ſpiritualis, quæ incœpit a Phariſæis doctrinã Chriſti impugnantibus, ſ. negando eius diuinitatem, ſimiliter & matris virginitatem. Vnde propheta in hoc loco alludens iſtis duabus impugnationib. Circa primã dicit.* Væ qui contradicit factori ſuo, *quod propriè exponitur de Herode, qui audiens natiuitatem Chriſti miraculosè magis oſtenſam, & ore ſuo confitens ſe adoraturum Chriſtum, temerariè nixus eſt contradicere diuinæ ordinatiori per occiſionem puerorum, & hæc fuit prima perſecutio Chriſti corporalis. De perſecutione autem ſpirituali di.* Væ qui dicit patri, quid generas? & mulieri quid parturis? *quod denotat impugnationem Iudæorum ſeu hæreticorum contra duplicem natiuitatem Chriſti, ſcilicet æternam & temporalem. In hoc enim quod di.* Væ quid dicit patri quid generas? *intelligitur ille qui patri omnipotenti dicit.* Quid generas. *ſ. æqualem tibi filium? & eſt error negantium generationem æternam in diuinis. In hoc autem quod ſequitur.* Et mulieri quid parturis? *intelligitur ille qui negat natiuitatem Chriſti temporalem fuiſſe ſine ſemine virili. Talis enim dicit mulieri, ſ. Mariæ, quid parturis? ſ. ſi hominem non cognouiſti. q. d. hoc nullo modo poſſet eſſe. Et patet, ꝙ expoſitio horum verſuum prędicta magis propria eſt literalis, quam allia quæ de Aſtyage & ſomno eius loquitur.*

Impugnatio contra myſterium Chriſti quæ & quotuplex.

Prin cutio

*REPLICA. In cap. 45. Burg. ſingulariter mouetur contra Poſtil. ipſum capitulum exponentem multum diſtinctè, dicens ꝙ in eo quædam dicuntur tantum de Cyro, in quibus non gerit figuram Chriſti, ſicut cum dicitur. Non cognouiſti me, ꝙ ſine abſurditate Chriſto non poteſt applicari. Quedã autem dicuntur de Chriſto tantum, quędam de vtroque, principaliter tamen de Chriſto tanquam per Cyrum figurato, & ſic exponit illum paſſum.* Rorate cæli deſuper, &c. *Qui nihil abſurditatis eſt in vtraq; expoſitione. Burgen. autem dicit: ſed nihil probat, quod de Cyro exponi non poſſit. Quod autem inquit, eccleſia vtitur illo paſſu in diuino officio. Si illa ratio valeret: Pſalmus* Domine probaſti, *in officio diuino aſſumi non deberet, qui de Dauid ab omnibus exponitur tanquam figura, & ſic de quampluribus alijs locis Pſalmorum & Sacræ Scripturę.*

CAP. XLVI.

A Confractus eſt Bel. Poſt vocationē Gētium ſubijcitur deſtructio idolorum.
a Bel.
b Nabo. Nabo eſt idolum. Sed hic magis interpretatio nominis operatur. Dicitur.n.prophetia vel diuinatio: Et nota cum dixit. Cōfractus eſt Bel & Adiecit. Cōtritus eſt Nabo. de ſpecie ad genus trāſiuit ſignificans qđ poſt aſceſionem domini per predicationem Apoſtolorum, idola deſtructa ſunt: & prophe-
B tia dæmonum, & diuinatio magorū ad nihilū deuenerunt.
c Contritus eſt Dagō.
✱ Procopius. Alludit Iſaias ad hiſtoriam quæ capta arca & ad idolum introducta cecidiſſe ipſum & cōtritum fuiſſe doceat.
✱ Idem. Placet nōnullis Deum quæ ſua ſunt, manere ſēper, indicare: quæ autem idolorū falſa omnia exiſtere,
C & in nihilum abire. Eſt enim idem perpetuò Deus eiuſque nunquam, vel ſententia, vel natura immutatur.
d Beſtijs, & iumentis. Beſtias .n. & iumenta adorabant, & regio eorū plerïſq; oppidis ex beſtijs & iumentis quæ adorabant nomina impoſuit, vt.ſ. Leonata a Leone, & alia huiuſmodi.
D
e Et anima eorum. Non ꝙ ſimulacra habeant animā, ſed metaphoricè, & anima & membra, earum rerum dicunt, quæ & ſenſu & mēbris carent, vñ Mors & vita in manib. linguæ. Vel eſt ſenſus ꝙ error idololatriæ grauiſſimum onus Gētibus fuerit, quę cultores ſuos depreſſit ad terram, & ſaluare animas non potuit, quas diabolo & dæmonibus ſubiugauit.
E
f Domus Iacob. Nō dicit Iacob ſerui mei electi mei cum adiectione honoris ſed ſimpliciter: & alloquitur tanquam carnales & recedentes a mandatis ſuis.
g Qui portamini. Qui geſtamini tanquam fœtus conceptus per deſertum vſq; ad terram promiſſionis. Diu.n.patienter eos expectauit: & in terra promiſſionis, & poſt paſſionem per 42. annos.
h Cui aſſimil. In eos præcipuè inuehitur, qui tpe Achaz, & Eze. idola coluerunt in angulis platearū in hortis, in lucis ſuper domos.
F ☞ Memen-

Iuuenalis Ver. Qualia clemens Aegyptus ſmit lacra collit.

† deciderunt incuruata ſūt Prou. 18. d.

† extrahitis.

CAP. XLVI.

a ¶Saturnus primum idolum Babyloniorum, inde ad alias Gentes tranſlatum, in tanta veneratione habitum eſt, vt etiam filios ſuos ei immolarent. b ¶Prophetia vel diuinatio.

a †Onfractus eſt Bel, contritus eſt Na- 1
a ¶Deorum. b ¶Adoranda, non hominibus. Homo enim cum in honore eſſet, non intellexit, &c. Et alibi. Similes illis fiāt qui faciūt ea.
b bo: † facta ſunt ſimulacra eorum be- 2 3
c ¶Alias opera. a ¶Pondus metalli.
ſtijs & iumentis. Onera veſtra graui 4
a ¶Onerosa, ſimulacra ſunt ſcilicet tantum.
b ¶Portantium ſacerdotum. c ¶Defecerunt ſcilicet in aduentu Chriſti. d ¶Omnino.
d pondere vſq; ad laſſitudinem † contabuerunt et contrita 5 6
a ¶Ideo. ¶Se.
e ſunt ſimul. Non potuerunt † ſaluare portantem, & anima †
a ¶Colentium vel idolorum. ¶Dæmonum. b ¶Pro precio metalli primo captiuantur. c ¶Iuda & Beniamin. ¶Propinquitate carnis & ſanguinis.
f eorum in captiuitatem ibi. Audite me domus Iacob, & 7 8 9
a ¶Peces reliquiarum. b ¶Decem tribuum, quæ iam abductæ in Aſſyrios. c ¶Etiam peccantes. d ¶Miſericordia.
g omne reſiduū domus Iſrael. Qui portamini à meo vtero, 10
¶Non quod ineffabilis maieſtas membra habeat, ſed per membra noſtra, affectus eius diſcimus. a ¶Egredientes de Ægypto. b ¶Clementia quaſi a matrice. c ¶Veſtram. d ¶Creator omnium ſuæ parcit creaturæ. ¶Scilicet qui dixi Moyſi: Ego ſum qui ſum.
qui geſtamini a mea vulua. Vſq; ad ſenectam ego ipſe, & 11
a ¶Veſtros, finem ſcilicet mundi b ¶Vos. ¶Protegam vos. ¶Donec plenitudo Gentium intrauerit, & tunc vos quoque intretis: c ¶Vos. d ¶Expectabo.
vſque ad canos ego portabo. Ego feci, & ego feram: ego
a ¶Si conuerſi fueritis. b ¶Quia hæc omnia feci vobis.
h portabo, & ſaluabo. †Cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis, & 12
a ¶Ad idola facienda. b ¶Quamuis carum, quamuis abſconditum.
cōparaſtis me, & feciſtis ſimilem? Qui † confertis aurū de 13
a ¶Vt ſciatis quantum quiſque obtulerit. b ¶Precio.
ſacculo, & argētum in ſtatera ponderatis, conducentes au 14
a ¶Cuius eſt facere, non fieri. b ¶Facto Deo. c ¶Omnes. d ¶Deum talem. e ¶Quia per ſe moueri non poteſt.
rificē vt faciat Deum, et procidunt & adorant. Portāt illum 15
a ¶Sacerdotes. b ¶Poſitus.
in humeris geſtātes, & ponētes in loco ſuo. & ſtabit, ac de

NICOLAVS DE LYRA.

✱ Confractus eſt. Poſt liberatoris præſignationem, hic conſequenter propheta denunciat hoſtium, ſ. Babyloniorum deſtructionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò denūciatur deſtructio idololatriæ, & populi, ſecūdò ceſſatio regni. c. ſeq. Prima in tres, quia primò dicta deſtructio denunciatur, ſecūdò populus ad cultum latriæ reuocatur, ibi. Audite me. tertiò liberatio ei promittitur, ibi. Recordamini. Circa primum præmittitur idolorum deſtructio, cum dicitur.
1 Confractus eſt Bel. alias conflatus, quod erat principale idolum Babyloniorum, & loquitur de futuro per modum præteriti.
2 Contritus eſt Nabo. Aliud idolum minus principale. Dicunt tamen aliqui, quod Nabo non eſt nomen proprium ſed appellatiuū: & ſignat prophetiā ſiue diuinationē, & ſic eſt ſenſus. Cōfracto idolo nomine Bel, cōtrita eſt prophetia ſeu diuinatio, quam ſacerdotes Beli fingebant. Vel quia dæmones in idolis aliquando dabant reſponſa.
3 Facta ſunt ſimulacra eorum beſtijs & iumentis. i. ſimilia eis, quia carentia intellectu. Conſequēter denunciatur deſtructio idololatrantium. Circa quod ſciendum, ꝙ Sacerdotes idolorum quærentes fugere de Babylone, quando capta fuit per Cyrum, ſecum portabant idola: & ſic propter pondus a veloci curſu fuerunt impediti: & ſic cum idolis capti & deſtructi, & hoc eſt quod dicitur.
4 Onera veſtra graui. idola.
5 Graui pondere vſq; ad, &c. Vos a curſu impedientia.
6 Contabuerunt & contrita ſunt ſimul. i. vna vobiſcum.
7 Anima eorum. ſ. ſacerdotum & idololatrarum.
8 In captiuitatem ibit. Quia aliqui eorum fuerunt capti viui, & in captiuitatem deducti.
9 Audite me domus Iacob. Hic conſequenter reuocat populū Iudæ ad verum cultum, quia multi fuerunt idololatræ ante captiuitatem Babylonicam, vt patet 4. Reg. in pluribus locis. Et ex hoc probabile videtur, quod multi eorum qui fuerunt ducti in Babylonem, ſequebantur Babyloniorum idololatriam. Et ad reuocandum eum primò oſtenditur affectus Dei ad ipſum, cum dicitur in perſona Dei: Audite me domus Iacob. Sequitur.
10 Qui portamini, &c. i. q afficior ad vos, ſicut mater ad filios
11 Vſq; ad ſenectam. i. iſtam affectionem ego continuabo. Conſequenter reuocat populum ab idololatria, dicens.
12 Cui aſſimilaſtis me. fabricando vobis idola: ideo ſubditur.
13 Qui confertis. q.d. quamuis diligitis aurum ſicut auari, tamē ita fuiſtis ad idololatriam proni, quòd ibi poſuiſtis aurum veſtrum.
14 Conducentes aurificem. Et conſequenter oſtendit idolorū impotentiam, dicens.
15 Portant illum in humeris. propter quod in fine cōcluditur. ✱ Redite.

MORALITER.

1 Confractus eſt Bel. qui deuorator interpretatur: ideo per ipſum guloſus & ebrioſus ſignatur, & ſic in corpore & anima frāgitur: quia ſicut dicitur Eccl. 31. d. Sanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus. Et per oppoſitum exceſſus in cibis & potibus eſt infirmitas corporis & animæ.
2 Contritus eſt Nabo. qui interpretatur ſuperueniens, pp quod ſignat ſuperbum, qui ſupergredi vult oēm alium, & ſic cōteritur in mente: quia non pōt ad hoc attingere.
3 Facta ſunt ſimulacra eorum. Simulacra Gaſtrimargi ſunt imaginationes de cibis & potib. & ſimulacra ſuperbi, ſūt imaginationes de excellentijs indebitis, & honoribus, quæ confringuntur, nam a Deo grauiter puniuntur.
4 Onera veſtra graui pondere, &c. hoc de peccatorib. in quorum perſona dr. Sap. 5. b. Laſſati ſumus in via iniquitatis, &c. Non potuerunt ſaluare portantem. ſ. in vita præſenti, quia magis accelerant mortem.
9 Audite me domus Iacob. i. ſupplantatores viciorū & contemplatores diuinorum, qui per Iacob & Iſrael ſignant.
12 Cui aſſimilaſtis me. Hic increpantur homines mali, qui non ſolum æquant hoīem mortalem Deo, ſed et præponunt magis timentes offenſam mali principis vel prælati, quam offenſam Dei: propter quod eis dicitur in perſona Dei. Cui aſſimilaſtis. q.d. in hoc feciſtis peſſimè.
13 Qui confertis. Iſti ſunt mediatores ſimoniæ, vt per munera hēant ſibi fauorabilē prælatū, qui non ſit niſi idolū ſicut dicitur Zach. 11. d. O paſtor & idolum relinquens gregē.
15 Portant illum. excuſando ſuos defectus ne deponant.

a *Mementote iſtud*. Quia vos genui, & vſq; ad ſenectam
A portaui. deſerite idola quæ feciſtis, & ad vnius Dei cultum reuertimini.
b *Ad cor*. Intellectum, qui quaſi beſtiæ vixiſtis, ſimulacra venerantes, vt furioſi in ligna & lapides impingētes.

*Et Ioan. Filioli inquit, nouiſſima hora eſt*. 1.I
c *Conſilium*. redimendi mundum per filium, quaſi con D
ſilium meum ſtatutum nunc dico, vt cum videritis effectum, ſciatis nullum eſſe Deum niſi qui futura cognouit, & fieri præcepit.

in Pſal.76. ✲ Auguſtinus. Redite preuaricatores ad cor, quo itis? quo curritis? redite à vijs veſtris, & redite ad me qa ego † roborate vos. ſum via & veritas, quo curritis? nō ſolum a Deo ſed a vobis fugitis. redite ad cor ſcrutamini ſpiritum veſtrum, recolite annos æternos, inuenite miſericordiam Dei circa vos, attēdite opera miſericordię ei°.
✲ Procopius. Præ
B dicta Babylonis vl- †iuſtum. tione Iſraelitas recreat Deus, qui nō odio ſed ſalutis amore prouocatus: ad Iſraelitarum pęnas acceſſit. non aliter quam ad amputandum vel vrendum medici.
c *Annuncians*. Per prophetas, vt cum prędicta impleuero per diuinationem .i. prophetam prędicentem futura probem diuinitatem meam.
1.Cor.10.c. Gal.4.a. d *Nouiſſimum*. *Nos ſumus in quos fines ſæculorum deuenerunt*.
C Et alibi. *At vbi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum*.

a ¶Per ſe. ¶Pedes habent, & non ambulabunt. b ¶Cultores.
loco ſuo non mouebitur. Sed & cum clamauerint ad eū, †
a ¶Aures habent, & non audient. ¶O idololatræ.
a non audiet, de tribulatione non ſaluabit eos. Mementote † †
a ¶Prædictum. b ¶In fide Chriſti pęnitentes. ¶Ne ſubitus idololatriæ vos turbo ſubuertat. c ¶Naturalis legis & ſcriptæ.
b iſtud, & † confundamini: redite præuaricatores ad cor. Re 1 2
a ¶Quæ bona fecerim vobis, ex quo eduxi vos de terra Ægypti. b ¶Ab initio mundi. ¶Non alius. c ¶Verus, quia illa dedi. d ¶Et ſi dij manufacti.
cordamini prioris ſeculi, quoniā ego ſum Deus, & non eſt 3 4
a ¶Quia ſcilicet. b ¶Mundi: vel Abraham cui dictum eſt: in ſemine tuo benedicentur omnes Gentes.
c vltrà Deus, nec eſt ſimilis mei, annūcians ab exordio no 5
a ¶Filij aduentum: Electionem apoſtolorum: Vocationem Gentium.
d e uiſſimū, & ab initio quæ nondum facta ſunt, dicēs: Conſi- 6
a ¶Impletum b ¶Fidei. c ¶Hominis ſaluatio. d ¶In filio.
f lium meum ſtabit, et omnis voluntas mea fiet. Vocans ab 7
a ¶Iudæa enim (in qua natus eſt ab oriente eſt. b ¶Chriſtum. Vnde Iob: Semitam ignorauit auis. c ¶Ideſt. d ¶Mundo qui longe a cælo. e ¶Filium in quo mihi complacui: Vocaui ad cælum in aſcenſione.
oriente † auem, et de terra longinqua virum † voluntatis 8
a ¶Per prophetas de aduentu filij, de redemptione mundi. b ¶In filio. c ¶Conſilium. d ¶Secundum humanitatem. e ¶Secundum voluntatem meam.
meæ, Et locutus ſum & adducam illud creaui, & faciam il 9
a ¶Domus Iacob, & reſiduum domus Iſrael. b ¶Chriſto, qui omnes iuſtificat. 10
g lud. Audite me duro corde, qui lōgè eſtis a iuſticia. Prope 11
a ¶Faciam. b ¶Mittam filium ſcilicet in mundum. c ¶A te. d ¶Filius, quia ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. 12
feci iuſticiam meam, & non elongabitur, & ſalus mea nō 13 14
a ¶In Iudæa in qua natus eſt. b ¶Filium. vnde: Viderunt oculi mei ſa. tuum. ¶Idem.
h morabitur. Dabo in Sion ſalutem & † in Iſrael gloriā meā. 15 16

f *Vocans ab oriēte*. Auem ſecundū Hebræos Cyrum regē Perſarum, vel Dariū regem Męd orū, qui citiſſimè ab oriente aduolauerunt, & cōtra Babylonios volūtatem domini impleuerunt. Nos verius referimus hæc ad Chriſtum, qui quaſi citò volatu ſua fide per Apoſtolos tantum mundū impleuit, vnde Balaam. *Orietur ſtella ex* Nu. *Iacob*. Et alibi. *Oriens* Zac *nomen eius*. Et quem Mat magi ab oriente ve- E niētes adorauerunt.
g *Duro corde*. Qui Act. ſemper reſiſtitis ve- †con ritati: primò prophetis, tandem & fi- Io.8 lio. Io.1
h *Dabo in Sion*. Lxx. ſalutare, & Iſraeli gloriam meam, filium, ſcilicet qui di †Ie cit. Non quæro gloriam meam. Et pater in me manens ipſe fa. opera In Sion, quia in Iudæa natus, paſſus. Vel, per Sion ſignificat eccleſiam in ſpeculatione poſitam.
F

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Redite præuaricatores .i. *idolorum fabricatores, & cultores*.
2 Ad cor. *cogitando, q in idolis nihil numinis ſit ſeu virtutis*.
3 Recordamini prioris. *Hic denūciatur liberatio populi: primò tamē oſtēditur Dei potētia ad hoc agendū, cū dicitur*. Recordamini prioris ſeculi .i. *creatoris mūdi, q à me creatus eſt, iō ſubditur*.
4 Quoniam ego ſum Deus ſolus. *creator, & ideo poſſum populum meum liberare, & liberationem prædicere, ideo ſubditur*.
5 Annūcians ab exordio nouiſſimum .i. *antequam fieret annunciaui principium rei & terminū, ſicut patet Gen.15. vbi ſimul denunciat Abrahæ deſcenſum Iacob & filiorum eius in Aegyptū, & afflictionem eorum ibidem & liberationem. Et eodē modo Iſaie, reuelauit futuram captiuitatem populi per Nabuchodonoſor, & liberationem per Cyrum. Et q iſtud ſit certum, oſtenditur conſequenter cum dicitur*.
6 Conſilium meum ſtabit. *de liberatione populi per Cyrum*.
7 Vocans ab oriente auem. *ideſt, Cyrum ad modum auis velociter venturum*.
8 Virum voluntatis .i. *executorem meæ voluntatis*.
9 Creaui .i. *creandum diſpoſui*.
10 Et faciam illud. *voluntas mea non poteſt impediri. Et ad huius conſiderationem excitat Iudæorum attentionem di*.
11 Audite me duro corde .i. *qui habetis durum cor. Propter quod dicit dominus Exo.32.c.* Cerno, quod populus iſte duræ ceruicis ſit.
12 Prope feci .i. *fiendam diſpoſui*.
13 Iuſticiam. *in Babyloniorū deſtructione, & veſtra liberatione*.
14 Dabo in Sion ſalutem. *reædificando ibi templum ad nominis mei cultum, per quem cultores conſequuntur ſalutem*.
15 Et in Iſrael. *ſic eſt in Hebr. & in libris correctis, i. in populo imitante fidem eius*.
16 Gloriam meam. *Quod fuit impletum imperfectè in liberatione facta per Cyrum, & perfectè in liberatione facta per Chriſtum, de qua eſt principalis intentio huius capituli, vt dictum eſt*.

MORALITER.

† *Sed & cum clamauerim*. pro aliqua tribulatione eccleſiæ. *Non audient*. i. remediū adhibere non poterit neq; ſciet. *Mementote*. verè pęnitendo de promotione talis prelati.
3 *Recordamini prioris ſeculi* .i. tēporis eccleſiæ primitiuę, in qua non promouebant niſi digni rōne vitæ & ſciētię qui perſonam Dei verè repræſentabant: ideo ſequitur.
4 *Quoniam ego ſum Deus & non*. annūcians per bonos prælatos voluntatem meam.
7 *Vocans ab oriente auē*. i. bonum contemplatiuum, vt ab oriente contemplationis deſcendat ad ecclæ regimen pp populi neceſſitatem: & ſic ſolebat fieri, vt patet de beato Greg. S. Martino, & multis alijs. Et qa tales, ecclę ſunt vtiles, ideo ſubdit: *Dabo in Sion ſalutē, & in Iſrael gloriam meam*.

CAP. XLVII.

a *Deſcende ſede, &c.* Quia oēs creaturę Dei ſumus. Nec iuxta hæreticos, natura Babylonis dānabilis: vel ob luxuriā & ornatū potentiſſimę vrbis, quę iā ſenex & vicina occaſui virgunculam ſe & puellam iactat.

CAP. XLVII.

a ¶Inuehitur in Babylonem & Chaldæos. ¶O Babylon de ſolio regni. 1
b ¶Vt captiua. c ¶Sterilis a bono opere. d ¶Plebs Babylonis. 2
a Deſcende ſede in puluere uirgo filia Babylon, ſede in 3

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XLVII.

✲ 1 Deſcende. *Hic conſequenter deſcribitur deiectio Babyloniorū* Diuiſio *quantum ad ceſſationē regni. Et diuiditur in tres partes quia primò ponitur huiuſmodi ceſſatio, ſecundò ſubditur huius pœnæ rō ibi*: Iratus. *& tertiò excluditur eius euaſio, ibi*: Sta cum incanta. *Circa primum dicit* Deſcende. *de dignitate regni*.
2 Sede in puluere. *tanquam vilis & abiecta*.
3 Virgo filia Babylon .i. *ciuitas Babilonis, & dicitur virgo, quia alias non fuerat violata ſiue capta ab aduerſarijs*.
✲ Non

MORALITER.

† 1 *Deſcende ſede in puluere*. filia Babylon. quę confuſio interpretatur: ideo per filiam Babylonis perſona peccatrix, q eſt digna confuſione ſignificatur ſicut 2.Reg.12.b. dr. *Vir mortis eſt vir ille*, i. dignus morte. igitur tali peccatrici perſonæ dicitur. *Deſcende*. de ſublimitate ſuperbiæ.
2 *Sede in puluere*. per iugem meditationem mortis tuæ, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.
† 1 Non

A * Procopius. Regno perſonam tribuens, filiã Babylonis & virginem: magnitudine virium, tãquam q; ipſo ętatis flore, tumidam & elatam appellauit, quam è ſublimi deſcendere imperat. Nonnulli filias Babylonis aut etiam mulieres voluit intelligi, quas a mœdis captas, in ſeruitutẽ ire ſignificat: quorum deſcenſu, gloriæ & luxuæ, libertatiſq; & diuitiarũ in contraria mutatio demonſtratur.

Moraliter. Gregorius. *Deſcen. &c.* Hoc loco humana mẽs, virgo non incorrupta (vt arbitror) dicitur, ſed infœcunda. Et quia Babylon cõfuſio interpretatur, rectè in fęcũda mẽs filia Babylonis vo-
B catur, quæ in eo ꝙ nequaquam bona opera germinat (dũ nullo ordine rectæ vitę componitur) quaſi matre confuſione generatur. Sin autem virgo non infœcunda dicitur, ſed corrupta, poſtquam ſtatum ſalutis perdidit, ad cõfuſionis ſuæ cumulũ appellatur, qđ fuit, deſcẽde: In alto quippe humanus aĩus ſtat, qñ ſupernis retributionib. inhiat: Sed ab hoc ſtatu deſcẽdit, cũ turpiter † vĩct⁹ ſeſe defluẽtib. mũdi deſiderijs ſubijcit cui mox bene additur: *Sede in pul.* Deſcendens.n. in puluere reſidet quia cęleſtia deſerẽs terrenis cogitationib. aſperſus in infimis vileſcit. *Sede in terra.* quia de cœleſti cõuerſatione noluiſti te erigere: ſub temetipſo in terrenis proſtratus humiliare. Vnde neceſſariò ſubditur: *Non eſt soliũ filię Chaldæorum.* Chaldæi: feroces interpretantur: valde aũt feroces ſunt qui voluptates proprias ſequentes, nec ſuis motib. parcere ſciunt. Sed filia ferocium ſolium non habet, quia mens quæ ad amorem mundi ex prauis deſiderijs naſcitur, atq; eiſdem obſcuratur: in eo quod ſe terrenis deſiderijs ſubijcit, ſedẽ amittit: & quaſi a iudicis ſui ſeſſione repellitur, qui per exte-
C riores cõcupiſcentias vagatur: & ſępe iuſto iudicio in ſua ipſe voluntate relinquitur: & ſub ea quę anxiè appetit laborioſa mundi miniſterium relaxantur. *Quia vltra non vo. mol. & te.* Conſtat nimirum, quia tenerę filię ſuę parentes parcunt, nec duris atq; ſeruilib. operib. hanc affligunt. Oĩpotens ergo Deus quaſi teneram filiam vocat, qñ dilectã cuiuſq; aĩam a laborioſis hui⁹ mũdi ſeruitijs reuocat, ne dũ ab exteriorib. afficiť, ab internis deſiderijs obduretur.

D Sed Chaldęorum filia mollis & tenera nõ vocatur, quia mens prauis deſiderijs dedita, huius ſęculi labori relinquitur vt foris mundo velut ancilla ſeruiat, quia intus Deum nequaquam vt filia amat: vnde & molam tollere & farinam molere perhibetur. Mola in gyro ducitur, & farina profertur. Vnaquęque autem huius mundi actio mola eſt, quę dum multas curas congerit, humanas mẽtes quaſi in gyrum vertit, atque ex ſe farinas proijcit, quia ſeducto corde ſemp minutiſſimas cogitationes gignit. Nõnunquam verò quiętus alicuius momenti creditur: poſitus in qualibet actione denudatur. *Denud. turpi.* Inani
E quippe miniſtratione operis turpido denudatur, dum vilis abiectaq; mens in actionis oſtentatione cognoſcitur, quę quieta prius magna putabatur. Humerum mens diſcooperit, qñ opus ſuum quod ignorabatur oſtendit. Crus reuelat, qñ quibuſdam deſideriorũ paſſib. lucris mundi inhiat, manifeſtat. Flumina ẽt tranſit: qñ actiones huius ſęculi quę quotidie ad terminum defluunt, indeſinenter appetit, dumq; alias reliqt, alias ſequiť. quaſi de flumine ad flumẽ trãſit.

[margin: † plantam pedis. — † non occurrã tibi ſi homo. — † tacens. — vel victus]

a ¶Vt ancilla, quia non eſt ſo. b ¶Dignitas regni. c ¶Quia a Chaldæis condita.

a terra: non eſt ſolium filiæ Chaldęorum, quia ultra non uo

a ¶Delicata, delicijs affluens. b ¶Quæ paulo ante regina. c ¶O captiua: hoc eſt enim opus captiuorum.

b caberis mollis & tenera. Tolle molam, & mole farinam

a ¶Dominis tuis mœdis & perſis victoribus. b ¶Vt mulier videaris.

Denuda † turpitudinem tuam, diſcooperi † humerum, re

a Libidini victorum. b ¶vel vt tranſeas flumina eundo in captiuitatem c¶Tygrim, Eufraten, Chobar. ¶Hoſtibus.

uela † crura, trãſi flumina. Reuelabiť ignominia tua, & ui

a ¶Miſeria captiuitatis. b ¶Ex te. ¶Vindicabo enim populum meum quem oppreſiſti, ſi enim præcepi vt affligeres, non tamen vt opprimeres omnino.

c debitur opprobrium tuum. Vltionem capiam, & † non re

a ¶A ſeruitute captiuitatis. ¶Vox populi. poſt lxx. annos de captiuitate redeuntis b ¶Hominum & angelorum.

ſtet mihi homo. Redemptor noſter dominus exerci-

a ¶Quia. ¶Eſt. b ¶Qui dicit Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus. c¶Præ confuſione ne videaris.

d tuum, nomen illius ſanctus Iſrael. Sede † tace & intra in

a ¶Præ confuſione lucem ferre non ſuſtinens b ¶Quia conſtructa a Chaldæis. ¶Sicut ante.

tenebras filia Chaldæorum, quia non uocaberis ultra

a ¶Aegyptiorum, Aſſyriorum & aliorum. ¶Quia. ¶Iudæos.

e domina regnorum. Iratus ſum ſuper populum meum:

a *Non vocaberis mollis.* Metaphoricè. Solent reginę molles eſſe & delicatę, nec ſeipſas ferentes prę teneritudine. ſub hac ſpecie alloquitur Babylon.

b *Farinam.* vel coitum prębe Mędis & Perſis, qui in hoc feruentiſſimi ſunt. Secundum hoc dicunt Hebræi, ꝙ Philiſthęi Samſonem erutis oculis molere cogerunt, ideſt cum mulieribus ſuis coire, vt ex eo ſuſciperent homines magnæ & inuincibilis ſtaturæ. [margin: Samſon coactus molere.]

c *Et non reſiſtet.* ſicut Moyſes Deo volenti delere filios Iſrael. Significat autem angelum Babyloni prępoſitum: qui cum alijs ait: *Cur auibus Babylonem, & non eſt ſanata.* [margin: Exo. 32. Iere. 51.a.]

d *Sede.* Sermo ad Babylonem refertur, & quaſi quondã reginã, modo ancillam alloquitur. Sede humilis & vilis: Tace vt triſtis conſiderans miſeriam tuam.

e *Iratus ſum.* Cauſam reddit quare Chaldæos ita afflixerit, ne ſine cauſa feciſſe videretur qui nihil ſine cauſa operatur, & vt cognoſcant Chaldęi, quia non in viribus ſuis ſuperauerunt populum Dei.

Subito

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Non eſt ſolium. *i. regni thronus.*
2 Filię Chal. *i. Babylonis, quę erat Metropolis in Chaldęa.*
3 Quia vltra. *i. regina ſeu domina, quę ſolent eſſe delicatę, ſed magis ſeruituti ſubiecta. iõ ſubditur.* 4 Tolle. *quod eſt officiũ ancillæ.*
5 Denuda. *In Hebręo habetur,* denuda ligaturam tuã. *i. ornamentum capitis, quod deſcendit vſque ad humeros: ideo ſubditur.*
6 Diſcooperi. *Per iſta deſignatur applicatio ad opus ſeruile. Cum enim ancillæ ad talia ſe applicãt, tales cooperturas amouent. Et eadem ſententia importatur per literã communẽ cum dicitur:* Denuda, &c. *quia ornamenti ablatio eſt quędam turpitudinis denudatio.*
7 Reuela, &c. *q. d. in captiuitatem duceris peditando, & ſic oportebit te eleuare veſtes, & diſcooperire partes inferiores ad tranſeundum aquas & flumina.*
8 Vltionem capiam. *de malis tuis.*
9 Redemp. no. *Prius locutus eſt propheta in perſona domini, nũc loquitur in propria perſona dicẽs:* Red. no. *de Aegypto et Babylone.*
F
10 Dominus, &c. *ideſt, angelorum.*
11 Nomen. *Et ſic eſt in Hebræo, ita quòd nomen domini hic dicitur dominus exercituum, i. angelorum.*
12 Sanctus Iſrael. *i. ſanctificans Iſrael.* 13 Sede tace. *tanquam confuſa. Et redit hic propheta ad loquendum in perſona domini.*
14 Et intra. *Quia multi de Babylonijs in captiuitatẽ ducti fuerunt & incarcerati in locis tenebroſis.* 15 Iratus ſum. *Hic conſequẽter ponitur dictę punitionis ratio, quę triplex eſt. Prima accipitur ex crudelitate quam Babylonij exercuerunt in populum regni Iudæ, & hoc eſt quod dicitur in perſona domini:* Iratus ſum. *de præterito.* [margin: Quare Chaldæi puniti.]
16 Super populum meum. *propter eius peccatum.*

1 Con-

## MORALITER.

1 *Non eſt ſolium.* tibi. ſcilicet in cœlis.
† 3 *Quia vltra.* i. non debes vacare carnalib. delicijs, ſed auſteritatib. pœnitentiæ pro peccatis cõmiſſis. iõ ſubditur.
4 *Tolle molam.* ideſt conterere carne.
5 *Denuda turpi.* peccati ſpirtualis per veram confeſſionẽ.
6 *Diſcooperi.* abijciendo a te peccati ſarcinam.
7 *Reuela crura.* confitendo peccata carnalia.
† *Tranſi flumina.* carnis illecebras dimittendo.
† *Reuelabitur.* in foro conſcientię Sacerdoti, ne manifeſtetur in iudicio finali.
8 *Vltionem capiam.* per pœnitentię pœnam.
† *Et non reſiſtet.* Nam vtens ratione non renuit pœnã pęnitentię, ſed magis acceptat ſatisfaciens diuinę iuſtitiæ.
13 *Sede Tace.* per veram humiliationem.
14 *Et intra.* peccatorum tuorum.

† Non

† *Non vocaberis.* i. non quæras ultra per ſuperbiam eleuari, ſed magis humiliari. Aliter poteſt dici ſic. In hoc enim c. ad literam prędnunciatur deſtructio Babyloniorum propter tria. Primũ eſt quia victoria de Iudęis habita, vſi fuerũt nimis crudeliter & durè, partim occidendo, & partim captiuando. Secundum, quia vſi ſunt ea nimis ſuperbè: attribuentes eam totaliter virtuti proprię. Tertium, quia ad habendum ipſam uſi fuerunt diuinationib. ſuperſtitioſis. Per hoc autem moraliter docentur bellatores, ut victorijs habitis vtantur temperatè. ſ. cũ moderamine miſericordię, & ꝙ vtantur humiliter. ſ. attribuẽdo victoriam virtuti diuinę. tertiò cauendo ne in talib. vtantur aliqua ſuperſtitioſa obſeruatione, ne ſicut Babylonij tradantur confuſibiliter manib. inimicorum ſuorum, & ſic primò temporaliter, & poſt ęternaliter confundantur.

† MORA-

A

a ¶A te contaminati permiſi. b ¶Sed. c ¶Scilicet vt flagellares, non vt occideres.

Cōtaminaui hęreditatem meam, et dedi eos 1
a ¶Nullius miſertæ es.
in † manu tua. Non poſuiſti eis miſericordias. 2
a ¶Etiam qui miſerandus & hoſti. b ¶Crudelitas
Super ſenem aggrauaſti iugum tuū valde, & 3
a ¶Superbia. b ¶Semper regnabo.
dixiſti: In ſempiternum ero domina. Non po 4 5
a ¶Quæ modo pateris. b ¶In proſperis. euitamus aduerſa. 6
ſuiſti hęc ſuper cor tuum, neque recordata es
¶Recogitans futura. a ¶Venturi mali ¶Ideo. b ¶Prædicenda.
c ¶Delitijs affluens
nouiſſimi † tui. Et nunc audi hęc delicata &
a ¶Nihil metue s.
habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo:
a ¶Domina mundi. b ¶Qui regnet.
ego ſum, & non eſt præter me amplius. Non
a ¶Sine rege. b ¶Quia Semper erit qui regnet ex me. ¶Ergo.
ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatē. Venient

a *Subitò*. Ex improuiſo irruēte Cyro & Dario. Non.n. metuebat vt a Mœdis & Perſis (qui illius cōparatione nullius erat fortitudinis, & ipſi ſubiecti) poſſet ſuperari.

a tibi hæc duo ſubitò in
a ¶Populorum, quaſi ſi iorum.
die una, ſterilitas & ui 7 8
a ¶Regis.
duitas. † Vniuerſa ve- 9
a ¶A me & prophetis prædicta.
nerunt ſuper te, pro-

B

a ¶Non ſolum propter credulitatem & ſuperbiam tuam. b ¶Quia ſcilicet in magis & in maleficijs tuis & eorum conſilijs confidis
pter multitudinem † maleficorum tuorum,
a ¶Quia mentientes, te ſemper regnaturam, duram & ſuperbam faciebant.
& propter duritiam incantatorum tuorum 10
a ¶Regnandi. b ¶In conſilio maleficorum tuorum.
vehemētem. Et fiduciam habuiſti in malicia 11
a ¶Qui corrigat ea quæ facio.
b ¶Arioli, magi, aruſpices.
tua, & dixiſti: Non eſt qui uideat me. † Sapien 12 13
a ¶Diuinatio, aſtrorum aſpectio. ¶Quod peius.
tia tua & ſciētia tua hæc † decepit me. Et di-
a ¶Domina mundi.
xiſti in corde tuo: Ego ſum, & præter me non 14

b *Neſcies ortum*. Ex inſperato veniet calamitas, nec a Magis nec diuinis prædi-

¶Regnatura.
eſt altera. Veniet ſuper 15
a ¶Retributio mali quod feciſti.
b te malū, & neſcies, or-

† manum tuam.
† eius.
† integrè.
† maledicorū
† fortitudinē.
† Ier. 49. c.
† rebellare, fecit te.

a ¶Initium b ¶Mali. c ¶Irruent mali:
tum eius: & irruet ſu-
per te calamitas, quā
a ¶A te expellere.
non poteris expiare. Veniet ſuper te miſeria
a ¶Modo ¶Ironia. b ¶Contra Cyrum & Darium c ¶In quibus confidis.
16 repente quam neſcis. Sta cum incantatoribus
tuis, & cum multitudine maleficorū tuorū,
a ¶Multis ſtudiis. b ¶A principio regni, eorum conſilio cuncta diſponis.
17 in quibus laboraſti ab adoleſcentia tua, ſi for
18 a ¶Per eos.
19 tè quid proſint tibi, aut ſi poſſis fieri fortior:
a ¶Sed. b ¶Quibus prius multas Gentes ſuperaſti ¶Ironice.
† Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorū.
a ¶A Aſtrologi.
20 Stent & ſaluent te au- c
gures cęli, qui contem
plabantur ſydera, &
ſupputabant menſes,
vt ex eis annunciarent
a Quæ dominus cogitauit ſuper te.
b ¶Illis tacentibus propheta ventura annunciat.
21 ventura tibi. Ecce fa-
a ¶Impotentes, reſiſtere.
cti ſunt quaſi ſtipula: d
a ¶Ciuitatis, vel tribulationis.
b ¶Vobiſcum.
ignis combuſſit illos.
22 ¶Etiam. b ¶Vitam.
23 Nō liberabunt aīam
ſuam de manu flāmæ:
a ¶Diuina ſapiētia, qua poſſint euidere & euadere, & frigus erroris expellere.
nō ſunt prunę quibus
calefiant, nec focus, vt
a ¶Vt poſſint excutere tenebras, ſed vnde conſumantur. b ¶Sic deeſt lumen veræ ſapientiæ tibi. c ¶Inutilia.
24 ſedeant ad eum. † Sic factā ſunt tibi in quibuſ
a ¶Magi. ¶Incantatores tui mendacia tibi vendentes.
25 cunque laboraueras. Negociatores tui ab ado
a ¶A principio regni. b ¶Te ſeducentes. c ¶Diuerſa ſecta.
26 leſcentia † tua, vnuſquiſque in via ſua errauē-
a ¶Ex eis. b ¶A miſeria
27 runt: nō eſt qui ſaluet te.

prædicta, deſpectum.n. & ſubiectum populum non timebant.

D

c *Augures cœli*. Aſtrologi, qui per ſtellas arbitrātur oīa regi. Q.d. Quare non prouiderunt oīa tibi? Hi vulgo appellātur matematici, qui curſu aſtrorū res mundanas putant regi. vñ: *Ab oriente venerunt Magi dicentes: Vidimus ſtellam eius in oriēte*. Vel, a vaticinio Balaā prouocati, qui ait: *Orietur ſtella ex Iacob*.

d *Facti ſunt quaſi ſtipula, etc*. lxx. Habēs carbones ignis, ſedebis ſuper eos, hi erunt tibi in adiutoriū. Quaſi, Gazareni & Magi per errorē ducunt te ad ſuperbiā. Incendiū aūt Babylonis, per ſupplicia vocat ad pñtiam.

☞ Cap.

E

† Si ... eum cup
† ſu

* NICOLAVS DE LYRA.

C 1 Contaminaui, &c. *ideſt contaminari permiſi Ieruſalem & templum a Babylonijs ingredientibus & ſuccendentibus vtrumque 4. Reg. vlt. b.*

2 Non poſuiſti eis. *crudeliter vtens victoria a me tibi data.*

3 Super ſenem aggra. *cui propter ætatem omnes debent compati.*

Secunda ratio.

4 Et dixi. *Hic ponitur ſecunda ratio, quæ accipitur ex Babyloniorum ſuperbia, cum dicitur:* Et dixiſti. *præ nimia elatione.*

5 In ſempiternum, &c. *aliorum regnorum.*

6 Non poſuiſti, &c. *ſcilicet quòd in momēto deijcere te poſſum a dignitate & confidentia tua, & patet litera vſque ibi:* Venient tibi hæc duo ſubito: *& quæ ſint illa ſubditur.*

7 Sterilitas. *ideſt carentia prolis per interfectionem habitantium in te.*

8 Et viduitas. *i. carentia dominij.*

Tertia ratio.

9 Vniuerſa. *Hic ponitur tertia ratio, quæ accipitur ex maleficorum multiplicatione, cum dicitur:* Vniuerſa venerunt. *Et dicuntur malefici, qui vtuntur inuocationibus dæmonum.*

10 Et propter duritiam. *qui deludunt ſenſus humanos.*

11 Et fiduciam habuiſti, &c. *in ipſa perſeuerando abſque timore. Cuius ratio ſubditur.*

12 Et dixiſti, &c. *Ille enim error erat tunc in Babylone ſcilicet quòd diuina prouidentia ad actus humanos ſe non extendat: & ſic tollitur timor domini.*

13 Sapientia tua, &c. *Et bene dicitur, tua, quia non erat vera ſcientia nec ſapientia, ſed deceptio.*

14 Præter me, &c. *ſimilis in poteſtate & dignitate.*

15 Veniet ſuper te malum, &c. *& ideo non poteris tibi prouidere. In Hebræo habetur: Et neſcies requirere ipſum. hoc eſt, nō prouidebis, & ſic remedium quærere non poteris. Cætera patent ex dictis.*

16 Sta cum incantatoribus, tuis. &c. *Hic conſequēter excluditur dicta pœnæ euaſio: Et hanc excludendo ponit tria, per quæ regnum Babylonis confidebat manere in ſua potentia. Primum erat multitudo incantatorum & maleficiorum per quorum artes & opera credebant ſe poſſe ſcire occulta & futura: & ſic cauere pericula: hoc autem excluditur cum dicitur;* Sta cum incantatorib. tuis & cum multitudine malefico. *quaſi dicat per eos non ſtabit.*

F

17 In quibus laboraſti, &c. *hoc eſt a principio, ex quo Babylon fuit fundata: vnde & Necromantia cepta fuit in Chaldęa.*

18 Si fortè quid proſint tibi. *eorum ſcientia, quaſi diceret, non proderit.*

19 Aut ſi poſſis fieri fortior. *te muniendo contra futura pericula tibi per eos præanunciata: quaſi diceret non quia te præmunire non poterunt: ideo ſubditur,* Defeciſti in, &c.

20 Stent, &c. *Hic excluditur ſecundum, de quo confidebant, ſ. ſcientia aſtrologorum & diuinorum, ad præcognitionem futurorum hoc excludit dicens:* Stent & ſaluent, &c. *i. diuinantes de futuris per motum cœli, q.d. nihil poterunt indicare tibi: ideo ſubditur.*

21 Ecce facti ſunt, &c. *i. materia ad incendium parata.*

22 Ignis combuſſit eos. *quia perierunt in incendio Babylonicæ ciuitatis.*

23 Non ſunt prunæ. *i. ille ignis non erit ad recreationem ſicut ille qui fit in camino hyeme, ſed ad exterminationem.*

24 Sic facta ſunt tibi. *ideſt data combuſtioni.*

25 Negociatores tui. *Hic excluditur tertium de quo confidebāt Babylonij, ſ. multitudo & potentia mercatorum, quibus abundabat illud regnum, qui diſcurrebant ad diuerſas partes per mare & per terram, & inde diuitias multas apportabant ad muniendum regnum Babylonicum. Explorabant et cōditiones aliarū Gentium, quod multum faciebat ad ſtabiliendum regnū ſuum: hoc igitur excluditur cū dicitur:* Negocia. &c. *i. quos habere conſueuiſti a fundatione tua.*

26 Vnuſquiſque. *i. in itineribus ſuis & operibus & ideo ex ſupradictis concluditur.*

27 Non eſt qui ſaluet te. *ſ. in omnibus illis per quos confidebas ſaluari & ſtabiliri, vt patet per excluſionem eorum ex prædictis.*

* Cap.

CAP. XLVIII.

a A Vdite hæc. Conſuetu-
A tudo eſt vt quando
agitur de carnali Iſrael, ſim
pliciter & ſine nominis
adiectione Iacob vel Iſrael
dicatur, ſicut in hoc loco,
vbi eos alloquitur, qui no-
mine tenus Iacob vel Iſra-
el appellantur.

b *Et de aquis Iuda.* Iudæ fa-
cit mētionem, quia decem
tribubus captiuatis, Iuda
& Beniamin & læuitæ in
terra promiſſ. manebāt &
Regem de Iuda habebant.

c *Et Dei Iſrael. Populus hic
labijs me honorat, cor autem
eorum longè eſt a me.*

✱ Procopius. Quemad-
modum falſo Iſraelitæ vo-
cabantur, qui nominibus
his erant indigni: ſic cum
iurarent Deique Iſrael re-
cordarentur, labijs ipſum
honorabant, qui corde ab
eodem ſemoti erant.

d *De ciuitate enim ſancta.* Ac
ſi dicat: Habitatores Ieruſa-
lem vos eſſe iactatis, & do-
mini Sabaoth habere priui
legium, cum caſſa vobis, Ia
cob, Iſrael, & ſanctæ vrbis,
& Dei omnipotentis aſſu-
matis vocabula.

e *Priora ex tunc.* Prædixi
Babylonios ſuperandos, &
repente faciam quod mina
tus ſum: vt venerint quæ
prædicta ſunt, ſcias nec for
tuitò nec deorum tuorum
nutu accidiſſe.

CAP. XLVIII.

¶ Quid dicam? Ac ſi dicat, quæ Babyloni prædixi neceſſe eſt impleri: vos autem audite attentius quæ ſum dicturus.

a A Vdite hæc domus Ia- 1
cob, qui vocamini nomi-
a ¶Solo. ¶Non Iacob, non Iſrael, qui non habetis opus nominis.
¶Iuda & Beniamin & Leui.
b ¶Semine, carne ſcilicet non fide.
b ne Iſrael, & de aquis Iuda 2
a ¶Non in honorem domini, ſed in confirmationem veſtri mendacij quia idola adoratis. quorum abominatione præceptum eſt, vt iuretur per nomen domini.
c exiſtis, qui iuratis in nomine domini, & Dei 3
Iſrael recordamini, non in ueritate neque 4
lionice. a ¶Sicut iactant. b ¶A Ieruſalem Ieroſolimitæ.
d in iuſtitia. De ciuitate enim ſancta uocati 5
a ¶Protectorem. ¶Fundati 6
ſunt, & ſuper Deum Iſrael † conſtabiliti ſunt, 7
a ¶Cuius nos ſcilicet teſtes ſumus. b ¶Eſt. c ¶Antiqua
e dominus exercituum nomen eius. Priora ex 8
a ¶Ex quo cœpi loqui contra Babylonem, Onus Babylo. &c. ¶Prophetis.
tunc annunciaui, & ex ore meo exierunt, & 9
a ¶Chaldæorum ſubuerſio, veſtra reuerſio.
audita feci ea: repète † operatus ſum & uene- 10
a ¶Quali pro util r te tua loquor. b ¶Incredulus.
f runt. Sciui enim quia durus es tu, & neruus 11
a ¶Irreuocabilis ſuperbia. b ¶Inuerecunda.
ferreus ceruix tua, & frons tua † ærea. Præ- 12
g a ¶Futura tibi & Babyloni. b ¶Ex quo cœpi loqui contra Babylonem, per prophetas ne for d.ido. mee &c.
dixi tibi ex tunc, antequam uenirent indi-
a ¶Vt Cyrus & Darius de Babylonijs me vindicarent.
caui tibi, ne fortè diceres: idola mea fecè- 13
runt hæc, & ſculptilia mea, & conflatilia
a ¶Per prophetas complenda. b ¶Impleta.
mandauerunt iſta. Quæ audiſti uide om- 14
a ¶Filijs veſtris quæ ventura erant ſuper Babylonem, ſed celaſtis veritatem. 15
nia. Vos autem non annunciaſtis. Audi- 16
a ¶De miſerijs Babylonijs ¶Nō quod de Aegypto duxerim, huiuſmodi. b ¶A me. 17
h ta feci tibi noua ex tunc, & † conſeruata 18

D *Priora miracula.* ſ. quæ feci
in medio eorū ex quo ab
Aegypto exierūt: & immi-
nente captiuitate a Nabu-
chodonoſor. Nunc aūt an-
tequam captiuentur prædi
cit eorum liberationem, &
Chaldæorum vaſtationē:
vnde repente. ſ. quæ ventu-
ra prædico, operatus ſum.

✱ Procopius. Oſtendit
Deum de ſe antè non ad
oſtentationem ſed vtilitatē
futura prædicere, partim
quidem ut rerum euētum
idolis non aſcribant, par-
tim verò vt de futuris edo-
cti reſipiſcerent.

f *Neruus ferreus.* Hinc Ste- † innixi
phanus: *dura ceruice & incir-* Act.17.f.
*cumciſi cor.*

g *Frons tua ærea.* vnde Eze-
chiel: *Omnis quippe domus Iſ-*
*rael attrita fronte eſt, &c.* Et Ie Ezech.3 b.
remias: *Frons mulieris meretri* Iere.3. b.
*cis facta eſt tibi, noluiſti eru.* E

h *Et conſeruata ſunt.* Quaſi
dicat. Plurima annunciatu- † ænea.
rus eram, ſed quia non re-
cordaris quæ dico, quæ di-
cturus eram reſeruo.

✱ Procopius. Sed quæ-
runt nonnulli quomodo
ſe noua feciſſe aſſerat, cum
docente Eccleſiaſte, *nihil no-*
*uum ſub cœlo ſit.* Chriſti igi-
tur myſterium, longe ea
quæ cernitur creatura ma-
ius, quod a Paulo etiam
abſconditum nominatur,
intellexit.

☞ *Propter*

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XLVIII.

A Vdite hæc. *Poſtquam Iſaias propheta denunciauit Babyloniorum deſtructionem, hic conſequenter denunciat populi Iudæ liberationem, qui captiuus a Babylonijs tenebatur: Et diuiditur in duas partes: quia primò excitat audientium intellectum: ſecundò proſequitur propoſitum, ibi:* Priora. *Circa primum recolit duo de quibus gloriabantur, & quæ debebant eos mouere ad bonum. Primum eſt, nobilitatis ortus, quæ debet mouere ad bonum: vnde dicit Boetius. 3. de conſol. ꝙ in nobilitate generis iſtud eſt optimum: quia per hoc eſt impoſita ipſis nobilibus quædam neceſſitas ne a maiorum ſuorum probitate degenerent, & quantum ad hoc dicit.*

1 Audite hæc. *i. qui deſcendiſtis a tanto patriarcha, & ab eo vocati eſtis filij Iſrael.*

2 Et de aquis, &c. *i. de tribu nobiliori filiorum Iſrael: quia erat regia. Secunda eſt, ſanctitatis cultus, quia ſoli Iudæi dicebantur præ alijs cultores Dei, & quātum ad hoc dicit.* 3 Qui iu. *quaſi ad eius reuerentiam homines enim per maiorem ſui iurant, Heb. 6. c. Sed quia reuerentia debita non eſt in illicito iuramento, ſed magis irreuerentia, ideo ad remouendum eorum falſam gloriam ſubdit.*

4 Non in ue. *Et ſic eos notat de iuramento falo, quod caret veritate, & de iuramento iniquo, quod caret iuſtitia.*

5 De ciuitate, &c. i. *Ieruſalem ad cultum Dei electa.*

6 Vocati ſunt. *i. denominati ciues, de quo ſimiliter gloriabātur.*

7 Et ſuper Deum. *quia legem eius ſeruare promiſerunt. & hoc etiam debebat eos mouere ad bonum.*

8 Priora. *Hic exequitur propoſitū. ſ. de populi liberatione. Circa quam primò ponitur liberantis conditio, ſecundò ſubditur ipſa liberatio, ibi.* Congregamini. *Cōditio aūt liberantis eſt, ꝙ ſit ſciens & potens ad hoc: & ideo primò oſtenditur ipſius Dei ſcientia, & ſecūdò ipſius potentia, ibi:* Audi me. *Prima in duas. quia primò Dei ſcientia oſtenditur, ſecundò quædam obiectio ſoluitur, ibi:* Pro. nomeum. *Circa primum ſciendum. ꝙ Dei ſcientia oſtenditur dupliciter, vno modo ex certa reuelatione contingentium futurorum, alio modo ex occultatione eorum, ſecundum ponitur, ibi.* Audita feci. *Circa primum dicitur in perſona domini:* Priora ex tunc. *id eſt antequam fierent.* F

9 Annunciaui. *ſicut patet, Gen. 15. d. vbi denunciauit Abrahæ peregrinationem ſeminis ſui futuram in Aegyptum: & inde redituram quarta generatione: & ſicut denunciauit, ita poſtea in effectum produxit, ideo ſubditur.* 1 Repente, &c. *Et cauſa huius reuelationis & conſimilium ſubditur.* 11 Sciui enim, &c. *ſ. ad credendum veritatem & pronus ad idololatriæ falſitatem. ideo.*

12 Prædixi. *ſcilicet longè factum.*

13 Ne fortè diceres. *ſi eueniſſent abſque mea denunciatione.*

14 Quæ audiſti. *per me reuelata.*

15 Vide omnia. *ſicut prædixi adimpleta & ſic potes ſcire, quod ego feci & non idola.*

16 Vos autē. *ſed ego qui hęc reuelaui Abrahę et alijs prophetis.*

17 Audita feci. *Hic oſtenditur propoſitum ex aliquorum occultatione. Sicut enim Deus aliqua reuelauit Iudæis antequam fierent, ne idolis eorum adſcriberentur, vt dictum eſt: ita aliqua non reuelauit eis, ne pręcognitio idolis adſcriberetur: & hoc eſt quod dicitur:* Audi ti. fe. &c. *i. antequam fierent, vt dictum eſt parte præcedenti: & ſic continuat ſe ad præcedentia.*

18 Et conſeruata ſunt. *i. nota apud me tantum.* ✱ Quæ

### MORALITER.

† 1 *Audite hæc.* In hoc c. ſecundum ſenſum literalem deſcribitur duplex liberatio. Prima eſt liberatio Iudæorū a captiuitate Babylonica, quæ fuit facta per Cyrū. Secunda eſt liberatio fidelium oīum a ſeruitute dęmonis, quæ facta eſt per Chriſtum. Prima verò fuit figura ſecūdæ: & iſta ſecunda quæ eſt liberatio a dæmonis ſeruitute figura eſt tertiæ liberationis. ſ. a corruptiōne præſentis miſeriæ: quæ erit in futura reſurrectiōne: Sicut. n. ea quæ fuerunt in ve. teſt. figurauerunt ea quæ ſunt in nouo ſm quod dicitur 1. Cor. 10. c. *omnia in figura contingebant illis:* ſic ea quæ fiunt in eccleſia militante, ſuo modo figurāt & repræſentant ea quæ ſunt in eccleſia triunphante. Vnde dicit Hugo de ſancto Victore: Supernæ matris gaudia repręſentat eccleſia. In eccleſia verò triumphante nulla eſt figura, ſed oīa ſunt ibi clara abſque ænigmate. ideo de ciuitate cœleſti dicitur Apo. 21. *Et templum non vidi in ea: dominus. n. omnipotens templum eſt eius.* Igitur prima liberatio myſticè exponitur de ſecunda: & iō ſicut Cyrus primā liberationem fecit, & per nuncios & literas in ſuo imperio publicauit, vt habetur 1. Eſdræ 1. ſic Chriſtus qui ſecundam liberationem fecit, eam in orbe per apoſtolos ſuos & diſcipulos alios publicauit: ſicut dicitur Mar. vlt. d. *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ, &c.*

† Secun-

a ¶A me. b ¶Apud me antequam fiant. c ¶Cognouiſti. d ¶Quo creata ſunt.
ſunt quæ neſcis. Nunc creata ſunt, & non † extunc & ante
a ¶Quo impleantur. ¶A dijs tuis. ¶A dijs meis.
diem: & non audiſti ea, ne fortè dicas: ecce ego cognoui,
a ¶Ex quo apud me fuer n . b ¶Audiens ea.
ea. Neque audiſti, neque cognouiſti, neque extunc aperta
a Cordis vel corporis. b ¶Legem Moyſi c ¶In aduentu filij legem Euangelij.
eſt auris tua. Scio enim, quia præuaricans præuaricaberis,
a ¶Ex quo legem accepiſti, quia illico idolum adoraſti b ¶Quando de Aegypto liberatus, quaſi meo utero conceptus es. ¶Alias ventre. c ¶Ne vileſcat. ¶Non tuum meritum.
a & tráſgreſſorem ex utero uocaui te. Propter nomen meum
a ¶ ... ¶Differendo. b ¶Feci ſcilicet ne diſperderem. ¶Reducendo a captiuitate. c ¶Vt me laudes d ¶Freno legis, vt quaſi iumentum me ſequaris.
longè faciam furorem meum: & † laude mea infrenabo
a ¶Fornace tribulationis. b ¶Quia non es purgatus.
te, ne intereas. Ecce † excoxi te, ſed non quaſi argentum,
a ¶Miſericordiam meam. b ¶Non pro meritis veſtris libe abo vos.
b elegi te † in camino paupertatis: propter me, propter me
a ¶In gentibus quaſi impotens liberare. ¶Laudem. ¶Idolo b ¶Ne videatur oppreſſiſſe populum Dei.
faciam, ut non blaſphemer, † & gloriam meam alteri non
a ¶Carnalis. b ¶Nomine non re. c ¶Ad pœnitentiam, & ſalutem. ¶Viuus.
c dabo. Audi me Iacob, & Iſrael quē ego uoco. † Ego ipſe, ego
d ¶Initium. a ¶Finis. ¶Mortuus. ¶Quia viuo & fui mortuus. b ¶Filius. vnde: Omnia in ſapientia fe.
primus, & ego nouiſſimus. Manus quoq; mea fundauit ter
a ¶Filius b ¶Cœlos. c ¶Coram me.
rā, & dextera mea mēſa eſt cęlos. Ego uocabo eos, & ſtabūt
¶Vt mecæ pateant viſioni. a ¶Cœli vel omnis creaturæ, vel filij Iſrael. b ¶Quæ dicturus ſum. c ¶Cœlis vel creaturis.
ſimul. Congregamini omnes uos, & audite, quis de eis

a *Propter nomē meū.* A Scilicet ne violaretur. *longe faciam feci.* ſ. furorem meum ne diſperderem te, quia adoraſti vitulum: *& laude mea.* vt me. ſ. laudares: *Infrenabo te.* lege mea.

lib. 5. contra celſum.

✠ Origenes Ignē Deus mundo illaturus eſt, non vt coquus aliquis, ſed vt beneficus erga eos, qui dolore afficiendi ſunt & igne indigent, vnde ſacræ literæ truciora quę B dam edicunt, vt eos perterrefaciāt, qui aliter nequeunt a peccatis auerti, qđ docet Iſaias, *Propter nomen meū oſtendam tibi furorem meum, & glorioſa mea inducam ſuper te, ne te perdam.*

† purgaui. † ex camino afflictionis †propter me † ſupra 42.

b *In camino paupertatis.* Purgando per paupertatem, diuitias tuas dando hoſtibus, vel in Aegypto, vbi oſtenditur diuitijs & paupertate pleroſque tentari.

✠ Procopius. Fornacem paupertatis, ſeruitutis locū appellat, in quo eos q D ad eam adacti ſunt, etiam mendicare neceſſe ſit.

† oli.

c *Audi me Iacob.* Eiſdē adhuc loquitur quibus dixerat: *Audite me domus Iacob, qui vocamini nomine, non re Iſrael. Multi .n. vocati, pauci verò electi.* Ideo non electos. quia nondum Saluatorē receperant, ſed vocatos appellat.

Matt.

d *Ego ipſe.* ✠ Procopius. Eos ad ſuę diuinitatis meditationē inuitat, cum ſe principium non habere E ſignificat legitur vero de vnigenito, *Ego primus & vltimus:* qđ non obſcurè ſignificauit, cum vixiſſe ſe & mortuum fuiſſe adiecit. Et .n. idem vitæ initium & finis, quia ſeipſum exinaniuit, vt ſerui formam acciperet.

† pro d.m cōm Apo † ſup & 4 cal

e *Congregamini omnes vos.* Quid ergo gloriatur terra & cinis ignorans fragilitatem ſuam? Ec

☞ *Annun-*

## NICOLAVS DE LYRA.

✠

1 Quæ neſcis. *i. in effectu poſita.*

2 Non ex tunc. *i. longè antequam eſſent horam in qua facta ſunt illa cognouiſti. Cuius ratio ſubditur.*

3 Ne fortè dicas ecce, &c. *per me vel per idola antequam fierent, ideo ſubditur.*

C 4 Neque audiſti. *ab idolis tuis.*

5 Neque cognoui. *per te ipſum.*

6 Neque ex tunc, &c. *& ſubditur cauſa.*

7 Scio enim, &c. *i. ſcio pronitatem tuam ad idololatriam.*

8 Et tranſgreſſorem, &c. *alias de ventre. i. de deſerto in quo portabam te, quaſi mater puerum in ventre: ibi enim fabricauit populus Iſrael vitulum conflatilem, & adorauit hoſtias immolando, Exo. 32. & ideo aliqua ſunt illi populo celata vel velata vſque ad horam euentus, ne ex pronitate eius ad idololatriam attribueret idolis iſtam præcognitionem.*

Iudæorū populo ingrato Deus quare tot beneficia contulit.

9 Propter nomen meum. *Hic remouetur quædam obiectio. quia poſſet aliquis dicere ex quo Deus præſciuit maliciam & pronitatem huius populi, non debuit eis tot bona feciſſe: hoc remouet dicens, ꝙ illa non fecit propter populum, ſed propter nomen ſuum, & hoc eſt quod dicitur:* Propter nomen meum longè faciam. *i. feci. Et loquitur de præterito per modum futuri. ſicut frequenter fit in prophetis: Quia tunc penitus non te deleui, vt ſeruarem promiſſum meum ad Abraham, Iſaac & Iacob de conſeruando ſemen eorum: propter quod dicente domino Moyſi, Exo. 32. c.* Cerno quòd populus iſte durę ceruicis ſit, dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos. *Moyſes orauit dominum dicens:* Quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum quibus iuraſti, &c.

10 Et laude mea, &c. *Ideſt in frena ſubigam. occupando te in ceremonijs.*

11 Ne intereas, &c. *ſ. Idolis: iſta fuit vna de cauſis multiplicationis ceremonialium.*

12 Ecce excoxi te. *per tribulationes multiplices in deſerto, et poſtea in terra promiſſionis per reges Aſſyriorum & Babyloniæ.*

13 Sed non quaſi argentum. *q. d. ſemper in te remanſit aliquid impurum.*

14 Elegi te, &c. *i. in Aegypto, vbi in paupertate & afflictione coquebas latere in camino.*

15 Propter me, &c. *i. propter honorem meum ſeruandum: Et duplicatur propter me, ad maiorem aſſertionem.*

16 Faciam *ſ. liberationem tuam & ſaluationem.*

17 Vt non blaſphemer. *a dicentibus, quòd non tenerem ad patres prædictos fidelitatem.*

18 Et gloriam meam. *ideſt cultum mihi debitum.* F

19 Alteri non dabo. *i. dari licitè non concedam.*

20 Audi me. *Hic conſequenter oſtenditur potentia Dei liberātis, & hoc ex creatione rerum de nihilo, ad quam requiritur potentia infinita: quia inter nihil & aliquid non eſt proportio aliqua: & hoc eſt quod ſubditur.*

21 Ego ipſe. *& non alius ſupple eſt creator.*

22 Ego primus & ego nouiſſimus. *a quo dependet omne eſſe creatum.*

23 Manus quoque mea. *hoc dicitur: quia terra eſt pars infima mundi, ſicut fundamentum in domo.*

24 Et dextera mea menſa eſt cœlos. *In Hebræo habetur:* Palmizauit cœlos. *ideſt palmo menſurauit: per quod intelligitur facilitas menſurationis, ſicut eſt in eo quod menſuratur palmo hominis.*

25 Ego vocabo eos. *i. corpora cœleſtia imponendo eis propria nomina, Pſal. 146. a.* Qui numerat multitudinem ſtellarū, & omnib. eos nomina vocat.

26 Et ſtabunt ſimul. *Ideſt parati ſunt ad obſequium meum: & ſic oſtenditur Dei poteſtas non ſolum ex rerum creatione, ſed etiam ex earum gubernatione.*

27 Congregamini omnes vos. *Poſtquam Iſaias denunciauit Dei liberantis conditionem, hic conſequenter denunciat ipſam liberationem: & ſecundò liberationis modū & ordinem. ibi:* Egredimini. *Circa primum ſciendum quòd liberatio populi de Babylone facta per Cyrum, figura fuit liberationis a poteſtate dæmonis factę per Chriſtum: & ideo primò ponitur liberatio prima, & ſecundò ſecunda, ibi:* Accedite ad me: *Modus eſt enim iſtius prophetæ, vt frequenter dictum eſt ſupra denunciando ſtatum illius populi, ſimul denunciare myſterium Chriſti. Circa primum dicitur:* Congregamini omnes vos. *i. vos Iudæi.*

28 Et audi. *Vocem domini loquentis per os prophetæ.*

29 Quis de eis *ideſt de Chaldæis, de quibus ſupra fecerat mentionem.*

✳ Annun-

## *MORALITER.*

Myſticè.

† Secunda verò liberatio myſticè exponenda eſt de terra. Chriſtus n. per paſſionem ſuam aperuit gloriæ ianuam, & tunc liberati fuerunt patres in limbo detenti, & cum Chriſto reſurgente ſurrexerunt aliqui: ſicut dicitur Math. 27. f. *Multa corpora ſanctorum ſurrexerunt, &c.* Et hęc reſurrectio particularis, figura fuit reſurrectionis generalis, quę erit in fine mundi: & tunc creatura quæ ingemiſcit & parturit, liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem glorię filiorum Dei, vt dicitur ad Rom. 7: & hęc ſufficiant pro myſticatione huius capituli.

† *MORA-*

a *Annunciauit hæc.* Quòd Cyrus Babylonẽ deſtrueret, vel quòd filius meus de virgine naſciturus eſſet.

b *Dominus dile. eum.* Hæc ꝓpriè ad Chriſtũ ꝑtinent. Poſſunt tamẽ ad Cyrum referri, & ad Darium vſque ad locum illum: Directa eſt via eius.

c *Suam.* quia capiet eam. Vel filius in mundo redimẽdo eum, qui & Chaldæos, ſcilicet dæmones eiecit: vnde, princeps huius mundi eiicietur foras.

d *Vocaui eum:* Cyrũ, vel filium, per Gabrielem dicens: *Et vocabis nomen eius Ieſum.*

a¶ Cyrum & Darium. quia dimiſit populum ſuum.
a annunciauit hæc? Dominus dilexit eum: faciet volunta-
b ¶ Quia interficiet eos.
c tem ſuam in Babylone, & brachium ſuum in Chaldęis.
a¶ De Cyro per prophetas meos vel de filio. b ¶ Proprio nomine per Iſaiam antequam naſceretur. c¶ Scilicet filium in carnem mihi.
d Ego ego locutus ſum & vocaui eum, adduxi eum, & † di-
¶ Ab oriente contra Babylonios. a¶ Non Cyri, qui idololatra, ſed Chriſti qui peccatum non fecit. nec inuentus eſt, &c. b¶ Filius ad Gentes: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.
recta eſt via eius. Accedite ad me, & audite hæc. Non à
a¶ Multi enim audierunt quæ Moyſi in monte Sina locutus ſum.
principio in abſcondito locutus ſum. Ex tempore ante-
a¶ Quæ facta ſunt. ¶ In patre b¶ pater. c¶ Incarnari conſtituit. d ¶ Filium
quam fierent, ibi eram: & nunc dominus Deus miſit me,
a¶ Conceptus eſt de Spiritu ſancto. b¶ Apoſtolos alloquitur. c¶ Sanguine.
& ſpiritus eius. Hęc dicit dominus † Deus redemptor tuus
e ¶ Euangelium
ſanctus Iſrael: Ego dominus Deus tuus docens te vtilia,
¶ Prædicationis. ¶ Optantis affectu. a ¶ Mente. ¶ O Iſrael vel apoſtoli.
f † gubernans te in via qua ambulas. Vtinã attendiſſes man
a¶ Quia in Deo. b¶ Abundans. c¶ In cælo.
data mea. Facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua
a¶ Hyperbole: Huc illucque redundans. b¶ Innumerabilis. c¶ Spirituale apoſtolicum.
ſicut gurgites maris. Et fuiſſet quaſi arena ſemen tuum,

† proſperabitur.

† Deus.

e *Miſit me.* Totam trinitatem breuiter plenè, & apertè diſtinguit.

✻ Procopius. Ego cum patre tunc aderam, cum de rebus iſtis conſilium agitaret. Iam verò & me pater ipſe & ſanctitatis eiuſdem ſpiritus, ad ea quæ ab ipſo decreta ſunt exequenda, mittẽdum cenſuit.

f *Ego dominus.* Qui Iſrael futura ꝓmitto. Reddit cauſam quare eos prius afflixerit.

g *Et fuiſſet quaſi arena ſemen.* ✻ Procopius. Per ſemen eos in

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Annunciauit hæc. *ſ. mala eis futura per Cyrum. q. d. nullus ẽt de idolis hæc annunciare potuit.*

2 Dominus dilexit eum. *ſ. Cyrum. Circa quod ſciendum, ꝙ diligere eſt velle alicui bonum. Deus autem promouit Cyrum ad dignitatem regni de ſtatu infimo & vili: vt dictum fuit, ſuprà 45. & ſic dilexit eum quantum ad bonum regni & Monarchiæ, non tamen quãtũ ad bonũ gratiæ & gloriæ: quia licet Deũ cæli confeſſus fuerit, vt habetur 1. Eſdr. 1. tamẽ cũ hoc idola coluit. vt dictũ fuit ſupra 45. c*

3 Faciet voluntatem, &c. *ſ. dedi in Babylone Chaldæos propter peccata ſua puniendo ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ, & Iudæos inde liberandos.*

4 Ego ego locutus ſum. *in perſona Dei hoc dicitur, qui mentiri non poteſt.*

5 Et vocaui eum. *ad dignitatem regni.*

6 Adduxi eum. *contra Babylonem.*

7 Et directa eſt via. *per victoriam ſequentem.*

8 Accedite. *Hic conſequenter denunciatur liberatio à poteſtate dæmonis figurata per liberationem à captiuitate Babylonis. Hæc autem liberatio facta eſt per miſſionem filij Dei in mundum: ideo primò deſcribitur hæc miſſio, ſecundò facta per eũ liberatio, ibi:* Hęc dicit. *Circa primum eſt aliquantulum immorandũ, quia ibi exprimitur ſanctæ trinitatis myſteriũ. Sciendum igitur ꝙ illud quod hic dicitur:* Nõ à principio, &c. *ſecũdũ doctores catholicos & Hebræos intelligitur de datione legis in mõte Sinai, quæ nõ fuit data occultè ſed manifeſtè, intantum ꝙ totus populus audiebat vocem domini loquentis quantũ ad decem præcepta decalogi. vt habetur Exo. 22. & ſic quod dicitur hic:* Nõ a principio &c. *non eſt verbum Iſaiæ qui legẽ nõ dedit, ſed ipſius Dei: & in hoc conueniunt catholici & Hebræi: quod autẽ ſubditur.* Exten. an. fie. ibi erã. *i. antequã lex daretur. Et in Hebræo habetur.* A principio fui eſſe ego ibi. *i. a principio dationis legis. Qđ exponũt aliqui Hebræi de perſona Iſaiæ dicentes, ꝙ omnes prophetæ fuerunt in monte Sinai, & ibi acceperunt à Deo prophetias ſuas, ſicut Moyſes legem: futuris tamen tẽporibus ſecundum ordinationem Dei ab eis pronunciandas, & ſecũdũ hoc ſubdit Iſaias.* Et nũc dñs Deus miſit me, & ſpiritus eius. *ſ. ad denunciandũ prophetiã quam tunc acceperant. ſ. ipſo tempore dationis legis: Sed iſtud dictum eſt falſum, quia poſt dationem legis Iſaias fuit natus. ſ. per 600. annos & amplius: multi etiam prophetæ adhuc poſterius. ſ. Ieremias Ezechiel, Daniel, Aggæus, Zacharias, & plures alij. Si autem dicatur quod animæ prophetarum extunc vel ante fuerunt creatę, & ſic fuerunt ibi prophetæ ſecundum animas. Hoc non ſolũ eſt contra doctores catholicos & Philoſophos (qui dicunt animam hominis non præcedere corpus duratione) ſed etiã cõtra aliquos doctores Hebræos: vnde ſuper illud Zachar. 12. a.* Ego formãs ſpiritũ hominis in medio eius. *vbi translatio noſtra habet:* Fingens ſpiritũ eius in eo, *dicit quædã glo. Hebraica, ꝙ creator creat animã cum perfectione figuræ corporis humani: & ita dicũt philoſophi: quia anima eſt actus primus corporis phyſici orga. & c. 2. de anima. Hoc etiam apparet Gene. 1. vbi dicitur ꝙ formato corpore Adæ,* Deus inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculũ vitæ. *Ergo quod dicitur hic:* Ex tpe antequã fierent ibi erã, *vel à principio fui eſſe. Ego ibi: non poteſt intelligi de Iſaia: hoc etiã patet in quodam libro apud Hebræos autentico, vbi iſta litera inducitur, dicta in perſona Dei, ſicut & præcedens immediatè. ſ. Non à principio in abſcondito locutus ſum, & eodem modo quod ſubditur in eodem contextu, & ſub eodem verſu. Et nunc miſit me dominus, &c. in perſona Dei dicitur: Si enim ad perſonam Iſaiæ referretur, eſſe ibi principium noui verſus, vt eſſet diſtinctio inter perſonas loquentes: nunc autem in Hebræo vnicus eſt verſus qui ibi incipit: Accedite ad me, &c. terminatur, ibi.* Et tunc dominus Deus miſit me, & ſpiritus eius, *incluſiuè. Et dictis patet myſterium ſanctę Trinitatis, quia hic expreſſè dicitur Deus miſſus a Deo & ſpiritus eius, inter miſſum & mittentem eſt perſonalis diſtinctio, & ſic apparet diſtinctio perſonalis ipſius filij miſſi à patre & Spirituſancto, à quibus miſſus eſt in carnem pro mundi ſalute; Reſumatur ergo litera à principio, cum dicitur;* Accedite. *hoc verbum eſt filij Dei, vt patet ex prædictis, qui excitat attentionem audientium ad ſignificãdum ꝙ vult dicere aliquid magnum ſcilicet ſanctæ trinitatis & incarnationis filij myſterium.* Trinitas.

9 Non à principio. *ſcilicet dationis legis.*

10 In abſcondito, &c. *quia in manifeſto eam dedi. Circa quod ſciendum, quod licet lex illa fuerit data a tota trinitate, cuius opera ſunt indiuiſa, tamen iſta datio appropriatur filio. Sicut enim illa quæ pertinent ad potentiam appropriantur patri & quæ ad bonitatem Spirituiſancto, ita quę pertinent ad ſapientiam appropriantur filio: cuiuſmodi eſt datio legis & propheticæ cognitionis & ſimiliũ.*

11 Ex tempore antequam. *cum patre & Spirituſancto ſecundum diuinitatem.*

12 Et nunc. *ideſt tempore gratiæ.*

13 Dominus. *ideſt Deus pater.*

14 Miſit me. *ad humanitatis aſſumptionem.*

15 Et ſpiritus eius. *qui eſt tertia in trinitate perſona.*

16 Hæc dicit. *Hic conſequenter deſcribitur liberatio facta per filium incarnatum, & hoc per ſuam ſanctam doctrinam & opera, cũ dicitur.* Hæc dicit. *i. Dei filius incarnatus, qui redemptor eſt mũdi, & vnus Deus & dominus cum patre & Spirituſancto.*

17 Sanctus Iſrael. *ideſt ſanctificans Iſrael.*

18 Ego dominus. *ratione deitatis.*

19 Docens te vtilia. *i. Euãgelica cõſilia, quæ licet non ſint neceſſaria ad ſalutem, diſponunt tamen ad perfectionem Chriſtus enim quantum ad moralia præcepta non addidit niſi conſilia.*

20 Gubernans. *in præſenti vita quæ eſt via ad patriam, & quia licet doctrinam Chriſti plures Iudęi acceperint, tamen multo plures recuſauerunt, vt patet in Euangelijs & Actibus apoſtolorum, ideo ſubditur.*

21 Vtinam attendiſſes. *quantum enim ad credenda Chriſtus plura docuit tanquam de neceſſitate ſalutis, vt de articulo ſanctæ trinitatis, & incarnationis, de baptiſmo, & conſimilibus.*

22 Facta fuiſſet. *Videlicet quantum ad pacem temporalem, quia Romani non veniſſent ad deſtruendum locum & Gentem, quæ deſtructio fuit in vindictam mortis Chriſti, & quantum ad pacem internam conſcientię, & pacem ſupernę glorię finaliter conſequendã, ſicut angeli clamauerunt in natiuitate Chriſti credentibus aſſuturã. Luc. 2. b.* Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, &c.

23 Et iuſtitia. *ideſt valde abundans, quia iuſtitia quę eſt per fidem Chriſti, illa eſt iuſtitia abundans.*

24 Et fuiſſet quaſi arena ſem. tuum. *i. filij tui, & filij fuiſſent*

✻ *multo*

¶ Idem: Filioli mei, quos iterum parturio, donec for &c. a ¶ Arenæ. b ¶ Semen. c ¶ Semper eſſent veri Iſraelitæ, vel Chriſtianum nomen: A Chriſto enim omnes filij Apoſtolorum Chriſtiani dicuntur.

& ſtirps vteri tui vt lapilli eius. Non interiiſſet, & nō fuiſ- 1
a ¶ Iſrael b ¶ O Iudæi de Babylone ſe mittente Cyro. vel fideles de mundo. 2
ſet attritum nomen eius à facie mea. Egredimini de Baby 3
a ¶ Si non corpore vel mente. b ¶ O Iudæi liberationem: vel O vos apoſtoli animarum redemptionem. 4
lone: fugite à Chaldæis. In voce exultationis annunciate: 5
a ¶ Prædicando. 6
auditum facite hoc, & efferte illud vſq; ad extrema terræ.
a ¶ O Iudæi, vel apoſtoli. b ¶ Precio ſanguinis ¶ De Babylone vel de mundo. c ¶ Ad literam. ¶ Vel ſupplantatores viciorum. d ¶ Egreſſi de Babylone ſub Zorobabel & alijs ducibus. Egreſſi de Aegypto non ſolum ſitierunt ſed murmurauerunt.
a Dicite: Redemit dominus ſeruum ſuum Iacob. Non ſitie- 7
a ¶ Seculi. b ¶ De Babylone, vel de mundo. 8
runt in deſerto, cum educeret eos: aquam de petra produ- 9
a ¶ De Aegypto venientibus ad literam. b ¶ Permiſit ſcindi c ¶ Latus Chriſti d ¶ Ablutionis. e ¶ Chriſtus, qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum.
b c xit eis: & ſcidit petram, & fluxerunt aquæ. Non eſt pax
a ¶ Incredulis qui in errore remanſerunt, qui de petra bibere non meruerunt. 10
impijs dicit dominus.

intellige, qui non A ex ſanguinibus, ſed ex Deo nati ſunt. Iudæos enim corporaliter propagari etiā ſi prophetiæ non paruerint ꝓpagari cōtigit. Neque enim magnum quid conſequentur, ſi qua ratione videmus ī vermibus effici, corpore multiplicentur.

a *Non ſitierunt.* De Aegypto venientib. ad literam. De captiuitate autem Babylonis redeūtib. hoc in re impletum fuiſ B ſe non legimus, ſed hyperbolice accipiēdum eſt ſicut cætera multa: Apoſtolis autem gratia ſpiritus ſancti de Chriſto profluxit. *Non ſitierunt.* fideles de mūdo mente exeuntes, ſatiati acqua ſapiētiæ.

b *Scidit petram.* Petra erat Chriſtus. Scinditur in partes ſermo diuinus, vt quem totum ſuſcipere non poſſumus ꝑ partes ſumamus.

c *Et fluxerunt aquæ.* Vnus militum lancea latus eius aperuit, & cōtinuo exiuit ſanguis noſtræ redemptionis, & aqua baptiſmi, baptiſmum, & marty- E rium dedicans nobis.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

Numerus interfectorum Iudæorū Egeſippus.

* *multo plures quam ſunt: quia in deſtructione Ieruſalem ꝓpter Chriſti mortem multi Iudęi fuerunt interfecti, videlicet decies centum milia à principio obſidionis vſque ad finem: & in captiuitatem ducti nonaginta ſeptem milia, vt dicit Egeſippus illorum temporum vicinus li. 5*

1 Et ſtirps vteri tui. *ideſt filij & filiæ.*

2 Vt lapilli eius. *i. maris. Repetitio eſt eiuſdē ſententiæ. Vocantur etiam hoc ſemen & filij & filię omnes qui credidiſſent doctrinæ Iudęorum, ſi fidem Chriſti recepiſſent.*

3 Non interijſſet. *i. non fuiſſet deſtructio iam dicta.*

4 Egredimini. *Poſtquam Iſaias denunciauit duplicem liberationem. ſ. per Cyrum, & per Chriſtum hic conſequenter deſcribit vtriuſque ordinem ſiue modum: & primò primæ, ſecundò ſecundæ* C *cap. ſeq. Circa primū dicit.* Egredimini de Babylone. *Quaſi dicat. prope eſt deſtructio eius per Cyrum & exercitus ipſius.*

5 Fugite a Chaldæis. *quia non ſolum ciuitas metropolis fuit capta a Cyro, ſed etiam tota regio.*

6 In voce exultationis annunciate. *ſ. hanc deſtructionem applaudendo diuinæ iuſtitię: & etiam liberationi Iudæorum quę poſt deſtructionem facta eſt per Cyrum.*

7 Dicite Redimit. *ſ. in liberatione de captiuitate Babylonica, reducite etiam ad memoriam tanquam grati liberationem de ſeruitute Aegypti.*

8 Non ſitierunt in deſerto. *cū exirent de Aegypto: per hoc non excluditur ſitis generaliter, quia filij Iſrael exeūdo de Aegypto paſſi ſunt pluries ſitim in deſerto, vt patet Exo. 15. & 17. & Nu. 20. ſed excluditur ſitis ducens ad periculum mortis. Et quia dominus ſubuenit eis, ideo ſubditur.*

9 Aquam de petra. &c. *vt patet Exod. 17. & nu. 20.*

10 Non eſt pax impijs. *quia quantumcunque dominus pręſtaret eis hæc beneficia & plura alia, fuerunt tamen multi mali in populo Iſrael contra dominum murmurantes, qui mortui fuerunt vagabundi in deſerto, vt habetur Num. 14. Non enim poteſt iſtud de productione aquę de petra exponi conuenienter de reditu captiuitatis Babylonicę, quia non legitur tunc dominum talia feciſſe. Et nō eſt veriſimile, quòd Eſdras & alijs, qui idē reditū deſcripſerūt hęc tacuiſſent, & ideo melius exponitur modo dicto de reditu de Aegypto.*

* CAP.

## ADDITIO. I.

*In capit. 48. vbi dicitur in poſtil.* Propter nomen meum longe faciam.

*Quod in propheticis ſcripturis frequēter ſit ſermo de futuro per modum pręteriti, ratio eſt propter certitudinem prophetię prout communiter dicitur, ſed quod de pręterito per modum futuri fiat ſermo: hęc ratio non ſufficit, ſed aſſignanda eſt alia.*

## ADDITIO. II.

*In eodem capitulo vbi dicitur in poſtilla.* Et laude mea infrenabo te.

*Per diuinam laudem homo aſcendit in Deum per affectum, intantum, quod per hoc retrahitur ab his quę ſunt contra Deum: & hoc eſt quod hic dicit propheta.* Laude mea infrenabo te, *ne intereas ſecundum ſanctum Thom. in 2. 2. q. 91. quę videtur magis propria expoſitio quam illa quę in poſtil. continetur de laude.*

## ADDITIO III.

*In eo. ca. vbi dicitur in poſt.* Et dextera mea mēſa eſt cælos.

*Per hoc quod dicitur.* Dextera mea palmizauit cœlos, *ſecundum Hebraicam literam, non ſolum intelligitur facilitas menſurationis, ſed etiam menſurationis debita congruentia, ſeu coaptatio ad rem quę ędificari intenditur, ſicut ille qui palma aliquid mēſurat, ſic vt non excedat, nec deficiat ab intento, ſecūdum illud, Sap. 11. d.* Omnia fecit dominus numero, pōdere & mēſura.

*Replica. In cap. 48. Poſt. exponit illum paſſum:* Propter nomen meum furorem meum longe faciam. *Ideſt, feci, ponendo futurum pro pręterito. Burg. dicit vſitatum in prophetis ponere pręteritum pro futuro. propter certitudinem prophetię: Sed ponere futurum pro pręterito habet aliam rationem, quam tamen non aſſignat: poteſt autem pręter alias rationes dici, quòd prophetę vtuntur, & ſacra ſcriptura de Deo loquentes verbo omnium tēporum indifferenter: quia ęternitas ſoli Deo conueniens coexiſtit omnibus differentijs temporum, ſicut dictum eſt ſupra Exod. 30.*

*In eodem capit. vbi dicitur.* Et laude mea infrenabo te ne intereas. *hoc frenum dicit poſtil. ceremoniales obligationes quib. populus tenebatur, ne ad idola deflueret. Burgē. autem hoc factum paruipendens dicit illam laudem fore aſcenſum mentis in Deū per affectum tam feruidum, vt per hunc tanquam per frenum retrahatur ab his quę ſunt contra Deum. Sed manifeſtum eſt ex litera, quòd illi Iudęi de quibus hic dicitur, huiuſmodi affectum non habuerunt ad Deum: quia coluerunt Deum timore ſeruili. Dum enim tribularentur ad dominum clamauerunt, vt dicitur de hoc populo in multis locis ſacrę ſcripturæ. Tempore autem proſperitatis defluxerūt ad idola: ideo dicitur de eodem:* Populus hic labiis me honorat, &c. *Vnde alia eſt laus Dei quę procedit à libera voluntate, quā quę à ſeruili obligatione. Prima non habet rationem freni, ſed libertatis, quia fit amore iuſtitię. Secunda habet rationem freni, quia fit timore pœnę. Prima non retrahit à malo, ſed tendit in bonum quod fit liberè ſine freno. Secunda autem retrahit à malo, ſed non afficitur ad bonum. Et quod de prima hoc non dicatur, ſed de ſecunda probat ſanctus Thom. exponens hunc locum & dicens: Infrenabo, ideſt. obligabo te ad ceremoniales laudes meas, ne ſacrificia idolis offerens intereas. Et adducit ad id concordantiam Pſal.* In chamo & freno maxillas eorum conſtringe. *Puto hic & alias oculos Burg. odio & liuore cęcatos vt videre non potuit, quòd vilipendendo poſtil. ſanctum Thom. vilipendit: cuius tamen dicta dicit in prologo ſui operis igne charitatis examinata, & naturalis rationis dictamine multipliciter purgata, & tamen hic Burg. pro ſui erroris confirmatione allegat ſanctum Thom. ſecunda ſecundæ q. 91. & eum ſic relinquat in contradictione.*

Matth. 15.
Pſal. 31.

CAP. XLIX.

AVditæ inſulæ. Poſt reliquiarum Iſrael vocationem & infideliū abiectionem (de quibus: *Non eſt pax impijs dicit dominus*) ſub inſularum nomine alloquitur in perſona filij eccleſias de Gentibus.

b *Attendite populi.* ✻ Procopius. Intuere vti de præſentibus loquatur dominus, deque alio domino, per ea quæ ſequuntur, ſuam ipſe natiuitatem & ſeruitutem, cæteraque eiuſmodi explicans, diſputet, cum ait. *Dominus de vētre vocauit me. de vtero matris meæ recordatus eſt nominis mei.* Habuit.n. ante incarnationis tempus, nomina naturę ſuę cōgnita, Deꝰ, vita, lumen, ſapiētia, virtus, & ſimilia, ſed Chriſtus, & Ieſus & nobiſcum Deus, ad ea quæ œconomiam ſecuta ſunt tempora, referūtur vnde ſunt & illa. *Et paries filium & vocabis nomen Ieſum*, cuius vt interpretationem doceret, ipſe enim populū ſuum à peccatis eorum liberabit, adiunxit. At nobiſcum Deus, ex naturæ & œconomiæ ratione inditū eſt, vt Ieſus à facultate & viribus.

c *Gladium acutum. Non veni pacem mittere, ſed gladium*, malos.ſ. à bonis ſeparans.

✻ Procopius. Tāquā gladiū acutū eſſe ait, qui dignos ab indignis ſeparet. nam & ipſa euāgelij ꝓmulgatio, gladius aduerſus diaboli tyrannidē extitit. dedit nobis & ipſum ſpiritus gladiū .i. verbū Dei, cuius ope dæmonū fraudes D
ꝓpellimus. Cōueniet & ſanctis ipſis oratio: indeq́; eſt qđ ſpiritu oris ſui Ananiā & Saphirā petrū interfeciſſe legimus, quod Ezechiā itē Rabſacę exercitū precibus fudiſſe quod Paulum denique verbo oris ſui Elymā occæcaſſe.

CAP. XLIX.

a ¶ Eccleſiæ fluctibus ſeculi vndique concuſſæ.
AVdite inſulæ, & attendi- 1
a ¶ Ab extremis terræ.
a te populi de longe. Do- 2
b a ¶ Vocabis nomen eius Ieſum.
minus ab vtero vocauit
a ¶ Antequam naſcerer.
me: de ventre matris †
a ¶ Per Gabrielem dicens. Vocabis nomen eius Ieſum. b ¶ Vt ſpiritu oris ſui interficiat impium. ¶ Verba oris mei. vnde: Gladius ſpiritus, quod eſt verbum Dei.
meę recordatus eſt nominis mei, & poſuit os
¶ Protectione. a ¶ Potentiæ diuinitatis. 3
c meum quaſi gladiū acutū: in vmbra manus
a ¶ Ab omni malo, vt vilitas carnis tegeretur potentia diuinitatis. 4
vnde: Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & virtus, &c.
d b ¶ Super alias, prophetæ enim & apoſtoli ſagittæ ſunt: Sagittæ potentis acutæ. 5
ſuę protexit me, & poſuit me ſicut ſagittā ele- 6
a ¶ In carne. b ¶ Vnde ſupra. Tu es Deus abſconditus c ¶ Diuinitatem. 7
ctā: in pharetra ſua abſcōdit me, & dixit mihi: 8
a ¶ Obediens vſque ad mortem. b ¶ De genere Iſrael ſecundum carnem. 9
c ¶ Pater in me manens, ipſe facit opera. 10
e Seruus meus es tu Iſrael, quia in te gloriabor, 11

d *Sicut ſagittam.* ✻ Procopius. Eſt verò à patre etiam ſagitta electa poſitus, vt eos feriat qui ſpeculis eius digni ſunt, quo more ſe dilectione percuſſam anima exiuit. idem nimirum in carne, q̃ vt dignis tantum cerneretur. aſſumpſit tanquam in pharetra reconditus. cant. 2.

✻ Origenes. Quam bonum eſt, hoc iaculo vulnerari. Hac ſagitta vulnerati fuerūt illi qui inter ſe inuicem conferebant. *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis?* Hom. 2. in cātica.

✻ Hilarius. Intelligimus hāc ſagittam vtilem eſſe ad cōfigenda noſtra vitia. In pœna conſcientiæ malos configit hæc ſagitta, in dilectis E vitia, & peccata vulnerat & ſanat. Eſtque deuaſtās carbo & purgans, deuaſtat malos & purgat bonos. Luc 24. in Pſal. 119.

c *Gloriabor.* Quod non in alijs ſeruis. *Pater glorificaui nomen tuum.* Et alibi: *Exurge gloria mea &c.* Ioh. 17. a Pſal. 56. q.

✻ Procopius. Corpore quidē quod à ſeruis dixerat, ſeruus dicatur Chriſtus, genere aūt, quod ab Iſraele, Iſrael. Sed tanquam Dei virtus rebus ipſis quæ operatur, eum cuius virtus eſt gloria afferat, in forma ſerui factus.

☞ *Et ego*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XLIX.

AVdite inſulæ. *Hic conſequenter deſcribitur modus.ſ. ſecūdæ liberationis factę per Chriſtum. Sciendū tamen, quod aliqui doctores catholici totū iſtud capitulum exponunt de liberatione facta per Cyrum. Sed iſtud non videtur verū, quia populus de Babylone rediens non fuit in tanta proſperitate, quanta deſcribitur hic: imo fuit in multa anguſtia, & paupertate, ſicut dictum eſt ſup. 35.c. & in pluribus alijs locis: Præterea ſic exponentes magis Iudaizāt quātum ad hoc quam doctores Hebræorum antiqui, qui aliqua dicta in hoc c. referent ad tempus Chriſti.ſ. illud:* Dedi te in lucē Gentiū, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremū terræ, *& per conſequēs alia quæ annectuntur huic ſententiæ, conſequenter vel antecedēter. Quòd aūt ita ſit, patet in gl. magna ſuper Gen. 41. c. vbi mouetur talis quęſtio de Meſſia: Poterit ne dici, ꝙ redemptor cū venerit, ſit leuans facies .i. acceptor perſonarum ſecundū modū loquendi Hebraicū: & reſpondetur ibi: Abſit: ſed oēs confitentes ei corde & ore & operibus ſaluabit, ſicut ſcriptum eſt Ier. 23.b.* In dieb. illis ſaluabitur Iuda & Iſrael, &c. *ac ſi dicat: Confitentes ei: & ſic dicitur Iſa. 49.b.* Dedi te in lucē Gētiū, vt ſis ſalus mea vſque ad extremū terræ: *Hæc gl. ſecundū oēs doctores catholicos intelligitur ad literā de Chriſto, vt plenius videbimus: quando erimus ibi domino concedente: & per conſequens alia quæ ad idē inducuntur de c. iſto: Dedi te in lucē Gentiū, &c. ſecundum autorem vel autores illius intelligitur ad literā de Chriſto. Itē Act. 13.g. hæc autoritas:* Dedi te in lucē, &c. *à Paulo & Barnaba inducitur tanquam dicta ad literam de conuerſione Gentiliū ad fidē Chriſti, Item. Ra. Sa. dicit. ꝙ habetur verſus finem huius ca. Nunquid tolletur à forti præda, &c. intelligitur de Eſau, per quē intelligit Romanū imperium, quia cum alijs Iudæis expectat per Meſſiam futurū liberari de ſeruitute in qua ſunt: & ſic ſecundum eum referendum eſt ad tempus Chriſti: quod verum eſt. Sed expectant futurū quod per Ieſum Nazarenū impletum eſt: pp quod dicit Mat. 17.d. Ergo liberi ſunt filij: & loquitur de tributo Romano imperatori reddendo. Igitur exponendo capitulū ſecundū hunc ſenſum in duas partes diuiditur. Quia primo ponitur modus ſaluationis. Secundò tollitur metus deſperationis, ibi.* Et dixit Sion. *Prima in duas, quia primo ponitur Saluatoris conditio, ſecundo ſubditur ſalutis operatio, ibi:* Et ego dixi: *Circa primum dicitur.*

1 Audite inſulæ. *Hic excitatur attentio, vt per hoc deſignetur nunciandæ rei magnitudo.*

2 Dominus ab vtero, &c. *Hoc dicitur in perſona Chriſti hominis, de quo adhuc exiſtente in vtero matris dixit dominus per angelū ſuum ad Ioſeph.* Vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim F ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum Mat. 1.

3 Et poſuit os meum. *In quo notatur efficacia verbi Chriſti ad præſcindendum vitia.*

4 In vmbra manus ſuæ. *i. poteſtatis ſuæ.*

5 Protexit me. *non enim fuit captus à Iudæis, niſi quando voluit, & ſe obtulit, Ioh. 18.a.* Dixi vobis. quia ego ſum: ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire.

6 Et poſuit me ſicut. *In Hebręo habetur: Claram .i. limatā: per hoc intelligitur puritas & claritas doctrinæ Chriſti.*

7 In pharetra ſua. *i. in ſua prouidentia.*

8 Abſcondit me. *vſque ad tempus reuelationis meæ.*

9 Et dixit mihi Seruus. *ratione humanitatis in qua accepit formā ſerui. Phil. 2.a.* Semetipſum exinaniuit for. ſer. ac. &c. Chri[illegible] nominatur Iſrael.

10 Iſrael. *ſic nominatur Chriſtus, qui de populo Iſrael natus: & ratione interpretationum, quarum vna eſt: Videns Deum quia anima Chriſti vidit diuinam eſſentiam ab inſtanti ſuæ creationis. Alia interpretatio eſt: Directus cum Deo: quòd optimè conuenit Chriſto homini, quia eius humanitas eſt inſtrumentum diuinitatis coniūctum ei: & ſic in omnibus mouetur ſecundum deitatis inſtinctum.*

11 Quia in te gloriabor. *Per miracula, diuinę poteſtatis & excellentiæ demonſtratiua.*

✻ Et ego

*MORALITER.*

1 *Audite inſulæ, &c.* Capitulum illud literaliter exponit̄ de modo liberationis factæ per Chriſtum Moraliter autem poteſt exponi de modo liberationis eccleſiæ per bonum prælatum: Qui primo cognoſcit promotionē ſuā à domino factam dicens.

2 *Dominus ab vtero, &c.* i. de ſtudio ſacræ ſcripturæ vocauit me ad regimē eccleſiæ ſuæ: & hæc eſt debita vocatio, nō de curijs principū & tumultib. ſeculariū negociorū.

† *De ventre, &c.* Repetitio eſt eiuſdē ſentētię ꝑ alia verba.

3 *Et poſuit os meum, &c.* Per ſanam doctrinam hæreſes, & vicia reſcindentem.

4 *In vmbra manus, &c.* A dæmonum peruerſitate.

6 *Et poſuit me, &c.* à longo ferientem: ideo ſignat doctrinam ſanam datam in ſcripto, quæ nō ſolum docet pręſentes, ſed etiam futuros.

7 *In pharetra ſua, &c.* Per ſpecialem mei cuſtodiam.

8 *Et dixit mihi, &c.* Diuina celebrando.

11 *Quia in te glorificabor.* i. per te gloriam meā oſtendam alijs exemplo vitæ & verbo doctrinæ. Et quoniā dicitur Luc. 17.c. *Cùm omnia quæ præcepta ſunt feceritis, dicite: Serui inutiles ſumus.* Ideo ſubditur verbum boni prælati.

† Ego

a *Et ego dixi.* Quaſi dicat quomodo te glorificaui q magnam partem Iudæorum ad te reuocare non potui? Hic autem liberũ hominis monſtratur arbitrium. Dei enim eſt vocare, noſtrum credere: ipſo tamen adiuuante, vt iuſti voluntatis præmium conſequentur.

cum, pendens in cruce longe a ſalute mea verba lamentationum mearum.

d *Glorificatus.* q.d. Ego Iudæos perdidi, ſed glorificatus ſũ in Gẽtib. vnde: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.*

*Parum eſt. Lxx. magnum. eſt.*

* Procopius. Putãt nonnulli, *fruſtra laboraui* ex prophetæ perſona dici, ſed ꝑpriè magis ad ſaluatorem referatur, q auditis ſuperiorib. iſta reponat. Enim verò pater quomodo in me glorificaberis, cum multis ꝑ ſalute hominum laboribus ſublatis, nihil profecerim, multis adhuc in infidelitate permanentibus & ipſis Iudæis.

b *Ergo iudicium, &c.* Iudicabit pater, vtrũ omnia fecerim eis quæ debui: *Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dedi mihi.* Et alibi: *Ego te glorificaui ſuper terram.*

† Parum eſt legendum eſt interrogatiue.
Iohan. 17. a
Ibidem.
† deſertos Iſrael vt reducas.

c *Opus meum.* Alij: Labor & dolor meus: quia fleuit ciuitatem. Et ait in pſal. *Quæ vtilitas in ſanguine meo?* Iuxta Hebrai-

Pſal. 29. b.

¶Patri. a¶Quantum ad incredulos. b¶Patiendo c¶Quia non profuit eis.
a Et ego dixi. In vacuum laboraui ſine cauſa, & vanè fortitu- 1
¶Moriendo. 2
b dinẽ meam conſumpſi. Ergo iudicium meum cũ domi- 3
a¶Quod feci eis. ¶Coram. ¶Reſpondet filio ſcilicet conquerenti inuacuum laboraui. ¶Pater. 4
c no, & opus meum cum Deo meo. Et nunc hæc dicit domi-
a¶Quia ex vtero formatur, ſeruus appellatur vnde: De ventre matris meæ Deus meus es tu. b¶Iterum. c¶Errantem deſerto creatore idola colentem vnde: Non veni niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. 5
nus, formans me ex vtero ſeruum ſibi, vt reducam Iacob 6
¶Tamen. ¶In vnitate fidei 7
ad eum, & Iſrael non congregabitur. Et glorificatus ſum 8
a¶Secundum hominem. b¶In reſurrectione.
d in oculis domini, & Deus meus factus eſt fortitudo mea.
a¶Conſolando, ſuper abiectione populi mei. b¶Lxx. Magnum eſt tibi, vt voceris puer meus. c¶Tibi. d¶A morte animæ. 9
Et dixit: † Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tri- 10
a¶Tantum. b¶Quæ vicio ſuo corruerunt. c¶Deſpectiue. ¶Ad fidem. d¶Et ideo ¶Pro illis. 11
e¶O Eſaia ¶Etiam ¶Vt Gentes illuminatas ad fidem adducas. 12
bus Iacob, & † feces Iſrael conuertendas? † Dedi te in lucem 13
¶Mercium 14
Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Hæc 15
¶Pater ¶Fidelium. ¶Sanctificans. a¶Chriſtum. 16
dicit dominus redemptor Iſrael ſanctus eius, ad contem- 17
a¶Vidimus eum deſpectum, &c. b¶Chriſtum, qui ante Pilatum & Caipham tanquam ſeruus iudicatus eſt 18
c ptibilem animam, ad abominatam Gentem, ad ſeruum 19
a¶Ad literam, vel quorum cor in manu Dei. b¶In honorem tuum. 20
¶Glorificationem tuam implendo, & ſalutem Gentium. c¶Eccleſiæ. 21
f dominorum. Reges videbunt & conſurgent principes, & 22

* Procopius. Magnum re vera opus extitit cũ ad ſeruitutem formatus eſſet filius, ad humanæ naturæ ſalutem, quam condidit, ſerui formam aſſumere. Atque inde eſt quod glorificatur, tanq̃ rapinã minimè arbitratus, eſſe ſe ęqualẽ Deo.

c *Abominatam.* Chriſtum, & Nazaræos eius, quos quotidie Iudæi in Synagogis maledicunt: quia propter eos regnũ, locum, & Gentem amiſerunt.

f *Reges.* Propheta ad filiũ. *Reges vi.* te venietẽ ad iudiciũ. Reges. ſ. apoſtoli & alij qui cum domino iudicabunt.

∴ Procopius. Adorabunt omnes tum dæmum præcipuè, cum venerit in patris dextera cum angelis ſuis.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et ego dixi. *Hic cõſequenter ponitur ſalutis operatio, & primò reſpectu Iudæorũ, ſecundo reſpectu Gentilium, ibi:* Et glorificatus ſum. *Circa primũ ſciendum, q labores Chriſt. ieiunando, vigilãdo, docendo, prædicando, & omnia alia erant ad noſtram ſalutem ordinata, ſecundum quod dicitur Pſal. 73. c.* Operatus eſt ſalutẽ in medio terræ: *& quãuis principaliter miſſus fuerit ad prædicandũ Iudæis in perſona propria, propter quod dicit. Mat. 15. c.* Non ſum miſſus niſi ad oues q̃ perierũt domus Iſrael: *tamẽ pauci Iudæi cõparatiuè ad alios crediderunt, & quantum ad illos dicit.*

Diuiſio.

2 In vacuum laboraui. *Propter incredulitatem Iudæorum. Et ad idem facit quod ſequitur.*

3 Sine cauſa & vanè. *licet enim mortuus fuerit in ætate virili, tamen ex laboribus videbatur iam antiquus, & in parte conſumptus, propter quod dixerunt ei Iudæi, Ioh. 8. g.* Quinquaginta annos nondum, &c.

4 Ergo iudicium. *quia ipſe videt, quòd nihil omiſi de contingentibus ad ſalutem Iudæorum.*

5 Formans me. *quia ab inſtanti incarnationis fuit diuinitus corpus Chriſti formatũ, & animatum, & ſic ex tunc perfectus fuit Chriſtus omnibus ſcientijs & chariſmatibus.*

6 Vt reducam Iacob ad eum. *ideſt populum Iſrael deſcendentem à Iacob, ad quem docendum fuit miſſus, vt dictum eſt.*

7 Et Iſrael non congregabitur. *in oculis domini per ſuſceptionem fidei, quia pro maiori parte in infidelitate ſua permanſit. Sicut enim Iacob & Iſrael ſunt duo nomina vnius perſonæ, Gene. 32. ita ſunt hic nomina vnius populi ab illo deſcendentis. Poteſt etiam hæc litera exponi, vt quod dicitur hic.* Vt reducam Iacob ad eum. *intelligatur de illis qui crediderunt ex populo Iudæorum, ſicut fuerunt apoſtoli alijq; diſcipuli multi, vt habetur in Actibus apoſtolorum. Et quod ſubditur.* Iſrael non congregabitur, *intelligitur de illis qui remanſerunt increduli.*

8 Glorificatus ſum. *Hic conſequenter deſcribitur operatio ſalutis quantum ad Gentiles, qui fidem Chriſti receperunt; & diuiditur in duas partes, quia primo deſcribitur huius ſalutis operatio, & ſecundò ſubditur gratiarum actio. ibi;* Laudatæ cæli. *Circa primum dicitur in perſona Chriſti.* Et glorificatus ſum. *inter credentes nomen meum, quod factum eſt virtute Dei patris, ideo ſubditur.*

9 Et dixit parum eſt. *in humanitate aſſumpta ad ſuſcitandas tribus Iacob de morte infidelitatis ad vitam fidei, ſecundum quam dicitur. Abac. 2. a.* Iuſtus autem ex fide viuit.

10 Et feces Iſrael. *ideſt vitia.*

11 Conuertendas. *In virtutes.*

12 Dedi te in lucem Gentium. *Per ſuſceptionẽ luminis fidei.*

13 Vt ſis ſalus mea *ideſt a me miſſa & data.*

14 Vſque ad extremum terræ. *Et hoc modo dicit Chriſtus apoſtolis. Act. 1. a.* Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.

15 Hæc dicit dominus. *ſcilicet Deus pater.*

16 Redemptor Iſrael. *quia dedit filium pro eius redemptione.*

17 Sanctus eius. *ideſt ſanctificator.*

18 Ad contemptibilem animam *i. Chriſtum denominando à parte totũ, qui in humanitate aſſumpta contẽptibilis apparuit infra 53. b.* Quaſi abſconditus vultus eius, & pe. pectus, &c.

19 Ad abominatam Gentem. *i. primitiuam eccleſiam, quam ſupra modum abominati ſunt principes Iudæorum, vt patet in actibus apoſtolorũ in pluribus locis. ſimiliter poſtea multi Romani imperatores, vt Nero, Domitianus, Diocletianus, Maximianus, & multi alij eam totaliter exterminare quærentes.*

20 Ad ſeruum dominorũ. *i. populum catholicum, quia tunc Chriſtiani frequenter condemnabantur ad metalla fodienda, & alia opera ſeruilia facienda.*

21 Reges videbunt. *miracula in virtute nominis Chriſti fienda per apoſtolos, & eorum ſucceſſores.*

22 Et conſurgent principes. *ad ſtatum fidei Chriſtianæ, quod maxime patuit tempore Conſtantini.*

* Et

### MORALITER.

† 1 *Ego dixi.* In uacuum laboraui, &c.
4 *Ergo iudicium.* i. gratiã eius tantum expecto, ideo ſubdit.
5 *Formans me.* ex infuſione ſuæ gratiæ.
6 *Vt reducam, &c.* ſ. ſimplicem baptizatum.
7 *Et Iſrael.* Literatus ſuperbus cum ſanctis nõ ſociabitur Vnde beatus Aug. cum legiſſet vitam Pauli ſimplicis fertur dixiſſe: Simplices & illiterati rapiunt cęlum, nos autem cum literis noſtris trudimur ad infernum.

Auguſtin. de Paulo ſimplice.

8 *Et glorificatus ſum, &c.* ſ. in ſpe, ſed quia bonus prælatus non ſolũ in ſua dioceſi ꝑficit, ſed etiã in aliis. ſicut patet de B. Auguſt. & Ambroſio & ſimilibus. qui per libros ab eis cõditos proficiũt toti eccleſię Dei, ideo dr̃ à domino ſibi.
9 *Parum eſt, &c.* Sequitur.
12 Dedi te in lucem Gentium, &c.
15 *Hæc dicit dom.* quoniam ſub bono prælato proficiunt magni, & parui, ideo ſubditur. *Hæc dicit dom. &c. ad contemptibilem animam, &c.* in quo notantur parui.
21 Reges videbunt & conſurgent principes, in quo notantur magni.

† Et

A a *In tempore placito.* Paſſionis, reſurrectionis in quo placuit a Deo redimere genus humanum.
✲ Procopius. Fuerat enim ante mūdi cōſtructionē pręcognitū Chriſti myſterium, ſꝫ his emicuit temporibus, q b bus præpotenti placuit. Itaque ī carnationis tēpus diei nomine ſignificat, vt Paul⁹: *Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce* B *nunc dies ſalutis.*
b *Super vias paſcentur,&c.*
✲ Euſebius. veteri lege cautum erat, ne quis extra Ieroſolymitanū templum ſacrificia Deo offerret, aut veſceretur ante dominum. Ecce quomodo iam in lege noua, in oībus viis paſcuntur, & in oībus viis paſcua fideliū ſunt.

c *Et*

a¶Te. ¶Cum venerit in gloria patris cum angelis. b¶Patrem.
& adorabunt propter dominum, quia fidelis eſt: & ſanctum Iſrael
a¶In ſalutem mundi. b¶Pater ad filium. c¶Gratiæ de quo: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc di.ſa. d¶Dicentem. Pater clarifica filium tuum, vt filius tuus cla.te.&c.
qui elegit te. Hæc dicit dominus: In tempore placito exaudiui te, &
a¶Humanæ. b¶In cruce. c¶Dicentis: Quare me dere. d¶Morte ſuperata. ¶A morte ſuperata. e¶Amicitiæ & charitatis.
in die ſalutis auxiliatus ſum tui. Et ſeruaui te, & dedi te in fœdus po
¶Fidelis. a¶Ad vitam animæ. b¶Iudæorum qui credere noluerunt. ¶Terrenos qui in idololatriæ iacebant erroribus. d¶Gentes: Poſtula a me, & dabo tibi Gen. hære tu.
puli, vt ſuſcitares terram, & poſſideres hæreditates diſſipatas, vt di-
a¶Per varios errores. b¶Funiculis peccatorum: Funibus enim peccatorum ſuorum quiſque conſtringitur. c¶Infidelitatis & ignorantiæ, qui lucem videre non portant. d¶Illuminamini.
ceres his qui vincti ſunt, exite: & his qui in tenebris, † reuelamini.
a¶Et ſic. b¶Conuerſi lumen Chriſti aſpicientes. ¶Doctrinas apoſtolorum & prophetarum. b¶Dominus paſcit, & nihil mihi deerit, &c. c¶Apertis ſcripturis. d¶Erit. e¶Paſti ante. f¶Panem verbi.
Super vias paſcentur, & in omnibus † planis paſcua eorum. Non
a¶Aquam ſapientiæ, b¶Aduerſa ſeculi non nocebunt. Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem. c¶Chriſtus qui in miſericordia ſua redemit
eſurient neque ſitient, & non percutiet eos æſtus & ſol: quia miſe-
a¶Benedicite domino de fontibus Iſrael. Et alibi: Haurietis aquas de fontibus ſaluatoris. b¶Veteris & noui teſtamenti.
rator eorum reget eos, & ad † fontes aquarū † portabit eos. Et ponā
a¶Impedimenta mundi, vel apoſtolos, qui via alijs. ¶Eis. b¶ lanam. c¶Gradientes ſuper ſemitas meas. d¶Quibus paratur via.
omnes montes meos in viam, & ſemitæ meæ † exaltabūtur. Ecce iſti
a¶Ab Oriente. b¶Ad fidem ad vnitatem eccleſiæ. c¶Alii fideles. d¶Quaſi ab omnibus mundi partibus. e¶Occidente.
de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & iſti de terra
a¶Ergo. ¶Dominum de ſalute humani generis. b¶O angeli, c¶Habitatores terræ. d¶Ex immenſa cordis lætitia. e¶Præ eminentes virtute.
Auſtrali. † Laudate cœli, & exulta terra: iubilate montes laudē, quia
¶Per filium. ¶Pater. a¶Fidelem, qui ſcilicet ex Iudæis crediderunt. b¶Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. ¶Gentium quæ ſine lege & ſine Deo. ¶Qui deſerti dæmonibus ſubiacebant.
cōſolatus eſt dn̄s populū ſuū, & pauperū ſuorū miſerebitur. Et dixit

1 c *Et ponam oīs* D
2 *modo.* ✲ Proco.
3 Dicas, & mon
4 tes peculiari-
5 ter magis aīas
6 eas quę rerum
7 præclarè geſta-
8 rum virtutiſq;
9 gloria, dum in
10 terris verſanť,
11 in altū erigun
12 tur Humiles
13 autē eos quos
14 ď quatuor mū
15 di cardinibus
16 Spiritusſancti
17 participes eſfe
18 ctos, diabolica
19 ſeruitute Chri
20 ſtus liberauit.
21 d *Dixit Sion.* Ie
22 ruſalem & Siō E
23 quatuor mo-
24 dis dr̄. Terre-
na.ſ.de qua: *Ie*
25 *ruſalem quæ occi*
*dis prophetas.*
26 Cōgregatio iu
27 ſtorum in ter-
28 ra poſitorum.
29 vnde. *Diligit*
30 *dominus portas*
*Sion.* Multitu
do cœleſtium virtutum, & ſanctorum iam cum domino regnantium. vnde: *Quæ ſurſum eſt libera eſt, quæ eſt mater noſtra.* Et illa quā

☞ Iudæi

† migrate manifeſtate vos.
† ducet.
Matt. 13. d
Pſal 85. a.
Gal 4 d.
Apoc. 21. a.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ado. propter do. *Scilicet patrem.*
2 Quia fide eſt. *Mittendo redemptorem mundo, ſicut patribus promiſerat.*
3 Et ſan. Iſrael. *ideſt ſanctificatorem eius.*
4 Qui elegit te. *Scilicet Chriſtum hominem ad opus redemptionis humani.* C
5 Hæc dixit do. *ideſt, Deus pater.*
6 In tempore placito. *ideſt gratiæ.*
7 Exaudi. te. *Omnis enim creatio Chriſti ad patrem fuit exaudita quę proceſſit ſecundum deliberatiuam voluntatem.*
8 Et in die ſalutis. *ideſt, in die paſſionis, qua operatus eſt ſalutē in medio terrę.*
9 Auxiliatus ſum tui. *Dando conſtantiam patiendi.*
10 Et ſerua te. *Recipiendo animam tuam in morte, & priuando corpus à corruptione.*
11 Et de te, &c. *Vt per te Deo fœdere.*
12 Vt ſu. ter. *idē habitātes in terra à morte culpę ad vitā gratię.*
13 Et poſſideres hæ. diſſipatas. *ideſt, nationes Gentium diuerſis erroribus laceratas.*
14 Vt diceres his qui vin. ſunt. *Conſuetudine peccandi.*
15 Exite. *Per veritatem pœnitentiæ.*
16 Et his qui in tenebris ſunt. *Scilicet ignorantiæ.*
17 Reuelamini. *In veritatis cognitione.*
18 Super vias paſcentur. *ideſt, in obſeruatione mandatorum & conſiliorum.*
19 Et in omnibus planis. *ideſt in ſanctorum exemplis quæ ſunt ita plana quod poſſunt ab omnibus videri.*

20 Paſcua

20 Paſcua eorum. *Quia magis ædificant exempla quam verba.*
21 Non eſurient neque ſitient. *Ex hoc enim patet, quod non intelligitur de reditu captiuitatis Babylonicę, quia nunquam ſic eſt impletum: ſed de redemptione facta per Chriſtum, quę quidem habet effectum in conſecutione vitæ beatę, vbi nullum ſentitur malum, & habetur omne bonum. Ideo ſubditur.*
22 Et ad fontes aquarum potabit eos. *Per quod deſignatur quies appetitus in bono adepto.* F
23 Et ponam omnes montes, &c. *Per hoc intelligitur remotio impedimentorum publicationis Euangelij per diſcurſum apoſtolorum aliorum quem diſcipulorum, vt fuit dictum ſupra 40. c. Ideo ſubditur.*
24 Ecce iſti de longe. *Scilicet ad fidem per prædicationem.*
25 Et ecce illi ab Aquilone, &c. *ideſt, de omni parte terrę habitabilis aridæ & inſularum maris.*
26 Laudate cœli. *Hic conſequenter ponitur huius beneficij gratiarum actio, cum dicitur:* Laudate cœli. *ideſt, angeli qui ſunt ciues cœli, & Chriſto nato gratias agentes cantauerunt.* Gloria in altiſſimis Deo, &c. *Lucę 2. b.*
27 Et exulta terra. *ideſt, habitantes in terra, quantum ad minores & mediocres.*
28 Iubilate montes laudem. *Quantum ad maiores.*
29 Quia conſola. eſt dominus. *Per modum prædictum.*
30 Et dixit Sion. *Hic conſequenter tollitur metus deſperationis: Et primò redemptionis fiendæ per Cyrum ſecundo reſpectu redemptionis fiēdæ per Chriſtū: quia iſtę duæ ſimul tanguntur à propheta, vt dictum eſt ſupra ſecunda ibi:* Leua in circuitu. *Circa primum dicitur:* Et di. Sion. *ideſt, illi qui fuerant habitatores Sion.*

✲ Dereli-

## MORALITER.

† 1 *Et adorabunt propter dominum Deum, &c.* Proficientes in bono ex tua doctrina. Et quoniam boni prælati Deum deprecantur pro tali profectu populi ſui, ſubditur.
5 *Hæc dicit dominus. In tempore placito exaudiui te.* ideſt, homines terrenos a morte culpæ.
13 *Et poſſideres hæreditates, &c.* ideſt, animas peccatis laceratas.
14 *Vt diceres his qui vincti ſunt.* Cōſuetudine peccandi quę eſt quædam cathena ligans peccatorem in culpa.
16 *Et his qui in tenebris ſunt.* Scilicet ignorantiæ.
18 *Super vias.* ſ. mandatorum Dei, & conſiliorum.
† *Paſcentur.* Doctrina tua.
19 *Et omnibus planis.* Ideſt, ſanctorū exemplis quæ de plano etiam à ſimplicibus capiuntur.
20 *Paſcua eorum.* Ideſt, refectio mentis.
21 *Non eſurient, &c.* ſcilicet illi qui perducti fuerint ad cęli gaudia.
23 *Et ponam omnes montes in viam.* Ideſt, impedimenta prædicationis auferam, nā & prælati qui ratione ſtatus montes poſſunt dici, dant proficere valentibus autoritatē prędicādi in omnibus partibus ſuæ diœceſis. Ideo ſubditur.
24 *Ecce iſti de longe venient.* & quoniā ex tali profectu laudandus eſt Deus. Sequitur.
26 *Laudate cœli.* Ideſt Angeli.
28 *Et exulta terra.* ideſt, habitatores terræ: nam vtrique debent de conuerſione peccatorum gaudere.

A Iudęi, & noſtri Iudaizãtes, fingunt deſcendere de cœlo ornatã ſ'm Apocalypſim Ioã. Sciendum aũt quia congregatio ſanctorum in captiuitate Babilonis, hoc dicit: *Dereliqui me do.*

Apoc. 21.
† Iſtæ obliuiſcentur.

a *Ecce in manibus, &c.* Ex hoc diſcimus Ieruſalem in regione Paleſtinæ non eſſe quęrẽdã: quæ totius prouinciæ deterrima, & ſaxoſis mõtibus exaſperata penuriam fontium patitur.

† ligabis.

B

b *Structores.* Apoſtoli & alij: Culpa Iudæorum, ideſt, Scribarum, & Phariſæorũ deſtructa es, prædicatione quorundã Iudæorum. i. apoſtolorũ tam de Iudæis, quam de Gentibus congregata es.

† effugabuntur.

† appropinqua. vade vltra propter me.

† leuo

Lib. I. de vnitate eccleſiæ cap. 7.

✠ Auguſtinus. Breui ædificaberis (o eccleſia) ab his a quibus euerſa es, ideſt, a regibus terræ qui prius perſequebantur eccleſiam, poſt adiuuare eam vehementer. Sed quia multi eorũ in ſuis iniquitatibus mortui erant adiũxit, & qui deſolauerũt te, diſcedent a te.

D

c *Omnes iſti congregati.* Iudæi ex omni natione, quæ ſub cęlo eſt, in die Penthecoſtes diſperſi .n. fuerãt tempore Machabæorum ab Antiocho Epiphane. Ex his crediderunt vno die tria milia, altera quinque milia. Gentesquoque ex omnibus partibus mundi quotidie congregantur ad fidem eccleſiæ.

E

d *Ornamento.* Varijs ſpiritus ſancti gratijs, quibus ornatur ſponſæ ambitio, de qua dicitur: *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate.*

e *Ego ſterilis.* Quia poſt Aegęũ, & Zachariã, & Malachiã, qui

a ¶ Congregatio ſanctorum. b ¶ Captiuam. c ¶ Iam diu. d ¶ Sed.
Sion: dereliquit me dominus, & dominus oblitus eſt mei. Nunquid 1
¶ Reſponſio domini natural ſimilitudine vtentis. 2
obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vte †
a ¶ Non. b ¶ Tamen. ¶ Quaſi: Plus aliquid dicam. c ¶ Duritia mentis vincens iura naturæ. d ¶ Creator.
c ¶ Creatura. ¶ Semper ſanctorum animas in medio corde retinebo.
ri ſui? † Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Ecce in 3
a ¶ LXX. Super manus meas depinxi muros tuos. b ¶ Vt ſemper videam & memorem te, ne te arbitraris penitus derelictam. c ¶ Patriarchæ & prophetæ qui orationibus ſui te muniunt.
manibus meis deſcripſi te, muri tui coram oculis meis ſemper. Ve 4
a ¶ Scribæ & Phariſæi traditionibus ſuis b ¶ Prauis exemplis ſuis doctores praui, vt ſequans traditionibus hominũ 5
non legem Dei. c ¶ Capti à Romanis d ¶ Leuate oculos veſtros & videte regiones, quia iã albæ ſunt ad meſſem. 6
nerunt ſtructores tui, deſtruẽtes te & diſſipãtes à te exibunt. Leua 7
a ¶ O apoſtoli & primitiua eccleſia. 8
in circumitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregati ſunt, vene- 9
a ¶ Iurando ſecuros facit, hoc eſt iuramentum veteris teſtamen. b ¶ Fidelibus tam Iudæis quàm Gentibus: Fœlix 10
quiſtantus eſt, vt ornamentum eccleſiæ dicatur. 11
runt tibi. Viuo ego, dicit dominus: quia omnibus his velut orna- 12
a ¶ Ornaberis. b ¶ Eccleſia quæ eſt Chriſti corpus: vnde eis tanquam de vna perſona loquitur, iuxta primam regulam Ticonij c ¶ Infidelium.
mento veſtieris, & † circundabis tibi eos quaſi ſponſa. Quia deſerta 13
a ¶ Sine Deo. b ¶ Veniente Euangelio. c ¶ Quia ſubintrabunt fideles. 14
tua, & ſolitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ, nunc anguſta erunt præ
a ¶ A Romanis b ¶ A Deo ſeparabant a falſa doctrina & operatione mala. c ¶ Phariſæi & Scribæ. ¶ Perſecutores.
habitatoribus: & longè † fugabuntur qui abſorbebant te. Adhuc 15
a ¶ O primitiua eccleſia b ¶ Quia diu ſterilis fuiſti. c ¶ In Iudæa, in ſynagogis. 16
dicent in auribus tuis filij ſterilitatis tuæ. Anguſtus eſt mihi locus: 17
a ¶ In toto mundo in eccleſijs. b ¶ Latius, ne comprimar blaſphemiis Iudæorum.
c ¶ Admirando non valens magnitudinem lætitiæ tuæ ore proferre.
† fac ſpacium mihi, vt habitem. Et dices in corde tuo: Quis genuit 18
a ¶ Filios. b ¶ Eram. c ¶ In generatione fidelium. ¶ Deo. d ¶ In Babyloniam. 19
mihi iſtos? Ego ſterilis & non pariens, tranſmigrata & captiua: &
¶ Filios. a ¶ A Deo viro meo. b ¶ Filij. ¶ Miratur quomodo tam cito tales & tot genuerit
iſtos quis enutriuit? Ego deſtituta & ſola, & iſti † vbi hic erãt? Hęc di- 20
a ¶ Pater. b ¶ Quaſi. Non mireris vnde filios habeas, &c. ecce, &c. c ¶ Reuelo, qui exurget regere Gentes, in eum Gentes ſperabunt. 21
cit dominus Deus. Ecce † leuabo ad Gentes manũ meã: & ad popu- 22

† P

I

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Dereli. me. do. *Hoc dicebant Iudæi Babylonem ducti, poſt deſtructionem ciuitatis & templi: quod remouetur cum ſubditur.*

2 Nunquid obliuiſci poteſt. *Et patet litera.*

3 Ecce in manibus meis deſcripſi te. *Ideſt, ita te habeo in memoria, ſicut illud quod tenetur manu.*

4 Muri tui. *Scilicet ciuitatis & templi.*

5 Coram oculis. *Quia præuideo eorum reparationem.*

6 Venerunt ſtructores tui. *Ideſt, citò venient. ſcilicet Zorobabel & Ieſus filius Ioſedech, ad reædificationem templi, & Neemias ad reædificationem ciuitatis.*

7 Deſtruentes te. *Ideſt, conantes te deſtruere.*

8 A te exibunt. *Quod patet impletum de Samaritanis quos noluerant reuerſi de captiuitate aſſociari ſibi in templi reędificatione, vt habetur. 1. Eſdr. 4. & ſimiliter de ædificatione ciuitatis, dixerunt eis Neemiæ 2. d.* Vobis non eſt pars & iuſtitia & memoria in Ieruſalem.

9 Leua. *Hic remouetur metus deſperationis reſpectu redemptionis fiendæ per Chriſtum. In primitiua enim eccleſia erant credentes pauci, & de humili plebe, & perſecutionibus principum oppreſſi, vt patet in Act. Apo. propter quod æſtimari poſſet de facili, quod totũ citò deberet annihilari: & ideo denunciat eccleſiæ primitiuæ multiplicationem magnam fidelium. & primò denunciatur hæc multiplicatio. ſecundò remouetur quædam obiectio, ibi:* Nũquid tolletur. *Circa primum dicitur:* Leua in circumitu oculos tuos. *ideſt, ad omnes partes orbis.*

10 Et vide. *multi populi ad te per fidem venientis.*

11 Omnes iſti congregati ſunt. *In fide formata charitate.*

12 Omnib. his velut ornamento veſtieris. *Multitudo enim fidelium eſt eccleſiæ ornamentum.*

13 Quia deſerta tua &. *Sic vocat terram Iudææ, quia poſt paſſionem Chriſti a Romanis fuit deſtructa.*

14 Nunc anguſta erunt. *ideſt, omnes fideles non poſſent ibi capi, propter quod apoſtoli aliique diſcipuli pro maiori parte egreſſi ſunt inde ad alias partes mundi pro dilatatione fidei.*

15 Et longè fugabuntur qui abſorbe. *ideſt, ſitiebantur abſorbere quia principes Iudęorum qui conabantur eccleſiam naſcentem abſorbere, vt patet Act. 4. 5. & 8. & in pluribus alijs locis, per Romanos partim fuerunt trucidati & partim captiuati.*

16 Adhuc dicent in aurib. tuis, &c. *Ideſt, paucitatis fideliũ.*

17 Anguſtus eſt mihi locus. *Quia ſicut dictum eſt, exierunt apoſtoli per diuerſum orbem pro multiplicatione fidelium.*

18 Et dices in corde tuo. *Præ admiratione tantæ multiplicationis.*

19 Tranſmigrata & captiua. *Quia tempore perſecutionis quæ facta eſt ſub Stephano, omnes fideles qui erant in Ieruſalem diſperſi ſunt ad alias regiones præter apoſtolos, Act. 8. illi etiam qui poterant capi, trahebantur ad carceres vt captiui, Act. 9. & modus hic multiplicationis oſtenditur cum ſubditur.*

20 Hæc dicit dominus. Ecce leuabo ad Gentes. *Non fiet virtute humana, ſed diuina.*

21 Manum meam. *in operibus miraculoſis, quibus viſis Gentiles conuertebantur.*

22 Et ad po. exal. ſig. meum. *Ideſt, ſignum crucis.*

✱ Et

## MORALITER.

† *Et dixit Sion.* Aliquando fuit eccleſia in tanta tribulatione, quod videbatur aliquibus Deus eam deſeruiſſe: & † & adhuc magis videbitur Antichriſti tempore: propter quod in eius perſona dicitur. *Et dixit Sion: Dereliquit me do.* propter quod Deus eam conſolatur, dicens.

2 *Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum.* Quaſi diceret non, ſic nec eccleſiam meam derelinquam.

4 *Muri tui coram oculis meis,* Ideſt, diſpoſui te claudere clauſura virtutum.

6 *Venerunt ſtructores tui.* Ideſt doctores ſacri.

7 *Deſtruentes te.* ideſt heretici.

8 *A te exibunt.* A ſacris doctoribus confutati. Promitti etiam ei multiplicationem fidelium, & bonorum ſpiritualium, cum dicitur.

9 *Leua in circuitu oculos tuos & vide: omnes iſti, &c.* Et hoc modo literaliter expoſui vſque ad finem huius capituli Nec occurrit mihi alia ſpiritualis expoſitio conuenientior hic ponenda, nec eadem ratione in reſiduo libri huius quod ſimili modo literaliter expoſui, ſcilicet de Chriſto & eccleſiæ proceſſu.

† MORA-

a¶Filium. ¶In vexillo crucis. b¶Crucem. ¶Quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. c¶Tunc. ¶O primitiua eccleſia. d¶Apoſtoli ad fidem, vel angeli poſt mortem ad requiem.

los exaltabo † ſignum meum. et afferent fi-

a¶Filioli mei, quos it. p. b¶Verbo & opere. c¶Fœminas vel animas. ¶Vnde: Lac vobis potum dedi, non eſcam. 1

lios ſuos in vlnis, & filias tuas ſup humeros

a¶Apoſtoli. b¶Quorum cor in manu Dei: vnde Abrahæ dicitur. Rex ad Deum tuum nobis es c¶In lacte verbi.

portabunt. Et erunt reges nutricij tui, & regi 2

a¶Supplices. ¶Alias dimiſſo.

a næ nutrices tuę. Vultu in terra demiſſo ado-

a ¶O primitiua eccleſia in capite tuo, qui eſt Chriſtus. 3

b rabunt te, & puluerem pedum tuorũ lingẽt.

c a¶Per hæc omnia. b¶Non alius. c¶Trinitas. d¶Super me ſcilicet.

Et ſcies quia ego dominus, ſuper quo nõ cõ- 4

¶In iudicio. ¶Fideles. a¶Per quemlibet ſanctorum. 5

fundentur qui expectant † eum. Nũquid tol- 6

a¶Diabolo. Cum fortis armatus cuſto atrium ſuum, in pa ſunt omnia quæ poſſi b¶Humanum genus. c¶Idem. d¶Mundus in maligno poſitus eſt.

letur à forti præda, aut † quod captũ fuerit à

a¶Qui audet dicere: Hæc omnia dabo tibi ſi pro a me.

d robuſto, ſaluum eſſe poterit? Quia hæc dicit

a¶Humanum genus captiuam duxit captiuitatem. b¶Diabolo. c¶Per filium.

dominus: Equidem & captiuitas à forti tol- 7

a ¶Diabolo. b¶Per ſanguinem filij.

letur, & quod ablatũ fuerit à robuſto ſalua-

a¶Dæmones, vel Gentes, vel Iudæos. b¶Iniuſte. c¶Et in præſenti & in die iudicij.

bit. Eos verò q iudicauerũt te, ego iudicabo,

a¶In fide. b¶A morte æterna. c¶In præſenti, & in futuro. 8
d¶Contrarias poteſtates 9

& filios tuos ego ſaluabo. Et cibabo hoſtes 10

a¶Pœna carnalitatis, ſcilicet ſuis peccatis ¶Non aliena morte, ſed propria. 11
b¶Pęna ſanguinis quem fuderunt.

e tuos carnibus ſuis, & quaſi muſto ſanguine 12

a¶S:c. ¶Tunc. b¶Quæ videbit ſalutare Dei.

ſuo inebriabũtur. Et ſciet omnis caro qa ego

a¶In ſanguine filij. b¶Qui luctatus ſum cum Iacob, vel fortitudinis Iacob auxiliator fui: vt in paſſione ſuperatus, benediceret crucifigentibus. Pater ignoſce illis, &c. 13

f dñs ſaluãs te, & redemptor tuus fortis Iacob. 14

15

qui & Eſdras, non habuerunt prophetas, qui eos in lege nutrirent, vſque ad Ioãnem Baptiſtam. A

a *Reginæ*. Idem, ſed magis affectuoſè. Vnde: *Aſtitit regina, &c.* Quæ, ſcilicet quotidie Chriſti paruulos nutrit & ad perfectam ætatem ducit.

* Procopius. Summum fore fidelibus honorem demonſtrat, quod eorum nutritios reges, & reginas nutrices fore ſignificat. imò, & ipſa gentium imperia, demẽſis in pauperes nutritiorum more, diſtributis, eccleſiæ ſubſeruitura. Aliàs autẽ & ipſa vehemens ſollicitudo, nutritijs gloriam conciliat, qui genuflexo in eccleſia terræ frontem alludunt, puluerem ipſum vt ita dicam, propter fidem delingere geſtientes.

B

b *Adorabunt*. Venerabũtur ſecundum illud: *Adorabunt ſcabellum pedum eius*, in quo pede maieſtas indicatur.

c *Puluerem pedum tuorum.* Omnem. ſ. terrenitatem verbo & exemplo mundabũt, ſecundum quod dictũ eſt: *Quodcunque ſolueris ſuper terrã erit ſolutum, &c.* vnde. *Excutite puluerem pedum veſtrorum.*

* Proſper. Proſternent ſe ad pedes tuos, ò eccleſia. & pedum tuorũ puluerem lingent, ideſt, baſiabunt pedes principum eccleſiæ humiles, cum petent baptiſma.

d *Quia hæc dicit dominus.* Reſpondet quæſtioni, quia hæc, ſcilicet in aduentu ſuo compleantur.

e *Carnibus ſuis.* Non aliena morte, ſed propria, vt qui carnales ſunt, (quia domini ſpiritum perdiderunt ſuis carnibus ſaturentur. vnde: *Dũ appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas.* Non enĩ ſpiritus, qui incorporalis eſt, ſed caro comeditur, ferocium beſtiarum patens morſibus. D Pſal. 26. a

f *Fortis Iacob.* Qui dedi fortitudinem Iacob luctandi cum angelo oratione (vt aiunt) non manibus. Volebat enim angelus, qui eum cuſtodiebat in peregrinatione, ad Deum recedere. Euicit autem oratione, vt eum benediceret & audiuit: Si cum Deo fortis es in oratione, ſcilicet, quantò magis contra homines præualebis? quaſi & oratione contra Eſau quem metuis, præualebis. Gen. 32. f.

† me.

† captiuitas iuſta euadet?

* Origenes. Tibi præſtatur vt deuictis gygantibus, intres in regnum, qđ illi perdiderunt, vt impleatur quod ſcriptum eſt. Quis accipiet à gygante ſpolia? Vnde dominus dicebat in Euangelio. *Nemo poteſt introire in domum fortis, &c.* Qui licet propter ſuperbiã ſuam a domo cœleſti ſit deiectus, tu tamen niſi viceris illum, non intrabis in domum fortis Neque vinci ſolum, verum & alligari oportet, niſi enim alligetur, haud tutum eſſe poterit iter noſtrum. Nunc ergo quantum ad comparationem humanæ & dęmonicæ naturæ, nos locuſtæ ſumus, & illi gygantes, ſi vero ſequamur Ieſum, tanquam nihil erunt in conſpectu noſtro. E Hom. 7. in Numeros.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et afferent filios ſuos. *Quia ſe & prolem ſuam offerebant apoſtolis alijſque diſcipulis, vt fierent filij eccleſiæ per ſuſceptionem ſacramenti baptiſmatis.*

2 Et erunt reges nutricij tui. *Hoc patet impletum in multis regibus & reginis, qui fidem catholicam ſuſcipientes paſcebant pauperes fideles.*

3 Vultu in terra demiſſo, &c. *Ideſt habebunt te in maxima reuerentia, quod patet impletum tempore Conſtantini & aliorum regum Chriſtianorum.*

4 Et ſcies, quia ego do. *Per experientiam tanti boni.*

5 Super quo non. *Quia finaliter conſequuntur expectata.*

6 Nunquid tol. *Hic remouet obiectionẽ: quæ poſſet fieri: Et primò ponit eã dicens:* Nunquid tolletur à forti præda. *Tanta. n. erat poteſtas principum Iudæorum in primitiua eccleſia quòd primò conati ſunt eccleſiam abſorbere, & multo maior imperatorum Romanorum qui poſtea idem attentauerunt, vt ſupra dictum eſt, quod nõ videbatur poſſibile eccleſiam erui de manibus eorum: Et per fortem hic intelligitur poteſtas Iudæorum, per robuſtum poteſtas Romanorum. Conſequenter remouet hanc obiectionem, dicens.*

7 Equidem &c. à for. tol. *quia in vtraque perſecutione non ſolum eccleſia fuit ſaluata, ſed etiam mirabiliter multiplicata.*

8 Eos vero. *Ideſt, Iudæos & Romanos.*

9 Qui iudicauerunt te. *Iniuſtè.*

10 Ego iudicabo. *Inferendo pœnam debitam pro peccato: ideo ſubditur:* F

11 Et cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis. *Ideſt, iſtos ſatiabo de carnibus illorum, quia Romani multum ſanguinem Iudæorum effuderunt. Iudæi etiam inter ſe multa bella intrinſeca tunc temporis habuerunt, vt dicit Ioſephus multi etiam imperatores Romani perſequentes eccleſiam per ſenatum ad mortem condemnati ſunt, vt patet de Nerone, qui primam mouit perſecutionem, & de Domiciano, qui mouit ſecundam.*

12 Et ſciet omnis caro. *ideſt, ſcire poterit omnis homo.*

13 Quia ego dominus ſaluans te. *Tantas enim perſecutiones ſuſtinuit eccleſia, quod quilibet rationabiliter ſcire poteſt, quod ſtetit ſola virtute diuina.*

14 Redemptor tuus. *Proprio ſanguine.*

15 Fortis Iacob. *ideſt, fortis ſupplantator diaboli, & ſic Iacob eſt nominatiui caſus. vel fortis ad defendendum populum meũ catholicum: & ſic Iacob eſt genitiui caſus vel datiui. nomina. n. Iacob & Iſrael tranſlata ſunt ad populũ catholicũ, vt oſtenſum eſt ſupra.*

* CAP.

## ADDITIO

*In cap. 49. vbi dicitur in poſtil.* Reges videbunt miracula in virtute Chriſti.

*Iſte verſus.* Reges videbunt. *punctuatur ſic in Hebræo.* Reges videbunt & conſurgent. *ibi punctus. Et eſt ſenſus quod reges videntes miracula Chriſti, ſeu diſcipulorum eius. Conſurgent .ſ. ad venerandam doctrinã Chriſti, eo modo quo dicitur Leui. 19 g* Coram cano capite conſurge. *Sequitur.* Et principes adorabunt dominum Deum tuum. *Et eſt ſenſus: Principes videbunt miracula ſupra dicta. Et adorabunt Deum, ſcilicet qui prius adorabant idola: & eſt quaſi repetitio eiuſdem.*

## CAP. L.

A Hæc dicit dominus: *Quis eſt*. Poſt vocationem Gẽtium, poſt captionem fortis, cuius præda diuiſa eſt Apoſtolis, loquitur ad populum Iudæorum ſuper Sion quæ ſuperius ait: *Dereliquit me dominus, &c.* (Sup. 49. d.)

(Li. 6. in Leuiticum.) * Iſichius. Synagoga repudiata eſt à Deo ſuo tãquam a viro ſuo, qui ei per electionem vir factus fuerat, ſed quia poſtea culpabilem reperit, propterea eam repudiauit. Oſee 2. *Iudicate matrẽ veſtram, iudicate quia ipſa non vxor mea, & ego non vir eius.*

b *Vendidi.* *Ego autem carnalis ſum venundatus ſub peccato.* (Rom. 7. c.) *Qui facit peccatũ ſeruus peccati eſt.* (Ioan. 8. d) Vnde. *Non regnet peccatum in corpore veſtro.* (Rom. 6. d)

(Lib. de Tobia cap. 8.) * Ambroſius. Venditur, qui obligatus fœneratori fuerit, & venditur non vno pretio, ſed quotidiano, & B qui tali domino animam vendit, non vendit ære, ſed culpa & peccato.

(Hom. 16. in Exod.) * Origenes. Diaboli ſerui ſiũt peccatores, & vide qua pecunia eos emat, homicidio, adulterio, furto, hæc. n. (†infra 59. a) diaboli eſt pecunia, feciſti adulterium, diaboli pecuniam ſuſcepiſti, in eo enim eſt diaboli imago & ſuperſcriptio. redempti verò ſumus Chriſti ſanguine. (†ſaluandum.)

c *Quia veni &c.* Hoc eſt, vt ſciatis me matrem veſtram non repudiaſſe: ſed eam voluntate propria receſſiſſe. Poſt multa beneficia carnẽ aſſumpſi. nec iam per prophetas, ſed præſens ipſe locutus ſum. († eò quòd non ſit aqua Luc. 13. g.)

d *Non erat vir.* Herodi propter malitiam dictum eſt: *Dicite vulpi illi.* Et Phariſæis. *Genimina* *Genimina viperarum.* Et de libidinoſis. *Equi inſanientes in fœminas.* D De voluptuoſis: *Nolite mittere margaritas ante porcos.* De impudentibus. *Nolite ſanctum dare canibus.* (Matt.) De omnib. in commune: *Viſio quadrupedum in deſerto.* (Ieren.)

e *Vocaui.* q. d. Rationales. *Inclinate aurem veſtram in verba oris mei.* (Matt.) *Qui ſitit, veniat & bibat*, & huiuſmodi. (Ibidem. Iſa. 3[?]dum. Lxx. Pſal.; Ioan.)

e *Nunquid.* Inuehitur cõtra eos qui putabant dñm non potuiſſe liberare populum ſuũ à captiuitate, ponens rationem, & exempla planiſſima. († Vb) q. d. Qui olim hæc feci, etiam nunc populum meũ liberare nõ potui? Vel Qui cœlum, terrã, & maria facio ſeruire mihi, crucẽ euadere non potui? ſecundum illud: *An putas quia nõ poſſum rogare patrem meum, vt exhibeat mihi plus quàm duodecim legiones angelorum?* (Mat.)

* Auguſtinus. Vis agnoſcere cur te iugo ſeruitutis addictũ redimere noluerit? audi quid dicat, poſtquã exprobrarat Iudæis cãm voluntariæ vẽditionis, qđ ſe. ſ. fœneratori dæmoni nouo fęnore ſubinde obligarẽt, adijcit cãm eſſe qđ à peccatis non deſiſterẽt, ſęuiebãt. n. in martyres, poſtq̃ affecerant cruce regẽ gloriæ, corrũpebant ſcripturas, & moliebantur oẽs dolos aduerſus dñm. († 35 hac Serm tem) E († qr)

f *Induam cœlos tenebris.* Aiũt philoſophi non amplius decem ſtadiis a terra nubes in ſublime leuari, & ſolis ſplẽdorem abſcondi: ſic excluſo cęli lumine, aer inferior obſcuratur. *Induam.* Sãctos, ſcilicet, vt ſe cognoſcãt peccatores. vnde: *Iuſtus in principio accuſator eſt ſui.* (Pro. 18.)

g *Et ſaccum po.* Vt agant pœnitentiã in timore, & cilicio.

*Dominus.*

## CAP. L.

a ¶ Quaſi: Nullus. ¶ Quaſi: Dicitis ò Iudæi me abieciſſe matrem veſtram, ſed ipſa prior abiecit me. 1
a Hæc dicit dominus: †Quis 2
eſt hic liber repudij matris veſtræ quo dimiſi
a ¶ Ac ſi dicat: Libellũ repudij oſtendere non poteſtis. Sed dicetis fortitan, quod creditori meo non aliud habens, vos reddiderim.
b ¶ Tanquam non habens quid aliud reddam.
eam? Aut quis eſt creditor meus, cui 3
a ¶ Quaſi: Ego non vendidi vos, ſed vos ipſi.
vendidi vos? † Ecce enim in iniquitati- 4
b a ¶ Pro libidine auaritia & huiuſmodi. ¶ Diabolo. qui animas accepit propter peccata veſtra. b ¶ Non culpa mea.
bus veſtris venditi eſtis, & in ſceleribus ve- 5
a ¶ Vltra tenere non potui: volentem abire permiſi. b ¶ Fornicantem. c ¶ In carne. 6
ſtris dimiſi matrem veſtram: † quia veni, &
a ¶ Quia omnes quaſi beſtiæ. ¶ Homo cum in honore eſſet non intellexit. 7
c b ¶ Ad pœnitentiam. c ¶ Vocantem.
non erat vir: vocaui, & non erat qui audiret. 8
†Nunquid abbreuiata, & paruula facta eſt 9
d a ¶ Potentia. b ¶ A diabolo ſicut liberaui ab Aegypto. ¶ A Babylonijs. 10
e manus mea, vt nõ poſſim redimere: aut non 11
a ¶ Populum meum ſicut olim.
eſt in me virtus ad † liberandum? Ecce in in- 12
a ¶ Iuſſione mea. b ¶ Aquis. c ¶ Si voluero, ſicut feci mare rubrum. d ¶ Mundum, vt eius amaritudo ſiccetur.
crepatione mea deſertum faciam mare: po- 13
a ¶ Alia ſicut Arnon & Iordanem. ¶ Prauas doctrinas, de quibus draco dicebat. Mea ſunt flumina, & ego feci ea. b ¶ In ſtercore ſuo.
nam flumina in ſiccum. Computreſcent pi-
a ¶ Curioſi. ¶ Sicut in flumine Ægypti. b ¶ Spiritus ſancti gratia. c ¶ Separati a bonis piſcibus. d ¶ Aquæ viuæ. ¶ Sicut in Aegypto areſcentibus fluuiis.
f ſces † ſine aqua, & morientur in ſiti. Induam 14
a ¶ Aereos b ¶ Tribus diebus in Aegypto tenebras palpabiles fecit, vt cœlum ſacco opertum videretur.
g cœlos tenebris, & ſaccum ponam operimẽ- 15

C F

## NICOLAVS DE LYRA.

## CAP. L.

* 1 Hæc dicit dominus. *Superius denunciata eſt populi Dei liberatio. Hic conſequenter ponitur impedimenti remotio. Et diuiditur in tres partes, ſecundum triplex impedimentum, ſecunda incipit ſe. cap. tertia 52. Circa primum ſciendum, quòd impedimentum ſic excluditur ex parte Dei, quòd econuerſo concluditur ex parte populi increduli. Diuiditur ergo in tres partes. quia primò excluditur impedimentum. ſecundò declaratur propoſitum, ibi:* Ecce in increpatione. *tertiò concluditur incredulorum interitus, ibi.* Quis ex vobis. *Impedimentum autem poſſet eſſe ex parte Saluatoris tripliciter, vt potè ſi eſſet nolens, vel neſciens aut impotens ad ſaluandum, & ideo primò excluditur ab eo defectus voluntatis, cùm dicitur.* (Diuiſio.)

1 Hæc dicit dominus. *Saluator noſter Ieſus Chriſtus alloquens Iudæos incredulos.*

2 Quis eſt hic liber repudij matris veſtræ, quo dimiſi eam? *quaſi dicat non poteſtis oſtendere, quòd ego dimiſerim Synagogam matrem veſtram propter odium, ſicut in lege veteri vir dimittebat vxorem ratione odij, nec etiam propter lucrum meũ: Ideo ſubditur.*

3 Aut quis eſt creditor meus cui vendidi vos? *A me alienando: & ideo conſequenter verum impedimentum concluditur cõtra incredulos, cùm dicitur.*

4 Ecce enim in iniquitatibus. *Ideſt, pro iniquitatibus veſtris.*

5 Venditi eſtis. *in ſeruos & ancillas à Romanis.*

6 Et in ſceleribus. *Ideſt, Synagogam. Sciendum, quòd ſcelus propriè accipiendo eſt peccatum contra Deum: Iniquitas autem contra proximum, eo quòd ſit contra æquitatem iuſtitiæ. Iudæi autem primò peccauerunt in Chriſtum, vt contra proximum, dicentes:* Ecce homo vorax & potator vini &c. *Et iterum quando proditorie emerunt ipſum vt morti traderẽt ſecundum humanitatem: quia diuinitas mori non poterat: & propter hoc venditi fuerunt per Romanos in ſeruos & ancillas in tantum, quòd non defuerunt aliqui venditores qui triginta pro vno numiſmate darẽt, vt dicit Hugo Floriacen. ſicut econuerſo, Chriſtum triginta denarijs emerant. Peccauerunt etiam in Chriſtum tanquam in Deum opera miraculoſa diuinitatis oſtenſiua dæmonibus attribuentes, Luc. 11. b.* In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. *Secundo remouetur impedimentum ignorantiæ, cum dicitur.*

7 Quia veni. *In humanitate perfecta ſcientijs & virtutibus.*

8 Et non erat vir. *Quia pauci virtutes operum Chriſti imitabantur.*

9 Vocaui. *per prædicationem claram & efficacem.*

10 Et non erat. *Cum effectu quia comparatiuè multò plures non crediderunt ei. Tertiò remouetur impedimentum impotentiæ, cùm dicitur:*

11 Nunquid abbreuiata. *q. d. non & patet litera.*

12 Ecce in increp. *Hic conſequenter declaratur propoſitum, & primo ponitur huiuſmodi declaratio, ſecundo ſoluitur quędam obiectio, ibi:* Iuxta eſt. *Declaratio verò ponitur primò quãtum ad excluſionem impotentiæ, cùm dicitur.* Ecce in increpatione mea. *ideſt, in verbo meo.*

13 Deſertum faciam mare, ponam flumina in ſiccum. *ideſt, ſiccũ potero facere cũ voluero, ſicut feci in exitu de Aegypto.*

14 Induã cęlos tenebris. *Sic enim fecit tempore ſuę paſſionis.*

15 Et ſaccum ponam operimentum eorum. *Ideſt, nigredinem. ſecundò declaratur propoſitum quantum ad excluſionem ignorantiæ, cùm dicitur.*

Dominus

a Pater. ¶Homini. b ¶Scilicet. c ¶Scientiam & ſapientiam.
a tum eorum. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt 1
a ¶Humanum genus. b ¶In peccatum: in mortem ¶Alias: laſſus. c ¶Prædicationis.
ſciam † ſuſtentare eum qui lapſus eſt verbo. Erigit mane, 2
a ¶Sicut magiſter. b ¶A natiuitate. ¶Vel ab initio prædicationis, c ¶Mentis. 3
d ¶Ego autem a meipſo non loquor.
mane erigit mihi aurem, ut audiam, quaſi † magiſtrū. Do- 4 5
a ¶Intelligendi. b ¶Voluntati eius.
minus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contra- 6
a ¶Recedens ab ipſo. b ¶Vltro. c ¶Iudæis vel militibus Romanis. 7 8
b dico: retrorſum non abij. Corpus meum dedi percutienti- 9
a ¶Quia dabant ei alapas. ¶Hæc omnia in paſſione impleta ſunt.
bus, & genas meas uellentibus. †Faciem meam non auerti 10
¶Quia ¶Pater.
ab † increpantibus & cōſpuentibus in me. Dominus Deus 11 12
¶In Paſſione. a ¶Spe reſurrectionis.
auxiliator meus, & ideo non ſum confuſus. Ideo poſui fa 13 14
a ¶Irridentibus & percutientibus.
ciem meam, ut petram duriſſimam, & ſcio, quoniam nō
a ¶Paratus auxiliari. b Dicens Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.
c ¶Quaſi non ſim iuſtus.
confundar. Iuxta eſt qui iuſtificat me. Quis cōtradicit mi 15 16
a ¶In iudicio. b ¶Dicens, me merito crucifixum. c ¶Vt iudicemur ſimul comparatione non autoritate, ſecundum illud. Iuſtificata eſt Sodoma ſoror tua ex te.
hi? Stemus ſimul. Quis eſt † aduerſarius meus? accedat ad me
¶Nullus quia.
Ecce dominus Deus auxiliator meus. Quis eſt qui cōdem- 17
a ¶Aduerſarij. b ¶Quia nullus poteſt iuſtificari præſente domino. c A Romanis. ¶In inferno. 18
net me? Ecce omnes quaſi ueſtimentum † contērentur, & 19
c a ¶Conſcientia peccatorum vel zelus Gentium b ¶Etenim. c Iudæis infidelibus.
d ¶Principium ſapientiæ timor domini: ſed perfecta c. f. m. t. ¶Vt filius patrem e ¶Corde.
d tinea comedet eos. Quis ex uobis timens † dn̄m, audiens 20
a ¶Penitentiam agite, &c. b ¶Secundum carnem. ¶Filij. c ¶Chriſtus abiectus, vnde. Nec reputauimus eum, & non eſt lu. in eius gloria, ſ. in populo ſuo, ſicut ait. Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua. 21
e uocem ſerui † ſui? Quis ambulauit in tenebris, & non eſt 22
a ¶Ita veniet ei lumen gaudij & lætitiæ. Chriſtus vel Gentilis populus. ¶Ammodo. 23
b ¶Non in idolis. c ¶Vt humana fragilitas diuina maieſtate ſuſtentetur.
lumē ei? Speret in nomine domini, & innitatur ſuper Deū 24
f a ¶O Iudæi. b ¶Contra vos. c ¶Inuidiæ, vel tribulationis. ¶Fœno, lignis, ſtipula, ſpinis, tribulis, vnde in Prouerbus. In multis [?]nnis viget ignis:
g ſuum. Ecce omnes uos accendentes ignem accincti flam- 25
¶Ironice. a ¶In pœni. Dei potentiam diſcita ad ſalutem. ¶Infernalis. b ¶In tribulatione captiuitatis quam meruiſtis.
mis. Ambulate in lumine ignis ueſtri, & in flammis quas

A a *Dominus dedit, &c.* Quamuis poſſint hæc referri ad Iſaiam, propriè tamen referuntur ad Chriſtum. q. d. Qui olim talia operatus ſum, & modo ſimilia operari poſſum, non eſt potentia imminuta.

b *Corpus meum, &c.* ✠ Auguſt. Perpende inter hæc, qui pro nobis talem pecuniam dedit, hoc eſt, qui flagella pertulit alapas, qui fel bi-
B bit, qui ſanguinem pro nobis effudit, & vitam qualem à nobis ſit vſurā exacturus, in paſſione .n. domini iſta prophetia cōpleta eſt. *Corpus meum dedi percutientibus.*

c *Quaſi veſtimentum:* Veſtimentum vetuſtate & tinea conſumitur. Iudæi quoq; quadraginta duob. annis poſt paſſionē ad penitentiam vocati ſunt: tādem negligentes contriti ſunt aduenientibus Romanis, & malæ conſcientiæ tinea deuorati.

d *Qui ex vobis.* Qui timet non eſt perfectus in charitate: ſed hic timor pro bonitate ponitur. vnde *Beatus vir qui omnia metuit.* i. qui timoratus eſt in religione Dei. De hoc timore ſcriptum eſt. *Timor domini ſuperat omnia.* Et, *initium ſapientiæ timor domini.* D Et alibi. *Non eſt inopia timentib. eum.* Et, *Timor domini ſanctus permanet in ſæculum ſæculi.* Hic cuſtodit animas ſanctorum integras & pudicas, & puras, vnde. *Timete dominum, & date gloriam ei.*

Ibidem. 1. b. Pſal. 33. b. Ibid. 18. b. Apoc. 14. b.

c *Quis ambulauit in tenebris.* Gentilis populus in tenebris infidelitatis, & nō eſt lumen ei Chriſtus, qui dicit. *Ego ſum lux mundi.* q. d. Vos me flagellaſtis, & conſpuiſtis: ego tamen ad penitentiam voco. *Nolo.n. mortem peccatoris, &c.*

†Mat. 26. g. Ioan. 8. b. Ezec. 18. g.

f *Ecce omnis.* q. d. Nihil prodeſt exhortatio, nec eſt ſpes ſalutis poſt ſcelera. *Omnes declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt.*

F Pſal. 13. a. † veteraſcent

g *Accedentes ignem.* Ciuitatis ignē quo a Romanis ſuccenſa eſt accenderunt, quando cōtra Chriſtum zeli, & inuidiæ igne exarſerunt. Hinc diſcimus pro qualitate peccati vnumquemque ſibi ignem accendere. Et quomodo in eodem loco vel lectulo, alij ſani ſunt, alij febriunt ex diuerſitate humorum diuerſa ſupplicia ſentientes. Sic peccatoribus diuerſa peccati materia plus vel minus ſuccenditur.

†Deum

In do- F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dominus dedit mihi. *i. loquentem ex interiori cognitione, quia humanitas Chriſti fuit plena omnibus ſcientijs & virtutibus.*

2 Vt ſciam ſuſtentare. *Sic eſt in Heb. & in libris correctis, i. monere eum ad tollerantiam patientiæ verbo prædicationis meæ: & quia in Chriſto eſt duplex ſcientia, vna diuina & æterna, alia temporalis & humana, & vtraque eſt a patre in filio ſecundum duplicem naturam, ideo ſubditur.* C

3 Erigit mane. *Ita q primum mane accipitur pro æternitate, in qua filius habet ſcientiam diuinam a patre, & ſecundum pro inſtanti incarnationis, in quo habuit ſcientiam infuſam, tertiò declaratur propoſitum quantum ad excluſionem inimicitiæ ex parte voluntatis, per hoc quod Saluator Ieſus Chriſtus ex maxima charitate ſuſtinuit paſſiones multas pro omnibus: cum dicitur.*

4 Dominus Deus. *ſ. pater.*

5 Aperuit mihi aurem. *Inſinuando mihi futuram pro populo paſſionem meam.*

6 Ego autem non contradico. *Imò dixit.* Fiat voluntas tua. *Mat. 26 d. loquens de paſſione ſua.*

7 Retrorſum non abij. *Imò quærentibus ipſum ad mortem iuit obuiam, Io. 18.*

8 Corpus meum dedi. *Et patet in Euangelijs.*

9 Et genas meas vel. *Licet non ſit ſcriptum in Euangelijs, quod euellerent eius barbam tamen paratus fuit hoc ſuſtinere, ſicut alia maiora, & forſitan ſuſtinuit: quia non omnia ſunt ſcripta.*

10 Faciem meam non auerti. *Hoc patet ex Euangelijs.*

11 Dominus Deus. *ſ. pater.*

12 Auxiliator meus. *Præbens mihi voluntatem & conſtantiā patiendi.*

13 Et ideo non ſum confuſus. *Quia per paſſionem ſuam tranſiit ad gloriam ſuæ reſurrectionis: corpus etiam eius mortuum fuit honorificè ſepultum.*

14 Ideo poſui faciem meam, vt petram duriſſimam. *i. me expoſui ad ſuſtinendum quæcunquè aſpera.*

15 Iuxta eſt qui iuſtificat me. *Hic ſoluitur quedā obiectio. Iudæi enim dixerunt Chriſto Io. 8. b.* Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum. *Et Saluator reſpondit.* Teſtimonium perhibet de me qui mecum eſt pater. *Et iſta reſponſio præuiſa in Spirituſancto ponitur hic cum dicitur.* Iuxta eſt qui iuſtificat me. *ſ. pater qui dicitur eſſe iuxta filiū faciendo opera diuina per ipſum, propter quod ibidem dixit ſaluator Io. 10. e.* Opera quæ ego facio in nomine patris mei, illa teſtimonium perhibent de me.

16 Quis contradicit mihi. *Secundum veritatem. q. d. nullus veſtrum, Chriſtus .n. frequenter legitur impoſuiſſe Iudæis ſilentium, propter veritatis euidentiam.*

17 Ecce do. Deus auxiliator. *In mea paſſione modo prædicto.*

18 Quis eſt qui condemnet me. *ſ. iuſtè. q. d. nullus. Fuit .n. iniuſte condemnatus ad mortem, primò per Sacerdotes, poſtea per Pilatus: ſed ex hoc deportauerunt exterminium, in tantum q Pilatus per Tiberium Imperatorem fuit miſſus in exilium, & ibi ignominioſè mortuus & Sacerdotes per Titum fuerunt interfecti in deſtructione templi. Dixit enim iuſtum eſſe ſacerdotes cum templo perire: ideo ſubditur.*

19 Ecce omnes quaſi veſt. &c. *Quantum ad mortuos in exilio.*

20 Tinea comedet eos. *Quantum ad interfectos gladio, ſicut tinea conſumit veſtimentum quadam violentia.*

21 Quis ex vobis timens dominum. *Hic conſequenter concludit incredulorum interitum. Et primo arguit eorum culpam, dicens.* Qui ex vo. ti. do. au. vo. ſer. ſui. *i. Chriſti, ratione formæ ſerui aſſumptæ.*

22 Quis ambulauit in tenebris. *ſ. ignorantiæ.*

23 Et non eſt lumen ei. *Si credidit verbis Chriſti q. d. nullus, ideo ſubditur.*

24 Speret in nomine domini. *ſ. quilibet fidelis. Secundo ſubiungit pœnam, cùm dicitur.*

25 Ecce omnes vos accendentes ignem. *i. ex incredulitate veſtra meminimi quod ſuccendamini cum ciuitate & regione veſtra*

A a *In doloribus dormietis.* Quia nec beneficijs, nec tormẽtis

a ¶Peccando. b ¶Potentia. c ¶Chriſti. d ¶Malum afflictio.
ſuccediſtis. † De manu mea factum eſt hoc vobis. In
a ¶Vaſtationis & captiuitatis, vel inferni.
a doloribus dormietis.

tis Dei filium ſuſcipere voluerunt, vnde. *Ite maledicti in ignem æternum.* D

NICOLAVS DE LYRA.

*& ſic fuit factum per exercitum Romanorum. Et quia factum eſt hoc ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ, ſubditur.*

1 De manu mea factum eſt hoc vobis, in doloribus dormietis.

mietis.*i. moriemini. Nunquam.n.populus Iudaicus tot & tantos dolores ſuſtinuit, ſicut in obſidione & deſtructione Ieruſalem per Titum, vt patet per Ioſephum libro de Iudaico bello, & alios Hiſtoriographos illis temporibus vicinos.*

## CAP. LI.

1.Cor.10.a. AVdite me qui ſequimini q.
a *Attendite ad pe.* Chriſtum de qua. *Petra autem erat Chriſtus:* vnde exci. eſt. a Chriſto Chriſtiani dicti.

B ✻ Hieronymus. Hoc conſiderate ꝙ cum Abraham eſſet centum annorum, & ſterilem haberet vxorem, multiplicauerim filios eius quaſi ſtellas cæli. Si ergo de vno homine tanta populorũ nata ſunt millia, quid mihi grande eſt vt inſtaurem ruinas Sion, & deſerta eius mutem in paradiſũ voluptatis.

b *Et ad cauernam laci.* Propter foſſionẽ lateris Chriſti. De qua præciſi eſtis, quando exiuit ſanguis redemptionis, & aqua baptiſmatis. Vel, ſepulchrũ domini, de quo reſurgens innumerabiles filios genuit. Vel, eccleſia quæ diu ſterilis, de qua quotidie excidimur, ideſt, naſcimur per lauacrum baptiſmi.

✻ Pro-

## CAP. LI.

¶Quaſi, quia alij nolunt, vos ſaltem Apoſtoli: Aud. ¶Corde alijs dormientibus in dolore. ¶Per fidem. ¶Imitamini. a ¶Chriſtum.
a AVdite me qui ſequimini quod † iuſtũ 1
a ¶Apoſtolos, & Apoſtolicos viros ſignificat. b Non terrena.
eſt, & quęritis dominum. Attendite 2
a ¶Abraham fide firmum. b ¶Nati.
ad petram vnde exciſi eſtis, & ad ca-
a ¶Saram. b ¶Lege generandi
b uernam laci de qua præciſi eſtis. At- 3
a ¶Chriſtum patrem multarum Gentium. b ¶Eccleſiam quæ prius ſterilis.
tendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram quę pe 4
a ¶Solum, Exi de terra tua & de cog. tua. b ¶In operibus ſuis. 5
perit vos. Quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & mul- 6
a ¶In ſubſtantia & filijs. b ¶Quaſi. Qui olim Abraham multiplicaui, & conſolatus 7
ſum: eccleſiam quoque & multiplicare & conſolari poſſum. c ¶Eccleſiam. 8
tiplicaui eum. Conſolabitur ergo dominus Sion, & con-
a In Apoſtolis. b ¶Supplebit ruinas Iudæorum multitudine Gentium. c ¶Quaſi: Quæ prius erat a Deo deſerta, ipſo inhabitante erit delicioſa, virtutis afferens flores & poma perfectionis.
ſolabitur omnes ruinas eius. Et ponet deſertum eius quaſi 9
delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum domini. Gau- 10
a ¶Pro beneficiis Dei.
c dium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox
a ¶Dei. b ¶Ergo diligenter. c ¶Apoſtoli. ¶Gentes, vel reliquiæ Iſrael. vnde Lætamini Gentes cum ple. eius, &c. d ¶Fideles.
d laudis. Attendite ad me popule meus, & † tribus mea me 11
a ¶Euangelij. b ¶Decretum, ſcilicet, vt Iudæis credere nolentibus, Gentes ad fidem vocentur. 12
audite. Quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem 13
a ¶Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. b ¶Supradictus filius. Hæc autem pater de filio dicit. ¶Cito naſcetur filius de Virgine, vt impleantur quæ promitto. 14
c ¶Genitus a patre ſine tempore.
e populorum requieſcet. Propè eſt iuſtus meus, egreſſus eſt 15

✻ Procopius. Erat petra docente Paulo Chriſtus ipſe, cui mortem obeunti manus & pedes claui eſſe transfoſſos ſcriptura teſtatur. Significatur itẽ per foueã latus ipſum haſtæ mucrone vulneratum. Per hæc enim parta ſalus eſt ipſaque etiam eccleſiæ conſtituta plenitudo, non aliter quam ex Abrahamo & Sara infinita illa multitudo. E

c *Gaudium, & læti.* Nota in Sion quæ comparatur paradiſo Dei, tantum debet eſſe gaudiũ, & lætitia & confeſſio & vox laudis, vt ꝙ in cęlo facturi ſunt cum Angelis, in terra iugiter meditentur.

d *Attendite ad me.*
✻ Auguſtin. Quis tam ſurdus, quis tã demens, quis tam mẽte cæcus, vt iſtis euidẽtib. teſtimonijs obloquatur, niſi qui neſcit qd loquatur?

e *Iuſtus meus.* Omnes iuſtificans, vel iuſtitia eleganter: non vt vna Gens, ſed totus orbis ſaluetur.

Cęli F

C

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. LI.

Diuiſio ✻ AVdite me qui ſequimini. *Hic remouetur ſecundum impedimentum ex dilectione promiſſi. Ex hoc.n.quod liberatio per Chriſtum fienda tantum differebatur, æſtimabant aliqui Iudæi, ꝙ illa liberatio nulla foret: ideo hoc remouetur in hoc capitulo. Et primò confertur ſpes aſſequendi promiſſum. Secundò, aufertur timor circa malum pœnæ huic liberationi annexum, ibi.*

1 Audite me qui. *Primum facit dupliciter, ſ.exemplo, & verbo. Secundum ibi: Attendite ad me. Circa primum ſciendum, quod Abrahæ facta fuit promiſſio de obtentu terræ Chanaan, Gen.15.& tamen iſta promiſſio non fuit impleta tunc, ſed poſt quadringentos annos, vt habetur ibidem: tamen finaliter fuit impleta propter fidẽ Abrahæ & Saræ, quæ eiuſdem fidei fuit. Et hoc concluditur, ꝙ dilatio aduentus Chriſti non debuit Iudæis diffidentiam inducere. Primò igitur circa hoc ponitur exemplum: cùm dicitur:*

2 Attendi.ad pe.*i. ad Abraham, & Saram, vt exponitur poſtea, cum dicitur.*

3 Atten.ad Abraham patrem. *Et vocatur Abraham petra propter fidei firmitatem.*

4 Quia vnum.*i.ſolum ſine prole.*

5 Et bene.ei. *Conferendo ei bona temporalia, & ſpiritualia.*

6 Et multiplicaui eum. *In multitudinem populorũ per Iſaac, Iſmaelem & alios filios eius, Conſequenter concluditur intentum.ſ. de conſolatione populi per Chriſtum, cum dicitur.*

7 Conſolabitur ergo.*i. eccleſiam, quæ vocatur Sion, eò ꝙ ibi incæpit. Vt dictum eſt, ſupra 2.c. & in pluribus alijs locis.*

8 Et conſolabitur. *Ex diuerſis erroribus orta in populo Iudæorũ ex mala doctrina doctorum, quos amouit Chriſtus per ſuam doctrinam propter quod dicit Saluator de eis Mat.15.b.* Cæci ſunt, & duces cæcorum.

9 Et ponet deſertum eius quaſi delicias. *Quia Iudæa bonis ſpiritualibus erat deſerta: ſed per Chriſtum fuit adimpleta potiſſimè per infuſionem Spiritusſancti ſuper credentes in ſigno viſibili Act.2.& in pluribus alijs locis.*

10 Gaudium, & lætitia. *Quia Spiritusſancto repleti loquebantur magnalia Dei, lętanter, manifeſtè, & conſtanter.*

11 Attendite. *Hic conſequenter remouetur dictum impedimentum verbo, & primò remouetur impedimentum, ſecundò confirmatur dictum ibi.* Leuatæ. *Remouetur autem impedimentum in hoc ꝙ aſſeritur aduentus Chriſti de propinquo, & primò excitatur attentio cùm dicitur.* Attendite. *quia nunciantur hic magna & ardua, ſ.lex Euangelica, cùm ſubditur.*

12 Quia lex a me exiet. *Et quod de lege Chriſti intelligatur, oſtenditur cum dicitur.*

13 Et iudicium meum. *Scilicet ſecundum legem meam.*

14 In lucem populo. *Quod non poteſt intelligi de lege Moſaica, quę fuit data vni populo tantum, ſed lex Chriſti diffuſa eſt per orbem vniuerſum. Ra.Sa.etiam dicit hic quòd iſtud erit quando dictum Sophonię implebitur 3.cap. vbi dicit dominus.* Tunc reddam populis meis labium electum, vt inuocent omnes nomen domini, & ſeruient ei humero vno. *Quod ſecundum omnes expoſitores catholicos & Heb.refertur ad tempus Chriſti, ex hoc patet, quod aliqui expoſitores catholici in vno magis Iudaizant hic quantùm ad hoc, quàm Hebręi exponentes, quod dicitur hic.* Quia lex a me exiet, &c. *dicendo quòd intelligitur de ędicto Cyri per totum imperium ſuum publicato, quòd Iudęi redirent libere in terram ſuam. Conſequenter exprimitur legiſlator, cùm ſubditur.*

15 Propè eſt.*i. Chriſtus qui dicitur iuſtus abſolutè & antonomaticè, eò ꝙ non ſolum eſt iuſtus formaliter, vt alij: ſed etiam effectiuè, alios iuſtificando.*

✻ Et bra-

a Cœli ſicut fumus.
A De ſanctis ſcriptū eſt: *Omnes quidem dormiemus, ſed nō omnes immutabimur.* Quanto magis ergo de cœlo, ſole, & ſtellis credendum eſt? qn luna ſolis lumē accipiet, & ſol ſeptuplo fulgore rutilabit. vnde: *Omnis creatura ingemiſcit, & parturit expectans liberationem filiorum Dei,* vt. ſ. mutentur in melius non ſolum animæ, quæ immortales erunt, ſed & corpora quorū ſubſtantia clarificabitur. Quidā tamen perire & inueteraſcere ꝑ abolitione & morte accipiūt.
B b *Et habitatores.* * Chryſoſtomus. Hęc Iſaias, dixit, nō quod omnimodā perditionem ſignificet, non. n. eūdem cum cœlo ac terra patientur interitū, qui terram inhabitant hoīes, ſed temporalem, per quam ad incorruptionē commutabuntur.
c *Nolite timere opp.* * Tertullianus. Beati eritis cum vos odio habebunt homines & exprobrabunt. *Et eijcient nomen veſtrum velut malum, propter filium hominis.* Quod idem eſt cum hoc, *Ne metueritis ignominiam ab hominibus, & nullificatione eorum ne minuamini,* quibus verbis ad tolerantiam hortatur martyres & fideles.
C * Chryſoſtomus. Multi propter hæc opprobria animas

a ¶Qui ſaluum faciet po. ſu. a pec eo. b ¶Virtus. ¶Apoſtoli iudicantes 12. tri. Iſrael. c ¶In nouiſſimo die.
ſaluator meus: & brachia mea populos iudicabunt. Me in- 1
a ¶Gentes, vel eccleſiæ: vel ſanctorum animæ. b ¶Ipſe erit expectatio Gentium. c ¶Filium per quem omnia feci. d ¶Patienter expectabunt. e ¶O Gentes vel eccleſiæ. 2
ſulę expectabūt, & brachium meum † ſuſtinebunt. Leuate 3
a ¶Mentis. 4
in cœlum oculos veſtros, & videte ſub terra deorſum, quia 5
a ¶Aerei. b ¶Secundum figuram. non ſecundum eſſentiam. c ¶Cœlum & terra tranſibunt. 6
a cęli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum at- 7
a ¶Qui ibi inuenientur. b ¶Ex hoc habemus quod cætera non in nihilum redigentur, ſed in melius mutabuntur. ¶Secundum figuram & vetuſtatem c ¶Filius, de quo: Viderunt oc. mei ſa. tu. Et alibi: Salutare tuum expectabo domine. 8
b teretur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt. Salus au- 9
a ¶Ideo. b ¶Idem 10
tem mea in ſempiternum erit, et iuſtitia mea non deficiet.
a ¶Quia lex a me egredietur, &c ¶Intelligite. b ¶Chriſtum vel iudicium, quo diſcrete omnia faciatis. c ¶Fideles. d ¶Euangelium. ¶Lex Dei eius in corde ipſius, &c e ¶Non in ore tantum. 11
Audite me qui ſcitis † iuſtum: populus meus lex mea in cor 12
¶O Apoſtoli. a ¶Nolite timere eos, qui corpus occidunt. Contra perſecutores. quos futuros fore praſcibat exhortatur eos. 13
c de eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſ- 14
a ¶Quaſi: cito tranſibunt, & opprobrium eorum: Sicut veſtimentum vetuſtate & tinea corruptum.
phemiam eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum, 15
a ¶Conſcientiæ qui non moritur.
ſic comedet eos vermis: & ſicut lanam, ſic deuorabit eos ti
a ¶Inique mentis. b ¶Chriſtus
nea. Salus autem mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea 16
a ¶Prioris populi & poſterioris, qui aduentum illius receperunt, de quo ſupra. Prope eſt iuſtus meus. b ¶In æternum. c ¶De ſolio paternæ gloriæ. d ¶Redimendo genus humanum. 17
d in generationes generationum. Conſurge conſurge, 18
a ¶Diuinitatis contra principem mundi. b ¶O fili. ¶Genus humanum redimendo.
Induere fortitudinem brachium domini Conſurge ſi- 19
a ¶Ab Aegyptijs liberando. b ¶Et ſicut. ¶Sicut patribus noſtris oſtendiſti potentiam tuam.
cut in diebus antiquis, † in generationibus ſæculo-
a ¶O fili. b ¶Cum patre. c ¶Diabolum.
rum. Nunquid non tu percuſſiſti † ſuperbum, vulneraſti 20
a ¶Pharaonem vel Diabolum. b ¶O fili. Quaſi: Qui hæc feciſti hoc quoque facturus es. c ¶Rubrum. ¶Huius ſæculi. d ¶Doctrinam philoſophicam. e ¶Secularis profunditatis.
draconem? Nunquid non tu ſiccaſti mare, aquam abyſſi 21

mas perdiderunt, D & beato Iob amicorum opprobria vermibus & vlceribus moleſtiora erant, & plerique Iudęorū propter gloriam populi, noluerunt credere, ne a ſynagogis eijcerentur, ideo Ioannis 5. dicitur. *Quomodo poteſtis credere gloriam inuicem accipiētes?* & multos nouimus, qui oīa grauia contempſerūt, & a gloria victi ſunt.

expectabūt.

d *Conſurge.* Vox prophetæ & fidelis populi aduentum Chriſti deprecātis, in quo promiſſum erat auxilium.
E * Procopius. Iudęos ad pœnitentiam propoſita vtilitate inuitat, & qđ excitari poſtulat, ſpontaneū fuiſſe lapſum demonſtrat. Si. n. ab alio impediretur, ad hunc ipſe nō ad illos de exurgendo ſermonē dirigeret. Quis. n. lapſus, etiamſi membrum fregerit, non totis viribus excitari ſe contendat?

†Rahab. i. Aegyptum.

* Rupertus. Quaſi diceret. Quid tandiu te contines in ſinu patris. ò brachium Domini, ò dextera domini? Cur te quieſcente tandiu ſuperabit fortis armatus, princeps mundi huius? Conſurget & induere fortitudinem: induere pulchram & fortem dilectionem, pulchram & fortem obedientię charitatem. F

Quis

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et brachia mea populus. *ideſt Apoſtoli qui dicuntur brachia corporis eccleſiæ, ſicut & Chriſtus caput, quibus dicitur Matthæi decimonono. d.* Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus, &c.

2 Me inſulę. *i. Gentiles vt dicunt Hebræi.*

3 Expectabunt. *ſicut dicitur Geneſ. 49. b.* Et ipſe erit expectatio Gentium.

4 Et brachium meum. *ideſt Chriſtum, qui brachium domini dicitur infra. 53. cap. vt videbitur.*

5 Suſtinebunt. *legem eius recipiendo.*

6 Leuate in cœlum. *Hic conſequenter ponitur confirmatio dicti per ſtabilitatem ipſius Chriſti. cùm dicitur:* Leuate in cœlum. *ideſt, conſiderate inſtabilitatem ſuperiorum & inferiorum corporum.*

7 Quia cœli ſicut fumus liqueſcent. *Aduentum enim Chriſti ad iudicium præcedet ignis conflagrationis, purgans cœlū aereū, & terram. Vel, ſi intelligatur de cœlo ſydereo. per hanc liquefactionem intelligitur ceſſatio a motu, qui ceſſabit in finali iudicio.*

8 Habitatores eius ſicut hæc interibunt. *quia in igne conflagrationis morientur omnes qui tunc viui reperientur.*

9 Salus autem mea in ſempiternum. *i. Chriſtus, qui dicitur ſalus a Deo data.*

10 Et iuſtitia mea. *ideſt Chriſtus ſimiliter qui propter excellentiam iuſtitiæ non ſolum dicitur iuſtus in concreto, ſed etiam iuſtitia in abſtracto.*

11 Audite me. *Hic conſequenter tollitur timor mali annexi Receptioni enim fidei Chriſti annexa erat perpeſſio mali pœnæ. propter quòd Saluator dicebat Apoſtolis, & per conſequens fidelibus alijs, Ioannis decimoſexto. a.* Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. *Et hoc patuit in perſecutionibus eccleſiæ præteritis, & in perſecutione Antichriſti magis apparebit. Primò ergo tollitur timor perſequentium generaliter, ſecundò Antichriſti ſpecialiter, ibi:* Quis tu vt timeas, &c. *Primus autem timor tollitur per hoc quòd illæ perſecutiones oſtenduntur paruæ & breues, &c. & conſolatio futura eſt perpetua, ideo dicitur:* Audite me qui ſcite iuſtum. *ideſt Chriſtum per fidem cognoſcitis.* Diuiſio.

12 Lex mea. *ſ. Euangelicam, vt declaratum eſt ſupra.*

13 In corde eorum. *radicata & firmata.*

14 Nolite timere opp. *propter Chriſtum, ſed magis gaudete, quod fuit impletum Actuum quinto. g.* Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. *& idem apparuit & apparet in multis ſanctis.*

15 Sicut enim veſti. *ideſt citò morientur perſecutores, & rodent eos vermes.*

16 Salus autem mea. *ideſt Chriſtus.*

17 In ſem. e. *ſaluans fideles ſuos ſalute æterna: & ideo aduentum eius deſiderans Iſaias propheta orando exclamat di.*

18 Conſurge conſurge. *& dupliciter propter duplicem Chriſti aduentum, primum, & ſecundum.*

19 Induere fortitudinem brachium domini. Conſurge. *ad ſaluandum populum tuum: & ad hoc adducit exemplum præteritorum temporum dicens.*

20 Nunquid non tu percuſſiſti ſuperbum. *i. Pharaonem, qui ſuperbiuit contra dominum, dicens.* Neſcio dominū, & Iſrael non dimittam, Exod. 5. a. *Dicitur etiam draco propter malitiam qua filios Iſrael opprimebat iniuſtè. Exod. 1. propter quod dicitur de Pharaone Ezech. 29. a.* Draco magne qui cubas in medio fluminum.

21 Nunquid non tu ſic. mare. *vt habetur Exod. 14.*

* Et nunc

a Quis tu vt timeas ab homine mort. &c. Increpat fideles, vt nō timeant minas vel tormenta principū: quia omnis caro fœnum. Eos etiā increpat qui in paſſione fugerunt & perterriti negauerunt, vt erubeſcant & pœnitentiam agant.

Sap. 35.b. — Sap. 40 b. — Matth. 26.f.

B ✱ Rupertus. Nemini dubiū quin hæc dicat paracletus, i. conſolator Spiritusſanctus, in autem eius cui datur. Omnes enim quotquot fortes in Chriſto ſumus, ex illo conſolatore fortitudinem accepimus. Ipſi Petro Spiritusſ. hæc locutus eſt, Quis vt timeas ab hom ne mortali & a filio hominis? Imo quis tu vt timeres a muliercula, ab ancilla oſtiaria? Certum quippe eſt quia Petrus a tali perſona timuit,

† Accelerauit incarceratus, vt ſoluetur, & non eſt mortuus in fouea, nec paſſus eſt defectum in cibo ſuo.

a ¶De quo: Veni in profundum maris, & tempeſtas demerſit. b ¶Huius ſæculi.
vehementis? Qui poſuiſti profundum maris viam, vt tranſirent libe
a ¶Ab Aegyptijs. b ¶Sin: uine fil j. c ¶Ad viam iuſtitiæ.
rati. † Et nunc qui redempti ſunt à domino reuertentur, & uenient
a ¶Præſentem eccleſiam & in beatitudinem æternam. b ¶Beati qui habitant in domo tua domine. c ¶Quæ non deficiet. d ¶Montes.
in Sion laudātes, & lætitia ſempiterna, ſuper capita eorum. Gaudiū
a ¶In cœlo b ¶Filius Quaſi: Inuocaſtis me, & Ego conſolabor vos &c. c ¶Quia alius non poteſt. d ¶Non per prophetas ſed per memetipſum. e Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. ¶Ipſe Deus miſericordiarum & conſolationis
& lætitiam tenebunt: fugiet dolor & gemitus. Ego ego ipſe conſola
a ¶Quaſi: Dixi: Nolite timere opprobria hominum & blaſphemias, quomodo ergo timetis quæ tam cito areſcunt ad inſtar fœni?
bor uos. Quis tu ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis: q
a ¶Hominem timens. b ¶Al a. factoris.
quaſi fœnum ita areſcet, & oblitus es domini creatoris tui? Qui te-
a ¶Incredibili virtute ſuſpendit. b ¶Stabili mole. c ¶Paſſionis.
tendit cęlos & fundauit terram, & formidaſti iugiter tota die a facie
¶Non ad horam qui veniale a ¶In corpore. b ¶In anima c ¶Quaſi non eſt eſtimandum quod cito tranſit.
furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum. Vbi eſt
a ¶Filius. b ¶Secundum humanitatem c ¶Cor ſuperborum. vel internum.
nunc furor tribulantis? Citò uèniet gradiens ad aperiendum, & non
a Peccatores ſed vocabit ad pœnitentiam. b Ego ſum panis viuus. ¶Corpus & ſanguis eius, doctrina Euangelij. c Pater ad filium.
interficiet uſque ad internecionem, nec deficiet panis eius. Ego au-
a ¶Secundum carnem. b ¶Permitto turbari. c ¶Mundum. d ¶Contra electos & contra ipſum filium. vnde: Et mouebatur aqua Et mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus
tem ſum dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumeſcunt
a ¶O fili.
fluctus eius: dominus exercituum nomen meum. Poſui ver-
a ¶Quidquid filius loquitur, verba patris ſunt. ¶Sapientiam, & ſcientiam. b ¶Protectione diuinitatis.
ba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protexi te, ut
¶A p c ato, ne vileſceret humanitas v... verbo. a In fide. b ¶Nouos Apoſtolos ſcilicet & alios. c ¶Nouam. d ¶Eccleſiam. e ¶Sion ergo non eſt alia niſi populus Dei.
plantes cælos, & fundes terram, & dicas ad Sion: populus meus
a ¶A vitijs. b ¶A ſomno peccati ad pœnitentiam. c ¶Poteſtate.
es tu. Eleuare, eleuare, conſurge Ieruſalem: quæ bibiſti de manu

D muit, & oblitus eſt creatoris ſui. Vbi autem conſolator datus eſt, vt iam non timeret Romani Imperij potentiam.

b Eleuare eleuare. Eos hortatur ad pœnitentiam, qui in paſſione negauerunt vel in infidelitate perſtiterūt clamātes *Crucifige, crucifige, &c.* Ioa.

E Moraliter. poſſumus hęc iuxta anagogē ſup animam intelligere peccatrice, quæ nolens bibere calicem furoris dñi dicit: *Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua, &c.* Pſ. Si autē biberit, bonum eſt ei ſua sētire ſupplicia, & dominum audire dicentem: *Cum ira furoris mei tranſierit, rurſum curabo,* & alibi: *Nunquid qui cadit, non reſurget dicit dominus.* Iere. Ie.

✱ Ruper-

C

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et nunc. *ideſt tempore gratiæ.*

2 Qui redempti ſunt a domino. *Ieſu Chriſto.*

3 Reuertentur. *ad vnitatem fidei eccleſiaſticæ.*

4 Et venient in Sion. *i. ſanctam eccleſiam, quæ vocatur Sion vt prædictum eſt. Poteſt etiam per Sion intelligi eccleſia triumphās quæ vocatur Sion in pluribus locis ſcripturæ. vnde ad Heb. 11.e.* acceſſiſtis ad Sion montium & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cœleſtem & multorum milium agelorum frequentiam: *ad quam perueniunt fideles Chriſti poſt hanc vitam: Et huic ſenſui concordat litera ſequens.*

5 Et lætitia ſempiterna ſuper capita eorum. Gaudium & lætitiam tenebunt fu. do. *quod non poteſt haberi in præſenti vita, ideo ſubditur.*

6 Ego ego ipſe. *& non alius.*

7 Conſolabor vos. *cōſolatione ęterna quæ a ſolo Deo pōt fieri.*

8 Quis tu. *Hic conſequenter amouetur timor Antichriſti: & hoc duplici ratione. Secunda ponitur ibi: Ego autem. Prima autem ratio accipitur ex breuitate temporis, quia licet perſecutio Antichriſti futura, ſit valde grauis: tamen erit breuis tempore propter quod minus timenda. vnde dicitur Matth. 24.b.* Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, &c. *dicit ergo.* Quis tu vt timeas. *& alloquitur quemlibet futurum fidelem tempore Antichriſti, qui cum ſit regeneratus in Chriſto, non debet timere perſecutionem Antichriſti timore deijciente a bono.*

9 Ab homine mortali. *Antichriſtus enim erit homo, purus & cito morietur poſt aſſecutionem dominij. ideo ſubditur.*

10 Qui quaſi fœnum ita areſcet. *Fœnum enim exiſtens in virore, ſi ſuperueniat æſtus immoderatus facit ipſum areſcere. ſic Antichriſtus exiſtens in ſua poteſtate interficietur a Deo repente.*

11 Oblitus es domini creatoris tui? Qui tetendit cęlos. *hoc dicitur pro illis qui cadent a fide vel conſtantia morum timore Antichriſti, ideo ſubditur.*

12 Et formidaſti iugiter tota die. *i. nimis diu et irrationabiliter*

13 A facie furoris eius qui te tribulabat. Tunc. n. erit tribulatio magna, qualis nō fuit a principio mūdi, Mat. 24.

14 Et parauerat ad perdendum. Vbi eſt nunc furor. *Diſponet. n. Antichriſtus totaliter exterminare populū Chriſtianum.*

15 Cito veniet. *i. velociter attinget gradum ſuæ poteſtatis.*

16 Gradiens ad aperiendum. *ſuum peſſimum intentum contra Chriſtum. In Heb. habetur ad laxandum quod exponit Ra. Sa. de laxatione ſeu defectu virtutis, licet ad aliam intellectum. Per hoc igitur ſecundum intellectum noſtrum deſignatur, quod ſicut poteſtas Antichriſti cito aſcendet, ita cito deficiet, ideo ſubditur.*

17 Et non interficiet vſq; ad internecionem. *ſ. Chriſtianos morte repentina præuentus. In Hebræo habetur: Et non morietur interfectione. ideſt humano gladio.*

18 Non deficiet. *i. non morietur fame, ſicut nec gladio, ſed domini noſtri Ieſu Chriſti verbo, ſecundum quod dicitur. 2. Theſ. 2.b.* Quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, &c.

19 Ego autem ſum. *Hic exponitur ſecunda ratio ad tollendum timorem Antichriſti: & accipitur ex conſolatione fidelium illam perſecutionem ſequente, propter quod eſt minus timenda. Et quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt ideo primo ponitur magnitudo tribulationis præcedentis. Secundo ſubditur magnitudo conſolationis ſequentis, ibi: Idcirco audi. Circa primum Deus pater alloquitur filium qui deijciet Antichriſtum, & conſolabitur populum ſuū, cum ſubditur:* Ego autem ſum dominus Deus tuus. *ratione humanitatis tuæ a me createę.*

20 Qui conturbo mare & intumeſcunt fluctus eius dominus. *i. facio tribulationes in mundo venire ſecundum ordinem ſapientiæ meæ & iuſtitiæ.*

21 Poſui verba mea in ore tuo. *Ad nunciandum Euangeliū propter quod dicit Chriſtus Ioa. 7.b.* Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit.

22 Et in vmbra manus meæ protexi te. *a Iudæis volentibus te occidere: quod tamen non permiſi fieri ante completionem doctrinæ tuæ. ideo ſubditur.*

23 Vt plantes cœlos. *ideſt homines contemplatiuos.*

24 Et fundes terram. *i. actiuos, vtramque enim vitam prædicauit Chriſtus. ſcilicet contemplatiuam & actiuam.*

25 Et dicas ad Sion. *ideſt eccleſiam.*

26 Populus meus es tu. *per ſuſceptionem baptiſmi. Ex hoc patet, quod iſta verba non ſunt ipſius Dei ad Iſaiam, vt aliqui exponunt, quia populus Sion non fuit ſub dominio Iſaiæ. Et quid dicat Chriſtus eccleſiæ in Antichriſti perſecutione ſubditur.*

27 Eleuare. *a perſecutione temporali ad pacem quantum ad omnes quia illa erit vltima perſecutio eccleſiæ.*

28 Eleuare. *de culpa ad gratiam, quantum ad pœnitentes, qui timore Antichriſti ceciderant.*

29 Conſurge. *ad accipiendum præmium a Chriſto veniente ad iudicium.*

30 Ieruſalem. *i. eccleſia rationibus dictis ſupra.*

31 Quę bibiſti de manu do. *i. ex eius pmiſſione et ordinatione.*

Calicem

✻ Rupert. Iſta Ieruſalē vniuerſa eccleſia eſt, quæ iacebat proſtrata, per culpā primæ p̄uaricationis, & non erat de oībus filijs ei⁹ q̄libet iuſtus, q vniuerſalē eius ruinā reſtituere eſſet idoneus niſi ſolus iſte q p cōſolatore pmittit. Et ſi. n. oēs alij q̄tamcūq; iuſtitiā habuerunt, originali peccato non caruerūt.

a *Calicē ir.* Solēt medici amariſſimū antidotū quod ex guſtu nomē accepit da reſtomacho nauſeāti, vt noxios humores euomat, & poſſit coctos cibus, atq; digeſtos in aluū trāſmittere, quos phlegmatum magnitudo digeri non ſinebat. Igit̄, & Ieruſal. quę bibit de calice furoris dn̄i, iubet̄ de ebrietate cōſurgere: quia totū epotauit. Si. n. adhuc bibere nō cōſurgeret vnde non patet q̄ de vlt. captiuitate hoc dicitur.

b *Filij tui.* ✻ Procopius. Bello enim ingruente in regiones extremas ſe receperāt, vt eſſent ad fugā capeſſendā non ad mala deuitanda paratiores, metu ipſo, tanquā beta ſemicocta fracti, & remiſſi.

c *Sicut orix.* ✻ Procop. Orygi, ideſt, ani Ieroſolymitanos cōparat, quod ſint diaboli retibus implicati, & ob id furori traditi.

d *Ecce.* Prædixit captiuitatem futurā nunc hortat̄ ad pœnitētiam vt euadant.

e *Ponā.* ſecundū literā humiliauerunt eos Chaldæi, & ipſi humiliati à Medis, & Perſis & humiliauerunt eos Romani, & ipſi in multis humiliati, humiliauerunt eos dæmones ſuadendo, vt crucifigerent Chriſtū & ipſi in hoc humiliati ſunt, quia ſic poteſtatem ſuam amiſerunt, & in iudicio omnino humiliabuntur. Moraliter autem anima dum peccat diabolo ſubditur captiua dum pœnitentiam agit eleuatur, & conſurgit diabolus humiliatus ruit.

a ¶ Vaſtationem per Romanos. ¶ Mortis.
a domini calicem iræ eius. Vſque ad fundum calicis ſoporis
a ¶ Quaſi hanc captiuitatem ſuſtinebis, vſque ad finem ſæculi. b ¶ Sicut Moyſes, ſicut Daniel, & alij prophetæ, qui ſæpe Iudæos ſuſtentauerunt: modo autem neque prophetam, neque Sacerdotem, neque conſolatorem habuerunt.
bibiſti, & potaſti vſque ad feces. Non eſt, qui ſuſtentet eam
a ¶ Tanquam dux, & doctor bene operandi.
ex omnibus filijs, quos genuit: & non eſt, qui apprehēdat
a ¶ Nam, & Apoſtoli tranſierunt ad gentes.
manum eius ex omnib filijs quos enutriuit. Duo ſunt quę
a ¶ O Ieruſalem. b ¶ Sicut Ieremias, & Daniel, & ipſe Ieſus, qui videns ciuitatem fleuit ſuper illam c ¶ Duobus quatuor reddidit, ſed vaſtitatem ſequitur contritio, famem gladius.
occurrerunt tibi: † quis contriſtabitur ſuper te? Vaſtitas, &
a ¶ Ideſt mors b ¶ Quaſi aut nullus, aut ratus.
b contritio, & fames, & gladius. Quis cōſolabitur te? Filij tui
a ¶ A terra ſua. b ¶ Mortui inſepulti.
c proiecti ſunt, dormierūt in capite omnium viarum: ſicut
a ¶ Animal immundum, nec ſacrificio aptum. ¶ Orix. Lxx. Beta ſemicocta.
b ¶ Irretiti funibus peccati.
† oryx illaqueatus: pleni indignatione domini, increpatio
a ¶ Quia non habes conſolatorem. b ¶ Non habens ſpirituales diuitias. c ¶ Inebriauit me abſinthio
ne Dei tui. Idcirco audi * hęc † paupercula, & ebria nō à vino
a ¶ Scilicet contra Aegyptios, & alios multos.
Hęc dicit dominator tuus dominus, & Deus tuus † qui pu-
a ¶ Tollam, ſcilicet ſi pœnitueris. b ¶ Captiuitatem mortis.
d gnauit pro populo ſuo. Ecce tuli de manu tua calicem ſo-
a ¶ Si pœnitentiam egeris.
poris, fundum calicis indignationis meę. Non adijcies, vt
a ¶ Reddam eis retributionem ſuam. b ¶ Perſecutorum dæmonum.
bibas illum vltra. Et ponam illum in manu eorum, qui te
a ¶ Suggerendo. b ¶ A naturali dignitate. ¶ Niſi teipſum ſubdideris, dæmones non nocebunt ibi.
† humiliauerunt, & dixerunt animę tuæ: Incuruare vt trā-
a ¶ Super te. b ¶ Eis calcandum. c ¶ Quę omnibus patet dęmonibus.
ſeamus, & poſuiſti vt terram corpus tuum, & quaſi viam
tranſeuntibus.

† Qui iudicabit populum ſuum.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Calicem iræ eius. *in perſecutione Antichriſti.*
2 Vſque ad fundum. *per hoc deſignatur magnitudo tribulationis futurę Antichriſti tempore. Sciendum tamen, quod ly vſque ad hic accipitur excluſiuè, quia fundus calicis eſt Antichriſto, & eius ſatellitibus reſeruatus, vt videbitur poſtea.*
3 Non eſt qui. *quia nullus de principibus Chriſtianis audebit ſe opponere, vel reſiſtere poterit Antichriſto. Et ad idem facit, quod ſubditur.*
4 Et non eſt, qui appræhendat manum eius. *ad educendum eam de tribulatione: licet enim Enoch, & Elias tunc ſe opponent Antichriſto, tamen interficientur ab eo.*
5 Duo ſunt. *ſcilicet mala pœnę.*
6 Quę occurrerūt tibi. *quæ poſtea ſubduntur, ſed interponitur.*
7 Quis contriſtabitur. *q. d. nulli, aut pauci, & iſtud refertur ad illud, quod prædictum eſt:* Non eſt, qui ſuſtentet eam: *Quæ autem ſint duo mala pœnę prædicta, ſubditur.*
8 Vaſtitas, & contritio. *& exponendo ſubditur.*
9 Et fames. *& pro ideſt, fames, pro qua poſita eſt vaſtitas.*
10 Et gladius. *pro quo poſita eſt contritio, ita quod licet ponantur ibi quatuor ſecundum nomē, ſed tamen duo tantum ſecundum rem.*
11 Quis conſolabitur te. *q. d. nulli, aut pauci. Cuius cā ſubditur.*
12 Filij tui. *qui te poſſent conſolari.*
13 Proiecti ſunt. *ideſt mortui, ideo ſubditur.*
14 Dormierunt. *ſomno mortis.*
15 In cap. omni. *carentes ſepultura.*
16 Sicut oryx. *animal eſt immundum, vt habetur Deut. 14. a. & declinatur oryx, orygis.*
17 Pleni indignatione. *hoc dicit ſecundum æſtimationem hominum, quia tribulatio Antichriſti principaliter ordinabitur ad purgationem, & meritum electorum, quamuis tunc æſtiment homines mundani Deum contra eos eſſe offenſum.*
18 Idcirco. *Hic conſequenter ponitur ſequens conſolatio, cum dicitur:* Idcirco audi. *ideſt eccleſia tunc depauperanda per Antichriſtum, eius diuitias accepturum.*
19 Et ebria. *ideſt plena.*
20 Non à vino. *ſed à tribulationis tormento, hoc dicitur proſequendo parabolam de potatione calicis prædictam.*
21 Hæc dicit dominator tuus. *ad te conſolandum.*
22 Qui pugnauit pro populo ſuo. *in crucis ligno, in humanitate aſſumpta.*
23 Ecce tuli de manu tua calicem. *ideſt pęnam tribulationis.*
24 Fundum calicis indignationis meæ. *de manu tua abſtuli.*
25 Non adijcies vt bibas illum vltra. *quia tribulatio eccleſię tempore Antichriſti erit vltima.*
26 Et ponam illum. *ſcilicet fundum calicis reſeruatum.*
27 In manu eorum, qui te humiliauerunt. *ſcilicet Antichriſti, & ſatellitum eius.*
28 Et dixerunt animæ tuę, *ideſt tibi.*
29 Incuruare, vt tranſeamus. *ſuper te ſicut ſuper terram. Intētio enim Antichriſti erit totaliter conculcare eccleſiam.*
30 Et poſuiſti vt terram corpus tuum. *quia corpora fideliū occiſorum tunc remanebunt ſuper terram inſepulta, vt dictum eſt, ita quod homines, & beſtiæ poterunt ſuper eam tranſire.*

## CAP. LII.

a *Conſurge, conſurge.* Eos hortatur propheta, qui poſt aſcenſionem prædicantibus Apoſtolis crediderunt.

## CAP. LII.

¶ Ad virtutes. a ¶ Quia debilitate cecidiſti.
a Conſurge, conſurge, 1

✻ Procopius. Ideo autē induere fortitudine tua dixit, q̄ maximas quaſdā facultates aīa habeat. Primū q̄dē, vt ſe lapſu

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. LII.

1 Conſurge. *Aliqui expoſitores catholici exponunt iſtud capitulum de liberatione populi Iudaici de Babylone factæ per Cyrum, de qua frequenter ſupra dictū eſt. Sed ſaluo meliori iudicio nō videtur hoc conuenienter dictū, quia Paulus Apoſtol. in lege, & prophetis humanitus edoctus, & Spirituſſancto plenus, illud, quod habetur in hoc cap. Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, &c. allegat hoc dici de prędicatione euāg. Ro. 10. & ideo non videtur cōuenienter exponi de nūcijs Cyri miſſis p imperium ſuū ad publicandum edictum de licentia data Iudęis redeūdi in Ieruſalem, vt iſti exponunt. Item Ra. Sal. ſuper iſtud cap. dicit quòd iſtę conſolationes vltimę ſcilicet poſitæ ab iſto loco vſque ad finem libri nō dicuntur niſi ſuper captiuitatem Edom, per quē intelligit Romanum imperiū, quod poſuit Iudæos in iſta captiuitate in qua ſunt, à qua liberari expectant per regem Meſſiā: & ſic ſecundū cum hoc ca. intelligitur de tempore Chriſti, & in hoc verū dicit, licet erret expectan-*

A excitet:Nã vbi ipſa eſt pœnarũ acerbitas,ibi eſt,& frequẽs conſolatio.Deinde vt vires ſuas inſtauret ac reſumat.Habet per magnam etiam gloriam quod ad conditoris exẽplar effecta eo etiã, qui gloria eſt,potitur.

Epiſt. 22. ✱ Leo.Niſi Xpm̃,qs agnoſcat, & induat nuptiali nõ poteſt intereſſe cõuiuio,Caro enim Xpi velamẽ eſt verbi quo omnis qui Chriſtũ cõfitetur,integrè induitur.

In ca. 13. epiſtol. ad hom. ✱ Chryſoſt. Dominũ gloriæ regem veſtimenti loco tradit Paulus,dicens:*Induemini dominũ noſtrũ Ieſum.*Hoc veſtimẽto indutus,vniuerſam virtutẽ habet,& cũ dicit induamini, vndiq; nos illo iubet circundari.

Allegor.Eadẽ,& de eccleſia poſſum⁹ dicere (q̃ viſio pacis,& ſpecula) ſi in hæreſim corruerit, iubet̃ exire, & priſtinæ fidei ornamẽta ſuſcipere.Et ſi fuerit ſuſcitata ſanctitatis eius,& cõtinẽtiæ p̃mia p̃mittunt̃, vt p eã nõ tranſeat incircũciſus. & immũdus,q ad immũdicię opera referri põt.Incircũciſi.n. & immũdi ſũt q corporis volupt. & libid. ſeruiũt.

Moraliter. a *Induere veſtimentis* Moral.Aĩa quoq; ſi p pœnitẽtiã priſtinũ robur receperit, vocabit̃ habitaculũ ſancti, & ſic fit Tẽplum Dei,nec pertranſibit per eam incircũciſus, & immundus,de quib. dicit̃:*Si mei non fuerint dominati,tũc im.*

Pſalm.18. d. Oĩa autẽ quæ promittuntur Sion, & Ieruſalem, non vt

Luc.13. g. Iudæi ſomniant ad lapides,& cineres illius dicũtur,vt inſtaurẽtur in priſtinum ſtatum: ſed ad populũ Ieruſalem, quæ occidit Prophetas, corruẽs in paſſione Chriſti in reſurrectione illius eſt reſuſcitatus: quãdo multa milia de Iudæis crediderunt, & reliquiæ ſaluæ factæ ſunt.

Rom. 9. f. b *Quia non adijciet.*Hæc ad cæleſtem Ieruſalem,quam nullus immundus ingreditur. ✱ Procop. Nã & eã olim vicinæ gẽtes frequẽti exercitu tanq̃ humi iacẽtẽ cõculcantes ptrãſierũt.Sed iã velut erecta rebuſq; terrenis opplerã,pulucrẽ ipſũ. i. carnis cõſiliũ excutere adhortat̃,quo nõniſi abiecto ad Xpm̃ lic.acced.

c *Excutere.*Aĩa polluta ſordib.cãdorẽ priſtinũ amittit,ſed excutit pulucrẽ cũ Apoſt. qa imaginẽ terreni acceperat,vt portet imaginẽ cæleſtis.De puluere hoc dicitur *Nũqd cõfitebitur tibi puluis, &c.* Soluũt quoq; vincula colli,vt non audeat neruus ferreus collũ tuũ,ſicut monilia,vt graui onere liberata,& recipiẽs priſtina ornamẽta ceſſet eſſe captiua, & redẽpta ab eo,q venit p̃dicare captiu.remiſſionẽ:nõcorruptibilib.argẽ.& auro,ſed ſanguine agni,immaculati.

d *Gratis*. Nec cõmodũ habuiſtis,nec incõmodũ effugiſtis,cũ filiũ Dei tradidiſtis ✱Ruper.Dictio breuis,ſed digna ore dñi.Gratis venũdati eſtis Verè gratis, ẽptor .n.diabolus, totũ venundationis p̃tiũ defraudauit.Comedite,ingt, eritis ſicut dij mẽdaciũ locut⁹ eſt,nõ.n deos fecit.Ergo nõ ſolũ gratis ſed dãnosè venũdati eſtis,qa cũ potuiſſetis nõ mori,iã ſecũdũ aĩã mortui ſimul etiã ſecũdũ carnes mortal. facti eſtis. Et ſine argẽto redimemini.Verè ſine argẽto,ſed nõ ſine p̃tio.*Nõ corruptibilib. auro, & argento, ſed ſanguine Xpi redẽpti eſtis,dicit petrus.*
✱ Auguſt.Quare vẽditi gratis,& ſine p̃tio,nõ potius donati dicãt̃?Nã forte ſcripturarũ locutio eſt,vt vẽditus etiã q donatur dici poſſit,q ſenſus eſt optimus. In eo q dictũ eſt gratis venundati eſtis, & vendidiſti populũ tuum ſine pretio, quia illi quibus tradidiſti populũ impijs fuerunt

e *In Aegypt.*Arguit Iudæos, & ventura predicit, ſ. quod deſcen-

---

a ¶ Sion.arx,& ciuitas Dauid.Ieruſalem,relinqua pars ciuitatis. b ¶ Virtutibus 1

a induere fortitudine tua Sion. Induere veſti- 2

a ¶ Et ſicetis. b ¶ Dei, vel templi.

b mentis gloriæ tuæ Ieruſalẽ ciuitãs ſancti quia 3

a ¶ Si pœnitueris,ſi mandata mea cuſtodieris.

non adijciet vltra, vt pertranſeat per te incir- 4

a ¶ Spiritualiter. ¶ Quæ ſocietas lucis ad tenebras, quæ conuentio Chriſti ad Belial? b ¶ Iudæi. c ¶ Dec ina à malo. d ¶ Peccati.

c cunciſus et immundus. Excutere de puluere, 5 6

a ¶ Ad bonum. b ¶ Quieta mente. c ¶ Captiua. d ¶ Peccata.

conſurge, ſedẽ Ieruſalem. Solue vincula colli 7 8

a ¶ Cui iam immittet captiuitas ¶ Eſſœminatione animi vſque hodie populus Iudæorũ Nabuchodonoſor iugum portat peccatorum funibus conſtringitur.

tui captiua filia Sion, quia hęc dicit domi-

a ¶ Veſtra ſponte. b ¶ Diabolo. c Nullo merito veſtro, ſed gratuito Dei beneficio.

d nus: Gratis venundati eſtis, & ſine argento 9

a ¶ Sanguine filij.

redimemini. Quia hæc dicit Dominus 10 11

a ¶ In mundum, qui mœror.& tenebræ b ¶ In patribus,¶ c ¶ Genus humanum

e Deus: In Ægyptum deſcendit populus

a ¶ In Adã. b ¶ peregrinus,quia patria noſtra paradiſus, c ¶ In terra Geſſen.

meus in principio, vt colonus eſſet ibi 12 13

---

# NICOLAVS DE LYRA.

C ✱ *expectando futurum quod iam eſt preteritũ. Igitur ſequendo ſententiam & dictum Ra.Sa. in hoc c. quantum ad id q cõtinet veritatis, poteſt dici conſequenter, quod in hoc ca. remouetur tertium impedimentum liberationis factæ per Chriſtũ quantũ ad incredulos, quod prouenit ex contemptu humilitatis Chriſti principes enim ſacerdotũ & Scribę de aduentu Chriſti nimis carnaliter ſapientes,expectabãt eum temporaliter regnaturum: & dominium à Romanis ablaturũ, & ideo cum viderunt eum humilem,abiectum & pauperem,& contemptum terrenorum docentem, contempſerunt eum, & ſic fuerunt excæc: & fructu ſuæ redemptionis priuati:& hoc iuſtè: quia aduentus eius fuerat prænũciatus in paupertate,Zach.9.b.* Ecce rex tu⁹ venit tibi iuſtus & Saluator, & ipſe pauper, &c. *q ſicut nunc omnes doct.Heb.de aduentu Chriſti intelligitur.Hoc igitur impedimentum remouetur hic,oſtendendo q humiliatio Chriſti fuit diſpoſitio ad gloriã,ſecũdũ q dicitur Phil.2.a.* Humiliauit ſemetipsũ factus obediens vſq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis propter q Deus exaltauit illũ,&c.*& non ſolũ poſt mortem fuit glorificatus,ſed etiam ante operib.miraculoſis ad declarationẽ ſuæ diuinitatis propter q Chriſto petente Io.12.d.*Clarifica me pater,&c. *reſponſum fuit:* Clarificaui & iterũ clarificabo. *i. clarificaui te in miraculis,& iterũ clarificabo per gloriã reſurrectionis:& ſic eſt in corpore myſtico Chriſti, q eſt eccleſia, quia poſt depreſſiones eius per Iudęos & tyrannos eleuata eſt in magna gloria etiã temporaliter:& ipſis depreſſionib.fuit multũ eleuata ſpiritualiter in receptione Spiritusſancti & in miraculis quę fiebãt p apoſtolos & alios ſanctos in nomine Chriſti,vt patet in Actib. apoſtolorũ in plurib. locis, & in ſanctorũ legendis. Secundum hoc igitur præſens capitulum in duas partes diuiditur:quia primò oſtenditur propoſitum in myſtico Chriſti corpore ſecundo in ipſo ca.ibi:* Ecce intelliget. *Prima in*

Diuiſio. *duas qa primò deſcribitur eccleſię depreſſę ſublimatio,ibi:*Quã pulchri. *Prima in duas,quia primò oſtẽditur p̃poſitũ,ſecũdo adducitur exemplũ,ibi:*Quia hæc dicit.*Circa primũ propheta alloquitur eccleſiam primitiuam dicens.*Conſurge,conſurge.*ad opera virtutum & duplicatur li conſurge, ad maiorem excitationem.*

1 Induere,&c.*ad tolerandũ conſtãter aduerſa qa cito poſt aſcenſionẽ Chriſti ad cęlos,facta eſt perſecutio magna in eccleſia,act.8. & poſtea Romæ per Neronem & alios plures perſecutores eccleſiæ ſed qa poſt perſecutionẽ eccleſię ſecuta eſt pax & honor,et ideo ſubditur.*

2 Induere veſtimentis gloriæ tuæ.*& hoc fuit impletũ Conſtantini imperatoris tempore,qui pacem eccleſiæ per totum Romanum imperium dedit,& mirabiliter eam honorauit.*

3 Quia non adijciet vltra.*ſic te calcando & vilificando.*

4 Incircunciſus.*ideſt perſecutor Gentilis.*

5 Et immundus.*i. perſecutor Iudæus. Si autem cõtra hoc obijciatur,quod poſt mortem Conſtantini Licinius perſecutus eſt eccleſiã et poſtea Iulianus apoſtata:dicendum,q illę perſecutiones nõ fuerũt tantę q deijcerent eccleſiam ab honore,nec diu durauerũt.Licinius enim in bello fuit deuictus,apud Theſſalonicã capite truncatus Iulianus etiam apoſtata à ſancto Mercurio lancea fuit transfixus.Poteſt etiã dici q illa dictio, vltrã,quæ dicitur:*Nõ adijciet vltra &c. *non importat ſemper perpetuitatem a parte poſt,ſed durationem temporis determinatam,& aliquando non multum longam,ſicut dictum fuit plenius ſupra ca.ſecundo. Toto autem tempore Conſtantini poſt eius baptiſmum vniuerſalis eccleſia fuit in pace & honore.*

6 Excutere de puluere.*i.de præſenti abiectione, vel de puluere ad literã. quia multi Chriſtiani fuerant condemnati ad fodiendũ & deportandum arenã vnde pulueriʒabantur: qui omnes fuerunt abſoluti de mandato Conſtantini.*

7 Sede Ieruſalem.*in ſede honoris,q tunc fuit impletum quãdo Roma quæ erat caput mundi,facta eſt ſedes ſummi pontificis per Cõſtantinum,ſede imperiali translata apud Conſtantinopolim.*

8 Solue vincula colli tui.*quia omnes Chriſtiani in diuerſis partib.orbis carcerati,per Conſtantinum fuerunt liberati.*

9 Gratis venundati eſtis,*i.ſine cauſa deputati operib.ſeruilib.*

10 Et ſine argento redimemi.*quia Conſtantinus non accepit inde pecuniam,ſed magis econuerſo pecunias ſuas diſtribuit per orbem ad ędificationem eccleſiarum & ſuſtentationem miniſtrorum.*

11 Quia hæc dicit dominus Deus.*Hic adducitur exemplum ad propoſitum & ponitur hic duplex exemplum.Primum eſt de deſcenſu populi Iſrael in Aegyptum:cum dicitur:*

12 In Aegyptum deſcendit populus meus in principio.*De quo deſcenſu habetur Geneſis quadrageſimoſexto.*

13 Vt colonus eſſet ibi.*i.habitator ad euadendũ famis periculũ ſed poſtea fuit ibi multũ depreſſus & afflictus:ſed dominus liberaui eum.Iſta tamẽ liberatio hic non exprimitur quia erat nota & famoſa:& ideo ſatis datur intelligi per hoc q deſcenſus in Aegyptum tangitur:& idem dicendum de ſecundo exemplo,cum ſubditur.*

2 Induere

a ¶ Diabolus. ¶ Aſſyrii cum Nabuchodonoſor. b ¶ Adam enim ei nihil nocuerat: quare eum ad peccandum compelleret. c ¶ In terra promiſſionis.

& Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eũ. 1

a ¶ Quaſi: Quid moror amplius in Iudæa, vbi tam pauci fideles, tranſibo ad gentes, vnde fideles, tranſeamus ab his ſedibus. 2

a Et nunc quid † mihi eſt hic, dicit domin⁹ quo 3

a ¶ De terra ſua, vel à Deo male viuendo, vnde: Populus meus ablatus eſt gratis. b ¶ Reges, principes, ſacerdotes, per quorum peccata ſæpe populus tam corpore, quam anima captiuatur. 4

niam ablatus eſt populus meus gratis? Domi- 5

a ¶ Populi.

natores eius † iniquè agunt, dicit dominus. Et

a ¶ Ter quotidie maledicunt dominum. & Nazaræos eius. b ¶ In ſynagogis, vel in Gentibus. vnde, per vos nomen domini blaſphematur in gentibus.

b iugiter tota die † nomen meum † blaſphema- 6

a ¶ Quia blaſphemor à Iudæis. b Fideles à Chriſto Chriſtiani vocati 7

tur. Propter hoc ſciet populus meus nomen 8

a ¶ Incarnationis. b ¶ Olim per prophetas. 9

c meum in die illa: quia ego ipſe, qui loquebar, 10

a ¶ Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum. b ¶ Per meipſum. 11
¶ Propheta de filio. c ¶ Sanctos. ¶ Iudææ, vel Apoſtolos, virtutibus eminentes.
d ¶ Apoſtoli quorum pedes dominus lauit. 12

d ecce adſum. † Quam pulchri ſuper montes pe- 13

a ¶ Nobis b ¶ Cum Deo, & Angelis. ¶ Pacem, his, qui longe, & his qui prope. Hic eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. 14

e des annunciantis, & prędicantis pacem, an- 15

a ¶ Euangelium, gratiam Spiritusſancti. b ¶ Nobis. ¶ Quam dedit. ¶ Redemptionem, & beatitudinem.

nunciantis bonum, & prædicantis ſalutem, di 16

a ¶ O. b ¶ Victo diabolo. c ¶ Non peccatum. d ¶ Audietur in toto orbe. e ¶ Super muros tuos conſtituti ſunt cuſtodes.

f centis: Sion regnabit Deus tuus. Vox ſpecula- 17

a ¶ Ipſi. ¶ Alte loquentes. b ¶ Prædicationis In omnem terram exiuit ſonus eorum. c ¶ Corda quæ diſcordat non lauda d ¶ Dominum.

torum tuorum leuauerunt vocem, ſimul lau- 18

a ¶ Cordis. b ¶ Facie ad faciem. ¶ Oculi mei ſemper ad dominum. 19

dabunt; quia oculo ad oculum videbunt, 20

a ¶ Ad fidem. b ¶ In conuertendo dominus captiuitatem, &c. c ¶ Eccleſiam b ¶ Quia inſtaurata.

g cum conuerterit dominus Sion. † Gaudete 21

a ¶ Reliquiæ Iudæorum Apoſtoli, & alii b Per Spiritumſanctum ſubintrante multitudine Gentium.

& laudate ſimul deſerta Ieruſalem, quia con-

¶ Fidelem. a ¶ Sanguine filij.

ſolatus eſt dominus populum ſuum, redemit

descenderunt ſpōte ad Aegypt. tēpore famis poſt ab Aſſyriis ſine cā oppreſſi ſunt. *In Aegypt. de.* q. d. Aegyptij voluerūt populū meū ſeruiture opprimere. & videbāt aliqd inde rationis habere: qa ſubuenerūt eis in famis neceſſitate Sed ego liberaui eū, & eduxi eū p deſertū in terrā promiſſionis. Sed qd cauſæ eſt Aſſyrio, vt etiā in terra ſua opprimat illū, & calumniet ei

a *Quid mihi eſt hic.* Nihil hic ait, apud eos reperio. Iuxta illud. Ideo veni, & nō erat homo, vocaui, & nō erat, q audiret. Quod ſi ad eā q ſub Roman. fuit, captiuitatē referas ad gentiū regiones in qb. diſperſi vagant, loci particula referetur, nimirū, vt eos ideo in tali rerum ſtatu verſari iſta, quę pati indicet quod redemptorem ſuum cruci affixerint.

b *Et iugiter.* ✲ Iuſtinus. Poſt dn̄m actū in cruce, vt intellexerūt eū reuixiſſe, & conſcendiſſe cœlū, vt à Prophetis p̄ſignificatū, nō ſolū nō doluere ob admiſſum tam immane nefas, ſed elegere viros, quos ex Hieroſolym. in oēs terrarū partes mitterēt, qui aduerſum Xp̄m, & Xp̄ianos fœdiſsimos ſpargerēt rumores, & ſuos, qui toto orbe terrarū erant diſperſi, cōcitarent aduerſus dominum: & docerent Chriſto conuitiari.

c *Quia ego ipſe loquebar.* ✲ Euſebius. Docet propheta, ꝙ nō alius Chriſtus eſt, ſed idē ipſe dominus, qui loquebatur in prophetis; inquit, enim, ecce ego, qui loquebar adſum.

d *Quā pul.* De eo, qui ſupra dixerat. *Ego ipſe qui loquebar, ecce adſum,* teſtatur propheta quod ipſe ſupra mōtes euāgelium prædicauit.

e *Annunciantis.* Chriſti per ſemetipſum, per Apoſt. quibus ait: *Pacē relinquo vobis, pacē meā do vobis.* Super quos dominus ſedens prædicabat: Ipſi etiam pedes Chriſti, prędicationem eius portando. Ioan. 14. d.

✲ Procop. Miratur in quaſcunq; terras Euangelij præcones abierint, ibidē auditos eſſe horūq; pedes pulchros appellauit, vt quos Saluator abluiſſet mūdos eſſe ſignificaret nō alit. q̄ p mōtes, ipsā p̄dicationis ſublimitatē. Pacē verò cū Deo nō vicinis tm̄, ſed remotis etiā gēti b⁹ euāgelizabāt, q Xp̄m docebāt euāgelizabāt itē bona reuera cum beatitudines denunciabant.

✲ Rup. Specioſi pedes, miſericordia, & veritas, duob. iſtis pedib. iſte q nūc dicit, ecce adsū. in hūc mūdū venit videl. queadmodū dicit vt q nō vidēt videāt, & q vidēt cæci fiāt. Nā, vt q nō vidēt, videāt miſericordiæ eſt & q vidēt, cæci fiāt veritatis eſt. Pes iſte Iudæos cōtriuit pes ille gentes ſubleuauit. † Spernitur.

✲ Orig. Euāgelizabāt Apoſtoli bona ſ. Ieſum. Nec miretur quiſq̄ ſi nōie bonorū numero multitudinis, expoſuerimus annūciari Ieſum ab euangelizantibus facilè enim intelliges, qūo multa bona ſit Ieſus vita bonū eſt Ieſus eſt vita reſurrectio bonū eſt, Ieſus eſt reſurrectio: lux mundi bonum eſt, Ieſus eſt lux vera, veritas, oſtium ſapientia, potētia, theſaurus denique omniū bonorum Ieſus eſt. In præfat. In Ioan.

f *Vox ſpec.* Apoſtolorū, & aliorū, q ſpecula ſunt ſemp, vt omnia præuideant, & ſubiectos promoueant.

g *Gaudete.* Primitiuā eccleſiā cōſolat, de multitudine gētium, q̄ excæcatis Iudęis in locū eor. ſubintrauerunt ducto autē populo à Rom. in captiuit. & ſuccēſis vrbib. † Sup. 49. d.

habita

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et Aſſur. *ideſt rex Aſſyriorum.*

2 Abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum, *tamen domin. mirabiliter liberauit ipſum tempore Ezechię, vt habetur 4. Reg. Cōſequenter applicantur exempla ad propoſitum, cum dicitur.*

3 Et nunc quid mihi eſt hic. *ideſt in perſecutione eccleſ. quaſi di. decet me eam liberare. Et ſubditur cauſa.*

4 Quoniam ablatus eſt populus meus gratis? *quia in primitiua eccleſia multi fuerunt ablati per occiſionem de pręſenti vita, & multi de locis ſuis per incarcerationes, & exilia.*

5 Dominatores eius iniquè agunt. *Quia Iudęi ſub quorum dominio primo fuit eccleſia in Ieruſalem, & Iudæa, iniquè tractauerunt populum Chriſtianum, & poſtea Imperatores Romani, & eorum præfecti.*

6 Et iugiter tota die nomen meum blaſphematur, *ſcilicet nomen Chriſti, qui ab infidelibus magus, & deceptor fuiſſe dicebatur.*

7 Propter hoc *ideſt propter iniurias dictas.*

8 Sciet populus meus. *ſcilicet Chriſtianus.*

9 Nomen meum. *ideſt efficiam nominis mei per experientiam ſuæ ſalutis, ſicut vocor Ieſus, ideſt ſalus, vel Saluator.*

10 In die illa. *ſcilicet notabili, & famoſa, quando Conſtantin. recepit baptiſma.*

11 Quia ego ipſe, qui loquebar. *in humanitate aſſumpta diſcipulis meis.*

12 Ecce adſum. *per ſaluationis effectum, & etiam in perſona propria, quia Conſtantinus de baptiſmo conſurgens confeſſus eſt ſe vidiſſe Ieſum Chriſtum.*

13 Quam pulchri. *Hic conſequenter deſcribitur eccleſię dilatatio per prędicationē Apoſtolorum, aliorumque diſcipulorum, cum dicitur:* Quam pulchri. *ideſt valde pulchri.*

14 Super montes. *ideſt terrenos principes fidem Chriſti recipientes ad prædicationem prędictorum.*

15 Annunciantis. *ideſt legem euangelicam, quæ eſt lex pacis, & amoris. Poſſet etiam hęc litera exponi de nuncijs Conſtantini miſſis per orbem ad denunciandum eccleſiæ pacem. Sed prima expoſitio magis conſonat dicto Apoſtoli, vt ſupra dictum eſt: & etiā literæ ſequenti, in qua ſubditur.*

16 Dicentis Sion regnabit Deus tuus. *Apoſtoli enim, & alij pręedicatores eccleſię prędicauerunt, & prędicant regnum Chriſti, propter quod dicitur Mat. 4. b.* Et prædicabitur in hoc euangelium regni in vniuerſo orbe, &c. *vnde in fine legendarum ſanctorum communiter ponitur: Regnante domino noſtro Ieſu Chriſto, &c.*

17 Vox ſpecu. *ideſt prælatorum, ſecundum quod dicitur Ezech. 3. d.* Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, &c.

18 Leuauerunt vocem. *conſtanter prædicando.*

19 Simul laudabunt. *concorditer gratias agendo.*

20 Quia oculo ad oculum. *ideſt ſenſibiliter.*

21 Cum conuerterit dominus Sion. *videntes multitudinem gentilium conuerſam ad Chriſtum: & hoc fuit impletum tempore Conſtantini. Anno enim quo baptizatus fuit, tanta multitudo credidit, vt ad duodecim millia, & amplius baptizandi adſcriberentur, vt habetur in geſtis ſancti Syluestri, abſque mulieribus, & paruulis, ideo ſubditur.*

22 Gaudete, & laudate ſimul. *ideſt loca ſeruituti Chriſti: dedicata, quæ ante tempora Conſtantini, ita fuerunt deſerta, quod nullus Chriſtianus, niſi furtim audebat accedere, ſed Conſtantinus per totum orbem iuſſit ea aperiri, & a fidelibus frequentari, & alia de nouo ędificari.*

✲ Paranit

habitator, aut nullus remã
A ſit, aut rarus. Eccleſia autẽ
†Denudauit. quæ quondam in eis fuit,
multitudine gentium, & reparata eſt, & multiplicata
eſt vnde eis, qui crediderũt
dicitur: Gaudete, &c.
a *Brachium. In brachio meo gẽtes ſperabunt.* Et alibi: *Brachiũ tuum cum potentia.*
Pſal.97. Pſal.88 c.
† 2.Cor.6.d. 45.diſc.rece dite.23.d. 4.c.ecce &.c.recedite.
b *Recedite.* Hoc Iudæi ad ſe referũt qñ permittente Cyro regreſſi ſunt in Ieruſalẽ, & vaſa dñi q̃ Nabuchodonoſ. aſportauerat, reportauerũt
1.Eſdræ 1.c.
Quib. (vt aiunt) mundicia indicitur, vt ab illis ſancta vaſa referantur. Et q̃a nõ in
† feſtinatione
tumultu, vel fuga exibunt, pdicit Sed melius ad Apoſtol. & ad primitiuã eccleſiã hoc referimus. Ante.n. quã Romani superuenirẽt,
B & Apoſtoli in gẽtes ſunt diuiſi, & alij fideles in regnũ Agrippę tranſierunt, à Spiritu ſancto admoniti.
Math.28.d.
c *Exite.* in toto orbe euãgelium prædicantes, ite docete omnes gentes.
in c.6.2. Co. † corruptis ẽ præ virò aſpectus ei⁹ & forma eius præ filijs hominũ Sic aſper.
d *Pollutum nolite.* ✠ Chriſoſt. Nõ dixit dñs, ne facite immunda, ſed maiorẽ diligentiã requirens, dixit ne tetigeritis, ne appropinquaueritis, Nã adulteriũ fornicatio, immũditia carnis eſt, immũdę vero cogitationes & videre intẽperatis oculis doloſe agere, vindictã velle animæ inquinatio eſt, igitur, & corpore, & animo vult nos eſſe mundos.
†Rom.15.c. † viderunt intellexerunt.
1.Cor.3.d.
e *Vaſa domini.* Tẽplũ domini ſanctũ eſt, quod eſtis vos, vaſa

a ¶ Generalem eccleſiam. b ¶ Incarnari fecit filium vel prædicari vbique
a Ieruſalem. † Parauit dominus brachium ſan- 1
a ¶ Cordium.
ctum ſuum in oculis omnium Gentium, & 2
a ¶ Corde, uel etiam corpore in iudicio b ¶ Mundi cardines c ¶ Filium
b videbunt oẽs fines terræ ſalutare Dei noſtri.
a ¶ O Apoſtoli, ne peccatis eorum inuoluamini, uel quilibet ſancti.
b ¶ Ieruſalem. c ¶ Iudæos morte, & ſanguine Chriſti,
c
d † Recedite, recedite, exite inde, pollutum no- 3 4
¶ Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea a ¶ Ieruſalem. b ¶ O Apoſtoli
lite tangere. Exite de medio eius: † mundami- 5
¶ A uicus, à contrario blaſphemantium, in necem quorum, paratur exercitus Romanus, a ¶ Vos ipſos, in quibus dominus, uel arma iuſtitiæ.
¶ Sicut prius de Aegypto, ſed in pace regis, ¶ Quamuis enim cæſi tamen uictores extiterunt. ¶ A Iudæis
ni, qui fertis vaſa domini. Quoniam non in 6
e
a ¶ Timore b ¶ Vt victi, ſed uictores quotidie multi Iudæorum milia fidei ſubiicientes. c ¶ Ad gentes
† tumultu exibitis, nec in fuga properabitis. 7 8
a ¶ Euntes ad gentes. b ¶ Dux, & moderator.
Præcedet enim vos dominus, & congregabit 9
a ¶ Ex Iudæis, & gentibus, ut fiat unum ouile, & unus paſtor. b ¶ Voluntatem meam. c ¶ Filius obediens uſque ad mortem ¶ Dei uerbum, & ſapientia.
f vos Deus Iſrael: Ecce intelliget, ſeruus meus 10
a ¶ Ideo. b ¶ Ad cœlos, vel per Apoſtolorum prædicationem. c ¶ Super omnes cœlos ¶ Ad dexteram patris.
et exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit 11 12
a ¶ Admirantes miracula ante paſſionem.
valde. Sicut obſtupuerunt ſuper te multi: ſic 13 14
a ¶ In paſſione ¶ Quia conſputus, flagellatus, crucifixus. Reuera enim ſpecioſus præ filiis hominum. ¶ Vnde maiora miracula. b ¶ Species ſine honore.
g † inglorius erit inter viros aſpectus eius, & for 15 16
a ¶ Lauabit ſanguine proprio, non ſicut in lege ſanguine agni.
¶ In baptiſmo.
ma eius inter filios hominum. Iſte aſperget 17
a ¶ Prædeſtinatas. b ¶ Super ſapientiam eius prædicantib. Apoſtolis
Gentes multas, ſuper ipſum continebunt
a ¶ Philoſophi: quorum ſapientia crucis prædicatione ſubuerſa eſt.
b ¶ Gentibus. ¶ Horum comparatione Iudæorum duritia reprehenditur, de quibus, Auditu, audietis, & non intelligetis. c ¶ Per prophetas.
reges os ſuum. † Quia quibus non eſt narra- 18
a ¶ Corde credent Chriſto ipſo in carne prædicante, de quibus Beati qui non uiderunt, & crediderunt, &c.
tum de eo. † videbunt, & quę non audierunt, 19
a ¶ Fide.
† contemplati ſunt.

vaſa ſ. aurea, & argẽtea vnde Paul. vas electionis dicitur vel vaſa dñi, armatura Dei; lorica iuſtitię, clypeus fidei, galea ſalutis, & gladius ſpiritus, quod eſt verbũ Dei.
D. Act.
Eph.
f *Ecce intelliget*, ne dubitet qs dixerit, q loquebar, ecce adſũ: Et q̃ ſit brachium dñi pater perſpicuè docet:
g *Sicut obſtu.* Nõ ſeruãt ordo hiſtoriæ. Superius.n. loq̃batur propheta in perſona patris de aſcenſione filij, & ſubito ad paſſionẽ rediit.
✠ Rupert. Mira locutionis forma, mira apoſtropharum velocitas De tertia ad ſecund. de ſecunda protin⁹ ad tertiam dictio refugit pſonã cum dixiſſet, ecce intelligit ſeruus meus, &c. ad ipſũ apoſtrophẽ fecit, ſubiungẽdo, ſicut obſtupuerũt ſup te multi. Et reuera benè, & amicabiliter ad illũ de quo loq̃bat, ſe cõuertit, ſed ſubiiciẽdo, ſic erit inglorius aſpectus eius noluit dicere tuus, ſed dixit eius. Reuerẽtiã dño pietas exhibuit, q̃a ueraciter non ipſi aſpectus ſuus, ſed hominibus malè uidentibus aſpectus eius inglorius fuit.
E
✠ Procop. Eſt.n fides intelligẽtiæ radix q̃a niſi credideritis, inquit, non intelligetis. Quod certè etiã prophetis causã admirationis attulit. Itaq; ait, *Domine, quis credidit auditui noſtro?* Vtrumq; enim mirabãtur, & Iudæorum infidelitatem, & gentium conuerſionem.
Cap.

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Parauit dñm brachium ſanctum ſuũ. *id eſt filium, qui dicitur virtus patris* 1.*ad Cor.*1. Prędicamus Chriſtum Dei virtutem, &c. *& ſic dicitur brachium domini eo modo loquendi quo poteſtas ſecularis dicitur brachium ſeculare.*
2 In oculis. *quia prędicatores à tempore Conſtantini liberius potuerunt vbique diſcurrere, & multi valde exemplo imperatoris incitati fuerũt ad fidem Chriſti conuerſi, gentilitate relicta, ideo ſubd.*
3 Recedite, recedite. *De cultu idololatriæ.*
4 Pollutũ nolite tangere. *id eſt nolite extendere manus veſtras ad opera peccatorum. Et quia miniſtri eccleſię debent eſſe mundiores alijs, ideo ſequitur.*
5 Mundamini, qui fertis. *qui eſtis deputati ad cultũ Dei ſicut Leuit. in veteri teſtam. qui portabant vaſa cultus tabernaculi.*
6 Quoniam non in tumultu exibitis. *id eſt per violentiã armorum, quod dicitur propter multos confeſſores, & miniſtros Dei incarceratos, quos Conſtantinus liberè abſoluit.*
7 Nec in fuga. *carcerem frangendo, & inde fugiendo.*
8 Præcedet.n. vos dominus. *per Conſtantinum liberando.*
9 Et congregauit vos. *cum fidelibus alijs ad laudandum Deum in Eccleſiis.*
10 Ecce intelliget, *Hic oſtenditur propoſitum in capite noſtro Ieſu Chriſto, qui fuit humiliatus, & exaltatus, vt ſupra dictum eſt. Et vtrumque mixtum ponitur hic cùm dicitur:* Ecce intelliget ſeru. *quia habet ſcientiam diuinam ab ęterno, & humanam ex tempore. Et quod intelligatur de Chriſto ad literam patet per tranſlationem Chaldaicam, quæ dicitur Thargũ apud Hebræos, & tantę autoritatis eſt apud eos, q̃ nullus auſus fuit ei contradicere, quę talis eſt hic:* Ecce proſperabitur ſeruus meus Meſſias: *propter quod antiqui Hebręi ab illo loco, vſque ad finem 53. cap. expoſuerunt ad literam de perſona Chriſti.*
11 Exultabitur. *ad vnitatem ſuppoſiti diuini. Vel aliter:* Exaltabitur, *in ſua reſurrectione.*
12 Et eleuabitur. *in ſua aſcenſione.*
13 Et ſublimis erit vald. *ſedens ad dexteram Dei patris. Marc. vlt. d.* Et dñs quidem Ieſus, poſtquã locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei.
14 Sicut obſtupuerũt. *vidẽtes miracula ante paſſionẽ facta, Mat. 8.d. Porrò homines mirati ſunt dicentes.* Qualis eſt hic quia vẽti, & mare obediũt ei, *& ſimiliter doctrinam Chriſti audiendo miraculis confirmatam, Mat. 7.d.* Admirabãt turbæ ſuper doctrina eius: erat enim docens eos ſicut poteſtatẽ habens.
15 Sic inglorius erit. *id eſt vituperatus erit.*
16 Inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hominũ: *quando fuit conſputus, & colaphis cæſus.*
17 Iſte aſperget gentes multas. *id eſt mundabit ſuo ſanguine, & baptiſmate.*
18 Super ipſum cõtinebũt, &c. *quod videmus impletum in regibus ad fidem conuerſis, qui non ſolum continent ora propria à blaſphemijs, ſed faciunt etiam ſuos ſubditos continere, blaſpemos puniendo.*
19 Quia quibus non eſt. *credendo, & iſti ſunt Gentiles ad quos prophetæ miſſi non fuerunt, neque audierunt Chriſtum perſonaliter prędicantem ſicut Iudæi: propter quod dicit Saluator Mat.15.c.* Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, *ſcilicet ad prædicandum in perſona propria.*
✠ Cap.

## ADDITIO.

*In cap. 5. vbi dicitur in poſtil.* Conſurge.
*In hoc cap 2. videtur propheta quędã præambula præſupponere ad paſſionem Chriſti pertinentia, de qua dicturus eſt apertè, & plenè in ſeq. cap. ſ. 5. vnde primò hortatur populũ fideles ad virtutes* Cõſurge, conſurge: induere fortitudine tua Siõ. *Duplicat autem hoc verbũ, conſurge: ad maiorem confirmationem. Vel per primum conſurge, intelligitur reſurrectio à peccatis. Per ſecundum vero*

A vero proceſſus ad virtutes:et ſequitur, Induere fortitudine tua Sion,ſ.fortitudine gratię,per quã reſiſtitur aduerſitatibus mundanis,& diabolicis tentationibus,iuxta illud Luc.6.c. Eſtote fortes in bel.&c.Et quia per talem fortitudinẽ deuenitur ad ſtatũ glorię, prout ibidem ſequitur: Et accipietis regnũ æternum.ideo ſubditur: Induere veſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalẽ ciuitas ſancta.ſc.cæleſtis, de qua propriè verificatur quod ſubditur:Quia nõ adijcet vltrà, &c.quam exhortationem & excitationem iterum ad maiorem confirmationẽ ſub alijs verbis repetit,di.Excutere de puluere.ſ.peccatorũ,iuxta illud Pſal.29.c.Nunquid cõfite.tibi pul.Conſurge.ſ.ad faciendũ bonum.Ieruſalẽ ſede.ſ. mente quieta. Solue vincula colli tui,&c.ſ.per contritionem verã per quam vinculæ peccatorũ ſoluũtur. qualiter aũt ſeu qua virtute poſſent hmõi vincula captiuitatis peccatorũ ſolui,ſubdit,di. Hæc dicit dominus gratis venundati eſtis,&c. In hoc enim quod dicit gratis venundati eſtis,intelligitur venũdatio quæ eſt per peccatũ vnde ſuprà 50.c.dixerat:Ecce in iniquitatibus veſtris venundati eſtis. Nã qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati, Ioh.8.d. In hoc aũt quod ſequitur: Et ſine argẽto redimemini oſtenditur quod paſſio Chriſti de qua intẽdit in proximo loqui, operata eſt ſalutem noſtrã per modum redemptionis non corporalis, ſecundum quam quandoque aliqui pecuniali precio redimũtur: ſed per redemptionem ſpiritualem.ſ.per ſanguinem precioſum Chriſti vnde 1.Petri 1.c. Non corruptibilibus
B auro vel argento redẽpti eſtis,ſed precioſo ſanguine agni immaculati & contaminati Chriſti. Quæ quidem verba apoſtoli manifeſtè correſpõdent prædictis verbis propheticis.ſ. cũ dicitur:Sine argento redimemini. Et ad declarationem prædictorũ ſubdit:Quia hæc dicit dominus Deus:in Aegyptũ deſcendit populus meus. Vbi propheta oſtendit differentiã inter captiuitatem Babylonicã & Aegyptiacam, à quibus fuerunt per Deũ liberati, & captiuitatem peccati ſeu diaboli à qua Chriſtus redemit humanũ genus per ſuã paſſionem. Nã in prædictis duabus captiuitatibus licet eſſent inter ſe differentes, quia Aegyptiacã incurrerunt ſponte deſcendentes in Aegyptum,vt coloni eſſent ibi,vt patet Gen. 46. & ſic Aegyptij habuerunt aliqualem rõnem detinendi eos,quia ſubuenerũt eis in famis neceſſitate, vt in gloſ. In captiuitate aũt Babylonica quæ ſignificatur hic per Aſſur,eo ꝙ Aſſyrij cum Nabuch. venerunt, nõ fuit talis cauſa, vt in terra ſua calumniarentur & opprimerent eos, vt in gl. In vtraque aũt captiuitate prædicta quæ ſolum corporalis erat in manu violenta per coactionem opprimentiũ ſufficienter fuerunt redempti per potentiã diuinam aduerſarios violenter populum Dei detinentes opprimentem vt patet in ſacris ſcripturis de hoc loquentibus. Sed in hac captiuitate,à qua Chriſtus per ſuam paſſionem redemit, hoc non ſolum non congruebat.ſ. ꝙ Deus per ſuam ſolam potentiam diabolũ ſpoliaret, eò quòd humanum genus per peccatum (quod ſecundum Auguſt.non eſt niſi voluntariũ) captiuatum fuit: qua ratione erat iuſtè ſub ſeruitute diaboli derelictus à Deo, vt tractatur à doctoribus in 3.di.19. & hoc eſt quod ſequitur:Et nũc quid mihi eſt?Hæc dicit dominus,quia ablatus eſt populus meus gratis. q.d. & nunc.ſ. in hac captiuitate hoc non ſufficit.ſc.per ſolam potentiam redimere. Quoniam ablatus eſt populus meus gratis.ſ. ſpõte tradendo ſe peccato ſeu diabolo,qua ratione conueniens eſt, vt per iuſtitiam redimatur. Si aũt contra hoc dicatur quòd Chriſtus per ſuam paſſionem non ſolum ab actuali ſed à peccato originali principaliter redemit: Quod quidem originale peccatum non eſt voluntarium in ipſis deſcendentibus per propagationem. Dicendum quod licet peccatum originale non eſt voluntarium in ipſis propagatis,fuit tamen voluntarium in primis parentibus à quibus trahunt originem. Et ideo ſimpliciter dicit: Ablatus eſt populus meus gratis.ſ.ſponte ſe tradidit diabolo ſeu peccato. & ideo non per ſolam potentiam redimendus eſt ſicut in alijs captiuitatibus ſupradictis, & ſequitur: Dominatores eius iniquè agunt q.d.licet dominatores eius.ſ. principes tenebrarum iniquè agunt,deducendo eos ad peccandum, nihilominus quia gratis.ſ. ſponte (vt dictum eſt) ſe tradiderunt. Et iugiter tota die nomen meum blaſphematur.ſ. eò quod in eis remanet culpa peccati ſecundum quam Deus offenditur: & ideo dicitur blaſphemari, iuxta illud ad Rom.2.d. Per vos nomen domini blaſphematur in Gentibus. Ex ſupradictis igitur concluditur, qđ captiuitas de qua agit non per ſolam potentiã opprimentẽ aduerſarios redimenda erat ſicut aliæ captiuitates,ſed per aliquod remedium ſufficiens ad tollendam culpam ſeu maculam peccatorũ:& ideo ſubdit: Propter hoc ſciet pop. meus nomẽ me.in die illa.ſ.propter neceſſitatẽ ſeu congruentiam prædictã ſciet populus meus.ſ.populus nouiter per me redemptus.nomẽ meum.ſ.nomẽ Ieſus, quod ſignificat redemptorem ſeu Saluatorem à tali captiuitate diaboli ſeu peccati iuxta interpretationem huius nominis per angelũ factã ipſi Ioſeph,Mat.1. Ipſe enim ſaluum faciet po.ſu à p.e.& ſequitur: In illa die.ſc.tempore gratiæ,quando hoc nomen fuit manifeſtũ. Tps enim gratiæ dies dicitur,iuxta illud ad Ro.4.d. Nox præceſſit,dies aũt appropinquabit: Et quia hæc redemptio à Deo vero facta trãſcẽdit omnes alias redemptiones, quæ factæ fuerunt mediantibus Angelis, ſeu hominibus modo prædicto, ideo ſubdit: Quia ego ipſe,qui loque-
bar

bar:ſcilicet per Prophetas, ecce adſum,ſcilicet per carnem aſſumptam q. d. Redemptiones præteritæ particulares, & corporales per Angelos, ſeu prophetas in perſona mea loquentes factæ ſunt,ſed hęc redemptio quę ſpiritualis, atque vniuerſalis eſt oportet,vt per me fiat. Vnde ego ipſe, qui loquebar, ecce adſum. Item circa hoc, quod dicitur: Sciet populus meus nomen meum. Notandum, quod ſicut in redemptione Aegyptiaca fuit Moyſi, & deinde ſenioribus Iſrael, & deinde populo reuelatum nomen domini Tetragrammaton:ſecundum cuius veram ſignificationem ad Deũ pertinet ſigna,& prodigia facere facultatem naturę excedentia,quę requirebatur ad illam redemptionem, prout fuit dictum Exod.3. in additione ar.7. ſic in hac redemptione vniuerſali reuelatum fuit nomen Ieſus, primò virgini glorioſæ, deinde Ioſeph, & alijs diſcipulis, & fidelib. per quod nomen intelligitur ſalus,vel Saluator à peccatis, vt dictum eſt. Sequitur: Quam pulchri ſuper montes: vbi poſtquam Propheta oſtenderat, quod prædicta redemptio ſpiritualis erat ab ipſo vero Deo fienda, de publicatione huius redemptionis, dicit: Quam pulchri ſuper montes. Ad quod ſciendum, quod facta redemptione per paſſionem Chriſti,licet pluries ſuis Apoſtolis in ſua reſurrectione apparuit, tamen de apparitione eius facta in monte Galilææ ſpecialem mentionem fecit prædicens mulieribus: Annunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, quæ quidem apparitio fuit in quodam monte Galilæę,vnde Matth. vl.b.Vndecim diſcipuli abierunt in Galilæam in montem, vbi conſtituerat illis Ieſus de quo propriè poteſt intelligi iſtud verbum. Quã pulchri ſuper mõtes,id eſt. ſuper montem,ſumendo plurale pro ſingulari,ſicut in alijs multis locis. Et ſequitur: Pedes annunciãtis, & prædicantis pacem,ſcilicet pedes Chriſti, qui in illo mõte annunciauit eis, & iniunxit prædicationem Euangelij pacis,di. Euntes docete omnes gentes,ſ.Euangeliũ pacis.Mat.28.d.Annunciantis bonum, prædicantis ſalutem: quia tunc dictum fuit eis: Qui crediderit & baptizatus fuerit,ſaluus erit. Mar.vl.d.In quo verbo manifeſtè prædicauit ſalutem omni credenti, dicentis: Sion regnabit Deus tuus: quia tunc Chriſtus dixit Sion.ſ.apoſtolis in quibus præcipuè eccleſia reſidebat: Data eſt mihi omnis poteſtas,&c. Mat.vl.d. Si autem quæratur quare pedes Chriſti ſingulariter nominauit propheta: dicendum, quòd in hoc deſignatur adoratio apoſtolorum fuiſſe ibi facta vſque ad pedes. eo modo quo de mulierib. ibidem dicitur: Illæ autem acceſſerunt & tenuerunt pedes eius,& adorauerunt eum: Et ſequitur: Vox ſpeculatorum tuorũ: quod cõiter exponitur de apoſtolis & prælatis eis ſuccedentib. Sed ſaluo meliori iudicio magis propriè videtur exponendum de patrib.in limbo exiſtentib. qui ſpeculatores vocãtur in ve.te.Ezech.3.d.& 31.b. Fili hominis ſpeculatorem te dedi. Iſti enim patres dicũtur leuare vocem & laudare præ gaudio ſuæ liberationis ſimul, quia coniunctim liberati fuerunt,& beatitudinem ſibi promiſſam & diu ſpectatam attigerunt.de quo dicit: Quia oculo ad oculum videbunt.ſ.facie ad faciem.Cum cõuerterit Siõ: Et ſequitur: Gaudete & laudate ſimul deſerta Ieruſalem.quod ſatis propriè applicatur primitiuæ eccleſiæ,prout in gl.Parauit dominus brachiũ ſanctũ,&c.exponatur ſicut in poſtilla,referendo tamen ad tempus prædicationis apoſtolorũ. Recedite,recedite,exite inde. exponatur de primitiua eccleſia ſicut in gl. quia antequã Romani ſuperuenirent, apoſtoli & alij fideles à Iudęa quæ contaminata remanſerat ex occiſione Chriſti in regnũ Agrippæ tranſierunt,& ad alias Gentes Spirituſancto admonente, vt in hiſtoria Eccleſiaſtica habetur. Sequitur: Mũdami.ſ.à vicijs qui fertis vaſa domini Per vaſa domini ſecundũ gl.intelliguntur ſancti.vnde Paulus uas electionis dicitur, uel, uaſa domini ſunt armatura Dei.lorica iuſtitiæ,clipeus fidei,galea ſalutis,& hmõi. Et ne quis eſtimaret ex hoc ꝙ dixerat: Recedite, recedite,exite inde ꝙ in Epheſ.6.c.
hac redemptione requirebatur receſſus corporalis per modum fugæ. ſicut in redemptione Aegyptiaca, Exo.12.ideo ſubdit: Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis.ſ.ſicut tunc. Præcedet enim vos dominus ſ.ipſe Dei filius in perſona propria. Et cõgregabit vos dominus Deus Iſrael, in fide & charitate:quis aũt ſit iſte Deus Iſrael ſtatim ſubdit,d.Ecce intelliget ſeruus meus,quem hic vocat ſeruũ,eò ꝙ fuit obediens uſq; ad mortẽ:de qua morte ſtatim in ſequenti c.tractat & ſequitur: Exaltabitur.ſ.ad cælos ſecundum glo.quia per obedientiam vſq; ad mortẽ Deus exaltauit illum.vt habetur Phi.2.d.Et eleuabitur ſuper oẽs celos,& ſublimis erit valde.quia ad dexterã patris ſedens, hęc in gl. Antiqui aũt Hebræorum iſtas eleuationes exponũt de Meſſia ſic:Exaltabitur,pluſquam Abraham,& eleuabitur. pluſq̃ Moyſes. Et ſublimis erit valde, pluſquam angeli ſuperiores: Ex quo patet,ꝙ Meſſias de quibus etiam ſecundum ipſos loquitur propheta, eſſet ſublimior angelis ſuperioribus. Et cùm ſecundum eos inter naturam diuinam & angelicam non ſit medium, conſequenter concedere habent,quòd ipſe ſit Deus,& cum propheta hic vocat eum ſeruum, quod non competit diuinæ naturæ, ſequitur quod in ipſo ſint duæ naturæ diuina ſcilicet, & humana: quod tamen ipſi negant licet concedant præmiſſa. In his enim & ſimilibus non verentur veritati per eos implicitè conceſſæ contradicere.

P

## CAP. LIII.

¶ Quaſi Quam pauci ex Iudæis.
a ¶ His, quæ audiunt à nobis.
Q† Vis credidit auditui 1
a ¶ Filius per quem pater omnia fecit.
noſtro? & brachium do- 2
a ¶ Vt crederet, quamuis à nobis audiret.
mini cui reuelatum eſt? 3
a ¶ Egredietur virga de radice Ieſſe.
¶ Reſurgendo, aſcendendo, & mundum fide complendo. 4
Et † aſcendet ſicut vir-
a ¶ Per omnia placens. b ¶ De vtero virginis mundo à vitili concubitu. 5
c ¶ Sicca. 6
gulũ coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti. 7
a ¶ Opinione malorum. b ¶ Nos prophetæ oculisq́; cordis. 8
Non eſt ſpecies ei, neque decor. Et vidimus
a ¶ Ei in paſſione. b ¶ Multo ante uidere. 9
eum, & non erat † aſpectus: & deſiderauimus
a ¶ A Iudæis pendentem in cruce, & pro nobis maledictum. 10
b ¶ Viliſſimum opinione. c ¶ Omnium.
eum † deſpectum, & nouiſſimum virorum,
a ¶ Vetus homo, verè doluit. b ¶ Pati ¶ Pro nobis aſſumptam diuinitate ſuperauit. 11
virum dolorum, & ſcientem infirmitatem. 12
a ¶ Diuinitas abſcondita in corpore. ¶ Vnde ſupra: Tu es Deus abſconditus, & neſciebamus. ¶ Iudæis.
† Et quaſi abſconditus vultus eius, & deſpe- 13
a ¶ Multi ex nobis, poſt tamen credituri. b ¶ Dei filium. c ¶ Sed. ¶ Non putatiue, ſed uerè crucifixus, verè doluit. unde: Triſtis eſt anima mea uſque ad mor. 24
ctus: vnde nec reputauimus eum. † Verè lan- 15
a ¶ Peccata. b ¶ Non ſuos. c ¶ Non alius. d ¶ A nobis. e ¶ Non ſuos,
guores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros
a ¶ In corpore ſuo ſuper lignum. b ¶ Qui ignorantes peccauimus, ſed pœnitentes credimus in illum. illorum enim perſona Iſaias loquitur.
ipſe portauit. Et nos putauimus eum † quaſi 16

CAP. LIII.

A a Q*Vis credidit*. Propheta in perſona ꝓphetarũ cõqueritur, ꝙ pauci ex Iudęis crediderũt ꝙ de aduẽtu filij ab illis audiunt.

† Ioan. 2.f.

In cap. 10. ad Rom. Idem.

✠ Orig. Hæc interrogatio in ſacris literis paucos, aut raros ſignificat q crediderĩt.

✠ Chryſoſt. Induxerãt obiectionẽ Iudæi, ꝙ ſi Xp̃s miſſus eſt à Deo, & Xp̃s Deꝰ eſt, oportebat, vt oẽs illi obedirẽt, quomodo Xp̃o nõ crediderũt. Reſpõdet Pau. hoc ipſo quod nõ obediãt, poterat tibi ò Iudæe corũ, q̃ dicuntur, fidẽ facere: Nam, & hoc futurũ propheta prædixerat, & multo plus q̃ hoc vos enim obijcitis quod nõ oẽs crediderunt, Iſaias plus dicit, domine, qui credidit auditui noſtro.

† Aſcendit.

† Forma quæ faceret vt deſideraremus eum.

† Deſpectus & reliqua in nominatiuo. Supra 52. d.

† Et auertebamus facies noſtras ab eo adeo erat.

† Plaga percuſſum.

b *Et brachium do*. Pater filiũ ſuũ mundo nunciauit vẽturũ, & ante ſcandalũ crucis p̃miſit gloriã reſurgẽtis: Eleuabitur, & exaltabitᷣ, &c. Reſpondet ergo ꝓphetarũ chorus ſe offic. impleſſe, & B brachium dñi annunciaſſe.

c *Virgultum*. Symmac. ramꝰ hominẽ ſignificans, q proceſſit de vtero virginis.

d *Sitienti*. Aquila, inuia, vbi virginitatis priuilegium demõſtratur, qa ſine ſemine de terra prius inuia creatus eſt.

✠ Procopius. Radicem illam ſignificat, de qua illud, egredietur virga de radice Ieſſe.

e *Non*

e *Non eſt ſpecies*. ✠ Procop. Poſtquã de Saluatoris natiuitate diſſeruit, eius iam in terra conuerſationem explicat.

✠ Augu. Quæ ſpecies illius erat, q̃ non videbatur: quæ vè gloria? Illa nãq; non videbatur, de qua Ioãnes. *In principio erat verbum, & Deus erat verbum*. Et de qua Pau. *Quę cum in forma Dei eſſet, &c.* Hęc ſpecies, & hęc glor. nõ videbatur, quia dicebãt: *Nõne hic eſt faber, & fabri filius? nonnè benedicimus nos quia demonium habes?*

f *Vidimus eum*. ✠ Orig. Hęc dicent, qui videbunt gloriã eius de pręteritis tẽporibus ſuis quando non videbatur verbum habere ſpeciem glorioſam.

Idẽ ſpecies inhoneſta verbi eſt, quando pręedicamus eum natũ, crucifixũ, gloria, & aſpectus verbi in viris ꝑfectis, ſi amatores facti sũt pulchritudinis eius.

✠ Rupert. Hæc, &c. ſic legẽda ſunt, vt humana æſtimatio ſubaudiatur. Nã de veritate rei, certiſſimus cõtinuò ſubiungit ꝓpheticus, ſpiritꝰ verè languor. noſtros ipſe tulit, & nos reputauimus eũ quaſi leproſum, ipſe autẽ vulneratus eſt ꝓpter iniqt. nr̃as, &c. Illa q̃ ante hæc dixerat, ſola oculi ſtultorũ viderũt. At tamẽ præ magnitudine doloris, & iuſtæ cõpaſſionis, ſeſe propheta cũ iſtis annumerauit, vidimus inquiens, eũ, &c.

a *Liuo-*

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. LIII.

✠ QVis credidit. *Rab. Sal. & Andreas exponũt hoc cap. ad literã de populo Iudæorũ, dicentes, ꝙ Propheta de illo loquitur quaſi de homine vno eo modo loquendi quo dicitur Exod. 4. f.* Filius meus primogenitus Iſrael: *ſed eorum peruerſitas patet ꝑ doctores Hebræorum antiquos, vt dictum eſt præcedenti cap. Item ſuper illud Geneſ. 29. e.* Et introduxit eam Iſaac, &c. *dicit Rab. Moy. Hic eſt rex Meſſias, qui dedit cor ſuum ad petendum miſerationes pro Iſrael, & ad ieiunandum, & humiliandum ſe pro eis, ſicut ſcriptum eſt Iſa. 53. a.* Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, &c. *Ex quo patet, quod ſecundum iſtum doctorem hoc cap. loquitur de Chriſto ad literam: Hoc etiam patet per ſcripturas noui teſtamenti, quæ ſunt maioris authoritatis, quamuis à Iudęis non recipiantur. Quod enim dicitur in princ. c.* Domine quis credidit, &c. *Io. 12. dicitur impletum in Chriſto, & ſimiliter ad Rom. 10. c. Item quod dicitur infra:* Verè languores noſtros ipſe tulit, &c. *Matth. 8. dicitur impletum eſſe in Chriſto. Similiter quod poſtea ſubditur:* Sicut ouis ad occiſionem ducetur, &c. *vſque ibi:* Qui abſciſſus eſt de terra viuentiũ. *Act. 8. dicit dict. ad literã de Chriſto ſimiliter quod poſtea ſubditur:* Et cum ſceleratis reputatus eſt. *Marc. 15. dicitur impletum in Chriſto. Igitur ſequendo hanc ſententiam, dicendum, ꝙ hic ponuntur remedia contra impedimenta prædicta. ſicut fuit ſupra diuiſum c. 50. Et diuiditur in tres partes ſecundum tria remedia. Secundum ponitur c. ſeq; tertium vlt. c. Primum autem impedimentum percipiendi fructum redemptionis Chriſti fuit Iudęorum peccatum, contra quod ponitur hic remediũ paſſionis Chriſti, quæ ſufficit ad delendum oẽ peccatum quantum eſt ex ſe. Et diuiditur pręſens in capitulum in duas partes, quia primò Iſaias rei dicendæ deſignat altitudinem, ſecundò proſequitur dicendorum ordinem ibi:* Et aſcendet. *Circa primum dicit.*

C

Diuiſio

1 Quis credidit, &c. *i. paſſionis Chriſti myſterio, quod ego & alij prophetæ audiuimus a Spirituſancto. Pręuidit enim Iſaias propheta Iudæos pro maiori parte non credituros, ſecundum quod dicitur, Ioa. 12. f.* Cum autem tanta ſigna feciſſet coram eis, nõ credebant in eum, vt ſermo Iſaiæ impleretur quem dixit: Domine quis credidit auditui noſtro, &c. *ſequitur. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias.* Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, &c. *Et ſubditur:* Hæc dixit Iſaias quando vidit gloriã eius, & locutus eſt de eo.

Iſai. 6. c.

2 Et

2 Et brachium, &c. *i. filius vt dictum eſt c. præcedenti.*

3 Cui reuelatum eſt? *quaſi diceret paucis & valde incõpletè.*

4 Et aſcendet. *Hic conſequenter proſequitur dicendorum ordinem, & primò quantum ad modum naſcentis, cum dicitur:* Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, *i. coram Deo patre.*

5 Et ſicut radix. *ſurſum fructificans.*

6 De terra. *i. de virgine non humectata, vel fœcundata humano ſemine.*

7 Non eſt. *Hic conſequenter proſequitur ordinẽ ſuum quantum ad tolerantiam patientis. Et primò deſcribitur eius paſſio ignominioſa. Secundò, nobis fructuoſa, ibi.* Ipſe autem. *Tertiò ſibi finaliter glorioſa, ibi:* De anguſtia. *Iſta tamen diuiſio non eſt ſic pręciſa, quin partes in aliquo coincidant: & ſic eſt cõiter per totum librum iſtum ſicut a principio fuit dictum. Circa primũ dicit:* Non eſt ſpecies ei neque decor. *quamuis. n. ſecundum veritatem Chriſtus in humanitate aſſumpta fuerit* ſpecioſus forma præ filijs hominum. *Pſ. 44. a tamen iſta ſpecioſitas fuit deturpata alapis in facie eius inflaturam & liuorem cauſantibus & ſputis, eam fœdantibus.*

8 Et vidimus eum. *quia præ horrore auertebant hoĩes faciem*

9 Et deſiderauimus eum. *Loquitur propheta in perſona ſu & aliorum ſanctorum aduentum Chriſti deſiderantium, ſecundum quod dicitur Mat. 13. b.* Multi prophetæ, & iuſti deſiderauerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, &c.

10 Et nouiſsimum virorum. *ideſt valde abiectum.*

11 Virum dolorum. *i. multi, & magni doloris expertũ paſſiu ſicut vir ſanguinum dicitur, qui eſt effuſor multi ſanguinis actiuè.*

12 Et ſcientem infirmitatem: *ſcilicet carnis per experientiam abſque tamen peccato.*

13 Et quaſi abſconditus. *præ verecundià.*

14 Vnde nec reputauimus eum. *non tantum ſcilicet Saluatorem, ſed nec etiam alicuius valoris hominem. Et loquitur hic propheta in perſona Iudæorum tempore Chriſti exiſtentium, & connumerat ſe eis in quantùm erat de populo Iudaico, ſicut Daniel connumerat ſe peccatoribus enormibus, qui fuerant in regno Iudę 9. c quamuis particeps non fuiſſet.*

15 Verè lãguores noſtros ipſe tulit. *ideſt infirmitates carnis vt famem, ſitim, & ſimilia quę vere fuerunt in eo ſicut, & humanitas vera.*

16 Et nos reputauimus eum. *ideſt vilem, & abominabilem ad modum leproſi.*

✠ Et per

a *Liuore*. Perſpicuum eſt, quia ſicut corpus laceratū, & flagellatū, ita anima verè doluit pro nobis, ne ex parte veritas, ex parte mendacium in Chriſto credatᷣ. ✠ Ambroſius. Dominus Ieſus, etſi vulneratus eſt ꝓpter peccata noſtra, in illa infirmitate non permanſit, ſed ſe verſauit in melius, ad vniuerſorum ſalutem paſſione infirmitas eſt ſoluta, mors reſurrectione & eius liuore ſanati ſumus. Habēt hoc luctatores, vt ſe ſubijciant his quibuſcum congrediuntur, atq; luctantur, vt opprimi poſſe videātur, & ſubitò quadam arte ſe verſant vt effundāt ſuperiorē, & ita victores euadant. Spiritali palæſtra dominus onera noſtra ſuſcipiens, in illa ſe paſſioni ſuæ congreſſione ſubiecit, & in infirmitatis ſpecie, vt eum aduerſarius hominum parē cæteris iudicaret quem facilè poſſet opprimere: diuinitatis arma depoſuit, humanitatis tegmen aſſumpſit ſecurus victoriæ tentator in coſta eum telo militis voluit vulnerare, reputans hunc ſicut Adam per coſtam poſſe proſterni, ſed vulneratus latere dn̄s Ieſus, vitam duxit è vulnere.

b *Omnes nos, &c.* ✠ Auguſtinus. Totius eccleſiæ vox eſt, Erraui ſicut ouis perdita omnium membrorum Chriſti vox eſt, omnes ſicut oues errauimus. Hoc Iſaiæ loco expoſito ꝑ Philippum, ſpado ille Candacis reginæ credidit. Act. 8.

¶Peccatorem. a ¶Pro peccatis ſuis. b ¶Abiectum propter nos, quia cum latronibus crucifixus.
leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatū. 1
a ¶Nos putauimus eum le ſed ipſe, &c. b ¶Foderunt manus meas & pedes meos. ¶Vt ſuo vulnere noſtra vulnera curarentur
Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquita- 2
a ¶Non ſuis. b ¶Flagellis, alapis, factus pro nobis maledictum.
tes noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra.
a ¶Flagellum quo Deo & Angelis reconciliati ſumus. b ¶Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. c ¶Virgarum.
a † Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuo- 3
a ¶Peccato b ¶Mıſericordia indigemus. ¶Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci. ¶Erraui, ſicut ouis quæ periit, quæ videlicet humeris pij paſtoris eſt reportata.
b re eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues
a ¶Tradentes eum morti. b ¶Proprium errorem, de crucifixo ſentientes diuerſa. c ¶A Chriſto, qui eſt vera via, clamantes Crucifige, &c.
errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam decli-
a ¶Pœnam omnium iniquitatum, vel peccatorum noſtrorum, quam ſuſtinere nequiuimus, ſuſtinuit homo Deus.
nauit, & dominus poſuit in eo iniquitatem 4
a ¶Hoſtia pro nobis in ara crucis.
omnium noſtrum. † Oblatus eſt, quia ipſe 5
a ¶Nemo coegit, vnde Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam b ¶Innocens manſuetus c ¶Paſca noſtrum immolatus eſt Chriſtus. 6
c voluit: & non aperuit os ſuum. † Sicut ouis ad 7
d ¶Qui tollit peccata mundi.
occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram
a ¶Non repugnans ſed cum cæderetur a militibus, obmutuit.
† tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os
a ¶Ideo. ¶Paſſionis b ¶Iniuſto. c ¶In reſurrectione, quando data eſt illi omnis poteſtas in cælo & in terra.
e ſuum. De anguſtia & de iuditio ſublatus eſt. 8
a ¶Diuinam vel humanam, quam nemo ratione humana comprehendit vel diſſerit. b ¶Rarus aut nullus. 9
f
g † Generationem eius quis enarrabit? † Quia 10
a ¶A Iudæis, & ſi Deo inſpirante ſciuerit. b ¶Conuerſatione hominum. vnde. Eradamus eum de terra viuentium. ¶Vt viueret in cælo. 11 12
abſciſſus eſt de terra viuentium: propter 13
a ¶Delendum b ¶Peculiaris. c ¶Permiſſione vnde. Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis. d ¶Romanis. 14
h ſcelus populi mei percuſſi eum. † Et dabit im 15
a ¶Iudæos b ¶Quia vſque ad mortem perſecuti ſunt eum, & munierunt ſepulchrum ſigilla cum cuſ. c ¶Quia morti tradiderunt eum.
i pios pro ſepultura, & diuites pro morte ſua,
a ¶Quod de nullo alio poteſt dici. Nemo enim mundus a ſordibus. b ¶Facto iuſtus fuit.
eò quòd iniquitatem non fecerit, † neque do 16
a ¶Verbo verus fuit. b ¶Ideo quia. c ¶Pater. d ¶Sola gratia.
lus † fuerit in ore eius, et dominus voluit 17

Aegypto comedit. *Hic eſt agnus qui tollit peccata mundi, qui occiſus eſt ab origine mundi,* qui carne & ſanguine ſuo nos paſcit, & vellere protectionis nos veſtit. D Ioan. 1. d. Apoc. 13. b.

e *De iudicio.* Iudex omniū. iudicij non reperit veritatem, ſed ſine culpa damnatus eſt. Vnde admiratur propheta, ꝙ omnium Deus paſſioni ſe tradiderit.

f *Generationem.* ✠ Athanaſius. Hic qui natus eſt de virgine. inenarrabilem habet ſm carnem generationem. Non. n. habet patrem ſecundum carnem cum ꝑ ſe ſit conceptus ex virgine & Spirituſancto. Omniū patriarcharum retexere ſeriem generationis poſſumus, Chriſti nō poſſumus. non. n. habet patrem. Stella ſignat eius natiuitatē quæ de cœlo deſcendit. lib. 1. de incarnatione verbi E † Act. 8 f. Luc. 8.

g *Quia abſciſſus.* ✠ Procop. Si generationis modᵘˢ quæratur, ideò enarrari non poteſt, quod tollitur a terra vita eius, ideſt, quod eorū qui in terra degunt, ipſa eius ſit in carne vita longè excelſior, qui ſolus peccatum non admiſit. quanquam & alias ſupra omne quod natum eſt, ipſa vnigeniti ſit eſſentia. †Qui. De pœn. d. 3. c. tal. s.

h *Dabit impios.* ideſt, Gentes quæ ſine pietate Deo patri, quia mortuus & ſepultus eos acquiſiuit, & diuites Iudæos ſcilicet diuitijs legis & prophetarum gloriantes. † Et dedit cū impijs ſepulturam eius, & cum diuite inter mortuos ſuos, quā uis iniquitatem, &c. † 1. Pet. 2. d.

✠ Procopius. Eos intelligit, qui quæ dicta ſunt admiſerunt. Nam & Romanis ipſi traditi ſunt. præterea diuites olim, ideſt, prærogatiuis ſuperiores cæteris, ſe pro morte eius traditurum ſignificat, eos intelligens, quæ legali & ſacerdotali regiaque etiam dignitate illuſtres habebantur. Iſti ſiquidem præter admiſſam cœdem pecunijs non pepercerunt, vt eius reſurrectionē occultarent.

i *Diuites.* Scribas & Phariſæos doctrinæ legis diuitijs gloriantes.

c *Non aperuit, &c.* Pilato vel Herodi. Pauca enim reſpōdit, ne differretur ſalus humani generis. ✠ Procop. Tacuit cum falſa in eum teſtimonia producerentur. Sciebat. n. cum apud hoſtes ageretur, nihil eſſe profuturam defenſionē: ſed his ferociores aīos effecturā cū ſe Dei filiū Saluatorēq; oīum & redēptorē ſe diceret.

d *Et quaſi agnus.* In cuius figura populus Iſrael agnū in Aegypto

C a *Semen* F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et percuſſum a Deo. *propter peccata ſua propria. Impoſuerunt. n. ſibi Iudæi, quod haberet dæmonium, & quod ſubuertebat populum, & multa alia crimina, vt patet ex decurſu Euangeliorum.*

2 Ipſe autem. *Hic conſequenter oſtenditur paſſio Chriſti nobis fructuoſa, quia non paſſus fuit pro peccatis proprijs, ſed pro noſtris expiandis & hoc eſt quod dicit:* Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. *& patet litera. Ra. Sa. dicit, quod iſtud dicitur in perſona Gentilium: Et vocat Gentiles oēs præter Iudæos, dicens quod in aduentu Meſſiæ Gentiles videntes Iudæos per eum mirabiliter exaltari, dicent quod afflictiones quas modo ſuſtinent Iudæi in hac captiuitate. fuerunt propter peccata Gentilium: & in hoc ſibijpſi contradicit, quia alibi in multis locis dicit, quod hæc captiuitas eſt propter peccatum vituli conflatilis expiandum, Exo. 32.*

3 Omnes nos, &c. *Quia nullus quantumcunque iuſtus poteſt euitare omnino peccatum ſaltem veniale.*

4 Et dominus poſuit, &c. *ideſt pœnam pro iniquitatibus omnium expiandis: Et quia Chriſtus hanc pœnam ex maxima charitate ſuſtinuit ideo ſubditur.*

5 Oblatus eſt. *ſ. ad paſſionem.*

6 Quia ipſe voluit. *propter obedientiam Dei patris & liberationem humani generis.*

7 Et non aperuit os, &c. *verbis recalcitrando, & iniurias pro iniurijs reddendo: ſed magis coram falsè accuſantibus tacendo, ſicut patet ex Euangelijs. Cætera patent.*

8 De anguſtia, &c. *Hic conſequenter oſtenditur eius paſſio finaliter glorioſa, quia per eam tranſijt ad reſurrectionis gloriam, Luc. vlt.* Oportuit pati Chriſtū, & reſurgere a mortuis, & ita intrare in gloriam ſuam. *& hoc eſt quod dicitur:* De angu. *ſ. mortis.* 9 Et de iudicio. *quo omnes deſcendentes ex diuina ſententia detinebantur in limbo.*

10 Sublatus eſt. *per potentiam ſuæ reſurrectionis.*

11 Generationem, &c. *quod ſecundum Hier. ſuper Matth. intelligitur de generatione diuinitatis, quæ inenarrabilis & incomprehenſibilis eſt non tantum ab hominibus, ſed etiam ab angelis.* Generatio Chriſti.

*Ambroſius. Impoſſibile eſt ſcire generationis ſecretum, mens deficit, vox ſilet, non mea tantum, ſed etiam Angelorum. videtur tamen mihi ſaluo meliori iudicio, quòd melius exponatur de ſpirituali generatione per multiplicationem fidelium, ideo ſubditur.*

12 Quia abſciſſus, &c. *per mortem corporalem, ad quem ſecuta eſt multiplicatio fidelium. ſecundum quod dicitur Ioa. 12. d.* Niſi granum frumenti cadens in terra mortuū fuerit ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum fuerit, multum fructū affert. *Ad generationem vero æternam filij non videtur habere aliquam conuenientiam quod ſequitur:* Quia abſciſſus eſt.

13 Propter ſcelus, &c. *expiandum.*

14 Percuſſi eum. *i. percuti permiſi.*

15 Et dabit, &c. *i. Iudæos impios & auaros dabit in manib. Romanorum in pœnam mortis ſuæ, quod tempore Titi fuit adimpletū.*

16 Eo quod iniquitatē. *& ſic mors eius fuit punitione digna.*

17 Et dn̄s. *ſ. pater voluit cōterere eū in infirmitate ſ. carnis, quia quòd diuinitas patiatur eſt impoſſibile. Per hoc autem quod dicitur*

a *Semen longeuum*. Verbum Euangelij.ſ.quod non veteraſcet ſicut vetus teſtamentum vnde. *Exijt qui ſe.ſe.ſ.*

A ✲ Procopius. Senſus eſt. Quantumuis talia admiſeritis (Luc.8.a.) ſi quis tamen pro ſuo peccato hoſtiam offerre voluerit, .i. eorum quæ peccauit pœnitentiam agere, illud effugiet, quod me ſceleratos pro ſepultura & diuites pro morte ipſius daturum, interminatus ſum, ſemenq́; illud longæuum intuebitur, quo vitam æternā ſignificet. (Io.7.b.)

B b *Et voluntas, &c.* Vt quidquid pater voluit illius virtutibus impleatur, vnde. *Seruaui eos in nomine tuo, & quos dediſti mihi cuſtodiui.*

✲ Procopius. Hoc vni tantū ſaluatori congruit. Perpetuò .n. patris voluntas in manu eius proſperè succeſſit.

c *Saturabitur*. Fide gētium: vnde eſuriens, & ſitiens ſupra puteum Iacob emptis cibis vti noluit, quia iam Samaritanæ & eorū qui de ciuitate ad eū exibant, fide ſatiatus erat. D

d *Fortium diuidet ſpolia*. Vnde. *Cùm diuideret cæleſtis vel altiſſimus Gentes*. Et alibi. *Rex virtutum dilecti di*. Et de Paulo. *Mane com.præ. & veſ. di.ſpo.* (Io.4.a Deut. Pſal.6 Gen.)

e *Cum ſceleratis*. Vt ſceleratos a peccato redimeret oīa omnibus factos. *Peccata enim noſtra portauit in cor.ſuo.* Cuius imitator Paulus ait. *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrificarem.* (1.Pe. 1.Co)

f *Rogauit*. Pater ignoſce illis. Ad hanc vocem ſecundum Euangelium Nazareorum multa milia Iudæorum aſtantium circa crucem crediderunt. (†Ma Luc.)

☞ CAP. E

¶Percutiam paſtorem, &c. ¶Conteri. b ¶Sit. c ¶Carnis. ¶Filius. d ¶Vitam.

conterere eum in infirmitate. Si poſuerit animam ſuā pro

a ¶Noſtro. b ¶Fideles in perpetuum regnantes. c ¶Redemptio humani generis. d ¶Patris.

† peccato, videbit ſemen † longæuum, & voluntas domi- († expiatione peccati. † & videbit dies.)

¶Opere. a ¶Implebitur. b ¶Iudæis Prædicando, miracula faciendo, patiendo, requiem in eis non inuenit, vnde. Vulpes foueas habent, &c Et alibi. Laboraui ſuſtinens ¶Fruſtra quia noluerunt conuerti.

ni in manu eius dirigetur. Pro eo, quòd laborauit anima

a ¶Eccleſias in toto orbe de Gentibus. b ¶Doctrina. c ¶Non iuſtificatus ſed iuſtificans.

c eius videbit & ſaturabitur. In ſciētia ſua iuſtificabit ipſe

a ¶Qui peccatum non fecit. b ¶Filius formam ſerui accipiens c ¶Non omnes. Quia multi vocati, pauci electi. d ¶Pœnam iniquitatum. e ¶Quia illi non poterant. f ¶In corpore ſuo ſuper lignum

iuſtus ſeruus meus multos, & iniquitates eorum ipſe por-

a ¶Quia factus obediens patri vſque ad mortem b ¶Pro Iudæis negligentibus Gentes fideles Poſtula a me, & dabo tibi Gentes, &c. c ¶Dæmonum. d ¶Apoſtolis, vt alius Iudæis, alius Gentibus præſit

d tabit. Ideo † diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidet († magnā multitudinem dabo ei pro ſpoliis & fortes erunt ei pro præda.)

a ¶Genus humanum a diabolo ereptum. b ¶Fiet hoc. c ¶Filius. ¶Sponte. d ¶Vitam.

ſpolia, pro eo quòd tradidit in mortem animam ſuā, † &

a ¶Vnde reputatus ſum cum deſcendentibus in lacum, &c. ¶Latronibus. ¶A Iudæis. b ¶Prædeſtinatorum. c ¶Sanguine lauit.

e cum ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata multorum tu-

a ¶Iudæis perſecutoribus. ¶Alias orauit.

lit: & pro tranſgreſſoribus rogauit.

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ *hic.* Eo quod iniquitatem. *patet falſa expoſitio Ra.Sa. exponentis hoc c. de populo Iudaico, vt ſuprà dictum eſt: quia ab antiquo vſque ad præſens populus ille multas iniquitates fecit contra Deum, & proximum, vt patet ex decurſu ſcripturarum.* Neq; *dolus fuerit in ore eius, quod ſimiliter patet falſum de populo Iudæorum, cum inter omnes homines ſint & fuerunt multum mendaces & doloſi, non ſolum erga alios, ſed etiam inter ſeipſos.*

1 Si poſuerit, &c. *Accipitur hic ſi pro quia, Chriſtus animam ſuam poſuit pro peccato mundi.*

C 2 Videbit, &c. *i. multiplicationem fideliū qui ſunt ſemen Chriſti, & hæc multiplicatio ſecuta eſt ad mortem eius, vt prædictū eſt.*

3 Et voluntas. *de ſalute mundi.*

4 In manu eius. *i. per ipſum complebitur.*

5 Pro eo quod. *ieiunando, vigilando, prædicando, mortem ſuſtinendo.*

6 Videbit. *reſurrectionem ſuam.*

7 Et ſaturabitur. *Tunc enim & non antè habuit gloriam in corpore & ſic fuit ſatiatus ex omni parte.*

8 In ſcientia. *diuina & humana.*

9 Iuſtificabit ipſe. *quia nullus iuſtificabitur niſi per ipſum. Sed quia multi reddunt ſe indignos, ideo dicitur hic.*

10 Multos. *& non omnes.*

11 Et iniquitatis. *i. pœnam pro iniquitatibus.*

12 Ipſe portabit. *ex obedientia ad patrem & charitate ad hominem.*

13 Ideo diſpertiam ei. *i. reddam ei plures de Gentilibus quā ceciderunt de Iudæis.*

14 Et fortium. *i. dæmonum, de quorum fortitudine dicitur Iob 41.d.* Non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei, &c.

15 Diuidet ſpolia. *extrahendo patres de limbo: quod fecit Chriſtus in ſua reſurrectione.*

16 Pro eo quod. *Ex maxima charitate.*

17 In mor. *valde acerbam, & cū hoc confuſibilem, ideo ſubditur.*

18 Et cum. *quia inter latrones fuit crucifixus, vt per hoc particeps maleficij eorum a vulgaribus reputaretur. Ad hoc .n. impetrauerunt Iudæi a Pilato, vt duo latrones cum eo crucifigerentur: ſed ex Dei ordinatione etiam hoc factum eſt, vt hæc ſcriptura impleretur, vt dicitur Mar. 15.a.* F

19 Et ipſe. *quantum ad efficaciam, omnium tamen quantum ad ſufficientiam.*

20 Et pro tranſgreſſoribus rogauit. *Luc. 23.e. Pater ignoſce illis, &c. Et ex hoc patet expoſitio Ra.Sa. falſa quia populus Iudaicus non orat pro Gentilibus, imò quotidie orat pro deſtructione Romani imperij, & maximè pro deſtructione diſcipulorum Chriſti ſecundum quod dicit Hieron. & per eius diſcipulos intelligunt Chriſtianos.*

✲ CAP.

## ADDITIO. I.

*In c. 53. vbi dicitur in poſtil.* Et dabit impios pro ſepultura. *Hoc quod dicitur hic.* Et dabit impios pro ſepultura. *non propriè videtur exponi de Iudæis, qui traditi fuerunt Romanis in penā mortis Chriſti, prout in poſtil. quia ſi ſic debuiſſet dicere.* Dabit impios pro morte ſua, *non pro ſepultura quia licet in morte Chriſti maximè peccauerunt, in ſepultura tamen non. Meritoriè .n. & honorificè Chriſtus fuit ſepultus vnde Iſa. 11.c.* Erit ſepulchrum eius glorioſum. *vnde aliter videretur dicendum. Pro quo attendendum eſt* ꝙ *ſicut aliqui errauerunt circa diuinitatem Chriſti credentes eum purum eſſe hominē ſicut Fotinus & Neſtorius, & alij hæretici. Similiter alij errauerunt circa humanitatem, ſicut Manichæus, qui euacuabat myſterium incarnationis humanā naturam a Chriſto auferendo: ſic fuerunt aliqui qui negauerunt Chriſti mortem & ſepulturam ſicut Saraceni, vnde Mahumetus in ſuo Alchorano nephādo dicit expreſſè,* ꝙ *Ieſus non fuit ſuſpenſus, nec mortuus, ſed* ꝙ *ſic aſſimilabatur vidētib. ſ. p apparitionē phātaſticam nō veram: quorum errorem propheta excludit, dicens.* Et dabit impios pro ſepultura ſua. *Et eſt ſenſus,* ꝙ *impij. ſ. milites cuſtodientes ſepulchrum domini fuerunt teſtes ſuæ ſepulturæ, & ſic dedit impios. ſ. milites teſtes pro ſepultura ſua. Et ſequitur.* Et diuitē pro morte ſua. *ſ. Ioſeph ab Arimathæa qui nobilis decurio erat. Iſte .n. fuit teſtis mortis domini, quia ipſe corpus eius petijt, Mat. & ſic dedit teſtem diuitem pro morte ſua, vnde notanter poſuit impios in plurali & diuitem in ſingulari, quia cuſtodes ſepulchri plures erant, & diues ille vnus tantum.*

## ADDITIO II.

*In eo. c. vbi dr̄ in poſtil.* Si poſuerit aīam ſuā pro peccato. *Vbi nos habemus.* Si poſuerit aīam ſuam, pro peccato. *In Heb. habetur.* Si poſuerit peccatum animam ſuam. *Ad quod ſciendum, quòd hic videtur loqui propheta contra Iudæos, & alios peruersè credentes ſeu opinantes, quòd Chriſtus pro peccato ſuo proprio fuiſſet paſſus quorum falſam credulitatem ſeu opinionē euacuat propheta per hoc quòd ex morte Chriſti ſecutā eſt propagatio fidelium longæua, & humana vita per ipſum Chriſtum Deum directa. Quod patet ex hoc quòd ſeruantes legem Chriſti, & præcipuè eius conſilia, non ſolum vt homines ſecundum rationem viuunt ſed etiam quaſi Angeli in cælis conuerſantes, vnde Apoſtolus ad Philip. 3.d.* Conuerſatio noſtra in cælis eſt. *Ait enim Hieronym. In carne præter carnem viuere non terrena vita eſt, ſed cæleſtis, ſecundum quam ſententiam litera ſic exponitur.* Si poſuerit pro peccato animam ſuam. *i. ſi tu infidelis poſueris peccatum animam ſuam. i. ſi aſſerueris peccatricem fuiſſe animam Chriſti.* Videbit ſemen longæuum. *quod intelligitur admiratiuè ſeu interrogatiuè dictum. q.d. quomodo videbit ſemen longæuum .ſ. multiplicationem fidelium, quæ ſecuta eſt ad mortem Chriſti qua quidem fideles ſemen Chriſti ſunt per adoptionem, quæ quidem ratio prophetæ conſonat rationi Gamalielis honorabilis legis doctoris qui Act. 5.g. Phariſæus dicebat.* Diſcedite ab hominibus iſtis. *ſ. a diſcipulis Chriſti, ſinite illos quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc aut opus, diſſoluetur. Si vero ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere. Si autem contra hoc dicatur, quòd aliquæ ſectæ prauæ quandoque durant magno tempore permiſſione diuina, vt patet de Saracenis. Ad hoc euacuandum inducit propheta aliam rationem. di.* Et voluntas domini in manu eius dirigetur. *Conſtat autem quod voluntas domini eſt ſanctificatio noſtra. 1. ad Theſ. 4.a. Sed conſtat, quod ſanctificatio humana nunquam in lege vet. nec in aliqua lege ſeu ſecta fuit ſic frequenter directa in Deum, ſicut in ſequentib. doctrina & vita Chriſti reperitur: quorum quamplurimi intantum ſan-*

A *ſanctimoniam ſequuntur, q̃ terrena omnino deſpiciunt, & vſq; ad ſanguinis effuſionem pro veritate pugnant: & ſic voluntas domini in manu Chriſti directa eſt, vnde quod dicitur.* Voluntas in manu eius dirigetur. *legatur admiratiuè ſeu inquiſitiuè conformiter ad verba immediatè præcedentia ſic. Si poſueris tu. ſ. infidelis peccatum animam ſuam. ſ. peccatricem animam Chriſti.* Nūquid videbit ſemen longæuum, & nunquid voluntas domini in manu eius dirigetur?

*REPLICA. In c. 53. cum dicitur.* Et dabit impios pro ſepultura. *Poſt. & S. Thō. concorditer exponunt de Iudæis, qui dati ſūt in manu Romanorum ob vindictam mortis Chriſti. Burg. ſe opponens dicit illam expoſitionem non propriam, quia vt inquit ſecundum hoc debuit dicere, dabit impios pro morte non pro ſepultura: quia licet in morte Chriſti valde peccauerunt, non tamen in ſepultura. Meritoriè. n. inquit ſepultus: ideo dicitur ſupra.* Erit ſepulchrum eius glorioſum. *Sed iſta videntur fruſtra dicta, quia ſepultura eſt conſequens mortem: ideo ſi Iudæi malè egerunt mortem inferendo, peius egerunt mortuo non parcendo: quinimmo fecerūt cuſtodire ſepulcrū ne (prout prædixit) reſurgeret, quāuis non crederent reſurrectionem futurā. Sed & cuſtodes corruperūt pecunia, ne reſurrectionē factam publicarent. Infideliter igitur & falsè dicit Burg. quòd Iudæi in ſepultura non peccauerunt.* D

*Nec valet, quòd allegat ſepulturā fuiſſe honorificam, & meritoriā, quia hoc pertinet ad credentes, non ad perfidos Iudæos quibus hodie ſepulcrum Chriſti non eſt glorioſum. Et falſum eſt, q̃ dicit teſtes ſepulturæ cuſtodes fuiſſe: quia nō fuerunt poſiti in teſtimoniū: quia ratione notorietatis nō egebat teſtimonio, ſed erant poſiti ex cautela contra diſcipulos, ne furarentur corpus Ieſu, vt habetur in hiſtoria Euangelica: & ſic extortis expoſitionibus Bur. phantaſiatur contra ſanctum Tho. & Poſtillatorem.*

## CAP. LIV.

a ¶Creatorem tuum. b ¶Eccleſia. c ¶Quia modo paries.
† LAudā ſterilis quæ non paris: decan- 1
a ¶Nimio gaudio ſicut equus ad victoriam. 2
ta laudem & hinni quæ non parie- 3
a ¶Opinione. b ¶Eccleſiæ vel Gentilitatis. ¶Quia & ipſa Apoſtolos, & per eos genuit multos.
bas: quoniam multi filij deſertę, ma- 4
a ¶Synagogæ de qua: Vacua facta eſt quæ pariebat ſeptem propter myſterium ſcilicet Sabbati. cui prior populus alligatus erat 5
b ¶Videbatur habere. c ¶Deum.
gis quàm eius quæ habebant virum,
a ¶Cuius dicere facere eſt. b ¶O ſterilis. c ¶Per totum mundum, non in Iudæa tantum. d ¶Ideſt eccleſiæ per tabernaculum Moyſi figuratæ. e ¶Rubricatas. ſ. martyres, & hiacinthinas. contemplatiuos. ¶Prædicatores. ſ. eccleſiam protegentes.
dicit dominus. Dilata locum tentorij tui, & pelles ta- 6
bernaculorum tuorum extende. Ne parcas. Longos
a ¶præcepta diuina. b ¶Rationem & intellectum quibus præcepta conſiſtunt. c ¶Ad omnia loca mundi.
b fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dexteram 7

B *LAuda ſterilis*: Hactenus d̄ a natiuitate paſſione, reſurrectione, nunc de Gētium & Iudæorum vocatione. Sterilis Gentilitas: quæ tūc filios non pariebat Deo, quia nec legē nec prophetas habebat, nunc autē plures generat quam ſynagoga, quæ ſe Deum verum habere putat. Vel eccleſia, quę in Iudęis deſerta erat: quia aduenientе domino filio ei nō pariebat, vt hoc referamus ad eccleſiam tam de Iudęis quàm de Gentilibus congregatam.

a *Lauda ſteri.* Apoſtolus iuxta. 70. *Lætare ſterilis, quæ nō paris erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij deſertæ, &c.* E

✻ Ambroſius. Sancta eccleſia immaculata coitu, fęcunda partu, virgo eſt caſtitate, mater eſt prole, nutriet vos virgo, ñ corporis lacte, ſed lacte apoſtolorū. Virgo eſt ſacramentis & virtutibus: mater eſt populis, cuius fęcunditatē ſcriptura teſtatur, quia plures filij deſertæ. Noſtra virum non habet, habet ſponſum ſacræ doctrinæ verbis, ſine vllo fluxu pudoris, quaſi ſponſo innubit æterno. F

lib. 1. de virginibus.

b *Ad dexteram. n.* ad oīa loca mundi. Vel nec elata proſperis nec fracta aduerſis. Vel, ad bona futurę p̄ſentis. *Unde longitu-*

C

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. LIV.

✻ 1 LAuda ſterilis. *Aliqui doctores catholici exponūt hoc c. de reditu captiuitatis Babylonicæ, ita q̃ eadē gens ſ. Iudæa dicitur hic habens virum & fœcunda, ſterilis & deſerta ſecundum diuerſa tempora. Habens virum & fœcunda, à tempore legis datæ: quo fuit tunc deſponſata Deo per legis ſuſceptionem: derelicta & ſterilis, tpe Babylonicæ captiuitatis. Sed hoc non videtur bene dictum, quia ſterili & deſertę promittitur hic maior multiplicatio prolis, exaltationis & honoris, quam habenti virum: populus autem reuerſus de captiuitate Babylonica nunquam fuit poſtea in tanta proſperitate quantum ad multitudinem populi, diuitias, honores & huiuſmodi, ſicut fuerat ante captiuitatem, & maximè tēpore Dauid & Salomonis: ſed fuit in ſeruitute licet in terra ſua & afflictionib. multi, vt dictū eſt ſuprà. 35. Item infrà eo. c. dicitur. Ecce ſternam per ordinē lapides tuos, & fundabo te in ſaphiris: in quo denotatur reædificatio ciuitatis & templi multò excellentior quàm antè. Reædificatio verò templi & ciuitatis poſt captiuitatem Babylonicam nulla fuit reſpectu illius quæ præceſſit. Et ideo Ra. Sa. exponit iſtud c. de tpe Chriſti ita quod ſecundum eum Iudæa dicitur habens virum & fœcunda pro tpe ante captiuitatem factam per Titum. Sterilis & derelicta a viro, pro tpe captiuitatis in qua eſt modò: ſed in aduētu Meſſię erit in maiori proſperitate quaſi incomparabiliter, quā fuerit vnquam, ſed iſtud dictum fundatur ſuper erroneum fundamentum. ſc. q̃ Chriſtus ſit adhuc venturus: propter quod Paulus Apoſtolus ad Gal. 4. exponit principium huius c. de vocatione Gentilium ad fidem Chriſti, quam ſententiam intendo proſequi. Igitur ad intellectum dicendorum ſciendum, q̃ ſicut vna eſt fides antiquorum & modernorū, licet ſit modo magis explicata, ita eſt vna eccleſia a principio mundi vſq; ad finem, vnde dicit Greg. Ho. 7. Quis rectius patrisfamilias ſimilitudinē tenet. quam conditor noſter qui eos quos condidit quaſi ſubiectos poſſidet in domo? qui habet vineam vniuerſalem. ſ. eccleſiam, quæ a primò Abel iuſto vſq; ad vltimum electum, qui in fine mundi naſciturus eſt quot ſanctos protulit, quaſi tot palmites miſit: & ſic vna & eadem eccleſia dicitur ſterilis & fœcunda virum habens & derelicta, ſecundum diuerſas Gentes, & tempora: q̃ pro tempore veteris teſtamenti dicitur fœcunda, & virum habens quātum ad Iudæos ratione legis acceptæ & diuini cultus; quæ duo viguerunt apud eos. Sterilis & derelicta quantùm ad Gentiles, quorum pauci habuerunt fidem mediatoris, vt Sanctus Iob & aliqui alij: nec data fuit eis lex diuina. Econuerſo autem pro tempore noui teſtamenti in quo pauci de Iudæis comparatiuè, & multi de Gentilibus crediderunt. Secundum hoc igitur dicendum, q̃ in præſenti capitulo ponitur remedium oppoſitum impedimento liberationis fiendæ per Chriſtum tacto ſuprà c. 51. quia ex dilatione promiſſionis dictę ſaluationis ab aliquibus poterat eſtimari, licet falsò, quod promiſſio poſſet fruſtrari. In hoc autem c. oſtenditur dicta promiſſio non ſolùm adimpleri quantùm ad Iudæos omnes, qui credere noluerūt, ſed etiam quantum ad Gentiles, quod videntes adimpleri Iudæi qui crediderunt in primitiua eccleſia admirantes & glorificātes Deum dixerunt.* Ergo & in nationes gratia Spiritusſancti effuſa eſt. *Act. 11. g. Secundum hoc igitur præſens capitulum in tres partes diuiditur: quia primo deſcribitur ſaluationis fiendę per Chriſtum dilatatio, ſecundo fidelium exaltatio, ibi.* Noli time. *tertio hoſtiū proſtratio. ibi.* Ecce ego creaui. *Circa primum dicitur.* Lauda ſterilis. *i. eccleſia quę fuiſti ſterilis in Gentilibus tempore veteris teſtamenti, & dicit.* Lauda *ſ. interius corde.* Diuiſio

2 Decanta laudem. *exterius ore.*

3 Et hinni in corpore. *quia fortis motus deuotionis redundat exterius in motibus corporis, Pſalm. 83. a.* Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum vi. *Et ſubditur ratio tantę exultationis, cum dicitur.*

4 Quoniam multi. *i. Gentilitatis quę fuit deſerta tempore ve. teſta.*

5 Magis quam. *i. Gentis Iudaicę, quia in nouo teſtamento plures ſunt fideles de Gentilibus, quam de Iudęis fuerunt tempore veteris teſtamenti. Et quia ad multiplicationem fidelium ſequitur augumentatio diuini cultus, ſubdit.*

6 Dilata locum *Per locum tentorij intelligitur locus ſacrificij, eo q̃ ſacrificia in veteri lege fiebant in tabernaculo, accipiēdo tabernaculum pro atrio ſacerdotum, quod erat ante tabernaculum Moyſi factum de cortinis, pellibus, tabulis, & ſimilibus ad erectionē tabernaculi neceſſarijs. Locus aūt ſacrificij fuit arctus tpe veteris teſtamēti: quia non erat licitum offerre ſacrificium niſi in Ieruſalē nec in tota ciuitate, ſed in monte Sion, vbi erat tēplum ſed tpe noui teſtamēti dilatatus eſt locus per orbem vniuerſum, vbi a Chriſtianis offertur Euchariſtia quę eſt noui teſtamenti ſacrificium, ſecundum quod fuit prędictum Malac. 1. c.* Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum, eſt nomen meum in Gentibus dicit dn̄s: & in omni loco ſacrificatur & offert̄ nomini meo oblatio mūda, &c. *& propter hoc dicitur hic.* Dilata locum. *ad deſignandum ampliationem cultus diuini.*

7 Ad dexteram. *i. dilataberis ad omnem partem orbis.*

*longitudo dierum in dex.eius,et in ſiniſtra eius di.& gloria.*

A

Prou.3.b. lib.25.mor. c.11.

Gregorius. Intrante multitudine Gentium, eccleſia ad dexteram extenditur, dum quoſdam iuſtificandos ſuſcipit. Ad læuam verò dilatatur, dũ ad ſe quoſdam etiam in iniquitatib. permanſuros admittit, vnde. *Multi vocati pauci verò electi.*

† dilatabis te,

Mat.10.b. lib.3. de demonſt.c.2.

† maritus tu'

a *Semen tuum.* ✠ Euſebius. Hoc manifeſtiſſimè deſcribitur eccleſia ex gentib toto orbe fuſa, ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, maximè verbis illis, ſemen tuum hærditabit gentes.

lib.de vnit.eccleſiæ cap.7.

✠ Auguſt. Quã multa & quam clara ſunt hæc (de eccleſia) & tamen reſiſtitur & contradicitur non cuilibet homini, ſed ſpiritui Dei, & euidentiſſimæ veritati.

† adoleſcentiarum, ſeu iuuenculam.

B

b *Noli timere.* Cum turris Babel ædificaretur. Gentilitas quam Deus ſibi deſponſauerat in Noe & filijs eius, quaſi in adoleſcentia ſua fornicans, a domino derelicta eſt vſq; ad tẽpus incarnationis. Iudaica plebs electa: & ideo illa vidua: iſta maritata, vnde: *Pars autem domini populus eius, Iacob funi.h. eius* vnde per Zachariam. *Aſſumpſi mihi duas virgas. Vnam vocaui decoram.* Gẽtes.ſ. in Noe & in filijs eius *alteram funiculum* .ſ. Iudæos quos elegit dñs ſibi in confuſione linguarũ in familia Heber, vnde ibi habet. *Et ſuccidi a cultu meo* .ſ. virgã quæ Deus dicitur, *& adhibui illa mihi*, quæ funiculus.

Deut.32.b. Zach.11.b.

Ibidem.

✠ Auguſt. Ne timeas ò eccleſia hominum minas, & furias, quando in ſanguine martyrum tanquam honore purpureo veſtieri. Ne timeas prȩualituras perſecutiones aduerſum te ne erubeſcas quod deteſtabilis ſis futura,

lib.1. de conſenſu euangeliſt.c.32.

a ¶Verbum Euangelij. ¶Apoſtoli, de quibus. Niſi dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen.

a enim & læuam † penetrabis, & ſemen tuum 1

a ¶Eccleſias, vel Gentes, vel animas. b ¶A Deo prius.

Gentes hæreditabit, & ciuitates deſertas in- 2

a ¶Eccleſias de Gentibus. b ¶Erubeſcentiam. c ¶Sicut ante. 3

b habitabit. Noli timere, quia non confunde- 4

ris, neque erubeſces. Non enim te pudebit,

a ¶In ædificatione turris.

quia confuſionis adoleſcentiæ tuæ obliuiſce- 5

a ¶Viro tuo ſociata per fidem.

c ris, & opprobrij viduitatis tuæ non recorda-

beris amplius. Quia † dominabitur tui qui fe

a ¶Non idola. ¶Sanguine.

cit te, dominus exercituum nomen eius, &

¶Sanctificans. ¶Non iudææ tantum.

redemptor tuus ſanctus Iſrael, Deus omnis

a ¶Mulier derelicta Gentilitas: quia cum idola fornicata b ¶A Deo.

d terræ vocabitur. Quia vt mulierem dereli- 6

a ¶Per pœnitentiam. b ¶Scilicet corde vero. c ¶Ad ſe.

ctam & mœrentem ſpiritu uocauit te domi-

a ¶Auerſam. b ¶Ab ædificatione turris, quando adhuc nouella & iuuencula.

nus, & uxorem † ab adoleſcentia abiectam.

¶Quia. a ¶Omnia tempora æternitati comparata quaſi punctum ſunt b ¶Vſque ad incarnationem.

Dixit Deus tuus. Ad punctum in modico de 7

a ¶Sine vllis meritis. ¶Miſericordia domini plena eſt terra.

reliqui te, & in miſerationibus magnis con-

a ¶De cunctis terris. b ¶Paruo tempore.

gregabo te. In momento indignationis ab-

a ¶Propter idololatriam. b ¶Cognitionem.

ſcondi faciem meam parumper à te, & in mi

¶Redimendo.

ſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: Di-

a ¶Quando [illegible] dilunium.

e cit redemptor tuus dominus. † Sicut in die- 8

a ¶Iuraui enim b ¶Et non tum tranſgreſſus.

bus Noe iſtud mihi eſt, cui iuraui, ne induce

a ¶Immobiliter.

rem aquas diluuij vltrà ſuper terrã, ſic iuraui 9

a ¶O eccleſia cuius miſertus ſum. ¶Sicut olim. b ¶Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.

vt non iraſcar tibi, & non increpem te. Mon- 10

tes enim cõmouebuntur, & colles contremi-

ſcent: miſericordia autem mea non recedet à

a ¶Q [illegible] pepigi tecum ſicut cum Noe.

te & fœdus pacis meæ non mouebitur, dixit 11

D

quando magnum erit crimen, fieri, vel eſſe Chriſtianum: confuſionem .n. in perpetuum obliuiſceris.

c *Opprobrij viduitatis, &c.* ✠ Ambroſius. Ideò fortaſſe vidua dicitur eccleſia, quæ amiſit quidem virum ſecundum corporis paſſionem, ſed in die iudicij filiũ hominis quem amiſiſſe viſa eſt, eſt receptura, vnde ſequitur. Tempus breue dereliqui te, vt glorioſius.ſ. fidem relicta ſeruares.

lib

d *Quia, vt mulie.* Qui ſequũtur tropologiam & in locis difficillimis ex curſu liberæ diſputationis naſcentes fugiunt quȩſtiones, hȩc ad animam peccatricẽ referunt, quæ abiecta a Deo fit non ex odio, ſed ex diſpenſatione, vt preſſa pondere malorum: ad virum reuertatur priſtinũ, & perdita ſubſtantia non deſperet de patris clementia qui filio reuertenti anulum, ſtolam oſculumq́; porrigit.

E

e *Sicut in diebus Noe, &c.* Vt credat ſanctorum congregatio miſericordiam dñi ſempiternam, & ad punctũ eſſe deſertos, vt amici Dei fœdere æterno fiant: maiorum ponit exempla.

✠ Auguſtinus. Nulli noſtrum dubium eſt. per arcã Noe ſalua rerum geſtarũ fide, vt deletis peccatoribus domus iuſti a diluuio liberaretur, eccleſiam fuiſſe figuratam, quod fortè humani ingenij coniectura videretur, niſi hoc Petrus in epiſtola ſua diceret.

✠ Iuſtinus. Docet nos Iſaias diluuium Noe typum eſſe redemptionis generis humani. Nam Noe iuſtus Chriſti typus eſt, octonarius numerus

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ſemen. *Quia apoſtoli & alij fideles acquiſierunt eccleſiæ alias Gentes per ſuam prædicationem.*

2 Et ciuitates. *ſ.a Deo propter idololatriæ cultum.*

3 Inhabitabit. *fidem ibi ſeminando.*

4 Noli ti. *quam multiplicatio hominum non eſt ad lætitiã, niſi ſit ordinata ad bonum, ſecundum quod dicitur ſuprà 9.a.* Multiplicaſti Gentem non magnificaſti lætitiam. *Ideo poſt multiplicationem fidelium, hic conſequenter deſcribitur exaltatio eorum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur remotio cuiuſcunq; confuſionis. Secundò aſſecutio honoris.ibi.* Paupercula. *Circa primũ dicitur:* Noli ti. quia non. *Cuius ratio ſubditur, cum dicitur.*

Diuiſio

5 Quia confu. *Ad intellectum huius literæ ſciendum, q a principio non fuit diſtinctio Iudææ & Gentilitatis, ſed incœpit in Abraham qui circunciſionem accepit in ſignum diſtinctionis. Vnde circũciſio ſic diffinitur. Circunciſio eſt ſignum diſtinguens Iſrael a Gentilib. & ideo confuſio adoleſcentiæ Gentilitatis eſt idololatria: ad quã ſtatim declinauit cultu Dei remanente in Abrahã & ſuis ſucceſſoribus per Iſaac. Opprobriũ verò viduitatis in Gentilitate accipitur a tpe legis datȩ, quo pp idololatriã quaſi a Deo dimiſſa eſt & repudiata ipſa Iudæa ab ipſo per legẽ deſponſata. Confuſio verò adoleſcentiæ ipſius Iudæȩ eſt idololatria, ad quam declinauit poſt dationẽ legis in deſerto, & poſtea in terra promiſſionis, vnde dicitur Ier.2.a.* Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ, qñ ſecuta es me in deſerto. *Opprobriũ aũt viduitatis eius eſt a tpe legis nouæ, quã renuit recipere: & ſic derelicta eſt a Deo & repudiata pro maiori parte. Nũc aũt ita eſt, q iſtȩ cõcluſiones & opprobria Gẽtilitatis & Iudeȩ, nõ ſunt recordãda in eccleſia ex Iudæis & Gentilib. cõſtituta tpe gratiȩ co q ſunt æquales Iudȩi & Gentiles ad participandũ gratiã Chriſti in via, & gloriã in patria. Et hoc eſt quod dicit apoſtolus ad Ro.10.c.* Non n. eſt diſtinctio Iudæi & Græci, nã idẽ dñs oĩum diues in om qui inuocant illũ: *ad Gal.5.a. & 6.d.* In Chriſto .n. Ieſu neq; circ. valet aliquid neq; præp. ſed noua crea. *ſ. per baptiſmũ regenerata: qui baptiſmus eſt culpȩ & pȩnȩ deletiuus: & p cõſequẽs cõfuſionis & opprobrij, pp quod Iudȩi credentes nõ poſſunt aliquid improperare Gentilib. Credẽtib. de prȩteritis, nec ecõuerſo: ideo dicitur* Quia confu. &c. *& patet litera ex prȩdictis vſq; ibi.*

Iudæorum & Gentiliũ diſtinctio, quando & per quẽ initiũ habuit

6 Quia vt. *vbi alloquitur eccleſiã prout ſe extẽdit ad Iudȩos, & Gentiles & fideles, qui in prȩſenti vita cõiter affliguntur, vt patet ex decurſu veteris ac noui teſtamenti: ideo aſſimilatur mulieri derelictȩ & mærenti. Sed quia iſta triſtitia conuertitur in gaudium in vita beata, quȩ a tempore paſſionis Chriſti eſt aperta, ideo ſubditur*

7 Ad punctũ. *quia quȩcunq; tribulatio vitȩ prȩſentis quaſi momentanea eſt reſpectu conſolationis cȩleſtis: ideo ſubditur.* Et in miſericordia ſempiterna miſertus sũ tui. *Notãdũ q in hac parte vbi trãslatio noſtra habet. Quia dominabitur tui, q fecit te, dominus exercituũ nomẽ eius. In hebræo habetur ſic.* Quia domi. tui factores tui dñs exerci. no. eius. *vbi manifeſtè apparet pluralitas perſonarum in Deo, cum dicitur in plurali.* Dominator. tui factores tui, *& vnitas eſſentiȩ, cũ ſubditur.* Dñs exer. nom. e. *ita q noĩa pluralis numeri coniũgũtur nominib. numeri ſingulari*

8 Sicut in *Hic conſequenter ponitur confirmatio dicti, & hoc iuramento diuino, cum dicitur.* Sicut in, &c. *Pactum .n. firmum ſtatuit Deus cum Noe de diluuio vltra non inducendo ſuper terram & eodem modo dicitur de tribulatione vlterius non inducenda ſuper eccleſiam, cum dicitur.*

9 Sic iuraui. *Increpatio diuina eſt tribulatio a Deo immiſſa: et patet q ſcriptura loquitur hic de ſtatu eccleſiȩ triumphantis, vbi confuſio & tribulatio nullum locum habent, vnde & hec ſubditur.*

10 Montes enim. *ante aduentum Chriſti ad iudicium.*

11 Fȩdus pacis, &c. *q ſi intelligatur de fȩdere gratiȩ non mo*

A rus animarum quæ ſeruatæ ſunt in arca Noe, octaui diei, quo Chriſtus a mortuis reſurrexit, figura eſt. Noe principium inſtaurationis generis humani: Chriſtus alterius generis fuit principium, eorum qui regenerantur in filios Dei. Et quomodo Noe cum ſuis ligno quod in aquis fluctuabat, ſeruatus eſt, ſic eccleſia per aquam baptiſmi & crucis lignum credēs Chriſtō ſeruatur.

a *Fundabo te in ſaphyris.* Hieron. Lxx. Præbebo vel præparabo tibi carbunculum, &c. Carbunculus ſermo ignitus. qui fugatis tenebris errorum illuminat corda credentium. Hic eſt quo Iſaiæ labia purgantur, & iuxta Gene. in terra Enilath naſcitur. Saphyrus cœli habet ſimilitudinē, ſignificans qui cum Socrate dicūt, Scando aerem ſolemq́; deſpicio, & cum Paulo: *Noſtra conuerſatio in cælis eſt.* Iaſpis autē munit propugnacula, qui poſſunt omnē altitudinem eleuantem ſe contra ſcientiam Dei deſtruere, & mendacium veritati ſubijcere. Iaſpidum multa genera ſunt: alius eſt Smaragdo ſimilis, qui reperitur in fontibus Termodoontis, & vocatur grammatias, qua omnia phantaſmata fugari putant. Alius viridior mari, & tinctus quaſi floribus. qui in Phrygia reperitur in Ida in profundiſſimis ſpecubus. Alius iuxta Hyberos Hircanoſque & mare Caſpium, & præcipuè lacum Neuſim. Alius niui & ſpumæ ſimilis eſt marinæ. clementer mixto colore ſubrutilans.

B

C

D rutilans. Hæc diximus. vt omnes ſpirituales gratias in eccleſiæ propugnaculis cognoſcamus, quib. vani timores fugantur, quas qui habet dicit: *Fratruelis meus dilectus, candidus, & rubicundus.* Can. 5.c.

b *Vniuerſos fil. tuos doctos.* ✳ Auguſt. Illud eſt certiſſimum iudicium, quod a Deo didiceritis ſi id quod diceritis feceritis. Iſto modo ſunt omnes ſecundum propoſitū vocati, ſicut ſcriptum eſt in prophetis, docibiles Dei. Qui autem nouit quidem quid fieri debeat & non facit, nondum a Deo didicit ſecundum gratiam ſed ſecundum legem, nō ſecūdum ſpiritum ſed ſecundum literam. Lib. 1. de gratia c.13.

c *Recede procul.* Cōſolatus eſt eccleſiā de Gentibus, promittens ei ſpirituales gratias: nunc docet quid agat, ne ad uerſarios timeat.

E

d *Ecce accola.* Hoc ad ſe inuertunt Iudæi, tanquam ſint futuri proſelyti ex Gentibus tempore Chriſti ſui.

e *Ecce ego.* Non φ ſim cauſa perditionis eorum, ſed aduerſarius pugnans, victis perditionis victoribus cauſa eſt præmij.

✳ Chryſ. Si in hoc Deus nos creaſſet vt perderet, iure dubitaſſes de propria ſalute. Cæterùm quia non ob aliud quam propter bonitatem ſuam quo bonis fruamur ſempiternis, atq; in hoc oīa facit vt ſalui ſimus, quis dubitationi relinquit locus? Apiſtola ad Theodorum lapſum.

f *Hæc eſt hæreditas.* Ne iuſtus tribulatus deficiat, addit præmia.

Cap.

F

a ¶Quod non merito tuo, ſed mea clementia. b ¶O eccleſia. ¶Prius. ¶Sine diuitijs legis & doctrina. c ¶Dæmonum, variorum errorum

miſerator tuus dominus. Paupercula tempeſtate conuulſa 1

a ¶Sine patriarchis, prophetis, apoſtolis. ¶Quæ ſubſtantiam in medicis perdiderat. 2

b ¶Spirituſſancti. c ¶In terris cœleſtem Ieruſalem ædificans, quæ ſponſa & vxor agni.

d ¶Prædicatorum, continentium, coniugatorum.

abſq; ulla conſolatione. † Ecce ego ſternam per ordinem 3

a ¶Prædicatores. b ¶Saphyrus aerei coloris ſignificat illos qui cœleſtem vitam ducunt in terris c ¶Iaſpis colore viridis præfert nitorem fidei.

a lapides tuos, & fundabo te in ſaphyris: & ponam † iaſpi-

† ex chriſtallo feneſtras tuas.

a ¶Defenſionem. b ¶Prædicatores qui alios introducunt. c ¶Vita & doctrina patrum.

dem propugnacula tua, & portas tuas in lapides † ſculptos,

† carbunculi.

a ¶In omnem terram exiuit ſonus eorum. b ¶Prædicatores qui vita & doctrina ſubiectis, & terminum & modum viuendi præſcribunt. c ¶Bonis. d ¶Religioſos.

b & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles. Vniuer- 4

a ¶Diſcipulos. ¶Spirituales. b ¶Faciam. ¶Erunt omnes docibiles Dei. c ¶Dabo. d ¶Reconciliando Deo & angelis & hominibus.

ſos filios tuos doctos a domino, et multitudinē pacis filijs

¶Omni virtute. a ¶Ne calumnieris.

c tuis, & in iuſtitia fundaberis. † Recede procul à calumnia, 5

a ¶Si hoc feceris. b ¶Diabolum membra eius, ſed Deum. c ¶Pauor. 6

† Lōgè eris.

quia non timebis, & a pauore, quia non appropinquabit

a ¶O primitiua eccleſia. b ¶Gentilis ante ſeruiens idolis. c ¶Ad me. d ¶Proſelytus ¶Quia alienus fide tua.

d tibi. † Ecce accola veniet, qui nō erat mecū: aduena quon- 7

a ¶Vnitate fidei. b ¶Quia. c ¶Secundum ſubſtantiam. d Diabolum. ¶Iniquitatis, & omnium malorum e ¶Suggeſtione. 8

e dam tuus adiungetur tibi. Ecce ego creaui fabrum ſufflan- 9 10

a ¶Igneas prunas, ideſt incentiua vitiorum. b ¶Inde. c ¶Quodlibet malum. d ¶Vt faciat voluntatem ſuam. 11

tem in igne prunas, et proferentem vas in opus ſuum, & 12

a ¶Bonum, in ſe malum, b ¶Eorum qui increduli ſunt futuri. c ¶Malos. d ¶Diabolus vel hæretici perſecutores omnes mali. 13

ego creaui interfectorem ad diſperdendum. Omne uas 14

a ¶Diabolo. b ¶Præualebit.

quod fictum eſt contra te non † dirigetur: & omnem lin- 15

† proſperabitur.

a ¶Hæreticorum. ¶Philoſophorum. b ¶Nunc vel in futuro. c ¶Damnabis vel ſeparabis diſputatione conuinctos 16

† condēnabis

f guam reſiſtentem tibi, in iudicio † iudicabis. Hæc eſt hæ- 17

a ¶Vita æterna. b ¶Sanctorum. c ¶Vt pro labore æternaliter quieſcant. 18

reditas ſeruorum domini, & iuſtitia eorum apud me, dicit dominus.

NICOLAVS DE LYRA.

✳ *bitur ab eccleſia militante generaliter, fœdus autem gloria eſt omnimodo immutabile.*

1 Paupercula. *Hic conſequenter ponitur honoris aſſecutio, vbi primò recolitur præcedens tribulatio, cum dicitur:* Paupercula tempeſtate. *ſ. primò fuit, &c.*

2 Conuulſa, &c. *quia eccleſia, vt plurimum fuit & eſt afflicta, & erit in præſenti vita loquendo de ipſa quantum ad illos qui numero & merito ſunt in eccleſia: & hoc præmittitur hic, vt oppoſita conſolatio ſiue honoratio clarius eluceſcat, cum ſubditur.*

3 Ecce ego ſternam, &c. *Quod vno modo pōt intelligi de eccleſia militante: & ſic lapides iſti ſunt viri ſancti in diuerſis gradib. & officijs eccleſiæ conſtituti, ex quibus ędificatur eccleſia. Alio modo de eccleſia triumphante: & ſic lapides iſti ſunt beati in diuerſis māſionibus & gradibus gloriæ collocati: De quo ædificio habetur Apocal. 21. vnde ibi concluditur:* Et ciuitas non eget ſole neque luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit illam.

4 Vniuerſos filios, &c. *Quia in beatitudine cæleſti oēs vident in diuina eſſentia illud quod pertinet ad eorum beatitudinem: & ſic ſunt edocti a domino immediatè & hoc eſt quod dicitur Ierem. 31.f.* Et non docebit vltra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens cognoſce dominum. Omnes. n. cognoſcēt me a minimo eorum vſque ad maximum ait dominus.

5 Recede. *ideſt recedes.*

6 Procul a calumnia. *quia non habebit locum in patria.*

7 Ecce accola veniet. *ideſt Gentilis.*

8 Qui non erat mecum. *ante conuerſionem ad fidem.*

9 Aduena quondam tuus. *i. qui non fuit natione Iudæus.*

10 Adiungetur tibi. *ideſt adæquabitur tibi in donis gratię & gloriæ, vt ſupra dictum eſt.*

11 Ecce ego. *Hic conſequenter deſcribitur hoſtium deiectio. ſ. dæmonis & Antichriſti, qui erit inſtrumentum diaboli ad perſequendum eccleſiam: & hoc eſt quod dicitur:* Ecce ego creaui fabrū. *ideſt diabolum, qui quantum ad naturam quę bona eſt, a Deo creatus eſt, ſed per ſuam malitiam deprauatus: de quo dicitur Iob. 41.* Halitus eius prunas ardere facit, *i. tentationes in cordib. peccatorum & perſecutiones contra eccleſiam fidelium.*

12 Et proferentem vas in opus ſuum. *i. Antichriſtū quem poſſidebit, & ad perſecutionem fidelium applicabit.*

13 Et ego creaui interfectorem ad diſperdendum. *ideſt Michaelem Archangelum cuius miniſterio de præcepto domini Antichriſtus & magna pars adhęrentium ſibi interficientur, vt dicunt doctores ſancti: ideo ſubditur.*

14 Omne vas quod factū eſt cōtra te, *diaboli inſtigationi.*

15 Non dirigetur. *i. intentio fruſtrabitur.*

16 Et omnem linguam. *i. aduerſantem catholicæ fidei.*

17 In iudicio iudicabis. *quia ſancti in extremo iudicio cum domino impios iudicabunt.*

18 Hæc eſt hæreditas. *Quia per acto iudicio cæleſtem hęreditatem in corpore & anima poſſidebunt.*

Cap.

ADDITIO.

*In cap. 54. vbi dicitur in poſtil.* Quia dominabitur tui qui fecit te dominus exercituum nomen eius.

*Vbi tranſlatio noſtra habet.* Quia dn̄abitur tui qui fecit te. *In Heb. habetur:* Quia dominator tui, &c. *& ſic in hoc loco apparet pluralitas perſonarum in Deo. Nec inde debet ſumi argumentum contra Hebręos, quia forte cederet eis in deriſum: ſunt tamen multa alia loca in quibus hoc myſterium clarius comprobatur.*

In

## CAP. LV.

a ¶Tam Iudæi quam Gentiles. b ¶Potum doctrinæ & vete.& nouæ legis
a Mnes ſitientes venite ad 1
¶Viuas. 2
b aquas: & qui non ha-
a ¶Diuini eloquij. b ¶Fide
c betis argentum, prope-
a Nolite timere paupertatem diuini eloquij. ¶ Bene viuendo, credendo. b ¶Mente.
d rate, emite & comedi-
¶ Fide. a Humana ſapientia emitur auro & argento. b ¶Argentum veſtrum teprobum eſt.
te. Venite emite abſq, argento & abſque ulla
a ¶ Terrena. b ¶ In principio erat verbum, &c huiuſmodi.
c ¶Simplicium doctrinam. vnde: Verbum caro factum eſt.
d O Scribæ & Phariſæi, hæretici & philoſophi.
e commutatione vinum & lac. Quare appen- 3
f a ¶Nitorem eloquentiæ. b ¶Spiritualibus. qui ſequimini literam quæ occidit, non ſpiritualem intellectum qui reficiat Hic eſt Chriſtus qui dicit. Ego ſum panis viuus. 4
c ¶Studium ſcilicet in folijs verborum, quæ autem prætervolant, non animam ſatiant.
ditis argentum † non in panibus, & laborem
a ¶Auribus cordis. b ¶Actu.
veſtrum non in ſaturitate? Audite audientes
a ¶Conſuetudine. b ¶Chriſtum vel Euangelij verbum.
me, & comedite bonum, & delectabitur in 5
a ¶Charitatis & aliarum virtutum. ¶Et ſi corpus maceretur.
b ¶Quaſi humiles c ¶Audiendi:
craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem 6
a ¶Fide & opere. b ¶Obedite. c ¶ In Deo qui eſt vita animæ. 7
veſtrã, & venite ad me: audite & viuet anima 8
a ¶Sanguine filij confirmando Euangelium cui non ſuccedet alia lex.
g veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiter- 9
a ¶Non breue ſicut populus Iudæorum. b Confirmando. ¶Promiſſiones ſola miſericordia factas. ¶ Miſericordias domini in æternum cantabo. c Chriſti. d ¶Veracis.
h num, miſericordias Dauid fidelis. Ecce te- 10
a ¶Ego in hoc natus ſum, vt teſtimonium perhibeam veritati. ¶Omnium quæ promiſi. b ¶Fidelium. c ¶Ego pater. d ¶Nemo uenit ad patrem niſi per me. e ¶Legiſlatorem. 11
ſtem populis dedi eum, ducẽ ac præceptorem 12
a ¶Non ſolum Iudæis. b ¶ Pater ad filium. ¶ O fili. c ¶Propter idololatriam. d ¶Ad Fidem per Apoſtolorum prædicationem. 13
Gentibus. Ecce † Gentẽ, quã neſciebas, voca- 14
i bis: & Gentes quæ te non cognouerunt ad te 15 16

### CAP. LV.

A a Omnes ſitiẽtes venite. Quia vas fictum cõtra eccleſiam dixerat conterendum, & omnem linguam armatam contra ſcientiam Dei ſuperandam, prouocat credentes ad fluuium Dei qui repletus eſt aquis.

Pſal. 35. c. Ioa. 7. f. b *Ad aquas.* Spiritusſancti baptiſmatis. vnde: *Apud te eſt fons vitæ. & in lu. tuo videbimus lu.* Et alibi: *Si quis ſitit ve. ad me, & bi.* Has aquas ſpargunt nubes, ad quas venit veritas Dei.

in ſanctum lauacrum. ✻ Gregorius Naz. Si ſine labore, ſine vllo negotio tãto bono tibi licet potiri, cuius dementię eſt, tantum bonum differre? Qui ſititis venite, B ò benignitatem & liberalitatem mirabilẽ? ò commertij ſingularem facilitatem? Ipſa voluntas accipienda eſt tibi pro magno pretio. Sitit dñs ſitiri, potũ cœleſtem propinat his qui tantũ volunt bibere, beneficium accepit, qui tantum petit.

† ideſt pro re quæ non eſt panis, & tamen panem eſſe putatis.

Ephes. 2. a. Matth. 10. a. c *Et qui non habetis argentum. Gratia ſalui facti eſtis.* Et alibi: *Gratis accepiſtis, gratis date.*

d *Comedite.* Audiendo, loquendo, legendo, meditando, operando, corde retinẽdo. Diuina ſiquidem ſcriptura, & potus eſt, aperta: & cibus, occulta. Ipſa etiam & aqua eſt & panis qui de cœlo deſcendit.

† Gẽtes quas e *Vinum & lac.* ✻ Procopius. Significatur aquæ nomine Euangelij promulgatio: vt uini & lactis myſtica regeneratio. Qui .n. aqua & Spiritusſancto regeneratur, verbi rationali lacte tanquam recenter nati infantes, nutriuntur, vinumque bibunt, C de quo dicitur. *Hic eſt ſanguis meus qui pro vobis effunditur.* Et verò quibus olim dabatur baptiſmus, iiſdem lac etiam cum corpore & ſanguine tribuebatur, quod D de more in quibuſdam eccleſijs adhuc ſeruatur.

f *Quare appẽditis argentum.* Penſatis ſacra eloquia, ſed non refectionem. Qui ſolã ſpeciem literæ cuſtoditis, de ſpirituali intelligentia pinguedinem internę refectionis amittitis.

✻ Procopius. Fide .n. non argento emitur. Quamobrem, ait, non in ea ſtudia tẽpus impenditis, quibus eſt nutriendi facultas, ſed in externis diſciplinis fruſtra laborantes, ea vobis argento emitis, quæ ſub ipſa dictionis venuſtate, nihil qđ verum ſit & mentem nutriat, complectuntur?

g *Et feriam vobiſcum.* Feriri pactum dicitur, eo quòd in F pacto confirmando hoſtis feriatur.

✻ Tertullianus. Vetus teſtamentum temporale ſignificatur, dum mutabile oſtenditur, & dũ æternitatem de ſecundo pollicetur. Nam qui dixerat per Hieremiam. *Perficiam domui Iacob teſtamentum nouum, per Iſaiam dixit,* Audite me & viuetis, diſponam vobis teſtamentum æternum, adijciens, Sãcta & fidelia Dauid, vt id teſtamentum in Chriſto decurſurũ ſignificaretur, qui ex genere Dauid ſecũdum Mariam in virga de radice Ieſſe proceſſurus, figuratè prædicebatur.

h *Ecce teſtem.* Prouocauit Iudæos ad credendum, ſed quia ſciebat illis non credentibus Gentiles eſſe credituros, dicit ſe filium miſiſſe qui præcepta ipſius populis nunciaret.

i *Ad te current.* ✻ Theod. Ad quem hæc poſſunt referre Iudæi? quem inuocauere gentes & nationes? ad quem accurrere

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. LV.

* 1 OMnes ſitientes venite. *Hic incipit cap. in Hebræo in quo ponitur remedium oppoſitum tertio impedimento ſupra poſito 52. c. ex contemptu Chriſti procedente, & ideo hic ponitur eius eminentia. Et diuiditur in tres partes, quia primo deſcribitur eius magnifica liberalitas, ſecundo ipſius ſumma dignitas, ibi:* Ecce teſtem. *Tertiò excitatur noſtra ſedulitas. ibi:* Quærite dominum. (Diuiſio.) *Circa primum dicitur:* Omnes ſitientes. *ſ. gratiæ in præſenti, & gloriæ in ciuitate cœleſti, per ipſum Chriſtum donandas, ſecundum quod ipſe Ioa. 4. b.* Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

2 Et qui non habetis. *q. d. iſta non cadunt ſub precio temporali, ſed dantur ex mera liberalitate diuina.*

3 Vinum & lac. *per iſta quę in nutribilib. ſunt præcipua, intelligũtur bona gratię et glorię ſpũalia animę nutritiua: quia propriũ eſt hominibus ad cognitionem ſpiritualium per ſenſibilia deuenire.*

4 Quare appenditis, &c. *i. ponitis ſtudium & laborem veſtrum circa bona temporalia tranſitoria & deceptoria quæ non reficiunt, ſed magis famen & ſitim faciunt quia cupiditatem augent.* (Iuuenalis.) *Vnde dicit poeta.* Creſcit amor numi, quantum ipſa pecunia creſcit. *Et idem dicit Amb. ſuper Lucam de hydropico: Et idẽ eſt de ambitione honorum, & huiuſmodi.*

5 Et delectabitur, &c. *ideſt gratiæ pinguedine.*

6 Anima veſtra. *non corpus quod non ſentit talia.*

7 Inclinate aurem, &c. *ad euangelicam veritatem.*

8 Et viuet, &c. *vita: gratiæ & poſtea gloriæ, & vnde iſta proueniant ſubditur.*

9 Et feriam vobiſcum. *i. legẽ euangelicã cui alia nõ ſuccedet.*

10 Miſericordias Dauid, &c. *Sic eſt in Hebræo & libris correctis, i. miſericordias Chriſti fideliter adimplendas. Quod per Dauid intelligatur Chriſtus, patet Oſeæ. 3. b.* Reuertentur filij Iſrael & quærent dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum. *vbi tranſlatio Chaldaica habet.* Et obediẽt Meſſię filio Dauid regi ſuo, *& Iere. 30. b.* Seruiẽt dño Deo ſuo, & Dauid regi ſuo quem ſuſcitabo eis. *Glo. Hebraica. Obedient Meſſiæ filio Dauid. Certum eſt tamen, ꝙ Dauid diu ante erat defunctus, q̃ iſti prophetæ eſſent, & ideo non intelligitur hoc de ipſo ſed de Chriſto ab eo deſcenſuro, ſcdm quod dicitur Ro. 1. a.* Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſm carnem: *& eodem modo. Hic per Dauid intelligitur Chriſtus. Hoc ẽt patet per Paulum Apoſtolum, qui Act. 13. c. allegat hanc ſcripturã de Chriſto dictam, di.* Dabo vobis ſancta Dauid fidelia, *vbi. n. tranſlatio noſtra habet hic:* Miſericordias Dauid fideles. *Tranſlatio. LXX. quam allegat Paulus habet: Sancta Dauid fidelia. vt dicitur gloſſa. Act. 13. c. Ex quo etiam vlterius patet, q ſententia totius capituli ad literam reducenda eſt ad tempus Chriſti: hoc etiam ſentit Ra. Sal. vt patet ex ſupra dictis.*

11 Ecce teſtem. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Chriſti ſublimitas: & primò in doctrina, cùm dicitur:* Ecce teſtem, &c. *i. in veritatis diuinę teſtimonium propter quod dixit Ioa. 18. g. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Secundò in poteſtatis eminentia: cum ſubditur.* (Diuiſio.)

12 Ducem ac præceptorem. *ſecundũ quod dicitur Mar. vlt.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.

13 Ecce Gentem. *Hic mutatur modus loquendi de tertia perſona ad ſecundam, quod frequenter fit in prophetis: & dirigit ſermonem ad Chriſtum: dicens:* Ecce Gentem *i. populum Gentilem.*

14 Quã neſciebas. *per approbationem pp eius idololatriam, modo loquẽdi quo dicitur fatuis uirginibus:* Neſcio vos. *Mat. 25*

15 Et Gentes quæ te non cognouerunt. *per fidem.*

16 Ad te current. *per celerem conuerſionem ad prędicationem Apoſtolorum.*

accurrere populi? Illi quidem non poſſunt hæc oſtendere. Nos videmus eſſe completum, & illũ quẽ nationes adorabant, toto orbe adoratum.

a *Dominum Deum tuum*. Quando pater dicitur, pater Chriſti ſecundũ diuinitatem dicitur pater gloriæ ſecundũ humanitatem, pater domini noſtri Ieſu Chriſti.

b *Quærite dominũ*. Hęc pertinent ad Iudæos vel ad Gentes ſpecialiter, & ad vnumquemq; generaliter. Propheta ad Iudæos. *Quærite dominum*. q.d. Gẽtes ſuſcipiũt miſericordias Dauid, & vos dedignamini, ſed agite pęnitentiam, & conuertimini dũ tempus habetis. Vnde: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.*

✻ Cyrillus. Nunquã in ſordido vaſculo immittuntur pretioſa vnguenta, idcircò Iſaias mundari primò iubet eos, qui Chriſto per fidem volunt adhęrere.

c *Dum prope*. Ne veſtris vicijs recedat qui appropinquat appropinquãtibus ſibi, & filio reuertẽti lętus occurrit.

a ¶Domine refugium factus es nobis. ¶Fide. ¶Patrem. b ¶Secundum humanitatem.

a current † propter dominum Deum tuum & ſanctum Iſ- 1

a ¶In morte. ¶Hic eſt filius meus dile. ¶In reſurrectione & aſcenſione. ¶Gloria quam habes antequam mundus fieret. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a patre, &c. b ¶Secundum humanitatem. c ¶Fide, opere, ſimplicitate. d ¶Dum viuitis. ¶Dum pœnitentiæ locus eſt. ¶Modo poteſt inueniri merito fidei. in futuro videbitur, non inuenietur. 2

rael, quia glorificauit te. Quærite dominũ dum † inueniri 3

a ¶In veritate. b ¶Dum tempus habetis. c ¶Non eſt ſatis quærere dominum, niſi derelinquat impius viam ſuam. ¶Declina a malo. d ¶Gentilis 4 5

b c poteſt: inuocate eũ, dum propè eſt. † Derelinquat impius

a ¶Prauam. b ¶Iudæus. c ¶Antiquas peſſimas, de quibus: Vt quid cogi. mala in cordibus veſtris d ¶Fac bonum. 6

viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas: & reuertatur 7 8

a ¶Qui non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat.

ad dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum 9 10

a ¶Multum miſericors. b ¶Clementiſſimus pater. ¶Conſilium domini manet in æternum, cogitationes eius in gene. & gene. c ¶Quaſi: Et miſereri volo, & poſſum: non enim cog. me. d ¶Immutabiles. 11

d quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Non enim cogita- 12

¶Dominus reprobat cogitationes populorum. a ¶Sicut. b ¶Vanæ. c Rectæ. d ¶Sicut. e ¶Prauæ. 13

tiones meæ cogitationes veſtræ, neq; uiæ meæ uiæ veſtræ

a ¶Angelorum. b ¶Hominum.

dicit dominus. Quia ſicut † exaltãtur cęli a terra, ſic † exal- 14

a ¶Rectæ. b ¶Immobiles & inueſtigabiles ¶Prauis. ¶Inſcrutabilia eius iudicia.

tatæ ſunt uiæ meæ a vijs veſtris, & cogitationes meæ a co-

a ¶Quoniam vanæ ſunt. ¶Cogitauerunt conſilia quæ non poſta. b ¶De nubibus. c ¶Euangelica doctrina.

gitationibus veſtris. Et quomodo deſcendit imber & nix 15

¶Apoſtolis a ¶Humore. b ¶Terrenorum corda.

de cœlo, & illuc vltra non reuertitur: ſed inebriat terram & 16

a ¶Aqua viua. b ¶Sic. c ¶Fructus iuſtitiæ. d ¶Qui ſeminat in lachry. in exul. &c. e ¶Filios ſpirituales.

† infundit eam, et germinare eam facit, & dat ſemen ſe-

a ¶Prædicanti. ¶b Verbi. ¶Doctrinæ. c ¶Exercenti. d ¶Promiſſio de ſalute Iudæorum & Gentium.

e f renti, & panem comedenti: ſic erit verbum meum quod 17

¶Filius. In principio erat verbum. a ¶Prophetarum, Apoſtolorum, humana ſimilitudine. 18

egredietur de ore meo: Non reuertetur ad me vacuũ, ſed 19

a ¶Vnde: Quæ placita ſunt ei facio. b ¶De redemptione humani generis. c ¶Etiam ſecundum hominem prædicando ad fidem conuertendo.

faciet quæcũque volui: & proſperabitur in his ad quę miſi 20

a ¶Gentes ab idololatria, Iudæi a legis vmbra. b ¶Chriſto qui eſt pax noſtra. ¶Gratia vobis & pax ab eo. &c. c ¶Ad patriam cœleſtem. 21

illud. Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemi- 22

a ¶Angeli. b ¶Patriarchæ, prophetæ, apoſtoli. c ¶Læti de ſalute veſtra. d ¶Deo. 23

g ni. Montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & 24

a ¶Vel ſiluarum. ¶Primitiuæ eccleſiæ. ideſt fideles qui erant tanquam lig. quod plant. eſt. ſ.d.a b ¶Opere. c ¶Spinoſis & uicicſis. ¶Pro vitijs virtutes. 25 26

h omnia ligna regionis † plaudent manu. Pro † ſaliuncula 27

d *Non enim*. Ne putetis difficile eſſe quod ſpondeo conſiderate, ꝙ inter mea & veſtra conſilia multa ſit differentia: & quanta naturæ tanta voluntatis diuerſitas.

✻ Theodoretus. Multum ab inuicem diſtamus, toto cœlo, inquam, vos enim odiſtis me, & ego amo uos: vos fugitis, ego voco: vos bellatis aduerſum me, ego nihil aliud quam beneficijs vos proſequor. D

Iuuenalis. † Inuenitur ipſe.

d *Et quomodo*. Alia ſimilitudine oſtendit, quia multus eſt ad ignoſcendum.

† De pe. diſt. 1. §. his autoritatibus.

Eccle. 11.a.

e *Panem comedẽti*. Vnde Salomõ *Mitte panem tuum ſuper aquas, quia in multitudine dierum inuenies eum*, hoc eſt panem doctrinæ tuæ & gratiam ſpiritualẽ cunctis infunde, quia in nouiſſimo præmia recipies.

†altiores sũt.

f *Non reuertetur*. E Sed poſtquã meam impleuerit voluntatem in terris, redibit & ſedebit a dextris meis ſm illud: *Sede a dextris meis, etc.*

Pſal. 109.a.

g *Montes*. ſ. animæ ſanctorũ, quæ pro varietate virtutum montes appellãtur & colles.

h *Pro ſaliuncula*. Saliuncula, aculeis & punctionib. plena. Abies, alta, ꝓcera, fabricãdis domib. apta pice fœcunda.

✻ Procopius. Ac ſi forte dixiſſet pro malitia iuſtitiã, pro laſciuia, temperantiam, pro audacia, fortitudinem, pro ſtultitia, prudentiã. Inuenias verò & iſtud in his qui ſunt ex Iſraelis ſtirpe. Stœba enim quondam & conyza cum eſſent Matthæus & Paulus, ille quidem publicanus, hic autem perſecutor, Chriſtum tamẽ vbique bene olere curarunt.

† rubo

☞ Gregor. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Propter dominum. *i. patrẽ, qui eſt Deus ipſius Chriſti hoĩs.*
2 Et ſanctum Iſrael. *i. Deum ſanctificantem Iſrael.*
3 Quia glorificauit te. *quantum ad gloriam corporis in reſurrectione, quam tunc habuit Chriſtus, & non antè: & quantum ad ſeſſionem ad dexteram patris in humanitate, quam habuit in aſcenſione, & quantum ad operationem miraculorum per Apoſtolos factorum in nominis Chriſti inuocatione: quæ videntes populi Gentiles ad Chriſtum conuertebantur, vt habetur in actibus Apoſtolorum in pluribus locis.*
4 Quærite. *Hic conſequenter excitatur humana ſedulitas ad quærendum Deum tempore gratiæ ex conſideratione ſuæ liberationis, & maieſtatis. Et primò ſit propoſitum. ſecundò declaratur dictum, ibi: Non enim. Circa primum dicitur.*
5 Quęrite dominum. *i. antè quam veniat ſeueritas iudicij.*
6 Inuocate eum. *per deuotam orationem.*
7 Dum propè eſt. *ad exaudiendum paratus: Et quia peccatoris oratio non eſt exaudibilis, ideo ſubditur.*
8 Derelinquat impius viam ſuam. *i. opera ſua mala.*
9 Et vir iniquus. *Ex hoc patet falſitas Ioſephi dicentis, quòd cogitationes intra manentes non ſunt peccata.*
10 Et reuertatur ad dominum. *per veram pœnitentiam.*
11 Et miſerebitur eius. *dando ei gratiam.*
12 Quoniam multus. *i. pronior quam ad condemnandum.*
13 Non. n. cogitationes meæ. *Hic conſequenter declarat dictum ſuum. Et primò de diuina pietate: dicens:* Non. n. cogitationes meæ. *Cogitationes enim humanæ ſunt ad iniurias vindicandum, cogitationes autem diuinæ ſunt magis ad miſerandum.*
14 Quia ſicut exaltantur cęli a terra. *quia cœlum ſurſum eſt, & terra deorſum, ſic cogitationes diuinæ & opera ſunt ſemper eleuata ad ſuperiora. ſecundum quod dicitur Prou. 16.a.* Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dñs. *Cogitationes autem humanæ & opera tendunt ad deorſum. Gen. 8. d.* Senſus & cogitatio humani cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua. *Secundò quantum ad verbi ſui ſtabilitatem cùm dicitur.*
15 Et qũo deſcendit imber. *abſque effectu: ideo ſequitur.*
16 Sed inebriat terram & infundit eam. *& patet vſq; ibi.*
17 Sic erit verbum meum. *per prophetas dictum. Vel aliter* Verbum meum, *ideſt filius, de quo dicitur, Ioan. 1. a.* In principio erat verbum, &c.
18 Quod egredietur. *quia ſemper naſcitur à patre: Iſta enim natiuitas menſuratur æternitate, quæ complectitur omne tempus.*
19 Non reuertetur. *Filius enim procedens à patre, & veniẽs in mundum, non redijt vacuus in cęlum, ſed patres detentos in limbo adduxit ſecum: ideo ſubditur.*
20 Sed faciet. *ideſt quæcunque per ipſum fieri diſpoſui. Similiter ſi hoc referatur ad verbum domini per prophetas dictum, non fruſtratur effectu à Deo intento.*
21 Quia in lætitia egrediemini. *vos patres in limbo detenti.*
22 Et in pace deducemini. *ad gloriam cæli.*
23 Montes, & colles. *ideſt Angeli ſuperiores, & inferiores eo modo loquendi quo dicitur, Pſal. 124. a.* Montes in circuitu eius. *ideſt Angeli, vt dicit gloſſa Auguſtini.*
24 Cantabunt coram vobis laudem. *Quia Chriſto aſcendẽte cum electis, fuit gaudium, & lætitia Angelis ſanctis.*
25 Et omnia ligna. *ideſt omnis creatura etiam inſenſibilis.*
26 Plaudent manu. *congaudentes ſuo creatori.*
27 Pro ſaliuncula aſcẽdet abies ꝓ exponit Ra. Sal. *ſic ideſt.*

✻ Poteſtas

Lib. 18. mor. c. 11.

† domino in nomen vel g'oriam.

A Gregorius. Pro ſaliunca aſcendit abies. dū in ſanctorū corde pro abiectione terrenæ cogitationis altitudo ſupernæ contemplationis exoritur. Vrtica verò oīno igneæ naturæ dr̄: Myrtus verò temperatiuæ fertur eſſe virtutis. Pro vrticæ ergo creſcit Myrtus, cum iuſtorum mētes a prurigine & ardore vitiorum ad cognitionis temperiem tranquillitatemq; perueniunt: dū iā terrena non appetunt, dū flāmas carnis deſiderijs cæleſtibus extingūt.

a ¶Scilicet. ¶Virtutes. ¶Virtutibus exaltati. b ¶Igneis aculeis pleni. ¶Libidinoſis cupidis. c ¶Odore virtutum pleni, animarum medici. Myrtus enim eſt odor aromaticus. vrtica ignea aculeis plena.

aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus.

a ¶Tunc. Commutatus de malo in bonum. b ¶Quia a Chriſto nominabuntur Chriſtiani, hoc ſigno inſigniti.

a Et erit † dominus nominatus in ſignum ęter 1 2

a ¶Nomen Chriſti. b ¶Vt crucis eius caractere omnes muniantur vel innuantur. ¶Fidelibus.

num, quod non auferetur. 3

I a *Et erit dominus.* Alit. Et erit dn̄s in nomē & ī ſignū ſēpiternū qđ non deficiet.

✱ Procop. Vbique enim Chriſtianos a Chriſto nuncupatos videas, & ſignum ſalutis hoc inſcubere noīe quod non eſt vnquam defecturum. Non deſunt tamen qui ſine appellatione, crucem eam per quam ſalutem ſumus adepti, putent ſignificari.

NICOLAVS DE LYRA.

*poteſtas auferetur ab impijs, & dabitur iuſtis: Et iſtud fuit impletū in reſurrectione Chriſti, per quam patres in lymbo detenti fuerūt de poteſtate dæmonum liberati, & plenius implebitur in iudicio finali, quando dæmones retrudentur in infernum, & omnes electi in corpore & anima transferentur ad cœlum: ideo ſubditur.*

1 Et erit dominus nominatus. *ab omnibus electis.*

2 In ſignum æternum. *i. in ſignum ſalutis æternæ.*

3 Quod non auferetur. *quia perpetuitas in ratione veræ beatitudinis includitur.*

## CAP. LVI.

a H*Aec dicit dominus.* Cuſtodite iudicium. Terminato Gentiū vaticinio, quæ in aduentu Chriſti de ſaliuncula & vrtica in abietem myrtumq; mutantur, loquitur ad auditores illius temporis, vt ſe parēt ad aduentum Saluatoris, qui eſt miſericordia iuſtitia.

B ✱ Procop. Ad Iudæos iam tranſit oratio qui prophetę temporibus viuentes, generis nobilitate ſuperbiebant proliſque fœcunditatem pietatis eſſe præmium exiſtimabāt. Vnde qui alienigenæ eunuchi que erant, animis concidebant: hi quidem tanquam ignobiles illi autem vt infœcundi liberisq; carētes. Quo fit, vt in morib. ipſis & virtutibus, eſſe beatitatē demonſtret Deus. Neque. n. quicquam profecerit, qui prædicta habeat, ſi iuſtitia caruerit.

## C A P. LVI.

a b Haec dicit dominus: Cu- 1

a ¶Iuſtum.

ſtodite iudicium, & fa- 1

a ¶Omnes virtutes, aperte totum. omnes enim ſibi hærent, vt qui vna caruerit omnibus careat.

cite iuſtitiam: quia iu- 3

a ¶Cito veniet. b ¶Filius meus ſaluans iuſtificans, mundum. c ¶Viſibilis mundo appareat.

ſta eſt ſalus mea, vt ve- 4

a ¶Hominibus. b ¶Quia beati qui cuſtodiunt iu. & fa. iuſtitiam omni tempore. c ¶Fortis.

niat: & iuſtitia mea, vt reuelētur. Beatus vir 5

a ¶Iudicium & iuſtitiam. b ¶Interioris hominis. vnde: in Leuitico ſæpe homo interior dicitur. c ¶Strenue 6

qui facit hoc, & filius hominis qui apprehen

a ¶[illegible] ſiſtendo bonis operibus. b ¶Male operando. 7

c det iſtud. Cuſtodiens Sabbatum, ne polluat

¶Scilicet 8

illud: cuſtodiens manus ſuas, ne faciat omne

a ¶Quodlibet peccatum. b ¶Proſelytus Gentilis. ¶Per circunciſionem. 9

d malum. Et non dicat filius aduenæ, qui ad- 10

¶Hoc, ſcilicet. a ¶Cum veniet non dignans me æquali gloria. 11

hæret domino dicens: Separatione diui-

¶Iſraelitarum. 12

det me dominus a populo ſuo. Et non 13

e dicat eunuchus: ecce ego lignum ari- 14

bus dicitur: *Si de mundo eſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret, &c. Ego elegi vos de mūdo, idcircò odit vos mundus.*

✱ Theodoretus. Cū beatitudinem pro præmio poſuerit ſupradictorum, tunc quia ſub lege erant, iubet cuſtodire ſabbatum, & ſanctificare, & docet ſanctificationem ſabbati eſſe, puras manus ſeruare ſceleris, abſtinere manum ab omni iniuſtitia, quod ſabbatum conſecratum a Deo eſt ad Dei cultū ad virtutis actus ad celebrationem cœleſtiū myſteriorum.

d *Et non dicat.* Hoc contra Iudæos, qui ſibi tantum aduentum Chriſti vendicabant, & alios deſperare cogebant. *Sed non eſt diſtinctio Iudæi & Græci.*

✱ Theodoretus. Reprimit Iudæorum faſtus dominus qui ſe iactabant quod ab Abraham traherent originem, & hoc nomine reliquos contemnebant. Oſtendit ergo ſe rationem habiturum ſanctitatis & religionis non generis & ſanguinis.

Deut. 1. c.

Pſal. 105. a.

b *Cuſtodite iudicium.* Non accipientes perſonam in iudicio. Domini. n. iudicium eſt, qui iudicat iudicantes bona.

C vnde: *Beati qui cuſtodiunt & faciunt iuſtitiam in omni tempore.*

c *Cuſtodiens Sabbatum* Hieron. Ne ſit, ſ. de ſex diebus quibus factus eſt mundus. De quib. Apoſtoli non erant, quibus

c *Eunuchus.* Propter regnū cœlorū, qui mortificāt mēbra ſua ſup terrā, quales erāt apoſtoli: Quib. pro difficultate rei admi-

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. LVI.

Diuiſio.

✱ HAec dicit dominus. *Superius propheta conſolatus eſt fideles denunciando eis liberationem a malis. Hic iterum eos conſolatur denunciando eis conſeruationē in bonis. Et diuiditur in tres partes. Quia primo ponitur huius ſalutis præparatio. Secundò huius ſalutis collocatio ca. 59. Tertiò ſalutis collatæ diſcretio 63. c. Prima in duas, quia primò ponitur dicta præparatio ſeu diſpoſitio. Secundò tollitur erroris occaſio, ibi:* Et non dicat. *Circa primum ſciendum, quòd debita diſpoſitio ad recipiendum ſalutem per Chriſtum donandam, eſt quòd homines iuſte ſe habeant erga proximum, & deuotè erga Deum. Primum tangitur, cùm dicitur.*

1 Cuſtodite iudicium. *quod dicitur iudicibus & maioribus: vt non declinent a rectitudine iudicij timore vel amore.*

2 Et facite iuſtitiam. *hoc dicitur quantum ad omnes, quia quilibet tenetur viuere iuſtè cum proximo.*

3 Quia iuxta eſt ſalus mea. *i. Chriſtus, per quem a patre data eſt mundo ſalus.*

4 Vt veniat. *carnem aſſumendo.*

5 Et iuſtitia mea. *i. Chriſtus, qui per viam iuſtitiæ ſatisfecit Deo patri. Dicitur autem Chriſtus iuſtitia & ſalus, quia perfectio Chriſti vno nomine non poteſt explicari, & ideo nominatur pluribus nominibus hic & alibi, Conſequenter ponitur ſecundum de diuino cultu. cum dicitur.*

6 Beatus vir qui faciet, &c. *i. quod poſtea ſubditur.*

7 Cuſtodiens Sabbatum, &c. *Per Sabbatum, quod erat ordinatum ſpecialiter diuino cultui, intelligitur omne illud quod pertinet ad diuinum cultum in noua lege.*

8 Cuſtodiens manus ſuas. *a malis operibus, in quibus maximè eſt tranſgreſſio Sabbati & cultus diuini magis quam in operib. corporalibus vtilitati hominum deſeruientibus.*

9 Et non dicat filius aduenæ. *Hic conſequenter remouetur error oriens circa prædictā diſpoſitionem. Et diuiditur in tres partes, ſecundum tres errores: Secunda pars incipit ſequenti cap. Tertia 58. cap. Prima in duas, quia primò ponitur erroris remotio. ſecundò doctorum punitio, ibi:* Omnes beſtiæ. *Prima adhuc in duas quia primò error tollitur, ſecundo cōtraria veritas, ibi:* Quia hæc dicit *Iſte autem error primus procedit ex defectu naturali. ſ. generis & prolis. Ex hoc enim quod Gentiles conuerſi ad Iudaiſmum non admittebantur ad cœtum Iudæorum æqualiter, quia recipiebantur ad legis obſeruantiam: non tamen admittebantur ſtatim ad ea quæ erant honoris, ſed aliqui in tertia generatione & aliqui in decima, & aliqui nunquam, vt dictum fuit plenius, Deuter. 23. & ex hoc credebant quod in præmio beatitudinis eſſet tanta diſtantia, & hoc remouetur cum dicitur: Et non dicat filius aduenæ, id eſt. Gentilis natione.*

10 Qui adhæret domino. *per veram fidem.*

11 Separatione diuidet me dominus. *in retributione iuſtorum.*

12 A populo ſuo. *ſcilicet Iudaico Similiter: quia defectus prolis in lege erat vituperabilis, aliqui ſimplices prole carentes, quamuis eſſent de populo Iſrael æſtimabant ſe deficere a præmio iuſtorum: eo quod non multiplicarent populum, & hoc remouetur cum dicitur.*

13 Et non dicat Eunuchus. *i. impotens ad generandum.*

14 Ecce lignum aridum. *& non faciens prolis fructum: & ſubintelligitur diminutio mercedis vel ablatio.*

✱ Quia

rei admirantibus & A dicentibus: *Quis poteſt ſaluus fieri?* reſpōdit Saluator: *Qui poteſt capere capiat.* Vnde apoſtolus de huiuſmodi eunuchis, ideſt virginibus dixit: *Præceptum domini non ha. conſili. aũt do.* Eunuchi à natiuitate, eunuchi pp regnũ cęlorũ, oēs conſolãtur, quia in lege dicebatur: *Maledict⁹ qui non reliquerit ſemẽ ſuper ter.* Quod de ſemine ſpiritualis operis dicitur, non ꝑlis.

a *Quia hæc dicit dominus.* Duo propoſuit, proſelytos, ſcilicet, B & eunuchos. Prius eunuchis dat præcepta viuendi, & præmia promittit: poſt ad proſelitos venit quibus ſimilia promittit. Hic ergo loquitur eunuchis q deſperantes dixerũt: Ecce ego lignum aridum, ne ſe putent ſubiacere maledictioni legis.

b *Et filios aduenæ.* Poſt eunuchos ad aduenas tranſit, & præmia promitit.

c *In ſeruos.* Qualis Paulus qui de ſe ait: Paulus ſeruus Chriſti Ieſu, & Moyſes famulus Dei.

¶Quia ſine prole. ¶Vere. b¶Continentibus. ¶Vnde: Beata ſterilis.
inmaculata, quæ non cognouit virum in delicto, c¶A vicijs ceſſando,
a dum. Quia hæc dicit dominus eunuchis. † Qui cuſto-
a¶De præceptis mei. b¶Non præcepi. vnde: Qui poteſt capere capiat. 1
¶Continentiam. Non quæ pro imbecillitate permiſi c¶Omni fide.
dierint Sabbata mea, & elegerint quę ego volui, & tenue-
a¶Bonum. ¶Quod pepegerunt mecum in baptiſmo, b¶In domo patris mei man. 2
mul. ſunt. c¶In numero prædicatorum. ¶Vt muniant ſubiectos verbo & exemplo. 3
rint fœdus meum dabo eis in domo mea & in muris meis 4
a¶Quod nulla obliuione delebitur. b¶Excellentius, ſcilicet quam ſi filios & 5
filias generaſſent, ¶Chriſtianum quod non deficiet.
locum, & nomen melius † à filijs, & filiabus. Nomen ſem-
¶Vel is. a¶Gentilis.
b piternum dabo eis quod non peribit. Et filios aduenę qui 6
a¶Fide. b¶Dabo. c¶Seruiendo honorando. d¶Quaſi filij. 7
e¶Quod eſt Chriſtus. f¶Chriſti 8
adhærent domino vt colant eum, & † diligant nomen eius 9
¶Filii. a¶Eunuchum aduenam. ¶Vt ſupra.
c vt ſint ei in ſeruos: omnem cuſtodientem Sabbatum, ne
a¶Semper inſtet orationi. vnde: Sine intermiſſione orate.
polluat illud, & tenentem fœdus meum: adducam eos in
a¶Chriſtum ipſum: qui mons domini: vel eccleſiam præſentem vel dogma veritatis. 10
b¶In eccleſia vel in æterna beatitudine.
montem ſanctũ meum & lætificabo eos in domo oratio- 11
a¶Spiritualia. b¶Eunuchorum, qui ſe totos conſecrant domino.
c¶Victima à vincendo. d¶Aduenarum qui ad tempus vacant orationi.
d nis meæ. Holocauſta eorum, & victimæ eorum placebũt 12
a¶Chriſto. b¶Non figurale templum. c¶Eccleſia extra quam
nec ſacrificii, nec orationis locus eſt. d¶Non taurorum non hircorum.
mihi ſuper altari meo: † Quia domus mea domus oratio-
a¶Non tantum Iudæis. b¶Hæc promittens.
nis vocabitur cunctis populis, ait dominus Deus qui con 13
a¶In vnum ouile vnde. Vt filios Dei, qui erant diſperſi congrega. in vnum. b¶Iſrael duode- 14
cim tribus per mundum, vel per diuerſos errores. ¶Quibus ſcribit Petrus quaſi electis ad-
uenis diſperſionis. c¶Diſperſis congregatis. d¶Ego pater. e¶Chriſtum.
f¶In prædeſtinatione.
f gregat diſperſos Iſrael. Adhuc congregabo ad eum † cōgre- 15
a¶Gentes ſine ratione. b¶Mundi. c¶De longinquo.
d¶Iudæum non credentem in Chriſtum.
¶Cœleſtem panem. carnem agni.
gatos eius. Omnes beſtiæ agri venite ad deuorandum, vni 16
g a¶Ne tradas beſtiis anim. con. ti. b¶Incultæ Gentilitatis. c¶Scribæ & Phariſæi, 17
Sacerdotes, reges, principes, ſic & hodie in eccleſia. ¶Quia. d¶Si cæcus 18
cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. e¶Deum veram lucem. 19
uerſæ beſtiæ ſaltus. Speculatores eius cęci omnes, neſcie-
a¶Sine voce prædicationis contra inimicos. 20
b¶Quia aſtricti viciis. c¶Prædicare.
runt vniuerſi, † canes muti, non valentes latrare, viden- 21

relinquit, vt ſemper vacet orationi. D

Victimam, qui Deo ſeruit, & quæ mundi ſunt diſponit iuſtè.

† Si

† Bapt. c. 3.

e *Super altari meo.* Fidem ſuper quam omnia offeruntur, ſine qua impoſſibile eſt Deo placere. Vnde: *Iuſtus autem in fide ſua viuet.*

f *Omnes beſtiæ.* Vox prophetæ qui aduocat Romanos ad excidium Ieruſalem quibus pene totus orbis ſeruiebat. Vel per beſtias dæmones. quibus ad deuorandum Iudæi traditi ſunt.

† diligunt

Abacuch. 2. a

* Procopius. In ferarum enim naturam tranſierunt, qui ſub diaboli tyrannide vitam vixerunt ab omni humanitate alienam, quos tamen ad intelligibilẽ menſam nunc inuitat, panis vitæ, ſcilicet comeſtionẽ, vt lęti illud, *Paraſti in cōſpectu meo menſam,* vſurpare queant. E

† congregationes.

Pſal. 22.

g *Cæci.* Non habentes Chriſtum verũ lumen vel fidem & alias virtutes.

* Procopius. Dicũtur hoc loco Iudaicæ gentis principes, cuſtodes cæci, & canes muti non valentes latrare. Sed qui ſe primi excæcarunt, veramque lucem non admiſerunt, cum apertè clamantem audierint. *Ego ſum lux mundi.*

b *Holocauſta eorum.* *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Et exhibeatis corpora veſtra ho. Deo vi.* Holocauſtum totum offertur Deo & incenditur. Victimæ pars ſacerdotibus datur. Holocauſtum Deo tribuit, qui mundum relin-

*Canes.* F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia hæc. *Hic conſequenter contraria veritas aſſeritur, videlicet quod eunuchus, & Gentilis veniens ad fidem tantum bonum conſequetur gratiæ in præſenti & gloriæ in futuro. cęteris tamen paribus quantum recipiet Iudæus natione & dotatus multa prole, & hoc patet impletum in noua lege, Act. 10. g. vbi Spiritusſanctus in ſigno viſibili deſcendit ſuper Cornelium & alios Gentiles cũ eo exiſtentes. ſicut ceciderat ſuper apoſtolos & alios fideles de Iudęis exiſtentes. propter quod dicit Paulus apoſtolus Rom. 10. c.* Non eſt diſtinctio Iudæi & Gręci. nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illũ. *& hoc eſt quod dicitur.* Quia hæc dicit dominus. *ideſt debitè Deum coluerint.*

2 Et elegerint quæ ego. *ſcilicet iuſtè viuere cum proximo.*

3 Et tenuerit. *i. legem Euangelicam per quam Deo fœderamur.*

4 Dabo eis in domo. *i. eccleſia militãte, vt dictũ eſt ſupr. 2. c.*

5 Et in muris meis. *i. in eccleſia triumphante, quæ per muros intelligitur, eo quòd violentia non poteſt ibi inferri.*

6 Locum. *recipiendo gratiam in pręſenti & gloriam in futuro.*

7 Et nomen melius. *Iſtud propriè refertur ad illos qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum, & per caſtitatis obſeruãtiam, quæ melior eſt & magis meritoria quã fœcunditas prolis, ſecũdum quod dicit Saluator Matth. 19. b.* Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt pp regnum cœlorum, qui poteſt capere capiat. *id tãtum bonum propter ſui altitudinem non præcipitur ſed conſuluitur.*

8 Nomen ſempiternum dabo eis. *quod non poteſt intelligi de vita præſenti, vbi non continuatur nomen talium per ſucceſſionẽ generationum, ſed intelligitur de vita beata. Conſequenter oſtenditur propoſitum in Gentilibus, cum dicitur:*

9 Et filios aduenæ. *& patet ſententia ex dictis vſque ibi:*

10 Adducam eos. *i. in gloriã cęleſtem, vbi nihil admittitur niſi ſanctum. Apoc. 21. g.* Non intrabit illã aliquid coinquinatũ: *Et præmittitur hic ſtatus eccleſiæ triumphantis, eò quòd eſt primus in intentione. Et ſubditur ſtatus eccleſiæ militantis, cum dicitur.*

11 Et lætificabo eos. *orationes eorũ acceptando, ideo ſubditur.*

12 Holocauſta eorum. *& dicuntur hic holocauſta & victimæ quæcunque bona ad gloriam Dei facta. Poteſt etiam hoc accipi ſpecialiter de euchariſtia, quæ eſt ſacrificium fidelium, & dicitur holocauſta & victimæ in plurali, quia continet in ſe virtutem omnium ſacrificiorum veteris legis modo ſupereminenti.*

13 Cunctis populis. *ſine aliqua acceptatione. propter quod dixit Petrus Act. 10. e.* In veritate comperi, quod non eſt perſonarum acceptor Deus, &c.

14 Qui congregat diſperſos Iſrael. *ideſt omnes electos in vnitate charitatis & fidei.*

15 Adhuc congregabo ad eũ oēs, &c. *quia poſt congregationem fidelium in vita præſenti modo prædicto: fiet iterum congregatio ipſorum in cęlo, & illa congregatio amplius non diſpergetur.*

16 Omnes beſtiæ. *quia error præmiſſus procedebat ex ignorãtia credentium. Hic cōſequenter ponitur punitio doctorum, qui debebãt eos de contraria veritate docere: & ita fuit in deſtructione Ieruſalẽ per Titum, qui Sacerdotibus noluit parcere, dicens, iuſtum eſſe ſacerdotes cum templo perire. Et hoc eſt quod dicitur:* Omnes beſtiæ agri. *ideſt multitudo exercitus Romani.*

17 Venite ad deuorandum. *ideſt deſtruendum ſacerdotes, & templum, & cauſa ſubditur.*

18 Speculatores eius. *ideſt ſacerdotes & doctores, ad quos ſpectat pericula pręuidere, & populo nunciare.*

19 Cæci omnes. *ideſt, cognitione Saluatoris, quẽ reprobauerũt. quod de ipſis dicitur: Matth. 15. c. Cæci ſunt & duces cęcorum.*

20 Canes muti. *quia non latrabant contra populi vitia, eò quod erant ſimilibus & maioribus peccatis irretiti.*

21 Videntes vana. *quia tunc magis ſtudebant in curioſis, vtpotè curſu ſyderum, & ſimilibus. quàm in lege & prophetis. pp quod ſaluator dixit eis Matth. 16. a.* Faciem cœli diiudicare noſtis ſigna autem temporum non poteſtis. *Et vocat ibi temporum ſigna quę, de aduentu Chriſti per prophetas erant dicta.*

* Domi-

A a *Canes.* Sicut canes gregem, ſic prælati debēt cuſtodire plebem. *Canes impudentiſſimi.* Quod eſt Sicut canes ſine diſcretione etiā bonos ſæpe perſequuntur: ſic & Iudæi impudenter clamauerūt: *Crucifige crucifige eum*: nec domini ſaturati sūt opprobriis.

Lib. 10 c 8 de demon. * Euſebius. Iſaias ipſos canes mutos appellat, oportebat. n. ipſos ſi nō paſtores bonos ſe prebere, ſaltem bonos imitari canes & ſeruare gregem rationalem domini & prudenter latrare agnoſcentes domini & pecoris magiſtrū, ei cauda blandiētes, inſidiantibus & exteris allatrare, ipſi rabidorum canum more, non ſolum allatrarunt aduerſus dominum & domeſticos eius, ſed in ipſos irruerunt & diſcerpſerunt.

†dormitares. Luc. 23. c. †Iere. 6. c. Sap 2. b

a¶Sapientes in mundo. b¶In pecca is. c¶Quibus decipiebantur à dæmonibus Quaſi: non poſſunt loqui veritatem, ſed mendacium.

tes, vana, † dormientes & amantes† ſomnia, & canes† im- 1

a¶Peccatorum vnde Canis reuerſus ad uomitum. Et alibi. Qui deuorant plebem meam ſicut eſcam b Qui & canes.

pudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem. Ipſi paſtores ignora 2 3

a¶Legis & prophetarum. vnde. Erratis neſcientes ſcripturas. b¶Prauam. c¶Non Dei. d¶Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt.

uerunt intelligentiam. Omnes in viam ſuam declinaue- 4

a¶Quia a uia domini declinauerunt. b¶Quę ſua ſunt, non quę Ieſu Chriſti quærentes. c¶A principibus ¶A planta pedis uſque ad uerticem non eſt in eo ſanitas.

runt, † vnuſquiſque ad auaritiam ſuam, à ſummo† vſque 5

a¶Populum. b¶Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. c¶Vel ſiceram: In Hebr. enim ſicere eſt omne quod inebriare poteſt.

ad nouiſſimum. † venite ſumamus vinum, & impleamur 6

a¶Vnde ſupra. Neſcierunt ſaturitatem.

ebrietate: & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius. 7

D b *Venite ſumamus.* Sic peruertebāt qui corrigere debuerāt. Et quia omnes peccauerūt: traditi ſunt ī man⁹ Romanorū. Moraliter. Venite vitemus exēpla malorum, nec inebriemur vino in quo eſt luxuria, nec voluptatib. obruamur, nec contra aduerſarios muti ſimus.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Dormientes & amantes ſomnia. *in hoc notat eos de carnalitate, & etiam de guloſitate, cum ſubditur:* Canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem.
B

2 Ipſi paſtores. *ideſt ſacerdotes & doctores, qui paſcere debent populum verbo & exemplo.*

3 Ignorauerunt intelligentiam. *veram ſcripturarū. propter quod Saluator improperat eis. Mar. 7. quòd irritabant mandata Dei propter traditiones ſuas. & de falſo intellectu in ſcriptura arguit eos in pluribus locis Euangelij.*

4 Omnes in viam, &c. *Et quę ſit illa ſubditur cum dicitur.*

5 Vnuſquiſque ad auaritiā ſuam. *Sacerdotes enim & Scribę multū ad auaritiam declinauerunt, & ſub ſpecie religionis oblationibus & conſimilibus populum multipliciter ſpoliabant, propter quod ſtatuerant in templo homines qui vendebant oues & boues & numularios, vt dictum fuit plenius Ioh. 2. & Matth. 21. vnde & in libro Heb. quod dicitur Ionia, & eſt autenticus apud Iudęos, dicitur quod in ſecunda domo erant auaritię intenti. Et vocatur ſecunda domus templum in reditu captiuitatis Babylonicę ędificatū, vbi Chriſtus fuit oblatus: & vbi legitur pluries docuiſſe.*

6 Venite ſumamus vinum. *Iſtud erat verbum eorum ſemetipſos ad carnalitates inuitantium.*

7 Et erit ſicut, &c. *quia ſemper inueniebant nouos modos extrahendi pecuniam à populo ad continuandum iſta, & ampliandum.*

## CAP. LVII.

a IVſtus perit. hęc referunt Iudæi ad Iſaiā qui ſerra lignea ſectus eſt à Manaſſe īpijſſimo rege, & alios prophetas quos ipſe occidit, appellant viros miſericordiæ. Sed verius hoc de illo dicitur q eſt ſummè iuſtus. de quo: *Nihil tibi iuſto illi.* Et Pilatus: *Quid faciam de Ieſu qui dicitur iuſtus?*
C

* Tertulianus. Quis eſt hic iuſtus niſi Chriſtus? Venite inquiunt, *auferamus iuſtum, quia inutilis eſt nobis.*

Matt. 27. b Ibidem. c Sap. 2. †adulteri.

b *Et nemo eſt.* Propter ſpeculatores cæcos & canes mutos.

c *Qui recogitet.* quia cæci & muti ignorantes ſapientiam, non cogitant ea quæ Dei ſunt.

d *Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo, qui ambulauit in.* Propheta precatur vt Chriſtus veniat, & reſurgens à mortuis requieſcat in cubi. in gloria, ſ. paternæ maieſtatis, vel in eccleſia ī qua īdirectione ambulauit: *quia peccatum non fecit, nec inuent. eſt dolus in ore eius.*

*Lxx. Erit in pace ſepultura eius, ablata eſt de medio.*

* Tertulianus. Mortem & ſepulturam, & reſurrectionem Chriſti mei, vna Iſaiæ voce volo oſtendere dicentis, ſepultura eius ſublata eſt de medio, neque ſepultus enim eſſet, niſi mortuus, neq: ſepultura eius ſublata de medio, niſi per reſurrectionem.

e *Vos autem.* * Theodoretus. His verbis apertè ſignificantur blaſphemiæ editæ à Iudęis in Chriſtum, cum impoſtorem appellabant & dęmonium habentem, & Samaritanum, & cum ei impientiſſimè illudebant. Su-

## CAP. LVII.

a¶Quia. ¶Chriſtus moritur. b¶Opinione infidelium vel immenſitate turmentorum. c¶Reproborum Iudæorum. d¶Eum pro nobis non poſſe cruciari.

a IVſtus Perit, & † nemo eſt qui recogi- 1 2
b
c

a¶Apoſtoli miſericordia Dei ad nos miſſi.

tet in corde ſuo, & viri miſericordię 3

a¶De mundo ad Deum per tormenta tranſeunt.

colliguntur: † quia non eſt qui in- 4 5

a¶Eos iniuſte pati, & ideo iuſte coronari. b¶A præſentia peccati: vel quia peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus. c¶Vt mala ſcilicet ſeculi non videat. d¶Ad dexteram patris.

telligat. A facie enim malitię collectus eſt iuſtus. † Ve- 6 7

¶Chriſtus. a¶Ad Gentes per apoſtolos quibus dictum eſt: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis b¶Chriſti. c¶Æterna beatitudine.

d niat pax, requieſcat in cubili ſuo, qui ambulauit in di- 8 9

a¶Recto tramite rediens ad patrem. b¶Sublato iuſto, c¶Auſcultate verba mea. d¶Iudaicæ Gentis quæ & idola coluit. & auguria obſeruauit.

e rectione ſua. Vos autem accedite huc filij auguratricis, 10 11 12

a¶Quæ derelicto Deo adheret diabolo. b¶Quæ mæchata eſt cum ligno & lapide. c¶Niſi ſuper me.

ſemen † adulterę, & fornicarię. † Super quem luſi- 13 14

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. LVII.

* IVſtus perit *Hic remouetur error ſecundus qui proueniebat ex defectu pœnali. Ex hoc enim quòd aliqui cōſiderabant iuſtos de communi curſu temporaliter affligi prę cęteris, & maximè Chriſtum & apoſtolos & fideles alios in primitiua eccleſia cogitabant quod eſſet pro peccatis eorū, & refugiebant vitā & doctrinā ipſorum, ad oppoſita vitia ſe conuertentes in nouo & veteri teſtamento: & ſecundum hoc preſens capitulū diuiditur in duas, quia primo error excluditur. ſecundò malitia eorum arguitur ibi.* Vos autem. *Circa primum dicitur.*

1 Iuſtus perit. *ideſt Chriſtus qui morte cōfuſibili ex hoc mundo tranſiit.*

2 Et nemo eſt qui recogitet. *quod hoc non eſt propter ſuum delictum, ſed propter noſtrum expiandum.*

3 Et viri miſericordiæ *i. apoſtoli alijque fideles ex compaſſione animarum ſe laboribus & tormentis exponentes.*

4 Colliguntur. *de vita pręſenti ſicut fructus maturi ad reponendum in horreo cæleſti.*

5 Non eſt qui intelligat. *quod hoc ſit ad bonum ipſorum, ſed magis ad malum vt eſtimant, quod excluditur cum ſubditur.*

6 A faciæ enim malitiæ. *hominum pręſentis vitę.*

7 Collectus eſt iuſtus. *in horreo cæleſti.*

8 Veniat pax. *cæleſtis ſuper eum.*

9 Requieſcat in cubili. *i. in gradu glorię ſibi pręparato.*

10 Qui ambulauit. *in pręſenti vita.*

11 In directione. *ſcilicet non declinando a recta via.*

12 Vos *Hic conſequenter arguitur errantium malitia, ſecundò commendatur redeuntium pænitentia, ibi:* Qui autem. *tertiò amborum differentia, ibi:* Non enim, &c *Prima in duas: quia primò arguitur malitia populi Iudaici captiuitatem Babylonicam pręcedens, ſecundò ſubſequens, ibi:* In multitudine. *Malitia autem pręcedens potiſſimè fuit idololatria. propter quam ſecuta eſt captiuitas, vt patet ex 4. Regum & 2. Paral. & hoc eſt quod dicitur:* Vos autem. accedite huc filij auguratricis. *ideſt Gentis Iudaicę, quę fuit multum intenta augurijs tempore Manaſſe, & aliorum regum malorum.*

13 Semen adulteræ, &c. *ſic eſt in Hebr. & in libris correctis. Vocatur autem hic adulter ipſum idolum, & fornicaria ipſa Iudęa, quæ per idololatriam cum idolo fornicata fuit. & ſic poſteri eorum dicuntur filij fornicariæ & adulteri, & non ſolum illi qui fuerunt ante captiuitatem Babylonis, ſed etiam illi qui fuerunt poſt. etiam tempore Chriſti, quia ſicut merita patrum vt Abraham, Iſaac, & Iacob recordantur ad laudem bonorum, ita mala idololatrarū improp. malis.*

14 Super quem luſiſtis? *ideſt illuſiſtis Chriſtum ſputis & colaphis illudendo.*

8 Veniat * Super

a *Nunquid non.* Tropologicè pñt hæc de hereticis legi, q ſunt filij ſceleſti, mendaces, ſemens diaboli qui eſt pater mendacij, qui conſolantur ſe in ſectæ ſuæ ſimulachris: ſubter lignū frondoſum. f. voluptates ſuas. Sicut Adam poſt peccatum abſcondit ſe ſubter lignum, ne Dei paterret reſpectui. Hi filios quos deceperūt immolant in vallib. idest in baratro impietatis ſubter īminentes petras q ſemper minātur ruinā. Quę pro diuerſitate mendacij & varietate peruerſorum dogmatum plures dñr petræ. Nos autē vnā petram habemus, q ſemper populū Dei ſequitur de qua populus Iſrael bibebat cū familiaritate domini fruebatur.

b *Libamen.* Vinum, oleum, & huiuſmodi liquores. Sacrificium panis, victima & huiuſmodi.

c *Super montem excelſum.* Hæretici quoque qui eleuātur in ſuperbiam qui eccleſiæ humilitate contempta ſibi excelſa promittunt, dogmatum ſuorū montes aſcendunt vbi cubile ſuum dæmonibus proſtituunt. Et quia conuerſi ſunt retrorſum, vxorem Loth imitantes, mutantur in ſtatuam ſalis habentes imaginem eccleſiaſticæ conditurę, ſaporem non habentes qui proiiciuntur foras, vt conculcentur ab hominibus.

a ¶In paſſione. ¶Conſpue ido faciem, vellendo barbam b ¶Inclamantes: Crucifige, crucifige. c ¶Vnde: Poſuerunt os ſuum in cœlum. d ¶Samaritanus tu es, & dæmo. ha. e ¶Quasi. Vos ita feciſtis, qui eſtis filij ſcele.

1 a ſtis? ſuper quē dilataſtis ōs, & eieciſtis linguam? Nunquid
2 a ¶Vos ex patre diabolo eſtis. b ¶Filij diaboli qui eſt pater mendacii. Vnde. Mendax eſt pater eius.
3 4 5 non vos filij ſceleſti, ſemen mendax? Qui † conſolamini in
a ¶Alienis. a ¶Immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dę. ¶Diis. b ¶Innocentes.
6 dijs, ſubter omne lignum frondoſum, immolantes paruu
a ¶Quaſi: Derelinquens domum Dei, iuxta torrentes immolaſti.
7 los in torrentibus ſubter eminentes petras. In† partibus
8 ¶O Ieruſalem. a ¶Cultus idolorum. ¶Diis. b ¶Sacrificaſti
torrentis pars tua: hæc eſt ſors tua. Et ipſis effudiſti libamē
9 ¶Peccatis tuis a ¶Vindicando
10 obtuliſti ſacrificium. Nūquid ſuper his† non indignabor?
11 a ¶Quaſi: Meritus indignabor, quia. b ¶Hoc in tempore Iſaiæ, ſub rege Achaz maxime c ¶Vt idola coleres & luxuriam exerceres.
12 Super montem excelſum, & ſublimen poſuiſti cubile
13 tuum, & illuc aſcendiſti vt immolares hoſtias. Et poſt
¶Tutelæ ſimulachrum in tuitionem domorum. a ¶Idolum in memoria habendum. b ¶Etiam.
14 oſtium & retro poſtem poſuiſti † memoriale tuum. Quia
¶Ie. a ¶Diabolum.
15 † iuxta me diſcooperuiſti, & † ſuſcepiſti adulterum. Dila-
a ¶Vt ſis ſuperes. b ¶Vt ad me non redires. c ¶Adulterium.
taſti cubile tuum, & pepigiſti cū eis fœdus. Dilexiſti ſtrā-
16 a ¶Adulterorum. b ¶Opere. c ¶Sine verecundia, vt turpitudinem non abſconderes. d ¶Diabolico. Diabolus enim rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Idolum Moabitarum, Moloch vel Molon interpretatur, rex, qui ornabat ſe Ieruſalem.
17 tum eorum † manu aperta: & ornaſti te regio vnguento, &
a ¶Quaſi varia ornamenta quæſiſti, vt viſu & odore adulteros prouocares. c Inſuper. b ¶Ideo
18 19 multiplicaſti pigmenta tua. Miſiſti legatos tuos procul, et
a ¶De culmine caſtitatis in baratrum libinis. b ¶Actionis prauæ c ¶Declinando ad dexteram vel ad ſiniſtram.
20 humiliata es vſque ad inferos. In multitudine viæ tuæ † la
21 a ¶Pœnitendo. ¶Ab opere malo. b ¶Abundantiam diuitiarum. ¶Alias. Viam.
22 boraſti: nec dixiſti: † Quieſcam. Vitam manus tuæ inueni-
23 a ¶Corde & ore. ¶Me. b ¶Pro diuitiis cuſtodiendis. ¶Quia in diuitijs confidens me rogare noluiſti. Et ideo multos timuiſti. c ¶Hoſtes vel Deos, à quibus te eas habere putabas
24 25 ſti: propterea non rogaſti. Pro quo ſollicita timuiſti?
26

d *Et poſt oſti.* q d Nō ſolum in montibus idola adoraſti, ſed etiam poſt oſtiū poſuiſti, vt ingrediens videres, & ſemper adorares.

1 QVis eſt iſte. *Capitulum iſtud exponitur de Chriſto communiter ab Hebræis expoſitoribus, & Latinis, aliter tamen. Dicit enim Rab. Sal. quòd per Edom cùm dicitur hic:* Quis eſt iſte qui venit de Edom. *intelligitur Romanum Imperium, prout fuit in latitudine ſua, quando dominabatur vniuerſo orbi, diſt. quòd Meſſias in aduentu ſuo multos de habitatoribus orbis interficiet, propter hoc deſcribitur hic eius veſtimentum ſanguine rubricatum, & omnes reſiduos Iudæis ſubijciet. & ad hoc aptat literam prout poteſt. Sed non proſequor hanc expoſitionem, quoniam fundatur ſuper falſum, cum aduentus Chriſti tranſierit in præteritum. Catholici verò communiter exponunt de Chriſto poſt paſſionem ſuam redeunte ad patrem, ſequente in hoc beatos Hieronym. & Dionyſ. ſecundum quos illud quod dicitur:* Quis eſt iſte qui uenit de Edom. *eſt verbum angelorum Chriſtum aſcendentem admirantium, & de eius myſterijs plenius doceri & illuminari potentium. aliter tamen: quia ſecundum Hieron. eſt verbum angelorum inferiorum quærentium edoceri à ſuperioribus. Secundum Dionyſ. verò 7. cap. cæleſtis Hierar. eſt verbum omnium: quia etiam ſupremi angeli quæſierunt de prędictis plenius edoceri. Sed iſtis videtur obuiare dictum Aug. 5. ſuper Gen. ad literam. vbi dicit quod angeli à principio cognouerũt omnia myſteria gratiæ fienda. Cui dicto reſpondetur ab alijs, quod licet cognouerint dicta myſteria in generali, non tamen quantum ad omnes conditiones particulares, & de iſtis quęſierunt plenius edoceri. Hanc autẽ expoſitionem intendo proſequi per omnia, quia diffusè traditur in gloſſis & aliorum poſtillis: ad quas quilibet poteſt recurrere. nec ipſam intendo in aliquo reprobare, ſed tantum per modum inquiſitionis ſcholaſticę aliqua circa eã dicere. Primũ eſt, quòd iſta expoſitio in aliquibus videtur extranea, quia ſecundum ipſam cum dicitur hic:* Quis eſt iſte qui uenit de Edom. *Per Edom intelligendus eſt locus vnde Chriſtus aſcendit, ſcilicet mons Olіueti uel Ieruſalem: quæ eſt iuxta eum. Quod autem Ieruſalem vel Iudæa intelligatur per Edom, videtur extraneũ, cum Idumeę ſemper fuerit Iudeæ inimica, ſicut Eſau ipſi Iacob. Item quod dicitur infrà. Et aſperſus eſt ſanguis eorũ ſuper veſtimenta mea. ſic exponitur ab eis: vt ſit verbũ Chriſti de ſua paſſione loquentis. Et aſperſus eſt ſanguis eorũ, id eſt ſanguis meus qui dicitur eorum, eo quòd eſt effuſus per procurationem Iudæorum. Hoc extraneum videtur, quia non recolo me vidiſſe alibi in ſcriptura talem loquendi modum. Item Chriſto aſcendente, myſterium incarnationis iam erat in effectu completum, quantum ad ſubſtantiam facti & circunſtantias. Talia verò poſtquam ſunt in effectu poſita non videntur excedere facultatem cognitionis angelicæ, & maximè, quia angeli etiam inferiores qui mittuntur in miniſterium, fuerunt in iſtis miniſtri, vt patet de angelis natiuitatem Chriſti nunciantibus ipſis paſtoribus & de angelis apparentibus Mariæ & Ioſeph & Magis, & conſimilibus, ut patet ex Euangelio in pluribus locis. & ideo dubium videtur, quod aſcendente Chriſto quęrerent plenius edoceri de paſſione Chriſti, dicendo:* Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum? &c. *vt dicit expoſitio iſta. Item dato quod non ſit ibi aliquod tale dubium ſeu modus loquendi extraneus, tamen non ſumus artati ad tenendum ipſam, vt videtur. Tum quia ſacra ſcriptura expreſsè non determinat, quod iſte debeat eſſe ſenſus huius ſcripturę, ſicut determinat de pluribus alijs in hoc libro ſcriptis, & alijs veteris teſtamen. locis. Verbi gratia quod dicitur ſuprà in principio. 61. a.* Spiritus domini ſuper me eò quòd vnxerit me. *Saluator*

*dicit*

Iudæorũ opinio de regni Romani depopulatione.

a ¶In cœlum. b ¶Mundo. c ¶Prius ſanguine, ſcilicet in cruce, vel quia etiam tunc apparebant cicatrices eius. d ¶Membris corporeis. e ¶Quis eſt? f ¶Specioſus forma præ filiis hominum.

qui venit de Edom † tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formo- 1 2

a ¶Habitu humanitatis. b ¶Vel ambulans ſuper cœlos omnes. ¶ Nullo egens auxilio. c ¶Siue in plenitudine diuinitatis ſuæ. d ¶ Alias fortitudinis. e ¶Angelis tacentibus ipſe reſpondet. ¶ Cu dictum eſt in ſiccum. 3

ſus in ſtola ſua, † gradiens in multitudine virtutis ſuæ. Ego 4

a ¶Reddens vnicuique ſecundum opera ſua b ¶ Contra dæmones. c ¶ Genus humanum. ¶Homicidas, adulteros, & huiuſmodi.

qui loquor iuſtitiam, & † propugnator ſum ad ſal- 5

a ¶Rurſus quærunt angeli. ¶Si tali es b ¶Sanguine tuo. c ¶Corpus.

uandum. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, 6 7

a ¶Membra rubra ſicut muſto nigro ſubrubeo ¶Quaſi: Tibi non conueniunt illa, ſed homicidis & adulteris, & huiuſmodi. b ¶Interrogantibus reſpondet Chriſtus tam plene, vt non neceſſe ſit amplius quærere: ſic, Ideo ſcilicet quia. Torcular cal.

& veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Tor- 8

a ¶ Preſſuram crucis ſuſtinui ſolus ¶ Quamuis calcatus tertia die reſurrexi. b Omnes Apoſtolis relicto eo fugerunt. c ¶In adiutorium mihi. ¶ Nec Petrus.

cular calcaui ſolus, & de Gentibus non eſt † vir me- 9

a ¶Quamuis occiſus. b ¶Iudæos dæmones. c ¶Vindicta. ¶Furor ſubitus, ira longa. vnde: Furor eſt ira breuis d ¶Auferens dæmonibus mundi principatum, & Iudæis locum & Gentem. Sacerdotium, templum & omnem dignitatem per Rom.

cum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos 10

✠ aſcenſionis myſterium, & quomodo ſibi & alijs aperiat regnum cœlorum, vnde & angelis dominum comitanti bus dicunt: *Quis eſt iſte*. Et Dauid ſimiliter: *Quis eſt iſte rex gloriæ?* Videtur tamen Aug. dicere ſuper Gene. q͞ omnes angeli ab ipſa creatione ſua, ſtatim cognouerunt in contẽplatione ſui creatoris quidquid ipſe erat facturus.

A Hierony. autem apertè declarat quia quidam angeli donec perficeretur myſterium incarnationis ad plenum non cognouerunt.

✠ Athanaſi. Verba ſunt diaboli accedentis ad Ieſum tanquam ad hominem, qui non inueniens in eo veteris ſuæ ſuperſeminationis veſtigia, & ſuperatus in tentatione a domino cum pudore proruperit in hæc verba, Quis eſt iſte qui venit ex Edom, è terra hominum incedens cum tanta potentia & robore? Ideo dominus ait *Venit princeps mundi huius & in me non habet quicquam*.

a *De Edom*. Edom? Ab edulio rufæ lentis, propter q͞ vendidit primogenita. Vel à calore: interpretatur. n. terrenus, vel ſanguineus: & mundũ ſignificat. Eſau verò quercus vel roboreus. Seir hiſpidus, i. piloſus. Hic ãt non ipſũ hominem, ſed mundum ſ͞m interpretationẽ ſignificat. Sicut & Boſra. i. munita vel firma, non rem ſuam hic ſed infernum ſ͞m ſuam interpretationem ſignificat, vbi firmiter quaſi ſub multis cuſtodibus animę tenebant͞. vnde: *Quis deducet me in ciuitatem munitam?* Vel terrenam Ieruſalem, quæ firmiſſimis muris munita fuit in qua paſſus eſt dominus. vnde Homerus: ſ͞m Ioſephum Ieron inquit, à quo Ieruſalẽ interpretat͞ munita vel firma. Boſra ãt ciuitas neq; in terra promiſſionis neque in Edom ſita, ſed in Moab. Venit ergo Chriſtus de mũdo ſanguineo, venit de Boſra, tinctis veſtibus. i. corporeis mẽbris. de ciuitate munita, ſcilicet Ieruſalem, vbi paſſus. Vel de inferno ſpoliato victor cum fidelibus ſuis.

D

b *Formoſus in ſtola*. Formoſum, calidum. Vnde formoſus quaſi calidus, quia ex colore rubeus & roſeus efficitur vultus, & inde ſpecioſus.

c *Quare ergo*. Tanquam dicant Angeli. Didicimus, quod loqueris iuſtitiã, & ſalus † omnium in tuo eſt arbitrio, ſed ſcire volumus, quare veſtimenta tua ſint velut muſto tincta: & tunica (quæ deſuper cõtexta eſt, & ſcindi nõ poteſt, & ab vtero virginali tantum cãdorem habuerit quantum fullo non poteſt facere ſuper terram) quare ſanguine cruentetur? Magis tibi clementia conuenit quam crudelitas. Quib. reſpondetur: Ideo, ſcilicet.

† hominum.

† quiſquam.

E

✠ Cyprianus. Qñ ſanguis vuæ dicitur in illo. *Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ amictum ſuum*, quid aliud quam vinum calicis domini ſanguinis oſtenditur? necnon apud Iſaiam hoc idem Spiritusſanctus de domini paſſione teſtatur. *Quare rubicunda ſunt veſtimenta & indumenta tua, velut a calcatione torcularis pleni & per calcati?* vini vtique mentio eſt, & ideò ponitur vt domini ſanguis vino intelligatur: prędicatur. n. verbis propheticis & præſignificatur quod poſtea manifeſtatum eſt in calice Dominico. (lib. 2. epiſt. 3. Gen. 49.)

d *Torcular*. Scilicet crucem & omnia tormenta paſſionis, in quib. quaſi præloppreſſus, vt etiam ſanguis funderetur. Torcular, pro ſupplicijs peccatorum ponitur. vnde: Ieremias: *Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda*. Interdũ in congregatione nouorum fructuum. Vnde in bonam partem quidam Pſalmi, pro torcularibus intitulantur. (Tren. 1. c.)

e *Solus*. Solus Samſon præciſis crinibus Philiſthęis expoſitur, nec Angelus nec Archangelus vel quilibet cœleſtis ſpiritus. Denique humani generis nullus vel Iudęus vel Gentilis auxiliator, ſolus pugnat, ſolus ſuperat. (Iudic. 16. c.)

F

☞ a *Aſper-*

## NICOLAVS DE LYRA.

*dicit Luc. 4. c. impletum fuiſſe in ipſo. Tum ſimiliter nec autoritas eccleſiæ determinauit hoc quod viderim vel audierim, ſed ſolum ad hoc habemus autoritates ſanctorum Dionyſii & Hieronymi: ex quibus non habetur argumentum neceſſarium, ſed tantum probabile, quod ſic debeat intelligi, vt habetur in ſumma Sancti Thomæ parte prima: art. 8. 1. q. Et ideo dicit ſanctus Aug. in epiſtola ad Vincentium donatiſtam, qui arguebat contra ipſum de dictis ſancti Hilarij. Ad quod reſpondens dicit. Hoc genus literarum ab autoritate canonis diſtinguendum eſt. Non enim ſic leguntur tanquam ita ex eis teſtimonia proferantur, vt contra ſentire non liceat, &c. Item de obſcura traditione ſacræ ſcripturæ in pluribus locis, & maximè in prophetis vna cauſa a doctoribus aſſignatur, vt per ſtudioſos multipliciter exponatur. ſecundum quòd dicitur, Dan. 12. b.* Tu autem Daniel claude ſermones & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum: pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia, *i. expoſitio, vt dicunt doctores noſtri. Propter quod abſq; præiudicio aliquo expoſitionis prędictæ intendo aliam proſequi, quę mihi clarior videtur. prędicta verò ſic diffusè poſui: non ſolum pro iſto loco ſacræ ſcripturę, ſed etiam pro alijs, vt diligens lector conſideret quæ expoſitiones, ſacrę ſcripturę neceſſariò ſunt tenendæ, & quę non. Ad euidentiam expoſitionis ponendæ, conſiderandum, quod Edom & Boſra in Heb. ſunt nomina propria & appellatiua, prout autem ſunt propria: Edom eſt nomen filij Iſaac, qui alio nomine vocatur Eſau, Gene. 23. & etiam terræ ab eo denominatæ, quę latinè dicitur Idumæa. Boſra vero vel potius Bſra, ſic enim ſcribitur in Hebręo, nomen eſt ciuitatis, vnde fuit Iobab rex Edom, Gen. 37. Prout vero ſunt nomina appellatiua, Edom ſignat rubedinem, & Boſra munitionem. His igitur prędictis veniamus ad diuiſionem. Superius. n. poſita eſt facta per Chriſtum ſaluatio hic conſequenter ponitur ſaluationis diſcretio, quę perfectè fiet finali iudcio. Tunc enim Saluator ſegregabit electos a reprobis, ſicut ſegregat paſtor oues ab hædis, Matth. 25. Illud autem iudicium pręcedet perſecutio Antichriſti & eius exterminium. Et ideò primo ponitur Antichriſti exterminatio. ſecundò iudicij executio, cap. ſeq. Circa primum ſciendum, quòd ſicut dicit Methodius martyr, & doctores communiter, ad detegendam Antichriſti perfidiam, mittentur a Deo Enoch & Elias. Qua detecta Iudæi conuertentur ad fidem Chriſti pœnitentiam agentes. Et ideo hic primo ponitur Antichriſti deuctio, & ſecundo Iudęorum conuerſio, ibi:* Miſerationum domini. *Circa primum Iſaias pręuidens Antichriſti poteſtatem futuram, & per Chriſtum ſubito deijciendam, admiratiuè dicit de Chriſto:* Quis eſt iſte, *i. quam victorioſus.*

Methodius de temporib. Antichriſti.

Diuiſio.

1 Qui venit de Boſra. *i. de Ieruſalem ciuitate munita, in qua Antichriſtus ſedet in templo tanquam ſit Deus, 1. Theſ. 2. & ipſam muniet ad ſui ſtabilitionem.*

2 De Edom tinctis. *i. rubricatis ſecundum quod dicitur infra:* Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum? *& per hoc deſignatur interfectio Antichriſti quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui in monte Oliueti iuxta Ieruſalem. Et loquitur hic propheta de Chriſto ad modum hominis victorioſi, cuius veſtimenta ſunt rubricata ſanguine victorum ab eo.*

3 Iſte formoſus. *i. in humanitate ſua glorioſa, quæ eſt quaſi veſtimentum factus, & habitu inuentus vt homo.*

4 Gradiens in multitudine. *quia tunc apparebit cum angelorum multitudine. Conſequenter ponitur Chriſti reſponſio ad quæſtionem prophetę dicentis.*

5 Ego qui loquor. *ſpiritu oris mei interficiendo impium & magnam partem ſibi adhærentium.*

6 Et propugnator. *ſ. electos de perſecutione Antichriſti. Et conſequenter quærit propheta iterum.*

7 Quare ergo. *& patet ex dictis ſententia: Et ſubditur Chriſti reſponſio dicentis.*

8 Torcular calcaui. *& accipitur hic continens pro contento, ſ. torcular pro vuis in torculari calcatis, per quas hic intelligitur Antichriſtus & ſatellites eius.*

9 Et de Gentibus. *quia nullus de hominibus poterit deijcere Antichriſtum.*

10 Calcaui. *i. in vindicta iuſtitiæ meę.*

✠ 1 Et aſpe-

a *Aſperſus eſt*. Sanguis meus, eorum rancore, dæmonũ ſuaſione effuſus. vnde: *Diabolus miſit in cor, vt traderet eum Iu.&c.* Eorum eſt ſanguis ſuaſione fuſus, & ipſi ibidem victi & occiſi. Similiter ſanguis Chriſti Iudæorum dicitur, quia fuderunt: & inde vindictam ſuſtinuerunt. Et eſt a ſimili victoris dictũ & victi, cuius ſæpe ſanguis ſuper veſtimẽta victoris aſpergitur.

Ioan. 13. a. Vergilius 5. Aene. Sanguine cernis adhuc ſparſoq; infecta cerebro.

b *Et non fuit qui adiuuaret*, vnde, *Omnes amici mei dereliquerunt me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt a me.*

* Procopius. Salus enim exinaniuit ſemetipſum ſerui formam accipiẽs. Crucis mortem prætera pertulit, quã nullus vel angelus vel poteſtas vel homo fuerat ſubiturus.

† fulciret.

B ✣ Ambro. Chriſti paſſio adiutore nõ eguit, ſicut longè ante dominus ipſe prædixit: & reſpexi & non erat adiutor.

de inſti. virginis cap 7.

† potentiam.

c *Et ſalua*. Hieronymus ad Auguſtinum & Alipium. Impietatem Sabellij declinantes, tres perſonas expreſſas ſub proprietate diſtinguimus, non ipſum ſibi patrem, nõ ipſum ſibi filiũ, nõ ipſum ſibi Spiritum ſanctum eſſe dicentes ſed aliam patris, aliam filij, aliam Spiritusſancti perſonã eſſe. Non enim nomina tantũmodo, ſed proprietates nominum confitemur.

Iob. 16. b. ſecundum literam.

† verè.

† auxiliabitur etiam ipſe.

† geſtauit.

d *Et conculcaui, &c.* ✣ Rupertus. Duplici contritione C contriui eos, præſenti furore meo & futura ira mea condemnaui eos. præſenti videlicet furore, vt Romani tollentibus ſuum & locum & gentem perdant. futura ira, vt vſque ad inferni nouiſſima deſcendant.

e *Miſe-*

¶Meus. a ¶Ab eis fuſus. b ¶Membra.

a in ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimen- 1

a ¶Ideſt. b ¶Opinione eorum ¶Inquinari permiſi.

ta mea, et omnia indumenta mea inquinaui. † Dies enim 2

a ¶In Dæmones vel in Iudæos. b ¶Dum penderem in cruce. c ¶Quia. ¶Tempus acceptabile. d ¶Generis humani.

vltionis in corde meo, annus † redemptionis meæ venit. 3 4

a ¶In cruce. vnde: Conſiderabam ad dexteram & videbam, & non erat qui cognoſceret me b ¶Mihi. c ¶Quilibet. d ¶Adiutorium. vnde: Expectaui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit, & qui conſolaretur, & non inueni.

b Circumſpexi, & non erat auxiliator: † quæſiui, & non fuit 5

a ¶Saluationem mihi fecit ſcilicet reſurrectionem. b ¶Verbum carni vnitum, vel fortitudo mea ſaluauit in hi omnes prædeſtinatos ad vitam.

c qui † adiuuaret. Et ſaluauit mihi brachium meum, & in- 6

a ¶Vindicta in Iudæos & dæmones. ¶Iudæos. 7

d dignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Et conculcaui popu- 8

a ¶Repleui afflictione & miſeria per Romanos. 9

los in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea: & 10

a ¶In nihilum. b ¶Iudæorum, vel dæmonum. 11

e detraxi in terram † virtutem eorum. Miſerationũ domini 12

a ¶Preſſus pondere malorum b ¶Prædicabo quia iuſtus dominus in omnibus vijs ſuis. 13
¶Signa, & miracula. c ¶Bonis vel malis. quæ prodeſt peccatis noſtris. d ¶Pro malis.

recordabor, laudem domini ſuper omnibus quæ reddidit

¶Datorum. ¶Alias domus.

nobis dominus, & ſuper multitudinem bonorum domui

a ¶Non eorum merita.

f Iſrael, quę largitus eſt eis ſecundùm † indulgentiam ſuam,

a ¶Ideſt. b ¶Vel miſericordiarum.

et ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum. Et 14

a ¶Dominus ſcilicet videns eorum pœnitentiam. b ¶Iſrael. c ¶Quia ſcilicet ſunt. d ¶Me. ¶Sicut alij. ¶Vel ιιs filij ſcilicet ſuor populi non negantis, ideſt patriarcharum, prophetarum qui in me vere crediderunt.

dixit: † Verumtamen populus meus eſt, filij † non negan- 15

a ¶Dominus b ¶Pœnitentibus. c ¶In Aegypto, in deſerto. 16

g tes. Et factus eſt eis Saluator: In omni tribulatione eorum 17

a ¶Vel, & ipſe, Saluator compaſſus. b ¶Vnde: Angeli eorum ſemper vident faciem patris, &c. quia ſemper in præſentia Dei ſunt.

18

h † non eſt tribulatus, & angelus † faciei eius ſaluauit eos. In 19

a ¶Non meritis eorum. b ¶Miſericordiæ ſuæ. c ¶Ab Aegypto, & a Babylonia, vel a morte æterna in ſanguine 20

i dilectione ſua & indulgentia ſua ipſe redemit eos, & por- 21

a ¶Ab Aegypto in terram promiſſionis. vnde: Expandit alas ſuas & aſſumpſit eos, atque portauit in humeris ſuis. b ¶Super alias Gentes. c ¶Ab initio ex quo elegit eos in populum. 22 23

tauit eos & † eleuauit eos cunctis diebus ſæculi. Ipſi autem 24

e *Miſerationum*. Propheta in perſona Iudaici populi pœnitentis, & miſericordiam domini recognoſcentis.

D ✣ Rupertus. Q.d. Licet poſt tot miſerationes iram inferat, non tamen mutatus eſt, neque mutationis arguendus. Nam & multitudine bonorum largitus eſt domui Iſrael ſecundum indulgentiam ſuam.

f *Secundum indulgentiam*. Q.d. Ducti enim in Babylonem propter peccata noſtra, reducti ſumus miſericordia eius.

g *Verumtamen*. ✣ Rupertus. Q.d. Ego quidem Abrahã Iſaac & Iacob elegi, & veraciter dictum eſt. *Semen Abrahæ ſerui eius, filij Iacob electi eius*, verumtamen non omnes qui ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ, ſed ſoli non negantes filij reputantur in ſemine.

E h *Non eſt tributus*. Vox quæ eſt loth, apud Hebr. Ambigua eſt, & ſignificat, non: vel, & ipſe. Vnde vtroque modo poſſumus legere. ſ. In omni tribu eorum, non eſt tribulatus compatiẽdo: ſed ad horam diſtulit auxilium vt cogeret ad rogandum. Vel & ipſe tribulatus eſt, compatiens tandem eorum iniurijs & miſerijs. Et miſit eis angelũ qui ſaluaret eos: Michaelem. ſ. qui præpoſitus erat illi populo. vnde: *Nemo eſt adiutor niſi Michael princeps veſter, qui aſtat pro filijs populi mei.*

i *Et angelus. Septuaginta*. Non legatur, nec ipſe angelus ſed Dominus ſaluauit eos.

F ✣ Chryſoſt. Noli oſcitanter dictum percurrere, non angelum neque archangelum neque ſeruum miſiſſe, ſed ipſummet dominum deſcendiſſe.

a *ſpiri-*

## NICOLAVS DE LYRA.

✣ 1 Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta. *& patet ex dictis ſententia.*

2 Dies enim vltionis. *ſ. ſanctorum de imperio Antichriſti interfectorum.*

3 In corde meo. *ſ. firmiter diſpoſita.*

4 Annus redemptionis meæ uenit. *reddendo ſibi & ſatellitibus ſuis pœnam debitam pro peccatis. Vel aliter: Annus retributionis, ideſt iudicij generalis.*

5 Circumſpexi & non erat auxiliator. *exponatur ſicut ſupra: De Gentibus non eſt vir mecum.*

6 Et ſaluauit mihi. *ſcilicet electos meos de perſecutione Antichriſti.*

7 Brachium meum. *i. potentia mea.*

8 Indignatio mea. *contra Antichriſti mala.*

9 Ipſa auxilia. eſt mihi. *inquantum ex decentia diuinæ iuſtitiæ procedit iſta vindicta. Loquitur hic propheta de futuro per modum præteriti, vt frequenter fit in prophetis, propter certitudinem prophetiæ.*

10 Et conculcaui populos. *Antichriſto adhærentes.*

11 Et inebriaui. *eos auferendo eis ſenſum et potentiã euadendi.*

12 Et detraxi. *annihilando ipſam.*

13 Miſerationum. *Hic conſequenter ponitur conuerſio Iudæorum ad Chriſtum. vbi primò pro gratia impetranda recoluntur beneficia antiqua, ſecundò ponitur eorum petitio deuota, ibi:* Vbi eſt.

Diuiſio.

*Circa primum recoluntur primò in generali beneficia exhibita Iudæis, cum Iſaias dixit in eorum perſona:* Miſerationum domini recordab. *& patet ſententia vſque ibi.*

14 Et dixit. *ſ. dominus.*

15 Verumtamen populus. *i. quamuis ſint peccatores in multis etiam a temporibus antiquis, tamen elegi eos in populum a tempore Abrahę, cui data fuit circunciſio, quę eſt ſignum diſtinguẽs Iſrael a Gentibus.*

16 Filij non negantes. *ſ. nomen meum in afflictione Aegypti quaſi dicat. Decens eſt propter hoc apud me ipſorum miſereri. ideo ſubditur.*

17 Et factus eſt. *quam ſuſtinuerunt.*

18 Non eſt tribu. *ſ. populus Iudaicus quantum demeruit & ideo ſubditur.*

19 Et angelus faciei. *i. a facie Dei miſſus.*

20 Saluauit eos. *ſecundum quod dicitur Exod. 14. e. Tollenſque ſe angelus domini qui præcedebat caſtra filiorum Iſrael, abijt poſt eos, & cum eo pariter columna nubis vt Aegyptij non poſſent nocere eis. Et ibidem ſubditur, vt toto noctis tempore adinuicem accedere non valerent.*

21 In dilectione ſua. *gratuita.*

22 Et indulgentia. *remittente eorum peccata.*

23 Ipſe redemit eos. *ſ. dominus, & non ex populi iuſtitia. Quod patet ex ingratitudine ſequenti cum ſubditur.*

14 Ipſi autem. *ſ. dominum in fabricatione vituli, Exod. 32. & in multis alijs factis, vt patet in libris veteris teſtamenti.*

✣ 1 Et aſ-

a *Spiritum ſancti eius*.i.Moyſi,vnde. *Exacerbauerunt Moyſen in caſtris,& Ad.ſan.domini.* Vel ſancti eius,Chriſti, cui credere noluerunt. Filius enim Dei qui nos redemit, ipſos de Aegypto & mari rubro liberauit. *Spiritumſanctum vel ſancti eius.* Quidam codices habent.ſ.Spiritumſanctum, quem contriſtat, qui virū ſpiritualē contriſtat. vnde. *Qui vos tangit, quaſi qui tangit pu.oculi mei.* Vel,angelum in cuſtodiam miſſum, quem ſæpe malè faciendo offenderunt.

b *Ipſe debellauit eos.*

⁂ Procopius. Ita enī ſibi loquendum eſſe exiſtimauit ne quas ipſi pœnas pertulerunt, demonibus attribuerēt. Siquidem & Iob ipſe, licet quæ patiebatur, ſibi a diabolo inferri nō ignoraret, de eo tamen eſſe ſibi tacendum arbitratus. ea Deo ipſi qui fieri permitteret aſcribit.

c *Moyſi*. quia non eſt alius qui orat p eis.

d *Vbi eſt*. Propheta videns populi ſui abiectionem, miſeriam & afflictionem iam imminentē propter filij Dei negationem cōdolendo exclamat. *Vbi eſt* Quaſi dicat clementia omnipotentis?

⁂ Procopius. Non deſunt qui paſtoris vocabulum ad Ioſephum referāt, cuius ſum oſſa educi curaret dominus, & ea cum illis qui ante captiui fuerant, reduxit, vt ſanctorum qui obierunt, non obliuiſci ſe demonſtraret. Alij ad Chriſtum de terra ductum retulerunt, ſiue eius illi reſurrectionem, ſiue orum de terra ſpectarent.

e *Vbi eſt qui poſuit*. Moyſi ſcilicet quia orante Moyſe, tulit dominus de ſpiritu eius, & dedit.70.viris. D

f *Qui ſcidit aquas ante eos.* Vel dicitur. Cum Moyſes mare percuſiſſet, & in duodecim vias ſcidiſſet & alijs hæſitātibus, tribus Iuda ingreſſa eſt, & ob regni dignitatē adepta eſt.

g *Spiritus domini*. Angelus, ſcilicet, vnde: *Et præcedet te angelus meus*. Spiritus enim, naturæ nomen eſt, Angelus officij. Exod.14.e

h *Attende de cælo & vide*. Dominus vbique totus, & ſemper eſt. vnde. *Cælum & terram ego impleo*. Dicitur tamen ſedem habere in cœlo, ſecundum illud: *Cælum mihi ſedes*, quia ſcilicet in celeſtibus Angelis, & hominibus iuſtis (quorum ſcilicet conuerſatio eſt in cęlis) eius voluntas pręcipuè fit. Iere.23.e.

* Theodoretus. Non quod dominus concludatur cœlo, qui vbique eſt, ſed vt attollat mentes noſtras ad cęlum quæ terrena cogitant, & ea quę cæleſtia ſunt cogitemus non quæ ſuper terram. Simul etiam docet nil abiectum cogitare de Deo, ſed intelligere Deū magnam eſſe quandam mentem quæ omnia contineat, & cum in cœlo eſſe dicitur, omnia gubernare declaratur, ſi cœlum regit & ſuperna omnia. E

i *Vbi eſt zelus tuus & fortitudo tua, multitudo*. Quaſi dicat. Quia peccauimus, & nos odiſſe cæpiſti, receſſit zelus tu⁹, quo recedente receſſit fortitudo, & paternorum uiſcerū ſuperatur affectus. infra 66.a

a ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt ſpiritum 1
a ¶ Quia prius amicus infirmos lanando, mortuos ſuſcitando. b ¶ Male agentibus. c ¶ Opinione. ¶ Vltorem mali
b ſancti eius. Et conuerſus eſt eis in inimicū, & ipſe debel 2
a ¶ Per Romanos 42. anno aſcentionis ¶ Immiſſis hoſtibus in eos. b ¶ Credere nolentes. Poteſt enim ad tempus incarnationis hoc referri. c ¶ Poſt flexus ad miſericordiam pro Moyſe ſ. ſuo, qui orauit pro eis in deſerto: Aut dimitte eis aut dele me de libro quem ſcripſiſti. d ¶ Saluati oratione Moyſi.
c lāuit eos. Et recordatus eſt dierum † ſeculi, Moyſi & popu 3
a ¶ Moſes ſcilicet b ¶ Moyſe & Aaron, Maria, Vr & alijs.
d li ſui. Vbi eſt qui eduxit eos de mari cū † paſtoribus gre- 4
a ¶ In [illegible] bilis miſericordia Dei. b ¶ Populi c ¶ Paracletum. d ¶ Filii. 5
e gis ſui. Vbi eſt q poſuit in medio eius ſpiritum † ſancti 6
a ¶ Vbi eſt. b ¶ De Aegypto c ¶ Proſpere. d ¶ Filio qui potentia & virtus patris eſt. e ¶ Vbi eſt potentia eius qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones? 7
ſui? Qui eduxit ad dexterā Moyſen brachio maieſtatis 8 9
a ¶ In 12. vias. b ¶ Mare rubrum. ¶ Laudem. 10
f ſuæ: qui ſcidit aquas ante eos, vt faceret ſibi nomen ſem- 11
¶ Profunditates maris. 12
piternum: qui eduxit eos per abyſſos, quaſi equū in de-
a ¶ Sine impedimento. b ¶ Inoffenſo curſu. ¶ Deſcenderunt ſcilicet in terra promiſſionis 13
ſerto non impingentem: quaſi animal in campo deſcē- 14
a ¶ Ideo ſcilicet offendere non potuit, cuia ſpiritus domini, &c. b ¶ Populi 15 c ¶ Sine offenſa. d ¶ In terram promiſſionis.
dens, ſpiritus domini ductor eius fuit. Sic † adduxiſti 16
a ¶ Tot miracula. b ¶ Glorioſum. c ¶ In perſona pœnitentis populi ¶ Qui tanta feciſti nobis. 17
g h populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ. Atten- 18
¶ Miſeriam noſtram. a ¶ Miſerere, ſecundum illud. Videns vidi afflictionem populi mei. b ¶ Angelis & alijs iuſtis.
de de cœlo, & vide de habitaculo ſancto tuo, & ſolio
a ¶ Vnde: iam non iraſcar tibi, & zelus meus receſſit a te. ¶ Quo dilexiſti nos, & patres. b ¶ Qua eduxiſti, patres noſtros de Aegypto. 19 20
i gloriæ tuæ. † Vbi eſt zelus tuus & fortitudo tua, mul- 21
a ¶ Affectum circa nos. b ¶ Quaſi obliuiſcetur miſereri Deus. 22
titudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum?
a ¶ Creator. ¶ Auguſtinus dicit: quia mortui neſciunt, etiam ſancti, quid agant viui, etiam eorum filii. 23
† Super me continuerunt ſe. † Tu enim pater 24

† paſtore.
† ſanctitatis tuę.
† deduxiſti direxiſti.

☞ a Et F

## NICOLAVS DE LYRA.

*Exod.32. & in multis alijs factis, vt patet in libris veteris teſtamenti.*

1 Et afflixerunt ſpiritum ſancti eius. *ſcilicet Moyſi, cuius ſpiritum multoties & multipliciter afflixerunt, vt patet in libris Exod. & Deut. & Nume.*

2 Et conuerſus eſt eis. *ſ. dominus, non ex odio, ſed iuſtitia puniens eos per vicinos eorum, vt patet libro Iudicum, & poſteà per reges Aegypti, Aſſyriorum & Babylonis. 4. Regum.*

3 Et recordatus eſt. *Quia ſicut per Moyſen liberauit eos de Aegypto, ſic poſtea liberauit eos de captiuitate Babylonica per Cyrum.*

4 Vbi eſt qui. *Hic conſequenter ponitur petitio eorum deuota, & primò pro liberatione à pœna, ſecundò pro liberatione à culpa, ibi: Tu autem. Circa primum dicitur in perſona Iudæorum tempore Antichriſti futurorum quantum ad pœnitentes.* Vbi eſt qui eduxit eos de mari. *ſcilicet rubro aquas coram eis diuidendo, Exod.14.*

5 Cum paſtoribus gregis ſui. *i. cum Moyſe & Aaron. Pſal. 76.d.* Deduxiſti ſicut oues populum tuū, in manu Moyſi & Aaron. *quaſi dicat. Ita faciliter poſſet nos educere de perſecutione Antichriſti. Et hoc modo ſubintelligendum eſt in omnibus ſequentibus partis huius.*

6 Vbi eſt qui poſuit in medio eius. *ſ. populi Iſraelitici.*

7 Spiritum ſancti ſui. *ſcilicet Moyſi, cui dedit ſpiritum prophetandi, & ſapientiam & conſtantiam ad educendum Iſrael de terra Aegypti.*

8 Qui eduxit ad dexteram. *i. ad partem bonam & proſperā, liberando eum de perſecutione Pharaonis eum occidere volentis, Exod.2.*

9 Brachio maieſtatis ſuæ. *i. fortitudine deitatis ſuæ.*

10 Qui ſcidit aquas. *ſ. maris, vt patet ex dictis.*

11 Vt faceret ſibi nomen. *Ad gloriam enim nominis Dei recolitur & recoletur in futuris generationibus iſtud factum.*

12 Qui eduxit eos. *i. per profundum maris rubri.*

13 Quaſi equum. *ideſt promptè & abſque aliquo impedimento procedentem.*

14 Quaſi animal in campo. *ideſt in terra plana, vbi non habet obſtacula.*

15 Deſcendens. *i. angelus à Deo miſſus.*

16 Ductor fuit. *vt patet ex prædictis.*

17 Sic adduxiſti. *Iſtud enim factum fuit reductum ad memoriam vſque nunc, & reducetur in poſterum ad gloriam diuini nominis.*

18 Attende, &c. *ad orationem noſtram.*

19 Et vide de habitaculo. *afflictionem noſtram, ſicut alias feciſti ideò ſubditur.*

20 Vbi eſt. *quo dilexiſti patres electos.*

21 Et fortitudo. *quoties liberaſti eos?*

22 Multitudo viſcerum tuorum. *ideſt pietatum quibus eis bona præſtitiſti.* Diuiſio.

23 Super me. *à condeſcenſione. Iſta enim tribulatione mea ceſſauerunt.*

24 Tu enim. *Hic conſequenter petitur liberatio à culpa. Circa quam primo allegatur pietas & potentia diuina, cum dicitur.* Tu enim pater noſter. *In generatione enim mater miniſtrat materiam, & pater dat formam: & ideò in generatione hominis Deus dicitur pater, quia corpori organizato infundit animam creando.*

⁂ 1 Et

a *Et Abrahã nc.* Quaſi dicat. Quia te offendimus, filios ſuos A non agnoſcit eſſe filios ſuos, quia ſcilicet diſſimiles illi receſſimus à Deo qua de cauſa non orat pro nobis, quia nihil impetraret, vnde ad Ieremiam: *Noli orare pro populo iſto, quia non exaudiam te:* Peruerſi.n. filij oratione ſanctorũ patrum non poſſunt liberari. Vnde ad Ezechielem: *Si fuerint tres viri in medio Ieruſalem:* Noe, Daniel, & Iob, filium, & filiam non liberabũt, ſed ipſi ſoli iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas, & de Iacob ſimiliter. Abrahã neſciuit nos, &c. Abrahã de Gentibus ad fidem vocatus eſt, & pro qualitate prioris, & ſequentis cõditionis ſortitus eſt mutationem nominis Iacob quoque vt appellaretur Iſrael, multo labore acquiſiuit. vnde Abraham habet tres vxores, Iacob quatuor. Iſaac vſque ad finem B antiquum nomen poſſedit, & eccleſiæ indicans caſtitatem vna fuit vxore contentus. Iſti ergo qui præcantur de peioribus commutationem in meliorẽ ſtatũ eorũ aſſumunt ſimilitudinẽ quibus læta poſt triſtitia ſucceſſerunt. Hoc aũt eſt quod petiuit, vt qui pater eorum eſt non obliuiſcatur filiorum ſuorũ, ne per ipſos nomẽ Dei blaſphemetur in Gẽtibus.

* Procopius. Non enim Abraham quamuis generationis miniſter, pater noſter fuit, ſed tu qui de nihilo producens, non modo ſpirituum omnium pater es, ſed animarum etiam quæ ſunt ad imaginem procreatæ. Illi enim etſi promiſſio facta eſt, nos tamen non vidit.

* Auguſt. Quõ quid hic ageretur Abrahã neſciebat? Fatendũ eſt, neſcire mortuos quid hic agatur, ſed dum hic agitur, poſteà audire ab eis qui hinc ad eos moriendo pgunt: non quidẽ omnia, ſed quæ ſinũtur indicare, qui ſinuntur nunc etiã iſta meminiſſe, & q illos quibus hęc indicant, oportet audire. pñt & ab angelis, qui rebus q agũtur hic, preſto ſunt, audire aliqd mortui pñt etiã ſpiritus mortuorii aliqua quę hic aguntur, ſpiritu reuelante cognoſcere.

b *Quare erra e.* Paulus ad Corinthios ſcribens ad vnius. ſ. populum ciuitatis pro varietate habitantiũ ſanctorũ .ſ. & peccatorum nunc laudat, nunc reprehendit: Sic pſens capitulũ quod ex oratione populi Deum deprecantis cõtexitur nũc laudat dñm, nunc accuſat, iuxta ſecundam regulam Ticonij, quæ eſt de corpore domini.

⁂ Origenes. Figura illa ſermonis eius qui ſcriptus eſt de induratione, ex quotidiano vſu dicendi ortũ traxit Indulgentiſſimus pater aut maritus ſolent dicere, mea patientia te pdidit, malo te dicere mea facilitas multa.

* Chryſoſtomus. Peccatũ eſt pœna peccati, vt apud Iſaiam. *Quid errare me feciſti de via tua.*

* Theodoretus. Induraſti. non corripuiſti nos dũ peccaremus, & tua licẽtia fecit nos peccare licenter, & ſine freno, non caſtigaſti nos, & hinc durũ cor habuimus.

* Procopius. Non quod peccati autor ſit Deus, ſed quia peccare permittit.

c *Quaſi in principio.* Antequam vocares nos in Abraham. Vel cũ in Aegypto colebamus idola ſine rege, ſine principe, ſine prophetis, ſine Deo, ſine lege Sacerdote, quę partim in aduentu Chriſti, omnino poſt eius aſcenſionem completa ſunt. Complentur autem quotidie ſecundum illam maledictionem: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Dum enim permanſerint in vetuſtate legis, nec ſuſceperint veritatem Euangelij, non vocabuntur populus Dei a Chriſto, ſcilicet Chriſtiani.

Iere 7 c. — Eze. 14.e — Gene. 17.a & 32.f. — †Conuerte. — †Paruo tempore poſſedit populus ſanctus tuus. Sup 52.b — † quaſi a principio nõ fuiſſes dominatᵉ noſtri, & quaſi nunquam inuocatũ fuiſſet nomẽ tuũ ſuper nos. lib. de cura pro mortuis cap.14.15.

a ¶Iacob ſcilicet & Iſaac quoque adiunxiſſet, niſi per extrema medium intelligi voluiſſet.

a noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael i- 1

¶ Creator.

gnorauit nos. Tu domine pater noſter, & re- 2 3

¶ Permanes. ¶ Laus.

demptor noſter, à ſeculo nomen tuum. 4

a¶ Erroris & duritiæ cauſa videtur, dum non corripit delinquentes. b¶ Sermonibus. c¶ Mandatis.

Quarẽ errare nos feciſti domine de viis tuis, 5 6

a¶ Indurari permiſiſti, ſuſpendendo flagella, ſecundum illud: Indurabo cor Pharaonis, &c.

b induraſti cor noſtrum ne timeremus te? 7 8

a¶ Ad miſericordiam. b¶ Patres noſtros. ¶ Abraham & Iſrael qui non cognouerunt nos. ¶ Scilicet. ¶ el poſſeſſionis.

† Conuẽrtere propter ſeruos tuos, tribus hæ- 9

¶ Sine pugna, ſine liberis.

reditatis tuæ. † Quaſi nihilum poſſederunt 10 11

¶ Nos ¶ Olim a¶ Chaldæi, babylonii, Romani.

populum ſanctum tuum hoſtẽs noſtri, con- 12

a¶ templum. ¶ Quia.

culcauerunt ſanctificationem tuam. Facti ſu- 13 14

¶ Sine Deo.

c mus † quaſi in principio cum non domina- 15

¶ Dum populus Dei non vocantur.

reris noſtri, neque inuocaretur nomen tuum ſuper nos.

CAP.

C

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et Abraham neſciuit nos. *quaſi dicat ab eo non habemus animam nec a Iacob.*
2 Tu domine. *animam dando.*
3 Redemptor noſter. *ipſam iuſtificando.*
4 A ſeculo *ſcilicet patris noſtri redemptoris.*
5 Quare errare. *id eſt permiſiſti.*
6 De vijs tuis. *id eſt præceptis & conſilijs Euangelicis.*
7 Induraſti cor noſtrum. *ſubtrahendo gratiam tuam cor mollificantem tamen iuſtè pro noſtra incredulitate.*
8 Ne timeremus te. *Non eſt intelligendum iſtud cauſatiuè, ſic quod Deus ſubtrahat gratiam ſuam, vt per hoc ab hominibus excludat diuinum timorem: ſed intelligitur tantum conſecutiuè. ad ſubtractionem enim gratiæ ſequitur ſubtractio timoris filialis, qui eſt ei annexus.*
9 Conuertere. *peccata noſtra remittendo, & nos iuſtificando.*
10 Propter. *i. propter merita patriarcarum in fide Chriſti venturi mortuorum, ideo ſubditur.*
11 Tribus hæreditatis tuæ. *Et vt petitio ſit magis exaudibilis. adhuc recolitur atrocitas perſecutionis Antichriſti. cum dicitur.*
12 Quaſi nihilum poſſederunt. *ſcilicet Chriſtianum, ipſum nihil reputando.*
13 Hoſtes noſtri. *ſ. Antichriſtus & ſibi adhærentes.*
14 Conculcauerunt. *Antichriſtus enim conculcabit eccleſiam Dei cultum eius auferendo.*
15 Facti ſumus. *Quaſi dicat tãq iam extranei à te dimiſſi ſumus in manibus inimici tui.*

⁂ CAP.

## ADDITIO I.

*In cap. 63. Vbi dicitur in poſtil. Primum eſt, quòd iſta expoſitio in aliquibus videtur extranea.*

*Expoſitio ſanctorum in hoc loco non videtur extranea, ſi bene conſideretur, ſed ſatis rationabilis, non obſtantibus Poſtillatoris rationibus contra eam factis. Et ideo ſicut per modum inquiſitionis ſcholaſticæ eam Poſtillator impugnauit, ſic pari modo defendenda eſſe videtur. Ad hoc quod primò dicit, quod Ieruſalem, ſeu Iudæa non debet intelligi per Edom, cum Idumea ſemper fuerit Iudææ inimica, dicendum quod deſcendentes a Iacob ſecundum carnem, & ab eius fide recedentes, ſicut fuit ſynagoga Iudæorum, Chriſtum negãtium, & crucifigentium: talis ſynagoga mera tranſit in Idumiticam inimicitiam contra veram Iudæam: vnde & nomen Idumææ ſibi vendicat, quæ ab exordio fuit Iſraeli inimica, prout plenè declaratũ eſt ſupra 34. in additione. vbi oſtenſum fuit, quòd per Idumeam intelligitur ibi ad literam ſub ſenſu metaphorico ſynagoga Iudæorum, quę eſt ſynagoga Sathanæ, Apocal. 2. cap. Similiter per Boſra eadem intelligitur ſynagoga ad literam ſub alia ratione: vide ibi. Item ad hoc quod dicit quòd ex hoc quod dicitur:* Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, *non rectè intelligitur de ſanguine Chriſti, quia non inuenitur talem modum loquendi in ſcripturis ſacris. Dicendum quòd ſicut in ſcripturis ſacris quandoque attribuuntur Chriſto aliqua quæ ei non competunt ſecundum ſe, ſed ſecundum alias conſiderationes, vt cum dicitur in Pſalm. in perſona Chriſti, Verba delictorum meorum. In quibus verbis Chriſtus dicit delicta aliorum eſſe ſua, in quantum pro eis pœnam ſuſtinuit, vt ipſe Poſtil. ibidem exponit: Sic in hoc loco aſperſus dicitur eſſe ſanguis eorum, non quia eſſet eorum ſanguis propriè, ſed quia per procurationem eorum fuit effuſus: vel etiam quia ipſi fecerunt ſe obnoxios huius ſanguinis, di.* Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. *Item ad hoc quod dicit, quod Chriſto aſcendente myſterium incarnationis iam erat in effectu completum. Dicendum, quod licet angeli viſione beatifica myſteria gratiæ cognoſcunt. non tamen omnia, neque æqualiter omnes, ſed ſecundum quod Deus voluerit eis reuelare, vt in prima parte. quæſt. 57 artic. vlt. in corpore quæſtionis. Et ideo cognitio omnium myſteriorum incarnationis Chriſti videtur excedere facultatem angelic. cognitio-*

cognitionis. vnde de talibus angeli amplius quærebant edoceri. Dato etiam quod hęc ratio eſſet valida, tamen adhuc cogeret exponere hāc prophetiam de Chriſto poſt paſſionem ſuam ad patrem redeunte: & hoc exponendo quod dicitur hic: Quis eſt iſte qui venit de Edō? ſit verbum Iſaiæ admirantis de victoria paſſionis, prout Poſtillator vult ſecundum ſuam expoſitionem. Item ad hoc quod dicit, quòd non artamur ad tenendum expoſitionem prædictorum ſanctorum, dicendum, quòd licet verum eſt quòd ea quæ habentur tantum ex dictis ſanctorum doctorum, non ſunt tantæ autoritatis, vt ex eis teſtimonia proferantur, prout dicit Aug. tamen ſecundum pietatem, ſeu ex dono pietatis oportet honorare ſanctos, & non contradicere temerariè eorum ſcripturis, prout in 2.2.q.121.ar.2.

## ADDITIO. II.

In eo.ca. vbi dicitur in Poſtilla. Indignatio mea, contra Antichriſti mala.

Vbi nos habemus: Indignatio mea: in Heb. habetur: Ira mea auxiliata eſt mihi. Cuius ſenſus eſt: Nam ſecundum philoſophū, ad præſentiam vindictæ delectatio ſequitur. Quæ quidem vindicta ſi ſit perfecta totaliter excludit triſtitiam, in prima ſecūdæ, quæſt. 48. vnde hic loquitur Deus ad modum hominis, qui vindictam perfectā exercens per ſuam iram ex hoc conſequitur quietationem & delectationem: & ſic ira auxiliatur irato, de quo dicit: Ira mea, ſeu Indignatio mea auxiliata eſt mihi.

## ADDITIO III.

B In eo.ca. vbi dicitur in Poſtil. Tu enim pater noſter. In generatione enim mater miniſtrat materiam.

Sicut Deus infundit animam corpori organizato creando, ita etiam eſt creator materię de nihilo eam producendo. vnde ſecundū conſiderationem Poſtillatoris ſic pertineret ad Deum reſpectu hominis ratio maternitatis. ſicut & paternitatis. Et ideo aliter videtur dicendum. Pro quo attendendum eſt, quod ad hoc quod affectum filialem habeamus ad Deum, requiritur donum ſpiritusſancti, ſcilicet donum pietatis, per quod donum cultum & officium exhibemus Deo, vt patri ſecundum illud Rom. 7. cap. Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba pater: vnde ſecundum ſanctum Thomam in ſecunda ſecundæ, quæſt. 121. artic. primo. in reſponſione ſecundi argumenti, Deo exhibere cultum vt patri, eſt excellentius quam exhibere cultum Deo, vt creatori & domino. Et ideo ad proclamandum paternalem pietatem Dei cum dixiſſet: multitudo viſcerum tuorum, &c. ſubdit: Tu enim pater noſter. quaſi dicat non ſolum ad te clamamus, vt creatorem, ſeu dominum, ſed vt ad patrem ad quem magis pertinet oſtendere viſcera miſerationum ad filios. & ſequitur: Abraham neſciuit nos. quaſi dicat paternitas tua erga nos non eſt ita ſicut paternitas Abrahæ vel Iſraelis, quia tu non ſolum es pater, ſed etiam dominus, & redemptor: vnde ſubdit. Tu pater noſter, redemptor noſter a ſeculo, &c.

Replica. In cap. 63. poſtillator allegat expoſitionem beati Dionyſii & beati Hieronymi exponentium prout communiter de Chriſto, poſt paſſionem redeunte ad patrem. Sed dicit ſalua reuerentia
C ſanctorum illā expoſitionem nec velle ſequi, nec reprobare, ſed per modum ſcholaſticæ inquiſitionis pauca circa eam dicere. Primum quod illa expoſitio videtur ad literam eſſe extranea, vbi per Edom accipitur mons oliueti vel Ieruſalem, cum Edom fuit Iudææ ſemper hoſtis ſicut Eſau Iacob. Secundo circa hoc quod dicitur: Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea: exponitur quod ſanguis Chriſti dicatur ſanguis Iudęorum, quia per procurationem eorum effuſus eſt, dicit poſtillator ſe non recolere ſimilem modum loquendi in ſcripturis. Tertio eſt ſibi dubium, quo ad admirationes hic poſitas, quas iſta expoſitio dicit eſſe angelorum, &c. Et finaliter ſe excuſans a ſequela illius expoſitionis dicit: Dato quod non eſſet talis loquendi extraneitas, non ſumus tamen artati ad tenendum illam expoſitionem: Tum quia ſacra ſcriptura expreſſè non declarat, quod iſte ſit ſenſus huius ſcripturæ, & non alius ſicut in pleriſque locis fit exē-

plum ſupra 8. cap. Ecce virgo concipiet: ſenſus illius determinatur D
autoritate Euangelij: & ſic de aliјs. Nec eccleſia determinauit, ſed ſolum habemus ad id autoritatem Dioniſii, & Hieronymi: ex qua non habetur argumentum neceſſarium quamuis probabile prout vult ſanctus Thomas. prima parte ſummæ art. 8. primę queſtio. in reſponſione ad ſecundum argumentum: Et hoc idem vult beatus Auguſtinus. ad Vincentium Donatiſtam. qui arguebat contra eum de dictis beati Hilarij: cui reſpondit beatus Auguſtinus dicens: Hoc genus ſcripturarum ab autoritate ſacri canonis diſtinguendum eſt. Non enim ſic leguntur tanquam ex eis teſtimonia proferantur, vt contra non liceat ſentire. Sic & iſdem beatus Auguſtinus libros ſuos, non vult legi vt neceſſitatem credulitatis imponant, vt patet in libris. retractationum. Sed his bene dictis, & ad multa valentibus Burgen. ſe opponit volens dicta motiua poſtil. euacuare, Ad primum reſpondet per ſenſum quem ipſemet dicit metaphoricum. quod per Edō ſignificetur Ieruſalem: Quod ſi ita eſt, nihil eſt ad propoſitū. quia poſtillator dicit ad literam non ad metaphoram. Nam multa ſunt vera per metaphoram quæ ad literam (vt termini ſonant) ſunt abſurda, vt Iudicum 9. b. Ierunt ligna, vt eligerent ſibi regem: vnde ſicut ſecundum Burg. & omnes communiter doctores à ſolo ſenſu literali ſumitur efficax argumentum. igitur etiam à ſolo ſenſu literali, non à metaphorico ſumitur efficax ad argumentum reſponſio, quia igitur Burgen. per metaphoram reſpondet, non euacuat primū poſtillatoris argumentum. Ad ſecundum argumentum poſtil. reſpondet Burgen. per literæ corruptionem, quia mutat actiuum in paſſiuum; propheta enim in perſona Chriſti dicit hic de ſanguinis effuſione quam actiuè Chriſtus fecit, non quam paſſiuè ſuſtinuit, patet hoc ex litera in qua dicitur. Calcaui eos in ira, & concalca E
ui in furore meo, & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtem meam, &c. Hic fit ſermo de ira, furore, & indignatione Chriſti, quæ in effuſione ſanguinis Chriſti qui de corpore eius effuſus eſt locum non habent: quia in ea ex parte Chriſti, nec fuit ira, nec furor, nec indignatio, ſed charitas, patientia, & diuina miſeratio. Ad tertium argumentum poſtilla. Burg. reſpondet quaſi actus aliquis hierarchicus eſſet inquiſitiuus. Quod non videtur verū, quia actus hierarchici ſunt ſuperiorum ad inferiores, vt docet beatus Dionyſius. Cum igitur non ſit minor difficultas in quærendo quam in determinando quæſita, talis igitur actus hierarchicus ſi eſſet, non eſſet inferiorum ad ſuperiores, ſed econuerſo: Sunt igitur actus hierarchici reuelationes ſpontaneæ, non inquiſitiones exactæ. Sunt etiam beati in his quæ oſtenduntur contenti, non inquirendo curioſi: & videtur in hac parte Burgen. poſtillatorem non rectè vidiſſe, quando dicit eum ſentire, quòd ille inquiſitiones ſint Iſaiæ de victoria paſſionis Chriſti. Non enim poſtillator hoc dicit, ſed dicit quod Iſaias admiratur per huiuſmodi inquiſitiones de victoria Chriſti contra Antichriſtū, de qua & Burg. de ratione compulſus dimittendo ſententiam ſanctorum & ſequendo poſtillatorem exponit hunc paſſum. Et indignatio mea auxiliata eſt mihi contra Antichriſtum inquit. Ad vltimam rationem poſtil. non rectè innuit Burg. quaſi poſtil. temerariè ſe opponat dictis ſanctorum, quod patet in ſua proteſtatione, quia vt dicit, ſine præiudicio ſententiæ ſanctorum intendo aliam proſequi.

In eodem cap. vbi dicitur: Tu pater noſter es, Poſtil. dicit qđ Deus potius dicitur pater hominis, quam mater, quia miniſtrat formam, mater verò materiam in hominis generatione. Burgen. volens F
hoc benedictum infirmare, arguit, quod ſecundum dictū poſtil. Deus habet ita rationem maternitatis ſicut paternitatis, creando materiam miniſtrat, ſicut formam. Reſpondeo quamuis Deus creauit materiam primam, ex hoc tamen non dicitur mater in generatione hominis quia non componitur homo ex illa materia prima & anima, ſed ex corpore & anima: Corpus enim organizatum non eſt ex nihilo, per conſequens non eſt creatum, ſed opere parentum generatum: Parens autem in hoc opere miniſtrans materiam verè mater dicitur, adminiſtrans formam dicitur pater: quia igitur Deus huic corpori generato dat formam, ſcilicet animam, igitur dicitur pater. Eſt igitur obiectio Burg. tentatiua ſicut in vico ſtraminum Pariſius cōſueuit fieri contra beiaunos.

CAP.

## CAP. LXIIII.

A Vtinam dirumperes.
a In perſona ſua, & omniũ prophetarum, aduentum Chriſti deſiderantium loquitur Iſaias preuidens aduentum filij abiectionem ſui populi, vocationem Gẽtium: Et hoc eſt. Vtinam di &c. Item Dauid: *Inclinauit cęlos, & deſcendit.*

Pſal. 17 b.

b *Aquæ arderent.* Symmachus. Aquę maris arderent igni. Quod eſt, populi mũdi inflamarentur igne charitatis. vnde: *Ignem veni mittere in terrã & quid volo niſi vt ardeat?* & ſic notũ fieret nomẽ tuũ quod eſt Chriſtus Ieſus inimicis tuis, ſcilicet Iudæis.

B c *Non ſuſtinebimus.* Nos Iudæi, ſed blaſphemabimus dicẽtes: *In principe dæmoniorũ Beelzebub &c.* Hoc .n. dicit ꝓpheta in perſona infideliũ.

Mat. 12. b · †Cor. 2 b

d *Deſcendiſti.* Tanquam precibus ſuis exauditis inquit: Deſcendiſti.

e *Montes.* Amiſſa potentia: *Nunc princeps huius mundi &c.* Et Iudæis dicitur: *Auferetur a vobis regnum &c.* ſci. ſancta ſcriptura & omnis gloria, & omnis dignitas.

†præter. Iſa. 12 e · Mat. 21. d.

f *A ſeculo.* Hinc Paulus ad Corinthios teſtimonium ſumit, non verbum ex verbo, ſed ſenſum exprimens.

1. Cor. 2. b.

g *Oculus.* Quia non eſt corpus vel color. Quod apoſtolus ponit in cor hominis non aſcendit, quia maius, & cor debet illuc dirigi. Parauit enim ſeipſum cognitionem ſui, cognitionem ſanctæ trinitatis vnde: *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te &c. & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Hunc nemo põt videre. vnde illud: *Deum nemo vidit vnquam.*

∴ Procopius. Hæc eo fine dixit vt Dei vires cum nullis poſſe comparari demonſtraret. Quod paulus tamẽ nulla loci violatione, ad bona quæ Deum diligentibus promittuntur, quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, retulit: cum nihil huiuſmodi in oculorum, vel auriũ, ſenſus cadere animaduerteret. & vero alibi, cum eſſet ad tertium vſque cœlũ euectus, ea ſe arcana verba audiuiſſe aſſerit, quæ effari homini non liceat: non quod tacere in mandatis haberet, ſed quod efferre pro dignitate non poſſet.

h *Ecce tu.* In perſona infidelis populi, qui volens tranſire ad veritatem Euangelij pœnitentiam præferebat ore, quam non habebat in corde.

∴ Procopius. Si Deus à nobis ꝓpter iniquitates auertitur, maius in nobis malum innaſcitur, cũ ſæpe quidem veluti pædagogus aliqs minari ſoleat, ſæpe etiam ferire, poſtremo ſpernere, ſi noua prioribus ſemper adijcere peccantem videat. futurum enim eſt, vt qui talis ſit, malorum metu minus afficiatur.

∗ Chryſoſtomus. Deſertus a Deo homo propter peccatũ, cedit cupiditatibus atque conſentit & vincitur, à quo enim

C

## CAP. LXIIII.

a ¶ Quia hoſtes noſtri conculcauerunt ſanctificationem tuam b ¶ Excita domine potentiam tuam & veni. ¶ Propere veniẽdo, promiſſa implẽdo

a Vtinam dirũperes cœlos, & 1

a ¶ A ma eſtate (in qua nobis inuiſibilis, viſibilis in carne. b ¶ Quia ſi deſcenderes. à facie praeſentiæ.

deſcenderes, à facie tua mõ 2

a ¶ Superbia Iudæorum, vel dæmonum.
b ¶ Lignum, fenum, ſtipula: Deus noſter ignis conſumens eſt

tes defluerent, ſicut exuſtio ignis † tabeſce- 3

a ¶ Accepta hac ſententia, hoc implebitur in die iudicii. Ite in ignem æternum. quotidie tamen partim impletur
b ¶ Per potentiam, c ¶ Ieſus

b rent, aquæ arderent igni, vt notum fieret no- 4

¶ Dæmonibus, iudæis, quibuslibet aduerſarijs. 5
a ¶ Gentiles moti ad pœnitentiam. 6

men tuum inimicis tuis, à facie tua Gentes 7

a ¶ Alia tranſlatio habet, commouebuntur b ¶ Tamen. ¶ Incarnatus.
c ¶ Mortuos ſuſcitabo, & alia huiuſmodi

c turbarentur. Cum feceris mirabilia, † non ſu- 8

a ¶ Aduentum tuum. b ¶ In vterum virginis, id eſt verbum caro factum. 9
c ¶ Praeſentiæ. d ¶ Iudæi, dæmones.

d ſtinebimus. Deſcendiſti, & à facie tua montes 10

e a ¶ A principio mundi. 11

f defluxerunt. † A ſeculo non audierunt, neque 12

a ¶ Corporis quia non eſt ſonus. ¶ Bona ſcilicet ¶ Et. ¶ O.

g auribus perceperunt. Oculus non vidit Deus

a ¶ Vel diligentibus.

† abſque te, quę pręparaſti expectantibus te. 13

a ¶ Quia ¶ Viuis vt Simeoni, vel in auxilium vt Dauid, Machabæis, & alijs. b ¶ Vt Symeoni de aduentu tuo gaudenti. de quo: Symeon iuſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſrael.

Occurriſti lætanti, & facienti iuſtitiam: in 14

a ¶ Mandatis. b ¶ Vt idem Symeon & Anna. c ¶ Sed. 15

vijs tuis recordabuntur tui. Ecce tu iratus es, 16

h 17

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. LXIIII.

∗ Vtinam. *Aliqui doctores catholici exponunt principium huius capituli de primo Chriſti aduentu: ſed hoc non videtur conuenienter dictum, quia primus Chriſti aduentus fuit in maxima humilitate, & ſic deſcriptus fuit futurus, Zach. 9. b.* Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, & ipſe pauper, &c. *vnde ſuper illud Gen. 49. b.* ligans ad vitem pullum ſuum &c. *dicit Rab. Mo. quando veniet rex Meſſias in Ieruſalem ad ſaluandũ Iſrael, ipſe erit cingulans aſinum ſuum, & equitans ſuper eum, vt ante ſe cum humilitate, ſicut ſcriptum eſt Zacha. 9. b.* Et ipſe pauper. *Hic autem aduentus eius deſcribitur cum magna poteſtate, & terrore propter quod magiſter Alexander de Ales exponit hoc de ſecundo aduentu eius. ſ. ad iudicium qui in poteſtate magna erit & maieſtate, Luc. 21. Igitur hanc ſententiam ſequendo, dicendum ꝙ poſtquã deſcriptũ eſt Antichriſti exterminium. hic conſequenter deſcribitur iudicium: circa quod primo ponitur ſanctorum deſiderium, ſecundò ipſum iudiciũ, ibi:* Ecce tu iratus es. *Prima in duas quia primò ponitur dictum deſiderium. Secundò, huius deſiderij motiuum principium, ibi.* A ſeculo. *Circa primũ ſciendum quod licet iudicium futurum horrendum ſit reprobis, tamen deſiderandum eſt electis qui tunc in anima & corpore beatificabuntur, propter quod Saluator Luc. 21. loquens apoſtolis de iudicio futuro ait:* His autem fieri incipientibus reſpicite & leuate capita veſtra. *i. exhilarate corda, vt exponit Greg.* Quoniam appropinquat redemptio veſtra: *Hoc autem præuidens Iſaias dicit.*

Diuiſio.

1 Vtinam dirumperes & deſcenderes. *ſ. ad iudicium. licet .n. tunc non rumpantur cęli ſuperiores qui non ſunt ſciſſibiles tamen cęlum aereum, de quo dicitur in Euangelio.* Volucres cœli, &c. *inflammabitur igne conflagrationis, iudicis aduentum præcedente, ſecundum quod dicitur Pſal. 96. a.* Ignis ante ipſum præcedet, *& ſic cœlum aereum quodam modo lacerabitur. Quod dicitur cęli pluraliter, ponendo plurale pro ſingulari, ſicut Exod. 32. b. dicitur.* Iſti ſunt dij tui. *de vitulo conflatili qui erat vnicus, vel aliter, propter diuerſas partes aeris, ſ. ſuperiorem montes tranſcendentem, & inferiorem. Ignis enim conflagrationis attinget vtramque partem, quia tantum aſcendet quantum aquæ diluuij, quæ 15. cubitis vltra cacumina montium aſcenderunt, Gen. 7. d.*

2 A facie tua. *quia ante aduentum iudicis montes terremotu corruent.*

3. Sicut exuſtio. *Igne enim conflagrationis materia montium cum alia terra purgabitur.*

4 Aquæ arderent igni. *Quia ille ignis purgabit aquas exiſtentes in ſuperficie terræ.*

5 Vt notum fieret nomen tuum. *i. poteſtas tua tanquam iudicis venientis.*

6 Inimicis tuis. *Quia antè, timorem tuum a ſe abiecerunt.*

7 A facie tua. *ſecundum quod dicitur Luc. 21. e.* Areſcẽtibus hominibus præ timore, & expectatione quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. *id eſt ſubditur.*

8 Cum feceris. *Prędicta.*

9 Non ſuſtinebimus. *Quia quantumcunque ſint tunc tẽporis aliqui homines iuſti, concutientur tamen horrore ex humana fragilitate. Quod conſequenter declaratur per ſimile, cum ſubditur:*

10 Deſcendiſti. *In datione legis ſuper montem Sinai.*

11 A facie tua montes defluxerunt. *Quia tũc mons Sinai videbatur tremere & ardere, vt habetur Exo. 20. c. propter quod filij Iſrael terrore & pauore cõcuſſi ſteterunt à longè dicente Moyſe.* Loquere tu nobis & audiemus, & non loquatur nobis dñs, ne fortè moriamur: *& ex hoc ſequitur, quod maior terror erit, quando veniet ad iudicium: quia illud reſpectu iſtius fuit minimum.*

12 A ſeculo non. *Hic cõſequenter ponitur ratio dicti deſiderij. ſ. ex perfecta beatitudine quam ſancti tunc habebunt in anima & corpore, & non antè.* A ſeculo non audierunt. *Quia illud bonum eſt infinitum, & per conſequens inenarrabile.*

13 Quæ præparaſti expectantibus te. *ſ. filium tuum, in cuius aſpectu reficientur beati interius ratione ſuæ deitatis, & exterius ratione ſuæ humanitatis, ſecundum quod dicit Auguſt. ſuper Ioan. & ſecundum hoc allegatur hæc autoritas dicta de filio qui eſt Dei ſapiẽtia. 1. ad Cor. 2.*

14 Occurriſti. *i. occurres & loquitur de futuro per modum pręteriti propter certitudinem prophetiæ.*

15 Lætanti & facienti iuſtitiam. *i. cœtui electorum tunc in iudicio apparenti, vt cum lætitia deducantur ad patriam.*

16 In vijs tuis recordabuntur. *Gratias agendo de omnibus bonis quæ eis feciſti.*

17 Ecce tu iratus es. *Hic cõſequenter deſcribitur ipſum iudiciũ.*

∗ Circa

quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt, & fit ei peccatum conſequens præcedentis pœna peccati.

A

a *Menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.* Mene Hebraicè, Luna Latinè. Vnde menſtruatæ quæ ſingulis menſibus ſolent ſanguinis fluxum ſuſtinere: Et tunc viri abſtinere debent ab eis. Tunc enim concipiuntur membris damnati, cæci, claudi, leproſi, & huiuſmodi: Vt quia parentes non erubuerunt miſceri in conclaui, eorum peccata pateant cunctis, & apertè redarguantur in paruulis.

b *Ventus.* Cōmotio aeris, vt ibi: *Imperauit vētis & mari.* Vel ſpiritus ſanctus. *Aduenientis ſpiritus vehementis.*

c *Non eſt qui inuocet.*

✱ Theodoretus. Decidimus in indolentiā, vt iam nihil pręſſus ſentiamus, vnde in tanta mala inciderimus, neque ſentimus cur hæc ſimꝰ paſſi neq; petimus à te liberari.

B

Hic enim ſpiritus pro vento ponitur ſignificatione ſpiritus ſancti. Vel, tentatio dæmonum, & malorum hominū vt illud: *Venerunt flumina, & flauerunt venti:* & hoc eſt quaſi ventus.

a¶Quia ſcilicet. ¶Vnde hæc mala nobis. ¶Hiſteron proteron. b¶Peccatis. c¶Gratia tua, non meritis noſtris

† & peccauimus: in ipſis fuimus ſemper † & ſaluabimur. Et 1

a¶Leproſus b¶Quo nihil immundius. 2

a facti ſumus vt immundi omnes nos, quaſi pannus men- 3

a¶Mulieris b¶Sunt. c¶Circunciſio immolatio & oblatio poſt mortem. 4
ſcilicet veri agni. d¶Occiſi à Romanis

ſtruatæ † vniuerſę iuſtitiæ noſtrę. Et cecidimus quaſi fo- 5 6

a¶Leuiter. b¶Impij tamquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. ¶In Chriſtum.
c¶Tentatio dæmonum, perſecutio Romanorum. ¶Folia. 7

b lium vniuerſi, & iniquitates noſtræ, quaſi ventus abſtu- 8

a¶A terra noſtra, à præſentia tua. b¶Quia ſicut folia defluximus. c¶Pro nobis, voce,
corde, opere. d¶Fortis in aduerſis ad orationem. ¶De ruina iniquitatum.

c lerunt nos. Non eſt qui inuocet nomen tuum, qui conſur 9

a¶Precibus ¶Sicut Moyſes, ne effundas iram tuam ſuper nos. ¶Vnde. ¶Inueni quem 10
quæſiuit anima mea: tenebo eum nec dimittam. b¶Miſericordiam, præſentiam,
auxilium.

gat & teneat te. Aſcondiſti faciem tuam à nobis & alliſi-

a¶Opere quo vicia nos retinent ſicut manibus, vnde: Mors & vita in manibus linguæ. 11
b¶Vnde: Filios genui & exaltaui, &c. Et: Filius meus primogenitus Iſrael. 12

d ſti nos in manu iniquitatis noſtræ. Et nunc domine, pater 13

a¶Limus terræ. b¶Plaſmator. c¶Ideo reſiſtere non poſſumus voluntati tuæ. 14

e noſter es tu, nos verò lutum, & fictor noſter tu, & opera 15

a¶Quaſi; Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me, &c. ¶Ergo. ¶Operi tuo b¶Nimis. 16

f manuum tuarum omnes nos. † Ne iraſcaris domine † ſatis 17

a¶Id eſt: b¶Etiam ſecundum iuſtitiam, quia ferre non poſſumus. c¶Sed operis tui. 18

et ne vltrà memineris iniquitatis noſtrę. Ecce reſpice, popu 19

a¶Fuimus olim ſcilicet. b¶Quam fluminis impetus lætificat. ¶In qua quondam fuit ſpecula virtutis. 20
¶Sanctuarii templi tui. ¶Ad te. 21

g lus tuus omnes nos. Ciuitas † ſancti tui facta eſt deſerta, 22

¶A te. a¶Templum. 23

h Sion deſerta facta eſt, Ieruſalem deſolata eſt: domus ſancti

a¶Vbi ſanctificabimur, immolabamus, gloriabamur.

ficationis noſtræ & gloriæ noſtrę, vbi laudauerunt te pa- 24

a¶Succenſa à Romanis.

tres noſtri, ſancta eſt in exuſtionem ignis: & omnia deſi-

d *Et nunc domine.* Ac ſi dicat: Si cōſideremus noſtra merita, deſperandum eſt: ſi clementiam tuam qui flagellas omnem filium quem recipis, audemus precos fundere; tu enim pater noſter es.

D

✱ Procopius. Quem operibus placare non poſſunt, vt cōditorem lenire contendunt, ſeruari eos poſtulantes, qui ab ipſo primum. Hoc ipſum quod ſunt, acceperunt.

c *Opera manuum tuarum.* q.d. Reſpice opus tuum non merita noſtra. Myſteriū trinitatis, recta confeſſio eſt ignorantia ſcientiæ.

f *Ne iraſcaris domine.* Hoc eſt, nō vitamus † iram, nec vltrà quæ rimus patientiā, per quam theſaurizamus nobis iram in die vindictæ. Sed q̄ſumus ne iraſcaris nobis ſatis, ſcilicet, ne tēpore vltionis memineris iniquitatis noſtræ.

† attamen adduxiſti nos. Rom. 2. a

g *Sion deſerta.* Sion & Ieruſalem in hoc loco idē ſignificāt, templum, ſcilicet & ciuitatem, vbi quōdam ſpecula virtutum & viſio pacis. Sed poſtquam populus Iudæorū negauit regem ſuum, & addidit illud. *Nō habemus regem niſi Cæſarem.* Ieruſalem deſerta eſt a Deo. Vnde: *Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Et illud. *Surgite eamus hinc.* Et in templo, auditæ ſunt voces (ſicut dicit Eccleſiaſtica hiſtoria.) Tranſeamus ab his ſedibus.

† diſſoluiſti.

E

† vſque adeo.
† domine
Ioan 19. c
Matt. 13. d

Mar. 14. e

h *Domus.* Allegorice. Domus Dei, eccleſia, vnaquæque fidelis anima, quæ aliquando ignibus luxuriæ corrumpitur & auaritiæ.

F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

*Circa quod ſciendū, quod duplex eſt Dei iudiciū: Vnū diſcretionis, quod eſt vocatio aliquorū ad fidē alijs dimiſſis iudicio Dei occulto tamen iuſto. Et iſtud iudiciū quantùm ad ſuū ſtatum potiſſimum incœpit à principio prædicationis Chriſti pp quod dicitur Ioann. 12. e.* Nunc iuditium eſt mundi. *ſecundū quod exponūt ſancti. Aliud eſt iuditium diſcuſſionis quo Dei iuditio redduntur pœnæ ac præmia pro peccatis & meritis: Et iſtud potiſſimum fiet in iudicio finali, quando in anima & corpore beatificabuntur electi, & cruciabūtur reprobi. A tempore tamen paſſionis Chriſti cœpit præmiatio electorum quantum ad gloriam animæ: & punitio reproborum in anima non ſolum ex tunc, ſed etiam antè. De iſtis autem duobus iudicijs videtur Iſaias loqui mixtim vſque ad finem libri. Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur Iudæorum quærimonia. In ſecunda domini ſentētia ca. ſe. Circa primū ſciendum, quod Iudæi per orbem diſperſi frequenter lamentantur deſtructionem ciuitatis & templi per Titū ſectam, & ſuam diſperſionem per orbem, precantes in Iudæa congregari, & ciuitatem, & templum ſibi reſtitui. Licet autem dicta deſtructio & diſperſio inflictę fuerint eis propter mortem Chriſti, vt habetur expreſſè Luc. 19. tamen hoc non credunt Iudæi, ſed attribuunt hoc peccato idololatriæ vituli conflatilis: Inducentes ad hoc illud qđ Exod. 32. g. dicitur.* Ego autem in die vltionis viſitabo hoc peccatum ipſorum, & idololatriæ antiquorum, *quæ continetur in libris Iudicum & Regum tempore templi primi: & peccatis auaritiæ & odij fraterni, quæ viguerunt tempore templi ſecundi: & ſecundum hoc poteſt hæc litera exponi. In hac igitur querimonia primo ponitur confeſſio peccatorum, cùm dicitur:* Ecce tu iraſcens contra nos. *Et cauſa ſubditur cùm dicitur.*

1 Et peccauimus. *q.d. Et iuſtè iratus es, quia peccauimus, & non ſolùm de nouo, ſed etiam ab antiquo: ideo ſubditur.*

2 In ipſis, *ſcilicet, peccatis.*

3 Fuimus. *Tamen de tua miſericordia ſperamus ideò ſubditur.*

4 Et ſaluabimur: *Non ex noſtra iuſtitia, ſed tua miſericordia, ideò ſubditur.*

5 Et facti ſumus vt im. *Immunditia peccati. Poteſt etiā hoc exponi corporaliter, quia Iudæi per orbem diſperſi & alijs Gētibus reputantur viles & abominabiles.*

6 Quaſi pannus menſtruatæ, &c. *Quia Iudęi modo non poſſunt ſacrificia pro peccatis offerre, quia talia non poſſunt offerri ab eis niſi in Ieruſalem, & ſine talibus ſacrificijs non reputant ſe perfectè mundari, & iuſtificari.*

7 Et cecidimus quaſi folium. *De arbore cadens, ſic cecidimus ab honore regni & Sacerdotij.*

8 Iniquitates, &c. *Expellendo de terra promiſſionis ad longinquas partes orbis.*

9 Non eſt qui. *i. non habemus ſummum Sacerdotem qui oret pro nobis & offerat ſacrificium, vt nobis placeris, ſecundum quod dicitur Leui. 4. de expiatione peccati totius multitudinis: Et poſt determinationem ſacrificij debiti pro peccato ſubditur:* Et orante pro eis ſacerdote propitius erit eis dominus. *ideo ſubditur.*

10 Qui conſurgat. *Pro nobis.*

11 Et teneat te. *In noſtra reconciliatione.*

12 Abſcondiſti faciem tuam. *Loquitur de Deo ad modum hominis irati, qui nō vult oſtēdere faciē ſuā illis cōtra quos iratus eſt.*

13 Et alliſiſti nos. *Id eſt, confregiſti.*

14 In manu iniquitatis. *i. propter iniquitatem noſtrā. Conſequēter notatur miſericordiæ petitio, cum dicitur.*

15 Et nunc domine pater noſter es tu. *Per creationem.*

16 Nos verò lutum. *Et fictor noſter ſupple es tu, ſecundū quod dicitur Iere. 18. a.* Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea domus Iſrael. 17 Ne iraſcaris, &c. *i. abūdanter.*

18 Et ne vltra memineris. *Ad amplius puniendum.*

19 Ecce reſpice. *Miſeriā noſtram, & allegatur ratio, cū dicitur.*

20 Populus tuus omnes nos: *Per legem Moyſi nobis datam.*

21 Ciuitas ſancti tui. *ſcilicet Ieruſalem tuo cultui deputata.*

22 Facta eſt deſerta. *Per Titum.*

23 Domus ſanctificationis noſtræ. *i. templum, vbi offerebantur ſacrificia pro ſanctificatione noſtra.*

24 Et gloriæ noſtræ. *Quia in ipſa gloriabamur ſuper omnia terrena. Cætera patent ex dictis vſque ibi:*

a ¶Sancta ſanctorum. 1

A derabilia noſtra verſa ſunt in ruinas. Nun-

a ¶Ergo. b ¶Miſerijs noſtris, flagitijs hoſtium. c ¶A miſericordia. 2
d Aduerſarijs blaſphemantibus

quid ſuper his continebis te domine, tace- 3

a ¶Quaſi durus, indignans audire nos. b ¶Humiles. D
c ¶Non more ſolito. ¶In perpetuum.

4 bis & affliges nos vehementer?

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunquid ſuper his. *miſerijs noſtris.*
2 Continebis te do. *i. noſtra conſolatione. q. d. non.*
3 Tacebis & affli. nos. *i. affligi permittes ab inimicis noſtris.*
4 Vehementer. *i. vltra poſſibilitatem noſtram ſuſtinendi, quaſi diceret. non decet te.*

## CAP. LXV.

a ¶Gentes per fidem. 1

Q Væſierunt me qui ante 2

a ¶Antequam homo fierem ¶Populus quem non cognoui ſer. mi.

non interrogabant: in- 3

a ¶Miſericordem me ſcilicet.

uenerunt qui non quæ- 4

a ¶Ante. b ¶Filius qui ante dixi Moyſi: Ego ſum qui ſum. ¶Formam ſerui accipiens.

ſierunt me. Dixi: Ecce 5
6

a ¶Vt faciam ſe cunctis Gentibus vnum Chriſtiani nominis.

ego, ecce ego, ad Gentem † quæ non inuocabat 7

a ¶Quaſi largus nihil denegans pœnitentibus.

b nomen meum. Expandi manus meas tota 8

a ¶Paſſionis. b ¶Iudæorum. c ¶Relicto Chriſto qui eſt via

die ad populum † incredulũ, qui graditur in 9
10

a ¶Lata & ſpacioſa qua ducit ad mortem. b ¶Vnde: Populus hic labijs me honorat, cor autem longe, &c. c ¶Prauas. ¶Ab occultis me. mun. me. 11
d ¶Hæc facit populus.

c via non bona poſt cogitationes ſuas. Populus 12

a ¶Vindictam. b ¶Studio de iniquitate ſolo, vel di. c ¶Aperte quod peius eſt.

d qui ad iracũdiam prouocat me, ante faciem

¶Cui omnia patent. ¶In templo meo ſcilicet, idola poſuerunt, in quo ſæpe exhibui præſentiam meam.

a ¶Dijs alienis idololatriæ iungentes luxuriam.

meam ſemper, qui immolant in hortis, & ſa- 13
14

a ¶Dæmonibus. ¶Incenſum.
b ¶Pro vno altari quod erat in templo, plura faciebant & ſuper ſacrificabant.

crificant ſuper lateres, qui habitant in ſepul- 15

a ¶Mortuorum quæ Iudæi in modum domorum faciunt. b ¶Super pelles ſcilicet hoſtiarum, vt futura ſomnient c ¶Contra præceptum legis.

e chris, & † in delubris idolorũ dormiunt: q cõ 16

a ¶Porcinum.

medunt carnem ſuillam, & ius prophanũ in 17
18

CAP. LXV.

a Q *Væſierunt, &c.* Ad hoc reſpondet filius. Quare nos er. ſe. dñe de vi. t? q. d. Si non alieni me quærẽtes tam clementẽ inuenerũt, non eſt crudelitas mea quæ vobis neget auxilium, ſed iniquitas veſtra, & impœnitens cor veſtrũ. vnde: *Populus quẽ non co. ſer. mihi:* Et *Filij alieni men. ſunt mihi.*

Iſa. 63. d. — Pſal 17 g. — Ibidem.

✠ Procopius Quoniã per preces alij cõfitebãtur, alii autem erroris ſui autorẽ

B Deum eſſe exprobrabant, reſpondet hoc ſenſu, Qũo ego peccantes contempſi, qui non peccatoris morte ſed pœnitentia delector? Qũo in errorem induxi, q vt ad ſe redirent oẽs hortatus ſum? Qũo vos ĩduraui, qui ad longè remotos ſpõte aduolaui? Quomodo deniq; nõ clemens eſſe potui, qui in alienos talis extitit?

† declinantẽ.

✠ Origenes. Si Iſaias ſciebat, ſecandum ſe eſſe & interſiciẽdum ab impijs: audet tamen & ex perſona Chriſti dicit, Inuẽtus ſum à nõ quærentibus me, certũ eſt quod gentes erant quæ Chriſtum nec quærere no

In c. 10. epiſt. ad Rom. — † in deſertis. pernoctant.

C uerant, inuenerunt tamen.

Luc. 23. e.

b *Expandi manus meas.* In cruce orans pro eis: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.* Vel, vt eos reciperẽ & collocarem in ſinu meo. Vel, beneficia operum largiendo ex quo eduxi eos ab Aegypto. Incarnatus quoque infirmos eorum curaui, mortuos ſuſcitaui, paucis panibus eos paui. Ipſi tamen ſemper extiterunt increduli.

Vbi ſupra.

✠ Orig. Hoc eſt, cũ penderet in cruce, illi non ſolum nõ inuenerunt eum, ſed inſuper dixerunt, Si filius Dei es, deſcende nunc de cruce, & credimus tibi. Sed audi qd in ſapientia Salomonis dicatur quia non inuenietur ab his qui tentant eum, apparebit verò his qui non ſunt increduli ad eum.

✠ Clemens Alex. Hoc loco cauſam reddit vocationis gentium & excluſionis Iudæorum his verbis. qđ populus Iudæorũ non credidit Chriſto, quin ei cõtradixit, Nõ habemus, inquiens, regem niſi Cæſarem, crucifige, crucifige, ſed bonitas Dei in ruina Iudæorum admiſit gẽtes infideles, vt æmulatione gẽtium traheret ad fidem Iudæos quod dixerat Moſes, *In gente ſtulta ad æmulationem prouocabo vos.*

E

c *Populus qui ad iracundiam.* Alleg. Omnis hæreticus Deum ad iracundiam prouocat, in falſitate doctrinæ offert immunda ſacrificia non in perpetuũ manſura, ſed ad inſtar hortorũ ad breue virentia. Carnis. n. delitijs prouidet vnde: *Omnis caro ſicut fœnum.* Hinc quoq; illius apud Græcos ſapientiſſimi laudatur ſententia, q omnes ſeculi voluptates & mundi pompam, & celeriter tranſeuntem luxuriam, hortos Adonidis vocat. Sacrificãt aũt hæretici ſup lateres qñ exqſita mẽdacia dialectica cupiunt arte firmare, & in quadrũ extruere, & ſecti ĩ latere pulueris roborare lineis.

d *Ante faciem.* ✠ Procopius. Per faciem templũ quod ſibi cõſecratum eſt, intellexit quòd etiam per Hieremiã, *Quam dilecta in domo ſua fecit, abominationem,* quibus verbis idolum ſcriptura ſignificat.

e *In delubris.* Delubra à delẽdo dicta, eò q ibi putabatur ablui

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. LXV.

Diuiſio. ✠ QVæſierunt. *Hic conſequenter ponitur domini ſententia & primò, de Gentium vocatione: ſecundò de Iudæorum reprobatione, ibi:* Expandi. *Sic enim allegat Paulus Apoſtolus ad Ro. 10. hanc literam dictam eſſe de vocatione Gentilium, & reprobatione Iudæorum. Circa primum dicitur.*

1 Quæſierunt me. *ad me deuotè per fidem venientes ad prædicationem apoſtolorum.*

2 Qui an. non inter. *ſ. Gentiles, quia legem diuinitus datam & prophetas non habebant.*

3 Inue. *ſcilicet me per gratiam.*

4 Qui non quæſierunt me *ſcilicet ante prædicationem apoſtolorum: ideo ſubditur.*

5 Dixi. *ſcilicet determinatè diffiniendo.*

6 Ecce ego ecce ego. *& ſit duplicatio ad maiorem aſſertionẽ.*

7 Ad Gen. quæ ne. *quia ante prædicationem apoſtolorum Gentiles erant communiter idololatriæ dediti: & ſic inuocabant idola, & non nomen domini.*

Diuiſio. 8 Expandi. *vbi ponitur iſta ſententia domini quantum ad Iudæos. Et primo ponitur ſententia: ſecundo remouetur Iudæorum falſa fiducia, ſe. ca. Prima diuiditur in tres, quia primo ponitur multitudinis Iudaicæ reprobatio, ſecundo paucorum electio, ibi:* Hæc dicit dominus. *tertio vtrorumq; retributio, ibi:* Et vos. *iſta tamen diuiſio non eſt omnino præciſa, quia in prima parte ponitur aliquid de punitione reproborũ, quia prophetæ frequenter de vno tranſeunt ad aliud, & èconuerſo, & maximè Iſaias. Circa primũ dicitur in perſona domini.* Expandi manus meas. *volens ad me trahere.*

9 Tota die. *i. ab antiquo vſque ad præſens, primo per prophetas. poſteà per meipſum incarnatum.*

10 Ad po. incre. *i. Iudaicum qui ſemper fuit duræ ceruicis, vt patet ex decurſu veteris ac noui teſtamenti.*

11 Qui graditur, &c. *i. poſt inclinationem fomitis ad malum et non poſt leges meas.*

12 Populus, &c. *qui etiam in loco diuini cultus exercebant idololatriam tempore Manaſſe, & aliquorum aliorum regum, vt patet 4. Reg. & 2. Paral.*

13 Qui immolant in hortis. *vbi colebant idola in locis, ſ. nemoroſis, vbi etiam luxuriam exercebant in venerationem idolorũ, vtpote Veneris & Priapi.*

14 Et ſacri. ſu. la. *i. ſuper tecta domorum, & in loco patenti, ad dandum alijs idololatriæ exemplum.*

15 Qui habitant in ſepulchris. *quærendo diuinationes in mortuis per artem phytonicam, & alijs modis ſuperſtitioſis.*

16 Et in delubris idolorum dormiunt *Ibi. n. antiquitus ſuper corium hoſtiæ immolatæ dormiebant ad habendum reuelationes in ſomnijs, ſicut legitur de Bruto in hiſtoria Britonum.*

17 Qui comedunt carnẽ ſuillam. *Idolis immolatam: & ſic erat ibi duplex tranſgreſſio, ſ. legis Moſaicæ, (quæ abſolutè prohibet talem carnem comedere) & prohibitionis idololatriæ.*

18 Et ius propha. in va. co. *i. oblatio de materia liquida, quæ fiebat cum oblatione ſacrificij de animalibus.*

✠ Qui

ablui anima. Vel, quia propè erant piſcinę vbi & Sacerdos lauabatur & hoſtia.

A ✠ Procopius. Sepulchrorum meminit, vt diuinationem ꝑ mortuos inueret. Meminit & ſpeluncarũ ybi ſimulacra in mõte collocabant, aut ẽt ſacra quædam, mactatis ſub proceris arboribus hoſtijs, faciebant.

Allegor. Hæretici in memorijs magiſtrorum, & in ſpecubus dormiunt, qui lumen ſpiritusſancti relinquẽtes, & cœnaculum in quo Apoſtoli verſabãtur in diaboli tenebris commorãtur, & ſpeluncas diligunt de q̃bus: *Vos autem fi. il. ſpe. la.* Sõnijs credunt & phantaſijs, Carnem porcorum comedunt, de quibus: *Ne mittatis margaritas ante porcos*: & ius prophanum quod in libris eorũ hæretica arte conditũ eſt. Vaſa eorũ immunda tã doctrinæ. ſ. quàm corpora. In tantam quoque amentiam veniunt, vt qui ipſis non fuerit ſimilis, quaſi perditum deteſtentur.

a *In furore meo.* Furorẽ obliuionem, iram, pęnitudinẽ, ita in Deo accipere debemus, quõ manus, pedes, oculos, aures, & cętera membra quæ habere dr̃, non ꝙ his pareat perturbationibꝰ, qui eas extinguit in nobis, ſed per verba noſtra Dei intelligimus affectũ erga nos.

✠ Procop. Erat. n. ante aduẽtum veluti quoddã diuinæ iræ principium, ſed furorem accendit patratu in Saluatorem facinus, ipſeque fumus in ignem mutatus eſt. Quoniam autem homines ad memorię ſubſidium ſcriptis vti videmus, ab illis tropicè, nulla Deum obliuione laborare demonſtrat: *Ecce ſcriptum eſt coram me.*

b *Non tacebo.* Qui ſuperius dixit: *Tacui, ſemper ſilui, patiens fui,* modo dicit: *Non tacebo.* ideſt, ne parcam amplius, neq; ſuſtinebo iniquitates eorum.

a ¶Immundi. ¶Alij, nõn manducanti, non adoranti idola.

vaſis eorũ. Qui dicunt: †recede à me, non ap-

a ¶Qui talia agunt, & in alios ſuperbiunt.

propinques mihi: quia† immundus es. Iſti fu-

a ¶Nihil. b ¶Et c ¶Erit. ¶ Gehennę d ¶In eis. e ¶Semper.

mus erunt in furorẽ meo, ignis ardẽns tota

a ¶Malum eorum vt non obliuiſcar. b ¶Ideo dicam: Ite maledicti in ignem æternum.

die. Ecce ſcriptũm eſt coram me. Nõn tacebo

a ¶In interiora mentis, vt propria torqueantur conſcientia.

ſed reddam et retribuam in †ſinũ eorum ini-

a ¶Idololatrarum.

quitates veſtras, et iniquitates pãtrũ veſtrorũ

a ¶Vt puniamini, ſicut illi quos imitati eſtis, & ſic quodammodo eorum filij. b ¶Filios & filias dœmonijs.

ſimũl, dicit dominus: qui ſacrificauẽrunt ſu-

a ¶Me deſpiciendo, & idolis immolando.

per montes et ſuper colles, exprobrãuerunt

a ¶Pro culpa pœnam metiendo, vel menſurando. b ¶In anima poſt iudiciũ, & in corpore cum & vermis eorũ non morietur, & ignis nõ extinguetur.

mihi, et remẽtiar opus eorum primũ in ſinũ

eorum. Hęc dicit dominus: Quomodo ſi in-

a ¶Poſt tempeſtatem. b ¶Illæſum. c ¶Volenti tangere

ueniãtur † granum in botro, et dicatur, ne diſ

a ¶Sine creſcere. b ¶Ideſt, placuit domino, vt pro benedictione de tanta copia reſeruaret illud. c Aliquos reſeruando

ſipẽs illud, quoniam benedictio eſt: ſic fãciam

a ¶Abraham, Iſaac, & Iacob, ad quos facta eſt promiſſio, vel propter eos qui inter plurimos peccatores ſeruiunt mihi. b ¶Genus humanum.

propter ſeruõs meos, vt non diſperdã tõtum.

a ¶Non deficiet ſceptrum de Iuda b Chriſtum quod ſupra botri granum.

Et rẽducã de Iacob ſemẽn, et de Iuda poſſidẽ-

a ¶Apoſtolus vnde Leuaui oculos meos in montes, in circuitu eius, &c. b ¶Scilicet hæreditatem de qua; Dabo tibi Gen. he. t c ¶Scilicet, eccleſiã.

tẽ montẽs ſanctos meos. Et hæreditabũt eam

c *Iniquitates patrum ve.* Vt. ſ. non ſolùm pro peccatis veſtris puniamini, ſed etiam pro patrum iniquitatib. quos imitati eſtis. Aliter. n. non portat filius iniquitatẽ patris. D *Ezech. 18 d.*

d *Qui ſ. c. ificauerũt ſu. mon.* Qñ in Bethel & in Dan, aureos vitulos adorauerunt: Hæreticus quoq; cõtemnens ſimplicitatẽ eccleſię ſacrificat in montibus, & exprobrat Deo dum eius pręcepta cõtemnit. *3. Reg. 12. g.*

e *Quomodo ſi.* q. d. Propter malos nõ perdam bonos: *Sed quomodo ſi, &c.* Dixerat enim periturum Iſrael.

f *De Iacob ſemen.* Semen Iacob & Iudę, Apoſtoli, poſſidentes montes, alios. ſ. credentes virtutibus eminentes. vnde: *Niſi dominus Sabaoth reli. no. ſe. quaſi So. facti eſſem.* *Rom. 9. f.* † ſinum.

✠ Euſebius. Pręſignificat propheta pauculas futuras reliquias, & pauculum futurum ſemen ex Iacob, quod aſſequatur promiſſa veterum patrum, & lectos appellat Apoſtolos, quos habitaturos dicit in monte ſancto, hoc eſt, in eccleſia, & in ſylua, hoc eſt, inter arbores eccleſię. Intelligit ꝑpheta Apoſtolos & fideles ſeruãdos, reliquos Iudęos delendos & eorum vrbes ſubuertendas. *Lib. 2. de demonſtr. c. 49.* E

g *Montes ſanctos meos.* Lxx. Montem meũ. ſ. Chriſtũ, q eſt mons montium. Montes. n. ſunt Apoſtoli, qui de Iudęis poſſederunt Chriſtum, in quo fundati ſunt.

h *Et hæreditabunt:* unde: *Semen Abrahæ ſerui eius fi. Ia. e. eius.* Quicunque adhuc ſemen ſunt: nec formati in filium, ſerui domini ſunt, quibus dicitur. *Scio, quia ſemen Abrahę eſtis n. n. 1em,* ſcilicet filij. Qui autem filius eſt domini, electus eſt. unde: *Electi poſſidebunt Ieruſalem, ſerui habitant in ea.* unde: *Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adop. filiorum Dei.* *Pſal. 104. a.* *Ioan. 9. c.* *Rom. 8. c.*

Campe

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui dicunt. *Gentili.*

2 Recede à me. *Reputabant enim Gentiles ita immundos, quòd non communicabant cum eis, vt patet ex libris vete. & no. teſt. Iſte tamen contemptus ſic inualuit, & maximè apud Iudęos qui Phariſęi dicebantur, quòd etiam Iudęos contemnebant qui non erant de ſecta ſua: vnde & domino diſcumbente in domo Matthęi qui erat natione Iudęus, dixerunt, Matth. 9. b. Quare cum Publicanis, &c. & tamen Matthæus erat natione Iudæus: & ſimile legitur in Euangelio in pluribus locis. Iſti enim Phariſęi erant iuſti apparenter, ſed non realiter. Et quia ſimulata ſanctitas duplex eſt iniquitas, ſecundum quod dicit Hieronym. ideo ſubditur debita punitio, cum dicitur.*

3 Iſti fumus erunt in furore meo. *ideſt materia applicabilis igni gehennę.*

4 Ignis ardens tota die. *i. continuè & abſque fine, & ſicut dicitur infrà in fine libri: Ignis eorum non extinguetur.*

5 Ecce ſcriptum eſt. *Indelebiliter, ſecũdum quod dicitur Iere. 17. a. Peccatũ Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino.*

6 Non tacebo. *Diſſimulando.*

7 Sed reddam & retribuam. *Ad intellectum huius ſciendũ, quòd ſicut gloria cuiuslibet beati creſcit ex gloria ſibi coniunctorum, ſic pœna cuiuslibet damnati creſcit ex pœna ſibi coniunctorũ, propter quod diues epulo in inferno poſitos petijt Lazarum mitti ad fratres ſuos, vt conteſtaretur illis, ne venirent in locum tormentorum, Luc. 16. g. & hoc eſt quod dicitur:* Sed reddam & retribuã in ſinu corum. *ideſt, Iudęorum reprobatorum generaliter priorum & poſteriorum.*

8 Iniquitates ueſtras. *Hoc dicitur quantum ad Iudęos qui fuerunt poſt captiuitatem Babylonis, maximè tempore Chriſti & deinceps.*

9 Et iniquitates patrum. *Ita quòd ex pęna veſtra creſcit pœna eorum, & econuerſo: vt dictum eſt.*

10 Qui ſacrificauerunt ſuper montes. *Iſtud refertur ad Iudęos illos qui precceſſerunt captiuitatem Babylonicam qui fuerunt multipliciter idololatrę vt patet in libris Iudicum, Regum, & Paralipomenon. Poſt captiuitatem verò Babylonicam non leguntur Iudęi fuiſſe idololatrę, niſi aliqui pauci circa tempora Machabęorum: ſed poſtea agetur de peccatis eorum, & iam in parte dictum eſt ſuprà.*

11 Et ſuper colles, &c. *Colendo enim idola faciebant Deo opprobria.*

12 Et remetiar opus eorum. *Inferendo pęnam ſecundum menſuram peccati & modum.* F

13 Primum in ſinu eorum. *Ideſt, peccatum factum in iuuẽtute ſimul puniam cum peccato facto in ſenectute Vel aliter:* Primum. *i. peccatum patrum in filijs modo dicto.*

14 Hęc dicit dominus. *Hic conſequenter circa Iudęos ponitur paucorum electio, ſcilicet Apoſtolorum, & aliorum qui crediderunt in Chriſto, cum dicitur.* Hęc dicit dominus. *Cuius verbũ fruſtrari non poteſt.*

15 Quomodo ſi inueniatur granum. *Scilicet, vnum.*

16 In botro. *Poſt tempeſtatem, quod eſt modicum reſpectiuè.*

17 Et dicatur. *Volenti accipere.*

18 Ne diſſipes illud, quoniam benedictio eſt: *i. donum Dei quod remanſit cęteris pereuntibus.*

19 Sic faciam propter ſeruos meos. *Ideſt, propter patriarchas & prophetas antiquos.*

20 Vt non diſperdam totum. *Scilicet, populum Iudaicum.*

21 Et educam de Iacob ſemen. *Scilicet, Apoſtolos, & alios de Iudaiſmo credentes.*

22 Et de Iuda. *De qua tribu natus eſt Chriſtus ſecundũ carnem*

23 Poſſidentem montes meos. *Ideſt, eccleſiam militantem & triumphantem.*

24 Et hęreditabunt eam. *Scilicet Eccleſiam militantem primò & triumphantem poſtea.*

a ¶ Apoſtoli. vnde: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. b ¶ Fideles.
electi mei, & ſerui mei habitabunt ibi. Et † e- 1
a ¶ Eccleſias. b ¶ Fidelium: Quorum cor vnum & anima vna. 2
a runt campeſtria in caulas gregum, & vallis
b ¶ Alibi Achan ¶ Requiem. a ¶ Fideli ſcilicet
c Achor in cubile armentorũ populo meo qui
d a ¶ Hæc fient eis, ſcilicet, qui te quærunt me. ¶ Fide & opere. ¶ O Iudæi.
requiſierunt me. Et vos qui dereliquiſtis do- 3
e a ¶ Templum quod in monte, vel cæleſtem Ieruſalem, vel Chriſtum, qui eſt mons montium.
minum, qui obliti eſtis montem ſanctũ meũ, 4
a ¶ Alia, tranſlatio patatis.
f qui ponitis † fortunæ menſam, & † libatis ſu- 5
a ¶ Ne quis euadat. b ¶ Qualde effuſione.
per eam: numerabo vos in gladio, & omnes 7 8
a ¶ Chaldæorum Romanorum. b ¶ Preſſura. non enim omnes occiſi ſunt vel omnes afflicti. c ¶ Præter cætera. d ¶ Omnia feci quæ debui. e ¶ Obediendo, ſequendo.
in cęde corruetis: † pro eo quòd vocaui & non 9
g a ¶ Præſens nobiſcum Emanuel. ¶ In parabolis. b ¶ Mente.
reſpondiſtis, loquutus ſum & non audiſtis: 10
a ¶ Inſuper. b ¶ Idololatriam. c ¶ Qui omnia video: vel in templo idola colentes. 11
et faciebatis malum in oculis meis, & quę no 12
a ¶ Aliud vult Deus, aliud permittit. b ¶ Malum, ſcilicet. c ¶ Vt peteretis Barrabam homicidij & ſeditionis autorem. 13
lui elegiſtis. Propter hoc hæc dicit dominus
h Deus: Ecce ſerui mei comedent, & vos eſu-
a ¶ Sanguinem meum. b ¶ Aquam viuam.
i rietis. Ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis. Ec- 14
a ¶ In æterna beatitudine. vnde illud: Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. b ¶ Videntes alios in locum veſtrum ſucceſſiuè.
ce ſerui mei lætabuntur, & vos confundemi- 15
a ¶ Secundum illud: In ſecula ſeculorum laudabunt te. 16
ni. Ecce ſerui mei laudabunt præ exultatione 17
a ¶ In inferno. b ¶ Conſcientia peccatorum
cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, 18
a ¶ Vnde: Ibi erit fletus & ſtridor dentium, vel in iudicio poſitis hædis à ſiniſtris, & ouibus à dextris. 19
k & præ contritione ſpiritus vlulabitis: & di- 20
a ¶ Alijs in locum veſtrum ſuccedentibus. b ¶ Sacroſanctum. 21
c ¶ Vt dicantur filij Abrahæ ſicut vos olim.
mittetis nomen veſtrum in † iuramentũ elé- 22

A a *Campeſtria*. Alij ſaltus. vnde: *Dominus reuelabit condenſa ſiluarum*, vt latrones ibi habitare deſiſtant, & beſtiæ venenataq; animalia in eccleſiam Dei tranſeant.

Pſal. 28. b. b *In caulas gregũ*. Alia tranſlatio habet, Saronas, quæ eſt regio inter Ioppem, & Lyddam atq; Ramam fœcũda & pabuloſa, ſed latronib. infeſta: vnde interpretatur vallis effundens ſanguinem.

† exercitui cæli.
Ioſue 7. c.
c *Et vallis Achor*. Vbi Achor filius Charmi de ſpolijs Iericho furatus cum oĩ domo perijt. Et quia populum turbauit & ibi perijt, vocat̃ locus vallis Achor, i. turbationis vultus. In quo ſignificatur Gẽtilitas: ſicut & per Sarones, quæ interpretatur vallis fundens ſanguinem,

† Pro. 1. c. Iere. 7. c.

B quæ effuſione ſanguinis plena in tumultu & in turbatione vitiorũ manebat. Sed Achor verſa eſt in caulas gregum ſine ouilia, & in cubile armentorũ, ideſt, eccleſias & requiem prædicatorum & aliorum fideliũ, qui deſignantur per armenta & greges ouium.

d *Armentorum*. Prædicatorum, qui eccleſiam armant & defendunt. Armentum enim dicitur ab armando.

e *Et vos qui dereliquiſtis*, &c.

Allegoricè. Omnes q eccleſiam deſerunt & obliuiſcuntur montem ſanctum Dei tradentes ſe ſpiritibus erroris vel immundis doctrinis dęmoniorum, parãt

Menſam fortunæ parare quid ſit.
fortunæ menſam, & nihil ad Deum pertinere credẽtes, ſed vel ſtellarum curſu vel varietate fortunę omnia gu-

C bernari, hi tradentur æternis ſupplicijs, vt nullus eorum poſſit euadere.

f *Fortunę menſam*. Deę Aegyptiorum cui in fine anni parabant menſam, omnib. eſcis refertam, & poculis mulſa mixtis: vel quaſi fœlicem annũ præbuerit. vel quia futurum fęlicem prębitura ſit.

D g *Vocaui*. Per Prophetas dicens: *Cõuertimini ad me, & ſalui eritis*. Et p memetipſũ: *Pœnitentiam agite*. Et alibi: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis*.

h *Ecce ſerui mei*. q.d. Non ſolũ corruetis gladio p iniquitatibus veſtris, ſed etiã in præſenti eſurietis & ſitietis. Gentiles verò ad fidem conuerſi in præſenti ſatiabũtur cibo corporis & ſanguine meo & doctrina ſpirituali, & in fine vel in futuro viſione Trinitatis.

✻ Cyprianus. Quod autẽ Iudęi panem & calicẽ Chriſti, & omnem gratiã amiſ-

E ſuri eſſent, nos vero accepturi, apud Iſaiam ſic dicit dominus: *Ecce qui ſeruiunt mihi manducabunt, vos autem eſurietis*.

i *Comedent*. Corpus meum. Vnde: *Niſi mãducaueritis car. fi. ho*. Vel doctrinã ſpiritualem myſteria fidei, vel in futuro cognitionem diuinitatis. vnde: *Vt edatis & bibatis ſuper men. meam in regno meo*. Et, *Satiabor cum apparuerit gloria tua*.

k *Et dimittetis nomen veſtrũ*. Vt aliqui affirmantes dicãt: Si aliter fecero, cõtingat mihi ſicut Iudæis Romanorum gladio occiſis. Vel ita: Iuro per Deum in quẽ olim Iudæi crediderunt. Vel, quia Deus iuramentum eorum erat, quod Chriſtiani modò iurant neceſſitate compulſi: Viuit dominus ſcilicet.

Fortunæ ✻ Et

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Electi mei. *Ideſt, Chriſtiani veri.*

2 Et erunt campeſtria in caulas, &c. *Et per greges frequenter in ſcriptura intelliguntur fideles. Pſal. 94. b.* Nos autem populus paſcuæ eius, & oues manus eius. *Per caulas igitur in campeſtribus & vallis ædificatas, intelliguntur eccleſiæ ædificatæ per orbem vbique, in quibus fideles congregantur ad percipiendum ſacramenta & diuini verbi nutrimentum. Exprimitur tamen in ſpeciali vallis Achor qui de peccato ſuo verè pœnitens dedit gloriam Deo, Ioſue 7. c. Quia eccleſia eſt locus receptiuus verè pœnitentium. Deſignatur etiam hic nomine gregum fideles minores, & maiores nomine armentorum.*

Diuiſio. 3 Et vos qui. *Hic conſequenter ponitur prædictorum retributio: & primo reproborum & electorum mixtim, ſecundò electorũ ſeparatim, ibi:* Quia obliuioni. *Circa primum dicitur:* Et vos. *colentes idola.*

4 Qui obliti eſtis montem ſanctum, &c. *Vbi erat templũ diuino cultui dedicatum.*

5 Qui ponitis fortunæ menſam. *Eò quòd reputabatur dea felicitatis temporalis.*

6 Et libatis ſuper eam. *Oblationem de liquidis: in hac idololatria & ſupradictis fuerunt Iudæi multiplicati ante captiuitatẽ Babylonicam, quia multi ex eis ſequebantur omnimodam idololatriã, vt patet ex 4. Reg.*

7 Numerabo vos ĩ gladio. *q.d. Nullus euadet: ideo ſubditur.*

8 Et omnes in cæde corruc. &c. pro eò quod vocaui. *Per prophetas.*

9 Et non reſpondiſtis. *Peccata veſtra cõfitẽdo, ſed magis prophetas deriſiſtis contumaciam augendo, vt patet 2. Paral. vlt.*

10 Locutus ſum. *In perſona propria in humanitate aſſumpta.*

11 Et non audiſtis. *Sed magis doctrinam meam reprobaſtis, vt patet ex Euangelio in pluribus locis.*

12 Et faciebatis malum, &c. *Bona pauperum rapiendo, & fratres veſtros odiendo. Iſta. n. duo, ſcilicet auaritia & odium fraternum, multum viguerunt in populo Iudaico poſt reditum captiuitatis Babylonicæ, vt dicunt etiam Iudæi, & magis increuerunt imminente tempore Chriſti.*

13 Et quæ nolui. *Scilicet, falſam apparentiam ſanctitatis: propter quod Chriſtus maximè contra hypocriſim prædicauit. Et ſubditur pœna iuxta bonorum pręmia, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis elucescunt, cùm ſubditur.*

14 Ecce ſerui mei. *Per cibum & potum hic intelligitur refectio bonorum in cœlo, quia communiter in ſcriptura ſacra bona ſpiritualia, & cœleſtia metaphoricè per corporalia deſignãtur: & per ſitim & eſuriem punitio malorum in inferno, vbi eſt defectus omnis boni.*

15 Serui mei lætabuntur. *In clara viſione diuina.*

16 Et vos confundemini. *Confuſione extrema deiecti cum dęmonibus in pœnam.*

17 Serui mei. *Etiam laude corporali, quæ ſecundum doctores erit in patria.*

18 Et vos. *Sicut enim in patria ponitur clamor exultationis, ſic in gehenna clamor triſtitię & deſolationis.*

19 Et prę contritione. *Ideſt, deſolatione. Contritio enim meritoria ibi locum non habebit.*

20 Vlulabitis. *Quia vlulatus eſt vox confuſa, & deſignat magnitudinem anguſtię & doloris.*

21 Et dimittetis. *Scilicet, execrationis.*

22 Electis meis. *Ideſt, Chriſtianis, qui ſic iurant aliquãdo. Si feci iſtud quod mihi imponitur, ſuſpendar ego per pedes ſicut Iudæus.*

11 Et ✻ Interfi-

a *Et interficiet te.* Vt vel hîc A non habeatis qui dicit. *Ego ſum via veritas, & vita. Nec vo cemini circumciſio, ſed conſciſio.*

✠ Hilarius. Si a ſeculis Chriſtiani vocabuli beatitudo nunquam fuit, nunc nouũ nomen religionis quod benedicitur ſuper terram

✠ Cyprianus Quod Chriſtianorum nomen benedicetur in terris, apud Iſaiam dicit dominus.

✠ Cyrillus. Nos in nouitate vitæ euãgelicæ quaſi corona quadam inſigniti nomine Chriſti, Chriſtiani nominamur, quod eſt nomen benedictum in terra.

b *Quia obliuioni.* Vt non idolorũ meminerint, & priſtini erroris, non obliuione memoriæ, ſed ſucceſſione bonorũ. vñ *In die bona obliuio malorum.* El alibi. *Afflictio horę obliuionem facit deliciarũ.*

B Forſitan & in futuro priſtinæ conuerſationis memoria omnino delebitur.

c *Quia ecce.* Ex angelis. ſ. & hominibus vnam eccleſiã, & exultabunt & gaudebũt vt ego qui creaui exultem, & gaudeam in eis.

d *Exultationem.* Vniuerſæ terræ, vt quæ vetus vnigeni ti erat gaudium, noua cunctis nationibus lætitia fit.

e *Gaudiũ.* Qđ vel poſt reſurrectionẽ poſſumus intelligere, vel poſt baptiſmum in prima reſurrectione. Hoc ad gñalẽ reſurrectionẽ, qua oẽs in perfecta ætate reſur-

a ¶Spiritnali gladio in iuditio.

a ctis meis. Et interficiet te dominus Deus, &

a ¶Chriſtiano. b ¶Nomine, vel Chriſto

ſeruos ſuos, vocabit nomine alio. † In quo

a ¶Chriſtianus vocatus & ipſum nomen in terra hac bene cuſtodierit. b ¶Nunc. ſ. c ¶In futuro, vnde. Venite benedicti patris mei, &c. Et alibi Et benedictionem hæreditate poſſideatis.

qui benedictus eſt ſuper terram benedicetur

a ¶Chriſto. b ¶Fideliter & veraciter. c ¶Veritatem loquitur. d ¶Hac. In die iudicij vere & fideliter Deum laudabit.

in Deo, amen. Et qui iurat in terra, iurabit in

a ¶Succedentibus bonis æternis. Abſterget Deus omnem lachrymam ob oculis eorum.

b Deo † amen. Quia obliuioni traditæ ſunt an

a ¶Ne ſit pars malorum prioris anguſtie memorati.

guſtiæ priores, & quia abſconditæ ſunt ab o-

a ¶Adiungit ſe eis, quia & ipſe multa pertulit, ſerra lignea ſectus à Iudæis. b ¶Sanctos qui quotidie innouantur vnde: Videbo c. t.

culis † noſtris. Ecce enim ego creo cęlos no-

a ¶Meliorando, qualitates mutando: Vidi cælum nouum, & terram nouam Et Apoſtolus: præterit figura huius mundi b ¶Bonam. ¶Quæ affert fructum in patientia.

uos & terram nouam, & non erũt in memo-

a ¶Mala ornamenta. b ¶In memoriam, ſcilicet, veſtram. ¶Veſtrum.

c ria priora, & nõ aſcendent ſuper cor: ſed gau-

a ¶Sine fine ¶Omnibus rebus à me factis.

d debitis & exultabitis vſque in ſempiternum

e in his quæ ego creo. Quia ecce ego creo Ie-

a ¶Cęleſtem. ¶Ex angelis & hominibus. ¶Emphaſis.

ruſalem exultationem, & populum eius gau-

dium & exultabo in Ieruſalem, & gaudebo in

a ¶Vbi gaudium & exultatio: contraria enim ſimul eſſe non poſſunt. ¶Abſterget Deus omnem la. ab o.

populo meo: & non audietur in ea vox fle-

a ¶Non ſicut Iudæi, pro iuditio faciet clamorem. b ¶Omnes. n. reſurgemus in virum perfectum in menſuram ætatis ple. Chriſti.

tus vltrà, & vox clamoris. Nõ erit ibi amplius

a ¶Præ bonitate te. b Quia nemo moriertur.

f infans dierum, & ſenex qui non impleat dies

ſuos. † Quoniam puer centum annorum mo

a ¶Erit hic diu viuat.

rietur, & peccator centum annorum maledi-

a ¶In præſenti. b ¶Virtutes

ctus erit. Et ædificabunt domos, & inhabita-

gent. Et hoc eſt. *Non erit.*

f *Puer cent. anno. &c.* Ille. ſ. qui etſi diu, tamen pueriliter vixit, ſeruiens vitijs: & hoc exponit ſic.

Greg. *Puer centum annorũ. Et peccator centum annorũ.* Vita quidem pueri longum trahitur, vt a factis puerilibus corrigatur. Sed ſi a peccati perpetratione, nec temporis lõginquitate cõpeſcitur: hæc ipſa vitæ lõginquitas quam per miſericordiã Dei accepit, ei ad cumulũ maledictionis creſcit.

✠ Proco. Infantis nomine gentium populũ intelligit, vt & Dauid, populum qui creatur, laudaturũ dñm affirmat. Et Petrus ẽt, vbi ſicut modo geniti infantes rationabile lac & ſine dolo concupiſcere pcipit. Intelligit porro ſenis appellatione Iudæũ, veluti tpe ſuperiorem, habita ad eccleſiam ratione, in qua neutrius fore diſcrimen ſignificat.

g *Domos.* Virtutes, p quib. in celeſtib. requieſcent. vñ. *In domo patris mei man. mul. ſunt: vnuſquiſq; propriam mercedem accipiet ſecundũ proprium laborem.* Tales domos obſtetrices ſibi dñr ædificaſſe, quia timuerunt Deũ. Iacob quoque habitat in domo quam Eſau qui feris delectabatur poſſidere non potuit. Ad literam n. ſtare non põt. Multi. n. ſancti ædificant domos ſed non habitant in eis.

☞ Secun-

D †Quicunque in terra iſta benedicet ſibi, in Deo fidelium ſibi benedicet: & qui iurat &c. Moraliter. Lib. 17. mor. c. 4.

E

Io 14. a. 1. Cor. 3.

Exod. 1. d.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Interficiet. *Quod fuit impletum per Titum.*
2 Et ſeruos. *In eum credentes.*
3 Vocabit. *Quia vocantur Chriſtiani a Chriſto.*
4 In quo. *Benedictione gratiæ, quæ datur in baptiſmo in quo accipitur nomen Chriſtiani.*
5 Benedicetur. *i. benedictione cœleſti, ſi in gratia perſeueret.*
6 Amen. *i. fideliter ſic fiet.*
7 Et qui. *i. hominibus aliquid affirmando.*
8 Iurat in terra. *Et non in idolo.*
9 Amen. *i. fideliter debet iurare.*
10 Quia obliuioni. *Hic cõſequenter deſcribitur retributio electorum ſeparatim, tamen aliquid interponitur de punitione malorum, vt videbitur, & primò ponitur retributio quantum ad conſecutionẽ boni, cum dicitur. Quia ob. quas fideles ſuſtinuerunt propter magnitudinem gloriæ ſuperuenientis in patria. Et quod ſic intelligatur, patet per hoc quod ſubditur.*
11 Ecce. n. *Quia in futuro innouabuntur corpora cœleſtia & elementa, non quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad claritatem & decorem, vt ſic magis reluceat in eis bonitas diuina ad gloriã Dei, & etiam electorum in ipſis bonitatem Dei clarius contemplantium quam antè: & talis innouatio vocatur hic creatio. Sicut dicitur rex vel papa creari propter immutationem ſtatus quamuis eorum ſubſtantia non mutetur.*
12 Et non erunt in mem. *Hoc eſt dictum ꝙ ſtatus eorum præcedens nullius momenti reputabitur reſpectu ſequenti.*
13 Sed gaudebitis. *Vox electi.*
14 Vſque in ſempiternum. *Quia æternitas a parte poſt eſt de ratione beatitudinis.*
15 In his quæ ego creo. *i. in corporibus cœleſtibus & elementis prædicto modo melioratis.*
16 Quia ecce. *i. eccleſiam triumphantem. Heb. 12. f.* Acceſſiſtis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cęleſtem, &c. *Non. n. dicitur creari ſimpliciter, quia cœlum empyreũ a principio mundi fuit factum, & angelis repletum: ſed dicitur creari quantum ad nouam exultationem quæ fiet in fine mundi: quia per actũ iuditio electi transferentur illuc in perfecta beatitudine corporis & animæ, & ex hoc creſcit gaudium angelorum: ideo ſubditur.*
17 Et populum eius. *Quia angeli gaudebunt de perfecta beatitudine electorum, & electi de conſortio angelorum.*
18 Et exultabo in Ieruſalem. *Non eſt intelligendum, ꝙ aliquid per hoc Deo accreſcat, cum ex ſeipſo ſit perfectè beatus, ſed quia faciet ciues cęleſtes in ſeipſo perfectè exultare, ſicut dicitur, Gen. 22. c.* Nunc cognoui. *i. cognoſcere feci.*
19 Et non audietur. *Hic conſequenter ponitur dicta retributio quantùm ad amotionem mali, cum dicitur.* Et non audietur. *In quo notatur amotio omnis triſtitiæ interioris & exterioris.*
20 Non erit. *i. aliquis habens multos dies deficientis tamen in induſtria vel ſcientia.*
21 Et ſenex qui non impleat. *i. habens multos annos in vacuũ tranſactos, ſed plenos meritis: & per hoc a ciuitate cœleſti amouetur defectus notitiæ & virtutis. Et quod ſic debeat hæc litera intelligi, patet per hoc quod ſubditur.*
22 Quoniam puer. *i. qui multum vixit, pueriliter ſequens paſſiones ſuas.*
23 Morietur, *Morte æterna.*
24 Et peccator centum annorum. *Qui tranſegit tempus ſuũ inuacuum a bonis operibus, peccans ex certa malicia.*
25 Maledictus erit. *Illa maledictione quæ habetur. Matth. 25.* Ite maledicti in ignem æternum, &c.
26 Et ædificabunt. *Per hoc remouetur malum infortunij a Ieruſalem cœleſti. Circa quod ſciendum ꝙ magnum infortunium reputatur inter homines quando quis multum laborat in aliquo, & non percipit fructum: in ædificatione autem domus & plantatione vineę antè quam faciet fructum, eſt magnus labor: ideò magnum infortunium reputabatur antiquitus, & adhuc reputatur: quando aliquis preuenitur morte antè quam experiatur bonum ſequens domus ab eo ędificatæ, & vineæ plantatę propter quod Deut. 20. b. dicitur ꝙ*

F

a *Secundum.n.* Sicut Chriſtus iam non moritur, mors il
A li vltrà non dominabitur, ſed in æternum regnat cum pa
Rom.6.b. tre, ſic & illi. Lignum .n. vitæ Chriſtus eſt, quod erat in
Gene.2.b. medio paradiſi.ſ.eccleſiæ. Vnde Salomon. *Lignum vitę eſt*
Prou.3.c. *his qui apprehenderunt eam.*ſ.ſapientiam quæ eſt Chriſtus.

d *Nepotes.* Quos filij eorum in fide genuerunt, ſicut Mar D
cus Petri diſcipulus, & Lucas Pauli filius.
e *Antequam clamen.* In conturbatione, in dolore mẽtis:
ſed in gaudio & lætitia. vnde. Quod .n. eſt gaudium no- 2.T
ſtrum aut corona gloriæ, nonne vos? &c.

* Theodoretus. Lignum vitę interdictum eſt Adam ne ad illud manum porrigeret, & vita viueret ſempiterna, ſi ex eius fructu veſceretur, quod nobis promittiť. Fuit.n. nobis lignũ vitæ crux domini recepit .n. veluti quendam fructũ admirabilem corpus domini viuificum, in quem fructum qui manus extenderimus & fructũ ederimus, vita ſempiterna viuemus.

† arborum

B b *Opera manuum.* Fidem doctrinam, operationem Apoſtolorum inueterabunt, vſque ad finem ſeculi ſeruando, fideles eorum imitatores.ſ. Vel ſecundũ quod quidam codices habent electis meis inueterabunt.i.ęternaliter ſaluabunt eos opera eorum.ſ. Apoſtolorum.

c *Semen benedictorum.* Apoſtoli, & alij doctores in prædicatione vel in alijs operibus ſicut Iudæi, quia æternam mercedem percipient, *quia venient cum exultatione portantes manipulos ſu.*

Pſal.125.a. Lib.3.ſtrom.
* Clemens Alexãd. Electi mei non laborabunt in vanum, neque procreabunt filios in maledictionem, quia ſemen eſt benedictũ a domino, quia regeneratis in Chriſto propoſita merces eſt. Reliqui maledictionem filios generant, & non intelligunt contra illos eſſe hanc prophetiam. Hæretici quoque in maledictionem generant: electi non dogmatizant, nec generant in maledictionem.

a ¶Opera bona, vnde. Inebriabuntur ab vbertate d. tuæ. Et alibi Satiabor cum a.g.t. ¶Hæc eſt vinea quæ ait. Ego ſum vitis vera, & vos palmites, & pater meus agricola eſt.
bunt, & plantabunt vineas, & comedent fru-
a ¶Diabolus ſ. b In medio eorum.
ctum earum. Non ædificabunt, & alius habi- 1
a ¶Diabolus i. non deuorabit virtutes eorum.
tabit: non plantabunt, & alius comedet. Se- 2
a ¶Vitæ. ¶De quo. Iuſtus vt palma flo. qui.ſ. quotidie triumphum reportat de aduerſarijs ſuis. b ¶Fidelis.
a cundum enim dies † ligni erunt dies populi 3
b mei, & opera manuum eorum inueterabunt 4
¶vel is. ¶Ergo.
electi mei. Non laborabunt fruſtra, neque ge- 5 6
a ¶Filios ſpirituales ſicut Rachel carnalem filium. 7
nerabunt in conturbatione: quia ſemen be- 8
a ¶Apoſtolorum.
c nedictorum domini eſt, & nepotes eorum 9
a ¶Sunt domini, vel in æternum gaudebunt. b ¶Ore. c ¶Clamantes corde.
d cum eis. Eritq; antequàm clament ego exau- 10
e a ¶Apoſtolis. b ¶Prædicantibus, vel pro aliquo rogantibus c ¶Quod petierunt dando, miracula faciendo. ¶Sermonem eorum ſignis confirmando.
diam, adhuc illis loquentibus ego exaudiam.
a ¶Saulus. b ¶Ananias. c ¶Fide credentium, pane verbi Dei. ¶In aduentu Chriſti. d ¶Prædicatores corda auditorum vomere prædicationis arantes.
f Lupus & agnus paſcentur ſimul & leo & bos 11
g a ¶Simul in eccleſia. b ¶Simplicem doctrinam cum profunditate myſterij paſcentur, ſicut quidam codices habent. c ¶Diabolo. 12
h d ¶Leues infructuoſi. ¶Impij tamquam puluis quem pro.v.a.f.t. 13
e ¶Vnde. Terram comedes 14
comedẽt paleas, & ſerpenti puluis panis eius. 15
16

* Theo. Sic Hieroſolymis carcere concluſo Paulo, dixit dominus. Confide Paulo, vt .n. de me teſtificatus es Hieroſolymis, ſic oportet Romæ de me teſtificari. Sic Philippis concuſſit carcerem & vincula.
f *Lupus.* Lupus Saulus, id eſt perſecutor. de quo. *Beniamin lupus rapax* Gen.49.
* Theo. Lupus, & agnus, .i. principes & ſubditi, reges & eorum ciues, ſapiẽtes & idiotæ vnam habebunt menſam, doctrinam Spiritusſancti. Agnos appellauit E viros virtute præditos, lupos, qui plura appetũt. Leones appellauit reges & principes: boues, ſacerdotes & antiſtites: paleas, cibum ſacratum ſacerdotũ, qui è paleis veteris teſtamẽti doctrinam euangelicam eruunt.
* Ambroſius. Lupi ſunt in Lu. hęretici & perſecutores, docere neſciunt, vlulare conſueuerunt. Sed nemo moueatur, ſi mittatur in medium luporum, beneficio Chriſti lupi mutantur. Beniamin lupus rapax erat, mutatus eſt, factus eſt Apoſtolus.
g *Agnus.* Qui.ſ. in candidis veſtibus ſequuntur agnum quocunque ierit. De quibus Petro dicitur. *Paſce agnos meos.* A lo.
h *Et leo & bos come.* Vir.ſ. diſſertus & potẽtiſſimus in ſeculo, ſpreta philo. eloquẽtia comedet paleas.i. vtilitatẽ & ſu

perficiem

## NICOLAVS DE LYRA.

* *illi qui ædificauerant domos nouas, & plantauerant vineas non in-*
C *trarent ad prelium: ſed reuertere ntur ad domos ſuas ne fortè interficerentur in prelio, & priuarentur bono conſequente modo prædicto. Et ex horrore huius inſortunij multi poſtea poſſent a bello pro republica defendenda retrahi, per hoc igitur quod dicitur hic.*

1 Non ædificabunt. *Datur intelligi, ꝙ nulla inſortunia erunt in ciuitate cœleſti. Iſta tamen ſpecialiter exprimuntur, quia communius inter homines huius vitę reperiuntur, ideo ſubditur.*

2 Secundum.n. dies ligni. *De quo ligno debeat intelligi exprimit tranſlatio Chaldaica, quę dicitur Thargum apud Hebręos: & eſt valde autentica apud eos, quę ſic habet. Secundum dies ligni vitę. Per eſum.n. ligni vitę durante ſtatu innocentię continuabatur vita humana abſque aliqua inueteratione, & illud fuit figura Chriſti, ſecundum quod dicit Ioan. in Apoc. vlt. Quo ligno reficiuntur beati interius in aſpectu ſuę deitatis & exterius in aſpectu ſuę humanitatis: ideo ſubditur.*

3 Erunt dies populi mei. *Quia vita beatorum eſt perpetua a parte poſt, ſicut & Chriſtus qui per lignum vitę hic intelligitur.*

4 Opera manuum eorum. *i. merita ſanctorum tantum durabunt in premio pro eis reddito quantum ipſi: ſecundum quod dicitur Apoc. 14.c.* Opera.n. illorum ſequuntur illos. *Per hoc autem ꝙ dicitur hic. Inueterabunt. non intelligitur aliqua corruptio, ſed perpetua duratio, eo modo loquendi quo dicitur de Deo, Dan. 7.f.* Donec venit antiquus dierum, & iuditium dedit ſanctis, &c. *Per antiquitatem ibi intelligitur ęternitas, & non defectio quę concomitatur antiquitatem communiter dictam, Heb. 8.b.* Qđ antiquatur & ſeneſcit propè interitum eſt.

5 Non laborabunt. *i. non laborauerunt, quia frequenter hic accipitur futurum pro preterito, & econuerſò.*

6 Fruſtra. *Quia conſequuntur premia,*

7 Neque generabunt. *In conturbatione.i. carnaliter, quam generationem ſequitur conturbatio ſollicitudinis circa prouiſionẽ vxoris, familię, & prolis, quod non habet locum in cœlis, ideo dicit Saluator. Mat. 22.c.* In reſurrectione non nubent neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei in cœlo.

8 Quia ſemen benedictorum domini eſt. *i. Apoſtolorum.* F

9 Et nepotes eorum. *Iſti ſunt electi, per ſucceſſores & diſcipulos Apoſtolorum in fide regenerati. Poteſt ẽt exponi quod dicitur.* Neque generabunt in cõturbatione, de generatione baptiſmali. *quę eſt per gratiam Spiritusſancti mentis quietatiuam.*

10 Eritq;. *Hic tertio ponitur retributio electorum, quantũ ad Dei familiarem aſſiſtentiam, & mutuam charitatis concordiam. Quantum ad primum dicitur.* Eritq; ante &c. *Clamor.n. orationis eſt propter impletionem deſiderij clamentis. Sancti verò in patria nihil volunt abſolutè niſi quod Deus vult: & ideo non orant, niſi pro eo quod eſtimant Deum velle: & ſic Deus exaudit eos antequam clament inquantum in ſua diſpoſitione immutabili iam eſt ordinatum quidquid ſimpliciter volunt ſeu optant. Secundum ponitur ibi.*

11 Lupus. *Si hoc referatur ad ſtatum eccleſię militantis, patet ſententia ex dictis ſuprà 11.c. Excepto ꝙ hic additur.* Et ſer. ſpul. pa.c. *Per ſerpentem hic intelligitur diabolus, qui ſub ſpecie ſerpentis primos parentes decepit, Gen. 3.* Cuius panis. *i. nutrimentum ſunt homines vani & terreni in quib. delectatur, qui nomine pulueris deſignantur. Si autem referatur ad ſtatum eccleſiæ triumphantis eò ꝙ propheta ſemper tranſit de vno ſtatu ad alium, & econuerſò, ſic exponatur.* Lupus. *i. ille qui in mundo prius fuit rapax, ſed poſtcà penituit bene viuendo.*

12 Et agnus. *i. ille qui bene vixit in innocentia perſeuerando.*

13 Paſcentur. *Quia in cœleſti patria ſimul reficiuntur, vt Paulus & Ioannes Euangeliſta, & conſimiles.*

14 Et leo & bos. *i. rex vel princeps ſecularis, & homo ruralis.*

15 Comedent paleas. *i. ſimiliter reficientur in patria dum tamẽ ſint ſimiles in meritis. Etſi dicatur hic, quod per paleam non intelligitur conuenienter refectio cœleſtis, dicendũ, quod hic eſt metaphorica locutio, vt ſatis patet ex prædictis, quæ non importat ſemper ſimilitudinem in omnibus: ſicut Chriſtus metaphoricè leo dicitur Apoc. 5.b.* Ecce vicit leo de tribu Iuda. *propter eius conſtantiam, & victoriam, & non quantum ad crudelitatem. Et eodem modo tenet hic propheta ſimilitudinem quantum ad refectionis vniformitatem & non quantum ad palearum vtilitatem.*

16 Et ſerpenti puluis panis eius. *Exponatur vt prædictũ eſt.*

* Non

perficiem hiſtoriæ cum bobus.i.prædicatoribus eccleſię.
A Hæc comedunt leones donec multis laboribus veniatur ad profunditatem myſterij ſicut Aug. & Cypria.& alij.

*Et ſerpenti.* ✻ Ambroſius. Damnati ſerpentis hæc eſt ſententia. Erit tibi terra cibus. Quæ terra,ea vtiq; de qua dictum eſt. *Terra es,& in terram ibis*, corpus.ſ. hominis. Manducat terram meam ſerpens, dentem carni meæ infigat, dicat dominus de me,tibi trado eum,tantum modo animam eius cuſtodi.Quanta vis Chriſti vt cuſtodia hoīs imperetur ipſi diabolo,qui ſemper vult nocere.

a ¶Agnis & bobus. b ¶Lupus & leo conuerſi.
a b Non nocebunt,neque occident in omni mon- 1
a ¶Eccleſia in confeſſione Chriſti, qui eſt mons in vertice montium
te ſancto meo,dicit dominus.

a *Neque occident.* Depoſita feritate, vel in præſenti, vel in futuro,& hoc eſt. D
b *In omni monte, &c.* Hoc Iudæi carnaliter accipiunt dicentes, quod in tempore Chriſti ſui tanta pax & ſecuritas ſibi erit,vt lupi,& agni,leones, & boues, ſerpentes, & homines commorentur ſimul & comedant neq; eis noceant quæ in templo, & in monte ſancto habitant. Ex quo colligit, quod omnes alij occidētur. Sed hoc falſum eſſe oſtenditur his verbis.Hæc dicit dn̄s. *Cælum ſe. mea ter.ſcabel.pe.me.&c.* hoc tn̄ Iudæi carnaliter intelligūt.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Non nocebunt. *Illa enim ciuitas cœleſtis erit immunis à mutuo nocumento,& omnibus modis inuicem conſolabuntur.*

## ADDITIO.

*In cap.65.vbi dicitur in poſtil.*Benedicetur in Deo.*i.benedictione cœleſti ſi in gratia perſeueret. Amen.*

*Iſta dictio Amen,non legitur in vete.teſtam.dici in Dei perſona aliqua affirmatiuè annunciantis ſeu promittentis, ſed ſolum in perſona hominis ſupplicantis,vnde Deuter. 27.c. Reſpondit omnis populus,Amen.Et Ier.11.a.*Et dixi Amen domine.*i.ſuppl.c o vt ita fiat,& ſic in alijs ſimilibus.Sed in Euangelio hæc dictio frequenter inuenitur dici in perſona Chriſti promittentis ſeu annunciantis, vt cum dicitur.* Amen dico vobis. *quod denotat promiſſiones ſeu aſſertiones a Chriſto factas fore veras ſeu fideliter implendas: vnde Chriſtus propriè poteſt dici Deus amen,eò quod ipſe ſolus hāc dictionem amen frequentabat promittendo ſeu aſſerendo. Et quia eius ſignificationem firmiter obſeruat implendo promiſſa, & ideò poſtquam propheta dixit quod nomina Iudæorum Chriſtum non recipientium dimitterentur in iuramentum.ſ. execratorium, eò modo quo dicitur Ierem. 29.* Et aſſumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iudæ, quæ eſt in Babylone dicentium. Ponat te dominus ſicut Sedechiam,& ſicut Achab.quos frixit rex Babylonis in igne:*& ſubiunxit.* Quòd ſerui Dei vocarentur nomine alio *ſ.Chriſtiani. Conſequenter dicit,quod Deus etiam ſortiretur aliud nomen.ſ.Deus amen. & hoc eſt quod dicit.*Qui eſt benedictus ſuper terram,benedicetur in Deo amen. *quia omnis benedictio gratiæ ſeu gloriæ non habetur niſi à Deo amen.ſ.Chriſto. Similiter qui iurat in terra debet iurare in Deo amen,quia iuramentum pertinet ad latriam,vnde Deut.6.b.cum dixiſſet:*Dominum Deum tuum timebis,&c. *ſubdit*: Et per nomen illius iurabis.*& ſic ex prædictis verbis propheta oſtendit quod omnis benedictio expectanda eſt a Deo amen.ſ.a Chriſto & omnis latria debetur Deo amen.ſ. ipſi Chriſto qui dicitur Deus amē ratione prædicta. Et nota quod Deus in ve.te. promittebat bona ſpiritualia & æterna implicitè,& tamen non totaliter dabat, ſed Chriſtus prædicta promiſſa impleuit,vnde ſuper illud Rom.1.b.*Ex fide in fidem. *glo. Ex fide promiſſionis in fidem impletionis: & ideo Deus in vet.teſt.nunquam legitur dici Deus amen: quia principalia promiſſa non erant impleta,ſed in nouo propriè dicitur Deus amen propter eorum impletionem.* E

*REPLICA.In cap.65.vbi dicitur.*Qui benedictus eſt ſuper terram,benedicetur in Deo amen.*Vbi Burg.facit vnam extortam expoſitionem dicens hic amen eſſe debere cognomen Chriſti vt dicatur Chriſtus Deus amen propriè, quia frequenter vtebatur illo nomine,vt patet in pluribus locis Euangeliorum. Sed videtur ironia imponere alicui nomen ex aliquo termino per loquelam frequentato, ſicut frequenter prædicans de nomine Ieſu per diſcipulos nominatus fuit Ieſita ironicè. Quid.n.prohibet hic amen accipi ſignificatiuè in propria ſignificatione ſine tali abuſiua expoſitione? Poſtilla.n.expoſitio valde rationabilis eſt vſque ad finem huius libri.*

## CAP. LXVI.

a Cœlum. Omnes ſancti quorū conuerſatio in cœlis eſt. vnde. *Anima iuſti ſedes eſt Dei. Cœlū ſedes mea.* q.d.Ne putetis hęc ad literam eſſe complenda.

b C ✻ Proco. Quia trib.duę cū dimidia non operum ſuorū & pietatis, ſed tēpli Dei virtute,expugnationē ſe eſſe vitaturas arbitrabantᷓ,iſta non ſibi ſed illis conducere demōſtrat,vt cū legalib.inhæſerint,non indignos ſe p̄ſtent,qui in ipſis habitet. Auerſari ſe p̄tereà hoſtias ſignificat,quę ab animi recti tudine non proficiſcantur.

c ✻ Origenes.Cum terram ſcabellū pedū eius appellat dominus, nō ignominiam ſed gloriā ſignificat,quæ de Deo modicā aliquā & nouiſſimā intelligit partē,quę moraliter appellatur pedes eius,ꝙ paruam cognitionē habet de Deo, q̄a videmus nunc in ænigmate,& dn̄m cognoſcimus per ſpeculū p̄ viſibilia quæ fecit, quæ pedes domini appellamus. vnde eccleſia ſuper terram,appellatur ſcabellum Dei. F

b *Quæ eſt iſta.*q.d.Putatis me localem, & in templo tantum manentem. Sed quæ eſt iſta domus &c.

c *Ad quem,&c.*Ablato altari tēploq; terreno ꝙ humana manus conſtruxit, rectè auferenᷓ victimæ Iudæorū ne fortè dicerent Non tam ſumus ſtulti,vt Deū putem⁹ hoc

## CAP. LXVI.

a Hæc dicit dominus: † Cœ- 1
a ¶Vbi voluntas mea ſit. b ¶Terreni apoſtatæ angeli quos propria virtute calcauit.
lum ſedes mea, terra au- 2
tem ſcabellum pedum
a ¶Tam magna.
b meorum. Quæ eſt iſta
¶Vt in ea includar.
domus quam ædificabi- 3
a ¶Humilis & quietus & tremens ſermones meos. ¶Quaſi.Nullus quia Omnia,&c.
tis mihi, & quis eſt iſte locus † quietis meæ? † requiſitionis.
¶A me.ſ.
Omnia hæc manus mea fecit: & facta sūt vni 4
¶Quaſi Hæc eſt quies & ſedes mea, non illa quam putatis, de qua.Templum Dei ſanctum eſt quod eſtis vos.
c uerſa iſta,dicit dominus.Ad quem autem re- 5
a ¶Humilem ſpiritu.Beati pauperes ſpi.Et alibi.Cor contritum & humilia. Deus,&c. b ¶Pro peccatis ſuis & aliorum. ¶Beatus vir qui timet dominum Initium ſap tim dom. 6
ſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum

† Act.7.f.

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. LXVI.

Aec dicit domi. *Hic circa prædicta remouetur Iudæorum fiducia falſa. Et primò hæc fiducia tollitur. Secundò propheta ad propoſitum reuertitur,ibi. Audite verbum domini.Circa primum ſciendum,quod Iudæi in aduentu Meſſiæ expectant templum reædificandum, in quo offerentur ſacrificia Deo acceptiſſima:hoc remouet propheta. Et primò confidentiam ædificationis,ſecundò dictæ oblationis,ibi.*Ad quem. *Circa primum dicit in perſona domini.*

2 Cęlum ſedes mea: terra aūt ſcabellum pedum meorū. *Non eſt per hoc intelligendum,quod in Deo ſint lineamēta corporis, ſicut intellexerunt aliqui Iudæi, & etiam aliqui ſimplices Chriſtiani,qui propter hoc dicti ſunt antropomorphitæ,vt habetur in Collationibus patrum.Collatione Iſaac 2. ſed per hoc datur intelligi,quod diuina eſſentia non eſt locò comprehenſibilis,ideo ſubditur.*

3 Quæ eſt iſta domus,&c.*i.quam creditis in futuro ædificari pro meo cultu? q.d.in hoc fruſtra confidite.*

4 Et quis eſt iſte locus quietis. *Alias requietionis meę? q.d. non quieſco niſi in meipſo,quia in ſeipſo perfectè beatus eſt.*

5 Omnia hæc.q.d.*Iſtis non indigeo,ſed econuerſo indigent conſeruatione mea,aliter redigerentur in nihilum,ſicut & ex nihilo facta ſunt.*

6 Ad quem autem. *Hic conſequenter remouetur confidentia ſacrificiorum.Circa quod ſciendum,ꝙ ſacrificia veteris legis ex duobus fuerunt accepta.Vnum erat deuotio & obedientia offerentium, eo ꝙ Deus talia præceperat offerri:& ſecundum hoc motus voluntatis interior ad obediendum Deo erat principaliter Deo gratus: & quantum ad hoc dicitur.* Ad quem autem reſpiciam niſi ad pauperculum? *i.ad verè humilem.*

hoc loco poſſe cō-
A cludi, ſed in ſeparato ad † glorificandum Deū loco victimas immolamus ſicut in lege præcipitur.

† ſacrificandū Deo.

Hom.6.ex varijs in Matt. † ſuffumigat thus. † Attamē illa

✲ Chryſoſtomus. Multi ſunt modi humilitatis: propheta cum dicit. Super humilē requieſcam, non ſimpliciter humilem ſignificat, ſed confractā nobis mentem deſignat, & nimis confractam, vt in illo, ſpiritus contribulatus & cor contritū.

a *Qui immolat bouem.* q.d. Sacrificiū veſtrum nō placet mihi poſt immolationem veri ſacrificij, in cuius vmbra
B illa ſacrificia conceſſi vobis, & ne immolaretis idolis

b *Canem*. De quo per Moyſen. *Non offeres in domo Dei tui mercedem meretricis, neque pretium canis.* Et bene canis & meretrix copulantur, quia ſimiliter libidinantur.

Deut.23.c.

c *Elegerunt in vijs ſuis.* Nō mea voluntate, ex quo agnus immolatus eſt. Vnde. *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.*

1.Cor.5.b. Io.11.e

d *Et quæ timebant.* Romanos vnde. *Venient Romani, & tol. no.lo. & Gentem.* Vel famem, peſtem, captiuitatem.

a ¶ Miſericordiam volo, & non ſacrifitium.
a ſpiritu & trementem ſermones meos? † Qui immolat bo-
a ¶ In ſacrifitio. ¶ Quod prohibitum eſt.
uem, quaſi qui interficiat virum. Qui mactat pecus, quaſi
¶ Secundum legem.
b qui excerebret canem. Qui offert oblationem, quaſi qui
a ¶ Quod contra legem. b ¶ Vt afferat quod lex præcipit
ſanguinem ſuillum offerat. Qui † recordatur thuris, quaſi
a ¶ Laudet, veneretur. b ¶ Supradicta. c ¶ Propria arbitrio d ¶ Non Dei ſ. qui eſt via
c qui benedicat idolo. † Hæc omnia elegerunt in vijs ſuis, &
a ¶ In his ſ. quæ abominari debuerant. b ¶ Animalitas, non ratio. c ¶ Quia ſui magis quam Dei amatores. d ¶ Permiſſione.
in abominationibus ſuis anima eorum delectata eſt: unde
a ¶ Dæmonum & Romanorum quibus illudantur. ¶ Scilicet illuſiones, diabolum, Antichriſtum malos principes, Sacerdotes, Scribas, & Phariſæos. b ¶ Venite ad me om. qui lab. & one. eſt & eg. ref. vos. Et Pœnitentiam agite.
d & ego eligam illuſiones eorum, & quę † timebāt adducam
¶ Eos ¶ Ex eis. a ¶ Vt ſupra obediendo, imitando. b ¶ Idem.
eis: quia uocaui, & non erat qui reſponderet: locutus ſum,
a ¶ Exaudierunt. b ¶ Aperte malum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt.
& non audierunt: feceruntq; malum in oculis meis, & quæ
a ¶ Errorem. ¶ Barrabam. b ¶ Propheta ad Apoſtolus.
c ¶ Reuerentes, venerantes.
nolui elegerunt. Audite uerbum domini, qui tremitis ad
a ¶ Iudæi ſecundum carnem.
e uerbum eius. Dixerunt fratres ueſtri, odientes uos, & abij-
¶ Veſter.
f cientes propter nomen meum. Glorificetur dn̄s & † uide-
a ¶ Ipſum in ipſa maieſtate. b ¶ Qui talia loquuntur. c ¶ Quia. ¶ Doloris & planctus.
g bimus in lætitia ueſtra, ipſi aūt confundentur. Vox populi

e *Odientes vos.* Quia
D de mundo nō eſtis, quia in me creditis quia nomen meū habetis, a Chriſto Chriſtiani dicti, vnde. *Iam.n. conſpirauerant Iudæi, vt ſiquis cōfiteretur Chriſtum, extra ſynagogam fieret.*

† 1.c. Iſaia 10.1

Io.9

f *Glorificetur.* q.d. Appareat glorioſus, quia eſt lætitia veſtra, vt credamus vobis, qui modo vilem & abiectū prædicatis. In die iudicij cum venerit in gloria ſua poteſtate magna & ma. & virtute, vel etiā in præſenti, vnde ſubditur.

Luc. ...

E g *Vox populi de ciuitate*. Adueniente Romano exercitu ſecūdum Ioſephū diuiſi ſunt Iudęi in tres partes de principatu contendentes. Alij ſibi alium principem præponentes. Pars autem populi & Sacerdotum, tenebant templum, arcem verò & regiam domum pars populi & principum: reliquam verò ciuitatem tertia pars & maximè vulgus. Pugnabant ergo & extrà contra hoſtes, & intrà contra ciues. Romanis ergo vrbem irrūpentib. audita eſt vox populi plangētis de ciuitate, vox Sacerdotū, & q cū ipſis erant de tēplo.

Vox

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et trementem ſermones meos. *i. verè obedientem qui reformidat tranſgredi verba mea ēt in minimis. Aliud erat fides offerentium. Sacrificia.n.illa fuerunt quædam ſigna oblationis Chriſti futuræ in cruce: & ideo talis oblatio erat quædam proteſtatio huius fidei: oblatio autem Chriſti in cruce iam tranſijt in præteritum, &*
C *ideò oblatio talium ſacrificiorum poſt publicationem Euangelij eſt mortifera, ſi quis vellet proteſtari quod Chriſtus ſit venturus, qui venit: & hoc eſt quod dicitur hic.*

2 Qui immolat, &c. *Iſtud ſemper fuit probibitum & illicitū, & eodem modo offerre tale ſacrificium poſt Euangelij publicationē*

3 Qui mactat pecus. *i. caprum vel ouem: de iſtis.n.tribus ſpeciebus animalium.ſ. bouis, capræ, & ouis fiebant ſacrificia veteris legis, ſicut dictum fuit plenius ſuper Leuit.*

4 Quaſi qui excerebret canem. *Reputabatur.n.canis tantæ vilitatis, quod non ſolum erat animal immundum ad immolandum & comedendum, ſed etiam ad redimendum. Primogenitum.n.aſini licet non offerretur, tamen redimebatur oue, Exo.13.b.* Non autē primogenitum canis, *ſed excerebrabatur.*

5 Qui offert oblationem. *De terræ naſcentibus vt de pane, vino, oleo, & thure.*

6 Quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat. *Quod erat abominabile coram Deo. Tum quia ſus eſt animal immundum ſecundū legem. Tum quia idololatræ in ſuis ſacrificijs tali ſanguine vtebantur, vt patet 1.Machab.1.*

7 Qui recordatur thuris. *i. oblationis thymiamatis.*

8 Quaſi qui benedicat. *i. offerat idolo. Accipitur.n.hic benedictio pro oblatione vel xenio. ſicut dicitur 1.Reg.25.c.* Accipe benedictionem quam attulit famula tua, &c.

9 Hæc oīa elegerunt in vijs ſuis. *Dimittentes vias Euangelij*

10 Et in abomi. ſuis. *i. in talib. oblationib. Deo abominabilibus.*

11 Anima eorum delectata eſt. *Non quia modo offerant talia ſacrificia cum offerre ſit eis illicitum niſi in templo quod erat in Ieruſalē quod eſt deſtructum, ſed quia ſperant talia delectabiliter exercere in aduentu Meſſiæ, vt dictum eſt. Poteſt ēt hoc referri ad tempus quod fuit poſt publicationem Euangelij in Ieruſalem per Apoſtolos vſq; ad deſtructionem templi: quia illo tempore offerebant ſacrificia, ēt tempore obſidionis ciuitatis per Titum, vt dicit Ioſephus lib.6.de Iudaico bello, quod ſacerdotes offerentes ſacrificia in altari holocauſtorum aliquando interficiebantur lapidibus machinarum.*

12 Vnde & ego eligam. *Fruſtrando eos ſua fiducia.*

13 Et quæ timebant. *ſ. deſtructionem templi & ciuitatis ſi referatur hoc ad tempus immediatè prædictum quod præceſſit templi deſtructionem. Si autem referatur ad tempus ſequens hoc exponendum eſt de eiectione & opprobrio, & alijs malis temporalibus in quibus ſunt & erunt, quæ timent Iudæi & timuerunt. Et cauſa horum malorum ſubditur, cùm dicitur.*

14 Quia vocaui. *Eos ad fidem in perſona propria eis prædicando, & per Apoſtolos, & eorum ſucceſſores.*

15 Et erat. *Quia pauci comparatiuè hanc prædicationem receperunt.*

16 Locutus ſum. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem exaggerationem.*

17 Feceruntq; malum. *Quia Iudei vſuris, rapinis, & ſortilegijs ſunt valde intenti communiter.*

18 Audite. *Remota falſa fiducia Iudæorum, hic propheta reuertitur ad propoſitum, quod eſt deſcribere duplex Dei iuditium a principio cap.64. vſque ad finem libri, vt dictum fuit ibidem. Et diuiditur reſiduum huius cap. in tres partes, quia primò propheta deſcri*
F *bit aliqua pertinentia ad iuditium diſcretionis, ſecundò aliqua pertinentia ad iuditium retributionis, ibi.* Lætamini. *tertiò aliqua pertinentia ad vtrumque, ibi.* Et mittam. *Circa primum ſciendum, quod iuditium diſcretionis eſt quo aliqui Iudæi vocati ſunt ad fidem, alijs in ſua infidelitate dimiſſis iuſto Dei iuditio, licet nobis occulto. Primò ergo tangitur iudicium diſcretionis quantum ad dimiſſos, ſecundò quantum ad vocatos. ibi.* Antequā. *Circa primum ſciendum q Iudęi in infidelitate permanentes fuerunt valde moleſti credentibus, vt patet in Actibus Apoſt. in multis locis. Et hoc eſt quod dicitur hic.* Audite verbum domini. *Vos Apoſtoli & alij credentes.*

19 Qui tremitis ad ver. *Tanquam verè humiles & obedientes*

20 Dixerunt fra.ve. *i. Iudęi infidelitate obſtinati.*

21 Obedientes vos. *Interitus in corde.*

22 Abijcientes. *ideſt, exterius ingerentes perſecutiones in corpore.*

23 Propter nomen meum. *i. quia confitemini me tanquam verum Chriſtum.*

24 Glorificetur dominus. *Iſtud dicebant ironicè de Chriſto, vnde. Et ipſi in cruce pendenti dicebant Mat.27.e.* Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere, &c.

25 Et videbimus in letitia veſtra. *q.d. Finis veſtrę credulitatis non erit vobis ad lætitiam, ſed magis ad triſtitiam & confuſionē. Sed quia accidit contrarium, ideò ſubditur.*

26 Ipſi autem confundentur. *ſ. in deſtructione ciuitatis & tēpli per Romanos facta poſt mortem Chriſti, ideo ſubditur.*

27 Vox populi, &c. *Clamantis in eius deſtructione.*

✲ Vox

Vox etiā domini audita eſt A in Romanis exultantib. qui etiam nutu Dei venerūt reddentis re.ini.ſcilicet Iudæis ſ. per Romanis.

⁂ Theo. Deſcribit propheta clamorem & lamentationem futuræ vaſtationis & depopulationis vrbis Hieroſolymorum poſt crucem domini. Et cum dicit vox retribuetur aduerſarijs, meritò illas pœnas irrogatas Iudæis oſtendit.

a *Antequam par.* Non paulatim, ſed nec multo tempore vt populus Iudæorum creuit eccleſia: ſed ſtatim mundus concepit audita prædicatione & peperit maſculum quem Pharao & Herodes conabantur occidere, qui in Moyſe & in Chriſto ſaluatus eſt in Aegypto. Abraham quoque & Iſaac maſculos habuere filios. Iacob inter multos filios Dinam genuit, pro qua multa ſuſtinuit. Peperit ergo Sion, ideſt reliquię Iſrael maſculum, ideſt Chriſtum qui in toto orbe generator ſimul quod nullus audiuit: nulla hiſtoria narrauit, vt alicuius doctrina omnes ſimul crederent nationes, & de diuerſis Gentibus vna fieret. Vnde: *adorabit in conſpectu eius vniuerſi fines terræ.* Et Dauid inquit, *Spes omnium finium terræ & in mari lon.*

⁂ Euſebius. prędicitur hoc loco illud qđ admiratione non ſolum orbis terrarū eſt proſecutus, verumetiam ipſe Iſaias, dum narrat videtur non ſatis poſſe admirari poſt Chriſti crucem, intra breuiſſimum tempus, natū populum illum nouū, non in vno aliquo obſcuro terræ loco ſed qui ſeſe fuderit toto orbe terrarum. D

⁂ Ambr. Habet filios eccleſia ſine partus dolore vnde dicitur de eccleſia. Quis audiuit ſi parturit terra die vna? Vna die terra non parturit ſed parit gratia. Venit paſchę dies in toto orbe baptiſmi ſacramenta celebrantur, vno ergo die ſine aliquo dolore multos filios, & filias ſolet eccleſia parturire E

⁂ Theodo. Hoc experientia docuit Nam vna concione Petri ſimul tria hominū millia conuerſi & ſacro baptiſmate regenerati ſunt in filios Dei. Et rurſum cū concionaretur, quinq; millia filiorū ſimul peperit eccl'a Dei.

b *Maſculum.* populum fortem de quo Stephanus. Paulus qui dicit: *Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti?*

⁂ Proc. Non enim mollitie effœminatur Dei populus.

c *In die vna.* Apoſtolus filios ſuos tanq̄ vna die ſimul genuit, quia in Chriſto qui lux & dies, & in vnitate fidei.

d *Si ego.* q.d. Ego qui omnes creaui homines ex nihilo, creabo mihi ex omnibus Gentibus eccleſiam vnam quę ædificatur de viuis lapidibus. ☞ a *Lætamini.*

F

† dolor.

In exhortat. ne ad virgines.

† Iere. 18. c.

Act. 6. c.

Rom. 8. g.

a ¶Audita eſt. b ¶Sacerdotum. c ¶Exultationis in Romanis. ¶Audita eſt. 1
de ciuitate, vox de templo, vox domini red 2
a ¶Pro morte patriarcharum, prophetarum & ipſius Chriſti. b Iudæis ſcilicet qui olim filij. ¶Iudæis per Romanos. c ¶Iudæis pro impietate ſua damnatis, eccleſia parit. ¶Maria. ¶Primitiua eccleſia. 3
a dentis retributionē inimicis ſuis. Antequā 4
a ¶Deus pater verbum filium ſibi coæternum. b ¶Idem. 5
¶Quaſi imperate, citiſſime 6
parturiret peperit. Antequā veniret † partus 7
a ¶Marię. ¶Primitiuæ eccleſiæ. b ¶Deus pater. ¶Genuit ſine tempora c ¶Vna die tria millia, alia quinque qui potius voluerunt mori quam a fide Chriſti & charitate ſeparari. c ¶Fortem filium per quem oīa facta ſunt & ſubſiſtūt.
eius peperit maſculum. † Quis audiuit vnq̄
b a ¶Vt antequam parturiat pariat cum naturaliter parturitio partum præcedat; & in tam breui ſpacio pignat tot millia hominum.
talē, & quis vidit huic ſimile? Nūquid partu 8
¶Semel tanquam omnia ſit in lucem fuſura a ¶Quam illuſtrat ſol iuſtitiæ. b Filioli mei quos iterum parturio donec Chriſtus formetur in vobis. c ¶Tota.
c riet terra in die vna, vt parietur Gens ſimul?
a ¶Quaſi: Multo labore genuit in fide. b ¶Apoſtoli c ¶Spirituales. 9
quia parturiuit & peperit Sion filios ſuos. 10
a ¶Simile. Qui plan. aurem, non audiet? b ¶Carnaliter. 11
Nunquid ego qui alios parere facio ipſe 12
a ¶Spiritualiter filium coæternum & alios ſpirituales Vnde: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. 13
d non pariam dicit dominus? Si ego qui ge- 14
a ¶Quaſi non erit.
nerationem † cæteris tribuo ſterilis ero? ait

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vox de templo. *ſ. ſacerdotum, quando templum fuit combuſtum, & ipſi fuerunt occiſi de præcepto Titi, dicentes iuſtum eſt ſacerdotes cum templo perire.*

2 Vox domini. *i. Romanorum ex victoria exclamantium, vt dicit Ioſephus libro de Iudaico bello. Et dicitur vox eorum vox domini, quia in illa victoria fuerunt inſtrumenta Dei & miniſtri.*

3 Reddentis retributionem. *i. debitam pœnam.*

4 Inimicis ſuis. *i. Iudæis qui eius mortem procurauerunt.*

5 Antequam. *Hic agitur de iudicio diſcretionis quātum ad vocatos ad fidem: Et quia Chriſtus eſt caput fidelium, ideò primò agitur de natiuitate Chriſti, ſecundo de natiuitate fidelium in generatione baptiſmali, ibi:* Nunquid parturiet. *Circa primum ſciendum, quod pars iſta ab Hebræis antiquis & etiam a modernis communiter exponitur de natiuitate Chriſti. Et quòd debeat ſic intelligi, patet per tranſlationem Chaldaicam apud Hebręos autenticam, quæ vbi hic habemus: Antequam parturiret peperit, antequam veniret partus eius peperit maſculum ſic habet: Adhuc non erat ei veniens anguſtia redimetur, & adhuc non veniet ei tremor ex doloribus propter partum, reuelabitur rex Meſſias. Dicunt Iudæi moderni, quòd eadem, die qua fuit deſtructum templum per Romanos natus fuit rex Meſſias, ſed adhuc non liberauit Iudæos eos de captiuitate: quia adhuc non habuit licentiam a Deo propter eorum peccata ſed ſtatim cum habuerit exequetur, et ideò expectant eum venturum ſcilicet ad ſuam liberationem, ſicut filius regis natus adhuc magno tempore expectatur ad regnandū. Sed poteſt quæri ab eis, vbi ſtetit tantum temporis, quia a deſtructione templi vſque nunc fluxerunt anni. M.CCLI. quia templum fuit combuſtum anno a paſſione domini. 42. & modo currit annus domini. M.CCC.XXVII. Ad hoc autē reſpondent variè, quia aliqui dicunt quod eſt cum angelis, ſicut fuit Moſes. quadraginta diebus & 40. noctibus cum angelo qui loquebatur ei in perſona domini. Act. 7. Alij vero dicunt, quod ipſe eſt Romæ in porta ſedens cum pauperibus & leproſis, allegantes ad hoc illud, Iſa. 53. a.* Et nos uidimus eum quaſi leproſum a Deo percuſſum & humiliatum, *& intelligitur de Chriſto etiam ſecundum Hebræos, vt dictum fuit ibidem. Alij dicunt, quod vadit per mundum in paupertate & afflictione ad ſatisfaciendum pro peccatis Iudæorum. Sed iſtę reſponſiones & conſimiles ſatis apparent friuolæ & falſæ ex eorum variatione. Item ſecundum eos Meſſias eſt purus homo, vt patet ex dictis: & quia reputant eum hominem purum, & per conſequens habet ſenectutem & corruptionem annexā, & ideo nulla apparentia eſt quod tandiu vixerit. Item extortè exponunt literam iſtam: Antequam parturiret peperit. q.d. dum parturiret ſcilicet Iudæa vel ciuitas Ieroſolymitana ſentiēs dolorem de ciuitatis & templi deſtructione, peperit Saluatorem ſcilicet. Meſſiam dicendo quod eadem die fuit dicta deſtructio & Meſſiæ natiuitas: quia iſta dictio antequam ſemper denotat temporis anteceſſionem, & idem eſt de dictione Hebr. hic poſita ſcilicet, Betherem quæ ſemper ſignat ante, & nunquam ſignant dum vel quando. Igitur accipiendo id quod eſt verum in hoc dicto Hebræo, ſcilicet quod iſte paſſus intelligendus eſt ad literam de natiuitate Meſſiæ, ideſt Chriſti, & dimittendo id quod eſt falſum, ſic exponitur ſecundū veritatem:* Antequam parturiret peperit. *ideſt antequam beata virgo Maria dolorem partus ſentiret peperit: quia ſicut virgo concepit, ita ſine dolore peperit.*

6 Antequam ueniret partus eius. *ideſt dolor ex partu: & eſt replicatio eiuſdem ſententiæ ad maiorem expreſſionem & confirmationem.*

7 Quis audiuit vnquam tale. *q.d. nullus, quia ſicut nulla alia virgo concepit, ita nec ſine dolore peperit.*

8 Nunquid parturiet. *Hic conſequenter agitur de natiuitate fidelium per regenerationem baptiſmalem: quia poſt reſurrectionem & aſcenſionem Chriſti fideles breui tempore fuerūt valde multiplicati vt patet in Actibus apoſtolorū in pluribus locis & in legendis aliorumque Chriſti diſcipulorum, ita quod viuente Petro fuit fides publicata in omnibus partibus terræ habitabilis, ſicut fuit dictum plenius ſuper illud Pſal. 18. a.* In omnem terram exiuit ſonus, &c. *& hoc eſt quod dicitur:* Nunquid parturiet terra in die vna. *ideſt in tempore breui. Et dicet:* Parturiet. *ſcilicet eccleſia primitiua quæ fuit in afflictione & perſecutione multa.*

9 Aut parietur Gens ſimul? *i. Gentiles de omnib. partibus.*

10 Quia parturiuit & peperit Sion. *ideſt eccleſia ſic nominata, vt dictum eſt ſupra cap. 2.*

11 Filios ſuos. *in Chriſto regeneratos. Et quia talis multiplicatio repentina facta eſt virtute diuina, ideo ſubditur.*

12 Nunquid ego qui alios parere facio. *ideſt fœcunditatem naturalem omnibus tribuo.*

13 Ipſe non pariam? dicit dominus. *multiplicando fideles dicto modo, quaſi diceret, immo ſic faciam, ideo ſubditur.*

14 Si ego qui generationem cęteris tribuo ſterilis ero. *Replicatio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem aſſirmationem. Aliqui autem doctores catholici exponunt hoc de ęterna generatione filij a patre ſecundum naturam diuinam: ſed hæc expoſitio videtur magis myſtica quam literalis.*

⁂ Lætamini

A a *Lętamini cum.* ò Angeli ò Apoſtoli triſtes de perditione Iudæorum infidelium. Lætamini conſolati de fide & ſalute Gentium de quibus ædificatur eccleſia.

b *Vt ſugatis.* Fidem ſimplicium, & opera bona inde delectati. Fides credentium lac & cibus eſt prędicatorum. Vnde & Chriſtus: *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.* (Ioan. 4. d.) *Vt ſugatis & repleamini.* Puerpera quæ genuit maſculum non caret abundantia lactis in educatione Gentis & paruulorũ qui ſimul nati ſunt, vt pberet eis duo vbera veteris & noui teſtamenti. Et notandum quod paruuli lacte conſolationis indigent quaſi adhuc in carne vertantes: Qui verò poſt lac conſolationis ad ſolidũ cibum profecerunt affluẽt delicijs veritatis & ſcientiæ omnimodæ gloriæ.

B c *Vt mulgeatis.* Sancta eccleſia in omnibus vna in alijs habet lac, ſimplicem, ſ. fidẽ operationem. In alijs affluit omnimoda gloria, chariſmatum ſcilicet abundãtia, & diuinitatis ſcientia & humanitatis Chriſti; Sancti ergo prędicatores in oĩbus delectantur tanquam carpẽtes ab alijs hoc, ab alijs illud. († pacem.) († ſuper latus.)

d *Ab vber.* Ab apoſtolis & prædicatorib. ad dona Spiritusſancti, vel ad doctrinam veteris & noui teſtamenti. Quod enim prædicant operib monſtrant, vt ſic auditoribus, ducatum præbeant.

* Auguſtinus. (Lib. 20. de ciuitate cap. 21) Poſt labores ærumnarum curarumque mortalium conſolabimur tanquam paruuli domini in humeri genibuſq; portati, rudes enim nos & nouos blandiſſimis adiutorijs blandiſſima illa beatitudo ſuſcipiet.

C e *Blandientur vobis.* Suſtentantes lac dãtes, ſicut ille qui dicit: (Rom. 12. a.) *Obſecro vos. fratres per miſericordiam Dei vt exhibe. corda veſtra, &c.* (Hom. 12. a.) Et *Obſecro vos tanquam ad.* († Reddere vt reddat.) (1. Pet. 2. b.)

f *Quomodo.* Omnipotens Deus tanquã miſericors & miſerator, modo aquilæ, modo gallinæ, modo matri blandienti ſe comparat, vt vos ſaltẽ blandicijs alliciat. Sicut ẽt aquila in rupibus inacceſſis nidum parat, ne acceſſus alicui pateat. Et in medio amethiſtum lapidem qui omnia venena fugat ſecundum Phyſicos, propter ſerpentes arcendos, quædam alia ſecreta naturæ collocat. Sic ipſe in cordibus noſtris lapidem. i. fidem ſuam ponit ſcilicet, ſeipſum qui eſt lapis abſciſus ſine manib. de mõte quo omnia venena diaboli fugãtur. Aquila enim plus omnibus beſtijs, & iumentis, pecudibus, auibuſque fœtus diligit, vt aiunt qui de animantium ſcripſere naturis. D

g *Videbitis.* O apoſtoli multitudinem viuentium ad fidem. Et gaudebit cor veſtrũ de ſalute illorum, & oſſa veſtra virtutes germinabunt in aliorum cordibus, fructus bonæ voluntatis & operationis. Sicut enim corpus oſſibus, ita anima ſuſtentatur virtutibus.

h *Et oſſa veſtra.* In die iudicij corpora veſtra reuiuiſcẽt in immortalitate, vt ſicut in corpore & aĩa in pręſenti vita Deo ſeruiuiſtis, ſic corpore & aĩa præmia recipiatis. E

✲ Theo. Mortuorum ſignificatur reſurrectio, vbi inſtauratione oſſium aſſimilat reuireſcenti herbæ poſtquã fuerit exſiccata & mortua & in terram reſoluta.

i *Cognoſcetur.* In iudiciò ſcilicet bonis ſuauis & mittis, impijs vltor, & fortis cognoſcetur filius, qui patris manus eſt, per quẽ oĩa operať.

k *Inigne.* qui æternius erit malis quos inuoluet, & adducet ad ſupplicium ęternũ, quo purgabitur quid in bonis erit purgandum.

✲ Theod. Videntur his ſignificari ea quæ in ſacratis euangelijs dicuntur, videbitis filium hominis venientem in nubibus cœli cum poteſtate & gloria cum electis, angelis.

l *Quadrigæ eius, Reddet indignatione.* Currus quia tũc triumphaturus, & omnes aduerſarios debellaturus nõ quod egeat miniſterio angelorũ.

m *In igne do.* In iudicio. Vel, diſcretio eius & iuſtitia monſtratur, dum bonos a malis diuidit iuſto iudicio, non potentia. *Gladio.*

a dominus Deus tuus. Lætamini cum Ieruſa- 1
a Quæ ædificatur ex viuis lapidibus. b Cæleſti, & eccleſia præſenti ex Gentibus collecta. b In fide fidelium eius.
lẽm, & exultate in ea omnes qui diligitis eã. 2
a Vero b De perfidia Iudæorum. Be t. qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.
Gaudete cũ ea gaudio vniuerſi qui † lugetis 3 4
a Duobus teſtamentis inde trahitur doctrina ſimpliciũ quaſi lac infantium. vnde & ipſa conſolatur. vel donis Spiritusſancti.
ſuper eam, vt ſugatis & † repleamini ab † vbe 5
a Simplicium fidem. Et ſic
b ribus conſolationis eius, vt mulgeatis, & † de
c a Fide, virtutibus, operibus, cognitione diuinitatis & humanitatis Chriſti.
licijs affluatis ab oĩmoda gloria eius. Quia
a Extructa per Apoſtolos eccleſia. b Infundam. c A Iudæis, a me declinantibus.
hęc dicit dominus: Ecce ego declinabo ſuper
a Ieruſalem. b Abundantia Sanctiſpiritus, quo pacificamur Deo & angelis. Fluminis impetus lætificat D. Et: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. c Velociſſimam fidem. vnde: In auditu auris obediuit mihi. vnde gloriosæ. Gentes ſunt
eam, quaſi flumen † pacis, & quaſi torrentem
a Delectati.
inundantẽ gloriam Gẽtium, quam ſugẽtis.
a O Gentes crediture: b O Apoſtoli.
d †Ad vbera portabimini, & ſuper genua blan 6
c f dientur vobis. Quomodo ſicut mater blan-
a Et plus vnde: Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar. b In præſenti. vnde: Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. c Cœleſti.
diatur, ita ego cõſolabor vos, & in Ieruſalem
a Præſentia mea. b O fideles in æterna beatitudine Deum ſcilicet ſicuti eſt. vnde: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt c Gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Sine fine.
g cõſolabimini. Videbitis & gaudebit cor ve 7
a Hyeme mortua, verè rediuiua. 8
h ſtrũ, & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt. 9
a In die iudicij, vel hic. b Potentia operatio, vnde: ad Pharaonem per Moyſen: Manus domini ſuper te & ſuper populum tuum. c Quibus dicet: Venite benedicti patris mei. 10
i Et cognoſcetur manus domini ſeruis eius, & 11
a Dæmonibus, Iudæis, operibus reprobis quibus dicet: Ite male in ign æter.
indignabitur inimicis ſuis. Quia ecce domi- 12
a Ignis ante ipſum præcedet Et: Ignis in conſ. eius exar. b Ad iudicium. c Angeli in iudicio committantes eum
k nus in ignẽ veniet, & quaſi turbo quadrigæ 13
l a Dicendo: Ite maledicti in ignem æter. b Et: Ibi & non dediſtis mihi manducare. 14
ei. Reddet ĩ indignatiõe furorẽ ſuũ & incre 15
a Sententia terribilis, quaſi ignis deuorabit eos. 16
m pationem ſuã in flãmma ignis, quia in igne 17

NICOLAVS DE LYRA.

1 Lætamini cum Ieruſalem, & exultate in ea. *Hic conſequẽter agitur de pertinentibus ad iudicium retributionis, & primò retributionis bonorum, ſecundò malorum ſiue reproborum, ibi:* Et cognoſcetur. *Circa primum dicitur:* Lætamini cum Ieruſalem & exultate in ea. *i. cum eccleſia militante ad triumphantem tranſeunte in finali iudicio.*

2 Omnes qui diligitis eam. *ideſt habentes veram & firmam charitatem.*

3 Gaudete cum ea gaudio. *Replicatur gaudium propter duplicem lætitiam tunc perfectè habendam, ſcilicet interius & exterius ex gloria animæ & corporis.*

4 Vniuerſi qui lugebatis ſuper eam. *i. afflictionibus tyrannorum, & maximè Antichriſti.*

5 Vt ſugatis & repleamini ab vberibus conſolationis eius. *tot verba conſolatiua & affluentiæ boni expreſſiua ponuntur hic ad deſignandum excellentiam retributionis cæleſtis quæ excedit noſtram apprehenſionem, ſicut dictum eſt, ſup. 64 b.* Oculus non vidit Deus abſque te quæ præpara. expec. te.

6 Ad verba. *Iſta dicuntur ad exponendum familiaritatem & beneuolentiam Dei erga electos per aſſlictionem matris ad filios.*

7 Videbitis. *i. effectu quod prænunciaui vobis. Vel: Videbitis faciem meam clarè & apertè.*

8 Et gaudebit cor veſtrum. *quia dictæ viſioni annexa eſt fruitio beata.*

9 Et oſſa veſtra. *quæ modo ſunt in terra partim arida, partim putrefacta.*

10 Quaſi herba germinabunt. *in reſurrectione futura. vnde & primæ Corinth. 15. b. reſurrectio mortuorum aſſimilatur ſemini germinanti.*

11 Et cognoſcetur. *Hic agitur de retributione pœnę quantũ ad reprobos: Et continuando ſequentia pręmiſſis dicit:* Et cognoſcetur manus dñi ſeruis eius. *Sic poteſtas domini manifeſtè apparebit in retributione gloriæ ſeruis ſuis & in electis, ita apparebit eius poteſtas in retributione pœnæ infidelibus reprobis. ideo ſubditur.*

12 Quia ecce dominus in igne. *quia ignis conflagrationis ante faciem eius ad iudicium venientis pręcedet, Pſal. 96. a.* Ignis ante ipſum præcedet.

13 Et quaſi turbo quadrigę eius. *i. angeli qui erunt executores diuini Iudicis, & venient cum magna poteſtate.*

14 Reddet indignatione ſu. *ideſt ſuę iuſtitię effectum.*

15 Et increpationem ſuam. *quã dicet reprobis.* Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. Sitiui, & non dediſtis mihi bibere, &c.

16 In flãma ignis. *quia poſt increpationem dictam proferet contra eos ſententiam d. Ite maledicti in ignẽ ęter. & c. vt habetur ibi*

17 Quia in igne dominus. *hoc poteſt referri ad ignẽ pręcedentem ad*

a *Gladio*. Sententia. vnde: Amos: *Gladio Dei peribunt oēs pec.* A *&c*. Dum. n. reddet vnicuique quod meretur, omnes cognoſcent illum iuſtum iudicē, & laudabunt eius iudiciū.

✠ Theod. Vulneratos & gladium nominat rebus corporalibus ſpiritualia ſignificans, quod Iudæi per corporalia ducendi erant ad ſpiritualia. Significat autem idē quod Apoſtolus. *Secundum duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram, &c.*

b *Qui ſan.* opinione ſua in fontibus & baptiſmatibus quæ ſibi in locis amœnis parabant: vbi & luxuriabātur libentius, vt ſtatim ſe mundarent & abluerent tanquā ſic mundari potuiſſent. Ibi ante idola luxuriabantur cū maſculis & fœminis more canum & hoc eſt.

c *Poſt vnam intrinſecus*. ideſt retrò, quod turpè eſt dicere, ſed tamen dicitur ad confuſionem eorum qui nec erubeſcunt facere.

*Qui ſanctifica.* Poſſumus ſecundum Tropologiam dicere, omnes voluptatis magis quam Dei amatores dicere ſanctificari in hortis in liminibus ſecundum LXX. quia in myſteria veritatis non valent introire & comedere cibos pietatis quia non ſunt ſancti corpore & ſpiritu. Nec comedunt carnē Chriſti, vt habeant vitam ęternam. *Etenim paſca noſtrum immolatum eſt Chriſtus*. qui non foris ſed in una domo & intus comeditur.

d *In hor.* non in ſacrificio vitulæ rufæ quod præcipiebatur in lege.

e *Ego autem*. Q. d. Ideo uenio ad iudicium cum omnib. Gentibus & linguis vt iudicem ſimul omnia opera eorum & cogitationes, & reddam eis omnia quæ merētur.

✱ Cyrillus. Anacephaleoſis totius prophetiæ Iſaiæ fit hoc loco, breuiterq; recapitulatur omnis œconomia redemptionis de qua toto opere Iſaias, declaratur vocatio gentiū, declaratur pdicatio Apoſtolorū toto orbe futura. D

✠ Auguſt. Commemorato vltimo iudicio, recapitulat ab initio gratiam noui teſtamenti, a primo aduentu vſque ad vltimum iudicium. Lib. 20. de ciuitate ca. 21. ad

a dominus † dijudicabit, & in gladio ſuo ad
a ¶ Multi inuenientur qui modo putantur pauci. b ¶ Omnes mali damnati.
omnē carnem, & multiplicabuntur interfecti a domino. Qui ſanctificabantur & mun-
a ¶ Alij Ianuam.
b dos ſe putabant, in hortis poſt vnam intrinſe
a ¶ Contra legem. b ¶ Cætera prohibita.
c d cus, qui comedebāt carnem ſuillam, & abo-
a Quem nos glirem dicimus. b ¶ Omnes.
minationem & murem, ſimul conſumentur
¶ Cui omnia aperta.
e dicit dominus. Egō autē opera eorum & co-
a ¶ Quæ modo latent. ¶ Quæ etiam iudicabuntur. vnde: Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, &c. b ¶ Vnde: Et congregabuntur ante eum omnes Gentes.
gitationes eorum: † venio vt congregem, † cū
a ¶ Quibus cogitationes accuſabunt vel defendent. b ¶ Omnes Gentes ad iudicium vel ad fidem. hæc enim pertinent ad primum aduentum & ſidem Gentium.
f omnib. Gentib. & linguis. Et venient, & vide
a ¶ Oculis cordis b ¶ Diuinitatem, & humanitatem quæ ſupra omnia. c Qui crediderunt.
g h bunt gloriā meā. Et ponā in eis ſignū, & mit
a ¶ Apoſtolos. b ¶ Iudæis. c ¶ Reliquiæ ſalue fient. Niſi dominus Sabaoth. d ¶ Conuertendas e ¶ Per has omnes mundi partes ſignificantur
i tam ex eis q ſaluati fuerint ad Gētes, ī mare,
a ¶ Lydi enim periti ſunt ſagittarij. b ¶ Occidentem ſcilicet.
in Aphricā & Lydiam tenētē ſagittā, in Italiā

f *Linguis*. Quę ſecundum apoſtolum non ſolum hominum ſed etiam angelorū. Vnde intelligimus omnes creaturas a domino iudicandas non ſolum ſuper terram ſed & in mari & in cœleſtib. Iuxta illud: *Inebriatus eſt in cœlo gladius meus, &c. vſque ad terram deſcendit.* Iſa. 34. b.

g *Et po. in eis ſi.* Crucis, Chriſtianitatis, ſalutis. Quo ſignati in Ezechiele nō interficiuntur. Quo in Aegypto poſtes ſignātur & Iſraelitæ ſaluantur. Hoc ſignum Achaz noluit petere quod ſupponit Iſaias: *Ecce virgo concipiet, &c.* E Ezech. 9. b. Ex d. 12. a. Sup. 7. c. omnes Gentes & linguas

h *Et mittam ex eis*. Videtur eſſe contrarium cum de iudicio prius dictum ſit reuerti ad primum aduentum, quo apoſtoli ad Gentes diriguntur & audiunt: *te docete omnes Gentes*. Sed iudicij dies prædicitur, vt metu futuræ pœnæ perterriti, accipiant aduentum Saluatoris: & apoſtolorum prædicationem qui ſunt præmittendi. Matth. 28. d.

✠ Theodoretus Completa eſt hæc prophetia, cum Matth. 28. dixit dominus, Euntes docete omnes gentes. Apoſtoli enim miſſi a domino promulgauere euangelium apud omnes Nationes.

i *In mare*. Mundum ſcilicet cuius partes ſubdit Aphricam, & cæt. meridianam, ſcilicet plagam in qua Aphrica eſt.

*In equis.* F

## NICOLAVS DE LYRA.

tem aduentum iudicis. *vt dictum eſt, & ad ignem gehenn. in quem poſt ſententiam iudicis reprobi detrudentur, vt dictum eſt. Aliqui libri habent*. Quia in igne dominus dijudicabitur. *& ſic eſt in Hebręo, & eſt eadem ſententia.*

1 Dijudicabitur. *ideſt eius iuſtitia oſtendetur, quia quilibet eius iudicium iuſtum videbit.*

2 Et in gladio ſuo. *ideſt in ſententia ſua quæ gladius dicitur.*

3 Ad omnem carnem. *ideſt carnaliter viuentem.*

4 Et multiplicabuntur interfecti a dño. *morte gehennę.*

5 Qui ſanctificabātur & mūdos ſe putabāt. *falſo tamen.*

6 In hortis. *i. in locis amœnis vbi colebant idola ad ſuam ſanctificationem ſecundum ſuam erroneam eſtimationem.*

7 Poſt vnam intrinſecus. *Sic eſt in Hebræo & in libris correctis, & eſt ſenſus: intrinſecus, ideſt intra hortos dictos. Poſt vnam. ſ. portam vel clauſuram & ideo aliqui libri habent poſt Ianuā. Rab. Sal. ſic exponit: Poſt vnam, ideſt vna ſocietas poſt aliam quia nō omnes idololatræ intrabāt ſimul hortos ad venerationem idoli, ſed vna ſocietas primò, qua egreſſa, alia poſt intrabat, & ſic conſequenter.*

8 Qui comedebant carnem ſuillam. *idolis immolatam.*

9 Et abominationem & murem. *i. animalia immunda ſecū dum legem, non ſolum ad offerendum, ſed etiam ad comedendum quæ Gentiles ſacrificabant idolis, & inde aliquam partem comedebant in venerationem idolorum. Et ſimiliter multi Iudæi hoc faciebant, qui non ſolum imitabantur Gentiles in idololatria, immo etiā frequenter excedebant vt patet 4. Reg. & 2. Paral. quod dicitur de Iudæa ſub nomine Ieruſalem, Ezechiæ. 5.* Vt plus eſſet impia quam Gentes, &c.

10 Simul conſumentur dicit. *non per pœnæ terminationem ſed magis per eius continuationem, ſicut dicitur in fine huius capituli: Ignis eorum non extinguetur. Et iſtud quod dictum eſt de idololatria idolorum, referendum eſt ad illos qui captiuitatem Babyloni cam præceſſerunt, vt ſupra dictum eſt: Et quod ſubditur ad eos qui poſt fuerunt, quia tamen iſti & illi fecerunt vnum populum, ſub eo dem contextu de primis ceditur ad poſteriores, cum dicitur.*

11 Ego autem opera eorum. *i. rapinas & homicidia ex odio fraterno procedentia, quæ vitia viguerūt in ipſis, vt dictum eſt ſup.*

12 Et cogitationes eorum. *ad interficiendum Chriſtū, & etiam Lazarum reſuſcitatum, eo quod propter eum multi credebant in Chriſtum, vt dicitur Ioa. 11. & 12. & poſt reſurrectionem Chriſti & aſcenſionem idem machinati ſunt contra apoſtolos alioſque fideles.*

13 Venio. *ad iudicium extremum.*

14 Vt congregem. *i. in manifeſto ponam ſimul.*

15 Cum oībus. *quia illud erit iudicium generale, et peccata omniū erunt manifeſta ſingulis, vt diuinum iudicium appareat iuſtum.*

16 Et vide. *quia Chriſtus in iudicio apparebit in forma humanitatis glorioſa, cuius tamen aſpectus erit terribilis & triſtabilis reprobis & delectabilis iuſtis.*

17 Et ponam. *ſ. ſanctę crucis, ſecundū quod dicitur Matth. 24. c. Tunc apparebit ſignum filij hominis in cœlo, quod exponunt Origenes & Chryſ. de ſigno crucis mirabiliter radiante in iudicio ad gloriam fidelium, & confuſionem reproborum, & maximè eorum qui eum crucifixerunt manibus ſiue linguis, ideò dicitur Matth. 24. c. Et tunc plangent omnes tribus terræ. i. aliqui ex omnib. Gentibus.*

18 Et mittam. *Hic vltimò ponitur ſimul aliquid pertinens ad iudicium diſcuſſionis, pręmittitur tamen illud quod pertinet ad iudicium diſcretionis. Et ſubditur illud quod pertinet ad iudicium retributionis, ibi.* Quia ſicut ce. *Iudicium autem diſcretionis ſeparando fideles ab infidelibus factū eſt executiuè p prædicationem apoſtolorum aliorumque diſcipulorum primò Chriſto credentium qui omnes vel ferè omnes fuerunt Iudæi, & ſecundum hoc dicitur:* Et mit. &c. *alijs in infidelitate permanentibus cuiuſmodi fuerunt apoſtoli & alij diſcipuli.*

19 Ad Gentes. *i. ad Gentiles conuertendos. Sic enim dixerūt Paulus & Barnabas Iudæis obſtinatis Act. 13. g.* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes: ſic enim præcepit nobis Deus.

20 In mare. *i. ad habitantes in inſulis maris, in quib. publicata eſt fides catholica, primò per Barnabam & Paulum, vt patet in Actibus Apoſtolorum, & poſtea per alios prædicatores in diuerſis inſulis maris.*

21 In Aphricam. *quia beatus Matthæus predicauit in Aethiopia, & Marchus in Alexandria quę ſunt in Aphrica.*

22 In Lydiam. *in qua prædicauerunt etiam alij.*

23 Tenentem ſagittam. *Petrus enim et Paulus prędicauerunt*

✱ *Romæ*

A a *In equis.* ſunt adducti, qui velociter credunt, & cito ad fidem currunt.

b *In quadrigis & in lecticis.* Philoſophos. ſ. & doctrina & morum honeſtate fulgẽtes. vnde citius ad doctrinã quatuor Euangeliſtarũ peruenerunt & quatuor principalibus virtutibus ſubleuati cœleſtia mente attigerunt.

3 Reg. 1. a. c *In mulis.* Super quos Dauid & Salomon ſediſſe legũtur: Qui enim a mundi fœtu ſteriles ſunt domino qui per illos figuratur, quaſi manſuetis deſeruiunt.

d *In carrucis.* lxx. tectis vehiculis: alij ſimpliciter vehicu-

B lis: Hi ſunt quib. dicitur: *Inuicem onera veſtra portate.* Gal. 6. a.

e *Quomodo.* Q. d. Cum tanta lætitia adducunt apoſtoli fratres veſtros quorum munera, fides, ſpes charitas, oratio munda, bona opera, &c. vaſa pura corda & corpora immaculata.

f *Inferant.* quod ſm legem ter in anno faciebant. ſcilicet in Paſca, in Pentecoſte, in feſtiuitate Tabernaculorum vnde: *Non apparebis in conſpectu meo vacuus.* Exod. 23. b.

g *Domum domini. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Et alibi. *Templum Dei eſtis & Spiritusſanctus habitat in vobis.* 1. Cor. 3. d. 2. Cor. 6. d.

h *Quia ſicut cœli.* Q. d. Sicut hæc innouata in æternum manebunt immobilia, ſic ſemen veſtrũ ò apoſtoli inno-

C uatũ ab oĩ corruptione carnis in æternũ mecũ regnabit.

a ¶Scilicet Athenæ. 1

& græciam, ad inſulas longè, ad eos qui non 2

a ¶Vnde quibus non eſt annunciatum de eo videbunt. ¶Scilicet. 3

audierunt de me, & non viderunt gloriam 4

a ¶Fideles iudæi. ¶Miſſi ad nationes.

meam. Et annunciabunt gloriam meã Gen- 5

a ¶Apoſtoli. b ¶Fideles c ¶O iudæi. 6

tibus, & adducent omnes fratres veſtros de 7

a ¶Poſtula a me & dabo tibi Gen. hæ. tu.

a cunctis Gentibus donum domino, in equis 8

a ¶Debiles qui ab alijs portantur. b ¶De quibus: Nolite fieri ſicut equus & mulus, &c

b c & in quadrigis & in lecticis, & in mulis & in

a ¶Qui auxilio adducti aliorum & morum grauitate ornati, deſeruiunt ſapientiæ & prædicationi. b ¶Eccleſiam præſentem & futuram. ¶Prius ad præſentem, poſt ad cœleſtem Ieruſalem, & hoc eſt ad montem ſanctum meum.

d carrucis ad montem ſanctum meum Ieruſa- 9

a ¶Quali lætitia ſcilicet agitur illud quod cum ſummo gaudio conſueuerunt facere.

e f lem, dicit dominus: quomodo ſi inferãt filij 10

a ¶Spirituales fructus animæ. b ¶Corpore immaculato. ¶Eccleſiam.

g Iſrael munus in vaſe mundo in domum do- 11

a ¶Iudæis. ¶Vel ex vtriſque. ¶Gentibus conuerſis reprobata miniſterio Iudæorum. b ¶Se & alios ſanctificantes. ¶Apoſtolos & apoſtolicos viros c ¶Aſſumptos de mundo in miniſtros Dei. ¶Qui in abſcondito non ſequuntur ſeriem generis ſed ordinem fidei.

mini. Et aſſumam ex eis in Sacerdotes & Le- 12

a ¶Aerei. b ¶Secundum figuram innouati. 13

h uitas, dicit dominus: quia ſicut cœli noui & 14

a ¶Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram. b ¶Immobilia.

terrã noua quæ ego facio ſtare coram me,

a ¶O apoſtoli. b ¶Liberatum a ſeruitute corruptionis. ¶Filij ſpirituales.

dicit dominus, ſic ſtabit ſemen veſtrum 15

¶Filij Dei. a ¶O apoſtoli. b ¶Chriſtianum, cui aliud non ſuccedit. c ¶Eccleſia ſcilicet cœleſtis conſtructa ex præſenti. ¶Spiritualis. 16

i et nomen veſtrum. Et erit menſis ex 17

a ¶Carnali. ¶Vt ſcilicet tranſeuntis diebus, in quib. factus eſt mundus, in vero Sabbato quieſcamus. b ¶Sabbatiſſimus qui reſeruatur populo Dei. ¶Quali: Ille quieſcet in futuro, qui hic qui ſcit a malo opere. c ¶In die iudicij.

menſe, & Sabbatum ex Sabbato. Veniet 18

a ¶Omnes Gentes quaſcumque feci. ve. & ado. &c. ¶Et videbit omnis ca. ſa. Dei noſtri ¶Sancti cum corporibus ſuis. ¶Etiam mali territi Dei omnipotentiam adorabunt.

k omnis caro, vt adoret coram facie mea, dicit

D * Aug. Cum de eccleſiæ miſeratione perſpicua notiſſima prędixerit vaticinia, quę completa videmus omnia, promiſit & fines ad quos per vltimum iudicium facta bonorum malorumque diſcretione venietur.

* Tertull. Is finis eſt prophetiæ Iſaię, qui eſt futurus finis huius mundi. Quando ergo futurum eſt hoc quod hic prædicitur? Qñ præterierit figura huius mundi. fiet hoc quod dico quando fuerit cęlum nouum & terra noua.

*Quia ſicut.* Hæc vſq; ad finẽ libri pertinent ad diẽ iudicij.

i *Menſis ex menſe.* Menei Græcè, Latinè luna vnde neomenia, quaſi noua luna. A mene menſis apud illos qui initium kalendarum, non ſm ſolis curſum & diuerſa ſpacia menſium, ſed ſecũdum lunæ circumitum & terminant, & incipiunt, ꝙ Hebræi faciunt. Per menſem ergo lunam: per lunam (quæ modo creſcit, & ſicut aiunt Phyſici & Philoſophi a ſole qđ non habet lumen recipit) eccleſia intelligitur de qua: *Permanebit cum ſole & ante lunam.* Et alibi: *Pulchra vt luna, electa vt ſol.* & hoc eſt, erit mẽſis ex menſe.

k *Omnis caro.* * Auguſt. Hoc dicit, quia ex omni genere hominum populus ille (beatorum) conſtabit. Non enim omnes homines ibi erunt, quando in pœnis plures erunt. *Et*

E

## NICOLAVS DE LYRA.

* *Romæ quæ eſt caput Italiæ. Et dicuntur hic tenentes ſagittam quia multi diſcipuli Chriſtiani fuerunt facti ſub eis Romæ, quos tanquam ſagittas domini miſerunt in partes longinquas ad prędicandum, vt Dionyſium in Franciam. Marcum in Alexandriam, & ſic de multis alijs. Quod autem prædicatores verbi diuini ſagittæ dicantur patet ſup. 49. a. Poſuit me quaſi ſagittam electam, &c.*

1 Et græciam. *in qua Paulus prædicauit, ſ. Athenis & multis alijs locis, & Ioannes Euangeliſta in Epheſo.*

2 Ad inſulas longe. *vt dictum eſt ſupra de Paulo & Barnaba.*

3 Ad eos qui non audierunt de me. *i. ad gentiles legem & prophetas non habentes, in quibus fit mentio de Chriſto venturo.*

4 Et non viderunt gloriam meam. *quia non viderunt Chriſtum docentem & miracula facientem, ſicut viderunt Iudæi in quorum terra prædicauit in propria perſona & fecit multa miracula, vt patet ex decurſu Euangelij: propter quod dicit Matth. 15. c.* Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael.

5 Et annunciabunt *ſ. gloriam meæ reſurrectionis & aſcenſionis, & miracula in nomine meo faciendo ad confirmationem ſui ſermonis: Et ſubditur fructus huius doctrinæ, cum dicitur.*

6 Et adducent omnes fratres veſtros. *i. Chriſtianos.*

7 De cunctis Gentibus. *fidem Chriſti recipiendo.*

8 In equis & in. *Non eſt per hoc intelligendum, quod talis adductio ſit per motum localem & inſtrumenta corporalia, quod patet per hoc quod ſubditur: Ad montem ſanctum meum Ieruſalem. quia eadem ratione hic acciperetur Ieruſalem & mons Sion ad literam pro ciuitate & templo materialibus, quod non poteſt dici, quia non poſſet ibi congregari totus populus Chriſtianus, immo nec etiam Iudaicus per orbem diſperſus, & ideo talis adductio ſeu congregatio intelligenda eſt in vnitate fidei & charitatis, de qua dicit Saluator Matth. 18. c.* Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum ſum. *Et per varios vecturę modos, cum dicitur hic:* In equis & in quadrigis. *intelliguntur miniſteria apoſtolorum & adiutoria angelorum quibus adducti ſunt ad fidem, ita quod per equos & quadrigas ſecundum Hier. intelliguntur auxilia angelorum, eò quod Elias equis & curru igneo legitur raptus in cœlum. 4. Reg. 1. & hoc miniſterio angelico. Per lecticas & mulos & carrucas intelliguntur miniſteria apoſtolorum, ſecũdum tria quæ in eis fuerunt ad conuerſionem fidelium. ſ. ſancta conuerſatio, ſana prædicatio, & per miracula confirmatio.*

F

9 Ad montem. *i. eccleſiam militantem, vt dictum eſt ſup. c. 2.*

10 Quomodo. *i. apoſtoli qui fuerunt Iſraelitæ genere.*

11 Munus. *ſic ſupple accepta eſt coram Deo conuerſio infidelium per laborem eorum, immo multò plus, quia ſacrificium Deo acceptiſſimum eſt zelus animarum.*

12 Et aſſumam. *i. ex Gentibus.*

13 Sacerdotes. *quia plures ex ipſis etiam a tempore apoſtolorum ordinati ſunt epiſcopi, & eccleſię miniſtri. vt patet de beatis clemente Dionyſio & multis alijs. Et hoc etiam dicit quędam gloſſa Hebraica, Exod. 12. e. ſuper illud:* Hæc eſt religio Phaſe. &c. *Et ſequitur:* Eadem lex erit indigenæ & colono, qui peregrinatur apud vos: *Gl. Futurum eſt, vt conuerſi de Gentibus ſint ſacerdotes domino miniſtrantes.*

14 Quia ſicut. *Hic conſequenter ſubditur id quod pertinet ad iudicium retributionis: & primò quo ad bonos, cum dicitur:* Sicut cęno. *quia a ſtatu illius innouationis futuræ: de qua ſupra dictum, eſt in perpetuum non mutabuntur.* 15 Sic ſtabit. *i. adducti ad fidem per vos qui ſunt de numero electorum.* 16 Et nomen. *i. apoſtolorum in perpetuum de ciuitate cœleſti, ideo ſubditur.*

17 Et erit menſis. *i. perpetua quies & duratio, quæ non poſſunt a vobis exprimi nec capi niſi per nomina & verba differentias temporis ſignificãtia: & hoc modo de æternitate Dei dicitur Apoc. 1. b. Qui eſt & , qui erat, & qui venturus eſt. Aeternitas tamen durationis deſignatur per hoc quod dicitur:* Menſis ex menſe. *Et æternitas quietis, cum dicitur:* Sabbatum ex Sabbato. *Sabbatum enim quietem ſignificat in Hebręo.*

18 Veniet omnis caro. *i. omnis homo exiſtens de bonorum numero, eo modo quo dicitur ſup. 40. a.* Videbit omnis caro pariter quod os domini locutum eſt, *vbi tranſlatio LXX. habet:* Videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri, vt adoret coram facie mea, *quæ clarè videtur in patria. Conſequenter ponitur retributio malorum, ſimul cum retributione bonorum cum dicitur.*

* Egredien-

## ADDITIO.

*In cap. 66. vbi dicitur in Poſtil. Hæc dicit dominus. In hoc cap. vltimo propheta agit de his quæ pri-*

a *Et Egredientur electi.* quaſi ad videndum non loco, ſed intelligentia vel viſione manifeſta, vt ad laudem Dei magis accendantur.

* Auguſtinus. Qui enim erunt in pœnis, quid agatur intus in gaudio domini, neſcient, qui vero erunt in illo gaudio, quid agatur foris in illis exterioribus tenebris ſcient.

* Theodoretus. Hoc oſtendit Dominus in euangelio, vbi lazarus mendicus vidit pœnas diuitis.

b *Et vidi.* Nõ mirum ſi ſancti iam immortales reprobos videant, cum prophetæ adhuc mortales hęc omnia videre meruerunt.

a dominus. Et egredientur & videbũt cadaue- 1
b a¶Omnium reproborum. ¶Legem naturalem vel ſcriptam. ¶Præuaricantes repu.om.pec ter. b¶Materialis vel conſcientiæ. 2
c ra virorum qui præuaricati ſunt in me. *Ver
d a¶Sic nec materia eius. b¶Materialis vel conſcientiæ. 3
mis eorum non morietur, & ignis eorum nõ 4
a¶Quia ſemper erit ei quod conſumat ſcilicet mali perdurãtes in pœnis. b¶Reprobi electis. c¶Lætabitur iuſtus cum viderit vind.
extinguetur & erunt vſque ad ſatietatem vi- 5
e a¶Sanctis. 6
ſionis omni carni.

burat, ipſe inuiſibilis conſtitutus. Nam ſi vt ait apoſtolus temporalia ſunt quæ videntur, quæ autem non vidẽtur, æterna neceſſe eſt, ſi viſibilis eſt ignis ille, temporalis ſit, ſi autem æternus, inuiſibilis eſt, quo puniuntur qui recedunt à Chriſto. D

* Ambroſius. Vt ex multa cruditate febres naſcuntur, & vermes, qñ quis cibum ſumit intemperanter, ita ſi quis peccata peccatis accumulet, nec decoquat ea pœnitẽtia, ſed miſceat peccata peccatis cruditatem contrahat veterum & recẽtium delictorũ, igne adűretur ꝓprio, & vermibus conſumetur. Ignis eſt quem generat mœſtitia delictorum: vermis eſt eo quòd irrationabilia animi peccata mentem pungunt, & viſcera exedũt, vermes ex vnoquoque naſcuntur tanquam ex corpore peccatoris. (In cap. 14. Lucæ. * quòd. Matt. 9. g 19. q. 3. cap. quoniam.)

c *Cadauera.* quia in æternam damnationem cadent, ſecundum quod & dæmones cadauera poſſunt dici, ſecundũ quod etiam homines appellantur. vnde: *Inimicus homo hoc fecit.*

* Auguſtinus. *Cadauera virorum.* Virorum, ideſt, hominũ. Nec enim quiſquam victurus eſt, præuaricatrices fœminas in illo ſupplicio non futuras, ſed ex potiore præſertim de quo fœmina facta eſt, vterque ſexus accipitur.

d *Vermis eorum.* Materialis vel conſcientiæ. vnde: *Sicut tinea comedit veſtimentum. & vermis corrodit lignum, & ignis deuorat ligna, ſic mœror & triſtitia excruciat cor viri.*

* Procopius. Significat vermis appellatione, aſſiduam eorum quæ ſinguli peccauimus, in pœnitendo conſcientiam: quæ tantorum bonorum priuatione animam remordẽs, ſuorum omnes ſcelerum recordatione accuſet. fuerit deinde ignis inextinguibilis, qui ſempiternus à Saluatore nuncupatus diabolo pręparari dicitur.

* Origenes. Forſitan talis ignis eſt hic, vt inuiſibilia cõ-

* Cyprianus. Cremabit addictos perpetua ſemper gehẽna, & voracibus flammis vorax pœna nec erit vnde requiem vel finem poſſint habere tormenti. (lib. contra demetrianum.)

e *Ad ſatietatem.* quia ſcilicet boni videbunt eos à ſe iuſto Dei iuditio ſeparatos, amiſſa potentia qua ſęuiebant cõtra bonos, & vindictam Dei in illos tantam, vt maiorem non expoſcant. Qui modò dicunt. *Vſquequo domine non vindicas ſanguinem noſtrum?* Satiabuntur quoque, de beatitudine ſua agentes gratias viſa impiorum ineffabili pœna. E (Apoc. 6. c)

* Cyprianus. Spectabitur illic a nobis ſemper ardẽs ſempiternis flammis, qui hic nos ſpectauit ad tempus, & in perſecutionibus factis, oculorum crudelium, breuis fructus perpetua viſione penſabitur, iuxta illud, *Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt, &c.* (Vbi ſupra. Sap. 4.)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Egredientur. *ſcilicet beati, non per loci mutationem, ſed per conſiderationem.*

2 Et videbunt cadauera. *i. corpora damnatorum in gehenna. Et quod iſte ſit intellectus, patet per hoc quod ſubditur:*

3 Vermis eorum non morietur. *quia vermes corpora mortuorum corrodentes in ſepulchris citò deficiunt cum eis, & in puluerem conuertuntur.*

4 Et ignis eorum non extingue. *Ex quo patet quod dictum eſt, ſ. de cruciatu corporum damnatorum in igne inferni, qui eſt inextinguibilis.*

5 Et erunt vſque ad ſatietatem. *Ideſt repletionem & perfectionem.*

6 Viſionis omni carni. *ideſt, omni homini beato non ſic intelligendo, quòd beati delectentur per ſe in pœnis damnatorum, ſed quia talis intuitus damnatorum declarat eis diuinæ iuſtitiæ exercitium, & diuinæ miſericordiæ beneficium, quo pœnas illas euaſerunt & propriæ gloriæ augumentum: inquantum maior apparet, comparata ad ſuum contrarium, quia oppoſitis iuxta ſe contrarijs maiora & minora videntur. 1. Elencorum. & ex illis tribus beati per ſe lætantur ſecundum quod dicitur Pſal. 57. b.* Lętabitur iuſtus cum viderit vindictam. *Ecce primum.* Manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris *inquantum Dei miſericordia factus eſt immunis ab illis pœnis. Ecce ſecundum.* Si vtique eſt fructus iuſto. *Accipitur hic ſi pro quia. quia per hoc apparet maior fructio propria, & ſic totum cedit in gloriam electorum & ipſius Dei principaliter. Cui eſt bonor & gloria in ſecula ſeculorum Amen.* (An beati gaudebunt de pœnis malorum) F

*mo. cap. tractauit, ſcilicet de reprobatione Iudæorum & Gentiũ vocatione, & de imperfectione, ſeu euacuatione quorundam contentorum in veteri lege: quæ ad cultum Dei pertinere videbantur; vt ſic reprobatio primi ſtatus non ſolum attribuatur peccatis Iudæorum, ſed etiã imperfectioni legis antiquæ. de qua apoſtolus ad Heb. 8. c.* Quod autem antiquatur veteraſcet, & propè interitũ eſt. *Et ſimiliter concludit in fine cap. de ſtatu finali iuſtorum, & ſupplicio reproborum. Circa quæ octo facit. Primum oſtendit imperfectionem legis circa determinationem ſolius vnius templi ad diuinum cultum. de quo dicit: Hæc dicit dominus:* Cęlum ſedes mea eſt, & terra ſcabellum pedum meorum, quę eſt iſta domus quam ędificabitis mihi? *Licet. n. templum à Salomone ædificatũ ſimiliter & templum ſecundum ad diuinum cultum pertinerent: nõ tamen huiuſmodi domus materiales capaces ſunt Dei vt fortè (put habetur in gloſſa) aliqui ſtulti, ſeu neſcientes eſtimabant: non autẽ ſapientes. Nam vt dicitur in 3. Reg. 8. c.* Si. n. cœlum & cęli cęlorum te capere non poſſunt, quanto magis domus quã ędificaui? *Et hoc eſt quod dicit propheta:* Cœlum eſt ſedes mea, &c. *quæ eſt iſta domus quam ædificatis mihi? q. d. Iſta non ſufficient ad habitationem meam: Quæ quidem imperfectio per legẽ nouam fuit ablata. in qua non fuit tantum vnus locus deputatus ad diuinum cultum. vnde Ioan. 4. c. dicebat Chriſtus Samaritanæ: Venit hora, quãdo nec in mõte hoc, nec in Ieroſolymis adorabi. pa. etc. Vnde habitatio Dei prout in lege noua declaratur, principaliter cõſiſtit in corde ad hoc diſpoſito. vnde Ioa. 1. b.* Habitauit in no. ſ. *in recipientibus Chriſtum per veram fidem: & hoc eſt quod dicit propheta. Ad quem autem reſpiciam niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu? q. d. Habitatio mea non eſt in domo materiali, ſed in creatura rationabili quæ eſt Dei capax. cum per veram humilitatẽ, & contritionem ad hoc diſponitur. vnde: in Pſal.* Cor contritũ, & humiliatum Deus non deſpicies. *Sancti enim & iuſti in noua lege templum Dei dicuntur primæ Cor. 3. d.* Templum Dei ſanctum eſt quod eſtis vos. *Poſſunt tamen iſta verba:* Ad quẽ autem reſpi. &c. *principalius & magis propriè exponi de Chriſto, in quo habitat plenitudo diuinitatis, vt dicitur ad Coloſſen. 2. b* Qui pauper & humilis corde, *non ſolum ſimpliciter ſed exemplariter fuit. vnde: Mat. 11. d.* Diſcite a me, &c. *Similiter & trementem ſermones meos. ſ. per ſummam obedientiam vſque ad mortem crucis, vt ad Philip. 2. a. q. d.* inter omnia q̃ manus mea fecit, & vniuerſa quæ facta ſunt: *de quibus ſtatim ſupra fecerat mentionem: hæc eſt propria ſedes mea & quies ſcilicet Chriſtus pauperculus: non illa quam ædificatis.*

*Conſequenter ſecundò poſtquam oſtendit imperfectionem legis antiquæ quo ad templum materiale, hic cõſequenter oſtendit ipſius imperfectionem quo ad ſacrificia in templo oblata de quo dicit:* qui immolat bouem quaſi qui interficit virum, &c. *prout in gloſ. Sacrificium veſtrum non placet mihi poſt immolationem veri ſacrificij, in cuius vmbra illa ſacrificia vobis conceſſi. Hæc enim habentur in gloſ. ſecundum quam gloſſam continuantur hæc verba ad iſtud quod immediatè dixerat: Ad quem autem reſpiciam? q. d. ad illum. ſ. pauperculum ſupradictum reſpiciam, non ſolum vt templũ meum, ſed etiam vt munus mihi ſuauiſſimè oblatum. iuxta illud ad Eph. 5. a.* Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam, &c. *Poſt hoc ſacrificium, qui immolat bouem, quaſi qui interficit virum: quia poſt euangelij publicationem talia ſunt peſtifera, prout in poſtil. & exponantur cætera prout ibidem vſque ibi:* Audite verbum domini.

*Vbi conſequenter tertio propheta declarat falſum motiuũ, quod Iudæi habuerunt: vt in abominationibus prædictis permanſiſſent, & infert eorum confutationem. Ad cuius declarationem ſciendũ, quòd prædicta duo quæ ſunt de principalioribus fundamentis fidei legis nouæ. Quorum primum eſt, quòd Deus dicitur propriè habitare in Chriſto homine ſingulari, & excellentiori modo quàm in aliqua alia re, ſcilicet per vnionem perſonalem, de quo dicit:* Ad quẽ

autem

A autem reſpiciam,&c. vt fuit expoſitum. Secundum eſt, quòd ſacrificium Chriſti fuit Deo acceptiſſimum. propter quod dicitur: Qui immolat bouem,&c. Iſta & ſimilia quæ ſunt vera fidei fundamenta Iudæi exiſtimant eſſe valde derogatoria diuinæ excellentiæ. Primum enim credunt implicare, quòd creator ſit creatura. Secundum verò quod diuinitas ſit paſſibilis, ſeu corruptibilis: quorum vtrumque eſſet manifeſtè derogatorium diuinæ excellentiæ, ſi ſic intelligeretur, vt ipſi falſe exiſtimant: vnde in hoc loco propheta dirigit ſermonem ad diſcipulos Chriſti qui reuerenter ſuſceperunt eius verbũ & doctrinam, dicens: Audite uerbum domini, qui tremitis uerbum eius dixerunt fratres, veſtri ſcilicet Iudæi infideles qui fratres ſunt ſecundum carnem, odientes vos & abijciẽtes propter nomen meum: quia Iudæi tantum odium conceperunt de Chriſto quòd inter ſe ſtatuerunt, vt ſi quis confiteretur nomen Chriſti, extra ſynagogam eijceretur. & ſic de eis propriè dicitur: Abijcientes uos propter nomen meum. Quid autem dixerunt hi fratres odientes ſubdit, cùm dicitur: Glorificetur dominus. quaſi dicant. Abſit quòd de Deo glorioſo talia dicantur, ſcilicet, quòd ſit homo verus. Similiter & quod ſit in ſacrificio oblatus, quia iſta prout ipſi falſè concipiunt ſunt contra diuinam excellentiam, vt dictum eſt: Quos propheta confutat, dicens in perſona ſui & iuſtorũ. Et videbimus in letitia veſtra. q.d. veritas prædicatorum elucidabitur in euentu. Primo, quia videbimus in lætitia veſtra, ſcilicet diſcipulorum, prout infrà eo.ca. declarat vbi dicitur: Lętamini cum Ieruſalem, vt ibidem exponetur. Secundo pro confuſione fra-

B trum odientium prædictorum dicit: Ipſi autem confundentur. de qua confuſione ſtatim ſubdit: Vox populi de ciuitate,&c.

Tria aduerſa Iudæis in deſtructione tẽpli ſecundi.

Circa quod ſciendum, quod in deſtructione templi ſecundi tria maximè aduerſantia Iudæis concurrerunt. Vnum, ſcilicet quod ciues eorum adinuicẽ odientes ſe interficiebant, prout dicit Ioſephus, de quo dicit: Vox populi de ciuitate. Secundum erat, quod in templo occurrerunt multa ſigna diuinæ reprobationis, vt cùm velum templi ſciſſum fuit Mat.27.f. & alia multa quæ in Thalmud narrãtur ad hæc pertinentia de quo intelligitur illud: Vox de templo. Tertium eſt vox Romanorum exequentium diuinam iuſtitiam. de quo dicit: Vox domini reddentis retributionem inimicis ſuis, & ſequitur. Antequam parturiret peperit: Vbi conſequẽter quarto propheta agit de natiuitate illius pauperculi, ſcilicet. Chriſti de quo antè dixerat: Ad quem autem reſpiciam niſi ad pauperculum? de quo denunciat, quòd eius natiuitas de Beata Virgine fuit maximè admirabilis, & ideo ſubdit: Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic ſimile? Subiungit ẽt propheta de regeneratione fidelium, di. Nunquid parturiet terra? & exponatur totum ſicut in poſtilla. Subdit etiam propheta de generatione æterna dicẽns: Nunquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariam? Quidquid perfectionis eſt in creaturis, peramplius & perfectius in Deo inuenitur ſecluſa quacumque imperfectione. vnde hæc expoſitio quæ datur à ſanctis doctoribus, in poſtil. non videtur eſſe myſtica, ſed literalis: Nam paternitas, & filiatio per prius & magis propriè dicuntur in diuinis, quã in crea-

C turis. Iuxta illud apoſtoli ad Ephe.3.c. Flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti,&c.

Conſequenter quinto dicit: Lætamini cũ Ieruſalem,&c. vbi extenſe declarat illud quod prius de diſcipulis Chriſti dixerat. Videbimus in letitia veſtra. exponatur totum ſicut in poſtil.

Conſequenter ſexto declarat extenſe ad punitionem fratrum odientium, & abijcientium diſcipulos Chriſti propter nomen eius, de quibus dixerat, ſuprà. Ipſi autem confundentur, & de hoc agit cum dicitur. Et indignabitur inimicis ſuis. vſque ibi. Simul conſumentur dicit dominus. & exponatur totum ſicut in poſtil.

Comedere carnes ſuillas

Et notandũ quod ex hoc quod dicitur hic: Qui comedebant carnem ſuillam,&c. Simul conſumentur. Expoſitores Heb. credunt ſe habere efficax argumentum ad hoc quod ſtatus Chriſtianitatis conſummãdus eſt tempore ſui Meſſiæ inaniter expectati, eo quod Chriſtiani veſcuntur carnibus ſuillis, non tamen Iudæi nec ẽt Sarraceni. Sed falſitas eorum declaratur in gloſ. maiori ſuper Geneſ. vbi expreſſe habetur, quod omnia quorum eſus erat illicitus in veteri lege debebant eſſe licita ad eſum tempore Meſſiæ, & ſpecialiter hoc dicunt de porco. vnde hoc quod dicitur: Qui comedebant carnem ſuillam. exponendum eſt prout in poſtil.

Conſequenter ſeptimo dicit: Ego autem opera eorum. In quo videtur oſtendere exordium apoſtolicę doctrinę, ſcilicet quomodo proceſſit poſt reſurrectionem Chriſti. Quod continuatur ad prędicta, ſpecialiter ad illud quod dixerat: Peperit Sion filios ſuos. Ad quod ſciendum, quod prout legitur in actibus apoſtolorum.2. eo tempore quo Spirituſſanctus deſcendit in apoſtolos Chriſti, erant in Ieruſalem habitantes viri religioſi ex omni natione quæ ſub cælo eſt: qui omnes viderunt gloriam Dei, inquantum videbant ipſos apoſtolos loquentes varijs linguis magnalia Dei, quod non niſi virtute diuina fieri poterat & hoc eſt quod dicitur hic: Ego autem opera eorum & cogitationes eorum, ſcilicet Iudæorum volentiũ ſupprimere fidei veritatem. vnde & apoſtolos & diſcipulos intantũ perſequebãtur, quod oẽs erant congregati pp metũ Iudęorũ in eodẽ loco: & ſic Deus ex operibus, & cogitationibus prauis Iudæorum bonum elicuit, ſcilicet congregare apoſtolos cum omnibus Gentibus & linguis, vt viderent gloriam Dei modo prædicto. Et in hoc quod dicitur. Cum omnibus Gentibus. intelligatur diſtributio pro generibus ſingulorum prout in multis alijs locis. Et ſequitur: Et ponam in eis ſignum, ſcilicet in diſcipulis, ſignum ſanctæ crucis, quia crucifixum communiter prædicabant, vel ſignum ideſt miracula, vel ſigna q̃ in nomine Chriſti faciebant. iuxta illud Mat.vl.d. Signa ante eos qui crediderint hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eiicient,&c. Et mittam ex eis qui ſaluati fuerint, vbi in Hebræo habetur. Qui euaſerint: quia apoſtoli & diſcipuli quaſi fugientes euaſerunt de perſecutione Iudęorum ab Ieroſolymis ad Gentes ſcilicet ad Gentiles. Exponantur cętera, prout in Poſt. ibi: Et adducent omnes fratres veſtros. Quod videtur exponendum de martyribus Chriſti, qui in diuerſis partib. mundi fuerunt pro teſtimonio Dei interfecti quorum corpora, ſeu oſſa adducuntur frequenter de cunctis Gentibus. In equis & quadrigis,&c. ſcilicet honorificè & diuerſis & varijs modis: ad montem ſanctum meum Ieruſalem, ſcilicet ad eccleſiam. Quomodo inferant filij Iſrael munus in vaſe mundo in domum domini, quia tanta veneratio fit reliquijs ſanctorum in eccleſia, ſicut olim fiebat in templo, cum aliquod munus ſolenniſſimum ibi offerebatur. Et hic innuit propheta tertium pertinens ad perfectionem noui ſtatus. In veteri enim lege corpora, ſeu oſſa mortuorum erant immunda intantùm, quod contaminabantur ſacerdotes per contactum mortuorum, vt Leui.11.a. Sed in noua lege hoc non habetur, immo reliquię ſanctorum in altaribus ponuntur. Cuius differentiæ ratio poteſt eſſe, quia animæ defunctorum in veteri lege quantumcunque ſancti fuiſſent, ſeparabantur tamen a viſione diuina, vnde & corpora eorum merito ſeparanda erant à ſanctuario: cuius oppoſitum eſt in noua lege, in qua animæ ſanctorum beatificè Deo coniunguntur. vnde ad perfectionem ſui ſtatus pertinent prædicta.

Conſequenter octauo dicitur. Et aſſumam ex his Sacerdotes & Leuitas. In quo innuitur quartum pertinens ad ſtatus nouæ legis perfectionem, inquantum Sacerdotium ipſius ſe extendit ad omnes Gentes, & non coartatur ad certam tribum, ſicut in veteri lege. Quæ quidem extenſio pertinet ad perfectionem, ſicut noua lex perfectior eſt quę obligat omnes, quàm lex vetus quæ tantùm obligat populum antiquum.

Et in hoc etiam oſtenditur tranſlatio legis antiquæ ad nouam. iuxta illud Heb.7.b. Trãſlato ſacerdotio neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat: quod tamen Hebræi fatuè negant, de quo non eſt ad præſens agendum. Cętera exponantur prout in poſtil.

# IN IEREMIAM PROPHETAM D
## PRAEFATIO.

HÆC interpretatio Hieronymi eſt. Si quid in ea nouerit, ſecundùm Hebræos codices exploretur. Alia eſt Septuaginta interpretum Eccleſijs vſitata. Quæ quamuis nonnulla aliter habeat quàm in Hebræis codicibus inuenitur, tamen vtraque, ideſt ſecundũ Septuaginta, & ſecundùm Hebręam, apoſtolica autoritate firmata eſt, non errore neque reprehenſione ſuperiori, ſed certo conſilio Septuaginta nonnulla aliter dixiſſe vel contexuiſſe intelliguntur. Quod ideò præmonemus, ne quiſquam alteram ex altera velit emendare. Quòd ſingulorum in ſuo genere veritas obſeruanda eſt.

## PROLOGVS SANCTI HIERONYMI. IN EVNDEM.

IEREMIAS propheta cui hic prologus ſcribitur, ſermone quidẽ apud Hebræos Iſaiæ, & Hoſee & quibuſdã alijs ꝓphetis videtur eſſe ruſticior, ſed ſenſibus par eſt, quippe qui eodẽ ſpiritu prophetauerit. Porrò ſimplicitas eloqui. à loco ei in quo natus eſt accidit. Fuit enim Anathotites, qui eſt vſque hodie viculus tribus ab Ieroſolymis diſtãs milib. Sacerdos ex Sacerdotibus, & in matris vtero ſanctificatus, virginitate ſua Euangelicũ virum Chriſti eccleſiæ dedicans. Hic vaticinari exorſus eſt puer, & captiuitatẽ vrbis atque Iudeæ, non ſolũ ſpiritu ſed & oculis carneis intuitus eſt. Iam decem tribus Iſrael Aſſyrij in Mœdos tranſtulerant, iam terras earum coloniæ Gentiũ poſſidebant. E Vnde in Iuda tantum & in Beniamin prophetauit, & ciuitatis ſuæ ruinas quadruplici planxit alphabeto: quod nos menſuræ metri verſibuſq; reddidimus. Præterea ordinem viſionum qui apud Græcos & Latinos omnino confuſus eſt, ad pridinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarij eius qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermiſimus pro his omnibus maledicta ab æmulis præſtolantes, quibus me neceſſe eſt per ſingula opuſcula reſpondere. Et hoc patior, quia vos me cogitis. Cæterum ad compendium mali rectius fuerat modum furori eorum ſilentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid ſcriptitantem inuidorũ inſaniam prouocare.

## PROLOGVS ALTER.

IOAKIM filius Ioſię, cuius tertiodecimo anno pruphetare orſus Ieremias: ſub quo & Olda mulier prophetauit, ipſe eſt qui alio nomine appellatur Eliachim, & regnauit ſuper tribum Iuda & Ieruſalem annis vndecim. Cui ſucceſſit in regnũ filius Ioachim cognomento Iechonias, qui tertio menſes regni eius die decima captus à ducibus Nabuchodonoſor, ductus eſt in Babylonem, & in loco eius cõſtitutus eſt Sedechias filius Ioſiæ patruus eius, cuius anno vndecimo Ieruſalem capta atque ſubuerſa eſt. Nemo igitur putet eundem in Danielis principio Ioachim, qui in Ezechielis exordio IoaKim ſcribitur. Iſte extremam ſyllabam Kim habet, ille chin. Et ob hanc cauſam F in Euangelio ſecundum Matthęum vna videtur deeſſe generatio, quia, ſecunda theſſeredecas in IoaKim deſinit filium Ioſię, & tertia incipit à Ioachin filio IoaKim. Quod ignorans Prophyrius, calumniam inſtruit eccleſię, ſuam oſtendens imperitiam, dũ Euangeliſtam Matthęum arguere nititur falſitatis. Quòdque traditum ſcribitur IoaKim monſtrat non aduerſariorum fortitudinis fuiſſe victoriam, ſed domini voluntatis.

## ARGVMENTVM IN EVNDEM.

IEREMIAS Anathotites, qui eſt viculus tribus à Ieroſolymis diſtãs milibus, apud Thamnas in Aegypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet verò in eo loco ſepultus, quo dum Pharao rex habitauerat. Et quoniam poſtulatione ſua defugatis ab eodem loco ſerpentibus, Aegyptios à tactu aſpidum facit eſſe ſecuros, magna eum ibi religione Aegyptii venerantur.

A Homiſ. 1. in Ieremiam ver. 2.

ORIGENES. Deus ad benefaciēdū promptus eſt. ad puniendum diſſimulator. Cū enim poſſit reos ſine conteſtatione venturi iudicij punire, nuſquam hoc facit. ſed etiamſi condemnauerit, prædicit vt liberentur per pęnitentiam, quidã nati fuerant per delictum. Niniuitæ cōdē (Ionæ 3.b) nati erant peccatores a Deo. Adhuc.n.tres dies, & Niniue erat ſubuertenda Noluit enim Deus cū ſilentio punire damnatos, ſed dans eis locum pœnitentiæ miſit Hebræum prophetam, qui diceret: *Adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur*, ne perirent.ſ.quia condemnati erant, ſed agentes pœnitentiam impetrarent miſericordiam. (Gene. 18.c Ibid. 19.c) Sodomitæ quoque & Gomorræi diuino iam erant exitio deſtinati, (Quod.) ſicut ſermo Dei ad Abraham oſtēdit: tñ quod ſuum erat fecerunt angeli volentes eos ſaluare, qui ſe indignos ſalute iudicauerunt, & dicentes ad Loth: *Eſt ne al quis hic tibi gener, aut filij aut filiæ &c.* neque ignorabant non eſſe eos ſecuturos Loth, ſed oſtenderunt ſuam pariter, & eius qui eos miſerat benignitatem & amorem. Simile quiddam in Ieremia inuenimus. (Quæſtio.) Notandum eſt.n. tēpus prophetię eius, qñ ꝓphetare cœperit vel finierit. Dicet ergo aliquis: Quid ad me tēpus hiſtoriæ quia cœpit prophetare in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda, & vſque ad annum tertiumdecimum in regno eius. Deinde prophetauit in diebus Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda vſque ad conſummationem vndecimi anni Sedechiæ filij Ioſiæ regis Iuda: & per tres
B reges prophetia eius extenſa eſt vſque ad captiuitatē Ieruſalem in 5. menſe. Cōdemnauerat.n. Deus Ieruſalem pp peccata ſua & hæc erat extrema ſententia ſua, vt captiuitati relinquerētur. Sed cum hominum amator ſit Deus, nec quemquam velit perire antequam depopulationis tempus inſtaret, miſit & hunc prophetam qui inuitaret (Benigniſſim' Deus ad pœnitentiã hortatur.) ad pœnitentiam. Miſit eundem etiam ſub ſecundo rege poſt primū. Miſit quoq; ſub tertio Iam captiuitas imminebat, & adhuc ad ſalutem hortabitur Deus, tribuens & ante vnum diem locū pœnitentiæ Vnde ſcriptū eſt: vſq; ad captiuitatem Ieruſalem & vſque ad quintum mēſem propheraſſe Ieremiam. Iam hoſtium vincula ſtrinxerant manus, & nihilominus hæc dicebat Deus: Ecce captiui facti eſtis agite (licet ſerò) pœnitētiam. Rogate me, & ego parcam vobis: poſſum eruere de captiuitate qui tradidi Hæc etiam de nobis poſſumus intelligere. Si peccauerimus, captiui futuri ſumus Tradi.n. peccatorē Satanę nihil diſtat ab eo quod Iudæi traditi ſunt Nabuchodonoſ. vt ſicut illos Deus conceſſit aduerſario pp frequētes impietates · ſic nos propter peccata trademur ſpirituali Nabuchodonoſor. Vnde: *Quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare.* Putas quantum malum eſt peccare, vt tradatis Satanæ captiuanti animas eorū qui relinquuntur à Deo non ſine cauſa.ſ. nec ſine iudicio. Cum enim miſerit pluuiã ſuper vineã, & ipſa ꝓ vua attulerit ſpinas, quid faciet niſi vt mandet nubibus, ne pluant ſuper vineã imbrem? Propè eſt ergo & captiuitas noſtra, ſi non egerimus pęnitentiã, vt tradamur.ſ. Nabuchodon. & Babylonijs quibus iam adiacentibus ſermones prophetarū, legis, apoſtolorū: & ipſius Chriſti hortanť nos ad pœnitentiam, ꝓuocãt ad ſalutē. Si audierimus, credimus ei q dixit: Et ego pęnitentia agã de omnibus malis quæ locutus ſum eis facere.

Hieron. ad Euſebium. Quia volumen eſt longiſſimū, & in pleriſque hiſtoria manifeſta in Ieremia latã explanationem non quæras ſuper his maximè quæ iã in alijs prophetis ſunt dicta. Vt nihil deſit in ſenſibus cum multū deſit in verbis: ſtamina tibi atq; ſubtegmina & litia ꝑparabo, tu ipſe veſtē pulcherrimam conficito. Cæteri ꝓphetæ, vt Iſaias, Hoſee, Iohel fuerūt ante captiuitatē duarum tribuum.ſ. Iudæ, & Beniamin. Alij poſt, vt Daniel Aggæus & Zacharias, Ieremias verò & Ezechias imminēte captiuitate prophetauerūt, alter in terra Iuda, alter in Babylone. Ieremias puer prophetare cæpit, tertiodecimo anno Ioſiæ regis Iuda filij Amon: prophetauitq; ſub eo decē & nouē annis, & ſub Ioachim filio eius annis 11. & ſub Sedechia q vltimus fuit regū Iuda annis 11. vſque ad quintū menſem quo à Babyloniis captiuata eſt Ieruſalē. Ioachaz verò & Iechoniæ trinj menſes (quorum alter in Aegyptum, alter cū matre ductus eſt in Babylonem ter) ſupradictis annis computantur. Ac per hoc ab exordio prophetiæ ſuæ vſque ad captiuitatem Ieruſalē in qua & ipſe captus eſt, ꝓphetauit annis quadraginta, & vno, præter illud tēpus quo in Aegyptū ductus eſt, ibiq; prophetauit in Thamnis ſicut in hoc ipſo volumine cōtinetur.

CAP.

# LYRANI IN IEREMIAM.

## PRAEFATIO.

C PRophetam in Gentibus dedi te. *Verbum propoſitum ſcribitur Ier. 1.b. Et dictum fuit ſibi à domino. In quo poſſunt notari quatuor cauſæ huius libri Ieremiæ quem habemus præ manibus exponendum videlicet. Cauſa efficiens materialis, formalis, & finalis. Cauſa vero efficiens duplex eſt,* (Cauſa efficiens.) *Vna principalis, ſ. Deus reuelans omnia in hoc libro contenta. Alia inſtrumentalis, ſcilicet, ſanctus Ieremias qui Spirituſſancto dictante ſcripſit librum iſtum. Et hæc duplex cauſa efficiens notatur, cum dicitur: Dedi te, ita quod in ſuppoſito huius verbi dedi, quod eſt ipſe Deus, exprimitur cauſa efficiens principalis. In hoc autem pronomine te, cauſa efficiens inſtrumentalis. Et de vtraque poteſt accipi illud quod ſcribitur Ezech. 3.d. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. Ad hoc enim ponitur ſpeculator in excelſo, vt à longè ſpeculetur, & quę viderit fideliter annunciet: & ſic fecit Ieremias, vt ſtatim videbitur in quodam generali: & plenius in proſecutione libri. Cauſa verò materialis & formalis poſſunt notari in nomine prophetę, cum dicitur: Prophetam. Ad cuius intellectum ſciendum quod propheta ſecundum interpretationem nominis dicitur quaſi procul fans, quia fatur ſeu denunciat ea quæ ſunt longinqua à naturali co-* (Cauſa materialis.) *gnitione humana. Et iſta quantum ad præſens ſunt in duplici gradu, quia aliqua ſunt huiuſmodi propter ſuam eminentiam reſpectu intellectus noſtri, cuiuſmodi ſunt diuina. ad quã ſe habet intellectus noſter ſicut oculus noctuæ ad lucem ſolis. 2. Metaphiſicæ.* (Philoſophus.) *Inter iſta verò valdè longinquum & remotum eſt à cognitione noſtra incarnationis diuinæ myſterium. Ex creaturis enim poteſt homo deuenire in cognitionem primæ cauſæ quę Deus eſt, quantum ad multas eius conditiones, & ſic Philoſophi concluſerunt de Deo plurimas concluſiones Similiter natura humana per ſe accepta, non excedit cognitionem noſtram, ſed vnio naturæ diuinæ & humanæ in ſuppoſito verbi ſupra modum tranſcendit facultatem intellectus humani. Myſterium autem iſtud denunciauit* Ieremias *propheta inter alios valde clarè 23.a dicens.* Ecce dies veniunt, dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum & regnabit rex, & ſapiens erit & faciet iuditium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus iuſtus noſter. *Hęc enim autoritas ad literam de Chriſto dicitur ſecundum omnes doctores Hebręos & Latinos, vt plenius videbitur ibidem domino concedente. Per hoc autem quod dicitur. Suſcitabo Dauid germen iuſtū, exprimitur humanitas Chriſti, qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem ad Rom. 1.a. Per hoc autem quod ſubditur: Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus iuſtus noſter, exprimitur diuinitas Chriſti clarius vt mihi videtur quam in alijs libris veteris teſtamenti: quia vbi habemus dominus, in Hebræo habetur, nomen domini Tetragrammaton, quod ſecundum antiquos doctores Hebræorum ſic etiam appropriatum eſt altiſſimo creatori, vt non liceat ipſum nomen de alio dici, prout plenius dicetur domino concedente quando ad locum illum venimus. Et quia Ieremias ità clarè Chriſti myſterium denunciauit, propheticè poteſt dici de eo quod ſcribitur Luc. 1.g.* Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis, *qui valdè clarè expreſſit altitudinem ſuę diuinitatis, & hęc eſt materia principalis huius libri. vnde dicit Rab. Sal. ſuper 9. cap. Zachariæ quod vniuerſi prophetæ non ſunt locuti niſi de diebus Meſſiæ quod eſt intelligendum de principali intentione eorum, quia de pluribus alijs ſunt locuti. Et ſecundum hoc, Deus humanandus eſt ſubiectum in omnibus libris prophetalibus, ſicut Deus humanatus in Euangelijs: quia quod prophetę nunciant futurum, Euangeliſtę narrant factum. Sicut enim Deus ſub ratione abſoluta eſt ſubiectum in tota ſacra ſcriptura, ſic eſt in partibus eius ſubiectum ſub rationibus determinatis, vt dictum fuit plenius in principio Geneſis. Alia verò ſunt longinqua à cognitione humana propter ſuę entitatis, & veritatis deficientiam, cuiuſmodi ſunt futura contingentia, de quibus non eſt determinata veritas apud nos, ſed eſt determinata apud Deū. Et de talibus eſt prophetia ſecundum quod dicit Caſſiodorus ſuper Pſal.* (Caſſiodorus propheta) *Prophetia eſt diuina inſpiratio rerum euentus immobili veritate denuncians. De talibus verò erat deſtructio ciuitatis & templi, & captiuatio populi per Nabuchodonoſor futura: quam Ieremias propheticè denunciat, & ſcribit in hoc libro, in tantum quod voluerunt eum propter hoc occidere, ſecundum quod dicitur infra* 26.*d.* Iuditium mortis eſt viro huic, quia prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam. *Et hęc eſt materia huius libri ſecū*

*datã*

*daria ſub nomine prophetæ deſignata. Cauſa etiam formalis huius l bri ſub nomine prophetæ deſignatur. Circa quod ſciendum quod duplex eſt forma libri, ſcilicet forma tractatus & forma tractandi. Forma tractatus, eſt diuiſio libri per partes & capitula de qua videbitur in proſecutione libri. Forma verò tractandi eſt modus agendi, qui modus eſt propheticus deſcribendo diuinas reuelationes Ieremię factas, propter quod de ipſo poteſt dici illud quod ſcribitur Iob.6.b. Hic eſt verè propheta. Et dicitur verè propheta, ad differentiam pſeudo prophetarum, qui non prophetabant ex diuina inſpiratione ſicut Ieremias, ſed aliqui eorum ex propria fictione propter quæſtũ. Alij ex reuelatione dæmonum qui ſunt mendaces, propter quod falſi erant, vt in pluribus demonſtrant prophetię eorum. Cauſa finalis huius libri eſt vtilitas vniuerſalis eccleſiæ, quę collecta eſt ex omnibus* D

*Gentibus. Et hic finis notatur, cum dicitur:* in Gentibus, *ideſt ad vtilitatem omnium Gentium: propter quod de ipſo poteſt dici illud Iſa.49.b.* Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ, *vt ſit verbum domini ad Ieremiam dicentis:* Dedi te in lucẽ Gentium, *ad illuminandum eos lumine fidei & claritate morum, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terrę & hoc denunciatiuè tantum, quia Chriſtus eſt ſalus Gentium effectiuè ſecundum quod dicitur.* Operatus eſt ſalutem in medio terræ. i. *in Ieruſalem, quę eſt in medio climitate terræ habitabilis, in qua operatus eſt ſalutem humanam per ſuam paſſionem benedictam & reſurrectionem & aſcenſionem in cælum, vbi cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum Amen.* Pſal.73.c

---

CAP. I.

a *Verba Ieremię.* 70. Verbum Dei, quia verba Ieremiæ verbum domini eſt.

* Hieronymus. Poſt exordium vaticinationis Ieremiæ. 35. prophetiæ anno, Ezechiel in Babylone his q cum eo captiui erant exorſus eſt prophetare.

* Theodoretus. Duplici gratia præditus erat propheta, ſacerdotali & prophetica, & illam quidem traxit à genere, hanc vero beneficio ſuperno adeptus eſt. Refert et tempus prophetiæ. *In diebus, &c.* Meminit etiam eorum qui deinceps regnarunt ad extremam vſque obſidionem.

b *In diebus, &c.* Hieronymus. Mirabilis Dei clementia. Iã captiuitate vicina, & Babylonio exercitu vallante Ieruſalem, nihilominus populum ad pœnitẽtiam vocat, mallens ſeruare conuerſos, quam perdere delinquentes.

c *Priuſquam te.* Non quod ante conceptionem fuerit vt hære- hæretici ſuſpicantur. Sed qa pſciuit eũ dominus futurum, cui facienda iã facta sũt: qui vocat ea quæ nõ ſunt tanquam ea quę ſunt. E

* Hier. Priuſquã, &c. Quidam hũc locum ſuper ſaluatorem intelligunt, qui propriè propheta Gentiũ fuit & per apoſtolos oẽs nationes vocauit. qui priuſquã in vtero virginali formaretur, antequã de vulua exiret ſanctificatus eſt in vtero & notus patri qui ſemper in patre, & in quo ſemper pater. Prima parte. curæ paſtor. cap.7. Gen.10.

* Origen. Ieremias. hoc præ ceteris decus conſecutus eſt Abrahã propheta nũcupatus eſt in eo qđ dr̃. *Propheta eſt & orabit pro te.* Et tñ nõ dixit ad eum. *Priuſquam te formarem, &c.* Sed poſteà in extremo vitæ tempore ſanctificatus eſt Abraham.

* Theodoretus. Electio non iniqua. Hanc enim notitia præceſſit. Nouit enim tumque ſanctificauit. Nam cognoſcit omnia priuſquam generentur.

a *Anti-*

## IEREMIÆ PROPHETÆ.

## CAP. I.

¶Hæc ſunt.
a Verba Ieremiæ filii Helchiæ de Sacer
a¶Ecce locus
dotibus qui fuerunt in Anathot 1
¶Viculus eſt, in tertio ab vrbe miliario ¶Ideſt quia. a¶loc.
in terra Beniamin. Quòd factum 2 3 4
a¶Quod erat in principio apud patrem.
b eſt verbum domini ad eum in die- 5
bus Ioſię filij Amon regis Iuda in
tertiodecimo anno regni eius. Et
factum eſt in diebus Ioachim filij Ioſię regis Iuda vſq;
¶Qui vltimus regum Iuda.
ad conſummationem vndecimi anni Sedechię filij Io-
¶Lxx Captiuitatem.
ſiæ regis Iuda, vſque ad tranſmigrationem Ieruſalem
a¶Quod erat in principio apud Deum, in quo loquuntur Prophetæ.
in menſe quinto. Et factum eſt verbum domini ad 6
a¶Actu. b¶Matris. c¶In præſcientia.
c me dicens: Priuſquam te formarem in vtero, noui te 7

---

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. I.

Verba Ieremiæ. fi. *Liber iſte diuiditur in duas partes ſcilicet proœmium & tractatum. Secunda incipit, ibi:* Et factũ eſt. *Prima in duas, quia primò ponitur autoris notificatio, ſecundò facta ſibi commiſſio, ibi.* & factum eſt. *Circa primum notificatur autor, primò ex nomine cum dicitur.*

1 Verba Ieremiæ. *Supple ſunt quæ ſequuntur in hoc libro. Secundò ex genere, cum dicitur.*

2 Filij Hælchiæ. *Qui fuit etiam propheta, licèt non tam famoſus, ſicut Ieremias. Et hoc ſecundũ regulam Hebræorum quę dicit, quod quando in principio alicuius prophetię exprimitur nomen patris ipſius prophetę intelligendum eſt quod & pater fuit propheta.*

3 De Sacerdotibus. *Ex quo patet quoque dignitas ſui generis: quia tribus Sacerdotalis commixta fuit tribui regię propter ſui dignitatem. Tertiò ex loco, cum dicitur.*

4 In ter. Ben. *Dicit enim Hieronymus in prologo huius libri. quod Anathot eſt vicus tribus milibus diſtans à Ieruſalem in ſorte Beniamin ſitus. Quartò notificatur ex tempore, cum dicitur.*

5 Quod factum eſt verbum dñi, &c. *Et ſciendum quod iſtud quod non eſt pronomen, ſed coniunctio. Et ponitur pro quia, & refertur ad id quod dicitur in principio.* verba Ierem. *Et ad oſtendẽdũ, quod hęc verba procedebant ex ſpiritu diuino, dicitur.* Quod factũ eſt. *i. quia factum eſt verbũ domini ad eum in diebus Ioſię, &c. Tacentur hic duo reges quorum temporibus prophetauit, ſ. Ioachaz & Iechonias filius Ioachin, eò quod quilibet eorum regnauit tantum tribus menſibus: & ſic tempus eorum computatur ſub alijs regibus vſque ad tranſmigrationem Ieruſalem ideſt, captiuitatem populi eius & ciuitate deſtructa per Nabuchodonoſor in menſe quinto. Contrarium videtur infra 39. vbi dicitur.* Menſe 4. 5. die menſis, aperta eſt ciuitas, &c *Dicendum, quod menſe quarto fuit capta à Babylonijs, vt ibi dicitur, ſed ciuitas non fuit deſtructa, nec populus in Babylonem ductus donec ſuper hoc audiretur voluntas Nabuchodonoſor exiſtentis tunc in Antiochia, per nuncios ad hoc miſſos, qui redierunt menſe quinto, vt dicitur hic.*

6 Et factum eſt ver. do. ad me dicens. *Hic conſequenter deſcribitur commiſſio facta Ieremię de actu prophetandi, cùm ei dicitur a domino.*

7 Priuſquam te forma. in vtero noui te: *Noticia prędeſtinationis, quę eſt ab æterno.*

* 1 Et tan-

---

MORALITER.

1 *Verba Ieremię.* Per Ieremiam qui excelſus domino interpretatur, bonus prælatus vel doctor, vel prædicator ſignificatur. Quilibet enim iſtorum in gradu ſuo eſt excelſus domino. Huic autem dicitur à domino.

7 *Priuſquam te formarem in vtero noui te. & cætera.* Vterus autem in quo formatur, eſt ſtudium ſacræ ſcripturæ: & inde exit vel educitur a domino vt applicetur regimini populi vel eius doctrinæ, ſeu ipſius prædicationi, & propheta conſtituitur per denunciationem futuræ pęnæ & gloriæ. Per hoc autem quod dicitur.

a *Antequam de vulua.* Hier. Orig. Secundum illud Pauli.
A *Poſtquã cõplacuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris meæ & vocauit per gratiam ſuam: vt reuelaret filium ſuum in me, vt Euangelizarem eum in Gentib.* Ioann. ſanctificatus quoque in vtero & Spiritumſanctum accipit, & in vulua mouetur, & per os matris loquitur.

Ioan 14.b
Gal.1.c

✠ Origenes. Etiamſi videris aliquando iuuenem prophetantem, non dubites dicere de eo quia ſecundum interiorem hominem ſenuit, vt Hieremiæ accidit. Iuuenis enim erat ſecundum ætatem corporis, ſed quoniam dominus dederat verba ſua in ore eius, merito ad eum dicitur Noli dicere quia puer ego ſum.

a & antequàm exires de vulua, † ſanctificaui te, & pro- 1
¶ In vtero vſus eſt libero arbitrio
phetam in gentibus dedi te. Et dixit: † A a a domine 2
b Deus: Ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et dixit do- 3 †
¶ Quaſi: Ne conſideres ætatem, ſed hominis ſapientia eius adhibe erit voluntatem, vt pergas habebis me comitem quo cuncta compleas: Aperi os tuum & implebo illud.
c minus ad me: Noli dicere, quia puer ſum, quoniam ad 4
omnia quę mittam te, ibis: & vniuerſa quęcunque mã-
¶ Ne conſideres multitudinem eorum ad quos loquuturus es, ſed me qui tecum ſum.
d dauero, tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum, quia
¶ Habebis me comitem quo cuncta compleas. b ¶ Non quod perſecutionibus & anguſtijs careat, multa enim paſſus eſt, ſed vt omnia patienter ſuperet & non cedat. c ¶ Pater
ego tecum ſum, vt eruã te, dicit dominus, Et miſit do- 5
e ¶ Filium per quem omnia. ¶ Vt humanam ſimilitudinem videns non expaueſcat.
b ¶ Vt humanorum artuum ſimilitudinem videns tangi non formidet. ¶ Pater. ¶ Quaſi. viriliter age, & confortetur cor tuum.
minus manum ſuam, & tetigit os meum. Et dixit ad 6
¶ Pater ad filium.
me: † Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtitui te 7
¶ Poſtula à me & dabo tibi Gentes hære. tuam. b ¶ Maria.
f hodie ſuper Gentes & ſuper regna, ut euellas & de- †

b *A a a do. Deus.* Deteſtatũ officiũ quod pro ætate nõ põt ſuſtinere. Eadem verecũdia qua Moyſes gracilis, & tenuis vocis ſe eſſe dicit: ſed ille quaſi magnæ, & robuſtæ ætatis corripitur, quaſi puero huic venia datur, qui verecundia, & pudore decoratur.

† Præparaui. † Infra. 14.b
8.q.1.c.in ſcripturis.
Exod.6.b

c *Noli dicere.* Gregor. Officiũ predicationis alij laudabiliter appetũt, ad quod alij laudabiliter cogũt Iſaias .n. vltro ſe obtulit dicens: *Ecce ego mitto me.* B Ierem. humiliter reluctatũ dicẽs: *A a a do. Deus.* Ab vtriſque exterius diuerſa vox prodit, ſed non a diuerſo fonte dilectionis. Duo .n. ſunt præcepta charitatis Dei .ſ. amor & proximi. Per actiuam ergo vitam proximis prodeſſe cupiẽs Iſaias officium predicationis appetit. Per contẽplatiuam Ieremias amore Dei inherere deſiderans, mitti ad prædicandũ renuit. Hic ne tacitæ contemplationis lucra loquẽdo perderet: Ille ne damna ſtudioſi operis tacendo ſentiret. Sed notandũ, quia qui recuſauit, penitus non reſtitit, & qui mitti voluit ante ſe per altaris calculũ purgatum vidit: ne aũt non purgatus adire quis ſacra myſteria audeat, aut quẽ Deus elegit ſub humilitatis ſpecie ſuperbè cõtradicat. Quia ergo difficile eſt purgatum ſe cognoſcere, prædicationis officium tutius declinatur. Non tñ pertinaciter declinari debet, cum ad hoc ſuſcipiendum ſuperna voluntas agnoſcitur. Quod Moyſes vtrumque mirabiliter expleuit qui præeſſe tantæ multitudini, & noluit, & obediuit. Fortè .n. ſuperb. eſſet, ſi ducatũ intrepidus ſuſciperet, vel autoris imperio obedire recuſaret. Vtrobiq; ergo ſubiectus, & præeſſe populis ſeſe mẽtiendo noluit, & tamen de imperantis viribus præſumendo conſentit.

Officium prędicandi an ſit appetendum
Iſa.6.c
† 36. di.c quæ eccleſiaſticis De maior. & ob. c. ſolitæ.

d *Ne timeas.* ✠ Theodoretus. Hoc etiam diuino Moſi dixit Dominus. Illi enim miniſterium extimeſcenti ac di- C centi. Qui ego ſum vt vadam ad Pharaonem; inquit Dominus, *Quoniam ero tecum.* Eandem ſacris Apoſtolis pollicitationẽ dedit ratam ac firmam quos cum iuſſiſſet docere omnes gentes, proſpeciens quomodo vndecim, & pauperes & facultate dicẽdi deſtituti vniuerſam terram peragrarent, ambiguitatem ſoluit, excuſſoque timore dixit. *Ecce vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.*

Gene.4

e *Et miſit, &c.* Notandum, quod hic manꝰ Dei mittitur quę tangit os Prophetæ. Et dicitur: *Ecce dedi verba mea in ore tuo.* In Iſaia ſcriptũ eſt. *Et miſſus eſt vnus de Seraphim, & in manu habebat carbonem quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meũ, &c.* Quia Iſaias perfectę ętatis erat, & immũda labia habebat, & in medio populi polluta labia habẽtis habitabat, mittit vnꝰ de Seraphim, qui nõ manu, ſed forcipe & carbone tãgat os eius iniquitates eius auferat. Hic aũt ipſius Dei manus mittitur, non vt peccata auferat, q̃ multa per pueritiã nõ fecerat, ſed vt loquendi gratiã tribuat. Ezechiel verò librũ deuorat intus & foris ſcriptum .ſ. tam ſacramenta diuina, quã ſimplicem hiſtoriã continentem, Ieremiæ os tangitur, & domini verba tribuuntur, vt confidentiam accipiat prædicandi.

f *Vt euellas, &c.* Origenes. Non aliquis exiſtimet triſte quiddam Ieremiam recepiſſe, quia conſtitutus ſit ad eradicationem regnorum & gentium. Bonitatis Dei iſtud eſt iudicium, eradicare vitia per ſermones, inimica cœleſtis regni regna deſtruere, & bellantes cũ ſua gente euertere nationes, eradicare & ſubuertere.

✠ Idem. Quid eradicat & quid ſubuertit? Cogitationes pias & caſtas. Quatuor triſtibus duo letæ ſuccedunt. Neque enim poterant ædificari bona, niſi deſtructa eſſent mala: nec plantari optima, niſi eradicarentur peſſima. *Omnis enim plantatio quam non plantauit pater meus cęleſtis, &c.* Et ædificatio quæ non eſt ædificata ſupra petram, ſed ſuper arenã ſermone Dei ſuffoditur atque deſtruitur. Illã aũt quã conſumet dñs ſpiritu oris ſui, & deſtruet aduentu præſentiæ ſuæ, omnẽ, ſcilicet ſacrilegam peruerſamq; doctrinam diſperdet in perpetuum. Ea verò quæ eleuant contra ſcientiam Dei, & in ſua confidunt ſapientia, quæ eſt apud Deũ ſtultitia, diſſipabit atque deponet, vt pro his ædificentur humilia, & in locum ſuperborum quæ deſtructa ſunt & euulſa extruantur, & plantentur quæ eccleſiaſticæ conueniunt veritati, de quibus: *Dei ædificatio eſtis, Dei agricultura eſtis.* Multi hunc locum ſuper perſona Chriſti

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et antequam exi. de vul. *Te purgando ab originali in vtero matris per gratiam ſanctificantem.*

2 Et prophetæ, &c. *nunc tibi officium prophetandi imponendo. Et quia officium eſt magnum, ideo ſubditur excuſatio Ieremiæ.*

3 Et dixi A a a dom. Deus. *Et dicunt aliqui expoſitores, quod hic ter ponitur a: quia Ieremias ſe excuſat à tanto officio propter triplicẽ defectũ .ſ. ætatis, ſcientiæ & eloquentiæ: quia adhuc erat iuuenis, ſed hæc expoſitio procedit ex ignorantia Hebraici ſermonis vbi ponitur hic vna dictio, & dicitur aha compoſita ex tribus literis .ſ. Aleph he & he, quia bis ponitur hæc litera he, & hæc dictio ſic ſonat a a a. Litera enim he, aliquando ſonat in Hebræo ſicut a in Latino: & eſt dicta dictio, interiectio dolentis vel admirantis. Sed quia Deus poteſt ſupplere omnem defectum. Ideò ſubditur.*

4 Noli dicere, &c. *q.d. potens ſum cẽm defectum tuum ſupplere, & te ab impugnationibus eorũ quos tu formidas protegere. Sciebat .n. Ieremias quod prophetæ qui ante eum fuerant, perſecutiones vſque ad mortem ſuſtinuerant maximè tempore Manaſſe regis, vt habetur. 4. Reg. Et ſubditur iniunctio officij, cum dicitur.*

5 Et miſit dominus, &c *Vidit enim imaginaria viſione quaſi ſimilitudinem hominis Deum repræſentantis, os Ieremię manu ſua tangentis, & intellexit quod per hoc deſignabatur collatio doni prophetiæ ſibi datæ à Deo. Ideò ſubditur.*

6 Ecce dedi, &c. *Et quia Ieremias non ſolum prophetauit contra regnum Iudæ, ſed etiam contra plura alia, vt videbitur infra ideò ſequitur.*

7 Ecce conſtitui &c. Vt euellas. *ideſt euellendo denuncies transferendos inde habitatores.*

Noli ✠ Vt

*MORALITER.*

†† *Ecce neſcio loqui.* oſtenditur quod quilibet reputare ſe debet inſufficientem ad officia dicta, propter quod valentiſſimi viri leguntur officium paſtorale quantum poterant recuſaſſe, ſcilicet Ambroſius, Gregorius, Auguſtinus & plures alij. Sed multi valde inſufficientes modo ſe ingerunt impudenter, ſicut auicula feſtinans ad prædam, & muſcipulam non attendens.

4 *Noli dicere.* Sciens enim circa ſe voluntatem domini de ſua promotione debet humiliter obedire: & ſic fecerunt ſancti predicti.

5 *Et miſit, &c.* Promotis enim ex ordinatione diuina ipſe dat gratiam exequendi debitè officia impoſita.

† *Vt euellas.* vicia.

† *MORA-*

Chriſti accipiunt. Ieremias.n.interpretatur excelſus domini, qui deſtruxit regna diaboli, quæ ſibi in excelſo montis oſtenderat, aduerſarias perdidit poteſtates, delens chirographum errorum in cruce. De quib. poſt hiſtoriæ veritatem tropicos dicitur. *Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum.* Pro his euulſis, deſtructis, perditis, & in inferiora detractis ædificatur & plantatur eccleſia Dei. Super Ieremiæ autem perſona nulla dubitatio eſt, qui in manu accipit calicem meri plenum vini, & propinare iubetur omnibus nationibus.

*me conſolata ſunt.* Ad hoc.n. corripit dominus, vt emendet: quomodo nux & amygdalum amariſſimum habēt corticem teſtam duriſſimam, vt detractis duris, & amaris, fructus dulciſſimus reperiatur: ſic omnis correctio, & labor continentiæ amara ſunt ad preſens, ſed fructum dulciſſimum pariunt. D

a ¶Regna diaboli. ¶Eccleſiam. ¶Bona.

ſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Et
factum eſt verbum domini ad me, dicens: † Quid tu vi-

a ¶Interrogatione excitat. b ¶Alij amygdalum. ¶De qua Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Et alibi Quid vultis in virga veniam ad vos, &c. ¶Peccata.ſ. conſiderat, vt percutiat & corripiat.

a des Ieremia? Et dixi. Virgam † vigilantem ego video. Et

a ¶Omnia conſiderans.

dixit dominus ad me. Bene vidiſti: quia † vigilabo ego
b ſuper uerbo meo, ut faciam illud. Et factum eſt verbum
domini ſecundò ad me, dicens. Quid tu uides? Et dixi.

a ¶Regem Babylonium, & vrbem Ieruſalem ſignificat,

c Ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius a facie

1 Vñ vetus illa ſnīa ē. Notent diſcētes.
2 Literarū radices amare, fruct⁹ dulces. †infra.24 b. †ex amygdalo celeriter florentem.
3 b *Et factum eſt.* Gradatim peccātes corripiuntur, qui noluerunt percutiente virga corrigi vel emendari: mittūtur in Ollā ſuccenſam de qua plenius Eze.
4 Ezec.24.a.
5 Iob.40.b.
6 Ho. 2. in Pſ. 38.
7
8
9
10
11
12 ✠ Origenes. Requiramus de iſta ſentē-
13 tia, quod propterea ſimul virgam oſtendit, & cacabum igne ſuccenſum, vt ſiquidem diſciplinas accipias per virgam, & emenderis, cacabo non indigeas ſuccenſo, ſi verò permanes indiſciplinatus & virga non emendaris.i. verbo correptionis, vel confutatus, vel pœnitens, in cacabum mitteris, & cacabus ſuccendetur.

✠ Origenes Dei verba prius eradicant, deſtruunt, perdunt, & poſteà ædificant, & plantāt. Obſeruauimus ſemper in ſcripturis, primum ea quæ videntur triſtia nominari, deinde ea quæ hilariora ſunt, ſecundò dici. *Ego occidā & ego viuificabo.* Non dixit prius ego viuificabo & poſtea occidam. Hæc ſi intelligerent miſerrimi hæretici, nunquam ad nos deferrent crebrò iſta dicentes: videſne Deū legis & prophetarum quō ferus & inhumanus eſt.

a *Virgam vigiliarum.* Virgam vigiliarum. LXX. baculum nuceū propter verbi ſimilitudinem. Vigilia.n. & vigil & vigilare, Hebraicè ſachad dicitur, & nux ſeched. vnde in ſequentib pardus vigilans hoc nomine ponitur. Quod & in Daniele iuxtà Theodotionem ſcriptum eſt, vt ab arboribus ſchino & prino: ille.ſ. & lentiſco ſciſſio, & ſerratio adulteris presbyteris decernatur. Et in principio Geneſeos. A viro qui dicitur Is, appellatur iſta mulier quaſi quædam virago Quidam virgam vigilantem atq; nuceā dominum intelligunt. De quo Iſaias. *Exibit virga de radice Ieſſe.* Vnde. Virga Aaron quæ putabatur emortua, in reſurrectione domini floruiſſe narratur.

✠ Theo. Vigilias appellat, excitationem ad vindictam: longanimitatem verò, ſomnum. Inquit.n beatus Dauid. *Exurge quare obdormis domine.* Et iterum. *excitatus eſt tanquā dormiens dominus.* virga amygdalina indicat obſcurè celeritatē vindictæ. Siqdē floret hæc arbor ante reliquas arbores

✶ Moraliter. Virgam vigi. *Virga tua & baculus tuus ipſa me*

✠ Idem. Quia ſacramentum ſacerdotale eſt virga nucis, arbitror Ieremiam vidiſſe virgam nuceam, & prophetaſſe de ea, illa quæ ſcripta ſunt vel de virga nucea vel de lebete, ſiue de olla ſuccenſa, quaſi ſi oſtenderet per hæc in virga nucea eſſe vitam, in lebete ſuccenſo eſſe mortem. Vita.n. & mors ponitur ante faciem noſtram. Eſt & vita quidem Chriſtus in ſacramento nucis, mors autem diabolus in figura lebetis ſuccenſi. E Ho. 9. in Nu.

✶ Theodoretus. Vocat lebetem vrbem Ieruſalem: ignē autem regem Babylonium, quem denominat a Babylone, quia Babylon ſita eſt a parte aquilonis ipſius Ieruſalem, quam quidem Ieruſalem Ezechiel etiam lebetem vocat & incolas eius canes.

✠ Greg. Olla ſuccenſa eſt cor humanum, ſæcularium curarum ardoribus, deſideriorumq; anxietatib. eruens. Quia a facie Aquilonis ſuccenditur.i. diaboli ſuggeſtionibus inflammatur. Ipſe enim vocari nomine Aquilonis ſolet, qui dixit. *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis.* lib.18.mor.c 11. Iſa.24.

c *Ollam ſuccenſam.* Hinc dominus ad Iob dicit. *De narib. eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atque feruentis, halitus eius* ☞ *prunas*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et deſtruas. *quantum ad occidendos.*
2 Et diſperdas. *quantum ad fugientes per diuerſas vias.*
3 Et diſſipes. *quantum ad morientes in fuga vel captiuitate.*
4 Et ædifices, & plantes. *i. denuncies Iudæos reædificandos, & plantandos in terra ſua. Quod impletū fuit tempore Cyri, qui dedit populo licentiam redeūdi in terram ſuam, & reædificandi templum & tempore Artaxerxis qui dedit licentiam Neemię reædificandi ciuitatem Ieruſalem: vt habetur 1. Eſd. 1. & Neemiæ. 1.*
5 Et factum. *Finito proœmio, hic incipit tractatus. Circa quē ſciē dum, ꝙ licet principalis materia huius libri ſit myſteriū ipſius Chriſti, vt ſuprà dictum eſt, tamen Ieremias multò diffuſius ſcribit futuram ciuitatis, & templi deſtructionem ꝑꝑ quod melius pōt accipi diuiſio libri ſecundum iſtam materiam. Et ſecundum hoc liber iſte in duas partes diuiditur, quia primò Ieremias hanc deſtructionem futuram denunciat. Secundò, ipſam factam deplorat in Threnis, qui non eſt liber diſtinctus ab iſto, vt patet per Hieronymum in prologo galeato, qui prologus ponitur in principio libri Reg. Prima in duas, quia primò futuram deſtructionem denunciat. Secundò dicta epilogat, c. 3. Prima adhuc in duas, quia primò pronunciatur deſtructio Iudæorum. Secundò aduerſariorum ſuorum, cap. 46. Prima adhuc in duas, quia primò denunciatur dicta deſtructio propheticè. Secundò hiſtoricè cap. 39. Prima adhuc in duas: quia primò oſtenditur deſtructio ciuitatis futura. Secundò ſubditur huius deſtructionis cauſa, ca: ſeq. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur dicta oſtenſio. Secundò prophetiæ confortatio ibi.* Tu ergo. *Oſtenſio vero deſtructionis futuræ fuit duplici viſione. Secunda ponitur. ibi.* Et factum eſt. *Prima ponitur, cum dicitur.*
6 Quid tu vi. *Non quærit Dominus ex ignorantia, ſed vt ex eius reſponſione conuenientius eum inſtruat de futura deſtructione ciuitatis. Ideo conſequenter ponitur prophetæ reſponſio.*
7 Vir. vi. *Aliqui ſic exponunt.* Virgam vigiliarum. *i. vigilantium. ſ. latronum qui vigilant de nocte quando alij dormiunt ad faciendum furta, & habent aliquando virgā longā in extremitate vncinum ferreum habentē cum qua extrahunt veſtes vel alias res de domib. per feneſtras, & per hoc vt dicunt deſignabatur futura ſpoliatio ciuitatis per Chaldæos. Sed iſtud dictum proceſſit ex ignorātia Hebraici ſermonis, qui ſic habet hic. Baculum amygdalinum ego video. Et dicit baculum, ad deſignandum percuſſionem ciuitatis futuram. Amygdalinum, ad deſignandum huius percuſſionis accelerationem, eo ꝙ inter alias arbores amygdalus multum accelerat emittere flores. Et ideò cum ſubditur.* F
8 Bene vi. quia vigi. *In Heb. habetur. Quia feſtinabo ego &c. & eadē ſententia eſt in litera noſtra, cum dicitur.* Vir vi. *Et poſteà* Vigi. ego. *per vigilantiam.n. intelligitur feſtinatio, eo modo loquendi quo cōiter dicitur de homine multū feſtinante ad aliquid obtinendum quod vigilat ſuper illud: Sacra Scriptura.n. non ſemper transfertur de verbo ad verbū, ſed aliquando accipiendo ſenſum ex ſenſu.*
9 Et fa. eſt. *Hic ponitur ſecunda viſio, cum dicitur.*
10 Quid tu vi. *Exponitur vt ſupra.*
11 Ollam ſuc Ego ui. *non eſt intelligendum quod viderit imaginaria viſione ollam plenam igne ardente, vt aliqui imaginantur, ſed videbat ollam bullientem, & hoc modo communi verbo dicitur olla ſuccenſa, quando fortiter bullit, vnde in Hebræo habetur. Ollam bullientem ego video.*
12 Et fa. eius. *i. ebullitiones eius quæ apparent in ſuperficie ollæ bullientis. In Hebræo.n. facies ponitur in plurali.*
13 A fa. aq. *.a parte aquilonis, olla enim poſita ad ignem quando* ✠ *bullit.*

*MORALITER.*

1 *Et deſtruas.* Hæreſeos.
2 *Et diſperdas, &c.* malorum colligationes.
4 *Et ædifices.* Virtutes.

† *Et plan.* In eccleſia & bonas perſonas & ſufficientes. Et talis prælatus uidet uirgam uigilantem, quia conſiderat finalis iudicij terrorem.
11 *Ollam ſuc.* i. Pœnæ gehēnalis horrorē, ut ipſe timeat, &

prunas ardere facit, & flamma de ore eius egredietur. Quidam
A hunc locum in bonam partem accipiunt. Quod hi videlicet qui in olla ærea excocti ſunt, & per cruciatus purgati, poſteà principes ſint Ieruſalem, & poſtquam dominus fuerit miſertus eorum exprobret eis, quia ſe deſerto ſimulachra coluerunt. Sed hæc violẽta, & praua interpretatio eſt.

† ſoluitur, emittetur.

a *Habitatores terræ.* De quib. in Apoc. *Væ ſuper habitatores terræ.* Sancti.n. non ſũt habitatores terræ ſed aduenæ, & peregrini. Vnde vnus eorum dicit. *Aduena ego ſum & peregrinus, ſicut omnes patres mei.* Et alius. *Parui ſunt, & peſſimi dies mei quibus ego peregrinor ſuper terram.* Et Petrus. *Electis aduenis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ.*

Apoc.8.d. Pſal 38.c. Gen.47.b. 1.Pet.1.a.

b *Et lo.* ✠ Theodoretus. Quid porrò hæc vindicta iuſtius? Quid hac impietate dementius?
B Illi .n. relicto proprio conditore, figmenta ſua Deos cõſtituerunt Hic vero poſt diuturnam patientiam, ſæpe numerò gratia ſua priuauit eos, qua deſtituti, impuris hominibus ſeruierunt

† timeas. † ne forte cõterere te faciã ante eos.

c *Tu ergo accinge, &c.* Iob quoq; præcipitur, vt accingat lumbos ſuos. Et Apoſtolus. *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, &c.* vt accinctis lumbis, quos Elias & Io. Baptiſta zonis mortificauere pelliceis, lucernas teneant in manib. ſuis Euãgelicæ ſ. prædicationis. Quicunq; prædicaturus eſt ſermones Dei, dẽt accingere lumbos ſuos. Diaboli.n fortitudo in lumbis. Vnde. *Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus.* Accinctis lũbis audiat quod ſcriptum eſt. *Surge, qui dormis: & illuminabit te Chriſtus,* vt ſemper vigilans & de ſomno conſurgens imperata facit, & dicat.

Io.4.a.b Eph.6.c.

a ¶Diaboli. ¶De quo Salomon: Aquilo durus eſt ventus. Nomine autem dexter vocatur ab his qui eius frigore calorem fidei perdiderunt. ¶Aliqui exponunt de malis.

aquilonis. Et dixit dominus ad me. Ab aquilone † pandetur 1

omne malum ſuper oẽs habitatores terræ. Quia ecce ego †

a ¶Reges babylonio ſubiectos

conuocabo omnes † cognationes regnorum aquilonis ait

a ¶Vocati b ¶Obſeſſa ciuitate. c ¶Tentoria . . . ſuum.

dominus, & venient & ponent vnuſquiſq; ſoliũ ſuum in 2

a ¶Ne quis exire poſſit.

introitu portarum Ieruſalẽ, & ſuper omnes muros eius in 3

a ¶Non tantum in Ieruſalem. b ¶Sed in obſidione validiſsima. c ¶Capta ciuitas capti fuerit, oſtendam iudicia mea fuiſſe recta & recepiſſe ſingulos quod merebantur. †

circũitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda. Et loquar iudicia 4

a ¶Nullum peccatum impunitum. †

mea cum eis ſuper omnem maliciam eorum qui dereli-

a ¶Quaſi. Non pro ceteris vitiis quibus ſubiacet humana conditio, ſed maxime pro idololatria. ¶Dominum Deum ſuum. c ¶Quos non coluerunt patres eorum.

querunt me, & libauerunt dijs alienis, & adorauerunt

a ¶Quod fecerunt, non a quo facti ſunt. ¶Simulacra Gentium argentum, & aurum op. &c.

opus manuum ſuarum. Tu ergo accinge lũbos tuos, & ſur 5

a ¶Quaſi. Fac quod tuum eſt, pro illo ſum facere quod meum eſt.

ge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne

a ¶Qui correctionem non ſuſtinent b ¶Sic. c ¶Videtur taceat timere quos relinquit formidini

† formides a facie eorum: † nec enim timere te faciam vul- 6

a ¶Comes & adiutor, quo duce tutus eris. b ¶Donec hodie dicitur in præſenti vita. c ¶Eccleſiam. ¶Vnde. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Et alibi. Ego ciuitas firma quę non oppugnatur.

tum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem muni- 7

a ¶Quaſi. Nec hoc ſufficit. b ¶Qui nulla rubigine violatur, non cedit imbribus, & vetuſtate fit fortior. †

tã, & in columnã ferream, & in murũ æneum ſuper om- †

a ¶Talis eris regibus Iuda &c.

nem terram regib. Iuda & Principibus eius & Sacerdotib.

a ¶Quia terrena ſapiunt, omnium ignem terreni non cœleſtis portant.

& omni populo terræ. Et bellabunt aduerſum te, & nõ præ †

a ¶In quo vinceris fortior omnibus. ¶Ne in tentationibus ſuccumbas.

ualebunt, quia ego tecum ſum, ait dominus, vt liberem te 8

D d *Ciuita.* Non domum vnam, nõ turrim aut aliqua mœnia ſed ciuitatem totam quæ ſuper mõtem poſita latere non poteſt.

Io. Pf.

e *Et in co.* De qua Apoſtolus. *Columna, & firmamentum veritatis.* Et petrus, & Iacob. & Ioannes qui putabantur eſſe columnæ Eccleſiæ. & Paulo, & Barnabæ dederunt dextras communionis.

f *Murum æneum.*
C ✠ Gregorius Naziãzenus. Murus æneus eſt ni fallor anima firma & aurea, recenſque ad pietatẽ compacta.

g *Regib. Iuda.* Si quando reges Iuda (qui interpretatur confeſſio) & principes, & Sacerdotes eius, & populi. epiſcopi.ſ. & presbyteri, & diaconi, & vulgus vile atque ignobile, contra ſanctũ virum conſurgerẽ voluerunt, fidei firmitatẽ, habeat nec timeat: in domino ſperet vt vincat.

h *Et bellabunt, &c.* ✠ Theodoretus. Hanc pollicitationem fecit etiam eccleſiæ. Nam Petro dixit. *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Non dixit, non pugnabunt, ſed pugnando nõ præualebunt. Quoniam ex aduerſo pugnantes, non ſine labore victoriam comparant.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

*bullit, eius ebullitiones incipiunt a parte ignis, & flectuntur ad partem oppoſitam, & per hoc ſignificabatur quod Chaldæi ciuitatem inſenſuri venirent a parte aquilonis, & ideo ſequitur exponendo dictam viſionem*

C 1 Ab aquilo. *Et patet litera vſque ibi.*

2 Et po. vnuſq ſo. ſuum. *i. tentorium ſuum.*

3 In intro por. *vt nullus poſſit egredi vel ingredi quin capiatur. Vel ad literam.* ſolium ſuum. *quia capta ciuitate ſederũt principes in portis, in ſolijs ſuis tanquam victores, vt habetur infrà. 31.*

4 Et loquar. *reddendo eis pœnam debitam pro peccatis. Sed quæritur hic, quõ Chaldæi dicuntur veniſſe ab Aquilone, cũm Chaldæa ſit magis ad orientem reſpectu Iudeæ Ad quod dicendum, quod Nabuchodonoſor tunc erat monarcha, vt patet Dan.4. Et ſic regna Aquilonis erant ſibi ſubiecta, & pro maiori parte collegit inde exercitum ad veniendum contra Ieruſalem, vt ſic Chaldeam, dimitteret munitam bellatoribus in ſui abſentia contra pericula imminentia, quod autem ponitur duplex viſio ad ſignificandum idem, ſ. ciuitatis deſtructionem, facit ad iudicium veritatis, vt ſermo Dei velocius cõpleatur, ſecundum quod expoſuit Ioſeph de duplici ſomnio Pharaonis, famem futuram ſignificante. Gen.41.*

5 Tu ergo accinge lumbos. *Hic conſequenter ponitur prophetæ confortatio, cum dicitur:* Tu er. ac. *ideſt ſis promptus, & paratus ad exequendum mandatum meum abijciendo à te timorem humanum: propter quod ſubditur.*

6 Nec enim timere te faciam. *ideſt permittam, propter quod ſubditur.*

7 Ego quippe, &c. *q. d. ſicut ciuitas munita non poteſt capi, nec columna ferrea frangi, nec murus æneus penetrari: ſic nec poteris à tuis aduerſarijs ſuperari. Cuius cauſa ſubditur.*

8 Quia ego tecum. *qui ſum infinitæ virtutis, & ſic poſſum te in omnibus protegere.*

MORALITER.

† ad hoc alios inducat quia maligni ſpiritus ad contrariũ nituntur. Ideò ſequitur.

† *Quia ecce ego, &c.* Per quas ſignantur congregationes dæmonum Quas dr̃ hic Deus congregare inquantũ permittit dæmones ſuos fideles tentare, ſicut patet de S. Iob.

2 *Et ponent, &c.* Per quas ſignantur Sacerdotes curati, quia miniſtri ſunt ſacramentorum, & ſic præbent alijs aditum ad eccleſiam Dei.

† *Et ſuper omnes muros eius.* Per quos ſignantur prælati, & prædicatores, qui debent eſſe muri ad defenſionem populi Chriſtiani: propter quod de malis dicitur Ezech. 13.a. Non oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael.

† *Et ſuper vniuerſas.* i. ſuper aliorum fidelium congregationes. Super omnes.n. prædictos quærunt dæmones dominari, propter quod doctores. & prælati debent ad oppoſitum coronari: ideò ſequitur.

7 *Ego quippe, &c.* recipiendo charitatiuè confugientes ad tuum conſilium.

† *Et in co.* ad ſuportationem debilium.

† *Et in murum.* Reſiſtendo violentiæ tyrannorum. Et ſubditur diuinum auxilium, cum dicitur.

† *Et non &c.*

ADDITIO

A D D I T I O.

A In cap.1.Ieremiæ vbi dicitur in Poſtilla: *Fily Elchiæ.* qui fuit etiam propheta.

*Quòd ſit regula apud Hebræos. Quòd quando in principio alicuius prophetiæ exprimitur nomen patris ipſius prophetæ, intelligendum eſt quod pater fuit propheta, nullum habet fundamentum in Sacra Scriptura, nec aliquem Hebræorum expoſitorem me recordar legiſſe hoc aſſerentem: licèt in quodam Thalmudico libro hoc legatur quod tamen hoc non eſt pro regula reputandum, imò ſecundum Ra. Cimhi, & alios autenticos Hebræorum expoſitores, Helchias hic nominatus, eſt Helchias ille ſumus Sacerdos qui inuenit librum legis tempore Ioſiæ, vt habetur 4.Reg.22. Qui quidem Helchias non fuit propheta: quod patet ex hoc quod ipſe cum alijs de mandato regis iuit ad quærendum verbum domini ab Olda prophetiſſa, vt patet in cap. ſupradicto.*

*REPL. In cap.1.Ieremiæ vbi poſtilla. Helchiam patrem Ieremiæ hic nominatum dicit fuiſſe prophetam iuxtà regulam Hebræorum dicentem patres prophetarum nominatos fuiſſe prophetas, ſed Burg. dicit ſe illam regulam non legiſſe, nec regulam eſſe, dicit tamẽ in Thalmud reperiri, vnde quia Thalmud apud Iudæos pro lege reputatur: lex autem & regula coincidunt, igitur Burg. negans illud dictum fore regulam concedit ipſum eſſe regulam ex eò: quia dicit ipſum in Thalmud fore contentum. Aſſumit autem Burg. quod Helchias hic nominatus non fuit propheta, ſed fuit ille ſummus pontifex, de quo 4.Reg.22.b. dicitur, quod inuenit librum legis tempore Ioſiæ: & ad hoc allegat Rabi Cimhi, & alios. Sed videtur quod Burg. per aſſumptum illud probat propoſitum, quia ſummi pontificis officium fuit prophetare: ſi enim tempore Chriſti quando Sacerdotium, & prophetiæ legis debuit obmuteſcere, ad pontificis officiũ pertinebat prophetare, ſicut dicitur Io.11.g. de Caipha: cum eſſet Pontifex, prophetauit, multò amplius tempore regum quando prophetia fuit in maximo vigore, ad pontificis officium pertinebat prophetare, ergo quia ſecundùm Burg. Helchias non fuit propheta, cum hoc ſecundum eundem fuit pontifex, ergo fuit propheta, ſaltem officio, & ſi non actu. Et ad hoc tendit argumentum Burg. per quod nititur oſtendere ipſum non fuiſſe prophetam, quia miſſus eſt a rege ad Oldam prophetiſſam ad conſulendum. Ad hoc autem communiter dicitur, quod aliqui ſunt prophetæ actu, ſed non officio vt Dauid, Iob, & quam plures alij. Quidam autem fuerũt prophetæ vtroque modo, ſicut Iſaias, Ieremias, &c. Quidam autem officio, & non actu, ſicut multi ſummi Pontifices, & ſic Helchias. Et ad ſedandam Burgenſem contentionem poteſt dici, ꝙ non eſt inconueniens vnum prophetam ad alium accedere & ab eo inquirere aliquid ſibi non reuelatum, & ab eo inſtrui, vt patet factum in multis locis tempore regum. In primo lib. Reg. dicitur. Num Saul inter prophetas? qui tamen conſuluit Phithoniſſam: multò rationabilius Helchias exiſtẽs propheta potuit conſuluere veram prophetiſſam, quia prophetæ ſpiritu prophetico non ſemper tanguntur, nec eſt in eorum poteſtate vſus luminis prophetalis, quia donum ſupernaturale eſt. Sed quicquid ſit de prophetia iſtius Helchiæ non videtur veriſimile hunc ſummum Pontificem fuiſſe patrem Ieremiæ, quia pater ipſius hic nominatus dicitur fuiſſe de Sacerdotibus qui ſunt in Anatoth, qui ſecundum beatum Hieronymum fuit viculus ruralis, & inde accidit ei Ieremiæ ruſticitas in eloquio, fuit .n. Anathotes, vt inquit idem beatus Hieronymus. Nec puto veriſimile ſummum Sacerdotem in tali viculo habuiſſe, ſed in ciuitate regia ad reddendum iura in cauſis perplexis. Nec videtur honeſtus modus loquẽdi literæ beati Hieronymi de patre Ieremiæ ſi fuiſſet ſummus Pontifex: non.n. honeſtè de ſummo Pontifice dici poteſt, quod ſit vnus de Sacerdotibus, præſides enim cum ſimplicibus Sacerdotibus non connumerantur honeſtè, ſicut non decet regem populo connumerari.* D E

C A P. II.

a ADoleſcentiam. Plenius hoc in Ezechiele legitur vbi ſibi dominus Ieruſalem matrimonio copulat, & ſub perſona vxoris ſuis iungit amplexibus. Siue vt ardentiorem monſtret affectum puellam eã, & adoleſcentulam, & deſponſatam vocat. Quo .n. nondum potiti ſumus, ardentius appetimus.

⁑ Theodoretus. Adoleſcentiam vocauit, initium vocationis Iudæorum. Tũc .n. ipſe in Aegypto miſerè afflicti ingemebant, ipſe verò miſertus eſt & miniſterio moſis vtens liberauit eos. Iſtud autem, dilectionẽ perfectionis iuxtà tranſlationem 70. ironicè poſuit. Non enim vnquam Iudæi perfectionẽ dilectionis habuerunt erga benefactorẽ quod ex hymnorum autore Dauide diſcimus, *Dilexerunt.n.eum*, inquit, *in ore ſuo, & in lingua ſua mentiti ſunt ei. Cor autem eorum non erat rectũ cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius.*

C A P V T II.

ET factum eſt verbum do- 1
mini ad me dicens, † Vade 2
a ¶ Altè apertè, vt nemo excuſationem habeat ¶ Habitatorum ſcilicet.
& clama in auribus Ieruſa- 3
lem, dicẽs. Hęc dicit domi- 4
nus. Recordatus ſum tui 5 6
a ¶ Quaſi. Hoc totum miſericordiæ meæ eſt, non meriti tui.
a † miſerans adoleſcentiam tuam, & charita-
a ¶ Qua inſtar deſponſaliorum legis tibi ornamenta, & verborum diſtribui monilia.
tem deſponſationis tuæ quando ſequuta es 7

† infra. 5. d.

a *Omnes*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

ET factum eſt. *Hic conſequenter deſcribitur dictæ deſtructionis cauſa .ſ. populi Iudaici malicia. Et diuiditur in duas partes: quia primò Ieremias arguit populi maliciã. Secundò ex hoc patitur multiplicem iniuriam c.21. Prima in duas, quia primò arguitur populi malignitas. Secundò eius irreparabilitas. 13. cap. Prima adhuc in duas: quia primò Ieremias arguit populi tranſgreſſionem. Secundò plangit ſibi futuram perſecutionem. ca. 11. circa medium, ibi.* Tu autem domine demonſtraſti mihi. *Sed iſtud dictum videtur repugnare ei quod dictum eſt capitulo præcedenti.* Nec.n. timere te faciam. *i. permittam, quia planctus de malo futuro videtur procedere ex timore. Ad quod dicendum quod ſicut dicit Philoſophus .2. rethorico. Timor eſt paſſio de malo futuro de difficili euitabili, non tamen impoſſibili: quia ſi apprehendatur vt impoſſibile euitari, iam ceſſat timor, & ſuccedit triſtitia: quę eſt propriè de malo præſenti, quia iam apprehenditur illud malum vt præſens: propter quod iudicati ad mortem cum illuc ducuntur non timent, ſed triſtantur, & hoc eſt peius quam timere. Prou.17.d.* Spiritus triſtis exſiccat oſſa *Ieremias autem per diuinam reuelationem erat certus de perſecutione ſibi futura. Et ideò non erat in eò timor de hoc, ſed triſtitia. Et ſic plangebat, quia apprehendebat illam quaſi iam præſentem, propter euaſionis impoſſibilitatem. Planctus.n. propriè eſt de malo præſenti vel preterito ſecundũ rem vel ſecundum rei apprehenſionem. Per prædicta patet ſolutio argumenti. Prima adhuc diuiditur in duas, quia primò arguitur populi multiplex flagitium. Secundò excluditur ab eò remedium, cap. 5. Prima adhuc in tres: quia primò arguitur populi malicia. Secundò peccandi inuerecundia, c. ſeq. Tertiò peccantium contumacia, c.3. Præſens autem capitulum in duas partes diuiditur, quia primo præmittitur Dei & populi mutua dilectio ſecundo ipſius populi deprauatio: vt grauior appareat ex præcedenti bonitate. Secunda ibi.* Audite. *Circa primum ſciendum, quod Deus magnam dilectionem oſtendit populo Iudaico, quando ſic mirabiliter eduxit de Aegypto & ſibi ſpecialiter deſponſauit per dationem legis, ſecundum quod dicitur Pſal.142.b.* Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. *Et è conuerſo, populus magnam dilectionem oſtendit ad Deum, quando ad mandatum eius exiuit in deſertum, vbi victualia non creſcebant, nec cibos ad ſufficientiam ſibi præparare poterant. Et hoc eſt quod dicitur hic.* F

2 Vade & clama in aurib. Ieruſalem. *i. habitatorem eius, ita quod omnes poſſint audire tam maiores quam minores.*
3 Hec dicit dominus *Cuius verbum non poteſt eſſe falſum.*
4 Recordatus ſum tui *ſ. ò Iſrael.*
5 Miſe. ado. tuam. *i. tempus tui exitus de Aegypto.*
6 Et charitatem deſp. tuæ. *In legisdatione.*
7 Quando ſeq. es me in de. *ad dictum Moyſi ſerui mei.*

⁑ 1 *In*

*M O R A L I T E R.*

† 4 *Recordatus ſum tui.* Hoc poteſt moraliter exponi de religioſis generaliter, & de mendicantibus ſpecialiter, quib. ad memoriam reducitur feruor deuotionis ſuæ in religionis ingreſſu, vt cõuenientius arguatur tepor, & remiſſio in progreſſu. Et ſic dicitur in perſona domini. *Recordatus, &c.* In principio profeſſionis.
7 *Quando ſequuta es, &c.* religionis.

a ¶ Fuit tamen ciborum affluentia.

me in deſerto, in terrā quæ non ſeminatur. Sanctus Iſrael 1 2

a ¶ Populus enim Gentium poſt primitias Iudæorum congregatur.
¶ Ergo

a dñō primitiæ frugū eius. Omnes qui deuorant eum delin 3

a ¶ Quaſi. Popule meus quid feci tibi, aut quid moleſtus fui tibi. Reſponde mihi &c. 4

quunt: mala venient ſuper eos, dicit dñs. Audite verbum 5 6

b dñi domus Iacob, & omnes cognationes domus Iſrael.

c Hæc dicit dñs. Quid inuenerunt patres veſtri in me iniqui

¶ Deū longo tempore reliquerunt. 7

tatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt poſt vani- 8

a ¶ Idola, quæ non proſunt cultoribus ſed illis ſimiles ſunt, ſecundum illud. Similes illis fiant qui faciunt ea & omnes qui confidunt in eis. 9

tātem, & vani facti ſunt? Et non dixerunt vbi eſt dñs qui 10 11

a ¶ Quamdiu in hoc ſæculo ſumus. & de Ægypto educimur; paulatim aſcendimus. 12
¶ Prius.

aſcēndere nos fecit de terra Ægypti, qui traduxit nos p de- 13

¶ Quam ſanctus habitare non debet. a ¶ Difficultatem notat itineris. b ¶ In qua ſemper maiora cupimus, non contenti præſentibus †

ſertum, per terram ingahitabilem & inuiām, per terrā ſitis 14

a ¶ Semper enim in periculo ſumus, & laqueos vndique tendit diabolus. 15

& imaginēm mortis, per terram in qua non ambulauit 16

d a ¶ Vir qui perfectæ ætatis in Chriſto. omnes.n. reſurgemus in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti domini noſtri. ¶ Dei. †

e vir neq; habitauit homo? Et induxi vos in terram Carmeli, 17 18

A a *Omnes qui de.* Hieronymus. Sicut qui primitias deuorant, non de genere Sacerdotali rei ſunt ſceleris, ſic qui contaminant Iſrael, vnde. *Dum appropiant ſuper me nocentes vt edant car. me. &c. vſq; ceciderunt.* Neque.n a ſupplicio immunes erunt, quia domini ſententiam impleuerūt. *Oportet .n. vt veniant ſcandala, ſed væ ei per quē ſcandalum venit.* Primitiæ debentur Sacerdotibus, non hoſtibus.

Pſal. 26. a.
Luc. 17. a.

✠ Theodoretus. Quandoquidem.n. non tanquam Deo inſeruientes, bellū gerebāt, qui pugnabant aduerſus Iſrael lem, ſed quaſi ipſo Deo ſuperiores euadere poſſent, vt accidit Sennacherib, hac de cauſa etiam illis minatur vindictam.

B b *Iſrael.* Hierony. Vtrumque nomen ponitur, Iacob, & Iſrael, non ſecundū duas & decem tribus, ſed iuxta omnem populum: cū ipſe Iacob poſteà dictus ſit Iſrael.

Gen. 32. f.

c *Quid inuen. patr.* Offenſam dicit Deus a patribus factā, non quod peccata patrum filijs imputentur, ſed quia filij habentes ſimilitudinem patrum, & ſuo, & parentum ſcelere puniuntur. Propter ſanctos patres filiorum miſeretur Deus.

✠ Theodoretus. Summa Dei humanitas ac beneuolētia, qui non vt iudex iudicat, ſed quaſi reus defenſionem proponit, & vult conuinci. Aut quod facere debuerat, & non fecit. Cumque ſit Deus ſacroſanctus, D iniquis hominibus dicit, quid peccaui? Qua iniuria vos affeci? dicite, redarguite. Quam habentes accuſationem patres veſtri, me, me benefactorem quidem reliquerunt, idolis autem manifeſtis ſeruierunt.

✠ Chryſoſtomus. Hoc facit, non volens grauiorem in eos reddere ſententiam, ſed volens eos adducere, vt peccata ſentirent, eaq; confiterentur.

d *Neque ha. hom.* Qui ſemper ad maiora feſtinat, nō eſt .n. perfectio in via, ſed in fine, & manſione quę ſanctis in cęlis paratur, quib. dicitur. *Qui ſtatis in domo domini, in atrijs domus Dei noſtri.* Fruſtra igitur heretici ſuſpicantur hic perfectam eſſe victoriā vbi pugna eſt & nō victoria, ſed certamē & incertus exitus futurorum.

Pſ. 134.

E e *Et induxi vos.* q.d. Pro labore duriſſimi itineris, dedi vobis abundantiam omnium rerum, quod ſignificat Carmelis qui Hebraicè Chermel. Latinè, ſcientia circuncifionis. Quomodo aūt populus ille terram ſanctam, & omnium rerum fertilem idololatria polluit, & violauit, ſic nos verè circuncifionis accipientes ſcientiam, comedimus fructum eius, & ſi negligentia ſurrepſerit, contaminamus hæreditatem Dei, & hæreditatem illius abominabilem facimus.

☞ Theodo-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In terra quæ non ſemina. *eò quod eſt omninò ſterilis.*

2 Sanctus Iſrael do. *q.d. tunc populus Iſrael fuit domino ſanctificatus.* C

3 Primi. fru. eius. *q.d. ſicut primitiæ frugum offerebantur domino præ frugib. alijs, ſic populus Iſrael fuit ei applicatus ſpecialiter per ſuſceptionem legis, tunc.n. dixerunt. Omnia quæcunque locutus eſt dominus faciemus, Exod. 24. a.*

4 Omnes qui deuorant eum delin. *Sicut.n. primitiæ non comedebantur licitè niſi a Sacerdotibus & eorum familijs. ſic populi terrarum vaſtante populum Iudaicum peccauerūt quia licet hæc punitio procederet a diuina iuſtitia, tamē aduerſarij Iudæorum exequebantur voluntate mala. Ideò ſubditur.*

5 Mala venient ſuper eos, dicit dominus, &c. *ſicut declaratum eſt multipliciter in Iſaia, & adhuc declarabitur infrà.*

Diuiſio 6 Audite verbum domini. *hic conſequenter deſcribitur populi deprauatio. Et diuiditur in duas, quia primò deſcribitur eius malicia. Secundo remouetur falſa fiducia, ibi.* Si laueris te. *Prima adhuc in tres, ſecundùm quod malicia populi ex trib. oſtenditur. Primò, ex eius ingratitudine. Secundò ex Gentilium comparatione, ibi.* Propterea. *Tertiò ex flagellorum multitudine, ibi.* Nunquid ſeruus, &c. *Circa primum dicitur.*

7 Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis. *q.d. nihil, quia non habet locum in Deo.*

8 Quia elon. a me. *q.d. non fuit defectus ex parte mea, ſed ſua.*

9 Et ambulauerunt poſt va. *i. idola quæ nullam habent virtutem aut bonitatem.*

10 Et vani fa. ſunt. *i. bonitate vacui, ſicut & idola: propter quod dicitur, Pſal. 113. c. Similes illis fi. qui fa. ea &c. Quòd.n. declinauerunt ad idololatriam, patet Exod. 32. in adoratione vituli, & poſteà in libris Iudicum, Regum, & Paralipo.*

11 Et non dixerunt. *i. facto non oſtenderunt.*

12 Vbi eſt domi. &c. *quia non oſtenderunt ſe gratos de hoc beneficio.*

13 Qui tradu. nos per deſer. *qui erat locus inhabitabilis, & inuius.* F

14 Per terram ſitis. *quia carebat fortibus & fluminibus.*

15 Et imaginem mortis. *propter ſerpentes & animalia venenoſa ibi exiſtentia, Deut. 8.*

16 Per ter. in qua non ambula. vir. *ſ. antea: & ſi aliqui ambulauerunt fuerunt ita pauci, quod quaſi nihil ſunt reputandi, & tamen in tota iſta via Deus prouidit bonis de victu, & veſtitu, ita quod nihil eis defuit, ſecundū quod dicitur Deut. 2. b. Dominus nouit iter tuum quomodo tranſieris ſolitudinem hanc magnam per 40. annos habitans tecum, & nihil tibi defuit. Et in hoc maior Dei dilectio apparuit, quod tanto tempore prouidit eis & ita bene.*

17 Et induxi vos. *Mutatur modus loquendi de tertia perſona ad primam.*

18 In terram Carmeli. *i. terram Iſraelis, exprimitur tamen ſpecialiter Carmelus, eò quod eſt locus fertilis, & amœnus, iſte tamen*

✠ Carme-

*MORALITER.*

† 1 *In terra quæ non ſemi.* Quod de religioſis mendicantibus propriè dicitur. Et conſequenter arguitur laxatio, cum dicitur.

7 *Quid inuenerunt, &c.* Et non loquitur de primis patrib. qui fuerunt valdè feruentes, ſed de ſequentibus qui cœperunt paulatim declinare a prima perfectione.

9 *Et ambulauerunt poſt vanitatem.* per ſecularium imitationem.

10 *Et vani facti ſunt:* i. ſuperbi & cupidi, ita quòd multi religioſi ſolo habitu a ſecularibus diſtinguuntur, & aliqui peiores efficiuntur.

11 *Et non dixerunt vbi eſt dominus, &c.* i. non recognouerūt beneficium diuinæ vocationis ad ſtatum religionis.

13 *Qui traduxit nos per deſertum.* prouidendo ſufficienter de neceſſarijs.

† *Per terram inhabitabilem & inui. &c.* hominibus carnalibus & vanis.

14 *Per terram ſitis.* i. deſiderij patriæ cœleſtis.

15 *Et imaginem mortis, &c.* ſ. peccato propter quod religioſi dicuntur mortui mundo.

16 *In qua non ambulauit vir.* i. ſuperbus innitens ſuis viribus.

† *Neque habitauit homo.* carnalibus intentus.

17 *Et indu. vos.* ego dominus.

18 *In te. Car.* vt comederetis deguſtādo bona ſpiritualia per ſtudium Sacræ Scripturæ, & orationis deuotæ.

† *Et*

¶ Idololatria.

vt comederetis fructum eius & bona illius. Et ingreſſi cõta- 1
minaſtis terram meam, & hęreditatem meam poſuiſtis in
abominationem. Sacerdotes non dixerunt, vbi eſt dominus: 2
a &tenentes legem neſcierũt me, & paſtores præuaricati ſunt 3 4
in me, & prophetæ prophetauerunt in Baal: & † idola ſecuti 5 6

a ¶ Ne videatur opprimere per potentiam: quaſi cum patribus ratione contendit. vnde vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. b ¶ Sæpe hoc feciſſe ſignificat. 7

b ſunt. Propterea adhuc iudicio cõtendam vobiſcum, ait dñs 8

a ¶ Qui ſimiliter pertinaces in malo, occiſte, ſignat quod antiquam in Deum negationem etiam filij eorum in aduentu domini ſunt ſecuti. b ¶ Rem comparat incomparabilem, & verum Deum confert mendacibus.

c & cum filijs veſtris diſceptabo. Tranſite ad inſulas Cethim, 9

a ¶ Hæc eſt regio ſolitudinis Iſmaelitarum, quos nunc Saracenos vocant, contra quam in partibus extremis Ieremias vatic natur, de qua dicit Dauid: Habitaui cum habitantibus Cedar.

& videte: & in Cedar mittite, & conſiderate vehementer, & 10

d a ¶ Ligneos vel lapideos, aureos, quaſi errorem antiquum a maioribus acceptum tenuit cum nullus eorum Deus ſit, ſed ſimulacra manu facta. 11 12

videte * ſi factum eſt huiuſcemodi, ſi mutauit Gens Deos 13

a ¶ Veritatem in mendacium. 14

e ſuos. Et certè ipſi non ſunt dij. Populus verò meus mutauit 15

✻ Theod. Deinceps diuiſim in ſingulos ordines accuſationem depromit. A

a *Sacerdotes non nix. vbi eſt do.* Greg. Neſciri ſe a Sacerdotibus quæritur veritas, & neſcire ſe principatum neſcientium proteſtatur. Vnde: *Recedite a me operarij iniquitatis, neſcio qui eſtis*: Qui ini qui dum ea quæ ſunt domini neſciunt, a domino neſciuntur. vnde: *Si quis ignorat ignorabitur.* Quæ paſtorum imperitia ſæpe meritis ſubiectorum congruit qui quãuis lumen ſcientię ſua culpa exigente non habeant, diſtricto tamen iudicio agitur vt per eorũ ignorãtiam, & qui ſequuntur offendant, vnde: *Si cæcus cæco ducatũ præbeat, ambo in foueã cadunt.* Quaſi dicat poſt multa beneficia dignitatis priuilegia verterunt in contemptum vt ſacerdotes dominum non quærerent, doctores legis ignorarent eum qui alios docere deberent, & paſtores per negligentiam præuaricatores fierent. Et prophetæ qui in populis diſputant non in Deo loquuntur, ſed in idolo, vt ſua figmenta venerentur. His verbis vtendum eſt aduerſus magiſtros noſtri ordinis qui deuorant populum Dei velut cibum panis, & per mala opera non inuocant nomen domini.

b *Adhuc iudicio contendam.* ✻ Theod. Perſeuerat in modeſtia, non enim dixit, iudicabo vos poſteroſque veſtros, ſed iudicio cõtendam vobiſcum; quaſi diceret iudicium inibo & conuincam tranſgreſſores, vt autem demonſtret tranſgreſſionis grauitatem, hortatur, vt expoſcant viuendi rationem gentium, tum orientalium, tum occidentalium.

c *Cethim.* Cethim, vel Italiæ ſcilicet, vel occidentalium partium quia Iudææ Cyprus inſula, in qua vrbs huius nominis vicina eſt, de qua Zeno princeps Stoicorum.

✻ Theodoretus. Cethim vocat Cyprum adiacenteſque ei inſulas, Cedar verò eos qui verſus orientem ſolẽ, incolunt deſertum. D

✻ Chryſ. Quod dicit Ieremias huiuſmodi eſt. Illi cum venerantur ſymulacra, colantque dæmones & adorent, tam conſtant in errore, vt ne velint quidem illa relinquere & ad veritatem conuerti, vós autem, qui verum adoratis Deum, relicta maiorũ religione vltro ad aliena defeciſtis, neque tantum religioſæ mẽtis præſtatis in veritate, quantum illi præſtant in ſuo errore. Hunc ſermonem noſtris accõmodemus. Abite in ſynagogas, & videte nũ Iudæi mutaturi ſint ſuum ieiunium, num illi ſub Paſcha nobiſcum celebrarint ieiunium, num hũc diem umquã prætermiſerint. Atqui hoc non eſt ieiunium, ſed legis trãſgreſſio, ſed error & peccatum. Attamen illi nunquam mutarunt. Quando Paſcha ieiunium celebrarunt illi? Quando martyrum feſtos dies nobiſcum egerunt? Quando diem epiphaniorũ nobiſcum celebrarunt? Illi non accurrunt ad veritatem, & vos ad iniquitatem properatis. E

✻ Idem. *Tranſite, &c.* Simile quid vobis dico. Cogitate gentilium Philoſophos, & tunc ſcietis quanto digni ſumus ſupplicio, deſpicientes diuinas leges, cum illi quidẽ pro humana honeſtate infinitè laborauerint, vos verò neque pro cœleſti regno per exhibeatis. Hom. 28. ad pop. Antio.

d *Et conſiderate.* Poſſumus cõtra eos hoc dicere, qui maiori ſtudio ſequuntur vicia quam virtutes, quibus dicitur: *Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ ſicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, &c.* Rom. 6. d.

e *Populus meus.* Vel anthropophormitæ, qui occaſione huius teſtimonij: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem*, immenſam & ſimplicem diuinitatis ſubſtantiam lineamentis noſtris, & humana figuratione compoſitam pertinaciter contendunt. Anthropophormitarũ hæreſis. Gen. 1. c.

a Obſtu-

## NICOLAVS DE LYRA.

*Carmelus eſt alius ab illo Carmelo, qui eſt in ſorte Ephraim, qui eſt magis ſterilis, ſicut dictum fuit Iſa. 29. Libanus cõuertetur in Chermel, & Chermel in ſaltum reputabitur.*

1 Et ingreſſi contaminaſtis. *multis idololatrijs.*

2 Sacerdotes non dixerunt vbi eſt dominus, &c. *Eum deuotè requirendo.*

3 Et tenentes legem. *Quæ dat mei cognitionem.*

4 Neſcierunt me. *Recognoſcendo me dominum per debitam ſeruitutem.*

5 Et Paſtores. *ideſt reges & principes.*

6 Prẹuaricati ſunt in me. *cultum mihi debitum idolis exhibentes.*

7 Et prophetæ prophetauerunt in Baal. *Loquitur de falſis prophetis quos reges & principes fouebant contra veros domini prophetas, vt patet. 3. Regum, tempore Achab. & 4. Regum tempore Manaſſe, & plurium aliorum, vt patet infra. 20. ca.*

8 Propterea adhuc iudicio contendam. *Hic conſequenter arguitur malitia populi Iudæorum in comparatione aliarum Gentium cum dicitur in perſona domini:* Propterea adhuc iudicio contendam. *quaſi dicat, nolo vos, & filios veſtros per violentiam deprimere, ſed per viam iuſtitiæ: quia peiores eſtis Gentibus alijs. Ideo ſubditur.*

9 Tranſite ad inſulas Cethim. *ideſt, ad inſulas maris mediterranei in quibus habitant Barbari.* F

10 Et in Cedar mitti. *Ideſt, ad Agarenos qui deſcenderunt ab Agar ancilla Abrahę per Iſmaelem & Cedar filium Iſmaelis.*

11 Et conſiderate vehe. *ideſt, toto mentis conatu.*

12 Si mutauit. Gens. *ſcilicet alia quęcumque a vobis.*

13 Deos ſuos. *Quaſi dicat, nõn: ſed quęlibet Gens alia, illud quod primò coluit tanquam Deum tenuit eius cultum quamuis ſint dij falſi.*

14 Populus verò meus. *Ideſt, populus Iſrael a me ſpecialiter electus.*

15 Mutauit gloriam ſuam. *Ideſt, Deum ſuum in quo debebat gloriari.*

✻ 1 In idol.

## MORALITER.

1 *Et in cont. terr. meam.* peccatis veſtris.

† *Et hę. meam.* ideſt religionem.

† *In ab.* angelis & hominibus propter veſtram malam conuerſionem.

2 *Sacerdotes non dixe. vbi eſt domi.* ideſt ſimplices religioſi qui circa diuinum officium debent eſſe intenti, non dixerunt illud attentè nec deuotè.

3 *Et tenentes legem.* ideſt lectores & ſtudentes qui tenent ſcripturam legendo, ſed non operando.

4 *Neſcierunt me.* practicè per imitationem.

5 *Et paſtores præuaricati ſunt.* magis quærentes præeſſe quam prodeſſe.

† *Et prophetæ.* ideſt prædicatores.

† *Prophetauerunt in Baal.* Qui interpretatur deuorator ſub prætextu prædicationum quęrentes deuorare domus viduarum.

8 *Propterea adhuc indic. conten.* Hic arguitur prædicatorum malitia, cum ſubditur.

12 *Si mutauit Gens Deos ſuos.* quaſi dicat Non Dij militum, ſunt excellentiæ; Dij mercatorum, ſunt diuitiæ: Dij carnalium ſunt delitiæ, & ſeruiunt eis immobiliter. Sed religioſi qui elegerunt Chriſto ſeruire: ipſum relinquentes quærunt excellentias cum militibus, & pecunias cum mercatoribus & delicias cum carnalibus. Et quoniam hoc eſt mirabile, ſubditur. Spiritualium peruerſitas ad mũdãa.

† 1 Obſtupe-

a *Obſtupeſcite cœli.* Hieron. LXX. Obſtupuit cœlum, ſcili
A cet de quo dicitur: *Attende cœlum & loquar, & audi cœlum &* Deut. 32.a.
*auribus percipe terra.* Videns præcepta Dei conculcata inhorreſcit, & ſtuporem diſſimulare nō poteſt, omnis creatura contremiſcit & condolet ſuper peccatis hominum. Aquila & Symmachus, cœlos. LXX. & Theodotion, cœlum, interpretati ſunt. Sed *samaim* Hebræum communis numeri eſt, & tam cœli quam cœlum eodem dicuntur nomine, vt Thebæ, Athenæ.

†in rem quæ auxiliari non poteſt.
† vt nam.
Exod. 20.a.
† timete, deſol.

b *Me dereliq.* Qui præceptum dedi dicens: *Ego ſum dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti.* Et ſecundum quod in eodem loco ſcriptum eſt: *Non ſint tibi Dij alieni in conſpectu meo:* pro quo ſecutus eſt dæmones.

† conſregerunt tibi verticem.
lib. aduerſus Iudæos.

B

✠ Tertullianus. Indubitatè non recipiēdo Chriſtum fontem aquæ viuæ, lacus contribulatos cœperunt habere Iudæi, id eſt, ſynagogas in diſperſiones gentium, in quibus iam Spiritusſanctus non immoratur, vt in præteritū in templo commorabatur ante aduentum Chriſti.

c *Fontem aquæ viuæ.* Fons perpetuus eſt & vitales habet aquas. Ciſternæ & lacus de torrentibus & aquis turbidis complentur impluuijs.

✱ Theodoretus. Ciſternas diſſipatas nuncupauit ipſa idola. Siquidem Ciſterna manu fit, quæ ſcaturientem aquam non habet, ſed a nubibus partam & vndecunque collectam ſuſcipit. Quod ſi etiam diſſipata & prætersfluens fuerit, confeſtim aquam è cœlo collectam perdit. Huiuſmodi eſt idolorum natura. Suam enim ex materia & artificio ſubſtantiam emendicat, & quam

C ex

a ¶ Mihi ſcilicet idolum prætulit.
a gloriam ſuam † in idolum. Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, 1
a ¶ De quibus dicitur, Leuate portæ capita veſtra & introibit rex gloriæ.
portæ eius deſolamini † vehementer dicit dominus. Duo 2 3
¶ Hæc ſcilicet.
b enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt † fon- 4
c a ¶ Dæmones. b ¶ Quia mandata Dei non ſeruant.
tem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ 5
continere non valent aquas. Nunquid ſeruus eſt Iſrael, 6 7
d a ¶ Interrogat vt reſpondeat
aut vernaculus? Quare ergo factus eſt in prædam? Su- 8 9
a ¶ Principes Babylonij. b ¶ Clamant enim & congregant quæ non pepererunt: faciunt diuitias, non cum iudicio.
per eum rugierunt leones, & dederunt vocem ſuam: po- 10
e ſuerunt terram eius in ſolitudinem. Ciuitates eius exuſtæ
a ¶ Non habent habitatorem Deum: b ¶ Duas maximas ciuitates Aegypti poſuit
ſunt, & non eſt qui habitet in eis. Filij quoq; Mempheos & 11 12
Thamneos † conſtuprauerunt te vſque ad verticem. Nun- 13
f quid non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti dominum 14 15
a ¶ Quem ſcilicet ſequi debuiſti.
Deum tuum eo tempore quo ducebat te per viam? Et nunc 16 17

ex his comparauit pulchritudinem, tempus delet. D

d *Nunquid ſeruus.* Ex hoc loco Iudæi in ſuperbiam elati dixerunt: *Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam quomodo ergo tu dicis: liberi eritis?* Neſcientes, quod omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, & ſeruiet ei a quo vincitur. Nati de amico Dei Abraham vicio ſuo quaſi filij Cham facti ſunt, cui dictū eſt: *Maledictus Chanaam ſeruus erit fratribus ſuis.* G

e *Leones.* Secundum anagogē, leones, intelligimus aduerſas poteſtates vel hæreticorū principes, qui terrā eccleſię deſolantes omnes vrbes illius hæreticorum incē dio vaſtauerunt illo igne, de quo dicitur: *Omnes adulterantes quaſi clibanus corda eorum.* E

f *Vſque ad ver.* Secūdum illud: *A planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas.* Tanta fuit libido Aegyptiorum qui ſunt magnarū carnium, vt nulli parcerent membro. Iuxta literam hęc ad idola Aegyptiorum referūtur. Spiritualiter ad magiſtros peruerſi dogmatis qui puritatem eccleſię ſua polluunt turpitudine.

Greg. *Vſque ad verticem.* Tropo. Conſtuprari eſt poſt malę operationis vſum etiam in ipſa fidei ſublimitate corrumpi. Cum.n. nequiſſimi ſpiritus vniuſcuiuſque animum impijs operib. inuoluunt, ſed integritatem fidei vitiare non poſſunt, quaſi adhuc inferiora membra polluunt. Qui aūt in fide corrumpitur, iam vſque ad verticē conſtupratur. Malignus.n. ſpiritus quę ſi ab inferioribus membris vſq; ad ſumma pertingit, cum actiuam vitam polluens, caſtam celſitudinem fidei diffidentiæ morbo corrumpit. Vt

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In idol. *Sicut patet Exod. 32. vbi tanquam Deum coluit idolum vituli. propter quod dicitur Pſal. 105.c.* Mutauerunt gloriā ſuam in ſimilitudinem vituli, &c. *Poſtea vero multis idolis & varijs ſeruierunt, vt patet in libris Iudicum, Regum, & Paralip. Et quia iſtud erat valde inhonorabile, ideo ſubditur.*

2 Obſtupe. cæ. *Ideſt angeli ſuperiores & portæ cœli, ideſt angeli inferiores. Sciendum tamen, quod in Hebræo ſic habetur.* Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, turbetis ac diſſipetis. *Et ſecundum Hebræos loquitur de cœlo aereo, quod dicitur hic cœli in plurali propter diuerſas eius partes, vel accipiendo plurale pro ſingulari: ſicut Exod. 32.b. dicitur:* Iſti ſunt dij tui Iſrael. *Et tamen erat ibi tātum vnicum idolum. Dicitur autem cœlum aereum metaphoricè obſtupeſcere quando notabiliter immutatur ſicut homo ſtupidus in facie mutatur, & in modo ſe habendi, in tempeſtate & diſſipatione quando fiūt ibi tonitrua, procellæ, & fulgura quæ ſunt iræ diuinæ ſigna. Et per hoc vt dicitur Rab. Sal. intelligitur deſtructio ciuitatis & templi futura per Nabuchodonoſor, quę fuit magna tempeſtas Iudęis, ſicut in communi modo loquendi dicitur aliqua Gens vel ciuitas tempeſtari quando magnum infortunium accidit ei, & huius tempeſtatis ſubditur cauſa, cum dicitur.*

3 Duo enim mala fecit populus meus. *Et quæ ſint illa ſubditur.*

4 Me dereliq. fon. aq vi. *Sic nominatur Deus, eò quòd eſt vita per eſſentiam dans omnibus alijs vitam & inſpirationem.*

5 Et fod. ſibi. *Ideſt cum diligentia & labore quæſierunt.*

6 Ciſternas diſſip. *Ideſt idola nullam vitæ virtutem in ſe nec in alijs habentia.*

7 Nunquid. *Hic oſtenditur malitia populi ex flagellorum multiplicatione, cum dicitur:* Nunquid ſeruus. *ſ. empticius eſt Iſrael?* aut vernaculus. *Ideſt ſeruus natus in domo, vt ſic debeat flagellari? q.d. non eſt iſta cauſa, & ideo inquiritur de ea cum dicitur.*

8 Quare ergo fa. eſt in prǫd. *alijs Gentibus.*

a ¶Vile. b ¶Similis argento eloquentiæ venuſtate. c ¶ Verborum artificio. 6
d ¶ Indiæ regio ſecundum Ioſephum, vel quodlibet mare. 7
b gnum eſt, argentum † inuolutum de Tharſis affertur, & au- 8
¶Vel Ophiz 9
c rum de Ophir opus artificis, & manus ærarij, hiacynthus & 10
d a ¶Putatiue; apud Deum enim ſtulti ſunt. ¶Alias ſapientum. 11
purpura indumenta eorum. Opus † artificum vniuerſa hæc 12
¶Illa mendacia. ¶Illa mortua. 13
dominus autem Deus † uerus eſt. Ipſe Deus viuens, & rex 14
¶Illa tranſitoria. ¶Terreni. 15
ſempiternus. Ab indignatione eius commouebitur terra, &
¶Non populus Dei.
non ſuſtinebunt Gentes comminationem eius. Sic ergo di- 16
a ¶Falſis dijs iſta dicenda ſunt. 17
cetis eis Dij qui cœlos & terra non fecerunt, pereant de terra, 18
e ¶Pater. a ¶Filio qui Dei virtus & ſapientia dicitur.
f & de his quæ ſub cœlo ſunt. † Qui facit terrã in fortitudine †

a *Tuum eſt.* Quamuis hæretici iuxta ſapientiam mũdi quę deſtruitur ſibi ſapientes videantur, tñ in oĩbus regnis eccleſiam lacerant, nullus ſimilis domino. Vnde: *Peraam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentium reprobabo.*

b *Inuolu. de Thar. affert.* Aliter non decipit, falſitas inuoluitur, veritas aperitur.

∴ Theodoretus. Tharſis appellat Carthaginẽ. Eiuſmodi enim argentum maximè laudatur. Et proculdubio etiã nunc qui ſtudent opibus, Africam inquirunt.

c *Ophir opus.* Vnũ de ſeptem nominibus quib. aurum apud Hebræos appellatur quod dicere poſſumus obrizum, vt in ſuperficie † pateat quod intus latet.

d *Hiacynthus & purpura, &c.* Vt ſuperficiem intuẽtes decipiant, dũ cœli ſibi colorem oſtendunt, & cœleſtia promittunt.

e *Cœlos & terram.* Quæ cooperatores Chriſti, qui dij vocantur & domini, per doctrinam eccleſiaſticam partim fecerunt.

∴ Theodoretus. Nam Dei proprium eſt creare, non ab alio creari. Ideoque ſi filius eſt creatus, non eſt Deus. ſin vniuerſorum eſt opifex & conditor, re vera Deus eſt.

f *Qui facit.* Origenes Dominus qui facit terram in for. &c. Tres quodammodo virtutes Dei aſſumens propheta, fortitudinem, ſapientiam, prudentiam, vnicuique propria opera diſtribuit. Fortitudini terram, ſapientiæ, orbem terrarum, prudentiæ, cœlum. In noſtra ergo terra (de qua dictum eſt: *Terra es & in terram ibis*) neceſſariam habemus fortitudinem Dei, ſine qua impoſſibile eſt exequi quod repugnat carni. Cum autem mortificata fuerint membra ſupra terram, tunc paret ſpiritus voluntati. Spiritu enim facta carnis mortificantur. Dominus ergo facit terram in fortitudine ſua, quam (ſicut ſcriptum eſt in Iob) ſtatuit ſupra nihilum, quo conſtat in fortitudine Dei immediatè mundi terræ libram ſuſtineri. Veniã & ad orbem terrarum qui Græcè οἰκουμένη hic dicitur, ideſt, inhabitata. Scio animam inhabitatam. Scio deſertã. Si ergo non habet Deum patrem & filium dicentem. *Ego & pater apud eum manſionẽ faciemus*, & Spiritumſanctũ, verè deſerta eſt. Habitata aũt eſt quæ Deo plena eſt, & habet Chriſtum & Spiritumſanctum. Hinc Dauid in Pſal. confeſſionis: *Spiritu principali confirma me. Spiritum re.in. in viſ. Spiritum ſ. t. ne aufer. a me.* Hæc autem in approbationem huius rei diximus, quod habitata, i. orbis terrarum, in ſapiẽtia Dei fabricata ſit. Sapiẽtia. n. auxiliatur iuſto ſuper decem poteſtatem habenti ciuitates: Sapientiam Dei & diſciplinã qui abijcit infœlix eſt, & vana ſpes eius, labores inſenſati, & inutilia opera. Laboremus ergo vt habitata anima noſtra Dei ſapientia erigatur. Cecidit enim de ſublimi venientib. nobis in locum miſeriarum, cecidit poſtquam peccauimus. Denique quicunq; vel quidquid eſt in iſto orbe,

D

Gen. 3. d. ſecundum aliam literã. Iob. 26. b.
† induſtriorũ
† verax.
E
Ioã. 14. c.
† Infr. 51. b. Pſal. 50. d.
Luc. 19. c. Sap. 3. c.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quis non time. *Quaſi dicat, nullus eſt, qui te non debeat timere.*

2 Tuum eſt enim. *Ideſt, honor debetur tibi ab hominibus. In Hebræo habetur: Quia tibi veniet, & ſubintelligitur, quicunque ſapiens ad te honorandum, & ſic eſt eadem ſententia, ſed translator poſuit clarius transferens ſenſum ex ſenſu, & nõ verbum de verbo.*

3 Inter cun. ſa. *Apud omnes enim Gentes ſapientes ſeu philoſophi poſuerunt vnam cauſam primam hominibus præſidentem, & illam dixerunt eſſe Deum Deorum, & illum præ cæteris honorauerũt. Verumtamen cum vulgaribus hominibus vt communiter adorabãt idola in templis, ideo ſubditur.*

4 Pariter incipien. & fatui pro. *Dicuntur autem hic inſipientes, idolorum factores, & fatui eorum cultores: & vtrique probabuntur: ideſt, reprobabuntur.*

5 Doctrina vanitatis eorum. *i. doctrina qua aſſerunt idolum eſſe Deum vana eſt, ideo ſubditur.*

6 Lignum eſt. *Scilicet idolum interius ſed ornatum auro & argento exterius, ideò ſubditur.*

7 Argen. inuolu. *In Hebræo habetur.* argentum ductile de Tharſis affertur. *Quia ibi inuenitur argentum ductilius.*

8 Et aurum de Ophir. *3. Reg. 9. nominatur locus iſte Ophir, & ibi inuenitur aurum valde bonum.*

9 Opus artif. *Supple eſt idolum ex iſtis factum.*

10 Hyacinthus & pur. &c. *Idolis enim aliquando fiebant veſtes de tali materia.*

11 Dominus autem. *Cœli & terræ.*

12 Deus ve. eſt. *Iſti autem falſi.*

13 Ipſe Deus vi. *Iſti autem carentes vita.*

14 Et rex ſem. *Iſti temporaliter facti.*

15 Ab indig. &c. *aliquando inducitur a Deo terræmotus propter hominum peccata.*

16 Et non ſuſtine. &c. *Quæ in terræmotu aliquando ſubitò moriuntur.*

17 Sic er. *Hic ex prædictis infertur concluſio, ſcilicet quod idola non ſunt veneranda, ſed magis vituperanda, & hoc eſt quod dicitur:* Sic ergo dicetis, &c. *Rab. Sal. dicit, quod hoc eſt principium literæ miſſæ a Ieremia Ioakim regi Iuda, & illis qui cum eo iam erant in Babylone, quia de conſilio Ieremiæ ſe tradiderant regi Babylonis, vt habetur. 4. Reg. 14. vnde & Chaldaicè ſcribitur ab hoc loco.* Sic ergo dice. *Vſque ibi:* Quæ ſub cœlo ſunt. *Incluſiuè. Et eſt ſenſu ſecundum Rab. Sal. Cum Babylonij inducent vos ad idololatriam ſic dicetis eis.*

18 Dij qui cœlos & terram, &c. *Et patet litera vſque ibi.*

F

∴ 1 Ad vocem

## *MORALITER.*

† 5 *Doctrina.* Hic moraliter arguitur doctrina curioſa, cũ dicitur: *Doctrina vanitatis eorum.* Scilicet multorum Theologorum qui magis ſtudent curioſitati quam veritati: & cum maiori pondere allegant autoritates philoſophi, & commentatoris, quam dicta noſtri Saluatoris.

6 *Lignum eſt argentum inuolut.* Talis enim doctrina, ſicut lignum aridum caret humore deuotionis, & eſt inuoluta verbis ornatis.

† *De Thar. affer.* Tharſis, explorans gaudium interpretatur, ideò deſignat doctorem vanum qui non quærit docere vtilia, ſed magis curioſis auditoribus placentiã.

8 *Et aurum de Ophir.* Quod interpretatur radians, quia non curat de ueritate, ſed magis de apparentia famæ.

9 *Opus artificis & non Dei.* Quia talis doctrina non eſt ex inſtinctu Spirituſſancti.

10 *Hyacinthus & purpura indumentum eorum.* Nam anhelant ad pontificalem ornatum.

11 *Dominus autem Deus.* Hic oſtenditur diuina veritas iuxta prædictorum falſitatem, ut oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant, ideò ſubditur.

† *Dominus autem Deus verus eſt.* In factis & in uerbis.

† *Qui facit terram in fortitudine ſua, &c.* Ideſt, terrenos principes ad defenſionem bonorum, & punitione malorum.

8 Et

† 1 *Præparat*

a ¶LXX & erexit orbem. b ¶Filio. vnde: Ipſe enim dixit, & facta ſunt, ipſe manda. &c. loquens ad filium: Faciamus ho. &c.

ſua, † præparat orbem in ſapientia ſua, & prudentia ſua ex †

a ¶Omnis doctrina domini de cœleſtibus fiunt. vnde: Pluuiam voluntariam ſegreg hæ t. Deus

tendit cœlos. Ad vocem ſuam dat multitudinem aquarũ 1

a ¶De quibus. Mandabo nu m p. &c. b ¶Non a conſulibus, non a ducibus, non a diuitibus. beati enim pauperes ſpiritu, quo. ip. eſt re &c. c ¶Cum ardentia hom num cordis conculcant doctrina ſatiat.

a in cœlo, & eleuat † nebulas ab extremitatib. terræ. Fulgura 2

a ¶In quibus omnes ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. 3

b
c in pluuiam facit, & educit ventũ de theſauris ſuis. Stultus 4
d factus eſt omnis homo a ſcientia ſua, confuſus eſt oĩs ar- 5
e
f tifex in ſculptili, quoniam falſum eſt quod conflauit, & 6

¶Sanctus ¶Hæreticus. 7

g non eſt ſpiritus in eis. Vana ſunt, & opus riſu dignum. In 8
h tempore viſitationis ſuæ peribunt. Non eſt his ſimilis 9
i

a ¶Eorum ſcilicet qui ſupplantauerunt Iudæos & deſtruunt hæreticos. vnde: Dominus pars hæreditatis meæ. 10
b ¶Tam in anima quam in corpore. c ¶Omnis qui directus eſt in Deo v. ſenſu cernens Deum, ſceptrum eſt hæreditatis eius 11 12

pars Iacob. Qui.n. formauit omnia, ipſe eſt, & Iſraël virga 13

¶Sabaoth ¶O Ieruſalem. 14

k hæreditatis eius: dominus exercituũ nomen illi. Cõgrega 15

¶Agris. a Subſtantiam. quidquid enim habes confuſione dignum eſt. 16

de terra † cõfuſionem tuã, quæ habitas in obſidione: quia 17

orbe, ante erectionem cecidit. Omnes enim corruimus
A per peccatum in orbem terrarum. Sed dominus eleuauit iacentes & in prudentia ſua extendit cœlum. Non fortitudo, nõ Sapientia in cœli extenſione aſſumpta eſt, vnde. *Dominus ſapientia fundauit terram, præparauit autẽ cælos prudentia.*

† ſtabiliuit.

Eſt ergo aliqua prudentia Dei quã nolo extra Chriſtũ requiras. Omnia .n. quæ Dei ſunt Chriſtus eſt. Ipſe eſt ſapientia eius, ipſe fortitudo, iuſtitia, ſanctitas. Ipſe etiam prudentia. Sed cũ vnum ſint in ſubiacenti, pro varietate ſenſuum diuerſis vocabulis nuncupantur. Aliud.n. ſignificat ſapientia, aliud iuſtitia. Qñ.n. ſapientia dr̃, diſciplinis te humanarum diuinarumque rerum inſtituit. Qñ iuſtitia, diſtributor, & iudex meritorum ſignificatur. Ita ergo prudentiã eius hic intellige, cum doctrina eſt & demõſtratio bonarum aut malarum rerum aut neutrarum. Sicque nũc cœlum extendiſſe dicitur in prudentia ſua, vnde: *Extendi verba mea, & non attendiſtis.* Aſſerit enim quandam eſſe verborũ extenſionem, vt cœli. vnde: *Qui extendit cælum ſicut pellem.* Extenditur.n. anima noſtra, quæ prius fuerat contracta. Qui autem cœleſtem portant hoĩem, cœli ſunt. Si.n. ad peccatorem dicitur. *Terra es, & in terra ibis*: Cur non dicatur ad iuſtum Cœlum es & in cælum ibis? Aut ſi propter coycum dr̃ ei qui portat imaginem coyci: Terra es, & in terram ibis: Cur propter cœleſtem ei qui portat imaginẽ cœleſtis non dicatur. Cœlum es, & in cœlum ibis? Vnuſquiſque noſtrum aut cœleſtia facta habet, aut terrena. Si terrena ſunt, ad cognatam ſibi terram deducunt eum qui theſaurizauit ſibi in terra, & non in cælo. Si vero cæleſtia,
C theſaurizatorẽ ſuũ ad propinq̃ ſibi regionẽ ſubuehunt.

† nubeculas. Sap. 3.c. Deus n. licet vnus diuerſis vocibulis ſignificatur.

B

Prou. 1.c. ſecundum aliã literam. Pſal 103.a. Gen. 3.d. 1.Cor. 15.c. Matth. 6.f.

a *Nebulas*. Quæ nouerunt.ſ. quibus pluuias ſuſpendãt & quibus impendant. Moyſes quaſi nubes loquebatur, qui dicebat: *Expectet terra, vt pluuiam verba mea.* Et Iſaias: *Audi cœlum, & auribus percipe terra quia dominus loquutus eſt.*

Exod. 9.g. Iob. 29.d. Iſa. 1.a.

Mar. 9.c. b *Ab extre.* Qui vult in vobis primus eſſe, ſit omnium nouiſſimus. Aliter enim nemo fit nubes.

c *Fulgura in plu.* Origenes. Fertur, quod fulgura ex nubium vel imbriũ colliſione generantur. Sicut ex durioribus ſilicibus ſibi comploſis medius ignis elabitur. Moyſes nubes erat, & Ieſu Naue qui dum ſibi colliduntur, ex ſermonibus eorum micant fulgura Ieremias quoque & Baruch ſibi colloquentes rutilantia fulgura mittunt. D

d *Et educit ventum de theſaur.* Idem venti qui terras perflant in theſauris Dei non ſunt, quia natura eorum manifeſta, ſed ſunt theſauri ventorũ, id eſt, Spirituum: Spiritus ſanctus, ſapientiæ, intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & ſpiritus timoris domini. Hi autem theſauri ſunt in Chriſto abſcõditi. Inde oritur vt alius ſit ſapiens alius fidelis & huiuſmodi * Theodoretus. Theſauri.n. ipſius ſunt voluntas eius. *Quia ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. Et omnia quæcunque voluit, Dominus fecit, in cælo & in terra.* Verus ergo Deus horum omnium eſt opifex.

e *Stultus.ſ.* Stultus comparatione Dei. Stultum.n. Dei ſapientius eſt omnibus hominibus ſapientib. ſcilicet, Infatuauit.n. Deus ſapientiam mundi, non in ſapientia ſua. Non enim poteſt ſapientia mundi capere ſapientiã Dei. Non enim dedignatur ſapientia Dei ad mundi ſapientiã conuincendam tota deſcendere. Sed modicum quid neceſſarium fuit, quod fatuum Dei erat. Omnia enim contraria aſſumpſit Deus, vt contraria diſſoluat.

f *Fal. eſt.* Origenes. Quod ordine ſuo fingit. Falſum eſt enim quod conflauit, ſicut ſtultus eſt omnis homo a ſcientia, ſtultum etiam eſt quod facit.

g *Non eſt ſpi. in.* Notandum quod in hoc ca. ventus & ſpiritus vno nomine apud Hebræos appellantur ruah.

h *Vana ſunt.* Aut enim ruſtica ſunt vt lignum, aut pulchro ſermone tinnientia, vt argẽtum, aut de proprio ſenſu ſimulata mentiuntur vt aurum.

i *In tempore vi.* Ad tempus valet hæreſis, vt qui probati ſunt manifeſti fiant Cum autem viſitatio Dei venerit, & oculus eius cuncta reſpexerit, omnia conticeſcent.

* Theodoretus. In tempore viſitationis ſuæ peribunt. Nam Apoſtolica prædicatio prorſus deleuit eorum memoriam.

k *Congreg.* pręcipit Ieruſalẽ vt quidquid ſubſtãtiæ for habet,

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Ad vocem ſuam dat, &c. *Scilicet aereo, vbi vapores humidi condenſantur & nubes in pluuias reſoluuntur.*

2 Et eleuat nebulas ad extremitatib. terræ. *Ideſt, a mari Oceano, quod terminat terram habitabilem: inde enim eleuantur nebulæ pro maiori parte.*

3 Fulgura in pluuiam facit. *Quia reſolutis in pluuiam nubibus fulgura ceſſant quæ procedebant ex eis.*

4 Et educit ventum de theſauris ſuis. *i. de locis occultis.*

5 Stultus factus eſt homo, &c. *Faciendi idola & colendi.*

6 Vana ſunt, &c. *Ideſt, deriſione.*

7 In tempore viſitationis ſuæ. *A Deo.*

8 Peribunt. *Idola & idololatræ.*

9 Non eſt his. *Scilicet idolis.*

10 Similis pars Ia. *Scilicet ipſe Deus, quem ſolum coluit.*

11 Qui enim formauit omnia ipſe eſt. *ſ. Deus Iacob.*

12 Et Iſrael. *i. populus Iſrael.*

13 Virga hære e. *Ideſt, pars vel menſura inquãtum elegit eum ſpecialiter ad cultum ſuum.*

14 Domi. exer. *Ideſt, angelorum.*

15 Nomen il. *Et non alteri. Homines enim bene dominant hominibus, ſed non angelis.*

16 Congrega. *Hic conſequenter deſcribitur obſtinatorum pu tio, & primo quantum ad Iudæos, ſecundò quantum ad extraneos* ibi Effunde. *Circa primum dicitur.* Congrega. de te. *Q. d. veniet tibi confuſio ex vniuerſis partibus.*

17 Quæ hab. in obſi. *i. tu Ieruſalem quæ obſidebaris a Chaldæis: & loquitur de futuro per modum præſentis propter certitudinem prophetiæ.*

* 1 Ecce

## MORALITER.

† † *Præparat orbem.* Ideſt eccleſiam.

† *In ſapientia.* ſ. Euangelica, & non philoſophica.

† *Et prudentia ſua, &c.* Ideſt, homines contemplatiuos extendit ad praxim regiminis eccleſiæ propter populi neceſſitatem.

1 *Ad vocem ſuam.* Ideſt, ſanarum doctrinarum.

2 *Et eleuat nebulas.* i. prædicatores ad prędicandum, de quibus dicitur Iſa. 60.b. *Qui ſunt iſti qui vt nubes volant? &*

3 *Fulgu. in plu. facit.* i. tormenta diuinitus comminata ſare facit per pluuiam lachrymarum: exemplum de Niniuitis pœnitentiam agentibus ad Ionæ prædicationem

4 *Et edu. ven. de theſ. ſuis.* Ideſt, multiplex Spiritusſancti donum de ſapientiæ ſuæ occultis.

5 *Stultus factus eſt om. &c.* Nam ad talia pertingere non poteſt ſcientia humanitus reperta.

† MORA

habet,in vrbem munitiſſimam congreget,& longæ obſidioni præparet alimenta. Non enim Deus ſicut prius lōgè poſt futura minatus,ſed ſtatim futura.

a *Væ mihi ſuper contritione.* Cōqueritur Ieruſalem quòd vehementer afflicta ſit & plaga inſanabili.

* Theodoret. Contritionē vocat peccatum,væ autē ſupplicium. Nequitiā, inquit, tuam ſecuta eſt pœna, & grauiſſimam plagā accepiſti.

b *Tabernaculum.* Plāgit Ieruſalem tam facilem factam ſubuerſionem ſuam,vt non mœnia erutā ſed tabernaculū ablatum putes.

* Theodoretus. Tabernaculum vocat, non modo templum diuinum, ſed etiam domos & turres & porticus.

c *Et non ſubſiſt nt.* Neq.enim in Chaldæam trāslati ſunt, ſed magna pars eorum interfecta atque deleta eſt.

d *Stultè egerunt paſtores.*

* Theodoretus. Paſtores vocat reges, & ſacerdotes. Hi ſiquidem, & illi errorem prouocauerunt, quæ clarius docet Regum & Paralipomenon hiſtoria.

e *Grex.* Hieronym. Lxx. pecora. Quod iuxta hiſtoriam ſtare non poteſt: In tam longa enim obſidione pecora non duraſſent.

* Theodoretus. Propterea omnis paſtura eorum non intellexit. Hoc loco νομὴν, ideſt, paſturam vocat non herbam,ſed ouilia,& ait imprudentiam paſtorum fuiſſe cauſam erroris ouium.

f *Vox auditio.* Hæc oīa quæ præteritus & præſens ſermo deſcribit ad perſecutionis eccleſiaſticæ tempora referamus quādo tabernacula domini ſubuertunt,& habitatio eccleſiæ in ſolitudinē redigitur. Quæ omnia culpa paſtorum fiunt,qui *ſtultè egerunt*, & dominum nō quæſierunt. D

g *Draconum.* Vel Struthionum. Simmachus, Syrenarum. Vt pro hominibus habitent ſcilicet dracones, & omnia venenata : Vel ſtruthiones, quæ ſolitudini familiares in deſertis naſcuntur, & nutriuntur. Aut Syrenes,ſ. quędam monſtra, & dæmonū phantaſmata.

h *Scio &c.* Erubeſcāt qui aiunt vnūquemq; ſuo regi arbitrio. Nō eſt enim hominis via eius, &c. vnde Dauid : *A domino greſſus hominis dirigetur.*

* Theodo. Nunquā inquit, dn̄s, irrupiſſet ille cōtra nos, te volente:& ſi irrupiſſet, nequaquam ꝓſpere egiſſet quæ decreuerat,nobis opitulante dextera tua. Scio enim quæ acciderint Sennacherib. Sed obſecramus te, ne ille exigat à nobis pęnas impietatis, verum tu ipſe erudias nos paterna caſtigatione. Porrò perſpicuum eſt ex his quę dicta ſunt, & quæ ſubiiciuntur, clauſulam hanc. *Scio Domine*, non ſubiicere libertatem arbitrij noſtri, ſeruituti naturali,neque res noſtras fatali neceſſitati ſubmittere, verū diſertè nos docere, quò pacto dn̄s Deus totius mūdi gubernacula tenet,ſuppeditans bona, & corripiens iuſtè. E

i *In iuditio, & non in furore tuo.* Quaſi quæ patimur iuſta ſunt & maiora meremur: ſed corripe vt pater filium,nō affligas vt hoſtis inimicum. *Caſtigas enim omnem filium quē recipis*, & omni dolore, & flagello emendas Ieruſalem. Gentes autem quæ non cognouerunt te non iudicium, ſed indignationem merentur. F

a¶Non alius. b¶A terra ſua. ¶Quaſi funda.
hæc dicit dominus: Ecce ego longè proijciam habitatores 1
a¶In vrbem ſcilicet effugere non valentes.
terræ,in hac vice,& tribulabo eos,,ita† vt non inueniantur. 2
¶Verba Ieruſalem culpam ſuam confitentis.
a Vę mihi ſuper contritione mea,† peſſima plaga mea. Ego 3
¶Patienter. ¶V   iram Dei ſuſtinebo. 4
autem dixi:Planè hæc infirmitas mea eſt, & portabo illam. 5
¶Habitatio, a¶Quia peccaui ei. ¶Sicut tentorij. 6
b Tabernaculum meum vaſtatum eſt:omnes funiculi mei di 7
¶Interfecti.
c rupti ſunt,filij mei exierunt à me, & nō ſubſiſtunt. Non eſt 8
¶Ideſt qui inſtauret me,& murorum iaciat fundamenta.
qui extendat vltrà tentorium meum, & erigat pelles meas:
¶Metaphora. a¶Principes,quorum culpa populus diſpergitur.
d quia† ſtultè egerunt paſtores, & dominum non quæſierūt: 9
¶Populus. 10
e propterea nō intellexerunt, & omnis grex eorum diſperſus 11
¶Propheta loquitur. ¶Babylonij venientis. 12
f eſt. Vox auditionis ecce venit,& commotio magna de terra 13
a¶Habitatoribus interfectis. 14
aquilonis,vt ponat ciuitates Iuda in ſolitudinem,& habita
g
h culum draconum. Scio domine quia non eſt hominis via 15
a¶Babylonij,ſed mei meriti,& tuæ indignationis. b¶Huic conſonat Dauid: Domine ne in furore tuo arguas me,neque &c.
i eius,nec viri eſt vt ambulet,& †dirigat greſſus ſuos. Corripe 16
me domine,verumtamen in iudicio,& nō in furore tuo,ne 17
¶Sed. ¶Non iudicium. 18
fortè adnihilum redigas me.† Effunde indignationē tuam
ſuper Gentes,quæ non cognouerunt te,& ſuper prouincias 19
a¶Quaſi: Tradidiſti nos vt emendaremur:iſti autem aggrauauerunt iugum tuum, nec ætati,nec ſexui, nec dignitati, nec loco pepercerunt. 20
21
quæ nomen tuum non inuocauerunt. Quia comederunt 22
Iacob,& deuorauerunt eum, & conſumpſerunt illum, & † 23
decus eius diſſipauerunt. 24

† vt inueniā, ſcilicet quæ prædixi me miſſurum.

Pſal.36.d

†habitaculū.

Heb.12.b

Pſal.78.b

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ecce ego lon.pro. &c. *Ante enim captiuitatem Babylonis aliqui de regno Iudæ fuerunt captiuati in propinquis regionibus: vt in Aegypto & Syria & ſimilibus,ſed Babylonia valdè longè diſtat a Iudæa.*

2 Ita vt non iu. *Scilicet ab amicis ſuis. In Hebræo habetur:* Ita vt inueniant, *ſcilicet pœnam debitam pro peccatis ſuis, vt dicit gloſſa Hebraica,ideò ſubditur.*

3 Væ mi.ſu. *Loquitur ſub perſona Ieruſalem, ſeu populi habitantis in ea.*

4 Ego autem. *Vexatione mihi intellectum dante.*

5 Planè hæc in. *ideſt,pœna iſta proceſſit ex culpa mea.*

6 Et portabo. *Mihi a Deo iuſtè inflictam.*

7 Tabernaculum meum vaſta. *ideſt,templum de quo loquitur ad modum tabernaculi Moyſi, quod funibus extendebatur, & pellibus cooperiebatur.*

8 Filij mei. *ideſt,habitatores mei in captiuitatem ducti.*

9 Quia ſtultè egerunt paſtores. *i.principes & ſacerdotes.*

10 Et dominum non quæ. *Per debitum cultum.*

11 Propterea non intel. *Verba prophetarum.*

12 Et omnis grex e. *ideſt,populus.*

13 Diſpe.e. *Partim occiſione,partim captiuitate.*

14 Vox audi. *Quia a parte Aquilonis intrauit exercitus Chaldæorum Iudęam ad deuaſtandum eam.*

15 Scio domine, quia non. *ideſt, non eſt in poteſtate hominis rectè ambulare in via iuſtitię, niſi per te dirigatur. Quia tamen Deus non deficit alicui, directionem iſtam debitè petenti, ſed multi per ſua peccata demerentur a Deo dimitti : & ſic erant Iudæi,ideo ſubditur.*

16 Corripe me do. *De meo errore.*

17 Verumtamen in. *Tua miſericordia temperato.*

18 Et non in furore. *Ideſt,rigore iuſtitiæ.*

19 Ne fortè ad nihilum redigas me. *Ita quod nullus de populo meo remaneat.*

20 Effunde. *Hic conſequenter petitur punitio quantum ad extraneos, qui Iudæam vaſtauerunt : quia licèt in hoc fuerint executores diuinæ iuſtitiæ, tamen hoc fecerunt mala voluntate, ſcilicet ex odio,& ſuæ virtuti præſumptuoſe attribuēdo quod fiebat a Deo, ideo dicitur.* Effunde indignationem. *ideſt, punitionem.*

21 Super gentes quæ non cognouerunt te. *Per fidem verā.*

22 Quæ nomen tuum non inuocauerunt. *Sed magis nomina idolorum.*

23 Quia comederunt Iacob. *Populum Iſrael crudeliter occidendo.*

24 Et decus eius diſſipauerunt. *Ideſt, templum in quo Iudæi maximè gloriabantur.*

ADDI-

## ADDITIO

A In cap. 10. *vbi dicitur in poſtilla. Ad intelligentiam primæ partis: Sciendum quòd Gentiles &c.*

Corpora cœleſtia an animata.

*Non ſolum Gentiles, vt platonici poſuerunt corpora cœleſtia eſſe animata, ſed etiam doctores noſtri aliqui hoc ſentire videntur, vt Origenes. Hieronymus. Auguſtinus verò ſuper Gen. ad literam hoc relinquit ſub dubio non declinans ad aliquam partem. Dicit etiam in Enchiridio, quod ſi corpora cœleſtia ſunt animata, animæ eorum ad angelorum ſocietatem pertinent, ſanctus Thomas verò in prima parte. q. 70. artic. 3. in deciſione quæſtionis in fine dicit, quòd inter ponentes corpora cœleſtia eſſe animata, & ponentes ea non animata, parua vel nulla differentia inuenitur in re: ſed in voce tantũ: vnde non debet cenſeri erroneum dicere quod corpora cœleſtia ſint animata. Item ſuperſtitio idololatrarum non ſolum ſe extendit ad colẽdum res animatas: ſed etiam res inanimatas & corruptibiles, vt patet Iſaiæ 44. & in multis alijs locis. Et ideo motiuum idololatrandi cum planetis non pendet ex hoc quod credantur eſſe animata, ſeu inanimata præſertim cum ſecũdum vtramque opinionem moueãtur a ſubſtantia apprehendente, &c.*

Rep. In cap. 10. *vbi in principio poſtil. Ponit notabile verbum, ſcilicet quod Gentiles crediderunt corpora cœleſtia animata, & non ſolum animata, ſed habere aliquid diuinitatis & ſic ex libero arbitrio influere in iſta inferiora ad cauſandam in hominibus proſperitatem, & aduerſitatem, & ideò ſtatuerunt ea placare ſacrificijs & oblationibus: hoc autem eſt erroneum & ſuperſtitioſum ad idololatriã pertinens. Et quamuis Burg. inquantum vult eſſe catholicus hoc totum notabile non audet negare, truncatim tamen poſtillatoris factũ interpretatus, dicit quod poſtillator nõ bene dicit eſſe errorem quod corpora cœleſtia ſunt animata quia vt inquit Burg. hoc dicunt Orig. & Hieronym. & B. Auguſt. relinquit ſub opinione. Allegat ſanctũ Thomam. in 1. par. q. 70. dicentem, quod inter ponentes corpora cœleſtia fortè eſſe animata, & ponentes cõtrariũ, parua, vel nulla differentia eſt in re, ſed in voce tantũ. Quidquid ſit de opinione ſanctorum circa illas propoſitiones, tamen vt Plato, & alij Philoſophi poſuerũt ex huiuſmodi animatione mũdũ fore animal. hoc dicit beatus Aug. 1. retrac. c. 10. nec haberi poſſe ex ratione, nec ſcripturæ autoritate. Vnde patet quod & ſi opinabile ſit ſic dici cœlum vel mundũ animatũ, non eſt tamen probabile quod ſit animal, quia talis anima cœli ſi ponatur, non tamen eſt vt pars eſſentialis cum cœlo conſtituens vnum per ſe. Hoc dictum communiter doctores moderni exponentes, dicũt illas corporũ cœleſtium animas coniungi ſolũ vt motores, & coniunguntur illis corporib. ſecundũ operari, non ſecundum eſſe. Ideo dicit B. Aug. in Enchiridio: Si corpora cœleſtia ſunt animata, animæ eorũ ad angelorum ſocietatem pertinent. Vnde patet eſſe falſum, quod modica ſit differentia tantũ vocis, & non rei inter tales poſitiones, quia poſitio Gentiliũ vult tales animas coniungi corporibus, vt conſtituant vnũ per ſe tanquam partes eſſentiales. Poſitio aũt Chriſtianorũ eſt ſecundũ rem contraria, quia tales animæ ſi ſunt, non cõſtituũt vnũ, niſi ſicut motor & mobile: quod non eſt vnũ per ſe, ſed per accidens. Inter modernos aũt fortaſſis verum eſt, quòd non ſit differentia in re inter poſitionem affirmatiuam, vel negatiuam. Qui enim negant cœlũ animatum, intelligunt ſecundum eſſe & propriè, quod autem ponunt, intelligunt ſecundũ operari tantũ & impropriè. Secundũ enim propriam rationem anima quam ponit Ariſtotel. 2. de anima. ipſa eſt actus corporis organici habentis vitam in potentia, quæ ratio non conuenit motoribus cœli propriè. igitur non dicuntur animæ corporum cœleſtium quæ non ſunt organizata, quia non mixta, ſed ſimplicia, nec habentia vitam in potentia, quia ſunt ingenerabilia & incorruptibilia. Patet ex his quam vtiliter Burgen. mouetur contra Poſtilatorem.*

---

## CAP. XI.

Erbum quod factum eſt ad Ieremiam à do- 1

a ¶ Verbum Berith: Aquila & Symmachus ſemper pactum Lxx & Theodotion interpretantur teſtamentum.

mino, dicens: Audite verba † pacti huius, & 2

loquimini ad viros Iuda & habitatores Ie-

ruſalem, & dices ad eos: Hęc dicit dñs Deus

Iſrael: Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius quod 3 †

pręcipi patrib. veſtris, in die qua eduxi † eos de terra Aegy 4 †

pti, de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & faci 5 †

¶ Sic ſcilicet, ideſt, non aliter.

te omnia quæ pręcepi vobis, & eritis mihi in populum,

### CAP. XI.

a Verbũ. Orige. Quod ſcilicet in principio apud Deũ. Hæc eſt enim vtilitas prædicãtiũ, ſi ad ſingulos fiat Dei verbum. Quid enim prodeſt mihi eum veniſſe in mundum, ſi nõ habeam eum qui factus ẽ ad prophetas? Et diſcipulis ait: *Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.*

Ioa. 1. a Hom. in Ezechi.

C

Matt. 28. d

*Verbum quod factum eſt.* Non eſt poſitum in titulo, quo tempore, vel quo rege vel quoto eius anno hæc prophetia facta eſt, ſed intelligimus priori prophetiæ & tempori hæc eſſe iungenda. Vel quod poſt temporis interuallũ hic ſermo domini ad prophetam factus ſit. Propriè autẽ nunc ad viros Iuda & Ieruſalem ſermo dirigitur.

Allegor. Gen. 49. b

b *Audi. v. Iu.* Alleg. Chriſtianos. ſ. Chriſtus enim de Iuda ortus eſt. De quo verè dicitur: *Iuda te laudabunt fratres tui: manus tuæ ſuper dorſum inimicorum tuorum. &c.*

c *Ieruſalem.* Eccleſia, quæ eſt ciuitas regis magni, & viſio pacis. Pax enim in ea multiplicatur & cernitur.

vbi ſup.

d *Maledi.* Origenes. Iudæi enim maledicti ſunt, qui non audierũt teſtamentum Dei, quando eduxit eos de terra Aegypti. Nos autem qui in Chriſto credimus, teſtamento eius obedimus quod per Moyſen traditur. Et nobis hoc dicitur, ne maledicti ſimus.

e *Eduxi eos.* Hieron. Origenes. Nos quoque eduxit Deus de Aegypto & fornace ferrea, mundo, ſcilicet & eius anguſtia. Locus enim vbi crucifixus eſt dominus, vocatur ſpiritualiter Sodoma & Aegyptus.

f *Fornace f.* Hieron. Tribulationis & pœnæ magnitudinem ſignificat: non locum aliquem ferri materiæ in pœnam præparatum.

g *Audi. vo.* Ac ſi dicat: Non generis priuilegio, non circũciſionis prærogatiua, non ſabbati ocio, ſed propter obediẽtiam, Iſrael efficior Deus, & ipſe populus meus. Et hic quidem ad ſeruos loquitur, in Euangelio ad amicos: *Vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ pręcipio vobis. Iam non dicam vos ſeruos &c.* Cum autem amici fuerint, de amicis tranſeunt in filios, vnde: *Quotquot enim receperunt eum dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Amicis autem & filijs præcepit: *Eſtote perfecti ſicut pater veſter perfectus eſt.* Similitudinem imperat non æqualitatem. In lege obedientia mandatorum, hic ſimilitudo Dei.

h *Eter.* Non eſt Deus omniũ, ſed eorũ tantum quibus ſe largitur.

---

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XI.

Diuiſio.

1 Verbum quod fa. eſt &c. *Hic conſequenter reuocatur populus a legis transgreſſione. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur reuocatio domini, ſecundo rebellio populi ibi:* Et dixit dominus. *Tertio inflictio ſupplicij, ibi:* Quamobrem: *Circa primum dicitur.*

2 Audite verbum pacti huius. *ideſt, legis, quæ fuit quaſi quoddam pactum inter Deum & populum.*

3 Maledictus vir qui non &c. *Non ſolùm aure corporis, ſed etiam cordis & impletione operis.*

4 Quod præcipi in die. *ideſt, in tempore eductionis de Aegypto, quia quinquageſima die a principio egreſſionis donata fuit lex in monte Sinai.*

5 De fornace. *ideſt, valde dura, eo quod afflicti fuerunt ibi filij Iſrael laboribus duris in compoſitione laterum & decoctione.*

1 Vt ſu-

---

## MORALITER.

1 *Verbum quod factum eſt ad Ieremiam.* Secundũ ſenſum literalẽ reuocatũ hic populus Iudaicus à Moſaicæ legis tranſgreſſione. Moraliter autem reuocatur populus Chriſtianus à legis Euangelicæ tranſgreſſione cum dicitur.

3 *Maledictus vir qui non audierit &c.* Scilicet ego Chriſtus.

† *Patribus veſtris.* ideſt, apoſtolis & fidelibus alijs.

† *In die qua eduxi eos.* Sicut enim lex Moſaica data fuit quinquageſima die egreſſionis populi de Aegypto, ſic lex Euangelica per ſpiritum ſanctum ſcripta fuit in cordibus apoſtolorum quinquageſima die eductionis patrum de limbo, quæ dicitur formax ferrea propter longam detentionem, ſcilicet à principio mundi vſque tunc.

† *Audite vocem meam, &c.* Mihi fideliter obediendo.

† *Vt ſuſcitem*

largitur. Vnde. *Ego ſum dominus Deus tuus ſanctus Iſrael*. Et alibi quoque inquit. *Ero Deus eorum*, Et, *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac & Deus Iacob*. Quod exponens Saluator ait, *Deus autem non eſt mortuorum, ſed viuorum*. Mortuus eſt, ſcilicet peccator.

a *Lacte, & Melle.* Melle & lacte rerũ omniũ abundantiã ſignificat, ſicut Vergilius: Mella fluunt illis ferat, & rubus aſper amomũ. Vel tropologicè. Terra lacte, & melle manans eccleſia eſt, in qua paruuli nutriũtur lacte donec poſſint ſolidum cibũ accipere.

b *Et dixi.* Vox prophetæ deſiderantis impleri promiſſionem domini. Q.d. Verè domine impleſti quod promiſiſti. Vel fiat do. id eſt, ſemper maneat quod dediſti.

c *Quia conteſtans cõteſtatus ſum patres.* Vſque, vt facerent hæc in Lxx. non habẽtur. Quod ſequitur: *Et non fecerunt, ab ipſis*: in fine ſuperioris capituli poſitum eſt. *Audite verba pacti huius &c.*

d *Inuenta eſt coniuratio.* Origen. Inuenta eſt colligatio in viris Iuda &c. Si peccauerimus, qui viri Iuda ꝓpter Chriſtum dicimur, de nobis dicitur: *Inuenta eſt colligatio*, vel, *cõiuratio in vi. Iu. & in ha. Ie.* cum in eccleſia tales ſint in quib. reperiatur laqueus iniquitatis, & vincula peccati, de quibus, dicitur. *Vinculis peccatorum ſuorum quiſque conſtringitur. Conuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priorum*. Non ait ſimpliciter *patrum*, ſed addidit *patrum ſuorum priorum*. Duplices enim habemus patres, & vna ſpecies eſt peſſimorũ patrum. Antequam crederemus, diabolus pater noſter fuit, vnde: *Vos ex patre diabolo eſtis*. Cum autem credidimus, facti ſumus filij Dei. Si poſtea peccamus conuertimur ad iniquitates patrum noſtrorum priorum. *Omnis enim qui facit peccatum, ex diabolo natus eſt*. Toties ergo ex diabolo naſcimur quoties peccamus. Infœlix ille q ſemper a diabolo generatur, ille autẽ fœlix qui ſemꝑ ex Deo naſcitur. Non enim ſemel dicam iuſtum ex Deo natum, ſed per ſingula veritatis opera ſemper ex Deo naſcitur. Saluator quoque noſter ſplendor claritatis eſt, ſplẽdor autem nõ ſemel naſcitur & deſinit, ſed quotieſcunque ortum fuerit lumẽ ex quo ſplendor orit, toties oriur etiam ſplendor claritatis. Saluator noſter ſapiẽtia eſt Dei, ſapiẽtia verò eſt ſplẽdor æternæ lucis. Sic ergo Saluator noſter ſemper naſcitur: vnde ait: *Ante omnes colles generat me*, non vt quidam malè legũt generauit. Tu ergo in ſimilitudinem eius, ſi tamen adoptionis habes ſpiritum, ſemper generaris à Deo per ſingulos intellectus, per ſingula opera & efficieris filius Dei in Chriſto Ieſu.

e *Clamabunt.* In neceſſitatibus, & nõn exaudiã, quia me audire noluerũt. Qđ & Saul paſſus eſt: Cũ. n. Philiſtheos timeret

[Margin: Ioan. 8. f — Prou. 5. d — † ſtatuam, præſtem. — Ibidem d. — † Prædicã. — † vos Filij Dei, filiique diaboli naſcuntur. — Prou. 8. c]

&c ego ero vobis in Deum, vt † ſuſcitem iuramentũ quod
a ¶ Patres ſuſcipiunt in filiis & promiſſiones Abrahæ implentur in filiis. 1
iuraui patribus veſtris daturum me eis terram fluentem 2
a ¶ Hyperbolice. b ¶ Id eſt, ſicut rebus ipſis hodie comprobatur. 3
¶ Lxx. Fiat domine, quod idem eſt. 4
a lacte & melle, ſicut eſt dies hæc. Et reſpondi, & dixi: Amen 5
b ¶ Frequenter Deus futura prædicit, vt increduli molliantur. Prædicit autem tam in vrbe quàm foris, vt quorum vnum eſt diſcrimen, ſit eadem pœnitentia. 6
domine. Et dixit dominus ad me: † Vociferare oĩa verba 7
hęc in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalem, dicens: Audite
verba pacti huius, & facite illa, quia conteſtans conte-
c ſtatus ſum patres veſtros in die qua eduxi † eos de terra
¶ Sicut ſupra.
Aegypti vſque ad diem hanc. Mane conſurgens conteſtatus ſum, & dixi: Audite vocem meam & non audierũt, nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed abierunt vnuſquiſq; in † prauitate cordis ſui mali. Et induxi ſuper eos omnia verba pacti huius quod præcepi vt facerent, & non fece-
a ¶ Alii colligatio. Q. pari mente, & ſtudioſe mandata Dei contemnunt.
d runt. Et dixit dominus ad me, Inuenta eſt coniuratio in vi 8
ris Iuda & in habitatoribus Ieruſalem. Reuerſi ſunt ad ini †
quitates patrum ſuorum priores, qui noluerunt audire †
verba mea. Et hi ergo poſt Deos alienos abierunt, vt ſerui-
¶ Decem tribus.
rent eis. Irritum fecerunt domus Iſrael, & domus Iu-
a ¶ Dux. ¶ Vt quorum eſt commune ſtudium fiat commune ſupplicium.
da pactum meum, quod pepigi cum patribus eorũ. Quã- 9
obrem hæc dicit dominus: Ecce ego inducam ſuper eos 10
e mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me, 11 12

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt ſuſcitem iura. *Effectu adimplendo.*
2 Quod iuraui. *Abrahæ, Geneſis. 22. & Iſaac. 26. & Iacob. 28*
3 Daturum me. *In quo notatur bonitas terræ.*
4 Sicut eſt dies hæc. *i. ſicut hæc dies oſtendit, q filij Iſrael erãt in terra promiſſionis, quam obtinuerant à tempore Ioſue.*
5 Reſpondi. *Verbum eſt Ieremiæ.*
6 Amen domine. *i. ſit maledictus qui legem non obſeruauerit.*
7 Et dixit dominus ad me. *Hic conſequenter ponitur populi rebellio, quia mandato domini de obſeruatione legis non obedierunt quamuis ſemper admoniti fuerint ad hoc per prophetas, per Moyſen, Ioſue, Samuelem, & alios ſequentes vſque ad captiuitatem Babylonicam: & patet litera huius partis hoc excepto.*
8 Inuenta eſt coniuratio. *In Hebræo habetur.* Inuenta eſt colligatio, *& eſt eadem ſententia. Illi enim qui colligunt ſe ad aliquid malum agendum, ſolent ſe ad hoc aſtringere per iuramentum: & in hoc deſignatur obſtinatio, populi in malo, quod videbatur vnanimiter operari, ac ſi eſſet iuramento obſtrictus.*
9 Quamobrem. *Hic conſequenter ponitur inflictio ſupplicij, cum dicitur.*
10 Ecce ego inducam ſuper eos mala. *Scilicet famis, gladij & captiuitatis.*
11 De quibus exire non poterunt. *Per ſe nec per adiutores, de quibus confidunt.*
12 Et clamabant ad me. *Neceſſitate compulſi.*

∗ 1 Et non

## MORALITER.

1 *Vt ſuſcitem iuramentum quod.* In iuramento namque diuino facto patribus de terra promiſſionis, intelligebatur principaliter promiſſio de terra viuentium, ſicut oſtendi Geneſis decimoquinto in expoſitione literali, & hæc promiſſio per Chriſtum eſt impleta, ideò ſequitur.

4 *Sicut eſt dies hæc. Et reſpondi, & dixi: Amen domine.* Nam à tempore eductionis de limbo datur fidelibus purgatis vera beatitudo.

8 *Inuenta eſt coniur.* Quoniam multi Chriſtiani & ſpecialiter mali clerici & religioſi declinant à veritate Euangelij, dicitur poſtea: *Inuenta eſt coniuratio.* id eſt, mala colligatio in clericis qui ſignãtur per viros Iuda, id eſt, cõfitens, quia deputati ſunt ad confeſſionem diuinæ laudis.

† *Et in habi. Ie.* Id eſt, in religioſis qui debent eſſe pacifici, & quieti, & tamen multi clerici faciunt litigia & appellationes: etiam multi religioſi ſunt ſuis ſuperioribus rebelles: ideo ſubditur.

† *Reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priores.* Scilicet Adam & Euæ qui fuerunt Deo inobedientes. Et pœna ſubditur cum dicitur.

† *Inducam ſuper eos ma.* Nam in inferno nulla eſt redemptio. Et de celebrantibus indignè dicitur poſtea.

† Quid

& non exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iuda & habita- 1
tores Ieruſalem,& clamabunt ad eos quibus libant, & nō 2
ſaluabunt eos in tempore afflictionis eorum. † Secũdum 3 4
numerum enim ciuitatum tuarum erant dij tui & Iuda,
a & ſecundum numerum viarum tuarum Ieruſalem po- 5
ſuiſti aras confuſionis ad libandũ Baalim. † Tu ergo noli 6
b c orare ꝓ populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudẽ & orõnẽ, 7
quia nõ exaudiã in tpe clamoris eorum ad me,in tempo-
re afflictionis eorum. † Quid eſt quod dilectus meus in
(Populus Iuda. ¶ Venerando idola. ¶ Q. multitudine talium ſacrificiorum non delentur peccata tua.)
d e domo mea facit ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ 8 9
f auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? Oliuam 10 11
†vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit do- 12
g minus nomen tuum. Ad vocem loquelę grandis exarſit 13
(¶ Gladio hoſtium. Vnde: Exterminauit eam aper de Sylua ¶ Populi.)
†ignis in ea, & †combuſta ſunt fruteta eius. Et dominus 14
(¶ Non immerito, cum poſſit Deus facere quæ vult)
h exercituum qui plantauit te loquutus eſt ſuper te malũ, 15 †

A ti meret & verbum Dei accipere non meruiſſet, conuerſus eſt ad Pithoniſſam vt ab idolis diſceret, quod inſtãtia orationis & fletuum à domino extorquere debuiſſet. Vnde diſcimus ſi dominus non exaudierit, non eſſe ceſſandum. Quò.n. iratus flectitur mutatque ſententiam, ſi qui bus iratus eſt, commutentur. Totum hoc autẽ quod nũc dicitur ad Iudam & Ieruſalem, pertinet quibus inſtat captiuitas.

a *Secundum nu.* In libro Regum & Paralipo. inuenimus Iudam, & Ieremiã multò peiora quã Iſrael feciſſe, vt quot habebant vrbes, tot habebãt idolorum ſpecies: & quot in vrbe plateæ, & viarum capita, tot in confuſionem ſuam aras haberent, quibus idolis immolarent.

† Sup. 7. c. & 14. b.

† Quid faceret dilectus meus vltra in domo mea cum fecerit ipſa tam multas abominationes cum multis? & auferetur caro ſancta à te ob maleficia tua in quib. exultaſti.

b *Tu ergo.* Præcipitur prophetæ, ne ꝓ
B eis oret in quos eſt iã conſummata ſententia, ne videatur ratio eius infirma, & meritò non exaudita.

c *Et ne aſſum. pro eis laud.* q.d. Ne replicando veteris hiſtoriæ clementiam qua miſereri ſoleo: & laudando meam nitaris mutare ſententiam. Non enim exaudiam eos, qui afflictione coacti clamant. Ex his diſcimus fruſtra ꝓ aliquo rogari qui non meretur accipere.

d *Quid eſt.* Hieron. Dicamus hoc principibus eccleſiarũ & diuitibus, qui cum aliena rapiant, & malitias cordis ſui non auferant, putant ſe Dei mereri clementiam.

Abuſio grandis oblationũ Chriſtianorum. Marc. 12. d

❋ Theodoretus. Vtrumque declarat grauitatem impie tatis,

tatis, tum hoc quod vocata eſt delicta, tũ illud, quod in
D templo Dei collocauerit ſtatuas eorum qui nõ ſunt dij.

e *Nunquid car. ſan.* At nunc publicè offerentium nomina recitãtur, & redemptio peccatorum in laudem mutatur, nec Euangelicę viduæ memoria celebrat̃, quę plus omnibus in gazophilatium miſit.

❋ Theodoretus. Clarè nos inſtruit intentio, & ſermo prophetæ, dominũ opera bona requirere: Quod etiam Dauid inclamat, *Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi.* Et iterum. *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem: vtique holocauſtis non delectaberis Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus &c.*

f *Oliuam.* * Idem. Oliuam formoſam vocat, vt inuitaret eam ad ferẽdos fructus, quomodo ſæpe vocauit eam vineam.

g *Ad vocem lo.* quaſi dicat. Exaltatus per ſuperbiam, nõ humiliter creatorem & dominatorem tuum intellexiſti, ſed cõtra dominum granditer loquutus, igne eius ſuccenſus redigeris in nihilum.

* Theodoretus. Poſtquam vocauit Oliuam, meminit purgationis. Putationem enim nuncupat purgationem. Sic & dominus in euangelio dicit. *Omnis palmes non ferens fructum exciditur, & in ignem mittitur.*

h *Et dominus.* q.d. Oliuam vberem pul. fru. ſpe. vo. d. n. tu. atque plantauit te: ſed propter vocem loquelæ grandis flamma eius deſcendit in te.

☞ a *Tu au-*

C

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non exaudiam eos. *Quia non promoruerunt.*
2 Et clama. ad eos quibus libant. *Offerendo ſacrificia liquida, ſcilicet idolis.*
3 Et non ſaluabunt eos. *Qui nullam habent virtutem ſaluandi.*
4 Secundum numerum e. ci. tu. *Ex quo patet multiplicatio idololatriæ in terra Iuda.*
5 Et ſecundum numerum viarum tuarum Ieruſalem. *Quia in ſingulis vicis & plateis erant altaria conſtructa idolis, & maximè tempore Manaſſe regis, quia idololatriam & alia mala ſupra modum multiplicauit in Ieruſalem vt habetur. 4. Regum 21. Et ſubditur.*
6 Tu ergo. *Ieremia.*
7 Noli orare pro populo hoc. *q.d. Non eſt dignus vt preces tuæ pro eis exaudiantur. Et ſpecialis ratio ad hoc ſubditur.*
8 Quid eſt quòd dilectus. *ideſt, populus Iſrael a me ſpecialiter electus.*
9 In dom. mea. *ideſt, in templo, meo nomini conſecrato.*
10 Facit ſcelera mul. *ponendo ibi idola tempore Manaſſe reg. 4. Reg. 21. Et in hoc fuit maximus Dei contemptus, quia ſimile eſt ac ſi vxor introducat adulterum in eodem lecto cum marito.*
11 Nunquid carnes ſanct. *Scilicet ſacrificiorum mihi oblatorum.*
12 Aufe. a te ma. *quaſi dicat. Non: quia talia non placent niſi ex deuotione & bonitate offerentium, propter quod dicitur Gen. 4. a.* Reſpexit dominus ad Abel & ad munera eius. *Et quia principaliter reſpexit ad bonitatem offerentis, & ex conſequenti ad eius oblationem. Rab. Sal. exponit.* Nunquid carnes ſanctę &c. *ideſt, circumciſio. q.d. circumciſio non liberabit te, niſi cum ea adſint opera iuſtitiæ.*
13 Oliuam vbe. *In principio enim exitus de Aegypto vſque ad conflationem vituli aurei fuit gratioſus ſtatus populi. Vel iſtud poteſt referri ad ſtatum ipſius tempore Dauid & Salomonis, cò quod Dauid augmentauit cultum diuinum, & de præcepto eius Salomon ædificauit templum, vt habetur. 1. Paralipom. Et ſubditur: deterioratio, cum dicitur.*
14 Ad vocem lo. *ideſt, ipſius Dei cuius magnitudinis non eſt finis vel ipſius Nabuchodonoſor, qui fuit inſtrumẽtum Dei in deſtructione templi.*
15 Exarſit ignis. *Nabuchodonoſor enim præcepit incendi ciuitatem & templum: & hoc contigit propter populi peccata. Cætera patent in litera.*

❋ 1 Tu

## MORALITER.

8 *Quid eſt quod dilectus meus.* Signum maximæ dilectionis eſt quando dominus admittit aliquem ad ſui corporis & ſanguinis cõſecrationem: pp quod peccata talium ſcelera dicuntur propter grauitatem, nec per celebrationem expiantur ſed magis aggrauantur, ideo ſubditur.
11 *Nunquid carnes ſanctæ.* Scilicet agni immaculati Ieſu Chriſti.
12 *Auſer. à te malic. tuas.* Q.d. non, ſed magis multiplicabunt. Et ſubditur debita conditio clerici & religioſi, cũ dicitur.
13 *Oliuam vberem.* Debet enim eſſe vbera oliua per pietatẽ pulchra per conſcientiæ puritatem, fructifera per operi boni multiplicitatem, ſpecioſa per conuerſationis honeſtatem, nominata per famæ celebritatem. Et ſubditur oliuæ dictæ deterioratio, cum dicitur.
14 *Ad vocem loquelæ grandis.* Ideſt, diabolicæ ſuggeſtioni exarſit vinea. Idem ſignatur hic per vineam quod prius per oliuam, de qua dicitur Iſaiæ quinto b. *Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt.* Sed hæc vinea exarſit igne carnalitatis & cupiditatis.
† *Et combuſta ſunt.* Ideſt, omnia Dei dona.

† 1 *Iuſtus*

a¶Cauſas tũ exponit,ne videatur iniuſtus. Vnde vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,& vincas cum iudicaris. ¶Studioſe.
pro malis domus Iſrael,& domus Iuda,quę fecerũt ſibi ad 1
a¶Pater. b¶Secundum hominem. c¶Quomodo oporteat me loqui.
a irritandũ me, libantes Baalim. Tu autem domine demon 2
¶Filio. ¶Iudæorum.
ſtraſti mihi,& cognoui:tu oſtẽdiſti mihi † ſtudia eorũ, &
a¶Crucis.
b ego quaſi † agnus mãſuetus qui portatur ad victimam. Et 3
a¶Peccatum,vnde;Eum qui non nouerat peccatũ,pro nobis peccatũ fecit. b Prouerbium fuit in Iſrael.
non cognoui,quia cogitauerunt ſuper me cõſilia,dicẽtes, ñ
¶Crucis. a¶Corpus Saluatoris qui eſt panis qui de cœlo deſcendit. b¶Vt nomen eius deleatur.
c¶Orige. Niſi granum frum*ẽ*ti cadens in terra mortu,fue.ſo.ma. Si aũt mor.fue.multũ fructũ affert.
†Mittamus lignũ in panem eius, & eradamus eũ de terra 5
c a¶Filius ſecundum carnem ad patrem loquitur,& iudicium eius imprecatur
viuentiũ,& nomen eius nõ memoretur amplius. Tu autẽ 6
a¶Reddendo vnicuique quod meretur.
d domine Sabaoth,qui iudicas iuſtè,& probas renes & cor-
a¶Eorum,ſcilicet qui in ſcelere perſeuerant,non qui pœnitent.
b¶Obſtinatis. Pro alijs enim dicit: Pater ignoſce illis,quia neſciunt quid faciunt. 7
e da videam vltionem tuam ex eis. † Tibi.n.reuelaui cauſam
a¶Iudæos. ¶Obedientia. 8
meã. Propter hæc dicit dñs ad viros Anathot, qui quærũt 9
f animam tuam, & dicunt, † Non prophetabis in nomine 10
dñi,& non morieris in manibus noſtris. Propterea hęc di 11
cit dñs exercituum: Ecce ego viſitabo ſuper eos, iuuenes
morientur in gladio, filij eorum & filiæ eorum moriẽtur
in fame, & reliquiæ non erunt ex eis. Inducam enim malum ſuper viros Anathot,annum viſitationis eorum.

a *Tu au.* Iudæi & noſtri iudaizãtes ad perſonam Ieremiæ hoc referunt,& propter vaticinium futurorum malorũ hæc eum à populo ſuſtinuiſſe aſſerunt. Sed quomodo eum crucifixum probant cum ſcriptura hoc non dicat? niſi fortè dicant populum cogitaſſe,& non feciſſe?

Origenes. Tu autẽ domine, &c. *vel notum fac mihi domine & cognoſcã.* Iuxta Pſal. *Dominus docet hominum ſcientiam.* Vnde, *Nolite vocari magiſtri ſuper terram. vnus quippe eſt magiſter veſter qui in cælis eſt*, qui,ſcilicet erudit homines vel per ſe, vel per filium Erudit etiam per Paulũ, per Petrum vel quemlibet ſancto[rum]. Tantum Deus ſpiritus, & Deus ſermo de[ſc]endat & doceat. *[N]otũ fac mihi dom. [&] cog.* q.d. Nõ poſſum ſcire, niſi tu reuelaueris. Te au[tem] demõſtrante vi[d]ebo cogitationes ſingulorũ & quid [c]erant, vel cuius [mē]nt volũtatis: *Mittam⁹ lig. in pa. &c.* [P]anis Ieſu quo nutrimur eſt ſermo [ei]us. Quia vero docente eo,voluerunt quidam ſcandalũ [im]ponere doctrinæ eius crucifigentes eum dixerunt: *Mittamus lig. in pa. eius. &c.* Cum enim verbo & diſciplinæ eius coniungitur crucifixo magiſtri in panem lignũ mittitur, [e]t illi quidem inſidiantes dicũt: *Mittamus lig. in pa. eius.* Ego [v]erò inuiſibile,vel mirabile quoddã inferã,lignũ miſſum in panem eius panẽ fecit meliorẽ.i.doctrinam dulciorẽ. [S]icut lignũ per Moyſen miſſum in amaram aquã, fecit [e]am dulcem. Ante.n.quàm mitteretur lignum in panẽ [eī]us quando tantum erat panis & non lignum, *in oẽm terram non exierat ſonus eorum.* Sed poſtquam aſſumpſit fortitudinem per lignum,in omnem terram,ſermo paſſionis [ei]us ſeminatus eſt. Ego autem autumo legem nõ intelle[ct]am amaram eſſe aquam. Cum autem venit lignum [Ie]ſu Chriſti, & ſermo Saluatoris in eam deſcendit, dul[c]oratur.

Theodoretus. In ſequentibus docet propheta quæ [c]ōm miſerunt in ſeipſum & in Chriſtum, in ipſo enim [p]ropheta hæc adumbrata ſunt. *Domine demonſtra mihi & cognoſcam.* Ipſa precatio teſtatur eum non modo referre [q]uæ cõmiſſa ſunt in ſe. Alioqui nulla reuelatione opus [er]at, ad perſpicienda quæ tum fiebant, cum in eum admitterentur. Reuelatio autem præmonſtrat futura.

b *Et non cognoui.* * Theodoretus. Iſtud non cognoui,quadrat prophetæ triſtitia non ſperanti:qui nõ diligenter attendebat dominicis promiſſionibus. Sed cum audiiſſet, *Poſui te hodie in ciuitatem munitam*, arbitratus eſt ſe nequaquã moleſtia tentandum: Atqui ſermo diuinus non hoc pollicebatur,ſed virtus aduerſa. Verum ſermo prolatus de domino, alium habet intellectum. Tanquam enim agnus, inquit, qui ducitur ad victimam, non nouit quod paſſurus ſit, ſequitur ducentes.

c *Mittamus lignũ,etc.* * Idem. Iſtud omnino non conuenit prophetę Qui enim fieri poterat, vt lignum immitteretur in panem? At Chrĩo maximè quadrat. Nam ſuum ipſius corpus panem appellauit, *Panis*, inquit, *quem ego dabo, caro mea eſt.* Panem hunc ligno confixerunt, qui putabant ſe memoriam illius extincturos.

* Tertul. De hoc ligno (crucis) etiam Deus inſinuat per Ieremiam quid eſſetis dicturi. *Venite mittamus in panem eius lignum, & conteramus eum a terra viuorum, & nomen illius non memorabitur amplius.* Vtique in corpus eius lignum miſſum eſt. Sic enim Chriſtus reuelauit,panem corpus ſuum appellans,cuius retrò corpus in pane prophetes figurauit.

d *Probas renes.* Theodoretus. Renes vocat,vt ſæpè diximus, cogitationes: eo quod concupiſcendi vis in renib. ſita,frequenter incitat cogitationem.

e *Tibi enim.* Quia non merito meo,ſed eorũ ſcelere crucifigor. *Venit princeps mundi huius,& in me non habet quidquã.*

f *Propterea hæc dicit dominus.* Videtur hoc ſuperiori ſententiæ contrarium, in qua quæ dicta ſunt perſonæ Chriſti aptamus, non Ieremiæ, qui propriè habitabat in viculo Anathot. Sed per Anathot (quod obediẽtia interpretatur) Iudæos,& maximè Ieroſolimitas intelligimus, qui quondam præceptis domini obedierunt. Sed quia a domino receſſerunt, venit in eos extranea ſententia, vt iuuenes eorum moriantur gladio, &c. Vt autem nos omnem moleſtiam interpretationis liberemus, illam regulam ſequamur. Quòd omnes prophetæ in typum Saluatoris plæraque geſſerunt & quod in præſenti in Ieremia completur, hoc in futurum de domino prophetatur.

Margin: Hierem.2. † opera. † & velut bos qui ducitur ad victi. dicentes. Ioan.6. Lib. aduerſ. Iudæos. Ioan.14.d

D E F B C

☞ Cap.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Tu autẽ. *Superius à principio tractatus huius libri Ieremias increpauit populi Iudæ malitiam,hic conſequenter plangit imminentem ex hoc ſibi iniuriam. Quia ſicut dicit Ioann. os aureũ, Incurrit odium qui arguit crimimoſos: Et diuiditur in duas partes,quia primò plangit ſuam aduerſitatem. Et ſecundò aduerſantium ſibi proſperitatem.ca.ſequen. Circa primum dicit:* Tu au.do.de mi. *certitudinaliter per tuam reuelationem. Et quid ſit illud ſubditur.*

2 Tu oſten.mi.ſtu.eo. *quia per vias occultas quærebant interficere eum,ideo ſubditur: Et ego quaſi agnus manſuetus.*

3 Et non cogn. *ante reuelationem tuam factam mibi.* Quia co. ſ.me con. *quod ſubditur.*

4 Dicentes. *Non eſt de textu. ſed ſubintelligitur.*

5 Mittamus lignum. *eſt enim in terra illa arbor nomine taxus venenata,& inde dicitur toxicum,ideſt,venenũ. & toxico.tcas,ideſt venenare,a mutata in o. Et de ligno illius arboris minutatim inciſo volebant ponere in cibo Ieremiæ, qui cibus nomine panis intelligitur,vt ſic moreretur & amplius eos non argueret.*

6 Tu au.do. *Ideſt,exercituum per quod angeli deſignantur.*

7 Videam vl. *Hoc non dicebat zelo vindictæ,ſed amore iuſtitiæ: & maximè quia volebant verbum diuinum impedire.*

8 Propterea hæc dicit do. *Iſti enim erant qui principaliter eũ occidere volebant. Erat enim Ieremias de eadem ciuitate: & ſic frequentius,& acrius eos arguebat,propter quod magis odiebant eum: Et quia pp donũ prophetiæ ſibi magis inuidebant quàm alij,eò quòd inuidia magis eſt inter compatriotas,& ſimul habitantes,quàm inter extraneos & longinquos, ſecundum quod dicit Philoſophus. 2. Rhetoricæ. Cuius ratio eſt,quia inuidia eſt triſtitia de bono alterius inquantum æſtimatur proprij boni diminutiuum. Bonum autem,ſeu excellentia alicuius multum longinqui non apprehenditur ſic diminutiuum boni proprij, ſicut excellentia propinqui. ideo ſubditur.*

9 Et dicunt. *ex inuidia moti.*

10 Non prophetabis. *ideſt, ſi tu ceſſes à prophetia ſicut & nos, non interficiemus te.*

11 Propterea,&c. ego viſitabo ſuper eos. *pœnam debitam inferendo pro ſua malitia. & patet litera.*

CAP. XII.

A IVſtus qui.tu es d. Contra omnes iniquè agentes diſputatio eſt, ſicut in illo Pſal. *Quàm bonus Iſrael Deus his qui recti ſunt,&c.* Sed præcipuè contra hæreticos. (Pſal 72.a)

✠ Chryſoſtomus. Hæc ſolis nobis non ſunt ambigua, verum & his qui ante nos fuerunt ſanctis illis viris. Ait.n. Iob, *vt quid impij viuunt, diuitiiſque veteraſcunt?* & B. Dauid, *Paulo minus effuſi ſunt greſſus mei, pacem peccatorum videns.* Poſt hunc, & Ieremias, *Iuſtus es domine,&c. Quare via imp.&c.* Ambigebant iſti quidem atque inquirebant, ſed non ita vt faciũt impij neque .n. accuſabant Deũ, neque ex his q̃ fiũt illius iuſtitiã reprehendebãt. Sed alius quidem aiebat, *Iuditia tua abyſſus multa.* (Lib.1.de prouidentia. Iob 21. †Iuditia. Pſal.75. Pſal.35.)

B Hic Ieremias prouidens ne quis ſuſpicaretur, interrogationi iudicium ſuũ præpoſuit, dicens. *Iuſtus es domine*, hoc eſt Scio quidẽ à te omnia fieri iuſtè, modũ aũt ignoro quo fiũt.

✠ Clemens Alexandrinus. Prophetę non dicunt ſemper quæ à Deo audierunt, ſed etiam annunciant per antipophoram ea quæ vulgo iactantur à populo tãquam quæſtiones quaſdam quæ afferuntur ab hominibus, qualeeſt illud Ieremiæ, *Cur via impiorum proſperatur.* (Lib.3.ſtromatum.)

a *Et tu domine.* Ac ſi dicat: Non eſt ſcandalum ſi impij vel hæretici tp̃e floret. Licet.n. proficiant, filios faciant, licet propè ſis ori eorũ, & lõgè à renibus eorũ, i.a cõſciẽtia: nõ eſt tñ cõſolatio parua q̃ ſignant̃ ad victimã ſicut pecora.

C b *Congrega eos.* In paſcha, quando oẽs congregabantur ad diem feſtum, tunc obſeſſi ſunt & ducti in captiuitatem.

✠ Theodoretus. Verbum iſtud ſanctifica, dicit pro ſegrega. Segregat enim ſe qui vult ſanctificari. Propterea Syrus, ευτρέπισον, ideſt, præpara poſuit, pro ἁγίασον, quod eſt ſanctifica.

c *Occiſionis.* Occiſio hæreticorum, ſalus eſt deceptorum cũ fuerint, ſcilicet, eccleſiaſtico iugulati mucrone.

d *Si cum pedibus.* q.d. Si captiuitas vicinarum Gentium te fatigauit Moabitarum, ſcilicet, Philiſtiim, Ammonitarum, Idumeorũ quæ propter difficultatem locorum non tam pugnæ quam latrocinio apti ſunt.

Theodoretus. Hoc ita interpretatus eſt Syrus, victa es dum curreres ad dimicandum cum peditibus, & quomodo equitibus reluctari poteris. Itaque quod dicit eſt eiuſmodi. Hoſtes vicini, Moabitæ, Ammonitæ, Idumæi atque alienigenę, exercitu pedeſtri bellum gerebant, & tu certans cum eis ſæpe numero victa es. Quæ fiet igitur vt reſiſtas Babyloniis cum equeſtri exercitu in aciẽ prodeuntibus? At ſecundum interpretationẽ Græcam ſic intelligendum eſt, nempe ob nequitiam tuam curſus labefactauit te, & viribus ſpoliauit, fortitudine vero deſtituta, quomodo repugnare poteris & gerere bellũ cũ his qui ingenti equorum numero militant.

e *Quomodo*, i. quid facies, cum ad captiuitatem in Chaldæam venaris? Chaldæi enim & Perſæ equis gaudent. Nam

CAP. XII.

IVſtus quidem tu es domine, ſi diſputem 1
tecum, verumtamen †iuſta loquar ad te: 2
(¶Hæreticorum.)
†Quare via impiorũ proſperatur, bene 3
(a ¶In lege. b ¶Spoliando eccleſiam.)
eſt omnib. qui præuaricantur, & iniquè 4
(¶Sicut iactant.)
agunt? Plantaſti eos, & radicẽ miſerunt: 5
(¶Decipiendo.)
a proficiunt, & faciunt fructum. Propè es tu ori eorum, & 6
(a ¶Vnde: Populus hic me labiis honorat: cor autem eorum longe eſt a me. ¶Pater.)
lõgè à renibus eorum. Et tu domine noſti me, vidiſti 7 8
b (a ¶Filium. Nemo enim nouit filium niſi pater, & nemo nouit patrem niſi filius. b ¶In Ieruſalem, vel in conciliabula.)
mẽ, & probaſti cor meũ tecum. † Congrega eos, quaſi gre 9 10 11
c (a ¶A vitiis. ¶Sacrifica virtutibus. ¶Interficiendo ſanctifica. Quem enim dominus diligit, corripit, flagellat.)
gem ad victimã & † ſanctificã eos in die occiſionis. Vſque 12
(a ¶Donec ſ. animus peccantium mutetur. b ¶Sterilis. c ¶Quæ in vſu hominum creata ſunt, conſumuntur pro peccatis eorum.)
quò lugebit terra & herba omnis regionis ſiccabitur pp 13
(¶ a nam ſcilicet)
malitiam habitantiũ in ea? Conſumptũ eſt animal, & vo- 14
d (a ¶Cum omnia Dei prouidentia agantur. b ¶Quod paſſuri ſumus.)
e lucre, quoniã dixerunt: nõn videbit nouiſſima noſtra. Si 15 16 17
(¶Alias peditibus. ¶Laſſitudine.)
cũ pedibus currẽs† laboraſti, quomodo poteris contende- 18 †

b Con-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XII.

* IVſtus quidem. *Hic conſequenter Ieremias plangit ſibi aduerſantiũ proſperitatẽ. Aliqui tamen expoſitores dicunt, quod plangit hic proſperitatẽ Chaldæorum, qui erant infideles: ſed litera præcedens & ſubſequens magis cõſonat, q̃ loquatur de viris Anathot perſequentibus Ieremiam, vt dictum eſt. Et diuiditur in duas, quia primò per modum querimoniæ ponitur Ieremiæ quæſtio. Secundò domini reſponſio ibi.* Si cum peditibus. *Circa primum dicit.*

1 Iuſtus quidem tu es domine, ſi diſputem tecum. *Hoc enim præmittit Ieremias ne videatur loqui temere de diuinis iudiciis hominibus occultis.*

2 Verumtamen iuſta loquar ad te. *non per modum contentionis, ſeu diſputationis, ſed per modum humilis quæſtionis ſicut diſcipulus quærit à magiſtro, volens doceri ab eo.*

3 Quare via impiorũ. *i. virorum Anathot me perſequentium.*

4 Proſperatur, bene eſt omnibus qui præuarican. & inique agunt *i. temporalia bona veniunt eis ad votũ. ideo ſubditur.*

5 Plantaſti eos, & radi. *i. firmati ſunt in terra filiis & amicis.*

6 Proficiunt. *in bonis temporalibus.*

7 Et faciunt fructum. *prolem multiplicando.*

8 Propè es tu ori eorum. *Erant enim ſacerdotes, vt habetur ſupra primo ca. erat enim Anathot vna de ciuitatibus ſacerdotum, & ſic diuinis laudibus laudabant Deum.*

9 Et lõgè à renibus eorũ. *quia erant adulteri, ſecundũ quod dicitur ſupra. 5. c.* vnuſquiſq; ad vxorẽ proximi ſui hinniebat. Et

10 Et tu domine noſti me, vidi. me, & probaſti me. *quia nihil eis nocui, ſed magis proficere volui.*

11 Congrega eos quaſi gre. *hoc dicit zelo diuinæ iuſtitiæ.*

12 Et ſanctifica eos in die. *In Hebreo habetur.* Et præpara eos in die occiſionis. *vt tua iuſtitia impleatur, & ne propter eorum malitiam terra vlterius ſterilis reddatur. ideo ſubditur.*

13 Vſquequo. *Iam enim, vt videtur, dominus induxerat ſiccitatem, de qua habetur. inf. 14. c.*

14 Conſumptum eſt animal. *victum in campis non inueniens. Et cauſa huius ſiccitatis ſubditur, cum dicitur.*

15 Quoniam dixerunt. *viri Anathot & alij mali.*

16 Non videbit. *ſcilicet dominus.*

17 Nouiſſima noſtra. *Ad puniendum. Ex quo videtur, q̃ cecidrant in errorem, quo negatur animæ humanæ immortalitas, & poſt mortem non remanet punitio aliqua vel illum errorem qui negat diuinam prouidentiam ſe extendere ad actus humanos, eò q̃ procedunt ex libero arbitrio & ſic non puniuntur à Deo.*

18 Si cum pedibus. *Hic conſequenter ponitur domini reſponſio quantum ad duo ſecundum ponitur ibi:* Reliqui. *Conquerebatur tẽ Ieremias de viris Anathot cũ perſequentibus, & dominus reſpondet ſibi, quod ſit grauior paſſurus di.* Si cũ. *Metaphorica eſt locutio & eſt ſenſus. Si cum difficultate ſuſtines perſequutionẽ virorum Anathot qui ſunt quaſi pedites & parui momenti, quomodo ſuſtinebis perſequutionem regis & principum qui ſunt quaſi equites reſpectu eorum? & tamen oportebit te illam ſuſtinere vt habetur inf.* * Cum

MORALITER.

† 1 *Iuſtus quidem.* Per hoc autem q̃ ſanctus Ieremias in hoc cap. dominum interpellat cõtra perſequutores ſuos, eis optando pœnam temporalem. d. infra.

11 *Congrega eos quaſi.* oſtenditur: q̃ innocentes poſſunt licitè zelo iuſtitiæ diuinæ optare pœnas corporales & temporales ſuis perſequutoribus: quia ſunt quædam medicinæ, vt ſic vexatione dante intellectum corrigãtur vel ſaltem ad male agendum impotentes efficiantur. Sed quoniam innocentes parati debent eſſe ad grauiora ſuſtinendum, ſi dominus voluerit, ideo ſequitur.

18 *Si cum.* quod eſt minus.

† *Quomodo.* quod eſt grauius q.d. Si pœnalitates vitæ præſentis cum difficultate ſuſtines, qũo pęnas purgatorij poteris ſuſtinere? hæc.n. meditatio, cum maiori potentia ſuſtinere facit vitæ præſentis mala. & quoniam ad idẽ facit paſſionis Chriſti memoria, ideo ſubditur in eius pſo

† Lec

a *Nam & fratres tui,& do.* Poteſt hoc de Chriſto intelligi, contra quem fratres clamauerunt. *Crucifige eum: Non habemus regem niſi Cęſarem.*
b *Reliqui domum.* vnde. Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Et: *Surgite eamus hinc.*
c *Hęreditas mea quaſi, &c.* Orige. Non eſt mirandũ ſi tunc truci beluę comparata ſit hæreditas, cũ vſque hodie ſint leones ĩ ſylua anathematizãtes Chriſtũ, & blaſphemãtes, & fidelib. inſidiantes.
d *Nunquid auis diſcolor hę.* Lxx. Nũquid ſpelũca hienæ hrdi[tas] mea mihi? Hiena nocturna beſtia mortuorum deuorat cadauera, & de ſepulchris effodit corpora, & cunctis veſcitur ſordib. cuius immundiciæ Iſrael comparatur.
e *Paſtores multi, &c.* Hierony. Audiant hæc q principes volunt eſſe, & pro cõmiſſis ſibi in die iudicij rõnẽ reddere: ꝑp illos .n. pars dñi cõculcatur atq; polluitur, & vbi quõdã erat Dei hoſpitium eſt habitaculum beſtiarũ. Alij non præpoſitos plebis & ſacerdotes, ſed hoſtiũ principes intelligũt, qui populum Dei diſſipauerunt.
f *Deſolatiõe.* Orige. Quoniam Iudæi compleuerunt menſuram patrum ſuorum & addiderunt ad prophetarum occiſionem, etiã Saluatoris: tunc exterminatione exterminata eſt oĩs terra eorũ. Conſidera terram quæ in te eſt, qũo exterminata ſit, & videbis poſt aduentũ Chriſti impleta eſſe quæ dicta ſunt mortificatis mẽbris noſtris ſup terrã. Cũ iã non operetur terra opera ſua, nec fiant apud iuſtum ea quibus caro antea fouebatur, *fornicatio. ſ. immũditia, luxuria, &c.* Vnde. *Non veni mittere pacem, ſed gladium.* Mat. 10. d Antequam ille veniret, non erat gladius ſuper terrã neque concupiſcebat caro aduerſus ſpiritum, neque ſpiritus aduerſus carnẽ. Gal. 5. c. Qñ aũt venit & docti ſumus quæ ſunt carnis vel ſpiritus, doctrina eius quaſi gladius ĩmiſſus diuiſit terrã. i. carnẽ à ſpiritu, & exterminauit eam, quia mortificationem Ieſu circũferimus ĩ corpore noſtro, & ideo non viuimus iuxta carnẽ, viuit autẽ ſpiritus. *Seminamus non in carne ſed in ſpiritu, vt non metamus corruptionem de carne, ſed de ſpiritu vitam æternam.* 1. Cor. 17. f Rom. 8. b
g *Non eſt pax, &c.* Caro pacem Dei in ſe recipere non poteſt. *Sapientia enim carnis inimica eſt Deo, & qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.*
h *Seminauerunt.* Hoc quoque eccleſiaſticis dicitur, qui verbũ dñi mala conuerſatione diſperdunt. De quibus per Lxx. infertur. Clerici eorum non proderunt eis. Nihil eis enim proderit nomen epiſcopi præsbyteri, & huiuſmodi: ſed magis dignitatib. ſuis grauabuntur. Et: *Potentes potenter tormenta patientur.* Et, *Cui plus committitur, plus ab eo exigitur.* Sap. 6. a

a¶ Ideſt, ſi in terra tua aliquam habuiſti fiduciam quid facies cum Iordanem tranſieris? Cum illius gurgites ſuſtinueris.
re cũ equis? Cũm autẽ in terra pacis †ſecura fueris, quid fa 1 2
¶ Tunc te. ¶ Etiam. ¶ Idumæi. ¶ Moab & Ammon qui de Loth.
a cies in ſupbia Iordanis? Nã & fratres tui & domus patris 3 4
a¶ Cum Chaldæis.
tui, ẽt ipſi pugnauerũt aduerſum te & clamauerũt poſt te 5 6
a¶ Quaſi conſanguinei nemo nociuior quã familiaris inimicus. b¶ Veniens in hunc terrenum locũ.
b plena voce. Ne credas eis cũ loquuti fuerint tibi bona. Re 7 8
a¶ Ideſt patrem. Pater in me ego in patre. b¶ Cæleſtis Ieruſalem. ¶ Iacob funiculum hæredi. eius. c¶ Vnde poteſtatem habeo ponendi animam meam.
liqui domũ meã, dimiſi hæreditatẽ meam: Dedi dilectam 9 10
a¶ Iudæorum. b¶ Populus Iſrael.
c †animam meã in manus inimicorũ eius: facta eſt mihi hę 11
a¶ Pariter rugiendo. Crucifige eum. b¶ Vt quondam dilecta appelletur odioſa.
reditas mea quaſi leo in ſylua. Dedit cõtra me vocẽ, iõ odi 12 13
a¶ Tantã pulchritudinẽ habuit Iſrael, vt nihil eſſet bonorũ quod nõ fulgeret in eo: ſed nũc Venite, &c.
d ui eã. Nunquid auis †diſcolor hęreditas mea mihi: Nunqd 14 15
¶ Tamen. ¶ Diuerſæ Gentes.
auis tincta per totũ? Venite, cõgregamini oẽs beſtię terræ, 16 17
a¶ Quoniam Deum ſuum non cognouerunt ¶ Iſrael.
e ꝓperate ad deuorãdũ. Paſtores multi demoliti ſunt vineã 18 19
¶ Sortem.
meã, conculcauerunt partem meam. Dederunt portionẽ 20
a¶ Quondam. b¶ Sine Deo.
meã deſiderabilem in deſertum ſolitudinis, poſuerũt eam
¶ Ideſt auxilio meo deſtituta.
f in diſſipationẽ, luxitq; ſuper me. Deſolatione deſolata eſt 21
¶ Deum.
omnis terra, quia nullus eſt qui recogitet corde. Sup †omnes
¶ Hoſtes.
nes vias deſerti venerunt vaſtatores terræ, quia gladius
a¶ A termino vſque ad terminum
domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum
a¶ Alij finis. b¶ Etiam de vrbe fugientibus. c¶ Q. Expectauerunt bona, & venerunt mala: proſpera, & ecce aduerſa.
g h eius. Nõ eſt pax vniuerſæ carni, Seminauerunt triticum, &

Orige-

## NICOLAVS DE LYRA.

* Cum autem, *i. in ciuitate Anathot in qua natus, & nutritus fuiſti, & ſic habes ibi parentes & amicos qui aliquam ſecuritatem poſſunt dare tibi, & tamen ibi times.*
Quid facies in ſuperb. *i. in Ieruſalem vbi oportebit te ſuſtinere perſequutionem? vt habetur inf. 26. Vocatur autem Ieruſalem hic ſuperbia Iordanis, quia Iordanis fluuius frequenter intumeſcit in tantum, quòd exit ripas ſuas, ſic Ieruſalem propter potentiam & diuitias ſuperbierat & metas ſuas circa diuinum cultum ſupra modum exierat ad idololatriã declinando: vt patet ex dictis præceden. cap.*
Nã & fratres. *Idẽ viri Anathot q ſunt ſacerdotes ſicut, & tu.*
Et domus patris tui. *i. aliqui tibi conſanguinei.*
Etiam ipſi pugnauerunt aduerſum & clama. *cum alijs quærentes te intoxicare.*
Clamauerũt poſt te plena. *dicẽtes tibi verba pũgitiua, vel potius verba detractiua q̃ nõ dicũtur ante faciẽ, ſed poſt, ideſt, occultè.*
Ne credas, &c. *Aliquando loquebantur ei pacificè fingentes amicitiam, vt magis eum deciperent.*
Reliqui domum meam. *Hic ponitur ſecundum, de quo reſpondet dominus Ieremię .ſ. de populi Iudæ deſtructione. Et primò denũtiatur hęc deſtructio, ſecũdo ipſius reparatio, ibi:* Et cũ euulſero: *Et ex iſtis duob. apparebit quęſtionis Ieremiæ ſolutio. Circa primũ dicit dom.* Reliqui, &c. *ideſt, templũ meo nomini dedicatum.*
9 Dimiſi. *ideſt, Ieruſalem & Iudęam.*
10 Dedi. *ideſt, ita mihi dilectam ſicut eſt anima mea. Et dicitur hoc ad exprimendum amicitiam Dei erga locũ & gentẽ, ſicut aliqs de amico ſuo ſpeciali dicit.* Talis eſt cor meũ & anima mea.
11 In manus inimicorũ. *i. Nabuchodonoſor & exercitum eius.*
12 Facta eſt mihi hæreditas mea. *i. gens Iudaica, ſecundum quod dicitur Iſa. 19. d.* Hæreditas mea Iſrael.
13 Quaſi leo in ſylua. *i. a me extranea per idololatriam.*
14 Dedit contra me vocem. *dicendo contra me blaſphemiam.*
15 Ideo odiui eam. *dimittendo eam in manibus inimicorum ſuorum. ideo ſubditur.*
16 Nũqd auis. *i. rubricata ſanguine in diuerſis partibus? q. d. Sic, qa regnũ Iuda fuerat afflictũ partialiter ab Aegyptijs & Aſſyrijs.*
17 Nũqd auis. *i. tota ſanguinolenta. q. d. Sic per Nabuchodonoſor, qui totã terrã deſtruxit occidendo & captiuando, ideo ſubditur.*
18 Venite. *properate ad deuorandum carnes occiſorum.*
19 Paſtores. *i. principes exercitus Nabuchodonoſor ſecundũ, ꝙ expoſitum eſt ſup. c. 6. in prin.* Ad eam venient paſtores, &c.
20 Demoliti. *ideſt, populum Iſrael ſicut dicitur Iſa. 5. Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt.*
21 Lux. *afflictione dante eis intellectum. Cætera patent vſque ibi.*
22 Seminauc. *Quod exponit Ra. Sa. dicens, quod imminẽte deſtructione ciuitatis Iudæi fecerant aliqua bona, ſed nõ valuerunt eis, eò ꝙ non fecerant debitam pœnitentiam de malis præteritis, ſecundum monitionem Ieremiæ ſupra poſitam 4. c.* Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas. *Poteſt etiam hoc exponi, quia dominus ante aduentum Nabuchodonoſor immiſerat ſterilitatem per quam non fuit reuerſus populus ad pœnitentiam.*

* Con-

*MORALITER.*

10 *Dedi dile. animam meam in manus inimi.* i. plebs Iudaica.
13 *Quaſi leo in ſylua, &c.* rugiens cõtra me neqtia magna.
14 *Dedit contra me vocem.* dicens: *Crucifige crucifige eum.*
15 *Ideo odiui eam.* volendo per Romanos eius punitionẽ. de qua ſubditur.
16 *Nunquid auis, &c.* Fuit. n. plebs Iudaica per Romanos partim rubea ex ſui ſanguinis effuſione, & partim nigra ex ciuitatis cũ populo combuſtione. Et qñ principes Romanorũ non ſolũ perſequuti ſunt Iudæam, ſed etiam poſtea grauiter eccleſiã tempore Neronis & aliorum tyrannorum, ideo ſubditur pœna eorum cum dicitur.

✠ * Origenes. Nos qui
A in clericatus ordine
vobis pſidemus noſ
Hom 7. ſe deberis, nō ſtatim
in eſſe ſaluandos, qa
clerici ſumus, multi
.n. clerici pereunt, &
laici beatiſſimi repe
riuntur, ſed ſi ordinē
pariter mereamur,
& habeamus. Quia
igitur ſunt quidā cle
rici non ita viuentes
vt & ipſi ex ordine
capiant fructum, &
ornamento ſuæ ſint
dignitati, idcirco a-
iunt qui expoſuerūt
prophetam nunc di-
centem. *Cleri. eorum non proderunt eis.*
* Theodor. Admonet non eſſe collocā dam in ſterilitate terræ fiduciam, ſed in bonis illius operationibus. Qui enim nequitia vtitur, ſpi
B nas ex ea colligit.
a *A fructi.* Lxx. A gloriatione veſtra, veſtibus, ſ. præcioſis,

a ¶ Rerum omnium abundantiam à domino acceperunt.
meſſuerunt ſpinas: hæreditatem acceperūt, & non eis pro-
a ¶ Quibus, ſcilicet cleri non proderunt.
a derunt. Confundemini à fructibus veſtris propter irā fu- 1 2
b roris domini. Hæc dicit dominus aduerſum oēs vicinos 3
¶ Vel vaſtant. ¶ Ideſt, eccleſiam
meos peſſimos, qui tangunt hæreditatem quam diſtribui 4
populo meo Iſrael. Ecce ego euellā eos de terra ſua, & do- 5 †
a ¶ De faucibus inimicorum hæreticorum.
mum Iuda euellam de medio eorum. Et cùm euulſerō eos 6
cōuertar, & miſerebor eorum, & reducam eos † virum ad
¶ Eccleſiam. ¶ Viuentium.
hęreditatem ſuam, & virum in terram ſuam. Et erit ſi eru- 7
a ¶ Redeuntes ab hæreticis. b ¶ In eccleſia. c ¶ Non idolorum quæ de corde finxerunt.
diti didicerint vias populi mei vt iurent in nomine meō, 8
¶ A domino pars populi ſui.
viuit dñs, ſicut docuerūt populum meum iurare in Baal, 9 10
a ¶ Verba mea.
ędificabūtur in medio populi mei. Quod ſi non audierint 11
a ¶ Remanentes in hæreſi. a De populo meo. b ¶ Perpetua vt non relinquatur locus pœnitentiæ. Hoc quotidie cernimus & rebus probamus quod hæretici fidei veritatem ſimulant vt ſimplices decipiāt, ipſi tamen nunquam redeant.
euellam Gētē illam euulſione & perditionē, ait dominus. 12

domibus exornatis, poſſeſſionibus multis, ſeculari ſapientia. *Qui autem gloriatur in domino glorietur.* Et, *in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti.* Et, *in infirmitatibus ſuis, vt inhabitet in eo virtus Chri*ſti.
* Theodoretus. Quæ putatis illuſtra re vos, verbi gratia opes, potentiam, hæ vos pudore per fun dent, dum cauſam agetis apud Deum. Eius enim beneficij abundè experti, co traria illi rependi ſtis.
b *Vicinos.* Ad lite ram. Idumæos, Phi liſtiim, Moab, & Am mon.
Allegorice. Hæreticos qui Chriſtiani dicuntur, & ma gis terræ ſanctæ fiunt affines quam habitatores. ✠

NICOLAVS DE LYRA.

1 Confundemini. *in captiuitatem ducti.*
2 A fructibus: *Idem propter demerita veſtra.*
3 Hæc dicit do. *Hic conſequenter ponitur populi Iudæ reparatio, & hoc ad conſolationē bonorum, ſicut præmiſſa eſt deſtructio ad confuſionem malorum: Præmittitur tamen deſtructio aduerſariorū, cum dicitur:* Hæc. *Iſti erant Idumæi deſcendentes ab Eſau fratre Iacob & Moabitæ & Ammonitæ qui deſcenderant de Loth nepote Abrahæ propter quod debebant Iudæos diligere, & ipſi econtrario aduerſabantur eis, & incitauerunt Nabuchodonoſor contra eos & in eius exercitu venerunt contra Iudęam. ideo ſubditur.*
4 Qui tangunt. Ecce. *quia poſt captiuitatem Iudæorum ipſi fuerunt ſatis citò captiuati.*
5 Et domum Iuda. *quia ipſi habitabant circa terram Iuda.*
6 Et cum euul. *ſcilicet Iudæos.*
7 Conuertar. *& hoc fuit impletū tempore Cyri regi Perſaru qui remiſit captiuitatē Iudęorū, vt habetur. 1. Eſdr. 1. a. & quia p res de Babylonijs cōuerſi ad Iudaiſmū venerūt cū eis, ideo ſubditu*
8 Et erit. *a Iudęis. Aliqui libri habent: Eruti. & malè.*
9 Didicerint. *Idololatriam dimittendo, & vnū Deum colend*
10 Vt iurent. *Iuramentū enim tale, quando habet circunſtanti debitas, fit in reuerentiam Dei.*
11 Si do. *quia ante cōuerſionē inducebāt Iudæos ad ritū Gētile*
12 Aedifica. *fide moribus & temporalibus bonis.*

*MORALITER.*

† *Hæc dicit.* Dicuntur autem Romani Chriſtianorum vicini, eo quod Chriſtiani inter eos habitabant.
† *Euellam.* Plures enim imperatores Romani Chriſtianorum perſequutores fuerunt de ſua dignitate deiecti, ſcilicet Nero, Domitianus & plures alij.
6 *Et cum.* ſ. tempore Conſtantini, qui baptizatus percep gratiam Chriſti, & cum eo magna pars populi Romar

CAP. XIII.

H*Aec dicit domi.* Vir ſanctus lū
C bare Dei dicitur, qui
de limo terrę aſſumptus eſt, & eius conſortio copulatur. Et quodammodo quę in eccleſia videntur obſcæna maiori diligentia circundat, ne Gentilium & hęreticorum morſibus pateant. Hoc lumbare ſi aquam tetigerit, & Euphratis fluenta tranſierit, Aſſyrio humore imbutū perdit priſtinam fortitudinem, & computreſcit. Et quamuis redeat in vſum Dei, tamen priſtinā pulchri-
Pſal. 72. d. tudinem habere non poterit: non Dei duritia, ſed ſua culpa, quia noluit audire verbum domini. Caueat ergo qui poteſt dicere: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.* Ne fortè per negligētiam illius renibus ſepretur, & tranſeat Euphratem & detur poteſtatem Aſſyregis, & nequaq in ſolidiſſima petr ſed in foramine p træ corruptæ atq vitiatæ, hoc eſt hę ticorum ſordib. vitijs occupetur, in tantam veniat putredinem, vt in vſum & cinctoriu domini vltrà redire non poſſit.
a *Lūbare, &c.* Populus Iſrael eſt. Qui ſicut linū de terra ſumptus & illotus nec mollicię hēt, nec cādorē, & tū p Dei miſericordiā Deo adhæſit. Cū aūt peccaſſet trans phratē, i. in Aſſyrios eductus, & ibi abſconditus, i. mul tudine innumerabiliū Gentiū quodāmodo abſorptus ✠ nihil

CAP. XIII.

a ¶ Sicut ego filios Iſrael.
a HÆc dicit dominus ad me: Vade & † poſ- 1
¶ Vel cinctorium.
ſide tibi lumbare lineum, & pones il-
lud ſuper lumbos tuos, & in aquam 2 3
¶ Ne corrumpatur. ¶ Vel cinctorium.
non inferes illud. Et poſſedi lumbare
iuxta verbum domini, & poſui circa lū-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIII.

1 HAec dicit. *Superius a principio tractatus huius libri deſcripta eſt circa populū regni Iudæ malitiæ grauitas, hic conſequenter deſcribitur ipſius incorrigibilitas, ſeu irreparabilitas. Et*
Diuiſio. *diuiditur in ſeptē partes ſecundum ſeptem modos oſtendendi propoſitum. Partes patebunt proſequendo. Primus autem modus continetur in hoc c. videlicet per parabolam lumbaris putrefacti ad nihilum vltra valentis. Et diuiditur in duas partes, quia primò parabola p tur ad propoſitum. ſecundò ad hoc adducitur exemplum, ibi:* Si tare poteſt. *Prima in duas, quia primo parabo a ponitur & ſ do exponitur. ibi:* Et factum eſt. *Circa primum dicitur.*
2 Et pones. *te accingendo.*
3 Et in aquam. *ne ex madefactione citius putrefiat, ſed m aliunde, Cætera patent in litera.*

*E

*MORALITER.*

† 1 *Hæc dicit do.* Per Ieremiam qui interpretatur excelſus dominus noſter Ieſus Chriſtus ad patris dexteram eleuatus, Mar. vl. Per lumbare verò lumbis eius adhærens, populus Chriſtianus, qui ſibi adhæret per fidem formatam charitate. Sed quia multi ab ea declinant, iubetur lumbare poni in Euphrate per qđ ſignatur declinatio ad am terrenæ cupiditatis & delectationis carnalis, & putre vitijs. Per foramen petræ in quo ponitur obſtinati malis ſignatur, & ſic inutilis ad omne bonū homo r ditur, ideo dicitur: *Et ecce computruerat lumbare,* Ita vt n vſui aptum eſſet. Et ſequitur pœna cum dicitur.

† MORA

nihil reputatus.
✱ Origenes. Cur cinctorium dicitur lineum? Linum ex terra naſcitur: Nam cum ſemen eius in humum fuerit abiectum, primum in gramine pullulat, deinde demeſſũ transfertur domum, pectitur, lauatur, teritur, tũditur, & ingenti opera excutitur, quo tale fiat ex quo poſſit cinctorium, aut aliud quid in vſus neceſſarios operari. Et nos ergo vniuerſi q generationem habemus ex terra, aut linum quod in cinctorium Dei pectitur, multa cura indigemus, vt lauemur, vt colorẽ terræ abijciamus.

*Et abſconde, &c.* Origenes. Iudęi in igni extiterũt Deo
B c proiecti ſunt ab o, nobis pro illis ccinctus eſt Deus. Neque enim putan lum eſt cinctoriũ bijcientem man iſſe incinctum: ſtaim vt illos proieit, alios ſibi conteuit, i. eccleſiam de Gentibus quę ex nira facta eſt lucida que condida. vnc: *Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit dealbata?* Sciat amen, quia ſi natualibus ramis non epercit, nec ſibi arcet ſi non fuerit ligna lumbos eius: deſt, ſi non adhærens domino, vnus piritus fuerit Chrio.

*Et tuli lumbare.* n captiuitate. Si-
C nificat autẽ, quod ropheta in typum omini populum berat, ſed nihilominus peccat. Poſtea deos alienos ſequi

¶ Poſtquam peccauit.
bos meos. Et factus eſt ſermo domini ad me ſecundò, dicẽs:
a ¶ A te ſicut ablatum eſt à me.
Tôlle lumbare quod poſſediſti, quod eſt circa lũbos tuos,
a ¶ Quia ego ſurgam in vindictam. b ¶ Aſſyrios. c ¶ Prædicta abſorbendum.
a & ſurgẽns vade ad Euphrâten, & abſcônde illud ibi in fora
¶ In typo domini.
mine petrę. Et abij, & abſcondi illud in Euphrate, ſicut prę
ceperat mihi dominus. Et factũ eſt poſt dies plurimos, di-
a ¶ Sicut ego reducam filios Iſrael.
xit dñs ad me, Surge & vade ad Euphraten & tôlle inde
lũbare, quod præcepti tibi, vt abſconderes illud ibi. Et abij
¶ In ſignum captiuitatis
b ad Euphraten & fodi, & tuli lumbare de loco vbi abſcon-
derã illud. Et ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vſui
aptum eſſet. Et factum eſt uerbum domini ad me, dicens: 1
a ¶ Adaptat ſimilitudinem.
Hæc dicit dominus Deus, Sic côputreſcere faciã ſuper- 2
a ¶ Duarum tribuum Iuda.
biam Iudâ, & ſuperbiam Ieruſalẽ multam, populum iſtũ 3
a ¶ vitia ſua ſequentes.
peſſimũ, qui nolunt audire uerba mea, & ambûlant in pra 4
uitate cordis ſui, abieruntq́ue poſt deos alienos, ut ſeruirẽt 5
6
eis, & adorarent eos. Et erunt ſicut lũbare iſtud, quod nulli 7
uſui aptum eſt. Sicut enim adhæret lũbare ad lumbos uiri, 8
¶ Decem tribus.
ſic agglutinaui mihi omnẽ domum Iſrael, & omnem do- 9
10
¶ Duas tribus.
mum Iuda, dicit dominus, ut eſſent mihi in populum, &
a ¶ Tamen. ¶ Me qui hæc omnia feci. 11
in nomen, & in laudem, & in gloriam, êt non audierunt. 12
Dices ergo ad eos ſermonẽ iſtũ, Hęc dicit Dominus Deus 13
a ¶ Bonus, ſcilicet, vel malus. b ¶ Singulorum meritis congruo. 14
c Iſrael: Omnîs lagũcula implebitur uinô: & dicẽt ad te, Nũ- 15
d quid ignoramus q̃a omnis lagũcula implebitur vino? Et di 16
a ¶ Non ſolùm vulgus ignobile.
ces ad eos, Hęc dicit dñs, Ecce ego implebo ôẽs habitatores 17
a ¶ Ideſt. b ¶ Eccleſiarum. c ¶ Reſupini, erecta ceruice, protenſo aliqualiculo. i. ſtomacho.
terræ huius, êt rêges qui ſedẽnt de ſtirpe Dauid ſuper thro
a ¶ Secundus in eccleſia gradus. b ¶ Qui videntur habere ſcientiam ſcripturarum.
c ¶ Pro peccatorum varietate.
nũ eius, & ſacerdôtes & prophetâs, & omnes hâbitatores

quitur, ad extremum in Dei filium manus mittit, ideo D
æterna perditione contabeſcit.
✱ Theodoretus. Per prædicta mirificam Dei bonitatem declarat & copulationis modum edocet, & quod decreuerat eos claros & illuſtres reddere, at illi per iniquitatem probra ſibi contraxerunt.

c *Om. lagun.* Hęc eſt ebrietas qua obliuiſcimur præceptorum Dei, & vitijs atque peccatis humana impletur conditio. Vnde. *Non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens.* Nõ ad cõparationẽ Dei, vt veteres & noui volũt hæretici, & eorũ patroni, ſed ad ſciẽtiã eius. *Homo. n. videt in facie Deus ĩ corde:* & qđ nobis mũdum vr̃, ei immundũ deprehenditur. E Verbũ Hebraicũ nebel Aquilæ prima editio, lagũculã Secũda ipſum nebel. Symmachus craterẽ. Lxx. vtrẽ. Theodotio vas, interpretati ſunt, quod oẽ vino tm̃ & ebrietate cõpletur. Sumus. n. vas fragile, & theſaurũ habemus in vaſis fictilib. in quibus id cõpletur: *Nõ habitat in carne mea bonum. Non. n. quod volo bonũ, hoc facio, ſed q̀ nolo malũ, hoc operor.* Et: *Miſer ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?*

Pſal. 142. a. / 1. Reg. 16. b. / 2. Cor. 4. b. / Rom. 7. d. / Ibidem. / Rom. 7. d.

d *Ecce ego.* ✱ Theo. Vltionem vocauit ebrietatem. Qui. n. in grauiſſimas calamitates labunt̃ ſunt perturbatis ſimiles, F qui præ grauitate doloris lugere nequeunt.

Et

NICOLAVS DE LYRA.

Et factum. *Hic conſequenter exponitur parabola. & primò quantum ad populi Iudæ culpam, ſecundò quantum ad pœnam, ibi:* Dices ergo. *Circa primum dicitur.*

Sic computreſce. faciam. *eam annihilando & per hoc inſinuatur quòd Nabuchodonoſor non annihilauit gloriam regni Iudæ virtute propria, ſed diuina: ſicut lumbare non fuerat putrefactum ex malefactione aquæ nec ex loci conditione, quia erat abſconditum in foramine petræ, ſed diuina voluntate.*

Populum. *primò propter eius inobedientiam, ideo ſubditur:*
Qui nol. *Secundò, propter nequitiã in proximum cum dicitur:*
Et ambulant. *ex certa ſcientia nocumentum inferentes proximis ſuis in rebus per auaritiam, ſicut dictum eſt ſupra. vj. c.* A minore vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent, &c. *& vxoribus per luxuriam. ſup. v. c.* Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.
Abieruntque poſt. *per idololatriam.*
Et erunt ſicut lumbare iſtud. *deſtructi & annihilati.*
Sicut enim, &c. ſic agglutinaui mihi. *ideſt adiunxi mihi.*
Omnem domum Iſrael, &c. *quantum ad decem tribus.*

Et

10 Et omnem domum Iuda. *quantum ad duas.*
11 Vt eſſent mihi in populum. *dando eis legem in monte Sinai præ cæteris populis.*
12 Et in nomen. *vt nominarentur ſpecialiter populus Dei.*
13 In laudem & glo. *ideſt, vt eſſent famoſi per totum orbem ſupple. ſi audirent verba mea debitè obediendo.*
14 Et non audierunt, &c. *in contrarium rebellando.*
15 Dices ergo: *Hic conſequẽter ſubditur debita pœna, & diuiditur in duas partes, quia primò ponitur denunciatio pęnæ quantum ad omnes generaliter, ſecundò quantũ ad principes ſpecialiter, ibi:* Dic regi. *Circa primum præmittitur parabola, cùm dicitur.*
16 Omnis laguncula implebitur vino, & dicent ad te: nunquid ignoremus, quia omnis laguncula implebitur vino? *Eſt autem laguncula vas terreum ad reponendum vinum: & quia acceperunt verba prophetæ ad literam, ideo exponit parabolam dicens.*
17 Hæc dicit dominus: ecce ego implebo omnes, &c. *Ideſt, ſicut laguncula materialis impletur vino, ſic totus populus regni Iudæ quantum ad maiores & minores & mediocres, replebitur ſpirituali ebrietate, ideſt, defectu mentis & corporis ad reſiſtendũ aduerſarijs ſicut ebrietas aufert ſenſum & mẽbrorũ vſum.*

✱ Et

*MORALITER.*

1 *Hæc.* Per vinum enim mordicatiuum ſignatur pœna, vt patet in littera ſequente: & per impletionem lagunculæ magnitudo pœnæ.

a ¶ Ideſt. b ¶ Vt creſcat dolor pœnæ, dum mutuis ſe non conſolantur aliquijs. c ¶ Ebrioſos. d ¶ Vt diuerſis polluantur erroribus & hæreſibus, ſvt ſub nomine Chriſti dimi ent contra matrem ſuam eccleſiam.

a Ieruſalē ebrietate, ēt diſpergā eos† virum à fratre ſuo, & pa- 1
b tres & filios pariter, ait dominus. Non parcā, & non conce
a ¶ Ergo tam intrinſecus quàm extrinſecus, tam mente, quàm corpore.
dam, neque miſerebor, vt non diſperdam eos. Audite & au 2
a ¶ In ſuperbiam Q cogitare fragilitatem veſtram, quia nullus eſt qui pro qualitate peccati hac ebrietate careat 3
c ribus percipite, nolite eleuāri, quia dominus loquutus eſt.
a ¶ Ideſt agite pœnitentiam. vnde alibi, Date gloriam Deo veſtro. b ¶ In die iudicij.
d Datē domino Deo veſtro gloriam, antequam tenebreſcat,
¶ Vobis in Babylone. a ¶ Babylon & omnis regio Chaldæorum, montes caliginoſi dicuntur, vnde Iſaias, Super montem caliginoſum eleuate ſignum. 4
b ¶ Dæmones qui cruciatibus præpoſiti. ¶ Vobis.
& antequam offendant pedes veſtri ad mōtes caliginoſos. 5
¶ Hic. ¶ Ibi.
Expectabis lucem, & ponet eam in vmbrā mortis, & in cali
¶ Vt nec gemitus quidem & ploratus liber ſit, ne victores offendantur.
e ginem. Quòd ſi hoc non audieritis, in abſcōdito plorabit 6
a ¶ Dei, vel prophetæ. b ¶ Victorum. ¶ Impœnitentium. 7
c ¶ Vnde. ¶ Ideſt. dolorem meum diſſimulare non potero.
anima mēa † à facie ſuperbiæ.† Plorans plorabit, † & edu- 8
a ¶ Ironice. b ¶ Vox domini ad prophetam. 9
f cet oculus meus lachrymam, quia captus eſt grēx dn̄i. Diç 10
a ¶ Ioachin. b ¶ Matri eius. ¶ Puluere. 11
g rēgi & dominātrici: Humiliamini ſedete in terra: quoniā
a ¶ Regia dignitas Babylonio tradita. b ¶ Iudæ & Ieruſalem quæ ad auſtrum verſa.
deſcēdet de capite ueſtro cōrona gloriç veſtrç. Ciuitates aū
a ¶ Obſidione clauſas.
ſtri clauſæ ſunt, & non eſt qui apēriat. † Tranſlata eſt om- 12
¶ O habitatores Ieruſalem. 13
nis Iuda, tranſmigratione perfecta. Leuate oculos veſtros, 14
15

A a *Et diſper.* rationabili ira vt reducam ab errore dolorib. & tormentis, qui ſermone non potuerunt conuerti. ✠ Origenes. Iuſti congregantur, peccatores diſpergūtur. Scio quoſdam reges eos qui imperio ſuo inſidiati ſunt ad deſertas īſulas deportari ſolitos, & pro magnis ſupplicijs hoc iubere ne ī vno loco exilij penuriā ſuſtineāt, ſed in aliā partem orbis vxor, in aliā liberi exterminētur, vt ne in calamitatibus quidē ſuis perfruātur ſolatio, aut pater filij, aut mater filiæ, aut frater fratris. Simili modo peccator per quandā diſpenſatione Dei maiora tormēta ſolitudinis perpetitur, ſi ſolus ī exiliū relegeē, ut emēdatus in ſtatum priſtinum redeat.

Hom. 9.

† alter ad alterum.

B b *Non parcam.* Non credulitate ſentētiç, ſed iudicij ſeueritate. Qui enim trucidarūt, in æternū peribūt, Hoc iuxta hiſtoriā ſimpliciter accipimus, quod reges & ſacerdotes & oīs populus Ieruſalem calice Babyloniæ ſit inebriādus, & captiuitate obruendus. ✠ Origenes. His verbis moti dicūt hæretici (Baſilidiani.) Videſne qualis ſit prophetarū & legis Deus, qui dicit ſe non parciturum? Quomodo poteſt eſſe bonus? Accipiam exēplum C iudicis, pro vtilitate communi quibuſdā non miſerētis. Huic ſi offeratur latro honeſta forma, ætate ſatis integer, ex alio latere mater expāſis crinibus, deprecetur vt ſenectutis ſuæ miſereatur, ex alio vxor ne virum ſuū interficiat, circunſtent & paruuli orbi futuri, quid faciet iudex? Si miſertus fuerit, reuertetur homicida ad priſtinū ſcelus, ſin verò iudiciaria ſeueritate permāſerit, vnus hō interibit, & vniuerſo populo prouidebitur. Sic Deus ſi pepercerit peccatori, & noluerit eū punire, quis nō accipiet licentiā ſimilia audendi? Hæc in eccleſia poſſumus conſiderare. Peccauit quiſpiam, & poſt peccatum poſtulet cōionem. Si ei conceditur quod rogat, in incommodum oīum venia procedit, & laxatis frænis ſceleribus pāditur via. Sin verò conſiderauerit populi damnum in vnius venia, non dubiū eſt quin faciat eijci vnum de eccleſia, vt multos ſaluet incolumes. Idcirco ignis ęternus pręparatus eſt, non tā ob eū qui puniendus eſt, quàm propter vniuerſos homines. *Peſtilente flagellato, imprudens callidior erit.*
c *Nolite.* ✠ Origenes. Cum multis vitijs genus vexetur humanum, hoc peccato (ſuperbiæ) maximè premitur, Nec

† ſuperbiam veſtram.
† deducet.

vbi ſupra Contra Baſilidianos.
† Tranſlatus

Prouer. 21.

Nec vnus modus eſt ſuperbiæ, Alius ſtultorum more in his affertur quæ magis pudore digna ſunt. Alius quaſi veri ſimulatione ſeductus ſuper his eleuatur, quç ſibi digna gloria putat, cum & in talibus periculoſum ſit gloriari.
d *Date domino, &c.* Ad pęnitentiam prouocat, antequam ducantur in Babylonem.
Allegorice. Date do. &c Q d. *Operamini dum dies eſt: veniet nox, cum non poteritis operari.* Vnde & Iſa. *Stellæ cęli non dabunt lucem, & tenebrabuntur orto ſole, &c.* Et Sophonias: *Dies tenebrarum & turbinis.* ✠ Origenes. Quomodo damus Deo noſtro gloriā? Non verbis & vocibus tantum glorificandus eſt dominus. Glorifica eū in caſtitate & iuſtitia, & beneficentia. Glorifica eum in fortitudine, patiētia pietate ſapientia, cæteriſque virtutibus.
e *Quod ſi hoc non audieritis.* Dicamus Iudęis & noſtris Iudaizantibus, qui literā occidentem ſequūtur. *Niſi, ſcilicet, audieritis in abſcondito,* ideſt, in myſterio, vel ſecundū Aquilam *in tenebris,* quas poſuit Deus latibulum ſuum. Et iuxta Salomonem, intellexeritis parabolam & tenebroſum ſermonem: plorabit anima prophetæ à facie ſuperbiæ eorum.
f *Captus eſt,* à diabolo vel Nabuchodonoſor, vel, contr... tus. Aliquādo Iſrael fuit grex domini. Sed quia indignos ſe iudicauerunt ſalute, conuerſus eſt ſermo ad Gentes. Caueat oleaſter in bonam oliuam contra naturam inſ... tus, ne & ipſe conteratur.
g *Dic regi & domini.* Verbum Hebręum Gebira, Aquila & Symmachus dn̄atricem & dn̄am interpretati ſunt. LXX putantes eſſe Geburoth, potentes dixerunt, *Dic regi & potentibus.* Delirat in hoc loco qui regem Chriſtum, & potētes angelos intellexit, vt aſſumāt corpus humilitatis, ... in puluere ſedeat & amittant de capite ſuo coronā & gloriā fortitudinis. Ciuitates quoq; auſtri clauſas, infernū nulli aperiantur & oēm gloriam Iudæ eſſe translatā, ... in poſſeſſione cōpletum eſt. *Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt. Dic regi & domina, &c.* Manichęus dicebat naturam bonam à Deo creatam, malam verò à diabolo. ... quod quidā angeli paſſi ſunt pro redemptione dæmonum & poſt iudicium portas inferni claudi, & nullum ibi puniri, quod Origenes ſentire videtur, quòd friuolum ...
Tu

Pſal. 13.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et diſpergam eos. *in captiuitatem ad diuerſas ciuitates & loca.*

2 Neque miſerebor &c. *q. d. bene tamen miſerebor in alio, ſcilicet, poſtea reuocans ipſos ſicut dictum eſt c. præce.*

3 Audite &c. *Verba ſunt Iere. reuocantis populum ab errore.*

4 Date do. Deo ve. &c *confitendo humiliter culpam veſtram & eius iuſtitiam, ſicut Ioſue dixit Achan. Ioſ. c.* Fili, Da gloriam Deo, &c.

5 Antequam tene. &c. *ideſt, antequam tribulatio importabilis ſuper vos veniat.*

6 Expe. lu. *ideſt, conſolationem à rege Aegypti à quo tempore Sedechiæ ſperauerunt contra Nabuchodonoſor auxiliari.*

7 Et ponet, &c. *quia fiducia fuit eis occaſio deſtructionis, vt dictum eſt ſuprà frequenter.*

8 Quòd ſi hoc non audieritis. *in malo perſeuerando.*

9 In abſcondito plora. &c. *vobis compatiens.*

10 A facie ſuperbiæ. *ideſt, de malis vobis ſuperuenientibus propter ſuperbiam veſtram.*

11 Dic regi. *Poſt quàm poſita eſt pœna ſuper totum populum generaliter, hic conſequenter ponitur quātum ad principes ſpecialiter, cum dicitur,* Dic regi & domina, &c. *quod exponit Rab. Sa. de Ioachin filio Ioſiæ & matre eius, qui reddiderunt ſe Nabuchodonoſor, & duxit eos in Babylonem, vt habetur infra xxix. cap. Littera tamen ſequens magis concordat quod intelligatur de Sedechia rege & eius vxore, qui captus fuit à Nabuchodonoſor & excæcatus.*

12 Ciuitates auſtri clauſæ ſunt. *Præ timore Nabuchodonoſor venientis contra Sedechiam: & dicuntur hic ciuitates regni Iuda ciuitatis auſtri quia regnum Iuda reſpectu regni Iſrael eſt in parte auſtrali.*

13 Et non eſt, &c. *ideſt, exire audeat.*

14 Tranſla. eſt omnis Iu. *quod fuit ſub Sedechia: tranſlatio enim quę fuit ſub Ioachin, fuit tantum partialis.*

15 Leuate ocu. &c. *ab aquilone, exercitus enim Nabuchodonoſor venit ab illa parte.*

✠ Vb

a *Tu enim docuiſti eos aduerſum te, &c.* Quando Ezechias oſtendit theſaurum nuncio regis Babyloniæ. *Tu enim, &c.* Audiat hoc eccleſia negligens quæ docet aduerſarios ſuos quomodo poſſint eam ſpirituali captiuitate cōprehendere, & pecus eius beſtiali crudelitate lacerare.

b *Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata.* Hierony. Hinc diſcimus q̃diu peccata ſunt minora Deum patienter agere, & pęnitentiam noſtrā expectare. Si autē delictis delicta copulamus, & cumulos peccatorum facimus, reuelabuntur pudēda noſtra vel in hoc ſeculo vel in futuro. Nihil.n. opertum quod non reueletur, q̃n illud Danielis implebitur: *Iſti reſurgēt in vitam æternā. & illi in opprobrium & concluſionem ſempiternam.*

c *Si mutare po. &c.* Hoc teſtimonio vtuntur qui diuerſas naturas aſſerere conantur, tantā nigredinē vel varietatē peccatorū dicentes, vt in candorē & vnius coloris pulchritudinē tranſire nō poſſit. Non hoc attendentes cùm didiceritis malum. Quidquid enim diſcitur non naturæ eſt, ſed ſtudij & propriæ volūtatis quæ conſuetudine peccādi quodammodo in naturam tranſit. Sed quod hominib. impoſſibile eſt, Deo poſſibile eſt: vt non Aethiops vel pardus ſuam naturam mutare videatur, ſed qui in illis operatur. Vnde Apoſtolus: *Omnia poſſum in eo qui me confortat.* Et: *Non autem ego, ſed gratia Dei.* Et: *Viuo ego, iam non ego, viuit vero Chriſtus.* Et: *Quid habes quod non accepiſti? ſi aū. accepiſti, quare gloriaris quaſi non acceperis? Non igitur glorietur ſapiens in ſapientia ſua, vel fortis in fortitudine ſua,* & huiuſmodi, quę in omnib. operatur virtus Chriſti.

✣ Theodo. Vetus pfectò ſermo, conſuetudinem, ſ. eſſe alteram naturam. Omnia.n. quæ longa cōſuetudine cōparuit animus, paria cenſentur cum naturalib. Quapropter minatur ſe diſſipaturū illos īſtar ſtipularum. quæ à turbine vēti huc illuc agitantur. Cęteram recenſet multitudinē peccatorū eius temperantiā, temeritatē & idolorum cultum.

d *Nudaui.* Rogem⁹ Chriſtū, vt nec in præſenti, nec in futuro reuelet poſteriora noſtra, ſed deleat iniquitates noſtras, & ſcelera nr̄a apparere nō ſinat.

e *Super colles.* Allegorice, In collibus & in agris fornicatur & nunquā mūdatur qui erecta ceruice per ſuperbiam non humiliatur ſub potenti manu Dei, ſed confidit in ſceleribus ſuis.

¶ Chaldæi. a ¶ O Ieruſalem. b ¶ Populus. c ¶ A Deo.
& videte qui veniunt ab aquilone. Vbi eſt grex qui datus eſt 1
a ¶ Inclita multitudo, quaſi tota prouincia in vnum congregata. b ¶ In virgā Babylonis tradendo.
a tibi, pecus† inclytum tuum? Quid dices cum viſitauerit? Tu 2
a ¶ Ad corū auxilia cōfugiendo, & idola colēdo qui ſuo occaſione amicitiæ didicerunt, qua venirēt ad te.
enim †docuiſti eos aduerſum te, † & erudiſti in caput tuū. 3 4
¶ Captiuitatis
Nunquid non dolores †apprehendent te, quaſi mulierē par 5
¶ Ideſt ſi cauſam quæris.
turientem? Quòd ſi dixeris in corde tuo, quare venerunt mi-
¶ Reſpondeo. a ¶ Sublatis veſtibus
b hi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuę †reuelata ſunt 6
a ¶ Sicut meretricis vt publicè pateat fornicatio tua. b ¶ Quod ipſi non poſſunt, Deus poteſt.
c verecundiora tua pollutæ ſunt plantæ tuæ. Si mutare poteſt 7 8
a ¶ Niger in peccatis. ¶ Diuerſitates vitiorum.
Æthiops pellē ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos pote- 9
¶ Studio, non natura. a ¶ Quia ſtudio peccandi non potuerunt mutare naturam.
ritis bene facere, cùm † didiceritis malū. Et diſſeminabo eos 10
a ¶ Vnde, Tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ. b ¶ O Ieruſalem.
quaſi ſtipulam, quæ vento raptatur in deſerto. Hęc ſors tua 11
a ¶ Quam elegiſti tibi, vnde. In qua menſura menſi fueritis. &c. b ¶ Cauſa diſperſionis Iſrael.
parſque mēſurę tuæ à me dicit dominus, quia oblita es mei, 12
¶ Temporalibus. a ¶ Vel poſteriora tua, vt ſcilicet videat ignominiam ſuam, & quæ retro eſſe debent fiant in prioribus.
d & confiſa es in mendacio. Vnde & ego nudaui † femora tua 13
a ¶ Omnibus. b ¶ Quaſi equarum quæ inſaniunt ad coitum. Vnde Vergilius Lentum diſtabat ab inguine virus.
contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, & hinnitus 14 15
¶ Non ſolum in ciuitate: ¶ Idola.
e tuus, ſcelus fornicationis tuæ. Super colles in agro uidi abo 16 17
¶ Ergo. a ¶ Quamuis iactes te ſequi veſtigia mea, & mei nominis veniles confeſſionem.
minationes tuas. Væ tibi Ieruſalem: Non mundaberis† poſt 18
¶ Expectabo, quandiu feram.
me: Vſquequo adhuc? 19

Luc. 19. e. Phi. 4 c. Gal 2. d. 1. Cor. 15. b. 1. Cor. 4. b. Iere. 9. g.

† vt ſint principes ſuper caput tuum.

† diſcooperte, ſunt fimbriæ tuæ, diſcoopertę ſunt

† Poſtquàm adhuc, ſcilicet es immūda.

Allego.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vbi eſt grex. *ideſt, populus. q. d. comparebit in terra tua, ſed transferetur ad alienam.*
2 Quid dices, &c. *ſcilicet Nabuchodonoſor te captiuando. q. d. non habebis excuſationem, quia dediſti ei occaſionem. ideo ſubditur.*
3 Tu enim do. &c. *ideſt Babylonis.*
4 Aduerſum te. *& hoc primò fuit quando Ezechias omnes quæ in domo ſua erāt nuncijs regis Babylonis oſtendit, propter quod Iſaias eum reprehendens dixit quòd de filijs eius ducendi eſſent eunuchi in Babylonem, & quod ibi tranſportarentur bona Ieruſalem. Iſa. xxxix. c. Secundò hoc fuit quando illi de regno Iudæ miſerunt nuncios in Babylonem ad aſportandum inde idola ſicut habetur Ezechielis xxiij. & ſic Babylonij contraxerunt cum eis familiaritatem, & conſiderauerunt infirma terræ, per quæ poſſent eam obtinere & habere precioſa quæ ibi viderant tempore Ezechiæ, & poſtea alijs temporibus.*
5 Nunquid non dolores apprehen. te. *q. d. Sic: Nabuchodonoſor te captiuante. & ſubditur cauſa cum dicitur.*
6 Propter multitu. iniqui. tuæ. *in proximum & in Deum.*
7 Reuelata ſunt, &c. *ideſt, ſpoliata es bonis tuis, & loquitur de Ieruſalem ad modum meretricis, quæ cum ſpoliatur ad vituperium incipitur à parte inferiori.*
8 Pollutæ ſunt plan. tuæ. *ideſt, greſſus tui, per quos opera deſignantur. In Hebræo habetur:* Præciſæ ſunt plantæ tuæ. *q. d. non poteris vltrà in malis tuis procedere.*
9 Si mutare poteſt, &c. *Hic adducitur exemplum ad propoſitum, Et diuiditur in duas: quia primò ad propoſitum ponuntur duo exempla. Secundò ſubditur debita pœna, ibi:* Et diſſeminabo. *Primum exemplum eſt de Aethiope, qui non poteſt ſuam nigredinem immutare. Secundum de pardo, qui non poteſt mutare varietates pellis ſuæ, quia vtrumque iſtorum eſt à natura. Et ſic dicit de Iudæis, quod non poterant reuerti ad bonum propter conſuetudinem ad malum, quia conſuetudo eſt quędam natura, vt dicit Philoſophus libro de memoria & reminiſcentia, & ſecundum hoc patet litera. Sciēdum tamen quod hęc ſimilitudo non tenet ſimpliciter, ſed tantum ſecundū quid. Illa enim natura quæ eſt cauſa nigredinis Aethiopis in nullo ſubiacet imperio rationis. Et ideò Aethiops non poteſt illam immutare quantuncunque conetur ad hoc. Sed habitus ex conſuetudine peccandi generatus & per modum naturæ inclinans ad malum, cauſatur ex inclinatione appetitus ſenſitiui, qui natus eſt obedire rationi. Et ideo per conatum liberi arbitrij ad oppoſitum poteſt reuerti ad bonum. tamen cum difficultate propter habitum inclinantem ad oppoſitum: & hoc dicitur impoſſibile ſecundum quid, prout dicitur. v. Metaph. Vno modo dicitur impoſſibile, quod vix poteſt fieri aut cū difficultate. In exēplis autē poſitis de Aethiope & pardo, eſt impoſſibile ſimpliciter, ſecundū naturā tamen quia Deo nō eſt impoſſibile.*
10 Et diſſeminab. *Hic cōſequēter ponitur debita pęna, cū dicitur:* Et diſſeminabo, &c. *eijciendo in captiuitatem ad diuerſa loca.*
11 Hæc ſors, &c. *Ideſt, pœna correſpondens peccatis tuis.*
12 Quia obli es, &c. *Dimittendo cultum diuinum.*
13 Et conf. es, &c. *ideſt, in idolo.*
14 Vnde & ego nudaui, *ideſt, inferendo tibi pœnam debitam oſtendi peccatorum tuorum turpitudinem. Ideò ſubditur.*
15 Adulteria tua *ideſt, adulterium ſpirituale per idolatriam, & corporale per luxuriam.*
16 Et hinnitus tuus. *Ideſt, vtriuſque adulterij patens libido.*
17 Super col. *Ibi enim colebant idola: Ideò concluditur:* Væ tibi Ieruſa. *Et cauſa ſubditur:*
18 Non mundabe. poſt me. *ideſt, mihi obediendo.*
19 Vſquequo adhuc. *ideſt, ita cito. Et ſic legitur depreſſiuè. alij autem legunt interrogatiuè quaſi dicat Non. eſt eadem ſententia.*

Philoſ.

✣ CAP.

ADDITIO.

*In cap. xiij. Vbi dicitur:* In abſcondito plorabit anima mea. *Dicit* in abſcondito *ſe plorare. vt oſtendat quod tanta eſſet ſuperbia inimicorum, quod non auderet liberè plorare, ſeu gemere ne offenderentur inimici, qui erant maximè ſuperbi, ideo ſubdit:* A facie ſuperbi.

## CAP. XIIII.

A a QVod factum eſt. ✠ Theod. Omnigenas caſtigationes infligit eis, vt prauitatis curſum abſcindat. Narrat autem propheta luctus & lamentationes quæ acciderunt, ob penuriam imbrium.

b *Luxit.* ✠ Rupertus. Ex quo ſic irritum factum eſt pactum, iam nec prophetia, nec vlla oĩno ſpiritualis gratia Iudæis dat, nulla ſcientia, nulla ſapientia, nec quidquam veri intellectus, ducibus eorũ, principibus eorũ, magiſtris eorũ ineſſe cõprobatur. Hanc verè magnã & damnoſam ſiccitatem comminatur Iſaias, *Mandabo nubibus ne pluant.* B

Iſa. 5.

c *Et portę eius.* Senſus. ſ. per quos aĩo cõcipit diſciplina.

d *Et obſcuratę ſunt.* Iræ Dei vniuerſa conſentiũt. Vnde, *Sol ſuper peccatores occidit in meridie, & luna, & ſtellæ nõ dãt lumen ſuum.* Putandum eſt aũt obſidionis tpe pluuias nõ fuiſſe, vt obſeſſi ſuſtinerent ſterilitatẽ aquæ. Vno quippe fonte Siloe, & hoc nõ perpetuo vtitur ciuitas, & vſq; in præſentem diem ſterilitas pluuiarum non ſolum frugum, ſed & bibendi facit inopiam. C

Amos. 8. c.

e *Agricolæ.* Quorum vnus ait: *Dei agricultura eſtis.* Et alibi: *Dei cooperatores ſumus.* D

1. Cor. 3.

f *Nam cerua. &c.* Greg. Nam & cerua & vel cerue in agro peperit vel pepererunt. Hæc ſnĩa de doctoribus genitos filios incautè deſerẽtibus dicitur. Bene aũt ceruis doctores aſſimilantur, q more ceruarũ interẽptis vitijs quaſi extinctis ſerpentibus viuũt, & inde acrius ad fontẽ vitæ inardeſcunt. Vnde. *Sicut ceruus deſiderat ad fontem. &c.* Ipſi ẽt dum labentia huius tẽporis momẽta, quaſi quędã flumina trãſeũt comparientes caritate onera ſua ſibi inuicẽ ſupponunt, qa cauta obſeruatione cuſtodiũt qđ ſcriptũ eſt. *Inuicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti.* E

g *Traxe. ven.* Greg. Peruerſi quaſi dracones trahunt ventũ, cum malitioſa ſuperbia inflãtur.

h *Defe. oculi.* Clarã lucem cernere nõ valentes ſubtractis rationabilib. cibis. Hæc ſiccitas ſæpe accidit eccleſię, qñ cerui & onagri inueniuntur in populis, & magiſtrorum penuria contabeſcunt, ſunt qui diſcant non qui doceãt.

## CAP. XIIII.

¶ Ideſt quia.
a VOD factum eſt verbum domini ad 1
¶ Cultum Dei ſe prius habere iactans & confeſſionem veræ fidei.
Ieremiam † de ſermonibus ſiccitatis.
a ¶ Pro fame verbi Dei.
b Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, 2
a ¶ Peccatis. b ¶ Contutus non rationabilis.
c & obſcuratæ ſunt in terra & clamor Ieru- 3 †
a ¶ Qui ipſi deberent pergere.
d ſalem aſcendit. Maiores miſerunt mi- 4 5
a ¶ In quibus ſunt cani ſapientiæ. b ¶ Quam ſeguntur inueniſſe patriarchæ.
nores ſuos ad aquam, venerunt † ad hauriendum, non in-
a ¶ Minores quod aquæ non fuerunt, ſed quia illi inuenire non potuerunt.
uenerunt aquã: reportauerunt vaſa ſua vacua. Confuſi ſunt † †
a ¶ Quia reuelata facie non contemplantur gloriam Dei.
& † afflicti, & operuerunt capita ſua propter terræ veſtita- † †
a ¶ Cauſa. Mundatum quippe eſt nubibus, ne pluant ſuper eam imbrem.
b ¶ Non intelligentes ſine Dei gratia ſe nihil proficere.
e tem: quia non venit pluuia in terram. Confuſi ſunt agrico- † 6 †
a ¶ Grandis eſt ſterilitas. b ¶ Cui aſſimilantur illi qui venenoſa interficiunt.
f læ, operuerunt capita ſua. Nam & cerua in agro peperit & re 7 8
a ¶ Taſtus gratiæ. b ¶ Vnde Iob Quis dimiſit onagrũ liberũ. c ¶ Plana relinquentes, currere nõ valẽtes.
g liquit, quia nõ erat herba. Et onagri ſteterunt in rupibus, tra 9 †
a ¶ Trahunt odore nitium
h xerunt ventum quaſi dracones. Defecerunt oculi eorum † † †
a ¶ Quorum omnium cauſæ ſunt iniquitates noſtræ.
quia non erat herba. Si iniquitates noſtræ † reſponde- 10 11
a ¶ Non ſecundum opera noſtra.
rint nobis, domine, fac propter nomen tuum, quoniam 12

† ad foſſas

† erubuerunt

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIIII.

✠ 1 QVod factũ eſt. *Hic ponitur ſecundũ, per quod oſtenditur peccati Iudæ irreparabilitas per ſiccitatẽ inductam ad deſignandum quòd humor gratiæ & deuotionis totaliter defecerat in eis, ſicut terrenæ naſcentia totaliter deſiccata vltrà non vireſcunt. Circa quod primò ponitur ſiccitatis reuelatio. Secundò prophetæ deprecatio, ibi:* Si iniquitates. *Tertiò domini reſponſio, ibi:* hæc dicit. *Et quarto deprecationis iteratio ibi:* Nunquid. *Circa primum præmittitur deſtructio Ieruſalem cum dicitur.*

2 Lu. iu. *i. luget propter mala ſibi futura. Loquitur enim de futuro per modum prꝗteriti propter certitudinem prophetiæ.*

3 Et por. e. *ideſt, corruent per Chaldæos deiectæ.*

4 Et ob. *i. obſcurabuntur, terra, & luto, eò quòd non reuelabuntur, ſed putreſient. Neemias enim ciuitatem reædificans, fecit ibi portas nouas, quia priores erant totaliter putrefactæ per longitudinẽ temporis: & ſubditur de ſiccitate prꝗuia dictę deſtructioni, cum dicitur.*

5 Maiores mi. *Et patet litera vſque ibi.*

6 Nam & cerua. *Vt iret ad quærendum paſtum, vt poſſet nutrire fętum, & quia non inuenit, mortua eſt fame ex parte vna, & fœtus ex altera.*

7 Et onagri ſtete. *In Hebreo habetur:* In ripis, *ſ. fluuiorum, & torrentium deſiccatorum. Et traxerunt ventum, ideſt, attraxerunt aerem ad ſui refrigerationem, eò quòd non inueniebant aquam.*

8 Quaſi dracones. *Habet. n. draco multũ de calore intrinſeco. Et ideò ad eius refrigeriũ non ſolũ vtitur potu aquæ, ſed ẽt aeris attractione.* 9 Defecerunt oculi eorum. *. ideſt onagrorum.*

10 Quia nõ erat h. *Et ſic moriebãtur ex defectu potus et paſtus.*

11 Si iniqui. *Hic cõſequenter ponitur prophetæ deprecatio, eò q cõpatiebatur populo ſuo. Et primò confitetur peccata populi ſui, dicẽs:* Si iniqu. *Et ponitur hic ſi pro quia, quaſi dicat ex peccatis noſtris ſumus conſcij, quod meruimus à te puniri, & quamuis eſſet iuſtus, connumerat ſe tamen peccatoribus, eò ꝙ erat de eodem populo*

12 Do. fac. *per tuã miſericordiam, non propter noſtram iuſtitiam*

✠ Quare

*M O R A L I T E R.*

† *Quod fac. &c.* Per quam ſignatur in eccleſia arefactio deuotionis, ideo ſubditur.

2 *Luxit.* per quam ſignatur eccleſia per Chriſtum & apoſtolos qui fuerunt Iudæi in Ieruſalem primò fundata: quæ nunc habet lugendi materiam propter ariditatẽ deuotionis & doctrinæ ſalutaris: nã multi Theologi nimis ſũt occupati erga curioſa & inutilia, de quibus nunquã ſcient veritatem, & dato quod ſcirent & docerent, nihil proficeret ad animarum ſalutem.

Theologizantium moderno tempore ſuperuacaneũ ſtudium.

3 *Et por.* ideſt, prælati, qui portę dicũtur eccleſię, eò quod per eos alij debent ingredi ad vitã, & ipſi pro magna parte corruerunt per ſuperbiam, ſicut angeli ſuperbientes de cęlo ceciderunt in terram.

4 *Et ob.* iſtæ portæ per ignorantiam: Et quia magis ſtudẽt ad congregandum pecunias quàm ſcientiam.

† *Et cla.* ideſt, murmur populi contra eos: & ſi tacerent, lapides clamare deberent.

5 *Maio.* Hic ponitur malum ſequẽs ex doctrina curioſa, cum dicitur. *Maio.* Nam epiſcopi aliquos de ſuis ſubditis licentiant, vt vadant ad audiendũ doctrinã ſalutarem: & ſimiliter ſuperiores religionum idẽ faciunt. Et ſequitur.

† *Repor* ſcilicet, ſalutari doctrina.

† *Confu.* Nam in addiſcendis curioſis magnus eſt labor, & parum aut nihil vtilitatis. Vnde ſubditur.

† *Oper.* præ confuſione. Nam aliquando de communib ad ſalutem pertinentibus interrogantur, & neſciunt reſpondere. Et ſubditur cauſa.

† *Quia non.* i. doctrina Saluatoris ad aures audientium.

† *Con. ſunt agri.* ideſt, prędicatores, quorum officium eſt in agro domini laborare, ſed neſciunt propter defectũ ſcientiæ: quia lectores non legunt eis vtilia, de quibus debent populum informare. Ideò ſubditur:

† *Cer. in ag. pe.* ideſt, ſimplex perſona bonum opus inchoatum citò relinquit.

10 *Quia non erat her.* ideſt, fomentum vtilis prędicationis.

† *Et ona. ſte. in ru.* Per onagros in ſolitudine commorãtes ſignantur primi religioſi contẽplationi vacantes, tumultus ſecularium fugientes, ſed modo mutatum eſt prꝗcamentum: nam multi ſe ingerunt negocijs ſecularium vt aſcendant ad prelationis ſtatum. ideo dicitur.

† *Tra. ven. quaſi dra.* aſpirãtes magis præeſſe quã prodeſſe.

† *Defece.* A contemplatione diuinorum.

† *Quia non erat her.* ideſt, deuotionis fomentum Et quoniam talis doctrina ſubtrahitur aliquando propter auctorum defectũ. ſicut Ezec. iij g, dicitur: *Linguam tuam adhærere faciã palato tuo: quia domus exaſperans eſt.* Ideo ſubdit.

11 *Si iniq.* Et ponitur hic, ſi pro non.

† *Quare*

a ¶Non poſſumus ea vincere, tu vince qui vincere potes. b ¶Peccata quibus auerſi ſumus a te, & tu a nobis. c ¶Qui ſcrutaris corda & renes. d ¶In te ſolum ſperamus, te expectamus. e Vera.

multæ ſunt † auerſiones noſtrę. Tibi peccauimus expectatio

a ¶Vnde: Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.

Iſrael, Saluator eius in tempore tribulationis. Quare quaſi 1

a ¶In propria venit, & ſui eum non receperunt b ¶Qui exultauit vt gigas ad currendam viam ſuam.

† colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinãs ad ma 2

¶In Gentibus.

nendum? Quare futurus es velut vir † vagus, & fortis, qui nõ

a ¶Iſrael. b ¶Relinquens Iudæos. c ¶In Gentibus. ¶Chriſtianum. 3 †

potes ſaluare? Tu autem in nobis es domine & nomen tuũ †

¶Ergo. a ¶Quibus aduentum tuum prophetæ ceciderunt

inuocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas nos. Hęc dicit do 4

a ¶Quatenus quare futurus es quaſi colonus, &c. b ¶Q. Vis ſcire rationem auſculta, quia dilex. 5

c ¶A domino. d ¶Affectus. e ¶Non Dei. 6

¶Populus meus.

minus populo huic qui dilexit mouere pedes ſuos, & non 7

a ¶In Deo qui eſt vera quies, in quo quieſcit Iacob domi, Eſau vagatur vt venator. 8

b ¶Idolo. c ¶Quoniam diu ſuſtinuit. d ¶Quia impœnitentes obſtinantur. e ¶Innumerabilium. 9

quieuit, et domino non placuit. Nunc recordabitur iniqui

a ¶Quia quaſi ægroti & Deum non ſentientes, vt pe care deſiſtant. 10

tatum eorum, & viſitabit peccata eorum. Et dixit dominus 11

a ¶Fruſtra. b ¶Peſſimo, obſtinato. c ¶Quo indigni ſunt.

d ¶Impœnitentes.

ad me: † Noli orare pro populo iſto in bonum. Cũ ieiunaue 12

a ¶Iuſtus. b ¶[illegible] ¶Etiam. ¶Quæ digniora.

rint, non exaudiam preces eorum: & ſi obtulerint holocau

a ¶Q. Peccauerunt ad mortem, ſemel morti traditi ſunt.

ſtomata & victimas, non ſuſcipiam ea: quoniam gladio &

a ¶Ter contra gladium famem & peſtem. 13

& fame & peſte ego conſumam eos. Et dixi: A a a domine 14

a *Expectatio Iſrael.* Dicamus & nos in tempore ſiccitatis, & aquæ penuria. *Tibi peccauimus, & malum coram te fe.* tuũ præſtolamur aduentum qui ſaluas Iſrael, non ſuo merito, ſed tua gratia.

b *Quaſi colo.* Greg. Qui n. vt dominus auditus non eſt, non poſſeſſor agri, ſed colonus eſt creditus: qui quaſi viator ad manendum tantummodo declinauit, quia paucos ex Iudæa abſtulit, & ad Gentium vocationem pergens iter cœptum peregit.

c Theodor. i. Cur nos contemnis, & præte fers morem aduenæ, paruæ facientis domicilia in quibus habitat, tanquã aliena: & viatoris prætereuntis, qui negligit ea quæ occurrunt in vias.

*Et quaſi viator.* Iudæi hunc locum ſic exponunt: Quare ſegregas te a populo tuo, & quaſi viator propter vnius horę refrigerium, nõ curas quali vtaris hoſpitio: ſed ad alia trãſiturus non ſaluas populum tuum, & templum quõdam inclytum tuũ? Noſtri de incarnatione dici putant, quod futurus ſit Chriſtus peregrinus in terra, & tempore paruo terræ vſurus hoſpitio, & quaſi vir pertranſiens ac robuſtus relicto Iſrael tendat ad Gentes, vt de loco ad locum, de populo ad populum, de templo ad eccleſiam.

d *Mouere pedes ſuos & non quieuit, & domino non placuit.* Notandũ in ſcripturis ſanctis quod ſemper peccatorum pedes moueantur, & ſanctis cum Moſe dicatur: *Tu verò hic ſta mecũ* Et alibi: *Laudate ſerui dominum, qui ſtatis in domino domini in atrijs domus Dei noſtri.* Et qui turrẽ Babylonis ædificauerũt, ab Oriẽte mouerunt pedes ſuos.

Deut. 5. d. Pſal. 134. e.

c *Noli ora.* Stultũ eſt orare pro eo qui peccauerit ad mortem. Vnde Ioa. *eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis: & eſt peccatum nõ ad mortem.* Ieiunia & preces & victimæ & holocauſta tunc proficiũt; cum a vitijs recedimus, & antiqua peccata deflemus. Si autem in ſcelerib. permanemus, putantes votis atque ſacrificijs redimi aures Dei, vehementer erramus quia Deũ iniquum arbitramur. Qui. n. ſemel gladio & fami & peſti deſtinatur. nullis precibus eruitur. Vnde: *Noli orare pro populo iſto in bonum.*

1 Ioa. 5. d.

Iere. 14. b.

*Prophetæ*

## NICOLAVS DE LYRA.

* Quare quaſi colo. *Dicitur autem colonus, qui non eſt de terra natus. Et ideo de facili recedet inde. Et per talem modum loquitur de Deo qui erat receſſurus a Iudæa per ſubtractione auxilij ſui contra Chaldæos.*

Et quaſi viator. *ideſt, quare ita parum ſtabis nobiſcum quaſi viator qui tantum per vnam noctem manet in domo in qua hoſpitatur.*

Quare futurus es uelut vir vagus. *nos dimittens, & ad alios tranſiens. In Hebræo habetur:* Velut vir pauidus & fortis, &c. *quaſi dicat, quamuis ſis potens ad nos ſaluandum, tamen Chaldæi dicent te pauidum & impotentem nos ſaluare, & ita dixerunt Chaldæi poſtea attribuentes victoriam ſuæ virtuti propriæ propter quod per Perſas fuerunt deſtructi.*

Tu autem in nobis es domine. *Hoc dicit, quia in templo erat propitiatorium quaſi ſedes ipſius Dei, vt dictum fuit plenius Exod. 25.*

Et nomen tuũ inuo. eſt ſuper nos. *quia licet ſit Deus omnium, tamen vocabatur ſpecialiter Deus Hebræorum. Idola verò dicebantur dij Gentium, & ideo ſubdit propheta.*

Ne derelinquas nos. *in manibus aduerſariorum noſtrorum. Alio modo exponitur hæc litera:* Quare quaſi colonus. *de Chriſto qui habitauit inter homines quaſi alienus Ioa. 1. a.* In propria venit, & ſui eum non receperunt. Et quaſi viator de. *quia Chriſtus non habuit proprium domicilium, Matt. 8. c.* Filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. *& ideo declinabat ad domum Marthæ & aliorum deuotorum ad hoſpitandum.* Et ve. vir. ua. *quia diſcurrebat per Iudæam ad prædicandum.* Et uir. for. qui non poteſt ſal. *In paſſione enim ſua non fuit vſus ſua fortitudine propter quod deridebant eum, dicentes:* Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. *Matth. 27. e. & hæc expoſitio magis conſonat huic literæ precisè & ſecundum hoc dicitur ab aliquibus expoſitio literalis et præcedens figuratiua, quia prophetæ nunciando populi captiuitatem futuram, per Chriſtum redemptionem intermiſcebant, vt patet in pluribus locis. Conſiderando vero literam præcedentem & ſubſequentem, dicitur ab alijs prior expoſitio literalis, & iſta myſtica.*

7 Hæc dicit dominus. *Hic conſequenter ponitur domini reſponſio, & ſecundò circa hoc prophetæ admiratio, ibi.* Et dixi. *Circa primum dicit Ieremias explicans domini reſponſionem:* Hæc dicit dominus. *Ieremias enim rogauerat pro populo, & ideo populo fit reſponſio.* Diuiſio.

8 Qui dilexit mouere pedes ſuos. *ad quærendum aliunde idola, ſicut dictum fuit ſupra cap. præced.*

9 Et non quieuit. *in cultu diuino.*

10 Et domino non placuit. *i. diſplicuit.*

11 Nunc recordabitur. *inferendo pœnam abſque retractione, et ideo prohibetur propheta pro eis orare, cũ dicitur:* Et dixit, &c.

12 Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum. *quaſi dicat, pro afflictione ſua corporali & pro precibus & ſacrificijs non dimittam punitionem. Ideo ſubditur:* Quoniam gladio & fame & peſte ego conſumam eos.

13 Et dixi: A a a domine Deus. *Hic conſequenter ponitur prophetæ admiratio de tanta populi ſui deſtructione. cum ſubditur.*

14 A a a domine Deus. *Dicunt aliqui, quòd hic ponitur ter, a, contra tria væ poſita, Ezech. 23. in ſimili materia. Sed hoc procedit ex ignorantia Hebraici ſermonis, ſicut dictum fuit plenius, ſupra capite primo, quia hic & ibi eſt vna dictio, quæ ſic ſonat: Aba, & eſt aduerbium admirandi. Cuius cauſa ſubditur.*

* Prophetæ

*MORALITER.*

† 1 *Quare quaſi colonus.* Hoc exponitur de domino noſtro Ieſu Chriſto qui Deus eſt ab æterno. ideo dicitur. *Quare quaſi colonus.* Humanitatem aſſumendo.

2 *Et quaſi viator declinans ad manendum.* ſcilicet, in aliena domo Matthæi 8. c. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem, &c.*

† *Velut*

3 *Velut vir vagus & fortis.* ideſt, diſcurrens hinc & inde ad prædicandum.

† *Et fortis.* ſecundum deitatem.

† *Qui non potes ſaluare.* Secundum Iudęorum errorem, qui putabant eum purum hominem. Ideo deriſoriè dicebant. Matth. 27. c. *Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere.* Ad queſtionem uerò factam reſpondetur ueraciter, quod hęc omnia ſuſtinuit pro noſtra ſalute.

† *MORA-*

a *Prophetæ dicunt eis,&c.* Audiant hæc magiſtri qui peccantib. & in vitijs permanentibus proſpera pollicentur. Multi tales hodie ſunt, qui non curant vndecunq; ſit oblatio, conſulentes ſuæ auaritiæ, vt quidam feciſſe dr̃. qui perſuadebat vt ſecreta confiterentur peccata corã Deo ante altare: & ipſe ex aduerſo ſedebat: & audiebat, & hanc ſecuritatẽ dabat: Tantummodo largas eleemoſynas facite & ſufficit.

A — Spiritualium abuſio ſuadẽtium eleemoſynas elargiri.

b *Hæc dicit dominus.* Caueãt pſeudoprophetæ, ne qui decipiendo lactant populum Dei, & ipſi pereant cum deceptis, & iaceant inſepulti, & non ſit qui operiat ignominiam eorum puluere pœnitentiæ.

†Infra 23. d. & 27. c. & 29. b.

c *Deducant oculi mei.* B Dupliciter hic loc9 intelligitur. Quòd vel ipſe Deus populum ſuum plangat & flere non deſinat, vel imperet populo vt lachrymis effluat. Alij ex perſona prophetæ hæc dici arbitrantur.

d *Quoniam cõtritione magna,&c.* Iuſta cauſa plangendi, virgo contrita, filia percuſſa, populus deletus.

e *Si egreſſus,&c.* Audiant hoc prophetę noſtri & ſacerdotes, quod nec foris nec intus, propter C negligẽtiam eorum ſit vlla ſecuritas. Qui foris ſunt ab eis ſcandalizantur, & eos qui intus ſũt, fame perire patiuntur. Sed qui autores fuerũt peccandi, in tormẽtis ſint primi.

f *Propheta quoque.* Qui prophetabant proſpera & legis mãdata aperire debebãt, abierũt in terrã quã ignorabant captiuati ſunt. ⁘ Theod. Beatus Dauid ꝓpheta, & d. Ezechiel ſacerdos & propheta & alij plurimi fuerunt participes aduerſorum. Deus.n. volens iuuare & conſolari profanos illos, miſit cum illis prophetas, velut quoſdam pædonomos & prçceptores, ne prorſus ad impietatem declinarent.

¶Pſeudo. — a ¶Tormentorum Dei.
a Deus, prophetæ dicunt eis: Nõ videbitis gladium, & fames 1
¶Verbi Dei. — a ¶Eccleſiæ vel Ieruſalem.
in vobis nõ erit: ſed pacem veram dabit in loco iſto. Et dixit
dominus ad me: Falsò ꝓphetę vaticinãtur in nomine meo. 2
a ¶Sponte venerunt, non audiendi.
†Non miſi eos, & non prçcepi eis, neque loquutus ſum ad
a ¶Non prophetiam. b ¶Vt blanditijs ſeducant timorem domini tollentes.
eos viſionem mẽdacem & diuinationem †fraudulentam, &
a ¶Non Dei.
b ſeductionem cordis ſui prophetant vobis. Idcirco hæc di-
¶Dicentes. Hæc dicit dominus.
cit dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo,
quos ego nõ miſi, dicẽtes: Gladius & fames nõ erit in terra
a ¶Qui calcauerunt mandata Dei.
hac. In gladio & fame cõſumentur prophetæ illi, & populi
a ¶Quantos cernimus iacere in vijs Ieruſalem inſepultos: & recipere ſua mala. 3
quib. prophetauerunt, erunt proiecti in vijs Ieruſalem præ
a ¶Puluere pœnitentiæ. b ¶Deceptæ plebes.
fame & gladio, & nõ erit qui ſepeliat eos, ipſi & vxores eo-
¶Genimina viperarum. a ¶Idiotæ. b ¶Abundanter. c ¶Quod meruerant.
rum filij & filiæ eorum, & effundam ſuper eos malum ſuũ.
¶Ve: veſtiri. ¶Aſſidue.
c Et dices ad eos verbum iſtud: †Deducant oculi mei lachry- 4
¶Lachrymæ pondera vocis habent.
d mam per noctem & diem, & non taceant, quoniam contri
a ¶Non leue, non vile quod plangitur. b ¶Quoniam, non idololatria polluta.
¶Cuius ætati & teneritudini, & integritati naturaliter condoletur. c ¶Intolerabili.
tione magna cõtrita ẽ virgo filia populi mei, plaga peſſima
a ¶Eccleſiam.
e vehemẽter. Si egreſſus fuero ad agros, ecce occiſi gladio: &
a ¶Eccleſiam. b ¶Vix oſſibus hærentes. c ¶Verbi Dei. d ¶Q. Ne mireris plebem & vulgus ignobile.
f ſi introiero ciuitatẽ, ecce attenuati famẽ. Propheta† quoque
a ¶A domino. b ¶In æternum. c ¶Debito dignitatis officio. d ¶Miratur propheta, quod Deus ſic Iudam abiecerat.
g & ſacerdos abierunt in terrãm quam ignorabant. Nunquid 5
a ¶Tam repente b ¶Duas tribus in quibus religio & templum domini.
proijciens abiecisti Iudãm, aut Sion abominata eſt anima
¶Plaga inſanabili
tua? Quare ergo percuſſiſti nos, ita vt nulla ſit ſanitas? Expe- 6
ctauimus pacem, & nõ eſt bonum, & tempus curationis, & 7
¶Vbi fuerat cultus.
ecce turbatio. Cognouimus domine impietates noſtras, ini 8
h quitates patrũ noſtrorũ, quia peccauimus tibi: Ne nos des 9
i in opprobriũ propter nomen tuũ, † neq; facias nobis con-
a ¶Templi, vel cuiuslibet ſancti. ¶Saluis promiſſæ. 10
tumeliã. Solij gloriæ tuæ recordare, ne irritũ facies fœdus 11
k tuũ nobiſcũ. Nũquid ſunt† in ſculptilib. Gentiũ qui pluant, 12 13
¶Certe.
l aut cęli poſſunt dare imbres? Nõne tu es dominus Deus no 14 15
a ¶In quo ſpes noſtra ad quem conuertimus vota. 16
ſter, quem expectauimus. Tu enim feciſti omnia hæc. 17

g *Nunquid proijciens abiecisti Iuda? aut Sion abomin.* Vt vbi fuerat cultus Dei & tranquillitas, ibi ſit ſeditio & hoſtilis fremitus. Si quã noſtra Sion noſterq; Iudas abominabilis abijcitur, nequaquã miremur, ſed dicamus qđ ſequitur.

h *Cognouimus domine,&c.* Q.d. Et nos & patres noſtri eadẽ dementia Dei præcepta neglexímus, & impleta eſt in nobis menſura patrũ noſtrorũ, & quod illis defuerat, peccato noſtro cumulatur. Vnde & de Iuda dicitur: *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu domini, & peccatũ matris eius non deleatur: fiant contra dominum ſemper, &c.*

i *Patrum noſtrorum quia peccauimus ti. etc.* Vnde: *Implete menſuram patrum veſtrorũ.* Nondum venerant ad iniquitatis cumulum, quod in Chriſti morte completum eſt.

k *Solij gloriæ.* Templi vel cuiuslibet ſancti, in quo ſicut ſcriptum eſt: *Thronũ eius in terra alliſiſti.* Tunc alliditur atq; deſtruitur cùm a[...] eo multitudine peccatorum Deus offenditur. Sed qui culpa perditur, dñi clementia ſuſtentatur, quę mutatur [...] ueritate ſentẽtię, [...] irritum faciat dominus pactũ ſuũ quo nobis pollicitus eſt ſalutem.

l *Nunquid ſunt ſculptilib. Gẽtium* q[...] Poſt multos varioſque ſermones red[...] ad titulum prophetiæ quo ſcriptũ e[ſt:] *Factum eſt verbum domini ad Ieremiã de ſermonib. ſiccitatis.* Q. Dæmonum ſimulacra pluuiam dare non poſſunt: tu ergo da, cuius omne bonũ eſt, ſine quo dari non põt. Hæretici quoq; pluuiã doctrinę dare non poſſunt, quamuis cœlos eſſe glorientur. De quib. dicitur: *Cœli enarrant gl. D[ei].* Tu ſolus es qui populum tuum potes inſtruere, & diuiſiones gratiarum dare expectantibus te. Cap.

## NICOLAVS DE LYRA.

✶ 1 Prophetę di. *Et ſubditur reſpõſio domini, cũ dicitur:* Et dixit dom. ad. *Et primo quantũ ad prophetas populum decipientes cum dicitur.* 2 Falsò prophetæ, &c. *Et patet litera. Secundò, quantum ad populum a falſis prophetis deceptum, cum dicitur.*

3 Et populi. *erunt proiecti mortui. Et patet litera. Tertiò, quantũ ad Ieremiam pro populo orantem, cùm dicitur.* 4 Et di. ad eos ver. iſt. Dedu. ocu. m. la. *q.d. propheta: ex quo non poſſum pro vobis exaudiri, non reſtat mihi l[a]chrymari, cætera patent in lit.*

5 Nunquid. *Hic ponitur ipſius Ieremiæ deprecatio iterata, quis .n. dictũ eſſet ſibi, quod non exaudiretur quin populus captiuaretur, tamẽ in aliquo ſperabat pęnã differri vel diminui. Et habetur ſimiliter. 2. Reg. de Dauid, qui licet audiuiſſet a Natan ꝓpheta ꝙ puer natus de Bethſabee moreretur, tñ ipſo ægrotãte, ieiunabat et orabat pro eius ſanatione. Similiter Samuel poſtq̃ cognouit Saulẽ abiectũ eſſe a domino, tamen lugebat eũ. 1. Reg. 15. Dicit igitur Ieremias lamẽtando.* Nunquid. *Et duplicatur verbũ abijciendi ad deſignandũ abiectionis magnitudinẽ.* 6 Expectauim. *Per auxiliũ regis Aegyp[ti]*

7 Et quia nõ. *magis ſuit in nocumentũ, vt frequẽter dictũ eſt ſ[upra].*

8 Cognouimus. *Hoc dixit Ieremias in perſona ſua & aliorum bonorum peccata populi confitentium.*

9 Ne nos des in oppro. *Quod inuocatum eſt ſuper nos, vt p[re]dictum: q.d. quodammodo redundaret in te.*

10 Solij gloriç tuç. *i. templi vbi eſt propitiatorium tanquam ſedile tuum.* 11 Recordare. *temperando rigorem iuſtitiæ t[uæ].*

12 Ne irritum facias, &c. *Quo in monte Sinai elegiſti nos ſpecialem populum. Et vt impetret aliquam miſericordiam confitetur Dei magnificentiam, dicens.*

13 Nunquid ſunt in ſcul. *q.d. Non, ſed tu das pluuiam.*

14 Aut cœli poſſunt dare imbres? *q.d. Nullo modo ſine [te].*

15 Nonne tu es. *q.d. ſic.*

16 Quem expectauimus. *Saluatorẽ in noſtris tribulationi[bus].*

17 Tu enim feciſti omnia hęc. *ſ. cœlos & imbres & om[nia qu]æ aliqua ſunt in cœlo & in terra.*

✲ Cap

CAP. XV.

A ET *dixit dominus*. Greg. Omiſſis tot patribus, ſoli Moy-
a ſes & Samuel ad medium deducuntur, quorum mi-
ra obtinendi virtus oſtenditur, dum nec ipſi poſſe interce
dere dicuntur. Q.d. Nec illos audio, quos propter magnū
petitionis ſuæ meritum mi-
nime contemno. Quid eſt er
go quod Moſes & Samuel
cæteris patrib. in poſtulatio a
ne præferūtur, niſi quod iſti
duo tantummodo in omni
teſtamēti veteris ſerie etiam
pro inimicis oraſſe leguntur?
Vnus a populo lapidibus im b
petitur, & tamen pro lapida-
toribus precatur. Alter ex
principatu eijcitur, & ait: *Ab
ſit a me hoc peccatum, quid ceſſem
orare pro vobis.*
* Theodoretus. His demul
cet prophetam. Ne putes, in-
quit, quod per tui contem-
ptū ſupplicationē non ſuſce-
perim: quia neq; his acquiē-
uiſſem ſupplicantibus, qui
tanta ediderunt miracula.
* Chryſoſtomus. Dicet c
quiſpiā, ergo nihil proſunt
orationes? Quinimò iuuant
plurimum, ſed tum cum ali-
quid & nos boni peragimus.
Nam operantib. nobis coo-
perantur & iuuant. Quod ſi d
deſes manebis & otioſus, ni-
hil magnæ vtilitatis cōſeque e
re. Nam ſi poſſent aliorum
preces deſides nos & pigros f
ſubleuare ad cœlos, quid im
pedit quominus & ipſi genti
les omnes Chriſti fidem cō-
ſequantur? Nonne pro vni-
uerſo orbe oramus. Sic ſan- g
cti prohetæ, qui pro amicis
exauditi ſunt, nequiuerunt tamen Iudæos perdendos tu
tari ac ſaluos reddere. Si ſteterint (inquit) Moſes & Sa-
muel non id aſſequētur. Hæc cum ita eſſe intelligamus,
ſanctorum preces minus erunt per nos negligendæ, neq;
illis prorſus erit confidendum, ne fortè his ſiſi inerti otio
torpeamus, quorum altero verendum eſt ne ſegniores
reddamus, & fruſtra patiamur inſidias, altero ne è maxi-
mo lucro excidamur, quinimò hortemur cæteros pro
nobis orent, & manus porrigant.
b *Si ſteterint Moyſes.* Q.d. Nec illos modo pro amicis au-
dio, quos magnæ virtutis merito, orare etiā pro inimicis
ſcio, &c. Virtus ergo veræ orationis eſt celſitudo charita D
tis: & tunc quiſque quod rectè petit adipiſcitur, cū eius
animus non in petitionis odio inimici fuſcatur.
c *Et viſitabo ſuper eos*. Quatuor plagas quib. populos Iu-
dæ traditus eſt, etiam Ezechiel propheta demonſtrat, gla-
dium, peſtilētiam, & famē,
beſtias, & captiuitatē. Inter
beſtias autem canes quoq;
& volatilia intellige quibus
laceranda, & deuoranda &
diſſipanda corpora tradita
ſunt. Neque.n. fieri poterat,
vt creatore neglecto non
vniuerſa creatura cōſurge-
ret in peccatores.
d *Et dabo eos in feruorem, etc.*
Hoc ſub Babylonijs ex par- †voluntas.
te completum eſt, & nunc
expletur in toto, qn̄ peſſi-
mum regem & qui Ieruſa-
lē a porta vſque ad portam
repleuit cruore, iuſtorum †Zach. 11.b.
populus impius imitatus E
eſt. Ex quo diſcimus regum 2. Paral. 25.
ac principum ac præpoſito
rum ſcelere populoſq; ple- †eos quatuor flagellis.
rumque deleri.
e *Propter manaſſen.* Legimus
in dierū volumine Manaſ-
ſen poſt captiuitatem, &
pœnitentiam reuerſum in
Ieruſalē regnaſſe. Sed qūo
ſanctorum merita ad poſte
ros deſcēdunt, ſicut Dauid
& cęterorum, ſic peccatorū
flagitia, ſi liberi nepoteſq;
ſimilia geſſerint ad poſteros
perueniūt. Iſte Manaſſes ne
quiſſimus fuit, Iſaiā ſerra li
gnea ſecuit, Amon filiū ſuū
per ignem traduxit ad ho-
norem idolorū & Tophet.
f *Quis enim miſerebitur tui?*
Nullus offenſo Deo poteſt rogare pro flagitijs peccan-
tium, quia nec tam clemens poteſt eſſe creatura quam
creator, nec tam alienus externis, quam dominus ſuis
miſereri.
* Theodoretus. Quis miſerebitur, &c. Q.d. vniuerſis ho
minibus iuſta perpeti videberis. Solent enim homines
cum quempiam eorum qui nequiſſimè viuunt, plecti vi
derint, non ſolum condolere ſed etiam congratulari his
qui læſi ſunt, tanquam ab eius nequitia liberatis. F
g *Retrorſum abiјſti, &c.* Cum iuxta Apoſtolū poſteriora Philip. 3.c.
obliuiſcens ad priora ſe extendere debuit, Aegyptias car
nes deſiderauit.

CAP. XV.

ET dixit dominus ad me: 1
a ¶Pro populo. b ¶Cui dictum eſt. Dimitte me, &c.
¶Qui iræ Dei pro populo leguntur reſtitiſſe, & iam impendentem ſententiam a er iſſe.
Si ſteterint Moyſes & 2
Samuel coram me non 3
a Quia conſummata ſunt ſcelera populi.
eſt † anima mea ad po- 4
a ¶Ergo. ¶ Oſtende eiectos. b ¶Quia indigni. c ¶Non loco ſed voluntate. quanquam legamus, & Adam, & Cain, eſſe eiectos a facie domini.
pulum iſtum. Eijce illos a facie mea, & egre- 5
diantur. Quod ſi dixerint ad te, quo egredie-
mur? Dices ad eos: Hæc dicit dominus: †Qui 6
ad mortem, ad mortem: & qui ad famem, ad †
famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuita-
tem. Et viſitabo † ſuper eos quatuor ſpecies, 7
dicit dominus. Gladium ad occiſionem, &
canes ad lacerandum, & volatilia cœli & be-
ſtias terræ ad deuorandum & diſſipandum,
& dabo eos in † feruorem vniuerſis regnis 8
terræ propter Manaſſen filium Ezechiæ re- 9
gis Iuda ſuper omnibus quæ fecit in Ieruſa-
lem. Quis enim miſerebitur tui Ieruſalem? 10
aut quis contriſtabitur pro te? Aut quis ibit 11 12
¶Quia.
ad rogādū pro pace tua? Tu reliquiſti me di- 13
a ¶Nemo mittens manum ad aratrum, &c. b Manus extenſa, percutientem ſignificat, interfectio peccatorum iram conſummatam.
cit dn̄s, retrorſum abiјſti. Et extēdā manum

🖙 *Multiplicatæ*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XV.

1 ET dixit dominus. *Hic ponitur tertium ad oſtendendum peccatum Iudæ irremediabile quantum ad pœnam temporalem, ſcilicet, per excluſionem orationis Moyſi & Samuelis, quorū tamen orationes fuerunt valdè efficaces. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur populi reprobatio. Secūdò reprobationis ratio, ibi:* Tu reliquiſti. *Tertiò Ieremiæ lamentatio, ibi:* Væ mihi. *Circa primum dicitur in perſona domini.*

2 Si ſteterint Moyſes & Samuel. *qui ſunt valde amici mei.*

3 Coram me. *i. ad præcandum pro populo iſto.*

4 Non eſt anima mea. *ideſt, voluntas mea ad parcendum ei. Ideo ſubditur.*

5 Eijce illos. *i. tu Ieremia denuntia eos deijciendos de terra ſua. Et quod iſta eiectio ſit dura ſubditur.*

6 Qui ad mortem, ad mortem. *Quia in obſidione Ieruſalem aliqui fuerunt mortui infirmitate & peſte, aliqui gladio, & aliqui fame. & reliqui in captiuitatem ducti.*

7 Et viſitabo ſuper eos quatuor ſpecies dicit dominus. *ideſt, quatuor modos conſumendi eos, qui patent in litera.*

8 Et dabo eos in feruorem vniuerſis regnis terræ propter. *in Hebræo habetur:* In commotionem. *quia vbicunque audiebatur eorum deſtructio, fiebat in hominibus cordium commotio ſiue concuſſio, quæ vocatur hic feruor.*

9 Propter Manaſſen. *Qui ſupra modum irritauit dominū, idololatriā multiplicando, & ſanguinem innoxium effundendo 4. Reg. 21.*

10 Quis enim miſerebitur tui Ieruſalem? *q. d. Nullus, poſt tanta mala in te perpetrata.*

11 Aut quis contriſtabitur pro te? *q.d. quilibet iuſtus magis lætabitur de impletione diuinæ iuſtitiæ.*

12 Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? *q. d. nullus, ex quo oratio Moyſi & Samuelis eſt excluſa.*

13 Tu reliquiſti. *Hic conſequenter ponitur dictæ reprobationis ratio, cum dicitur:* Tu reliquiſti me. *Et patet litera vſque ibi.*

* Labora-

MORALITER.

† 1 *Et dixit dominus, &c.* Ex hoc patet, quod oratio iuſtorum facta pro peccatoribus obſtinatis, non habet pro ipſis effectum. Ideo ſubditur.

*Hæc dicit dominus, &c.* Per ſeptem quę ponuntur hic poſſunt notari ſeptem vitia capitalia, propter quę damnantur peccatores obſtinati, per mortem (quę facit computreſcere) luxuria. De qua dicit Greg. in moralibus: Iumenta in ſuo ſtercore computreſcere, eſt in fœtore luxuriæ vitam finire. Per gladium, ira: quæ facit inſurgere ad occiſionem. Per famem, inſatiabilis auaritia. Per captiuitatem, animum deprimentem accidia. Per canes corrodentes, mordax inuidia. Per volatilia, nimis eleuans ſuperbia. Per beſtias terræ deuorantes, vorax gula,

† *Multipli-*

a *Multiplicatæ ſunt mihi.* Diuerſis medicaminibus cupit
A Deus ſaluare peccantis, vt qui contempſerant blandientem, timeant minantem.
b *Septem.* Verbum Hebraicum Saba, vel ſeptem, vel, iuramentum, vel plurimos ſonat. Vnde. LXX. Aquila & Theodotio, ſeptem interpretatur: apud Symmachū, in plurimos, transfertur. Alij hæc ad Synagogam referunt, quæ infirmata eſt eccleſia creſcente, Vnde: *Sterilis peperit ſeptem* a *vel plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt.* Inde occidit ſol iuſtitiæ, in cuius pennis eſt ſanitas. Cōfuſa eſt in æternum ſpirituali
B gladio perdens populum ſuum.

1.Reg.2.a. Mala.4.

c *Væ mihi ma.* Pōt hoc Synecdochicos de Ieremia intelligi, c qui non in toto orbe terrarum ſed in d Iudæa iudicatus ſit. Verè autem domino competit qui ait. *In iudicium ego in mundum iſtum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.* De quo ſcriptum eſt: *Poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur.* Quis enim Philoſophorum, quis Gentilium, quis hæreticorum non iudicat Chriſtum, ponendo ei legem naſcēdi, patiendi, & reſurgendi, & ſubſtantiæ, variè de eius eſſentia opinando? *Væ mihi.* Non mirum, iuxta humanitatem Chriſtum dicere: *Væ mihi, &c.* Cum alibi apertè dicant: *Væ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe, & racemum in vindemia, &c.* Et ne putemus vilitatem gemituum referri ad Dei verbum, quis ſit iſte qui plangit, ſtatim indicat: *Væ mihi anima, quia perijt reuerens de terra.* Non quòd diuidamus perſonas vt impij, ſed quòd vnus atque idem filius Dei & hominis, nunc iuxta carnem, nunc iuxta deitatem loquitur.

Ioan.9.g. Luc.2.e. Mich.7.a. Ibidem.

✻ Chryſoſtomus. Hæc omnia quaſi monſtra quædam tragedijsq; ſimillima ſancti exprimūt, vt tu poſtea diſcas, non in delitijs egiſſe vitā, ſed innumera tolerantes, in agone certaſſe. Et patiebatur quidē Ieremias, vt homo, ſuſtinebat autem quaſi amicus Dei.
d *Non fœnera.* lxx. Non profui, neq; mihi profuit quiſquā. Theodotio, Non debui, neque debuit mihi quiſquam. Quorū omniū hic ſenſus eſt. Nullus dignè æra mea ſuſcepit, nec fœnerauit mihi quiſquam in pauperib. confouendis, me ſibi debitorem faciēs. *Non fœneraui.* vel, *Non profui.* Nullus.n. voluit tantum accipere, quantum ego dare, nec profuit mihi quiſquam. Salus creaturę, lucrum eſt creatoris. Vnde: *Non debui.* i. nemo mihi dedit quantum volui, nec me ſibi debitorem fecit, nec debuit mihi quiſquam. Q. d. quomodo mihi vſuram debere potuit, qui fœnus non eſt dignus accipere.
✻ Theodor. τὸ ὠφέλησα, Syrus interpretatus eſt ἔνφλησα, dicit igitur. Non profeci nec fœnerauí: multos tamen comparaui comitatores aſſiduos, ſuperbè ſe eſſe efferentes. Conſilia enim vt plurimum parere ſolent contumacias. At verò iuxta Græcam interpretationem, ita debet intelligi, nempe, dignus ſum lamentatione, frustra editus in hanc vitam, quia nulli profui, nec ab alijs emolumētum adeptus ſum: maledicta duntaxat refero ab audientibus prophetas.

a ¶Lxx. nequaquam vltra dimittam eos. b ¶Q. defeci crebro eis ignoſcendo, vel laſſus ſum ſuper eos ad ſalutem prouocando. c ¶Diſpergā vt purgatem aream meam.
meā ſuper te & interficiā te. † Laboraui rogās. Et diſpergā eos 1 2
a ¶Vt quomodo intrent limina calcarent. b ¶Vt coacti neceſſitate malorum fugerēt impendentia mala.
ventilabro in portis terræ. Interfeci & perdidi populū meū, 3 4
a ¶Q. idest non prodeſt pro eis rogare, quia nec reuertuntur, nec pœnitent. ¶Interfectis viris. b ¶Malis.
et tamen a vijs ſuis non ſunt reuerſi. Multiplicatæ ſunt mihi 5
a ¶Idest, matres, perdita liberis ſenſetam vaſtantem.
viduæ eius ſuper arenam maris. Induxi eis ſuper † matrē a- 6 7
a ¶Clara luce, non nocte, non Inſidijs, ſed aperta via. b ¶Iuda peccatoris populi. c ¶Vt quanto ſubitum malum, tanto difficilius effugiam.
doleſcentis vaſtatorem meridie, miſi ſuper ciuitates repente 8 †
a ¶Liberis orbata. ¶Vel abiecit vacua facta eſt. ¶Vel plurimos.
b terrorem. Infirmata eſt quę peperit ſeptē: defecit anima eius. 9 10
¶Lætitiæ. a ¶Clara luce. b ¶In ſ[illegible]tudine ſua.
Occidit ei ſol cum adhuc eſſet diēs: confuſa eſt, & erubuit. Et 11 12
a ¶Vt mortem & iram Dei nullus effugiat.
reſiduos eius in gladium dabo in cōſpectu inimicorū meo- 13 14
a ¶Sapientia vel ſynagoga.
c rum, ait dominus: Væ mihi mater mea. † Quare genuiſti me 15 16
d virū rixæ, virum diſcordiæ in vniuerſa terra? Non fœnerauí, 17 18

Omnes

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Laboraui rogans. *In Hebræo habetur:* Laboraui recogitans, pluries punitionem differendo, tuam emendationem expectando, *& ad eundem ſenſum pertinet litera iſta:* Laboraui rogans. *i. laborare feci prophetas reuocando populum dulciter per deprecationis modum.*
2 Et diſpergam. *Ventilabro iuſtitiæ meæ.*
3 In portis terræ. *Eijciēdo eos ad diuerſas partes et longinquas.*
4 Interfeci & diſperdidi populum meum. *Per flagella multiplicia eos caſtigando, & tamen non ſunt emendati.*
5 Multiplicatæ ſunt mihi viduæ. *maritis earum interfectis.*
6 Super arenam maris. *Hyperbole eſt, ad denotandum magnam multitudinem virorum interfectorum.*
7 Induxi eis ſuper. *i. adoleſcentium, accipiendo ſingulare pro plurali. Et hæc mater dicitur Ieruſalē, quæ erat mater totius terrę.*
8 Vaſtatorem meridie. *i. palam & manifeſtè.*
9 Miſi ſuper ciuitates. *alias.*
10 Repente terrorem. *audita deſtrutione Ieruſalem.*
11 Infirmata eſt quæ peperit ſeptem. *Aliqui libri habent additum, Filios, ſed non eſt in Hebræo nec in libris correctis. Per iſtam infirmitatem intelligitur terra decem tribuum, quæ iam erat captiuata per regem Aſſyriorum, & per ſeptem quos pepererat, intelliguntur ſeptem cognitiones regum malorum qui ibi regnauerāt, vt dicit hic Rab. Sal. ſ. Ieroboan, & domus ſua, Baaſa, & domus ſua, Amri, Iehu, Manahem, Phacee, & Oſee cum domibus ſuis.*
12 Occidit ei. *quia regnum Iſrael fuit captiuatum, cum adhuc regnum Iudæ ſtabat in proſperitate ſub Ezechia rege.*
13 Et reſiduos eius. *i. illos de regno Iuda qui dicuntur eius reſidui, quia vtrumque regnum erat pars eiuſdem populi, ſcilicet, Hebræo.*
14 In gladium dabo. *per Chaldæos.*
15 Væ mihi. *Hæc conſequenter ponitur Ieremiæ lamentatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur eius lamentatio. Secundò domini conſolatio, ibi:* Dicit dominus. *Circa primum dicit Ieremias:* Væ mihi mater. *Hoc dicit propter perſequutionem virorum Anathoth contra ipſum, vt dictum eſt ſupra cap. 11. ideo ſubditur.*
16 Quare genuiſti me. *quia ipſum perſequebantur verbis & factis.*
17 In vniuerſa terra. *ſ. illa, quia non intelligitur generaliter. Et conſequenter oſtendit quòd non erat ex culpa ſua, dicens.*
18 Non fœnerauí. *non commodaui q. d. nullum translatum de re temporali cum eis habui vnde poſſent me odire, & perſequi.*

✻ Omnes

## MORALITER.

† 5 *Multiplicatæ ſunt.* Hic deſcribitur malum proueniens ex defectu prælatorum, cum dicitur: *Multiplicatæ ſunt mihi viduæ.* Nam eccleſiæ multæ derelictę ſunt a ſuis paſtoribus quantum ad fructum animarum, ſed non quantum ad leuationem pecuniarum quas expendunt exceſſiuè in principium negotijs. Et alij, quod peius eſt in venationibus, & aucupijs, & alij quod peſſimum eſt in rebus bellicis, non pro ſua eccleſia defendenda, ſed frequenter pro alia indebita cauſa & in alijs maleficijs.
7 *Induxi.* permiſſiuè.
† *Super matrem adoleſ.* idest, populi ignorantis & inſolentis.
8 *Vaſtatorem meridie.* i. dæmonium meridianum deuaſtans bonum populi propter defectum paſtoris boni.
11 *Infirmata eſt* i. eccleſia quæ tempore boni ſponſi pariebat multos filios bonos, infirmata eſt quę peperit ſeptem ſponſi defectuoſi.
11 *Defecit anima eius.* i. deuotionis ſpiritus.
12 *Occidit ei ſol.* Cum adhuc eſſet dies, idest, tempus bene operandi. Et ſic dicit Saluator Ioan. 9. a. *Me oportet operari opera eius qui miſit me donec dies eſt, &c.*
15 *Væ mihi.* Verba ſunt Ieremiæ ad literam conquerentis de perſequutione ſibi mota a ſuis ciuibus propter prophetiam veritatis. Et in hoc ſignat quemlibet prædicatorem vel doctorem bonum, qui propter doctrinam veritatis fit odioſus malis hominibus, & perſequutiones patitur ab ipſis. Sed quoniam dominus tales conſolatur ſequitur.

† Dicit

a nec fœnerauit mihi quiſquam. Oẽs maledi- 1
b cunt mihi dicit dñs. Si nõ reliquiæ tuæ in bo 2
nũ, ſi non occurri tibi in tempore afflictio- 3
c nis, & in tempore tribulationis † aduerſus 4
inimicum. † Nunquid fœderabitur ferrum 5
a ¶ Omnem ſubſtantiam.
ferro ab Aquilone, & æs? Diuitiás tuas, & 6
d theſauros tuos in direptionem dabo gratis, 7
¶ Inimicis tu s.
e †in omnibus peccatis tuis, & in omnibus 8
terminis tuis. † Et adducam inimicos tuos 9
f de terra quam neſcitis, quia ignis ſuccenſus 10
a ¶ Fęlix conſcientia quæ propter Deum patitur opprobrium.
eſt in furore meo, & ſup vos ardebit. † Tũ ſcis 11 12
g dñe, recordare mihi, & viſita me, & tuere me 13
ab his qui perſequuntur me. Noli in † pa- 14

a *Omnes maledicunt mihi.* Hæretici, ſcilicet peruersè credẽdo: peruerſus blaſphemando.

*Omnes male.* Hieron. Pro eo quod nos iuxta Hebraicũ interpretati ſumus: *Omnes maledicunt mihi vſque ad hoc.* In tempore tribulationis aduerſum inimicũ. In vulgata editione reperi: Fortitudo mea defecit in his, q maledicũt mihi. fiat dñe dirigẽtib. illis ſi non aſtiti tibi in tẽpe afflict. eor. & in tẽpe tribulationis eor. in bono cõtra inimicũ q d. Fortitudo mea defecit in his, q maledicũt mihi, nõ enim intelligũt virtutẽ meã quæ in infirmitate perficit, & quãtò plus mihi maledixerunt, tantò mea in illis defecit amplius fortitudo. Iũgitq; vel propheta, vel dñs, & ait: *Fiat domine dirigentibus illis.* Hoc eſt. Eueniant mihi maledicta, quæ loquuntur inimici, & illi dirigantur in bonũ ſi nõ in tẽpore tribulationis eor. & anguſtię, qñ eos vaſtabat inimicus, ſteti in conſpectu tuo, & rogaui te pro illis, & dixi: *Pater ignoſce illis, quod enim faciunt, neſciunt.* Sed, & Ieremiam depræhendimus ſæpe in hoc volumine rogaſſe pro populo.

b *ſi non reliquiæ.* Reſponſio domini ad id, quod Ieremias ſupradixerat: *Væ mihi mater mea, &c.* q.d. Noli conſiderare præſentia tantum, ſed futura. Reliquię enim tuæ in bonum, & cæt. In pręſenti quoque cum te cuperent inimici opprimere, occurri tibi, & protexi te. *Si non reliquiæ tuæ in bonum.* De Xp̃o quoq; ſecundũ humanitatẽ poſſunt hæc dici: *Si non reliquię:* Poſſunt hæc de Ieremia accipi, qui peſſimo tempore, imminenteq; captiuitate prophetare compulſus eſt, & dura perpeti à populo non credente.

c *Nunquid ſœderabitur ferrum ferro.* q.d. Nec doleas quod populus tuus inimicus ſit, te.n. dura nuntiante non poteſt te amare qui durus eſt, vel Babyloni, qui ab Aquilone veniunt, & ſunt vt ferrum duriſſimum, huic populi duriori, & indomito in ſimilitudinem æris non poterunt amicitia copulari. Vel, ferrum duriſſimũ, ideſt, populus Iſr. Dei cognitione indignus eſt, qui in tantã peruenit malitiam, vt duriori metallo, ideſt, ære circundatus ſit. D

d *Et theſauros.* Origen. Vnus theſaurus eſt Ieremias, alius Iſaias, vel Moyſes, & cæteri. Hos theſaur. abſtulit Deus Iudæis, & dedit nobis, vnde *Auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur gẽt. fa. f. e.* Primũ *credita ſunt illis eloquia Dei*, & poſtea data nobis. Habẽt quidem legem, & prophetas, ſed non intelligunt.

e *In omnibus peccatis tuis.* ideſt propter peccata tua quę in oẽs terminos tuos peruenerunt, quia ſcilicet quantũ in te eſt interfeciſti ſapientiam, & veritatem. Si quidẽ Chriſtus ſapientia eſt, & veritas. Oĩa ergo perdiderunt, & reſurgens Xp̃s non apparuit vltra interfectorib. ſuis ſed tñ credentibus.

Hom. 11. in Ieremiam.
Matth. 21. d.
3. Cor. 1. d.
†. Putas quod ferrum, aliqd poſſit contra ferrum.
† Et tranſire faciam te ad inimicos tuos in terrã.
E
† Deut. 32. c
† Longanimitate.

f *Ardebit.* Non poteſt extingui, quiam materiam præbuiſti ardoris, vt meus ignis tua quę in te ſunt ligna cõſumat, & fænum, & ſtipulã. Nõ eſt ergo cauſa ardoris in domino. Sed in his, qui fomenta miniſtrant incendio.

g *Noli in patientia tua ſuſcipere me.* Vox Xp̃i q. d. Longanimis fuiſti ſemper huic populo delinquenti, ſed quia etiã contra me erexit temeritatẽ ſuã, noli iã eſſe longanimis. Si autẽ conſideres tempora dominicę paſſionis, & ruinę Ieruſalẽ, videbis, quia omnino patiens fuit A xv. an. Tyberij Cæſaris, vſque ad ſubuerſionẽ templi numerantur anni quadragintaduo. Quia ſpacium pœnitentiæ oportebat dari propter eos, qui per Apoſtolos erant credituri.

✠ Theodoretus Nonnulla habent βάλλς, hoc eſt, ne magna tolerantia vtens, & punire ſontes differens, nos læſos diſcuties.

☞ *Non*

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ Oẽs maledicũt mihi. *Et hoc erat quia vitia eorũ arguebat. Incurrit enim odiũ: qui arguit crimino ſos, vt dicit Ioan. os aureum.*

2 Dicit dñs. *Hic ponitur primò domini conſolatio, & ſecundò prophetę petitio, ibi:* Tu ſcis: *& tertiò domini reſponſio:* Propt. hoc *circa primum dicitur in perſona domini conſolantis Ieremiam.*

Si non reliquiæ tuæ in bonũ. *ideſt, niſi finis huius negocij veniat ad bonum tuum, ſupple non credatur mihi. Et eſt modus loquendi, qui apud Hebræos dicitur truncatus vbi oportet aliquid ſupleri. Et eodem modo etiam cum dicitur.*

Si non occurri tibi, *occurram.*

In tẽpore afflictionis, *in Hebr. habetur:* Si nõ feci tibi occurrere, &c. *Et eſt eadem ſententia, quia dominus poteſt occurrere per ſe, vel per alium. Et exponit iſtud Ra. Sa. dupliciter. Vno modo de Sedechia rege Iudæ, qui tempore ſuę afflictionis miſit nuntios ad Ieremiam rogans, vt oraret Deum pro ipſo, & populo ſuo, vt habetur infra 21. qui Sedechias dicitur hic inimicus Chaldæorum ipſũ obſidentium, vel Ieremiæ, quia permiſit incarcerari, vt habetur infra 37. cap. cum tamen ex officio regis debuiſſent eum defendere. Alio modo de Nabuzardan, qui deſtructa ciuitate, & populo captiuato, occurrit Ieremiæ dando ei munera, & libertatem eundi, vel manendi vbi vellet, vt habetur infra 40. quando Sedechias, Sacerdotes, & falſi prophetæ inimici Ieremiæ in anguſtia, & afflictione erant.*

Nunquid fœderabitur ferrum: *Ferrum hic accipitur primò pro rege Aegypti, & iterum pro rege Babylonis, quia vterque rex erat fortis: Aes verò per Sedechia rege, qui erat debilior, eſt igitur ſenſus: Nunquid rex Aegypti, & Sedechias facient pacem cum Nabuchodonoſor? qui dicitur ferrum ab Aquilone, eo quod venit contra Ieruſalem ex illa parte, quaſi dicat, non pacificabuntur: quia ſic prophetia tua inueniretur falſa, & magis te perſequerentur tamquam prophetam falſum conuictum. Ra. Sal. dicit quod hęc eſt litera vera:* Nunquid conteret ferrũ ferro ab Aquilone, & æs? *Ratio huius diuerſitatis eſt, quia verbum Hebraicum hic poſitum à Hieronymo æquiuocum eſt, & ſignat aſſociationem, & confractionem. Primam ſignificationem ſequitur tranſlatio noſtra. Secundum verò Rab. Sal. & ſecundum eum per ferrũ primo poſitum intelligitur rex Aegypti, de cuius auxilio cõfidebat Sedechias. Per ferrum ſecundò poſitum, rex de Babylonis, & per æs ipſe Ieremias, qui in fine huius cap. vocatur murus ęreus, & ſic eſt ſenſus: Nunquid rex Aegypti per ſuam fortitudinem conteret regẽ Babylonis, & te, qui prophetizas pro rege Babylonis contra Sedechiam, & regem Aegypti? quaſi diceret, non, imo accidit contrarium. Ideo ſubditur conuertendo ſermonem ad regnum Iuda.* F

7 Diuitias tuas, & theſauros tuos in direptionem dabo gratis. *ideſt, pro nihilo Sedechias enim vnam partem miſit regi Aegypti, vt auxiliaretur ſibi, & nihil ei valuit, vt habebitur infra aliam verò partem rapuerunt Chaldęi.*

8 In omnibus peccatis tuis, *ideſt, pro peccatis tuis accident tibi hæc.*

9 Et in omnibus terminis tuis, *ſicut in omnibus terminis tuis ſtatuiſti idola, vt habetur ſupra cap. 11.*

10 Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, *ideſt, zelus vindictæ meę.*

11 Et ſuper vos ardebit. *ideſt, vindictam meam non euadetis.*

12 Tu ſcis domine. *Hic conſequenter ponitur prophetę petitio, quando dixerat ſibi dominus, quod finis ſuus eſſet bonus, ipſum cõſolando, ideo petit huius conſolationis accelerationem, dicens:* Tu ſcis domine. *innocentiam meam, ſupple.*

13 Recordare mihi. *me citò conſolando, & de aduerſarijs liberando.*

14 Noli in patientia tua ſuſcipere me. *i. diù ſupportando aduerſarios meos, vnde in Hebręo habetur:* Noli in prolongatione tua ſuſcipere me, *ideſt, meam petitionem exaudire in longinquum.*

✠ Scito

*MORALITER.*

† 2 *Dicit dominus.* ideſt, non dubites quin opus tuum habeat finem bonum.

2 *Si nõ*

3 *Si non occurri tibi.* ideſt occurram.

4 *In tẽpore afflictionis.* dãdo tibi patientiæ virtutẽ, & meã cõſolationẽ, ideo ſequit̃ poſtea: *Et fa. eſt mi. v. tuum in gau.*

† *MORA-*

A a *Non ſe.* Hebræi arbitrãtur hæc ex pſona Ieruſalē,dici ꝙ ſola ſederit amaritudine repleta,& dolore eius ppetuus: Et ſicut aquę ptrãſeũt,ſic verba ,pphetarũ, q ,pſpera promittebãt,trãſierũt mēdaciter.Sed melius à ,ppheta, vel à viro ſancto hęc dicũtur,q nō ſedit in cōcil. Iudētiũ,Præſtet nobis dñs nō ſedere in cōſilio Iudētiũ & eorũ, q futura nō cogitãt. pſtet nobis aduerſis non credere,ſed ſemper Dei ſentētiã formidare, & cũ ,ppheta dicere: Solus ſedebã qa amaritudine repleta ē aĩa mea.gaudeãt illis luſib.nob. autē bonũ ſit adhærere Deo & ponere ſpē noſtrã in eo, ſaturari opꝓbrijs, & expectare ſententiã iudicis.q̃ opere mõſtrabit oēm amaritu. inſtar fuiſſe fluētium aquarum.

*Sedere in cõcilio Iudentiũ duplici ſenſu intelligitur.*

† Certa.

*Vbi ſupra.*

B b *A fa.* Orig.Facies manus Dei eſt ipſa pcuſſio iuſti iudicij q̃ ſupbientē hominē à paradiſo expulit in hãc cæcitatē p̃ſentis exilij. Cõminatio verò eius eſt terror adhuc preſētis ſupplicij.Poſt faciē ergo manus, ad huc nos minæ terrificant, quia poſt experimētum iudicij nos pœna pręſentis exilij percutit, & ſi peccare non deſiſtimus, æternis adhuc ſupplicijs adijcit.

c *Solus ſe.* Greg. q. d. Dũ conſidero qd iã per iudicij experimētũ patior à tumultu deſideriorũ tēporaliũ, trepidus mentis ſeceſſum peto,quia adhuc acrius illa, quę minaris ęterna ſupplicia formido.

d *Si ſepar.* Greg. Vilis quippe eſt Deo p̃ſens mũdus, præcioſa eſt ei mũda aĩa. Qui ergo p̃cioſũ à vili ſeparat, quaſi os dñi vocatur, qa p eũ dñs verba ſua exerit, q ab amore p̃ſentis ſęculi loq̃ndo, q̃ põt, humanã animam euellit.

* Chryſoſt. Qui educit p̃tioſum à vili,quaſi os meũ erit Hoc eſt, q ab errore ad veritatē manũ duxerit,vel à peccato ad virtutē pximũ induxerit, pro virili humano me imitatur.

e *Quaſi os meũ,* Cõſideremus quantam mercedē habeat ſermo doctoris, ſi ab errore quēpiã liberare voluerit, & de peccantium numero reuocare.

✻ Theod. Nõ exiguã,induit, mercedē cõſeruo tibi, qui tantũ laboris ſuſcepiſti. Nã ſi quempiã errantem conuerteris multã apud me fiduciam conſequeris,ꝙ indicat clauſula, *ante faciē meã ſtabis.* Et ſi quemquã ex impijs conuerteris,ac perſuaſeris,vt amplectatur quæ tendunt ad meliora, ori meo aſſimilabere.

tiẽtia tua ſuſcipere me.Scito quoniã ſuſtinui propter te op 1
¶Veri, a ¶Quos meo ore loquebatis b ¶Ideſt, verſi ſunt mihi in cibum. Symmachus: ſuſcipiam eos,ſubaudis in gaudium qui fuerant in opprobrium.
probiũ.Inuẽti sũt ſermones tui,& comedi eos. Et factũ eſt 2
¶Alijs domini. a ¶Quiden gauiſus ſum, quia propter nomen tuum dura paſſus ſum. 3
mihi verbũ tuũ in gaudiũ & lętitiã cordis mei:qm̃ inuoca- 4
¶Non ſedi cum conſilio va & cum ini geren non introi.Hinc Ieſus ſe reſurrexiſſe docens, ait: Dimittentur vo. domus v.d reliquit enim ſermo diuinus conſilium Iudæorum. 5
tũ eſt nomẽ tuũ ſuper me, dñe Deus exercituũ. Non ſedi in 6
a a ¶Non habere conſortium malorum. b ¶Dum impendentem mihi manum tuam ſemper expecto.
†concilio Iudẽtiũ,†& gloriatus ſum a facie manus tuę.†So 7
b a ¶Solitarius ſum ego donec tranſeam. b ¶Quaſi in concilio ludentium ſedere nolui,ſed amaritudinem meam deuoraui, vt in futuro præparem gaudium mihi. 8
c c ¶Non habui interualla doloris , nec vlla remedia expectaui.
lus ſedebã,quoniã† amaritudine repleſti me.Quare factus
¶Pręualuerunt qui me contriſtabant. 9
eſt dolor meus† perpetuus,& plaga mea deſperabilis renuit 10
a ¶In hoc eſt conſolatio,ſicut enim aquæ deſiuunt, ſic impetus inimicorum te adiuuante peribit.
curari ? † Facta eſt mihi quaſi mendaciũ aquarũ infideliũ.
11
a ¶ Patet quod propheta ſuperiora dixerit, cui dominus reſpondit.
b ¶ Populum à peccatis. c ¶ De tribulatione in lætitiam.
Propter hoc hæc dicit dñs.Si conuerteris, conuertam te, & 12
a ¶ Sicut Angeli ſtant in conſpectu Dei videntes faciem eius. b ¶ Sermonibus tuis. 13
d c ¶ Sanctum. d ¶ Peccatore.
ante faciẽ meam ſtabis:& ſi ſeparaueris præcioſum à vili, 14 15
a ¶ Ne putes boni operis non eſſe mercedem. b ¶ Præceptis meis copulaberis. 16
c ¶ Imitatores tui erunt, non tu eorum.
e quaſi os meũ eris. Cõuertentur ipſi ad te, & tu nõ conuer-
a ¶ Ne reformides , dicens: Quare factus eſt dolor meus perpetuus. 17
b ¶ Vt contra aduerſatium omni robore reſiſtas. 18
teris ad eos.Et dabo te populo huic in murũ æreũ† forrem, 19
& bellabunt aduerſum te,& non præualebunt:quia ego te 20
cum ſum, vt ſaluem te, & eruam te,dicit dñs. Et liberabo 21
a ¶ Meo ſanguine,vel in præſenti auxilio. 22
te de manu peſſimorum,& redimam te de manu fortium. 23

☞ Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

C 1 Scito quoniam. *q. d. citò debes adhibere remedium.*
2 Inuenti ſunt, *ſcilicet veritate pleni.*
✻ 3 Et comedi eos, *ideſt ſuſcepi tanquam cibum ſuauem.*
4 Et factum. *ſ. à principio quando miſiſti me ad arguendum populũ, cuius correctionẽ ſperabã, coꝗ dixiſti ſupra 3. a.* Tu autem fornicata es cũ amatorib. multis, tamẽ reuertere ad me. *Et ſic exponit Ra. Sal. aliter exponitur ſic:* Et factũ eſt, *qa materia gaudij debet eſſe homini,quãdo illuſtratur reuelatione diuina,& maximè in iuuentute ſua,ſicut fuit de Ieremia: vt habetur ſupra 1.cap. Et huic expoſitioni concordat litera ſequens cum ſubditur.*
5 Qm̃ inuo. *eo quod ſum inſtitutus,& vocor propheta domini. Et quia prophetæ ſe abſtrahebant à vanitatibus mundi,vt eſſent magis apti ad percipiendum illuminationes diuinas, ideo ſubditur.*
6 Nõ ſedi,&c. gloria.ſum. *in te,non in mundana vanitate,verũtamen,quia proceſſu tẽporis reuelata eſt Ieremiæ deſtructio ciuitatis,& templi diffinitiuè,ita quod ſciuit illam prophetiam eſſe prædeſtinationis:de qua tamen in principio neſciebat, vtrum eſſet prædeſtinationis,vel tantũ cõminationis: quia ſicut in cognitione naturali eſt proceſſus de cognitione minus determinata ad magis determinatam,vt habetur primo Phyſicor. Sic frequenter fit in cognitione ſupernaturali,qui proceſſus eſt per reuelationẽ diuinã, ideo ſeqt.*
7 A fac.ma.tuæ. *i. propter cognitionem vindictę tuę futuræ.*
8 Solus ſedebam. *tanquam triſtis, & mærens.*
9 Quoniam amaritudi. *reuelabo deſtructionem ciuitatis , & templi diffinitiuè , & ſubditur.*
10 Quare fact.&c. *ideſt,abſque conſolatione temporibus meis, quia videbat quod ciuitas, & tẽplũ non reedificarẽtur tempore ſuo.*
11 Facta eſt mihi,&c. *Dicuntur aquæ infideles,torrentes,qui ad tempus fluunt aquis,quæ aduenięte ſiccitate deficiunt, & per hanc ſimilitudinem inſinuat propheta, quod conſolatio temporalis ſibi deficiebat, quando ea indigebat,ſicut aqua torrentis magis eſſet neceſſaria in ęſtate, quam in hyeme.*
12 Propter hoc. *Hic cõſequẽter ponitur dom. reſpõſio, in qua promittitur ,ppheta ſuperna cõſolatio, q̃ eſt ſũmè appetẽda cũ dicitur*
13 Si cõuerte. *ſ. aliquos de malo ad bonũ p tuam exhortationem*
14 Cõuertã te. *ſ. ad me dando tibi internam conſolationem.*
15 Et ante faciem meam ſtabis. *æternaliter videndo clarè faciem meam cum Angelis.*
16 Et ſi ſeparaueris. *ideſt, prędeſtinatos à præſcitis.*
17 Quaſi os meum. *q. d. in hoc loqueris pro me,qui prędeſtinatos ab ęterno ad gratiam voco in tempore. Ille enim, qui loquitur pro rege, dicitur os regis.*
18 Conuertentur ipſi ad te. *Malũ dimittendo, & te imitando.*
19 Et tu non conuerteris. *ideſt, ad eorum malitiam procedentem,quaſi dicat,dominus,non debes dimittere prædicationẽ ex hoc quod pauci tibi credunt. Et multi propter hoc te oderunt , & quia ero tecum contra eos, ideo ſubditur.*
20 Et dabo te populo huic in murũ ęreum, *intantũ, quod non habebis eos timere. Cuius cauſa ſubditur .*
21 Quia ego tecum ſum. *Qui ſum virtutis infinitę.*
22 Et lib.te de ma.peſ. *i. ſacerdotũ, & pſeudoprophetarũ,q ſub ſpecie ſanctitatis decipiebant populũ, & dicebant Ieremiã eſſe ,ppheta falſum, & hoc eſt peſſimum ſub ſpecie ſanctitatis agere malũ, vnde dicit Hieron. Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas.*
23 Et redimã te de manu fort. *i. regis, & principũ , qui perſequebantur Ieremiã ad inſtinctũ ſacerdotum, & falſ. prophetarum*

MORALITER.

† 16 *Et ſi ſe.* Hic oſtẽdit meritũ boni prædicatoris,vel doctoris,cũ dicit: *Si ſeparaueris p̃cioſũ a vili.* i. aĩas Xpi ſanguine præcioſo redẽptas à vilitate peccati per tuam doctrinam.
17 *Quaſi os meũ e.* Quia verbũ boni prędicatoris , eſt verbum Saluatoris.Matt.10.c. *Non enim vos eſtis qui loquimini ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.*
20 *Et da. & c.* æs.n.eſt ſolidũ,durabile,& ſonorũ,ſic p̃dicator,vel doctor bonus in aduerſis eſt ſolidꝰ p patientiã: [du]rabilis p cõſtantiã,& ſonorus p eloquentiam efficace[m].

ADDITIO.

*In cap. 15. vbi dicitur in poſtil.* Propter Manaſſen, &c.
*Hoc quod dicitur hic.* Propter Manaſſen,&c. *videtur eſſe cõtra illud,quod habetur Deut.24.c.* Non occidentur filij pro patribus. *Ad quod dicendum ſecundum gloſſam quod quomodo ſanctorum merita ad poſteros deſcendunt , ſicut Dauid, & cæterorum , ſic peccatorum flagitia ſi liberi, nepoteſque ſimilia agere ad poſteros perueniunt.*

CAP. XVI.

ET factũ eſt verbũ domini ad me dicens: Non accipies vxorẽ. Inſtante captiuitate, ne ſup ꝓpriũ dolorẽ, vxoris quoque & liberorũ miſerijs torquearis. Bene ergo Apoſt. iubet: *Quia tẽpus breue eſt, & conſummatio imminet, vt q vxores habẽt, ſint quaſi nõ habẽ.* *doloris.* Præcipitur ergo prophetæ, ne quẽquam de populo conſoletur, ne inimicorũ Dei conuiuiis miſceatur, ne iſta celebret in mortuorũ funeribus. Aliud enim eſt mori cõmuni lege naturæ, aliud Dei occubuiſſe ſententia. Ieremias iuuenis ad prædicandũ miſſus eſt à dño, vnde, ait: *A a a domine, neſcio loqui.* Et virgo fuit, & caſtus, & ſine liberis, vt expeditius prædicaret. Supra 1. a.

✠ Theod. Denuntiat ei ne ducat vxorẽ, nèue procreet liberos: eò quòd parẽtes, & liberi tradẽdi ſint fami, peſti, cædi, ac ſeruituti.

b *Mortibus ægrotationũ*: Nota ꝙ longa infirmitate tabeſcere ira Dei eſt: vnde Ioram filius Ioſaphat infirmitate cõſumitur. Et Apoſtol ait: *ideo inter vos multi infirmi, & imbecill. &c.*

c *Ne ingrediaris do.* unde: *Cũ huiuſmodi, et cibũ ſumere.* Nec debes dicere ei aue. Apoſtolis quoq; interdictũ eſt, ne quẽquam in itinere ſalutent: vnde, & Eliſæus ſalutationem Giezi interdicit: Mos autẽ eſt lugentiũ ferre cibos, & præparare cõuiuiũ quæ parẽtalia vocãtur eò quod à parẽtibus iſta celebrantur: vnde alibi: *Date vinum his, qui ſunt in luctu, vt obliuiſcantur dolo-*

d *Neque plangentur.* Modus fuit apud veteres, & vſq; hodie permanet in q buſdã Iudæorum, in luctu lacertos incidere, quod etiam legimus Iob feciſſe interdicitur ergo ꝓphetę ne panem inter eos frangat, ne ingrediatur domũ conuiuij, ne miſceatur eis, quos Dei ſẽtentia execrauit. Si autem de lugentib. hoc dicitur, quid fiet de hæretic. quorum ſermo ſerpit, vt cancer, & quotidie deceptorum funera proſternunt in eccleſia. Lacertos in luctu incidere. Iob. 1. d.

e *Ecce ego auferam.* Si quoque peccanti eccleſiæ aufert Deꝰ omne gaudium, & omnem lætitiam. de quo dicitur gaudete in domino ſẽper, &c. Philip. 4. a.

☞ Sed

CAP. XVI.

ET factum eſt verbum domini ad me, di 1
a ¶ Non quod prohibuiſſet prophetæ vxorem accipere, ſed populo dictum eſt.
a cens: Nõ accipiẽs vxorẽ, & non erunt ti- 2
bi filij, & filię in loco iſto. Quia hęc dicit 3
dñs, ſuper filios, & filias qui generantur
in loco iſto, & ſuper matres eorum, de
b quorum ſtirpe ſunt nati in terra hac. Mortibus ægrota-
tionum morientur. Non plangentur, & non ſepe- †
a ¶ Præ multitudine morientium. b ¶ Q in ſterquilinio, iacebunt cadauera volatilibus, & beſtiis terræ laceranda.
lientur, in ſterquiliniũ ſuper faciẽ terrę erunt, & gladio, & †
fame conſumentur, & erit cadauer eorum in eſcam volati †
libus cæli, & beſtijs terræ. Hęc enim dicit dominus: Ne in- †
c grediaris domum † conuiuij neque vadas ad plangendum 4
neque † conſoleris eos, quia abſtuli pacem meam à popu- 5
¶ Quia miſericordia indigni ſunt.
lo iſto, dicit dominus: miſericordiam, & miſerationes. Et
a ¶ Nulli parcam ætati. b ¶ Sepultura quoque carebunt.
morientur grandes, & parui in terra iſta. Non ſepelientur,
d neq; plangentur, & non ſe incident, neq; caluicium fiet pro 6
eis. Et † non frangẽt inter eos lugenti panẽ ad conſolandũ 7
ſuper mortuo, & nõ dabũt eis potum calicis ad cõſolandũ 8
ſuper patre ſuo, & matre. Et domũ cõuiuij non ingrediaris
vt ſedeas cum eis, & comedas, & bibas. Quia hæc dicit do
minus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego auferam de loco
e iſto in oculis veſtris, & in dieb. veſtris vocem gaudij, & vo-

† Luctus: † Condoleas eis. † Non extendent ſe ſuper luctum.

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XVI.

a ET factum eſt. *Hic ponitur quartum, per quod oſtenditur peccatum Iudę irremediabile quantum ad euaſionem pœnæ, ſcilicet, mortalitas hominum futura ſine retractione. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur huius mortalitatis denuntiatio. Secundò ipſius cauſa, vel ratio, ibi:* Et cum annuntiaueris: *Circa primum dicit dominus Ieremię.*

Non accipies vxo. *Ex hoc loco dicunt doctores, quod Ieremias mortuus fuit virgo: quia non eſt aliquo modo veriſimile, quod cognouerit mulierem fornicariè, cum fuit ſanctificatus in vtero matri vt habetur ſupra prim. capit. & illuſtratus dono ꝓphetię à iuuentute vſq; ad mortẽ. Sed contra hoc poſſet obijci quod ſubditur.*

In loco iſto: *Ex quo videtur, quod alibi accepit vxorem. Ad quod dicendum, quod argumentum eſt magis ad oppoſitũ quam ad propoſitum: quia cum dicitur.* In loco iſto. *intelligitur tota Iudea quę per Nabuchodonoſor fuit vaſtata, & multò magis excludũtur ab eo nuptiæ in terra aliena, ſcilicet, in Aegypto vbi deſcendit cum populo Iudæ fugitiuo, vt habetur infra 43. Nec habuit ibi materiam, lætitiæ ſeu nuptiarũ, ſeu magis triſtitiæ, & miſeriarũ pro culpa populi, quam arguebat, & pro pœna ſequente quam præuidebat cętera patent vſque ibi.*

4 Ne ingrediaris domum. *Scilicet gaudioſi, quaſi dicat, non imminet tempus gaudij, & doloris.*

5 Neq; vadas ad plangendũ. *ſcilicet, mortuós: Tum quia non vacabat alicui plangere amicum mortuum propter continuũ inſultũ Chaldæorum: Tum quia præ nimia anguſtia melioris conditionis reputabantur mortui, quàm viuentes, cætera patent vſque ibi.*

6 Non ſe incident. *in Hebręo habetur.* Lacerabunt vnguib.

7 Neque caluicium fiat pro eis. *ideſt, eradicatio, ſeu tonſio capillorum, talia enim fiebant tunc in luctu mortuorum.*

8 Et non frangent inter eos lugenti panem, &c. *Conueniebant enim amici defuncti ad manducandum, & bibendum cum filio eius, vel alio repræſentante perſonam defuncti ad conſolationem pro morte eius, & adhuc fit in pluribus terris. Per hoc autem, quod hic dicitur talia non fient, deſignatur quod non vacabit alicui flere mortuos, nec flentes conſolari rationibus prædictis.*

✠ Et cum

## MORALITER.

† *Et factum eſt verbum domini ad me dicens: Non accipies vxorem.* Vxor, accipienda eſt vera ſapientia. ſicut dicitur Sap. 8. a. *Hanc quæſiui mihi ſponſam aſſumere.* Et per oppoſitum mundana ſapientia, (quæ vt dicitur Iacobi 3. d. *eſt terrena animalis diabolica*) eſt mulier refutanda. Et ſic dicitur hic.

2 *Non accipies.* ideſt, non facies opera à ſapientia mundi procedentia, quæ ſunt fraudes, lites, contentiones, & ſimilia.

† *Mortibus.* Et dicit mortibus propter mortem culpæ, & mortem gehennæ, quibus moriuntur, tales filios facientes.

† *Non ſepelientur.* Per occultationem, nam talia veniunt ad communem notitiam, ideo ſubditur.

† *In ſterquilinium.* per ſcandalum, & infamiam.

† *Et erit cadauer eorum.* ideſt, animæ eorum in peccatis putrefactæ tradentur dæmonibus, qui per volucres deſignantur, Matt. 13. a in parabola ſeminantis, cum dicitur *Et volucres cœli comederunt illud*: ideſt, dæmones, vt Saluator exponit ibidem. Et quia in inferno nulla eſt conſolatio, ideo ſubditur.

4 *Ne ingrediaris domum conuiuij.* per quod intelligitur excluſus omnis modus gaudij. Reſiduum huius capituli ad literam, eſt repetitio punitionis Iudæorum per Chaldæos, per quam ſignantur pœnæ damnatorum per ſpiritus malignos, quæ, non eſt à nobis plenè explicabilis: ideo pertranſeo.

MORAL.

a *Sed & vos, &c.* Ne fortè dicerent: Iniuſta ſnīa eſt patrē A comediſſe vuā acerbā, & dentes filiorum obſtupeſcere.

Ierem. 31. b *Ecce dies veniunt, &c.* Prædicuntur miracula, quæ iuxta literam ſub Zorobabel & Ieſu pontifice partim cōpleta ſunt ſpiritualiter plenius in Chriſto complenda *Ecce dies veniunt, &c.* Poſſumus hoc de perſecutionibus dicere, quę populo noſtro accidere à dieb. Neronis vſq; ad tēpora Maximiani Miſertus enim dñs populo ſuo, reducit eos in terram ſuā, id eſt, eccleſiam quā dedit patrib⁹ eorū, id eſt, apoſtolis & apoſtolicis viris.

c *Ecce ego mittam piſcatores.* Iudæi putāt piſcatorum nōie ſignificari Chaldęos, & p venatores Romanos, qui de mōtibus collibuſque, & de cauernis petrarum venati ſunt infœlicem populum.

† Duritiem.

B ✠ Origenes Si quis conſideret diſcipulos Saluatoris, vt habeant nō ſolùm gratiā ſermonis ita ſcripturarū ratione cōtextā vt retia quę poſſint ſup humanas animas gyro artificis circunfundi, videbit quō vſq; in præſentem diē Saluator mittat hominum piſcatores, inſtituēs eos animas liberare de mari & ex acerbiſſimis fluctib ad aurā producere liberiorem Verùm illi piſces, cum ſagittis, hamis, retib⁹, extracti de aqua fuerint, moriūtur: Apud nos verò cū aliquis fuerit ſermonis reti cōprehēſus, & educt⁹ de mari ſæculi moritur quidem ille, ſed peccato, ſed mundo, vt

Hom. 12. in Ieremiam.

† Etiam.

do, vt conſurgens Chriſto Deo viuat.

D d *Cauernis p. &c.* Apoſtolis & apoſtolicis viris: *Petra enim Chriſtus*, ſed & Petro donauit, vt petra vocaretur, in cuius ſenſibus requieſcentes rectè dicūtur tranſlati de petra. Et oſtendit vel apoſtolos vel qui poſtea venādi ſunt. peccata habuiſſe, & recepiſſe duplices iniquitates ſuas.

a ¶ Qui habet ſponſam, ſponſus eſt.
cem lętitiæ, & vocem ſponſę. Et cum annuntiaueris popu 1
lo huic oīa verba hæc, & dixerint tibi, quare loquutus eſt
dominus ſuper nos oē malum grande iſtud? Quæ iniqui-
tas noſtra, aut quod peccatum noſtrum, quod peccauimus
domino Deo noſtro? Dices ad eos: Quia dereliquerunt me 2
a ¶ Qui præſunt in eccleſia b ¶ Quorum Deus venter eſt, auaritia, luxuria, & huiuſmodi.
patres veſtri, ait dominus: & abierunt poſt Deos alienos, & 3
a ¶ A quo quis vincitur eius ſeruus eſt b ¶ Adorat quiſque quod diligit. c ¶ Sacerdotum eſt propriū, non ſolum docere, ſed etiam facere legem: vt non ſolum verbis, ſed etiam exemplis gregem doceant.
ſeruierunt eis, & adorauerunt eos, & me dereliquerūt & le-
a gem meā non cuſtodierunt. Sed & vos peius operati eſtis 4
a ¶ Semel a domino derelicti faciunt quæ non conueniunt.
quàm patres veſtri. Ecce enim ambulat vnuſquiſque poſt
a ¶ De quo exeunt cogitationes peſſimę, ideo ab eccleſia ſeparantur, vt vadant in terram longinquam quam nec ipſi nec patres eorum nouerant antequam peccarent.
† prauitatem cordis ſui mali, vt me non audiat, & eijciam
vos de terra hac in terrā quam ignoratis vos & patres ve- 5
a ¶ Qui non ſunt dii, ſed putantur b ¶ Perſeuerantiam peccandi oſtendit, dum in diebus flagitijs, in noctibus ſeruiunt lib d ¶ D j c ¶ Quicquid ergo peccamus imperium dæmonum eſt, qui nunquam dan nobis requiem, ſed ſemper compellunt delictis cumulare delicta
ſtri: & ſeruietis ibi dijs alienis die, ac nocte, † qui non da-
a ¶ Manifeſte populo reditu prædicatur. 6
bunt vobis requiem. † Propterea ecce dies veniunt dicit 7
b dñs, & non dicetur vltra, viuit dñs, qui eduxit filios Iſrael 8
¶ Per Moyſen, & Aaron. a ¶ Cyro rege Perſarum laxante captiuos.
de terra Ægypti, ſed viuit dominus qui eduxit filios Iſrael
a ¶ Quod non ſub Cyro, ſed ſub Chriſto completum eſt, vnde. Cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.
de terra Aquilonis, & de vniuerſis terris ad quas † eieci eos:
& reducam eos in terram ſuam, quam dedi patribus eo-
¶ Enim. a ¶ Apoſtolos Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum.
c rum. Ecce ego mittam piſcatores multos dicit dominus, & 9
a ¶ Eccleſiaſticos viros, vel Angelos. qui poſtquam conſummatio aduenerit, venentur ſanctos.
piſcabuntur eos. Et poſt hęc mittam eis multos venatores,
¶ Dogmatum. a ¶ Bonorum operum. 10
& venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de 11
d cauernis petrarum, quia oculi mei ſuper oēs vias eorū. Non
ſunt abſconditę à facie mea, & non fuit occulta iniquitas 12
¶ Quia poſtea bona recipient.
e eorū ab oculis meis. Et reddam primū duplices iniquitates
a ¶ Vt ſubditus fiat omnis mundus Deo, & non merito, ſed miſericordia conſeruetur.
& peccata eorum, quia contaminauerunt terram meam in 13
morticinijs idolorū ſuorum, & abominationibus ſuis im- 14
f a ¶ Chriſte. Domine refugium factus es nobis. 15
pleuerunt hęreditatem meam. Domine fortitudo mea, & 16

✠ Origen. Qđ eſt foramen petræ? Vide eum (Chriſtum) apud Deum patrē verbū Deum, videbis integram petrā. vide diſpenſationē aſſūpti corporis videbis formā petræ, quod per poſteriora Dei iuxta poſſibilitatē imbecillitatis ſuę humanus intuetur aſpectus. Hoc n. eſt quod ait, videbis poſteriora mea. Hęc eſt vna petra. Cæteræ petrę & cauernę ſunt prophetarū & apoſtolorū chorus, qui oēs imitatores Chriſti petræ ſunt.

e *Duplices iniquitates & peccata eorū.* Quia *ſeruus ſciens & non faciens volūtatē domini, vapulabit multis.* Dignū eſt enim eos qui de Gētibus ſūt ſimplicia peccata recipere, & nos duplicia. vnde: *Voluntarie nobis peccantibus, non relinquitur hoſtia pro peccatis.*

✠ Theodoret. Quaſi plenus humanitate, vltionem vocat peccatorum duplicationē. Non enim ad iuris normam & rationem pare perſoluerunt pœnas.

f *Domine fortitudo*

✠ Euſebius. In his verbis dñs aliū precatur, patrē videlicet ac Deū vniueſi, illic ſanè vbi incipiēs ait, *Dom. fortitudo mea & robur, &c.* *Ad te*

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et cum annuntiaueris. *Hic conſequenter ponitur dictæ mortalitatis ratio. Et diuiditur in duas, quia primò explicatur cauſa. Secundo replicatur pœna ibi:* Et eijciā. *Prima pars patet vſq; ibi.*

Diuiſio.

2 Quia dereliquerunt me patres veſtri. *negligendo diuinum cultum.*

3 Et abierunt poſt Deos ali. *Per idololatriam, hoc patet Exo. 32. in adoratione vituli conflatilis, & in libro Iudicum quaſi per totum.*

4 Sed & vos peius operati eſtis. *qui non ſolùm coluiſtis idola, ſed etiā ea poſuiſtis in templo domini, vbi habetur 4. Regū 21. quod non fecerunt patres veſtri, & in hoc etiam eſtis obſtinati. Ideo ſubditur.* Ecce enim vnuſquiſque.

5 Et eijciam vos de terra *Hic conſequenter replicatur pœna: Et diuiditur in duas, quia primò ponitur Iudæorū reprobatio, Secundò Gentium vocatio, ibi:* Domine fortitudo. *Circa primum dicitur:* Et eijciam vos de terra hac. *Hoc fuit impletū quando Nabuchodonoſor in Babylonē tranſtulit populum, vt habetur infra 3.*

6 Et ſeruietis ibi dijs alienis. *Quia multi Iudæorum adhæſerunt idololatrię Babyloniorum.*

7 Qui non dabunt vobis. *quaſi dicat, ibi affligemini valde dura ſeruitute, ideo ſequitur.*

8 Ecce dies veniet. *Per hoc innuit ſeruitutē Babylonicam fore duriorem* *duriorem Aegyptiaca, quia faciet obliuiſci ſeruitutis Aegyptiacæ, & liberatio de Babylone liberationem de Aegypto. Motus enim maiores repellunt minores, libro de ſomno & vigilia.*

9 Ecce ego mittam piſcatores, *id eſt, Chaldæos qui ceperunt habitatores Ieruſalem tanquam piſces concluſos intra rete.*

10 Et poſt hæc mittam. *quia rex Sedechias & viri bellatores & plures alij de Ieruſalem fugerunt per viam occultam, ſed Chaldæi ad modum venatorum inſequuti ſunt eos, & ceperunt, vt habetur 4. Reg. vlt.*

11 Et venabuntur eos de omni monte, &c. *id eſt, de omnibus latibulis, vbi refugient.*

12 Quia oculi mei ſuper omn. *id eſt, ſuper omnia mala opera ſua ad puniendum.*

13 Et reddam primum duplices iniquitates. *id eſt, peccata cordis, & operis ipſorum. Vel peccata contra Deum, & proximum puniam debitè antequam reuocem eos de Babylone.*

14 Quia contaminauerunt terram, &c. *ſcilicet Iudam, quæ erat diuino cultui deputata ratione templi quod erat in ea.*

15 In morticinijs idolorum. *id eſt, in animalibus idolis immolatis.*

16 Domine fortitudo. *hic iuxta deiectionem Iudæor. ponitur erectio Gentiliū ad fidē, ſicut fit in plurib. locis in prophetis. Et quia iſtud fuit ex maxima Dei miſeratione, & potētia: ideo prophet.* ✠ *potens*

*Ad te gen. ven.* Poſtquã eiectus eſt Iſrael, & à piſcatorib. A
venatoribusq; translatus, Gentiũ multitudo conſequen
ter vocatur, & priſtinum confitetur errorem.

*Ab extrem.* Primi terræ ſunt ſapiẽtes ſeculi nobiles diui tes, optimates. Sed extrema, ideſt, ſtul- ta mũdi elegit De', vt fortia qq; cõfun dat. *Veni gen.* i. ab his qui ſunt nouiſſimi per terram, & fa- cti, & ignobiles, & abiecti.

Theodoret. Multo antè, ait, prædico illis futura, & prædocco eos, quæ ſit potentia mea, qua nimirum per abiectos, & paucos homines, procuraturus ſum conuerſionem gentium. D

c *Deos.* Non ſolum de corporis ſimulacris faciunt ſibi
1 homines deos, ſed
2 & de corde confin-
3 gunt. Omnes Phi-
4 loſophi, hæretici,
5 qui varia dogmata
6 prodiderunt, fece-
7 runt ſibi idola, &
8 animæ volũtatem
9 putauerunt Deum
10 & adorauerunt o-
11 pus manuum ſua-
12 rum, putantes ve-
13 ra eſſe, quæ fin-
xerunt.

Philoſophi, & hæretici ſibi idola fingunt.

a ¶ Vnde, Redimentes, tempus quia dies mali ſunt.

a robur meũ, & refugium meũ in die tribulationis. Ad te gẽ
b tes veniẽt ab extremis terrę, & dicẽt: Verè mendaciũ poſſe
derunt patres noſtri, vanitatẽ, quæ eis nõ profuit. Nunqd

a ¶ Sugillant ignorantiam tam ſuam quam maiorum ſuorum, qui putauerunt homines facere Deos, cum Deus faciat homines.

c faciẽt ſibi homo deos, & ipſi non ſunt dij? Idcirco ecce ego

a ¶ Paſſiones completa. b ¶ Non in vmbra, & imagine vt prius. c ¶ Chriſtũ qui virtus, & Dei ſapiẽtia:

oſtendam eis per vicem hãc, oſtendam eis manum meam

¶ Oſtenſa manu. a ¶ Illud audientes: Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus.

& virtutem meam, & ſcient quia nomen mihi dominus.

## NICOLAVS DE LYRA.

*Sapientia confitetur, dicens:* Domine fortitudo mea. *In aggrediendo magna, confidens de virtute tua.*

1 Et robur me. *ideſt, me roborans in ſuſtinendo aduerſa.*
2 Et refugium meum. *contra imminentia pericula.*
3 Ad te gentes. *ideſt, gentiles.*
B
4 Venient *per fidem ad Apoſtolorum prædicationem.*
5 Ab ex. ter. *Quia in oẽm terrã exiuit ſonus cor. & in fi. or. &c.*
6 Et dicent. *tuam deitatem confitendo.*
7 Verè mendacium. *in cultu idolorum.*
8 Poſſederunt. *Sic. n. dicebant gentiles conuerſi per Apoſtolor. prædicationem de idolis, quæ patres eorum coluerant, ideo ſubditur.*
9 Nunquid fa. *q. d. non: ſed magis e conuerſo, Deus facit homines ideo concluditur de idolis:* Et ipſi nõ ſunt dij. *Et ſubd. in pſ. dom.*
10 Idcircò. *in gentilibus ad fidem venientibus.*
11 Per vic. hãc. *i. Apoſtolos, & qui oſtendatur, ſubditur.*
12 Oſtendam eis. *i. potentiam in operib. miraculoſis ad cõfirmationẽ veritatis prædicatæ per Apoſtolos, ſecundum quod dicitur Mar. vlt. d. At illi profecti prędicauerunt vbique domino cooperante, & ſermone confirmante, ſequentibus ſignis.*
13 Et ſcient. *in Heb. habetur hic: Nomen domini Tetragrãmatõ quod eſt appropriatũ ſummo creatori. Gentiles. n. videntes miracula* E *q̃ nõ poterãt fieri, niſi virtute diuina, ſtatim cõfitebãtur diuinitatẽ Chriſti in cuius nomine hęc fiebant. Totũ autẽ iſtud ab illo loco: Ad te Gen. exponitur ab aliquib. doctorib. conſequenter ad lit. præcedẽtẽ de Iudæis reuertentib. de Babylone, cũ quib. plures Gentiles conuerſi, ad Iudaiſmũ redierunt, & vtrique confitebantur patres ſuos in idololatria erraſſe. Et patet applicatio literæ ad hanc ſententiam.*

## ADDITIO. I.

*In cap. 6. vbi dicitur in poſt. Non ingrediaris domum conuiuij. Vbi litera noſtra habet, conuiuij, in Heb. habetur dictio marzeach quæ ſignificat conuiuium non ſimpliciter, ſed conuiuium lugentium tũ, vnde glo. in hoc loco. Mos eſt lugẽtib. ferre cibos, & pparare cõuiuium, vnde alibi: Date vinum his, qui ſunt in luctu, vt obliuiſcantur doloris. Hæc in gloſ.*

C

## ADDITIO II.

*In eo. ca. vbi dicitur in poſt. Ecce dies venient dicit dominus. Liberationẽ ab Aegyptiaca captiuit. quaſi incomparabiliter excedit liberationem à captiuit. Babyl. Illa. n. fuit cũ maximis miraculis, & portẽtis, & cũ vera libertate & triũpho ſine aliquo iugo gẽtiũ, cuius oppoſitũ contigit in Babylonica captiuitate, vnde in tẽplo, ſecundo celebratur feſtũ Paſchæ in memoriã liberationis Aegypt. vnde Lu. 22. a. Appropinquabat autẽ Paſcha dies feſtus Iud. Vnde de illo tẽplo nõ verificatur illud quod hic dicitur: Nõ dicetur vltra viuit dom. qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti: cum illo tẽpore vigebat memoria liberationis Aegypt. ſicut in prim. tẽplo, & ideo hæc pphetia de tẽpore redẽptionis Chriſti intelligenda eſt, quæ quidẽ redẽptio incõparabiliter excedit redemptionem Aegyptiacam vt in glo. Hoc quod dicitur non ſub Cyro, ſed ſub Xpo completum eſt.*

*REPL. In ca. 16. vbi dicitur non ingrediaris domũ conuiuij, Poſtil. dicit gaudioſi. Bur. lugẽtiũ tantũ: quia mos inqt, erat ferre cibos & parare cõuiuiũ lugentib. quia alibi dicitur: Date vinũ his, q ſũt in luctu, vt obliuiſcantur doloris. Hęc Bur. ſed hæc expoſitio videtur contra literã, quæ dicit. Non ingrediaris ad conuiuium, Burg. autẽ pręcipit in ſuo ſenſu parari cõuiuiũ, & ſic glo. Burg. pcipit q litera prohibet, & interdicit. In eo. ca. vbi dicitur. Ecce dies ven. &c. Exponit Poſt. prout litera ſonat, q ſeruitus Babylonica fuit durior Aegyptiaca, & liberatio ab illa glorioſior, & cõpẽdioſior q̃ ab iſta, hoc ſanè intelligendo de liberatione cõpleta, quæ per Chriſtũ tẽpore ſecũdi tẽpli fuit conſumata. Iſtã ſuppletionem ponit Poſt. infra 23. cap. Et per eam tollitur obiectio Burgenſ. in hoc loco vſque ad 41. cap. Burg. facit ſunt modicæ ſpeculationis.*

Prou. 31. a. F

## CAP. XVII.

a *Peccatũ Iuda ſcriptũ eſt. &c.* q. d. gentiũ peccata deleta ſũt de quibus ad Moyſen dicitur: *Dimitte me, vt interficiã populum iſtum, & faciam te in gẽtẽ magnã.* Peccatum verò Iuda indelebile quaſi ſcriptũ ſtylo ferreo in vngue adamãtino, q Hebr. dicitur ſamir nõ q vllus vnguis appelletur ſamir, ſed adamas, q in eo q indomitus ſit, & infrangibilis.
1 hoc nomẽ accepit:
2 Tantũ nitorẽ habet & lenitatem, vt
3 abſq; vllo ĩpedimẽ
4 to ſcribi poſſit ĩ eo ſty-

vnguis adamantinus.

## CAP. XVII.

¶ Iudæorum. a ¶ Indebiliter. Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.

a Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue

a ¶ Vbi eſt ergo illud quod anus de lyra fingit poſſe hominem ſine peccato eſſe ſi velit, & facilia eſſe mandata Dei. b ¶ Vt opera ſacrilegij in æterna memoria ſint.

adamantino, exaratum ſuper latitudinem cordis

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVII.

Peccatum Iuda. *Hic ponitur quintum ad oſtendendum peccatum populi Iudę inſanabile, per hoc quod dicitur: Scriptum ſtylo ferreo in adamante, quæ ſcriptura eſt indebilis. Et diuiditur hoc c. in duas partes, quia primò ponitur populi Iudę reprobatio, ſecundò Ieremiæ deprecatio, ibi: Sana me domine. Prima in duas quia primò ponitur reprobatio populi propter eius idololatriam, ſecũdò propter ipſius falſam confidentiam, ibi: Hęc dicit. Circa primum dicitur.*

Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo, &c. *i. per ſculpturam.*

In vngue adamantino. *i. in lapide adamantino ad modum vnguis polito. Et in hoc deſignatur indebilitas huius peccati, & eius manifeſtatio coram Deo.*

3 Exaratum. *ideſt, ſcriptum.*

4 Super la. *In Hebręo habetur: Super tabulam cordis eorum. Ex hoc patet, quòd in vngue adamantino ſignificauit cor populi Iudæ, quod ſic nominatur propter obſtinationẽ in peccato. In Hebræo habetur. In vngue ſamir. & dicunt Hebręi, q ſamir eſt nomen cuiuſdam vermis, cuius ſanguis habet vim cauandi & incidendi lapidẽ, & ſecundum hoc vnguis non accipitur hic pro politione, ſed pro virtute illius ſanguinis, & ſecundũ eos ſic fuerunt ſciſſi lapides, qui ponebantur in tẽplo Salomonis, ſicut dictũ fuit 3. Reg. 6. ſuper illud: Malleus & ſecuris nõ ſunt audita in domo domini, cũ ædificaretur.*

✱ 1 Et

## MORALITER.

1 *Peccatum Iuda.* Iuda tribus erat regia & Sacerdotali commixta, & ideo ſignat ſtatum prælatorum, quibus dicitur 1. Pet. 2. d. *Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, &c.* Et quia quantò ſtatus altior tãtò caſus grauior, ideo dicitur: *Peccatum. Iuda ſcriptum eſt ſtylo fer.* i. indebiliter, quia propter eius grauitatem difficulter poteſt deleri.

3 *Exaratum ſuper latitudinem.* Per quod deſignatur dilatio huius peccati ad alios per exemplum.

Gregor. in paſtorali. Cum paſtor per abrupta graditur conſequens eſt, vt ad præcipitium grex ſequatur.

ſtylo ferreo, vt dura ferri materies ſcribat in duriori ta-
A bula, & ſcriptum in æternum maneat, ſecundum illud: *Sanguis eius ſuper nos,&c.*

Matth. 27.c. Hieron. *Peccatum Iud.&c.* De Gentibus conuerſis dictū eſt: Idcirco ecce ego.&c. Nunc de obiecto Iſrael loquitur: *Peccatum Iuda,&c.* Cur aūt hoc à Lxx. ꝑtermiſſum ſit neſcio, niſi pepercerint populo ſuo, ſicut in eo loco. Iſa. *Quieſcite ab hoīe cuius ſpiritus in naribus eius.* (Iſai.2.d.) († vitentium)

* Theod. Nihil potentius conſciētia, in qua.ſ. cōfixæ literæ ſunt ſolide. Quāuis enim oēs hoīes ſuæ ipſorū conſciētiæ de bona vita teſtificari conentur, peccata nihilominus eorū, qui mentiuntur, conſcientia ferre nequit, ſed percutitur ac perforatur incorruptāq; profert ſnīam. Qđ & hic dicit facinora tua videlicet te arguunt, & conſciētia tua teſtimoniū præbet.

(† Remiſſio erit in te ab 1. detutaaberis ab hæred.)

eorum,&in cornibus ararum eorū. Cùm recordati fuerint 1
a filij eorū ararum ſuarum & lucorū lignorumq; †frondentiū in montib excelſis, ſacrificantes in agro fortitudinem 2
tuā,& omnes theſauros tuos in direptionē dabo. Excelſa 3
4
tua propter peccata in vniuerſis finib. tuis. Et † relinqueris 5
¶ Babyloniis, vel verius Romanis. 6
ſola ab hæreditate tua quā dedi tibi, & ſeruire te faciā ini- 7
a ¶ Clementiſſimum Deum in furorem prouocando.
micis tuis in terra quā ignoras. Quoniā ignem ſuccendiſti 8
¶ Hoc in Lxx. non habetur, ne pertineat in gentes [illegible] ſententia æterna. a ¶ Ignis.
in furore meo vſq; in æternū ardebit. Hæc dicit dominus:
a ¶ Tantum. Homo enim & Deus, Chriſtus. b ¶ Non Deum. 9
b Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnē
a ¶ Fortitudinem ſcilicet bonorum ſuorum,. b ¶ Sic. c ¶ Aſſerentes ſe poſſe, quod non poteſt. 10
brachiū ſuum, et a domino recedit cor eius.† Erit.n.quaſi 11
a ¶ Hebraicè aroer. ¶ Symmachus, quaſi lignum infructuoſum in ſolitudine. b ¶ Quod vituræ gēt.
myrice in deſerto,& nō videbit cùm venerit bonū: ſed ha- 12
a ¶ Sicut Iudæi qui a Deo deſerti ſunt, fructumq; non faciunt. b ¶ Infructuoſa, quæ non habet ho- 13
ſpitem Deum, nec præſidia angelorum, nec Spiritusſancti gratiam non magiſtrorum ſcientiam. 14
bitabit in deſerto in ſiccitate in terra ſalſuginis & inhabita 15
¶ Alias Beatus. a ¶ Lecleua ſecus. b ¶ De quo Pſal. Scitote quoniam dom. ipſe eſt Deus. ¶ Non homo. 16
c bili Benedictus uir, qui confidit in domino, & erit domi- 17
a ¶ Vera b ¶ De quo Pſal. Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. †
nus fiducia eius. Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur †

veritatem fidei. Vnde eis æternum paratur incendium, & ſeruitus dęmonum, qui inimici,& vltores.

b *Maledictus homo.* Maledictus ergo Paul. Samoſetanus & Photinus, q quāuis ſanctū,& cūctib. virtutib. excel. Chriſtum tamen prædicant hominem tantum. Nos autē benedicti, q credimus in eū, q dicit: *Quæritis me interficere hominem, qui vera locutus ſum vobis. Et ſi.n. Xp̄m aliquando ſecundū carnē cognouimus ſed nunc iam non nouimus*: de quo dicit apoſtol. *Non hominib. neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtū.* Si .n. abſorpta eſt mors in victoria, quare nō carnis humilitas, q̄ ꝑpt. nos aſſūpta eſt in diuinitatis trāſierit maieſtatem, vt fieret vtrūq; vnū, & non adoremus creaturā ſed creatorem.

* Auguſt. *Maledictus homo,&c.* Nō intelligimus hoc loco principē popul. & rectorem ciuitatis Epiſcopū ſignificare. Nō ideo quia poſſumus innumerabiles ſanctos in catholica fide Epiſcopos intueri, ſed ne cuiuſquā, vt dixi ſpes hominis collocetur in homine, & ſi fortè ei contingat in ea viuere ciuitate, vbi non ſit bonus Epiſcopus arbitretur impunè ſe malum fieri, vſurpans ad defenſionē ſuam, tam peruerſe hanc ſcripturam, quàm peruerſè ab iſtis intelligitur, & dicens ideo ſe bonum eſſe non poſſe, quia, *ſecundum principem populi, ſic & miniſtri eius.* Contradicitur enim huic errori veritatis ore: *Quę dicunt facite, ſecundum opera eorum nolite facere.*.

Hom. 12. in Ierem. Origenes Forſitan peccatum Iuda peccatū noſtrum, qui credimus in Chriſtū de tribu Iuda. Antequā peccatū faciam, nulla in corde meo peccati imago verſatur. Cū aūt conſcientia peccati imaginem ſumpſerit, habeo formam illius & ante oculos cordis mei delicti pompa depingitur, & ſiquidem eſſet peccatū atramento conſcriptū, deleri poſſet. Sed ſcriptū eſt ſtylo fer. in vngue.adam. ſuper pectus cordis. vt cōpleat (Luc.1.à.) r. *Nihil opertum quod nō reueletur, neq; oc. quod non ſciatur.* Nudabitur pectoris mei conſcientia & aperto corde videbūtur literæ peccatorū, quę ſtylo ferreo in vngue adamantino ſcriptæ ſunt, atq; vniuerſa ſpectantiū multitudo leget in pectore meo ſignatas imagines peccatorū. Si de Iuda proditore volueris intelligere: *Peccatū Iud. ſcrip. eſt.* repugnat quod ſeqtur eorū.

a *Excelſa.* Quæ Hebraicè Ramoth. Et ſignificantur hæretici, qui ponunt in cælum os ſuum, & in tantam inſaniā proruperunt, vt ſine Spirituſſancti gratia ſoli remanſerint, & hęreditatem domini priorem perdiderunt, ideſt,

C

c *Benedictus vir qui confidit in domino &c.* q.d. Iudæi maledicti, & hæretici, qui non habent ſpem in domino, ideſt, in Chriſto, quem non Dei filium, ſed hominem putant purum Qui.n. confidit in domino, & domin. eſt fiduciā eius: in tēpore Iudaicæ ſiccitatis non metuet, ſed ſemper afferet fructum, credens in eū, qui ſemel pro nobis mortuus eſt, & vltrà non moritur. Et dicit: *Ego ſum vita:*

a *Quod*

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et in cornibus,&c. *quia ibi erant ſculpta nomina idolorum.*

2 Cum recordati. *imitantes idololatriam patrum in omnibus locis, vbi patres eorum ſacrificabant idolis.*

3 Fortitudinem tuam. *ideſt, bellatores tuos.*

4 Et omnes theſauros. *ideſt, omnes diuitias.*

5 In direptionem dabo. *ipſis Chaldæis, qui diripient ſibi oīa.*

6 Prpopter peccata in vniuerſis. *quia non ſolum in Ieruſalem, ſed etiam in alijs ciuitatibus Iudææ vigebat idololatria, vt habetur ſupra. vndecimo.*

7 Et reliqueris ſola. *ideſt, priuata.*

7 Ab hæreditate tua quam dedi tibi,& ſeruire te faciā. *ideſt, à terra Iudææ.*

9 Quoniam ignem ſuccendiſti. *ideſt, occaſionem te puniendi mihi præbuiſti.*

10 Vſque in æter.ar. *hoc dicitur quantum ad illos, qui in peccatis ſuis mortui,& ſic non tantum temporaliter, ſed eternaliter puniti ſunt.*

11 Hæc dicit: *Hic conſequenter ponitur reprobatio populi Iudę propter falſam confidentiam,& propter confidētiam in Aegyptijs. ſecundò propter confidētiam in diuitijs proprijs, ibi:* Prauum eſt. *Circa primum dicitur.*

12 Maledictus homo. *ſicut fuit Sedechias cum populo ſibi aſſentiente, qui rebellans contra Nabuchodonoſor, confidebat de auxilio regis Aegypti,& de Dei auxilio diffidebat: ideò ſubditur.*

13 Et à domino re.cor.eius. *quia confidere in homine, dum tamen confidentia principaliter ſit in Deo, non eſt malum.*

14 Erit enim quaſi myrice in deſerto,&c. *i. ſine fructu bono. ſicut myrica, quæ alio noīe vocatur geneſta. Eſt.n. frutetū inutile ad ædificationē, nec facit fructum, qui eſt conueniens ad nutritionē.*

15 Et non videbit,&c. *quia Sedechias fuit exoculatus & in Babylonem ductus,& ibi in amaritudine mortuus: ideo ſubditur.*

16 In terra ſalſuginis,&c. *ideſt, amaritudinis. Et quia in populo Iudæ erant aliqui boni, vt Ieremias Baruch,& Adramelech in domino confidentes. ideo de talibus ſubditur.*

17 Benedictus vir. *Et patet ſententia vſque ibi.*

 

*MORALITER.*

† 1 *Et in corni.* ideſt, in mitris ſuis cornutis, quæ nimis ſumptuoſè ornatę ſunt auro & lapidibus pretioſis, ad oſtentationem, de bonis, quæ deberent expendi ad pauperum ſuſtentationem.

2 *Cum recordati ſue.fi.* Eorum filij dicuntur hic clerici inferiores, qui mente tractantes vitam ſuperiorum in vanitatibus & carnalibus, ſtudent eos ſequi.

3 *Fortitudinem tuam.* nam aliqui eorum corpora ſua & diuitias ſuas expendunt, diſcurrendo & laborando pro temporalibus negotijs principium, ſperantes per hoc altius promoueri. ideo ſequitur.

12 *Maledictus homo.* pro tali promotione ideo ſequitur.

14 *Erit enim quaſi my.* ideſt, inutilis ad ædificium eccleſię, ſicut myrice non valent ad materiale ædificium, nec ad faciendum fructum pro paſtu hominum.

15 *Et non videbit cùm venerit bonum.* quia carebit viſione diuina. Et econtrario dicitur de bono prelato.

17 *Benedictus vir.* ideſt, prælatus virtuoſus.

† *Qui confidit in domino.* de bonis gratiæ & gloriæ obtinēdis ab eo.

† *Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur:* ideſt, ſemper in melius proficiendo.

a ¶ Spiritusſancti diuiſas gratias b ¶ Gratiam. c ¶ Vt à domino accipiat vbertatem.
a ſup aquas, q † ad humorem mittit radices ſuas,& nō † time 1
a ¶ Perſequutiones, vel iudicii b ¶ Alias iude. c ¶ Non timeatis ſiccitatem.
bit cū venerit æſtus. Et erit folium eius viride,& in tempore
a ¶ Quando dominus iratus mandabit nubibus, ne pluant ſuper Iſrael imbrem.
b ¶ Sicut ficus cui maledixit dominus,
ſiccitatis non erit ſolicitum, nec aliquando deſinet facere
a ¶ Virtutum.
b fructū. † Prauū eſt cor hominis, & inſcrutabile: Quis co- 2
3
gnoſcet illud? † Ego dn̄s ſcrutans cor, & probans renes, q 4
do vnicuiq; iuxta viam ſuam,& iuxta fructum † adinuen- 5
a ¶ Lxx. Clamauit perdix, Congregauit, qui non peperit. ¶ Diabolus. 6
b ¶ Dicens tibi dabo hæc omnia ſi cadens ador. me.
c tionū ſuarū. *Perdix fouit, q̄ nō peperit: * fecit diuitias, &
a ¶ Vel derelinquent eum, quia conuertentur ad dominum per Apoſtolos. 7
d nō in iudicio. In † dimidio dierū ſuorū derelinquet eas: & 8
a ¶ Iudicio. b ¶ Qui ſapiens videbatur. c ¶ Perdice relicto. d ¶ Domini. ſ. qui habitat in ſanctis 9
e in nouiſſimo ſuo erit inſipiēs. Solium glorię † altitudinis à
10
11

Quod ad h. q. d. de ſiccitate Iudaica trāſit ad baptiſ. gratiā
A b *Prauū eſt cor.* Lxx. Profundū eſt cor ſup oīa, & homo ē qs cognoſcet eū? Verbū Hebraicū Enos quatuor lr̄is ſcribitur. Aleph, Nun, Vau, Schin, Si igitur legat̄ Enos, homo dicitur. Si autē Enon: inſcrutabile, vel deſperabile, qa cor hominū nemo pōt inuenire. Symmac. Inſcrutabile cor hominū, vir autē qs eſt, q inueniat illud? Volentque nr̄i zelo Dei, ſed nō ſecūdū ſcientiā, hoc dicere contra Iudæos, q homo ſit Xp̄s ſecūdū carnē: & nemo poſſit eius cognoſcere natiuitatē, ſecundū illud: *Generationē eius, quis enarrabit? & arcana rimatur & reddit vni. ſecū. opera ſua.* Quia dixit:
B *Maledictus homo q cō. in ho. Et benedictus vir, qui conf. in do.* ne hominū certū putemus eſſe iudiciū infert oīū prope eſſe corda peruerſa, vnde: *Ab occultis meis munda me.* i. cogitationibus. Et in Geneſ. *Cuncta cogitatio hominum intenta ad malum:* Et iterum: *Senſus & cogitatio humani cordis in malum, &c.* Patet ergo ſolum Deum noſſe cogitationes hominum. Chriſtus ergo Deus eſt, qui vidit cogitationes.

*Perdix fouit.* Quod ad Lxx. dicunt: Clamauit perdix, ad hereticos referendū eſt, p quos diabolus clamat, & diuitias congregat, quæ derelinquent eum. *Perdix fouit.* Aiunt ſcriptores naturalis hiſtoriæ, tam beſtiarum, & volucrum, quàm arborum, & herbarum (quorum principes ſunt apud Græcos, Ariſtotel. & Theophraſtus: apud nos, Plinius ſecundus) hāc perdicis eſſe naturam, vt oua alterius perdicis ſurripiat, incubet: & foueat: fœtus verò adultos auolare, & alienum parentem relinquere. Huiuſmodi, diuites ſunt, q aliena rapiunt, & ſine reſpectu iudicij Dei diuitias faciunt, quas in medio tempore derelinquunt morte præuenti, vnde. *Stultè hac nocte repetent animam tuā à te quæ cū.c.es* Nihil autem inſipientius, quā non
C præuidere nouiſſima, & breuia putare perpetua. Perdicē quoque pugnacem dicunt, & immundum, vt palma ſit victoris polluiſſe victum: In quo ſignificat diabolum.

Orig. Perdix iſte. i. diabolus clamādo p hereticos creaturas quas nō generauit, congrēgat, & alienas facit ſuas, ſcilicet ſimplices fideliū hæretice laqueo ſanctionis impedit. Diues factus eſt perdix. Ecce quāta ſunt milia, ſed nō ſunt cū iudicio. Non enim cogitat iudicium, neque habet in corde iuſtitiā, ſed omnia ſine lege. Chriſtus autem D facit diuitias ſuas cum iudicio, examinata, & eleuata eſt eius opulentia.

* Auguſt. Si gentilis moueretur, cur etiā Xp̄iani in multas hæreſes variasq; diſcedūt, p̄dixit Ierem. quod multi ſub nomine Xp̄iano, à Xp̄iana veritate deuiarēt. Clamauit, inqt, pdix, cōgregauit, q̄ nō peperit, faciens diuitias nō ſuas. Perdix. n. nimis contentioſū animal, notum eſt, quanta auiditate ipſius currat in laqū. Non enim diſputare amant hæretici, ſed quoquomodo diſputare impudētiſſima peruicacia, E vt cōgregēt, q̄ non pepererunt, Xp̄ianos enim iā p euangeliū Xp̄i natos inueniunt, & faciunt illos diuitias ſuas, non ſane cū iudicio, ſed temeritate. Nō enim intelligunt ibi eſſe quodammodo Germanam, atque radicalem Chriſtianam ſocietatem, vnde iſtos ſeparauerunt, quos ad ſuas diuitias compararunt.

Lib. 3. cont Fauſtum. capit. 12.
† Secus riuū.
† Sentiet.
† Apoc. 2. f.
† operum ſuorum.
† Sic qui.
† medio.

* Theodor. Venatores perdicum manſuefaciunt perdices, & harum voce alias eiuſdem generis conuocant, q̄ concurrentes decidunt in caſſes. Huius perdicis ſimilem eſſe dicit regem Babylonis, qui dominari quidem nitit̄ in omnes homines, at opes congregat iniquas.

d *In dimidio dierum.* Dies eius huius ſęculi ſunt. Eruit nos Xp̄s de hoc ſæculo nequā & ſic derelinquimus perdicē. Nouiſſimū eius erit inſipiens, cū omnia ſubiecta fuerint Chriſto. Nouiſſimus inimicus deſtruetur mors.

* Auguſt. *In dimidio.* Id eſt, qui primo tanquam p pollicitationem, & oſtentationem excellentis ſapientiæ ſeducebat, erit inſipiens. i. apparebit inſipiens. Eis quippe quibus primò ſapiens erat, tunc erit inſipiens, cum apparebit, quia dementia eius nota erit omnibus. — 1. Cor. 15. d. Vbi ſupra.

e *Solium gloriæ.* * Idem. Si quem catechiſamus quærat, quo manifeſto iudicio teneo eccleſiam Chriſti, in quē F iam credere tanta rerum anteà prædictarum manifeſtatione compellor? docet idem propheta. Eccleſiam Chriſti prædictam eſſe, quę omnibus eminet, & apparet. Ipſa enim ſedes gloriæ, de qua dicit Apoſtolus: *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos:* vnde iſte dicit, Sedes autem gloriæ exaltata eſt, ſanctificatio noſtra, vnde dominus: *Non pōt ciuitas abſcondere ſupra montem poſita.* — Ibidem. c. 21. 1. Cor. 3. Matth. 5.

a *Domi-*

## NICOLAVS DE LYRA.

* Et non timebit cum venerit. *ſcilicet tribulationis. Sicut enim lignum ſuper aquas plantatum non perdidit viriditatem adueniente æſtu, ſic bonus non relinquit iuſtitiam adueniente tribulationis tempore.*

Prauum, &c. *Hic conſequenter ponitur reprobatio populi propter confidentiam in ſuis diuitijs cum dicitur:* Prauū eſt cor ho. *id eſt pronum ad auaritiam.*

Et inſcrutabile. *ab homine, qui tantum videt, quæ patent 1. Reg. 6. non tamen à Deo, ideo ſequitur.*

Ego dominus, &c. *ideſt cogitationes.*

Et probans renes. *ideſt ex animas affectiones.*

Qui do vnicuique, &c. *ſcilicet, priuans eum diuitijs malè acquiſitis, ideo ſequitur.*

Perdix fouit. *ſcilicet, oua, quæ non peperit, furatur enim aliena oua, & fouet ea: ſed pulli inde nati, audientes vocē propriæ matris, quadam induſtria naturali currunt ad eam, alienam dimittentes, & tunc percipit ſe fatue egiſſe in furto, & fœtu alienorum ouorū & hęc parabola applicatur ad populum Iudæ, qui bona aliena malè aggregauerat cum ſubditur.*

8 Fecit diuitias, *ideſt, non modo licito, ſed illicito.*

9 In dimidio, &c. derelinquet. *malis gratibus ſuis, Chaldęis eas rapientibus.*

10 Et in nouiſſimo ſuo. *i. tunc percipiet inſipientiam ſuam, aliena bona illicitè ſibi aggregando. Sed quia in populo illo erāt aliqui boni, vt prędictum eſt, qui non ponebat ſpem ſuam in bonis temporalibus, ſed in ſpiritualibus, & æternis, ideo ſubd. quantum ad eos*

11 Solium gloriæ altitudinis à princ. *i. cœlum empyreum, quod eſt altiſſimum, quod dicitur ſolium gloriæ, quia Deus præſidēs omni creaturæ, ibi clarè videtur, & laudatur à beatis à principio confirmationis ſanctorum Angelorum, & deiectionis malorum, nec poteſt hoc conuenienter intelligi de templo Salomonis, quia non fuit factum à principio temporis, ſed ex quo cęlum empyreum fuit factum, fuit Angelis repletum.*

* 1 Locus

## MORALITER.

*Et non timebit cum venerit æſtus.* ſcilicet, perſecutionis humanæ, vel diabolicæ tentationis.

*Prauum eſt cor hominis.* Hic ponitur vnde malū hominis oritur, ſcilicet, ex inclinatione mala, ex parentibus contracta, ideo dicitur: *Prauum eſt cor hominis,* Geneſ. 8, d. *Senſus, & cogitatio humani cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua.*

3 *Et inſcrutabile, quis cognoſcet, &c.* ſ. ab homine, ſed non à Deo, ideo ſubditur, *Ego dominus ſcrutans cor, &c.*

7 *Perdix fouit.* oua aliena, quæ furatur. Et quando pulli ſunt nati, fugiunt ab ea, ſic diuitiæ malè acquiſitæ frequēter ab aliis rapiunt̄, & ſic laborantes ad earum acquiſitionem defraudantur, propter quod non eſt in eis ſpes ponenda, ſed in gloria futura, ideo ſubditur: *Solium glorię,* Sequitur.

3 Et

A a *Dom. oēs q te derelinquunt, &c.* * Idē Deinde quaſi veniret in mentē, quid ergo facimus de tā multis malis vbiq; permixtis, ſubiecit ſtatim, *expectatio Iſrael*, patienter.n. ferendū eſt ꝙ ait, *Sinite vtraque creſcere ad meſſem*, ne impatiētia tolerandi malos, relinquantur boni, qui propriè ſūt corpus Xp̄i, & ideo cū ipſi relinquuntur, ille relinquitur, vnde ſubiecit: *Vniuerſi qui te derelinquunt terreantur. Euertētur quoniam dereliquerūt fontē vitę domi ū*: Quid enim aliud clamat p diē niſi apud ſe eſſe & à ſe dari fontē vitæ, ad quē cōgregati recedāt à Xp̄o Xp̄i pmiſſione direpti, cuius nomine tenebantur imbuti? Non.n. quos peperit congregat, ſed vt congreget quos nō peperit di

Vbi ſupra. Cap. 16. Match. 17.

† O ſpei.

† Non receſſi de eſſem paſt. poſt te, & diē doloris.

B cat, ſalus, quā Xp̄s promiſit, apud me eſt, ego dabo.
b *Sana me dom.* Multi Medici curauerunt emorroiſſam Euāgelicā, ſed à nullo potuit ſanari, niſi ab illo, qui verꝰ eſt medicus. Vnde propheta à populo paſſus op.pbria, & inſidijs circūeūtes ab eo curari, & ſanari cupit cuius vera laus, & vera med.
c *Ecce ipſi dicunt ad me, vbi eſt verbum, &c.*
✻ Theodoretus. Quaſi dicat, Conqueruntur de tarditate vindictæ, & dum differs ſupplicium, mendacem exiſtimant prophetam. Ego verò, & ſi mihi perſpectū erat, quod dolore neſcirēt, eos in calamitates labi nolui. Hoc enim innuit, *diem hominis non concupiui.*

Luc. 8. f.

Hebr. 3. a.

a ¶ Q. vbicunque eſt, lacus ſanctus eſt. ¶ Eſt. ¶ Videntis Deum. ¶ E contra.
à principio, locus ſanctificationis noſtrę † expectatio Iſrael
a ¶ Perpetuo.
a Dn̄e omnes, qui te derelinquunt cōfundentur: recedētes à
a ¶ Deleti de libro viuentium, quorum conuerſatio eſt in cœlo, ſcribuntur in cœlo, Recedentes à domino ſcribuntur in terra cum his, qui terrena ſapiunt. b ¶ Deleti de libro vitæ.
te in terrā ſcribentur: qm̄ dereliquerunt venam aquarum
a ¶ Qui dicit: Siquis ſitit, veniat, & bibat. ¶ Viuæ. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ
b viuētiū dominum. Sana me domine, & ſanabor: ſaluū me
a ¶ Qui non credunt ventura, quæ dico, diſſimulationem ſententiæ dilationem arbitrantes.
c fac, & ſaluus ero: qm̄ laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me
a ¶ Illis ita dicentibus.
d vbi eſt verbū dn̄i? Veniat. Et ego † non ſum turbatus te pa-
¶ Etiam. a ¶ Vitam longam, vel proſpera huius ſæculi, ſed diem domini.i. reſurrectionis: b ¶ Q. tu teſtis, qui & Iudex.
ſtorē ſequēs, & diēm hominis non deſideraui, tu ſcis. Quod
a ¶ Non mendoſum. b ¶ Beneplacito tuo. c ¶ Non hominum.
egreſſum eſt de labijs meis, rectūm in conſpectū tuō fuit.
e Non ſis tu, qui mihi formidini, ſpes mea tu in die afflict.
a ¶ Bene in ſalutem, ¶ Qui exprobrant, & dicunt, vbi eſt verbum domini &c. b ¶ Qui vera prædico
Cōfundātur, qui me perſequuntur, & non cōfundar ego
a ¶ Deum, vel pœnas. b ¶ Vltionis
paueāt illi, & nō paueā ego. Induc ſuper eos diē afflictionis.
a ¶ Tunc. b ¶ Gladio, & fame, animi, & corpore.
ēt duplici cōtritione cōtere eos. Hęc dicit dn̄s ad me: Vade,
e *Terra, terra, &c.* Clemens Alexandrinus. Amẽtes & inobedientes terrã vocat ſcriptura, vt Ieremias propheta de Ioakim, & eius fratribus dicens, Terra, terra audi verbũ Dñi. Alius aũt dicit. Audi cœlũ & auſculta terra: auditũ appellans intelligentiam & cœlũ animam eius qui eſt p̃ditus cognitione qui cœli & rerum diuinarum ſuſcepit contemplationẽ. Contra enim eum qui elegerat inſcitiã, & cordis duritiem, terram dixit. Et illud, Auſculta, appellauit ab auribus quæ ſunt inſtrumenta auditus carnalia attribuens his, qui rebus attendunt ſenſibilibus.

☞ 1 *Scribe*

## NICOLAVS DE LYRA.

* Et cla. *Ita quod omnes etiam extranei per terram tuam tranſeuntes, percipiant dolorem tuum.*

Quia contri. *ideſt, de Aegyptijs, de quorum auxilio confidebas quos Nabuchodonoſor debilitauit. 4. Reg. 24.*

Loquutus ſum, &c. *Per prophetas meos.*

In abundantia. *ideſt, tempore proſperitatis. In Hebręo habetur in pace tua, ſine qua poteſt eſſe proſperitas.*

Dixiſti. *Quia rebellis fuiſti verbis prophetarum.*

Hæc eſt via. *ideſt, conſuetudo tua.*

Ab adoleſcentia tua, &c. *i. ab exitu de Aegypto: extunc enim fuerunt frequenter rebelles Moyſi & Deo.*

Omnes pa. tu. *ideſt, reges & ſacerdotes.*

Paſcet ven. *ideſt, inanis fiducia, quam habent de Aegyptijs, de quibus ſubditur.*

10 Et ama. *Per Nabuchodonoſor captiuandi.*

11 Et tunc confun. *Propter fruſtrationem tuæ ſpei.*

12 Quæ ſedes. *ideſt, in Ieruſalem de lignis Libani ędificata.*

13 Et nidifi. *Diuitias malè congregando.*

14 Quomodo con. *ideſt, congemiſces, quia loquitur de futuro per modum præteriti.*

15 Cum ve. ti. *i. cum venient in deſtructione templi & ciuitatis.*

16 Viuo ego. *Hic vltimo loquitur de Ioachim nepote Ioſiæ dicẽs in perſona domini.*

17 Quia ſi fuc. *In Heb. habetur, Chonias, eſt tamen idem nomen Ioachin, Iechonias & Chonias: variatum tamen in Heb. ſicut in Latino idem nomen eſt Nicolaus & Coletus & Colinus.*

18 Annulus in ma. *Antiquitus enim annulus erat ſignum dilectionis & etiã firmitatis, Literæ. n. ſignabantur annulo regis, vt habetur in libro Heſter, & in pluribus alijs locis. igitur ſenſus. Si apparuerint ſigna dilectionis meæ erga Iechoniam, & ſuę ſtabilitatis in regno nihilominus eijciam eum.*

19 Et dabo. *Mutatur modus loquendi de tertia perſona ad ſecundam Cętera patent ex dictis, ſuprà vſque ibi.*

20 In terra. *ideſt, in Iudæam ad quam cum magno deſiderio anhelabant reuerti.*

21 Non reuertentur. *Et in hoc patet, quod dictum eſt ſupra de Ioachas quod erat minus lugendus quam iſte: quia cum iſto fuerunt multi nobiles captiuati abſque euerſione.*

22 Nunquid vas. *ideſt, nullius momenti.*

23 Vir iſte Iechonias. *Quaſi dicat, ſic.*

24 Nunquid vas, &c. *ideſt, nullam bonitatem habens in ſe, ideo ſequitur.*

25 Quare ab. ſunt. *Quaſi dicat, pro malitia ſua.*

26 Terra, terra, ter. *Ter replicatur ad maiorem aſſertionem eius quod ſubditur.*

a *Scribe.* Hieronymus. Chriſtus de huius ſemine natus A eſt, vnde Gabriel *Dabit illi dominus Deus ſedem Dauid patris ſui, &c.* Sed non in diebus eius, ſed multò poſt natus eſt de Ioakim Iechonias, de quo Salathiel, de quo Zorobabel, & per ordinem venitur ad Chriſtũ. Sed in dieb. Ioakim nõ ſucceſſit ei filius rex ſicut ipſe patri, & vſque ad Chriſtũ nullus regiam obtinuit poteſtatẽ. Oẽs enim captiui fuerũt & de ſtirpe Dauid, nullus in Iudæa regnauit. Vnde refert Ioſephus de tribu Leui fuiſſe principes quibus ſucceſſit Herodes Antipatris proſelyti filius, & poſt Veſpaſiano huius generis regnum imo regni ſimulacrum penitus fuiſſe deletum.

b *Sterilem, &c.* Aquilę prima editio, ſterilem, Secunda nõ creſcentem Symmachus vacuam 70. & Theodotio, abominabilem & abdicatum.

* Baſilius. Planè euidẽs rõ eſt. Exterminata n. Ieruſalem à Nabuchodonoſore, regnũ eius diſſolutũ eſt Nequaquã aũt vlterius paternæ ſucceſſiones rogantium, ſicut prius erant. Nã ab initio quidem vſque ad captiuitatem regnabant qui ex genere Dauid fuerant. Regreſſi autẽ Salathiel & Zorobabel, populariter præerant populo, principatu iã in ſacerdotium declinante, propter quòd cõmixtæ erant ſacerdotalis & regalis tribus. Vnde & Dominus rex eſt & ſacerdos ad Deum, & non defecit quidem regalis tribus vſque ad Chriſti aduentum. Nõ tamen ſedit ſuper thronum Dauid de ſemine Iechoniæ.

terra, audi ſermonem Domini. Hæc dicit Dominus: Scribe
a virum iſtum ſterilem, virũ qui in diebus ſuis non proſpe- 1 2
a Tantum, Sed Chriſtus Deus & homo cuius regnum non erit terrenum & breue ſicut regnum Dauid, ſed perpetuum eſt atque cœleſte.
b rabitur. Nec enim erit de ſemine eius uir qui ſedeat ſuper 3
ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltrà in Iuda.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Scribe. *Per ſententiam Dei diffinitiuam, cuius ſterilitas explicatur. cùm dicitur.* Virum

2 Virũ qui. *In regimine regni, nec etia in poſteris ideo ſequitur*

3 Nec enim erit. *Quia ſibi ſucceſſit Sedechias patruus eius, vt dictum eſt ſupra.*

CAP.

B

## CAP. XXIII.

a *VAe paſtoribus, &c.* Quia oĩs ſpes Iudaici regni d feciт tranſit ad principes eccleſiæ, & ſynagoga cum ſuis paſtoribus derelicta atque damnata ad Apoſtolos ſermo fit de quibus dicitur: *Super eos ſuſcitabo paſtores, &c.* (Ezec. 34. f)

* Hieronymus. Poſſumus hoc iuxta tropologiam de eccleſiæ principibus intelligere, q̃ non dignè regunt oues domini quibus abiectis atque damnatis, ſaluabitur populus bonis paſtorib. traditus, & reliquiæ ſaluantur. Perdunt oues paſtores, hæreſim docentes, lacerant & diſſipant, ſchiſmata faciẽtes: C eijciunt ab eccleſia, iniuſtè ſeparantes: non viſitant infirmos,

## CAP. XXIII.

a VÆ paſtoribus, qui † diſpergunt & dilacerant 1
gregẽ paſcuę meę, dicit dominus. Ideò hęc 2
a Synagogæ, Scribis & Phariſæos.
vdicit dñs Deus Iſrael ad paſtores qui paſcũt
populum meum: Vos diſperſiſtis gregem
b meum, & eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos. Ecce ego 3
viſitabo ſuper vos malitiam † ſtudiorum veſtrorum, ait 4
dominus. Et ego congregabo reliquias gregis mei de 5 6

† diſperdunt.

mos, a petentibus manum contrahentes, quorum omnium miſeretur Deus priſtina paſcua reddẽs & malos paſtores auferens.

b *E ſuſcitabo eis.*

* Theodoret. Iſta quidem temporibus Zorobabelis & Ieſu filij Ioſedec typicè euenerunt, non tamẽ tota prophetia. Multi enim inſurrexerunt in eos, non modò vicini, ſed etiam Macedones & poſtea Romani. Verum prædictio ſufficiẽtem gratiam pollicetur. Quocirca certum eſt illis quidem temporibus eorum contigiſſe: hæc verò temporibus ſacrorum Apoſtolorum. Hi enim ſoli domum Spiritus ſancti habuerunt.

*Ecce*

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXIII.

* VAe paſtoribus. *Hic conſequenter Ieremias prophetat contra ſacerdotes & falſos prophetas, quos vocat paſtores, eò quòd tenebantur paſcere populum exemplo bonæ vitæ, & verbo ſanæ doctrinæ ipſi autem faciebant contrarium, & ideò præſens capitulum in tres partes diuiditur, quia primò Ieremias malitiam eorum breuiter arguit, ſecundò aduentum boni paſtoris, ſcilicet Chriſti prædicit, ibi: Et ego, tertio nequitiam malorum paſtorum diffuſius reſumit, ibi:* Ad prophetas, *vt ſic oppoſita iuxtà ſe poſita magis eluceſcant. Circa primum dicit.* (Diuiſio.)

1 Væ. *Ideſt prophetis ſal. & ſacerdotibus.*

2 Qui diſper. & di. *Exemplo malæ vitæ & verbo falſæ doctrinæ ideò ſubditur pœna cum dicitur.*

3 Ecce ego viſi. *acriter puniendo.*

4 Malitiã. ſtu. ve. *Ex quo patet q̃ ex certa ſciẽtia faciebãt talia.*

5 Et ego. *Hic conſequenter nunciatur aduentus boni paſtoris, ſ. Chriſti, de quo eſt principalis intentio huius prophetiæ & aliorum, ſicut dictum fuit in prin. huius lib. tamẽ aliqui expoſitores noſtri totã iſtam partẽ vſque ibi:* Ad prophetas, *exponũt de reditu captiuitatis Babylonicæ, et qđ ſubditur:* Et ſuſcita. ſuper eos pa. *exponũt de Ieſu filio Ioſedech, Eſdra, Neemia, Aggæo, Zacharia, & qđ poſtea ſubditur:* Suſcitabo Dauid germen iu. *exponũt de Zorobabel qui fuit de ſemine Dauid, vt patet Matth. 1. & fuit dux populi de captiuitate redeuntis, qđ aũt poſtea ſubditur.* Et hoc nomẽ qđ vocabũt eum, dñs iuſtus. *Quia ſicut dicunt iſti expoſitores Iudæi imponebant antiquitus filijs ſuis nomina Dei. Sed iſta expoſitio nõ videtur vera. Primo quia dicitur ibi.* Nõ formidabunt vltrà & non pauebunt. *Reuerſi aũt de captiuitate Babylonica fuerunt frequenter in afflictione magna & abiectione, vt dicitur Neemię 1. & in magno timore à Gẽtibus circũſtantibus in tantũ quod vna manu faciebãt opera & altera tenebant gladium. Secundo quia ſubditur:* Et nullus. *Ideſt, deficiet quia non oẽs Iudæi reuerſi fuerunt de Babylone, ſed multi remanſerunt amore vxorum quas acceperant, & prolis, quam ibi genuerant, vt dictum fuit Eſdr. 1. quod exponũt de Zorobabel:* Suſcitabo Da. *non eſt verum, quia ſubditur:* Et regnabit. *Quia Zorobabel non fuit rex. Item quia illo eodẽ rege ſubditur.* Et hoc eſt nomen. *Vbi n. translatio noſtra habet dominus in Hebr. habetur nomen domini Tetragrãmaton quod ſecundum doctores Hebręorũ eſt appropriatum ſummo creatori, & ideò nõ põt cõuenire alicui puro homini. Quod aũt dicunt ... rius q̃ Iudæi nomina Dei imponebant filijs ſuis, eſt fictitiũ & maximè de nomine domini Tetragrãmaton: quod propter ſui ſanctitatem nullus audebat nominare niſi ſoli ſacerdotes, nec tamen vbique, ſed tantum in templo. Preterea expoſitores iſti magis iudaizant quam Iudęi. qui paſſum iſtum intelligendum dicunt ad literam de Chriſto: vnde & translatio Chaldaica quę apud Heb. eſt autentica, & dicitur Thargum apud eos, vbi nos habemus: Suſcitabò Dauid germen iuſtum, habet, Statuam Dauid Meſſiam iuſtum, propter quod litera iſta de Chriſto eſt exponenda. Et diuiditur in tres partes quia primo prędicitur fidelium congregatio ſecundo ſubditur congregantis conditio, ibi.* Ecce dies, *tertio tanti beneficij recognitio, ibi.* Prop... *Circa primum dicitur in perſona domini.* Et ego congre. *quę congregatio non eſt intelligenda per localem motum, ſed per vnitatem fidei, & charitatis nexum: ſecundum quod dicitur Ioban. 11. quod Chriſtus moriturus erat pro gente, & vt filios Dei qui diſperſi erant congregaret in vnum ritum fidei Chriſtianę de varijs ſectis Gentium & Iudęorum: in quibus erant diſperſi.*

* 1 E...

*MORALITER.*

† 1 *Væ paſtori.* Per ſacerdotes vete. teſt. contra quos prophetat Ieremias, ſignantur mali ſacerdotes noſtri & corũ cõſiliarij filiarij de quibus dicitur. *Væ paſtoribus.* Iſti ſunt qui verbis & malis factis auertunt populũ ab illis qui ſciunt & volunt dare fidelibus conſilium ſalutis, & iſtis comminatur dominus væ damnationis æternæ.

† Ec...

a¶Vt fiat vnum ouile.
omnibus terris ad quas eiecero eos illuc,& conuertam eos ad † rura ſua, & creſcent & multiplicabuntur, & ſuſcitabo
a¶Apoſtolos. b¶Pa e verb Dei. c¶Eccleſiæ gregem
ſuper eos paſtores,& paſcent eos. Non formidabunt vltrà, & non pauebunt, & † nullus quæretur ex numero,
a dicit dominus. † Ecce dies veniunt, dicit dominus, &
¶Chriſtum
ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, † ſa-
a¶Non enim pater iudicat quemquam,ſed omne iudicium dedit filio.
piens erit. & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In die-
a¶Vt de duabus virgis fiat vna. b¶Due tribus ¶Decem tribus.
bus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter.
a¶Sicut & in Iſaia Emanuel appellatur b¶Vnde,qui factus eſt vobis ſapientia à Deo & Iuſtitia.
Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum: dominus iuſtus

a *Ecce dies ve. di.&c.* Abiectis paſtoribus ſynagogæ: Scribis, ſcilicet & Phariſeis, & Apoſtolis in loco eorum ſubſtitutis, inducitur Chriſtus paſtor paſtorum. ⋆ Theodore. Iudæi attoniti conant hęc impudenter trahere ad Zorobabelē, verum intelligere eos oportebat illum non eſſe regem, ſed ducem populi, nec nominari Ioſedech. Atqui nec interpretatio nominis quadrat illi. Significat enim nomen, Dominus iuſtitia noſtra, vel iuxta Syri interpretationē, Domine iuſtifica nos. Neutrum autem cōuenit Zorobabeli. Verum quia typus erat Chriſti, & captiuos è Babylone in Iudæā reduxit, quēadmodum Chriſtus mancipatos à diabolo traduxit ad veritatem, ſi quis typicè volet iſta illi adaptare, nihil alienum à veriſimili faciet.

D

† proſperabit.

☞ 1 Pro-

## NICOLAVS DE LYRA.

* Et conuertam eos. *Ager autem dominicus eſt eccleſia. Et ſicut dicitur ager vnus propter vnitatem vniuerſalis eccleſiæ, ita poſſunt dici plures agri propter diuerſas prouincias in quibus viget cultus Chriſti: & propter diuerſa loca huic cultui conſecrata, ad quæ conueniunt fideles. Et dicuntur hic rura. in Hebræo autem habetur. ad maneria ſua per quod clarius ſignantur loca Deo dicata.*

B Et creſ. *Sicut patet impletum per multiplicationē fidelium.*

Et ſuſcitabo ſuper. *Scilicet Chriſtum, qui eſt princeps paſtorum, & Apoſtolos & ſucceſſores eorum.*

Non formi. *iſtud refertur ad ſtatum triumphantis eccleſiæ, qui ſimul currit cum ſtatu eccleſiæ militantis à tēpore paſſionis Chriſti, per quem aperta fuit ianua cęleſtis, in illo vero ſtatu formido non habet locum, ſed firma ſecuritas & æterna.*

Et nul. *Scilicet prædeſtinatorum, de quo nullus deficiet ab aſſecutione cæleſtis patriæ.*

Ecce. *Hic conſequenter deſcribitur conditio congregantis, ſcilicet, Chriſti Dei veri & hominis, cuius vera humanitas oſtēditur ibi.*

Et ſuſcita. Da. *Quia factus eſt rex ex ſemine Dauid ſecūdum carnem. Rom. 1.*

Et regnabit. *Propter quod dicit Matth. vlt. d. Data eſt mibi omnis poteſtas in cælo & in terra.*

Et ſapiens. *Sapientia increata & creata.*

o Et fa. *Diſcretionis in præſenti, diſcernēdo fideles ab infidelibus*
C *vocando aliquos ad fidem, & alios dimittendo ſuo iuſto iudicio licet nobis occulto: & iudicium diſcuſſionis in fine mundi.*

1 Et iuſti. *Dando legem Euangelicam, quæ continet perfectam iuſtitiam, & in fine mundi proferendo iuſtam ſententiam de retributione bonorum & punitione malorum, vt habetur Matth. 25.*

2 In die. *Id eſt, quicunque verè confitetur corde & ore nomen domini, & quod iſte ſit intellectus, patet non ſolum per expoſitores Latinos, ſed etiam Hebræos: quia Gen. 41. dicit quædam gloſ. Hebraica, poteritne dici quòd redemptor ſit leuans facies, id eſt, acceptor perſonarum? Et ſubditur ibi: Abſit, ſed omnes confitentes ei corde ſuo & ore, & operibus ſaluabit, ſicut ſcriptum eſt Iere. 23.* In diebus. *Ac dicat, confitentes ei. hæc gloſ.*

3 Et Iſrael. *Iſtud refertur ad ſtatum eccleſiæ triumphantis, vbi eſt ſumma ſecuritas.*

4 Et hoc eſt. *In Hebr. habetur nomen domini Tetragrammatō: quod non poteſt dici niſi de Deo vero. Dicit enim Rab. Moy. libro directionis perplexorum quòd hoc eſt nomen impoſitum Deo ad ſignificandum nudam eſſentiam diuinam, ſecundum ſe abſque aliquo reſpectu ad creaturam, & propter hoc eſt omnino incommunicabile. Alia verò nomina aliquo modo communicabilia ſunt, ſicut hoc nomen dominus communicatur magnis perſonis habentibus ſubiectos, & qui promouet aliquem dicitur eius creator: ſicut communiter dicitur, ꝙ promotus eſt creatura eius, ſimiliter hoc nomen Deus, quia iudices dicūtur dij Exod. 22. Vtriuſque enim cauſa ad eos perueniet. Et per hoc patet diuinita vera ipſius Chriſti, hoc autem nomen apud Heb. dicitur ineffabile, & ideò tranſlator loco ipſius poſuit nomē commune, & hoc modo transfertur dictum nomen vbicumque in veter. teſtam. inuenitur. Aliqui dicunt. quod hoc nomen domini Tetragrammaton non dicitur de Deo tantummodo, ſed etiam de alijs, verbi gratia Ezech. vltim. d. dicitur: Et nomen ciuitatis dominus, & vbi habemus dominus: in Hebræo habetur Tetragrāmaton, ergò hoc nomen Tetragrammaton quod ſtat hic pro ciuitate, nō* E *dicitur de Deo. Item Geneſ. 22. c. Vocauit Abraham nomen loci illius, dominus videt. Et vbi habemus dominus, in Hebr. habetur nomen domini Tetragrāmaton. Item Iudic. 6. e. legitur: Aedificauit ergo altare domino, vocabitque illud domini pax. vbi in Hebræo habetur nomen domini Tetragrammaton. Item Exod. 17. d. Aedificauit Moyſes altare Domino, & vocauit nomen eius. Dominus exaltatio mea, vbi habemus Dominus, in Hebræo habetur nomen domini Tetragrammaton. Sed iſta non derogant dictis Ra. Moy. quia nullum prædictorum nominatur nomine Dei proprio, & abſolutè, ſed à quodam effectu Dei, ergo nullus homo propriè, & abſolutè vocatur Deus, ſed cum quadam connotatione & ab aliquo effectu Dei: ſicut multi ſunt vocati Deodatus, dominus dedit: & ſimiliter de pluribus tam hominibus quam locis, ſicut eſt in locis allegatis ſuprà, vt patet intuenti. Verūtamen in prima autoritate dicente. Et nomen ciuitatis, dominus debet addi, ibidem. Vnde tranſlatio Chaldaica habet: Nomen ciuitatis exponent a die qua faciet dominus deſcendere diuinitatem ſuam ibidem. Et ſic patet ad alia, quid ſit dicendum: quia* F *ſemper cum aliqua connotatione ponitur dictum nomen, quando ponitur pro alio, quam pro vero Deo.*

15 Iuſtus. *Id eſt, iuſtificans nos, per quod etiam oſtenditur eius diuinitas, cuius proprium eſt iuſtificare impium. Sciendum autem quod Hebræi ne hac autoritate cogerentur Chriſti diuinitatem cōfiteri, quem expectant futurum hominem purum, Moyſe tamen ſanctiorem, dicunt quòd litera Hebraíca talis eſt: Et hoc eſt nomen eius quia vocabit eum Dominus iuſtus noſter, & quod nomen domini Tetragrammaton quod ſoli Deo conuenit, non dicitur hic de Meſſia ſecundum eos, ſed de Deo qui vocabit eum ad redemptionem Iudæorum, & ipſi poſſunt ſic mutare literam de facili, quia dictio Hebraica quæ hic ponitur, ſcilicet, Aſſer, indifferenter accipitur pro qui & pro quid. Item vocabunt eum & vocabit eum, eiſdem literis Hebraicis penitus ſcribuntur, ſed variè punctuantur, quæ pūctuatio poteſt valdè de facili fieri. Et quod Iudæi talem falſitatem fecerint in hoc loco, patet per 70. interpretes, qui fuerunt Iudæi valde literati, & in hoc loco ſic tranſtulerunt. Et hoc eſt nomen quod vocabūt eum Dominus iuſtus noſter, nec tamen per hoc reuelauerunt diuinitatem Chriſti Ptolomæo regi, quam intendebant ei celare, ſecundum quod dicit Hieronymus in pluribus locis: quia pro nomine domini Tetragrammaton tranſtulerunt nomen Græcum κύριος ſignans dominum, ſicut hoc nomen dominus ponitur in tranſlatione Latina: Quod nomen non ſolum dicitur de Deo, ſed etiam de quodlibet homine magno. Falſitas etiam prædicta patet per tranſlationem Chaldaicam, quæ ſic habet in hoc loco.* Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum.

⁂ *Propter*

## *MORALITER.*

† *Ecce.* Hic ad literam promittitur verus & bonus rex & paſtor Ieſus Chriſtus, per quem moraliter intelligitur bonus rex vel prælatus. nam vterque eſt Chriſti vicarius vnus in tēporalibus & alius in ſpiritualib. ideò ſubditur *Et ſuſci.* Id eſt Chriſtum.

*Ger.* Id eſt, tenerum pietate admodum germinis erga verè pęnitentes, & aſperum ęquitate erga duros & rebelles, vnde Dauid dicitur 2. Regum 23. a. Ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui quāuis ſit valdè mollis, tamen lignum durum penetrat ſicut ferrum, per quod ſignatur quod vicarius veri Dauid. ſcilicet, Ieſu Chriſti debet eſſe valdè mollis pietate erga bonos & durus æquitate erga malos obſtinatos.

12 *In diebus.* Nam ſub tali principe vel prelato confidenter habitant actiui boni, qui per Iudam, & boni contemplatiui, qui per Iſrael ſignantur.

 † *Ad pro-*

a¶Quando oritur vt ſol iuſtitiæ,
noſter. †Propter hoc ecce dies veniūt, dicit dominus: & nō 1
¶Per Moyſen, 2
dicēt vltrà: viuit dominus qui eduxit filios Iſrael de terra
¶Per Chriſtum.
Aegypti, ſed viuit dñs qui eduxit & adduxit ſemen domus 3
Iſrael de terra Aquilonis, & de cunctis terris ad quas eiece
a¶Eccleſia. b¶Pſeudo. Sermo dirigitur.
rā eos illuc, & habitabunt in terra ſua. Ad prophetas: Con 4
a¶Victimam humilitatis offert Deo. Vnde: Cor contritum & humiliatum 5
Deus non deſpicies, &c. de quibus: Omnia oſſa mea dido. quis ſi. tibi?
tritum eſt cor meū in medio mei, contremuerunt omnia 6
oſſa mea. Fact⁹ ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madi- 7
a¶Vel decoris gloriæ eius.
dus à vino, à facie dñi, & a facie ſanctorum verborū eius, 8
a¶Hoc in Lxx, non habemus. b¶Lxx. iuramenti, vani.
q a †adulterijs repleta eſt terra, quia † a facie maledictionis 9
a¶Ideo. b¶Sterilis facta. 10
luxit terra arefacta ſunt arua deſerti. Factus eſt curſus eorū
a¶Ductor. 11
malus & fortitudo eorū †diſſimilis. Propheta namque & ſa 12
a¶Miniſterii dignitas. b¶Eccleſia. 13
cerdos polluti ſunt, & in domo mea inueni malū eorū, ait 14
a¶Hæreticorum error. b¶Vt non videant qui dicit. Ego ſum lux mundi. 15
¶Contra quas Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine.
dominus. Idcircò via eorū erit quaſi lubricū in tenebris:
a¶Omni vento doctrinæ. 16
Impellentur enim & corruent in ea. Quia afferā ſuper eos
a¶Hæreticis & omnes qui iactant falſi nominis ſcientiam, prophetæ ſunt Samariæ.
mala, annū viſitationis eorum, ait dominus. Et in prophe- 17
a¶Qui non habent Chriſtum Dei virtutem, Dei ſapientiam. b¶Idolo dæmonibus conſecrato.
tis Samarię vidi fatuitatem, & prophetabant in Baal, & 18

a *Propter hoc &c.* Hoc totum cap. in 70. non habetur, cuius hic ſenſus eſt: Quia non per Moyſen populus Dei de Aegypto liberetur, ſed p Chriſtū de toto orbe. Quod ex toto cōplebitur, quando ab Oriente & Occidente & Septentrione & Meridie venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob, *vt poſtquam intrauerit plenitudo Gentiū, tunc omnis Iſrael ſaluus fiat*

Mat. 5. b
Rom. 11. b
†ſup. 16. c
Pſal. 93. b

b *Quaſi homo.* Nullius intelligētiæ, nullius ſapientiæ. *Dominus enim nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.* Vbi ſunt ergo qui perfectam in homine iuſtitiam prædicant? vt reſponderint ſanctis ſe hæc dicere, non de ſemetipſis, quis ſanctior Ieremia? Qui virgo, propheta, ſanctificatus in vtero, præferens Saluatorem nomine ſuo, Ieremias. n. interpretatur excelſus domini.

B

†adulteris.
† non recta.

* Theodoret. Conuertit ſermonē aduerſus mendaciorū precones, eoſq; vocitat adulteros, vt q adulterent & corrūpant verbum diuinum. Prædicit autē mala eis obuentura & comparat eos ꝓphetis Samariæ, qui prophetę Baal palam vocabantur. Etenim, hi ait, dum pacem falsò populo promiſerunt, in cauſa fuerunt, ne quiſquam auerteretur à via ſua mala, atque eorum conſilio imitati ſunt Sodomæ & Gomorrhæ nequitiam.

c *A facie.* Conſiderato vultu omnipotentis Dei, ideſt, patris, & vultu filij, qui eſt ſplendor gloriæ: & figura ſubſtantiæ eius, propheta, & anima, & corpore perhorreſcit, & ſe nihil eſſe intelligit vnde. *Vt iumentum factus ſum apud te.*

d *Luxit.* Quidquid de terra Iudæa iuxtà literam intelligis, ad congregationem credentium referre poteris. Propter adulteria. n. & mendacia & periuria, virtutum & gratiarum ſterilitas cōſequitur.

e *Propheta.* Quando ī eccleſia Dei & maximè in principibus eius inueniunt mala, ſcimus eſſe completum. Propheta namque & ſacerdotes polluti ſunt.

f *Afferam.* Nō quod mala ſint, aut dominus inferat mala, ſed mala videntur his qui ſuſtinent ſupplicia, alioqui eadem, & bona & mala ſunt. Mala iuxt. eos quos cruciant: bona iuxta eos quos emendant. Et notandum quod annus viſitationis domini dicitur correctio & cruciatus peccantis. vnde: *Viſitabo in virga iniquitates eorum, &c. Miſericordiam autem meā nō diſpergā ab eo.*

g *Et in prophetis.* Quomodo prophetæ Samariæ quidquid loquuntur prophetant in Baal, ſic hæretici in eccleſia, ſiue extra, vt ſupplantent populum Iſrael, qui prius cernebat Deum, loquuntur in dæmonibus. ☞ A pro-

C

NICOLAVS DE LYRA.

1 Propter hoc. *Hic conſequenter ponitur tanti beneficij recognitio cùm dicitur.*

*

2 Et non. *Quia ſicut ad præſentiam maioris luminis minus obfuſcatur, ſic adueniente beneficio incarnationis Ieſu Chriſti & redēptionis noſtræ per eū factæ obfuſcata ſunt omnia beneficia, & quaſi obliuioni data, quæ fuerunt in veteri lege tanquam modica aut nulla reſpectiuè.*

3 Sed vi. *Quod non poteſt intelligi de reditu captiuitatis Babylonicæ quia illud beneficium quaſi incomparabiliter minus fuit quā eductio filiorum Iſrael de Aegypto in tot ſignis & mirabilibus diuinis, & in tanta multitudine, quod erant ſexcenta milia abſque mulieribus & paruulis: & ideò iſta adductio intelligitur de vocatione ad fidem Chriſti: quia de omnibus terræ partibus ſunt aliqui vocati, & iſta vocatio maior eſt & excellentior quaſi incomparabiliter omnibus beneficijs vete. te.*

4 Et ha. *In ter. Ideſt, in eccleſia militante, & poſtea in triumphāte quæ eſt terra viuentium promiſſa fidelibus in premium, vt frequēter ſuperiùs declaraui.*

5 Ad prophe. *Hic conſequenter nequitiam malorum paſtorū diffuſius reſumit, & primò arguit eorum vita, ſecundò doctrinam, ibi.* Hæc dicit: *Prima adhuc in duas: quia primo arguitur eorum mala vita, ſecundò ſubditur pœna, ibi:* Idcirco: *Circa primum dicit Ieremias.*

6 Contritum. *Quia dolebat de mala vita ſacerdotum, & falſorum prophetarum. Compatiebatur etiam eorū naturæ propter mala quæ videbat eis imminere, licet eorum culpam odiret.*

7 Factus ſum. *Ideſt, attonitus præ eorum malitia, & ſequens pœna ideò ſubditur.*

8 A fa. do *Vindictam præparantis.*

9 Quia adul. *Sicut dictum eſt, ſuprà. v. c. Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.*

10 Quia à fa. *Ideſt, propter blaſphemias cōtra Deum & alia mala.* Luxit terra arefacta. *Præ ſiccitate nimia, ſicut diffuſius explicatur ſupra 14. Sicut enim pratum dicitur ridere metaphoricè quando viret, ſic terra lugere quando aret.*

11 Factus eſt cur. *Ad mala enim currebant ſine fræno rationis & diuinæ legis.*

12 Et fo. eo. *Patribus antiquis.*

13 Propheta. *Luxuria & auaritia.*

14 Et in do. *Ideſt, in templo meo nomini dedicato.*

15 Inuenit. *ideſt. idola quæ colebant 4. Reg. 21.*

16 Idcirco. *Hic ſubiungitur pœna, cum dicitur:* Idcirco via eorum erit quaſi lu. & c. *hoc eſt dicere, inferam eis plura mala, vnum ſuper aliud.*

17 Et in. *Qui iam erant in captiuitatem ducti à ſexto anno Eze. 4. Regū. 18. vbi habemus fatuitatem, in Heb. habetur blaſphemia, ideo ſubditur.*

18 Et pro. in Ba. *Quærendo reſponſum ab idolo, vel potius a dæmone in ipſo & non Deo: & ſic erat quędam blaſphemia, quia per hoc oſtendebant quod reputabant Baal, plus quàm Deum.*

* Et i[n]

*MORALITER.*

† 5 *Ad pro.* Per falſos prophetas ve. te. contra quos loquitur Ieremias ſignantur mali doctores & prædicatores noui teſt. qui docent vel prædicant præſumptuosè ad ſui oſtentationem vel quæſtus temporalis procurationem, quod eſt valdè periculoſum propter quod ſubdit Ieremias.

6 *Contri.* Nam tales doctores vel prædicatores frequēter immiſcent errore ex ignorantia, vel rei temporalis concupiſcentias mala potentum nequiter excuſantes i[n] de talibus ſubditur poſtea.

13 *Et in pro.* Magna namque fatuitas eſt docere vel pr[ædi]care quæ ignorantur. Quod tamen frequenter cōtin[git] vnde dicit Hieronymus in epiſtola ad Paulinum de o[m]nibus ſacræ ſcripturæ libris: Sola ſcripturarum ars e[ſt] ſibi paſſim omnes vendicant hanc garrula anus, h[anc] delirus ſenex, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, d[o]cent antequam diſcant.

† Et i

a *A prophetis.* Vtimur enim hoc teſtimonio aduerſus eos qui epiſtolas plenas mendacio & fraudulentia & periurio in orbẽ dirigunt, & aures audientium polluunt. Non enim ſufficit eis iniquitatem propriam deuorare, vel proximos lædere, ſed quos ſemel oderũt per totum orbem conantur infamare, & vbique blaſphemias ſeminare.
b *Quis enim.* Nolite credere falſis prophetis hæc dicentibus, vnde ſcire poſſunt conſilia domini, quis vidit & annunciauit eis?
✻ Hieronymus. Vbi nos poſuimus in conſilio domini, in Hebræo ſcriptum eſt beſod Aquila, ſecretũ Symmachus, ſermonẽ LXX. & Theodotio ſubſtãtiam ſiue ſubſiſtentiam Dei, interpretati ſunt.
c *Ecce tur.* Quaſi dicat per contrariũ patet prophetas neſcire quod dicunt pro pace enim & ſecuritate quã promittunt, venit tempeſtas Babylonia.
d *Non mitte.* Hinc Apoſtolus, *ſicut non probauerunt habere Deum in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant*

a ¶Non ſolum in hæreticis. ¶Doctoribus. b ¶Eccleſiæ.
decipiebant populum meum Iſrael. Et in prophetis Ieruſa 1
a ¶Vel horribili. b ¶Verbi Dei. c ¶Euntes per viam mendacij, acquieſcentes hæretcis.
lem vidi ſimilitudinem adulterantium & iter mẽdacij. Et 2
a ¶Quos debuerant corrigere.
confortauerunt manus peſſimorum, vt non cõuerteretur 3 4
a ¶Non impune ferent, finis eorum quaſi Sodomæ & Gomorrhæ.
vnuſquiſq; à malitia ſua. Facti ſunt mihi oẽs Sodoma, & 5
habitatores eius quaſi Gomorra. Propterea hęc dicit domi 6
¶Vel doloribus vel amaritudine.
nus exercituũ ad Prophetas: Ecce ego cibabo eos abſinthio
& potabo eos felle. A prophetis. n. Ieruſalem egreſſa eſt † pol 7 8
lutio ſuper omnem terram. Hæc dicit dominus exerci-
a ¶O popule, ne putes te alienum a culpa, ſi acquieueris, par enim pœna diſcipulo & magiſtro
tuũ: Nolitẽ audire verba prophetarum qui prophetant vo 9 10
a ¶Quam ſimulauerunt.
bis, & decipiunt vos. Viſionem cordis ſui loquuntur, nõ de 11
a ¶Hæreticis & peruerſis. b ¶Quod dicemus.
ore domini. Dicunt his qui blaſphemant me: loquutus eſt 12
a ¶Non nos. b ¶Ne timeatis vanis comminationibus territi.
dominus: Pax erit vobis, & omnis qui ambulat in † praui- 13
a ¶Quod timetis pro conſcientia mala, ſed bonum quod loquutus eſt dominus
tate cordis ſui dixerunt: nõ veniet ſuper nos malũ. Quis 14
.n. affuit in † conſilio dñi, & vidit & audiuit ſermonẽ eius? 15
Quis cõſiderauit verbum illius, & audiuit? Ecce turbo do-
minicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens 16
a ¶Non ſuper alios. b ¶Populi vel eorum qui falſa nuntiant.
c ¶Idest non placabitur ſicut olim: ſed quod ſæpe comminatus eſt complebit.
ſuper caput impiorum veniat. Non reuertetur furor dñi
vſq; dum faciat, & vſq; dum compleat cogitationem cor- 17
a ¶Cum extremum captiuitatis tempus euenerit.
b ¶Quod vos nunc non intelligitis ſed intelligere iactatis.
dis ſui. In nouiſſimis dieb. intelligetis † cõſilium eius. † Nõ 18
mittebã prophetas, & ipſi currebãt: nõ loquebar ad eos, & 19
a ¶De corde ſuo. b ¶Idest, Voluntati meæ acquieuiſſent.
c ¶Non blandientes eis neque adulantes: & dicentes in iuſtitia veſtra viuetis.
ipſi prophetabãt. Si ſtetiſſent in † cõſilio meo & nota feciſſet 20
a ¶Ne facerent ea quæ non conueniunt, ſequentes cogitationes.
verba mea pplo meo, auertiſſẽ eos vtiq; a via ſua mala & à 21 22 23

ciant quę non conueniunt, repletos iniquitate, malitia & fornicatione. Cum enim falſi doctores ſemel ſe tradiderint mendacijs atq; periurijs & moribus deceptorum, præcipites corruerũt ad interitum ſuum & aliorum. Conſideremus hæreticos quomodo ſemel deſperati, gulæ ſe tradant, delitias quærant, balnea adeant, muſco fragrent, varijs vnguẽtis delibuti quęrentes corporum pulchritudinem, non credentes reſurrectionem, quod ſi non verbis, factis loquuntur. D

† duritia E

✻ Theodoretus. Conuertit ſermonem aduerſus mendaciorum precones, eoſque vocitat adulteros vt qui adulterent & corrũpant verbum diuinum. Prædicit autem mala eis obuẽtura, & comparat eos prophetis Samariæ, qui prophetæ Baal palam vocabantur. Etenim hi, ait, dum pacem falsò populo promiſerunt, in cauſa fuernt, ne quiſquam auerteretur a via ſua mala, atque eorum conſilio imitati ſunt Sodomæ & Gomorrhæ nequitiam. F

† ſecreto

† Sup. 14. c. infrà 27. c. & 29. b.

I *Audiui*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in prophe. *ad prophetas Samarię.*
2 Adulterium. *i. idololatriam.*
3 Et iter menda. *Quia decipiebant populum Iudę, ſicut illi populum Samarię. In Hebręo habetur ſic: Vidi turpitudinem adulterij & iter mendacij, Turpitudo. n. adulterij eſt, quando adultera in eodem lecto recipit adulterum cum marito, & ſic iſti fecerunt quia in templo domini idolum poſuerunt.*
4 Et conforta. *ſuo malo exemplo & verbo falſo.*
5 Manus peſ. *Ad permanendum in peccato.*
6 Facti ſunt. *i. abominabiles vt Sodomitę, ideò ſubditur inflictio pœnę.*
7 Ecce ego. *i. replebo eos pœna amariſſima.*
8 A pro. *Idololatrię & aliorum malorum.*
9 Super om. *ſ. Iudęę, quia populus eos imitabatur.*
10 Hæc di. *Hic conſequenter arguitur prophetarum falſorum, & Sacerdotum doctrina, & primò quantum ad denuntiationem falſitatis, ſecundò quantum ad deriſionem veritatis, ibi.* Si igitur. *Prima adhuc in duas, quia primò arguitur in eis denuntiatio falſi, ſecundò coloratio ſui dicti, ibi.* Audiui quæ dixerunt prophetæ prophetantes in nomine meo mendacium. *Circa primùm dicitur.*
11 Nolite audire verba prophetarum, &c. *Mendacium ad vos decipiendum.*
12 Viſionem cordis. *i. fictam ab eis.*
13 Dicunt his. *ore & Opere.*
14 Pax erit. *Aſſecurando & nutriendo eos in malis.*
15 Quis enim. *De prophetis ſic loquentibus, q. d. nullus, quia euenit contrarium, ideò ſequitur.*
16 Ecce turbo. *i. impetus diuinæ vindictę.*
17 Super caput. *Siue ſint ſacerdotes ſiue populares.*
18 Non reuertetur furor d. &c *i. non impedietur, ſed abſque dubio veniet.*
19 In nouiſſ. die. *i. tempore deſtructionis ciuitatis, quod dicitur hic vltimum, quia tunc terminatum fuit regnum Iudęorum.*
20 Intelligetis. *i. pœnam quam diſpoſui inferre, videbitis per effectum.*
21 Si ſtetiſſent in conſilio meo. *Verbis prophetarum meorum credendo.*
23 Et nota feciſſent verba mea populo. *Sicut tenebantur ex officio.*
22 Auertiſſem eos vtrique a via ſua, &c. *Spiritum verè pœnitętię eis conferendo.*

✻ Putas

## MORALITER.

1 *Et in prophetis Ieruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium iter mendacij, &c.* Per adulterium enim procreantur filij falſi, & per prædicationem quæſtualem fiunt diſcipuli, vel auditores decepti, propter quod de talibus adulterantibus verbum Dei, dicit Apoſtolus ſecundæ Corinthiorum ſecundo. d. Non ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate &c.

A a *Audiui.* Sunt multa genera prophetãdi quorum vnum eſt ſomniorum, ſicut in Daniele. Idcirco ad eos ſermo ꝓpheralis dirigitur q̃ credunt in ſomnijs, & omnia quæ cernunt, putant reuelationem eſſe diuinã, quæ propriè ſanctis aperitur. Pharao tamen & Nabuchodonoſor reges impij ſomnia vera videbant, nõ propter ſuum meritum, ſed vt tali occaſione Ioſeph & Daniel claB reſcerent & corda indomabilia tyrannorum propria cõſciẽtia domini maieſtatem ſentirent.

†operibus.

Gen. 41.a. & Dan. 2.a.

†Propterea.

b *Somnia eorum.* Sunt hodie ſomniatores in eccleſia, q̃ errores ſuos domini prophetias faciunt crebrò dicentes, ſomniaui: contra quos dicitur: *Vſquequo iſtud, &c.*

c *Quid pal.* Pulchrè doctrina hæreticorum paleis comparatur quæ medullã non hẽnt, nec refectionem præbent.

†lenificant

d *Nunquid non.* Quod in priori populo prophetæ mẽC tiebantur dicentes. *Hæc dicit dominus,* & *Vidi dominũ.* Et, *Verbum*

a ¶Vt tantum omnia præſentia cognoſcam, non longinqua? vbique ſum, omnia cognoſco. b ¶Lxx. Deus appropinquans ego, &c.

pessimis† cogitationib. ſuis. Putâſne dominus è vicino ego 1

a ¶Q. Quo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiam?

ſum dicit dñs, & non Deus de longè? Si occultabitur vir in 2

a ¶Quaſi vbique præſens ſum. quia omnia impleo.

abſconditis, & ego non videbo eum, dicit dominus? Nun- 3

quid non cœlum & terram ego impleo, ait dñs? Audiui 4

a ¶Contra quos eſt ſuperior titulus ad prophetas.

a quæ dixerunt prophetæ prophetantes in nomine meo mẽ 5

daciũ, atq; dicentes: Somniaui, ſomniaui. Vſquequo iſtud 6

eſt in corde prophetarũ vaticinantiũ mendacium, & pro-

phetantiũ ſeductiones cordis ſui? Qui volũt facere, vt obli- 7

¶Qui nunc eſt.

b uiſcatur populus meus nominis mei pp ſomnia eorum,

quę narrat vnuſquiſq; ad proximum ſuũ, ſicut obliti ſunt

a ¶Antiquus populus de Ægypto egreſſus. b ¶Q. Non in nomine meo prophetant ſed in Baal:

pâtres eorum nominis mei propter Baal. † Propheta qui 8

a ¶Eorum eſt exponere ſomnium, qui habent Dei ſermonem, in quibus eſt veritas, non mendacium.

habet ſomnium, narret ſomnium; & qui habet ſermo- 9

c nem meum, loquatur ſermonem meum verè. Quid 10 11

a ¶Hæreticis. b ¶Sanctos. c ¶Non hæreticorum. ¶Q. Nunciant ventura ſupplicia, non adulantur palcis, incendium comminantur, 12

d pâleis ad triticum: dicit dñs? Nunquid non verba mea ſunt 13

a ¶Lxx. ſecuris, de qua dictum eſt: ſecuris ad radicem arboris. b ¶Dura corda hæreticorum, vt auferatur cor lapideum, & inſeratur cor carneum, quod poſſit præcepta Dei ſuſcipere & ſentire.

e quaſi ignis, dicit dñs, & quaſi malleus conterens petram? 14

f Propterea ecce ego ad prophetas, ait dñs: Qui furantur ver 15

ba mea vnuſquiſque à proximo ſuo. Ecce ego ad prophe- 16

a ¶Vel dormierunt dormitatione.

tas, ait dominus, qui † aſſumũt linguas ſuas, & aiunt, di- 17 18

a ¶Dominus vel ſermo diuinus.

cit dñs: ecce ego ad prophetas ſomniantes mendacium, ait 19 20

dominus: qui narrauerunt ea, & ſeduxerunt populum 21

a ¶Magna & incredibilia repromittunt docentes, quæ non oportet turpis lucri gratia, malis proſpera, bonis aduerſa nunciantes.

meum in mendacio ſuo, & in † miraculis ſuis, cum ego nõ 22

miſiſſem eos, nec mandaſſem eis, qui nihil profuerũt popu

g lo huic, dicit dominus. Si igitur interrogauerit te po- 23

*bum domini quod factum eſt* ad illum ſiue ad illum. Sic hæretici aſſumunt teſtimonia ſcripturarum de vtroque teſtamento, & furantur verba Saluatoris, vnuſquiſque a proximo ſuo, prophetis Apoſtolis & Euangeliſtis: & aſſumunt linguas ſuas, vt cordis venena ore pronuntient, & dormiant dormitationem. Vnde: *Dormierunt ſomnum ſuũ, & nihil inue. omnes vi. di. in ma. ſu.* Minatur ergo dominus contra huiuſmodi magiſtros ſe eſſe venturum. D E

Pſ.

e *Quaſi.* De eccleſiaſticis viris ſcriptũ eſt, quod malleus & ſecuris non ſunt audiant in domo domini.

f *Qui furantur.* Semper. n. mendacium imitatur veritatem: aliter. n. non poteſt decipere.

g *Si igitur interro.* ✻ Theodoretus. Impij prophetas appellabant ſceleſtos, & prophetiã onus. Hortat̃ ergò Deus ne hac appellatione vtantur ac non obtemperantibus, minatur pœnam.

Hiero-

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Putans me Deus è vicino ego ſum dicit dñs, & non Deus de longè, &c. *i. cognoſcens tantum illa quæ ſunt prope me, & non ea quæ ſunt longè. Hoc non inducitur ad excludendam Dei præſentiam vbique, ſed ad excludendum doctrinam falſam aliquorũ ſacerdotum, qui dicebant Dei prouidentiam attingere tantum ad ſuperiora, & non ad iſta inferiora: qui error incepit a tempore ſancti Iob. Vnde in perſona ſic errantium dicitur Iob. 22. b. Circa cardines cæli perambulat, nec noſtra conſiderat. Sed quia Dei prouidentia attingit ad omnia quantumcunque occulta. Ideò ſequitur.*

2 Si occultabitur. *Ideſt, non occultabitur, quod probatur ex eius præſentia vbique cùm dicitur.*

3 Nunquid non. *Quaſi dicat Sic.*

4 Audiui quæ. *Hic conſequenter arguitur in falſis prophetis coloratio ſui dicti. Ad hoc enim ꝙ magis ſibi crederetur, vtebãtur, modo loquendi prophetarũ, & hoc eſt ꝙ dicitur:* Audiui quæ dixerunt prophetæ. *ſ. falſi, quia verba eorum nota ſunt mihi.*

5 Prophetantes in nomine meo. *Præmittentes ſuæ falſæ prophetiæ, hæc dicit dominus, ſicut prophetæ veri.*

6 Somniaui. *i. viſionem a Deo accepi in ſomno. Et quia hoc faciebant ad facilius decipiendum populum, vt dictum eſt, ideò ſequitur.*

7 Qui volunt. *Per ſuam falſam doctrinam, ideò ſequitur.*

8 Propheta qui ha. *ſ. vanum.*

9 Narret ſomnium. *i. referat tanquam ſomnium, & non præmittat. Hæc dicit dominus.*

10 Et qui habet ſermo. *Sicut Ieremias & alij veri prophetę.*

11 Loquatur ſermo. me. *Scilicet præmittendo. Hæc dicit dominus.*

12 Quid paleis. *i. ſicut paleæ non ſunt tritico commiſcendæ vel è conuerſò ſic nec nomen domini eſt adiungendum falſæ doctrinæ prophetarum.*

13 Nunquid non verba mea. *Quaſi dicat Sic. Propter quod dixit Ieremias ſupra 20. cap. Factus eſt ſermo Dei quaſi ignis exæſtuans in corde meo, q. d. Sicut ignis conſumit paleas, & malleus conterit petras, ſic virtus nominis mei, quo colorant falſitates ſuas, erit occaſio attritionis & conſumptionis eorum, ideò ſubditur.*

14 Ecce ego. *ſupple paratus ſum.*

15 Ad prophetas. *i. ad puniendum prophetas falſos.*

16 Qui fu. *à veris prophetis, Conſiderabant. n. attentè modum loquendi ipſorum, & illo vtebantur in ſuis falſis prophetis. Sic Ananias audiuit in principio regni Sedechiæ Ieremiam dicentem. Hæc dicit dominus exercituum: ecce ego confringam arcum Elam, infrà 49. g. Et ad ſimilitudinem huius dixit quarto anno Sedechiæ. Hæc dicit dominus. Sic confringam iugum Nabuchodonoſor &c. infrà 28. Ideo ſequitur.*

17 Qui aſſumunt lin. *ideſt modos loquendi prophetarum domini.*

18 Et aiunt dicit dominus. *in ſuis falſis prophetijs.*

19 Ecce ego ad pro. *Exponatur vt ſuprà.*

20 Somniantes men. *dicentes ſe habuiſſe a Deo viſionem in ſomno.*

21 Et ſeduxerunt popu. *Quod finxerunt.*

22 Et in miraculis. *In Hebræo habetur. Et in extaſibus ſuis. Aliquando. n. fingebant ſe eſſe raptos a ſenſibus ad fingendum magnitudinem reuelationis ſibi factæ: & talia poſſunt quodammodo dici miracula, quia inducunt ſimplices homines in admirationem.*

23 Si igitur interrog. *Hic arguitur malitia eorum in deriſione veritatis. Circa quod ſciendum quod ſacerdotes & falſi prophetę deriſoriè nominabant onus prophetiam Ieremię & aliorum prophetarum domini: & populum inducebant ad talem modum loquendi duplici ratione. Vna eſt, quia prophetæ domini arguendo eorum vitia comminabantur eis pœnas graues, quas prophetę falſi vocabant oneræ. Alia eſt, quia iſtæ pœnę diu ante euentum fuerunt per prophetas domini nunciatę: & ideò deriſoriè dicebant. Onus onus, per hoc inſinuando, ꝙ illę prophetię eſſent deriſibiles tanquam friuolę & effectum non habentes. Et propter hoc talem dominus comminatur deriſoribus pœnã. Et ponitur iſta ſentẽtia hic diffusè & intricatè cum dicitur in perſona domini Ieremię.* Si igitur interrogauerit te populus iſte, &c. quod eſt onus domini. *Prophetiam tuam onus nominans deriſoriè.*

✻ Dies

✠ Hieronymus. *Verbum &c.* Verbum Hebraicum maſa Aquila ἆρμα onus interpretatur: Simmachus, & 70. & Theodotio, aſſumptionem: vbicunque ergo graue eſt, quod dominus cōminatur plenū ponderis ac laboris & importabile in titulo quoq; ἆρμα hoc eſt pondus dicitur, vbi, &c. Vbi autem proſpera promittū tur, vel poſt comminationē meliora, viſio dicitur, vel verbum domini, & perſpicuum eſt ex ipſo titulo prophetię, ponderis vel viſionis, vel verbi domini, qualis vaticinatio ſequatur. Quia igitur prophetæ ſolebant peccantibus triſtia nunciare, & ſic ad pœnitētiam reuocare. Dominus autem miſericorditer ſententiā differebat, ideoque putabat o populus pſeudoprophetarum fraude deceptus non ventura q̄ dominus minabatur, & rem ſeriam in ludum iocumq; vertebat: prophetā tibuſque prophetis irridendo dicebat. Hic iterum videt ſpondus & onus domini, atque ita fiebat, vt non vltra viſio, ſed per iocum onus appellaretur. Præcepit ergo dominus, vt ſi populus, vel propheta, vel ſacerdos interrogauerit Ieremiam, quod ſit onus dn̄i? dicat. Vos eſtis onus, & vos aſſumptio. Aſſumam n. vos & proiciam, &c Si quis aūt auſus fuerit onus dn̄i nominare: *Viſitabo ſuper virum illum &c.* Dicat itaque vnuſquiſque proximo ſuo: Nunquid onus domini? ſed quid reſpondebit mihi & quid loquutus eſt dominus? Quia ſingulis ſermo ſuus & opus ſuum in pondus reputabitur, vnde: *Ex ore tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo condēmnaberis.* Matth. 12. a.

a ¶Vel. Quæ eſt aſſumptio.

pulus iſte vel propheta aut ſacerdos, dicēs: Quod eſt onus
domini? dices ad eos: Vos eſtis onus. Proijciā quippe vos di
cit dn̄s: Et propheta & ſacerdos, & populus, qui dicit onus
domini, viſitabo ſuper virum illum, & ſuper domum eius.
Hęc dicetis vnuſquiſq; ad proximum & ad fratrem ſuum:
Quid reſpondebit dn̄s, & quid loquutus eſt dominus? Et
onus domini vltrà non memorabitur: quia onus erit vni-

a ¶Nolentes obedire. ¶Et peruertiſtis vſque: Si autem onus domini dixeritis in Lxx. non habetur.

cuique ſermo ſuus. Et peruertiſtis verba Dei viuentis, dn̄i
exercituum Dei noſtri. Hæc dices ad prophetam. Quid re-

¶Non onus domini.

ſpondebit tibi dn̄s, & quid loquutus eſt dominus? Si autē
onus domini dixeritis, propter hoc hæc dicit dominus:

¶S.i

Quia dixiſtis ſermonem iſtū onus domini, & miſit ad vos

a ¶Vel aſſumam, verbum veſtrum complens opere, allidens vos de ſummo ad ima deijciens.

dicens: Nolite dicere onus domini: propterea ecce ego † tol

¶Etiam.

lam vos portans, & derelinquam vos & ciuitatem quam
a dedi vobis & patribus veſtris, à facie mea: & dabo vos in
opprobrium ſempiternum, et ignominiam æternam quæ
nunquam obliuione delebitur.

a *Et derelinquam.*
Hoc in tempore Ba
bylonicæ captiuita
1 tis factum eſſe no-
2 uimus, ſed plenius
3 atq; perfectius poſt
4 paſſionem Saluato
5 ris. Vnde. *Relinque-* Luc. 13. g.
6 *tur vobis domus veſtra*
7 *deſerta.* Iuxta 70. nō
8 ſolum aſſumptio-
9 nem, ſed etiam do-
mum ſignificat.
10 Quia igitur popu-
lus proſpera ſibi
11 promittebat, dicit
eos nequaquam vl
trà debere dicere
hos indignos eſſe
donis Dei, abijcien
dos & Dei auxilio
relinquendos. Ex
verbis autem & in
12 terpretatione no-
minum ſæpe res o-
ſtenditur, vt Abra-
hæ, Saræ, Petri, &
filiorum Zebedæi,
vocabula mutata ſi
gnificāt rerum mutationem, & in hoc propheta Phaſchor dicitur pauor, vel tranſlatio, vel colonus, vel peregrinus. Notandum quòd verba viuentis domini exercituum Dei noſtri Latini, & Græci codices habent: ſed Hebræi in ſuis voluminibus contra ſe legunt quod propriè myſterium trinitatis ſignificat.

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Dices ad vos eſtis onus. *ſ. importabile, propter peccatorum veſtrorum pondus; ideo ſubditur.*
2 Proijciam quippe vos, &c. *in captiuitatem.*
3 Dixit dominus, &c. *Sicut proijcitur importabile onus.*
4 Et propheta & ſacerdotes & populus qui dicit onus domini, &c. *Deridendo prophetiam veram.*
5 Viſitabo ſuper virū illū & ſuper domū eius, &c. *i. puniā eum in perſona ſua grauiter & in perſonis ſibi coniunctis. Conſequenter docet eos loqui reuerenter de prophetia domini, cū dicitur.*
6 Hæc dicetis vnuſquiſque ad proximum & ad fratrem ſuum, &c. *i. ſic loquimini de prophetia domini.*
7 Qui reſpondit dominus? &c. *Prophetiæ inquirenti ab eo.*
8 Et quid loquutus eſt dominus, &c. *Prophetas inſpirādo.*
9 Et onus domini vltrà non memorabitur, &c. *i. prophetia domini amplius non nominabitur a vobis nomine oneris.*
10 Quia onus erit vnicuiq; ſermo ſuus &c. *i. loquatur de ꝓphetia domini, nominādi eā onus, punietur grauiter ꝓ tali ſermone*
11 Et peruertiſtis verba Dei viuentis, &c. *i. peruersè nominaſtis nominādo ea onera deriſoriè. In Hebræo habetur.* Et peruertiſtis verba deorum viuentium, *per quod in diuinis oſtenditur pluralitas perſonarum, & vnitas eſſentiæ, cum ſubditur in ſingulari: Domini exercituum Dei noſtri.*
12 Hęc di. *Docet modum loquendi reuerenter cum propheta domini, & patet ſententia ex dictis, quia eſt replicatio eiuſdem ad maiorem aſſertionem, & quia hanc Dei monitionem contempſerunt. Ideo ſequtur pœna ibi.*
Propterea ecce. *De terra veſtra.* portans. *ſ. ad alienam quod impletum fuit in tranſmigratione Ioachin regis Iudæ inchoatiuè, & conſummatiuè in captiuitate Babylonica tempore Sedechiæ.*

✠ CAP.

## ADDITIO. I.

In capitulo 23. vbi dicitur in Poſtilla. *Sciendum autem quod Heb. &c.*

*Hebræi non ſolum ſubterfugere nituntur a veritate huius autoritatis, quæ diuinitatem Chriſti ſatis manifeſtat per varietatē literæ, prout Poſtillator dicit, quàm veritatem rectè confutat, prout in poſtilla. Sed etiam dicunt, quòd licet nomen domini Tetragrammaton non conueniat eſſentialiter alicui creaturæ tamen quandoq; in ſcriptura creatura denominatur prædicto nomine ab effectu ipſius Dei. Ad quod inducunt illud Exo. 17. d. vbi dicitur: Aedificauit Moyſes altare & vocauit nomen eius, Dominus exultatio mea. Et vbi nos habemus,* dn̄s, *in Hebræo ponitur nomen Tetragrammatō, quod nō conuenit ipſi altari ſecundùm eſſentiam: ſed denominatur ſic ab effectu ipſius domini exaltantis populum Iſrael, vt ibidem exponitur in Poſtil. vnde in propoſito dicant, quod hoc ꝙ nomen proprium Dei ſ. dominus iuſtus noſter dicitur de illo germine ſuſcitando de Dauid non eſſentialiter, ſed ab effectu ipſius Dei iuſtificantis. Sed iſta cauillatio non valet: nam prout habetur in Thalmud in libro qui dicitur Bababata alias Baba, batra, in diſtinctione quæ incipit, qui vēdit nauem habetur expreſsè ꝙ Meſſias vocatur nomine Dei Tetragrammaton. Ad ꝙ allegatur iſta authoritas Ieremiæ. Hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus iuſtus noſter. Et ſic patet, ꝙ nomen Dei eſſentialiter intelligitur in hac authoritate: Ibi enim de eſſentiali nominatione loquuntur, vt ibidem patet.*

## ADDITIO II.

In eo. c. vbi dr̄ in poſtil. *Circa ꝙ ſciendum, quod Sacerdotes, & falſi prophetæ deriſione nominabant onus prophetiam.*

*Vbi nos habemus in hoc loco* onus *in Hebræo habetur hæc dictio maſa, quæ vno modo ſignificat idem quod onus. Alio modo ſignificat, aſſumptionem. ſ. verbum aſſumptum a propheta vnde Nu. 23. & 24. vbi dicitur de Balaā aſſumpta parabola dixit: in Hebræo habetur dictio iſtius rationis. ſ. maſa, prout ſignat aſſumptionem verbi vel parabolæ Dei, & ſic in alijs locis ſimilibus. Vbi ergo graue erat ſeu ponderoſum quod prophetabatur irriſores vocabant illā prophetiam onus intelligendo in prima ſignificatione. Quia igitur prophetæ ſolebant peccantibus triſtia enuntiare vt ad pœnitentiam eos reuocarent quod tamen Deus ſæpe miſericorditer differebat ideò populo pſeudoprophetarum fraude deceptus putabant non ventura quæ dominus minabatur vnde & prophetiam veram & ſerioſam in ludum vertebant & veris prophetis irridendo dicebant. Hi viri pondus ſeu onus domini annunciant, vnde iam vltra prophetia, non viſio ſed onus vel pondus domini apud eos dicebatur, & ideo dominus ad Ieremiam dicebat. Si interrogauerit te populus & cætera, & hic ſententia plenius habetur in glo.*

CAP. XXIV.

A a Oſtendit. Notandum hanc viſionem factam eſſe tempore Sedechię, poſtquã Iechonias ductus eſt in tranſmigrationem, non in captiuitatẽ: quia vltro ſe tradidit.

b *Duo ca.* Duos calathos vel cophinos malarum & bonarum ficorum quidam interpretatur in lege & in Euangelio, ſynagogam, & eccleſiam, Iudęorum populum & Chriſtianorum, gehennam & regna B cęlorum: quorum alterũ pertinet ad ſupplicia peccatorum, alterũ ad ſanctorum habitaculum. Nos verò iuxta Apoſtolum (legem bonam & ſanctam, & mãdatum bonum & ſanctũ ſentientes, & vnum eſſe vtriuſque teſtamenti Deum) ad Iudæos magis referamus qui in aduẽtu domini crediderũt, vel nõ crediderunt, vt qui clamauerunt dicentes. *Crucifige eum*, ſint calathus ficorum malarum. Qui verò crediderunt, ad bonas ficus & calathum optimum referantur.

†præmaturę. Rom. 7. c. † inf. 11. f. Luc. 3. e.

g *Nunc er.* Quaſi dicat. Si iraſcimini, quod contra tēplū, & vrbem

NICOLAVS DE LYRA.

1 Si fortè: *hoc dicitur propter libertatem arbitrij, qua poteſt homo pęnitere, & obſtinari.*

2 Et pęniteat me. *Non inferendo eis pœnam comminatā. Talia verò non arguunt in Deo aliquam mutationem, ſed tantum in creatura. ſicut dictum eſt diffuſiuè ſupra 18. cap. Cętera patent vſq; ibi.*

3 Dabo do. *i. templum à Salomone ædificatum.*

4 Sicut in. *In qua ciuitate primò fuit fixum tabernaculum Moyſi. Ioſue 18. & illa ciuitas erat deſtructa diu ante, & cultus diuinus inde ablatus.*

5 Et vr. *ſcilicet Ieruſalem.*

6 Da. in ma. *ideſt homines maledicentes alicui ciuitati dicent: Sic contingat ei ſicut Ieruſalem, tertiò ponitur perſequutionis modus, cum dicitur.*

7 Et au. &c. *Cętera patent.*

8 Et au. prin. *Hic conſequenter deſcribitur Ieremiæ liberatio. Circa quàm primò ponitur cauſę examinatio: ſecundò eius determinatio, ibi:* Et dixerunt: *Circa primū primò ponuntur iudices, cum dicitur:* Et audierūt principes Iuda verba hæc. *videlicet commotionem Sacerdotum, & populi contra Ieremiam.*

9 Et aſcen. &c. *quia templum erat in ſummitate montis Sion, & domus regis in decliui montis.*

10 Et ſede. *vt maturius examinarent negotium.*

11 In introitu, &c. *Illa erat porta de qua dicitur. 4. Reg. 15. Ioatham, ædificauit portam domus domini ſublimiſſimam, quæ dicitur hic noua: quia longè poſt tempus Salomonis fuit ędificata. Conſequenter ponitur Ieremię accuſatio cum dicitur:*

12 Et loquu. *Tertio Ieremię reſponſio cum dicitur.*

13 Et ait Ieremias. *dominus miſit me, quaſi dicat, non feci de proprio capite.*

14 Bonas fa. vias ve. *ideſt, operationes.*

15 Et ſtu. ve. *ideſt cogitationes. Cætera patent.*

⁎ Et dixe-

MORALITER.

† 1 *Apprahenderunt eum ſacer.&c.* Per quos ſignantur mali ſacerdotes, & clerici, & populi ab eis decepti perſequentes veritatis prædicatores, ſicut, & ſacerdotes Iudæorum deceperunt turbam ad petendum Barrabæ liberationem, & Ieſu Chriſti crucifixionem, vt habetur Matth. 27.

† Et du-

loquutus ſum, et diligitis ſalutē vrbis & templi, cur peccata peccatis cumularis, & ſanguinis mei vrbem & inhabitatores eius reos facitis? Si quando igitur pro neceſſitate nobis humilitate opus eſt, ſic eā aſſumamus ne veritatem & cōſtantiā deſeramus. Aliud eſt enim ſuperbè contumeliā facere iudicanti, quod ſignum eſt ſtultitiæ, aliud ſic impendēs periculum vitare, vt nihil ſubtrahatur de veritate.

B *Et di.* Principes ciuitatis, & popul' intellexerūt iudicij veritatē. Senes autem (quorū eſt noſſe vetera) replicant hiſtoriam, & Michęam cōparant Ieremiæ, & oſtēdunt illū dixiſſe grauiora, nec à iuſto rege quidquam perpeſſum, ſed cunctis ad pœnitentiam conuerſis dominū mutaſſe ſententiā: frangūt quoque accuſatorum rabiē, ſe eis cōnumerātes: *Non faciemus malum grande contra animas noſtras.* Quaſi dicat Accuſato non nocebimus, ſed animabus noſtris quas mutatione ſententię poſſumus liberare.

C

D *Fuit quo.* Quæritur cū Vrias eadē quæ Ieremias prophetauerit & in Aegyptum fugerit, & inde retractus occiſus eſt quomodo Ieremias qui audacter in ſententia perſtitit, euadere potuerit à vulgi principumque iudicio & ſeniorū conſilio. Ad quod

vocem domini Dei veſtri, & pœnitebit dn̄m mali quod lo
quutus eſt aduerſum vos. Ego autem ecce in manibus ve
ſtris ſum facite mihi quod bonū & rectum eſt in oculis ve
a ſtris. Verumtamen ſcitote & cognoſcite, quòd ſi occideri
tis me, ſanguinem innocentem tradetis contra voſmetip
ſos, & contra ciuitatem iſtam & habitatores eius, in veri
tate enim miſit me dominus ad vos, vt loquerer in auribus
veſtris omnia verba hæc. Et dixerunt principes & omnis 1

a ¶ Qui ante à ſacerdotibus & pſeudoprophetis ſeductus, populus autem audita ratione cito mutat ſententiam, quia dominus promiſit indulgētiam, ſi bonas fecerint vias ſuas: ſacerdotes autem & pſeudoprophetæ in accuſatione perſeuerant.

populus ad ſacerdotes & prophetas: Non eſt viro huic iu 2
diciū mortis, quia in nomine domini Dei noſtri loquutus
eſt ad nos. Surrexerunt ergo viri de ſenioribus terræ, & di
xerunt ad omnem cœtum populi, loquentes: Michæas de
Moraſthin fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda, &
ait ad omnem populum Iudæ, dicens: † Hæc dicit domi
nus exercituum. Sion quaſi ager arabitur & Ieruſalem in
aceruum lapidum erit, & mons domus † in excelſa ſyluarum.
rum. Nunquid morte condemnauit eum Ezechias rex
Iuda & omnis Iuda? Nunquid non timuerunt dominum,
& deprecati ſunt faciem domini, & pœnituit dominum 3
mali quod loquutus fuerat aduerſum eos? Itaque nos fa 4
b cimus malum grande contra animas noſtras. Fuit quoque
vir prophetás in nomine domini Vrias filius Semei de Ca 5
riathiarim: & prophetauit aduerſum ciuitatem iſtam, &
aduerſum terram hanc iuxta omnia verba Ieremiæ. Et au
diuit rex Ioachim & omnes potentes & principes eius ver
ba hæc, & quæſiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias,
& timuit, fugitque & ingreſſus eſt Aegyptum. Et miſit rex
c Ioacim viros in Aegyptum, Elnatham filium Achobor &
viros cum eo in Aegyptum. Et eduxerunt Vriam de Aegy
pto, & adduxerunt eum ad regem Ioacim, & percuſ
ſit eum gladio, & proiecit cadauer eius in ſepulchris † vul
gi ignobilis. Igitur manus Aicham filij Sapham fuit cum
d Ieremia, vt non traderetur in manus populi, & interfice
rent eum. 6

Ad quod reſpondendum. Nō poſſe ſciri Dei iudicium, dū cauſa eadem alius punitur, alius liberatur. Sed forſitan Vrias in condēnationem accuſatorū & populi occiſus eſt. Ieremias autem Dei iudicio reſeruatus eſt, vt reliquis populi prædicaret, & ad pœnitētiā prouocaret. Sicut Iacobus ſtatim martyrio coronat' eſt Petr' & alij Apoſtoli ad prędicandum reſeruati. Et animaduertēda eſt propheticalis conſtātia, quia nec de Aegypto retractus Vrias ſententiā mutat, & imminente morte nihilomin' loquitur quæ præceperat dominus. Quòd autē timuit & fugit non infidelitatis ſed prudentiæ indicium eſt ne fruſtrà nos offeramus periculis. Chriſtus quoque de manibus perſequentium lapſus eſt, qui Apoſtolis ait: *Si vos perſequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.*

c *Et miſit rex.* Quęritur quō Ioackī rex parui imperij & debilitati, iamiàmq; perituri in Aegyptū potuerit mittere, & Vriā educere? Sed conſiderare debemus, quod Nechao rex Aegypti principem conſtituit eum: & hanc prophetiam factā eſſe cū cœpiſſet regnare.

d *Igitur ma.* Quamuis Ieremias dn̄i auxilio liberatus ſit, in mercedē tn̄ deputatur illi, ꝑ quē ꝓphetā ſuū liberauit.

D Act. 12. a. † Mich. 3. d. E † domini F ꝑ filiorum populi.

☞ Cap.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ Et dixe. *Hic ponitur cauſę determinatio, cum dicitur.* Et dixerunt principes. *Vbi primò ponitur ratio pro eius liberatione cum dicitur.*

Non eſt viro huic iudicium, &c. *Quaſi dicat interficiendo ipſum fieret contra Deum, cuius eſt nuncius: Et inducitur ad hoc exēplum Micheæ prophetæ, qui ante ſcilicet tempore Ezechiæ regis prophetauerat deſtructionē ciuitatis Ieruſalem. & templi dicens,* Sion quaſi ager arabitur, &c. *nec tamen Ezechias propter hoc eum occidit, ſed magis ipſe, & populus ad dictum eius egerunt pęnitentiam, & dominus diſtulit pęnam comminatam, & ſecundum hoc dicitur.*

Et pę. do. *Non per aliquam mutationem in Deo factam, ſed in effectu, ſicut dictum eſt ſupra.*

Itaque nos facimus gran. *ſupple ſi occidamus Ieremiam.*

Fuit quoq; *Hic conſequenter ponitur aliud exemplum ad eandem concluſionem, vt dicunt expoſitores noſtri communiter de Vria propheta, qui prophetauit deſtructionem ciuitatis, & templi, ſicut, & Ieremias tempore regis Ioacim, & propter hoc fuit occiſus ab eo vt hic dicitur. Et ponitur iſtud exemplum ad hanc concluſionē, ac ſi dicatur: Ezechias, qui fuit bonus rex non interfecit Michæam, ſed ſaluauit. Ioacim vero malus rex interfecit Vriā, & nos non debemus imitari facta malorum, ſed bonorum: propter quod debemus ſaluare vitam Ieremię, ideo concluditur in fine.*

6 Igitur manus Aicham, &c. *Iſte enim erat principalis in allegatione & determinatione iſta. Ra. Sa. hoc exponit ad contrarium dicens, quod inter illos principes erant aliqui boni qui ſtabāt pro Ieremia: & illi allegauerunt primum exemplum de Ezechia rege & Michæa propheta. Aliqui autē erant mali, & illi erant Ieremiæ contrarij ſicut ſacerdotes. & prophetę falſi: & iſti ad hoc allegauerunt ſecundum exemplum de Ioakim qui occidit Vriam, quaſi dicat, ſic debemus occidere Ieremiam. Tamen alia pars fuit maior & præualuit, & ſic finaliter Aicham ſententiā dedit pro Ieremia, & ipſum liberauit. Et hæc expoſitio ſecunda videtur rationabilior, quia nō eſt veriſimile quod principes regis actu regnantis ex eius malitia facerent argumentum ad liberationem Ieremiæ.*

✻ Cap.

## MORALITER.

† *Et dixerunt principes &c.* Per principes iſtos de domo regis qui liberauerunt Ieremiam à pœna mortis, ſignantur principes & nobiles Chriſtiani, & miſericordes prælati, qui defendunt prædicatores veritatis ab iniurijs & moleſtijs ſibi crudeliter illatis.

† MORA-

A Cap. XXVII.

a I N principio regni a &c. Multi putāt hoc ſeq. capituli eſſe principium: ſed ſuperiori eſt iungē dū, vt quidquid dictum refertur, vel factum, in principio regni Ioachim credamus fuiſſe.

b Hæc dicit do. Præterita viſio in principio regni Ioachim hęc autem ſub Sedechia, qui extremo regnauit in Ieruſalem, ſub quo vrbs capta eſt, & euer-

B

## CAP. XXVII.

1 IN principio regni Ioachim filij Ioſię re
gis Iuda factū eſt verbū iſtud ad Iere-
miā à domino, dicens: Hæc dicit do-
2 minus ad me: Fac tibi vincula, & cate
¶ Quas vulgo boias.
3 nas, & pones eas in collo tuo, & mit-
tes eas ad regē Edō, & ad regē Moab,
& ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad re-
4 gem Sidonis in manu nunciorum, qui venerunt Ieruſalē
5 ¶ Suos.
ad Sedechiam regem Iuda: Et pręcipies eis, vt ad homines
6 loquantur. Hęc dicit dominus exercituum Deus Iſrael:
7 Hæc dicetis ad dominos veſtros: Ego feci terrā, & homines
& iumenta, quæ ſunt ſuper faciem terrę in fortitud. mea
a ¶ Vnd: Brachium domini cui reuelatum e?
8 magna, & in brâchio meo extento, & dedi eam ei, qui
placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi omnes

c d e

ueerſa.

c Terram, & ho. Ordo contrarius in Geneſi prius ſiunt animantia, homo poſtea, hic autem prius hominē nominat, poſtea quæ ſunt ei ſubiecta.

d In forti. Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia, vnde: Omnia in ſapientia feciſti. Et alibi: Omnia per ipſum facta ſunt.

e Et dedi, &c. Significat, quod humano generi omnia per gratiam ſūt tributa.

In ma-

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXVII.

✱ 1 IN principio. *Hæc conſequenter Ieremias liberatus reſumit ſuam prophetiam, & primò prophetat populo aduerſa, ſecundo proſpera 30. cap. Prima adhuc in tres partes quia primo prophetat contra Sedechiam, ſecundò contra Ananiam cap. ſeq. tertiò contra Iechoniam ca. 29. Prima adhuc in duas, quia primò prophetat contra reges ad Sedechiam nuncios mittentes, ſecundò contra ipſum Sedechiam, ibi:* Et ad Sedechiam. *Circa primum ſciendum, quod illud, quod ponitur hic:* In principio re &c. *vſque ibi:* Hæc dicit do. *excluſiuè eſt finis cap. præcedentis ſecundum expoſitores latinos communiter, quia illa, quæ dicta ſunt ca. 26. contigerunt in principio regni Ioachim filij Ioſiæ, vt patet in principio cap. Illa autē, quæ ſequuntur in iſto cap. fuerunt tempore Sedechiæ. A principio autem regni dicti Ioachim vſq; ad principium regni Sedechiæ fluxerunt 11. ann. & tres menſes, vt patet 4. Reg. 24. & ideo ſic exponunt, quod dicitur hic:* In principio regni Ioachim. *Dicēs ſcilicet, ea, quæ dicta ſunt in principio cap. præcedentis ita, quod hęc eſt quædam recapitulatio capituli 25. Et quod ſequitur*

Diuiſio

C Hæc dicit dom. ad me, fac tibi vincula, &c. *Eſt principium 27. cap. Et eſt alia ſententia, quæ contigit tempore Sedechiæ. Hebræi verò dicunt, quod hoc eſt de cap. 27. & dicit Rab. Sal. quod à principio regni Ioakim filij Ioſiæ dominus dixit Ieremiæ illud, quod ſequitur in hoc cap.* Fac tibi vincula, & catenas, & pones eas in collo tuo. *Et quod portauit eas à principio regni Ioakim filij Ioſiæ vſque ad quartum annum Sedechię. in quo Ananias abſtulit eas de collo Ieremię, & fregit, vt habetur cap. ſequenti. Si autem dicitur, quod hoc videtur deriſibile, quod Ieremias portaret catenas in collo ſuo tanto tempore ſcilicet quindecim annis, poteſt dici quod prophetæ domini talia grauia, & alijs deriſibilia leguntur feciſſe de mandato domini, ſicut Ezechiel dormiuit ſuper latus ſuum ſiniſtrum. 390. diebus, & iterum quadraginta diebus ſuper latus dexterum abſque conuerſione de latere in latus: vt habetur Ezech. 4. Et ſimiliter Iſaias iuit nudus, & diſcalciatus tribus annis, ſecundū Hebręos, ſecundum alios verò tribus diebus vt dictum fuit Iſai. 20. quod erat ſatis grauè, & deſiderabile tanto homini, qui erat de regio genere. Igitur ſecundum iſtam ſententiam preſens capitulum ſic diuiditur: Quia primò ponitur Dei præceptum de catenis fiendis, ſecundò de ipſis mittendis, ibi:* Et mittes eas. *Circa primum ponitur tempus pręcepti, cum dicitur.*

In principio regni Ioachim. *qui regnauit vndecim annis. 4. Reg. 24.*

2 Fac tibi vincula, & catenas, &c. *Iſtę catenę erant lignee ſecundum quod habetur capitulo ſeq. & ideo partes earū quibuſdam vinculis ad inuicem adiungebantur.*

3 Et mittes eas ad regem Edom. *Hic ponitur pręceptum de miſſione catenarum, & primò pręcipitur hæc miſſio, ſecundò ſubditur miſſionis ratio, ibi:* Et præcipies. *Circa primum dicitur.* Et mittes eas ad regem Edom. *Et ſequitur.*

4 In manu. *ideſt, per manum.*

5 Nunciorum, qui venerunt Ieruſalem ad Sedechiam *De cauſa huius aduentus dicunt expoſitores noſtri, quòd venerunt ad Sedechiam ad tractandum cum eo qualiter poſſent rebellare regi Babylonis, & de eius tributo, ſe expedire. Et litera ſequens ad hoc concordat, in qua Ieremias monet iſtos reges, & Sedechiam, vt non rebellent regi Babylonis, ſed magis ei ſeruient ſub tributo, Rab. Sal. cū hoc addit aliā cauſam dicens, quod Sedechias 4. anno regni ſui iuit in Babylonē, vt habetur infra 51. ca. ad portādū xenia regi Babylonis, qui fecerat cū regē, vt habetur, 4. Reg. 24. Et tunc rex Babylonis, prefecit eum quinq; regibus hic nominatis, vt ab illis acciperet tributum in Babylonē cū ſuo mittendū, & ideò quando redijt Sedechias in Ieruſalem miſerunt iſti quinque reges nuncios ad eum, quod erat inſtitutus de nouo ad recipiendum eorum tributū, & tū vt dicunt expoſitores noſtri habuerunt ad inuicem tractatum de rebellione. & tributi negatione, eo quod iſti quinque reges, & etiam Sedechias libertatem deſiderabant, verumtamen Sedechias non rebellauit apertè vſque ad 8. annū regni ſui, vt dicit Ioſephus in talibus enim negocijs ponitur magnus temporis tractus, ſed tunc confidens de auxilio regis Aegypti, & fortè iſtorum quinque regū aperte rebellauit, & tributum regi Babylonis negauit.*

6 Hæc dicetis ad dominos, &c. *Hic conſequenter ponitur dictæ miſſionis ratio, quę eſt, vt propheta non ſolum verbo, ſed etiam ſenſibili ſigno ſignificaret eis, quod ſi rebellarent malè contingeret ipſis & patet litera exceptis aliquibus, quę exponentur.*

7 Ego feci terram, & ho. *Quia ad opus creationis requiritur virtus infinita.*

8 Et dedi eam. *non eſt per hoc intelligendum, quod Nabuchodnoſor haberet gratiam gratum facientem, ſiue ſanctificantem cū eſſet infidelis, & idololatra, ſed hoc dicitur, quia Deus indifferenter bonis, & malis dat bona temporalia, prout ſibi placet.*

In princi-

✱ Serui

## MORALITER.

† 2 *Hęc dicit. Fac ti. vin.* Per quæ ſecundum ſenſum literalē ſignantur ſeruitus regis Babylonis ſecundū ſenſum moralem ſignantur peccata, quibus peccator tenetur in ſeruitute dæmonis.

3 *Et mittes eas ad regem, &c.* Edom autem interpretatur ſanguineus. & ideo per ipſum ſignatur princeps ſitiens ſanguinem innocentem, & per hoc eſt dæmonis ſeruus. per regem Moab, qui interpretatur ex patre, eo quod ex inceſtu patris, cum filia natus fuit Geneſ. 19. ſignatur rex carnalis. & lubricus. Per regem filiorum Ammon, qui interpretatur inutilis ſignatur princeps fatuus. ſub quo miſerè viuit populus, Eccl. 10. cap. Væ terræ, cuius rex eſt puer per regem Tyri, & Sidonis, qui interpretatur venatio, ſignatur princeps cupidus. & malicioſus, qui per malitias exquiſitas populum ſubditum ſibi grauat: Prouerb. 28. cap.

cap. Leo rugiens, & vrſus eſuriēs princeps impius ſuper populum pauperem. Et iſte moraliter eſt rex Tyri, qui interpretatur anguſtia, nam per eum populus anguſtiatur. Per regem Sedechiam, qui interpretatur iuſtitia Dei, tamen eam non tenuit, quia regi Babylonis peierauit, ſignatur rex hypocrita, qui ſub ſpecie bonitatis iniuſtitiam facit, qualis fuit Iulianus Apoſtata, qui cupiditatem ſuam Euangelij, teſtimonio colorabat, dicens Chriſtianis, Chriſtus veſter dicit: *Niſi quis renunciauerit omnibus quę poſſidet poteſt meus eſſe diſcipulus.* Et ſic ab eis patrimonia auferebat, & de tali rege dicitur Iob 34. d. *Qui propter peccata populi regnare facit hominem hypocritam.* Omnis enim iſti reges predicti ſunt ſerui regis Babylonis. ideſt, inferni. Nam Babylon interpretatur confuſio, in inferno autem nullus eſt ordo, & per conſequens eſt ibi maxima confuſio. Et ſicut reges prædicti ſunt hic ſerui diaboli per culpam ſic in futuro ſubijcientur ei (niſi pœnituerint) per pœnam.

† Dixit

a ¶ Diaboli, qui ait: Hæc omnia mihi tradita ſunt.
a terras iſtas in manu Nabuchodonoſor regis Babylo. ſerui 1
mei. Inſuper & beſtias agri dedi ei, vt ſeruiāt illi. Et ſeruient 2
a ¶ Euilmerodach. b ¶ Balthaſar. 3
b ei oēs gentes, & filio eius, & filio filij eius donec veniat tē- 4
a ¶ Non omnes, hoc enim propriè Chriſto conuenit 5
c pus terrę eius, & ipſius, & ſeruient ei gentes multę, & reges 6
magni. Gens † autem, & regnum, quod non ſeruierit Na-
d buchodonoſor regi Babylonis, & quicunque non curaue
rit collum ſuū ſub iugo regis Babylonis, in gladio, & in fa-
a ¶ Gentilium, qui ſimulabant ſe diuino ſpiritu futura prædicare.
me, & in peſte viſitabo ſuper gentem illā, ait dominus, do-
nec conſumam eos in manu eius. Vos † ergo nolite au- 7
a ¶ Qui imitantur Ioſeph, & Daniel. 8
dire prophetas veſtros, & diuinos, & ſomniatores, & augu 9
a ¶ Qui volatu auium, & oſcinum vocibus faciendum, vel non faciendum aliquid teſtantur. 10
b ¶ Dæmonum phantaſmatibus ſeruientes. 11
rēs, & maleficos, qui dicūt vobis, non ſeruietis regi Babylo 12
nis, quia prophetant vobis mendaciū, vt longè faciant vos
de terra veſtra, & eijciant vos, & pereatis. Porrò gens, quæ
ſubiecerit ceruicem ſuam ſub iugo regis Babyl. & ſeruierit
ei, dimittam eam in terra ſua, dicit dominus, & colet eam 13
a ¶ Ne reſpondeant legati, & reges prædictarum gentium, quare hoc populo tuo non præcipis, Sedechiæ quoque, & prophetis, & ſacerdotibus ſimilia loquitur.
e & habitabit in ea. Et ad Sedechiam regem Iuda loquutus 14
ſum ſecundū oīa verba hæc, dicens: Subijcite colla veſtra
ſub iugo regis Babylon & ſeruite ei, & populo eius, & viue
tis. Quare moriemini tu, & populus tuus gladio, & fame, 15
& peſte, ſicut loquut⁹ eſt dominus ad gentē, quæ ſeruire no
f luerit regi Babylonis? Nolite audire verba prophetarū di-
g centiū vobis, Non ſeruietis regi Babylonis, quia mendaciū
h ipſi loquuntur vobis. Quia non miſi eos, ait dominus, &
ipſi prophetant in nomine meo mēdaciter, vt eijciāt vos 16
& pereatis tam vos, quàm prophetæ qui vaticinantur vo-
i bis. Et ad ſacerdotes, & ad populū iſtū loquutus ſum, dicēs,
Hęc dicit dominus: Nolite audire verba prophetarū veſtro
a ¶ Quæ cum Iechonia fuerant aſportata.
rum, qui prophetant vobis, dicentes, Ecce vaſa domini re-
uertentur de Babylone nunc citò, mendaciū enim prophe
tant vobis. Nolite ergo audire eos, ſed ſeruite regi Babylo-
k nis, vt viuatis. Quare datur hæc ciuitas in ſolitudinem? Etſi 17
l m prophetę ſunt, & eſt verbum domini in eis, † occurrāt do- 18

a *In ma. Nabuch.* Quantæ infœlicitatis eſt Iſrael, cuius cō paratione Nabuchodonoſor ſeruus Dei appellatur.

b *Inſuper &c.* Omne genus animaliū, cum homine enim omnia traduntur, quæ ipſi ſubijciuntur, vel feras gentes, vt illi ſeruiant, qui ſeruire non nouerant.

c *Don. ve. &c.* Neputetur regnū Nabuchodonoſor eſſe ꝑpetuū, ſignificat ipſum à Mœdis, & à Perſis eſſe capiendū Theodor. Maniſeſtè docet ſe poſtq̄ vſus fuerit, Babylonijs, tanquam carnificibus, & eorū opera de reliquis gētibus pœnas ſumpſerit, tandē etiā illos interneccioni traditurū. His autē q̄ contradixerint & à ſe iugū hoc repulerint, minatur famē, cædem, & captiuitatē.

B

d *Gens autē.* Non ſolū dominus peccantes ſubijcit Nabuchodonoſor, ſed & Paulus, qui ait: *Quos tradidi Satanę, vt diſcāt non blaſphemare:* Et alibi. *Tradere huiuſmodi hominem Satanę in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat.* Poteſtatibus quoq; obedire monet, nō ſolū ꝑpt. irā, ſed ꝑpt. conſcientiā. Hunc locū allegoric. interpres (hiſtorię fugiēs veritatē) de cæleſti Ieruſalem interpretatur, quod debeant habitator. eius ſpōſæ aſſumere corpora, & deſcendere in Babylonem .i. mundi confuſionē, qui eſt poſitus in maligno, & ſeruire regi Babylonio .i. diabolo. Si autem noluerint, nō grauia corpora portaturos, ſed perituros gladio, fame, peſte, nec futuros homines, ſed dæmones. Hoc ille dixerit, nos ſimplicem hiſtoriam ſequamur, ne quibuſdam præſtigijs inuolamur.

C

e *Et ad Se.* Poſt vniuerſas gentes, tranſit ad Sedechiā, & eidē cōminatur, neq; enim Iudæi priuilegium merētur, qui ſimilia, aut grauiora, aut maiora gentibus peccaue-

runt

runt, & qui audire dedignātur, peſte, & fame cōſumūtur. D

f *Noli au.* In hoc loco allegoric. interpres in cæleſti Ieruſalē poſitos hortat̄, ne prophetas ſuos audiāt, & diuinos, ſed ſeruiant Nabuchodon. corpus humilitatis aſſumēdo infantiū vagitū, & incunabula paruulorū. Si .n. hoc fecerint expleto famulatu cōditione mortalitatis reuertētur ad propriā ſuā terrā. Addit quoq; ſuſpicari ſe eos q̄ præcepta Dei contēpſerint, humanis corporib. ꝑgrauari, futuros dæmones, & immundos ſpirit⁹ & ſedem priſtinā non recepturos. E

g *Non ſer.* Melius eſt ſponte ſeruire, & amicū Deū habere & gētilē terrā colere, quā neceſſitate captiuū ſeruire.

h *Verba prophet.* Notandum in ſcripturis ſanctis pſeudoꝓphetas vocari prophetas.

i *Et ad ſacerdo.* Poſt gētes, & reges ſacerdotibus loquitur, & populo qui iam interitum prophetis annunciauerat, dicens, *Et eijciam vos &c.* Loquitur autē eadem quæ ſupra.

k *Vt viuatis.* Nota Dei clemētiā leuiori pœnæ vult tradere, ne ſuſcipiāt grauiorem.

l *Et ſi proph.* Qui verus propheta eſt, ꝑcibus domino occurrere pōt, ſicut Moyſes, cui dictū eſt, *Dimitte me, vt percutiam populum iſtum.* In quo oſtēdit poſſe retineri Deum precibus ſanctorū. F

Nota Dei clementiam. Exod. 32. c.

m *Occurrant do.* Occurant & quæ prædicunt opere cōpleta demonſtrent, & tunc veritate vaticinium probabitur.

* Theodor. Iſtud *occurrant domino*, pro impediant & vincant prędictiones diuinas, & oſtendant prophetias diuinas eſſe otioſas & vanas. Videbitis enim omnia ſacra vaſa quæ relicta fuerint, in Babylonē transferri, & poſt ſeptuaginta annorū tēpus, inde remitti & ędi ſacrę reddi.

† oren: nunc dominum.

*A d*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Serui mei. *Erat enim exequutor diuinæ iuſtitiæ, vt ſuprà dictum eſt. xxv.*

2 In ſuper & beſtias agri. *Dicit Rab. Sa. quòd hoc dicitur eò ꝙ Nabuchodonoſor leo dicitur, ſuprà. 4. cap. qui eſt rex animalium.*

3 Et ſeruient ei omnes Gentes. *Hyperbole eſt ad deſignandum multitudinem ſui imperij.*

4 Et filio eius. *ſ. Euilmerodach.*

5 Et filio filij. *ſ. Baltaſar. in quo defecit regnum Babylonię, Daniel. 5. ideò ſubditur.*

6 Donec veniat tempus terræ eius & ipſius, &c. *ſ. punition terræ eius & ipſius. Cętera patent vſque ibi.*

7 Vos ergo nolite audire prophetas veſtros. *qui fingebant ſe habere viſiones à Deo in vigilia.*

8 Et diui. *qui coniecturabant per aſtra.*

9 Et ſomniatores. *qui dicebant ſe habere viſiones in ſomnio.*

10 Et augures &c, *qui diuinabant per garritum & volatū auiū.*

11 Et maleficos qui dicunt vobis, *qui diuinabant in hoſtijs dæmonibus immolatis.*

12 Vt longè faciant vos de terra veſtra, & eijciant vos & pereatis. *Iſtud vt dicitur conſequutiuè & non cauſaliter, ex hoc enim ꝙ credebant talibus mendacijs, rebellabant, ad quod ſequebatur eorum deſtructio & captiuitas. Cętera patent vſque ibi.*

13 Dimittam eam in terra ſua dicit dominus, & colet eā, & habitabit in ea *tamen ſub tributo regis Babylonis.*

14 Et ad Sedechiam. &c. *Hic cōſequenter ponitur prophetia cōtra Sedechiam & eius populū, quā prædixerat Ieremias, vt patet ſuperius in plurib. locis. Sed hic eā repetit loquendo nuncijs regū prædictorū, ſecundū quod dicit hic Rab. Sal. & patet ſententia vſq; ibi.*

15 Nolite audire. *ſ. falſorum, vt patet ex ſequentibus.*

16 Vt eijciant. *Ii. vt, tenetur hic conſequutiuè & non cauſaliter, ut ſuprà dictum eſt, & patet litera vſque ibi.*

17 Et ſi prophe. *ſcilicet, Dei.*

18 Occ. domi. *preces efficaces ei porrigēdo. unde in Hebræo habe-*

A mino exercituũ,vt non veniant vaſa, quæ de-
relicta fuerāt in domo domini,& in domo re 1
† 4.Reg 25. gis Iuda,& in Ieruſalē, in Babylonem.† Quia
hęc dicit dominus exercituũ 2
ad columnas,& ad mare, &
a ad baſes, & ad reliqua vaſo- 3
rum,quæ remanſerunt in ci
uitate hac,quę non tulit Na
buchodonoſor rex Babylonis, cũ transferret
Iechoniam filiũ Ioachim regē Iuda de Ieruſal
in Babylonē,& omnes optimates Iuda, & Ie
ruſalem: Quia hęc dicit dominus exercitui
Deus Iſrael ad vaſa, quę derelicta ſunt in do
mo domini,& in domo regis Iuda, & Ieruſal
4 In Babylonem transferētur, & ibi erunt vſq
5 ad diem viſitationis ſuę dicit dominus. Et af
ferri faciam ea, & reſtitui in loco iſto.

a *Ad colũnas.* Enumerat vaſa,q̃ trāſlata fuerunt in Babylonē capto Sedechia. ciuitate incenſa, temploque ſubuerſo.

NICOLAVS DE LYRA.

* *tur.* Deprecentur dominum exercituũ,vt non veniāt, &c. *ideſt, vt vaſa,quę remanſerunt in domo domini non portentur in Babylonem, ſicut illa, quæ fuerant portata in tranſmigratione Iechonię, quæ tamen portabantur. idcò ſubditur.*

1 Quia hæc dicit dominus ex. ad. *ſ. duas magnas, & valdè*
B *notabiles quę erant in porticu templi.*

2 Et ad marc. *ſ. æneum, in quo lauabantur ſacerdotes.*

3 Et ad baſes. *ſ. laterum, quę erant valde curioſæ, vt patet 3.Re ideò vero iſta hic exprimuntur in ſpeciali, quia erant valde notabilia. Cætera autem dicta ſunt in generali, cùm ſubditur:* Et ad reliva. *& de omnibus concluditur.*

4 In Babyl. &c. *Quod fuit impletum capto Sedechia rege, vt habetur 4.Reg.vlt.*

5 Et ibi erunt. *ſcilicet ad tempus Cyri, qui in principio regni ſui dedit licentiam Iudeis redeundi,& reædificandi templum,& vaſa, quæ fuerunt in Babylonem portata, fecit in Ieruſalem reportar vt habetur Eſdræ 1. cap.*

Et

## CAP. XXVIII.

E
T factum eſt in anno illo in principio 1
regni Sedechiæ reg. Iudæ, in anno 4.
a ¶ Vt videbatur populo.
dixit ad me Anan. filius Azur prophe 2
ta de Gabaõ in domo domini corā ſa
cerdotib.& omni populo,dicēs, hæc 3
dicit dominus exercituũ Deus Iſrael,
a ¶ Deſtruxi. b ¶ Imperium.
c ¶ Vt breue tempus gaudij magnitudinem augeret.
Contriui iugum regis Babylonis,adhuc duo anni dierũ, &
ego referri faciam ad locũ iſtum omnia vaſa dñi, quæ ru-
d lit Nabuchodonoſor rex Babyl. de loco iſto, & tranſtulit
¶ Non vaſa tantum.
ea in Babylonem,& Iechoniam filium Ioachim regem Iu-
da,& omnem tranſmigrationem Iudę,qui ingreſſi ſunt in
Babylonē, ego conuertam ad locum iſtũ, ait domin⁹. Con-
teram.n. iugum regis Babylonis. Et dixit Ieremias prophe 4
ta ad Ananiam prophetā in oculis ſacerdotum, & in ocu-
lis omnis populi,qui ſtabat in domo domini,& ait Ierem.
e propheta,Amen,ſic faciat dominus. Suſcitet dominus ver 5
ba tua quæ propheταſti,vt referantur vaſa in domũ domi-
f ni,& omnis tranſmigratio de Babylone ad locũ iſtũ. Verũ 6
tamen audi verbũ hoc,quod ego loquor in auribus tuis,

CAP. XXVIII.

a *Et factũ eſt.* Non dum Ezechiele vaticinante in Babylone ad eos, qui cum Iechonia fuerant translati.

b *Propheta de Gabaõ* Lxx. pſeudopropheta manifeſtius. Hebræum.n. Nabi pro phetam ſonat, non pſeudoprophetam ſic ferè vbiq; trāsferunt, non verbũ ſequētes ſed ſenſum.

c *In domo do.* In qua
C fiducialiter loqtur, quia proſpera populo pollicetur, & mendacia libenter audiũtur præcipuè quæ optata promittunt.

d *Omnia va.&c.* Ieremias dixerat etiam reliqua vaſa apportanda, hic affirmat aſportata eſſe reportanda.

e *Amen, ſic,&c.* optat fieri quod ille mentitur,hoc ſignificat Amē, quo ſæpe dominus in euangelio vtitur,& cupit pro rerum proſperitate magis illũ, ſe vera dicere, vnd alius propheta, *Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum, & mendacium potius loquerer.* Ionas autem contriſtatur: quia mentitus eſt, & arguitur à domino vtilius eſſe mendacium, quam tantam ruinam multitudinis. Ne tamen videretur, pſeudoprophetę probare vaticinium abſque mētientis iniuria, ſub aliorum exemplo veritatem aſſerit.

f *Verumtamen.* Potuit dicere, mentiris populum decipis, pſeudopropheta es. Sed poterat ille in Ieremiam eadem retorquere. Non ergo facit iniuriam loquitur, quaſi ad prophetam, quaſi dicat. Non ſolum nos prophetæ ſumus, ſed fuerunt alij multi ante nos, Iſaias, Hoſee, Ioel,& Amos, q̃ ꝓphetauerunt

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXVIII.

1 ET factum eſt. *Hic conſequenter Ieremias prophetat contra Ananiam falſum prophetā. Et diuiditur in duas, quia primò* * *prophetia Ananiæ ponitur, ſecundò à domino reprobatur, ibi,* Et factum eſt. *Prima in duas, quia primò Ananias prophetat verbo, ſecundò ſenſibili ſigno, ibi,* Et tulit. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur prophetia Ananiæ, ſecundò reſpõſio Ieremię, ibi,* Et dixit. *Circa primũ notatur tēpus cũ dicitur,* Et facta eſt. *ſ. quarto anno Sedechiæ, quo venerũt nuncij regũ ad ipſum, ſecũdũ q̃ ſubditur poſt.* In anno qua. *Sed cõtra hoc videtur illud q̃ interponitur in principio regni Sedechiæ: quartus.n. annus ſui regni nõ põt dici cõueniēter principiũ eius, pp q̃ Ra.Sa. dicit, q̃ principiũ regni hic accipitur pro illo tempore quo Nabuchodonoſor præfecit eum quinq; regibus vt prędictũ eſt c. prçcedēti, & hoc fuit quarto anno regni Sedechię*

Diuiſio

2 Dixit ad. *dirigendo ſermonem ad me contrarium aſſerentem.*

3 Hæc dic. Contriui,&c. *Audiuerat enim iſte Ananias primo anno regni Sedechiæ Ieremiam dicentem,* Hæc di do. Ecce confring. *Et ad ſimilitudinem huius dixit poſteà quarto anno Sedechiæ illud quod dicitur hic:* Hæc di. do. *quia falſi prophetæ accipiebant modum loquendi prophetarum domini, ſicut dictum eſt ſupra 22.c. Cætera patent in litera.*

4 Et dix. *Hic conſequenter ponitur reſponſio Ieremiæ dicentis:*

5 Amen. Sic fa. *Deſiderabat enim Ieremias reditum tranſmigrationis & vaſorum, quæ cum Iechonia tranſmigrante fuerunt deportata: ſuppoſita tamē ſuper hoc voluntate diuina: Sed quia ſciebat non euenturum, ideò ſubdit.*

6 Verumtamen audi. *per quod apparebit ſi prophetia tua ſit vera vel non.*

* Pro-

*MORALITER.*

1 *Et factum eſt.* Sequitur.

† 2 *Dixit ad me.* Per iſtũ prophetam falſum qui mendaciter populo placita nunciabat, ſignificatur prædicator malus qui propter fauorem vel quæſtum excuſat vel palliat peccata potentium. per Ieremiam autem ſibi contradicentem, ſignificatur prædicator verus qui non ſolũ veritatem prædicare, ſed etiam falſos prædicatores ſcit & vult confutare, ſecundũ quod dicitur ad Titum.j.b. Amplectentem eum qui ſecundũ doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicũt arguere. Per hoc autem quòd Ieremias prædixit ei mortem corporalem de proximo ſibi futuram in falſitatis ſuæ pœna, & ſic euenit ſicut dicetur infrà.

† Et

A ...uerunt contra terras multas bellũ,& aduerſitatẽ & pe uriã pronunciantes. Alij quoq; pacẽ,& ꝓſperitatẽ nũcia erũt, quos nõ adulatio mẽdacij, ſed rerũ exitus ꝓbauit. ic quoque me, & te rerũ exitus examinabit. Dominus uoque per Moyſen dicit, ꝙ propheta vaticinij fine mõ ratur. Et notãdũ, nõ minaciter, nõ udeliter, ſed fidu- a veritatis mẽtiẽ- ĩcrepat, & differt ĩ futurũ, vt q au- ũt expectẽt exitũ

B Scietur propheta. Theodor. Exitus quit, rerũ decla- bit veritatẽ pro- petiæ, videbimus go an iuxt. ꝓphe ã meã trademur bylonιis. At his hilo melior effe- ctus eſt ille pſeudo opheta, imò cate s quas ꝓpheta ge bat contriuit.

Et tulit. Conſide- nda Ieremiæ pru ẽtia, humilitas, & tiẽtia, pſeudo ꝓ- peta rebus facit in riã, cõterit de cer ce eius furcã, ꝙ õ feciſſet ſi ferrea et. Ieremias tacet dolorẽ diſſimu- t. Nondũ. n. quod ceret à dño acce- rat, in quo ſcri- C tura ſancta tacitè nuit, nõ ꝓphetas antũ ſuo arbitrio oqui, ſed volunta- e dñi maximè de futuris quorum notitia ſolius Dei eſt.

Ananias. Putatiuè propheta dicitur. Multa enim in ſcri turis ſanctis dicuntur iuxta opinionem illius temporis uo geſta referuntur, non iuxta veritatem rei. vnde, *Ego & pater tuus dolentes quęrebamus te*.

*Et fa.* Cum abijſſet Ieremias, & ſilentio deuoraſſet iniu ias, factus eſt ſermo domini ad eum, non vt ſuis verbis d Ananiam mendacio gloriantẽ loqueretur, & diceret, *æc dixit dominus.* quod tamen ille Ananias dixerat ſed endacium ſemper veritatem imitatur.

*Catenas.* Oſtẽdit ꝙ minorem pœnam retinens, maioris ſupplicij cã ſit ſibi Et in hoc loco delirat allegoric⁹ inter D pres, furcas, & catenas ligneas appellans etherea, & aerea corpora dæmonũ. ſ. & aduerſarũ poteſtatũ. Ferreas verò noſtra corpora groſſiora, quæ neruis, oſſib. carnibuſque & venis confecta ſunt, vt qui noluerint de cæleſti Ieruſa lẽ ꝓ qualitate pec- cati minores ſubire cruciat⁹ in catenas noſtrorũ corporũ condẽnentur, & in fantiæ vagitus, pan norũ vincula, ſor- deſque ſuſtineant, & ſeruiãt diabolo regi Babylon. i. mũ di cũ beſtijs terræ, quæ in brutorũ ani maliũ corpora sũt religatæ.

E ✣ Theodor. Ferreũ appellauit iugũ Ba- byloniorũ, tanquã ob incredulitatẽ, & inobedientiam gra uius futurũ ſit ſup- plicium.

f *Et di.* Notandũ, ꝙ Ieremias paſſus in- iuriam nondum fa cto ad ſe ſermone domini ſilet, poſtea verò miſſus à dño audacter arguit, mentienti denun- cians propinquam mortem.

g *Hoc an.* Si quan- do morimur decar ceribus corporum liberamur, ſecun- dum illud, quod malè interpretãtur hæretici, *Educ de carcere ani. meam.* quomodo pro ſuppli- cio mors irrogatur.

h *Menſe ſepti.* Forſitan in menſe ſeptimo, qui requiem ſi gnificare ſolet ideò mortuum mentiuntur, vt de malis corporis liberetur, iuxta illud, *Mors viro requies eſt* nos au- tem nouimus corpora credentium eſſe templa Dei, ſi Spirituſſanctus habitet in illis. (Pſal. 141. a. F Eccl. 22. c.)

✣ Theodor. Commemorat obitum pſeudoprophetæ, immenſàmque Dei longanimitatem, qui expectans pœ nitentiã, non ſtatim priuauit illũ vita, ſed cùm perduraſ- ſet in nequitia, poſt ſeptem menſes tradidit illum morti.

& in aurib. vniuerſi populi. Prophetæ, qui fuerũt ante me 1
& ante ab initio, & prophetauerũt ſup terras multas, & ſu-
per regna magna de prelio, de afflictione, & de fame, ꝓphe
a ta, qui vaticinatus eſt pacẽ, cùm venerit verbũ eius, ſcietur 2
b propheta, quem miſit dominus in veritate. Et tulit Ana- 3

a ¶ Putatiuè. b ¶ Vel furcam.

nias propheta † catenam de collo Ieremiæ ꝓphetæ, & con-
fregit eam. Et ait Ananias in conſpectu oĩs populi dicens,
c Hæc dicit dominus, ſic confringam iugũ Nabuchodon.
regis Babylonis poſt duos annos dierũ de collo omniũgen

a ¶ Quaſi dictus quaſi illud cantas, Factus ſum tanquam ſurdus non audiens, &c.

tiũ, & abijt Ieremias propheta viam ſuam. Et factũ eſt ver- 4
d bũ domini ad Ieremiam poſtquam confregit Ananias pro 5
pheta catenam de collo Ieremiæ prophetę, dicens, vade, &
dices Ananiæ: Hæc dicit dominus, Catenas ligneas contri 6
e uiſti, & facies ꝓ eis catenas ferreas, quia hęc dicit dom. exer 7
cituum Deus Iſrael, iugum ferreũ poſui ſuper collum cun
ctarũ gentiũ iſtarũ, vt ſeruiant Nabuchodonoſor regi Ba- 8
bylonis, & ſeruiẽt ei, inſuper, & beſtias terræ dedi ei. Et di-

a ¶ Veritas hiſtoriæ ſeruatur non iuxta quod erat, ſed iuxta quod illo tempore putabatur,

f xit Ieremias propheta ad Ananiam prophetam, Audi Ana

a ¶ Non hic prophetam vocat, quem miſſum à domino negat. b ¶ Ne acquieſcat ſententiæ domini

niã, Non miſit te dominus, & tu feciſti cõfidere populum
iſtũ in mendacio. Idcircò hæc dicit dominus, Ecce ego mit 9
g tam te à facie terræ, hoc anno morieris, aduerſum enim do
minum loquutus es. Et mortuus eſt Ananias propheta in 10
h anno illo menſe ſeptimo. 11

† vectem, perticam

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ Proph. qui. *ſup populo futurã. Cũ venerit verbũ eius ĩ effectu.* Scietur. *ideſt, cognoſcetur de ipſo ꝙ eſt propheta verus à Deo miſſus. Ex hoc loco acceperunt Iudæi occaſionẽ errãdi, dicẽtes, ꝙ pro miſſiones Dei de bono futuro fiũt abſolutè nec retractãtur. Sed cõmi nationes de malo ſunt ſub cõditione. ſ. ſi nõ egerint pœnitentiam illi quibus fiũt, & ideo accedẽte pœnitẽtia retractãtur, Sicut prophetia Ionæ de Niniue ſubuerſione pp pœnitentiam Niniuitarum & ſic ex ponũt quod dicitur hic*, Propheta qui vaticinatus eſt pacem. *q.d. Ieremias Ananiæ, tu prophetas populo bonũ, & ego propheto ei pœnæ malũ, & tunc ſcietur, ꝙ tu ſis propheta domini ſi impleta fue rit tua prophetia, quia talis promiſſio non mutatur, ſed ſi nõ eueniat malũ pœnæ qđ prophetizo, nõ pp hoc argui potero de falſitate: quia talis prophetia aliquando nõ impletur propter pœnitentiã populi ſu peruenientẽ, Sed iſtud dictũ apparet falſum ex dictis Ieremię. ſuprà 18. vbi promiſſio de bono ita dicitur retractabilis pp peccatũ ſu perueniens, ſicut & comminatio de malo pp pœnitentiam ſuperue nientem. vnde ibidem dicitur in perſona domini.* Repẽtè loquar aduerſum gẽtẽ & aduerſus regnũ vt eradicẽ, deſtruam & diſperdã illud, ſi pœnitẽtiã egerit gẽs illa à malo ſuo, agã & ego pœnitẽtiã ſuper malo quod cogitaui vt facerẽ ei. *Et ſtatim ſubditur ibidem de promiſſione boni*, Et ſubitò loquar de Gẽte & de regno, vt ędificẽ & plãtẽ illud. Si fecerit ma lũ in oculis meis, pœnitẽtiã agã ſuper bono quod loquu tus ſum, vt facerẽ ei. *Ex quo patet, ꝙ ſicut malum comminatum à Deo pp pœnitentiam non infertur, ſic bonum promiſſum propter peccatũ ſuperueniẽs aufertur. Poſſent aũt ad hoc adduci plura alia de ſacra ſcriptura vet. teſt. ſed pp prolixitatem omitto. Sciendum ta men, ꝙ Deus pronior eſt ad miſerandum, quàm ad condemnandum: & per conſequens ad non inferendũ malũ comminatũ, quàm ad au ferendum bonum promiſſum: licet tam promiſſio q̃ comminatio ſint ſub conditione, & ſecundũ hoc intelligitur verbum Ieremiæ, ꝙ ſcie tur veritas prophetæ denuntiantis bonum cùm venerit in effectu, in quantum Deus non habet pronitatem ad auferendum.* (Deus pronus ad miſerandum)

3 Et tu. *Hic conſequẽter Ananias cõfirmat dictum ſuum ſenſibili ſigno, auferendo catenã de collo Ieremiæ, & frangendo, vt oſtẽderet & verbo, & ſenſibili ſigno dominiũ regis Babyl. totaliter auferẽdũ.*

4 Et abijt. *nolens contendere contra Ananiam.*

5 Et fac. *Hic conſequenter ponitur reprobatio Ananiæ, & primo quãtum ad ſuã prophetiam falſam, cùm dicitur in perſona domini.*

6 Catenas li. *falſum præſumptuosè ſignando.*

7 Et fa. *q.d. ex mẽdacijs tuis facies illos rebellare regi Babylonis, ex quo incurrent maius malum quaſi incomparabiliter quàm ante. patet litera vſque ibi.*

8 Et dixit. *vbi ponitur reprobatio Ananię quantum ad perſonã, cum dicitur.* 9 Ecce ego mit. *per mortem, in qua homi nes tolluntur de ſuperficie terrę, & intra terram ſepeliuntur.*

10 Et mortuus eſt. *vt Ieremiæ veritas probaretur.*

11 Men. ſep. *& ſic à dicto Ieremię vſq; ad mortẽ eius fluxerũt tm̃ duo mẽſes, quoniam hæc prædixit mẽſe 5. vt patet in prin. huius c.*

## MORALITER.

† *Et mor. &c.* ſignatur qđ doctor falſus vel prędicator in currit mortẽ culpæ, & poſtea niſi verè pœniteat mortẽ ge hennæ, & hoc ẽt ſignatur per hoc quod dicitur hic de cate nis ligneis cõfractis, pro quibus impoſitæ sũt ferreæ, quæ ſunt multò maioris põderis q̃ ligneæ. Sic qui nõ vult hic ſuſtinere pœnã pro peccatis ſuis, hẽt neceſſariò ſuſtinere maiorẽ quaſi ĩcõparabiliter ĩ purgatorio vel in inferno.

A CAP. XXIX.

a ET hęc. Intendit perſuadere, ne acquieſcant pſeudoprophetis, qui eis poſt breue tēpus reditū in Ieruſalē promittebant. Sed ſciant ſe in Babylone multo tempore moraturos.

CAP. XXIX.

a ET hęc ſunt verba † libri, quæ miſit Iere- 1
b mias propheta de Ieruſalem ad reliqas 2
ſeniorum tranſmigrationis, & ad ſacer-
c dotes, & ad prophetas, & ad omnem po
pulum, quem traduxerat Nabuchodo-
noſor de Ieruſalem in Babylonem,
a ¶ Qui non potentia Babyloniorum, ſed, & Domini voluntatem tranſlati ſunt. ¶ Alij regina.
poſtquàm egreſſus eſt Iechonias rex, & domina, & eunuchi 3
& Principes Iuda, & Ieruſalem, & faber, & incluſor de Ieru- 4 5
a ¶ Miſit, dico, Ieremiam, per iſtos.
ruſalem in manu Elaſa filij Sapham, & Gamalię filij Hel-
chiæ, quos miſit Sedechias rex Iuda ad Nabuchodonoſor 6
regem Babylonis in Babylonē, dicens, Hęc dixit dn̄s exerci
tuum Deus Iſrael omni tranſmigrationi quam tranſtuli 7
de Ieruſalem in Babylonem, Ædificate domos, & habitate 8 †
¶ Vel pomeria.
& plantate hortos, & comedite fructum eorum. Accipite
d vxores, & generate filios, & filias, & date filijs veſtris vxo- †
¶ Ibi. †
res, & filias veſtras date viris, & pariāt filios, & filias, & mul †
tiplicabimini ibi, & nolite eſſe pauci numero, & q̄rite pa- †
e ¶ Eius. †
cē ciuitatis ad quā tranſmigrare vos fecit, & orate pro ea ad †
† Vobis. dominum, quia in pace illius erit pax † veſtra. Hæc enim †

✻ Theodo. Docet q̄m pacto ſuadente Deo, literas miſerit ad captiuos in Babylone, poſt captiuitatē Iechoniæ regis. Recenſet etiam nomina eorū, qui detulerunt literas, quæ cōtinebāt iſta, nēpè Deum oīum mandare iā effectis B captiuis, vt ꝑereēt liberos, domos ædificent, deſpondeāt filias, deprecentur pro illis, qui mancipارunt eos.

b *Verba libri.* Hic libellus Ieremiæ mittitur in Babylonē, ad eos, qui cū Iechonia tranſlati erant, vt per occaſionē regiæ legationis opus ſuū ꝓpheta cōpleret, & quæ à dn̄o ſibi imperata fuerāt populo ſuaderet.

c *Ad reli.ſe.* Primò ad ſenes, deinde ad ſacerdotes, tertiò ad prophetas, quartò ad omnem populum Dei ſermo dirigitur, vel ſecundum ordinem ætatis eius epiſtola prophetæ mittatur.

Myſticè. Myſticè, poſtquā de Ieruſalē.i. de eccleſia propter peccata noſtra eiecti fuerimus: & traditi Nabuchodonoſor. de quo dicit Apoſt. *Tradere huiuſmodi Satanę in interitum carnis, &c.* Et alibi. *Quos tradidi Satanę, vt diſ. non blaſ.* Non debemus ſecuri omnino eſſe vel ocio torpere, vel penitus deſperare, ſed primum ædificare domos non ſuper arenam ſed ſuper petram, quales ædificauerūt obſtetrices in Exo. quia timebant dominum. Deinde plantare hortos, qua-

1.Cor.5.b.
2.Tim.1.d.

C

lem dominus plantauit paradiſum, & poſuit in eo ligni vitæ de quo: *Lignum vitæ eſt his, qui appræhenderūt eā, &c.* Tertiò vxores accipere, quarū vna ſapientia eſt, de qua ait, Salomō. *Ama illam, & ſeruabit te, &c.* Et alibi. *Hanc exquiſiui ſponſam accipere, &c.* Nec ſufficit vna coniux, plures habere debemus. fortitudinē, tēperantiā atque iuſtitiā addamus, vt plures filios generemus. Filias noſtras.i. bona opera viris.i. fidei veritati copulemus, & tales filios, filiasq; generantes multiplicemur, & deſtruentes ea, q̄ ſunt paruuli, & in perfectū virū creſcentes audiamus: *Scribo vobis fratres quoniam cognouiſtis eū qui ab initio eſt.* Et cū Apo. dicamus. *Per euang. ego vos genui.* Quæramus ergo pacē eccleſiæ, ciuitatis, & terræ noſtræ, vt ad eam redire mereamur, de qua domini iudicio tranſlati ſumus, vt in † confeſſione erroris habitaremus. Sic enim habebimus pacem. Conſideranda verò domini clementia, pro inimic. quoque orare debemus, vt benefaciamus his, qui oderunt nos.

d *Accipite vxor. &c.* Ieremiæ (quia propè eſt captiuitas Ieruſalem) imperatur, ne accipiat vxorem, nec faciat filios, vnde Apoſtolus: *Tempus breue eſt. Supereſt, vt qui habent vxores, ſic ſint quaſi non habentes.* Si autem propter anguſtiam temporis, habentibus vſus vxorum tollitur, quantò magis non habentibus, ne accipiant imperatur.

e *Quærite pacem, &c.* Vnde Apoſtol. *Obſecro primum omnium* ... *fieri*

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXIX.

✻ 1 ET hæc ſunt. *Hic conſequenter prophetat contra Iechoniam, qui iam cum matre & nobilibus & ſacerdotibus, & prophetis pluribus ductus fuerat in Babylonē, ſed ſperabat & anhelabat redire in Iudęā, & illi qui cū eo tranſlati fuerāt, decepti à falſis prophetis exiſtētibus inter eos, ſed Ieremia ſcribēdo eis nititur auferre iſtā confidentiā falſam. Et diuiditur in duas partes: quia primò epiſtolæ Ieremiæ præponitur præfatio: ſecūdò, narratio, ibi,* Hæc dicit dn̄s. *In præfatione exprimitur primò perſona mittētis epiſtolā, cùm dicitur,* Quæ miſit Ierem. ꝓpheta. *& locus vnde miſit, cùm ſubditur,* De Ieruſalem *Secundo perſonæ ad quas miſit cùm ſubditur.*

2 Ad reliquias ſeniorum, &c. *& patet litera vſque ibi.*

3 Et domina. *ideſt, mater regis.*

4 Et eunuchi, &c. *ideſt, regis & reginę miniſtri, qui ſic nominātur, nō à mēbrorū ſectione, ſed à caſtitatis honeſtate. Tales.n. ponebantur antiquitus in regijs domibus, & maximè circa obſequiū dominarū, & ſecūdū talē modum loquendi dicit Saluator Matth. 19.* Sunt eunuchi, q ſe caſtrauerūt propter regnum cœlorum.

5 Et faber, & incl. *Hęc nomina exponuntur ſupra 24. Tertiò exprimuntur perſonæ portantes epiſtolam, cùm dicitur:*

6 In manu Elaſa filij Saphā, &c. *quos miſit Sedechias rex Iuda ad portandū tributū qđ debebat regi Babylonis, vel aliqđ xenium*

7 Hæc dicit dn̄s. *Hic conſequenter ponitur epiſtolę narratio, qua Ieremias aufert primò tranſmigratis falſam confidentiam. Secundò ſubiungit decipientium pœnā, ibi:* Hęc dicit. *Prima in duas quia primò aufert cōfidentiā falſam: ſecundò, denuntiat veram, ibi* Quia hæc. *Circa primum dicit in perſona domini.*

8 Aedificate do. &c. *ideſt, diſponite vos ad manēdum diu in Babylone, prouidendo vobis de domibus, terræ fructibus, & multiplicatione prolis, & citò redire falsò non ſperetis: ideò ſubditur.*

✻ Non

*MORALITER.*

† 7 *Hæc dicit do. ex. &c. omni tranſmi.* Per tranſmigratos iſtos de terra natiua ad aliam, poſſunt intelligi religioſi, qui de ſeculo tranſmigrant ad vitā clauſtralem. Quibus dicitur.

8 *Aedificate domos,* ideſt, ædificia virtutum.

† *Et habitate.* per continuationem operū bonorum, quia nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei, Luc. ix g.

† *Et plantate hortos.* i. facite de ſecularibus deuotis nouicios, & de bonis nouicijs profeſſos.

† *Et comedite fructum eorum.* i. eorum opera bona cedent vobis ad meritum, & poſtea ad præmium.

† *Accipite vxores,* i. ſcientiam de ſpeculationibus diuinis, & prudentiam de agibilibus humanis, quæ ſignātur per vxores Iacob, Rachel & Liam, Geneſis xxix.

† *Et generate filios & filias.* i. ſpirituales per veſtram bonam doctrinam, exemplo Pauli dicentis Corinthijs. j. Corinth. iiij. d. *In Chriſto Ieſu per Euan. ego vos genui.*

† *Et date fi. v. vxo. &c.* i. inducite eos ad acquirendum ſcientiam & doctrinam, & ad operū veſtrorū imitationem.

† *Et multiplicabimini.* quia talis multiplicatio cedit ad honorem.

† *Et quærite pacem ciui. &c.* ideſt religionis veſtrę. Quæ bene dicitur ciuitas. ideſt, ciuiū vnitas: nam omnis religio habet ortum ab eo quod dicitur, Actu iij. f. *Multitudinis credentium erat cor v. & a. v.*

† *Quia in pace, &c.* Turbata.n. aliqua religione, turbatur quilibet habitās in ea. Aliter per ciuitatē pōt intelligi regnū vel ciuitas, in quibus habitāt religioſi, pro quorū pace debēt orare: nā in pace ciuitatis vel regni habitāt pac

† Et

† cè

*fieri obſecrationes, & orationes, poſtulationes & gratiarum actiones pro regibus & cunctis qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus, &c.*

a *Non vos ſeducant*. Falſos prophetas, & diuinos, & ſomniatores fuiſſe in Babylone inter eos qui cum Iechonia translati ſunt Ezechiel teſtatur, cùm tamen hæc epiſtola mittebatur, nondum ille prophetabat, qui quinto anno tranſmigrationis Iechoniæ prſus eſt propheta-re, qui idem erat regni Sedechiæ.

B Tropollogicè. *Non vos ſeducant prophetæ, &c.* Pſeudoprophetæ ſunt qui præter Spiritusſancti ſenſum ſcripturas exponunt. Diuini, qui coniecturam ſuæ mentis & incerta futurorum quaſi vera pronunciant. Somniatores qui illud non audiunt, vnde. *Ne dederis ſomnum oculis tuis, &c. Et palpebris tuis dormitationem.* Quorum mens non vigilat erroris ſopore depreſſa, quibus dicitur. *Surge qui dormis, & illumin. tibi Chriſtus.*

C b *Cùm cœpe. Q.* Nolite credere pſeudo prophetis qui vicinum reditum pollicētur vobis, prius enim vobis explebuntur ſeptuaginta anni quàm redeat. D

c *Sep. an.* Tandiu in ſæculi confuſione verſamur, quàm diu requiem ſeptenarij numeri mereamur accipere, & accepta pœnitentia Deus impleat quod promiſit, & reducat ad locum noſtrum, id eſt, ad eccleſiam, qui percutit vt ſanet, qui dabit nobis finem laboris & patientiæ. Inuocabimus eum & orabimus, & exaudiemur, quæremus toto corde, & inueniemus eum. Quidam. Lxx. annos intelligunt iuxta illud, *Dies annorū noſtrorum ipſis lxx. an.* Pſal.89.c. Qui cum fuerint expleti, ad dominum in toto corde reuertimur, & exaudimur, & tūc eſt finis laboris noſtri atque patientiæ. E

d *Et viuet.* Sine inuocatione & oratione poterat implere quod promiſerat, ſed hortatur ad preces, vt promiſſa mereantur.

e *Et reuerti.* Vt certius ſciatis, quòd hunc reditum tanquam propinquū ſperare non debeatis, ſed domos ædificare, pomeria plātare, filios generare, & tempus expectare promiſſum.

f *Quaſi fi.* Theodotio ſuarinas. i. ſecundas, Symmachus nouiſſimas, quę Hebraicè ſuarim. F

☞ *De no-*

a dicit dominus exercituum Deus Iſrael, Non vos ſeducant 1
prophetæ veſtri, qui ſunt in medio veſtrū, & diuini veſtri,
& ne attēdatis ad ſomnia veſtra, q̄ vos ſomniatis, quia fal-
ſò ipſi prophetant vobis in nomine meo, † & non miſi eos,
b dicit dn̄s. Quia hæc dicit dominus, † Cùm cœperint imple 2
c ri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos, & ſuſcitabo 3
ſuper vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locū 4
a ¶Sed non alius. Solius enim Dei eſt noſſe futura.
iſtum. Egō. n. ſcio cogitationes quas ego cogito ſuper vos,
¶Captiuitatis.
ait dn̄s, cogitationes pacis & non afflictionis, vt dem vo- 5
a ¶Laborum præſentium. b ¶Tunc vel ſpe futurorum.
bis finem † & patiēntiam, & inuōcabitis me, & † viuetis, & 6
a ¶Quærite & inuenietis.
d orabitis me, & ego exaudiā vos. † Quæretis me, & inuenie- 7 8
tis, cū quæſieritis me in toto corde veſtro, & inueniar a vo-
bis ait dn̄s. Et reducam captiuitatem veſtram, & congrega
bo vos de vniuerſis Gentibus & de cunctis locis ad quæ ex 9
e puli vos, dicit dominus. Et reuerti vos faciam de loco ad
a ¶Quia fruſtra putatis vos habere prophetas in Babylone,
quem tranſmigrare vos feci, quia dixiſtis, Suſcitābit nobis
dominus prophetas in Babylone. Quia hęc dicit dn̄s ad 10 11
¶Sedechiam.
regem qui ſedet ſuper ſolium Dauid, & ad omnem popu-
a ¶Volentes obedire ſententiæ meæ.
lum habitatorem vrbis huius, & ad fratrēs veſtros qui nō
ſunt egreſſi vobiſcum in tranſmigrationē. Hæc dicit domi 12
a ¶Captiuitatem, ſed non poterunt effugere.
f nus exercituum, Ecce ego mittā in eos glādium & famem, 13
& peſtem, & ponā eos quaſi ficus malas quę comedi non 14
a ¶Qui in Ieruſalem ſunt.
poſſunt, eò quòd peſſimæ ſint, & perſequar eōs in gladio & 15 16
a ¶Diſperſos.
in fame & in peſtillētia, & dābo eos in vexationē vniuerſis 17 18
a ¶Vt exemplo ſint omnibus maledictionis.
regnis terrę, in malēdictionem & in ſtuporē, & in ſibilū, & 19

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non vos ſedu. prophe. ve. *ſ. falſi, reditum propinquum denuntiando.*

2 Quia hæc dicit. *Hic conſequenter denuntiat eis veram fiduciam, & primò denuntiat eam translatis in Babylonem, ſecundò, contrarium nuntiat habitantibus in Ieruſalem, ibi.* Quia hæc. *Circa primum dicit,* Quia hæc dicit dominus. *q. d. nolite credere falſis prophetis, quia hæc eſt ſententia domini de veſtro reditu.*

3 Cùm cœperint im ſeptua. &c. *Tot. n. anni fluxerunt ſecūdum Hebræos a tranſmigratione Ioachim vſque ad primum annū Cyri, ſecundum alios verò computatio iſtorum annorum incipit tardius. ſ. a deſtructione ciuitatis ſub Sedechia, vt dictum eſt ſuprà 25*

4 Viſitabo vos, & ſuſcitabo. *ſicut miſericors pater filios, cætera patent vſque ibi.*

Vt reducam vos. *i. in Ieruſalem, non q̄ omnes redierunt in perſonis proprijs quia in tanto tempore multi fuerunt mortui, maximè illi qui erant iam prouectæ ætatis.*

Vt dem vobis finem. *captiuitatis veſtræ.*

Et patientiam. *interim vſq; ad terminum prædictum.*

Et inuoca me, & ego exaudiam. *& ibitis ad terram veſtram. Cætera patent vſque ibi.*

9 De vniuer. *quia in regno Babylonis erant Gentes variæ, ad quas Iudæi fuerunt translati tempore Ioachim & Sedechiæ, & inde redierunt cum Zorobabel duce.*

10 Quia di. *i. quia credidiſtis prophetis falſis vos decipientibus & dicentibus ſe loqui in nomine domini, ideò annunciaui vobis terminum veſtræ reuerſionis in Iudæam, vt non credatis eis dicentibus vobis, quòd citò debeatis reuerti.*

11 Quia hæc dicit do. *Hic conſequenter hanc fiduciam remouet a Sedechia rege, & eius populo, qui non tranſmigrauerunt in Babylonem, denuntiando q̄ paſſuri ſint multò grauiora, iō ſubditur.*

12 Hæc dicit dominus exercituum. *i. angelorum.*

13 Ecce ego mit. in eos gla. *Omnia .n. iſta venerunt ſuper eos obſeſſos in Ieruſalem, vt habetur 4. Reg. vlt.*

14 Et ponam eos quaſi ficus malas quæ come. *i. abominabiles Deo, & hominib. ſicut dictum eſt ſuprà 24. in parabola de ficub.*

15 Et dabo eos in vexationem. *per ſeruilia opera & grauiora*

16 Vniuerſis regnis ter. *hoc dicitur, quia ſub rege Babylonis erant plura regna.*

17 In maledictionē. *quantū ad verba dura quę eis inferebātur*

18 Et in ſtuporem, &c. *pre admiratione eorum miſeriæ.*

19 Et in ſibilum. *i. in deriſum. Cætera patent in litera.*

De ✲ Hæc

*MORALITER.*

e religioſi, propter quod dicit Apoſtolus. 1. Tim. 2. a. *Obſecro primum omnium fieri ob. ora. poſtu. gratiarum ac. pro regi. & cunc. & ſequitur, vt tranquil. aga. vitam.*

† *Non vos. ſe. pro.* i. homines mali qui in religionibus, vel regnis & ciuitatibus per ſua verba mala concitant homines ad ſeditiones & prælia.

*Cum cœpe. imple. in Ba. ſe. &c.* per Babylonem quæ confuſio interpretatur, vita pręſens ſignatur, de qua Hugo de S. Vict. di. in proſa, Confuſa, ſunt hæc omnia, ſpes, metus, timor, gaudium. Terminus autem vitę pręſentis cōmuniter eſt annus ſeptuageſimus, Pſalm. 89. c. *Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.* Igitur religioſis pacificis & etiam ſecularibus dicit dominus. *Cum impleti fuerint, &c.* i. in termino vitę veſtrę viſitabo vos.

4 *Et ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bo.* transferendo vos de præſentis vitæ miſeria ad fœlicitatis ęternę gaudia.

a *De nocte.* Non ceſſaui monere, vt vos imitarentur qui A in tranſmigratione ſecuro otio fruimini, donec compleantur promiſſa Dei.

b *Ad Achab.* Aiunt Hebræi hos eſſe presbyteros quorum meminit Daniel, vni eorum dicens, *Inueterate dierum* Dan.13.f. *malorum, &c.* Alteri *Semen Chanaam, & nõ Iuda, ſpecies decepit te, &c.* Qui prophetant vobis in nomine meo mendaciũ, quia (vt aiunt) mulierculis iactabant ſe eſſe de tribu Iuda, & Chriſtum generandum de progenie ſua, vnde acquieſcebant cupidini allectę, tanquàm Chriſti matres futuræ. Sed videtur hoc obeſſe, ꝙ rex Babylonis dicitur eos frixiſſe cùm dicat Daniel eos lapidatos eſſe, vnde a pleriſque ac penè omnibus B Hebręis illud quaſi fabula negligitur. Non .n. putãt, ꝙ captiui, lapidandi principes & prophetas ſuos poteſtatem habuerunt, & hoc magis verum eſſe affirmãt, quod ait Ieremias, conuictos quidem eſſe a Daniele, ſed ſententiam datam a rege multi autem de noſtro grege prophetant in nomine domini mendacium. Hoſeæ.7.a. Thren.3.c. Vxores ciuium ſuorum adulterant, quos verus Nabuchodonoſor frigit igne peccati, ſecundum illud. *Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquente.* Pſal.25.a. Allego. Fœlix aũt qui portat iugũ dñi ab adoleſcentia, qui ſedet ſolus, qui amaritudine plenus vt dicat, *Non ſedi cum conſilio malignãtium.*

In hoc capitulo allegoricus interpres ſomniat ruinam cęleſtis Ieruſalẽ, Et ad eos prophetiã dirigi ſuſpicatᷣ, qui in mũdi huius Babylonia verſantur, qa bene fecerint, in hæc corpora ſponte deſcẽdentes, domos ædificãtes filios generantes, & bonis operib. ſtudẽtes, qa poſt .60. annos in C cęleſtẽ Ieruſalem mittentᷣ. Qui aũt noluerint ad terrena deſcendere, paſſuros dicit quæ dñs minatur Sedechiæ, quia nolunt imitari fratres ſuos nec venire in Babylonẽ quia dominus mittet in eos gladium & famem & peſtẽ .i. rerum omnium penuriam, & faciet quaſi ficus peſſimas, & perſequetur gladio ſempiterno, & dabit in vexationem omnibus regnis, nec fient homines ſed dęmones, & erunt omnibus angelis qui pręſunt ſingulis pũincijs in maledictionem, qa in cęleſti Ieruſalem noluerunt audire verba prophetarũ hortantium, vt ad terrena deſcenderent, vt acta pœnitentia poſt verum ſabbatum priſtinũ locum poſſiderẽt.

c *Ad Semeiam.* Semeias de loco Nehelami (qui interpretatur torrẽs) cũ Iechonia ductus eſt in Babylonem, & populo prophetauit mendacium, ꝗ .ſ. citò reuerſuri eſſent in Ieruſalem. Quia igitᷣ Ieremias ad eos qui erant in Babylone literas miſerat dicens, *Aedificate domus, &c.* & poſt addiderat. *Non vos ſeducant prophetæ veſtri. &c.* Intelligẽs Semeias contra ſe hoc ſcriptum, mittit in Ieruſalem, literas ad Sophoniam filium Maaſiæ, & ad reliquos ſacerdotes, quare non increpetur Ieremias a Sophonia, cuius eſt officium diſcernere inter falſos & veros prophetas, & iubetur in carcere recludi, & ſoluet pœnas mendacij, quia populum ſeduxit, Ioiadas verò ſacerdos fuit, qui Ioas poſt interfectionem Athaliæ imperium tradidit, & ſacerdotes Baal interfecit. Q. Quare Ioiadam non imitaris. Quare Ieremiam pſeudoprophetam non interficis, Dominus .n. inſtituit te pro Ioiada, vt diſcernas quo ſpiritu quiſque loquatur. Diſcretio verò ſpirituum ſpiritualis gratia eſt.

Athalia. mulier quędã fuit quæ occidit de regio ſen... ne

in opprobrium cunctis Gentibus, ad quas ego eieci eos, eò
quòd nõ audierint verba mea, dicit dominus, quæ miſi ad
a eos per ſeruos meos prophetas de nocte cõſurgens, & mit-
a ¶Qui maxꝭ bediſti voluntati.
tens & non audiſtis, dicit dominus. Vos ergo audite verbũ
b domini, omnis tranſmigratio quã emiſi de Ieruſalẽ in Ba- 1
bylonem. Hæc dicit dominus exercituũ Deus Iſrael ad A- 2
chab filium Chulię, & ad Sedechiam filiũ Maaſię, qui pro
phetant vobis in nomine meo mendaciter: ecce ego tradã 3
eos in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & pcutiet
in oculis veſtris, & aſſumetur ex eis maledictio omni trãſ-
migrationi Iudæ, quæ eſt in Babylone dicentium. Ponat te 4
dominus ſicut Sedechiam & ſicut Achab, quos† frixit rex
Babylonis in igne: pro eo ꝙ fecerint ſtultitiam in Iſrael, &
mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorũ, & loquuti ſunt
verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui 5
a ¶Q. Non opinione, ſed ipſa re cognoui hæc vera eſſe, non poſſunt cælare, nec iudicij veritatẽ aſſu.ere.
c eis. Ego ſum† iudex & teſtis, dicit dominus. Et ad Semeiam 6
Nehelamitem dices: Hæc dicit dominus exercituum Deus
Iſrael: Pro eo ꝙ miſiſti in nomine † meo libros ad omnem 7
populum qui eſt in Ieruſalem, & ad Sophoniam filiũ Maa 8
ſiæ ſacerdotem, & ad vniuerſos ſacerdotes dicens: Domi- 9 10
nus dedit te ſacerdotem pro Ioiada, vt ſis dux in domo do- 11

†torruit.
† qui cognoſco.
† tuo literas.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Hæc dicit dominus. *Hic conſequenter ponitur pœna falſorũ prophetarum qui decipiebant populum de Babylone tranſmigratum Et primò ponitur pœna duorum ſimul, qui non ſolùm erant prophetæ falſi: ſed & adulteri, ſecundò pœna tertij, qui non ſolùm erat aſſertor falſitatis, ſed etiam perſequutor veritatis, ibi.* Et ad Semeiã. *Nomina autem duorum ponuntur, cùm dicitur.* Diuiſio.

2 Ad Achab filium Chuliæ. *Et ſubditur, eorum pœna, cùm dicitur.*

3 Ecce ego tradam eos in manu Nabucho. *Dicunt expoſitores noſtri communiter, ꝙ iſti fuerunt duo ſenes quos conuicit Daniel de falſo teſtimonio contra Suſannam, propter quod fuerunt condemnati ad mortem, vt habetur Dan. 12. Veruntamen quia Iudæi in Babylone erant ſerui, non habebant aliquam iuſtitiam, nec per cõſequens poteſtatem condemnandi aliquem ad mortem, ideo ſubditur hic quod fuerunt traditi in manu Nabuchodonoſor, quia de ſua falſitate fuerunt accuſati per Iudæos coram rege vel locum eius tenente, qui ſententiam mortis in eos dedit, & exequutionem Iudæis cõmiſit, & ideò cum dicitur. Da.13. populum eos interfeciſſe, intelligẽdum eſt tantum exequutiuè. Cætera patent vſque ibi.*

Quos

4 Quos frixit. *Sed cõtra Da.13. dicitur, quod fuerunt lapida... Ad quod dicendum ꝙ quælibet pœna mortis aliquando in ſcriptu... ſignificatur nomine ignis, vel quia primò fuerunt lapidati, poſtea ... buſti, ſicut de Achã dictum fuit Ioſue.7. hic exprimitur pœna ig... in Da. verò pęna lapidationis. Illud tamẽ quod de eis dicitur in D... non eſt autenticum, quia non eſt de ſcriptura canonica. Cætera p... tent vſque ibi.*

5 Ego ſum. *q.d. nullus poteſt effugere iuſtitiam meam.*

6 Et ad Se. *Hic conſequenter ponitur pœna tertij, qui non ſol... erat propheta falſus illis qui erant in Babylone, ſed etiam per... quutor Ieremiæ ſcribens de Babylone ſummo pontifici qui erat in ... ruſalem, vt incarceraret Ieremiam, eò quòd ſcripſerat tranſmigra... ne falſo ſperarent citò reuerti, & hoc eſt quod dicitur.*

7 Pro eo *i. literas.*

8 Nomi. *tanquam nomine veri prophetę dicens Sophonię.*

9 Do. de. *ſ. ſummum.*

10 Pro Ioiada. *licet iſte Ioiada fuiſſet diu ante, tamen ipſum ... minat eò quòd fuerat homo ſanctitatis magnę & autoritatis, in ... adulando iſti Sophoniæ, quaſi dicat, tu es tantę ſanctitatis & au... tatis ſicut ille.*

11 Vt ſis d. *i. principes ſacerdotum.*

* Su

*MORALITER.*

† 6 *Et ad Semeiam.* per iſtum Semeiam qui de Babylone ſcripſit in Ieruſalem ſummo ſacerdoti, perſuadens vt reprimeret Ieremiam ab actu prophetandi, ſignantur illi qui ſuggerunt prælatis eccleſiæ vt auferant Poteſtat... prædicandi & confeſſiones audiendi a pauperibus p... dicatoribus, vel nimis reſtringant, cùm tamen pro ſal... animarum laborare fideliter intendant.

ne quos potuit
a quo Ioiada
ſacerdos ſerua
uit Ioas,& poſt
quam illa in-
terfecta eſt a
populo tradi-
dit ei imperiũ.
*Quare non in-*
*re.* Mendacio
præuenit veri-
tatẽ:quod ipſe
herebatur alij
nponit, quia
rudẽtioreſsũt
lij tenebrarũ
ijs lucis,& ꝙ
iment ſibi in-
runt alijs.
*Hæc dicit.* Se-
eias verè Ne
elamites, qui
e torrẽte tur-
idas aquas
ſum-

mini ſuper omnem virum † arrepticiũ & prophetantem vt mittas
eum in neruum,& in carcerem. Et nunc quare non increpaſti Iere
a miam Anathothitẽ qui prophetat vobis? Quia † ſuper hoc miſit ad
a ¶ Hoc eſt quod dolet, quia contra mendacium ſuum Ieremias ſcripſit veritatem.
nos in Babylonem, dicens, † Longũ eſt, ædificate domos & habitate
a ¶ Q ipſa lectione ſuggilla s, quia auderet in Babylonem talia ſcribere.
& plantate hortos & comedite fructus eorũ. Legit ergo Sophonias
ſacerdos † librum iſtum in aurib. Ieremiæ prophetæ. Et factum eſt
verbum dñi ad Ieremiam, dicens, Mitte ad omnem tranſmigratio
nem, dicens, Hæc dicit dñs ad Semeiam Nehelamitem, Pro eo, ꝙ
b prophetauit, vobis Semeias & ego non miſi eum, & fecit vos con-
a ¶ Viſitabo in virga iniquitates eorum.
fidere in mendacio, Idcirco hæc dicit dñs. Ecce ego viſitabo ſuper
a ¶ Diſcipulos ſuos quos ſuo errore decepit. b ¶ Ne ſedeat in medio quieſcentium, qui cum ſtantibus ſtare noluit.
Semeiam Nehelamitem ſuper ſemẽn eius. Non erit vir ſedens in
medio populi huius, & non videbit bonum quod ego faciam po-
a ¶ ...c.ata ſ iam eſſe ſoluta, captiuos ſ iam eſſe reuerſuros.
pulo meo, ait dominus, quia † præuaricationem loquutus eſt ad-
uerſus dominum.

sũpſerat iraſcit D
ꝯ mendacium
ſuum ſcripſiſſe
Ieremiam, &
ad Sophoniã
mittit epiſto-
las cur auſus
ſit ſcribere ve-
ritatem, & cu-
pit eũ recludi
ĩ carcerẽ, ne lo
quatur, Sopho
nias quoq; la-
tenter accuſat,
& epiſtolã ĩ ac
cuſationem ia
ctat. Similiter
rei sũt q pſeu-
doprophetas dẽ
fendũt, & alio
rum mẽdacia
peccata ſua fa- E
ciunt, contra
quos ſubditur.
*Ecce ego viſitabo*

NICOLAVS DE LYRA.

Super om.vi.*i. qui prophetat ex virtute dæmonis eius phantaſiam commouentis.*

Vt mi.*i.in cyppum, ita ꝙ non poſſit talia ſeminare in populo.*

Et nunc qua.*taliter prophetantem in Ieruſalem:& non ſolũ in Ieruſalem verbis, ſed etiam in Babylone ſcriptis, ideo ſubditur.*

Quia ſup.*ſ.epiſtolam, vt dictum eſt in principio huius ca.*

Di.*in eadem epiſtola.*

Longum.*ſ.tempus moræ veſtræ in Babylone.*

Aedifi.*i.diſponite vos ad diutinam manſionem, ſicut expoſitum eſt ſuprà*

8 Legit er.*ad arguendum Ieremiam de epiſtola quam miſera. Cætera patent uſque ibi.*

9 Ecce.*vbi ponitur pœna Semeiæ, cum dicitur.*

10 Viſitabo. *in perſona eius.*

11 Et ſu.*i.perſonis ſibi coniunctis.*

12 Non erit.*i.habitans.*

13 In medio.*ſ.reuertentis in Ieruſalem.*

14 Et non videbo *ipſum de captiuitate liberando.*

15 Quia p.*notãdo Ieremiã de falſitate qui ex ore domini loquebatur.*

CAP. XXX.

a *Hoc verb.* Iere-
mias reuer-
ſionem promitte-
bat non intra bien-
nium, vt illi men-
tiebantur. Sed fini-
tis. lxx. annis nunc
iubetur ſcribere &
memoriæ tradere
quæ dominus pro
nunciat. Vnde po-
teſt colligi vatici-
nium non citò im
b pleri. Sed cum Iſ-
rael & Iudas in ter-
ram ſuam reuertentur. Et ſicut Ezechiel prophetauit.
Duæ virgæ copulabuntur, & erit Dauid rex & paſtor
ouium.

## CAP. XXX.

Hoc verbum quod factum eſt ad Iere-
miam à domino dicens. Hęc dicit domi 1
nus Deus Iſrael, Scribe tibi omnia ver-
ba quæ loquutus ſum ad te in libro. Ec- 2
ce enim dies veniunt dicit dominus, & 3
conuertam † conuerſionem populi mei
Iſrael & Iuda, ait dominus, & conuertam eos ad terram 4
quam dedi patribus eorum, & poſſidebunt eam. Et hæc
verba quæ loquutus eſt dominus ad Iſrael & ad Iudam.
Quoniam hæc dicit dominus. Vocẽ terroris audiuimus,

* Theodor. Dominus Deus volens oſtẽdere veritatem prophetiæ, iubet ꝓphetam mandare ſcriptis prædictiones factas tam de captiuitate, quam de reuocandis captiuis.

b *Vocem terroris,&c.* Quidam hunc locum ſecundũ Tropologiam ſic exponunt, vt putent illud teſtimonium. *A timore tuo domine concepimus & peperimus,* F Iſa.26.c.

NICOLAVS DE LYRA CAP. XXX.

Hoc verb. *Superius Ieremias prophetauit populo aſpera, hic conſequenter prophetat proſpera. Iſtud autem quod erat ſummè proſperum, erat aduentus Chriſti ad ſalutem mundi, cuius figura fuerat ſaluatio populi de captiuitate Babylonica, de qua fecerat mẽtionem c.præc.inter aſpera quæ nunciauerat, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcerent, & ideo conuenienter poſt figuram hic conſequenter denuntiat rem figuratam.ſ. per Chriſtum ſalutem generalem, quod facit in hoc c.& ſe. Nec poſſunt conuenienter aliter exponi, niſi referendo ad tempus Chriſti, vt in perſequendo magis apparebit. Ad intellectum tamen ſequentium ſciendum, ꝙ prophetæ in ſcribendo non ſeruant ſemper ordinẽ temporis, ſed frequenter prius facta ſcribunt poſterius, & econuerſo, vnde dicunt doctores Hebræi. Non eſt prius & poſterius in lege, per quam intelligunt ve. te. in quo non eſt attendendus ordo temporis ſecundum ordinem deſcriptionis. Et idem dicunt doctores Latini, ꝙ frequenter Sacra Scriptura loquitur per anticipationem.ſ.poſteriora præponendo, & per recapitulationem priora poſtponendo, & hoc modo procedit Ieremia in hoc libro in pluribus locis, vt patet in præcedentib. & in ſequentib. apparebit. Et in hoc loco ſic procedit, quia primò denunciat Chriſti regnum. Secundò eius aduentum, c.ſe. Circa primum ſciendum, ꝙ licet homo Chriſtus ab inſtanti incarnationis habuerit dominium ſuper omnia creata autoritatiuè, non tamen executiuè, ſed hoc mõ accepit in ſua reſurrectione ſecundum quod dicit Mat. vl. d.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. *Et perfectius habebit in iudicio finali, tũc.n.omnia erũt ei ſimpliciter ſubiecta. Vnde dicit Apoſt. ad Heb. 2. b.* Nũc aũt nec dũ videmus oĩa ſubiecta ei. *Iudiciũ aũt finale præcedit Antichr. perſequutio. Et iõ primo nũciatur hic pſequutio Antichr. Secũdò dominiũ Xpi, ibi,* Et erit. *Tertio reſpond. tacitæ quæſtioni, ibi,* Te aũt. *Circa primũ dicitur Iere.*

2 Scribe ti. *q.d. iſta futura ſunt in longinquum, & ſunt digna memoria, ideo ſunt ſcribenda.*

3 Ecce.n. *Iſtud non põt intelligi de reditione captiuitatis Babylonicæ, nec de aliqua alia ſequenti ſaluatione tẽporali, quia ſecundũ doctores Hebræorum, & ſecundũ veritatẽ, populus Iſrael prout diuiditur cõtra populũ Iuda, ſicut eſt hic, nõ eſt reuerſus de captiuitate, nec a Iudæis expectatur reuerſurus vſq; ad tps Meſſię quem Iudęi expectant venturũ. Et ideo ſecundum nos qui confitemur eius aduentum præteriſſe, oportet ꝙ litera iſta aliter intelligatur. Et dicunt aliqui, ꝙ intelligitur de conuerſione ſpirituali Iudæorum ad prædicationem Chriſti & Apoſtolorum, quorũ aliqui fuerunt de regno Iſrael, quia Salmanaſar captiuante illud regnum aliqui fugitiui euaſerunt, qui poſtea habitauerunt in regno Iudę tempore Ezechiæ, & cum illis de regno Iuda in Babylonem ducti fuerunt, & cum redeuntibus redierunt, ſicut dictum fuit plenius 3. Reg. Quod autem ſubditur.*

4 Et conuer.eos. *Intelligitur de terra viuentium: quæ ſub promiſſione facta Abrahæ fuit principaliter intellecta ſicut dictum fuit plenius Gen. 15. & in plurib. alijs locis, ſed quia Iudæi qui crediderunt ad prædicationem Chriſti & Apoſtolorũ fuerunt pauci reſpectiuè. Ideo melius intelligitur quod dicitur hic.* Et conuertam cõuerſionem populi mei Iſrael & Iuda. *de generali conuerſione Iudęorum ad Chriſtum detecta falſitate Antichriſti per Eliam, & Enoch. Ideo de perſequutione Antichriſti ſubd tur.*

5 Qm hæc dicit do. Vocem. *Et connumerat ſe dominus Chriſtus*

MORALITER.

1 *Hoc ver.* Illud c. & ẽt immediatè ſequens exponũt ad literam Iudæi; & ẽt aliqui docto. catholici de liberõne Iudæorũ a captiuitate Babylonica quãtũ ad bonos, & flagellatione eorũ quantũ ad rebelles & malos. Ego verò capitulũ vtrũq; literaliter expoſui de liberatione mũdi facta

mus,&c. Et hoc. *Filioli mei quos iterum parturio, donec form. in*
A *vo. Chriſtus.* Hinc exemplo comparari potes quod manife
Gala. 4 c. ſtum eſt, non ad terrorem, ſed ad gaudium pertinere, cũ
præſens ſcriptura vaſtationis ruinæ tempus ſignificet.
a *Manum ſuper lumbum,&c.* ✻ Theodo Alibi verò vt lu
ctũ demonſtraret, dixit vnũquemque hẽre manus cõplicatas ſuper caput.
b *Væ quia magna.* Prius triſti nunciãtur, vt poſt malorũ magnitudinẽ læta ſuccedãt, & magnitudo doloris vertatur in gaudiũ. Gratior enim eſt ſanitas poſt ægritudinem, quaſi fugata pace, bello & ſanguine oĩa cõplebuntur, &

† infrà 46. g. & 44.a.

B viri qui debebãt pugnare quaſi mulieres timebũt nec manibus arma, ſed lũbos quaſi parturiens tenebunt.
c *Et Dauid.* Chriſto, ſcilicet, quomodo enim primus Adã & ſecundus ſcribũtur iuxta corporis veritatẽ, ſic & Dauid. Chriſtus enim de Dauid ſecũdum carnem.
✻ Theodoret. Prophetiæ finem impoſuit Chriſtus dominus è Dauid ſi quidem natus eſt ſecũdum carnẽ, & paſ-
C cit iam non Iſraelem modo, ſed omnes gentes. Prædictio hæc euentum quendam habuit, velut in vmbra & figura tempore Zorobabelis.
d *Serue me.* Familiariter vocat, ſicut Abraham, Iſaac, Iacob vocantur ſerui Dei. Moyſes quoque & alij prophetæ, & Paulus in principio epiſtolarum hoc titulo gloriantur.

†quieſcet.

† ſuccidendo nõ ſuccidã te

† Deſperata.

† ad ſanitatẽ medicinæ curatiuæ non ſunt tibi.

e *Sed caſtigabo.* Symmachus. Et mundans non mundabo te Aquila Cùm te erudiero per iuditium, nequaquã innocentem faciam. & hoc eſt: Omnis mundus, principes vel Angeli indigent miſericordia Dei, & nullus quãuis ſanctus ſecurus pergit ad iudicem contra nouam .ſ. & veterẽ hæreſim, quæ putat in hac mortali carne in aliquo perfectionem eſſe, & oẽs ſimul iuſtorum poſſe virtutes implere.
f *Non eſt qui iudicet.* ✻ Theod. Nemo enim redarguebat iniuſtitiã regis Nabuchodonoſoris.
g *Plaga.* Aliter amicus, aliter percutit inimicus, aliter pater, aliter hoſtis. Ille enim vt corrigat, iſte percutit vt occidat. Vnde, *Domine ne in furore tuo arguas me.*
Gregor. Quoties Deus peccatorem feriendo corrigit, ad hoc flagellum emittit, vt parcat. Cùm verò eius vitam in peccato permanentem feriendo concludit, flagella emittit, ſed non parcit. Qui enim flagellũ emiſit vt parceret, ad hoc quandoque emittit vt non parcat. In hac enim vita dominus tantò magis ſtudet ut parcat, quantò magis expectando flagellat. Vnde, *Ego quos amo, arguo & caſtigo.* Et alibi. *Quem diligit dominus caſtigat, flagellat autem omnem filium quem recipit.* De flagello autem damnationis ſcriptũ eſt: *In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.* Et in Ieremia. *Plaga inimici percu.*
Theo.

formido, & non eſt pax. Interrogate & videte ſi generat ma 1
ſculus. Quare ergo vidi omnis viri manũ ſuper lũbũ ſuum 2 3
a quaſi parturientis, & conuerſæ ſunt vniuerſæ facies in auru 4
a ¶Prædicit tempus miſericordiæ, vt inferat tempus gaudii 5
b ginem? Vę^a quia magna dies illa, nec eſt ſimilis eius, tẽpuſ- 6
a ¶Populi Dei. ¶Duodecim tribuum. b ¶Tempore Euangelii, non ſub Zorobabel vt putant.
que tribulationis eſt Iacob^a &^b ex ipſo ſaluabitur. Et erit in 7
die illa, ait dñs exercituum, conteram iugum eius de collo 8 9
tuo, & vincula eius diſrumpam. Et non dominabuntur ei 10
amplius alieni, ſed ſeruient dño Deo ſuo, & Dauid regi 11 12
a ¶Hæc pericope in Lxx. non habetur. b ¶Duæ tribus.
c d ſuo quem ſuſcitabo eis. †Tu ergò^a ne timeas †ſerue meus Ia-^b 13 14
a ¶Decem tribus.
cob, ait dñs, neq; paueas Iſraël^a. Quia ecce ego ſaluabo te 15 16
¶Reducendo.
de terra longinqua, & ſemen tuum de terra captiuitatis eo
a ¶Secundum illud, Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. 17
rũ. Et reuertetur Iacob & †requieſcet, & †cũ^actis affluet bo- 18
nis, & non erit quem formidet, quoniam ego tecum ſum, 19
ait dominus, vt ſaluem te. Faciam .n. conſummationem in 20
a ¶Diſperdendo eas
cunctis Gentibus, in quib. diſperſi te, te aũt non faciam in 21
a ¶Quaſi ſponſam. ¶Quaſi non tradidi te pœnæ ſed eruditioni vt iudicarem quaſi proprios, ne perderem quaſi alienos, qui n. non credit iam iudicatus eſt .i. præiudicatus in interitum.
conſummationem, ſed caſtigabo te in iudicio, † vt nõ tibi
a ¶Non mihi qui fregi.
e videaris innoxius, quia hęc dicit dominus, †Inſanâbilis fra
f ctura tua, peſſima plaga tua. Non eſt q iudicet iudiciũ tuũ 22 23
a ¶Quocunque te verteris, quia verum medicum offendiſti. ¶Sacerdotes, principes vel Angeli.
†ad alligãdã curationẽ tuã, vtilitâs nõ eſt tibi. Oẽs amâto- 24
res tui obliti ſunt tui, teq; nõ quęrent. Plaga .n. inimici per 25

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *ſtus fidelibus ſuis tunc paſſuris eo modo quo dixit Act. 9. a.* Saule quid me perſequeris.

1 Interrogate & vi. ſige. maſcu. *hic accipitur generare pro parere. vnde in Heb. habetur.* Si parit maſculus. *Et per hoc innuitur anxietas & anguſtia tunc futura Chriſti fidelib. Ideo ſubditur.*

2 Quare ergo omnis viri. *i. cuiuslibet Chriſtiani quantumcũque fortis & firmi.*

3 Manum ſuper lumbum, &c. *modus .n. mulieris parturientis, eſt ponere manus ſuas ad lumbos ſuos.*

4 Et conuerſæ ſunt vniuerſæ fa. *i. in colorem deformem præ anguſtia & timore.*

5 Væ quia mag. di. il. *i. tempus illud erit magnum, quantum ad intenſionem tribulationis.*

6 Nec eſt ſimi. *propter quod dicitur Mat. 24.* Erit .n. tribulatio magna qualis nunquam fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet.

7 Et ex ipſo ſalua. *omnis prædeſtinatus ad vitam beatam qui nomine Iacob intelligitur, eò quod ſupplantator interpretatur.*

8 Et erit. *Hic conſequenter ponitur dominium Chriſti, qui ſpiritu oris ſui interficiet Antichriſtum, vt dicitur 2. ad Theſ. 2. b. &* magnam partem adhęrentium ſibi. *ideo ſubditur.*

9 Cõnteram iugum. *ſ. militantis eccleſiæ.*

10 Et vincula eius. *i. machinationes eius & deceptiones.*

11 Et non domi. ei amp. *ſ. a Deo.*

12 Sed ſeruient domi. De. *ſ. Deo patri.*

13 Et Dauid regi ſuo, &c. *i. Dei filio incarnato vnde in tranſlatione Chaldaica quæ apud Hebræos eſt autentica, vt frequenter dictum eſt ſic habetur. Et obedient Meſſiæ filio Dauid regi ſuo, vnde ſecundũ oẽs doctores Hebræorũ iſtud intelligitur de Chriſto ad literã.*

14 Quem ſuſcitabo eis. *i. faciam apparere ad eorum ſalutem Et etiam quia ad literam Deus pater ſuſcitauit Ieſum a morte.*

15 Tu ergo ne timeas. *Confortatio eſt contra tribulationem Antichriſti futuram.*

16 Saluabo te de terra longinqua, &c. *Iudæi .n. tunc ſaluandi diſperſi ſunt in longinquis partibus mundi, & ibi captiui.*

17 Reuertetur Iacob, *ſ. ad Chriſtum, quod non ſolùm intelligitur de Iudæis tunc conuertendis, ſed etiam de Chriſtianis ab Antichriſto deceptis qui poſtea pœnitebunt.*

18 Et quieſcet. *A tribulatione Antichriſto interfecto.*

19 Et cunctis affluet bonis, &c. *Hoc refertur ad ſtatum eccleſiæ triumphantis, vbi habetur bonum infinitũ, et ſecuritas perfecta*

20 Faciam .n. conſum. &c. *quia omnes Gentes ſectas ſuas diuerſas dimittent pro fide Chriſti.*

21 Te autem non fa. *Hic reſpondetur quæſtioni tacitæ dupli secunda ponitur ibi,* Propterea. *Circa primum poſſet fieri quæſtio quare dominus permittet fideles ſuos ſic tribulari tempore Antichriſti. Et reſpondetur hic, quod hoc fiet vt purgentur a peccatis quæ circa tempora illa abundabunt, ſecundum quod dicitur Matt. 24.* Et qm̃ abundabit iniquitas, &c. *Et hoc eſt quod dicitur.* Te aũt. *q.d. quantumcumque futura ſit acerba perſecutio Antichriſti nõ tamen deficiet eccleſia, ſed purgabitur. Ideò ſubditur.* Sed caſtigate in iudici. vt non tibi videa. innoxius.

22 Inſanabilis fractu. *Quia perſecutio Antichriſti erit irremediabilis via humana.*

23 Nõ eſt. *Quia tũc nullus audebit ſtare pro iuſtis ad eos liberã*

24 Omnes. *quia principes terreni qui modò defendunt eccleſiam non audebunt ei oſtendere vllam amicitiam.*

25 Plaga *q.d. tunc videbor aduerſari eccleſiæ, ſicut pater durè caſtigans filium videtur inimicari iuditio exteriori.* ✻ Propt

*MORALITER.*

† per Chriſtum, oſtendendo prout expoſui, propter quod hæc expoſitio ſpiritualis eſt reſpectu aliarum, nec occurrit mihi alia conuenientior hic ponenda.

† *MORA-*

☞ ⁘ Theodor. A *Plaga inimici pcuſſi te*. Quia nõ vſus ſum ſolita longanimitate, ſed adhibui ſe-ctionem diui-am. Quod tiam facere onſueuit me icus, perſpiiens difficul-temmorbi.
*Propterea*. ub Zorobabel hæc facta ognoſcim', uando Aſſyos, ideſt, Niiuẽ vaſtaue-Babylonij Chaldæi, ipſos Mœ-& Perſæ, & abylon deructa eſt. ũc Sion cœ it habere do inũ requientem, & ob ucta eſt cica ix eius. Sed lenius atque erfectius in hriſto comentur.
C *Quia ciectã ocaue. &c.*

¶Quia.
cuſſit te caſtigatione crudeli. Propter multitudinẽ iniquitatis tuæ †du
ra facta ſunt peccata tua. Quid clamas ſuper contritione tua? Inſanabi
a ¶Non mea voluntate, ſed medicinæ curatione cogente.
lis eſt dolor tuus. Propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter
a Non poſſunt ſanari, niſi puluere mo[r]dacıſſimo & fe[r]ro acutiſſimo, quo putridas [c]arnes & inſanabiles amputarem.
a dura peccata tua feci hæc tibi. Propterea omnes qui comedunt te de-
uorabuntur, & vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducentur. Et qui te
vaſtant vaſtabunt, cunctoſque prædatores tuos dabo in prædam.
†Obducam enim cicatricem tibi, & a vulneribus tuis ſanabo te, dicit
b dominus: Quia eiectam† vocauerunt te Sion, hæc eſt quæ non habe-
c bat requirentem. Hæc dicit dominus: Ecce ego conuertam conuerſio
a ¶Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita.
nem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miſerebor. Et ædificabitur
a ¶Vt quod olim in priori populo carnaliter fiebat, in eccleſia ſpiritualiter compleatur.
ciuitas †in excelſo ſuo, & templum †iuxta ordinẽ ſuum fundabitur. Et
a ¶Dicentibus apoſtolis gratia vobis & pax b ¶Vt totus orbis credat in Chriſtum.
d egredietur de eis laus, voxque ludentium, & multiplicabo eos, & non
a ¶Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. ¶Apoſtoli.
minuentur, & †glorificabo eos, & nõ attenuabuntur: & erunt filij eius
a ¶Abraham, Iſaac, & Iacob principes [c]aelitici generis.
ſicut a principio, & cœtus eius coram me permanebit. Et viſitabo ad-
a ¶Contrarias poteſtates ¶Chriſtus de genere Iſrael ſecundum carnem.
uerſum omnes qui tribulãt eum, & erit dux eius ex eo, & princeps de
a ¶Ego pater. b ¶Chriſtum. ¶Dicens: Ego in patre, & pater in me.
c ¶Q. Nullus poteſt cor ſuum ſic applicare domino, nec ita eſſe patri coniunctus vt filius.
medio eius ꝓducetur. Et applicabo eum, & accedet ad me. Quis enim
iſte eſt qui applicet cor ſuum, vt appropinquet mihi? ait dominus.
a ¶Hoc in Hebræo non habetur. b ¶Ex parte hoc in Iſrael impletum cernimus, & ex toto in Gentibus
Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. Ecce turbo do
a ¶Dæmonum vel Dei filium blaſphemantium.
mini furor egrediens, procella † ruens in capite impiorum conquie-
a ¶Vt Ieruſalem exercitu circumdetur & penitus deleatur.
ſcet. Non auertet iram indignationis dominus, donec faciat & com-
pleat cogitationem cordis ſui. In nouiſſimo dierum intelligetis ea.

⁘ Theodo D Immolauerãt enim in eam vicinæ gẽtes, quæ captiuitatem & ſeruitutem impoſuerant.
c *Ecce ego con.* Quorũ typus præceſſit, in Zorobabel & Eſdra quãdo reuerſus eſt populus, & cœpit ædificari ciuitas in excelſo ſuo, templique obſeruari religio, &c. quæ in Eſdra continentur, plenius atque pfectius in Chriſto & in Apoſtolis complentur.
d *Ludentium, & multiplicabo eos, &c.* Non ſecũdum illud: *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Sed ſicut Dauid ludebat ante arcam domini. F

† multiplicata ſunt.
† ſecundum diſpoſitionẽ ſuam habitabitur. E
Exod. 32. b.
1. Para. 13. c.

## NICOLAVS DE LYRA.

⁘ Propter. *quæ tunc abundabit ſupra modum, vt dictum eſt.*
Dura. *ideſt, dura correctione indigentia.*
Quid cla. *q. d. iuſtè tibi infertur.*
Inſanabi. *ſ. via humana, propter quod Chriſtus apponet re[med]ium interficiendo Antichriſtum, vt prædictum eſt.*
Propte. *Hic ſoluitur ſecunda quæſtio: quia poſſet aliquis quære[r]e, quid faciet Chriſtus de Antichriſto perſequutore, & ſibi adheren[t]ibus? Et reſpondetur, ꝙ non euadent diuinam vindictam. Et hoc eſt [q]uod dicitur:* Propte. *Non ſolum morte temporali, ſed etiã æterna.*
5 Et vniuer. *A dæmonibus.*
Obducam. *tibi dando ſpiritum pœnitentiæ deceptis ab Anti[c]hriſto & eius ſatellitibus.*
Quia eie. *i. ò tu eccleſia nomine Sion vocata, Iſa. 2. et Heb. 12. [q]uæ vocabitur eiecta durante Antichriſti perſequutionem.*
Conuer. *i. ſocietates fidelium ab Antichriſto deceptorum, quia [d]abitur eis tempus pœnitentiæ.*
[1]0 Et ædifi. *i. eccleſia, quæ eſt ciuium Chriſti vnitas.*
[1]1 In excel. *i. in honore magno, quia tunc oẽs confugient ad eam.*
[1]2 Et tem. *i. cultus Chriſti ab Antichriſto deiectus in ſtatũ ſuum reformabitur.*
13 Et egre. *ſ. diuina.*
14 Vox. *Non per diſſolutionem, ſed per deuotionem, ſicut dicebat Dauid de ſeipſo. 2. Reg. 6. b.* Ludam ante dominum.
15 Et erunt fi. *i. ſicut ante perſequutionem Antichriſti.*
16 Et erit dux. *i. Chriſtus verus homo.*
17 Et applicabo eum. *quia Chriſtus homo præ omnibus habet acceſſum ad patrem. ideo ſubditur.*
18 Quis enim. *i. quantæ excellentiæ.*
19 Qui ap. *quia Chriſti hominis voluntas in omnibus conformis eſt voluntati diuinæ.*
20 Vt appro. *pro ſua voluntate, ſicut filius patri.*
21 Et eritis. *ſ. Deo patri per filium. Et ſubditur de pęna impiorũ.*
22 Ecce turbo. *ſ. in die iudicij.*
23 In ca. imp. *i. in Antichriſto, qui erit caput impiorum quando fulminabitur. Vel,* In cap. *generaliter per finalem ſententiam, cum dicetur eis.* Ite maledicti in ignem æternum, &c. *Matth. 25.*
24 In nouiſ. *per hoc ſatis innuitur quòd Ieremias loquitur de futuris in nouiſſimo temporis. Et quia tunc omnes conuertentur ad vnum Deum, vt prædictum eſt: ideo ſubditur.*

## ADDITIO.

*In cap. 30. vbi dicitur in poſtil.* Et applicabo eum, & accedet ad me.
*Hoc ꝙ dicitur hic:* Applicabo eum, & accedet ad me, *propriè intelligitur de Chriſto homine qui ad Deum habet duplicem applicationem ſeu acceſſum, vnum. ſ. per gratiam, & alium per vnionem perſonalem. Et quia nullus alius habet ſimilem acceſſum duplicem, ideò ſubdit: Quis enim iſte eſt, qui applicet cor ſuum, vt appropinquet mihi? q. d. Nullus. ſ. qui habeat duplicem acceſſum ſeu adhęrentiam ad Deum modo prædicto. Quod autem dicitur in poſtilla, ꝙ voluntas Chriſti hominis in omnibus conformis eſt voluntati diuinæ, verum eſt, ſed etiam hoc poſſet verificari de voluntate beatorũ, & ideò reſpectu huius, non propriè diceretur: Quis enim iſte eſt, vnde prædicta expoſitio videtur magis propria, &c:*

CAP. XXXI.
I*N tem.* Opere cõpleto cognoſci[tu]r artifex, adepta ſa[n]itate me dici induſtria. Sic euerſa Ieruſ[a]lẽ & abiecto priori po-

## CAP. XXXI.

a ¶Impleta cogitatione mea requieſcente furore meo ſuper caput impiorum.
a IN TEMPORE illo dicit dominus: Ero
a ¶Non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum qui mente cernit Deum.
Deus vniuerſis cognationibus Iſrael, & ipſi
erunt mihi in populum. Hæc dicit dominus

populo intelligitur ꝙ repulſio Iudæorũ ſalus ſit Gentium.
* Theod. Rurſum permiſcens grata triſtibus reddit rationem eorum.
☞ *Longè*

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XXXI.

* IN tem. Ero Deus, &c. *Quod eſt verum ſiue accipiatur Iſrael ſecundum carnem, quia tunc omnes Iudæi conuertentur ad Chriſtum, vt dictum eſt, ſiue accipiatur ſecundum ſpiritum. ſ. pro omnibus fidelibus qui nomine Iſrael nominantur. Iſa. 54. f.*
2 Hęc dicit dñs: inuenit gratiam, &c. *Hic incipit capitulum in Hebręo per ſpacium vacuum inter literam iſtam prędentẽ immediatè, quę coniungitur literę prędẽtis capituli: et propter hoc ſic cũ ordinaui.* ⁘

a Longè dom: ap. Quia offenderat dominū Iſrael, dicens? Non habemus regē, niſi Cæſarem. Et, Venite interficiamus eū, & noſtra erit hæreditas, & longè receſſerat a Deo. Iō poſt multū temporis apparuit ei: Nō tempore Zorobabel & Eſdræ, cū rurſum capti ſunt, ſed in charitate perpetua dilexit eum,& attraxit eū miſerās, clemētia .n. nō merito ſaluatus eſt.

† euaſerat a gladio vt perueniret.

Ioa. 19. c.

Matth. 27. d.

† & vindemiabunt.

† exultate in capite.

a ¶Gentium, in quarum turba ſaluatur eccleſia. b ¶Romano, vel furoris domini.
Inuenit gratiam in deſerto populus, qui † remanſerat gladio: vadet ad 1
a ¶Quamdiu ſperauit, quam prophetarum chorus promiſit. 2
requiem ſuam Iſrael.† Longè dominus apparuit mihi. Et in charitate 3
a ¶Hoc propriè in eccleſia, delirant enim qui auream atque geminatam ſuſpicantur, Ieruſalem, aua iiiam ſuam in myſterio vrbis domini conſecrantes. 4
perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. Rurſumque ædificabo te, 5
a ¶Vt canas Deo in eccleſijs, omni carne malorum operum conſumpta. 6
& ædificaberis virgo Iſrael. Adhuc ornaberis tympanis tuis,& egre- 7
¶Cum Gentium turbis. a ¶Non in vallibus & humilibus locis. 8
dieris in choro ludentium. Adhuc plantabis vineas in montibus Sa- 9
mariæ. Plantabunt plantantes, † & donec tempus veniat non vin- 10
¶Domini. a ¶Apoſtoli & apoſtolici viri. 11
demiabunt: quia erit dies in qua clamabunt cuſtodes in monte 12
a ¶Cuſtodiæ. b ¶Vbertatis. c ¶Qui iacetis humilia relinquite, figurales hoſtias ſpernite. Sacrificium Deo ſp. con. 13
d ¶Eccleſiam in qua ſpeculatio Dei, cum autem in eam aſcenderimus, aſcendemus ad dominum
Samariæ & in monte Ephraim: Surgite & aſcendamus in Sion ad 14
dominum Deum noſtrum: hæc dicit dominus: Exultate in lætitia 15 16
a Qui eſtis Iacob. b ¶Ad caput Gentium cuncta referentes, quia cauda verſa eſt in caput.
Iacob, & † hinnite contra caput Gentium,† perſonate, canite, & dici- 17
¶Hoc ſcilicet. a ¶Scilicet. Non totum
te: Salua domine populum tuum, reliquias Iſrael. Ecce ego adducam 18
a ¶De incredulitate & frigore dominicæ charitatis. b ¶Quaſi ventus duriſſimus nomine auſter. 19
eos de terra aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ. Inter 20

* Theodoretus. Charitate perpetua. Hoc eſt, non tua viuendi ratio tibi cauſa eſt ſalutis, ſed miſericordia mea. Prædicit verò illos tympanis & alijs inſtrumentis vtētes, denuò

duc. &c. Per apoſtolos & apoſtolicos viros, qui ſunt cuſtodes clamantes in monte Samariæ, quibus præcipitur *Perſonate canite, &c.*

## NICOLAVS DE LYRA.

*ordinaui. In hoc autem capitulo agitur de pertinentibus ad aduentū Chriſti. Et diuiditur in tres partes, quia primò agitur de pertinentib. ad Chriſti prædicationem, Secūdò de pertinentib. ad eius incarnationem, ibi:* Hæc dicit dominus, *Tertiò de pertinētib. ad legis Euāgelicæ lationem, ibi:* Ecce dies venient. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur figura, Et ſecundò res figurata, ibi:* Longè. *Circa primum ſciendum, φ ſaluatio populi Iſrael de Aegypto fuit figura ſaluationis fiendæ per Chriſtum, qui deduxit fideles ad terram viuentiū per pœnitentiæ deſertum, ſicut Moyſes filios Iſrael tranſeundo per deſertum materiale ad poſſeſſionem terræ promiſſæ. Et quantum ad hoc dicitur.*

Diuiſio.

1 Inuenit gratiam in deſerto populus qui remanſerat gladio. *Omnes enim qui exierunt de Aegypto numerati à viginti annis & ſupra, mortui fuerunt in deſerto, vt habetur Nume. xiiij. Et pro magna parte mortui fuerunt gladio, vt patet in libris Exo. et Nume. ergo populus qui inuenit gratiam fuerunt eorum filij qui ingreſſi fuerunt terram promiſſionis. Ideo ſubditur.*

2 Vadet ad requiem ſuam Iſrael. *Et dicit Ieremias vadet de futuro. Ad deſignandum, quod ille ingreſſus terræ promiſſionis qui præterierat, erat figura ingreſſus in requiem cæleſtem, qui erat futurus ſecundum quod diffuſè declarat Apoſtolus ad Heb. 3. & 4.*

3 Longè do. apparuit mihi. *Hic conſequenter declaratur res figurata, ſcilicet ſalus per Chriſtum, pro tunc fienda, quæ facta eſt per eccleſiæ ædificationem. Et quia illud tempus adhuc erat longinquum, ideo dicit Ieremias:* Longè dominus apparuit mi. *Et ſubdit in perſona Dei reſpondentis per modum dialogi.*

4 In charitate perpetua di. te. *licet ab æterno dilexerit omnes electos eos prędeſtinando, tamen ſpeciali modo dilexit electos de populo Iſrael inquantum erat de eo carnem aſſumpturus, propter quod iſti populo ſpiritualia contulit dona. ideo ſubditur.*

5 Ideo attraxi te. *Beneficijs ſpecialibus in datione legis & conſimilibus, propter quod dicitur Pſal. 147. b.* Nō fecit taliter omni nationi & iudicia ſua non manifeſtauit eis. *Veruntamē quia illis beneficijs abuſus fuit, & ſic ab honore cecidit, iō ſubditur.*

6 Rurſumque ædificabo te. *Quod exponens Rab. Sal. dicit, quod ædificatio natiuitatis Ieruſalem & templi per Salomonem, Zorobabel, & Neemiam, ideo corruerunt, quia fuerunt factæ per hominem, ſed iſta de qua loquitur hic Ieremias fiet per manum diuinam, ideo ſtabit in æternum: & in hoc dicit verum, ſed quod ſubdit eſt falſum, ſcilicet quod in aduentu Meſſiæ quem Iudæi expectant, Deus ędificabit Ieruſalem nouam, quaſi incomparabiliter nobiliorem quam fuerit pręcedens, in qua Meſſias temporaliter regnabit, & omnes Gentes erunt ſubditæ dominio Iudęorum: ſed quod de falſo dicit implendum iam eſt impletum: quia Chriſtus verus Deus ędificauit eccleſiam quę Ieruſalem dicitur. Iſa. 2. & ad Heb. 12. & Apoc. 21. a.* Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem, &c. in qua regnat Chriſtus, cuius regnum ſtabit in æternum.

Ieruſal ē noua nō Iudæorū ſed Chriſti fidelium vbi & per quem ædificanda.

7 Et

7 Et ædificaberis vir. Iſrael. *i. plebs fidelium quę Iſrael nominatur: Iſa. 44. a.* Et nomine Iſrael prænominabitur, *ſic eſt Hebręo: ſed tranſlatio noſtra habet, aſſimilabitur.*

8 Adhuc orna. tym. tuis. *quia ad literam in eccleſia conuen fideles ad ſonitum campanarum ad Deum laudādum. ideo ſubdit*

9 Et egredieris in choro ludentium. *Non diſſolutè, ſed deuotè, ſicut cum vnus chorus cantat alacriter contra alium.*

10 Adhuc plantabis vineas in montibus Samar. *Quod non poteſt intelligi de redeuntibus a Babylonica captiuitate, quia nunquam recuperauerunt terram illam, ſed illam occupabant Gentes aliunde adductę quę dicebantur Samaritani. Et ideo intelligitur de Samaritanis credentibus ad prędicationem Chriſti, vt habetur Ioa. 4. Et ad prędicationem apoſtolorum, vt habetur Act. 8. Fideles autem nomine vinearum deſignantur, vt patet in pluribus locis ſacrę ſcripturę. Et licet tota eccleſia dicatur vna vinea propter fidei vnitatem, dicitur tamen etiam aliquando plures propter Gentium & locorum & perſonarum diuerſitatem.*

11 Et donec tempus, &c. *Vindemiare eſt fructum vineę colligere, fructus autem vltimus huius vineę eſt beatitudo perfecta, quę non habetur in pręſenti vita, ſed futura.*

12 Quia erit dies, &c. *i. prędicatores.*

13 In monte Ephraim. *i. in eccleſia. Ephraim enim creſcens vel frugifer interpretatur. Et etiam ad literam in partibus illis prędicauit Chriſtus, & etiam Apoſtoli.*

14 Surgite aſcendamus. *Proficiendo de bono in melius.*

15 In Sion. *i. in eccleſiam militantem & triumphantem, quę Sion nominatur. Iſa. 2. a. & ad Hebręos 12. f.*

16 Exultate in lætitia Iacob. *i. populi Chriſtiani ſic nominati quia Chriſtus & apoſtoli & quaſi omnes fideles primi deſcenderunt de Iacob.*

17 Et hinnite contra caput Gentium. *i. contra diabolum qui tenebat Gentes ſibi ſubditas per idololatriam, quam apoſtoli in magna parte deſtruxerunt per ſuam prędicationē, veruntamen quia non omnes adhuc credunt Chriſto, ideo ſubditur.*

18 Salua domine populum tuum reliquias Iſrael. *Et dicuntur hic reliquię Iſrael omnes credituri generaliter, & Iudęi circa finem mundi conuertendi ſpecialiter. Et ſequitur reſponſio Dei*

19 Ecce ego adducam eos, de terra Aquilonis & congregabo eos ab extremis ter. &c. *Quia de omnibus mundi partibus aliqui adducti ſunt ad fidem Chriſti, & plenius adducentur circa finem mundi.*

20 Inter quos erunt cæcus & claudus & prægnans & pariens ſimul: cœtus magnus reuertentium, &c. *id eſt, habentes impedimenta veniendi ad fidem Chriſti quę tollentur. Poteſt etiam dici ad literam, quod multi per Chriſtum & Apoſtolos & eorum ſucceſſores fuerunt illuminati corporę & mente, & etiam ſanati ab infirmitatibus conſimilibus, non ſolum corporalibus ſed etiam ſpiritualibus.*

* I

denuò choreas ductu- ros, plantan- di ſerendiqu- curam habuituros at- que celebra- turos feſta di- uina.
b *Plantabunt &c.* qui po- captiuitatem Iſrael ab ali- nis poſſeſ- ſunt, quibu- dicitur: *Pla- tate plantaria & vindemiate*
c *Reliquias I- rael.* Quæ ſe- cundum ele- ctionem ſa- uantur. Vi- de: *Niſi dom- nus ſabaoth r- liquiſſet nob- ſemen, &c.*
d *Ecce ego a*

*Claudus*

A *claudus.* Qualibus per Eliam dicitur: *Vſquequo claudicatis utroque pede?* Sed in Chriſto poſtea cucurrerunt. *Et qui ambulabat in tenebris, vid t lucem magnam.*

Theodor. Cæcus & claudus. In vrbibus ſiquidem po ulosis huius generis omnia reperire licet.

*In fletu ve. & in &c.* Iudæi hoc putant eſſe completum quando ſub Eſdra poſt eorum Paſchæ egreſſi ſunt de Babylone, ut reuerterentur in Ieruſalem. Sed ibi tempus fuit non veris, neque enim in eo tempore vniuerſa hæc fuiſſe cōpleta poſſunt probari.

B *Reducam.* Lxx. in ſolennitate Paſchæ, ideſt, in ferijs domi nicæ paſſionis, cum Chriſtus crucifixus omnia traxit ad ſe.

*Et Ephraim.* Ephraim qui eſt typus Gentilis populi, ſit enim poſterior filius Ioſeph, & ſurrexit Manaſſe primogenita, qui natu primus erat: ſed in myſterio crucis tranſuerſis manibus qui ſtabat ad ſiniſtrā Iacob, dextræ ſuſcipit benedictionē: & qui ad dexteram, ſiniſtra benedictus, in ſecundum gradum eſt redactus. Et quomodo Iacob Eſau, ſic Ephraim Manaſſe rapuit primogenita. Et omnis populus decem tribuum vocat' eſt Ephraim,

C Ephraim, quia Ieroboam filius Nabath ex hac tribu in Samaria primus regnum obtinuit, &c. D

✻ Theodor. Ephraim vocat, non filium Ioſeph, ſed decem tribus: inter quas erat Rubem primogenitus & Simeon ſecundus. Appellabantur autem Ephraim, decem tribus, eo quòd palatia regia conſtructa eſſēt in ſorte Ephraim. Et quemadmodum nunc ab vrbe Romanorum dicimur omnes Romani: ita tunc decē tribus denominabantur ab Ephraim.

a ¶Cæci vident, claudi ambulant, &c. ¶Prius infidelitate, illuminatus eſt poſtea Chriſti fide. b ¶Eccleſia. c ¶Deo filios.

a quos erūt cæcus & claudus & prægnans & pariens ſimul:

¶Scilicet. ¶Ad fidem. ¶In gaudio.

b cœtus magnus reuertentiū huc: In fletu veniēt, & in miſe 1 2

a ¶Non in perfidia Iudæorum. b ¶Apoſt. l s & apoſtolicos viros aqua viua plenos quos implet flumen Dei repletum aquis & gratia.

c ricordia reducam eos: Et adducam eos per torrentes aqua 3

a ¶Fidei vel Chriſti, in qua qui ambulauerit non impinget. b ¶Quia cæci eſſe deſierunt, quibus dictum eſt: Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum.

rū in viā rectā, & non impingent in ea: quia factus ſum If 4

a ¶Vbi abundauit peccatum, ſuperabundat & gratia. b ¶Perſpicuè vocatio Gentium demonſtratur. 5

d raëli pater, & Ephraim primogenitus meus eſt. Audite ver 6 7

¶Scilicet hoc.

bū dñi Gentes, & annunciate in inſulis quę procul ſunt, &

a ¶Non ego potentiæ hoſtium, ſed domini voluntatis.

dicite: Qui diſperſit Iſrael, cōgregabit eū, & cuſtodiet eum 8

a ¶Qui ponit animam ſuam pro ouibus ſuis. b Precio ſanguinis ſui.

ſicut paſtor gregē ſuum. † Redimet enim dominus Iacob, 9

¶Liberati.

e & liberabit eū de manu potentioris, & venient & lauda- 10

¶Liberatorem ſuum. ¶Eccleſia. a ¶Rerum omnium abundantiam quæ non in frugibus & cibis carnalibus, ſed in virtutum varietate ſentitur. 11

bunt in monte Sion, & confluent ad bona domini † ſuper 12

a ¶De quo conficitur panis Dei & ſanguis eius. b ¶Vnxit te dominus Deus tuus l o læ. præ conſor. tuis. c ¶Simplicium in eccleſia. d ¶Quæ cornibus aduerſarios ventilant.

frumēto, vino & oleo & fœtu pecorum & armentorum: 13

a ¶Quoniam non corporis ſunt hæ benedictiones. b Paradiſus domini in delitijs. c ¶Habentes ſatur tatem omnium rerum. 14

eritq; anima eorum quaſi hortus irriguus, & † vltra non 15

a ¶Deſpondi enim vos vni viro virgi, caſtam exhibere Chriſto. b ¶Qualibus dicit idem Ioannes: Scribo vobis patres, quoniam cognouiſtis eum, qui ab initio eſt.

eſurient. Tunc lętabitur virgo in choro, iuuenes & ſenes ſi 16

a ¶Vt quas crux terruit, lætificet reſurrectio. b ¶Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. 17

mul. Et conuertam luctum eorum in gaudium, & conſo- 18

a ¶Vt ſi ce feruentes tanquam muſto pleni loquantur.

labo eos, & lætificabo à dolore ſuo. Et inebriabo 19

a ¶Inebriatis ſacerdotibus doctrina domini & dicentibus: Calix tuus inebrians quam præclarus eſt.

f animam ſacerdotum pinguedine et populus meus 20

g a ¶Hi ex parte, in futuro ex toto implebuntur.

bonis meis † adimplebitur, ait dominus. Hæc di- 21

c *De manu potentioris, & venient & laudabunt, &c.* Aduerſarię poteſtatis, quæ natura fortior: nos autem fide fortiores, ſi tamen liberamur ab eo qui alligat fortem, & domum eius diripit. E

Marc. 3. d.

† propter frumentum, vinum, &c.

f *Animam ſacerdotum, &c.* Qui habent ſcientiam Dei, de quorum ore interrogant legem, qui credunt in eum qui eſt ſacerdos in æternum.

† non dolebūt amplius.

g *Pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur, ait dominus, &c.* Vnde dominus in valle Gethſemani, ideſt, pinguedinis comprehenſus eſt.

Matth. 16. d.

F

*Vox*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 In fletu venient. *ſ. veræ contritionis.*

2 Et in miſericordia reducam eos. *Quæ non negatur verè contritis.*

3 Et adducam eos per. *i. per ſacramenta eccleſiæ in quibus dantur aquæ gratiæ. Ioa. 4. b.* Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non ſitiet in æternum, &c.

4 In via. *ideſt, in fide catholica.*

5 Quia factus ſum Iſrael pater. *i. populo catholico generaliter, & conuerſis a Iudaiſmo ſpecialiter.*

6 Et Ephraim primogenitus meus eſt. *Quia primi vocati ad fidem catholicam, vt Andræas Petrus & Philippus & Nathanael, vt habetur Ioa. 1. fuerunt de regno decem tribuum: quod nomine Ephraim frequēter in ſcriptura nominatur, eò quòd primus rex, ſcilicet Ieroboam fuit de tribu Ephraim. 3. Reg. 11. Et quia poſt Iudæos primò credentes quamuis pauci fuerint comparatiuè vocati ſunt Gentiles, ideo ſubditur.*

7 Audite, &c. Qui diſ. *ideſt, diſpergi permiſit per varias ſectas & errores.*

8 Congregabit eum. *In vnitate fidei catholicæ. Et nomine Iſrael intelligitur quęcunque Gens ad fidem prædeſtinata, vt dictum eſt ſupra.*

9 Redimet enim do. Iacob. *ſanguine proprio.*

10 Et liberabit eum de manu potentioris. *i. dæmonis, de quo ſcribitur Ioa. 12. d.* Non eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur.

11 Et venient & laudabunt in monte Sion. *i. in eccleſia militante & triumphante ſic nominata, vt dictum eſt ſupra.*

12 Super frumento vi. & oleo. *Per quæ parabolicè intelliguntur bona ſpiritualia quæ non capiuntur ab hominibus, niſi ſub ſimilitudine corporalium, propter quod ſcripturæ veteris, ac noui teſtamenti frequenter parabolicè loquitur. Et eſt ibi ſenſus literalis: non ille qui per voces immediatè ſignificatur, ſed qui per res ſignificatas intelligitur, ſicut cum dicitur Iudic. 9. b.* Ierunt ligna ad rhamnum, &c. *Senſus literalis non eſt de arboribus, ſed de Abimelech & Sichimitis hominibus. Et ſic in propoſito per frumētum & vinum intelligitur Euchariſtię ſacramentum, quod ſub ſpecie panis & vini conficitur: & per oleum gratia quæ in hoc ſacramento & alijs confertur.*

13 Et fœtu pecorum & armentorum. *i. multiplicatione fidelium, ſecundum quod dicitur Pſal. 94. b.* Et nos populus paſcuæ eius & oues manus eius. *Et dicuntur hic pecora minores, & armenta maiores.*

14 Eritque anima eorum quaſi ortus irriguus. *Ex ſacramentis nouę legis, ex quibus aquę gratię effluunt in animam.*

15 Et vltra non eſurient. *Iſtud propriè refertur ad ſtatum eccleſię triumphantis, vbi appetitus totaliter ſatiatur.*

16 Tunc lætabitur vir. *i. virgines.*

17 In choro. *ſ. angelorū, ad quorū ſocietates homines aſſumuntur.*

18 Et conuertā luct. eorum in gaudium. *perfectū et ęternū.*

19 Et inebriabo. *i. implebo.*

20 Animam ſacerdotum pinguedine. *i. glorię plenitudine, quia non gloriantur tantum de gloria propria, ſed etiam illorum qui ſaluati ſunt eorum doctrina, propter quod vltra communes ſanctos dicitur habere aureolam.*

Diuiſio.

21 Hęc dicit dominus. *Hic conſequenter ponuntur aliqua ad incarnationem Chriſti pertinentia. Et primo ponitur illud quod reſpicit eius ortum, Secundò, conceptum, ibi:* Statue tibi. *Tertiò paſſionis effectum, ibi:* In diebus illis. *Prima in duas: in partem principalem, & incidentalem, ibi.* Et eſt ſpes. *Circa primum ſciendum, quòd audita Chriſti natiuitate, Herodes voluit eum interficere, vt habetur Matthæi ſecundo. Et quia non cognoſcebat eum determinatè, interfecit omnes pueros a bimatu & infra, qui erant in Bethleem, & finibus eius, vt dicitur ibidem. Et tunc impleta fuit hæc ſcriptura, ſecundum quod expreſſè dicit ſanctus Matthæus Spirituſſancto illuminatus, propter quod catholici eam aliter exponentes nimis Iudaizant extortè exponentes, quas expoſitiones propter prolixitatem & inutilitatem omitto. Eſt igitur ſenſus.*

✻ Vox

a ¶Idest,reſpexit dominus priora opera tua.

a cit dominus: † Vox in excelſo audita eſt, lamẽtationis flet⁹ 1 2
b & luctus, Rachel plorãtis filios ſuos, & nolentis † conſolari 3
¶O Rachel.
ſuper eis, quia nõ ſunt. Hæc dicit dominus: Quieſcat vox 4 5
a ¶Idest,reſpexit dominus priora opera tua.
tua a ploratu, & oculi tui a lachrymis: q̃a eſt merces ope- 6
a ¶Filij de toto orbe ſaluari. ¶In aduentu Chriſti.
¶Diaboli. b ¶Ne in præſenti dolore torquearis. 7
c ri tuo, ait dñs. Et reuertentur de terra inimici, & eſt ſpes in 8
nouiſſimis tuis, ait dominus, & reuertentur † filij tui ad 9 10
a Quos habuerunt patres eorum Abraham, Iſaac & Iacob.
b ¶Decem tribus quibus primus imperauit Ieroboam qui fecit vitulos aureos.
terminos ſuos. Audiens audiui Ephraim † tranſmigrantẽ. 11 12
a ¶Hoc eſt multo labore & verberibus eruditus ad pœnitentiam non profecit.
d Caſtigaſti me domine, & eruditus ſum, quaſi iuuenculus 13 14
a ¶Ipſam quam agimus pœnitentiam ſolius Dei implemus auxilio.
indomitus. Conuerte me & conuertar, quia tu dominus
a ¶Non ante per me.
Deus meus. Poſtquam enim conuertiſti me egi pœniten- 15 16
a ¶Pęnitentiam (alias ſententiam) vel tui notitiam. b ¶Signum dolentis & plangentis errorẽ priſtinũ.
tiam, & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi fœmur meũ. 17 18

a *Vox in.* Quidam Iudæorũ hunc locum ſic exponunt, A quòd capta Ieruſalem ſub Veſpaſiano, per hanc viam infinita captiuorum milia directa ſint. Alij verò quòd ſub Adriano, vrbe euerſa, innumerabilis populus cuiuſque ætatis & ſexus in mercatu Terebinthi venundatus ſit, & idcirco Iudæis eſſe execrabile mercatũ († ſupra.3.g.) celeberrimum viſere. Lxx. Vox in Rama audita eſt, lamẽtationis & fletus & luxus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conquieſcere: quia non ſunt. (Matth.2.c.) Matthæus aũt non iuxta Hebraicum, nec iuxta Lxx. protulit teſtimonium. B Vox in Rama audita eſt, plorat⁹ & vlulatus multus. plorãs filios ſuos: & noluit conſolari, quia non ſunt. Vnde perſpicuum eſt Euangeliſtas & Apoſtolos nõ ex Hebraico interpretationem alicuius ſequutos, ſed tanquam Hebræos, quod legebant Hebraicè ſuis ſermonibus expreſſiſſe.

(Gen.35.) b *Rachel plorans.* Rachel mater Ioſeph cũ veniret Bethleem, ſubito partus dolore correpta peperit filium quem obſtetrix (quia moriebatur) vocauit Bennoni, pater autem vocabulum mutans Beniamin, i. filium dexteræ appellauit. Quæritur ergo quomodo Matthæus teſtimonium prophetæ ad interfectionem paruulorum tranſtulerit, cum perſpicuè de decem tribubus ſcriptum ſit, quarum princeps Ephraim & Ephrata nõ in tribu Ephraim, ſed in tribu Iuda ſit? Ipſa eſt enim Bethleem & conueniunt nomina. C Bethleem namque domus panis, Ephrata verò vbertas. Sed quia Rachel in Ephrata, i. in Bethleem eſt condita, ſicut ſcriptura ſancta & titulus ſepulchri eius teſtatur, flere dicitur pueros iuxta ſe interfectos.

* Theodoretus. Rama erat Beniamiticæ tribus, & Rachelis ſepulchrum eſt in hippodromo Chapphrata, qua venitur in Ephrata, & finem accepit prophetia ſub Herode primo, qui interfecit infantes, ſperans ſe ſimul occiſurum Saluatorem natum. Iſta verò poſuit propheta int D promiſſiones bonorum, vt doceat Saluatoris noſtri in carne natiuitatem, eſſe re vera bonum, & caput ſalutis propter quam natiuitatem infantes pertulerunt cædem illam iniquam.

c *Et reuertentur.* M
lius hoc de paruul
intelligimus, ꝙ m
cedem habeant eſ
ſo ſanguine ꝑ Ch
ſto: & pro terra H
rodis inimici, tene
regna cœli: & reu
tentur in ſedem p
ſtinam pro corpo
humilitatis recipi
tes glorioſum. H
eſt ſpes nouiſſim
quando fulgebu
iuſti, ſicut ſol, & i
fantes reſurgent i E
virum perfectum
d *Eruditus ſum.* Q
ſi dicat. Correct
proficit in ſalute
& quæ ad præſ
videtur eſſe triſti
poſt reddit fructu
pacis.

* Ambroſius. Vitulus enim ludit, & præſepe deſerit, ideo Ephrem ſicut vitulus non eſt edoctus, longè poſit a præſepi, quia præſepe domini deſeruit. Et Ieroboam cutus vitulos adorauit, quod prophetia futurum p Aaron iudicauerat, ſic lapſurum populum Iudæoru Ideoq; agens pœnitentiã dicit, cõuerte me & conuerta

e *Percuſſi fœmur, &c.* Grego. Quid in fœmore, niſi v luptas carnis accipitur? Et quid eſt quod ait, *Poſt q. oſten.* niſi quòd poſtquam ſuperna ſpiritualiter vidit, om quod inferius in ſe carnaliter viuebat extinxit, vt qua tò ſumma pateſcerent, tantò ima non placerent? N quantò incipit quiſque ſuperius viuere, tanto incho inferius interire. Vnde: *Viuo autem iam non ego, viuit verò me Chriſtus.*

* Theodor. Poſteaquam enim expertus eſt tribulati nes, peruenit ad notitiam peccati, quod non ſubticuit b tus Dauid, *priuſquam humiliarer ego deliqui, propterea eloquiu tuum cuſtodij.* Percutere verò fœmur proprium eſt dole tium, & pœnitentiam agentium.

☞ Quo

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Vox in excelſo audita eſt. *In Hebræo habetur: Vox in Rama audita eſt, ſicut allegat Matth. Sed ſciendum, ꝙ Rama eſt nomen æquiuocum, quia vno modo eſt proprium nomen loci, qui eſt iuxta Gabaa. Et eſt alio modo nomen appellatiuum, & ſic ſignificat excelſum. Non poteſt autem hic accipi, prout eſt nomẽ proprium loci, quia Rama non eſt propè Bethleem ſed bene diſtans: & per Ieruſalem intermediam. Et ideò Hieronymus tranſtulit nomen appellatiuum, dicens:* In excelſo. *Ad deſignandum magnitudinem clamoris mulierum, quarum filij interficiebantur.*

2 Rachel plorantis filios ſuos. *Rachel enim ſepulta fuit iuxta Bethleem, vt habetur Gene.35. Et ideò dicebatur mater ciuitatis Bethleem & totius territorij, ſicut apud nos ſancti quorũ corpora requieſcunt in eccleſiis, dicuntur patroni non ſolum illarum eccleſiarũ, ſed etiam ciuitatum & territorij adiacentis, & ſic dicitur plorare in filiab. ſuis, i. in matribus puerorum, ſicut & ſancti dicuntur compati afflictis quorum ſunt patroni. Iudæi autem aliqui dicunt, quod cum Iudæi ducerentur captiui in Babylonem, & tranſirent iuxta ſepulchrum Rachel, vox de ſepulchro miraculosè prodiens, fuit audita implorando Dei pietatem pro illis qui captiui ducebantur. Ex hoc dictum poſui ſuper Gen.48. non aſſerendo, ſed tantum referendo, quia ficititium videtur. Tum quia diſſonat a dicto Euangeliſtæ. Tum quia non eſt veriſimile, quin tantum miraculum fuiſſet expreſſum. 3. Reg. vlt. 2. Paral. vel in fine huius libri. in quib. locis deſcribitur deductio illorum captiuorum, quia Iudæi fuerunt valde ſolliciti ſcribere ea quæ erant ad honorem ipſorum.*

3 Et nolentis conſolari. *conſolatione humana,*

4 Quia non ſunt. *ſ. amplius viuentes præſenti vita, propter quod ſubditur conſolatio diuina.*

5 Quieſcat vox tua, &c. quia eſt merces operi tuo. *i. filijs tuis, qui dicuntur & ſunt opera parentum per mortem enim illam reportauerunt martyrij præmium. Quia tamen morientes quantumcunque iuſti deſcendebant ad limbum inferni, ideò ſubditur.*

6 Et reuertentur de terra inimici. *Iſta reuerſio fuit in Chriſti reſurrectione: quia tunc ſanctos de inferno eduxit, et in eius aſ ſione, quando eos ad cæleſtia adduxit.*

7 Et eſt ſpes. *Hic incipit verſus in Hebręo, et eſt pars incidenta. Occaſione. n. conſolationis Rachelis de pueris occiſis qui dicebant eius filij rõne ſepulturę, vt dictũ eſt. Hic conſequẽter huius occaſio datus ſibi conſolatio de filijs ſuis ſic dictis ratione geniture, Ephra .n. per quem intelligitur regnum decem tribuũ, vt prædictũ eſt, ſcendit de Rachel per Ioſeph filiũ ſuum: & de conuerſione illorum Deum fit hic mentio, cum dicitur.* Et eſt ſpes. *ſ. futuræ beatitudi*

8 Nouiſſimis tu. *i. filijs tuis reſiduis.*

9 Et reuertentur filij. *ſ. tui.*

10 Ad terminos ſuos. *i. ad eccleſiam militantẽ, quæ eſt termi in præſenti vita, & triumphantem, quæ eſt terminus in futura. hoc impletũ partim Apoſtolis alijſq; credentib. ad prædicatio Chriſti et Apoſtolorũ qui fuerunt de regno decem tribuum. Et pe ctius implebitur circa finem mundi in conuerſione eorum gener.*

11 Audiens audiui Ephraim tranſmigrantem. *q. d. ex in diſpoſui eum reuocare ad fidem competenti tempore. Et ſubditur perſona iam conuerſorum, & in fine mundi conuertendorum.*

12 Caſtigaſti me. *per flagellationem in captiuitate.*

13 Quaſi iuuenculus indomitus. *In Hebræo habetur: Qu vitulus indomitus. Et nominatur ſic ille populus, quia adorabat vi los aureos, ſecundum illud Pſal. 113. c.* Similes illis fiant qui ciunt ea, & omnes qui confidunt in eis: *quos ad hoc fecit roboam. 3. Reg. 12.*

14 Conue. me. *Non. n. põt aliquis ad fidẽ Chriſti venire, niſi g tia Dei ipſum pręueniente, ſcd̃m quod dicit Io. 6. e.* Nemo põt nire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eũ. *iõ ſubdit*

15 Poſtquam enim con. *tua gratia pręueniendo.*

16 Egi pœni. *Ad te fructuosè reuertendo.*

17 Et poſtq̃ oſtendiſti mihi. *Illuminãdo tenebras erroris m*

18 Percuſſi fœmur meum. *Paſſiones meas refrenando.*

6 Et

* Confu-

a *Quoniam ſuſtinui.* Per ignorantiam ætatis dicit ſe peccaſ-
A ſe, vt facilius veniam conſequatur. vnde: *Delicta iuuentutis meç, & ignorantias meas ne memineris.* Et in ſequentib. Deus paruulum eum vocauit, & delitijs affluentem, propter diuitiarum, ſcilicet magnitudinem & terræ fertilitatem.

ex pietate remiſſio, ex zelo ira, ex manſuetudine torpor, & huiuſmodi. *Dirige inquit cor tuum in viam rectam.* Via recta eſt ſemita mandatorum Dei, in qua ambulandum, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinandum. D
✻ Theodoretus. Sionim Syrus eſt interpretatus ſigna.

b *Si filius honorabilis, &c.* Pœnitentiã agẽ-re Ephraim & dicẽ-te: *Erudiſti me domine, & eruditus ſum, &c.* Reſpõdit dominus: ſe plenè cõuerſum illi ſuſtentat oracu-lo: *Si filius honorabi-lis, &c.*

c *Puer delicatus.* De quo: *Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum conuerſi ſunt in die belli.* Delicias aũt accipiamus ſecundum illud: *Delectare in domino, & dabit tibi pet. cor. t.* pro quo in Græco & in Hebræo habet: *Delitijs afflue.*

d *Idcirco con.* Quaſi dicat. Auido animo ſuſcepit verba mea & ſeruauit, ſed tamen miſerebor eius, quia & hominum iuſtitia, Dei indiget miſericordia.

a ¶Memoria peccatorum.
a Cõfuſus ſum, & erubui, quoniam ſuſtinui opprobriũ ado 1
a ¶Q. Contra naturæ ordinem domini dignatione primogeniti ſuſcepit honorem.
b leſcẽtiæ meæ. † Si filius honorabilis mihi Ephraim, ſi puer 2
a ¶Merito. b ¶Alij quia verba mea fuerunt in eo: Non in ore. ſ. ſed in corde ¶Cor eius.
c delicatus, quia ex quo loquutus ſum de eo, adhuc recor- 3 4
a ¶Quia verba mea cordis affectu ſeruauit.
b ¶Simile dicit Hoſee Conturbata ſunt viſcera mea, non faciam furorem iræ meæ. 5
d dabor eius. Idcirco cõturbata ſunt viſcera mea ſuper eum, 6
a ¶Hieron. De verbis domini humano ſenſu argumentari ſacrilegium eſt.
b ¶Vn. . prænuncietur, tibi canta fœlicitas ¶Pro antiquis peccatis, vel pro magnitudine gaudii.
miſerans miſerebor eius, ait dominus. Statue tibi † ſpeculã,
e f pone tibi amaritudines. Dirige cor tuum in viam † rectã 7 8
a ¶Quia per eam rediturus.
g in quã ambulaſti. Reuertere virgo Iſrael, reuertere ad 9 10
a ¶Quas captiua deſeruiſti.
b ¶Q. Reſpice quid dicturus ſum, & vnde tibi erit tua beatitudo ſperanda, audiui inauditum Quia creauit do. no. 11 12
ciuitates tuas iſtas. Vſquequo † delicijs diſſolueris filia 13
a ¶Nota, quia natiuitas Saluatoris & conceptio Dei dicitur creatio. 14
b ¶Maria
h vaga? Quia creauit dominus nouum ſuper terram: fœmi- 15 16
a ¶Gremio vteri.
b ¶Abſque viri ſemine. ¶Ecce vir Oriens nomen eius. ¶A conceptu, quia iuxta incrementa ætatis, per vagitus & infantiam proficere videbitur ſapientia & ætate, ſed perfectus vir in ventre fœmineo ſolitis menſibus continebitur
na circũdabit virum. Hęc dicit dominus exercituũ Deus 17

Quaſi dicat, Annotari oportebat quos fructus ex tranſgreſſione decerpſiſti: quæ verò bona tibi conciliauit pœnitentia.

f *Dirige cor tuum.* Dirigit cor ſuũ in viã rectam, in qua ambulauit, qui mẽtem ſuam in cęleſtis viã iuſtitiæ quã in baptiſmo ambulaturũ ſe promiſit: & ſecũdum doctrinã ſcripturarum pergere decernit, nec per deuia erroris, nec per luxus ſeculi declinare conſentit.

† titulos, pone tibi cumulos altos.

✻ Theodoretus. Ac ſi dicat, impone tibi onus pœnitentię: permane in his quæ rectè præelegiſti. Iſtud enim ſubdidit, in via qua ambulaſti. E

e *Statue tibi, &c.* Prouocat ad ſatisfactionem: vt conſideret in quantis deliquit: & agens pœnitentiam ad priſtinam gratiam reuertatur, ſecundum illud: *Memento vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.*

Tropol. autem quemque admonet, vt prouida diſcretione circumſpiciat, & quaſi de arce contẽplationis priuſquam culpa veniat deprehendat.

*Statue.* Gregorius. Speculam ſibi ſtatuere, eſt ventura vitiorum certamina ex alta conſideratione prænoſcere. Sibeque electi mens, amaritudines ponit quando etiã in virtutum pace conſtituta, dum mala inſidiantia conſpicit, ſecura quieſcere non conſentit. Primò autem ne mala quælibet agat. Secundò verò conſiderat: ne bona incautè faciat, & poſtquam praua ſubegerit, ipſa etiam recta ſibi ſubijcere cõtendit, ne ſi mentis dñium tranſeat, in elationis culpã vertatur. Ex bonis. n. incuriæ vitio mala naſcunt, ex doctrina arrogantia, ex iuſtitia crudelitas, C
ex

g *Reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuit. tuas iſtas.* Licet hæc quidam iuxta hiſtoriam ad reuerſionem Iudæorum de Babylonia in terram ſuam referant, vt ædificent ciuitates dirutas, & ſedes antiquas ſecundum illud. *Recedite de medio Babylonis & de terra Chaldęorum egredimini, &c.* Mihi tamen aptius videtur ad noui teſtamenti tempus cuncta referre, in quo virginis partus vniuerſo mundo edidit Saluatorem, vt virgo Iſrael quam ſibi dominus deſpondit in iuſtitia & in iudicio, & miſericordia poſt pollutiones priſtinas reuertatur ad ciuitates eccleſiæ, & deſinat vagari per luxus ſeculi. infra 50.

✻ Theodoretus. Nec huiuſmodi luctus aduerſatur letitiæ, cum nos alioqui fruentes bonis memores eſſe debeamus propriorum delictorum, & ea ipſa deflere.

h *Quia creauit.* ✻ Septuaginta. *Quia creauit te dominus in ſalutem, in plantationem nouam, vndequaque venient homines in ſalute.*

Idem F

---

NICOLAVS DE LYRA

1 Confuſus ſum. *De hoc quod tandiu te prouocaui. Et ſubditur miſericordia Dei recipientis, cùm dicitur.*
2 Si filius honorabilis mihi, Ephraim. *Et ponitur hic ſi pro quia quilibet reuertens ad Deum, veraciter efficitur honorabilis in conſpectu eius.*
3 Si puer de. *In Hebræo habetur:* Solatioſus. *i. materia ſolatij, ſecundum illud Luc. 15. b.* Gaudium eſt angelis in cęlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.
4 Quia ex quo loquutus ſum. *Reuocando ad meritum.*
5 Adhuc recordabor. *Dando ſibi præmium.*
6 Idcirco conturbata. *ideſt, pietate commota ſunt viſcera mea ſuper eum.*
7 Statue. *Hic conſequenter agitur de Chriſti conceptu. Et diuiditur in duas partes, quia primò deſcribitur hæc cõceptio. Secũdò ſubditur fidei dilatatio, ibi:* Hæc dicit. *Circa primam præmittitur diſpoſitio populi ad Chriſtum qui eſt vera pœnitentia, ſecundum quod Ioannes eius præcurſor dixit Matth. 3. a.* Pęnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. *Et quantum ad hoc dicitur:* Statue ti. *i. explorando propriam conſcientiam.*
8 Pone tibi. *i. contritionis dolorem.*
9 Dirige cor tuum in viam. *ſ. iuſtitiæ.*
10 In qua. *In patribus antiquis qui fuerant iuſti. Ra. Sa. dicit quod hęc eſt vera litera Hebraica:* Statue tibi ſpeculam: Pone tibi palmas. Dirige cor tuũ in viam rectam, in qua ambulaui. *Quod ſic põt exponi: Statue tibi ſpeculã. Specula eſt locus altus vnde poteſt à longè quis videre. Eſt ergo ſenſus: Statue tibi ſpeculã. q. d. myſterium incarnationis adhuc lõgè diſtat, ſicut dicitur in principio huius cap. Longè dominus apparuit mihi. Pone tibi palmas conſiderando innocentiũ victorias qui palmam martyrij obtinuerunt titulo Chriſti nati, vt dictũ eſt parte præcedenti. q. d. Iſtæ palmæ erunt ſignũ natiuitatis Chriſti implentę. Dirige cor tuũ in viã rectam. i. legẽ Euangelicam, quæ nullã patitur diſtorſionem, ſicut lex Moſaica patiebatur, quæ permittebat libellum repudij & vſuras cũ extraneis, Deut. 23. & 24. In qua ambulaui, in natura humana aſſumpta: ſecundum quod dicitur Act. 1. a.* Cœpit Ieſus facere & docere.
11 Reuertere virgo. *i. plebs prædeſtinata ad fidem.*
12 Ad ciuitates tuas iſtas. *i. ad eccleſiam militantem & triumphantem, quæ ciuitates dicuntur in veteri & nouo teſtamento, vt dictum eſt ſuprà.*
13 Vſquequo delitijs diſſolueris. *carnaliter viuendo.*
14 Filia va. *per diuerſa vitia.*
15 Quia creauit dominus nouum. *ideſt, incarnationis myſterium. Et loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ. Et ponitur ibi quia: tanquam redditiuum cauſę reſpectu pręcedentis ſententię. q. d. debet dimitti vita carnalis adueniente Chriſti incarnatione, & inchoari ſpiritualis.*
16 Fœmina circumdabit virum. *quod fuit impletũ in Maria quę Chriſtum virum perfectum ſcientijs & virtutibus ab inſtanti incarnationis in vtero ſuo circumdedit.*
17 Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael. *Hic conſequenter ponitur dilatatio fidei Chriſtianę, quę ſequuta eſt ad Chriſti conceptum & ortum, cùm dicitur.*

✻ Adhuc

✠ Idem. Hoc loco apertè oſtendit cauſam reuocatio
A nis: cum per eam vaticinetur, futuram nouam plantationem. Hanc enim mundo attulerant, qui ex ea nati ſunt, Apoſtoli, quod non obſcurè dicit ſermo propheticus, *vndequaque veniunt homines in ſalute*. Hi enim permeantes omnes gẽtes, per Dei cognitionem illis ſalutem attulerunt. Deinde prænuntiat iterum bona, quę ſunt reditum conſecutura, & naſcentem indè lætitiam.

d *Ideò qua.* Vt imitarer dicentem: *Ego dormiui & ſomnum cepi,&c. Ideo qua.* Quia ſcilicet, per gratiam Chriſti, qui de ſopore mortis reſurrexit in gloria propheta de ſomno tædij & triſtitiæ diuina reuelatione ſuſcitatus. ſomnũ quietis & pacis Dei promiſſionibus cõſolatus inuenit. vnde *Si dormieris non timebis, quieſces, & ſuaui erit ſomnus tuus.* Iuxta literam enim ſecurus dormit, & vigilat, quieſcit & ambulat, qui ſe innocentem ante Deum, & iuſtè viuere meminit. Sed & iuſtus ci... in morte dormieri non ſolum potentias malignorũ ſpirituum nõ metuit ſed etiam in pace q... ſcit, & ſecurus dormit, & diem reſurrectionis expectat.

† habitaculũ.

a *Adhuc dicent.* Chriſtianis, ſcilicet temporibus, quibus captiuitatem populi ſui, dominus conuertit.

B b *Benedicat tibi.* Hęc ſub Zorobabel ex parte videntur eſſe completa: plenitudo autem vaticinij ad Chriſtum refertur, cuius primo aduentu ſpiritualiter hæc facta ſunt. In ſecundò verò vniuerſa complebuntur. Iuxta nos ſpiritualiter, iuxta Iudæos & noſtros Iudaizantes carnaliter.

† triſtem impleni.

c *Quia inebriaui.* Mutatio perſonarum, obſcuram facit intelligẽtiam prophetarum: Dixerat dominus: adhuc dicẽt verbũ iſtud in terra

Pſal. 3. b

Iuda, &c. quibus dicentibus reſpondit: *Quia inebriaui animam laſſam.* Quo dicente, reſpondet populus de captiuitate
C reuerſus: ideo expergefactus ſum, &c.

¶ Fideles. a ¶ Ideſt, eccleſia b ¶ Confeſſionis ſ.
a Iſrael: Adhuc dicent verbum iſtud in terra Iuda, & in vrbi- 1
a ¶ In terram ſuam.
b ¶ Qui verè eſt pulchritudo iuſtitiæ & mons ſanctus in quo qui habitauerit, nullas timebit inſidias.
b bus eius, cùm conuertero captiuitatem eorũ. Benedicat ti- 2
a ¶ Speciofus forma præ filiis hominum
b ¶ Venite aſcendamus ad montem domini. c ¶ Abſque iniquitate. 3
bi dominus † pulchritudo iuſtitię, mons ſanctus. Et habita 4
a ¶ Confitentes. b ¶ Eccleſiæ Gentium quas tenet vna fides catholica, quæ eſt ciuitas regis magni.
c ¶ Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna. d ¶ Prædicatores.
bũt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius ſimul agricolæ, & 5
a ¶ Subditos. b ¶ In bono, ſecundum illud: Comedite amici & inebriamini chari. &c. Hac ebrietate inebriatus eſt Ioſeph cum fratribus ſuis in meridie. 6
c ¶ Sitientem. Qui ſitit veniat ad me & bi. 7
c minantes greges: Quia inebriaui animam laſſam, & oẽm 8
a ¶ Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. 9
b ¶ Qui laſſi fuerant, & eſurierant, inebriati atque ſaturati, gratias agentes reſpondent.
c ¶ Vel expergefactus ſum.
d animã † eſurientẽ ſaturaui. Ideo quaſi de ſomno ſuſcitatus 10
a ¶ Chriſtum ſuſcitantem & dicentem: Surge qui dormis, &c. b ¶ Noui teſtamenti
e ſum, & vidi, & ſomnus meus dulcis mihi. Ecce dies veniũt 11
a ¶ Catholicam eccleſiam. 12
dicit dominus, & ſeminabo domum Iſrael & domũ Iuda 13
a ¶ Iudæorum, ſcilicet diuina lege inſtitutorum. ¶ Rationabilium.
b ¶ Gentiliũ. ſ. quia non eſt perſonarum acceptor Deus, nec eſt diſtinctio Iudæi, & Græci ¶ Simpliciũ.
c ¶ Vt facerem quę minatus ſum.
ſemine hominum, & ſemine iumentorum. Et ſicut † vi-
a ¶ Omnes Gentes propter originalia peccata & actualia. 14
b ¶ Vt euellas & deſtruas & diſperdas & ædifices & plantes. 15
gilaui ſuper eos vt euellerem, & demolirer, & diſſiparem,
& diſperderem, & affligerẽ: ſic vigilabo ſuper eos, vt ędi- 16
a ¶ Dei enim agricultura, Dei ædificatio eſtis. b ¶ Morte Chriſti placatus & effuſione ſanguinis.
ficem & plantem, ait dominus, † In diebus illis, non di- 17
a ¶ Gillebertus hoc explanando Ezechielem plene gloſſauit.
b ¶ Vitia peccata.
cent vltrà: patres comederunt vuam acerbam, & den- 18
a ¶ Dominus n. mortem non facit, ſed peccatum, vnde: Anima quę peccauerit ipſa morietur. Q. Non peccatis patrum, ſed propriis offendit Iſrael, & fide in Chriſtum poſt tempora multa ſaluabitur.
tes filiorum obſtupuerunt, ſed vnuſquiſque in iniqui-

e *Ecce dies veniunt dicit dominus, & ſeminabo domum Iſrael & domum Iuda ſemine hominũ, &c.* Omnes huiuſcemodi repromiſſiones iuxta Iudæos & noſtros Iudaizantes in mille annorũ regno expectantur. Nos autẽ in primo aduentu Chriſti ſpiritualiter ex parte cõpleta defendimus, quia nunc in ſpeculo videmus & neſcimus ſicut oportet nos ſcire, aut in ſecundo complẽda credimus, cum dominus in maieſtate ſua apparebit, & plenitudo Gentium ſubintrauerit, vt omnis Iſrael ſaluus fiat, & non ex parte per ſingulos, ſed ſit Deus omnia in omnibus.

Ideò

☞ Omnis

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Adhuc dicent, verbum iſtud, &c. *Nomine Iudę intelligitur omnis verè confitens Deum, ad literam etiam ſecundum expoſitores Hebręorum, vt declaratum eſt ſupra 24. Et ſic terra Iuda eſt terra credentium Chriſtum & confitentium.*

2 Cum conuertero captiuitatem. *De ſeruitute peccati ad gratiæ libertatem.*

3 Benedicat tibi dñs pulchritudo iuſtitiæ & mons. *Sic enim orant fideles, vt eccleſia quæ eſt pulchritudo iuſtitiæ, & mons ſanctus, multiplicetur in bonis ſpiritualibus & temporalibus, quæ multiplicatio in ſacra ſcriptura frequenter dicitur Dei benedictio.*

4 Et habitabunt in. *i. in eccleſia quæ dicitur mons ſanctus, vt habetur. ſupra c. 2.*

5 Iudas. *i. quilibet fidelis confitens Chriſtum, vt dictum eſt.*

6 Et omnes ci. *i. fideles: quia ponitur hic continens pro contẽto, ſicut frequenter accipitur ciuitas pro populo in ea contento, ſicut cum dicitur. Talis ciuitas fecit hoc.*

7 Agricolæ & minantes. *i. paſtores eccleſiæ maiores & minores laborantes in agro dominico, & gregem domini paſcentes.*

8 Quia inebriaui. *Ideſt, gratia repleui.*

9 Animam laſſam. *ideſt, prius ſub peccato afflictam.*

10 Ideò quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum. *Verbum eſt Ieremiæ, qui de tribulationibus quas viderat venturas ſuper populum ſuum fuerat quaſi ſomno depreſſus, ſed audita redemptione fienda per Chriſtum fuit quaſi excitatus, ſicut de Iacob dicitur Geneſis 45.* Quaſi de graui ſomno euigilans, &c. *audito quod Ioſeph filius ſuus adhuc viueret.*

11 Et ſomnus meus dulcis mihi. *i. verſus in dulcedinem propter conſolationem ſuperuenientem.*

12 Ecce dies veniunt. *ideſt, tempus noui teſtamenti quod dicitur dies, ad Rom. 13. d.* Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.

13 Et ſeminabo domum Iſrael, & domum, &c. *i. eccleſia quæ eſt domus credentium & confitentium Chriſtum.*

14 Semine hominum & ſemine iumentorum. *i. ſapien... & ſimplicium. Et hoc modo etiam exponit Ra. Sa. & in eccleſia v... demus ſimplices ſapiẽtibus permixtos & multiplicatos. Poteſt et... hoc intelligi ſpecialiter de credentibus ex Iudæis, quorum aliqui fu... runt ſapientes & literati etiam à principio, ſicut Nathanael & P... lus & plures alij, & aliqui ſimplices, vt Petrus, Andreas & M... thæus: & circa finem mundi adhuc magis multiplicabuntur credẽ... tes de Iudæis, & ſimplices & literati.*

15 Et ſicut vigilaui ſuper eos, &c. *In captiuitate Babylonio... & Romanorum.*

16 Sic vigilabo ſuper eos. *Quod impletum eſt in his qui ia... crediderunt in Chriſtum, & amplius implebitur in credituris a... iudicium.*

17 In diebus illis. *Hic ponitur effectus paſſionis Chriſti. Curr... bat enim tempore Ieremiæ iſtud prouerbium apud Iudæos de fi... pro peccato parentum punitis.*

18 Patres comederunt vuam acer. &c. *& iſtud durau... principio mũdi vſque ad paſſionem Chriſti, quia pro peccato prin... rũ parentum omnes deſcendebant in infernum, ſed in paſſione Chr... ſti qua aperta eſt ianua cœli, illa punitio eſt amota. Et ideo prouer... bium iſtud non habet locum in illis qui facti ſunt membra Chri... per baptiſmum. Ante verò paſſionem Chriſti pueri per circunciſi... nẽ liberati à peccato originali ibi deſcendebant, & omnes quan... cunque iuſti. Ideo dicitur.* In dieb. illis. *ſed vnuſquiſq; in iniquit... ſua morietur. i. pro iniquitate ſua damnabitur pœna æterna: ſed p... na temporali aliquando puniuntur filij pro parentibus ſecundum... dinem iuſtitiæ, inquantum ſunt quędam res vel pars parentum.*

✠ Ecce

a tate ſua morietur. Omnis homo qui comederit vuā acer-
b bam, obſtupeſcent dentes eius. †Ecce dies venient, dicit do 1
c a¶Teſtamentum. ſ. quod per ſpiritumſanctum ſcribitur in cordibus fidelium.
minus, & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouū. 2
a¶Veteris teſtamenti quod in tabulis lapideis ſcriptum eſt duræ nationi & incredulæ. 3
Non ſecundū pactum quod pepigi cū patribus veſtris in 4
¶Quaſi f[illegible]
die qua apprehendi manū eorum vt educerem eos de ter- 5
¶Iuſte vlciſcendo.
ra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt: † & ego domi 6
natus ſum eorum, dicit dominus. Sed hoc erit pactum q; 7
a¶Poſt crucē. ſ. reſurrectionē & aſcenſionem. b¶De Sion exibit lex, & verbū domini de Ieruſalem.
d feriam cum domo Iſrael. Poſt dies illos, dicit dn̄s, dabo le- 8
a¶Lex Dei eius in corde ipſius. 9
b¶Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.
gem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcri-
¶Poſt hæc.
e bam eam: † & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in po- 10
pulum. Et non docebit vltrà vir proximum ſuum, & vir
f fratrem ſuum, dicens: Cognoſce dominum. Omnes
enim cognoſcent me à minimo eorū vſque ad maximū,
¶In primo aduentu.
ait dominus: quia propiciabor iniquitati eorum, & pec-
cati eorum non ero memor amplius. Hæc dicit domi- 11

A *Omnis homo qui.* Gregor. Quid.n. vua acerba, niſi peccatum? vua quippe acerba eſt fructus ante tēpus. Quiſquis enim præſentis vitæ delectationib. ſatiari deſiderat, quaſi fructus ante tempus comedere feſtinat. Qui igitur vuā acerbam comedit, dentes eius obſtupeſcunt: quia qui pręſentis mūdi deliciis paſcitur, in terrenis ſenſus eius ligantur, vt quā ſpiritualia mādent, i. intelligere nequeāt: quia vnde in exterioribus delectantur, inde in intimis obſtupeſcunt: & dum peccato animus paſcitur, panem iuſtitiæ edere nō valet, quia ligati dentes ex peccati cōſuetudine, iuſtū quod intus ſapiant, nō poſſunt edere.

* Theodor. Quod dicit, ē huiuſmodi. Quemadmodū fieri nō poteſt, vt quis comedat vuā acerbam & non obſtupeſcant dentes comedentis: ſic fieri nequit, vt pęnæ patrū qui peccauerūt, exigatur à filiis. Et ad confirmandū quod dictum eſt, ſub ijcit. *Ecce dies veniunt, dicit dominus, & faciā domui Iſrael, &c.* Ita inquit fieri non poteſt, vt filij luāt pœnas pro peccatis paternis. Ob idque filijs polliceor bona licet patres grauiſſimè peccauerint. Cæterum prædictiones non paucas nos docuit contra eos. In primis vnum eſſe legiſlatorem vtriuſque teſtamenti: præterea vnigenitum Dei verbum euangelicorū bonorum fuiſſe nobis ſuppeditatorum: ipſum liberaſſe Iſraelem Aegyptiorum ſeruitute, ipſum eſſe qui Moſi dixit. *Ego ſum qui ſum.*

b *Obſtupeſcent dentes.* Dentes comedentiū non pn̄t ſuauitatem ſentire. De qua dicitur: *Guſtate & videte, quoniā ſuauis eſt dominus* Quicunque ſcripturas nō intelligit, vt veritas eſt, vuam acerbam comedit. Vnde hæretici panē qui de cœlo deſcendit comedere non poſſunt, quia obſtupeſcūt dentes eorum: non auſteritate ciborum, ſed vitio dentiū.

c *Ecce dies.* Hoc teſtimonio Paulus, ſiue qs alius ſcripſerit epiſtolam ad Hebræos, vſus eſt: omneſq; deinceps eccleſiaſtici viri in primo Saluatoris aduentu dicunt vniuerſa completa, & nouum teſtamentum. i. Euangelium ſucceſſiſſe veteri legi: legem quoque literæ, lege ſpiritus commutatam: vt omnia ſacrificia, & circunciſio, & ſabbatum ſpiritualiter complerentur.

d *Dabo legem meam.* ✻ Theod. Hoc rebus demonſtrauit, cū ſacros Apoſtolos abduxit in montē, tunc n. non dedit illis tabulas lapideas, ſed in cordibus eorū inſcripſit leges diuinas, & dantibus operam virtuti, beatitudines obtulit. Et

e *Et non docebit.* Vt non quærant Iudaicos magiſtros, & mandata hominum, ſed doceantur a Spirituſſancto, ſi tamen templum Dei fuerint, & ſpiritus Dei habitauerit in ipſis, qui ſpirat vbi vult, & diuerſas habet gratias Notitia tamen vnius Dei, omnium virtutum poſſeſſio eſt. D

* Theodoret. Hæc verba ſortiantur effectum in futura vita. In illa enim non amplius indigebimus mutua diſciplina cum res manifeſtè appareāt, & quieſcāt affectus, & corpora quidē incorruptionē recipiant, animæ verò ſint expertes mutationis. Solet porrò ſcriptura diuina intermiſcere prophetias. Coniungit. n. ſermonib. de captiuitate ſermones de reuocatione, dn̄s quoque in euangelijs eodē cōtextu collocat ſermones de Ieruſalem & de conſummatione. E

†Heb. 8. c

†quamuis dominarer.

✻ Auguſt. Quid ſunt leges Dei ſcriptæ in cordibus, niſi ipſa præſentia ſpiritusſancti, qui eſt digitus Dei, quo pſente diffunditur charitas Dei in cordibus noſtris, quæ plenitudo legis eſt & præcepti finis. Nam quia veteris teſtamenti promiſſa terrena ſunt, licet exceptis ſacramentis, quæ erant vmbra futurorum, ſicut eſt circunciſio & ſabbatum, talia contineant præcepta iuſtitiæ, qualia nunc quoque ſeruare præcipimus, quæ maximè duabus illis tabulis, ſine figura adūbratæ ſignificationis expreſſa ſunt, ſicut eſt, *Non adulterabis, non homicidium facies*, & ſi quod eſt aliud mandatū, quod in hoc ſermone recapitulatur: *diliges proximum tuū*, tamen quia in eo promiſſa terrena & temporalia recitātur, quæ bona ſunt huius corruptibilis carnis, quamuis eis ſempiterna atque cœleſtia, ad nouum ſcilicet teſtamentū pertinentia figurarentur nunc ipſius bonum cordis promittitur, mentis bonum, ſpiritus bonum, hoc eſt intelligibile bonum. F

De ſpiritu & litera cap. 21

f *Omnes enim cogno.* Quia omnes erunt in contemplatione veritatis: Vnde: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tūc autem facie ad faciem.* Et alibi: *Videbimus eum ſicuti eſt, non ſicut hoīes vident.* ſ. vel viderunt, qn̄ apparuit in ſpē qua voluit, non in natura qua in ſemetipſo ēt cum videretur latuit.

1. Cor. 13. d

1. Ioan. 3. a

* Theod. His adiungendum quod dictum eſt per prophetam Oſeam. *Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam arena maris, reliquiæ ſaluæ fient.* Ambæ igitur prophetiæ continēt veritatem. Non enim omnes qui nati ſunt ex Iſrael, ſunt Iſraelitæ, ſed qui Deo crediderunt & pœnitentiam ſalutarem complexi ſunt, ex quibus & per quos eccleſia conſiſtit per vniuerſam terram. Qui

Oſee. 1.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ecce dies. *Hic conſequenter ponuntur quędam pertinentia ad legis Euangelicę dationem. Et quia leges ciuitatibus ponuntur, ideò ponitur primò huius legiſlatio. Secundò ciuitatis fidelium ędificatio, ibi:* Ecce dies. *Circa primum dicitur:* Ecce dies veniunt. *i. tēpora noui teſtamenti.*

2 Et feriam domui Iſrael & domui Iuda. *i. fidelibus Chriſtum confitentibus generaliter, & credentibus de Iudęis ſpecialiter, ſecūdum quod dicitur. Act. 13. g. de Iudęis:* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, &c.

3 Fœdus nouum, &c. *i. legem nouam. Lex enim frequenter in veteri teſtamento vocatur fœdus & pactum.*

4 Non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus. *quia illa lex fuit timoris, iſta autem amoris.*

5 In die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti. *i. in tempore. Quinquageſima die ab exitu de Aegypto data fuit lex in monte Sinai, vt patet in Exo.*

6 Pactum quod irritum fecerunt. *ipſum multipliciter trāſgrediendo, vt patet in libris Iudicum, Regum, & Paral.*

7 Et ego dominatus ſum eorū. *pro tranſgreſſionibus eos puniēdo. Et ſubditur cōditio nouæ legis, cū dicitur:* Sed hoc erit, &c.

8 Poſt dies il. *i. poſt curſum veteris teſtamenti.*

9 Dabo legem meam in viſceribus eorū, & in corde eorū. &c. *Quia Chriſtus legē Euangelicam non ſcripſit in pellibus vel tabulis materialibus, ſed in humanis cordib. Et potiſſimè quādo ſuper credentes miſit ſpiritumſanctū in die Pētecoſtes. Ideò ſubditur.*

10 Et non docebit vltra vir proximū ſuum, &c. *Quia illi oēs immediatè à Deo fuerunt edocti de pertinentibus ad legem nouam, & poſtea multi alij ſancti habuerunt ſcientiam a Deo infuſam: & ſi iſtud generaliter intelligatur, ad ſtatum triumphantis eccleſiæ refertur, vbi omnes immediatè vident diuinam eſſentiam.*

11 Hæc dicit dominus qui dat ſolem in. *ordinatè diſponens omnia.*

✻ Si

a *Qui dat ſol.* ſecundũ Gen. Sol in cœlo poſitus eſt in lu-
A mine diei, luna: & ſtellę in lumine noctis. In Pſal. quoque
Gene. 1. b legitur. *Dies diei eructat verbum, & nox nocti ind cat ſcientiam,*
Pſal. 18. a quia inuicem ſibi dies & noctes ſuccedunt.
b *Si defecerint, &c.* Si cęli peribunt, & ſicut veſtimẽtum veteraſcent, quomodo ſemen Iſrael poteſt eſſe perpetuum? Cœli aũt peribunt. vnde Iacob filijs ait: *Venite & annũciabo uobis quid futurum ſit in nouiſſimis dieb.* in quo patet mundum nõ eſſe perpetuum. Vnde: *Cælum & terra trãſibunt.* Et alibi: *Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad cõſummationẽ ſeculi*

Gene. 49. a — Marc. 13. d — Matt. 27. d

Allegor. Vel aliter. Allegoricè. Quandiu mundus iſte fuerit, ſemẽ Iſrael permanebit:
B non in his qui increduli ſunt, ſed qui in apoſtolis & per apoſtolos crediderũt, vt reliqæ ſaluæ fierẽt.

a nus: Qui dat ſolẽ in lumine diei, † ordinẽ lunæ & ſtellatũ
in lumine noctis: q turbat mare, & ſonãt fluctus eius. Do-
a ¶ Conſtitutio & ordo naturæ.
b minus exercituum nomen illi. Si defecerint lẽges iſtæ corã 1
a ¶ Sicut cæli non peribunt, ſic ſemen Iſrael domini voluntate perpetuũ erit, nec aliquãdo ceſſabit.
me dicit dñs, tunc & ſemẽn Iſrael deficiet, vt non ſit Gens
c coram me cunctis diebus: Hęc dicit dominus: Si menſura 2
a ¶ Vt magnitudo eorum cognoſcatur.
b ¶ Vt ratione comprehendantur. Quaſi: ſicut hoc impoſſibile eſt, ita illud, & ſi audierimus Iudæos hoc teſtimonio gloriari aſſentiamus, quod non abiectum ſit vniuerſum ſemen Iſrael, ſed ũi infideles.
ri potuerint cęli ſurſum, & inueſtigari fundamẽnta terræ
deorſum, & ego abijciã vniuerſum ſemẽ Iſrael ꝓpter om- 3
d nia quę fecerunt, dicit dñs. Ecce dies veniunt dicit domi- 4
a ¶ Eccleſia. ¶ Glorioſa dicta ſunt de te ci. Dei. Et alibi. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.
b ¶ Obedientię vel gratiæ. 5
e nus: & ędificabitur ciuitas domino à turre Anãnchel, vſq; 6
ad portam anguli. Et exibit vltra normam menſurę, in cõ- 7
a ¶ Lxx. gyrum. 8
f ſpectu eius ſuper collem Gareb, & circumibit Goãtha, 9

c *Si menſurari.* Quaſi dicat. Quomodo rerũ, & maximè cœleſtiũ aſtrorũ nõ poteſt ordo mutari, & maris fluctus voluũtur ad littora, & fragor gurgitũ auditur terribilis, nec vltra præceptũ progreditur. Vnde: *Terminum poſuiſti eis quem non transgredien. &c.* Sic ſemen Iſrael domini volũtate perpetuum erit, nec aliquando ceſſabit.
d *Ecce dies.* Qui mille annorum regnum in Iudæa expectant, conantur oſtẽdere à turre Ananchel vſque ad portam angulli collem Gareb & Goatha &c. ſanctuarium domini, id eſt, templum eſſe cõdendum, manſurumque in perpetuum. Quod quia tempore Zorobabel non poſſunt monſtrare completum, tranſeunt ad Chriſti ſui tempora: quem in conſummatione mundi dicunt eſſe venturũ, vt aurea Ieruſalem deſcendat de cœlo, & hoc terræ ſpatio ædificetur per circuitũ. Hoc aũt inde conijciunt, quia a turre Anathot, quæ appellatur Ieremię, tribus a Ieruſalem ſeparata milibus vſque ad torrentem Cedron
C funda-
menta ciuitatis iaciantur. Dicunt Ananchel fil
Sellum patruelem fuiſſe Ieremiæ cuius emit agrũ, & h
eſt inquiunt turris Ananchel, ignorantes Hebraicã ver
tatem: Hic enim Ananchel per non mediam literam ſc
bitur, ibi autem Ananchel, per men literam.
c *Vſque ad.* Gregorius. In angulo d
plex paries iũgitu
Ciuitas ergo dñi
turre Ananchel v
que ad portã angu
ædificari dr, quia
cleſia a celſitudi
gratiæ inchoans v
que ad ingreſſum
ſceptionẽque co
ſtruitur Iudaici p
puli & Gẽtilis. *Vſq. ad po. an. &c.* Licet
cleſia initium hab
re videatur ſublim
in hac tñ vita rec
veritatis lineam n
poſſunt anguli po
ſidere. In angulo
ſumus dũ viuimu
fractis quoq; line
exit vltra funicul
menſurę, contra portam anguli ſuper collem Gareb, q
incolatus aut ſcabies interpretatur, in quo aduenæ & p
regrini & auribus prurientes & nouitatem peſſimæ d
ctrinæ facilè ſuſcipientes ſignificantur.
f *Et circum.* Quod. Lxx. gyrum interpretati ſunt, electis
viuis lapidibus qui voluuntur ſuper faciem terræ, & c
ſtringuntur lapide angulari: & omnem Phagarim vall
quod interpretatur ruinarum. Et cineres, ſubaudis, c
cumibit, vt quãuis videamur nobis in collibus eſſe, ſe
per tamen timeamus ruinas, & conſideremus cineres
dicamus pœnitentes: *Cinerem tanquam panem manducab*
& vniuerſam Sedemoth, quod Hieronymus vertit in r
gionẽ mortis, vnũ nomen in duo diuidens. Sade. n. reg
& Mooth interpretatur mortis. Regio autẽ mortis reg
peccatorum eſt, quæ pergit vſque ad torrentem Cedr
vbi dominus traditus eſt, qui tenebræ interpretatur.
de quanta loca habeat eccleſia, & quòd ſine macula,
ruga

NICOLAVS DE LYRA.

1 Si defe. &c. *Reb. naturalib. à me impoſitæ. q. d. ſicut sũt ſtabiles, ita fideles ſtabũt corã me, q perfectè impletur in eccleſia triũphãte.*
2 Si menſurari potuerint, &c. *i. ſicut nõ poſſunt menſurari, ſic nõ abijciã vniuerſum ſemen Iſrael, quia aliqui iam ſunt vocati ad fidẽ à tempore Chriſti, & plenius vocabuntur alij circa finẽ mundi.*
3 Ecce di. *Hic cõſequẽter agitur de ciuitatis ædificatione, & ſecũdũ quod dicit hic Ra. Sa. & bene quantũ ad hoc, non poteſt intelligi de ędificationibus factis per Salomonem & Neemiã, quia nõ fuerũt tãtæ amplitudinis, ſicut iſta deſcribitur. Itẽ quia in fine dicitur:* Sãctũ do. non. *Ciuitas aũt ædificata per Salomonẽ fuit deſtructa per Chaldæos, & templũ in ea exiſtens, & ciuitatem reædificatam per Neemiã, & templũ deſtruxerunt Romani. Et ideò dicit q Ieremias loquitur de reædificatione Ieruſalẽ & tẽpli in aduentu Meſſiæ, quo tẽpore expectant Iudæi Ieruſalem & tẽplum a Deo reædificari materialiter multò precioſius & latius q̃ vnquam fuerit. Sed hoc dictũ fundatur, ſuper erroneum fundamentũ. ſ. q aduentus Chriſti ſit futurus, qui iam tranſiit in præteritũ, pp quod Hiero. & alij expoſitores noſtri dicunt, q non poteſt intelligi ad literam de ædificatione Ieruſalẽ materialis: ſed ſpiritualis quæ ædificata eſt à Chriſto viuis lapidibus, ſecundũ quod dicitur Apoc. 31. a.* Vidi ciuitatẽ ſanctam Ieruſalẽ, &c. *cui⁹ ædificatio hic parabolicè deſcribitur.* Ecce dies ve. *i. tẽpus noui teſtam.* Et edifi. ciui. *i. eccleſia, de qua dicitur Pſ.* 86. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. A turre Ananchel. *Ananchel interpretatur gratia Dei. Per turrẽ igitur Ananchel metaphoricè deſignãtur Apoſtoli & alij credẽtes primi, qui ad modũ turris fuerũt ſolidati per gratiã Spirituſſancti deſcẽdentis ſuper eos in die Pẽtecoſtes in ſigno viſibili, & iſti lapides primarij fuerũt Iudæi: ſed quia poſtea fuerũt Gẽtiles ad fidẽ deuotè veniẽtes, eis in hoc ædificio cõiuncti. Ideo ſubditur.* Vſq; ad portã anguli. *Sicut .n. duæ lineæ cõiunguntur in angulo, ſic Iudæi & Gẽtiles in Chriſto: pp quod dicitur lapis angularis. Et quia eccleſia militans nõ ſolũ habet in ſe iuſtos, ſed etiã peccatores quantũ ad numerũ, licet non quãtũ ad meritũ, ideo ſubditur.* Exibit vltra normã mẽſuræ in cõſpectu eius, &c. *ſ. ad recipiendũ peccatores, quod exprimitur magis in ſpeciali, cũ ſubditur:* Super col. Gareb. *per quod intelligun-*

Aedificatio ciuitatis Ieruſalem.

*tur ſuperbi Deo abominabiles. Gareb. n. interpretatur ſcabies.* Et c cũibit. *Quod interpretatur Gẽs peccatrix.* Et oẽm val. *Per qu intelligũtur carnales.* Et cine. *i. peccatores pœnitẽtes, ſecundũ il Iob. vlt. a. Ago pœnitẽtiã in fauilla & cinere.* Et vni. reg. *i. gen liter oẽs peccatores in regione ũbræ mortis habitãtes.* vſq; ad t *qui interpretatur tenebræ, qa peccatũ mentẽ obtenebrat. Et quia n ti de peccatorib. ad lucẽ gratiæ reuertũtur, & ardẽtiores in Dei dientia efficiuntur, ideò ſubditur:* Et vſq. ad ang. por. equ. *Et cũtur hic equi q agũtur inſtinctu Spirituſſancti, ſecũdũ q dicitu Ro. 8. c.* Qui ſpiritu Dei agunt, hi filij Dei ſunt. *& ad iſto habet Spirituſſanctus, ſicut ſeſſor ad equũ.* Sanctũ do. non. &c. *cultus Dei ab eccleſia nõ tolletur, ſed permanebit vſq; ad finẽ m & tunc non deſtruetur, ſed magis perficietur in patria vbi erit iugis & perpetua, ſecundũ illud Pſ. 83. b.* Beati qui habitant domo tua dñe, ĩ ſecula ſeculorũ laudabũt te. *Licet aũt ſit bene dictũ, videtur tamen mihi ſaluo meliori iudicio, q locus poſſit exponi dẽ reædificatione Ieruſalẽ per Adrianũ imperato poſt deſtructionẽ factã ſub Tito & Veſpaſiano, in qua ædificat murus Ieruſalem fuit dilatatus intantũ q loca dominicæ paſſio & ſepulturæ ſunt ibi incluſa, vt dicit Hugo Floriacenſis & alij h riographi, quæ tamen erant extra Ieruſalẽ per Romanos deſtru vt patet Io. 19. & ad Heb. 13. Et illã tradidit Aelius Adrianus C ſtianis habitandã, prohibens ne aliquis Iudæus habitaret ibidẽ. ergo põt exponi litera.* Ecce dies, &c. ædifi. ciuitas. *ſ. Ieruſale*
4 Domino. *i. ad honorem domini, quia ſoli Chriſtiani ibi habi re fuerunt permiſſi, vt dictum eſt.*
5 A turre Ananchel vſque ad por. *ab antiquo fuit in Ie lẽ quædã turris & quædã porta ſic nominatæ, vt habetur Neem 3. & 4. Reg. 14. Et inter illa duo loca erat quaſi lõgitudo ciuitati qa ĩ latere Aquilonari fuit dilatatus murus, vt dict. eſt, ideo ſeq*
6 Et exibit vl. *ſ. antiquam clauſuram.*
7 Normã mẽ. *ſ. Ieruſalẽ, ad includẽdũ loca pdicta. ideo ſubdit*
8 Super collẽ Gareb. *i. montem Caluariæ vbi Chriſtus fuit ſus: vnus. n. & idem locus aliquando nominatur pluribus nomi bus: ſicut mons Sinai nominatur etiam mons Oreb & mons De*
9 Et circũibit Goa. *Iſte videtur ille locus qui Io. 19. dicitur G gotha.*

A uga in cœleſtibus tandem futura ſit. Audis angulos & cabiem, audis ruinas & cineres, regionẽ mortis, & tenebras, nec vnquam glorieris. Denique ſequitur.

*Vſque ad angu. por.* Nulla enim vera iuſtitia vel certa victoria in hoc ſeculo Ip ſe quoque angulus portæ quamuis Orientalis vnde lumẽ oreditur, equorũ appellat, vt doceat nos indigere curſu atque certamine, vt tandem cum domino audire mereamur: *Aſcendiſti equos tuos, & equitatio tua ſalus.* In porta Orientali & in porta quadrigarum ſanctificatio dñi eſt, vt tunc nos perfectos eſſe arbitremur, cũ dixerim°: *Currus Dei decemmilibus mul. mil. læ. dominus in eis in Sinai in ſancto*, hæc ædificatio manebit in æternum. D

Habac. 3. a

a ¶ Theodotio ipſum Hebræum poſuit Phagarim, vel ruinarum alia litera.

a & omnem vallem cadauerum, & cineres † & vniuerſam re 1
gionem mortis, vſque ad torrentem Cedron, & vſque ad 2
angulum portę equorum Orientalis. † Sanctum domini 3
non euelletur, & non deſtruetur vltrà in perpetuum. 4

† ſimul cum omni Sede moth.

Pſal. 67. d

† ſanctificatũ domino.

NICOLAVS DE LYRA.

* tha. Sic. n. frequẽter variãtur nomina locorũ per longitudinẽ tpũ, ſicut Ioan. 3. nominatur Sichar ille locus qui vocatur Sichẽ Gen. 33. Et omnem val. cad. *ſic nominatã, quia ibi puniebantur ad mortem iudicati, quorum cadauera ibi remanebant. Et eadem ratione dicitur regio mortis & cinerum, qui ibi fiebant diuerſæ punitiones, & ibi aliqui comburebantur, quorum cineres remanebant.* Vſque ad torrentem Ced. *ſcilicet, excluſiuè. Dilatatio enim muri prædicta pertingit propè torrentem Cedron, ſecundum deſcriptionem ciuitatis factam ab illis qui viderunt eam.*

3 Et vſque ad angelũ por. *ſic nominatæ, quia equi per illã adducebãtur pro adaquatione in torrente Cedron. Et dicitur Oriẽtalis, ad differentiã alterius portæ quę dicebatur porta equorũ, q̃ erat prope templũ ſic nominata, eò ꝙ homines equitare poterant vſq; ad locũ illum, ſed inde dimiſſis equis procedebant peditando vſque ad tẽplum, ſicut dictum fuit Nehemiæ 3. & iſta erat in parte occidentali ciuitatis, ſicut & templum: illa verò magis in parte orientali.*

4 Sanctũ dñi non euelletur. *i. ſepulchri ædificium quod Saraceni capientes ciuitatẽ nõ deſtruxerunt, ſed magis honorificè reſeruauerũt vſq; hodie, ſicut dicũt illi qui viderũt et in ſcriptis reliquerũt.*

ADDITIO I.

*Ic. 31. vbi dicitur in poſt. Et ſic in ꝓpoſito per frumentũ & vinũ.* B *Sicut ꝑ frumentũ & vinũ intelligitur hic euchariſtiæ ſacramẽtũ, ſic per oleũ in hoc loco debet intelligi oleũ, quod eſt materia ſacramentorum cõfirmationis & vnctionis extremæ. Quod autẽ ꝑ oleum intelligatur gratia, hoc magis videtur ꝑtinere ad ſenſum myſticum.*

ADDITIO II.

*In eod. cap. vbi dicitur in poſt.* Tũc lętabitur virgo. *i. virgines Quod hic dicitur.* Tũc lætabiť virgo. *non eſt neceſſarium, quod exponatur per plurale. ſ. dicendo virgines: poteſt enim propriè exponi de beata Virgine, quæ antonomaſticè dicitur virgo. Illa. n. excellentiori modo q̃ cęteri beati lætatur in choro, non ſolum angelorum, ſed etiam ſanctorum omnium, de quibus ſubdit:* Iuuenes & ſenes ſimul. *vt per iuuenes intelligantur ſancti noui teſtamenti, qui noui teſtamenti veniunt: & per ſenes ſancti veteris teſtamenti, qui ſimul lætantur in eccleſia triumphãti de qua agitur, vt poſtillator dicit. Et quia tam virgo prædicta, quã dicti ſancti iuuenes & ſenes, antequam ad ſtatum beatitudinis peruenirent, fuerunt in luctu huius ſeculi & doloris, ideo ſubdit.* Conuertam luctum eorum in gaudium.

ADDITIO III.

*In eodem cap. vbi dicitur in poſtilla. Quod fictitium videtur, tamen quia diſſonat à dicto euangeliſtæ.*

*Rationes quas poſtillator allegat contra expoſitionem fictitiam Iudæorũ de hac prophetia.* Vox in rama aud. eſt, &c. *veræ ſũt, ſed non accipiuntur ab eis. De prima patet, nam ipſi non accipiunt veritatem Euangelij. De ſecunda verò: nam dicunt quod hoc miraculum ſatis exprimitur in iſto loco per Ieremiam: quod dicunt ſufficere ad publicationem huius miraculi, præſertim cum Ieremias fuit poſt captiuitatem decem tribuum, & videtur narrare hic iſtud factum de ploratu Rachel tanquam pręteritum. Sed eſt alia ratio* C *vali contra eos, ſcilicet, ex hoc quod ſequitur. Hęc dicit dominus.* Quieſcat vox tua a ploratu, &c. *Qualis. n. erat conſolatio matri, ſeu mulieri ploranti de cęde pręſenti, ſeu de captiuitate tantę multitudinis filiorum, etiam ſi certificaretur de hoc, quòd poſt multa curricula annorũ reuerteretur poſteritas illorum captiuorum, ſeu occiſorum ad propriam patriam, ſeu ad terminos ſuos, prout ipſi exponunt hoc quod ſequitur.* Eſt merces operi tuo & reuertentur de terra inimici. E *quod intelligunt implendum in aduentu Meſſię per eos maniter ſperati: quo tempore ſecundum eos deſcendentes à prędictis captiuatis, ſeu occiſis reuertentur ad terram promiſſionis. Ridiculum enim videtur, & dictamini rationis omnino inconſonũ, quòd aliqua mulier flens & dolens de nece, ſeu ſtrage filiorum pręſentaliter facta conſoletur & quieſcat a fletu per hoc quòd certificaretur de reſtitutione deſcendentium ab illis poſt decurſum duorum milium annorum vel circiter. Nam ſecundum Phil. in 1. ethi. 15. c. Et fortunijs vel infortunijs viuorũ ſi aliquid redundat ad mortuos, fragile & paruum eſt. Quod quidem inconueniens non ſequitur ad veram expoſitionem catholicorum. ſecundum quam illi filij in propria perſona qui fuerunt occiſi, ſunt reuerſi de terra inimici, ſcilicet, Herodis ad terminos ſuos, ſcilicet, ad regna cœli, quę eſt ſpes nouiſſima de qua ſubdit:* Et eſt ſpes nouiſſimis tuis.

ADDITIO IIII.

8 Scito ꝙ Baal. rex &c. percutere animam tuam. *i. occidere. Frequenter. n. in ſcriptura anima accipitur pro toto homine eò modo loquendi quo totum denominatur a digniori parte: iſte a Iſmael eò quòd erat de ſanguine regio indignabatur, quòd Godol præerat populo: & ideò petijt a rege Ammon ad quem confuger auxilium ad ipſum occultè iugulandum, ſed iſtud innotuit Ioann filio Careæ & ſocijs eius, qui reuelauerunt hoc Godoliæ, volentes medium adhibere, ſed ipſe non credidit, & occiſionem Iſmaelis p hibuit, & patet litera.*

C

## MORALITER.

† † *Venerunt ad Godoliam.* Officium. n. boni prælati eſt diſperſos per diſcordiam reunire per concordiam charitatis, & eos aſſecurare in bono: ideò ſubditur.

† *Noli. ti.* Ad bonum opus inducere, ideò ſequitur.

† *Vos autem colligite vindemiam.* Bonæ compunctionis.

† *Et meſſem.* Multiplicis bonæ operationis.

† *Et oleum.* Piæ miſerationis.

† *Et condite in vaſis veſtris.* i. in cordibus veſtris per rectitudinem debitæ intentionis. Greg. Hom. 37. Sic autem ſit opus in publico quatenus intentio maneat in occulto, vt & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & in intentione qua ſoli Deo parcere quærimus, ſemper optemus ſecretum.

8 *Scitò quòd Baal. rex filio. Ammon miſit &c.* Ammon interpretatur populus iniquus, & ideò per regem Amm ſignatur diabolus, qui (vt dicit Greg. Hom. 10.) eſt cap omnium iniquorum, & huius capitis membra ſunt o nes iniqui, & ipſe Iſmaelem. i. hominem impium & f cem mittit ad interficiendum hominem innocent qui ſignatur per Godoliam. Et ſicut ille Godolias n credidit quod dicebatur in Iſmaele, & ſic interfectus f ſic quia innocens non credit de facili malum de alio bi dictum, frequenter incurrit damnum temporale, li credat ad eius bonum ſpirituale ſi ſuſtineat patiente Prou. 22. *Callidus videt malum & abſcondit ſe, innocẽs autem tranſit, & afflictus eſt damno.*

CAP. XLI.

a E *T factũ eſt &c.* Gregor. Hæc fraus tunc per Iſmaelẽ hiſtorialiter facta eſt: ſed quotidie per diabolũ fit ſpiritualiter. Sciendum verò eſt quod bona noſtra tribus modis diabolu ſequitur vt cũ ctũ agitur corã minibus, in æt iudicis conſp vitientur. Aliq do enim inten nem polluit, v quẽs actio ab o

lib. 1. mor. c. 37 Diabolus quõ inſequitur bona noſtra.

## CAPVT XLI.

a E T factum eſt menſe ſeptimo, venit 1
Iſmael filius Nathaniæ filij Maaſiæ fi-
lij Eliſama de ſemine regali, & optima-
tes regis, & decem viri cum eo ad Godo- 2
liam filium Aicham in Maſphat, &
comederunt ibi panes ſimul in Maſ-

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XLI.

✻ E T factum eſt. *Hic conſequenter conſpiratio Iſmaelis nequiter perficitur. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur Godoliæ occiſio, ſecundò occiſoris perſecutio, ibi.* Audiuit aũt. *populi trepidatio, ibi.* Tulit ergo. *Prima pars patet vſque ib*

2 Et comede. *Nomine panis intelligitur omnis cibus: fecit Godolias conuiuium, credens ꝙ veniſſent amicabiliter ad ip*

✻ 1 Surr

Diuiſio.

## MORALITER.

† 1 *Et factum eſt in &c.* Per illum Iſmaelem qui fuit homicida peſſimus ſignatur diabolus, de quo ſcribitur Io. 8. ſ. *Ille homicida erat ab initio,* ipſe verò venit ad Godoliam, per quem intelligitur vir innocens & bonus ad eum ſu tendum de ſtatu gratiæ in miſeriam culpæ.

2 *Et comede. &c.* Simul. Quod fit qñ vir innocens in c tione peccati per ſuggeſtionem diaboli incipit dele

† de

eimmũda ſit. Si oc non præualet n ipſa actione, uaſi in itinere ſe pponit vt cũ per ropoſitum men-s ſecurior quis raditur ſubiun-o latenter vitio, uaſi ex inſidijs rimatur. Aliqñ rò nec intentio-em vitiat, necin inere ſupplantat d opus bonum i fine actionis il-lucat, vnde. *In via hc qua ambulabam a. ſu. la. mi.* Quod ne Ieremias inſi-nat qui dum geſta fris retulit, quę in ts gerantur indica t, dicens. *Venerunt.* B 8. *viri de Sichem &c.*

phat. Surrexit autem Iſmael filius Nathaniæ & decem viri 1
qui cum eo erant, & percuſſerunt Godoliam filiũ Aichan
filij Saphan gladio, & interfecerunt eum quem pręfecerat
rex Babylonis terræ. Omnes quoque Iudæos qui erant cũ
Godolia in Maſphat, & Chaldæos q reperti ſunt ibi, & vi 2
ros bellatores percuſſit Iſmael. Secundo aũt die poſtquam 3
occiderat Godoliam, nullo adhuc ſciente, venerunt viri de 4 5
a ¶ In proprijs viribus fiduciam non habentes.
Sichẽ & de Silo & de Samaria octoginta viri raſi barba, & 6 †
a ¶ Decori ſuo non parcentes. b ¶ Opera. c ¶ Orationem.
& ſciſſis veſtibus, & † ſqualentes: & munera & thus habebãt † †
a ¶ Quilibet malignus ſpiritus
in manu, vt offerrent in domo dñi. Egreſſus ergo Iſmael † †
¶ Sathanæ ſcilicet.
filius Nathaniæ in occurſum eorũ de Maſphat, incedẽs & 7 8
a ¶ Quia ſub velamine virtutis ſe occultat, & concordare ſe viris lugentibus ſimulat.
b ¶ Quia ad altiora ſe ducere promittit, qui etiam minima ſubtrahit
plorãs ibat. Cum autem occuriſſet eis dixit ad eos: Venite †
a ¶ In ipſo itinere actionis
ad Godoliã filium Aichã. Qui cũ veniſſent ad mediũ ciui- 9
tatis, iterfecit eos Iſmael filius Nathanię circa mediũ laci, 10 †

perbiæ errore gene D ratus ſe ad decipiẽdum opponit. de quo bene dicitur. *Incedens, & plorans ibat,* quia vt deuotas mentes interimere feriendo præualeat ſe ſub velamine virtutis occultat, & dũ concordare ſe verè lugẽtibus ſimulat, ad cordis intima ſe curius admiſſus qđ intus ē virtute latet occidit: quia pleruſque ſe promittit ad altiora prouehere, vnde dixiſſe perhibetur. *Venite ad Godoliam filium Aicham:* & dum maiora promittit etiã minima ſubtrahit, E vnde dictum eſt.

Irbam radunt, qui ſibi de proprijs viribus fiduciam ſub t hunt. Veſtes ſcindunt, qui ſibimetipſis interioris deco ri laceratione non parcunt. Oblaturi in domo domini thus & munera veniunt, qui exhibere in Dei ſacrificio orationem cum operibus pollicentur. Sed tamen ſi ſe in ſacte deuotionis via cautè conſpicere neſciunt Iſmael Nathaniæ filius in eorum occurſum venit quia quilibet malignus ſpiritus prioris ſui Sathanæ .ſ. exemplis in ſu-

*Cum veniſſent ad medium ciuitatis, interfecit eos.* Viros ergo ad offerendum Deo munera venientes in medio ciuitatis interficit, quia diuinis rebus deditæ mentes niſi cum magna circunſpectione ſe cuſtodiant hoſte ſurripiẽte, dum deuotionis portant hoſtiã, in ipſo itinere perdũt vitam. De cuius manu non euaditur, niſi citius ad pœnitentiã redeatur. Vnde apertè ſubiungitur.

a Decem

### NICOLAVS DE LYRA.

1 Surre.au. *Erant.n. multo plures, aliter non feciſſent talẽ ſtra gẽ: ſed iſti decem qui exprimuntur erant principales cum eo. Cæte ra patent vſq; ibi.*

2 Et Chaldæos qui reperti ſunt ibi. *Quia aliquando mittebatur de Babylone ad Godoliam, vt reſponderet de officio ſibi impoſi, vt habetur.c.præ.* Ecce ego habito in Maſphat, vt reſpondam præcepto Chaldæorum.

3 Et vi.bel. *Qui erant cum Godolia ad munitionem loci.*

4 Per.Iſ. *Quia non præcauebant ſibi. Iſmael autem & qui erant cum eo erant occultè armati.*

5 Secun.au. *Hic conſequenter ponitur occiſio hominum venientium ad Godoliam deuotè, cùm dicitur.*

C 6 Vene.vi.&c.raſi.bar. *Dicit hic Ra. Sa. ꝙ iſti ibant in Ieruſalem ad offerendum munera in templo: quia quando receſſerunt de domibus ſuis neſciebant templum eſſe combuſtum, ſed in via audierunt: & tunc in ſignum triſtitiæ fecerũt barbas ſuas radi, & veſtes ſciderunt ſecundum modum Iudæorum in afflictione exiſtentium. Sed hoc non videtur verum quia templum fuit combuſtum quinto menſe decima die menſis, vt habetur infrà. 52. viri autem iſti venerunt menſe ſeptimo, vt patet ex principio huius ca. & ſic ab incendio templi & ciuitatis vſq; ad aduentum eorum fluxerunt duo mẽſes vel circiter. Quod autem factum ſic notabile tam diu neſciretur in locis vnde venerunt, non habet aliquam apparentiam veritatis, quia Samaria quæ plus diſtabat a Ieruſalem non diſtabat niſi per 28. miliaria quæ faciunt tantum. 14. leucas, & Sichem per 12 miliaria vt dicitur in deſcriptione terræ ſanctæ. Propter quod dicendum quòd Godolias poſt deſtructionem templi ædificauit in Maſphat altare domini, quia tempore Samuelis fuit ibi arca domini & altare per aliquod tempus, vt dictum fuit. 1. Reg. 7. & ad illum locum ex deuotione veniebant iſti viri. raſis tamen barbis & ſciſſis veſtibus in ſignum triſtitiæ pro templi deſtructione, vt offerrent in domo domini, ſic enim nominatur locus ille ratione altaris & quia erat ſtatutus locus orationis.*

7 Egreſſus ergo Iſmael. *Vt eos deciperet: viderat enim eos de alto loco venientes.*

8 Incedens & plorans ibat. *In hoc ſimulans ſe dolere de morte Godoliæ, vt dicunt aliqui: ſed huic contradicere videtur quod ſubditur.*

9 Dixit ad eos. Venite ad Godoliam. *ſ. ſecurè tanquàm ad præfectum terræ. Non.n. eſt veriſimile, ꝙ loqueretur de cadauere ipſius & aliorum interfectorum quod magis volebat celare, & ideo* F *cum dicitur.* Incedens & plorans. *Hoc eſt intelligendum quod conformabat ſe eis in luctu pro deſtructione templi & ciuitatis, vt magis crederent ſibi.*

10 Qui cum veniſſent ad mediũ ciuitatis, interfecit eos Iſmael, &c. *Ibi enim dimiſerat homines armatos latenter ad hoc faciendum, & ipſe ſolus vel cùm paucis occurrerat illis viris. Cætera patent vſque ibi.*

✠ 1 Noli

### MORALITER.

† de quo etiam Diabolus delectatur & ſic Iſmael & Godolia ſimul comedunt & paſcuntur, ſed cum Diabolus trahit ipſum ad peccati conſenſum vel actum tunc interficitum. Per interfectos autem ſimul cum Godolia intelliguntur opera boni viri quæ ipſo peccante mortificantur. Poſſunt etiam per iſtos intelligi illi qui ex lapſu boni viri accipiunt occaſionem peccandi.

5 *Secundo autem &c.* Sequitur.

6 *venerunt de Si. &c.* Per Silo qui interpretatur auulſio, religionis profeſſio ſignatur, per quam homo a ſeculari conuerſatione totaliter auellitur. Per Sichen qui humerus interpretatur, obedientia ſignatur per quam humerus ad portandum onera religionis applicatur. Per Samariam quæ interpretatur cuſtodia, intelligitur obſeruatia regularis: & ſic per iſtos octoginta viros vniuerſitas religioſorum deſignatur. Dicuntur autem raſi barba, per quod ſignificatur caſtitas, eò ꝙ barba ſignum eſt virilis ſexu: caſti verò ſunt eunuchi propter regnum cœlorũ caſtrati, vt dicitur Mat. 19. b.

† *Et ſciſſis veſtibus.* Quod eſt ſignum mœroris ſiue luctus. Hebræorum ſecundo. c. *Omnis diſciplina in preſenti non eſt gaudij, ſed mœroris.* Et competit religioſis. Hieronymus ad Riparium. Monachus plangentis habet officium.

† *Et ſqualentes.* per quod deſignatur aſperitas vitæ, quam religioſi debent deducere.

† *Munera habebant.* Multiplicis bonæ operationis.

† *Et thus.* Deuotæ orationis.

† *Vt offer. in. do.* Nam illa fieri debet ad honorem Dei & non ad gloriam mundi.

6 *Egreſſus eſt &c.* Nam diabolus per Iſmaelem ſignatus aliquando ſe transfigurat in angelum lucis, vt religioſos decipiat ſuis fallacijs, dicens.

8 *Veni. ad.* Inuitando eos malicioſè ad viri perfectioris imitationem, quæ tamen non eſt imitanda: ſicut ſecunda collatione Moyſi abbatis, dicitur quòd quidam a Diabolo fuit ſic deceptus quòd per eius exhortationem voluit immolare filium ſuum qui ſecum erat in monaſterio, vt perfectioni Abrahæ æquaretur: & ſic feciſſet, niſi puer fugiſſet.

† *Interf. e. Iſ. t.* Diabolus, qui multos interfecit per tales fraudulentias morte culpæ.

a Decem vi. rep. ſunt inter eos, &c. habemus theſaur. Theſaurus enim in agro, ſpes eſt in pœnitentia: quæ quia non cernitur, quaſi in terra cordis ſuffocata continetur. Qui ergo theſauros ī agro habuere, ſeruati ſunt. Qui enim poſt incautelæ ſuæ vitiũ ad lamẽtũ redeunt nec capti moriuntur. Cùm verò antiquus hoſtis nec in exordio intentionis ferit, nec in itinere actionis intercipit: duriores in fine laqueos tendit, quem tanto nequius obſidet, quanto ſolum finẽ remanſiſſe ſibi ad decipiẽdum videt. Hos namque fini ſuo appoſitos laqueos videbat prophe-

ipſe & viri qui erant cum eo. Decem aũt viri reperti ſunt inter eos,
a ¶ Spem pœnitentiæ ſcilicet.
qui dixerunt ad Iſmael. Noli occidere nos, quia habemus theſaurũ 1
in agro frumẽti & hordei & olei & mellis. Et ceſſauit, & nõ interfe-
cit eos cum fratribus ſuis Lacus autem in quem proiecerat Iſmael 2
omnia cadauera virorum quos percuſſit propter Godoliã: ipſe eſt
a ¶ Quoſcunque diabolus ſ. d[...]one interficit præcipitat in lacum ſulphuris, & ignis æterni.
quem fecit rex Aſa propter Baaſa regẽ Iſrael. Ipſũm repleuit Iſmael
a ¶ Peccatis ligatas. b ¶ Fideles .ſ. in contemplatione vel meditatione legis manentes, vel in ſpecula virtutum.
filius Nathaniæ occiſis. Et captiuas duxit Iſmael oẽs reliquias po- 3
a ¶ Animas. b ¶ Aeterni.
puli qui erant in Maſphat, filias regis, & vniuerſum populũ qui re
manſerat in Maſphat, quos cõmendauerat Nabuzardan princeps
militiæ Godoliæ filio Aichã. Et cepit eos Iſmael filius Nathaniç: &
a ¶ Qui interpretatur populus mœroris, captiuos .n. ſocios fecit perditionis damnatorũ in æterno mœrore conſiſtentiũ
¶ Dei gratia.
abijt, vt tranſiret ad filios Ammon. Audiuit aũt Ioannan filius Ca- 4
a ¶ Doctores ſ. ſancti Dei gratia & miſericordia confortati: qui contra ſpirituales nequitias pugnando captiuos ad eccleſiam reducunt.
reæ & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, omne malũ
quod fecerat Iſmael filius Nathaniç & aſſumptis vniuerſis viris pro
fecti ſunt vt bellarent aduerſum Iſmaelem filiũ Nathaniæ, & inue 5
nerunt eum ad aquas multas quæ ſunt in Gabaon. Cùmq; vidiſſet 6
omnis populus, qui erat cũ Iſmael, Ioannan filiũ Careæ, & vniuer-
ſos principes bellatorum, qui erant cũ eo lætati ſunt. Et reuerſus eſt
omnis populus quẽ ceperat Iſmael in Maſphat, reuerſuſq; abijt ad
a ¶ Q[...]a principem. b ¶ Reſiſtite diabolo, & fugiet a vobis.
Ioannan filium Chareæ. Iſmael aũt filius Nathaniç fugit cum octo 7
viris à facie Ioannã, & abijt ad filios Ammõ. Tulit ergo Ioãnã filius 8
Careæ, & oẽs principes bellatorum qui erant cum eo, vniuerſas re-
liquias vulgi quas reduxerat ab Iſmaele filio Nathaniæ de Maſ- 9
phat, poſtquam percuſſit Godoliam filiũ Aicham, fortes viros ad 10
prælium, & mulieres & pueros & Eunuchos quos reduxerat de Ga 11
baon: & abierunt & ſederunt peregrinantes In Chanaã quæ eſt iux
ta Betheleem, vt pergerent & introirent Ægyptũ a facie Chaldęo-
rum. Timebant .n. eos quia percuſſerat Iſmael filius Nathaniæ Go 12
doliam filiũ Aicham, quẽ prępoſuerat rex Babylonis in terra Iuda.

pheta cũ[...] dicebat. Ip[...] calcaneum me[...] obſeruabunt. Per calcanei[...] enim qui f[...] nis eſt corp[...] ris, terminu[...] ſignificatur actionis.
b Tulit erg[...] Ioannan fili[...] Careæ & o[...] nes princip[...] bellatorum q[...] erant cum e[...] vniuerſas re[...] &c. Hanc f[...] gam reliqu[...] rum, [...] tranſitum [...] tra verbu[...] domini in Æ[...] gyptum q[...] Ieremias l[...] ga narrati[...] ne hic re[...] xuit, lõgẽ[...] te Iſaias p[...] dixit cent[...] ſcilicet qu[...] quaginta [...] nis, qui f[...] runt inter [...] iam & Ie[...] miam dic[...] Væ filij deſe[...] res dicit do[...] nus, vt fac[...] tis conſili[...] & non ex[...] &c.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Noli occidere nos, quia habemus theſaurum in agro frum. &c. *Q.d. tibi erit neceſſarius, & inuenire non poteris, niſi indicauerimus.*

2 Lacus autem in quem proic. Iſma. omnia cada. &c. *Ipſe eſt quem fecit Aſa rex propter Baaſa, ſicut habetur. 3. Reg. 15. Baaſa rex Iſrael cœpit ædificare Rama, vt nullus poſſet egredi ſecurè de regno Iudæ propter quod Aſa miſit munera regi Syriæ vt inuaderet regem Baaſa quod & fecit, propter q Baaſa fuit compulſus dimittere ædificia Rama, & tunc Aſa conuocato toto populo ſuo ex lapidibus & lignis dicti ædificij fecit ſortalitia ad muniendum ſe de Baaſa: & tunc etiam fecit iſtum lacum ad locum Maſphat fortificandum.*

3 Et capti. du. &c. *Hoc videtur contradicere ei quod ſupra dictum eſt, q interfecerat iam ante omnes qui erant cùm Godolia in Maſphat, propter quod dicendum quòd ibi per Maſphat intelligitur illud fortalitium præcisè vbi erat Godolias filius Aicham: hic autem territorium quod erat circa illud fortalitium vbi manebant aliqui Iudæi qui non fuerunt cum Gadolia interfecti. Cætera patent.*

4 Audiuit autem. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Iſmaelis inſecutio. Et patet litera vſque ibi.*

5 Et inuenerunt eum ad aquas multas quæ ſunt in Gabaon. *Licet Gabaon ſit in monte in quo non ſunt aquæ in abu[n]tia, tamen deſubtus erat vallis magna in qua erant iſtæ aquæ.*

6 Cùmq; vi. omnis populus. *Lætati ſunt pro ſua libera[tio]ne de manibus Iſmaelis ipſo fugiente ſecundùm quod dicitur po[...]*

7 Fugit cum octo viris. *Duo .n. de decem principalibus [qu]os ſecum adduxerat, fuerant interfecti.*

8 Tulit ergo. *Hic conſequenter ponitur populi trepidatio. [pri]mò iſte timor deſcribitur, ſecundò Ieremiæ conſilium quæritu[r qu]ia timor conſiliatiuos facit, vt dicit Philoſoph. 2. Rethoricę. Se[cun]da pars incipit in principio ſequentis capituli. Circa primum ſcie[ndu]m quod ideo timuit populus remanere in terra Iuda, ne propter [inter]fectionem Godoliæ qui tenebat ibi locum regis Babylonis, ve[nirent] Chaldæi & interficerẽt totũ populum reſiduũ, imponentes ei [Godo]liæ homicidium. Et patet litera paucis exceptis.*

9 Quas reduxerat &c. *Et hic eſt punctus. Et quod ſequit[ur]*

10 De Maſphat. *Non ſignificat locum vnde Ioannan eas [redu]xit, quia non reduxit eas de Maſphat, ſed de Gabaon, vt dictu[m eſt], & ideo* ly de Maſphat, *ſignificat locum vnde erant illę rel[iquiæ], quia erant de territorio Maſphat, vt prędictum eſt.*

11 Quos reduxerat. *ſ. Ioannan filius Careæ & ſocij eius.*

12 Vt perge. & intro. Aegypt. *Rex .n. Aegypti erat ad[uer]ſarius regis Babylonis, & ideo credebant ibi eſſe ſecuri.*

* CA[P.]

*MORALITER.*

† 1 *Decem aut. &c.* Per illos decem viros, qui euaſerunt mortem eo quod habebant theſaurum in agro, ſignantur religioſi literati & diſcreti theſaurum ſacræ ſcripturæ habentes: & ſic non credunt omni ſpiritui, ſed probãt ſpiritus vtrum ex Deo ſint, ſecundum conſilium beati Io. 1. canonica. c. 4.

4 *Aud. aut.* Per illum autem & alios bellatores ſecum exiſtentes, ſignatur bonus doctor, vel prælatus & eoru[m di]ſcipuli boni qui audito animarum damno per d[...]nem procurato vadunt ad bellandum contra eu[m &] ſuos ſatellites gladio feruidæ prædicationis & ſagi[ttis de]uotæ orationis, de qua dici poteſt illud, 4. Reg. 13. c [...]ta ſalutis domini contra Syriam, ideſt, contra dæ[...] ſuperbiam, nam Syri ſublimes interpretantur. I[...] bolo dicitur Iob 41. d. *Omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſu[per] omnes filios ſuperbiæ.*

MOR[ALITER]

A

## ADDITIO I.

In cap. 41. *vbi dicitur in poſtilla: Propter quod dicendum, quòd* [G]*odolias, &c.*

*Quòd Godolias deſtructionem tẽpli ædificaſſet in Maſphat altare* [do]*mini, nullo modo videtur di[c]ẽdum: Tum quia de tali ædificatione* [nu]*lla ſit hic mentio, nec in 4 Reg. nec in 2. Paralip. Tum quia poſt* [æd]*ificationem templi prohibitum erat ſacrificare ſeu ædificare alta*[re] *niſi in loco templi, vt habetur Deut. 16. c. & in alijs locis, & ideo* [di]*cendum quòd hoc quod dicitur hic vt offerrent in domo domini, in*[tel]*ligitur de domo domini in Ieroſolyma: quæ licet ſcirent eam iam* [de]*ſtructam, erat tamen apud eos celebris & veneranda, ſicut domus* [do]*mini, prout etiam hodie ad illum locum peregrinantur, & liben*[te]*r ibi offerrent ſi permitterentur a Saracenis.*

REP. In cap. 41. *ponit poſtil. Godoliam in Maſphat ædificaſſe* [al]*tare, vbi templo combuſto ipſe & alij obtulerunt ſuas deuotiones.*

*Burg.*

*Burg. dicit hoc nullo modo dicendũ, vtẽs argumento ſibi & Vviklef* D *familiari, quia inquit in ſcripturis non ſit mentio. Secundò arguit ex Deut. vbi poſt ædificationem templi prohibetur ſacrificari in alio loco præterquam Ieroſolimis. Hic videtur dicendum, quòd non oportet eundem modum viuendi ſeruare tempore pacis & perſecutionis. Tempore enim pacis dictum eſt apoſtolis*. Nihil tuleritis in via, *tempore perſecutionis diſpenſatiuè, ut dictum eſt. Sed nunc qui habet tunicam tollat ſimul & pallium. Ita tẽpore pacis non licebat extra templum altare conſtituere, tempore tranſmigrationis potuit licere, non ad ſacrificandum in illo ſed pro deuotione offerenda. Nec oportuit de huiuſmodi opere indifferenti in ſcriptura multam fieri mentionem. Per hoc patet ad motiua Burg. Circa reſiduum huius libri nihil facit Burg. pertractatione dignum. Et circa librum Threnorum Burg. comendat dominum & fratrem, Aureoli contra poſtil. tamen nihil tangit in ſingulari.*

CAP. XLII.

C *Adat oratio.* * Theod. [R]ectè quidem ſupplicant, cupientes [no]ſcere quid agendum ſit: ſed more [ſu]o non credunt [&] legibus diuinis [c]ontradicunt. Attamen propheta ſe ſupplicat urũ promittit, at illos iuſſis [n]on adhibituros animum.

B

*Voci Domini.* Idem. Verba qui[d]ẽ pietatis plena: [ſe]d verbis non conſonant opera. Non [e]nim propheta reſponſum accepit, [n]iſi certis diebus [t]ranſactis, reſponſionis autem dilationem exiſtimo [f]uiſſe in vtilitatẽ [p]oſtulantium, vt C cognoſcerent Deũ [v]ix ſuſcepiſſe prophetæ ſupplicationem.

## CAP. XLII.

ET acceſſerunt omnes principes bel- 1
latorum, & Ioan
nan filius Chareæ & Iecoanias filius † Oziæ, & reliquum vulgus à paruo vſq; ad magnum, dixeruntque
ad Ieremiam prophetam. 2
a † Cadat oratio noſtra in- 3
conſpectu tuo, & ora pro 4
nobis ad dominum Deum tuũ pro vniuerſis reliquijs iſtis, quia derelicti ſumus pauci de pluribus, ſicut oculi tui nos intuẽtur: & annũciet nobis dñs Deus tu⁹ viã per q̃ pergamus, & verbum qđ faciam⁹. Dixit aũt ad eos Iere propheta: Audiui. Ecce ego oro ad dñm Deũ veſtrũ ſecundum verba veſtra, oẽ verbum quodcunque reſponderit mihi indicabo vobis, nec celabo vos quidquam & illi E
dixerunt ad Ieremiam: Sit dominus inter nos
5 6 teſtis veritatis, & fidei ſi non iuxta omne ver-
7 bum in quo miſerit dominus Deus tuus ad
8 nos ſic faciemus, ſiue bonum eſt ſiue malum.
b Voci domini Dei noſtri ad quem mittimus te obediemus, vt bene ſit nobis cum audieri-
9 mus vocem domini Dei noſtri. Cum autem completi eſſent † decem dies, factum eſt verbum domini ad Ieremiam. Vocauitque Ioannan filium Chareæ & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, & vniuerſum populum à minimo uſque ad maximum, & dixit ad eos: Hęc dicit dominus Deus Iſrael ad quem miſiſtis me, vt proſternerem pre-
10 ces veſtras in conſpectu eius. Si quieſcentes manſeritis in terra hac ędificabo vos, & non deſtruam: plantabo, & non euellam. Iam F
enim placatus ſum ſuper malo quod fe-
11 ci vobis. Nolite timere a facie regis

† ſeptem.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XLII.

* ET acceſſerunt. *Licet populus vellet in Aegyptum fugere, tamen prius voluerunt conſilium Ieremię quærere. Propter* [q]*uod diuiditur in duas partes, quia primò ponitur populi petitio, ſe*[cu]*ndò Ieremiæ reſponſio, ibi:* Dixit autem. *Sententia primę partis* [pa]*tet vſque ibi.*

Cadat orat. *Ideſt humiliter te deprecamur, vſque ad pedum* [o]*ſcula.*

Et ora pro nobis, &c. *Et patet litera.*

Dixit autem, &c. *Hic conſequenter ponitur Ieremię reſpon*[ſi]*o. Et diuiditur in duas partes, quia primò quęrit eorum aſſenſum,* [ſe]*cundò explicat eis domini reſponſum ibi:* Cum autem comple[ti] eſſent. *Quęſiuit autem Ieremias aſſenſum populi, vt faceret prom*[pt]*i & ſine rebellione aliqua domini reſponſum ſibi fiendum: quia* [m]*inus malum eſt conſilium domini non quęrere, quam quęſitum &* [ſc]*itum reſpuere, propter quod dicit ſaluator Luc. 12. f.* Seruus qui [ſc]iuit voluntatem dñi ſui & non fecit, vapulabit multis, [E]*t populus non ſolũ aſſenſit, ſed aſſenſum iuramento firmauit dicẽs.*

Sit do. *Iurare enim eſt Deum teſtem inuocare.*

Si non iux. *ſubintelligitur, puniat nos ſecundum ſeueritatem ſuæ iuſtitiæ, ſi non ſic fecerimus.*

7 Siue bo. *Ideſt, proſperum.*

8 Siue ma. *Ideſt, aſperum: ita quòd non accipitur hic pro malo culpę, ſed pœnæ: ſicut medicina amara ſuſcipienda eſt propter ſanitatem inde conſequentem.*

9 Cum autem completi. *Hic conſequenter Ieremias explicat diuinum reſponſum ſibi factum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur huius reſponſi explicatio, ſecundò eius refutatio. c. ſe. Circa primum ſciẽdum, quòd reſponſum domini ſtat in hoc quòd primò promittitur eis bonum ſi in terra Iuda remanſerint, ſecundò prędicitur malum ſi exierint, ibi:* Si autem dixeritis. *Circa primum prędmittitur tempus diuini reſponſi, cum dicitur:* Cum autem, &c. *Sic etiam in Hebręo, & ideo aliqui libri male habent: Septem, ex hoc patet, quod Ieremias quærendo diuinum reſponſum orauit decem diebus, quia audita petitione populi reſpondit ſupra.* Ecce ego oro, &c. *q. d. ex nunc incipiant orare pro vobis. Cętera patent vſque ibi.* Diuiſio.

10 Vt proſternerem preces veſtras. *Ideſt, preces meas pro vobis. Cętera patent vſque ibi.*

11 Iam enim placatus ſum ſuper malo, &c. *Loquitur Deus de ſeipſo ad modum hominis irati, qui quando vindictam intulit, placatur. Cętera patent in litera.*

* 1 Si autem

### MORALITER.

† *Et acceſſerunt omnes principes, &c.* Per illos qui rogauerunt Ieremiam vt conſuleret pro eis dominum promittentes, quòd facerent ſecundum eius conſilium, & tamẽ non fecerunt, ſed eius contrarium imponentes ei falſitatem, ſicut patet in textu, ſignantur illi, qui accedunt ad bonum confeſſorem & diſcretum, vel ad conſiliarium bonum pro ſalute animæ ſuæ, & tamen eius audito conſilio eis diſplicenti retrocedunt imponentes confeſſori vel conſiliario ignorantiam vel affectionem peruerſam, vel aliam huiuſmodi falſam excuſationem.

A Babylonis, quem vos pauidi formidatis. Nolite me-
tuere eum dicit dominus, quia vobiſcum ſum ego, vt
ſaluos vos faciam, & eruam de manu eius: & dabo
vobis miſericordias, & miſerebor veſtri, & habitare
vos faciam in terra veſtra. Si autem dixeritis vos, 1
non habitauimus in terra iſta, nec audiemus uocem
domini Dei noſtri dicentes. Nequaquam, ſed ad
terram Aegypti pergemus, vbi non uidebimus bel- 2
lum, & clangorem tubæ non audiemus & famem 3
non ſuſtinebimus, & ibi habitauimus, propter hoc 4
nunc audite uerbum domini reliquiæ Iuda. Hęc
dicit dominus exercituum Deus Iſrael. Si poſueritis
faciem ueſtram, ut ingrediamini Aegyptum, & in-
traueritis, ut ibi habitetis: gladius quem uos formi- 5
datis, ibi comprehendet uos in terra Aegypti, & fa- 6
B mes pro qua eſtis ſolliciti, adhærebit uobis in Aegy 7
pto, & ibi moriemini. Omneſque uiri qui poſuerint 8
faciem ſuam, ut ingrediantur Aegyptum, ut habi-
tent ibi, morientur gladio & fame & peſte. Nullus
de eis remanebit, nec effugiet a facie mali quod ego
afferam ſuper eos, quia hæc dicit dominus exerci-
tuum Deus Iſrael. Sicut † conflatus eſt furor meus
9 & indignatio mea ſuper habitatores Ieruſalem, ſic
10 conflabitur indignatio mea ſuper uos, cum ingreſ-
ſi fueritis Aegyptum, et eritis in iuſiurandum, & in
11 maledictum, & in opprobrium, & nequaquam ultra
12 uidebitis locum iſtum. † Verbum domini ſuper uos
13 reliquiæ Iudæ: Nolite intrare Aegyptum. Scien-
tes ſcietis, quia obteſtatus ſum uobis hodie, quia
decepiſtis animas veſtras. Vos enim miſiſtis me ad
14 dominum Deum ueſtrum, dicentes: Ora pro nobis
ad dominum Deum noſtrum, & iuxta omnia quę-
cunque dixerit tibi dominus Deus noſter, ſic annun-
cia nobis, & faciemus. Et annunciaui uobis ho-
die, & non audiſtis uocem domini Dei ueſtri ſuper
uniuerſis pro quibus miſit me ad uos. Nunc ergo
ſcientes ſcietis, quia gladio & fame & peſte morie-
mini in loco ad quem uoluiſtis intrare, ut habitare-
tis ibi.

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Si autem dixeritis vos. non habitabimus. *Hic conſequenter ponitur comminatio mali, ſi receſſerint, & primò ponitur hæc comminatio, ſecundò adducitur ad idem ratio, ibi:* Vos enim. *Sententia primæ partis patet vſque ibi.*

2 Vbi non vid. &c. *Quia Aegyptus eſt terra pacifica et ſecura.*

3 Et clangorem tubæ, &c. *qui fit ad excitandum homines ad arma.*

4 Et famem non ſuſtinebimus, *quia terra eſt fertilis. Et ſubditur poſtea comminatio pœnæ in contrarium, cum dicitur:*

5 Gladius quem vos formidatis. *Scilicet regis Babylonis.*

C 6 Ibi compr. vos. *Quia poſtea quaſi per quinque annos vel circiter rex Babylonis vaſtauit Aegyptum, & ſibi ſubiugauit, ideo ſubditur.*

7 Et fames pro qua eſtis ſolliciti, adhærebit vobis. *vaſtatis bonis Aegypti.*

8 Omneſque viri qui poſuerint faciem ſuam. *Ideſt, firmiter poſuerint ſe ad ingrediendum Aegyptum.*

9 Sicut conflatus eſt furor meus. *i. totaliter poſitus.*

10 Super habitatores Ieruſalem. *Sic conflabitur indignati[o] mea ſuper vos in Aegypto.*

11 Et eritis in iuſiurandum. *Scilicet execrationis dicendo Ita male contingat mihi ſicut Iudæis ingredientibus Aegyptum, non ſecero hoc vel illud.*

12 Et in ſtuporem. *præ magnitudine mali vobis futuri.*

13 Et in maledictum. *Ita quòd aliquis maledicens alicui p[o]net vos in exemplum dicendo: Maledicat tibi Deus ſicut illis Iudæis. Cætera patent.*

14 Vos enim miſiſtis me ad dominũ. *Hic conſequenter in[-] ducitur ratio ad prædicta, quę aſſumitur ex hoc, quod rogauerant Ie[-] remiam dę quęrenda domini voluntate, promittentes & aſtringentes ſe iuramento verbum domini ſimpliciter facere, vt patet ex ſu[-] pradictis, et ideo grauius erat retrocedere, quam ſi non petiuiſſent & ſe taliter aſtrinxiſſent. Et ex iſtis patet ſententia.*

## CAP. XLIII.

FActum eſt autem cum 1
compleſſet Ieremias lo-
quens ad populum vni-
uerſos ſermones domi-
ni Dei eorum pro qui-
bus miſerat eum domi-
nus Deus eorum ad il-
los, omnia verba hęc dicit Azarias filius † O-
† Ioſiæ. ſiæ & Ioannan filius Chareæ, & omnes viri 2
ſuperbi dicentes ad Ieremiã: Mendacium tu
loqueris. Non miſit te dominus Deus noſter
dicens: Ne ingrediamini Ægyptum, ut hab[i]-
3 tetis illic, ſed Baruch filius Neriæ incitat te
aduerſum nos, vt tradat nos in manus Chal-
dæorum, vt interficiant nos, & traduci faci[at]
in Babylonẽ. Et non audiuit Ioannan filius
Chareæ, & omnes principes bellatorum, &
vniuerſus populus vocem domini, vt man[e]-
rent in terra Iuda: ſed tollens Ioannan filius
Chareæ,

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XLIII.

* 1 FActum eſt. *Poſtquam poſita eſt diuini reſponſi explicatio. Hic conſequenter ponitur eiuſdem refutatio. Et diuiditur in duas partes quia primò hæc refutatio ponitur, &* Diuiſio. *ſecundò pœna ſequens ſubiungitur, ibi:* Et factus eſt. *Prima pars patet vſque ibi.*

2 Omnes viri ſuperbi. *Quia rebellabant verbo domini.*

3 Sed Baruch filius Neriæ incitat te. *Ieremias enim erat [ma]gnę famę & authoritatis, & ideo dictum Ieremię quod diceb[ant] falſum, retorquebant in malitiam Baruch qui tamen erat innoce[ns]. Cętera patent vſque ibi.*

* 1 Et tulit

*MORALITER.*

† 1 *Factum eſt autem, &c.* Sequitur. *Sed tollens Ioan. &c.* Per illos qui non acquieuerunt verbo domini ex ore Ieremię: ſed contrarium facientes receſſerunt de Iudæa, quæ confeſſio vel laudatio interpretatur & conuenit ſtatui gratiæ, & ingreſſi ſunt Aegyptum, quæ tenebra interpretatur: propter quod conuenit ſtatui culpæ, ſignantur illi qui cadunt a gratia in culpam Diabolo ſuggerente. I[n] hoc quòd Ioannan & alij principes duxerunt ſecum [in] Aegyptum alios omnes viros & mulieres quoſcunq[ue] potuerunt inuenire, ſignatur quòd peccatores obſtin[ati] ſecum trahunt alios quantum poſſunt ad tenebras pe[ccati], ſicut è contrario homines boni ſtudent ſecum trah[ere] alios ad opera meriti Pſal. 17. *Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo, peruerteris.*

† Sum

A (hareæ, & vniuerſi principes bellatorum vni
uerſos reliquiarum Iuda, & qui reuerſi fue-
rant de cunctis gentibus ad quas fuerant an-
te diſperſi, vt habitarent in terra Iuda, † viros
& mulieres & paruulos & filias regis, & oēm
animā quā reliquerat Nabuzardan princeps
militię cum Godolia filio Aichan filij Saphā,
& tulit Ieremiā prophetam & Baruch filium 1
Neriæ, & ingreſſi ſunt in terrā Aegypti, quia
non obedierunt voci domini. Et venerunt vſ- 2
que ad †Daphnis. Et factus eſt ſermo domini 3
ad Ieremiā in Daphnis, dicēs: Sume in manu 4
tua lapides grandes, & abſcōde eos † in crypta
quæ eſt ſub muro latericio in porta domus
Pharaonis in Thānis, cernentib. viris Iudæis 5
6 & dices ad eos: Hæc dicit dominus exerci- D
tuum Deus Iſrael. Ecce ego mittam & aſſu-
7 mam Nabuchodonoſor regem Babylonis
8 ſeruum meum, & ponam thronum eius ſu-
per lapides iſtos, quos abſcondi, & ſtatuet
ſolium ſuum ſuper eos. Venienſque percu-
9 tiet terram Ægypti, quos in morte in mortē,
& quos in captiuitate in captiuitatem: &
quos in gladio in gladium. Et ſuccēdet ignē
10 in delubris Deorum Aegypti: & comburet
11 ea, & captiuos ducet illos, & amicietur terra
12
13 Aegypti ſicut amicitur paſtor pallio ſuo, &
14 egredietur inde in pace. Et conteret ſtatuas
15
16 domus ſolis quæ ſunt in terra Aegypti, & de-
17 lubra Deorum Aegypti comburet igni.

B

### NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et tulit Ieremiam prophetam Baruch. *Iſti enim non ibāt voluntariè, ſed coacti a principibus bellatorum & populo.*

2 Et venerunt vſque ad Daphnis. *Nomen eſt ciuitatis famoſæ in Aegypto.*

3 Et factus eſt. *Hic conſequenter pęna debita ſubiungitur, & primo propter peccatum inobedientiæ, ſecundò propter peccatum idololatriæ ca. ſeq. Primum oſtenditur ſenſibili ſigno, cum dicitur.*

4 Sume. &c. ſub muro lateri. &c. *In Hebræo habetur.* In luto latericio, *ideſt, in luto diſpoſito ad faciendum inde lateres.*

5 Cernentibus viris Iudæis, *vt cum completum fuerit ſint memores quod prędictum eſt eis.*

6 Ecce ego mittam & aſſumam Nabuchodonoſor. *Inſtigando eum ad veniendum contra Aegyptum.*

7 Seruum meum. *hoc dicitur, quia erat executor diuinæ iuſtitiæ.*

8 Et ponam thronum eius ſuper lapides iſtos. *Ideſt ſuper locum vbi ſunt lapides iſti, vel prope: quia frequenter in Hebręo ponitur, ſuper pro iuxta: Sicut dicitur communi ſermone quod Rothomagus eſt ſuper Sequanam.* C *Dicunt autem aliqui expoſitores catholici quod Iudæi contra Ieremiam concitati propter verba iſta cum illis lapidibus interfecerunt eum: & in hoc ſequuntur Epiphanium qui hoc & plura alia dixit de Ieremia, ſed hoc nō habetur ex textu,* E *nec ex Ioſepho. Rab. Sal. etiam ſentit contrarium, vt videbitur capitulo ſequenti.*

9 Quos in mor. &c. *quia aliquos interficiet & aliquos captiuabit.*

10 Et ſuccedent ignem in delubris. *Ideſt, in templis. Et dicuntur delubra a deleo. les, quia ibi delentur peccata ſecundum errorem Gentilium.*

11 Et captiuos du. *ideſt, Aegyptios.*

12 Et amicietur. *ideſt, inuoluetur.*

13 Terra Aegypti. *Multitudine exercitus regis Babylonis, ita quod non poterit reſiſtere. In Hebræo habetur.* Et amiciet terram Aegypti. *ideſt, inuoluet.*

14 Sicut amicitur. *ideſt, inuoluitur.*

15 Paſtor pallio ſuo & ingredietur inde, &c. *Paſtor enim transferens gregem de vno loco ad alium, inuoluit pallium ſuum, et portat ſuper humerum: & per hoc deſignatur quod rex deprædabitur bona Aegypti, portans ea ad terram ſuam ideo ſubditur.*

16. Et egredietur. *i. ſicut victor cui non poteſt reſiſti.*

17 Et conteret ſta. domus ſolis. *ideſt, templum in quo colebatur ſol, quod erat in ciuitate Heliopoleos, Gen. 41. ſic nominata ab Helios, quod eſt ſol, & polis ciuitas: & de ea dicitur Iſa. 19.c.* Et ciuitas ſolis vocabitur vna. F

*M O R A L I T E R.*

† 4 *Sumè in manu tua lapides gran. &c.* Per illos lapides abſcōditos in crypta ſignantur peccatores obdurati in culpa, ideo rex Babylonis, ideſt, Diabolus ſuper eos ſolium ſuū collocat, nam in talibus regnat, & ſicut ſunt ei ſubiecti in culpa, ſic ei ſubijcientur in pœna.

CAP. XLIIII.

a *Verbum.* * Theodoretus. Cæterum perhumanus Dominus Iudæos etiam nihilominus laborantes incredulitate, rurſum adhortatur, vtens miniſterio prophetæ primum repetit calamitates quibus afflicta eſt Iudæa, ꝓpter iniquitatem incolarum. Deinde cōqueritur de illis ipſis vt qui ſimilia perpetrent,

## C A P. XLIIII.

Verbum quod factum eſt ad Ieremiā & ad om 1
nes Iudęos qui habitabant in terra Aegypti 2
a ¶ Vrbs eſt Aegypti vltra mare rubrum. ¶ Vrbs eſt in Aegypto.
habitātes in Māgdalo, & in † Taphnis & in †
¶ Regio Aegypti
Memphis & in terra Phatures dicens: Hęc di
cit dominus exercituum Deus Iſrael: Vos vidiſtis oē malū †
3

† Thannis.

### NICOLAVS DE LYRA.
### C A P. XLIIII.

1 Verbum. *Hic conſequenter ponitur comminatio pœnæ pro peccato idololatriæ. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur dicta comminatio, ſecundò populi obſtinatio, ibi:* Reſponderunt. *Prima adhuc in duas, quia primò arguitur culpa, ſecundò ſubditur pœna, ibi:* Ideo hæc. *Circa primum ponitur locus, cum dicitur.*

2 Habi. *Nomina ſunt villarum in quibus habitabant Iudæi, qui transfugerant in Aegyptum, vt dictum eſt. ca. prece.*

3 Vos. *Quaſi dicat ex eo quòd vidiſtis ſenſibiliter pœnam quam intuli Ieruſalem & terræ Iuda propter peccatum idololatriæ, debetis eſſe correcti.*

* 1 Et miſi,

*M O R A L I T E R.*

† 1 *Verb. quod factum eſt in Magda.* quæ interpretatur iniquitas magnitudo, ideo per eam ſuperbia ſignatur quæ concurrit in omni peccato.

† *Et in Taphnis.* quæ interpretatur mandans humilia propter quod auaritiam ſignat quæ magnitudinem ſtatu non quærit ſed prauitatem, vt de pecunijs faciat magnum aceruum.

† *Et in Memph.* quæ ex ore interpretatur, propter hoc per eam gula ſignatur.

† *Et in ter. Phat.* quæ decepti conculcatio interpretatur, ideo per eam luxuria deſignatur. Eccl. 9.c. *Mulier fornicaria quaſi ſtercus in via conculcabitur.* Igitur habitātes in Magdalo, ſunt inaniter glorioſi, in Taphnis verò cupidi & auari: in Memphis autem guloſi, & in terra Phatures luxurioſi: & de iſtis dicitur infra in eorum perſona. Amos. 9. b.

† Et

† *Vt ſacrificemus*

trent,& prouocent irã diuinam.
a *Quare vos feciſtis, &c.* ✱ Idem. Reuocat illis in mẽtem, vtpote recẽtem habentib. memoriam,& mala quæ commiſſa ſunt a patribus eorum, & regibus nec non a magnatibus & illatas illis propterea quaſlibet afflictiones. Et his ſubijcit commminationẽ, ſeipſũ vocãs Dominum exercituũ, & Deum Iſrael: vt cũ potẽtiæ magnitudinẽ audierint, & curam quã de maioribus habuit, intellexerint, conuertãtur & timeant.
b *Ecce conſtituo vultum meum contra vos. Septuaginta.* ✱ Idem. Indignãtium propriũ eſt toruè intueri fixum tamen habere oculum, & diutius eos inſpicere, qui laceſſunt.

† offuſa. † plateis. † mea. † Dei noſtri.

iſtud quod adduxi ſuper Ieruſalem & ſuper omnes vrbes Iuda, & ecce
ſunt deſertæ hodie & non eſt in eis habitator propter malitiã quã fece-
rũt vt me ad iracundiã prouocarẽt & irent, & ſacrificarent, & colerent
¶ Clementiam ... oſtendit & vigilantiam ac ſtrenuitatem prophetarum.
Deos alienos, quos neſciebant, & illi & vos & patres veſtri. Et miſi ad 1
vos omnes ſeruos meos prophetas, de nocte conſurgens mittenſq; &
dicens: Nolite facere verbũ abominationis huiuſcemodi quam audiui.
Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam vt conuerterentur a
malis ſuis, & nõ ſacrificarent dijs alienis. Et † cõflata eſt indignatio mea
& furor meus, & ſuccenſa eſt in ciuitatibus Iuda & in plateis Ieruſalem
& verſæ ſunt in ſolitudinem & vaſtitatem ſecundũ diem hanc. Et nunc 2
a hæc dicit dñs exercituũ Deus Iſrael. Quare vos † feciſtis malũ hoc gran
de cõtra animas veſtras, vt intereat ex vobis vir & mulier, paruulus &
lactens de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quidquam reſiduũ, pro-
uocantes me in operibus manuum veſtrarũ ſacrificando dijs alienis in
terra Aegypti, in quam ingreſſi eſtis vt habitetis ibi: & diſpereatis & ſi-
tis in maledictionem & in opprobriũ cunctis gentib. terræ? Nunquid 3
obliti eſtis mala patrũ veſtrorum & mala regũ Iuda, & mala vxorum,
eorum, & mala veſtra & mala vxorũ veſtrarum, quæ fecerunt in terra
† Iuda, & in regionibus Ieruſalem? Nõ ſunt † mundati vſq; ad diem hãc: 4
& non timuerunt & non ambulauerunt in lege † domini in præceptis
meis quæ dedi corã vobis & corã patribus veſtris. Ideo hæc dicit domi- 5
b nus exercituũ Deus Iſrael: † Ecce ego ponam faciem meam in vobis in
malũ, & diſperdam omnẽ Iudã, & aſſumam reliquias Iudæ, qui poſue- 6
runt facies ſuas vt ingrederẽtur terrã Aegypti & habitarent ibi, & con- 7
ſumentur, omnes in terra Aegypti, & cadẽt in gladio & in fame, et con
ſumentur a minimo vſque ad maximũ in gladio et fame morientur, et
erunt in iuſiurandum, et † in miraculum, et in maledictionem, et in
opprobrium. Et viſitabo ſuper habitatores terræ Aegypti, ſicut, viſitaui
ſuper Ieruſalem in gladio et fame et peſte, et non erit qui effugiat et ſit
reſiduus de reliquijs Iudæorum qui vadunt vt peregrinentur in terra
Aegypti, et reuertantur in terram Iuda ad quam ipſi eleuant † animas 8
ſuas, vt reuertantur et habitent ibi. Non reuertentur illic niſi qui fuge-
c rint. Reſponderunt autem Ieremiæ omnes viri ſcientes, quòd ſa- 9
crificarent vxores eorum dijs alienis, & vniuerſæ mulieres quarum 10
ſtabat multitudo grandis, & omnis populus habitantium in ter- 11
ra Aegypti, in Phatures dicentes: Sermonem quem locutus es
ad nos in nomine domini † non audiemus ex te, ſed facientes
faciemus omne verbum quod egredietur de ore noſtro, vt ſacri- 12
a ¶ Lunæ aut Iunoni, aut Berecinthia, quæ Saturni vxor & mater deorum dicitur.
d ficemus reginæ cœli, & libemus eis libamina, ſicut fecimus nos 13

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et miſi ad vos,&c. *Ideſt, miſi ad vos plures nuncios frequenter, & ſollicitè, ad retrahendum vos de idololatria. Cætera patent vſque ibi.*

2 Secun.di. *Ideſt, vſque ad hanc diem apparet manifeſtè vindicta quam intuli. Cætera patent vſque ibi.*

3 Nunquid ob. *Quaſi dicat. Bene deberetis eſſe memores de pœna quam eis intuli, vt ſic in peccatis eos non imitaremini.*

4 Non ſunt mun. *quia macula remanet in vobis, qui eſtis earum filij imitantes eos in malo.*

5 Ideo hæc. *Hic ponitur comminatio pœnę. Et patet litera vſque ibi.*

6 Qui po. *ſe ad hoc confirmando & alios inducendo.*

7 Et con. *Quia aliqui tamen euaſerunt inde qui non iuerant voluntariè, ſed magis ab alijs tracti, vt videbitur poſtea.*

8 Ad quam. *Sperantes reuerti, aliquando in terram Iuda.*

9 Non re. *In Hebræo habetur.* Niſi Euadentes. *Et dicit hic Rab. Sal. quòd iſti ſunt Ieremias & Baruch, qui in deſtructione ...ſalem habuerunt regem Babylonis propitium, vt dictum eſt ſup. ... & 38. & ſimiliter quando deſtruxit Aegyptum inueniens Ierem... ibi & Baruch, fuit eis propitius dimittens eos redire pacificè in ...dæam, probabile tamen eſt quòd cum eis redierint aliqui alij ... dæis. Ex hoc patet quod dixi in cap. præc. ſcilicet quod Rab. Sal... gat Ieremiam fuiſſe lapidatum in Aegypto, quid tamen circa ... verius ſit, iudicio aliorum relinquo.*

10 Reſponderunt autẽ Ieremiæ omnes viri ſcientes, ... *Hic conſequenter deſcribitur populi obſtinatio. Circa quod pri... nitur irrationabilis populi reſponſio, ſecundò rationabilis di... ſponſionis confutatio, ibi:* Et dixit: *Sententia primæ partis pate... que ibi.*

11 Sermonem quem locutus es ad nos,&c. *q.d. reputa... te falſum dicere.*

12 Sed facientes faciemus. *Abſque retinaculo.*

13 Vt ſacrificemus reginę cœli. *Ideſt, Lunæ.*

MORALITER.

† 13 *Vt ſacrificemus reginæ cœli.* i. lunæ per quam ſignatur fortuna, eo  eſt variabilis ſicut illa. Vnde dicit quidam: ...ta fortunę variatur imagine lunę. Creſcit decreſci...

ſunt. Al... humano i... gitur mor... format cõ... minationẽ... c *Reſpon... rũt.* Stulta r... ſponſio. C... fi... tur cum... loqui in n... mine dom... ni, & no... aquieſcun... ſed ſequu... tur prauit... tis ſuę con... lium. Myſ... cè. Omn... hęretici i... Aegyptoh... ius mund... Ideſt, in t... nebris err... ris conſtit... ti, ſacrific... non Deo ... ro, ſed d... monib. ... ferunt cu... figmenta... praua do... mata ad d... cipiẽdos h... mines & ... dem ſubu... tendam ſ... bunt. Id... venient ... per eos ... la, & ... in deſola... nem & ... ſtuporem... d *Regina...* ✱ The... doretus. ... ginam c... vocant ... nerem. ... & Græci... cupãt ... ... cœleſten...

A 8 patres noſtri, reges noſtri & principes no-
ſtri in vrbibus Iuda & in plateis Ieruſalem: &
a ¶ Q. Non à Deo, ſed à dæmonibus, bonorum abundantiam ſuſceperunt.
ſaturati ſumus panibus, & bene nobis erat, 1
malumq; nō vidimus. Ex eo autē tēpore quo
ceſſauimus ſacrificare reginę cœli, & libare ei
libamina † indigui-
mus omnibus, & gla
dio, & fame cōſumpti
ſumus. Quòd ſi nos 2
ſacrificamus reginæ
cœli, & libamus ei li- 3
bamina, nunquid ſi- 4
a ne viris noſtris facie- 5
mus ei placentas ad
colēdum eam, & liba
mina ad libandum.

a placentas ad colendū, &c. * Theodoret. Impium quidem factu, ſed dictu verum. in his enim quæ ſuperius expoſuimus dixit Deus. *Nū vides quid iſti agunt? filij eorum colligunt ligna, & patres corū ignem accendunt, & mulieres eorum ſubigunt farinam vnde conficiant placentas militiæ cœli.* b *Viuit*

B Et dixit Ieremias ad omnem populum aduer
ſum viros, & aduerſum mulieres & aduerſum
vniuerſam plebem, qui reſponderant ei ver-
bum dicens: Nunquid non ſacrificium quod
ſacrificaſtis in ciuitatibus Iuda, & in plateis
Ieruſalem vos, & patres veſtri, reges veſtri, &
principes veſtri, & populus terræ, horum 6
recordatus eſt dominus, & aſcendit ſuper
cor eius, & non poterat dominus vltrà por- 7
tare propter maliciam † ſtudiorum veſtro-
rum, & propter abominationes quas feciſtis?
Et facta eſt terra veſtra in deſolationem, &
in ſtuporem, & in maledictum, † eo quòd 8
non ſit habitator, ſicut eſt dies hæc. Pro-
pterea quòd ſacrificaueritis idolis, & pecca-
ueritis dn̄o, & non audieritis vocem dn̄i, & in
C lege, & in præceptis, & in teſtimonijs eius nō
ambulaueritis: idcircò euenerunt vobis ma-
la hæc, ſicut eſt dies hæc. Dixit autem Iere-
mias
ad omnē populum & ad vniuerſas mu- D
lieres: Audite verbū domini omnis Iuda qui
eſtis in terra Aegypti, Hęc dicit dominus exer
† cituum Deus Iſrael, dicens: Vox & vxores ve-
ſtræ locuti eſtis in ore veſtro, & manibus ve-
ſtris impleſtis dicentes:
Faciamus vota noſtra,
quæ vouimus, vt ſacrifi-
cemus reginæ cœli, & li
bemus ei libamina. Im-
pleſtis vota veſtra, & ope
re perpetraſtis ea: ideo
audite verbum domini
omnis Iuda, qui habita-
10 tis in terra Aegypti. † Ec-
ce ego iuraui in nomine
meo magno, ait domi-
nus, quia nequaquam vl
trà vocabitur nomen meū
ex ore omnis viri Iudæi
dicentis: Viuit dominus b
Deus in omni terra Ae-
11 gypti. Ecce ego † vigila-
bo ſuper eos in malum,
& non in bonum, & con
ſumentur omnes viri Iu
† da, qui ſunt in terra Aegy
pti gladio, & fame, do-
nec † penitus conſuman
tur. Et qui fugerint gladium, reuertentur de
12 terra Aegypti in terram Iuda uiri pauci, &
ſcient omnes reliquiæ Iuda ingredientium in
terram Aegypti, ut habitent ibi cuius ſermo
compleatur, meus, an illorum. Et hoc uobis F
ſignum, ait dn̄s, ꝙ uiſitem eos ſuper uos in lo-
co iſto,

b *Viuit dominus, &c.* cōtradicit propheta ex ſermone domini ne nomen eius vocetur ore Iudæorum in terra Aegypti: quoniam qui contra Dei præceptum illuc pertranſierant, protectionem domini ibidem habere non debebant. Myſticè autem nō vocatur nomen domini ore hæreticorum in terra Aegypti: quia nec ſermo eorum nec oratio, dum in errore ſunt accepta eſt Deo. *Nō enim eſt pulchra laus in ore peccatoris.* Qui ergo in errore perſeuerauerint, peribunt gladio diſtricti iudicij. Qui autem relicto errore de Aegypto in terram Iuda redierint pœnitentes: & deinceps catholicā fidem tenentes ſaluabuntur. *Ephrec.*

Myſticè. E Geneſ. 22. c. Eccl. 15. b. † feſtino. † omnes.

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et bene nobis erat. *In hoc falſum dicunt, vt poſtea oſtendetur.*
2 Quod ſi non ſacrificamus. *Verbum eſt mulierum poſt viros ſuos loquentium.*
3 Nunquid ſine viris noſtris faciemus. &c. *Ideſt, ſine ſcitu & voluntate eorum.*
4 Faciemus ei placentas. *Quaſi dicat. Non, ſicut exprimitur in textu pręcedenti, ſcientes quòd ſacrificarent vxores eorum. In Hebræo habetur hic:* Faciamus ei placentas ad faciendum ei vultum. *Offerebant enim ei panes rotundos in quibus erat impreſſa effigies lunæ.*
5 Et dixit Ieremias ad omnem, &c. *Hic conſequenter ponitur dictæ reſponſionis confutatio, & ſecundò infertur debita punitio, ibi:* Dixit autem, *Prima pars patet vſque ibi.*
6 Horum recordatus eſt dominus. *Scilicet ſacrificiorū quæ patres veſtri & vos feciſtis in Ieruſalem. Dicitur enim iudex iuſtus recordari de malis impiorum, quando infert debitum ſupplicium.*
7 Et non poterat dominus, &c. *Ideſt, mala veſtra diſſimulare abſque punitione.*
8 Sicut eſt dies hæc. *Ideſt, ita clarum eſt hoc, ſicut hęc dies, & ſic patet confutatio reſponſionis prædictæ, quia ex ſacrificijs idolorū non habuerunt proſperitatem, ſed maximam aduerſitatem.*
9 Dixit. *Hic conſequenter infertur debita punitio, & patet litera vſque ibi.*
10 Ecce ego iuraui in nomine meo magno. *Quia nō habuit maiorem, ſe per quem iuraret: ideo iurauit per nomen ſuum, ſicut & Gen. 22. c.* Per memetipſum iuraui dicit dominus, &c.
11 Ecce ego vigilabo ſuper. *Ideſt, cito inducam ſuper eos malum pœnæ.*
12 Et ſcient om. &c. *per pœnæ experientiam, qui habent modo oculos clauſos per culpam. Cætera patent.*

* 1 Verbum

*MORALITER.*

† eodem ſiſtere neſcit. Omnes autem prædicti in cultu fortunæ ſunt occupati, nam ad quærendum bona fortunæ ſunt totaliter intenti. Quæ bona ſunt excellentiæ mundialis quantum ad ſuperbos, diuitiæ temporales, quantum ad cupidos & auaros, deliciæ carnales, quantum ad guloſos & luxurioſos. Cum iſtis autem habitabat Ieremias, non tn̄ communicans operibus eorum malignis, ſed magis eos reuocans ab eis, propter, quod dixit. inf.
† *Hæc dicit dominus.* Et ſequitur.
† *Conſumentur omnes viri Iuda.* Per iſtas Pœnas corporales ſignantur inferni pœnę multiplices, quas incurrunt prædicti peccatores.

† *Verbum*

a *Ephrec.* ✱ Theo-
A doretus. Vocat E-
phree Pharaonem,
vt doceat eum habe
re hoc nomen pro-
prium, nomen autē
Pharaonis ſignifica
re dignitatem regiā.
Quomodo noſtros
Im-

co iſto, vt ſciatis quia verè complebuntur ſermones mei contra vos in malum. Hæc dicit dominus: Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Aegypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: ſicut tradidi Sedechiam regem Iuda in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis inimici ſui, & quærentis animam eius.

Imperatores appel
lamus, Tyberiū
Cæſar, Claudiu
Cæſar, in quo alte-
rum quidem eſt n
men proprium: al
terum pertinet a
ordinem regium.

a *Ver-*

ADDITIO.

In capitulo 44. *Vbi dicitur in poſtilla*. Vt ſacrificemus reginæ cœli.

*Vbi nos habemus hoc loco*: Vt ſacrificemus reginæ cœli. *Hebræo habetur*. Operi cœleſti ſeu cœlorum, *quod non eſt intelligendum de luna tantum, ſed de conſtellatione ſiderum, prout dictum fuit ſupra.cap.7.in Additione. 2.*

CAP. XLV.

a Verbum quod locutus eſt Ieremi. &c. Rudis adhuc in tolerantia paſſionum quas ex perturus erat Baruch, expauit captiuitatis calamitatē quæ tempore Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda imminebat, vnde conqueritur dolorem additum dolori ſuo, cui reſponſum eſt à domino quia ſuperfluè quærat ſibi pacem, cum totus populus laboret ſub faſce tribulationū. Significat autem eos qui in preſſura tribulationum, vel perſecutionum, quibus in præſenti eccleſia grauatur puſillanimitate titubant, quærentes conſolationem, quæ in futuro promittitur. Vnde: *Vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.*

B

C

† Zabida.

CAP. XLV.

a
Erbum quod locutus eſt Ieremias pro 1
pheta ad Baruch filium Neriæ cum
ſcripſiſſet verba hæc in libro ex ore Ie 2
remię anno quarto Ioachim filij Io-
ſię regis Iuda dicens: Hęc dicit do- 3
minus Deus Iſrael ad te Baruch.
Dixiſti: Væ miſero mihi, quoniam 4
5
addidit dominus † dolorem dolori meo. Laboraui in 6
gemitu meo, & requiem non inueni. Sic dices ad eum: 7
Hæc dicit dominus: Ecce quos ædificaui, ego deſtruo: 8
9
& quos plantaui, ego euello, & vniuerſam terram hanc. 10
Et tu quæris tibi grandia? Noli quærere, quia ecce ego 11
adducam malum ſuper omnem carnem, ait dominus: 12

✱ Theo-

✱ Theodoretu
Dominus conſola
tur Baruch, min
ſtrantem propher
& oracula ſcribe
tem, cum miſeri
& moleſtia viuer
Hortatū verò vt r
cem dolore ple
generoſo animo
rat. Si enim, ait, c
ctum populumq
eduxi ex Aegypt
& plantaui in te
iſta extirpo nunc
amputo, totque ſ
plicijs afficio, d
ſpōdes tu anim
quod non ſolu
uas abſque ſolati
Certè non ita te
re oportet. Ego
rò de te ſollicitus ero, & dum vlciſcar de his, tibi con
lationem afferam: & vbicunque degas, prouidenti
meam experiere. Quamobrem docet nos, qui iſta ac
pimus, non iniquè ferre, cum moleſtum quidpiam
bis accederit.

a *Quo*

NICOLAVS DE LYRA:

CAP. XLV.

1 Verbum quod locutus eſt Ieremias. *Hic ponitur quoddam correlarium, & refertur iſtud factum ad tempus præcedens, cum dicitur.*

2 Anno quarto Ioachim filij Ioſiæ. *Et ſic patet, quòd iſtud fuit antè deſtructionem Ieruſalem per 18. annos quia Ioachim regnauit vndecim annis, & anno vndecimo Sedechiæ quarto menſe capta fuit Ieruſalem, vt dictum eſt ſupra, 39.*

3 Hæc dicit dominus Deus Iſrael. *Hic dicit Ra. Sa. quòd iſte Baruch ferebat moleſtè, quòd ipſe non erat aſſecutus ſpiritum prophetiæ, quia diu ſeruierat Ieremiæ, ſicut Ioſue miniſter Moyſi, & Eliſeus miniſter Eliæ conſecuti fuerunt donum prophetię, & ſic exponit quod ſubditur.*

4 Dixiſti. *Tu Baruch.*

5 Væ. *Dolebat enim de incarceratione Ieremię, quia tunc erat recluſus, vt dictum eſt ſupra. 36. & de hoc quòd non habebat ſpiritum prophetię.*

6 Laboraui in gemitu meo. *Propter iſta duo.*

7 Et requiem non inueni. *Id eſt, non ſum expertus ſuper me requieſcere ſpiritum domini, & ſubditur reprehenſio ſui dicti, in dicitur in perſona Dei.*

8 Ecce quos ædifi. ego. de. *Id eſt, populum meum, & te in nomini meo dedicatum deſtruam de propinquo.*

9 Et tu quæris tibi gran. *qui vis fieri propheta. Aliqui habent gaudia, & mali, quia litera eſt corrupta per ſcriptore- pter ſimilitudinem literarum.*

10 Noli. *quaſi dicat magiſter tuus non quęſiuit, ſed magis de prophetia ſe excuſauit, vt patet in princ. huius libri.*

11 Quia. *Captiuitatis & deſtructionis.*

12 Super. *Id eſt, ſuper omnem hominem de Iudęa tamen qui illa de terra loquitur hic ſcriptura, & inducitur hoc pro ratione c- debeat ceſſare à ſua petitione, quia ſpiritus prophetię datur pro- muni vtilitate populi, ſecundum quod dicitur. 1. Corin. 12. & in imminente deſtructione, & captiuitate populi non debet ſpiritus prophetię poſtulari.*

✱ 1

*MORALITER.*

1 *Verbum.* In hoc ca. reprehenditur Baruch de hoc, quòd minus patienter debito portabat perſecutionem Ierem. & ſuam, maximè quia de propinquo imminebat perſecutio communis populi qui partim erat occidēdu- per exercitum regis Babylonis, & partim captiuandus. Per hoc autem docentur innocentes, patienter tolerat- & etiam iuſtè proprias anxietates quando imminet p- cutio communis populi, cuius ſunt pars.

† 1 Q

A

¶ Quia tu non periclitaberis.

lio. & dabo tibi animam tuam † in ſalutē in omni- 1
bus locis ad quæcunque perrexeris. D

NICOLAVS DE LYRA.

1 [E]t dabo.*i.vitam:& hoc ſufficiat tibi. Expoſitores verò noſtri* [...]*dicunt,ꝙ Baruch quæreret prophetiæ ſpiritum ſibi dari,ſed quòd* [...]*tienter vel ſaltem minus patienter portabat tribulationem ma* [...]*giſ*[...]*ſui & ſuam,quia Ieremias erat recluſus,& liber quem ſcripſe* [...]*rat* [B]*aruch,combuſtus,& vterque ad mortem quærebatur,vt habetur ſupra.37.& propter iſta dicebat:*Væ miſe. *ideo ſubditur in perſona domini:* Ecce quos ædificaui,ego deſtruo. *Quaſi dicat,debes portare patienter tribulationem tuam,ſecundū quod dicit Apoſtolus:*Flere cum flentibus. Et tu. *ideſt, vtſis inquiete & pace tua noli quærere. Quaſi dicat,non eſt tempus imminente populi tui tribulatione & captiuitate.Cætera patent ex dictis.* Rom.3.d

[C]AP. XLVI.

a [Q]*Vod factum eſt, &c.* Ioſephus [...] Aegyptiorum [...] fuiſſet à pugna [...]rſus, euocauit [...]haz ad ſe de ci[...] Syriæ, quæ di[...] Emath,& repē[...]nxit eum,& ſe[...] fratri eius ex [...]em patre nomi[...] Ioachim tradi[...]t regnum,& pro[...]inciæ impoſuit tributum centum talenta argenti: & [...]m auri: Ioachim autem pecunias has perſoluebat. Ioachaz autem in Aegyptū deduxit, qui in ea mortuus eſt, cum regnaſſet tres menſes & dies decem. Ioachim verò [fr]ater vocabatur † Zabuc de ciuitate Abima:Hic erat [na]tura iniuſtus & nequiſſimus, neque circa Deum ſancti, neque circa homines manſuetus. Dumque quartū [reg]ni haberet annum, Babyloniæ principatum quidam [no]mine Nabuchodonoſor accepit: eodem tempore cū [ma]gno apparatu ad Circham ciuitatem venit, quæ eſt [cir]ca Euphraten, pugnaturus contra regem Aegyptiorū [Nic]ham,ſub hoc.n.Syria erat vniuerſa. Dumque cogno[...]t rex Babyloniæ voluntatem Nicham.penitus nō ex[...]t,ſed cū magno brachio ad Euphraten venit.Qui fa[...] congreſſione victus eſt, & multa milia amiſit. Tranſi[...]s aūt Euphraten Babylonię rex omnem Syriam vſq; ad [P]eluſiū cepit præter Iudæam. Quarto aūt anno Nabu[...]chodonoſor qui erat octauus Ioachim cōtra Iudæos cū m[a]gno exercitu caſtrametatus eſt,tributa exactur⁹ à Ioachim,aut certe dimicaturus.Illi verò metuēs minas eius & pacem habere deſiderans prębuit ei tributa quę ceperat annis tribus. Tertiò verò anno audiēs Aegyptios denuo cōtra Babylonē pugnaturos tributa non reddidit, ſed ſpe Aegyptiaci belli deceptus eſt: nam pugnare contra eum minime præſumpſerunt Aegyptij.

## C A P. XLVI.

a [Q]Vod factum eſt verbum domini ad Ieremiā 1
prophetam cōtra gentes: ad Aegyptum ad- 2
uerſum exercitum Pharaonis Nechao regis 3
Aegypti, qui erat iuxta flumen Euphraten 4
in Charchamis,quē percuſſit Nabuchodo- 5
noſor rex Babylonis in quarto anno Ioachim filij Ioſię re 6
gis Iuda.Præparate ſcutū,& clypeū, & procedite ad bellū: †
iungite equos, & aſcendite equites, ſtate in galeis, polite †
7
†

* Theodoretus.Poſt finem impoſitum prophetijs de populo,vaticinatur quæ ventura ſunt alijs gentibus, docens ſe eſſe omnium opificem Deum ac Dominum. Primo itaque loco narrat de Aegypto, deſignato tempore prophetię, nempe factę poſt mortem Pharaonis Nichao, qui Ioſiam interfecit iuxta fluuium Euphratem, atque itidem ipſe occiſus eſt a rege Babyloniorum. E

Rabanus. Hactenus propheta mixtim de Iuda & Iſrael,de Chaldęis, & Aegyptijs pro conuenientia narrationis egit. De hinc aduerſus gentes & prouincias, ideſt, ad Aegyptum Paleſtinos Moabitas, ad filios Ammon ad Idumeam ad Cedar ad Edem ad Babylonē, & ad terram Chaldęorum verbum domini prophetat, vt ſciant ꝙ contra voluntatem domini fecerunt, & quam vindictam paſſuri ſunt.Primo ergo ad Aegyptū quæ maximè Iudęis in ſcandalū fuit, ſermonem cōuertit,ſignās quando hæc locutio facta eſt quarto, ſcilicet anno Ioachim filij Ioſiæ quando Pharao Nechao rex Aegypti in Charchamis cum Nabuchodonoſor pugnauit, & ſuperatus eſt.

F

☞ *Aſcen-*

NICOLAVS DE LYRA.
C A P. XLVI.

1 [Q]Vod factum eſt ver.do. *Superius Ieremias prophetizauit contra Iudæos principaliter, licet aliqua immiſcuerit contra Gentiles,hic conſequenter prophetizat cōtra extraneos. Et diuiditur in duas partes, quia primò* [præm]*ittitur quædam breuis pręfatio,ſecundò ſubditur narratio.ibi.* Ad Aegyptum. *Circa primum dicitur.*

[Q]uod factum eſt. *Iſta prophetia erat ad conſolationem Iudęorum & ideo facta eſt contra illas Gentes, quæ ſpeciali modo eis nocuerunt: & iſtæ Gentes fuerunt Babylonij, qui populum captiuauerunt, & Aegyptij ex quorum confidentia Iudæi Nabuchodonoſor rebellauerūt,vt patet ex ſupradictis,& Ammonitæ & Moabitę,q debuiſſent eos iuuare ratione conſanguinitatis, eo quod deſcenderūt de Loth nepote Abrahę,& Saraceni,qui deſcenderūt ab Iſmael filio Abr.& Idumæi,qui deſcenderunt ab Eſau fratre Iacob:& Philiſthęi & Syri ratione vicinitatis,& tamen magis nocuerunt eis.*

2 [A]d Aegyptum. *Hic incipit narratio,& diuiditur in quinque partes ſecundū quinque Gentes contra quas Ieremias prophetizat, partes proſequēdo patebunt.Incipit aūt ab Aegyptijs,& diuiditur in duas partes,quia primò deſcribitur Aegyptiorum deſtructio, ſecūdò Iudęorum ſaluatio,ibi.*Et tu ne timeas. *Prima in duas,quia primo deſcribitur Aegyptiorum debellatio,ſecundò regni eorū deiectio,ibi:*verbū quod locutus eſt. *Prima adhuc in duas,quia primò deſcribitur Aegyptiorū debellationis generalitas,& ſecūdo eiuſdem grauitas,ibi.*Aſcen.in Ga. *Prima adhuc in duas,quia primò deſcribitur debellatio quantum ad Aegyptios, ſecundo quantum ad eorū auxiliarios,ibi.*Aegyptus. *Circa primum primò tangitur locus belli,cū dicitur:*Iux flumen Euphra. *in Char.ſecundò tēpus, ibi:*, quarto anno Ioachim. *tertiò belli apparatus,cum dicitur.* Diuiſio.

3 Præpara. *Quod proprie eſt militum.*

4 Et clypeum,& procedite ad bellum,&c. *qui proprie eſt peditum tamen frequenter vnum ponitur pro alio.*

5 Et procedite,&c. *ordinatè per acies diſtinctas.*

6 Iungite equos. *In Hebręo habetur.* Ligate equos. *Ideſt,cingulate,quod fit ante aſcenſum equitum.*

7 Polite lanceas. *i.forbite ferra lancearū vt melius penetrēt: conſequenter ponitur conflictus cum dicitur.*

* 1 Vidi.

M O R A L I T E R.

1 [Q]*uod factum eſt verbum.* Sequitur.

3 [P]*rep.* Per hanc præparationem ad pugnandum contra regem Babylonis ſignātur pręparationes hominis ad pugnandum contra Diabolum, qui *dicitur rex ſuper omnes filios ſuperbię.* Iob.41.d.contra quem accipiendum eſt ſcutum patientiæ.Quod ad modum ſcuti militaris debet eſſe triangulum,ſcilicet ad portandum patienter contumelias verborum, & moleſtias verberum damna temporalium rerum,& Clypeum qui propriè loquendo eſt rotūdus propter quod ſignat munitionem ſacrę ſcripturę cōtinentem perfectionem vitę quę ſignatur per clypeum circularis figuræ, Prouerb.30.a. *Omnis ſermo Dei ignitus clypeus ſperantibus in ſe.*

5 *Et procedit.* Cōſtanter & intrepidè:nā tales timet Diabolus & refugit.Iaco.4.b. Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vo.

6 *Iungite.* In Hebræo habetur. *Cingulate equos.* nam in bello contra Diabolum corpora quæ ſunt equi animarum cingulanda ſunt cingulo caſtitatis & mundiciæ.

† *Aſcendite.* Per dominiū animæ ſupra corpus propriū.

† *State in galeis.* Per rectitudinem intentionis:quia ſicut galea eſt in capite,ſic intentio recta eſſe debet in voluntate,quæ caput eſt in viribus animę.

† *Pol.&c.* ideſt,forbite ferra lancearum,amouendo inde rubiginem: quod fit moraliter per veram & perfectā pœnitentiam de peccatis.

† *Et*

a *Aſcendite equos.* Hæretici & ſchiſmatici ex diuerſis pro-
A uincijs orti, fruſtrà diſponunt contra ciuitatem Dei bel
la. *Portæ.n.inferi non præualebunt aduerſus ei.* Sed in die vltio-
Matt.16.c nis domini gladius eius deuorabit carnes de quo dicitur:
*Inebriabo ſaggittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit car-
nes. Et erit victima domini in terra Aquilonis iuxta flumen Euphraten.* ideſt, fluxum ſecularis voluptatis, cum tradũtur in manus eius qui ſolium ſuum poſuit ad Aquilonem, vt mittat eos in ſtagnum ignis & ſulphuris.

b *Aſcende in Galaad.* Mons eſt ad quem ſeptima die venit Iacob, de Charram fugiens: Gen.31. Eſt autem ad tergum Phęnicis, & B Arabiæ collibus libani copulatus, extenditurque per deſertum vſq; ad trãs Iordanem, vbi habitauit Seõ rex Amorrhæorum. Deut.32.f Cecidit autem in ſortem filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe.

c *Tolle Reſinam.* Græci, rechinam vocãt. Rechi enim dicitur quidquid manat. Eſt autem lachryma ſudore lignorũ exhalata, vt Ceraſi, & lentiſci, & huiuſmodi. Prima reſina eſt Terebinthina omnium præſtantior, hanc gignit Arabia, Iudæa, Syria, Cyprus & Africa & inſulæ Ciclades. Secunda eſt Lentiſcina, quæ Myrtrix vocatur, hæc ex Chio in-
C ſula deportatur. Tertia pinalis, quarum alia pictinæ alia pictinæ alia liquida alia arida, & afferuntur ex Colophonia, inde & nomen Colophonia reſina ſump[...] Reſina autem apta eſt leſis corporibus, & pro medici[...] ponitur, vnde. *Nunquid reſina non eſt in Galaad?* Reſi[...] ergo pro pœnite[...]tia ponitur, & m[...] camine conuerſ[...]nis ad Deum. In[...] hortatur proph[...] Aegyptum & co[...]nes prouincias v[...]gant pœnitentia[...], alioquin à falſis [...] fruſtra medicam[...] expectant: quia n[...] accipient ab eis [...]tatem, ſed confu[...]nem.

* Theodoret[...] Etiam fratres Io[...]ph reſinam, & [...]ctem detulerunt [...] Aegyptum. R[...]na vero eſt arb[...] lachryma, med[...]mentis apta, q[...] potiſſimum e[...]lit Galaad. D[...] autem hæc per[...]niã, oſtendens [...]bum eſſe incur[...]lem.

d *Audierunt* [...] Quia fruſtrato ſ[...]tio Idolorum, [...]ram hoſtibus [...]ruit, & mutu[...]de fortis cum [...]cecidit. Sich[...]ci, quia ſemper [...]ſcordes in vario [...]rore verſantur, alterutrum ſeſe lacerantes, non vi[...]riam veritatis accipiunt, ſed errore captiui pariter in [...]ueam perditionis cadunt.

a *Amm*[...]

¶Aegyptios.
láceas, induite vos loricis. Quid igitur? Vidi ipſos pauidos †
& terga vertentes, fortes eorum cæſos, & fugerunt, cõciti, 1 2
nec reſpexerunt. Terror vndique ait dñs: non fugiet velox 3
nec ſaluari ſe putet fortis. Ad aquilonem iuxta flumen Eu 4
¶A[illegible]ptius.
phratẽ victi ſunt & ruerunt. Quis eſt iſte qui quaſi flumẽ 5
a¶Abun[illegible] b¶Super Ieruſalem vel [illegible] Ch[illegible]rum.
aſcendit, & veluti fluuiorũ intumeſcunt gurgites eius? Ae- 6
a¶Quaſi Iudæam & terram Chaldęorum ſe operiet [illegible] diſperdere [illegible]
gyptus fluminis inſtar aſcendit, & velut flumina mouebũ- 7
tur fluctus eius, & dicet: Aſcendens operiam terram, per- 8
a¶Babylonem vel [illegible]eruſalem. ¶Ironicè.
a dam ciuitatẽ & habitatores eius. Aſcẽdite equos & exulta- 9
a¶Superbi qui in potentia propria confidu[illegible]t & vicinis prouincijs Aegypto & Aethiopia.
te in curribus, & pcedant fortes Aethiopiæ & Lybiæ tenẽ
tes ſcutũ, & Lydij arripientes & iacientes ſagittas. Dies aũt 10 11
ille dñi Dei exercituum, dies vltionis, vt ſumat vindictam 12
de inimicis ſuis. Deuorabit gladius & ſaturabit, & inebria 13
bit ſanguine eorũ. Victima.n. domini exercituum in terra 14 15
b Aquilonis iuxta flumen Euphraten. Aſcende in Galaad, & 16
tolle Reſinam virgo filia Aegypti. Fruſtra † multiplicas me 17
c dicamina, ſanitas nõ erit ibi. Audierunt gentes ignominiã 18
d tuã, & vlulatus tuus repleuit terrã: quia fortis impegit in 19
fortẽ, & ambo pariter conciderunt. Verbum quod locu- 20 21
tus eſt dominus ad Ieremiam prophetam ſuper eo, quòd
venturus eſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis, & per-

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Vidi. *Scilicet Aegyptios.*
2 Et terga vertentes, &c. *Ideſt, fugientes.*
3 Nec reſpexe. &c. *retro ſe ex feſtinatione fugæ, & adhuc non valebit eis, ideo ſubditur.*
4 Non fugiet vel. nec ſaluari ſe putet fortis. Ad aquilonem iuxta flumen Euphraten victi ſunt. *Ideo admirando ſubdit adhuc propheta.*
5 Quis eſt *Scilicet rex Aegypti.*
6 Qui quaſi flumen. *Ideſt, cum magna pompa & apparatu ad prælium venit, & tamen ſic eſt turpiter debellatus.*
7 Aegy. *Hic conſequenter deſcribitur debellatio quantũ ad auxiliarios, cum dicitur.*
8 Et. *Quia plures alias gentes ſecum habebãt & fortes, vt poſtea ſubditur, de quorum auxilio nimis confidebat, ideo ſubditur.* Et di.
9 Exultato. *Quia antiquitus aliqui pugnabant in curribus.*
10 Aethi. *Bellatores de terra illa.*
11 Tenen. *Ideſt, docti ad prælium.*
12 Et Lydij, &c. *Quia erant edocti in arte ſaggittandi.*
13 Dies autem, &c. *Q.d. totum iſtud non valebit Aegyptijs, qa dies ille belli ſtatutus eſt à Deo, vt fiat vindicta de eis.*
14 Deuorabit gla. *Scilicet regis Babylonis Aegyptiorum exercituum.*
15 Et inebriabitur, &c. *Ideſt, abſque menſura effundet ſa[...]nem.*
16 Aſcende, &c. *Hic deſcribitur debellationis grauitas, qui [...]ti fuerũt interfecti & alij vulnerati pro magna parte inſanab[...] ideo dicitur.* Aſcẽde in Galaad. *vbi abundabant medicinal[...]*
17 Et tolle Reſinam. *Ideſt, medicinam: quia tamen hoc a[...] ironicè, ideo ſubditur.* Fruſtra, multiplicas, &c.
18 Audierunt Gentes, &c. *Ex fuga & debellatione.*
19 Vlulatus tuus. *Ideſt, ſonus confuſus fugientium & m[...]tium.* Repleuit terram. *Et ſubditur cauſa.*
20 Quia for. &c. *milites enim Pharaonis, qui adhuc non [...] vulnerati ex feſtinatione fugiendi, vnus impellebat alium ad [...] & ſic mutuo ſibi nocebant.*
21 Verbũ. *Hic conſequenter deſcribitur regni deiectio, & ſ[...] ſubditur eius reparatio, ibi.* Et poſt hæc. *Prima adhuc in dua[...] primò ponitur Aegyptiorum ruina, ſecundo Chaldæorum po[...]* ibi: Vox eius. *Circa primum dicitur.* Verbum quod lo[...] eſt dñs ad Ieremiam prophetam ſuper eo qđ venti[...] *Dicit Ioſephus. 10. lib. Antiquitatis Iudaicæ, quod Nabuchod[...] 23. anno regni ſui intrauit Aegyptum & ſubiecit ſibi. Debell[...]tem Aegypti prædicta fuit. 4. anno Ioachim filij Ioſiæ, vt di[...] principio huius cap. & ille fuit primus annus regni Nabuch[...]ſor, vt habetur ſupra. 25. & ſic ab illa debellatione Aegypti [...] ad iſtam diſtructionem regni ſui fluxerunt. 22. anni.*

Et

* 1 Ann[...]

*MORALITER.*

† *Et induite vos loricis.* Per cuſtodiam iuſtitiæ & æquitatis: Epheſiorum ſexto cap. *Induti lorica iuſtitiæ, & cætera.* Et quoniam in hoc congreſſu multi ſunt puſillanimes ex humana fragilitate, ſequitur.

1 *Quid igitur? Vidi ipſos pauidos & terga vertentes & fo[...]rum cæſos.* Et quoniam aliqui ſic lætaliter vulnera[...] quod de cætero non curantur, ideo ſequitur poſte[...] *ſtra multiplicas.*

† *MOR*[...]

a cuſſurus terrã Ægypti. Annunciate Ægypto,& auditũ fa 1
a ¶ Ciuitas n ag cis artibus ded.ta. b ¶ Me ropolis eſt Aegypti. Vel Thanis
cite in Magdalo,& reſonet ĩ Mẽphis,& in Taphnis dicite.
ſta & p̃para te quia deuorabit gladius ea quę p circumitũ 2
a ¶ Idolum vel Pharao.
tuum ſunt. Quare † computruit fortis tuus? Nõ ſtetit, quo- 3
a ¶ Quia populus eius in manus hoſtium traditus.
niam dñs † ſubuertit eum. Multiplicauit ruentes, cecidit-
a ¶ Sicut hortari ſe debuerunt ad pugnam, ſic hortantur ſe ad fugam.
que vir ad proximũ ſuum. Et dicet: Surge,& reuertamur 4
b ad populum noſtrum & ad terram natiuitatis noſtræ à fa 5
a ¶ Nabuchodonoſor qui ſtultus & ſine corde gloriam Deo aſcribendam, aſcribit diis ſuis
cie gladij columbæ. Vocate † nomen Pharaonis regis Aegy 6
a ¶ Belli. b ¶ Contra te.
c pti, tumultũ, adduxit tempus. Viuo ego, inquit rex, domi- 7
d nus exercituũ nomen eius: quoniam ſicut Thabor in mõ 8
a ¶ Præpara ſarcinulas ad fugiendum.
tibus,& ſicut Carmelus in mari, veniet. Vaſa trãſmigratio 9
e nis fac tibi habitatrix filia Aegypti: q̃a Mẽphis in ſolitudi 10
ne erit,& deſeret̃ inhabitabilis. Vitula † elegans atque for-
f 11
a ¶ Nabuchodonoſor qui eam in fugam à facie armorum vertat.
moſa Aegyptus: † ſtimulator ab aquilone veniet ei. Merce 12
a ¶ Delitiis carnalibus dediti
narij quoq; eius qui verſabantur in medio eius, quaſi vitu 13
li ſaginati verſi ſunt, & fugerunt ſimul: nec ſtare potue- 14 15
runt, quia dies interfectionis eorum venit ſuper eos, &
g tempus viſitationis eorum. Vox eius quaſi æris ſona- 16 17
bit, quoniam cum exercitu properabunt, & cum ſecu- 18
ribus venient ei, quaſi ligna cedentes ſucciderunt ſal-

A a *Annunciate Aegy.* quaſi dicat. Vos qui audiſtis vaticinium meũ nunciate Pharaoni, quia prope eſt tẽpus & tumultus belli.

b *Vocate nomen.* * Theodoretus. Syrus iſta ſic interpretatus eſt. Vocate nomen ipſius, perturbans & transferens tempora. Quondã enim Aegyptiorũ imperium potens erat,& vicinas gentes perturbabat, multumque res proſperas mutabat in aduerſas.

B c *Quoniam ſicut Tha.* Hoc eſt ex cõparatione locorũ frugiferorũ, quaſi in mari ſubmerſorũ, grandem Aegyptiorum poteſtis intelligere ruinam. Thabor terminus eſt Zabulon, mons in medio Galileę campo, mira rotunditate ſublimis: diſtans à dicęſaria. 10. milibus contra orientalẽ plagam. Qui confinium quoque inter trib. Iſachar & Nephtalim fuit Carmelus, vbi Nabal Carmelus fuit & nunc villa eſt Carmela nomine decimo lapide oppidi Chebron, vergens ad orientalem plagam vbi Romanorum præſidium eſt.

C Myſtice. autme, quia Thabor veniens lumen, vel veniet,& lux & Carmelus, tenellus aut mollis, ſiue ſcientia circunciſionis interpretantur, ſignificant hæreticos in lumine ſecularis ſcientiæ & ſapientiæ ſuperbientes, vel ludos molles, vel delitioſos in circunciſione carnis gloriantes, qui ſub verò Pharaone verſantur & Chriſto ſeruire renuunt, in huius ſeculi mare demerſi,& in damnatione perpetua.

* Theodoretus. *Quoniam ſicut &c.* Quaſi dicat ne dubitaueris: Quemadmodum cõfitentur omnes abſque dubio Thabor eſſe montem, eumque & Carmelum eſſe maris proximum ita prædictio continet veritatem.

d *Vaſa tranſmigrationis.* i. fias apta captiuitati. Memorat etiam regiæ ciuitatis deſolationem. Memphis enim tẽporibus illis erat vrbs regia quod edocti ſumus à diuino Iſaia, *Defecerunt* D *enim*, inquit, *Principes Taneos, & exaltati ſunt principes Mempheos.*

e *Vitula.* Quia Aegyptia plebs in delitijs nutrita indomita laſciua iugũ diſciplinæ recuſauit. † Iſai. 44. a

f *Mercenarij.* Principes Aegyptiorum non paſtores, ſed mercenarios vocat qui non curam regis habebant, ſed auaritiæ, & luxuriæ ſtudebant ideo coram hoſtibus in fugam conuerſi ſunt.

Myſtice. autem Mercenarios Aegypti fictos paſtores E eccleſiæ in hoc mũdo peregrinãtes poſſumus intelligere, qui lucrum terrenũ quærentes oues ſibi commendatas contra vaſtatores defendere nõ p̃ſumunt, vnde: *Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cum videt lupum veniẽtẽ, dimittit oues & fugit.* Ioan. 10. b

† laſciuiens. † exciſio. † ſup. 30. a

* Theodoret. Declarat auxiliatorum imbecillitatem. Nam vitulus ſaginatus non excolit terram, ſed ab alijs comeditur. Eorum quoque fugam narrat.

g *Vox.* Non ſolum hiſtoriali Aegypto, iuſto Dei iudicio vindicta ſuperuenit, ſed & ſpirituali in die iudicij ſuperuentura eſt, quam nunc ſcriptura in toto orbe clara voce futurã pronunciat, vnde: bene vox eius æri ſonanti cõparatur, quod cæteris metallis ſonorius tinniat,& dies iudicij cunctis retro correctionibus fortius ſonabit. Tunc. n. F *Deus manifeſte veniet, & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circumitu eius tempeſtas va.* Tunc angeli p̃perabũt vt colligant de regno eius oĩa ſcãdala,& ligna infructuoſa ſecurib. validi examinis cedãt. Tũc ſuccidet̃ ſaltus inutilis, q̃a omne lignũ non faciens fructũ bonũ excidetur: & in ignẽ mittetur. Et multitudo perditorũ qui quaſi locuſtæ breui volatu ſe extollunt, in infernum demerget̃, & tunc patebit confuſionum omnium carnaliũ cogitatio, quæ voluptatibus ſeculi innititur, cũ Diabolo puniẽda tradetur, vnde: ſubditur. *Confuſa eſt filia Aegypti. &c.* Pſal. 49. a Matt. 13. f Matt. 3. c

*Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Anun. *ideſt, in ciuitatibus omnibus & locis proclamate, quod omnes præparent ſe ad bellum, ideo ſubditur.*

2 Sta & præpara te. *quia tamen hoc eis non valuit, ideo ſubditur* Quia deuora. gladius ea quæ per circumitum tuum.

3 Quare. *In Hebræo habetur:* Quare inclinauit cedens ad terã. *non potens ſe ſuſtinere ſicu tres putrida: redditur cauſa Quoniam dominus ſubuertit eum.*

4 Surge & reuertamur ad populum. *Sic dicebant illi qui venerant in auxilium Aegyptiorum.*

5 A facie gla. *ideſt, exercitus Chaldæorum ſic nominati, eo q̃d in aliquo eius vexillo erat ſignum columbæ, vt expoſitores noſtri dicunt. In Hebræo habetur:* A facie gladij vinoſi. *ideſt, inebriati ſanguine occiſorum, ſicut ſupra eodem ca. dicitur.* Deuorabit gladius & inebriabitur ſanguine eorum. *Ratio diuerſitatis huius literæ eſt, quia dictio Hebraica Ionah hic poſita æquiuoca eſt ad vinoſitatem & columbam, vt dictum eſt, ſupra. 25.*

6 Vocate no. *Ironicè dicitur hoc.*

7 Tumultum adduxit. *i. tempus a Deo conſtitutum adduxit multitudinem Chaldæorum ad te deſtruendum. In hebræo habetur:* Vocate ibi, *ſcilicet, ad bellum Pharao rex, & eſt vocatiui caſus tumultus, ſcilicet belli tranſit tempus ſtatutum, dicit hic Rab. Sal. quod die ſtatuta debebat egredi rex Aegypti in campum contra regem Babylonis, ſed non fuit auſus exire: & ſic ad deriſionem eius dicitur hic, quod tempus ſtatutum belli tranſiit.*

8 Sicut. *i. ſicut verum eſt, quod Thabor eſt ſitus in monte, & Carmelus prope mare. ſic veniet deſtructio Aegypti, ideo ſubditur.*

9 Vaſa tranſ. *ideſt, præpara te ad fugam de terra. Sciendum autem, quod ſcriptura non loquitur hic de Carmelo vbi manſit Nabal, quę eſt ſatis longè a mari, ſed de Carmelo in quo fuit manſio Eliæ, qui eſt propinquus mari mediterraneo.*

10 Vitula &c. *Hoc dicitur, quia populus Aegypti erat petulans, & laſciuus.*

11 Stimulator ab aquilone. *i. Nabuchodonoſor, qui a parte aquilonis intrauit Aegyptum, & gladio ſuo ſtimulauit eum.*

12 Mercenarij quoque. *Terra Aegypti eſt ſupra mare mediterraneum, propter quod mercatores de extraneis regionibus veniẽtes ibi morabantur ad tempus.*

13 Quaſi vituli ſagina. *ideſt, diuitijs pleni.*

14 Verſi ſunt, &c. *& fugerunt vnuſquiſque ad terram ſuam, propter guerram imminentem, ideo ſubditur.*

15 Quia dies interfectionis, *ſcilicet, quantum ad remanentes in Aegypto.*

16 Vox eius. *Hic conſequenter ponitur Babyloniorum potentia, cum dicitur.* Vox eius. *ideſt, fragor, & ſtrepitus exercitus.*

17 Quaſi æris ſo. *ſcilicet, ſicut tuba æris.*

18 Et cum ſecuribus. *Quaſi dicat, ſicut ligna non poſſunt reſiſtere ſecuribus ſe cædentium, ſic nec Aegyptus poterit reſiſtere exercitui Babyloniorum.*

a *Et poſt.* Licet videatur intimare regnum Aegyptiorũ non irreparabiliter à Nabuchodonoſor eſſe deſtructum, cũ poſtea ibi fuerint reges vſque ad Auguſtum, altiori tamen ſenſu Chriſtiana deſignat tempora quando Dei cultus in Aegypto huius mundi reſtauratus eſt, ad quem exercendum homo natus eſt, de quo Iſaias: *Percutiet dominus. Aegyptum pla.& ſa.eam &c.*

b *Et tu. ne. ti. &c.* Hæc promiſſio non bene conuenit Iudæis: qui toto orbe diſperſi conſumuntur, nec regnum habent nec ſacerdotiũ. Con-

tũ eius, ait dominus: qui ſupputari non poteſt. Multiplica- 1
a ¶ Quam multiplicati ſunt ſuper numerum.
ti ſunt ſuper locuſtas, & non eſt in eis numerus. Cõfuſa eſt
a ¶ Dæmonum, ſcilicet, b ¶ Tradendo, ſcilicet, in manus Nabuchodonoſor & Chaldæorum Hic enim diripuerunt omnia: & ſtatum regni euerterunt
filia Ægypti, & tradita in manus populi aquilonis, dicit
dñs exercituũ Deus Iſrael. Ecce ego viſitabo ſuper † tumul- 2
tum Alexandriæ, & ſuper Aegyptum, & ſuper deos eius & 3
ſuper reges eius, & ſuper Pharaonem, & ſuper omnes qui 4
confidunt in eo, & dabo eos in manus quærentium animã 5
eorum, & in manus Nabuchodonoſor regis Babylonis, &
in manus ſeruorum eius. Et poſt hęc habitabitur ſicut die- 6
bus priſtinis, ait dominus. † Et tu ne timeas ſerue meus Ia- 7 8
cob, & ne paueas Iſrael. Quia ecce ego ſaluum te faciã de
longinquo, & ſemen tuum de terra captiuitatis tuæ. Et reuertetur Iacob, & requieſcet, & proſperabitur: & non erit
qui exterreat eum. Et tu noli timere ſerue meus Iacob, ait
dominus, quia ego tecum ſum: quia conſumam ego cunctas Gentes, ad quas eieci te. Te verò non conſumam, ſed 9
caſtigàbo te in iudicio, nec quaſi innocenti parcam tibi. 10 11

Conuenit autem Chriſtianæ genti ... colligitur de omnib gentib. & reuertitur de captiuitate erroris ad terrã Eccleſiæ vbi requieſcet in ſp & proſperabit ſucceſſu virtutum nec timebit aduerſariũ cõfidens in Deo ſuo Non cõſumetur q dem, ſed ſicut auri quod per ignem trã ſit, purgabitur, atq probabitur. Poſſumus tamen dicere quod generatio ſu antiqua ante dien iudicij penitus non conſumetur. *Quia e. parte cæcitas contigit in Iſrael, & cum plenitudo gentium ſub intrauerit, tunc omni Iſrael ſaluus fiet.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Multiplicati ſunt.&c. *In hoc deſignatur magna multitudo exercitus Babylonis.*

2 Viſitabo ſuper tu. Alexan. *Nomen eſt ciuitatis Aegypti famoſæ, in qua erat populus multus, ideo ſignatur hic per tumultum. In hæbræo tamen habetur: Super tumultum. No. Sic enim vocabatur illa ciuitas tempore Ieremiæ: ſed poſtea per magnum tempus Alexander magnus Aegyptum ſibi ſubiecit, & illam ciuitatem in parte deſtructam reædificauit & ampliauit & ſuo nomine denominauit, propter quod translator qui fuit poſt tempus Alexandri trãſtulit nomen vltimum quod erat & eſt famoſum.*

3 Et ſuper Deos eius. *ideſt, ſuper idola argentea & aurea, quę rapuerunt Chaldæi.*

4 Et ſuper. *quia plures reguli erant ſub rege Aegypti.*

5 Et. *qui venerant ad eius auxilium ſperantes ab eo auxiliari in caſu conſilij.*

6 Et

6 Et poſt. *Hic conſequenter ponitur regni Aegypti præparati... quia licet tunc Nabuchodonoſor Aegyptum vaſtauerit, & nom... regni Iudæ abſtulerit, tamen poſtea fuit ab Aegyptijs habitata... poſt finem quadraginta annorum, ſecundum* ꝙ *habetur Ezech... 29. Fuerunt etiam ibi poſtea reges magni et potentes vt patet in lib... Daniel. & Machab. & hoc eſt quod dicitur:* Et poſt hæc habitabitur ſicut in diebus priſtinis &c. *& patet litera.*

7 Et. *Hic conſequenter deſcribitur conſolatio Iudæorum, quibus ... mittitur reuerſio a captiuitate Babylonica, cum dicitur:* Et tu ... *cauſa ſubditur.*

8 Quia ecce. *Et dicitur hoc de iuſtis illius populi, quia im... fuerunt deleti. Cętera patent vſque ibi.*

9 Te. *totaliter delendo.*

10 Sed. *pœnis temporalibus ſecundum ordinem iuſtitiæ meæ ... affligendo.*

11 Nec. *Quaſi dicat, quia non es innocens ſecundum veritat... Vel ſic: Ne iudices te innocentem, ſi tibi parcerem.*

## ADDITIO I.

In capit. 46. *Vbi dicitur in Poſtilla:* Et Ammon & Moabitæ.

*De iſtis conſanguinitatibus tam antiquis, ſeu beneficijs tam longo tempore ante receptis quas poſtillator allegat, non fit mentio in hoc loco nec in alijs ſimilibus, quia talia non conſueuerunt in memoriam reduci, niſi apud eos qui ſcripturam ſacram recipiunt: vnde nationes hic expreſſe reprehenduntur propter vicinitatem, vel ſaltem humanitatem, quia ſecundum legem naturæ, homo non debet alterum lędere &c.*

## ADDITIO II.

In eod. cap. *vbi dicitur in poſtilla.* Et tolle reſinam.

*Vbi nos habemus:* Reſinam. *in Hebręo habetur* Zori, q... *ſignificat Tyriacam, prout dictum fuit ſupra in additione ſuper c...*

## ADDITIO III.

In eod. cap. *vbi dicitur in poſtil.* A facie gladij columbæ.

*In Hebræo in hoc loco proprie dicitur:* gladij Ionah, ide... columbæ, &c. *non autem a facie gladij vinoſi; qualiter a... tem intelligatur gladius columbæ: vide ſupra. 25. in additio... vltima.*

## CAP. XLVII.

a QVod factũ eſt. &c. Ierem. ſicut Iſaias & Ezechiel vicinis nationibus plagas venturas prædicit, quia

## CAP. XLVII.

a QVod factum, eſt verbum domini ad Iere- 1
miam prophetam contra Palæſtinos ante-
quam percuteret Phara Gazã. Hæc dicit do-

quia populum D... infeſtabant, & in... lius aduerſitate g... debant. Paleſti... ergo ſicut ante A... gyptijs prænunc... captiuitatem ve... turam.

a Et

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XLVII.

1 QVod factum eſt verbum, &c. *Hic conſequenter Ieremias prophetizat contra Philiſthæos. Et primò ponitur tempus huius reuelationis cum dicitur.*

Quod factum. *Et dicit Ra. Sa. hoc fuit tempus quo Nabuc...*

*donoſo*

## MORALITER.

† 1 *Quod factum eſt verbum, &c. Contra Paleſtinos.* qui interpretantur ore contundentes & ore contuſi: ideò per ipſos ſignantur detractores, qui ore ſuo maledicto contun... famam bonorum, & per hoc ipſi ſunt ore cõtuſi. nã ... os ſuum maledictum tradentur dęmonum poteſtati de ipſis ſubditur.

† 1 Ecc

a *t diſſi.* Oſtendit Tyrum & Sidonem ad Paleſtinos atti
A ne, licet Tyrus in ſortē Nephtalim ceciderit, & Sidon
teminus Chananæorum in ſortem Aſer: ſed non eam
poſſedit, quia hoſtes expellere non valuit.
b *celi.* In qua habitabant Cappadoces priſtinis cultorib.
interfectis. Hæc eſt
teminus Chana-
næorum iuxta Ae-
gyptum, cæciditq;
in ſortem Iudæ: ſed
eam non obtinuit,
quia Enachim, id-
eſt Gigantes Allo-
phylorum fortiſſi-
mi reſtiterunt: &
eſt ſque hodie in ſi
gnum ciuitas Palæſti
næ quamuis de ea
prophetatum ſit *Ga-
za ſtura eſt in tumu-
lum ſempiternum.* ſed
vbi prius fuit vix
vlli remanent ve-
ſtigia, in alio enim
loco ædificata eſt.
c *Cappadociç.*
* Theodoretus.
Dum interpretare-
mur prophetas, o-
ſtendimus aduenas
quærant apud Cy
prios, & Cappado-
cas quondam habi
taſſe in Palæſtina.
d *Venit.* * Theo-
doretus. Quaſi di-
cat Antiquo ſplen-
dore priuaberis. Caluitium autem frequenter indicat
luctum. Rade enim, ait caput tuum & ſume in labijs la-
mentationem.
Hæreticis & Schiſmaticis, & omnibus eccleſiæ hoſti-
bus plagam venturam ſignificat, quia Chriſti confeſſo-
ribus præparauerūt inſidias, intulerunt bella & incenſo-
re diabolo multa pſecutionū genera. Ad extremū verò
ipſi traduntur hoſtibus ſæuiſſimis & pęnis perpetuis. In- D
terpretātur enim Philiſthæi potione cadentes, Tyrus, an-
guſtia, Sidon, venatio Aſcalon. ignis infamis, Gaza, forti
tudo eius: Quæ omnia bene conueniunt Antichriſto, &
membris eius, qui per ſuperbiam in apoſtaſiam cadens
anguſtia mentis æ-
ſtuando, venationē
exercet in mundo,
quos poteſt de Ec-
cleſia rapiendo & in
terficiēdo cuius for
titudo ignis eſt infa
mis, ideſt, concupi-
ſcentia carnalis. Vn
de: *Virtus eius in lum-
bis eius &c.* Per libi- Iob 40. † Sonitus vngularū equorum fortium eius.
dinem enim carna-
lium mentes exurit
ſed nouiſſimo præ-
cipitabitur.
e *O mucro domini.*
* Theodoret. Vo-
cauit Nabuchodo-
noſor gladium do- E
mini, eo enim per- † Succiſa eſt
mittente, fecit iſta,
& impij de ſe mu-
tuas ſoluebant im-
pietatis pœnas.
f *Quomodo quieſcet
cum dominus, &c.*
Quaſi dicat. Non po
teſt gladius quieſce-
re, niſi domino iu-
bente procul cuius
vindictam exercet
vel: Quaſi ex perſo-
na afflictorum ad gladium domini locutus erat, ſed hic
reſpondet in perſona ſua.
* Theodoretus. Proſopopeia vſus eſt, vt doceret aper-
tius creaturam non carere gubernatore, ſed factorē eius
omnibus præeſſe quæ interdum quidem ſuppeditat ipſis
copiam bonorum quandoque verò peruertit vt delabā
tur in calamitates.

CAP. F

¶ Ppuli Aſſyriorum. a¶ Vt multitudine & violentia cuncta opprimant.
nus: Ecce aquæ aſcēdēt ab aquilone, & erūt quaſi torrens 1
inundans & operient terrā & plenitudinē eius, vrbem & †
¶ Vnicuique imminente morte.
habitatores eius. Clamabunt homines & vlulabunt oēs 2
a¶ Qui vocem plorantium ſtrepitu hoſtium ſuperabit
habitatores terrę à ſtrēpitu† pompę armorum & bellato-
rū eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine
a¶ Nulli licuit, ſcilicet alterius curam gerere, cum hoſtis in ſingulis graſſaretur.
rotarū illius. Nō rēſpexerunt patres filios† manibus diſſo- 3
lutis: pro aduentu diei in quo vaſtabuntur oēs Philiſtijm,
a & diſſipabitur Tyrus & Sidon cū omnib. reliquis auxilijs
a¶ Quia Paleſtini de Cappadocia venerunt. 4
b ſuis. Depopulatus eſt. n. dominus Pāleſtinos, reliquias in- 5
a¶ Ablatis opibus & robore virili. b¶ Fortitudinem eius.
c¶ A voce gaudii & lætitiæ. 6
c ſulæ Cappadocię. Vēnit caluitiū ſuper Gāzam, †conticūit 7
d a¶ Vrbs Paleſtinæ in ſorte Iudæ: ſed non eam habuit quia habitatores eius ſuperare non potuit. 8
Aſcālō & reliquiæ vallis earum. Vſquequo concideris? O
a¶ Diabolum ſignificat, cui traduntur peccatores in interitum carnis vt ſpiritus ſaluus fiat.
b¶ Nabuchodonoſor. qui in diuerſis gentibus vindictam domini exercuit. c¶ Babylonem.
mūcro domini, vſquequo. Nō qūieſces. Ingredere in vāgi- 9
a¶ Ab ardore occidendi. b¶ Quieſce. 10
e nam tuam, refrigērare & ſilē. Quomodo quieſcet cum do-
minus præceperit ei aduerſum. Aſcalonem, & aduerſum 11
f maritimas eius regiones, ibique condixerit illi.

NICOLAVS DE LYRA.

*donosor obſidebat Ieruſalem, vt dictum eſt ſupra. 39. & ab illa obſi-
dione diſceſſerunt Chaldæi, vt obuiarent Aegyptijs venientibus in
auxilium Iudæorum, quorum occurſum timens Rex Aegypti, ſpo-
liauit Gazam, quæ eſt ciuitas in extremitate terræ Philiſthinorum
verſus Aegyptum, vt patet in deſcriptione illius terrę, & reuerſus
eſt in terram ſuam. Conſequenter ponitur vaſtatio Philiſthinorum
per regem Babylonis, cum dicitur.*
1 Ecce &c. *Quia à parte aquilonis intrauit exercitus Babylonis
terram Philiſthinorum, qui nominatur nomine aquarum inundan-
tium ad deſignandum fortitudinem exercitus, & eius impetum, ſi-
cut Iſaiæ. 8. b. dicitur:* Adducet dominus ſuper eos aquas flu-
minis fortes multas, regem Aſſyriorum &c.
2 Clamabunt homines. *Eſt enim vlulatus ſonus confuſus pro
cedens ex magno timore & anxietate.*
3 Non reſpexe. *ad adiuuandum eos ex impotentia.*
4 Et diſ. *Iſtæ ciuitates erant confederatæ Philiſtęis, & ideo diſ-
ſipatæ fuerunt cum eis.*
5 Reliquia in, Cappa. *Cappadoces & Philiſthæi exierunt de
eadem Gente, ſecundùm quod dicitur Gene. 10. de quibus egreſſi ſunt
Philiſthijm & Capturim, ideſt, Cappadoces. vnde hic habetur in He
bręo* Inſulæ Chaptur. *& propter propinquitatem dictam, in auxi
lium Philiſthinorum venerunt & cum eis perierunt.*
6 Venit caluitium &c. *Licet enim fuiſſet primò ſpoliata per
regem Aegypti, vt dictum eſt, tamen poſtea fuit amplius deſtructa
per regem Babylonis.*
7 Conticuit Aſcalon. *Ideſt, populus Aſcalonis non potens
reſiſtere.*
8 Vſquequo concideris. *Hic eſt finis verſus, & refertur ad
terram Philiſthinorum, & quod ſequitur.*
9 O mucro domini. *dirigitur ad gladium Regis Babylonis,
qui dicitur mucro domini, eo quod erat executor diuinæ iuſtitiæ, vt
frequenter dictum eſt ſupra.*
10 Vſquequo &c. Ingredere in vaginam: *& ſic dicebant
Philiſthæi & regiones illæ gladio Babylonis afflictæ. Et reſpondet
propheta.*
11 Quomodo. *q. d. tales occiſiones & victòrias non facit virtu-
te propria, ſed diuina, & ſimiliter ceſſabit ab occiſionibus & victo-
rijs, quando ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ punietur & ipſe.*

* CAP.

*MORALITER.*

1 *Ecce aquæ Aſcenderunt ab aquilone.* Ideſt, turbationes
iſtorum, à dæmonum poteſtate, ſecundum quod dici-
tur ſupra primum capitul. Ab aquilone pandetur om-
ne malum. Quod autem per aquas ſignificetur turba-
tio, patet Iſai. 8. b. *Adducet dominus aquas fluminis fortes re-
gem Aſſiriorum, &c.* Detractores enim per dæmones acri-
ter turbabuntur pœnis inferni, ideò ſubditur.
† *Et erunt quaſi torrens inundans &c.* De quo dicitur Iſa.
30. g. *Præparata eſt. Ab Beritophet, à rege præparata profunda,
& dilatata. Nutrimenta eius ignis, & ſigna multa, flatus domini
ſicut torrens ſulphuris incendens eam.*

## C A P. XLVIII.

¶Aduerſum Moab.
A D Moab hæc dicit dominus exerci- 1 †
tuũ Deus Iſrael. Væ ſuper Nabo quo- 2 †
•Seſſio vel prophetia
niã vaſtata eſt & confuſa. Capta eſt; 3
a¶Ciuitas vel villa ſiluarum.
Caria Thiarim, confuſa eſt † fortis, & † †
tremuit. Non eſt vltra † exultatio in † †
a¶Ex patre vel aqua paterna.
b¶Cogitationes. ¶Ciuitas Seon regis Ammorrhæorum. Vnde: Egreſſus eſt ignis de Eſebon, & flamma de medio Seon.
Moab: contra Eſebon cogitauerunt malum. Venite & 4
diſperdamus eam de gente: Ergo † ſilens conticeſces: ſe- †
¶Foramen mœroris.
queturque te gladius. Vox clamoris de Oronaim, vaſtitas 5 6
¶Prouincia Arabum.
& contritio magna. Contrita eſt Moab: annunciate
¶Genæ interpretatur.
Clamorẽ paruulis eius: Per aſcenſum enim Luith plorãs, 7
¶Cliui, idest, itineris quod ducit ad Aſſyrios.
aſcendet in fletu: quoniam in deſcenſu Oronaim ho- 8
¶Pereunte Moab.
ſtes vlulatum contritionis audierunt. Fugite, ſaluate
¶Myrica arbor eſt humilis.
animas veſtras: & eritis quaſi Myricæ in deſerto. 9

## CAP. XLVIII.

A a AD Moab hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael. a Sicut eſt circuncisio b carnalis & ſpiritualis, ſic Moab carnalis & ſpiritualis. († gl atio. Iſa 29.c Exod.14.f) Moab interpretatur de patre, vel aqua paterna tanquam de inceſtu & ebrietate conceptus (†Madmen ſucciderit.) quaſi abſente & neſciente patre. Rex Moabitarum Balaã ariolum ad maledicendum inuitauit, qui contra Moab hæc inter cætera prophetauit: *Orietur ſtella ex Iacob, & exurget homo ex Iſrael, & percutiet principes Moab.* (1.Cor.1.c.) B Significat autem Moab ſapientiam c ſæcularem, de qua dicitur: *Perdam ſapientiam ſapientium*: quæ autorem ſui ſenſum habet: Quæ ex Dei cognitione generatur, videtur quidem de patre naſci, ſed quia adulter eſt aduerſarius populo Dei, de inceſtu, & ſpelunca, nocte generatur: vnde in nocte perijt ſecundum Iſaiam, in errore, ſcilicet, ſempiterno, ſicut Aegyptij à vigilia matutina, ideſt, nocte fluctibus obruti ſunt. Et Loth de Sodomis nocte parentibus venit in Segor, & ortus eſt ei ſol. Hinc: *Quia nocte vaſtata eſt Ar, conticuit Moab.* (Iſa.29.c Gene.19.c Iſa.15.a) Notãdum autem, quòd Nabo interpretatur ſeſſio vel prophetia. Cariathiarim, ciuitas vel villa ſiluarũ. Eſebon cogitationes, Luith genę: Oronaim foramen mœroris Quia ergo omne dogma contrarium veritati, abſque inſpiratione Dei de humano ſenſu in erroris tenebris naſcitur, nocte vaſtatur, & argumenta eius, ideſt, muri eccleſiaſtico ſermone deſtruuntur, vt æterno ſilentio conticeſcant, (Treloo.) & factio eorum ad pœnitentiam & lachrymas vertatur ſuper Nabo, ideſt, prophetiam vel ſeſſionem, magiſtros, ſ. eorum, C & ſuper Cariathiarim vbi nõ ſunt arbores fructuoſę, ſed ſaltus infertilis erit, vlulatus & plãctus, & omnia eloquẽtiæ ornamenta tollẽtur, vt nudi remaneant & deformes. Et ſi quid virilitatis habere videantur, in barba raſa à viro eccleſiaſtico effœminatum & debile cõprobetur. Accingantur ſacco penitẽtiæ, & ſup tecta & dogmata in quibus ſe ſublimes credebant & in plateis ſpatioſæ viæ quæ ducit ad mortem, erit vlulatus, nec aſcenden per ſuperbiam, ſed deſcendent in fletũ. Tum intelligẽt omnes cogitationes ſuas vanas, quod interpretatur Eſebon, & caſum & aſcenſum ſuperbiæ, vt vox eorum audiatur vſq ad opera mala quæ fecerunt: & mandatum quod putabant Dei, propria ſe confeſſione damnantes. Cumque egerint pœnitentiam, per Luith, ideſt, genarum lachrimas ad altare conſcendant, & quaſi mœroris foramini in introitu clamorem contritionis leuent ad dominum dicentes: *Sacrificium Deo ſpiritus con. &c.*

b *Væ ſuper Na.* Prædicit vaſtationem Babyloniorum ſuper. Moab venturam, & ſuper eius vrbes inclytas, vt qui hoſtes fuerunt populi Dei, & deriſerunt eum, vaſtentur in deriſum cæteris nationibus: vnde in ſequentibus: *enim tibi in deriſum Iſrael, quaſi inter fures reperiſſes eum.* Hinc Iſaias. *Onus Moab &c.* Eſt autem Moab prouincia Arabum Nabo ciuitas nobilis, in qua erat Chamos idolum quod & Beelphegor.

c *Sal.* Qui volunt ſaluare animam ſuam fugiant verſutam doctrinam Philoſophorum, & hæreticorum, vbi certus eſt interitus: & per humilitatem confeſſionis agant pœnitentiam erroris in deſerto diſtrictæ abſtinentiæ, maneantque in ſimplicitate, & veritate chatholicæ doctrinæ.

Dato

## NICOLAVS DE LYRA.

## CAP. XLVIII.

* 1 AD Moab hæc dicit dominus exer. &c. *Hic in tertio loco prophetizat contra Moabitas, & diuiditur id duas partes: quia primo ponitur afflictio Moabitarum ab Aſſyrijs. ſecundo à Chaldæis, ibi.* Hęc dicit Dominus. *& hoc modo procedit Iſaias propheta contra eos prophetizando. 15.c. & 16. & in pluribus vtitur ibi verbis hic poſitis, ex quo magis apparet Iſaiam & Ieremiam eodem ſpiritu prophetaſſe. Prima diuiditur in tres: quia primò ponitur Moabitarũ vaſtatio, ſecundò vaſtationis ratio, ibi:* Pro eo. n. *Tertiò prophetæ cõpaſſio: ibi.* Ideò ſuper Moab. *Circa primum nominantur plures ciuitates terræ Moab, per quas intelligitur populus ibi habitans, eo modo loquendi quo dicitur aliqua ciuitas affligi vel vaſtari, quando populus ciuitatis affligitur vel vaſtatur. Dicit igitur.* (Diuiſio.)

2 Væ ſuper Na. *nomen eſt ciuitatis notabilis in terra Moab.*

3 Confuſa for. *Ideſt, Cariatharim, quæ erat valde fortis ciuitas inter alias.*

4 Contra Eſe. co. ma. *ſcilicet, Chaldæi dicentes ad inuicem.* Venite diſper.

5 Sequeturque te. *Quantum ad fugientes ex te.*

6 Vox cla. de Oro. *Ideſt, de tali loco egrediens à morientibus & fugientibus.*

7 Per aſ. enim Luith &c. *nomen eſt montis in Moab ad quem multi flentes refugerunt.*

8 Hoſtes vlu. con. *ſcilicet, Chaldæi à longè perceperunt clamorem fugientium.*

9 Eritis qua. *Ideſt, ſteriles ab omni bono. In Hebræo ſic habetur: Eritis quaſi vaſtitas in deſerto.*

* Pro

*MORALITER.*

† 1 *Ad Moab.* Per Moab, qui interpretatur ex patre, eò quod ex patre, & filia fuit natus Geneſ. 19. ſignatur homo in peccatis natus & nutritus, & per eius ſubiectionem Aſſyrijs qui facturæ vigilantes interpretantur ipſius ſubiectio dæmonibus qui nunquam dormiunt, ſignatur: ideò ſubditur.

2 *Væ ſuper.* Quæ interpretatur conſolatio, talis autem hominis conſolatio non eſt niſi in turpibus, & peccatis quæ ducit ad væ æternæ maledictionis.

† *Quoniam va.* In morte.

3 *Et confuſa.* confuſione gehennæ.

† *Capta eſt Caria Thiarim.* quæ interpretatur vrbs ſiluarũ per quam ſignatur congregatio operum inutilium, ſicut ſilua eſt congregatio lignorum infructuoſorum: & moraliter capta eſt Caria Thiarim in morte, quia tunc ceſſant operationes inutiles & malæ quantum ad exercitium, ſed non quantum ad ſupplicium.

† *Non eſt vltrà exul.* ſed maxima deſolatio.

† *Contrita.* qui interpretatur cingulum triſtitiæ, & ſig faſciculum peccatorum.

† *Cogitauerunt mala.* ſcilicet dæmones, qui peccatoribus diſponunt pœnas horribiles.

† *Ergo ſilens conticeſ.* In pęnis gehennæ.

† *Sequeturque te gladius.* ſcilicet dæmonum ſine fine. quoniam tales frequenter temporaliter proſperantur ſequitur.

† Da

a ¶Dialecticis diſputationibus.
Pro enim quod habuiſti fiduciam in munitionibus tuis, & 1
a ¶Sapientiæ ſecularis vel memoriæ. b ¶Ab eccleſiaſticis, qui muniuntur ſcuto fidei & ſcuto pugnant veritatis. c ¶Figmenta hæreticorum vel philoſophorum quæ colunt quaſi idola. 2
in theſauris tuis, tu quoq; capieris: & ibit Chamos in trãſ- 3
¶Cultores. ¶Miniſtri. 4
migrationem, ſacerdotes eius & principes eius ſimul. Et ve 5
a ¶Eccleſiaſticus. b ¶Secularis ſcientiæ munitionem. c ¶Quia omnis prauus intellectus captiuabitur. 6
niet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla ſaluabitur, &
¶Falſæ humiliationes. ¶Fictæ virtutes
peribũt valles & diſſipabuntur campeſtria: quoniam di- 7
a ¶Quaſi vſque adhuc floruit.
a xit dominus: Date † florem Moab, quia florens egredie-
b tur, & ciuitates eius deſertæ erunt, & inhabitabiles. Male- 8 9
a ¶Vel deſidioſe. ¶Vel pro corporalis rei præmio, vel pro laudis verbo, vel humani iudicii gratia.
dictus qui facit opus † domini fraudulenter, & maledi- 10
a ¶Verbum Dei b ¶Interfectione carnalis vitæ
d ctus qui prohibet gladium ſuum a ſanguine. † Fertilis fuit 11
Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in fecibus ſuis. Nec 12 13
¶Captiuitatis 14
transfuſus eſt de vaſe in vas, & in tranſmigrationem non 15
a ¶Antiqua fœlicitas. b ¶Fama 16
e abijt. Idcirco permanſit guſtus eius in eo, & odor eius 17

A *Date flo. &c.* Qui inuentione humana & in ſeculari ſcientia florere videbatur, in deſertum & in ſolitudinem redigetur. Quia verò diſplicet Deo omnis hypocriſis, vt ſequens ſententia oſtendit.

*Maledictus qui fa.* Neceſſe eſt .n. vt non ſolum intueamur quod agimus, ſed etiã qua diſcretione agimus.

Ambroſius. Opus Dei præpropiram exigit feſtinationem. Ideò diſcipulus ille qui citius Petro ad monumẽtum, immò ocè commendat: in via Dei feſtinã oportet eſſe progreſſionem vt diabolo qui ſtat ſemper a dextris vt ſanctis aduerſetur cœptum iter impediendi, ſpatium non relinqua-
B tur.

*Maledictus qui.* Deſidia per torporem naſcitur, fraus per priuatam dilectionem. Illam minor amor Dei exaggerat, hanc proprius amor ſui excitat. Fraudem quippe in Dei opere perpetrat qui ſe inordinatè diligens per hoc quod rectè agit ad remunerationis tranſitoriæ bona feſtinat. Tribus aũt modis fraus iſta committitur, quia aut tacita cordis humana gratia, aut fauoris aura, aut res quælibet exterior deſideratur. Contra quod per prophetam dicitur. *Beatus qui*
C *excutit manus ſuas ab omni munere*, quia enim non ſolũ fraus in acceptione pecuniæ eſt, nec munus vnũ eſt. Tres verò ſunt acceptiones munerum, ad quas ex fraude feſtinatur Munus eſt.n. a corde captata gratia a cogitatione. Munus ab ore gloria per fauorem. Munus ex manu, præmiũ per dationem. Iuſtus verò ab omni munere manus excutit, quia in eo quod rectè agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec a manu quærit remunerationem. Solus in Dei opere fraudem non facit, qui cum in ſtudio bonæ actionis vigilat, nec ad corporalis rei præmia, nec ad laudis verba, nec ad humanam iudicij gratiam anhelat. Ipſa igitur bona noſtra, quia inſidiantis culpæ gladium euadere nequeunt, niſi ſollicito timore quotidie muniantur, rectè per Iob dicitur. *Verebar opera mea quaſi quæ aptè egerim in Deo: ſed quid in his latenter perculerim ignoro.* Sæpe.n. bona noſtra latrocinãte fraude pereũt quia rectis actionibus concupiſcentię terrenę ſe † inſerũt. Sæpe deſidia interueniente deficiunt, & frigeſcente amore tabeſiunt.

D Iob.9.d.
† tingerunt.

c *Et maledictus.* Poteſt hæc maledictio omnibus conuenire qui fluxum ſæculi ſequuntur, & corpora ſua caſtigare, & ſeruituti ſubijcere negligunt, ſecundum illud. *Qui autẽ ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerũt, &c. Quia ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio peccatorum. Caro enim & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt.* Maledictus ergo qui prohibet gladium, ideſt, verbum Dei a ſanguine: quo ſcilicet animatur materia peccatorum, fundendum eſt quidquid in membris noſtris carnale, & terrenum inoleuit & reſecando gladium verbi Dei.

E
† alas ipſi Moab, quia volans. c.
Galat.5.d.
† Dei negligẽter.
Cor.15.f.
vt † Requieuit el paccatus fuit.

nis,vt ſaluet vnuſquiſq; aĩam ſuam. Nolite † tacere ſuper

† diſpergi.

b *Nolite*. Orig. Alia editio: Ne proijciamini iniquitatibus eius.Qui in iniuſtitia Babylonis eſt & pœnitentiam non egerit conſequens eſt vt proijciat.Alibi dr̃: *Elegi abiectus eſſe in domo Dei noſtri non onerari.* Hic autem non poſuit,ne abijciamini ſed ne pijciamini. Aliud e.n proijci aliud abijci. Quod.n. deſpicitur,abijcitur:quod penitus à ſalute alienum eſt,proijcitur.vnde: *Duces populi mei proijcientur ex domo deliciarum ſuarum pp peſſimas voluntates ſuas.Clerici eorũ non proderunt eis,quia tempus vindictæ eius eſt à domino.* Miro F ſenſu dicit ſupplicia irrogari propter eius vltionem qui ea patitur. Cùm enim quis non vindicatur,impunitus relinquitur. Vnde: *Non viſitabo ſuper filias veſtras quando fornicabuntur.* Non ergo Deus iratus peccatores punit: ſed ſic expedit loqui. Magna ira eſt à Deo tormenta nõ perpeti. Qui.n.punitur,ad hoc punitur,vt emẽdetur: etiam ſi ab ea quæ

*Pſal.83.c.*

*Mich.2.c. ſecundum 70.*

*Hoſeæ 4. c.*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. L I.

HAec dicit dom. *Deſcripta Babylonis deſtructione modo plano,hic deſcribitur modo magis parabolico. Et diuiditur in duas partes:quia primò deſcribitur ſub parabola verbi. Secundò ſub parabola facti, ibi:* Verbum qđ præcepit. *Prima in duas, quia primò ponitur parabolica deſcriptio,ſecũdo ponitur explanatio,ibi:* Acuite ſagittas. *Prima in duas ſecundum duas parabolas. ſecunda ibi,*Calix aureus.*Prima parabola eſt de vento peſtilenti,per quem intelliguntur exercitus Mædorum & Perſarum veniens ad deſtructionem Babylonis,cum dicitur.*

2 Ecce,&c.leuauer.con.*templum meum comburiendo tempore Nabuchodonoſor,& vaſa mei cultus humanis vſibus applicando tempore Balthaſar, Dan.5.*

3 Quaſi ven.pe.*ſcilicet,exercitum Mædorum & Perſarum.*

4 Et mi.in Ba.*ſ.Cyrum & Darium exercitus rectores.*

5 Et ven eam,&c.*bona eius rapiendo,& eam deſtruendo.*

6 Non tendat.*ſic habent libri correcti.*

7 Qui tendit.*q.d.pedites ſagittarij & equites loricati,non potuerunt defendere Babylonem. Secundum Hebræos litera talis eſt:* Attendat tendens arcum ſuum,& non valebit lorica. *Et eſt modus loquendi decurtatus, vbi oportet aliquid ſupplere, ſicut 2. Reg.5.b.*propoſuerat in die illa, qui percuſſiſſet Iebuſæũ, *ſubintelligendum eſt,fiet magiſter militiæ.& hoc modo etiam dicitur hic:*Attendat:*ſubintelligitur bellatorẽ Babylonicum.* Tendens arcum ſuum.*ſ. quilibet ſagittarius de exercitu Cyri & Darij:& non valebit lorica.ſ. Babyloniorum ad ſuſtinendum ictum. & huic ſenſui magis conſonat litera ſequens,cum dicitur:*Nolite par.&c. *Huius deſtructionis ſubditur vna cauſa,cum dicitur.*

8 Quoniam non.*id eſt, derelictus ab eo totaliter, quia licet permiſerit populum ſuum affligi & captiuari à Chaldæis, tamen poſtea vindictam accepit.Ideo ſubditur.*

9 Fugite de medio Ba.&c. *Et patet litera.*

M O R A L I T E R.

1 *Hæc dicit,&c.* In hoc cap. deſcribitur deſtructio Babylonis metaphoricè:per quam myſticè ſignificatur deſtructio Iudææ.Et ponitur hic triplex parabola. Prima eſt de vento peſtilente,cum dicitur.

3 *Quaſi ven.*per quem ſignificatur exercitus Romanorum, quia ſicut ventus peſtilens deſtruit domos & frangit arbores & eradicat, ſic exercitus Romanorũ deſtruxit Iudææ ciuitates & caſtra,& ſuccidit arbores ad faciendum machinas & implendum foſſata, & hoĩes partim occiſi & partim captiuati fuerunt in illa guerra.

9 *Fugite de medio.* Per hoc ſignatur ſalus Chriſtianorũ, qui imminente Romanorum aduentu per monitionẽ angeli receſſerunt de Iudæa tranſeuntes in regnũ Agrippæ, qui confœderatus erat Romanis, & ſic fuerunt ibi ſaluati. Moral. autem per ventum peſtilentem, ſignatur ſuperbia,quæ ventus eſt ſubuertens omnia bona. Vnde verſus. *Si tibi copia,ſi ſapientia formaque detur.Sola ſuperbia deſtruit omnia ſi comitetur.* Secunda parabola ponitur hic.

¶ Qui.n.tacendo aſſentit,particeps fit pœnę & culpæ,dum adhuc ſcelera committit nec luit.
iniquitatē eius:quoniam tēpus vltionis eius eſt dn̄o:viciſſi
a ¶Non per miniſtros, ſed per ſemetipſum. b ¶Ornatus ſermonis. c ¶Poteſtate.
tudinem ipſe retribuet ei. Calix aureus Babylon in manu 1
a ¶Vitij. b ¶Omnes.ſ.qui terra ſunt. c ¶In quo eſt luxuria.
domini,inebrians omnem terram. De vino eius biberunt
a ¶Nihil certi tenentes. b ¶Non paulatim,non per partes. ¶Quia dies domini ſicut fur veniet.
Gentes,& ideo cōmotę ſunt. † Subitò ceciderit Babylon &
a ¶In corde eius cui aduenit Chriſtus. b ¶Plangite. c ¶Angeli.ſ.animarum medici.
d ¶Quia nulla anima Deo inſanabilis.
contrita eſt. † Vlulate ſuper eā, tollite reſinam ad dolorem 2
a ¶Q. Poteſt ſanari ſi vult b ¶Vox medicorum domino reſpondentium
¶ Q. Non eſt vitium artis reſinæ. c ¶Quia non vult nobis obedire.
eius,ſi fortè ſanetur. Curauimus Babylonē, & nō eſt ſana- 3
¶ Quia.ſ.periit opera & impenſa a ¶In infirmitate deſperatam b ¶Proprium negotium.
ta. Derelinquamus eam,& eamus vnuſquiſq; in terram ſuā.
a ¶ Creſcente culpa creſcit & damnatio.
Quoniam peruenit vſq; ad cęlos iudicium eius,& eleuatū 4
a ¶Contra Babylonem. b ¶Vox angelorum vel prædicatorum,qui videntes plagam Babylonis incurabilem,hortantur ſeſe di.venite & nar.
eſt vſq; ad nubes. Protulit domin⁹ iuſtitias noſtras:venite 5

A ea q̄ vocatur ira Dei corripit. Chriſti quoq; filijs peccantibus pœna promittit,ne venia denegetur. Vnde: *Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint,&c.* (Pſal. 88.c.) vide ergo quō non dum pęna dignus ſit, q adhuc criminalia ſcelera committit,nec luit. Viſitatio.n.Dei p viſitata tormēta demōſtratur Qui aūt peccans corripitur, neſcio qd ei excurrat de pœna.

a *Viciſſitudinē ipſe.* Idem, &c. Nō omnibus ipſe Deus retribuit. Sūt quibus per alios retribuit, vel puniens vel medicās per dolorem. Vnde: *Miſit in eos furorem iræ ſuæ. Furorē & iram, & anguſtiā, immiſſionem per angelos peſſimos:* (Iſa 21.c. Ezech.7.a.) alijs forſitan per bonos angelos retribuit, vt eis qui pro ſceleribus puniuntur, eſt qn̄ miniſtrorū officio refutato ipſe re-

B tribuit,vt nunc Babyloni. Quando verò ſunt vulnera facilia, prompta curatio,mittit medicus ſeruum mittit diſcipulum,& per eum medicatur. Aliqn̄ ſectionis & ferri indiget q ſanatur, nō tn̄ ipſe venit. ſed vno ex diſcipulis q curare valeat, vtit̄ miniſtro. Qn̄ verò inſanabiles plagę & alta putredo in emortua carne qn̄ nec ſerui,nec diſcipuli:ſed ipſius magiſtri manibus indiget:tunc ipſe manibus præcinctus lūbos,ad ſectionem vulneris concitatur. Similiter qn̄ ſunt minora peccata miniſtris vtitur Deus: qn̄ verò grauiora, tunc ad retributionem ipſe feſtinat.

b *Calix aureus,&c.* Non eſt ſemper calix aureus Babylonis vel in manu domini, cum.n. ad vindictam venerit & in manu domini poſita fuerit,efficietur terra quæ tacta eſt in Iob. Nec iugiter in manu domini continet̄:ſed tunc tantum cum reſtituet ei dominus quod meretur.

Orig. *Calix aureus.* Nabuchodonoſor volens decipere hoīes per calicem Babylonis, non miſcuit in vaſe fictili, ferreo,æneo,ſtanneo:& qđ iſta præcellit,argenteo. In vaſe aureo poculum temperauit,vt videns decorem radiātis auri totis oculis hæreas in ſpē, nec cōſideres qđ intus
C hēt: ſed arripias & neſciens bibas calicem Nabuchodonoſor,intellige prauorum peſtifera verba dogmatum, qualem habeant ſermonum cōpoſitionem,qualem eloquētiæ decorem,& cognoſces qualiter quiſque poeta calicē aureum tēperauit,& iniecit venenum idololatriæ & turpiloquij & eorum dogmatum quæ aīam occidunt,& falſi nominis ſcientiæ:Ieſus autem cōtra fecit Sciens.n aureum calicem diaboli,ne quis ad fidem veniēs putaret ēt talem Chriſti calicem eſſe qualē reliquerat: & pro ſimilitudine materiæ formidaret errorem, curauit vt haberetur theſaurus iſte in vaſis fictilibus. Sæpè vidi aureum calicem in pulchro ſermonis ornatu, & dogmatum venena conſiderans,deprehendi calicem Babylonis.

(L. 34. moral. cap.8.) ✻ Greg. Quid Babylonis noīe,niſi huius mundi gloria deſignatur? Quæ calix aureus dr̄, quia dum pulchra eſſe tēporalia oſtentat, ſtultas mentes in ſua concupiſcentia inebriat, vt ſpecioſa temporalia appetant, & inuiſibilia pulchra contemnant,Hoc aureo calice prima ſua ſponte Eua deebriata eſt,quia cum vetitum lignum concupiſceret,vidit quod eſſet pulchrum viſu,& comedit.

✻ Theod. Beatus Daniel interpretatus ſomniū, regnū Babylonicū dicit eſſe caput aureū. Hoc itaque loco ſupplicių alijs gentibus à Deo illatum, nuncupauit poculū aureum. Ait ergo Babylonem & reliquas gētes pęnis affeciſſe.& mox præter ſpem omnem captā eſſe & euerſam.

✻ Ambr. Qua rōne calix aureus? Quoniam qui à veritate deficit, quærit illecebrā, vt ſpecie ſaltē pretioſa ad bibendū, aliquos poſſit allicere. Conſtitue an̄ oculos tuos pōpam huius ſeculi.vide ſpecioſam illecebram, ſed inanē gratiam: Non ſeducant te aurea vaſa & argentea. *Habemus & nos theſaurum in vaſis fictilibus.* vas Apoſtoli, fictile eſt, ſed in eo theſaurus eſt Chriſti.

c *Inebria.om.* Vide oēs hoīes ebrios. inebriamur ira & triſtitia, inebriamur & mente,excedimus amore, concupiſcentia vana gloria. Animaduerte oēm terrā plenā eſſe peccatis,& non quæres quō Babylon oēm terrā inebriauerit. Iuſtus.n.non eſt in terra, ſed ſuper terrā cōuerſationē habens in cęlis,nec conueniet ei dici: *Terra es,& in terram ibis.* ſed cęlum es,& in cęlum ibis:portat.n. imaginem cęleſtium. Inebriat ergo calix aureus omnem terram.i. ab eo omnes inebriamur quamdiu terra ſumus.

d *De vino.* Idē,&c. Sicut in his q vinū corporale bibunt ſupra menſurā videmus ebrij corporis motum,vacillātes pedes,caput.& tpa grauata,os diſſolutum & hærentibus labijs verba precioſa. Sic qui de calice aureo Babylonis biberunt, inſtabiles greſſu debilitati mēte,flutuante conatu, nihil firmum tenent, ſed ſemper in turbatione aguntur incerti. biberunt Gentes,ideò commotæ ſunt.

e *Subito ceci.* Significat conſummationem mundi ſubito futurā,q̄ non per partes ſed repente fiet, ſicut Iericho corruens cito vel ſubitò perijt. Si aūt veneris ad aduentū Chriſti, & videris magnum eius opus quō ſubuertit oīa dogmata Gentiū,vt credentes de erroris iugo eximeret videbis: quia in paſſione eius Babylon ſubitò corruit & cōtrita eſt,videat quiſq. Babylonē in pectore ſuo corruiſſe. In cuius.n.corde nō cecidit,Chriſtus ei nōdū aduenit Babylon ruit, & ædificat̄ Ieruſalem ciuitas ſancta Dei.

f *Vlulate.* Hiero. Quia nulla anima apud Deum inſanabilis, conſiliū dat eis qui poſſunt tranſmigrationis in Ieruſalem & teſtimonij habere reſinam ad emplaſtra facienda,vt aſſumant medicamina: & quantò pn̄t ſtudio ſanitati reſtituant Babylonem. Rogemus ergo dn̄m, vt det nobis reſinam rōnabilem,de qua dicamus: Eſt malagma imponere & oleū & alligaturas, & imponentes ligemus vulnera Babylonis vt ſanet̄, vt curata deſinat eſſe q̄ fuerat. Hoc eſt qđ ait: *Accipe reſinā ad correctionē eius ſi quo ſanabitur.* Vbi ſunt hæretici qui naturas quaſdam introducentes afferunt eſſe materiam deſperabilē quæ penitus non recipiat ſalutē? Deus aūt nec deſpicit Babylonem. præcipit.n. medicis vt accipiant reſinam ſi quō ſanetur. Quidam ergo eorum accipientes reſinam correctionis Babylonis,fecerunt quod fuerat imperatum, eam audientes poſſe recipere ſanitatem: ſed quia noluit curari ſatisfaciunt boni medici & dicunt: *Cura. & non eſt ſa.*

g *Curauimus.* Vide ne qn̄ angelis præcipiat Deus lāguē animæ

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Calix. *Hic ponitur ſecunda parabola.ſ. calicis aurei inebriantis Gentes,per quē deſignatur rex Babylonis,qui potum doloris multis Gentib. propinauit. Et quia hoc fecit crudeliter & ſuperbè,attribuēs ſuæ virtuti quod fiebat virtute Dei,ideò factū eſt ſibi ſimile ſecundum ordinem diuinę iuſtitię. Et ſecūdum hoc patet litera vſq; ibi.*

2 Tollite reſi. *i. medicinam ad dolorem eius ſanandum ſeu mitigandum. Et loquitur ironicè. vnde ſubditur.*

3 Curauimus. *Et loquitur ſcriptura ad modum medici totaliter deſperātis de ſanatione īfirmi:qa tūc dimittit. dicit tamē glo.q̄ hūc eſt angelorū ad cuſtodiā Babylonię deputatorū dimittentiū eā poraliter affligi,ex quo viderūt ſup hoc volūtatē Dei. Ideo ſubdi*

4 Quoniam peruenit. *ideſt,coram Deo.*

5 Protulit dominus. *verbum eſt prophetæ in perſona redeuntium de Babylonica captiuitate confitentium ſe liberatos per meritum Ieremiæ,Ezechielis & Danielis & aliorum ſanctorum illius temporis,& etiam patrum antiquorum.*

✻ 1 Acuite

*MORALITER.*

† 1 *Calix.* p calicē in ſacra ſcriptura frequēter ſignatur dolor pęnalis & anguſtia,pp qđ p calicē illū ſignatur paſſio Chriſti & diſcipulorū eius,quē calicē Iudæa ppinauit e vt patet. ex textu Euangeliorū & Actuū Apoſtolorū quod Chriſtus dixit diſcipulis Matth. 20. c *Poteſtis bib*

animæ tuæ medicamina conficere, ſi quo modo poſſit ſanari, & reſpondeat ei. *Cur :ui:nus Babylonem.* oſtendentes animam tuam paſſione confuſam, & non eſt ſanata. Non ſcientiam artis, nec vim reſinæ criminantur, ſed te qui noluiſti eis obedire. Sunt medici ſub magno medico angeli Dei volentes animas noſtras a vitijs curare, quos ipſi repellimus dum conſilijs eorũ non acquieſcimus: qui videntes ſe perdere operam, adinuicẽ dicunt. *Relinquamus eam, &c.* q.d. tradita eſt nobis medicina a Deo, vt animam curemus humanã: adiutoria & medicamina adhibuimus: cõtumax eſt, non vult obſeruare quod dicimus, ſtudium noſtrum non ſequitur effectus: habeamus vnuſquiſque in terram ſuam. i. ad domeſticum & proximum negotium. B Caue ne quando relinquat te medicus, vel Angelus Dei, vel cui credita eſt cura ſermonis ad medicamina ſalutis: ſi. n. dereliquerint te, & dixerint. Abeamus quiſque in terram ſuam, quia appropinquauit in cœlum iuditiũ eius, patet ꝙ abſceſſio medici condemnatio tua ſit, vt irremediabilis nolentiſq; curari. Accidet ergo tibi quod accidit his qui deſperantur a medicis, & vtentes voluptate morbi ad peiora merguntur. Sæpè prudens medicus accidit ad languentem, & quantum ars patitur & induſtria medicinæ non ceſſat, ſed ſi ægritudo tãta ſit, vt repugnet curationi, aut æger per impatientiam doloris contra faciat quod iubetur, relinquit eum deſperans medicus ne expiret inter manus eius & mortis videatur reus. Ne ergo inter ſanctorum angelorum manus moriamur, relinquũt nos deſperãtes & dicẽtes. Nõ eſt malagma imponere, neq; oleũ, neq; alligaturã: qa appropinquauit iudiciũ eius cęlo, eleuauit vſq; ad aſtra. Qui paruũ peccatũ habet non

non vſq; ad cęlum & ſidera iuditium ſuum effert: puſillum. n. & humile eſt. Qui verò creſcit in ſcelere, creſcit & in iuditio: ſimulq; cum vitijs augetur & pœna. Et quia tantum delinquit, vt iuditium eius vſq; ad cœlum ſubleuetur: & per impietatem ſuam reſiſtens Deo ad ſuperiora aſcendat, profert Deus iuditium ſuũ ad humiliandum quod exaltatũ eſt. D

✻ Greg. Babylon quippe curatᷣ, nec tamen ad ſanitatẽ reducitur, quando mens in praua actione verba correctionis audit, flagella correptionis percipit, & tamẽ ad recta ſalutis itinera redire contemnit. (In paſtorali 3. parte admonit. 13.)

✻ Theod. Prædixit hanc Babylonicam ſuperbiam ẽt Iſaias, dixit. n. ait. *Supra ſidera ponam ſolium meum.* (Iſa. 14.)

a *Qui leuat* .i. prædicatores, & prophetas qui nos a calore futuri iudicij defendũt imbre eloquij ſui, cùm futura depromunt. E

b *Fulgura.* Prædicatores, prophetarum fulgura ſunt, cum inimicos percutiunt. Pluuiæ, cum deuotos a peccatis abluunt, & imbrem ſalutis infundunt: vnde ſpirituales germinent fructus, & in maturam meſſem coaleſcant.

c *Et producit.* Venti ſunt Apoſtoli, quorum prædicatio percurrit mundum tanquã ventus celerrimus de quib. alibi dicitur. *Sagittas ſuas ardentibus effecit.* Ipſis. n. ventis pẽnæ propter diſcurſus celeritatem tribuuntur. Vnde. *Volauit ſuper pennas ventorum.* (Pſal. 7. d.) (2. Reg. 22. b.)

d *Stultus fac.* Bene poſt ſubuerſionem Babylonis reprehendit fabricatores idolorum, quia per ſtultitiam humanæ mentis facta ſunt opera vana, & riſu digna: quia nec ſpiritus in eis, nec vox, nec vlla efficacia, vnde nec ſe nec cultores ſuos in die viſitationis liberare poſſunt. F

a ¶Virtutes. ſ. & miracula. b ¶Eccleſia quæ ſola peruenit ad Dei contemplationem cum angelis. ¶O Medi & Perſæ.
& narrẽmus in Siõn opus dñi Dei noſtri. † Acuite ſagit- 1
tas, & † implete pharetras. Suſcitauit dñs ſpiritum regum (†Expolite.)
Mœdorũ: & contra Babylonem mens eius eſt, vt perdat eã.
a ¶Pro populo ſuo. b ¶Quod ſuccenderunt Babylonij.
Quõniã vltio domini eſt, vltio tẽmpli ſui. Super muros Ba 2
a ¶Vt nemo effugiat.
bylonis † leuate ſignum, augete cuſtõdiã. Leuate cuſtodes, 3 4
præparate inſidias, quia cogitauit dominus, & fecit quęcũ
¶Per prophetas a ¶O Babylon
que loquutus ẽ cõtra habitatores Babylonis. Quãę habitas 5 6
a ¶Quia per medium eius effluit Euphrates, vel typicè ſignificat multitudinem populorum.
ſuper aquãs multas locuples in theſauris: venit finis tuus † 7 8
¶Alias munitionis. a ¶Firmiter ſtatuit.
pedalis præciſionis tuæ. † Iurãuit dñs exercituum per ani- 9 10
a ¶Toto affectu. b ¶Quia ad deſtructionem eius innumeræ Gentes conuenerunt.
mãm ſuam, quõniã replebo te hominib. quaſi brucho, & 11 12 (†Amos 6. c.)
a ¶Triumphale carmen. b ¶Ab hoſtibus pro adepta victoria.
c ¶Filio, qui virtus & ſapientia patris. Omnia. n. per ipſum facta ſunt.
ſuper te cẽleuma cãntabitᷣ. † Qui fecit terrã in fortitũdine 13 14
ſua, & præparauit orbẽ in ſapientia ſua, & prudentia ſua ex 15 16
a ¶Quia omnia cœleſtia fecit. b ¶Prædicationis doctrinæ. c ¶Cœleſtibus
tẽndit cęlos. Dãte eo vocẽ multiplicantᷣ ãquæ in cęlõ. Qui 17 18
a ¶Ad prædicationis faſtigia. b ¶Ab humili propoſito.
lẽuat nubes ãb extremo terræ, fulgura in pluuiã fecit, & pro 19 20
a ¶Scilicet vnde ſpirituales poſſunt prodire diuitiæ. b ¶Idololatra, vel hæreticus, vel ſchiſmaticus.
ducit ventos de theſãuris ſuis Stũltus factus eſt oĩs homo à 21 22 23

NICOLAVS DE LYRA.

1 Acuite. *Hic conſequenter ponitur dictarum parabolarum explanatio, & primò primę, ſecundò ſecundę, ibi.* Collidis. *Prima in duas, quia primò ponitur explanatio. Secundò dicti confirmatio, ibi.* Iurauit. *Prima parabola ſignificabat exercitum Mœdorũ, & Perſarum Babyloniam deſtruentem: hoc autem fuit maximè per artem ſagittandi. Et ideo explanans modum deſtructionis dicit.* Acuite ſagittas, &c.

2 Quoniam vltio do. *in cuius contemptum Balthaſar vaſa diuino cultui deputata communibus vſibus applicauit.*

3 Vltio templi. *quod Nabuchodonoſor combuſſit.*

4 Super mu. *q. d. quantumcumq; Babylonij ſe diſponant ad defendendum, tamen nihil eis valebit, ideò ſequitur.* Quia cogitauit dominus, &c.

5 Quæ ha. ſuper. *hoc dicitur, quia Euphrates fluuius magnus tranſibat per ciuitatem ante eius deſtructionem.*

6 Locuples in. *de diuerſis prouincijs crudeliter congregatis.*

7 Venit fi. tuus. *q. d. tu es prope caſum, ſicut arbor cui eſt ſola menſura pedis prę̨ſcindenda. In Hębreo habetur.* Venit finis tuus menſura rapinæ tuæ. *i. ſecundum menſuram peccati tui rapiendo crudeliter bona aliorum. Et iſte ſenſus magis conſonat literę pręced. vbi dicitur.* Locuples in theſa.

8 Iurauit do. *Hic conſequenter ponitur cõfirmatio dicti: & hoc diuino iuramento, cum dicitur.* Iurauit dominus exe. *ideſt, angelorum.*

9 Per animam. *i. per ſeipſum, quia ſpiritus eſt Deus, Ioan. 4. d.* non enim habet maiorem per quem iuret, ideo iurat per ſeipſum. *Geneſ. 22. c.* Per metipſum iuraui dicit dominus.

10 Quoniam reple. *Babylonem.*

11 Hominibus. *tibi aduerſantibus.*

12 Quaſi brucho. *qui incedit cum magna multitudine.*

13 Super te celeu. *Eſt autem celeuma canticum vindemiatorũ. Et per hoc deſignatur gaudium Mœdorum, & Perſarum in effuſione ſanguinis Chaldęorum, & deprędatione eorum.*

14 Qui fecit terram, &c. *hoc refertur ad illud quod prędictum eſt.* Iurauit dominus.

15 In forti. ſua. *ideſt, potentia infinita quę requiritur ad creationem.*

16 Et præparauit orna. *i. gubernauit.*

17 Prudentia ſua. *qui ad modum tentorij videntur extendi ſuper terram.*

18 Dante eo vocem. *i. pręcipiente.*

19 Multiplican. aquæ in cęlo. *ſ. aereo in quo generantur.*

20 Qui leuat. *i. ab Occeano terram habitabilem terminante, inde enim pro maiori parte eleuantur exhalationes humidę quę condenſantur in nubes.*

21 Fulgura in pluuiam, &c. *Pluuia enim abundans facit ceſſare fulgura.*

22 Et producit ventos. *i. de locis hominibus occultis.*

23 Stultus factus. *Et loquitur hic de ſcientia ſuperſtitioſa, cuiuſmodi eſt Necromantia & eius partes. ideò ſubditur.*

a Con-

MORALITER.

*calicem quem ego bibiturus ſum? &c.* Et ideò iuſto Dei iuditio in vltionem mortis Chriſti & diſcipulorũ eius Iudæi ca-

✻ 1 Confuſlice doloris & anguſtiæ fuerunt inebriati: & hæc eorũ tribulatio ſignificatur hic diffuſè per tribulationẽ Babyloniorum, quæ fuit valde magna. Ideo concludit inferius.

a *Confuſus eſt.* Rab. Demonſtrata ſubuerſione Babylonre dit proph. ad autorem tanti iudicij: q̃a non eſt poteſtas niſi à Deo q̃ dominat in regno hominum, & cui voluerit dabit illud.

Rom. 13.a.

a ¶Figmenti.
a ſcientiã, confuſus eſt omnis 1
a ¶Idolorum vel errorum & prauorum dogmatum.
conflatõr in ſculptili: quia 2
a ¶Hoc eſt, non eſt talis Iſrael vnius Dei cultor: licet enim plurimi errauerunt, multi tamen in fide permanserunt, & ideo liberati ſunt.
b ¶Figmenti.
mendax eſt conflatio eius,
nec eſt ſpiritus in eis. Vana 3

† operaſ errorum.

ſunt opera, & † riſu digna, in tempore viſita- 4 5
a ¶Iudicij generalis. b ¶Cum autoribus ſuis.
c ¶Doctrina vel prophetica vel apoſtolica.
tionis ſuæ peribunt. Nõ ſicut hęc pars Iacob, 6 7
a ¶Sol immutabilis omnium creator. b ¶Ecclesia
quia qui fecit omnia ipſe eſt, & Iſrael ſceptrũ 8 9
hæreditatis eius: dominus exercituum nomẽ 10 11
a ¶Arma bellica vel bellatores. b ¶Iuſto iudice retribuente vnicuique ſecundum opus quod fecit, ſicut in futuro recipiet vnuſquiſque ſecundum opera ſua.
eius. Cöllidis tu mihi vaſa belli, & ego cöllidã 12
in te Gentes, & diſperdam in te regna. Colli- 13 14
B dam in te equum, & equitem eius, & collidã 15
in te currum & aſcenſorem eius, & collidam 16
¶Vtrumque ſexum.
in te virum & mulierem. Et collidam in te ſe-
¶Quamlibet ætatem.
nem & puerum, & collidam in te iuuenẽ &
virginem, & collidam in te paſtorem & gregem eius, & collidam in te agricolam & iugales eius. Et collidam in te duces & magiſtratus, & reddam Babyloni & cũctis habitatoribus Chaldęç omne malum ſuum, quòd fece 17
rũt in Sion in oculis veſtris,
ait dominus. Ecce ego ad te 18

b *Ecce ego ad, &c.* Mõs peſtifer Nabuchodonoſor, & regnum Chaldęorũ, vel diabolus q̃ alibi mõs caliginoſus propter tenebras erroris dicitur. b

Iſa. 13.a.

a ¶Superbiæ.
mõns † peſtifer, ait dominus: qui corrumpis 19

† noxie, qui corrumpis.

a ¶Terrenos vniuerſis vitijs deditos. b ¶Vindictæ.
vniuẽrſam terram, & extendam mãnum meã
a ¶Separabo.
20 ſuper te, & euoluam te de
a ¶In fide firmis.
21 pẽtris, & dabo te in montẽ
a ¶Æternæ vbi ... pœnas ſuperbiæ.
22 combũſtionis: & non † tol-
a ¶Angularem ſ. ædificij cęleſtis fundamentum.
lam de te lãpidem in angulum, & lapidem in funda-
23 mento: ſed † perditus in æ-

c *Et dabo te.* Ad hæc montem pertinent Iudæi, hæretici, blaſphemi & oẽs impij qui perdurãt in malitia, nec cõuertuntur vt fiant lapides viui in ædificio Dei.

a ¶... prophetæ. b ¶Vexilla, arma bellica.
24 ternum eris, ait dominus. Leũate ſignum in
25 terra, clangite buccina in montibus: † ſancti
26 ficate ſuper eam Gentes, annuntiate contra
a ¶Armeniæ.
27 illam regibus Ararath, Menni, & Aſcenez,
28 † numerate contra eam Thapſar, adducite e-
29 quum quaſi bruchum † aculeatum. Sanctifi-
a ¶Quia expletura ſunt ſanctam Dei voluntatem, iuſtam retributionem retribuentem.
cate contra eam Gentes, reges Mœdlæ duces
eius, & vniuerſos magiſtratus eius, cũctamq;
terram poteſtatis eius. Et commouebitur ter
30 ra & conturbabitur, quia † euigilabit contra
Babylonẽ cogitatio domini, vt ponat terram Babylo-
31 nis deſertam & inhabitabilẽ. Ceſſauerũt fortes Babylonis a prælio, habitauerũt in præſidijs. † Deuoratum eſt robur eorum,
¶Imbelles.
32 & facti ſunt quaſi mulieres. Incenſa ſunt ta-
¶Munitiones.
33 bernacula eius, contriti ſunt uectes eius. Cur
¶Captæ ciuitati.
34 35 rens obuiam currenti ueniet, & nuntius ob-

d *Ceſſauerunt, &c.* Veniente Cyro, & Dario ceſſauit robur Babylonis, & principum eius. d

NICOLAVS DE LYRA.

1 Confuſus eſt omnis. *Et loquitur de imaginibus per Aſtronomiam factis, & per alios modos ſuperſtitioſos.*

C 2 Quia mendax eſt. *Quod probat dicens.*

3 Nec eſt ſpiritus. *Si.n. aliquando dentur in eis reſponſa, hoc eſt a dæmonibus.*

4 Vana ſunt opera. *i. nullam virtutem de ſe habentia.*

5 Et riſu digna. *Derìſibilia ſapientibus.*

6 In tempore viſitationis. *Deſtructa.n. Babylone, deſtructa fuerunt idola quæ ibi erant.*

7 Non ſicut hæc. *ſ. vana.*

8 Pars Iacob. *ſ. populi eſt.*

9 Quia qui fecit omnia. *ſ. Deus verus.*

10 Ipſe eſt, & c. *ſ. pars Iacob.*

11 Et Iſrael ſceptrum hæreditatis. *Fideles.n. poſſident dominum per fidem & dilectionem, & Deus poſſidet eos per gratiam. Et ideò ſicut fideles ſunt pars Dei ita & Deus eſt pars eorum: quia pręelecti ſunt a Deo, & ipſi præeligunt eum alijs contemptis.*

12 Collidis. & c. *Hic ponitur explanatio ſecundæ parabolæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur parabolæ ſententia. Secundò, Ieruſalem querimonia, ibi,* Comedit me. *Sententia verò parabolæ conſiſtit in hoc, q̃ per eam deſignatur rex Babylonis propinans alijs potum mœroris, & ſic factum eſt ſibi & ſuis: quia victorias fecit virtute Dei adſcribebat ſibi. Ideò ſibi dicitur in perſona domini.* Collidis tu mihi. *i. vt inſtrumentum iuſtitiæ meæ.*

13 Vaſa belli. *i. apparatum bellorum aliarum Gentium.*

14 Et ego. *Quia iuſtitiam meam voluntate iniqua exequutus es.*

15 Et diſperdam in te. *Tibi ſubiecta & te auxiliantia.*

16 Collidam in. *i. equos & equites, quia ponitur hic ſingulare pro plurali, & ſimiliter in ſequentibus. Et patet litera vſque ibi.*

17 Omne malum quod. *Templum concremando.*

18 In oculis veſtris. *Hoc alloquitur Iudæos, qui hoc viderunt, quorum plures erant in Babylone.*

19 Ecce ego ad. *i. Babylon, quæ es mons altus per potentiam, & ſuperbiam. Et peſtifer, occidendo Gentes alias crudeliter.*

20 Euoluam te de petris. *id eſt, de fortalicijs tuis in quibus confidis.*

21 Dabo te in montem. *Quia Babylon fuit combuſta a Medis, & Perſis.*

22 Et non tollam de te lap. *i. non reædificaberis vltrà.*

23 Leuate ſignum. *i. vexillum ad congregandum bellatores cõtra Babylonem.*

24 Sanctificate. *i. confirmate ad bellandum. Sanctum.n. in vna ſignificatione idem eſt quod firmum.*

25 Annuntiate contra illam regibus. *i. Armeniæ regibus.*

26 Menni & Aſcenez, *Nomina ſunt regnorum.*

27 Numerate contra eam. *Nomen eſt Hebraicum, & ſignificat exercitum qui numeratur in expeditione.*

28 Adducite equum. *i. equos.*

29 Quaſi bruchum. *i. agiles & preparatos ad bellum. Cętera patent vſque ibi.*

30 Quia euigilabit contra. *Videbatur.n. quaſi dormiens permittendo crudelitates Chaldęorum, & euigilans in punitione eorũ.*

31 Ceſſauerunt fortes. *Victorias.n. fecerant virtute diuina. Et ideò ipſa retracta non ſolùm ceſſauerunt a victorijs, ſed etiam fuerũt deuicti ab alijs, ideò ſubditur.*

32 Et facti ſunt quaſi mulieres. *quę ſunt imbelles.*

33 Incenſa ſunt tabernacula. *i. habitationes Babylonis.*

34 Contriti ſunt vectes. *Per fractionem portarum.*

35 Currens obuiam currenti. *Babylon.n. erat ciuitas valde magna. Dicit.n. Hieronymus ſuper Pſalmos, q̃ erat ędificata in quadro, & quodlibet latus habebat in lõgitudine ſexdecim miliaria, quę faciũt octo leucas, propter quod dicit Philoſophus in libris Politicorum, q̃ magis erat dicenda regio clauſa muris quàm ciuitas. Et ideò de domo regia frequenter currebant nuncij ad portas ciuitatis, & econuerſo ad denunciandum ſtatum: & ideo ingreſſus aduerſariorũ citò fuit regi nunciatus, ideò ſubditur.*

* 1 Capta

*a Filia Babylonis quaſi area, &c.* Fuit plebs Babylonis qñ per potentiam regni & diuitiarum abundantiam triturabat & cõterebat Gentes: ſed tempus meſſionis eius venit cum cogitur recipere quod geſſit de qua ex perſona Iudaicæ plebis conſequenter dicitur. *Comedit me & deuorauit me.*

*b Et deſertum faciam mare, &c.* Miſticè. Mare huius ſeculi ſignificat turbulentiã, quod dominus deſertũ ponit. Faciet.n ceſſare luxum eius, & diſſipabuntur iniqui: qui confuſioni errorum vitiorũ que deſeruiebant.

B

*Quomodo capta eſt Seſach.* Seſach, byſſus ſacci vel manus ſacci interpretatur ſicut Babylon confuſio. Capta eſt ergo Seſach, & in ſtuporem facta eſt Babylon: quia idololatræ & diuerſis vitijs ſeruientes, flutibus futuri iuditij ſubuertentur: & D ſero penitentes cũ Bel qui interpretatur vetuſtas, ideſt, cum antiquo hoſte confuſionem in inferno patienť perpetuam, vnde fideles admonentur vt egrediantur de ſocietate eorum, ne cum illis pereãt. Egredimini, &c

✲ Theodoretus. Babylonem ipſam ita vocauit. Illius enim regem ſuperius Seſach vocitauit. Veriſimile porro eſt, cùm ita quõdam nominaretur poſteà Babylonem fuiſſe nũcupatam.

*d Viſitabo.* ✲ Idem. Daniel quoq; meminit ciborum qui offerebantur Belo, & quo pacto ſacerdotes conſumma bant eos. Prædicit verò ſermo propheticus, erroris ceſſationem: & cõſolatur populum exhortans ne pertimeſcat mala quæ obuentura ſunt Babyloni, docens ea multo ante denuntiata eſſe. E

☞ a Egre-

F

¶Balthaſar.
tiius nuntiãti, vt annuntient regi Babylonis, quia capta eſt 1
a ¶Euphratis ¶Ab hoſtibus
ciuitas eius à ſummo vſq; ad ſummũ, & vada præoccupata 2
¶Viri Babylonij ¶ſuperacti.
ſunt, & †paludes incenſæ ſunt igni, & viri bellatores contur 3
a bati sũt. Quia hæc dicit dñs exercituũ Deus Iſrael: Filia Ba 4
bylonis quaſi area, tempus† trituræ eius. Adhuc modicũ, & 5 6
veniet tẽpus meſſionis eius. Comedit me, deuorauit me Na 7
buchodonoſor rex Babylo. Reddidit me quaſi vas inane. 8
Abſorbuit me quaſi draco, repleuit ventrẽ ſuũ † teneritudi 9 10
ne mea, & eiecit me †Iniquitas aduerſũ me, & caro mea ſu 11
per Babylonẽ dicit habitatio Siõ & ſanguis meus ſup habi 12
tatores Chaldeę, dicit Ieruſalem. Propterea hæc dicit dñs. 13 14
b Ecce ego iudicabo cauſam tuam, & vlciſcar vltionem tuã. 15
a ¶Multitudinem habitantium, ſuperius.n. multitudo ægypti mari comparata eſt b ¶Luxus
Et deſertũ faciam mare eius, & ſiccabo venam eius. Et erit 16 17 †vt non ſit
a ¶Arenarum b ¶Dæmonum. c ¶Mirantium & videntium interitum eius
Babylõ in tumulos, habitatio draconũ, ſtupor & ſibilus † eò 18 19
a ¶Maiores dæmones. b ¶Duces Chaldæorum.
ꝙ non ſit habitator. Simul vt leones rugient, † & excutient 20 21 22
a ¶Minores b ¶Æſtu tribulationum.
comas veluti catuli leonũ. In calore eorũ ponã †potus eorũ, 23 24 †conuiuia.
a ¶Calicis iræ. b ¶Sopore mortis æternæ.
& inebriabo eos vt ſopiantur & dormiãt ſomnũ ſempiter
a ¶Gladio domini occidendos.
nũ, & non †cõſurgant, dicit dñs. Deducam eos quaſi agnos 25
a ¶Duces Babylonis b ¶Populis peccatoribus.
ad victimam, & quaſi arietes cum hœdis. Quõ capta eſt 26
c a ¶Babylon
Seſach, & comprehenſa eſt †inclyta vniuerſæ terræ? Quõ fa 27
cta eſt in ſtuporem Babylon inter Gentes? Aſcendit ſuper 28
Babylonem mare, multitudine fluctuum eius operta eſt. 29
Factæ sũt ciuitates eius in ſtuporẽ terra inhabitabilis & de 30
ſerta, terra in qua nullus habitet, nec trãſiet p eã filius ho-
minis. Et viſitabo ſuper Bel in Babylone, & eijciam qđ ab- 31 32

## NICOLAVS DE LYRA.

Capta eſt ciuitas eius a ſummo. *ideſt, à prima porta vſque ad vltimam.*

Et vada præoccupata. *Quia Mædi, & Perſæ per alueum fluminis intrauerunt, vt dictum eſt.*

Et paludes incenſæ. *i. fortalitia quædam in paludibus ſita.*

C Et viri bel. conturbati ſunt. *ex ſubito ingreſſu hoſtium.*

Filia Babylonis. *Gens Babylonica.*

Quaſi area. *ideſt, Meſſis extenſa in area.*

Tempus trituræ eius. *ideſt, ſuæ contritionis, ſicut bladum teritur in area.*

Comedit me. *Hic ponitur contra Babylonem querimonia de malo, quod fecit in Ieruſalem. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur querimonia. Secundò circa eam diuina iuſtitia, ibi:* Propterea. *Tertiò ſequens laus diuina, ibi:* Et laudabunt. *Circa primum dicitur in perſona Ieruſalem:* Comedit me. *populum meum occidendo, & bona rapiendo.*

Deuorauit me Nabuch. *crudeliter hoc agendo.*

Reddidit me quaſi vas inane. Abſor. *Quod non eſt aptũ ad ſuum officium, quia ſic Ieruſalem deſtruxit, quod non erat apta habitationi hominum.*

Repleuit ventrem ſuum. *i. eò quòd tenerrimè diligebam rapiendo ſibi vaſa aurea, & argentea conſecrata diuino cultui.*

Et eiecit me. *populum meum captiuando.*

Iniquitas aduerſum me. *i. facta mihi a Chaldæis.*

Et caro mea. *lacerata ab eis.*

Super Babylonem. *Supple veniat vltio eius.*

Propterea hæc. *Hic conſequenter ponitur diuina iuſtitia, cum in perſona domini reſpondetur Ieruſalem conquerenti.*

Ecce ego iudicabo cauſam. *dando pro te ſententiam contra Babylonem.*

Et deſertum. *i. congregationem aquarum ex curſu Euphratis ſecundum modum loquendi Hebraicum, quo omnis aquarum congregatio vocatur mare, ſecundum illud Gen. 1. a* congregationeſque aquarum appellauit maria.

19 Et ſiccabo venam eius, &c. *i. curſum Euphratis modo ſupradicto.*

20 Et erit Babylon in. *ex ruinis domorum & murorum.*

21 Stupor & ſibilus. *præ admiratione tantæ ruinæ.*

22 Simul vt leones rug. *ſ. Chaldæi. Leones.n. horribiliter rugiunt, quando ſunt deuicti.*

23 Et excutient comas. *detrahendo capillos ſuos præ dolore & indignatione, ſicut faciunt leones quando ſunt deuicti. In Hebræo tamen habetur ſic.* Recanabunt vt catuli leonum. *i. extraneè rugient præ dolore, quia recanare propriè eſt aſinorum.*

24 In calore eorum. *calefaciam eos per potum & dormire faciam: & non ſolum dormitione ſoporis, ſed etiam mortis. Ideò ſubditur.*

25 Et dormiant ſomnum. *dicitur enim Dan. 5. quòd* Balthaſar fecit grande conuiuium principibus ſuis & calefactus vino fecit apportari vaſa Dei vt biberent in eis. *Et ibidem ſequitur, quod eadem nocte interfectus eſt Balthaſar, & regnũ eius accepit Darius Mædus. Et quia fatigati a vino fuerunt interfecti. Ideò ſequitur.*

26 Deducam eos. *i. ſine defenſione.*

27 Ad victimam, &c. Quomodo capta eſt. *i. Babylon ſic nominata propter correſpondentiam literarum, vt dictum eſt ſuprà 25. ſecundum Ra. Sa.*

28 Aſcendit e ſuper Babylonem. *i. exercitus magnus valde & fortis*

29 Multitudine. *i. bellatorum.*

30 Operta eſt. Factæ. *i. abſorpta & deſtructa. Cætera patent vſque ibi.*

31 Et viſitabo ſuper. *Idolum erat in Babylonia, per quod deſignatur populus colens eum.*

32 Et eijciam quod abſorbuerat. *Diuitiæ.n. aliarum Gentiũ quas Babylonij abſorbuerant, ſibi rapiendo ex diuina ſententia ſibi datæ fuerunt Mædis, & Perſis.*

a *Egredimini de medio eius.* Qui vult animã ſuam ſaluam facere, fugiat perditorum conſortiũ: vereatur ſermonẽ dñi vindictam peccatorum prædicentis, qui quotidie prædicatur in eccleſia, & audit in ſcripturis ſanctis de anno in annum atteſtantib. quia iudex dicturus ſit his qui a ſiniſtris eius erunt. *Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternũ, &c.* Nõ n. debemus in deſiderijs carnis molleſcere, & ſegnes in bono eſſe: ſed in meditatione eius legis & exercitio virtutũ ſtrenui.

b *Et veniet in anno auditio, & poſt, &c.*
✻ Theo. Qñ vno aut duobus annis ante denuntiatum aduentum hoſtiũ more ſuo perſeuerabant in iniuſtitia & iniquitate, propterea minatur interitum tam ſculptilibus quæ adorãtur, quàm his quæ adorant illa.

c *Propterea ecce, &c.* Enumerat plagas Babilo. ſuperuẽturas & optimatibus eius, ducib. & magiſtratib. & omni populo: quia. ſ. diuerſis ſupplicijs interẽpti dormient ſomno ęternę mortis

ſorbuerat de ore eius, & nõ 1
cõfluent ad eam vltrà Gentes. Siquidem & murus Babylonis corruet. Egredimi a 2
a ¶ Fideles.
ni de medio eius populus
meus, vt ſaluet vnuſquiſq;
a ¶ Ventura.
aĩam ſuam ab ira furoris
a ¶ Deſiderijs carnalibus.
dñi. Et ne forte molleſcat 3
a ¶ Diſcedite a me maligni in ignem æternum.
cor veſtrum, & timeatis auditũ qui audietur in terra. b
¶ De anno in annum.
Et veniet in anno auditio, 4
& poſt hũc annũ auditio, & 5
a ¶ Quia remunerabitur iniquitas in terra mortuorum.
iniquitas in terra, & domi- 6
a ¶ Vt qui potentiores fuerunt in peccatis in ſiora tormenta patiantur. 7
nator ſuper dominatorem.
a ¶ Retributionis. quoniam iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate.
c Propterea ecce dies veniũt,
a ¶ Simulachra eorum quæ hæretici finxerunt
& viſitabo ſuper ſculptilia
a ¶ Terrena conuerſatio.
Babylonis: & oĩs terra eius
a ¶ Perpetuo. b ¶ Errantes & in errorem mittentes
confundetur, & vniuerſi
a ¶ Gladio domini.
interfecti eius cadet in me
a ¶ Quia prædo omnium Gentium vaſtatus eſt.
dio eius. Et laudabũt ſuper 8
Babylonem cęli & terra &
omnia quę in eis ſunt, quia 9 10
a ¶ A quo exardeſcunt mala ſuper terram.
ab aquilone venient ei prędones, ait dominus. Et quo
¶ Spiritualis.
modo fecit Babylon, vt caderent

derent occiſi in Iſrael, ſic
† de Babylone cadent occiſi
a ¶ Vox prophetæ.
11 in vniuerſa terra. Qui fugi-
¶ Iſraelitæ. a ¶ Si vultis ſaluari. b ¶ In Babylone
12 tis gladiũ venite, nolite ſtare.
a ¶ In terra longinqua.
re. Recordamini procul
a ¶ Non Babylon, cuius vaſtatio prædicitur. ¶ Ciuitas regis magni.
13 dñi, & Ieruſalẽ aſcendat ſu-
a ¶ Vox populi. ¶ Inſultantibus vicinis, quaſi captiuis.
14 per cor veſtrũ. Confuſi ſumus, quoniam audiuimus
a ¶ Vicinorum.
opprobriũ. Operuit ignominia facies noſtras, quia 15
16
a ¶ Templi.
venerunt alieni ſuper ſanctificationem domus
17
a ¶ Reſponſio prophetæ.
18 domini. Propterea ecce dies veniunt, dicit
19 dominus, & viſitabo ſuper ſculptilia Babylo-
20 nis, & in omni terra eius mugiet vulneratus.
¶ Superbiendo.
Si aſcenderit Babylon in cœlum, & firmauerit
in excelſo robur ſuum, ad me
venient vaſtatores eius, ait
dominus. Vox clamoris de d
Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorum,
a ¶ Ciuitatem confuſionis.
21 quoniam vaſtauit dñs Baby-
22 lonem, & perdidit ex ea vocem magnam, & ſonabunt fluctus eorum, quaſi aquæ multæ. Dedit ſonitum vox eorum, quia venit ſuper eam,
a ¶ Diabolus.
ideſt, ſuper Babylonem prædo. Et apprehenſi ſunt fortes eius, & † emarcuit arcus eo-
23 rum, quia fortis vltor dominus reddens

tis. Myſticè hic ruinam perfidæ ciuitatis annuntiat, quã diabolus ab initio conſtruxit, per quã contra ciuitatem Dei ſedulò pugnauit: quia liberatis electis Dei impia ciuitas in æternũ ſupplitium demerget, vñ Io. in Apocaly. *Cecidit, cecidit Babylon magna, &c.* & poſt pauca. *Exite de illa populus meus, ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius nõ accipiatis &c.*

d *Vox clamoris, &c.*
✻ Theodoretus. Per hæc multitudinem incolarũ deſignauit, & quod ei haſtæ, vel tela nil proderũt Deo pęnas ab eo exigente.

✻ NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non confluent ad eam ultrà. *quæ erant ſubditæ dominio eorum.*

2 Egredimini de medio. *Licet. n. Iudæi eſſent ſerui in terra Babylonis, ita ꝙ non poterant exire regnum: tamen poterant de vna ciuitate tranſire ad aliam reddendo regi de bonis ſuis pro tributo magnam portionem, ſicut eſt de Iudæis manentibus ſub principibus Chriſtianis, & multi ex diuina admonitione ſic exiuerunt ante deſtructionem Babylonis. Hoc modo Tobias præuidens interitum Niniue dixit filijs ſuis, quòd eo ſepulto inde exirent. Tobiæ 14.*

3 Ne forte. *i. nimio timore reſoluatur ex auditu appropinquationis exercituum contra Babylonem.*

4 Et ueniet. *ſ. rumoris de occiſione Balthaſar, & deſtructione Babylonis.*

5 Poſt hunc *ſ. de veſtra reuerſione in Ieruſalem, vt exponit Ra. Sa. Occiſo. n. Balthaſar Darius Mædus ſuſcepit regnum eius, vt dictum eſt: & regnauit per annum integrum & partem ſecũdi: & ſic ille ſecundus pro parte eius fuit primus annus Cyri qui ſucceſſit Dario: & primo anno Cyri fuit data dicta licentia redeundi.*

6 Et iniquitas. *quia Darius & Cyrus fuerunt idololatrę.*

7 Et dominator *i. Cyrus poſt Darium, vt dictum eſt. Cætera patent ex ſupradictis.*

8 Et laudabunt. *Hic conſequenter ponitur laus diuina de iuſtitia circa Babylonem facta, cum dicitur.* Et lau. ſuper, &c. *i. angeli & homines. Ideo ſubditur.*

9 Et omnia. *Et accipitur hic, & pro. i. Cœlum enim eſt habitatio Angelorum, & terra hominum.*

10 Quia ab aqu. &c. *ſ. Mædi & Perſæ, qui venerunt de Aquilonari parte reſpectu Babylonis. Et ſubditur vna cauſa. ſ. occiſio crudelis filiorum Iſrael, cum dicitur.* Et quomodo fe. Bab

11 Qui fugitis gladium. *i. eos Iudæi qui euaſiſtis.*

12 Venite. *in Iudęam.*

13 Et Ieruſalem. *i. accipiatis cordi deſtructionem Ieruſalem & templi, vt ad eorum reędificationem animemini.*

14 Confuſi ſumus. *q. d. quamdiu templũ domini remanebit ſic deſtructum a Gentib. erit nobis confuſio & opprobriũ. Ideò ſubditur*

15 Quia uenerunt. *i. idololatrę, qui ſunt alieni a cultu Dei.*

16 Super ſanctificationem. *eam incendendo, vt habetur c. 2. & 4. Reg. vltimo.*

17 Propterea ecce dies. *de propinquo.*

18 Et uiſitabo ſuper. *i. idola & templa Babylonis.*

19 Et in omni terra, &c. *Non potens loqui rectè præ dolore, ſed mugiens ad modum beſtię.*

20 Si aſcenderit Bab. *q. d. quantumcunque ſit eleuata in honore & firmata in poteſtate, tamen deſtruetur mea virtute. Ideo ſequitur* Ad me venient uaſta.

21 Et perdidit ex ea vocem. *i. verba iactantię de ſua magnitudine & poteſtate.*

22 Et ſonabunt fluctus. *i. exercitus Mædorum & Perſarum. Cætera patent vſque ibi.*

23 Et emarcuit arcus. *i. non poterunt ſe defendere per artem ſagittandi in qua ſunt edocti.*

✻ 1 *Et*

A

a ¶Calice iræ.

etribuet.Et inebriãbo principes eius & ſapiẽ 1
es eius,duces eius & magiſtratus eius & for-
es eius.†Et dormiẽt ſomnum ſempiternum, †
& non expergiſcentur,ait rex:Dominus exer-
ituũ nomen eius.Hæc dicit dominus exerci-

a Munitio quælibet.

uum : Mũrus Babylonis ille latiſſimus † ſuf- 2
oſſione ſuffodietur,& portę eius excelſę igne 3
omburentur,& labores populorum ad nihi 4

a ¶Aeternum.

um, & Gentiũ in ignẽ erunt, & diſperibunt. 5
Verbum quod præcepit Ieremias propheta 6
araiæ filio Neriæ filij Maaſiæ cum pergeret

B

ũ Sedechia rege in Babyloné in anno quar- 7
o regni eius: Saraias autem erat princeps
prophetiæ. Et ſcripſit Ieremias omne ma-
lum quod venturum erat ſuper Babyloné in
bro vno, omnia verba hæc, quæ ſcripta ſunt
contra Babyloné.Et dixit
8 Ieremias ad Saraiam: Cũ
veneris in Babylonẽ,& vi
deris & legeris oĩa verba
9
10 hæc,dicés:Domine tu lo-
11 cutus es contra locũ iſtũ,
vt diſperderet eum,† ne ſit
qui in eo habitet ab hoĩe
vſq; ad pecus,& vt ſit per
petua ſolitudo.Cumq; cõ
pleueris legere librũ iſtũ,
12 ligabis ad eum lapidẽ, &
proijcies illũ in medium
Euphratẽ,& dices:Sic ſub
mergetur Babylon,& nõ
conſurget a facie afflictio
nis quam ego adduco ſu
13 per eam, & diſſoluetur.
Hucuſque verba Ieremię.

a *Sic ſubmergetur Babylon.* Nam ſm hiſtoriam Babylon in Euphratem merſa eſt, quamuis in ſolitudinem redacta. Sed ſpiritualis Babylonis æternũ interitũ prædicit, quæ in profundum inferni cũ principe diabolo demergetur. vnde Ioan. in Apoc. *Suſtulit vnus angelus fortis lapidẽ quaſi molarẽ magnũ, & miſit in mare,dicens: Hoc impetu mittetur Babylon.* ⁜ Theod. Hoc autẽ fieri dominus præcepit, in cõſolationem captiuorum:vt cum illius captiuitatem, ſuamq; liberationẽ intellexerint,pro cõſolatione ſpem bonorum concipiant.

D

† vt non ſit.

E

☞ Cap.

## NICOLAVS DE LYRA.

Et inebriabo principes. *quia nocte ſequenti fuit feſtum Baltaſar in quo ipſe & principes eius fuerunt vino repleti, & interfectus fuit Balthaſar & principes eius cum eo,vt dictum eſt ſupra.*
2 Murus Babylonis ille la. *ſic eſt ĩ Hebręo et in libris correctis.*
3 Suffoſſione ſuffodie. *i. deijcietur q̃tũcunq; ſit latus et fortis.*
4 Et labores po.ad ni. *In ędificatione enim murorum & domorum Babylonis fuerunt expenſæ multæ diuitiæ acquiſitæ laborib. populorum & Gentium,quas ab eis abſtulerunt Chaldęi. Et ideo diuinum fuit iudiciũ,quod tales ędificationes redigerentur ad nihilum.*

C

6 Verbum. *Hic conſequenter deſcribitur deſtructio Babylonis ſub parabola facti,ſicut.n.parabola verbi eſt, quando per ſignificatum verbum aliud intelligitur,vt cum dicitur Iud.9.b.* Ierunt ligna ad ramnũ *Per quod intelliguntur habitatores Sichem & Abimelech quem fecerunt ſibi regẽ:ſic parabola facti eſt quando fit aliquid ad ſignandum aliud fiendum. Et ſic eſt in propoſito quia deſtructio Babylonis ſcripta in quodã libello,et alligata lapidi ponderoſo, proiecta fuit in fluuiũ Euphraten coram plurib. Iudęis ad ſignificandũ deſtructionem Babylonis futurã. Primò ponitur ergo qui pręcepit hoc fieri,cum dicitur:* Verbum quod, &c. *Et cui.* Saraiæ filio Neriæ. *& tempus,& etiam locus,cum dicitur.*
6 Cum pergeret, &c. *Sedechias enim fuerat inſtitutus rex a rege Babylonis. Et ideo quarto anno regni ſui iuit in Babylonem ad faciendum ei reuerentiam,& ad deferendum munera,cum quo iuit iſte Saraias, Cuius ſubditur officium cum dicitur.*
7 Erat princeps. *i. principalis inter Leuitas, qui in tẽplo decantabant laudes diuinas a Dauid et ab alijs prophetis factas. In Hebræo habetur:* Erat princeps xenij. *Et iõ iuit cũ Sedechia ad faciẽdum xenium regi Babylonis nomine Sedechię.Cętera patent vſque ibi.*

F

8 Cum veneris. *diligenter ea,quę ſcripta ſunt in hoc libro.*
9 Et legeris omnia verba hæc. *ſ. coram Iudæis,qui illuc tranſlati fuerant cum Iechonia rege Iuda.* 10 Dicens. *coram eiſdem.*
11 Domine tu lo. *i. contra Babylonem. Cætera patent vſq; ibi.*
12 Ligabis ad eum lapidem. *vt demergatur in profundum fluminis,ad deſignandum totalem deſtructionem Babylonis.*
13 Hucuſque verba Ieremiæ. *Dicunt aliqui, quod non eſt de textu,ſed quædam rubrica appoſita: Sed hoc non eſt verum,quia ſic ſcribitur in Heb.ſicut & alia præcedentia.*

## MORALITER.

*Et inebriabo principes,&c.* ſequitur.
*Et dormient ſomnum ſempiternum.* Per mortẽ doloroſam.
*Verbum quod præcepit Ieremias.* Hic ponitur tertia parabola,quæ eſt facti,ſcilicet,de libro cui præcipitur lapis alligari,& in Euphraten demergi.Liber autem ille ſignat Euãgelium cui alligatur Chriſtus. qui dicitur *lapis abſciſus de monte ſine manibus,* Daniel.2.g Nam eius doctrina & facta continentur in Euangelio. Per eius verò proiectionem in Euphraten, qui frugifer interpretatur apoſtolorum prædicatio Gentilibus valde fructifera & Iudęorum reprobatio eam repellẽtium ſignificatur:propter quod Paulus & Barnabas Iudęis conſtanter dixerunt. Act.13.g. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud,& indignos vos iudicatis æternæ vitæ,ecce conuertimur ad Gentes,ſic enim præcepit nobis Deus.*

## ADDITIO I.

*In cap.51. vbi dicitur in poſt.* Tollite reſinam. *Dictio in hoc loco poſita ſignificat tyriacam,non reſinam,prout dictum fuit ſupra in additione cap.3.*

## ADDITIO II.

*In eo.c.vbi dicitur in poſt.* Stultus factus eſt oĩs homo. *Quia Gentiles idolorũ cultores,non ſolũ errabãt in hoc,quod idola vana colebãt,ſed ẽt quia ſtultè ęſtimabãt, quod Deus verus quẽ populus Iſrael colebat,erat ſimilis dijs eorũ. vnde Iſa.36. & 37. Sennacherib & ſui dicebant, q̃d non poterat Deus Iſrael defendere Ieruſalẽ a manu. Aſsyriorũ,ſicut nec dij aliarũ gentiũ potuerant gentes ſuas protegere ab eis, quos Deus confutauit per Iſaiã, denuntiãdo eis defenſione populi ſui,vt ibi. Sed in hoc loco quia Iere.nõ poterat oſtẽdere Chaldæis excellentiã diuinæ potẽtiæ p defenſionẽ Ieruſalẽ,cũ ex ordine iuſtitiæ diuinæ pp peccata populi erat deſtruenda, iõ oſtendit eis excellentiam Dei Iſrael reſpectu falſorũ Deorũ, ex hoc quod dij falſi ſunt ab hoĩb. fabricati ſeu ficti,& ſic cũ autorib. ſuis pereunt, et pp hoc dicit:* Stultus factus eſt oĩs hõ a ſcientia ſua. *ſ.vera.* Confuſus eſt oĩs cõflator in ſculptili,&c. *Quod patet ex hoc quod ſubdit:* In tpe viſitationis ſuæ peribũt. *ſ.idola vana cũ cultoribus ſuis ſeu autoribus. Et rõ eſt,quia tales dij nõ hẽnt aliã potentiã,niſi eã q̃ autores ſeu cultores ſui fingũt: & ſic oportet q̃d cũ cultorib. pereant,nõ tamẽ ſic eſt de Deo vero Iacob,cuius virtus et potentia nõ pendet a cultorib. ſed econtra totũ eſſe et bonũ colẽtiũ ipſum pẽdet ab illo quẽ colũt,et iõ dicit:* Nõ ſicut hæc pars Iacob *(.ſ. vt pereat pereunte populo ſuo)* quia qui fecit oĩa ipſe eſt, & *ſic eſſe ſuum ab illo depẽdet. Et quia licet ipſe ſit principiũ totius eſſe,tamẽ appropriatur populo Iſraeli ſpecialiter. iõ ſubdit:* Et Iſrael ſceptrũ hereditatis ei⁹. *Cõſequẽter ex permanẽtia diuinæ potẽtiæ infert,ꝙ ſicut Babylonij fuerunt inſtrumenta diuinæ potentię contra alias nationes,ſic et alię gentes eſſent inſtrumenta diuinæ vltionis cõtra eos ſpecialiter pp ea,quæ fecerãt in Sion, qui erat locus diuino cultui deputatus,& de hoc dicit:* Collidis tu mihi vaſa belli,&c. *& reddã Babyloni omne malũ quod fecerunt in Sion in oculis veſtris,&c.*

## ADDITIO III.

*In eod.c.vbi dicitur in poſtil.* Regibus Menni & Aſchener. *Vbi nos habemus.* Menni & Aſchener, *in Heb.habetur* Aſchenaz: *quod ſignat Alemaniam Item Tapſar eſt nomen Hebraicum ſignificans capitaneum vel ducem exercitus.*

## ADDITIO IIII.

*In eod.c.vbi dicitur in poſtil.* Et viſit.ſu.Bel. *Quod dicitur hic.* Et viſitabo ſuper Bel. *propriè poteſt intelligi de ipſo idolo, quod nominatur Bel:ſine hoc quod ſignificet populũ:quia cum Deus punit aliquã gentẽ idololatrã,conſueuit ẽt Deos diſſipare ſeu confundere. vnde Exod.12.b.* In omnibus dijs Aegypti, &c. *Et ſic in alijs locis. Similiter dicitur.* Et eijciam quod abſorbuerat de ore eius, *poteſt intelligi de ore ipſius idoli Bel,in quo colentes ponebant diuitias, fingendo quod eas acceptaſſet:ſicut faciebant de Moloch in occiſione puerorũ. Similiter quod ſequitur :* Et non confluent ad eam vltra gentes. *propriè intelligi poteſt de ipſo idolo Bel,ad quod gentes confluebant,cum Babylonia eſſet in proſperitate.*

## ADDITIO V.

*In eo.c.vbi dicitur in poſt.* Hucuſq; verba Ieremiæ. *Quod dicitur hic:* Hucuſq; verba Ieremiæ, *denotat,quod illa,quę ſequuntur ſeq.c.non ſunt reputanda de verbis prophetiæ Ieremię,ſed ſumũtur hiſtorialiter a 4.Reg.vlt.cap.inter quod cap. & iſtud modica & quaſi nulla eſt differentia, & interponitur hic hæc hiſtoria deſtructionis Ieruſalem & templi ad continuationem libri Threnorũ,&c.*

CAP. LII.

A a F*ilius viginti.* Hiſtoria quæ captũ refert Sedechiã, & Ieruſalẽ a Chaldęis vaſtatã, in li. Reg. plenè tota cõtinet. (4. Reg. 15.)

b *Factum eſt autẽ.* Nouenarius minor denario imperfectionem legis ſignificat, ſicut vndenarius tranſgreſſionẽ. Bene ergo Nabuchodonoſor anno nono Sedechiæ regni, obſedit ciuitatem, a menſe 10. & 10. die menſis, quia cũ mali paſtores decalogum ſciunt, & implere negligunt, neceſſe eſt, vt plebem eis commiſſam antiquus hoſtis cum exercitu ſuo circundet, munitione errorum & vitiorum b vallando, & fames verbi Dei in ciuitate præualeat, cũ nõ expẽditur liberè panis doctrinæ, & interrũpitur ciuitas, & viri bellatores nocte fugiunt Interrupta.n. tentatione diaboli, cuſtodia populorum, qui debuerant ciuitatem gladio verbi Dei defendere, nocte ignorantię, tenebris peccatorum vallati, fugiũt, & videntes lupum venientem oues dimittunt. († Sup. 19.2. 4. Reg. 15.2. B Ioan. 10. b. † exercitus.)

c *Per viã portę.* Latenter arguit inertiã doctorum, q inter muros duorum teſtamentorum conſtituti, non bellum gerere, ſed effugere quærunt, & delitijs magis affluere (quas hortus ſignat) quã ſcuto fidei † hoſtibus reſiſtere. (C † otium relinquere.)

* Theodoretus.
Quæ ſequuntur hiſtorico potius more proſequitur, & docet quo pacto Sedechias regnauit & perſeuerauit inique agere Quo etiam modo anno nono regni eius exercitũ adduxit Nabuchodonoſor, qui in obſidenda Ieruſalem perdurauit vſq; ad annum vndecimum, alterum extrinſecus ex ingenti lapide muro extracto, vtque fames eos qui intus erant cruciabat acerbius quam hoſtes ipſi.

d *Perſecutus eſt autem Chaldæorum, &c.* In lib. Regum ita legitur: *Fugit Sedechias per viam, quæ ducit ad campeſtria ſolitudinis, & perſecutus eſt exercitus Chaldęorum, comprehenditque eum in planitie Iericho & omnes bellatores, qui erant cũ eo diſperſi, ſu[nt].* Malignis ſpiritibũ populum circund[an]tibus, rector nõ fugit ad montes, de quibus dicitur: *Montes in circumitu eius & d. in c. p.* ſcilicet ſed ad cãpeſtria ſolitudinis, ideſt, ad la[tam] & ſpatioſam viam, quæ du[cit] ad mortẽ. Cõprehenduq; eum in planicie Iericho: & omnes viri bellatores, qui erant cum eo diſperſi ſunt, & relinquerunt eum, cum virtutes hominem deſerunt, quæ defendere debuerãt in deſerto capitur & in planitie Iericho, i. in laſciuia ve[l] in defectu carnalis concupiſcentiæ & conuerſationis. Iericho .n. interpretatur luna, & ſignificat defectũ carnis. vnde *Qui de Ieruſalem deſcendebat in Iericho, in latrones incidiſſe deſcribitur.* Apprehenſum ergo regẽ duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha, &c.

e *Et adduxit eum rex Babylonis in Babylonẽ & poſuit eum in domo.* Quia anima in cõfuſione peccatorũ vincta compedibus vitiorum, per malignos ſpiritus ducitur in domum carceris vſque ad diem mortis, & in anguſtia mentis includitur, vt mortis ſententiam expectet.

f *In menſe autem quinto decima menſis, ipſe eſt annus nonuſdecimus, etc.* Cõgruit ordo tẽporis cũ ratione vindictæ: Menſe quinto.

CAP. LII.

F Ilius viginti & vni⁹ anni erat Sedechias 1
cum regnare cœpiſſet, & vndecim an
nis regnauit in Ieruſalẽ. Et nomẽ ma-
tris ei⁹ Amital filia Ieremię de Lobna. 2
Et fecit malum in oculis dñi iuxta oĩa
q̃ fecerat Ioachim, qm̃ furor domini
erat in Ieruſalem & in Iuda, vſquequo
proijceret eos a facie ſua. Et receſſit Sedechias a rege Babylo
b nis.† Factũ eſt autem in anno nono regni eius, in mẽſe deci 3
mo, decima die mẽſis venit Nabuchodonoſor rex Babylo-
nis, ipſe & oĩs exercitus eius aduerſus Ieruſalẽ, & obſederũt
eam: & ędificauerunt cõtra eã munitiones in circumitu, &
fuit ciuitas obſeſſa vſq; ad vndecimũ annũ regni Sedechię.
Menſe aũt quarto, nona die mẽſis, obtinuit fames ciuitatẽ,
& non erant alimẽta populo terrę Et dirupta eſt ciuitas, &
oẽs viri bellatores eius fugerunt, exieruntq; de ciuitate no-
c cte per viã portæ, quæ eſt inter muros duos, † & ducit ad hor
tum regis, Chaldęis obſidentib. vrbẽ in gyro, & abierũt per 4
d viam, quæ ducit in eremum. Perſecutus eſt aũt Chaldæorũ
a ¶ Maligni ſpiritus. b ¶ Animum.
exercitus regem, & apprehenderũt Sedechiã in deſerto, qđ
a ¶ Defectionem. b ¶ Virtutes.
eſt iuxta Iericho: & omnis † comitatus eius diffugit ab eo.
a ¶ Diabolum.
Cumq; comprehẽdiſſent regẽ, adduxerunt eum ad regem
a ¶ Sentinæ confuſionis. b ¶ Hæc eſt Antiochia. c ¶ Quæ interpretatur multa næc.
Babylonis in Reblatha, quę eſt ĩ terra Emath: & locutus eſt
a ¶ Ideſt, iuſte iudicauit eum. b ¶ Opera bona.
ad eũ iudicia. Et iugulauit rex Babylonis filios Sedechię in
oculis eius: ſed & oẽs principes Iuda occidit in Reblatha. Et 5
a ¶ Lumen intelligentiæ. ¶ Peccatorum.
e oculos Sedechiæ eruit, & vinxit eũ cõpedibus. Et adduxit eũ
rex Babylonis in Babylonẽ, & poſuit eũ in domo carceris
a ¶ Quia pentateuchum legis neglexerant. b ¶ Quia contra decalogum peccauerunt. 6
f vſq; ad diẽ mortis eius. In mẽſe autẽ quinto decima † men- 7

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. LII.

1 F Ilius viginti & vnius. *Iſtud caput a principio libri fuit diuiſum contra præcedentia. Eſt enim quædam breuis epilogatio reſpectu præcedentium, in quibus deſcripta eſt deſtructio Ieruſalem, licet occaſione huius plura alia fuerint annexa. Et diuiditur hoc caput, in tres partes, quia primò ponitur ciuitatis captio. Secundò captæ deſtructio, ibi:* In menſe autem quinto. *Tertiò de reliquijs ordinatio, ibi:* De pauperibus. *Prima in duas. quia primò ponitur captionis occaſio. ſecundo ipſa captio, ibi:* Factum eſt autem. *Occaſio autem captionis prima fuit peccatum regis & populi contra Deum, quod notatur cum dicitur.* (Diuiſio.)

2 Et fecit malum in oculis domini. *imitando in hoc Ioachim filium Ioſię & alios reges, qui fuerũt idololatræ: propter quod dominus voluit Ieruſalem deſtruere, & maximè propter peccatum Manaſſe, qui poſuit idola in domo domini. Secunda occaſio fuit peccatum Sedechiæ in regem Babylonis cui rebellauit, quamuis iuraſſet ei fideliter ſeruire, vt habetur 2. Paral. vlt. quod notatur cum dicitur:* Et receſſit Sedechias a rege Babylonis.

3 Factum eſt autem. *Hic ponitur ciuitatis captio. Et patet ſententia ex his, quæ dicta ſunt ſup. 39. c. vbi deſcribitur iſta captio ſicut & hic, paucis exceptis, quæ exponentur.*

4 Chaldæis obſidentibus vrbem in gyro. *Si ergo quæratur. Quomodo rex & bellatores potuerunt exire? Dicendum, quòd erat via ſubterranea, cuius introitus erat intra ciuitatem inter duos muros, & exitus erat longè a ciuitate vltra locum vbi erant Chaldæi: & per illam fugerunt rex & alij, ſicut dictum fuit ſup. 39. & 4. Reg. vlt.*

5 Sed & omnes principes. *Dicit Rab. Sal. quòd iſti fuerunt 70. iudices ordinarij, eò quod relaxauerant iuramentum Sedechiæ. Alij autem dicunt, quod fuerunt principes inducentes Sedechiã ad rebellandum regi Babylonis.*

6 Vſque ad diem mortis eius. *Licet autem mortuus fuerit in carcere, tamen rex Babylonis ſtatum eius regium conſiderans, fecit eum ſepeliri honorificè, ſicut prędixerat Iere. ſup. 34.*

7 In menſe autem. *Hic conſequẽter ponitur ciuitatis captæ deſtructio.*

*M O R A L I T E R.*

† 1 *Filius viginti & vnius anni erat Sedechias cum regnare cœpiſſet, & vndecim, &c.* Moralitas huius capituli poſita eſt ſupra cap. 39. vſque ibi.

† *Columnas.*

[...]uinto vaſtatur ciuitas, quæ pentateuchum deſpexit, de-
A [deci]ma die menſis, quia decalogo legis contraria fecit, blan
[di]ens ſibi de ſecuritate pro ſanctorum locorum habita-
[ti]one. vnde ſupra: *Nolite confidere in verbis mendacij dicentes templum domini, tem. do.*

[M]oral. Greg. Dum ſcri-
[pt]ura Sedechiæ ca-
[pt]iuitatem narrat,
[or]dinem captiuita
[tis] internæ denun-
[ti]t. Rex enim Ba-
[by]lonis eſt antiqu*
[ho]ſtis, poſſeſſor in-
[ter]næ confuſionis,
[q]i prius filios, an-
[i]ntuentis oculos
[o]ccidat: quia ſæpe
[ſi] bona opera inter
B [fi]ſit, vt hæc ſe amit-
[t]ere ipſe, qui captus
[e]ſt animus dolens
[c]nat. Nam cum
[g]mit plerunq; ani
[m]us, & tamen car-
[n]is ſuæ delectatio-
[n]ous victus, bona,
[qu]æ genuit, amans
[p]erdit, & ea, quæ pa
[ti]tur damna, conſi-
[d]erat. non tamen
[vi]rtutis brachiũ cõ
[tr]a regem Babylo-
[n]is leuat, ſed dum
[v]let perpetratio-
[n]em nequitiæ, per-
[ci]tit. Ad hoc quan
[do]que perducitur peccati vſu, vt in ipſo quoque rationis
[lu]mine priuetur. vſi Babylonis rex extinctis prius filijs,
[Se]dechiæ oculos eruit, quia malignus ſpũs ſubductis pri*
[ho]nis operibus, ẽt intelligentiæ lumen tollit. Quod rectè
C [Se]dechias in Reblatha patitur, q̃ multa hęc interpretat.
Quandoque enim & lumen totius rationis clauditur, D
quia prauo vſu & iniquitatis ſuæ multitudine grauatur.
a *Venit Nabuzardan princeps militiæ, qui ſtabat, &c.* Iuſto iudi
tio Dei venit Nabuzardan princeps exercitus regis Baby
lonis ſuper Ieruſalem, & ſuccedit domum domini, cum
antiquus hoſtis &
rex cõfuſionis prin
ceps omnium ini-
quorũ inuadit gre-
gem fideliũ: & do-
mũ regis & domus
Ieruſalem, id eſt re-
ctores, & qui vide-
bantur in viſione
pacis manere, & in
flammatos cupidi-
tate ſubuertit, oẽm
domum comburit
igni, i. cuiuſque cõ-
ſcientia flamma illi
citi amoris.
b *De pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan, &c.* Eos, qui E
vtiles verbo & exẽ-
plo eſſe poterãt, per
vitia captiuans, ſtul
tis & habẽtibus cõ-
mendat agricultu-
ram, vt non vinum
gratię ſpiritualis, &
frumentum ſanæ
doctrinæ in vineis
& agris populo-
rum fructificent,
ſed ſpinæ & tribu-
li vitiorum.
c *Columnas quoque æreas, quę erant in domo domini, & baſes & mare æneum, &c.* Per diuerſa vaſa, diuerſa officia in eccleſia
ſignificantur, quæ maligni ſpiritus de ſeruitio Dei aufe-
runt, & in vſum ſuum conuertunt. F

ſis, ipſe eſt annus nonuſdecimus Nabuchodonoſor rex Ba-
a ¶ Ventilabrum vel propheta alieni iudi[c]ij.
bylonis, venit Nabuzardã princeps† militię, qui ſtabat corã
a ¶ Doctores.
a rege Babylonis in Ieruſalem, & incẽdit domum domini &
¶ Rectores b ¶ Qui i[...] bantur, ſcilicet, in viſione pacis manere ¶ Conſcientiam.
domũ regis, & omnes domus Ieruſalem, & omnẽ domum
a ¶ Illiciti amoris b ¶ Intentionem orationis & virtutum ſtudia.
magnã ignẽ combuſſit, & totum murum Ieruſalem per cir
a ¶ In deſperantibus. ¶ Dæmones.
cumitũ deſtruxit cunctus exercitus Chaldæorum, qui erat
¶ Diabolo.
cum magiſtro militię. De pauperib. autem populi & de reli 1
quo vulgo, quod remanſerat in ciuitate, & de profugis, qui
transfugerãt ad regem Babylonis, & cęteros de multitudi- 2
b ne, tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ. De pauperib. 3
verò terrę reliquit Nabuzardã princeps militiæ vinitores & 4
a ¶ Doctores, qui ſoncritate prædicationis & firmitate fidei debuerunt alios ſuſtentare. 5
c agricolas. Colũnas quoq; æreas, quę erãt in domo domini, 6
a ¶ Baptiſmi lauacrum vel compunctionem lachrymarum. ¶ Eccleſia. 7
b ¶ Per inertiam magiſtrorum audaciores facti. 8
& baſes & mare æneũ, quod erat in domo dñi cõfregerunt 9
a ¶ Spirituales. 10
Chaldęi, & tulerunt oẽ æs eorum in Babylonẽ. Et lebetes & 11
† creagras & pſalteria, & phialas & mortariola, & oĩa vaſa 12
æream, quę i miniſterio fuerãt tulerũt, & hydrias, &† thymia 13 14 15
† thuribula, & ollas.

Quando-

NICOLAVS DE LYRA.

[ſ]uctio. *Circa quod primò ponitur tempus cum dicitur:* In menſe [qu]intem quinto. *licet autem fuerit capta menſe quarto, vt dicitur [ſu]pra eodem capitulo tamen non fuit combuſta donec ſuper hoc ha[bu]erunt voluntatem regis Babylonis, qui agebat tunc in remotis, ſci[li]cet, in terra Emat, vt habetur in textu, & ſic tranſiit tempus vſ[q]ue ad decimam diem quinti menſis: in qua fuit combuſta. Cætera [pa]tent in litera.*

De pauperibus autem populi & de reliquo vulgo, [q]uod remanſerunt, &c. *Hic conſequenter ponitur ordinatio de [re]manentibus, & primo de populo, ſecundò de regi Ioachim, ibi:* Et [fa]ctum eſt. *Prima in duas, quia primò ponitur ordinatio de perſo[ni]s reſeruatis. ſecũdò de occiſis, ibi:* Et tulit. *Prima adhuc in duas, [qu]ia primò ponitur ordinatio de populo. ſecundò tranſlatorum nume[r]o, ibi:* Iſte eſt populus. *Prima in duas, quia primò ponitur or[din]atio de perſonis. ſecundò de vaſis, ibi:* Columnas quoque. *Cir[ca] primum ſciendum, quod de perſonis reſeruatis ſic fuit ordinatũ, [q]od illi, qui erãt alicuius reputationis in ſapientia vel arte aliqua, [ſi]ue conditione notabili, fuerunt tranſlati in Babylonem, vt de illa [co]nditione ſeruirent Babylonijs. cęteri verò fuerũt dimiſſi in Iudęa [a]d colendum agros & vineas, ne terra redigeretur in ſolitudinẽ, & [ſo]rderetur inutilis regi Babyloni, de cultura verò terrę ei tributum [ma]gnum reddebatur, & hoc eſt quod dicitur:* De pauperibus au[te]m populi, &c. *ſ. habentibus aliquam conditionem Babylonijs [vi]lem, vt plenius exponitur 4. Reg. vlt.*

2 Tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ. *et patet litera.*

3 Columnas quoque æreas. *Hic ponitur diſpoſitio de vaſis, [q]uicquid enim fuit prętioſum de talibus in templo domini, totum portauerunt ſecum Chaldęi. inter vaſa tamen ponuntur hic duæ columnę ęreę, quę erant in porticu templi, de quorum magnitudine & forma dictum fuit diffusè per ſingula 3. Reg 7. & ſimiliter de alijs vaſis hic poſitis, & ideo hic breuiter intendo pertranſire, quia de ſcriptio exquiſita de iſtis ibi habet locum, dicit ergo:* Columnas quoque æreas. *de quarum forma poſtea ſubditur.*

4 Quæ erant in domo domini. *i. in porticu templi:*

5 Et baſes. *i. ſcilicet, columniarum: quælibet enim columna habebat quatuor partes, ſcilicet, baſem, ſtipitem, caput & capitellum.*

6 Et mare æneum. *vas erat magnum & rotundum, in quo lauabantur ſacerdotes.*

7 Quod erat in domo domini. *i. in atrium ſacerdotum, domus enim domini largè accepta, non ſolum accipitur pro corpore templi, ſed etiam pro atrijs, & ędificijs ad ipſum pertinentibus.*

8 Confregerunt Chaldęi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem. *vt materia poſſet expeditius portari.*

9 Et pſalteria. *i. chaldarias, vbi coquebantur carnes ſacrificiorum.*

10 Et lebetes. *i. fuſcinulas ad extrahendum carnes.*

11 Et creagras. *i. inſtrumenta muſica pro Leuitis.*

12 Et phialas *i. vaſa erant ad reponendum vnguenta quib. vngebantur reges & ſacerdotes, & vaſa diuino cultui conſecrata.*

13 Et mortariola, & oĩa vaſa ærea, quę in miniſterio &c. *In quibus terebantur ſpecies, ex quibus componebantur vnguenta.*

14 Et hydria. *In quibus ponebatur vinum & oleum pro libaminibus fiendis.*

15 Et thymiamateria. *In quibus terebantur ſpecies ad faciendum thymiama, quod comburebatur ſuper altare thymiamatis.*

✠ 1 Et

MORALITER.

† *Columnas quoque æreas.* confregerunt Chaldæi. Myſtica [ve]rò ſignificatio iſtorum, quæ pertinebant ad cultum di[ui]num, poſita fuit. 3. lib. Reg. Sed per Chaldæos confrin[g]antur, quando bona ad Dei cultum pertinentia tenta[ti]onibus dęmonum ſubuertuntur. Adduntur tamen hic [al]iqua ad cultum templi pertinentia, ſcilicet,

*Et lebetes.* ad coquendum carnes.

[1]0 *Et creagras.* ad extrahendum eas. per quę ſignantur di[ſ]poſitiones ad miniſtrandum euchariſtiæ ſacramentum, [i]n quo carnes agni immaculati continentur.

12 *Et pſalteria.* quib. deſignatur laus vocalis & mentalis.

12 *Et phialas.* ad reponendum hęc vnguenta, per quę deſignantur vnctiones chriſmatis & olei, quę fiunt in eccleſia.

13 *Et mortariola, & omnia vaſa ærea, &c.* in quibus terebantur ſpecies ad faciendum vnguenta pro regum & pontificum vnctione.

14 *Et hydria.* in quibus ponebantur vinum & oleum pro ſacrificijs liquidorum.

15 *Et thymiamateria.* in quibus terebantur ſpecies pro thymiamate conficiendo, & in altari incenſo offerendo.

12 Et

† MORA-

a De columnis aut m decem & octo cu biti al itudinis er nt in co
A a lumn s,&c. Rabbanus. Quod facturam columnarum deſcribit cum capitellis, & retiaculis atque malis granatis, oſtendit myſticum opus eſſe: quia ſicut columnæ ſignificant doctores, ita capitella, i. ſuprema pars eorum, pręcordia ſunt fideliũ doctorum, & retiacula diuerſa chariſmata ſancti ſpiritus exprimũt, ſicut mala granata virtutũ ſuauitatem. Hæc oĩa antiquus hoſtis per miniſtros ſuos conatur auferre de templo Dei. Si quis aũt hoc plenius noſſe voluerit, legat opus noſtrum ſuper librũ
B Regum, vbi quid de his ſancti patres ſenſerint, explanatum eſt.

b Et tulit magiſter militiæ Saraiam ſacerdotem primum, &c. Etiam fortes in eccleſia diabolus decipit, & captiuat. vñ: Eſcæ eius electæ, &c. (Abac. 1. d.)

c De

materia, & vrceos, & pelues, & candelabra, & mortaria, 1
¶ Pretioſus ſenſus. ¶ Eloq' ij venuſta. †
& cyathos. Quotquot aurea, aurea: & quotquot argentea, 2
a ¶ Diabolus. ¶ Infernalis. 3
argentea. Tulit magiſter militię colũnas duas, & mare vnũ,
& vitulos duodecim æreos, qui erãt ſub baſibus, quas fece- 4
rat Rex Salomon in domo dñi. Non erat pondus æris om 5
nium vaſorũ horũ. De columnis autem decem & octo cu- 6
a biti altitudinis erãt in colũna vna, & † funiculus duodecim 7 8 († Elum.)
cubitorũ circumibat eã. Porrò groſſitudo eius quatuor di- 9
gitorũ, & intrinſecus caua erat, & capitella ſuper vtranque 10 11
ęrea, & altitudo capitelli vnius quinq; cubitorum, & retia- 12
cula & mala granata ſuper † coronã in circumitu oĩa ęnea, 13
ſimiliter columnæ alterius. Et fuerunt mala granata nona- 14
ginta ſex dependentia, & oĩa mala granata centum retiacu 15
¶ Qui interpretatur ... qui in epiſcopalem ordinem amore voluptatis vit o um catena conſtringit.
lis circundabantur. Et tulit magiſter militię Saraiã ſacerdo
a ¶ Abſconditam. b ¶ Presbyteros, ſcilicet, qui talentum verbi Dei abſcondunt in terra.
c ¶ Qui oſtium fidei aperire de ... es clauẽ ſcientiæ, nec intrant, nec alios intrare permittũt.
b tem primũ, & Sophoniã ſacerdotẽ ſcdm, & tres cuſtodes ve 16
ſtibuli. Et de ciuitate tulit eunuchũ vnũ, qui erat prępoſitus 17
c ſuper viros bellatores, & ſeptẽ viros de his, q. videbant faciẽ 18
d regis: qui inuenti ſunt in ciuitate, & ſcribã principẽ militũ, 19
e

c De ciuitate tulit eunuchum vnum, qui erat præpoſitus. &c. Continentes, ſcilicet, oleum gratię & miſericordię: ſicut fatuę virgines in pectore ſuo non habentes, qui fruſtra ſuper viros bellatores conſtituuntur, cum arrogantiam vita nõ premeditantur.

d Septẽ viros de his, qui videbant faciem regis, &c. Septiformi ſpiritu, ſcilicet, ſanctificatos. Sed qui gratiam perdiderunt, ſeptem ſpiritibus nequiorib. traditi, non regis cœleſtis mandata intuentur, ſed regis inferni voluntati obſequuntur.

e Et ſcribam principem militum, qui probabat tyrones. Quem ... ber Regũ Sopha... qui interpretatur diſſipans vel diuidens, & ſignificat eos, qui rudes in eccleſia quos ad militiam Chriſti nutrire debuerant, prauis exemplis diſſipant: & a cœtu fidelium per errores ſequeſtrant.

a Et

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et vrceos & pelues & candelabra. *In quibus lauabantur carnes offerendæ ſuper altare holocauſti.*

2 Et cyathos. *In quibus probabatur vinum & oleum, vtrum eſſent apta ad ſacrificium.*

C 3 Quotquot aurea, aurea: & quotquot argentea, argentea. *quia omnia vaſa aurea ponebant ad vnam partem, & argentea ad aliam, & ærea ſimiliter ad aliam.*

4 Vitulos duodecim æreos. *boues vocantur 3. Reg.*

5 Qui erant ſub baſibus, quas fecerat rex Salomon in domo domini. *Baſes dicuntur hic parte fundi maris ænei. quod ſedebat ſuper illos 12. vitulos: & tres reſpiciebant ad orientem, & tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad aquilonem.*

6 Non erat pondus æris omnium vaſorum horum. *Hoc dicitur ad deſignandum magnitudinem & multitudinem eius, intantum, quòd non poſſet de facili ſciri pondus determinatum.*

7 De columnis autem. *duabus ſupradictis.*

8 Decem & octo cubiti altitudinis erat in columna vna. *hoc intelligendum eſt de ſtipite, quia tota columna ex quatuor partibus prędictis conſtituta habebat 25. cubitos in altum: vt habetur 2. Paral. 3. & declaratum eſt diffuſius 3. Reg.*

9 Et funiculus duodecim cubitorum circumibat eam. *ideſt, eius groſſitiem.*

10 Porrò groſſitudo eius. *ideſt, ſpiſſitudo.*

11 Quatuor digitorum, & intrinſecus caua erat, & capitella ſuper vtranque, &c. *quorum forma erat valde ſubtilis & artificioſa, prout dictum fuit 3. Reg.*

12 Et retiacula & mala granata. *Ad decorem enim capitellorum erant ibi circumita mala granata de ære appoſita, & retiacula, quæ ſecundum aliquos erant quædam foramina in circumitu capitellorum artificiosè facta, ſicut in oſtijs laternarum ærearum. Et dicuntur retiacula, quia foramina illa in aliquo erant ſimilia foraminibus retis. Secundum alios erat opus reticulatum de filis æreis factum, & poſitum ſuper capitella. vel quod per illa apparebant mala granata, ſicut illa, quæ ſunt operta reti, apparent exterius p... retis foramina.*

13 Super coronam in circumitu omnia ęnea, ſimiliter columnę alterius. *i. ſuper capitellũ quod dicitur corona, eo quod erat ſuper caput columnæ ſicut corona ſuper caput regis.*

14 Et fuerunt mala granata nonaginta ſex dependentia. *dependentia a capitello, & tot erant quaſi appoſita in qualibet columna. Tertiò Regum dicitur: quod erant ducenta in qualibet columna, centum dependentia & centum appoſita. Et ſicut dictum fuit ibidem, iſtæ duæ columnæ erant ſitæ prope parietes ex vtraque parte porticus: ita quod quatuor mala granata iuxta parietem poſita non apparebant, & ideo non computantur hic, & ſic remanent nonaginta ſex. 3. verò Regum computantur omnia.*

15 Et omnia mala granata centum retiaculis circundabantur. *Licet enim in qualibet columna eſſet tantum vnum retiaculum, tamen ibi erant centum diſtinctiones, ſicut in malis granatis erant centum ordines. duo enim mala granata, ſcilicet, vnum appoſitum, & aliud dependens ſub eo faciebant vnum ordinem: & ſic cum in circumitu capitelli eſſent centum appoſita & centum dependentia, per conſequens erant centum ordines.*

16 Et tulit magiſter militiæ Saraiam ſacerdotem primum, &c. *Hic ponitur ordinatio de perſonis ad vitam non reſeruatis, cum dicitur:* Et tulit magiſter, &c. ſacerdotem primum *ideſt, primi ordinis. Dauid enim diſtinxit ſacerdotes per vigintiquatuor ordines: vt habetur 1. Paral.*

17 Et de ciuitate tulit eunuchum vnum, qui erat prępoſitus ſuper viros bella. *Ex quo patet quòd dicitur eunuchus, non a ſectione genitalium, quia tales non prępontuntur hominibus bellicis, ſed a maturitate & honeſtate, ſecundum quod dicitur Matth. 19.* Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt, &c.

18 Et ſeptẽ viros de his, qui videbant faciem regis: qui inuenti ſunt in ciuitate. *i. habentes ad ipſum liberum acceſſum.*

19 Et ſcribam principem militum, qui probat tyrones. *ideſt, iuuenes aptos ad exercitium armorum: hoc interfecit rex Babylonis, quia conſilium & fauorem dederant Sedechiæ rebellandi.*

* 1 Et

*MORALITER.*

† 1 *Et vrceos, & pelues.* vbi lauabantur carnes offerendę in altari holocauſtorum.

† *Et candelabra, & mortaria.* pro illuminatione templi.

2 *Et cyathos.* in quibus probatur thus, & ſimilia huiuſmodi offerenda ad videndum ſi eſſent ad hoc apta, per hęc omnia vaſa, quæ erant neceſſaria in diuerſis oblationibus & ſacrificijs tempore veteris teſtamenti, ſignantur vaſa neceſſaria in oblatione vnius ſacrificij perfecti quod eſt euchariſtia tempore noui teſtamenti.

† MORA-

a *Et ſexaginta viros de populo terræ.* Stultos, ſcilicet, coope- A
rores, qui merito vulgi nomine appellantur, qui vtilita
tē diuini conſilij diſcernere, & implere neglexerunt.
b *Et percuſſit eos rex Babylonis, &c.* Hoc ambit rex Babylo-
n, vt quos ab eccleſia euellit, perducat ad interfectio-
nē in perpetuæ mor
ti.
c *Iſte eſt populus quē tranſtulit Nabuchodonor, &c.* Rabbanus. Tertiò vaſtauit Nabuchodonoſor Iudæam. Primò, cū Ioachim, qui & Eliachim filiū Ioſię victum catenis duxit in Babylonem cū vaſis domini, quæ in templo ſuo poſuit. Secundò, cū Ioachim cognomento Iechoniam filium eius B cū matre, & principibus, & eunuchis tranſtulit in Babylonem, & pretioſiſſima vaſa domus domini. Tertiò cū Sedechiam cæpit, & excæcauit, filios eius interfecit, & incendit domum domini & Ieruſalem deſtruxit. vnde Ieremias primo dicit eſſe tranſlata tria milia, & viginti tres. Secundò, octingentas, & triginta duas. Tertiò ſeptin- C
tingentas quadragintaquinque. Summam verò com- D
putans dicit eſſe animas quatuor milia ſexcentas. Quod hiſtorialiter factum, ſpiritualiter innuit, quia omnes, qui ſanctæ trinitatis fidem per errorem polluunt, & euangeliorum doctrinam non cuſtodiunt, & perfectionem bonorum operum deſpiciunt, regi cōfuſionis meritò ſeruiunt, qui lumine ſcientiæ priuatos in captiuitatem perpetuę confuſionis abducit, & retrudit in carcerem inferni, vbi gemunt in perpetuum damnati.
d *Et factum eſt.* Significat admirandā Dei potentiam per bonos, & malos æque ſua exercere in dicia. Nam ſicut Sedechiā incorrigibilem, & prophetis E inobedientem per Nabuchodonoſor cæcitate, & captiuitate perpetua damnauit, ita per Euilmerodath, & Ioachim, qui licet peccator fuerit, tamen populo, & ciuitati conſulens ſe & matrem ſuam tradidit regi Babylonis, correctum miſericorditer reſpexit, & de pœnis liberans quieti reſtituit & honori.

qui † probabat tyrones, & ſexaginta viros de populo terrę, q 1
a inuēti ſunt in medio ciuitatis. Tulit autē eos Nabuzardan
magiſter militiæ, & duxit eos ad regē Babylonis ī Reblatha.
a ¶ In multitudine ſcelerum & amore voluptatis Lata enim eſt & ſpatioſa via. quæ ducit ad mortem, & multi intrant per eam.
b Et percuſſit eos rex Babylonis, & interfecit eos in Rēblatha
¶ Per peccata. a ¶ Qui nominis Dei confeſſores videntur. b ¶ In regnum confuſionis & errores.
in terra Emath. Et translatus eſt Iuda de terra ſua. Iſte eſt po 2
c pulus quem tranſtulit Nabuchodonoſor. In anno ſeptimo, 3
¶ primo.
Iudęos tria milia & vigintitres. In anno octauodecimo Na 4
¶ Secundo
buchodonoſor trāſtulit de Ieruſalē animas octingentas tri
¶ tertio.
gintaduas. In anno viceſimotertio Nabuchodon. trāſtulit 5
Nabuzardan magiſter militiæ Iudæorum animas ſeptin-
a ¶ Quæ primo vel ſecundo vel tertio captiuatæ ſunt.
gentas quadragintaquinque. Oēs ergo animæ quatuor mi- 6
d lia ſexcentæ. Et factū eſt in triceſimoſeptimo anno tranſmi 7 8
grationis Ioachim regis Iuda duodecimo menſe, viceſima-
a ¶ Nepos Nabuchodonoſor.
quinta mēſis, leuauit Euilmerodach rex Babylonis ipſo an 9
no regni ſui caput Ioachim regis Iudæ, & eduxit eū de do-
mo carceris, & locutus eſt cū eo bona. Et poſuit thronū ei⁹
ſup thronos regū, qui erant poſt ſe in Babylone, & mutauit
veſtimenta carceris eius: & comedebat panē coram eo ſem
per cunctis diebus vitæ ſuæ. Et cibaria eius cibaria ꝑpetua
dabantur ei à rege Babylonis, ſtatuta per ſingulos dies, vſq;
ad diem mortis ſuæ cunctis diebus vitæ eius.

☞ Sunt F

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et ſexaginta viros de populo terræ, qui inuenti ſunt in medio ciuitatis. *hos ſimiliter interfecit quia reſtiterūt ei defendendo ciuitatem quātum potuerunt: & ſic non reddiderunt ſe voluntariè, ſed fuerunt inuenti latentes & abſconditi.*

2 Iſte eſt populus quem tranſtulit Nabuchodonoſor. *hic conſequenter ponitur translatorum in Babylonem numeratio.*

3 In anno ſeptimo, Iudæos tria milia & vigintitres. *Et loquitur hic ſcriptura de translatis cū Iechonia filio Ioachim, vt dicit Ra. Sa. & alij Heb. Sed contra hoc videtur quod dicitur 4. Reg. 24. quòd translati cum eo fuerunt decem milia. Sed hæc diſſonantia ſoluitur per hoc quod hic dicitur, Iudęos tria milia, ideſt, de tribu Iuda: de alijs autem tribubus fuerunt ſeptem milia, qui hic omittuntur & 4. Regum cum iſtis numerantur. Item 4. Regum dicitur, qđ iſta tranſmigratio fuit anno octauo Nabuchodonoſor: hic autem dicitur anno ſeptimo. Ad quod dicendum, quòd ibi accipiuntur anni Nabuchodonoſor à principio regni ſui, hic autem ab illo tempore quo Ioachim filius Ioſiæ fuit ei ſubditus, & ſeruiens ſub tributo. Nabuchodonoſor autem iam regnauerat vno anno.*

4 In anno octauodecimo Nabuchodonoſor tranſtulit de Ieruſalem, &c. *Loquitur hic de translatione populi cum rege Sedechia. Sed cōtra hoc videtur quod ſuprà dicitur capite iſto.* Ipſe eſt annus decimuſnonus Nabuchodonoſor regis Babylonis, &c. *Et ſoluitur hoc ſicut & præcedens, quia hic accipiūtur anni Nabuchodonoſor à tempore, à quo Ioachim factus fuit eius ſeruus, ſuprà verò à principio regni ſui.*

5 Anno viceſimotertio Nabuchodonoſor, tranſtulit Nabuzardan, &c. *Tunc enim cepit Tyrum & plures alias ciuitates circa Iudæam, ad quas confugerant ante plures Iudæi timore Nabuchodonoſ. & illi tunc fuerunt capti, & in Babylonem ducti.*

6 Omnes ergo animæ. *hic numeratæ.*

7 Quatuor milia ſexcentæ. *Sciendum tamen, quod fuerunt multo plures, ſed hic & in libro Regum numerantur tantum notabiliores.*

8 Et factum eſt in triceſimoſeptimo anno tranſmigrationis Ioachim, &c. *Hic vltimo ponitur ordinatio de Iechonia rege, qui poſt longum carcerem fuit honoratus in Babylone, cum dicitur:* Et factum eſt in trigeſimoſeptimo anno tranſmigrationis Ioachim. *Tantum enim fuit in ſtatu humili.*

9 Leuauit Euilmerodach rex Babylonis ipſo anno regni, &c. *Iſte enim regnauit poſt Nabuchodonoſor patrem ſuum ſecundum Hebræos. Et mortuo patre cū regnaret, honorauit Ioachim ſuper omnes principes regni ſui, vt apparet in litera. Ratio autem huius ſecundum aliquos, quia Nabuchodonoſor patre percuſſo amētia, iſte Euilmerodach filius eius voluerit regnare, & videbatur de percuſſione patris gaudere. propter quod Nabuchodonoſor in regnū reſtitutus fecit eum incarcerari cum iſto Ioachim, & ſic cum eo contraxit amicitiam: propter quod conſtitutus in regno mortuo patre honorauit eum. Cætera patent in litera.*

* Et

*MORALITER.*

† 8 *Et factum eſt in triceſimoſeptimo anno tranſmigrationis Ioachim, &c.* Senſus huius myſticus poſitus eſt 4. Regum, in fine, vbi propriè habet locum.

† *MORA-*

A *Protbemata in Threnos Ieremiæ.*

*PASCHASIVS.*

Paſchaſius Rutbertus abbas Corbienſis, vixit ſub ann. 880.

SVnt cantica canticorum, ſunt & lamentationes lamentationum. Liber Salomonis, Cantica canticorum Threni Ieremiæ, lamẽtationes lamentationum. Sicut enim cantica præcellunt, in quibus ſponſus aut ſponſa dulcibus fruuntur amplexibus: ita lamentationes, in quibus ſponſi à ſponſa abſentia multis modis fletibus deploratur. vnde dicitur: *Quomodo ſedet ſola ciuitas.* (Thren. 1. a) In illis canticis inducuntur diuerſæ perſonæ ad nuptialia gaudia: In his lamentationibus diuerſæ abductæ planguntur. Cantica decent in patria, lamentationes in huius vitæ miſeria. Hinc Dauid ait: *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ieruſalem.* (Pſal. 64. a.) Et alibi: *Beatus vir cuius eſt auxilium abs te, aſcen. in corde ſuo diſpoſuit in val. lachry. &c.* (Pſal. 83. b)

B Paſchaſius. Quadruplici plangit alphabeto, quia & nos & mundus de quatuor elementis conſiſtimus, igne, aqua, aere, & terra: vt qui quatuor elementis conſiſtimus quatuor planganus alphabetis. (Quadratum alphabetum.) Quod propheta non ſolum præſentia, ſed præterita & futura deploret, liber Paralipomenon manifeſtat, vbi legitur quod vniuerſus Iuda & Ieruſalem luxerunt Ioſiam (2. Par. 35. d) Sed Ieremias præcipuè ſub quadrato cœli cardine præſentis ſeculi delicta quadrato alphabeto luget, vt omnes ad lamenta inuitet Materialis enim hic numerus eſt, quia & homo & mundus quatuor elementis eſt compactus. Quatuor ſunt tempora, quatuor climata: ætas quoque noſtra quatuor cõſtat partibus, ſcilicet, temporis, & diei, & hebdomadis, & mẽſis, & anni. Hic ergo numerus materialis quaſi quadratus eſt ſolidus, omnia ſibi, vt ſubſiſtant quadrat, non ſolũ terrena, ſed etiam cœleſtia. Quatuor ſunt euangeliſtæ, quatuor virtutes egregiæ vnde cæteræ egrediuntur, quibus quaſi quatuor Paradiſi fluminibus omnia virtutum germina irrigantur. Quia ergo quatuor elementis ſubſiſtimus, qui interius exteriuſque delinquimus, iuſtum eſt, vt cum propheta quaternario numero defleamus, & materiali numero nos intus exteriusque renouemus: vt ſingulis morum corporumq́; corruptionibus ſingula opponantur elementa literarum, vt qui ſuper flumina Babylonis captiui tenemur, abſoluti pœnitentia & gratia in noſtra Sion vera libertate perfruamur.

Paſchaſius. Conſtat multa eſſe genera fletuum, multas differentias lachrymarum. (Varij fletus.) Aliter propria damna, aliter C plangimus aliena. Aliter ploramus deſiderio cæleſtis patriæ. Aliter p ſcelerum immanitate & terrore gehennæ. Aliter pro dolore cordis. Aliter pro amore præ recordationis. Has diuerſitates fletuum diuina ſcriptura in diuerſis locis explanat, cum ſingulorũ varios affectus & lamẽta explicat. Vnde Dauid. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ, &c.* (Pſal. 41. a) Et alibi. *Laboraui in gemitu meo, natare faciã tota nocte lectũ meum, lacry. me. ſtr. me. rig.* (Pſal. 6. b) Et Ieremias: *Caligauit oculus meus præ amaritudine, &c.* (Iere. 13. c) His affectibus fideles mouentur, qui totum volumen illud Ezechielis in ſenſum mentis traijciunt, in quo erant ſcriptæ lamentationes, & carmen, & væ. (Ezech. 2. d)

Paſchaſius. Tam terrenæ ciuitatis ruinam quàm eccleſiæ damna, & animarum diſcrimina in lamentationibus exponere, & pro opportunitate locorum ad tria tempora ſenſus decernimus dirigere, Threni ſicut ait Hieron. (Threni.) metrica

metrica lege compoſiti apud Hebr. ſunt. vnde apud La D
nos; in ſingulis ſententiarum principijs, ſingulæ Heb. li
ræ prænotantur, a quibus in propria lingua vnuſquiſq
verſus incipitur. Nec tot literæ vacant à myſterio, cũ n
vnus apex aut vnũ iota de lege pteriri debeat. Vñ ſingu

*Incipiunt Lamentationes Ieremiæ, quæ Grece τρῆνοι, Hebraicè קינות Kinoth inſcribitur.*

1 ET factum eſt poſtquam in captiuitatem redact⁹ eſt Iſrael, & Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Ieremias propheta flens, & planxit lamẽtatione hac in Ieruſalem, & amaro animo ſuſpirans & eiulans, dixit.

larũ literarũ intelligẽtia, ſ
gulis ſentẽtijs eſt aptand
Aleph interpretatur d
ctrina. Vera autem doct
na eſt, qua Deus cognoſc
& vniuſcuiuſque ſtatus v
defectus non ignoratur. v
de Iſaias, *Glorificate domin
in doctrinis.* Vnde bene Ie
mias ſpiritu mœroris pl
nus ait: *Quomodo ſola ſedet
uitas.* Non plangit mœn
ciuitatis, ſed tropicè pop
lum in captiuitatem duct
vnde Iſa. *Et relinquetur fi
Sion ſicut vmbraculum in vi
& ſicut tuguriũ in cucumeran
& ſicut ciuitas, quæ vaſtatur.*
vehemens exclamatio pr
phetæ, plena fletibus, plena doloribus, plena admiratio
& ſtupore. Lamentatio eſt, aut ex mœrore præſentis v
tæ, aut ex deſiderio æternę vitæ cordibus humanis do
Spirituſſancti infuſa compunctio. Legimus Dauid la
tatum ſuper Saul & Ionathan, & ſuper Abſalon. Fle E
Ezechias fletu magno. Fleuit Petrus amarè. Sed hæ me
to lamentationes lamentationum vocantur: & ſicut g
nus reducitur ad ſpeciem, vt aliquando ſpecies ad gen
extẽdatur, ſic terrenæ Ieruſalem & populi excidium
ploratur, vt præſentis eccleſiæ damna defleantur. Sic g
neralitas noui populi & veteris, qui à fide corruentes
ptiuantur, vt vniuſcuiuſque animæ, quæ fuit templũ ſ
rituſſancti ruina plangatur. Sic ad præſentem captiui
ſub qua fit hæc prophetia, lamentationes intẽdũt, vt q
facta eſt ſub Tyto & Veſpaſiano penitus non omitt
Omnes denique præſentis vitæ cauſas & ruinas cern
propheta, & gemit & plangit & plorat ad ſingula, vt
ſcant ſinguli defluere propria, cum defleat ipſe comm
nia & aliena delicta.

Gilbertus. Lamentationes Ieremię membro patet o
tionis maximè diſtingui, vel diſſoluto colorari. Res c
breuiter abſoluta ſine totius ſententiæ demonſtratio
dicitur, quæ alio orationis membro excipitur, ſicut
hic: *Plorans plorauit.* Interdum verò more diſſoluti co
iunctiones de medio auferuntur, partes ſeparatæ offer
tur hoc modo: *Quomodo ſedet ſola ciuitas.* & more rhetori
aliquando duobus membris, aliquando tribus, aliqua
do pluribus conſtat oratio.

Gilbertus. Rhetoricorum colorũ ſplendorem, & ſe
tentiarum grauitatem, & elocutionis ornationem me
cente diligens lector non tacebit. Locorum quoque r
toricorum multitudinem, & dialecticorum raritate
& argumentorum ſubtilitatem gratis inueniet. Præter
& rhetoricæ cõqueſtionis humilitatem, & interdum i
dignationis aſperitatem; vel vtriuſque cõmiſtionem F
lo docente docebit. Rudibus tamen ſatisfaciendo & c
queſtionem & indignationem rhetoricam proprijs de
nitionibus ad medium deducere non grauabor. Eſt eni
(vt ait Tullius) conqueſtio, oratio auditorum miſeric
diam captans. Cuius primus locus eſt, dum per quem,
bus in bonis fuerimus, & quibus in malis nunc ſim
oſtẽdimus, ſicut hic: *Quomodo ſedet ſola ciuitas. &c.* Indig
tio eſt oratio, per quam conficitur, aut in hominẽ od
aut in rem offenſio. Cuius primus locus eſt ab author
te, cum dicitur: *Quatæ curæ ea res fuerit dijs immortalibus,*
Sicut hic: *Candidiores Nazaræi eius niue, &c.* In primo e
alphabeto paucos conqueſtionis, & indignationis lo
aſſignãdo, diligẽtiori & perſpicatiori viã aperio lecto
CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 * ET factum eſt poſtquam in captiui. &c. *Totum iſtud vſque ad finem capitis videtur appoſitum ab aliquo expoſitore, ad continuandum ſententiam capitibus ſequentibus, quod non eſt Hebr. nec in libris correctis.*

* CAP.

CAP. I. ᵃ¶Doctrina ſecundum Hieronym.

Aleph.




a¶Affectuoſe,admiratiuè b¶Humiliata. c¶Populo ſpoliata. ¶Deſtituta vel deſolata auxilio Dei & angelorum.¶Habitu plorantis. d¶Ieruſal.vel anima, vel eccleſia.

QVomodoᵃ † ſedetᵇ ſolaᶜ ciuitasᵈ plena 1
ᵃ¶Ex gentibus, & tribubus, & linguis congregata. ¶Olim populoſa. b¶Ab oppoſito. c¶Non vere. d¶Regibus,ſacerdotibus,Dei auxilio ¶Abſente ſponſo.
popᵃulo. † Fᵇacta eſt quaſi viduaᵈ 2 3
ᵃ¶Deuictarum. ¶Vitiorum.
domina gᵃentium : † princeps prouin- 4

ᵃ Aleph. Doctrina, ſcilicet, vt ſeipſum & Deum cognoſcat homo. Hanc plebs Iudæorum non habuit idcirco merito hoſtibus ſubiacuit.

CAP. I.

QVomodo ſedet ſola ciuitas. Subuerſionē miſeræ ciuitatis, & ruinā cęleſtis populi nō ſolū ſub Chaldæis accidiſſe, verū ſub Tyto & Veſpaſiano plenius cōplendā prænūtiat. ante vltimā.n.captiuitatē nō ſola iure ſedere dr̄, niſi fortè pro doloris exaggeratione. A Chaldæis pauperes, terræ cultores relicti legūtur, quib. Godolias præeſſe iubet. Nec ciuitas oīno deſtruit̄, ſed poſt mortē Chriſti vaſtanda refertur, vt nec lapis ſuper lapidem, nec populus in ea relinquatur. Reuerſis.n.a captiuitate creuit virga furoris, quia p monita & correctiones prophetarū non ſunt ad Deū reuerſi, ſed beneficijs Dei ſemper fuerunt ingrati. Vnde Moyſes. *Scio contentionē tuā, & ceruicem tuā duriſſimam: ſemper contentioſè egiſti cōtra Deum:* Et Stephanus in Actibus Apoſtolorū: *Dura,* inquit, *ceruice, & incircuncisi corde* Propterea ſæpe flagellis attriti, ab hoſtibus oppreſſi, malis omnibus afflicti, nec ſic crediderunt: ſed exacerbauerunt Dūm excelſum: & ideo captiuatis iā 10. tribubus in Aſſyriis, duæ quæ remanſerunt domū Dauid ſequentes, & Dūm ſpecie tenus colētes, paulatim creſcente malitia primum in Chaldæa captiuantur. vnde hic ciuitas plangitur.

*Quomodo ſedet ſola ciuitas.* ✶ Theod. Lamentatio equidē commiſerationis & intimi amoris eſt inditiū. Cæterū arbitror diuinū prophetā ſcripſiſſe lamētationes in gratiā & vtilitatē, tū eorū, qui tūc tpis viuebāt hominū, tū poſteriorū: vt tā illi quā hi intelligāt ex ſcriptis quātorū peccatū ſit cauſa malorū. Quatuor igit̄ ſcripſit lamentationes: quarū vniuſcuiuſque verſus cōpoſuit iuxta numerū & ordinē elementorū. Luget aūt vrbis vaſtationē, multitudinis incolarū eius, antequā deſtructa eſſet, facta mentione: vidēs etiā illā miſerè ſoluētē tributū, quæ ab alijs ciuitatibus quondā accipere ſolebat. D

Paſchaſ. *Quomodo ſe.ſo ciuitas.* Ieruſalem populis ſpoliata & ignominia plena, inter hoſtes humiliata: olim populoſa, & īter hoſtes glorioſa. *Facta ē quaſi vidua, &c.* Regibus deſtituta, ſacerdotibus deſolata, tēplo prophanato, & vaſorū gloria †exploſa, auxilio Dei deſtituta. *Domina gentium* quas antè ſubuerterat & ſubiugauerat. Hiſtoricè. † expoliata.

Paſchaſ. Anima ſola ſedet quaſi vidua bonis exuta virtutū, quæ ſubiecit ſe dñio Chaldæorū, & pubertatis ſuæ cōtēpſit ſpōſum. Chaldæi captiuātes interpretant̄, hi ſunt dęmones, q de ſolio cæleſtis patriæ animā reuocant, & in poteſtatē ſuā captiuāt. vnde. *Intra in tenebras filia Chaldæorū,* quia.ſ. filia Dei in lege virtutū ſtare noluiſti. Intra mutato nomine ī tenebras cæcitatis. vnde Iere. gemens exclamauit: *Qūo ſe.ſo.ciu.* anima.ſ. quondā virtutib. & ſuffragijs ſanctorū quaſi ciuitas plena populo, nūc deſolata, quæ prius polebat diuinis operib. inter frequētias ſodaliū nūc inter hoſtes ſedet ſqualida, cui nulla eſt ſocietas ſanctorū, nulla cōmunio ſacramentorū, nulla cū ſpōſo participatio ſed redacta eſt ī tributū vitiorū. Vñ ēt dr̄, multis me reliqt pater meus creditorib. obnoxiū: qb. etſi quotidie laboro, nō ſatisfacio. Multa ſunt delictorū tributa, qb. aīa eſt obnoxia, donec p penitentiā ad liber- Moraliter. E Iſa.17.a †15.diſt.c ſancta. † domina. Ioel 1.b

C Lyranus ſuper Threnos Ieremiæ. CAP. 1.

QVomodo ſe. *In pcedētibus huius libri pphetauit Ieremias deſtructionē Ieruſalē futurā, hic cōſequenter deplorat eā iā factā quia vidit ſuā prophetiā cōpletā. Circa quod ſciēdū, quod ſingulis verſib. literæ Heb. præponūtur ſecūdū ordinē alphabeti. Et dicūt aliqui, q præpoſitæ ſunt ad ſignificandū ſententiā verſuū quib. præponuntur, & ſic ex interpretationib. literarū procedunt ad expoſitionem verſuū. Sed hoc nō videtur bene dictū. Primò quia Hebræi quorū ſunt iſtæ literæ, & per cōſequēs virtutē earū debēt magis cognoſcere, nihil tale dicunt. Secundò quia litera per ſe ſumpta vt litera eſt, nullā habet ſignificationē, nec p cōſequēs interpretationē, licet aliquando litera, vt eſt, dictio aliqd ſignificet, ſicut apud Latinos hæc litera, a. quæ eſt præpoſitio, ſignificat ſine. Si ergo ex iſta ſignificatione aliquis vellet procedere ad exponendū virtutē ipſius, a, prout eſt litera, vel verba ſcripturæ ā, a, incipientē, eſſet manifeſta æquiuocatio. Item iſti imaginantur, q iſtæ literę nō ſint de integritate verſuū, ſed quaſi quidā tituli eis prępoſiti, quod non eſt verū, quia ſic ſunt de integritate verſuū in Heb. ſicut apud nos in illo hymno:* A ſolis ortu, &c. *literę. Itinę incipiēdo ab, a, vſq; ad g, incluſiuè, ſunt de integritate verſuū, ita primus incipit per a.* A ſolis ortu, &c. *ſecundus per b.* Beatus author ſeculi, &c. *& ſic cōſequenter vſq; ad g, & eodē modo eſt hic de literis Heb. in Heb. ſed tranſlator nō potuit in Latino ſeruare ordinē literarū Latinarū in principijs verſuū. qa prima dictio in Heb. pro qua transfertur qūo, incipit per aleph, & qūo incipit per, q, & ideo ſingulis verſibus prępoſuit ſeparatim literas Hebraicas per ordinē, nō ad deſignandū aliquid, niſi quod per tales literas incipiunt verſus in Heb. Lamentationes.n. iſtę ſcriptę ſunt metricè in Heb. & tpe Ieremię currebat modus talis metrificandi aliquā materiā. ſ. quod verſus inciperent ordinatè à literis alphabeti. Sciendū etiā, qđ hic nō eſt quęrendus proceſſus artis, ſed magis dolētis, & cōquerētis, qui lamentans aliqđ factū, idē frequenter repetit ſub alijs verbis: ſicut mater lamentans filiū mortuū, aliquando nominat ipſū proprio nomine, aliquando nominat cū cor ſuū, aliquando vitā ſuā, & ſic de alijs: & frequenter de vna perſona tranſit ad aliā, magis ſecundū motū affectionis, quā ſecundū ordinē rationis. Pręterea ſub nomine ciuitatū vel locorū intelligitur populus ibi prius habitans, & ſic dicitur ciuitas vel locus deſolari vel flere pro deſolatione et fletu populi. His igitur pmiſsis hęc pars libri Iere. quę apud Heb. kinoth vocatur.i. lamētationes, in duas partes diuiditur: qa primo ponitur Ieremię lamētatio. ſecūdo eiuſdē oratio 5, c. Prima diuiditur in quatuor partes ſecundū quadruplex alphabetū Heb. ſecundū quod lamētationes iſtę metricè ſcribuntur & hoc in 4.c. Et hoc modo pręſens caput poſſet diuidi in 22. partes ſecundū numerū literarū, ſed nō eſt vis, quia ſicut dictū eſt, iſtę literę nō ponuntur hic ad ſenſum literalē deſignandū. Dicit ergo.* 1 Quomodo ſe.ſo. *i. habitatorib. ſuis priuata.* 2 Ciuitas ple.po. *antequā eſſet deſtructa.* 3 Facta eſt quaſi vi. *i. dignitate regni & ſacerdotij orbata.* 4 Domina gen. *i. q fuit domina gentiū, maximè tpe Dauid & Salomonis, q multas gentes alienigenas ſibi ſubiecerunt, vt habetur 2. Reg. 3. & ad idē ptinet quod ſubditur.* 5 Princeps prouin. *ſ. temporibus dictis.* F Diuiſio.

MORALITER.

† 1 *Qomodo ſe.ſo.ci.* Hic incipit lamētatio caſus Ieruſalē hiſtoricè, p q̄ ſignat̄ lamētatio caſus Ieruſ. allegoricè, q eſt militans eccleſia. Circa quod ſciendū, quod in his lamentationib. eadē ſententia frequēter repetit̄ ſub alijs verbis & aliqñ ſub eiſdē: ſicut & in canticis lætitiæ fieri ſolet. Itē ſciēdū, quod caſum Ieruſalē aliqñ dr̄ Deus feciſſe, quod eſt intelligendū permiſſiuè tm̄, quantum ad mala culpæ, quātū aūt ad mala pœnæ, pōt intelligi Deus feciſſe non ſolū permiſſiuè, ſed etiā actiuè, quia licet nō ſit autor mali culpæ, eſt tm̄ autor mali pœnæ, ſm ordinē ſuæ iuſtitiæ procedentis. Igitur circa Ieruſalē allegoricā, quæ eſt militans eccleſia ſciēdū, quòd declinauit multū a perfectione prima in platis & clericis, & etiā religioſis, & ſimiliter in principib. & laicis ſibi ſubiectis. Similiter tpibus modernis multū defecit in numero fideliū. Nā Aphrica tota, q aliqñ fuit Chriſtianis repleta, ſaltē p maiori parte, iā eſt ab infidelib. habitata & poſſeſſa. Græcia verò eſt ſchiſmatica facta. & tota terra ſancta a Sarracenis conculcata Dr̄ ēt quòd Armenia eſt eis ſubiecta de nouo, & nō ſolū qtū ad tributi redditionē. ſed ēt quantū ad legis Mahumeticę receptionē ſaltē p magna parte: qđ eſt materia magni doloris toti gēti Chriſtianæ De Chriſtianis aūt remanētib. licet plures ſint de eccleſ. numero, pauci tm̄ reſpectiuè ſūt numero: pp quod lamentādo dicendū eſt: *Qūo ſe.ſol.ciu.* i. eccleſia quæ dr̄ ciuitas: nā in ea debet eſſe ciuiū vnitas p concordiā charitatis, & nunc Deo permittēte & diabolo procurāte, facta eſt quaſi ſola reſpectu pteriti tēporis, & †diſſuta mutuis diſſenſionib. & guerris. 2 *Ple.po.* ſm numerū & meritū. ſ. tpe præteri. 3 *Facta eſt.* Nā ex abundāte malitia videt̄ Chriſtus eius ſpōſus eā in magna parte deſeruiſſe. 4 *Domina gen.* i. quæ deberet alijs gentib. dominari. † diſſoluta.

† *MORA-*

tatē redeat. vnde: *Plange quaſi virgo accincta ſacco ſup virū pubertatis tuæ.* vñ vox plāgentis ſequit. *Plorans plorauit in nocte.*

A

*Quomodo ſe. ſol. ciuitas plena.* Paſchaſ. Lachrymoſius plangēda eſt eccleſia culpis exigentibus, ſpōſi abſentia vidua-

Matt. 9.b

ta. *Quomodo ſe. ſol. ciu.* Dei & angelorum auxilio deſolata. Si n. ſpōſus cū ipſa eſſet, nō eſſet lugenda: Quia nō pñt filij ſpōſi lugere q̄diu cū illis eſt ſponſus, ſed gaudio gaudent pp voce ſpōſi. Cū

Iob 2.c

vero matrē. i. eccleſiā a vero ſpōſo viduatā ſenſerint, nō ſolū filios, ſed & omnes amicos flere cōuenit. vnde: Ieremias præ omnibus & p omnibus flebat, non ruinā ſaxorum ſed hominū. *Quomodo ſed. ſol. ciu.* Plorantis demonſtrat habitum. vnde & Iob in ſterquilinio ſediſſe perhibet, vt dolentis exprimeretur affectus, qui & ipſe dolens interpretatur. De hac captiuitate dicitur. *Sup flumina Babylonis illic ſedimus.* Qui ſcilicet, ſedere in throno regni & in ſummo vertice cœli ſtare noluimus, iure ſuper flumina tentationum ſedentes dolemus. vnde Iſa. *Deſcende, ſede in puluere filia Baby. ſede in terra, non eſt ſolium filiæ Chaldæorum:* ita Ieruſalem noſtra cum in cōfuſiōnem peccatorum venerit, non eſt ei ſolium dignitatis, ſed ſordidatur terrenis vitijs. vnde Ieremias plangit, quia non modo ſedet terrenis operibus ſordidata, ſed quia ſola & quaſi vidua. *Vidua*, quia pro turpitudinis fœditate à ſponſo dereli cta quaſi vidua. Non verè vidua: nam etſi a ſponſo ad tēpus deſpicitur, ſponſalitatis tamen iura retinentur, vt ſi redire per pœnitentiam voluerit, ſponſum recipiat cum ſatisfecerit: & tandem veſtem immortalitatis recipiat, quā reueſtita nullius tributo ſubiacebit. vnde Paulus: *Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis:*

B

Pſal. 136.a

Iſa. 47.a

Rom. 13.c.
Hiſtoricè.

a *Plorans plo.* Paſchaſ. &c. Quæ ſit quæ ploret, Beth litera oſtendit interpretationē, qua interpretatur domus, quę. ſ. cum Iacob in Aegyptū eſt ingreſſa, & domini clementia egreſſa, ſ'm illud Pſal. *In exitu Iſrael de Aegypto, &c.* Sed rurſus exigentibus peccatis in Babylonem captiuatur. vnde. *Plorans plo. in no.* quia in die nō datur eis requies, vt ſaltem

Gen. 46.a
Pſal. 113.a

C

ſuis conſolentur lachrymis, & ſerò oculos abluant quos prius ad idola leuabant. Et quod grauius eſt ex omnibus amicis eius prius blandientib. nō eſt, qui cōſoletur eā. *Lachrymæ eius in maxillis eius.* vt magis inter hoſtes ꝯfundant, & ſuis ſaturent opprobrijs. Propter idololatriā. n. populus in captiuitatē ductus durè ab hoſtib. affligebatur, ſed ſub Tito, & Veſpaſiano durius: quē diu patientia Dei ſuſtinuit, ſed impęnitēs irā ſibi in die furoris theſaurizauit.

*Plorans plorauit in nocte & lachrymæ:* Quartus locus conqueſtionis, per quem res turpes & humiles indignè patiētibus proferuntur, qui hic ſæpiſſimè frequentatur.

Moraliter.
Iob. 3.b

*Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in ma. &c.* Paſch. Anima. ſ. in peccatorum cæcitate, de qua dr̄: *Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna: ſed non plorat ſuo arbitrio, ſed miſerante domino.* Vnde in perſona dñi plangens propheta dicit. *Quomodo ſedet ſol. ciuitas.* Niſi. n. dñs miſericordia motus eam ſolā

Luc. 22.g

ſedere vidiſſet, ipſa ſe minimè ploraſſet. Reſpexit dñs Petrum, & fleuit amare. *Lachrymæ eius in ma. e.* Maxilla animæ conſcientia eſt. Vultus in maxillis formatur, cum vniuſ-

a¶ Quas tributarias fecerat. ¶ Eccleſiarū, vitiorum, ſenſuum b¶ In maioribus, in prælatis. c¶ Dæmonum. ¶ Chaldæorū. d¶ Domus Iacob. domus Dei.

ciarum facta eſt † ſub tributo. Beth, Plo- 1

a¶ Anima, eccleſia, populus Iſrael ¶ Intus. b¶ Exterius. c¶ Mundi aduerſitate. peccatorum cæcitate: ¶ Aliena a vera luce. Quia non licet in die.

a rans plorauit in nocte, & lachrymæ eius 2

a¶ Doctoribus quorum officio cibus animæ ad minores traijcitur. 3
¶ Prælatis, conſcientus. b¶ Dum eſt in nocte. 4

in maxillis eius. Non eſt qui conſoletur 5

b a¶ ſanctis, vel angelis, vel affectibus prauis ¶ Prophetis, ſacerdotibus, regibus. ¶ Prius blandientibus. b¶ Gentes eius amicitia coniunctæ ¶ Vel angeli. ¶ Virtutes. c¶ Qui & chari.

eam, ex omnibus † charis eius: omnes ami- †

c a¶ Quia Deus ſpreuit. b¶ Dum ſubtrahunt auxilium quaſi his quibus Deus offenſus eſt. Similiter eccleſia nonnunquam pro peccatis ſuis affligitur conſternatur, tam ab interioribus quam ab exterioribus inimicis.

ci eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt ei †

1.Cor.6.d. curent. Omnia omnibus factus ſum, vt omnes lucrifaciã: pro omnibus lugeo, pro omnib. vror. *Videte ergo ſi eſt do. ſi.ſi.do.m.* tẽdite ergo oculum mentis ad extremum iuditij diem. & videte. *Quoniam vindemiauit.* i. vindemiabit me dñs in die furoris ſui. de quo dr̃. *Domine ne in furore tu. Vt lo. eſt do. in die fur.* quando reddet vnicuique ſm opera ſua.
Pſal.6.a.

a *Mẽ,* Incẽdiũ tẽpli regaliũq; domorũ, & totius ciuitatis fugientiumq; oppreſſionem & deſolationem ſignificat.

Hiſtoricè. Iob.1.c. b *De e.mi.ig.* Paſchaſius.i. ſupernam vindictam de quo in Iob dicitur. Ignis Dei deſcendit de cęlo, &c. Ignem miſit, æreas ſ. poteſtates, quibus cruciandi Iudæos vſque hodie poteſtas eſt, in oſſibus meis, vt fortia.ſ. interius exteriuſque affligant: & ſic erudiantur qui Deum blandientẽ audire noluerant. vnde addit, & erudiuit me. *Expandit rete pedibus meis.* ne poſt voluptates & deſideria vana vſque ad finem vitæ irem: conuertit me re. per anguſtias & tribulationes. *Poſuit me deſolatam.* Deſolati ſunt Iudæi vſque in finem ſæculi & mœrore confecti.

Moraliter. *De excelſo.* Dum anima pro peccatis a domino corripitur, ad ſe rediens ſalubriter compungitur, & in oſſibus ſuis.i. cogitationum medullis a domino ignem veniſſe teſtatur, vnde diuinitus caſtigatur, & eruditur. Et quia ſẽtit doctrinæ Dei retia coram pedibus ſuis expanſa, conuertitur retrorſum, abſtinet ab illicitis: luxum voluptatis & concupiſcentiæ in lachrymas conuertit, tantò fortius mœrore confectum plangit, & præſentis vitæ conſolationem non recipit, quanto verius in eis per vana deſideria ſe conſiderans aberraſſe.

Allegoricè. *De ex.* Qui de Iudæis crediderunt, vel gentibus, & vna
C eccleſia facti ſunt, meritò dicunt de excelſo, de cœlo mi. ig.i. Spiritumſanctum, quo corroborantur fortia virtutum, & eruditur diuinitus eccleſia: ne vltra idolis ſeruiat, vel mundi delitias quærat. Quod ſignificat Mem litera, quæ interpretatur ex ipſis.ſ. donis Spiritusſancti, quib. gratulabunda ſe eruditam dicit eccleſia, vt caſtè amet, & caſtè timeat, & ex ipſis erubeſcit vitijs, quibus deſeruierat. *Expandit rete.* ſ. prædicationis, ne abeam poſt vanitates er-

vigilat in me. d. vñ Ieremias. *Virgam vigilantem ego video.* Cui dñs. *Vigilabo ego ſuper verbum meum, vt faciam illud.* N bis.n. torpentib. peccata latent, ſed in manu dñi vigilant dũ nos ad vindictam iuſtæ retributionis accuſant: vnde *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Conuolutę quaſi pondus ad premẽdum, & impoſito collo meo, p torque aurea, funiculo iniquitatis circũdata. vñ in Pro *Funibus peccatorum ſuorum quiſq; conſtringitur.* Data eſt er in manib. peccatorũ, nec poterat ſurgere donec intret nitudo gẽtiũ, q̃ ſignificat *Nun*, q̃ interpretať ſempitern Sempiternum.n. eſt illi iugũ eius, & captiuitas perpetu

*Vigilauit.* Iugum animæ vigilat in manu dñi, quæ ſe tijs & ſcelerib. ſubdit, niſi quotidie pœnitendo ponat coram oculis ſuis, vñ. *Peccatũ meum contra me eſt ſemper.* luit.n. Dauid vigilare, & peccata fletib. abluere, ne vigi ret iugum eorum in manu domini, vnde, *Auerte faciẽ a pecca.me* q.d. nolo, vt in manu tua vigilent, ſed vt ego tra peccata mea vigilem, & fletibus purgem, ne conuo tas iniquitates imponas collo meo, nec des me in ma de qua non potero ſurgere.

*Vigila.* Dum eccleſia tentationib quatitur, vigilat in nu dñi iugum iniquitatis eius, & hoſtib. tam viſibilib quàm inuiſibilib. ſubijcitur, amiſſis monilibus, quæ de rat ei in ornamentum ſponſus, vnde ingemiſcens ait, *uolutæ ſunt impoſitæ collo meo.* vnde Iſaias ait. *Quia filiæ Sion bulauerunt extento collo,* auferenda eſſe omnia ornamen & inter cætera torques & monilia. Torques in pect pendentes, intelligentiam mentis demonſtrant. Moni omnia ornamenta ſignificant, quib. amiſſis viri eccle ſtici muliebri affectu ambulant extento collo, & nutil oculorum loquuntur, plaudentes manibus & pedib vt compoſito gradu incedant ſecuri, gloriam ſectantes re ergo iugo iniquitatum premitur, quæ tantis virtut ornamentis ſpoliatur, vnde, conuolutæ iniquitates fu culo inſolubili plangentur, & impoſitæ collo eius, qu quædam membra ſuffocantur, ſicut Iudam laqueo ſe ſpendiſſe legimus, vnde addit.

e *Infirmata eſt virtus mea.* Quia impij in æternũ tradun teritũ, vbi vermis eorũ non morieť, & ignis eorũ non Sicut.n. ſuperior ſentẽtia quæ Mem intitulatur.i. ex ip

qu

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 De excel.mi.&c. *i. in templo, & regis fortalitio, & in cæteris, de quorũ fortitudine cõfidebat populus, ſicut oſſa ſũt robur corporis & omnia iſta fuerunt combuſta a Chaldæis vt dictum fuit ſup. 52*

2 Et erudiuit me. *quia vexatio dat intellectum. In Hebræo habetur.* Et ſeparauit me. *i. membratim lacerauit.*

3 Expan.re.pe.meis. *i. permiſit expandi. Et vocatur hic rete deceptio falſorum prophetarum quæ fuit populo cauſa ruinæ, vt frequenter dictum eſt ſuprà.*

4 Conuertit me re. *i. de ſtatu honorabili ad confuſibilem.*

5 Vigilauit iugũ iniquit.&c. in manus eius. *ſ. domini, vigilanter & ſolicitè induxit pœnam pro iniquitatib. meis, pro hoc in perſona eius dicitur in principio libri de deſtructione po loquens.* Vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illu

6 Conuolu.ſunt. *ſ. iniquitates meæ.*

7 Et impoſi.col.meo. *Sicut fardellus imponiť latroni deprẽ*

8 Infirmata eſt virtus mea, *Deo me deſerente.*

9 Dedit me dominus in manu. *ſ. Chaldæorum.*

10 De qua non potero ſurgere. *Virtute propria, ſed tan diuina.*

✻ Abſtu

## MORALITER.

† 1 *De excelſo miſit ignem.* ſ. vindictæ ſuæ.

† *In oſſibus meis.* i. in viris fortibus, qui non potuerunt ſe defendere ab infidelibus.

2 *Et erud.* qm̃ inflicta vexatio dat intellectũ, iõ ſubditur.

3 *Expandit re.* ſ. pęnitentię, vt vltrà non procedam ad malum, ſed reuertar ad bonum.

† *Poſuit me de.* per peccatorũ meorũ iugem recordati

5 *Vi.iu.* Hoc põt exponi de mortuis in peccato mor quorũ pęna grauis eſt & ꝯtinua, iõ iugũ vigilãs nomi

† *In manu eius.* ſ. iuſtitiæ.

6 *Cõuolu.ſunt & impo.col.m.* ſicut fardellus latroni depr

8 *Infirmata eſt virtus mea.* q̃a talis eſt extra merendi ſt

9 *Dedit me in manu, de qua.* Nã in inferno nulla eſt redẽp

† *Abſtuli*

A æ.ſ.dominus miſit de cœlo, conuertit eam ad peniten
m,ita ex iugo iniquitatum eius Nun, quod ſempiter-
m interpretatur,impegit in interitum:vt iuſto Dei iu
io ſecundum impœnitens cor ſuum ſempiternum
currat ſupplitium, non ꝙ eccleſia ad vitam prædeſti-

riens aduerſarij noſtri fortitudinem calcaret,atq; conte- D
reret. Hoc torcular calcauit dñs in paſſione ſua virgini
filiæ Iuda, vt credentibus præmia, incredulis & crucifigẽ
tibus perpetuæ captiuitatis, & dãnationis æternæ effun-
deret ſupplicia. Propheta ergo videns duritiam Iudæorũ

a ¶ Vnde, Non adijciat, vt reſurgat virgo filia Iſrael. b ¶ Adiutorium Dei quod omnino.ſ.ſublatum eſt c ¶ Irruentibus Romanis. d ¶ Reges, ſacerdotes, prophetas doctores, vel eccleſiæ, vel ſenſus.

qua non potero ſurgere. Samech. † Abſtulit omnes magni- 1

a ¶ Quartus locus conqueſtionis. ¶ Iuſto iuditio. ¶ Qui diu diſtulerat.

a ficos meos dominus de medio mei: vocauit aduerſum me 2

a ¶ Ideſt tempore accepto afflixit me. ¶ Vindictæ quæ non fit a Deo niſi in tempore, non punit ante peccatum, non coronat ante victoriam. b ¶ Principes, vel qui videbantur virtutibus eminentiores vel conatus mentis excellentes c ¶ Crucis, vnde: Torcular calcaui ſolus, &c.

† tempus, vt contereret electos meos. Torcular calcauit do- 3

† a ¶ Synagogæ, vel eccleſiæ quæ eſt filia ſynagogæ, vel animæ confitenti. b ¶ Fons vel oculus c ¶ Septimus indignationis locus: factum enim crudele & tyrannidem & violentiam hoſtium oſtendit. ¶ Vox ſynagogæ vel eccleſiæ vel prophetæ, vel animæ. d ¶ Alludit literæ, quæ oculus dicitur. ¶ Fontem lachrymarum.

b minus virgini filiæ Iuda. Ain. † Idcirco ego plorãs, & oculus 4

¶ Paracletus. a ¶ Ad bonum. 5

meus deducens aquã, quia longè factus eſt à me cõſolator, 6

¶ Vagantem & errantem. a ¶ Ad literam vel ad opera vel quos parit eccleſia quotidie. 7

† conuertens animã meam. Facti ſunt filij mei perditi, quõ † †

tam his tradatur
ſupplicijs, ſed quæ
membris ſuis acci-
dunt, imputat ſibi
& plangit. *Infirmata*
Sextus conque-
ſtionis locus, quòd
cum a domino bo
num expectaret, in
ſummas deciderit
miſerias.
*Abſtulit oẽs, &c.*
Pſcha. hęc plenius
in extrema captiui
tate acciderũt, qua
opprimere, nec pro
phetæ nec ſacerdo-
tes remanſerunt. In
captiuitate.n. Baby

deplorat ꝙ calca-
uerit dominus tor
cular filiæ Iuda.
Quòd.n. dominus
patiebatur ad ipſius
remedium, conuer
tit ſibi in tormentũ
extremæ captiuita
tis, & perpetuæ dã- † congrega-
nationis, vñ ipſius tionem.
ſynagogæ ploratis
inducit perſonam.
*Idcirco ego plorans, &c. Longe factus eſt à me conſolator conuertens, &c.* † Iere. 14. c.
Hoc ſæpe
probamus, ſi Iudæi
eam perfidiam, &
duritiã inſpiciam⁹. E

B lonica, Danielem, & Ezechielem, & multos conſolatores habuerunt: in hac autem omnes magnifici ablati sũt quod Samech ſignificat, quæ interpretatur adiutorium. Vnde Iſaias. *Auferam a Ieruſalem validum & fortem & omne robur panis, & omne robur aquæ, principem & quinquagenariũ, & prudentem eloquiy myſtici, &c.* Hinc ipſos angelos in portis Ieruſalẽ clamaſſe legimus. Transeamus ex his ſedibus.

*Abſtulit, &c.* Senſus virtutum.ſ. quos in ſe anima ſentit captiuos: vnde dominus contra eam tempus vindictæ ad ducit, cùm diuinum adiutoriũ adducit, quo oblato inimicus in confuſionem erroris captiuam ducit, & dum prædicatorum doctrinam obliuiſci facit, electos mentis conatus conterit, vt eam virtutibus ſpoliatam facilius quaſi in terra aliena poſſideat, ne per recordationẽ ſani dogmatis & meliorationẽ vitæ ad priſtinum redeat ſtatũ

*Abſtulit:* Spiritualis Ieruſalem quoties tribulationibus patitur, quoties perſecutionibus agitatur, vel hæreticorum hoſtibus impugnatur, meritò plangit dicens. *Abſtulit dominus omnes, &c.* Sæpe.n. in toto orbe pauci remanſere magnifici, qui ſana doctrina defenderent cauſam fidei. *Vocauit aduerſum me tempus.* peccatis exigentibus. Tempus vindictæ adducit dominus, vt conterat electos eius: quia non eſt qui defendat, vel mutũ ponat ſe pro domo Iſrael.

*Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda.* ✠ Theodor. Per ſæpè diuina ſcriptura comparat ſupplicium grauiſſimũ cum torculari, eo quod in torcularib. omnes vuæ cõ terantur, ita vt ne acinus quidem vnus, vt plurimum, effugiat. C

Hieronymus. Iuxta ſcripturæ ſanctæ conſuetudinem interdum pro vltione ac ſupplicijs ponitur peccatorum. Interdum in congregatione nouorum fructuum pro pœnis ponitur atq; tormentis, vt Hieremias in præſenti lamentatione plangens euerſionem Ieruſalem loquitur.

Paſchaſius. Torcular vltionem ſignificat, & peccatorũ ſupplitia, vnde Iſaias, *Quare rubrum eſt indumentum, &c.* Angelis quærentibus dominũ reſpondiſſe inducit, *Torc. calc. ſolus, &c.* illud, ſcilicet, quo malis ſupplicia, bonis præmia calcantur. Hoc ſolus dominus calcauit, quia nullum adiutorem habuit, neque enim Angelus neque Archangelus corpus humanum aſſumpſit, vt pro nobis moriens

Metaphor. autem dicitur. *Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda.* Metaphoricos vineam ſuam de Aegypto dominus eduxit, & in terram promiſſionis plantauit, quæ diu ſterilis & infructuoſa permanſit ſecundum illud, *Expectauit vt faceret vuas, & fecit labruſcas.* Ideo dominus torcular calcauit, vinum ſibi reſeruauit, acinum peccatorũ perpetua captiuitate preſſit. Iſa. 5. a.

Moraliter.

*Torcular calcauit dominus.* Sterili animæ virtutibus, & operibus vacuæ dominus torcular calcat, quando eã qua ſi ſterilem, & otioſam affligit pœna condigna, vnde ait, *Idci. ego plo.* quia ſentit ſe amiſiſſe conſolatorem, & impœnitentem ruere, vbi erit fletus & ſtridor dentium, vnde ingens animæ fletus deſcribitur, vt ſibi ſciat poſt huius mũdi vanam lætitiam omnem conſolationem defuturam. Ibi filij perdentur, quia fructus malorum operum diſſipabitur, & ſolus inualeſcet inimicus.

Allegor. *Tor. calcauit.* Quando.ſ. eccleſiæ per paſſionem ſuam aereas poteſtates ſubiecit. Ipſa verò verè eſt virgo filia Iuda, quia de *Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalem,* cui calcauit dominus torcular.i. oppreſſionis iugum, vt eſſet libera. Sed quia calcante domino multa fuerat amurca, idcirco deplorans propheta, inquit, *Oculus meus deducens aquas.* & ideo Ain interponitur, quod fons vel oculus interpretatur. Cum.n. prælum crucis preſſit, de Chriſti latere fons emanauit, vnde, *Et continuo exiuit ſanguis & aqua.* Hoc fonte emitur & lauatur ſponſa ſponſi complexibus ſocianda. Hoc dotatur vt gaudeat, vt ſponſo ſoli inhæreat, ſolum diligat, qui ſe tantum dilexit. Et quia Ain etiam oculus interpretatur, non immerito de hoc fonte oculus inebriatus aquam deducit lachrymarum, vnde. *Exitus aquarum dedux. &c.* Iſa 2. a. Io. 19. f. Pſal. 118. F

*Longè factus eſt conſolator.* Quoties eccleſia tribulationib. afficitur, quoties deſolatur auxilio Dei, ad lachrymas quaſi ad aſſueta arma recurrit, dũ aũt doctore exterius monẽte nõ adeſt paracletus, qui eã inſtruat, & erudiat interius, ꝓpea fiunt filij eius perditi, & inualeſcit inimicus. Quiſquis ergo doctorũ eccleſiã ſibi cõmiſſam minus cõuerti viderit, de fonte amoris hauriat, vñ lachrymas ꝓducat, donec cõſolatorem & conuertentem paracletũ reducat, alioquin inualeſcente inimico fiunt filij eius perditi, qui.ſ. nondũ ablactati, nondum in virum perfectum ſunt producti.

☞ Ex-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Abſtulit omnes magnificos meos. *regem & principes, prophetas & ſacerdotes.*

2 Vocauit ad me tempus. *ſ. afflictionis & deſtructionis.*

3 Torcular calcauit dñs. *quia ſicut in torculari de vuis exprimitur vinum, ſic in deſtructione Ieruſalem fuit effuſus ſanguis Iudæorum.*

4 Idcirco ego. *in quo notatur fletus, & doloris abundantia.*

5 Quia lon. fa. *i. ipſe Deus retrahens a me conſolationem ſuam licet ſit vbique per potentiam, eſſentiam, & præſentiam.*

6 Facti ſunt filij mei. *i. habitatores Ieruſalem.*

7 Perditi. *fame, mortalitate, & gladio.*

✠ Expan-

M O R A L I T E R.

† 1 *Abſtulit omnes mag. me.* ideſt, fideles deuotos, quorum preces non valent damnatis, propter quod ablati dicuntur ab eis.

2 *Vocauit aduer. me tempus.* in quo malè operatus ſum, cũ tamen mihi datum fuiſſet ad bene operandum.

† *Vt contereret electos me.* i. ſpeciales ſocios, vt ſocij ſint in pena ſicut in culpa.

3 *Torcular calcauit dominus.* i. locum perfectę depreſſionis ſicut ſanctis præparauit locum exaltationis.

4 *Idcirco ego deplorans.* nam ibi eſt fletus & ſtridor dentiũ Matth. 8. b.

5 *Quia longè factus eſt a me conſolator. con. a. meam.* ſ. ad bonũ nam pœnitentia fructuoſa non habet ibi locum.

† *Facti ſunt filij mei perditi.* i. imitatores mei.

† *Quoniam inualuit inimicus.* In conflictu mortis.

a *Expandit Sion.* Paſch. Dolorem ſignificat quaſi parturiẽtes, vñ alibi, *Sicut expandit natans ad natandũ manus ſuas, ſic & Siõ inter anguſtias. Et anguſtia,* ait, *poſſedit me, ſicut anguſtia parturientis.* Anguſtia eſt quidem cordis, quæ in expãſione manuum exprimitur, pluſquàm in exclamatione oris. vnde Phe præſcribitur quæ oris interpretatur, quia dum Sion manus ſuas expandit inter anguſtias, ſignificat ꝙ ore nõ valet exprimere ꝙ patitur in corde, cũ ſit ſine conſolatore, vnde. *Recedite a me, amare flebo, nolite incumbere, vt conſolemini me, &c.*

Pſal. 40. b.
Iſa. 25. d.
Ibidem. 21. a.

†Percuſſit cõploſit ſ. more lugentium.

✱ Theodoretus. Illæ enim quæ lugent conſueuerunt & extendere & cõtrahere manus ſuas. Dicit itaq; illã admittere non poſſe conſolationem, præcipuè cùm permiſerit dominus hoſtibus impetum facere in eam, & cõſecratam polluere.

a ¶Chaldæus, vel Romanus, diabolus. b ¶Oris. c ¶Quartus locus conqueſtionis.
¶Quaſi parturiens, vel quod non valet ore, ſignificet manuum expanſione.
d ¶Terrena, vel eccleſia, vel anima. e ¶Amiſſo vero conſolatore. 1
a inualuit inimicus. Phe. † Expandit Sion manus ſuas, non †
a ¶Animam. b ¶Iuſte diſſipando, aliàs diſpenſando. 2
c ¶Animam, quæ debet vitia ſupplantare. ¶Solo nomine gloriantem.
b eſt qui conſoletur eam. Mandauit dñs aduerſũ Iacob, in cir 3
a ¶Chaldæos, vel Romanos. b ¶Vana gloria, dum nobis attribuimus bona, & ipſa vanitate ſicut menſtruis quicquid tangimus, polluimus.
cumitu eius hoſtes eius. Facta eſt Ieruſalẽ quaſi polluta mẽ 4
a ¶Iuſtitiæ b ¶Deprecatio ¶Quaſi, iuſta ſententia ore domini contra me prolata.
¶In omnibus vijs ſuis c ¶Verbum patris, vel prædicatores, vel prophetas, vel præſentiam.
c ſtruis inter eos. Sade. Iuſtus eſt dominus, quia os eius ad ira
a ¶Peccando. b ¶Aure cordis. c ¶Non tranſeuntes per viam, vt ſuprà.
d ¶Diligenter conſiderate. 5
cũdiã prouocaui. Audite obſecro vniuerſi populi, & videte 6
a ¶Octauus locus indignationis ¶Cauſæ intentiones. b ¶Fortes. c ¶Babylonis. 7
¶Virgines enim nec alium lædere, nec ſe defendere poſſunt. 8
dolorẽ meũ. Virgines meę, & iuuenes mei abierũt in capti †

pugnatur, vnde. *Væ prægnantibus, & nutrientibus in die illa.*
c *Iuſtus eſt dominus* Paſcha. Sade quæ præponitur, & iuſtitiæ interpretatur, ſignificat quod iuſtitiæ domini rectè quod bene his verbis oſtenditur, *Iuſtus eſt dominus, &c. quia os eius ad iracundiam pr.* q.d. oris eius iudicium iuſtè pertulit, vnde confiteri quia iuſtus eſt dominus non diſtuli. Et notãdum, quod ſuprà tranſeuntes per viã quaſi pauciores, nunc Ieruſalem vel propheta ad cõſiderandum dolorẽ ſuum omnes communiter inuitat, vt eorum ſit vna paſſio, quorum vna eſt naturæ conditio. Superius .n. virgines ſqualidas, & paruulos luget captiuos, nunc etiam robuſtiores iuuenes & captiuatas virgines, & quantò malum cumulatur, tantò luctus multiplicatur. *Audite obſc. vniuerſi populi, & vide. dolorem meum.* Magno .n. intuitu & acuta conſideratione hæc diſcernuntur.

B

b *Mandauit dominus aduerſum Iacob.* i. iuſto Dei iuditio & Chaldæi & Romani adducti ſunt, non .n. conſurgit gens aduerſus gentem, niſi præcipiente domino. *Quaſi polluta menſtruis.* Sicut abominabilis eſt mulier dum menſtrua patitur, ſic Iudæi vbique terrarum habentur.

Iſa. 22. a.

Moraliter.

*Expandit.* Anima quæ fuerat ſpeculum Dei & vitiorũ ſupplantatrix, cùm propter iniquitatem traditur ſpiritualibus nequitijs, fruſtra quærit conſolatorem extrinſecus quæ ſpiritualem conſolationem perdit intrinſecus. Meritò ergo mandauit dominus aduerſum Iacob, &c. i. contra animam quondam vitia ſupplantantem, nunc ſolo nomine gloriantem. Vnde in circumitu ſpirituales hoſtes obſident eam, ne poſſit effugere, quæ ſæpe videns ſe vallatam, expandit manus ſuas inter cogitationum anguſtias, nec eſt ei vox oris, nec vlla excuſatio ſermonis, quia menſtruis polluta. i. cruentis operibus maculata a quib. ſine conſolatore nunquam liberabitur, cùm et propheta teſtetur, ꝙ omnes iuſtitiæ noſtræ quas nobis aſcribimus, ſic ſunt coram eo, quaſi pannus menſtruatæ.

C

Iſa. 64. c.
Allegoricè.

*Expandit Sion.* Quoties eccleſia hæreticorum vallatur exercitu, dominus aduerſus Iacob, eccleſiam. ſ. quæ debet vitia ſupplantare, contra eam mandat inimicorum exercitus, quia Spiritumſanctum conſolatorem & doctorem amiſit, ſine quo nullus ad fidem eruditur, nullus a vitijs releuatur. Ideo expãdit manus ſuas inter dolores & preſſuras, nec eſt ei vlla vox oris digna, qua poſſit hoſtium dogmata vincere, & ſua defendere, vnde ſæpe fit polluta fœditate carnalium operum, & ſanguine carnalium deſideriorum inter hoſtes, quib. interius & exterius impugna-

*Iuſtus eſt dominus.* Anima quæ ex oris iuditio caſtigatur merito confitetur, quia iuſtus eſt dominus, quia prauis deſiderijs os domini ad iracundiam prouocauit, vt dum contra ſe proferat ſententiam, quia iuſtus eſt dominus in omnibus vijs ſuis. Vnde confuſione ſua perfuſa non audet oculum ad irratum iudicem leuare, ſed vniuerſos inuitat, vt videant & audiant dolorem ſuum. Talis quippe eſt humanæ naturæ affectus, vt doloris noſtri & gaudij conſortes quæramus, quorum participatione facilius feramus, vnde. *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quam per.* Quærit ergo anima multiplices interceſſores quia ad iudicem quem offendit, etiam oculos leuare metuit. *Virgines meæ & iuuenes mei abierunt.* tunc. ſ. cum mundanas cogitationes & affectus robuſtiores quaſi ſoboli & ſpem vteri ſui deperire hoſte vaſtante cernit, & ſpem futuræ generationis amittit.

*Iuſtus eſt dominus.* Paſchaſius. Eccleſia quæ ſuperius oris iuditium pertulit, quæ os domini in ſcripturis ſanctis ad iracundiam prouocauit, didicit confiteri, *Iuſtus eſt dominus.* Nihil .n. ſine cauſa fit ſuper terram, & in magna Dei republica nihil ſine prouidentia Dei fit, quia os eius ad iracundiam prouo. non quod humana membra habeat Deus, ſed ſicut tropicè aſcribuntur ei humani affectus ita & membra. Per os verbum de ore patris progenitum ſignificatur, ac ſi dicat flagitijs meis iuſtum iudicem prouocaui, & natura clementem compuli contra me dure ferre ſententiam. *Audite obſe. vni. populi.* Calamitatẽ ſuam multiplicẽ & inæſtimabilẽ penſat, vnde ad condolendum omnes

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Expandit Sion manus ſuas. *Loquitur de Sion ſicut de perſona miſera & abiecta, quæ expandit manus ſuas omni tranſeunti, quærendo ſuffragium, & non inuenit.*
2 Mandauit dominus aduerſum Iacob. *i. populum Iſrael*
3 In circumitu eius. *Quia populi qui habitabant in circumitu Iudææ, venerunt cum Chaldæis ad deſtructionem Ieruſalem.*
4 Facta eſt Ieruſalem. *i. eis abominabilis.*
5 Iuſtus eſt dominus. *Hic Ieremias in perſona Ieruſalem confitetur diuinam iuſtitiam in deſtructione Ieruſalem propter diuinam offenſam, dicens.* Iuſtus eſt dominus. *in mea punitione.*
6 Quia os eius ad iracundiam prouocaui. *tranſgrediendo legem ex ore ipſius datam, Exod. 20.*
7 Audite obſecro, vniuerſi populi. *confeſſionem peccati m[ei]*
8 Et videte dolorem meum. *non ſolùm de pœna mihi illa[ta], ſed etiam de diuina offenſa: de qua plus dolebat Ieremias & alij [iu]ſti, quàm de pœna.*

✱ Vocaui

## MORALITER.

† 1 *Expandit Sion manus ſuas.* Hoc exponi poteſt de amiſſione regni Ieroſolymitani. In Sion namq; fuit fortalitium Ieruſalem, quæ metropolis eſt in regno Iudeę: propter ꝙ per Sion poteſt intelligi terra ſancta, cuius habitatores Chriſtiani frequenter petierunt auxilium ab alijs Chriſtianis, ideo dr. *Expandit Sion manus ſuas,* petens auxilium.
† *Non eſt qui conſoletur eam.* quia non fuit eis exhibitum propter quod ab inimicis circumſtantibus ſecutum eſt terrę totius excidium, ideo ſubditur.
2 *Mandauit dominus in circumitu eius,* idest, mandari permiſit per Soldanum.
4 *Facta eſt Ieruſalem quaſi polluta menſtrui inter eos.* quia [...]catur per Saracenos. Quia tamen hoc ex diuina iuſti[tia] permittitur ex peccatis populi Chriſtiani, ſubditur.
5 *Iuſtus eſt dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui.* quoniam ſubtractum videtur ab illa terra diuinum [ſub]ſidium & humanum, exclamat dicens.
7 *Audite obſecro vniuerſi populi, & videte dolorem meum.* ſubditur cauſa cùm dicitur.
† *Virgines meæ & iuuenes mei abierunt.* In captione .n. Ie[ru]ſalem & Achon contigerunt illa mala.

† Vocaui

anes inuitat, vt multorũ compaſſione anxietas leuior
A ſt. Virgines: de quibus dicitur: *Deſpondi vos vni. &c. Iune-*
*n*: quos in fonte baptiſmi regenerat mater eccleſia. Hi
cm aut hæretica prauitate corrumpuntur, aut vitijs cõ-
ſprantur, non loco ſed mente in Babylonem, i. confu-
ſnẽ captiuantur.

cruciatus flectat ad miſericordiam pudor ad veniã. *Con-* D
*turbatus eſt venter meus.* quaſi parturientis plena ſum, non
ex parte ſe tactam, ſed amaritudine doloris & mœroris
plenam ſe ſignificat. Subuerſum eſt cor meum pondere
tribulationis. Gladius perſecutoris foris interficit me, &
domi mors ſimilis eſt pro amaritudine tribulationis.

a ¶Vocatio. b ¶Aegyptios vel hæreticos vel affectus carnis. c Aegypt. vane auxiliatur. ¶Quartus locus conqueſtionis.

a uitatem. Coph. Vocaui amicos meos & ipſi deceperunt 1 2

a ¶Regale ſacerdotium. b ¶Maturitas conſilij. c ¶Ieruſalem, vel anima, vel eccleſia, vel mente.

me. Sacerdotes mei & ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt: 3 4

a ¶Lucra terrena. vel vana deſideria. b ¶Animaliter. c ¶Caput, ſiue mentis.

quia quæſierũt cibum ſibi, vt refocillarẽt animas ſuas. Res. 5

¶Mens.

Vide dñe, quoniam tribulor: †conturbatus eſt venter meus. 6

b Subuerſum eſt cor meũ, in memetipſa, qm̃ † amaritudine ple 7 8

a ¶Perſecutorum. b ¶In mente. c ¶Suggeſtionem. d ¶Ideſt, dentium vel prædicatorum, vel cogitationum.

na ſum. Foris interficit gladius: & domi mors ſimilis eſt. Sin. 9 10 11

*Qui enim adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea.* Inde tantus luctus tantusq; dolor cumulatur, vt vix ab vniuerſis vel videri vel intelligi credatur.

a *Vocaui amicos.* Vndecimus locus indignationis. Ab his factum eſt, qui ſilij facerent, debent prohibere.

Paſchaſius. *Vocaui amic.* Coph, vocatio interpretatur. vnde continuò ſub-
B iunxit: *Vocaui amicos meos Aegyptios.* quorum Iudæi freti
ſunt amicitia & auxilio. Sed ipſi deceperunt me: quia in
tempore primæ & vltimæ captiuitatis nullum auxilium
præbuerunt. vnde Iſaias: *Erit terra Iuda Aegypto in die vaſti
tas eorum in formidine, &c.* Iure autẽ decepti ſunt, qui magis
in Aegypto, quam in Deo ſperauerũt. Sacerdotes mei
& ſenes, &c. hęc ſub Romanis accidiſſe nulli dubium eſt.

*Vocaui amicos meos.* Dulces carnis affectus, ſed & ipſi animam ſibi intentam decipiunt. Et quia in ea regale perijt
ſacerdotium & ſenile maturitatis conſilium, vanis illecta
deſiderijs laborat ad refocillandam concupiſcentiam car
ni. Aegyptus vane auxiliatur. Quia mundus tranſit &
concupiſcentia eius qui eſt baculus arundineus, qui ſu-
per ſe nitenti perforat manus.

*Vocaui amicos meos.* Eccleſia ſæpè amicos vocat quos in
fide ſocios putat, ſed ipſi decipiunt qui fidem corrũpunt,
aut intus latendo, aut in hæreſim apertam prorumpen-
do. Mali quoque catholici in poteſtatibus conſtituti in
quibus eccleſia ſæpè confidit quaſi amicis, ſæpè decipiũt
eam: quodque peius eſt, tunc crudelius ſæuiunt, cum ſa-
cerdotes & ſenes fame verbi Dei conſumpti ſunt, qui ſe-
C quentes lucra carnalis vitæ, magis quærunt cibum ani-
malis vitæ, quam cęleſtem de Salomonis ferculo vel euã
gelico prandio, vel ſapientiæ conuiuio ad quod omnium
vocatio in Coph litera deſignatur.

b *Vide domine.* Quintuſdecimus conqueſtionis locus
vel potius quintus: quia ſingula exponit iudici incommo
da, vt quaſi res ipſas videat, & non modo audiat, & ad mi
ſericordiam deſcendat.

*Vide domine quoniam.* Paſcha. Aliqñ Ieruſalem pudore
confunditur: aliqñ de Miſericordia pręſumens ſubleua-
tur. vnde ait: *Vide domine quoniam tribulor.* vt pium iudicem
cru-

Moraliter. Anima dolorib. varijs vexata ventrẽ, i. mẽtem turbatã gemit. vñ: *Lucerna domini ſpiraculum hominis: quæ inueſtigat omnia ſecreta ventris.* i. mentis. Bene eſt ergo capitis iſte gemitus, mens. n. in capite ſignificatur. Vnde alibi Ieremias ait: *Ventrem meum doleo, ven. me. do.* & exponens adiunxit: *Senſus cordis mei turbati ſunt.* Venter. n. mentem ſignificat, quia ſicut E
in ventre cibi concipiuntur & proles, ſic in mente cogita
tiones. Fidelis enim anima tentationibus fatigata, intus
& foris tentationibus attritam ſe deplorat, foris perſecu-
tionibus, intus doloribus. Cum enim flagellis exterius at-
terimur, intus carnis ſuggeſtionibus fatigamur. vnde ad-
dit: *Foris interficit gladius, & domi mors ſimilis eſt.* pro amaritu
dine tribulationis.

Prou. 20. b. — † procaciter rebellis fui. — Ierem. 4. c.

*Vide do.* Res, capitis interpretatur. Conturbatio enim Allegoricè
ventris vel ſubuerſio cordis eſt gemitus mẽtis, quę in ca-
pite deſignatur. Iure ergo conturbatio capitis dicitur, dũ
eccleſia ſuorum caſibus amaritudine repletur, quæ dolo-
rem & tribulationem ſuam quotidie clementiſſimo ex-
ponit iudici. Venter omnium eſcarum receptaculum eſt,
in quo excoquuntur. Per quem iſti intelliguntur, qui pa
nem qui de cœlo deſcendit, intus ruminare & recondere
non omittunt, ſicut munda animalia hunc cibum reci-
piunt per fidem, decoquunt per charitatẽ & legis Dei me
ditationem. vnde Iſaias: *A timore tuo domine concipimus &* Iſa. 26. c.
*peperimus ſpiritum ſalutis.* Hunc ventrem eccleſia conturba
tum lamentatur, cum varijs tẽtationib. alliditur, & intus F
atq; foris grauatur. Subuerſum eſt cor meum: quia. ſ. ſu-
per cor ſuũ non poſuit Dei ſignaculum. vnde: *Pone me vt* Can. 8. b.
*ſignaculum ſuper cor tuũ.* Si. n. ſignata fuiſſet, hoſtis eã nõ ſub-
uertiſſet. Ferit ergo foris gladio pſecutorũ, intus doctrina
hęreticorũ aut improbitate morũ, quę felle amariora sũt.

* Gregorius. Foris gladius interficit, cum nos exterius Lib. 4. moral.
feriens vindicta configit. Sed domi mors ſimilis eſt, quia c. 24.
& flagella quidem ſuſtinuit, & tamen intus conſcientia a
tentationis ſordibus munda non eſt. Hinc Dauid ait,
*Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & angelus domini affli-
gens eos.*

*Audierunt*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vocaui amicos meos. *i. Aegyptios mihi confœderatos.*
2 Et ipſi deceperunt me. *quia rebellaui Chaldæis ex eorum confidentia, et ipſi non tulerunt mihi auxilium in mea miſericordia.*
3 Sacerdotes mei & ſenes mei. *i. iudices ordinarij.*
4 In vrbe. *ſcilicet Ieruſalem.*
5 Conſumpti ſunt. *ſ. fame, & multò plus alij qui non habebant in tanta authoritate.*
6 Vide domine quoniam tribulor. *in mente.*

7 Con-

7 Conturbatus eſt venter meus, &c. *ex redundantia mentis ad corpus.*
8 Subuerſum eſt cor meum. *i. ſenſus meus abſorptus eſt præ nimio dolore.*
9 Foris interficit gladius. *Et loquitur pro tempore obſidionis, quo interficiebantur omnes qui extra Ieruſalem inueniebantur.*
10 Et domi. *ideſt, intra ciuitatem.*
11 Mors ſimilis eſt. *quia aliqui moriebantur fame, aliqui gladio, & aliqui lapidibus proiectis per machinas ab extra.*

* Audie-

MORALITER.

1 *Vocaui amicos meos Aegy.* ideſt, alios Chriſtianos.
2 *Et ipſi de. me.* nam ex auxilij permiſſione Saraceni grauius egerunt erga me.
3 *Sacerdo.* i. illi qui fuerunt obſeſſi. Et quoniam hæc eſt materia doloris, exclamat dicens.
6 *Vide do.* Et ſubditur cauſa cum dicitur.
7 *Contur. eſt ven. me.* Venter eccleſię ſunt prælati & alij diuites in eccleſia Dei, quia ſicut venter recipit cibum pro ſe & pro alijs membris, nam inde mittitur ad membra cætera nutrimentum, ſic ipſis data ſunt bona temporalia pro ſe pauperibus qui ſunt eccleſię membra, ſed iſte venter conturbatus eſt torſionibus: nam illa bona retorquẽt ad ſumptus pomपaticos faciendum, vel ad amicos ſuos carnales indebitè promouendum.
8 *Subuer. eſt cor.* Cor illud poſſunt dici religioſi, quia ſicut cor eſt latum ſuperius & ſtrictum inferius, ſic religioſi debent per amorem cœleſtium ſuperius dilatari & inferius circa terrenorum appetitum quantum bono modo fieri poteſt, reſtringi, dicentes cum Paulo in epiſt. 1. Timoth. 6. b. *Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus.* Sed cor illud eſt ſubuerſum, quia multi ſunt circa diuina multum reſtricti, & circa curam temporalium dilatati. Bern. ſuper Miſſus eſt: Videas pleroſque poſt aggreſſam Chriſti militiam rurſus ſęcularibus implicari negotijs, rurſus cupiditatib. terrenis immergi cum magna cura erigere muros & negligere mores, ſub prętextu quoque communis vtilitatis uerba vendere, diuitibus & matronis ſalutationes: ex quibus ſequitur bene conſiderantibus amaritudinis plenitudo, propter quod ſubditur.
9 *Foris interfi. gla.* ſ. infidelium ab extra Chriſtianos perſequentium.
10 *Et do. mors.* i. intra eccleſiã per guerras Chriſtianorũ.

† Audie-

a *Audierunt*. Secundus locus indignationis: Oſtendit
A enim ad quem res iſta præcipuè pertineat idest, ad ipſum Deum: quem hoſtes in ſuis deſpiciunt, vnde ingrediatur omne malum, &c.

Hiſtoricè. *Audierunt*. Paſcha. Gentes Ieruſalem circumfuſas captiuitatib. eius inſultaſſe, nō eſt qui ambigat. Deſtitutā.n. Dei auxilio gaudebant, cui inter tot procellas reſiſtenti inuidebāt. Quoniā tu feciſti, Dei iudicio imputat, a quo oīa ordinari non ignorat. *Adduxiſti diem cōſolationis*. Verba prophetæ ſunt, qui cōſolationem futurā (quia certiſſimè prępuidit) quaſi præteritam annuntiauit in conſolationem captiuati populi. Rhetoricorum more loquitur, qui ſibi iudicē conciliant, & in aduerſarios incitant.

† Adduxiſti diem quem uocaſti.

† fac eis ſicut feciſti mihi.

a ¶Inimici. b ¶Abſente ſponſo. c ¶Fugato ſpiritu.
a Audierunt quia ingemiſco ego: & non eſt qui conſoletur 1
a ¶Dæmones, vel hæretici vel mali catholici. ¶ [illegible] 2
me. Omnes inimici mei audierunt malum meũ: lętati ſunt, 3
a ¶Iuſto iudicio permiſiſti. b ¶Ideſt, adduces. 4
c ¶Iudicii. d ¶Mei non illorum. 5
quoniam tu feciſti. † Adduxiſti diem conſolationis, & fient 6
a ¶Captiuitatis aſflicti. b ¶Signa. c ¶Quod videris neſcire. 7
b ſimiles mei. Tau. Ingrediatur omne malum eorum coram 8
¶Futuris bonis. a ¶Præſentibus b ¶Per eos. †
te: & † vindemia eos, ſicut vindemiaſti me propter iniqui- 9
a ¶Iuſte ſcilicet b ¶Quia multi exceſſus. 10
tates meas. Multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

B

Moraliter. *Audierunt*. Deplorat anima, quando audierunt inimici mala quæ tolerat, non eſt qui conſoletur eam. Anxiatæ animæ doloris eſt augmentum, quia in quo ſperat, differt auxilium. Hoc quoque ineffabiliter dolet, ꝙ irrident hoſtes inuiſibiles qui prius blandiebantur. Conſcientia autē grauius inſultando accuſat, & vitia, quæ prius uidebantur dulcia, pateſcunt amara, quæ autem antè uidebantur amici qui debuerant compati, ſi forte nr̄a ſcelera ſciunt, irrident quaſi inimici. vnde Dauid: *Qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in vnum*. Sed habet anima dentes, ideſt, virtutes, cogitationes, quæ proſpera & aduerſa norunt diuidere, & conſolantem ſpiritum requirere, & in Dei miſericordia ſperare, vnde addit: *Adduxiſti diem conſola*. Scit enim fortis anima poſt anguſtias pœnitentibus ueniam dari, & inſultantibus ſupplicia retribui.

Pſal. 70. b.

Allegoricè. *Audierunt*. Deplorat eccleſia ſua & ſuorum mala: vnde præponitur Sin litera, quæ dentium ſonat. Hic eſt dentiū fletus, de quibus in Canticis legitur: *Dētes tui ſunt greges tonſarum, &c.* Hi ſunt qui non lacte infantiæ indigent, ſed mā ducant ſolidum panem. vnde Petro dictum eſt, *Macta & manduca*. Q. d. Non ſolum panem tibi ad manducandum præpoſui, ſed & reptilia. Tales enim doctrinæ acumine ſciunt vitiū mactare & reptilia in corpus Chriſti traijcere. Dentium autem diuerſum eſt officium. Alij diuidunt, alij minuunt, alij voces formant. Sic dentes myſtici. Alij ſunt vt greges tonſarum, qui vetuſtate ſpoliati, fœtib. ſuis lac doctrinæ & indumenta virtutum miniſtrant. Alij la-
C cte candidiores, pulchritudine officij ſui decorati ad ſubtilitatem ſummam verbum miniſtrant. vnde Apoſtolus. *Perfectorum eſt ſolidus cibus, qui excitatos habent ſenſus*: *Audierūt quia ingemiſco*. Audiunt inimici ſponſam plorantem, quæ ſentit ſponſum abſentem, qui etſi ſemper adeſt per maieſtatem, patitur tamen ſponſam tentationibus concuti, vt ſemper ſolicita ſit & timida, ne corruptoris ſuggeſtionem ſuſcipiat. *Audierunt quia ingemiſco ego*. ꝙ ſemper optauerunt, quod nunquam ſuſpicati ſunt. *Non eſt qui conſ. me*. quia in libro Sapientiæ, *Spiritus diſciplinæ effugiet fictum*, & quotidie multiplicatur malum meum. Dęmones ſunt eccl'e inimici & hęretici & falſi Chiſtiani. *Quo. tu feciſti, etc.* Vnde: *Ego dominus faciens pacem & creans malum*. ideſt, iuſto iuditio permittens. Adduxiſti in diem cōſolationis: hoc magis eccleſiæ cōgruit, quia poſt vltimam captiuitatem nulla conſolatio reſtat Iudæis, in die iudicij reddet dominus conſolationem bonis, & ſupplicia malis.

Can. 4. b.

Act. 10. b.

Heb. 5. d.

Sap. 1.

Eſa. 25.

b *Ingrediatur malum*. Paſchaſius. Tau, ſigna interpretatu[r] pluraliter, quia hoc ſigno monſtratur illud ad quod mu[l]ta ſignificantia referuntur. vnde i[n] Ezechiele. *Signa Ta[u] in frontibus virorum gementium, &c.* In ho[c] crux Chriſti ſigna[tur] ſicut ipſius figura teſtatur, & ſicu[t] apud Græcos, ω, v[l]tima eſt litera, [ſic] apud Heb. Tau. V[n]de dominus ai[t]: *Ego ſum alpha & ω [in]itium & finis*. Simi[li]ter ergo Tau ſign[i]ficat crucem qua frontes ſignantur, ne ab interfectori[bus] interficiantur. Tau namque ſignum crucis eſt, imò pen[e] ipſa crux. In frontibus dolentium poſitum eſt, ſed tun[c] erat ſignum futuræ crucis, nunc ipſa crux. Prętereа Ta[u] finis eſt Hebraicarum literarum, quę totidem ſunt qu[ot] libri ve. te. quorum ipſa ſigna ſunt. Sicut enim Tau eſt [fi]nis omnium elementorum, ſic eorum librorum c[ru]x Chriſti, qui eſt finis legis ad iuſtitiam: & omnia illa libr[o]rum ſigna dominicæ incarnationis & noſtrę redempt[io]nis ſunt ſacramenta. Ideo Tau iure interpretatur ſigna, per eadem ſigna, hoc vnum annuntietur, in quo omn[ia] referuntur ſigna Necnon ſigna lamentationum, in qu[o] concurrunt ſigna iudiciorum Dei. Dignus eſt finis, vt [ge]mentibus & dolentibus, in quorum frontibus crux Chriſti ſignatur: merces laborum a domino compenſetur, his qui tribulauerint eos, nec operis tanti ſigna uolue[rint] agnoſcere, digna vltio retribuatur. Hinc eſt quod dicit[ur] *ingrediatur omne malum*. & ad literam ſic factum eſt. Le[ge] prophetas, & omnia completa inuenies.

*Ingrediatur*. Anima in conſpectu Dei expanſa, rogat: [In]*grediatur omne ma*. quod. ſ. foris intuſque ingerunt. Ing[re]diatur coram te, vt euadam tuo auxilio, qui in me n[on] confido. Vindemia eos ab oībus fraudibus ſuis, ne fru[ctum] meum auferant mihi. Sicut vindemiaſti me, cum tu i[...]tus dona tua ſubtraxiſti propter iniquitates meas: qua[...] *Iuſtus es domine, & rectum iudicium tuum*. Et hęc ſunt ſig[na] propter quę oīa ſignorum facta ſunt miracula. vnde: [de]*diſti metuentibus te ſignificationem: vt fugiant a facie arcus, & [libe]rentur dilecti tui*. Qui autem noluerunt pręcauere, incur[runt] ea quę minantur ſcripturæ. vnde: *Excita furorem & effu[nde] iram: feſtina tempus, & memento finis*. Q. d. Ne ſemper affligan[tur] ſancti, recipiat vnuſquiſque quod geſſit, & imm[...] mirabilia, pro ſignificantibus ſignificata. Ideo in fine l[ibri] ius lamentationis Tau literam, ideſt, ſigna pręnotauit [...] verſibus lachrymabilibus futura prophetando cōple[...]

*Ingrediatur omne malum eorum coram te, et vindemia eos, ſ[icut] vindemiaſti me propter, &c.* Paſchaſius. Quaſi d. *Quare do[mine] non vindicas ſanguinem noſtrum?* Et alibi: *Vindica domine ſan[gui]nem ſeruorum tuorum qui effuſus eſt*. Et, *Vindemia eos*. hoc in [iu]dicio complebitur quando mali recipient quod mer[en]tur. Sed impij hic auferunt temporalia in futuro a[mit]tent æterna. Et ſicut ſanctos Deo permittente oppr[eſſe]runt, ita Deo opprimente æternas pœnas ſuſtinebunt [...] timens eccleſia adiungit: *Multi enim gemitus mei*.

Ca[p]

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Audierunt. ſ. *Chaldæi me obſidentes.*
2 Quia ingemi. *præ fame & alijs miſerijs.*
3 Et non eſt qui conſoletur me. *veniendo ad auxiliū mihi.*
4 Omnes inimici mei. *qui erant in exercitu Chaldęorum.*
5 Audierunt malum meum, &c. *tale & tantum, quod non poſſum vltra reſiſtere.*
6 Lętati ſunt. *Obſidentes enim ciuitatem aliquā multū gaudent, quando audiunt quòd illi qui ſunt intra, non poſſunt tenere ciuitatē.*
7 Quoniam tu fe. *q. d. hoc non accidit Chaldæorum vi[rtute], ſed ex punitione tuæ iuſtitiæ.*
8 Adduxiſti. *i. adduces. Loquitur enim de futuro per modu[m præ]teriti propter certitudinem prophetiæ, videbat enim propheta [futu]ram Babylonis deſtructionem ad Iudęorum conſolationem, qui [per] hoc habuerunt licentiam redeundi primo anno Cyri.*
9 Ingrediatur omne ma. *vt puniatur.*
10 Et vindemia eos ſicut vindemiaſti, &c. *deſtruendo [u]ros eorum & bona rapiendo, & hoc dicit propheta non zelo [vin]dictæ, ſed diuinæ iuſtitiæ.*

✠ C[ap]

## *MORALITER.*

† 1 *Audierunt quia ingemiſco, &c.* & ſequitur: *Et læta. ſunt*. nā fidelium ad inuicem conturbatio eſt infideliū exultatio.
8 *Adduxiſti*. ſ. fidelibus in tua præſentia, quia dici[tur a] doctoribus quòd ſecta Mahumeti ſicut a gladio inc[œpit], ſic eſt per gladium terminanda, ideo ſubditur.
† *Et ſi. ſi. mei*. Quę patent ex dictis.

† MOR[ALITER]

A ADDITIO.

ncipiunt additiones Pauli Burg. ſuper librum Thren. Iere.
cap. 1. vbi dicitur in poſtilla. Quomodo ſedet.

icet liber iſte competenter exponatur ad planum literæ ſenſum a ſtil. tamen magiſter Petrus Aureoli notabilius videtur illum exponere in quodam compendio ſacræ ſcripturæ: & quia illud compendium non habetur communiter, ideo de hoc non me expedio, remittendo ad ipſum: ſed ſuam expoſitionem interpoſui inter additiones, licet non eam ponendo omnino ſub proprijs verbis: ſed quandoque aliquid modicum mutando, addendo ſeu diminuendo, prout viſum fuit. Et notandum, quòd in hac expoſitione non proceditur ad ſingula verba literæ exponenda, ſed ſolum ad principale intentum cuiuslibet verſus: relictis alijs induſtriæ ſtudentis. Tum quia liber iſte metricè procedit, vt poſtil. dicit & communiter tenetur. In proceſſu autem metrico non ſingula verba ſunt ponderanda, ſæpè enim eadem replicat autor vel alia introducit, prout metrico modo congruit: ſed illa tantum ſunt exponenda quæ principaliter intenduntur. Tum quia illa quæ in hac expoſitione relinquuntur, poſſunt haberi ex poſtilla ſua modo prout ad propoſitum pertinet exponenda. Primò ergo ſecundum prædictum doct. lib. iſte in quinque partes diuiditur. In quarum prima propheta principaliter lamentatur deſtructionem ciuitatis Ieruſalem: quæ erat pars regni, quæ quidem pars continetur in primo. c. alphabetico, quod incipit: Quomodo ſedet &c. In ſecunda lamentatur principaliter deſtructionem totius populi Iſraelis, & totius regni, quę incipit in ſecundo. c. Quomodo obtexit. In tertia verò more prophetico conuertit ſe ad Chriſtū,

B & lamentatur de ſeipſo, quaſi induens perſonam Chriſti, qua ratione autem hoc ſit hic introductum dicetur in princ. tertiæ partis: quæ incipit tertio cap. ibi: Ego vir videns. In quarta autem parte lamentatur principaliter de deſtructione ſanctuarij & templi: quæ incipit in 4. c. ibi. Quomodo obſcuratum eſt aurum. In quinta autem parte fundit orationem imploratiuam ad diuinam miſericordiam prouocandam, quæ incipit in 5. ca. ibi: Recordare domine. Primum ergo ca. quod principaliter refertur ad ciuitatem Ieruſalē: quia erat caput regni, diuiditur in duas partes principales. Primò namque propheta principaliter admirando lamentatur deſtructionem Ieruſalem, quaſi loquens ad ſeipſum. Secundò verò ipſamet ciuitas lamentatur ſeipſam, quaſi prouocando alios ad compatiendum ſibi. Secunda incipit in 12. verſu: vbi dicitur: O vos omnes, qui tranſitis per viam, &c. Prima pars continet 11. verſus ſecundū 11. excellentias ciuitatis Ieruſalem: ſuper quarum amiſſione Ieremias dolabiliter eam lamentatur. Exceſſit namque ciuitas Ieruſalem alias in authoritate: quia multis ciuitatibus & terris dominabatur, maximè tempore Dauid & Salomonis, quod deplorat in primo verſi. dicens. Quomodo ſedet, &c. & ſequitur: Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Exceſſit etiam in lętitia & iucunditate maximè tempore prędictorum regum, quod deplorat in ſecundo verſi. di. Plorans plorauit, &c. & ſequitur: Non eſt qui conſoletur eam. Tertio exceſſit in ſecuritate, ita vt de alijs terris ad eam conuenirent propter ſecuritatem: quę excellētia videtur ſequi ad prędictas duas, quę quidem excellentia deploratur in tertio verſi. vbi di-

C citur, Migrauit Iudas propter afflictionem. & ſequitur: Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam. Exceſſit quarto in ſolennitatibus & celebritatibus diuinis, quia ter in anno debebat populus conuenire in Ieruſalem ad celebranda diuina feſta, quod deplorat in quarto verſi. di. Viæ Sion lugent, eò quòd non ſint qui veniant ad ſolennitatem. Exceſſit quinto in pace & tranquillitate, quia licet tantus populus ibi concurreret præſertim in prędictis feſtis tamen erat inter eos tranquillitas pacifica, vt patet tempore Salomonis, quod deplorat in quinto verſi. di. Facti ſunt hoſtes eius in capite. Exceſſit ſextò in fortitudine militum & probitate, vt patuit præſertim tempore Dauid: quod ad magnum decorem politiæ pertinet. Decet enim ſecundum legiſtas imperatoriam maieſtatem eſſe armis decoratam. quod deplorat in ſexto verſi. di. Egreſſus eſt a filia Sion omnis decor eius: facti ſunt principes eius velut arietes, &c. & ſequitur: Et abierunt abſque fortitudine. Exceſſit ſeptimò in multiplici proſperitate & diuitiarum copioſitate. Erat enim tempore Salomonis copia auri & argenti quaſi ferri, vt patet in 3. Reg. quod deplorat in ſeptimo verſ. di. Et recordata eſt Ieruſalem dierum afflictionis ſuę. In Heb. habetur: Dierum paupertatis ſuæ. & ſequitur. Et omnium deſiderabiliū ſuorum, &c. Exceſſit octauò in laudis pręconio & famoſitate, nominabatur enim in cunctis regnis, ita vt regina Saba veniret de finibus

D terræ audire ſapientiam Salomonis, quod deplorat in octauo verſ. di. Peccatum peccauit Ieruſalem, & ſequitur: Omnes qui glorificabant eam, ſpreuerunt eam. Exceſſit nonò in pulchritudine & formoſitate, erat enim pulcherrimè ędificata: qđ deplorat in nono verſi. di. Sordes eius in pedibus eius. & ſequitur: Depoſita eſt vehementer. id eſt, deformata. Exceſſit decimò in ceremoniarū ſanctitate, ita vt non permitteretur aliquis Gentilis ingredi infra tēplum, quod deplorat in decimo verſi. di. Manum ſuam miſit hoſtis. & ſequitur: Vidit gentes ingreſſas in ſanctuarium ſuum, de quibus pręceperas, non intrare in eccleſiam tuam. Exceſſit vndecimò in copia panis & ſaturitate, prout in multis locis ſacræ ſcripturæ illa terra commendatur, quod deplorat in vndecimo verſi. di. Omnis populus eius gemens, & quęrens panem. Deinde incipit ſecunda pars principalis lamentationis huius primi cap. in qua poſtquam propheta lamentatus eſt ciuitatem deſtructam, introducit ciuitatem lamentantem ſeipſam, & incipit duodecimo in verſi. ſeq. ibi: O vos omnes, &c. Ibi enim loquitur ciuitas inuocans alios ad ſibi compatiendum: Quę pars diuiditur in quatuor partes principales. Primò namque lamentatur immenſitatē ſuæ miſeriæ, & hoc in quatuor primis verſiculis ſub ſimilitudine quatuor modorum hominum, qui conſueuerunt omnia ſpoliare. Dicit enim in primo verſiculo, dominum ſe habuiſſe ad ipſam inſtar vindemiatoris, qui nihil in vinea relinquit, de quo dicit. O vos omnes

E qui tranſitis, &c. & ſequitur: Quoniam vindemiauit me, vt locutus eſt dominus. In ſecundo dicit Deum ſe habuiſſe ad ipſam ad inſtar incendiarij & venatoris, Incendiarius enim conſueuit totum comburere, & venator quicquid capit in reti, mactare ſeu occidere: & de hoc dicit in ſequenti verſu: De excelſo miſit ignem in oſſibus meis: & ſic incendiarius. Expandit rete pedibus meis, & ſic venator. In tertio dicit Deum ſe habuiſſe ad ipſam ad inſtar ligantis captum per manum & collum, ſic quòd nullo modo poſſit euadere. de quo dicit in ſequenti verſu, Vigilauit iugum iniquitatum mearum, in manu eius conuolutę ſunt & impoſitę collo meo. & ſequitur: Dedit me dominus in manu de qua non potero ſurgere. In quarto dicit Deum ſe habuiſſe ad ipſam ad modum calcantis in torculari, qui nullum humorem relinquit in vua, de quo dicit in ſequenti verſiculo, Abſtulit omnes magnificos meos dominus, &c. Torcular calcauit dominus, &c. & ſic ſub quatuor metaphoris prędictis lamentata eſt ſuæ miſerię magnitudinem. In ſecunda verò parte lamentatur ſuper implacabilitate diuinæ iracundiæ, & hoc in duobus verſiculis. In primo namque oſtendit, quòd ipſa non poteſt Deum placare lachrymis oculorum dicens, Idcirco ego plorans & oculus meus deducens aquas, &c. In ſecundo verò oſtendit, quòd non poteſt Deum placare geſtibus manuum, aut ſignis deuotionis quorumcunque dicens, Expandit manus ſuas Sion, & non eſt qui conſoletur eam, & ſic lamentatur ſuper implacabilitate diuinæ iracūdię, cum tamen conſueuiſſet alias ſibi Deum placabilem inuenire, prout patet in multis ſacræ ſcripturæ locis. In tertia verò parte lamentando pro-

F fitetur iſtud prouenire ex rectitudine diuinæ iuſtitiæ, de quo dicit, Iuſtus eſt dominus: quia os eius ad iracundiam prouocaui, & durat pars iſta per tres verſiculos. In primo enim profitetur Deum non fuiſſe iniuſtum in captiuitate quam inflixit Iudęis a Ieruſalem exeuntibus, de quo dicit. Iuuenes mei & virgines meę abierunt in captiuitatem. In ſecundo profitetur, quod Deus non fuit iniuſtus in fame quam inflixit remanentibus, de quo dicit: Vocaui amicos meos, &c. Sacerdotes mei & ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt, &c. In tertio profitetur, quod nec fuit iniuſtus in morte & gladio, quem inflixit omnibus tam iſtis quam illis, de quo dicit, Vide domine quoniam tribulor. & ſequitur. Foris interficit gladius & domi mors. In quarta verò parte & vltima lamentando pręſtolatur dulcorem diuinę clementię & remedium conſolationis futurę, & continetur pars illa in duobus verſiculis vltimis. In primo namque aperit inimicorum compaſſionem reſpectu ſui, & prenuntiat ſibi diuinam conſolationem ex aduerſariorum afflictione futura. de quo dicit, Audierunt quia ingemiſco, &c. & ſequitur. Adduxiſti, id eſt, adduces, Diem conſolationis, & fient ſimiles mihi. In ſecundò verò petit futuram punitionem ſuper inimicos ex demeritis eorum ad ſuam futuram conſolationē. de quo dicit, Ingrediatur omne malum eorum coram te, & vindemia eos ſicut vindemiaſti me.

CAP.

[library stamp]

CAP. II.

Hiſto. A a Qvomodo obtexit. Paſcha. Prioribus ſingulis ſapphyci metri clauſulis ternorum verſuum, ſingulas cum interpretationibus ſuis literas reddidi, nō ꝙ propheta elegantiæ ſæculari aut metro ludere ſtuduerit: ſed ſpōte ſæcularis ſapientia ſeruit diuinæ. Sed qa 22. ſunt Hebraica elementa q bus omne quod dicitur, initiatur & finitur: placuit totidem initia verſuū elementis eiſdem exordiri, vt & poetica deſeruiret diſciplina, & diuina fulgerent myſteria. Quia verò longum eſt ſingulis clauſulis ſingulas literas cum interpretationibus ſuis inſerere & B exponere, decreui earum connexiones in principio ſecundi alphabeti annotare, & lectoris arbitrio reliqui: quomodo ſingularum literarum intelligentia reddat verſibus ſuis. Eſt autem prima connexio quatuor literarū, Aleph, Beth, Gimel, Daleth, hoc eſt doctrina, domus, plenitudo, tabularum: quarum ſi duæ iungantur extremæ, cōficient doctrinam tabularum, in quibus. ſ. lex Dei digito ſcripta eſt, & plenitudo domus eſt. Ex doctrina librorum aut tabularum plenitudo domus Dei efficitur. Sin autē Gimel & Daleth iunxeris erit ſenſus quod plenitudo tabularū. i. ſcripturarū, eſt doctrina domus. ſ. Dei. Quia vero domus Salomonis intrinſecus tabulata legitur, per tabulas poſſumus eos interpretari: quorū latitudine charitatis domus eminentiora coniuncta ornantur, quorū doctrina eſt plenitudo totius domus: que de fonte timoris Dei naſcitur, vt ad culmen ſapientiæ Dei perueniatur. vnde: *A timore* Iſa. 26. c. *tuo domine concepimus & peperimus ſpiritum ſalutis*. Secunda connexio eſt He, Zai, Beth, hoc eſt iſta, & hæc vita. Harū ſi duas extremitates iungas & duas medias, exibit talis intelligentia. Et hæc, quæ premiſimus. ſ. in iſta vita, neceſſaria ſunt: ſcripturarum. ſ. ſcientia per quā Chriſtus agno- Ezech. 2. d. ſcitur in hac vita & præparatur ſempiterna. *Hic eſt liber in quo continentur lamentationes & carmen & væ*. lamentari eñ oportet pro peccatis & pro dilatione boni, vt tandē Deo læti carmina canamus, ne væ perpetuum incurramus: & in præſentiarum iſta eſt vita eorum, qui de infantia ablactantur in virum perfectum. Tertia connexio eſt Teth, Iod, quod eſt principium bonum: in quo cum doctrina a timore Dei concipimus lamentandi inſtituta, donec per- Matth. 5. a. ueniamus ad ſpūm ſalutis. vnde: *Beati qui lu. quoniā ipſi conſo.* Sic ad cęleſtis vitæ cantica peruenitur, ſi bonum principium præponatur. vñ: *Tunc abſter. Deus omnem la. &c.* Sequi- Apoca. 21. a. tur inter ſeptē (Septē ſunt connexiones) media connexio C Coph, Lamed. i. manus cordis vel diſciplinę. Manus vt extendat ad opera charitatis: Cordis, luctus ſubaudis: vel meditatio diſciplinę, vt oīa munda ſint nobis: quod quinta literarū oſtendit pericopa, ꝙ eſt Men, Nun, Samech: hoc eſt ex ipſis ſempiternū, adiutoriū: quod ſic planū eſt, vt expoſitione non egeat: ex duobus. n. medijs tam ſuperiora complectentur, ꝙ inferiora remunerantur. Vñ ſexta connexio ſequitur, Ain, Phe, Sade, quod eſt fons vel oculus, oris, iuſtitię: quia ex gemitu cordis emanat fons pietatis, & oculus illuminatur quo Deus uideatur. vñ: *Beati mundo* Matth. 5. a. *corde. q. ipſi. d. vi.* Ex manu autem & oris eloquio diuitię iuſtitiæ conduntur in cœlo. vñ: Diuitias cœlo condidit ore Pſal. 111. b. manu. ꝙ diuitiæ pfectę vitæ iuſtitię intelliguntur: vñ: *Iuſtitia eius manet in ſęculū ſęculi*. Sequit̄ extrema & ſeptima cōnexio, Coph, Res, Sin, Tau, qđ eſt interpretatū, vocatio, capitis, dētium, ſigna. Per dentes, vox articulata intelligitur. quia elementa quæ præmiſſa ſunt, ſigna ſunt omnium vocum ſanctarum ſcripturarū, & vocatio capitis. i. Chriſti, per quem venitur ad patrem, nec dubium, quin Spiritusſanctus myſticè in ſeptenario hos poſuit intellectus, vnde melius ad vtrolque ternarios aptè refertur.

CAP. II. ALEPH.

a ¶Exclamatio admirationis & doloris plena. ¶Quaſi non bene conueniunt hæc.
b ¶Subito. c Erroris peccati & ignorantiæ. 1
a Qvomodo obtexit caligine ī furore ſuo 2
a ¶Quam tantum diligebat. b ¶De cœleſti conuerſatione.
dñs filiām Sion: proiecit de cęlo in ter- 3
a ¶Bonam prius quæ afferebat fructum euangelicum: & contemplatione videbat Deum. 4
b ¶Qui diu deſertam patitur eſſe.
rām inclitā Iſrael, & nō eſt recordatus 5
a ¶Anima iuſti ſedes eſt Dei. b ¶Qui ſolebat exaltare. 6
b ſcabelli pedum ſuorum in die furoris ſui. Beth. Pręcipitauit 7

*Quomodo ob.* Paſchaſius. Notandū eſt quod trib. ſapphyci metri alphabetis. vnum principium eſt vnaq; exclamatio plena doloris, admirationis & ſtuporis. Vnde notandū quanto affectu, quanta charitate ſancti patres cauſas omniū ſuas faciunt: & quantis lachrymis alienos riſus abluunt vnde Ieremias toties ponit lachrymabile principium: quō ſedet, quomodo obtexit, quomodo obſcuratum eſt: quaſi tam improuiſè, tam inſperatè quā ſibi ex omnibus gentibus elegerat & glorificauerat, obtexit caligine. Eſt caligo bona, de qua dicitur: *Moyſes acceſſit ad caliginem in qua erat Deus*. Et alibi: *Caligo ſub pedibus eius* ſed Sion caligine turbinis & mœroris tegitur: proijcitur de cœlo, de altitudine gloriæ, de ſolio regni, de tutela Dei. Et quia dicit domini noluit obſeruare, quem *vidit Abraham & gauiſus eſt*, impegit in diem furoris domini.

*Quomodo ob.* Anima lumen ſcientiæ & ſpeculum diuinæ cōtemplationis habuit: & nomen eius antequam peccaret, in cœlo ſcriptum fuit, ſed peccato deiecta in terram proſtituitur & vitijs inquinatur, & pedes dñi, i. veſtigia pręceptorū eius dereliquit, cū eſſet templum in quo habitaret Deus & deambularet: ideo in die furoris dñi ab hoſtib. conculcatur, nec dñs recordatur. Quia in die domini & in luce ſtare noluit, tradidit eam in die furoris ſui. vnde alibi: *Maledicta dies in qua natus ſum, dies in qua peperit me mater mea*, in qua. ſ. anima de cœlo cecidit, & tollens membra Chriſti fecit membra meretricis. i. Babylonis. Et ideo dominus non recordatur, ſed iniuria ſuam vlciſcitur.

*Quomodo ob.* Myſtica Sion caligine peccati & erroris & ignorantię tegitur, quæ tantis muneribus antè a ſuo ſponſo ditabatur. Terram inclytam Iſrael de cœlo proiectam conſpicimus, quando cœleſtibus relictis, eccleſiam terrena ſectari videmus, cuius vera conuerſatio in cœlis eſt ſed abijcitur iuſto Dei iudicio, nec recordatur dominus ſcabelli pedum ſuorum. Quamuis enim fuerit Sion Dei habitatio pulcherrima, angelis miniſtrātibus, & Dei protectione honorata: multis miraculis & diuinis ſolatijs educata, vt ſcabellum Dei propter ſtatum diuini cultus merito diceretur, eccleſia tamen pręḋicatur glorioſior vnde Moyſes: *Viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cœlum cum ſerenum eſt*. Hoc eſt cœlum de quo dictum eſt. *Cœli enarrant gloriam Dei.*

* Theod. Hinc clarū eſt, Dauidem ſcabellum pedū eius appellaſſe templum Dei. *Adorate*. n. ait, *ſcabellum pedū eius*. Sine dubio propheta calamitatem ſimilē fecit caligini, dicit ciuitatē de cœlis in terrā eſſe proiectā, eo quod priuata ſit floreſcente gratia, hoſtib. effecta eſt captu facil.

b *Præcipitauit*. Paſcha. Hæc omnia Iudæis accidiſſe Hiſto. manifeſtum eſt, dominus autem hęc omnia olim feciſſe dicitur, non quòd Ieruſalem peccare compulerit, ſed iuſto iuditio peccantem punierit, & puniri permiſerit ſpecioſa Iacob, famoſum templum, ceremoniarum cultum, & huiuſmodi. Sed iratus dominus oīa pręcipitauit, vt intelligeres dominum non propter hęc homines,

NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

* QVomodo ob. *Hic conſequenter deſcribitur Iere. lamentatio ſub ſecundo alphabeto, et primò lamentatur deſtructionē ciuitatis et templi, dicens admiratiuè.* 1 Quomodo ob. c. *ſ. tribulationis maximę.* 2 In furore ſuo. *i. in effectu ſuæ iuſtitiæ.*
3 Filiam Sion. *ideſt, Ieruſalem, vt expoſitum eſt ca. præce.*
4 Proiecit de cœlo in ter. *ideſt, de ſtatu ſummè honorabili ad ſummè miſerabilem.* 5 Inclytam Iſrael. *i. Ieruſalem, quæ erat metropolis & nobiliſſima in regno Iuda.*
6 Et non eſt re. ſca. pedum ſuo. *i. templi quod incenderunt Chaldæi, & dicitur ſcabellum pedum Dei, quia intra ipſum erat arca teſtamenti & propitiatorium quod erat quaſi ſedes Dei, & ea quaſi ſcabellum illius ſedis, ſicut dictum fuit plenius, Exod. 25*
7 Pręcipitauit. *ſecundum viam iuſtitiæ ſuę.* * Ne

MORALITER.

† 1 *Quomodo ob. &c. ſ.* Si i. eccleſiam In eccleſia namque cecidit caligo magna pœnę & ignorantię: quia doctores theologi pro vanis curioſis ſalutaria dimiſerunt.
4 *Proiecit de cœ. in ter.* i. de contemplatione cœleſtium ad occupationem terreſtrium, qui ſunt pars inclyta populi Chriſtiani, ideo ſubditur.
6 *Et non eſt re. ſ. p. ſuo.* i. eccleſię militantis, quę dicitur ſcabellum domini, ſicut eccleſia triumphans ſedes eius. Iſa. 66 a. *Cœlum mihi ſedes eſt, & ter. ſca. pedum meorum.*
7 *Pręcipitauit dominus*. permiſſiuè. † *Omni*

a ¶More ſuo. ¶Ornamenta templi. ¶Virtutes.
b ¶Iacob dormiens; aſcendentes & deſcendentes angelos vidit. Ideo quia caput, ideſt, mentem ſuper lapidem, ideſt Chriſtum, poſuit: aliter.n.& ſi ceſſat quis à ſtrepitu mundi, angelos non conſpicit.
c ¶Qui conſtruxerat d Qui natura mitis. 1

dñs nec pepercit: oĩa † ſpecioſa Iacob deſtruxit in furore 2

a ¶Paſtores, doctores. ¶ Virtutes. b ¶ Eccleſiæ vel animæ prius caſtæ. c ¶Qui eleuabat in cœlum. d ¶Qui mundauerat. ¶Pollutum oſtendit.

ſuo, munitiones † uirginis Iuda, & deiecit in terram: pol- 3

a ¶Sacerdotes. ¶Quos promouerat. ¶ Vel animam quæ Dei erat templum. ¶ſeculus. b ¶Qui ſolidauerat.

a luit regnũ & principes eius. Gimel. Confregit in ira furoris †

a ¶Regum fortitudinem. ¶Virtutum. b ¶Eccleſiæ vel animæ. c ¶Vnde. Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam ſ. in finem d ¶Defenſionem. 4 5

ſui omne cornu Iſrael: auertit retrorſum dexterã ſuã à facie 6

¶Diaboli inſequentis a ¶Iræ, luxuriæ, concupiſcentiæ. 7

inimici, & ſuccẽdit in Iacob quaſi ignẽ flammę deuoran- †

a ¶Iudicium b ¶Non ad corrigendum 8

b tis in gyro. Daleth. Tetendit arcum ſuum, quaſi inimicus, 9

A mes, ſed pp hoĩes hæc obſeruaſſe. Iudæi aũt hæc p̃ferẽte gloriabãtur, & in ſceleribus ſuis volutabantur. Sciendũ tñ hæc oĩa ſub Romanis plenius eſſe cõpleta, nẽpe q̃ fuerũt oĩa iſta legalia, quaſi magna q̃dam prophetia, veniente veritate oĩa cõpleta ſunt. Ideo præcipitata ſunt oĩa deſtructa, deiecta, pphanata, neq; valuerunt, vt futura vieant pphetare.

*Præcipitauit.* Deijcit dñs ſpecioſa aĩę, nec parcit qñ fornicatũ prauis de ſide riuj relicto amore ſponſi, cui dictũ erat: *Obliuiſcere populũ & domũ pa. tui. & concu. rex deco. t.* Deſtruit munitiones, qñ fides infirmatur, nec valet ſuſtinere tẽtationes q̃ inferunt, qa perdidit ſpẽm & pulchritudinẽ, quibu delectabat ſpõſus: ſic deſtruunt muri virtutũ q ſuſtineant violentiã hoſtiũ. Proijcitur de cęlo in terrã, qa cõnubiũ caſti amoris violauit, & ſordibus vitiorũ ſe proſtituit, cui rectè dr̃: *Terra es, & in terrã ibis.* Polluit regnum & pri.e. ipſa. ſ. q̃ fuerat Dei tẽplum cum ſenſibus ſuis, q ei male principantur: deiecit in terrã, perdidit ergo regnũ & principatum ad quod in uncta erat per baptiſmum.

B *Præc.* Ad eccleſiã populo peccãte hæc iure referuntur, qui ramis naturalibus nõ pepercit Deus, nec nobis q de oleaſtro p̃ciſi ſumus, etſi eorũ deſpexit officia, quãtò magis & noſtra polluunt polluta mẽte & cõſcientia. Specioſa ſit eccleſia eſt. vnde: *Aſtitit regina à dextris tuis.* Et alibi: *Pulchra es amica mea, &c.* Sed multis peccantib. deiecit dñs ſpecioſa eius, q̃ olim viriliter luctabat, & tradunt hoſtibus. Dei aũt deijcere, eſt iuſto iudicio vnũquemq; in deſideria cordis ſui permittere. Deſtruit aũt cũ gratiæ ſuæ ſubtrahit auxiliũ. Deſtruuntur munitiones eccleſiæ, qñ Dei † cultores auxilio Dei nudant, & voluptatib. deprauant. Quia verò ſe deſtructos & diſſipatos minus intelligunt, chorus ſanctorũ eorũ pulchritudinẽ, & fortitudinem deperiſſe deplorat. Eſt namq; eccleſia Chriſti Ieruſalem q̃ ędificatur vt ciuitas, & ſicut turris Dauid cũ propugnaculis: mille clypei pendẽt ex ea, oĩs armatura fortiũ. Sed cũ muri. i. paſtores & doctores deſtruunt, hoſtis ingredit ciuitatẽ & populatur. vnde ſequitur: *Deie. eã in ter.* c. ſ. terrenis actibus & vitijs occupat. *Nec eſt q ſuſtineat eã,* vel doctrinæ verbis vel operũ exẽplis. & ideo diuina vl-

C tio ſequitur: *Polluit reg. & prin. e.* Deus aũt illos polluit, cũ iuſtè pollutos oſtẽdit, q ſe & alios corã Deo caſtos exhibere & cuſtodire debuerũt & immaculatos, q facti erãt regale ſacerdotiũ. vnde: culpa ſacerdotũ ruina ẽ populi.

a *Confregit.* Paſch. In ira furoris cornu Iſrael confregit, cum regnum Iudæorum deſtruxit. Retrorſum dexterã ſuam auertit, cum defenſionem vrgẽtibus inimicis ſubtraxit: & terram eorum in manus inimici tradidit, cum ſæuitia hoſtium quaſi flãma vorans omnia cõſumpſit.

*Cõfre.* Aĩa cornua ſua hr̃e perhibet, de q̃bus dr̃. *Oĩa cornua peccatorũ cõfrin. & ex. cor. iuſti.* Cornua nãq; aĩarũ ſunt fortia munimẽta virtutũ: q̃bus aduerſa quęq; repercutit & quaſi fęnũ aut puluerẽ in aerẽ vẽtilat & diſpergit. Cornua ſiqdẽ cũ aĩalib. nõ naſcunt, ineſt tñ eis cã naſcẽ-

D di. Nec aĩa naturę inſtinctu virtutib. amat, ſed Dei munere replet: quis ipſa prius habuerit naturaliter cõcipiendi gratiã & nutriẽdi efficaciã: ſed & ſe pdidit & naturę libertatẽ, & ideo q̃ de peccati origine naſcunt, cõfringuntur. Cornua alia rore diuinę gratiæ creſcunt. & exaltant, ſed hæc ſibi inuicẽ aduerſant. vnde: Cõfregit dñs oĩa cornua carnalis Iſrael ne ſe diutiꝰ extollãt. Plorat ãt Propheta, nõ qa frangunt, ſed qa cũ his ĩ furore Dei aĩa conterit. de quo dr̃: *Domine, ne ĩ fu. tuo arg. me.* Cõtrahit ãt dñs, & auertit manũ ſuã à facie inimici, aĩam inſequẽtis, qa ipſa ſe prius hoſtibus expoſuit, & adulterũ recepit: qa foris egreſſa cũ Dina, vt videret filias huiꝰ ſeculi, à diabolo ẽ deuirginata, & ipſi ĩcorporata eſt, ideo auertit dñs manũ ſuã, & ſubtrahit auxiliũ, qa illa ſe prius corruptori expoſuit. Hac de cã ẽt Iudęos in exiliũ

E miſit, qa erãt leproſi nõ volatili lepra, ſed manenti, qđ ſignificabat Moyſes cũ manũ q̃ leproſa fuerat, extẽderat, & mũda, cũ in ſinũ reuocaret. vñ Dauid: *Vt qd auer. ma. tu. &.* Manus extẽſa Iudęos à Deo exiſſe ſignificabat extẽſos ad praua opa, & ideo optos lepra. Reuocati verò clementer. q. manus in ſinũ eorũ mũdi fiebãt. Vñ Dauid cernẽs irreuocabilẽ captiuitatẽ & Dei indignationẽ, inqt: *Vt qd auer. m. &c.* q. d. Dũ auertis manũ tuã, niſi remiſeris eã ĩ ſinũ, ipſi extẽſi ĩter gẽtes immũdi erũt & leproſi. Siĺr aĩa q̃ de ſinu Dei ad ſecularia deſideria exierit, contaminata erit. Dñs. n. fouet & ptegit quos ĩ ſinu geſtat vel aliàs obũbrat: eos verò q exierunt audi qđ ſequitur: *Succen. in Ia. q. i. f. d. in g.* Aĩa. n. immũdis ſpiritibus permiſſa ſuccẽditur, vexat, & concupiſcentiarũ flãmis deuoratur donec ad ſinũ reuocet. Hæc eſt fornax Babyloniæ, q̃ ſeptuplũ ſuccenditur, & incendit quoſcunque reperit de Chaldæis.

*Confre.* Noſtra Ieruſalẽ q̃ eſt ſponſa Dei ſummi, cũ ab eo receſſerit & ſcelerib. ſeruierit, cornu eius cõfringitur: qđ erexit dñs in domo Dauid pueri ſui, ne poſſit reſiſtere inimicis. Manũ auertit dñs retrorſum à facie inimici, q̃ extentã tenebat ad defenſionẽ & vltionẽ: ſed prius ipſa auerſa eſt retrorſum. Per dexterã Dei filius intelligitur, Dei virtus & Dei ſapiẽtia, cuius auxiliũ ſubtrahit cum ſpõſa amatorib. pſtituit: inde cornu eius cõfregiſſe Deũ

F lamentatur propheta: *Succen. in Ia. q. ig. flã. de. in gy.* Cum. n. Dei gratia deſolatur, & ſuis viribus eneruat, accenditur igne libidinis, cuius flammis intus & foris deuoratur.

b *Tetendit ar.* Paſchaſ. Hæc oĩa dñm feciſſe conſtat, qñ pugnantibus vel contra Ieruſalẽ Chaldæis vel Romanis iudicia ſua expleuit. Ipſe. n. arcus in manu dñi multò ante ad vltionẽ extenſus erat. Sed qa redire noluit Sion, cũ menſura tpis impleta eſt, menſura peccati, vt tandẽ feriret. Et quia noluerunt eſſe amici, factus eſt dñs eis inimicus, iuxta illud *Cum peruerſo peruerteris. Firmauit dexterã ſuã q aſt h.* qa & ipſi hoſtes diuinæ legis erant, vt vel ſic addiſcerent, *quia non in gladio poſſederunt terram, nec bra. e. ſ. e.* Quod qa non intellexerunt, occidit omne pulchrum viſu. Occidendi. ſ. hoſti poteſtatem dedit: Non ſtillauit, ſed effudit quaſi ignem in Sion. Quod ſub Romanis verius completur, quando tota † Dei indignatio effunditur.

Marginal references: † tabernacula. Pſal. 6. a. Gen. 34. Pſal. 73. b. Pſal. 73. c. Dan. 3. c. Allegoricè. 1. Cor. 1. d. Hiſto. Pſal. 17. d. † die.

☞ Teten-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nec peper. *ex ſua miſericordia, eò q̃ hẽt ſemp iuſtitiã annexã.*
2 Omnia ſpecioſa Iacob. *i. regnum & ſacerdotium, ciuitatem & templum, & per conſequens alias ciuitates & fortalitia.*
3 Polluit regnum. *ideſt, oſtendit pollutum multiplicibus peccatis ex rigore ſuæ punitionis.*
4 Confregit in ira furoris ſui. *ideſt, in effectu ſuæ iuſtitiæ.*
5 Omne cor. Iſ. *i. oẽm ſtatũ dignitatis, & fortitudinẽ defẽſionis.*
6 Auertit retror. dexte. ſuã à facie ini. *Qđ põt dupliciter intelligi. Vno modo referendo ad Deũ, eò q̃ nõ defendit populũ Iſrael a ſuis inimicis, & ſic auertit dexterã ſuæ virtutis ab eis. Alio modo referẽdo ad populũ, à quo Deus ſubtraxit virtutẽ & induſtriã ſe defendendi, & ſic auertit dexterã Iudæorum à facie Chaldæorum.*
7 Et ſuc. &c. *ſ. p Chaldęos Ieruſalẽ, & terrã ĩ circũitu incẽdẽdo.*
8 Tetendit arcum ſuum. *ideſt, varios modos inuadendi ciuitatem per exercitum Chaldęorum. Vel ad literã, Arcum, quia in Chaldęorum exercitu erant multi ſagittarij.*
9 Quaſi inimicus. *Sicut. n. cõferendo beneficia oſtẽdit ſe amicũ, ita inferẽdo pęnas iudicatur à ſimplicib. inimicus: q̃uis hoc faciat ad purgationẽ malorum & exercitiũ bonorum in virtute patiẽtiæ.*

MORALITER.

† 2 *Omnia ſpecioſa Iacob.* ideſt, ſcientias & virtutes, quæ contra dœmonum exercitum ſunt munitiones.
3 *Polluit regnum.* ſcilicet permiſſiuè tamen.
† *Et principes eius.* qui ſunt prælati.
4 *Confregit in ira furoris ſui.* i. dignitatem eccleſiaſticam, & ſecularem, quæ Deo permittente cupiditatis pondere à rectitudine iuſtitiæ ſunt confractæ.
6 *Auer. re.* nõ reprimẽdo ipſũ ab ĩuaſione populi Xp̃iani.
7 *Et ſuccendit in Iacob.* permiſſiuè.
† *Ignem.* carnalitatis & auaritiæ.
8 *Teten. ar. ſu.* q ferit à lõgè, ideo ſignat aſpectũ impudicũ.

¶ Ad percutiendum a ¶ Paſtores, doctores, honeſtatem morum.
firmauit dexterã ſuam quaſi hoſtis:& occidit omnẽ quod †
a ¶ In corpore vel conſcientia. b ¶ Poteſtatem dando.
pulchrũ erat viſu in tabernaculo filiæ Sion: effudit quaſi 1
a ¶ Iræ, concupiſcentiæ & huiuſmodi ¶ inimicus. b ¶ Non verè.
ignẽm indignationem ſuam. HE. Factus eſt dominus ve-
a ¶ Diſſipauit.
lut inimicus, præcipitauit Iſrael: Præcipitauit omnia † mę †
a ¶ Qui ſunt ornamenta eccleſiæ. †
b ¶ Defenſiones eccleſiæ, vel dona ſpiritusſancti, in quibus eſt ſalus. c ¶ Multiplicauit.
niã eius, diſſipauit munitiones eius: & † repleuit in fi- 2
a ¶ In vtroque ſexu. b ¶ Diſſipari permiſit. 3
b lia Iuda humiliatum & humiliatam. Vau. Et † diſſipauit 4

A *Tetendit arcum.* Contra delinquentem aĩam dñs quaſi inimicus arcum tetendit, cum eam peccantem ad pœnitentiã non emollit: ſed manu extenta poſt carnalia deſideria ire permittit, nec auertit, ſed occidit, qđ pulchrum erat viſu, honeſtatem. ſ. morum in conſcientia eius. Perimere aũt dñs dr̃, cũ perimi patitur, & tradit eam in paſſionem ignominię & flammam libidinis, vt deſiderijs ſuis accenſa amatores ſuos ſequatur. a — Moraliter.

*Tetendit arcũ.* Cõtra eccleſiam tẽdit dñs arcum ſuũ quaſi inimicus, quia ipſa inimica eſt, nec vult audire clamantem vt pœniteat & redeat. Per arcũ iudicium intelligitur, quo quiſq; nunc percutitur, vt corrigatur aut mitialiter puniatur aut diu tenditur vt cũ peccata conſummata fuerint, ad puniendum grauius relaxetur. In arcu diuerſæ ſunt ſagittæ. Aliæ mittuntur ad perimendum veterem hoĩem cũ actibus ſuis. Aliæ ad flagellandũ, aut coronam aut ad correctionem aut ad pœnã. Illos aũt gemit eccleſia & plangit, quos percutit dñs quaſi inimicus, aut per diabolum, aut per hæreticos, de quibus dr̃: *Peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas, &c.* Huiuſmodi n. ſagittæ de arcu dñi, i. de iudicio diuino veniunt, vnde: *ſagittæ domini in me ſunt.* Et alibi: *ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.* Quoſdam aũt non percutit dñs vt corrigantur, quia arcus in furore tenditur, vt corde indurati durius feriãtur. vnde: *Dediſti metuentibus te ſ. vt fu. à fa. ar.* Firmauit dñs de. ſu. quaſi hoſtis contra eccleſiam cum inceſſanter affligit vt correcta redeat, aut indurata ſua luat ſupplicia. Occidit pulchra viſu, dum pretioſa eius membra perire patitur. *Effudit quaſi ignem indignationis ſuam.* Vides oĩa diſcordiæ incẽdijs, & concupiſcentiæ flammis cremari. Hęc certius in nobiſipſis legimus, quã in ſcriptura recordamur.

Alleg. — B — Pſal. 10. — Iob 6 a. — Pſal. 37. a. — Pſal. 59. a. — † tranſtulit.

a *Factus eſt dominus.* Paſch. Hæc oĩa Iudæis hiſtorialiter C eueniſſe dubium nõ eſt. Lachrymoſa ergo relatio ad cõpatiendum cõmouet, ad lamenta inclinat quaſi: Dñs ductor Iudæorum, & cuſtos fuit, quibus quaſi amicus amicis loquebatur, factus eſt inimicus. vnde ſuprà dr̃: *Præcipitauit dominus nec pepercit oĩa ſpecioſa Iacob, deſtruxit in furore ſuo munitiones virginis Iuda,* quod ibi dixit *in furore ſuo* hic dicit *quaſi inimicus,* ibi *ſpecioſa,* hic *mœnia,* vt quaſi alia diceret. Sed eadẽ retexẽs amplius ad lachrymas reuocaret, vt ad noua verba nouas effundas lachrymas, & eadẽ ſępiſſimè iterans, nunq̃ faſtidias, ne forte cum dñs nos per Iſaiam vocet ad fletum, ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum ſacci, ad gaudium, & ad vanam lætitiam excurras, vnde: *Melius eſt ire ad domũ luctus, quàm ad domũ conuiuij.*

H. ſto. — Sup. co. 1. — Eccl. 7. a. — Moraliter.

*Factus eſt dominus.* Habet aĩa virtutum mœnia, ſicut ciuitas ad ornamentum hẽt mœnia. Munitiones vt ſe defendat, ita ſunt dona q̃ muniunt, alia quæ ornant aĩam. Similiter & eccleſia, vt prophetiæ dona & genera linguarum, interpretationes ſermonũ & huiuſmodi. Hæc ſunt mœnia mentis q̃ ſi quis non hẽt, ſtare tñ per fidẽ & charitatem & cæteras virtutes poteſt, ſine quibus ſaluari nõ põt. Cùm de Iudæa prophetiam & doctrinam & miraculorum ſigna abſtulit dominus, mœnia eius præcipitauit. Quando verò ſpem, fidem, charitatem auferri permiſit, munitiones deſtruxit. In his ergo rectus ordo ſeruať, quia cũ peccatrix aĩa relinquitur, prius ab ea dona virtutũ q̃ data ſunt ad manifeſtationẽ ſpiritus auferũtur, deinde fidei ſpei, & charitatis fundamenta euertũtur. Hæc oĩa perfidis Iudæis dñs abſtulit, & gentibus contulit. vnde: *Auferetur à vobis regnũ Dei, &c.* Sed cũ his annua expoliať, fit ei dñs, ſicut Iudæis inimicus, qui dicebat: *Inimicus inimicis tuis ero inimicus, & affligentes te af.* ipſe inimicať & affligit. vnde Repleť in ea humiliatus & humiliata, ideſt, ſenſus & cogitatio immunda, vt intus & foris cõtumelijs agatur, donec cõfuſa ad pœnitentiã reuertatur.

*Factus eſt dominus velut inimicus, præcipi. &c.* Cum ſponſa dñi ſpecioſa ſe auertit à complexibus ſponſi, cõtra p̃cepta eius agendo inimicitiã Dei contrahit, ſed tẽperat Deus ſn̄ĩam ſeueritatis, qa non abſolutè dr̃ inimicus, ſed quaſi. Quamuis n. affligatur & penitus deſtituta videatur, tñ vt redeat flagellatur. Et notandũ, primum p̃cipitat Iſrael, qñ munditiam cordis auferť: deinde mœnia eius q̃ ad pulchritudinem & decorem pertinẽt religionis. Hẽt munitiones hæc ciuitas, ne hoſtis irrũpat: hẽt honeſta & inhoneſta ſed quæ inhoneſta ſunt abundantiori honore circũdamus. Sunt in eccleſia ſimplices, ſũt ruſtica vilitate abiecti, ſed vtriq; neceſſarij. Sed frequẽter dñs aliquos p̃cipitari permittit, q videbantur ornamẽta eccleſiæ eſſe aut in hereſim aut in q̃libet vitia. Munitiones quoq; diſſipat ſæpè cũ defenſores errare ſinit, & prauis actib. diſſipari. Replet aũt. i. multiplicat de vtroq; ſexu humiliatũ & humiliatam, qñ paſſim fraude dęmonũ plurimos terrenis opibus humiliari permittit.

Alleg.

b *Et diſſipauit quaſi.* Paſchaſ. Notandum quanta verborũ elegantia, quãto carminis ſplendore Hebraica veritas fulgeat, quæ tranſlata tanta pollet elegantia. Poſtquam autem dixit: *Quomodo obtexit,* ſic per ſingula gradatim defleuit, vt quõ poſſit omnibus coaptari: ſic quõ proiecit, *quomodo præcipitauit, quomodo deſtruxit, quomodo deiecit, quomodo deiectã polluit, &c.* Sic ergo plangit ſimul & dolet oĩa, vt ſtupore, admiratione, gemitu plena ſunt ſingula, vt ſic dicatur quõ diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum? Sciendũ autem, ꝙ pro peccatis Iudæorum hoc dñs diſſipauit, qui diſſipandi poteſtatem dedit. Sunt autẽ tabernacula vbi cortinæ funibus diſtentæ tabulis interſtantibus appenduntur, quibus tentoria ſuſtinentur. Tentorium quoque eſt quod erexit Moyſes in deſerto. Tabernaculum eſt templum Salomonis, quæ propter ſcelera Iudæorum tradita ſunt poteſtati inimicorum. Primum dñs repulit tabernaculum Silo. vnde: *Faciam domui huic in qua inuocatum eſt nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, ſicut fecit Silo.*

*Et diſſip.* Hẽt aĩa tentorium & tabernaculũ, in quo eſt ei cũ ſpiritusſancto colloquiũ. Sed diſſipatur quaſi hortus ſi ſe reſoluerit in luxum & carnis oblectamentũ. Non aũt diſſipatur vt hortus delitiarum Dei, ſed ſicut ille ſuper quã Sargon dux Aſſyriorũ præeſſe legitur, qui princeps hortorũ interpretatur, quaſi voluptatibus & luxuriæ deditus: Achab quoq; rex Iſrael vineã Naboth in hortum vertere voluit, qđ ille intelligẽs (lege tropologiæ) malui mori q̃ conſentire, vt hæreditas patris & tanta poſſeſſio virtutis, impij regis deſeruiret delitijs. Sed qa infelix a tento-

Reg. — Trop.

## NICOLAVS DE LYRA.

⁘ 1 Occidit omne quod pul. erat viſu in tabern. fi. Sion. *ideſt in templo domini quod erat in monte Sion, quia ſacerdotes occiſi fuerunt ibi, vt habetur infrà eodem cap. & omnia pretioſa inde aſportata. Cætera patent ex dictis vſque ibi.*

2 Et

2 Et repleuit in fi. Iuda. *i. in gente Iudaica.*

3 Humiliatum & hu. *quia omnes vtriuſque ſexus humilia. in ſeruitutem & captiuitatem redigendo.*

4 Et diſſip. quaſi hortum. *cuius clauſuræ diſſipantur collectis fructibus.*

⁕ Tento-

## MORALITER.

† † *Firmauit dexteram ſuam.* quæ ferit de prope. ideo ſignat illicitum tactum.

1 *Et occidit* i. omne honeſtum. Eſt tamen hic hyperbole, quia non omnia honeſta eccleſiæ ſunt deſtructa.

† *Præcipitauit Iſrael.* de conuerſatione cęleſti ad terrenã.

† *Præcipitauit omnia mœnia eius.* ſcilicet virtutum.

Et

2 *Et repleuit in filia Iuda.* ideſt, eccleſia.

3 *Humiliatum & humiliatam.* i. de ſtatu gratiæ deiectum & deiectam, ſicut dictum fuit à principio. Illa quæ important culpam non eſt intelligendum, ꝙ Deus ea fecerit niſi permiſſiuè, & ſic eſt intelligendum de dictis & dicendis poſterius, ne oporteat amplius replicare.

4 *Et diſſipauit ten. &c.* i. eccleſiam militantem, ſicut hortus ſterilis clauſura diſſipatur.

† Obliuioni

A entorinm ſuum,i.carnem,quæ oſſibus & neruis cōpin-
itur,delitioſo luxu diſſipari permiſit, & tabernaculū.i.
ipſam in ſuis voluptatibus demoliri,vineam & hęredi
tem ſummi patris in hortum concupiſcentiarum ne-
quiſſimo regi mutari cōſentit. Ideo dn̄s feſtiuitates eius
& ſabbatha obliui
ſtur,quia templū
i quo vota dignè
deferuntur, & ſolē
ni celebrantur, de
molitum eſt illece-
bbſis delitijs,& de
ſtuctum eſt tento-
rium carnis varijs
olectamētis. Rex
& ſacerdos dantur
in opprobrium, qa
h officijs amiſſis
infelix aīa ſe ſubdi
d regibus impijs.
Vt q Azotios de-
ſeruiat generationi ac libidini feruientes, quia Azotus
ignis generationis interpretatur. Alteri qui florentes
Chriſti vineas in horto concupiſcentiarum deſiderat cō
mutari.vnde ſequitur: *Repulit dominus altare ſuum.*

*Et diſſipa.* In eccleſia multos diſſipare videmus. q.hor-
tū Hortus hic eſt eccleſia,de qua in canticis dr̄: *Hortus con
clus ſoror mea.* Ibi puteus aquarum viuentium:ibi ſpirat
B aiſter,& remouetur Aquilo, fluunt aromata fauum cū
melle comedit ſpōſus. Sed eſt alius hortus delitiarū qua
ſi paradiſus Dei de quo dr̄,ꝙ eleuauit oculos ſuos Loth,
& vidit oēm regionem Iordanis quæ irrigabatᷣ ſicut pa-
radiſus Dei,& ſicut Aegyptū,vt eſſet quaſi hortus delitia
rū & voluptatis. Ad has delitias ſuſpirabant Iudæi ollas
carnium,cœpas & pepones & cucumeres Aegyptiorum
deſiderantes,q̄ oīa in aīo eorum ſunt qui terrena ſapiūt.
Ad huius horti ſimilitudinem diſſipat dn̄s in eccleſia la-
ſciuientes,& ad Sodomorum & Gomorrhæorum & ad
Aegyptiorū deſideria ſuſpirātes ſicut in ſynagoga aberrā
tes. Demolitur tabernaculum, cum quoſdam in eccleſia
degentes flagitijs exterminari & concremari vitijs per-
mittit. Non.n.habitat in tabernaculo Dei,niſi qui ingre-
ditur ſine macula,& ope.i. Quibus prętermiſſis obliuio-
ni tradidit dn̄s feſtiuitates & ſabbatha noſtra, non qđ ei
non placeant feſta noſtræ religionis, ſed qa in nobis ta-
bernaculū.i.tēplum Dei violatur. Nō eſt.n. in nobis vn-
de placeant ei quæ offerūtur:vnde obliuiſci dicitur quæ
nobis ad iuſtitiam,violato Dei templo, nō imputantur.
Ide rex & ſacerdos opprobrio traduntur, qui eccleſiæ
iuxta Iſaiam.quaſi nutritij præponuntur.vnde: *Erunt re-
ges nutritij tui.* Sed quia violant templū ſpiritusſancti, ma-
C gis in eccleſia opprobrium ſunt quàm decus. de quibus
Dauid: *Et nunc reges intelligite, &c.* Ex quibus verbis inſi-
nuat,quia regale genus & ſacerdotium ſanctum ſumus,
ſi ſalutares hoſtias offerre Deo volumus, tabernaculum
ſancti ſpiritus ſimus: in quo dignæ Deo hoſtiæ offerun-
tur. Hoc ne vitijs demoliatur,diligenter obſeruemus.

a *Repulit dominus altare ſuum.* Paſchaſ. Altare.ſ. in quo vi-
ctimæ offerebantur. Maledixit ſanctificationi,i.ſacrificijs
legis,populū & turres tradidit inimicis.vnde inimici ibi
ingreſſi magna voce exultauerunt,vbi quondam diebus
ſolennibus ſacerdotes Deū laudabant.vnde Iſaias: *Deſola-
ta eſt domus ſanctificationis noſtræ, vbi laudauerūt te patres noſtri.*
*Repu-*

a ¶Concupiſcentiarum. b ¶Tabernaculum. c ¶In quibus quaſi in eccleſia videbatur quieſcere. d ¶De quo dicitur: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.

quaſi hortum tentorium ſuum,demolitus eſt † tabernacu- 1

a ¶Quia violatum eſt templum, in quo celebrabantur.

lum ſuum. Obliuioni tradidit dominus in Sion feſtiuita-

tem & ſabbathum: & in opprobrium, & in indigna- 2 3

a ¶De quibus dicitur: Erunt reges nutritij tui. b ¶De quibus dicitur: Sacerdotes ducit inglorios.

a tionem furoris ſui regem & ſacerdotem. ZAIN. Re-

a ¶Holocauſtorum, vel Chriſtum vel animam. b ¶Sacrificijs, Chriſto, in quo noſtra ſanctificatio eſt: vel contritioni cordis & ſacrificio mentis.

b pulit dominus altare ſuum, † maledixit ſanctificatio- 4 5

a ¶Chaldæi vel Romani vel diaboli vel hæretici. b ¶Apoſtolos vel opera. c ¶Fidelium vel virtutum.

ni ſuæ: tradidit in manus inimici muros turrium e- 6

*Repulit dominus.* Quod fit cùm ara cordis noſtri propha D
natur,& mens & conſcientia proſtituta vitijs polluitur, Moraliter.
vbi à nobis acceptum Deo ſacrificium iure offertur, ſm Pſal. 50.d.
illud: *ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Sanctificatio ma-
ledicitur,cum anima maledictione proſternitur,qa in ſe
nomen Dei ſancti-
ficare noluit cū di-
gno ſacrificio. Tur † ſanctuariū ſuum congregationē ſuā.
res animæ ſunt fi-
des,ſpes,charitas,et
cęteræ virtutes qui
bus ad cęlum erigi
tur. Muri qbus mu
niūtur,cæterarū virtu-
tum opera ſunt. Hi
in manu hoſtiū tra
dūtur, quia anima † proiecit à corde ſanctuarium ſuum.
foris intusvè ī ſuis
actibus diſſipatur.
Hoſtes dāt vocem
in domo domini
ſicut in die ſolenni, quando immundi ſpiritus in portē-
ta vitiorum vitiato templo ſpiritusſancti in anima per-
ſtrepunt,quo ſpiritusſancti organa & virtutum harmo-
nia reſonare ſolebant.

*Repulit dominus.* Eſt vnū altare in eccleſia Dei, Chriſtus, Allegoricè.
qui hoſtia & ſacrificium, pontifex & ſacerdos dr̄, in eo
oīa ſacrificia offerimus. Sed ſunt ſancti altaria ab hoc al- E
tari dicti,ſicut lux à luce,& mōtes à monte, paſtores à pa
ſtore. Altare illud pater repulit in paſſione ꝑ Iudæis orā
tem. *Pater transfer calicem hunc a me.* A quibus repulſus pa-
terno iudicio transfertur ad gentes.vnde Dauid: *Tu verò* Luc.22.e.
*repuliſti & deſtruxiſti.* Sicut.n. ſacrificia illa figurā Chriſti Pſal.88.f.
gerebant, ita altare de lapidibus impolitis quos ferrū nō Deut. 27.a.
tetigit,præſignabat corpus dn̄icum nullo humano opere
contaminatum. Quia ergo Chriſtus ad eccleſiam tranſ-
fertur,in eo quaſi in altari fidelium vota offeruntur,pro
quibus quaſi apoſtolis compatiens plangit eccleſia, non
ꝙ à ſe translatum doleat,ſed cū apoſtolis pro morte eius
triſtata eſt,vt pòſt cum eiſdem de reſurrectione gaudeat.
Vnde mos inoleuit in eccleſia ab apoſtolis traditus, vt Miſſæ officiū in die paraſceues per agendum quoties & quare.
quo die paſſus eſt Chriſtus,corporis & ſanguinis Chriſti
eo die hoſtia non offeratur,tribus.ſ.de cauſis. Vel qa in
veritate immolatur, cui hæc cæteris diebus ſunt myſtica
ſacramenta. Vel quia ipſe pontifex Chriſtus,qui ea rectè
offert,eo die per ſeipſum ad inferos deſcendit. Vel quia
templo ſoluto & altari depulſo, non eſt in quo corporis
& ſanguinis domini victima offeratur. Sequitur.

b *Maledixit ſanctificationi ſuæ.* Chriſto.ſ. qui cùm peccatū
non haberet, pro nobis peccatum & maledictum factus
eſt.vnde Moyſes: *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Hic eſt Gal.3.d.
oīs noſtra ſanctificatio,qui ꝑ nobis crucifixus eſt. Sicque Deut.21.d.
impletum eſt. *Tradidit dominus muros turri.eius in manus ini-* F
*mici.* Apoſtolos.ſ.qui ſunt muri cæterorum fideliū. Tra-
didit in tentationem inimici,qui *expetiuit cribrare eos ſicut*
*triticum.* *Vocem dederunt in domo domini.* Quanta fuerit tunc Luc.22.c.
cōfuſio in domo dn̄i,quanta in atrijs, quanta in plateis,
quāta in ciuitate tota cum eſſet dies feſtiua, euangelium
declarat. vnde Iſaias: *Expectaui, vt faceret iudicium, & ecce* Iſa.5.b.
*clamor.*

✲ Theod. Et qđ oīum moleſtiſſimū eſt, vocē belli de-
derunt in domo domini,tanq̄ pſalmū leuitarū in die fe-
ſti loco pſalmodiæ ſolitæ, reſonabant vlulatus hoſtium.
*Cogi*

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Tentorium ſuum. *ideſt, templum Salomonis, quod erat diſpctum intrà per ſanctum & ſanctum ſanctorum, ſicut tabernaculum quod fecerat Moyſes in deſerto.*

2 Obliuioni, &c. *ideſt, tradi fecit.*

3 In Sion. *quia deſtructo templo, & populo captiuato, talia ceſſauerunt quaſi per annos ſeptuaginta.*

4 Repulit dominus. *permittendo illud deſtrui per Chaldæos.*

5 Maledixit. *ideſt, templo in quo ſanctificabantur homines per ſacrificia & oblationes, cui maledixit, ideſt, malefecit. Dicere enim Dei, eſt facere. Pſal. 148.a.* Dixit, & facta ſunt. *Licet aūt Deus non ſit autor mali culpæ, eſt tamen autor mali pœnæ, & ſic maledixit templo, inquantum per Chaldæos ipſum combuſſit ſecundum ordinem ſuæ iuſtitiæ.*

6 Tradidit in manus inimici muros. *prope enim templum erant turres notabiliores ad loci defenſionem.*

✲ Vocem

*MORALITER.*

† 2 *Obliuioni tradidit dominus in Sion.* Ad officiandam enim eccleſiam pauci veniunt & tardè, ſed ad recipiendum ibi pecuniam multi veniunt & feſtiuè.

4 *Repulit dominus.* propter malitiam ſacerdotum.

5 *Maledixit ſanctificationi ſuæ.* propter iniquitatem benedicentium, hoc.n. non eſt intelligendum in illis, quorum affectus non dependet ex bonitate ſacerdotum.

6 *Tradidit in manus muros turriū.*i. prælatos & religioſos, qui debent eſſe turres ad defenſionē populi Chriſtiani.

† *Vocem*

*Male-*

a *Cogitauit domi.* Paſchaſ. Profundo conſilio diſpoſuit, A & ne videatur cogitaſſe, & humanã iuſtitiã exceſſiſſe addit: *Tetendit fu. ſu.* idest, menſuram ſuam pœnę ſecundum æqualitatem culpæ. Cogitare autẽ metaphoricè ad Deũ transfertur Ab hoĩbus non auertit manum à percuſſione, donec. ſ. impleatur menſura pęnę, ſ'm illud: *Adhuc manus eius extenta.* Hoc quippe eſt, q non auertit manũ ſuã à perditione eorum, nec reducit eos in protectionis ſuę ſinũ, ſed inter gentes quaſi man' Moyſi extenta & ita vſq; hodie leproſi & immũdi manẽt. Ante murale luxiſſe tropicè dr, qa vidẽtes eos angelorũ cuſtodia deſtitutos quaſi antemurale lugere fecit.

Isa. 5.

a ¶Hoſtes, vel dæmones, vel vitia. b ¶Templo vel eccleſia vel anima.

ius. Vocẽ dederunt in domo Dei, ſicut in die ſolẽni. Heth. 1

a ¶Cogitandi facultatem reliquit. b ¶Fidem, Chriſtum. c ¶Eccleſiæ, vel animæ. d ¶Vt nihil faciat ſine menſura. 2

a Cogitauit dñs diſſipare murum filię Sion: tetendit funicu 3

a ¶Non retraxit in ſinum. ¶Lugere fecit. 4

lum ſuũ, & nõ auertit manũ ſuã à pditione: † luxitq; an- 5

a ¶Fides, Chriſtus ¶Ne defendat. ¶Mente. †

b temurale, & murus pariter diſſipatus eſt. Teth. Defixæ ſunt 6

a ¶Terrenis. b ¶Doctores. ¶Senſus. c ¶Qui diuinæ legis ianuam aperiunt, qui immundis ſpiritibus aditum claudunt 7 †

in terra portæ eius, pdidit & cõtriuit, vectes eius, † regem †

a ¶Principatus mandatorum Dei. b ¶Vitijs c ¶Opinione eorum. 8

eius, & principes eius, in gẽtibus: non eſt lex, & prophetæ 9

a ¶Peruerſi doctores, ſpiritualem intelligentiam perdunt. ¶Humiliati. 10

eius non inuenerunt viſionem à domino. Iod. Sederunt in 11

Moraliter. *Cogitauit dominus.* Cũ Deus aĩam de arce contẽplationis videt ad ima B tendere, cogitat muros eius diſſipare, ſed antè funiculũ tendit, vt videat qua menſura punienda ſit. Primum quidẽ deliberat, vt redeundi facultatẽ ei relinquat, & vt ipſa recogitet, q peccauerit. Antequam diſſipet murũ, ſuper eum extendit funiculum q. perpendens quanta ſint delicta & qualia, vt ſimiliter ipſa perpendat, & pòſt corrigat: alioquin ſciat qa manum ſuã non auertit. Sed qa illa cogitare noluit q peccauerit, ſed ſanguis ſanguinẽ tetigit, ideo murus diſſipatus eſt, & ipſa hoſtibus ſubiecta. Audiãt hæc q temerè iudicare nõ metuũt, nec cauſas iuſto examine perpendunt, dñs nihil ſine deliberatione & mẽſura facit, iu ſto examine cuncta perpendit qui perfectè oĩa nouit. Antemurale, fides eſt. q diſſipato muro lugere dr, non illa quę per dilectionem operatur, ſed qua dęmones credere & cõtremiſcere dicuntur: per quam anteq murus diſſiparetur, virtutum ſ. cæterarum constructio erat ei Chriſtus murus & antemurale per eandem ſidẽ in animæ collocatus. Sed quia noluit per fidem Chriſtũ, cuſtodem & defenſorem habere, diſſipatur operatio virtutum & luget antemurale fides, ſ. qua iudicium credit & contremiſcit. Ita non poteſt reſiſtere hoſtibus, non qđ pœnitentiæ auferatur locus, ſed quia redire contemnit.

Alleg. C *Cogitauit do.* Alleg. Dñs ſup eccleſiam funiculum peccatorũ noſtrorum & normam diſtricti iudicij extendit, vt ipſam affligat ſ'm delictorũ merita. Murus diſſipatur, ſ. rectores & defenſores, cùm aut immatura morte ſubtrahuntur, aut ab hoſtibus ſuperantur. Sed quia iuſto Dei iudicio fit, manum ſuam à perditorum afflictione non auertit. Vrbs n. noſtræ fortitudinis. Sion non minus ab inuiſibilibus hoſtibus interius, quàm à viſibilibus exterius deuaſtatur. Luget murus. i. ſaluator, dum nos lugẽtes facit. Chriſtus ĩ hac ciuitate, & antemurale eſt & murus. cui membrorum ſuorum luctus aſcribitur. Hic murus diſſipatur cùm eius munitione eccleſia deſolatur.

b *Defixæ ſunt, &c.* Paſchaſ. Portæ ĩ terra defigunt, vel perduntur & conteruntur, cùm doctores ſynagogæ, defenſores, mer[...] terrenis applicã[...] Reges eius & pri[...] cipes eius in gent[...] idem repetere vi[...] tur, vt per portas [...] telligantur reges [...] p vectes princip[...] Hi in gentibus c[...] fracti & perditi [...] in terra defixi, ne[...] deant ad eum q[...] in lege promiſſi [...] ſuſcipere noluer[...] Nõ eſt lex, quia c[...] mata eſt à Chald[...] vel Chriſto ami[...] nulla lex eis eſt. vnde iam apud Iudęos nulla eſt legis ſeruatio. Prophetæ non inuenerũt viſionem a domi[...] quia legiferum ſuum, & dominum prophetarũ præſ[...] tem viderunt, & contempſerunt.

*Defixæ ſunt.* Aĩa plangitur, cuius ſenſus ſunt in terra fixi, i. in fimo peccati, & non eſt virtutũ ſubſtantia cu[...] di: q quia noluit intrare per anguſtam portam, port[...] ſenſus fixit in terrenis oblectamentis, vectes perdidi[...] ſeras virtutũ, ne immundis ſpiritibus prohibeat ing[...] ſum, ſic principatus mandatorũ Dei captiuatur. Non lex ei nec viſio à domino, vt audiat intus, quid loqua[...] Deus: ſed effrenis poſt vana raptatur deſideria.

*Defixæ ſunt. &c.* Portæ eccleſiæ doctores ſunt qui c[...] ſcientiæ gerunt, qui in terra fixi ſunt dum terrenis oc[...] pantur. Superius dixit portas deſtructas, hic quaſi al[...] plus, ſ. in terra defixas. Quod infixum eſt, difficile mou[...] põt. vnde: *Eripe me domine de luto, vt non infigar.* Vectes p[...] ti ſunt & contriti, qui. ſ. diuinæ legis ianuas credenti[...] prius recluſerũt: vel qui in circulos aureos ad porta[...] arcam mitti debuerunt. Hi hæreticorum viribus co[...] rũtur, quia perditis ſuis moribus deprauantur. Sic re[...] & principes vitijs vitæ carnalis quaſi in gentibus capt[...] tur. Non eſt lex quantùm ad eos. ſ. q quotidie ſibi m[...] accumulant, & ſine legis vindicta putant ſe poſſe pe[...] re. Tales doctores eccleſiarũ quaſi prophetæ Iudæor[...] uinæ inſpirationis viſionem non merentur, vt rectè [...] ceãt de futuris, qa ſe prauis & vanis implicãt deſideri[...]

c *Sederunt in ter.* Paſch. Patet hiſtoria, quia more ſuo [...] dæi tantis tribulationib. oppreſſi, miſerabili habitu [...] gebant: Non tamen ſine cauſa illi præcipuè ploran[...] plangunt, in quibus & religionis autoritas & integ[...] tis honeſtas prædicatur.

*Sederunt.* Aĩa cũ ſpiritũ conſilij mittit, quaſi ſenec[...] gr[...]

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vocem de. in do. *ſ. aduerſarij exultando de captione & ſpoliatione loci.*

2 Sicut in die ſo. *ideſt, ſicut in ſolennitatibus ſolebant cantare Leuitæ laudes Dei.*

3 Cogitauit. *quia ab ęterno pręuidit omnia in tempore fiendæ.*

4 Tetendit funiculum ſuum. *ad deſtruendum ſecundum lineam ſuę iuſtitię. Iſto modo dicitur. 2. Reg. 8. a.* Menſus eſt Dauid duos funiculos, vnum ad occidendum, &c.

5 Luxitque antemurale. *Antemurale enim eſt paruus murus ante murum principalem in clauſuris ciuitatum: & vterq; fuit diſſipatus in Ieruſalem.*

6 Defi. ſunt. *Hic ſpecialiter lamẽtatur Ieremias deſtructionem perſonarum & afflictionem, tamen continuando ſe ad pręcedentia prę-* *gmiſſa de ciuitatis deſtructione, dicẽs:* Defi. ſunt in terra [...] tæ eius. *i. amotę de locis ſuis, & in terram proiectæ.*

7 Perdidit & contriuit, &c. regem eius. *Sedechiã, qui ductus in Babylonem, & plures de principibus ſuis.*

8 Non eſt lex *i. doctor legis, qa fuerũt occiſi: ita exponit Ra[...] Põt et exponi de lege ad literam, quę fuit tunc combuſta, vt dic[...] eſt ſuprà cap. præcedenti: tamen poſtea fuit per Eſdram reparata*

9 Et prophetæ eius. *ideſt, prophetæ Ieruſalem, qui non e[...] veri, ſed falſi propheta, ideo ſubditur.*

10 Non inuenerunt viſionem à domino. *ſed magis [...] fictio[n]e vel dæmonum illuſione.*

11 Sederunt in terra, conticue. ſenes filiæ Sion. *ideſt, [...] ſalem. q. d. illi qui prius erant ibi in honore & loquebantur in [...] ritate, ſunt inhonorati & muti prę confuſione.*

✣ Co[...]

## MORALITER.

1 *Vocem dederunt in domo Dei.* mercatores & homines garruli & mali.

3 *Cogitauit dominus diſſipare murum.* ideſt, auferre præſidium angelorum propter malitiam clericorum.

5 *Luxitque antemurale.* ideſt, religioſi.

† *Et murus pariter diſſipatus eſt.* ideſt, prælati, qui ſunt in altiori ſtatu, quàm religioſi.

6 *Defixę ſunt in terra portę eius:* ideſt, ſacerdotes curati baptiſmum adminiſtrantes, qui eſt ianua ſacramentorum defixi ſunt in amore terrenorum.

† *Vectes*

† *Vectes eius* ideſt, archidiaconi, qui per viſitationẽ [...] tã tenere debent ſacerdotes curatos honeſtate clauſ[...]

† *Regẽ eius & principes eius.* quaſi dicat omnes defixi [...] in amore terrenorum.

8 *Non eſt lex.* ſcilicet diuina in ore doctorum, ſed [...] gis inutilia & curioſa.

9 *Et propheta.* ideſt, prædicatores.

10 *Non inuenerunt viſionem à domino.* quia magis curã [...] cere placentia quàm ſalutaria.

11 *Sederũt in terra, conticuerunt ſenes,* ſ. moribus & ſcie[ntia] tanq abiecti, & pueri ætate, moribus & ſcientia pro[...]

† uenti

a ¶In terrenis. b ¶Ab ætate. ¶Quibus dicitur, Inueteratæ dierum malorum. c ¶Solo nomine. d ¶Contemplationis diuinæ.
terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion, conſper- 1
a ¶Terrena voluptate. b ¶Mentes. ¶Ab[illegible]. ¶Viſio[illegible]cis.
ſerunt cinere capita ſua, virgines Ieruſalem
¶Alias, ℞i ¶Habitu pœnitentiæ. a ¶Terrena
accinctæ ſunt † cilicijs, abierunt in terra 2
a ¶Mentes. b ¶Quibus maximè condolen[illegible]. 3
¶Solo nomine amiſſo amore ſponſi. c ¶Confeſſionis.
capita ſua virgines Iuda. Caph. Defece- 4
a ¶[illegible]uiſores. ¶Rationis.
runt præ lachrymis oculi mei: † contur- 5
a ¶Conceptiones cogitationum, vel multitudo infirmorum, quę in ventre eccleſiæ fouentur.
bata ſunt viſcera mea, effuſum eſt in terra
a ¶Luxus concupiſcentiarum. ¶Diuites curis & voluptatibus ſeruientibus. b ¶Eccleſiæ ſanctorum filiæ, vel animæ. c ¶Vnde, Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.
iecur meum † ſuper contritione filiæ po-
a ¶Senſus extenuatus. b ¶Fides. ¶Mens.
¶Terrena doctrina. ¶Paruulus & lactens quibus ætas & innocentia miſericordiam impetrat.
puli mei, cùm deficeret paruulus & la-
a ¶Quaſi, Ipſa natura debuerat cogere ¶Huius ſeculi voluptatibus. 6
ctens in plateis oppidi. Lamed. Matribus
7

[g]uitatis & dignitatē maturitatis terrenis inhærens in-
[ſ]atat: qa nullo ſale condita terrenas ſectatur illecebras:
S[i] ſenes ſedent in terra, conſilij. ſ. cogitatus, & prudētiæ
a[n]is in voluptatib. quibus cum aīa occupatur, contice-
ſc[u]nt apud Deum oēs eius conatus, ſm illud. *Quoniam ta-
cui inueterauerunt oīa oſſa mea.*
Q[ua]dum ab eis q̄ intus sūt
ve[te]raſcunt, dum ſectantur
ve[ri]s hoīs lucrum, quaſi
cu[st]oſi ſenes de ſpecula cœ
leſ[tis] vitæ in terrā prolapſi à
bo[n]is cōticeſcūt. Sed ad hu
ius itę negotia tota die cla
m[a]re non deſinunt, ita ca-
pu[t]. mentē puluere aſper- a
gūt & vitiorum ſetis & ca-
prarū pilis aīa circumami-
cta gloriam perdit quā ha-
bebat in cęleſtibus & in ter-
rā volutatur, donec in pul-
uerem reuertatur.
[Conticu]erunt, Senes in eccleſia
De merito, tacent, quoniā
in terra ſedent. Nec iam iu-
ſte ſenes dñr, niſi chorus ſe-
natorum Dei cum plangē
tibs patiatur, & pro humi
libs humilietur, ſi aūt ta-
les a nobis eſſent, non plā-
geitur, ſed plangerent eos. b
Propheta verò fuget eos
quos Græci vocant preſby-
teros, nullo ætatis opere decoratos; qui fatui in terra ſe-
dent dū terrenis inhærent, quia dr̄: *Semen Chanaan & non
Iuda.* Et: *Inueterate dierum malorū, &c.* Virgines Iuda & Ieru-
ſalem idem ſignificant. qa renatorum aīæ cœleſtis Ieru-
ſalem filiæ ſunt & Sion. Hæ ſunt filię Iudæ, i. cōfeſſionis,
& filiæ Sion. i. diuinæ cōtemplationis. quibus dr̄: *Adiuro
vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, &c.* Sed hę nō
cinere capita aſpergunt non cilicio ſe induunt. quæ cō-
ptæ & ornatę feſtinant ad ſponſi amplexum. Sed ſunt
filiæ Sion ſolo noīe & ſacramēto: quæ ceciderunt in hæ-
rem de throno regni, aut prolapſæ ſunt in puluerē ter-
renæ actionis, quibus eſt opilatum os, nec ad Deum au-
dent leuare oculos, quarum capita, i. mentes, pulucreis
cineribus aſperguntur, & ſacco cilicino veſtiuntur, peco-
ri contexto ſetis & caprarū pilis. Et quia ſemel capita in
terram deiecerunt nolunt ſe erigere, nolunt de puluere
excutere. De his forſitans illa eſt quæ alias adiurat, nec
p[ro] ſe ad ſpōſum eccleſię vſurpat, ſed iam pęnitēs, iā pec-
cata plangens. Iſtæ vocantur filiæ Ieruſalem & Iuda, vt
audito nomine ſuo recordentur catholicæ confeſſionis.
a *Defecerunt.* Paſchaſius. Q. d. Quo pectore pati potero
non parcitur ſexui nec ætati: ideo lachrymando deficiūt
oculi mei iucunditas vertitur in anxietatem cordis occi
dit natio antiqua patriarcharum filia legibus erudita:
ſe nūc Dei ſui oblita, & pp ſcelera hoſtibus tradita. Lau
dabilis eſt hic defectus, nō ex infirmitate carnis. vnde Da
uid dicit: *Defecerunt oculi mei. i. e. i. &c.* Oculi ſanctorum cū
interius & ardentius inuiſibilia concupiſcunt, ab intuitu
viſibilium deficiunt. *Defecerunt.* Oculi aīæ deficiunt præ
lachrymis quando amore languida videt interius cōtur
bata viſcera ſua nec mentis intētionē ad ea dirigere ſuffi-
cit, quæ oculus intendit cuius viſcera ſunt conceptiones
cogitationū: his turbatis non poteſt liberè contueri q̄ cu
pit præ doloris amaritudine. *Effuſum eſt in terra iecur,* volu
ptatum ſcilicet & cōcupiſcentiarum luxus, quarū collu-
uione

uione diuinus ignis extinguitur. Ignis humani corporis D
(vt aiunt) in iecore præcipuè habitat, inde ad cerebrū ſub
uolat, deinde ad oculos cęteroſq; ſenſus, & ſic per mē- *Iecur in animalibus quid efficiat.*
bra diffunditur. Cùm ergo mentis concupiſcentia prona
eſt in malum, & ignis de iecore in terrā effuſo ad oculos
tollitur, rectæ intētionis de
fectio ſequitur, vnde ait: *De
fecerūt oculi mei præ lachrymis.*
Ex dolore. n. quo lachrymę
naſcuntur defectus diuinę
cōtemplationis generatur.
Notandum aūt, ꝙ talis effu
ſio iecoris de cōtritione aīę
euenit, q̄ ſanctorū filia eſſe
debuit ſed hoſtibus concul
cata ſuccubuit. vnde: Exte-
rior ſēſus vigore gratię par
uulus, & mens introrſus la- Alleg.
ctens amiſſis virtutibus, p
plateas huius ſeculi dilabi- † intumuerunt.
tur: nec eſt quo ſe vertat, ni
ſi ad lachrymas, ex quibus
quamuis oculi grauentur,
tamen flendo confortatur. E
*Defecerūt præ lachrymis ocu
li mei.* Eccleſia cū Ieremia
ad lachrymas quaſi ad do- Sap. 1. c.
loris remedia recurrit, & ſe
pro mēbris ſuis in lachry-
mas profundit, dicens: *Defe
cerunt oculi mei prę lachrymis.*
viſcera mea cōturbata sūt,
de quibus dr̄: *Venter meus conturbatus eſt.* Hæc ſunt n. viſce-
ra qđ venter, per hoc (vt dictum eſt) multitudo fidelium
accipitur, q̄ diuinis alimētis quotidie infra verum eccle-
ſię repletur, ſed præſſurarum tentatione aut morum pra
uitate quaſi mare turbatur, p quibus maiores quaſi par-
turientes ſolliciti ſunt, vnde dicit eccleſia: *Conturbata ſunt
viſcera mea.* Per iecur locupletes intelliguntur, q̄ in eccle-
ſia curis & voluptatibus deſeruiunt. Aiunt. n. phyſici, ꝙ
in iecore voluptas & concupiſcentia habeantur. Cū hi F
per varia deſideria ſe effundunt & laxant frena cōcupi-
ſcentiarū, iecur eccleſiæ in terra effunditur. Et notandū,
quia hepar ſine felle nō hr̄, nec diuitiæ terrenæ ſine ama
ritudine poſſidentur. Fertur aūt, ꝙ hepar ſuccum cibo-
rum calore ſuo contrahat ad ſe, & in ſanguinem vertat,
& ſingulis mēbris partes diuidat, ſic qui habēt, ſint quaſi
nō habentes, & in ſanguinem redēptionis ſuę diuitias
vertant, & ſingulis eccleſiæ mēbris quaſi ex abundantia
ſanguinis paſtum & alimentū prębeant. *Super contritionē* Pſal. 72. a.
*filię populi mei.* Eccleſia rectè vocatur ſanctorū filia, q̄ tūc
e *Coph. Inuocaui no. tuum domine.* Vox Chriſti ſecundũ humanitatem. Quaſi dicat. Quamuis in lacum lapſa ſit vita mea, ego tamen de nouiſſimo laqueo inuocaui ſicut Ionas de ventre ceti. Cui ſimile dicit Iob: *Si deſcendero in profundum inferni, inde me liberabis.* Vnde: & caput fidenter dicit: *In die qua inuocauero te domine, dixiſti; Noli timere.* Vnde hic quoque. *vocem meam audiſti, &c.* Appropinquaſti. Perire non poteſt, cui pater præſto eſt, cuius vocem audierat, dubitare non poterat. Sed quia Coph etiam concluſio interpretatur: iure qui perijt, gemens orat. Ne auertas aurem tuam, &c. Incarnatus enim ad extrema montiũ venerat terræ vectibus concluſus, ſed fiducialiter ſciebat, ꝙ liberaret pater vitā eius de corruptione, qua preſſus nobiſcũ pro nobis dolens dicebat. *Inuocaui nomen tuum domine.* Quod Ionas in ventre ceti præfigurauerat. Ideo Coph rectè dr̃ concluſio, quia concluſit Deus omnia ſub peccato, vt aperiat̃ nobis ianua vitę, per eũ qui in corruptione carnis venit vſque ad nouiſſima laci: ſed inuocando exauditus eſt pro ſua reuerentia. Nos quoq; corruptione & peccato concluſi, & idē nobis affuturũ credimus, propterea. *Appropinqua inquit, &c.* vt nos quoque fiducialiter idē dicamus & ſperemus. Qui aũt ſic concluſi ſumus, aſpicere, & circũſpicere nos debemus, vnde: Coph aſpice interpretat̃. Q.d. aſpice quod mortalitas & corruptio ad nouiſſima laci me perduxit. Aſpice quo laqueo ſum concluſus, noli infirmitatem & periculum diſſimulare: cõcluditur vnuſqſq; innumeris laqueis. Coph quoq; vocatio dr̃, vt ꝯcluſi iugiter inuocemus illũ qui de cœlo veniens, languores noſtros tulit, qui ait: *Non eſt opus ſanis medicus, ſed ma.ha.* Habes vulnera medicinam nõ differas: Aſpice ſpiritualibus oculis quomodo concluſus ſis, vnde: *Leuaui oculos meos in montes, &c.* Et alibi. *Oculi noſtri ad dominum Deum noſtrũ.* Hinc quoque ſuprà ſub eadem litera: *Effunde ſicut aquam cor.t. ante.con.dom.* Ideò ſub hac litera redemptoris noſtri forma proponitur, qui de lacu nouiſſimo inuocat, & fidenter orat, & gemit & clamat, nõ voce, ſed mente, vbique dñm præſentem ſentit, & ſibi appropinquantem in die inuocationis, & Deũ dicētē. Ne timeas, qui dicit. *Confidite ego vici mũdũ,* vnde: *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea quem timebo? &c.* Talis vox cordis, taliſq́; fides, magn⁹ clamor eſt. Eſt enim

E Ionæ 2.a Iob.17.c Ionæ 2.a Gal.3.d Heb.5.b Iſa.53.b Mar.2.c F Pſal.120.a Pſal.122.a Threno 2.f Ioan.16 g Pſal.26.a

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Venatione ceperunt me, &c. *Quia exercitus Chaldæorũ inſequendo Sedechiam comprehendit eum, & multos alios. 4. Regũ vltimo.*

2 Lapſa eſt in lacum vita mea, &c. *Ra. Sa. dicit, quod Ieremias prophetauit hoc de Daniele, qui fuit de transmigratione in Babylonem, & fuit proiectus in lacum leonum, & lapis poſitus ſuper os laci, vt habetur Danielis. 6. & 14.*

3 Inundauerũt aquæ. *i. multitudo aduerſariorum, eo modo loquēdi quo dicitur Iſa 8.b.* Adducet dominus ſuper eos aquas fluminis fortes & multas, regem Aſſyriorum: &c.

4 Dixi, Perij. *Ideſt, non habens remedium via humana. Et quia non remanet niſi via diuina, ideò ſubditur.*

* 1 Inuo-

*MORALITER.*

† 1 *Venatione.* ſcilicet ſpiritus maligni, & dicitur hoc in perſona eccleſiæ pro adhuc viuentibus peccatoribus, & pro defunctis quod ſequitur.

2 *Lapſa eſt in lacũ vita mea, &c.* Sequitur: *Inundauerunt aquæ ſuper caput meum.* Scilicet peccatorum & tribulationum quia tñ non aufertur totaliter ſpes miſericordiæ ſubdit̃.

A enim vox cordis & clamor, & vox ſanguinis quæ ad dominum peruenit. Hæc vox exaltatur ſublimitate,& cōceptu virtutum, ſed non intentione ſonorum. Grandis clamor fidei, per quam clamamus Abba pater. Spiritus quoque clamat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Magna eſt vox iuſtitiæ & charitatis, per q̄ mortui non modò loquuntur, ſed clamāt ſicut Abel. Magna eſt vox apoſtolorum quia. *In omnē terram exiuit ſonus eorum.* Hac voce clamat caput noſtrum clamans, & membra: clamat Rachel plo.ſi.ſudicens: Ne auertas aurem tuā à ſingultu meo, & clamoribus. Clamat Moyſes cui dicitur: Quid clamas ad me? Sed ſciendū: quia in corde clamant alij: alij in corde loquuntur. Loquebatur Anna, q̄ plorabat pro priuatis idest, filijs. Clamabat Moyſes ardore charitatis. Sub hac ergo litera concluſio noſtræ demerſionis exprimitur, & inuocatio vt amplius clamemus agnoſcitur, & ſingulis dicitur: *Aſpice quomodo ſis cōcluſus. Clama ad Deum qui præſto eſt. Ne auertas aurem tuam,&c.* Quia cōcluſit Deus omnia ſub peccato vt omnium miſereatur. vnde: *Miſeri eſtote plorate.* Quaſi dicat aſpicite concluſionem veſtram inuocate de lacu nouiſſimo.

Rom.8.c
Ibidem.
Geneſ.3.b
Pſal.78.a
Matt.2.c
2 Reg.1.a
Num.12.d
Exod.14.d
Gal.3.d
Iac.4.c.

a¶ Vox Chriſti ſecundum humanitatem. ¶ A perſona iudicis. b¶ Qui liberaſti Danielem de lacu leonum. c¶ Corruptionis. ¶ De inferno.

a Inuocaui nomen tuum domine de † lacis nouiſſimis. 1

a¶ A perſona ſua, quod humili e & ſuppliciter orat. b¶ Exaudiſti petitionem meā Quaſi: Qui audiſti exaudiſti. ¶ Forma orandi & ſperandi proponitur nobis: Miſeri eſtote & iu.

Coph. Vocem meam audiſti, ne auertas aurem tuam à †

a¶ Cordis. b¶ Ad te feciſti appropinquare.

ſingultu meo & clamoribus. Coph. Appropinquaſti in die 2

a¶ Dominus illuminatio mea & ſa. mea quem ti. b¶ Caput, vel capitis, vel primatus. ¶ Vox capitis. c¶ Iuſte.

b quādo inuocaui te dixiſti, Ne timeas. Res. Iudicaſti domi-

a¶ Iuſtitiam. b¶ Vox membrorum quæ venundata ſub peccato, ¶ Quem nihil latet. 3

c ne cauſam animæ meæ, redemptor vitæ meæ. Res. Vidiſti

a¶ Aduerſariorum, ſcilicet. b¶ Qui omnia iuſte iudicas. ¶ Secundum quod audiſti. 4

domine † iniquitatem illorum aduerſum me: iudica iudi 5

¶ In actu. ¶ Non rationem ¶ In actu. 6

cium meum. Reſ. Vidiſti omnem † furorē, vniuerſas cogi-

B Gilbertus. Non loquaci, ſed dicaci; non ſtudoſo, ſed perſpicaci rethorica ſemina iacimus, vt quod aliquibus in locis lamentationum facimus, faciat ipſe in omnibus. Hoc tamen generaliter notandum, quòd ſicut iudicis miſericordiam comparando quinto conqueſtionis vtitur loco, incommoda ſua ſigillatim exponendo: ſic in aduerſarios indignationem excitando duodecimum indignationis ponit locum, colligens quæ in negotio acta ſunt vel ſecuta, cùm vniuſcuiuſcunque indignatione & criminatione rem verbis ante oculos iudicis exponēs vt indignetur, ac ſi interfuerit & viderit, vnde: *Vidiſti domine omnem furorem, vniuerſas cogitationes,&c.*

C a *Res.* Caput, vel capitis vel primatus. Caput nobis eſt, vel forma capitis, vt cōſideremus authorem vitæ, qui eſt caput noſtrum omnia fouens, omnia regens, & ſenſibus implens. Senſus enim ſapientis in capite, ſublato capite non agnoſcitur corpus nec ſupereſt cauſa viuendi. Quid ergo caput de ſe ſentiat audiamus.

b *Iudicaſti domine cauſam animæ.* Hæc vox tā capitis, eſt q̄ corporis, vt nec caput ſine corpore, nec corp⁹ ſine capite. Cauſa animæ iuſtitia, quæ capiti coaptatur, redēptio corporis eſt: redimitur. n. qui venundatur. Sub peccato corpus nō confidit ſuis viribus, niſi iuſtitia capitis ſuffragetur. Iuſtitia ergo Chriſti iudicium patris redemptio hominis, more ergo rethorico à perſona iudicis capta iuſtum iudicem collaudat, deinde cauſam animæ, tandem cur venerit, idest, redemptionem oſtendit. Eſt enim redemptio vitæ noſtræ, quam ſuam eſſe propter charitatem declarat, vt nos in illo & ipſe in nobis viuat. Tandem per indignationem aduerſariorum iniquitatem & furorem commorat, vt iudicem in ſe miſericordem, in aduerſarios indignantem reddat. Quaſi, dicat, lic probares cauſam animæ meæ, vide tamen furorem aduerſum me. *Iudica er. iu.* In quo patet, quòd iniquitatem reprobans puniat, æquitatem diligat, & ſingulorum cogitationes diſcutiat, qui (quia caput membra regit & viuificat) & omnia iuſtè diſponat. Eſt autem hæc vox electorum, idest, corporis Chriſti, qui primatum benedictionis adepti ſunt. Res enim ſonat primatum. Alius eſt enim populus, qui Eſau primogenita vendidit, alius qui emit. Singula ergo corporis membra capitis gratiam participant, primatum gra vendicant, vt vigor capitis ad ſingula membra perueniat. In capite vigor vitæ, & primatus noſtræ hæreditatis. Hoc omni corpore expoſito cuſtodire debemus ſicut ſerpens caput cuſtodit, exponit corpus, quaſi in eo vitam eſſe nouerit. Sine hoc capite non viuimus. His itaque tribus verſibus electi per caput (quod eſt Chriſtus) patri commendantur, eiuſque iudicio iuſtificati, & redempti efferuntur, & iniquitas & furor aduerſariorum, & cogitationes condemnantur, & mira capitis & corporis vnitas declaratur.

D c *Redemptor vitæ meæ.* Alij *Defenſor.* Redemptio membrorum, defenſio verò capitis, & corporis eſt. Redemptio ergo, & defenſio totius noſtræ ſaluationis Chriſti offertur patri, vt per ſimplicem eius mortem, noſtræ plæ redemptio exhibeatur. Reſtat ergo vt in capite primatum ſeruemus, qui auferri non poteſt, ſi non auferatur Chriſto. Sit ergo caput ſeruandi ſumma ſtudij operis. Summa ſpei, & virtutis, vt ſimus in vnitate corporis. Chriſti coniuncti noſtro capiti, vnde: Iſaias: *...ſteram à Iudæa caput & caudam.* Idest, initium & finem. Caput Iudæa amiſit, quando Chriſtum non accepit qui principium eccleſiæ, & primatus, & primogenitus mortuis. Ipſe eſt finis legis ad iuſtitiam omni credenti per quem iniquitas damnatur, æquitas coronatur, furor & cogitationes aduerſariorum reprobantur. Iam verò quid Sin litera contra eos afferat, videamus.

a Si

NICOLAVS DE LYRA.

1 Inuocaui no. tuum domine de la. no. *Idest, de extrema miſeria. Vel iſtud poteſt exponi ad literam de Ieremia, qui fuit poſitus in lacu, in quo non erat aqua, ſed lutum, vt habetur ſupra. 38. & ibi orauit dominum, & exauditus fuit, & de lacu eductus, ideò ſubditur.*

2 Appropinquaſti in die quando inuoc. &c. *Me aſſecurando.*

3 Iudicaſti do. cauſam, &c. *Liberando me à præparata mihi morte. Rab. Sal. verò exponit hoc dictum eſſe in perſona populi di. quod iſtud refertur ad priſtina tempora, in quibus Deus ſuo iudicio liberabat populum Iſrael ab aduerſarijs, vt in exitu de Ægypto & in multis alijs: vt patet in libro Iudicum, & etiam ...gum & eſt ſenſus:* Iudicaſti domine, &c. *Idest, conſueuiſti domine ab antiquo liberare ab affligentibus me iniuſtè, ideò ſi... cias modò, propter quod ſubditur.*

4 Vidiſti domine iniquitatem. *ſcilicet Chaldæorum.*

5 Aduerſum me. *Quia crudeliter, & iniqua voluntate ... ſunt victoria habita de Iudæis.*

6 Iudica iuditium meum. *Liberando me ſicut conſue... facere.*

* 1 Aud

MORALITER.

† 1 *Inuocaui nom. tuum domine de la. no.* Per hoc non eſt intelligendum, quòd oret eccleſia pro damnatis, ſed pro exiſtentibus in purgatorio quod eſt quædam inferni portio.

† *Vocem meam audiſti, ne auertas,&c.* Quia Deus ſemper eſt paratus audire vocem humiliter deprecantis: licet nō ſemper exaudiat in affectu ſtatim, ſed tempore competenti, ideo ſubditur.

3 *Iudicaſti domine cauſam animæ meæ.* Me liberando competenti tempore.

4 *Vidiſti domine iniquitatem illorum.* Idest, dæmonum & obſtinatorum hominum in peccato: qui ſunt membra eorum de quibus ſubditur.

† 1 Audi

a ſin. Paſcha. Dentium vel ſuper vulnus dentium Ad-
A ueus Chriſtum opprobria planguntur. De quibus dici-
tu. *Dentes eorum arma, & ſagittæ &c.* quorum labia inſur-
gut contra veritatem. Q d. *Labia doloſa in corde & corde lo.*
*Iur* Sub hac eadem litera inquit Dauid. *Principes perſecuti*
*ſũt e. gratis*, &c. Et alibi qua
ſi h ius literę interpretatio
ne exponens ait. *Super do-* a
*lorem vul. e. ad.* Quaſi de me- b
dici a mortem ſumpſerũt.
vnc. *Appone ini. ſuper. in eo-*
*rum &c.* Interpretatur. n. hęc
liter, vt diximus, ſuper vul
nu vnde propheta lamen-
tat, quia (cum hac medi-
cin vulnera curentur) his c
ſup raddiderunt, qui mala
pro onis reddiderunt, &
per diam & fide propheta
rur meſſuerunt, & perfi-
dia omicidia addẽtes. hęc
ma conſumata iuſtus ar- d
bit iuſto patris iuditio of e
fer punienda, quorum in- f
cre ulitas vulnus ſuper vul
nu domini interfectio fuit. Super vulnus rectè medica-
metum apponitur, quo vulneris † aſperitas mitigetur.
Super vulnus oleum infunditur vt moliatur: hi autem
reiecto medicamento, ſuper vulnus infidelitatis perfidiã
addiderunt & mortem, ſicut omnes reprobi ex patientia
Dei quæ ad pœnitentiam nos adducit. *Secundum duritiam*
*cor s iram theſaurizant ſibi omnes cogitationes eorum, &c.* Deũ
vb; præſentem inſinuat, cui præſto ſunt omnes cogita-
tioes, & corda.

a ¶Dominus nouit cogitationes hominum. b ¶Innocentem. c ¶Sin, dentium. vel ſuper vulnus, de quibus dicitur. Dentes eorum arma & ſagittæ, & ſuper dolorem vulnerum eorum addiderunt.

tationes eorũ aduerſum me. Sin. Audiſti op- 1
a ¶Vt: Dæmonium habes, & huiuſmodi. b ¶Vt quid cogitatis mala in cor. veſtris.
probria eorum domine, omnes cogitationes
a ¶Labia doloſa in cor. & cor. lo. ſcilicet.
eorum aduerſum me. Sin. Labia inſurgen- 2
tium mihi, & meditationes eorum aduerſum
¶Aſſiduè. a ¶Quaſi magiſtrorum.
me tota die. Sin. Seſſionem eorum & reſur- 3
a ¶Exaltationem. b ¶In me pſallebant qui bibe. vinum.
rectionem eorum vide: ego ſum pſalmus eo-
a ¶Signa vel errauit vel conſumauit. b ¶Vt pro infidelitate amplius repellantur a fide. c ¶Qui reddis vnicuique ſecundum opera ſua
rum. Tau Reddes eis † vicem dñe iuxta operã 4
a ¶Ne penetrentur iaculo prædicationis.
manuũ ſuarũ Tau. Dabis eis † ſcutum cordis 5

b *Audiſti op.* Hoc eſt ei audire quod videre & videre quod
ſcit, quem nulla latent, cui omnia patent, reprobi autẽ
quaſi ſuper vulnus peccati irã theſaurizãt ſibi. Vñ addit.
c *Seſſionem eo. & re. eo.* Inſultando n. & ſubſanando non
minus contra caput ſæuiunt quam contra corpus, quaſi
iudices & doctores in cathedra peſtilentiæ ſedentes, quo
rum nullus fouetur medicamine: *quia omne caput langui-*
*dum, & omne cor mœrens a planta pedis vſq; ad ver. non eſt in eo*
*ſa.* vbi vniuerſitas periclitatur, & totum corpus conſu-
mitur: iam non eſt malagma imponere. Eſt autem men-
C tis vulnus quod oleo Spiritusſancti fouetur: & pacificis
ſermonibus quibus expellitur nequitiæ virus. Sunt. n.
verborum fomenta, & medicamenta. Sunt legis vincu-
la quibus alligati ſoluuntur, confracti ſolidantur. Sub
hi itaq; verſibus irreuocabilis malorum inſania plangi-
tu qui omnem medicinam repellunt quam quaſi ſuper
vulnus Chriſtus attulit, qui vinum & oleum in ſemiui-
ui elicti vlnera effudit & alligauit, & ſtabulario qui cu
ram illius haberet commiſit, qui de Ieruſalem deſcende-
ba in Iericho. Caueamus ergo ne ab Ieruſalem deſcẽda-
mus, peccando: ſed aſcendamus, benefaciendo. Si tamen
peccauerimus ne deſperemus, quia medicum habemus
qui alligaturam cæleſtium verborum ſuper vulnus im-
po it di. *Pœnitentiam agite, a. e. r. c.* hic vulnera curat, & con
fracta ſolidat ideo deſperare planguntur qui cõtra Chri-
ſtum & eccleſiam inceſſanter debacchantur, deridentes,
& ſubſannantes, qui ſecundum opera ſua iudicabuntur,
vnde ſequitur: *Reddes eis vicem &c.*
d *Tau. Signa.* vel errauit, vel, conſummauit. Quę. n. hic di
cuntur, ſigna ſunt futurorum, vnde: pſal. *Oſtendiſti populo*
*tuo dura. dediſti metuentibus te ſig. vt f. a. f. ar.* Sed quia noluc-
runt auertere.
e *Reddes eis vi. domi. iu. ope. ſua.* Hanc primũ Iudæis reddi-
dit, qui corde obdurati, & perfidia cæcati: a fide & verita D
te amplius repulſi ſunt, ne poſſent intrare in iuſtitiã Dei
& viam ſalutis. Qui. n. vitam peremerunt, mortem pro-
meruerunt, errauerunt. n. ſecundum quod. Tau. interpre
tatur, errauit. Erat autem & omnis reprobus qui corde
impœnitenti obduratur.
Ideo & dominus conſum-
mauit iuſtitiam ſuã quod ſi
gnatur per Tau. literã quæ
iuſtitiã ſonat. Vñ ſequitur.
f *Dabis eis ſcu. cor. &c.* Quia
dum laborem paſſionis de-
riſerunt, eodem cor ſuum
texerunt, nec prædicationis
iaculis penetrari permiſe-
runt. Sic ergo reprobi, quos
inuitat ad pœnitentiam pa
tientia Dei, eandem oppo-
nunt ſibi quaſi ſcutum cor
dis, vt non videant quid ſu-
ſtinens laboraret, & ſic the-
ſaurizant iram Tenditur ar
cus iuditij dum ſuſtinet pa
tientia Dei, ſed hi duritiam E
cordis & excuſationes obie † retributionẽ
ctant ne uerba vitæ ſuſcipiant. Hinc propheta dicit. *La* Iere. 6. c.
*boraui ſuſtinens.* cum perfidi Dei filium laborantem in paſ † dolorẽ cordis maledi-
ſione viderunt. Quia, ergo ſignificationem, vt fugerent a ctionem tuã.
facie arcus cõtempſerunt, rectè ſequitur. *Perſequeris in fu-* Pſal 1. a.
*rore, &c.* Vt quia obdurati & ſedentes in cathedra peſtilen Matth. 25. d.
tiæ, & ſurgentes contra dominum, tanquam puluis a fa-
cie terræ ſub cœlis conterantur: quia nec cœlum eſſe nec
cœleſtib. diſciplinis voluerunt inhærere. Qui n. Chriſtũ,
& mẽbra eius perſecuti ſunt, iure in furoris perſecutio-
ne cõtriti ſunt, vt audiant. *Diſcedite a me mal. g. in ignem æter* Suprà 1. g.
*num, &c.* Hæc ſunt. n. ſigna quæ præcurrerunt vt fugerent Suprà 1. g.
a fac. ar. & noluerunt: vnde retrò ſub hac litera, voce ec-
cleſiæ præmiſſum eſt: *Ingrediatur omne malum eorum coram*
*te, & de vindemia eos propinque, &c.* Et in alio alphabeto. *Nõ*
*fuit in die furoris d. qui effugeret & relinqueretur &.* Rectè ergo
Tau conſummationem ſonat, quia ſub ipſa finem & con F
ſumationem accipit, qui eſt Chriſtus: impietas verò con-
ſummationem damnationis & finẽ ne vltrà poſſit exal-
tari. In vtriſq; præcedentia ſigna veritatem exhibent ſuæ
ſignificationis. Nam dñs oſtendit populo ſuo dura in ſi-
gno crucis, vt liberentur dilecti. Illos verò qui ſigno cru-
cis noluerunt ſignari, conſequetur veritas ſignorum, &
contritio ęterni ſuplicij, qui contra miracula ſcutum per
fidiæ obiecerunt. Electi verò habent ſcutum bonæ volũ-
tatis quo coronãtur: quia quos Deus protegens adiuuat,
remunerans coronat De ſcuto reproborum dicitur. *Cor* Iob. 41. a.
*pus illius quaſi ſcuta fuſilia.* Corpus n. diaboli ſunt reprobi
(quaſi ſcuta fuſilia) fragiles & infirmi. Scuta quidem fuſi
lia contra ſagittas robuſta, caſu fragilia, ſic & reprobi per
obſtinationem duri ſunt, per vitam fragiles, nullo prædi
cationis iaculo penetrantur, quia ſcuto prauæ defenſio-
nis proteguntur. De talibus ergo rectè plangit. *Dabis eis*
*ſcu. &c.* Abutentes enim Dei patientia cogitant Deum
non curare talia, aut non videre aut conditorem in cau-
ſa eſſe ſicut Adam qui ait. *Mulier quam dediſti mihi perſuaſit* Gen. 3. c.
*& comedi.* Mulier quoque culpam retorquens in ſerpen-
tem, obliquat in autorem. Hoc ſcuto protectus Cain ait Gen. 4. b.
ſuperbè & contumelioſè. *Neſcio domine.* fraudulenta hu-
militas & falſa negatio. *Nunquid cuſtos fratris mei &c.* con-
tumax contra Deum obiurgatio. Sic quiſque dum Dei
patientia abutitur, & ſigna iuditij metuere dedignatur,
nec ſigno huius literæ munit, mulctatur iuſta dãnationis
vindicta:

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Audiſti oppro. &c. *non ſolùm prolata contra populum tuũ ſed contra teipſum, quia Deum Iſrael reputabant impotentem ad ſaluandum.*

2 Labia inſur. miſti & medi. &c. *Replicatio eſt eiuſdem ſententię ad maiorem exaggerationem.*

3 Seſſio eorum &c vide &c. *i. tu domine qui vides omnia, tu vides quod Chaldęi ſedendo & ſtando deriſoriè cantant & loquuntur de me.*

4 Reddes eis vicem domine. *quando tibi placebit ſecundũ ordinem tuæ iuſtitiæ.*

5 Dabis eis ſcutum cordis. *i. obdurationem in peccatis vnde habetur in Hębreo.* obdurationem.

* 6 Laborem

## MORALITER.

† 1 *Audiſti opprobrium eorum.* nam infideles quaſi continu blaſphemant Chriſtum.

3 *Seſſionem eorum & reſurrectio. vide &c.* q. d. ſedendo, & ſtando deriſoriè loquuntur de me.

4 *Reddes eis vi.* i. pœnam debitam.

5 *Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum.* i. dimittes eos in obduratione ad moleſtandum te in membris tuis.

indicta: qui nō ſolùm errauit, verum etiam conſummauit & impleuit menſuram peccatorum ſuorum, vnde. *Nondum.n.completa sūt peccata Amorrhæorum.* Quib. completis mox promiſſio, & vindicta venit. Quod hic oſtenditur per literam quæ conſummauit interpretatur: peccatum conſummatum, generat mortem corporum impœnitens eſt conſummatio. Cum gemitu ergo & lachrymis oremus, vt cor noſtrum

a ¶Paſſionem, crucem, mortem. in futuro ſicut me perſecuti ſunt. b ¶Ergo. ¶Hic vel c ¶Ite maledicti in ignem æternum.

laborem tuum. Tau. Perſequeris in furore 1
2 tuo, & conteres eos, * ſub cœlis domine. 3

a ¶Vnde duplici contritione conteredo b ¶Qui cœleſtes eſſe noluerunt.

ſtrum emolliat dominus, vt ſigna eius metuamus, potati vino compunctionis fugiamus a facie arcus.

Gilber. In graui ſtylo lamentationes eſſe compoſitas manifeſtum eſt. Ponuntur enim cuiuſque rei verba ornata, vel propria, vel tranſlatæ ſententiæ graues, cum amplificatione, & miſeratione, & cum ſententiæ ornatæ cum verborum grauitate, ſicut hic. *Quomodo obſcu.est au.&c.*

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Laborem tuum *i.laborem ſeruorum tuorum, qui dicitur labor tuus, eo modo loquendi quo dicitur, Act.9. Saule, Saule, quid me perſequeris? Perſecutionem.n.ſuorum fidelium ſuam dicit. Propter laborem.n. & dolorem quem fecerunt Chaldæi Iudæis iuſtis: quorum plures erant inter captiuos, qui meruerunt vt Deus ſubtraheret ab eis ſuum auxilium, & gratiam: & ſic in malis obdurarentur, a Mædis, & Perſis interficerentur, ideo ſubditur.*

2 Perſequeris in furore tuo. *i.in vindicta tuæ iuſtitiæ.*

3 Et conteres eos. *Per Cyrum & Darium, vt habetur Dan.*

## MORALITER.

† 2 *Perſequeris in furore.* Finalis iuditij.

3 *Conteres eos ſub cœlis domi.* i.in inferno, qui eſt in mundi profundo.

## ADDITIO.

In capite tertio. Ego vir videns.

*In hoc capite eſt tertia lamentatio, vbi propheta poſtquam deplorauit deſtructionem Ieruſalem quæ erat ſolium regni in primo capite, & deinde deſtructionem totius regni Iſrael in ſecundo capite. Nūc in tertio incipit lamentari afflictionem ſuipſius in carcere poſiti, & in lacu conſtituti, ſicut habetur Ieremiæ.20.& 28. Vel potius, & magis propriè ad literam deplorat paſſionem Chriſti cuius memoria hic introducitur, eò* ꝙ *ſicut inter omnia meritoria quæ in Ieruſalem fuerunt acta, fuit ſummum paſſio Chriſti, ſic inter omnia peccata quæ fuerunt in Ieruſalem materiali commiſſa propter quæ irreparabiliter fuit deſtructa, occiſio Chriſti ſummum tenet locum, vnde in fine huius tertiæ lamentationis concludit punitionem Iudæorum finalem: quæ etiam hodie durat dicens in fine.* Proſequeris in furore, &c. *Quam quidem paſſionem in perſona Chriſti deplorat in multis verſiculis. In primo.n.lamentatur de ſua expoliatione, qua exuerunt eum veſtimenta ſua, & nudauerunt ſicut pauperem. Vnde incipit.* Ego vir videns paupertatem meam. *Secundò verò lamentatur de ſua captione, & alligatione quę fuit facta nocte a cohorte & tribunis, vnde ſubditur.* Me minauit & adduxit in tenebris & non in lucem. *Tertio vero lamentatur de ſua vexatione, qua per totam noctem in domo Caiphæ & Annæ fuit a Iudæis vexatus. Vnde ſubdit.* Tantum in me vertit: & conuertit manum ſuam. *Subdit etiam.* Vetuſtam fecit pellem meam, ædificauit in gyro meo, in tenebroſis collocauit me. *Quarto lamentatur de ſua acclauatione qua fuit conclauatus in cruce, vnde ſubdit.* Circumædificauit aduerſum me, vt nō egrediar, aggrauauit compedem meum. *Quinto verò lamentatur de ſua acclamatione qua clamauit in cruce, & abſq; exauditione vt videbatur, cum ſubdit.* Sed & cum clamauero, excludet orationem meam: concluſit vias meas lapidibus quadris. *Sexto lamentatur de ſua illuſione & blaſphematione de qua ſcriptum eſt.* Prætereuntes blaſphemabant eum mouentes capita ſua: *& hoc facit cum ſubdit.* Vrſus inſidians factus eſt mihi: poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam, factus ſum in deriſum omni populo, canticum eorum tota die. *Septimo lamentatur de ſua cibatione, & potatione ex vino myrrhato, & miſto cum felle, vas.n. fuit ei impoſitum plenum aceto: & hoc facit cum ait.* Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me abſinthio, cordare abſinthij mei & fellis. *Octauo lamentatur de ſua ſolitudine in cruce, & omni deſertione excepto latrone: de cuius confeſſione agit cum dicit.* Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea, & *ſequitur verbum Chriſti ad latronem.* Noui diluculo, multa eſt fides tua, & *ſubditur: verbum latronis.* Pars mea dominus propterea expectabo eum. *Nono lamentatur de multiplici colaphizatione cum ait.* Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs. *Decimo lamentatur de lachrymarum effuſione in cruce, de qua dicit Apoſtolus ab Heb.5.b.* Qui cum lachrymis & clamore valido preces obtulit Deo. *Et hoc facit cum ſubdit.* Oculus meus afflictus eſt. *& ſequitur* diuiſiones aquarum deduxerunt oculi mei. *Vndecimo lamentatur de morte & ſepultura & lapidis obuolutione ad oſtium monumenti cum ait.* Venatione ceperunt me quaſi autem lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper me. *Duodecimo lamentatur de mulierum fletu & vlulatione, vnde* Inundauerunt aquæ ſuper caput meum. *Decimotertio agit de ſua deſcenſione ad limbum, cum dicit.* Inuocaui nomen tuum de lacu nouiſſimo, vocem meam audiſti. *Decimoquarto agit de ſua reſurrectione, ib.* Appropinquaſti in die quando inuocaui te, iudicaſti domine cauſam animæ meæ. *Decimoquinto agit de Iudæorum malitioſa machinatione, qua reſurrectionem dederunt pecuniam militibus, vt dicerent* ꝙ *diſcipuli eius ipſis dormientib. fuerunt eius corpus furati, ideò ſubdit.* Vidiſti domine iniquitatem illorum labia inſurgentium & meditationes aduerſum me. *Decimoſexto verò & vltimo agit de congrua Iudæorum punitione propter illud peccatum eorum deſtructione & perſecutione quam hodie patiuntur: vnde ſubditur in fine lamentationis.* Perſequeris in furore, & conteres eos ſub cœlis domine. *In hoc lamentatio tertia finitur.*

## CAP IV.

a Q*Vomodo ob.* Aleph. Vox dolentis & increpantis ſicut & illa. *Quomodo ſedet ſola ciuitas.* Deplāgitur Iudęorum duritia, quorū patres refulſerūt quaſi aurum & lapides pretioſi, in ſanctuario Dei, in fide & operib. priori: poſteriorū Chro veniente ad perfidiā cōuerſi ſunt.

b *Aurum.* Quia fides in nobis remanet, & baptiſmi ſacramentum aurum vocamur, & lapides ſancti, ſed obſcurari fuligine peccatorum & diſperſi per diuerſa genera † negotiorum

## CAP. IV.

## ALEPH.

a ¶Attentos facit dicendo rem magnam, nouam, incredibilem. b ¶Fides Iudæorum. ¶Vita ſacerdotum. ¶Ignitum Dei verbum.

a b QVomodo obſcuratum eſt aurū 1

a *La*

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. IV.

* QVomodo. *Hic deſcribitur lamentatio ſub quarto alphabeto, & dicit hic Ra.Sa.* ꝙ *Ieremias ſcripſit iſtud quartum caput lamentando mortem regis Ioſiæ, ſecūdum quod dicitur.2.Para.35.d.* Vniuerſus Iuda, & Ieruſalem luxerunt eum: Ieremias maximè cuius omnes cantores & cantatrices vſque in preſentem diem lamentationes ſuper Ioſiam replicant, & lex &c. *ergo cum in tribus capitibus præcedentibus non habeatur mentio de lamentatione Ioſiæ, oportet dicere vt videtur, quòd Ieremias hic eum lamentatur, vel quòd lamentationes de Ioſia nos non habentur. Sequendo ergo ſenſum iſtum qui videtur ſatis rationabilis: præſens caput in duas partes diuiditur, quia primò ponitur huiuſmodi lamentatio. Secundò contra aduerſarios inuectio, ibi:* Gaude & lætare. *Circa primum ſciendum, quòd*

## MORALITER.

† 1 *Quomodo obſcuratum eſt aurum, &c.* per aurum quod eſt inter metalla pretioſius, charitas ſignificatur, quæ tanta fuit in eccleſia primitiua, quòd multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna ſed quantum ſit imminuta per guerras mortales inter Chriſtianorum principes monſtratur.

† 1 *Mi*

a ¶Sanctitatis habitus, charitatis, ornatus. b ¶A ſanctuario Dei. c ¶Viui. ¶Patriarchæ & prophetæ ¶Sacerdotes Chriſti monachi, virgines, virtutes. d ¶Qui in honore eſſe volunt, quamuis ſecularia quærant.
a † mutatus eſt color optimus: diſperſi sũt lapides sãctuarij 1 2
a ¶Latæ & ſpatioſæ vitæ quæ ducunt ad mortem. b ¶Domus. c ¶Iudæi vel fideles.
b in capite omnium platearum. Beth. Filij Sion † inclyti, & 4 3
a ¶Genere & doctrina b ¶Ornati. c ¶Cœleſti ſapientia. d ¶Quaſi: Quam admiranda & quam inſperata mutatio e ¶Relictis cœleſtibus curantes terrena.
amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, 5 6

a *Lapides ſan.* Virtutes animæ fidelis. Notandum quan-
A tũ ſit vis huius lamenti, quantæ propheta charitatis ad omnia ſe extendit, plangit cęcitatem Iudæorum, diſperſionem eccleſiarum, nuditatem animarum.

*Quo.ob.eſt aurum, &c.* Fidei.ſ. & innocentię ſplendor quę quondam claruerunt in illo populo: diſperſi ſunt non ſolum per vanitatis negotia, ſed in nationes exteras, qui prius diſperſi erant in capite omnium platearum, latam .ſ. & ſpatioſam viam incedentes. Iuſtè.n. qui de ſanctuario Dei ſe ad negotia ſęculi expulerunt, a fide in perfidiam expelluntur, deinde captiuantur.

*Quo.ob.* Plangit ſe anima in baptiſmo niue dealbata infuſione Spiritusſancti auro pulchrè colorata: ſed poſtea aut hæreſib. infecta, aut vitijs obfuſcata, cuius ſapiẽtia auro clarius fulgebat, eloquentiæ colorib. diſtincta. Sed dũ
B concupiſcentijs oblectatur, aurum obſcuratur, & color denigratur vitijs. Habet anima verbum diuinum auro fulgidius † quæ charitate interiori coloratur. Sed cum terrenis applicatur, aurum obſcuratur & color mutatur Sed cũ terrenis applicatur, aurum obſcuratur, & color mutatur in amorem.ſ. mundanorum ab amore cęleſtiũ. *Le.ſan.*i. animæ virtutes diſpergunt̃ in *cap.o.p.* Quia amiſſa charitate cæteræ diſſoluuntur, & ad concupiſcentiam mundanæ vitæ inclinant̃ quaſi in *cap.o.p.* Et lapides quos ſuo rationale iudicij annexos, in pectore portare debuit, in gloriam & laudem Dei & ſui decoris, colore dilectionis Dei in deterius commutato, diſperſi iacent in capite platearum: quia tamen verbi Dei ſubſtantia in nobis manet incorrupta, quamuis peccatis obſcurata, non natura ſubſtantiæ perempta, ſed obſcurata plangitur: etſi.n. hæretici integritatem fidei corrumpere videantur, vis verbi & natura non ſoluitur, obſcuratur quidem, ſed non corrumpitur. Ita ergo obſcuratur aurum. *eloquium.ſ. Dignitum & præceptum domini lucidum il. oculos, q.d.* Quõ ob
C ſcuratur mihi quod lucet alijs, & transfugas conuertit.

*Quomodo obſcu. &c.* Vox eccleſiæ, aurum fuerunt innocentia Dei, & prærogatiua patriarcharum: ſed obſcurati ſunt ſordib. delictorum, vel aurũ obſcuratum reproba miniſtrorum Dei, ſordib. fuſcata: quondam virtutib. glorioſa, nũc per negotia ſeculi obſcurata. Color optimus, ſãctitatis habitus per terrena & abiecta mutatus. *Diſperſi ſunt lapides ſan. &c.* Qui ſcilicet intrinſecus ſeruabantur ſummi ſacerdotis vſib. cum ad ſancta ſanctorum ingrediebantur. Lapides quoq; ſanctuarij, ſacerdotes Chriſti & miniſtri altaris monachorũ & virginũ chori, qui ſemper debent † aſſiſtere conſpectibus Dei: qui non debent exire foras: nec occupari circa ſecularia, ſed dum foras animę inquietudine ſpargũtur, iure in capite platearũ vagantes planguntur. Non eſt ſecularis vitæ actio, quam nõ D adminiſtrant ſacerdotes, & miniſtri altaris: monachi implicantur ſecularibus negotijs. Virginum caſtitas multis exponitur illecebris. Platea Græcè a latitudine dicitur. Matth.7.b. *Lata eſt.n. & ſpatioſa via quæ ducit ad mortem.* Diſperguntur ergo lapides, nõ ſolùm in plateis, ſed in capite omnium platearum, dũ per deſiderium opera huius mundi agũt & de religioſo habitu, deinde culmẽ honoris vel laudis quærunt. Horũ lapidum ordinem dominus promittit dicens. *Sternam per ordinem lapides tuos & fundabo te in ſapphiris, & ponam iaſpidem propugnacula tua, &c.* Sternit Chriſtus in eccleſia electorũ animas meritorum varietate diſtinctas, fundauit eam in ſapphiris qui ſunt aerij coloris.i. animab. cęleſtia petentibus. Iaſpidem poſuit propugnacula (qui eſt viridis coloris) illo ſ. qui in virore fidei contra aridos & marcentes eccleſiam defendunt. E

† Pretioſi, & æſtimati auro puro.

Iſa.54.c.

Humi. 17. in Euangelia.

✠ Gregor. Aurum obſcuratum eſt, quia ſacerdotũ vita quondam per gloriam virtutum clara, nunc per actiones infimas oſtendit̃ reproba. Color optimus mutatus, quia ille ſanctitatis habitus, ꝑ terrena & abiecta opera ad ignominiam deſpectionis venit. Lapides verò ſanctuarij intrinſecus habebantur, nec ſumebantur in ſummi ſacerdotis corpore, niſi cum ſancta ſanctorum ingrediens, in ſecreto ſui conditoris apparebat.

✠ Hieronymus. Et notandum quod non hos diſperſos in plateis, ſed in capite platearum dicit quia cum terrena agunt, ſummi videri appetunt, vt & lata itinera teneant ex voluptate delectationis, & tamen in platearum ſunt capite ex honore ſanctitatis. Secularia itaq; negotia, aliquando ex compaſſione toleranda ſunt nunquam verò ex amore requirenda, ne cum mentem diligentis aggrauant, hanc ſuo victã põdere, ad ima de cęleſtib. mergant. Hiſto. F Prou 21.e. Prou 3.b.

b *Filij Sion.* Iudęorũ pręrogatiua oſtendit, qui non ſolùm terrenæ Sion filij, ſed cęleſtis, genere & doctrina *Incly.* priuilegio gratiæ, adoptati præ cũctis filijs Dei, & amici vocati, quorum patriarchæ, & prophetæ (ex quib. Chr̃s eſt) *Amicti auro pri.* i. Dei ſapientia, vnde. *Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis.* Hoc auro amicti fulgebant, quaſi luminaria in mundo, auro primo i. ſapientia cęleſti, nõ ſecundò.i. ſeculari ſecundum illud. *Primi & puriſſimi fructus eius.* Cum.n. radix ſapientię ſit timere Deum, fructus eius eſt videre ipſum. Allegorice. Cant.6.a

Hoc auro eccleſia quoq; amicta gloriatur, ſed & Iudęi mutati reputant̃ in vaſa teſtea & eccleſiæ membra. Eccleſiæ.n. filij, ſapiẽtia dilectionis Dei & ꝓximi amicti, ad fragilia, & terrena labunt̃ opa, & fiũt vaſa teſtea q̃ debuerũt vaſa ĩcorruptibilia eẽ & cęleſtia. Hoc auro amicta ẽ ecc̃la

pulchra

✠ NICOLAVS DE LYRA.

*Sicut dicit R. Sa. Ieremias lamentando Ioſiam immiſcuit populi miſeriam: quia Ioſias erat caput populi, & ideo de vno tranſit ad alium propter connexionem capitis ad membra & econuerſo: & ſecundum hoc diuiditur in tres partes: quia primò Ieremias lamentatur regni mutationem, ſecundò populi deſtructionẽ, ibi.* Sed & lamiæ. *tertiò Ioſiæ occiſionem ibi.* Spiritus. *Circa primum ſciendum, quòd ſicut Ioſias fuit ſanctiſſimus, vt patet 4.Reg. & 2.Para. ſic filij eius ſuccedentes ei fuerunt peſſimi.ſ. Ioachaz, Ioachim & Sedechias, vt patet 4.Reg.23. & 24. Et ideò per mortem Ioſiæ fuit mutatus regni ſtatus a bono in malum, & hoc eſt quod dicit Ieremias admirative* Quomodo obſcuratum eſt aurum. *Per quod intelligitur ſtatus optimus regni ſub Ioſia propter auri claritatem & præcioſitatem.*

1 Mutatus eſt co.op. *Quia tpe Ioſiæ viguit diuinus cultus & ſub filijs ſuis idololatria. In Hebræo habetur. Mutata eſt maſſa bona, per quam intelligitur Ioſias, ex quò tanquam ex maſſa optima proceſſerũt filij peſſimi, quod eſt magnæ admirationis materia, ideò ſequitur.*

2 Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij. *i. Ioſiæ filij, qui dicuntur lapides propter obdurationem in malo. Dicuntur tamen lapides ſanctuarij, eò ꝙ proceſſerunt de patre ſanctiſſimo: & hæc eſt metaphorica locutio ſicut frequenter fit in prophetis, & iſti tres filij Ioſiæ ſic fuerunt diſperſi, quia Ioachaz vinctus ductus fuit in Aegyptum, & ibi fuit mortuus, Ioachim interfectus proiectus fuit extra portas Ieruſalem, vt dictũ eſt ſuprà.22. Sedechias verò exoculatus fuit ductus in Babylonem, & ibi mortuus.*

3 Filij Sion. *Hoc dicitur de filijs Ioſiæ qui fuerunt nutriti in monte Sion, vbi erat domus regia.*

4 Inclyti. *quantùm ad genus, vel quià ſecundum præceptum patris nutriebantur in moribus: quamuis ex ſua malitia fuerint peruerſi.*

5 Amicti auro primo. *Quia ad Iram filij regum aurifrigiatis veſtibus vtebantur.*

6 Quo.reputa.&c. *i. viliter abiecti, vt patet per prædicta: ſicut fragmenta vaſorum teſteorum proijciuntur in locum immundum.*

✠ 1 Sed

*MORALITER.*

1 *Mutatus eſt.co. optimus.* i. exterioris conuerſationis, in qua relucebat maturitas & honeſtas, ſed nunc ferè in omni ſtatu apparet diſſolutio & inhoneſtas.

2 *Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum.* Quia religioſi qui in clauſtro debent eſſe clauſi, expoſiti ſunt tumultibus ſecularium negotiorum, de quibus adhuc ſubditur.

3 *Filij Sion inclyti & amicti auro primò.* i. ſanctiſſimę conuerſationis.

6 *Quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea.* i. deputati ad opera vilia. Et quia per hoc impediti ſunt a bona contritione ſpirituali nouitiorum. Sequitur.

pulchra vt luna, electa vt ſol, & filij eius inclyti, auro pri
A mo amicti: in quorum nouitate nihil eſt ſordidũ his qui reformantur in gradum priſtinę dignitatis, quæ eſt prima ſtola. i. immortalitas, vnde. *Filij Sion inclyti & amicti auro primo* Eſt aurum Arabicum puriſſimum, ꝙ de Saba offertur domino. Eſt prætioſiſſimum, ꝙ de Ophir offertur. Ophir. n. riſus, vel herboſus interpretatur, de illo. ſ. riſu in quo omnia gaudia, vbi animæ ſanctorũ in herbis virentib. requieſcunt Hoc iure primum dicitur. Hæc. n. ſapientia & immortalitas pretioſior eſt cunctis opibus: reputati ſunt in vaſa teſtea, vnde Iob. *Cõparatus ſum luto, &c.* vnde & alibi. *Vt lutum platearum delebo eos.* De luto. n. ſunt vaſa teſtea, ſed alia in honore alia in cõtumeliam, de qui

a ¶ Qui poteſt de eodem luto aliud vas facere in honorem, aliud in contumeliam.
b ¶ Hæretici & hypocritæ. c ¶ Aperuerunt prauam doctrinam.

a opus manuum figuli. Gimel Sed & † lamiæ nudauerũt mã 1
a ¶ Diſcipulos vel actus ſuos prauos. b ¶ Synagoga vel peccatrix anima vel eccleſia c ¶ Sanctorum. d ¶ Præſentia tantum cogitans nihil de futuro curans. 2
mã, lactauerunt catulos ſuos. Filia populi mei crudelis quã 3
a ¶ In digna ætate c ¶ Miſeria. b ¶ Incipientis. 4
b ſi ſtruthio ĩ deſerto. Daleth. Ad hęſit lingua lactentis ad pa 5
a ¶ Cui ſimile. Nobiles interierunt fame: & multitudo eius ſiti aruit. b ¶ Qui poterant ſumere ſolidum cibum. c ¶ Verbi Dei. d ¶ Exponeret, integrum. n. paruuli non comedunt 6
latum eius in ſiti, paruuli petierũt panem, & nõ erat q frãn 7
a ¶ Primus conqueſtionis locus. b ¶ Sacramentis ſcripturæ. 8
¶ In patribus. 9
c gereret eis. Hᵃ. Qui veſcebantur voluptuoſè interierunt in 10

*Prou. 3. b.* *Iob. 30. c.* *Pſal. 17. f.*

B bus, dicitur. *Vaſa figuli probat fornax.* Ideo ſequitur. *Opus manuum figuli.* quia ſicut figulus habet poteſtatem de eadem maſſa aliud vas facere in honorem aliud in contumeliã Sic Chriſtus poteſt facere de luto vaſa aurea tribulatione excocta, & alia relinquere in confuſione ſua. *Eccle. 17. a.* *Rom. 9. c.*

Tertiuſdecimus conqueſtionis locus. Conqueritur. n. cum indignatione, ꝙ ab his malè tractatur, qui debuerunt adiuuare.

*Hiſtoricè. Lamia.*

a *Sed & lamiæ &c.* Scribarum Phariſæorum duritia exprobratur qui lamijs duriores, lac doctrinæ paruulis negauerunt. Lamia aũt crudelior ſuis fœtibus quam cæterę beſtię dicitur. Vnde lamia quaſi lania appellatur, quia catulos ſuos laniare creditur. Sic Phariſæi populo doctrinam negauerunt, & inſuper laniauerunt, ſtruthionibus ſimiles: quæ oua ſua vbi ponunt exponunt, nec in fœtũ calefaciunt. Lamia Hebraicè *ulith.* nominatur. Quã quidam Hebræorum vnam de furijs infernalibus ſuſpicantur, quæ parcæ dicuntur, cò ꝙ nulli parcant. Quib. ſimiles ſunt ſcribæ & Phariſæi, qui etiam manus miſerunt in filium Dei. Plangitur ergo ſynagoga quæ quaſi ſtruthio nullam ſibi ſpem aut poſteris relinquit in poſterum.

*Moraliter.*

C *Sed & lamię, &c.* Per lamiam prudentia carnis deſignatur quę catulos. i. actus ſuos quos genuit quaſi ſæuiſſima beſtia lacte mortis nutrit, ſed ſæpe in melius commutata efficitur prudentia ſpiritus, & detegit crudelia flagitia, & lactè doctrinæ, & pietatis vbere lactat, & nutrit catulos, mores. ſ. & actus ſuos: vt de feritate ad manſuetudinem tranſeant. Sed prudentia carnis. i. filia populi mei quę diu obduruit, crudelis eſt quaſi ſtrutio quæ oua ſine calore amoris & fomento pietatis & ſine ſpe prolis derelinquit ita prudentia carnis omnia opera ſua oro præſentibus facit ſine cura futuri.

*Allegoricè. Greg. lib. 19. mo. c. 15.*

*Sed & lamiæ.* Per lamias hypocritarũ & hæreticorũ callida peruerſitas deſignatᷓ: qui faciẽ humanã, ſed corda belluina geſtãt. Mammam nudant, quando errorem ſuum liberè prædicant, catulos lactant, quando ſequaces peruerſa doctrina oblectant, & ad impietatem malè nutriend confirmant.

*Filia po. mei &c.* Eccleſia. ſ. delinquentis plebis quæ fili ſanctorum d citu per quos in Chriſt renaſcitur, ſed qu ſi beſtia inuolu conſuetudine pe candi ſimilis ſtru thioni: pręſentia tum cogitanti, ſ nihil in futurum ſperanti, † partu ſuos ſine calore ritatis exponit n lam futuræ vitę ram gerit.

b *Adhæſit.* Exti ctis matribus lactentes ſiti cruciabantur. Paruuli ſ. & g diores panem petentes matrib. non erant panes. Ita lac tes ſine lacte, paruuli ſine cibo periere.

*Adhæſit lin* Sine lacte blandæ perſuaſionis & rore Spir tuſſancti, ſitibunda lingua prolationis: adhærens pala carnis, obmuteſcere facit infantiam mentis, & ſuffoc gladio infidelitatis cordis noſtri conceptus, ne ad luce mittantur, vnde. *Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem con.* Quid. n. valet bonum mente concipere, niſi nutriatur cte doctrinæ, & vbertate gratiæ? *Paruuli petie. pa* paruul cogitatus, cùm de Chriſto & vita æterna concipiunt mox panem requirunt qui de cœlo deſcendit: ſed me depreſſa ignauiæ ſuæ torpore, & curis præſentis vitæ ſcit eis panem frangere intelligendo, neq; comminue ruminando: neq; eos ſatiare diſpenſando, vnde plange do additur: *Non erat frangeret eis.* quia & ſi diuinitus ad pus inſpirata intus animatur, foris exinanita concupiſ tijs tabefacta, viribus vacuatur.

*Adhæſit &c.* Alleg. quia non habuit lac doctrinæ neg gente doctore, quaſi ſtruthione, qui debuit lac doctri miniſtrare, de quo dicitur: *Lac dedi vobis potum, &c. Paru pe. pa. &c.* Qui poſſent. ſ. ſolidum capere cibum myſte . ſ. intelligere, ſi eſſet qui frangeret i. exponeret: ſed neg gunt magiſtri, lamijs crudeliores fœtibus ſuis. Scriptu . n. ſacra aliquando eſt cibus: aliquando potus. Potus apertis, cibus in occultis, vnde. *Omnes ſitiẽtes venite ad aq* . i. ſcripturas, *emite & comedite.* vitæ cibum: *vinum & lac,* infantiæ, vinum ebrietatis.

c *Qui veſcebantur &c.* Luce clarius Iudæorũ perfidia ratᷓ, quorum obſcuratum eſt aurũ, mutatus eſt color o mus quẽ habuerũt in patriarchis & in proph. & diſp ſunt (ſicut hodie cernimus) in capite oĩum platearũ quãuis inclyti & amicti auro primo, ſ'm prærogatiu patrum, reputati tñ ſunt in vaſa teſtea lamijs ſęuiores ſtrutionib. quorũ pfidia lactẽtes ſiti defecerũt, & paru fame pierũt, vt veſcebanᷓ voluptuoſè in vijs Dei ĩteri fame, quia oĩa ſcripturarũ myſteria, in quib. veſceb volu

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed & lamiæ. *Hic conſequenter Ieremias lamentatur populi miſeriam, & ſecundo ſubiungit miſeriæ cauſam, ibi.* Propter peccata. *Prima in duas: quia primò lamentatur miſeria famis, ſecundo deſtructionis vrbis, ibi.* Compleuit. *Circa primum ſciendum, ꝙ beſtiæ quantuncunq; crudeles naturaliter diligunt fœtus ſuos, & aliquando exponunt ſe morti ad defendendum eos. In obſidione verò Ieruſalem per Chaldæos tanta fuit fames ꝙ viri & vxores abſcondebant cibum, & celabant adinuicem, ſicut fuit prædictum per Moyſen Deut. 28. f.* Homo delicatus in te inuidebit fratri ſuo, & vxori quæ cubat in ſinu ſuo, ne det eis de carnib filiorũ ſuorum, &c. *& eodem modo dimittebant filios & filias mori fame, celantes cibum ad mortem propriam differendum, & ideo plangit Ieremias crudelitatem populi ſui maiorem quàm beſtiarum dicens.* Sed & lamiæ. *Beſtiæ ſunt habentes faciem mulieri ſimi*

*Diuiſio.*

2 Nudauerunt mammam. *paratæ nutrire fętus ſuos.*
3 Filia populi mei crudelis. *i. crudelior ipſis.*
4 Quaſi ſtruthio in deſer. *Quæ ponit oua & abſcondit in na, & ſic dimittit, nec eſt ſollicitæ de fętu ouorum, nec de educt pullorum: & ſic erant matres in obſidione Ieruſalem reſpectu fi rum, ideo ſubditur.*
5 Adhæſit lingua lactentis, *i. lac ſugentis, ſicut dictum eſt prà. 2. cap.*
6 Ad palatum eius in ſiti. *i. ex nimia ſiti quæ deſiccat guam.*
7 Paruuli petierunt pa. *a patribus & matribus.*
8 Et non erat &c. *ex cauſa prædicta.*
9 Qui veſcebantur voluptuoſè. *ante obſidionem.*
10 Interierunt in vi. *fame dum quærerent panem.*

✻ 1 Qu

*MORALITER.*

† 1 *Sed & lamiæ nudauerunt mammam.* Inter n. alias beſtias lamiæ ſunt minus beneuolæ fœtib. ſuis, & tamen nutriũt eos: multi verò religioſi ſunt ſoliciti de receptione nouitiorum, & poſtea non curant de bona nutritione eorum & ſic ſunt ſimiles illis, de quib. dicitur, Matth. 23. *Væ vobis ſcribis & Phariſæis hypocritę qui circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum: & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennę, ideo.* ſequitur.

3 *Filia po.* Quæ ponit oua & abſcondit ſub ſabulo, fouet ea.

5 *Adhæſit lingua. la. &c.* Ideſt, nouitij ex defectu boni trimenti. Et quia non ſolùm nouitij malis exemplis percunt, ſed etiam aliquando iuuenes profeſſi qui fuerant bene nutriti. Sequitur.

9 *Qui veſcebantur voluptuoſè, &c.* Sequitur.

† 2 Ampl

A volptuosè prophetæ & patriarchæ obſtinanter eiecerut,& negauerunt Chriſtum eſſe Dei filiũ,qui eſt principium omnium viarum: & ideò in vijs ſæculi interierut,vnde ſequitur: *Qui nut. erant in cro e s,amplex. ſunt ſtercora.* Croceus color eſt igneus quo deſignatur ignis Spiritusſancti, corda inflammantur. In croceis huiuſmodi ſancti patres enutricantur ſacramẽtis gratiarum,ſed filij dominum abnegantes amplexati ſunt ſtercora de quibus Apoſtolus: *Omnia detrimentum feci, et arbitror vt ſtercora*: ſenſum,ſcilicet, legis literalem quem catholici abijciunt, vt lucrifaciant Chriſtum volentes habere iuſtitiam,quæ eſt ex fide Ieſu Chriſti: cui Iudæi non ſunt ſubiecti qui iuſtitiam ſuam volunt conſtituere & literam legis defenderunt. In obſidione quoque pro cibo amplexati ſunt ſtercora,vt pretio diſtraherentur ſtercora columbina, nec tamen ad dominum redierunt.

*Qui veſcebantur, &c.* Virtutes animæ voluptuosè veſci, & in croceis nutriri videntur,cum dilectione Dei & proximi affectæ ſatiantur & illuminantur. Color enim croceus claritatem dilectionis deſignat. Cũ autem charitas amittitur, reliquæ virtutes amplexantur ſtercora: quia de bono Dei & proximi odore dilectionis tranſeunt ad fœtorem prauitatis,vnde Paulus: *Si charitatem non habuero, factus ſum velut æs ſonans,&c.*

*Qui veſcebantur, &c.* Delinquentes deplorat eccleſia qui charitatem,& cæteras virtutes,in quibus quaſi in croceis nutriebantur,derelinquentes ſtercora delictorum amplexantur,vnde: *Computruerunt iumenta in ſter.ſ.* In ſtercore quaſi iumenta computreſcunt qui in fœtore luxuriæ ſuæ ſeculum deſideria cordis flagitijs deſeruiunt. Quia verò ſunt plerique qui ad pœnitentiam non redeunt, plangit eccleſia, quia plangere neſciunt & amore peccandi ſtercora amplexari non deſinunt.

a *Et maior effec.&c.* Per exaggerationem ſcelera ſynagogæ & miſeriæ deplorantur,ſecundum illud: *A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.* Peccatum Sodomorum ſecundum Ezechielem,ſuperbia fuit abundantia ſaturitas panis & otium quia & egeno & pauperi non porrexerunt manum,vnde hic quoque. *Et non cepe. in ea manus,* aliquid boni ſubaudi,ad comparationem,ſcilicet, maliꝗ quod geſſit, cui dicitur: *Iuſtificata eſt Sodoma ſoror tua ex te.* Quæ ſcilicet, mandata Dei accepiſti, & facere iuſſa Dei cœpiſti, ſed poſtea contempſiſti, vt vinceres Sodomam peccatis tuis,quę ſubuerſa eſt in momento, quãto ergo ſynagogæ pœna grauior quæ ſceleroſior.

*Et maior eſt.* Scelera animæ planguntur,quę in hipocriſim bitur, cuius maior eſt iniquitas peccato Sodomorum, quę mala deaurando tegit,bona fraudulenter facit: vnde: *maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato ſo.* Sicut populus in ſeſe erigitur, ita mores, & actus hypocritarum contra ſe confligunt, & bona quę agunt, peiora ſunt vitijs Sodomorum: quia cum ſpiritus immundus exierit ab homine, ſi reuerſus fuerit cum ſpiritibus nequioribus,fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Spiritus ab homine egreditur, quando in Chriſto renaſcitur. Regreditur,quando inuenit animam a bono opere vacuam per hypocriſim a ſordibus mundatam,& ſimulationibus ornatam, tunc populo immundorum ſpirituum: & turba vitiorum anima repletur, & maior eius iniquitas peccato Sodomorum efficitur. *Iniquitas filiæ populi.* vitiorum,ſcilicet,& operum, & non mittitur manus ad fructum boni operis, exterius ornata falſis bonis,intus repleta vitijs,vnde ſequitur: *Candidiores Nazaræi, eius niue,&c.*

D

a ¶Sęculi. ¶Quia Chriſtum contempſerunt, qui eſt via, veritas & vita. b ¶Donis Spiritusſancti. c ¶Carnalia legis inſtituta.

uis, qui nutriebantur in † croceis, amplexati ſunt ſterco- 1 2

a ¶ Quia notitiam habuit Dei & contempſit. Seruus ſciens voluntatem domini ſui, & non fa. pla va. mui. ¶Quia iuſtus dominus in omnibus vijs ſuis. b ¶Peccan is. c ¶Sanctorum patrum.

ra. Vau. Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi 3

a ¶Qui ſine lege & notitia Dei. b ¶Sodoma. c Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.

mei peccato Sodomorum, quæ ſubuerſa eſt in momen- 4

a ¶Aliquid boni. b ¶Quia manus non extendit ad pauperes.

to, & † non ceperunt in ea manus. Zain. † Candi- 5

a ¶Primus conqueſtionis locus. Indignatio iudicis contra aduerſarios excitatur, cuius Nazaræi affliguntur. ¶Florentes vel ſancti. b ¶Contemplatiuis. c ¶Actiuis. 6

b diores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores 7 8

†coccino vermiculo.

†Mundiores.

Alleg.

*Maior eſt,&c.* Tangit eccleſia peccata populi quaſi maiora peccatis Sodomorum. Videmus enim, quod fides & iuſtitia terram reliquerit, humanitas & benignitas nulla ſit,diſcordia & concupiſcentia orbem incendunt, & iræ inuidi flamma vorax rapinis & fraudibus eccleſia populatur: pauperes exoſſantur, iam iacet terrarum orbis in veprib. incultus, legum iura pro fabulis habentur, diuina & humana faſque nefaſque confunduntur: quotidie innumera mala cumulantur. Maior ergo iniquitas nr̃a, quam eorũ qui viam veritatis non agnouerunt, & ideo minora ſupplicia meruerunt quæ in momento ſubuerſa eſt. Momentum eſt omne quod viuimus,& quotidie peccando quaſi in momẽto ad pœnã ſubuertimur,qui deteriora meremur,ꝗ theſaurizamus nobis irã in die iudicij.

Mundialis peruerſitas declaratur.

E

momentum.

Rom. 2. a.

b *Candidiores Nazaræi.* Secundum literam pulchritudo Nazareorum deſcribitur, qui abſtinentia candidi, carne nitidi, faciei rubore iucundi: qui per exaggerationem laudantur vt eorum fœditas maior oſtendatur,quorum facies fame confecta ſuper carbones denigrata plangitur,quæ deformata non agnoſcitur.

Hiſto.

Allegoricè.

*Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores,&c.* Habet eccleſia Nazareos ſuos niue candidiores & lacte nitidiores per quos abſtinentium vita ſignatur nix enim de ſupernis lac de carne quaſi de imis. Per niuem ergo candor vitæ cœleſtis per lac temporalium diſpenſatio demonſtratur. Habet ergo eccleſia Nazareos, quę per contemplationem vitam cœleſtem ducunt: & per actualis vitæ diſpenſationem lacte candidius ad laudem creatoris nitent,ut plerumque eos qui cœleſtem uitam tenuerant, uel terrena bene diſpenſauerant, uirtutum operib. tranſcendant. Quia uero per feruorem ſpiritus antiquorum patrum & fortiorum uitam ſuperare videntur, recte adiungitur rubicundiores ebore antiquo,Dñ.n.ruboris pulchritudo laudatur flamma deſiderij † qui exprimitur:Ebur aũt elephantos eſſe non ignoratur Sapphiro pulcriores.Sapphirus ętherei coloris eſt,vbi breuiter tota Nazareorũ vita expreſſa eſt: quia per actionẽ ad ſuperna tendentes & per contemplationem præcellentes, patres ſuperare videntur: Sed quia plerumque inopem copia fecit: & felicior homo eſt quã expedit mens ſæpe de ſe præſumens,

F

† ſancti.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui nutriebantur croceis. *Ideſt, in veſtibus ſuauibus & pulchris vnde in Hebręo habetur: In ſcarleto.*

2 Amplexati ſunt ſtercora. *In Hebręo habetur,* Fimos,*ſicut pauperes in hyeme qui veſtimenta non habent, inuoluunt ſe fimo.*

3 Et maior effe. *Quia idololatria quę vigebat in Iudęa, cum ſit directè contra Deum grauius peccatum eſt, quam Sodomia Rab. Sal. exponit hoc de grauitate punitionis,vt ſit ſenſus:* Et effecta eſt iniquitas. *Ideſt,grauius puncta quam iniquitas Sodomorum. Et ſubditur ad hoc duplex ratio: prima cum dicitur.*

4 Quę ſubuerſa eſt. *Ideſt,non habens longum cruciatum,ſicut Iudæi in Ieruſalem obſeſſi. Secunda cum dicitur.*

5 Et non ceperunt in ea manus. *Scilicet,aduerſariorum. Sodoma enim fuit ſubuerſa per angelum, & ſic bona ciuitatis non rapuerunt ſibi aduerſarij: ſed bona Ieruſalem rapuerunt ſibi Chaldæi totaliter, & hęc fuit vna pœna Iudęorum, ſcilicet quod aduerſarij ſui gauderent de bonis eorum.*

6 Candidiores Nazarei. *Ideſt, ſacerdotes & Leuitæ diuino cultui deputati,qui erant induti lineis veſtimentis & albis.*

7 Niue. *Emphatica eſt locutio, ad exprimendum intenſionem albedinis,& ad idem facit quod ſubditur.*

8 Niti. lacte,rubicundiores ebore antiquo. *Hebręi dicunt,* Rubicundiores auro.

* 1 Sapphiro

MORALITER.

2 *Amplexati ſunt ſter.&c.* Ideſt,aliorum mala exempla.

3 *Et maior effe. eſt iniqui.&c.* In quantum directius opponitur charitati.

6 *Candidiores Nazaræi eius niue.* Scilicet, fuerunt per caſtitatem.

8 *Nitidiores la.* per honeſtatem.

† *Rubicundiores.* per charitatem.

ſumens, & vano fauori acquieſcens fuſcatur, & quæ albeſcere videbatur, denigrata ſordeſcit, vnde ſequitur: *Denigrata eſt ſuper car.*

Allegorice.

a *Denigrata eſt*. Nigri poſt candorem fiunt, quia amiſſa Dei iuſtitia ſuam laudem quærunt: quia de ſe præſumunt vnde neſciẽtes ruunt in peccatum: & poſt ignem mentis ad frigus corporis, poſt candorem vitæ ad nigredinem adulationis vanè deſcendit, vnde extinctis carbonibus, ſimiles fiunt propter quod dicitur: Noli eſſe nimiũ iuſtus.

† corpore genis rubes, ſapphirus ex eilio eorum. † pluſquam nigredo.

† Iudit. 7. c.

a ¶ Antiquo um patrum fortitudine & ſpirituali feruore.
b ¶ Amiſſo candore, ſe ipſi ſumit de ſe, vnde Noli eſſe nimium iuſtus, quia prius in anguſta via, quæ ducit ad vitam, nunc ſunt in ampla quæ ducit ad mortem

a †ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. Heth. Denigrata eſt 1
†ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis. 2 3

a Infirmitas vitiorum. b ¶ Fortitudine vitiorum.
c ¶ Aridum inſenſibiles. ſterile, inflexibile.

Adhæſit cutis eorum oſſibus, aruit, & facta eſt quaſi lignum. 4 †

a ¶ Verbo Dei. b ¶ Eiuſdem verbi.

b Thet. † Melius fuit occiſis gladio, quã interfectis fame: quo- 5

¶ Penuria eccleſiæ dum prædicatio ceſſat, eccleſia non fructificat.

c d niã iſti extabuerunt cõſumpti a ſterilitate terræ. Iod. † Manus 6

*Et non ſunt cogniti in plateis*. in latitudine ſcilicet vitæ ſæcularis. Nihil enim humanæ menti anguſtius, quam proprias voluntates abnegare, carnis deſideria frangere & huiuſmodi: & inde intrare per anguſtam portam. Nihil aũt latius quã

B proprijs ſeruire voluptatib. nullis ſubeſſe legibus & huiuſmodi. In plateis autem ſunt qui ſua quærunt, vnde: *Lata eſt enim & ampla via quæ ducit ad mortem*. Sed in plateis nõ cognoſcuntur qui non ſunt quod videbantur, qui aliud erant, & aliud oſtendebant, vnde ſequitur: *Adhæſit cu. e. oſ.* Per oſſa fortitudo, per cutem infirmitas figuratur. Cutis ergo adhæret oſſibus, quando infirmitas vitiorum putatur fortitudo virtutum. Heret cutis oſſibus, dum adulatio pro beneg eſtis exterius & intus virtutibus ſociatur, quibus coniunctis merces amittitur: & quia decepti adulationibus de ſe magna ſentiunt, emendari contemnunt, vnde: *Aruit & facta eſt quaſi lig.* Culpa namque inſenſibilior redditur, quantò quaſi vera virtus) laudatur, vnde & areſcit, quia nulla intus gratia vireſcit: quia multi dũ corriguntur quaſi lignum inſenſibiles ſunt, & a rore gratiæ alieni & aridi ſunt: hoc eis contingit, qui altiora ſe appetunt, & ſancti videri cupiunt: ſed occultè vitijs deſeruiunt, hi in plateis cogniti ſunt. Norunt enim viri ſpirituales, quia aliud ſunt & aliud fingunt. Candens exterius niue pulchrius, lacte nitidius, ebore rubicundius: ſed quaſi lignum aridum inſenſibiles ſunt interius: vnde ſæpe nec blanditijs nec minis emendantur.

Matth. 7. b.

Hiſt.

b *Melius fuit.* ✳ Hieronymus. Quantum ad compendiũ mortis reſpicit, breuior fuit pœna ſubito gladio occiſo-

C rum, quam fame & ſiti diu excruciatorum.

Hoc in vltima captiuitate Iudæi paſſi ſunt, quando leuius fuit ſubitò occiſis quam lentis & diuturnis afflictis cruciatibus: qui fame & ſiti & cæteris miſerijs paulatim conſumpti ſunt.

Moraliter.

*Melius fuit*. Melius eſt ſenſibus gladio verbi Dei occiſis exterius, viuentib. interius, quam exaggeratis virtutibus ſine pabulo charitatis quaſi fame & ſiti deperire. Sterilitas. n. virtutũ, abſcẽtia charitatis, qua abſente virtutes animæ quaſi inopia veri panis tabeſcunt, ideò ſeptem filij Iob tres ſorores ſuas vocant per conuiuia. Cæteræ eti virtutes ſine fide, ſpe & charitate non ſatiantur: vnde: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima, &c.*

*Melius fuit, &c.* Gladio verbi Dei quam interfectis fame eiuſdem verbi. Hi enim occiduntur, vt viuant: illi interficiuntur vt pereant, vnde. *Aſſumite gladium ſpiritus quod eſt verbum Dei.* autẽ gladius q mors perimit vt vita ſubſequitur eius. Eſt alius præſcidit vitam cidit animam. quo: *Gladius meus deuorabit carnes.* gladius flammeus atque verſatilis cuſtodiendam viam ligni vitæ. Eſt gladius limatus & acutus, cui dicitur: *Reuertere ad vaginam.* Mariæ quoq; animam gladius pertrãſiuit dolor, ſcilicet, de paſſione Chriſti. eccleſia de his gaudet qui gladio verbi occiduntur. his dolet qui eiuſdem fame interficiuntur: Illos lu quos fame vel ſiti pro ſterilitate terræ conſumptos uit, vnde: *Mittam in eos non famem panis neque ſitim aquæ audiendi verbum Dei.* Hac fame qui peremptus fuerit æternæ morti ſubiacebit: quia non in ſolo pane viuit homo. Sicut enim ex duabus ſubſtantijs homo conſtat, ita duobus vitam conſeruat: caro ſuſtentatur corporali cibo anima verbo diuino, vnde: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Vtrumque enim petimus, qui vtroque quotidie indigemus. Sterilitas terræ, penuria eccleſiæ eſt, quando (magiſtris deficientib.) diuini verbi imbribus non funditur. Culpam enim ſacerdotum, & in ſcientiam negligentiam docendi conſumptio ſequitur plebis.

c *Iod.* Principium vel deſolatio. Principium deſolationis imminebat Iudæis, quando vxores eorum filios fame & ſiti conſumptos (quaſi per miſericordiam ne languerent, & matres a morte redimerent) coxerunt in cibos. Lege hiſtorias, nec dubitabis hæc Iudæis contigiſſe. Romanis circumferentibus obſeſſa ciuitate.

d *Manus mulierum*. Hypocritæ conceptus animi teneri coquunt & comedunt: dũ ſimulare (quaſi per miſericordiam) laudis vel fauoris gratia uirtutes nouiter cõceperimunt, & in cibos decoquunt: qui non futura, ſed præſentia lucra quærunt: & dum uirtutum paſcuntur la- bus, quaſi proprios natos fauoris adulatione decocta comedunt. Qui bene mulieres fuiſſe & talia geſſiſſe perhibentur, niſi enim muliebria ſimulatæ uirtutis inani ſectarentur, conceptus animi ad uitam formati, u non exponerentur fauoribus.

*Manus mulierum*. In eccleſia quaſi per miſericordiam filios ſuos decoquunt, qui culmine regiminis ſublimes igne zeli uel inuidiæ inflammant animas ſubditorum dum nimis iuſti uideri cupiũt, & tyrannica poteſtate primunt qui forſitam habent Dei zelum, ſed non ſecundum

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Sapphiro pulchriores. *In hoc denotatur pulchritudo ornamentorum maxime ſacerdotum.*

2 Denigrata eſt, &c. *præ fame & miſeria, & ſimiliter eſt hic emphatica locutio ad expreſſionem nigredinis.*

3 Et non ſunt cogniti in plateis. *Ideſt, diſtincti ab alijs communibus perſonis.*

4 Adhæſit cutis eorum oſſibus. *Propter defectum nutrimenti.*

5 Melius fuit occiſis gladio. *Ideſt, minus malè propter minorem cruciatum, vnde Iud. 7. d. dicitur: Sit finis noſter breuiore gladij, qui longior efficitur in ariditate ſitis.*

6 Manus mulierum. *Ideſt, quæ ratione ſexus ſolent eſſe miſericordes.*

✱ Coxerunt

MORALITER.

1 *Sapphiro pu.* Per contemplationem, cò quòd ſapphirus eſt cœleſtis coloris.

† 2 *Denigra. eſt.* ſcilicet modo per infamiam.

3 *Et non ſunt cogniti in plateis.* Nam effigies patrum deleta eſt in eis.

4 *Adhæſit cutis eorum oſſibus.* Talis autem adhæſio fit per abſtractionem carnis, quæ eſt in medio: propter quod ſignat obdurationem mentis, per hoc quod deficit teneritudo pietatis.

† *Aruit fa.* per deuotionis defectum.

5 *Melius fuit occiſis gladio.* i. minus malè. occiſi uerò gladio dicuntur qui peccato mortali ſtante tamen fide mi dæmonis gladio feriuntur: mortui uerò fame, qui defectum ſpiritualis nutrimenti in fide periclitantur.

6 *Manus mulie.* Eccleſiæ paſtores debent eſſe matres filios eccleſiæ uerbo & exemplo in fide & moribus: & temporali ſubſidio quantum ad pauperes nutriente aliqui per contrarium coquunt eos anxietatis igne, tes eorum bona, & inde uiuentes nimis lautè.

*Aruit* † 2 Comple

du ſcientiam. Iſta auſteritate dominationis quaſi pro
iu titia adurunt,& infirmam & carnalem eorum vitam
mi is & increpationibus quaſi dentibus rodunt. Hęc om
nia in contritione eccleſiæ (quæ eſt filia populi Dei Apo
ſto rum ſcilicet,& ſucceſſorum ab eis fiunt,qui ſęculari
au eccleſiaſtica poteſtate ty
ra nicè animas exurunt,dū
co cupiſcentia inflammati
fili quos lacte doctrinæ
nu re debuerant, aduſtio-
ne dilectionis vexant.

a Compleuit dominus. Quia
co pleta eſt malitia Ieruſa
lem, compleuit dn̄s ſuper
ea furorem ſuū, ſicut cō-
ple erant Amorrhæorum
pec ata,quando deleti ſunt.
Effudit iram indi. ſuæ. Quia &
ipſa ſcelera & ipſa ſcelera
ſua ffudit. Deuorauit fu. eius.
Qui non recepit fundamē
tum quod eſt Chriſtus. Vn-
de: Cum vidiſſet Ieruſalem,fleuit
ſuper eam, dicens, quia ſi cogno-
uiſſes & tu,quia non relinquetur
in te lapis ſuper la.

Compleuit dominus. Funda-
menta hypocritarum & hę
reticorum deuorantur ab
igne furoris domini,in quo
rur mēte dominatur ignis
indignationis eius, & ſuper
eos completus eſt furor do-
mini. vnde Iob: Vidi ſtultum
firma radice,et maledixi pulchri
tudini eius ſtatim. Quamuis enim videantur operibus fir-
ma & radicati, ſtatim coram Deo ſunt maledicti, quo-
rum corda vanis laudib.& fauoribus inflammantur,vn-
de ſequitur. Non credide.re.&c.

Compleuit. Super eccleſiam completus eſt furor domini:
qui menſuram peccatorum ſuorum impleuit,vnde: Ef-
fuſa eſt contentio ſuper principes:& er.fe.e.&c. Et alibi. Qui in
ſordibus eſt ſor.adhuc. Effudit iram indignationis: quia pec-
cando ſumus effuſi. Succendit ignem in Sion. non qui
ſuper Apoſtolos de cœlo deſcendit, ſed qui pueros Iob
coſumpſit. Habet enim Deus ignes varios,quos emittit
de theſauris ſuis. Cuius ignis in Sion & caminus in Ieru
ſalem,alios inflammat,vt erudiat,alios vt exurat:quibus
ſuccenſis omne fundamentum deſtruit,fidem.ſ. integrā
& eram omninò ſubuerti permittit. Vnde magis no-
ſtram quam Iudęorum miſerias debemus plangere,in qui
bus ignis concupiſcentiæ ſuccenſus eſt,& cæterorum vi-
tiorum flamma vorax vniuerſos poſſidet,& olla ſuccen-
ſa a facie Aquilonis feruet,& fornax Chaldæorum quoſ
cumque reperit de Chaldæis incendit.

b Non

a ¶Prædicatorum fauore vano effœminatorum. b ¶Opinione ſua. ¶Qui ſexus natura miſericors. c Nimijs afflictionibus. d ¶Subditos v l fœtus animi teneros.

mulierum miſericordiū coxerūt filios ſuos: 1

a ¶Dum carnalem vitam ſubditorum affligunt,reprehendunt, detrahunt. b ¶Eccleſiæ. ¶ Apoſtolorum & ſucceſſorum.

facti ſunt † cibus earum in contritione filiæ

a ¶Impletis peccatis. ¶Quaſi, Ceſſet iam ira cui ſatisfecit pœna.

populi mei. Caph. Compleuit dominus fu- 2

a a ¶Hominibus per vitia effuſis.

rorem ſuum, effudit iram indignationis ſuę.

a ¶Qui pueros Iob conſumpſit.

Et ſuccendit ignem in Sion,& deuorauit fun 3

a ¶Vera fide deſtructa. 4

damenta eius. Lamed. Non crediderunt re- 5

a ¶Dæmones vel quilibet. b ¶Non tranſitores.

b ges terræ,& vniuerſi habitatores orbis,quòd †

a ¶Diabolus & membra eius. b ¶Vnde: Confortauit dominus ſeras portuarum. ¶Prædicatores vel virtutes.

ingrederetur hoſtis & inimicus per portas †

a ¶Eccleſiæ.

Ieruſalem. Mem. Propter peccata prophe- 6

a ¶Prælatorum.

c tarum eius & iniquitates ſacerdotum eius,

a ¶Facto vel exemplo. b ¶Publicè.

qui effuderunt in medio eius ſanguinem †

a ¶Qui iuſti eſſe poſſent,ſi doctores docuiſſent. b ¶Doctores. c ¶Sine lumine Chriſti. d ¶A via veritatis.

d iuſtorum. Nun.† Errauerunt cæci in plateis: 7

b Non crediderunt. Secundum literam: Quamdiu Ieruſa D
lem auxilio Dei vallata, & præſidio angelorum munita, Hiſto.
iudicium & iuſtitiam ſecuta eſt:nec reges terræ,nec habi
tatores orbis credere poterant, quod in eam ingredere-
tur hoſtis: cuius ſeras portarum dominus cōfortauerat,
& fines eius pacē poſuerat.
Sed quia auerſa eſt a domi-
no Deo ſuo,cuius munieba
tur beneficio,receſſit omne
præſidium & facta eſt præ-
da hoſtium.

Non crediderunt reges terræ. Allego.
de quibus dicitur: Aſtiterunt Pſal. 2.
reges terrę,et prin.conue.in vnū: Ephe.
vel dæmones.ſecundum il-
lud: Non eſt nobis colluctatio
aduerſus carnem & ſanguinem,
ſed aduerſus principes & poteſta
tes,&c. Habitatores orbis qui Pſal. 38.c
neſciunt dicere: Aduena ego
ſum, & peregrinus apud te, &c.
ſed audiunt: Væ ſuper omnes
habitatores terræ. Hi videntes Apoc. 8.d.
eccleſiam munitam, & auxi
lio Dei firmatam, non cre-
dunt quod ingrediatur ho-
ſtis per portas Ieruſalem,de
quibus dicitur: Qui exaltas me
de por. mor. vt an. o. lau. t. in
por. fi. ſi.

c Propter peccata prophetarū. E
Secundum literam pro pec
catis ſacerdotum & pſeudo
prophetarum,qui ſanguinē
innocentem in medio eius effuderunt, quæ dicta & di-
cenda ſunt.ciuitati contigerunt.

Allegoricè. autem propter iniquitates ſacerdotum &
Principum Eccleſiæ mala crebreſcunt, qui legem in pu
blico peruertunt,iudicia inuertunt & ſanguinem ſangui
ni addunt,repleti dolis iuſtos opprimentes,& ſanguinem
innocentem effundentes. Non eſt hic exponendi labor
conſumendus, vel ſenſus tripliciter exponendus,& in ter
rena Ieruſalem & in eccleſia, vt vniuſcuiuſque anima
iſta communis eſt ruina.

d Errauerunt cęci in plateis. Scribæ & Phariſæi effuſio ſan Hiſtoricè.
guine polluti:ab introitu templi ſe abſtinebant,errantes
in plateis non lugentes peccata, ſed in plateis laſciuiētes.
Errabant autem vt cæci,putantes quod taliter purgaren-
tur,ſcilicet ſi templum ſic abſtinentes non ingredirentur,
cum ſuperbiam iactarent;& humilitatem fingerent. Te-
nue.la.ſuas. Laciniosis:ſcilicet,induti veſtibus & ſciſſis qua
ſi cæci viciſſim ſeſe tenentes: ſequebantur vt ſub hac hu-
militate populus placaretur.

Erraue unt cęci. Ambulāt vani appetitus,vt cęci in plateis Moraliter.
luce F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Coxerunt filios ſuos. Præ nimia anxietate famæ.

2 Compleuit dominus furorem ſuum. Hic conſequenter lamentatur miſeriam populi ex deſtructione ciuitatis cū dicitur: Compleuit dn̄s furorem ſuum. vindictę ſuę effectum.

3 Succendit ignem in Sion. Vbi erat templum & regis domicilium.

4 Deuorauit fundamenta eius ideſt,ipſius Sion,quia non ſolum ędificia quæ erant in monte Sion,fuerunt combuſta; ſed etiam omnia alia, quæ erant in pede montis & circa montem, vt habetur ſupra 52.

5 Non crediderunt reges terræ. Quia Salomon potentiſſimus Ieruſalem mutauit, & tam fortiter muniuit, quòd inexpugnabilis videbatur.

6 Propter peccata prophetarum eius. Hic conſequenter tangitur tragedię miſerię cauſa,et eſt duplex. Secunda ponitur ibi. Cū adhuc. Vna eſt occiſio innocentum in Ieruſalem,& maximè tempore Manaſſe,vt habetur 3.Reg.24.& hoc fiebat ad inſtinctum & exhortationem & falſorum prophetarum & ſacerdotum,vnde & mortem ipſius Ieremiæ quærebant.vt habetur ſup. 26. ideo dicitur hic: Propter peccata prophetarum. Et patet litera.

7 Errauerunt cęci in plateis. Litera iſta eſt obſcura & inuoluta,& multipliciter exponitur. Accipiam tamen illum modum qui mihi videtur magis literę conſonare, ſcilicet vt continuetur literę immediatè pręcedenti,quæ loquitur de punitione iniqua innocētum, quorum aliqui occidebantur,quidam excęcabantur,& quantum ad iſtos dicitur.

Errauerunt cæci. Ideſt,iuſti nequiter excęcati.

6 Propter ✲ 1 Pollu-

## MORALITER.

† 2 Compleuit dominus. Hoc referri poteſt ad perſecutionē Antichriſti,quæ poſterior erit,& de ea dicitur: Compleuit dominus furorem ſuum. Erit enim illa grauior cæteris, propterquod furor nominatur.

4 Et deuorauit fundamenta eius. Nam plurimi de illis qui ſuſtentare deberent eccleſiam cadent per incoſtantiam, quod videtur incredibile multis,ideo ſubditur.

Non crediderunt reges terræ. & ſubditur.

† Quod ingrederetur hoſtis & inimicus. i. Antichriſtus.

† Per

† Per portas Ieruſalem. Ideſt,eccleſiæ militantis,vel ad literam ciuitatis Ieruſalem: nam ibi ſedebit in templo Dei tanquam ſit Deus,vt dicitur 2.ad Theſſ.2.

6 Propter peccata prophetarum eius & iniquitates ſacerdotum eius. ideſt, propter peccata præcedentium & aliorum eccleſiæ miniſtrorum ſalutem animarum non quærentium, ſed quæſtum.

† Qui effuderunt. ipſos malis exemplis ſpiritualiter occidendo,ideo ſubditur.

7 Errauerunt cęci. ideſt, ſimplices Chriſtiani ex ignorantia legis.

† Cumque

luce carentes, quæ Chriſtus eſt, & dum ipſum qui via eſt retinere nequeunt, quia extra ſe vani fauoris gratiam effundunt, tenentes lacinias vetuſtatis ingæ explere non valentes vias vitæ, quia veſtiuntur vitiorum vetuſtate, de quibus bene ſubditur: *Recedite popu i,&c.*

Vel Iudæi hoc dixerunt, vel de gentibus aliqui. Inter gentes enim Deum verum reliquerunt, & idola coluerunt, vel ipſi fortaſſis inter gentes iurgati ſunt, & ſanguine polluti alijs clamauerunt: *Recedite*. Quia tanquam iuſti aliis aſpernati ſunt, vnde inter eos iurgia & ſeditiones.

Alleg. *Errauerunt cæci in plateis.* In eccleſia ſacerdotes & doctores ſanguinem iuſtorum effundunt, qui iuſti eſſe poſſent, niſi eorum negligētia deperiſſent, vnde: *Si no annunciaueris impijs iniquitates ſuas ſanguinem eius de manu tua requiram.* Quia ſcilicet ſanguis eius, id eſt, peccatum culpa ſacerdotum vſque ad mortem effunditur: Et ſæpe qui videbantur iuſti exemplis prælatorum & doctrina prauitatis peruertuntur & peccati ſanguine polluti moriuntur. Inde ſacerdotes & prophetæ cæci erant in plateis, dum latam, & ſpatioſam viam quæ ducit ad mortem apprehendunt: & anguſtam quæ ducit ad vitam non introeunt, nec alios introire permittunt, & hoc eſt, ſanguinem iuſtorum effuderunt in medio eius, id eſt, eccleſiæ quæ eſt Ieruſalem vera & mater noſtra. Hi cum templum Dei ſanguine ſuo polluti ingredi nequeant, tenent lacinias ſuas, id eſt diſciſſam vetuſtatis ſuæ vitam. Tenent aūt inuicem lacinias ſuas, vt *cum cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt.* Hoc deplorat propheta, imò electorum concio tota qđ in ſpatioſa via ambulantes, & vitam veterem ducentes vias vitæ non apprehenderunt & ſuis ſe anfractibus impediunt, ceci ſeſe ſequuntur, qui Chriſtum veram lucem ſuam ſequi dedignantur.

† laſciuias. Ezech. 3. c. † inquinati.

(a ¶Vel patribus. b ¶Peccatis ſubditorum. ¶Quia nolebant.)

polluti ſunt ſanguine: † cumque nō poſſent, 1

(a ¶Peccata veteris vitæ.)

tenuerunt † lacinias ſuas. Samech. Recé- 2 3

(a ¶A nobis. b ¶Nos polluatis. c ¶Ad conuniles.)

a dite polluti, clamauerunt eis, recedite, abite 4 5

(a ¶Sacramenta Dei. ¶Pro tali correctione. b ¶Ideo.)

nolite tangere: † iurgati quippe ſunt, et com- 6

(a ¶Gentiles inter quos per tales nomen Dei blaſphematur.)

moti: dixerunt inter gentes: Non † addet 7

(a ¶Vbi non eſt pax vel concordia. b Ira vel vindicta. ¶Ite maledicti in ignem æternum.)

b vltra vt habitet in eis. Phe † Facies domini 8 9 10

(a ¶A prædeſtinatis. b ¶Miſerando. ¶Vnde: Reſpexit dominus Petrum.)

diuiſit eos: non addet, vt reſpiciat eos. Facies 11 12 13

*Recedite*. Hæretici contra fidem catholicam, & maximè Donatiſtę, & qui catholicos ſe vocant clamant. *Recedite a nobis.* Quia nos mundi, vos immundi. *Nolite tangere*, ne inquinetis nos. Hi inter ſe iurgantur, diuerſis erroribus. *Commoti ſunt*, quia in ſtare noluerunt, mouerunt ab oriente pedes ſuos, & venerunt in Babylonem conſtruentes ſuperbiæ turrim linguis diuerſis diſperſi ſunt; vnde ſequitur: *Facies domini diuiſit.*

*Recedite*. Sæpe in ecclesia cæci & polluti nequeunt ingredi templum Dei viui & ſacris participare myſteriis quos alii (quamuis & ipſi polluti) quaſi zelo Dei deciunt, qui iuſti videri cupiunt, quia nondum manifeſti ſunt. Vnde erecto ſuperuilio obiurgantes dicunt, Recedite a nobis & a ſacramentis Dei. Ite, ad eos quorum conſortes eſtis. Nolite tangere, ſacroſancta quibus indigni eſtis. His & huiuſmodi alios criminando iuſtos ſe oſtendere conantur. Inde ſæpe lites generantur, quia non ſecundum Deum corrigunt, ſed alijs oppreſſis ſanctiores videri appetunt, vnde ſubdit: *Iurgati ſunt quippe & commoti.* Prius enim commoti iurgantur, deinde acrius commouentur, quia non ſtant in eo qui idem eſt, & cum quærunt qui pax vera eſt, propterea ſubditur: *inter gentes non addet vltra, &c.* quia vbi pax & concordia nō eſt, Deus eſſe non poteſt. *quia in pace factus eſt locus eius, &c.* Inter gentes namque per tales nomen Domini blaſphematur.

b *Facies domini diuiſit eos.* Q.d. quia facies ſacerdotum erubuerunt, imò Deum in eis contempſerunt, nec Deum in ſuis Sacerdotibus reueriti ſunt: ideò diuiſi ſunt a facie Domini, quia extendit manum ſuam in retribuendo. iuſti ſunt, quia alijs per orbem diſperſi ſunt, alij ad fidem conuerſi ſunt, nec Deus miſeretur eorum, qui ſenum... ſerti non ſunt: prophetarum ſcilicet & ſacerdotum.

*Facies domini diuiſit eos.* Hęreticorū diuerſitas deſignat, qui diuerſis pugnant erroribus, nec recipiūt doctrinam catholicę fidei, qui nec ſibi cōueniunt, nec Catholicis. ... fac

B Matth. 23. d.

Matth. 15. b.

Myſticè. *Errauerunt cæci in plateis.* Hæreticorum cæcitatem deplorat qui rectum ſcripturarum tramitem relinquentes, & catholicę fidei regulam aſpernantes, latitudinem erroris elegerunt polluti ſanguine, quorum animas deceperunt, & cum catholicam eccleſiam intrare dedignantur, lacinias ſuas viciſſim amplectuntur, ſcripturarum ſci. ſciſſiones, quarum fraudulenter panniculos furati ſunt.

Hiſto. a *Recedite*. Deflet propheta ſcelera Iudęorum quibus etiam hoſtes inſultant ciuitatem ingreſſi clamantes: *Recedite*, criminibus polluti a ſanctuario Dei: *Ab te*, in captiuitatem: *Nolite tangere*, religionem, unde propheta C ſubdit, *Iurgati ſunt.* ſcilicet, inimici, & vtrique *commoti*: illi ad iurgia, iſti ad lachrymas, *Dixerunt inter gentes, &c.* Vel

## NICOLAVS DE LYRA.

*1 Polluti ſunt ſanguine. *Scilicet, aliorum iuſtorum occiſorum, quia non videntes ponebant pedes ſuos ita in ſanguine ſicut in alijs locis.*

2 Cumque non poſſent. *i. rectè incedere. Aliqui libri habent hic additum: Intrare ſed non eſt in Hebræo nec in libris correctis.*

3 Tenuerunt lacinias. *Id eſt, apprehendere tentauerunt oras ueſtimentorum videntium, vt ſic exirent de locis ſanguine repletis, & ipſi videntes & maximè prophetæ falſi & ſacerdotes non permittebant dicentes.*

4 Recedite polluti. *Quia quamuis ſecundum veritatem eſſent iuſti, tamen a malis reputabantur iniqui.*

5 Nolite tangere. *ſ. nos, ne malitia veſtra inquinemur. Et per hunc modum de talibus dicitur Iſa. 65. a.* quia dicunt: Recedite a me, non appropinques mihi, quia immundus es.

6 Iurgati quippe ſunt. *Non enim ſufficiebat falſis prophetis & ſacerdotib. iuſtos affligere factis, ſed etiam affligebant verbis iurioſis. Et quia tale facinus erat execrabile et apud Gentiles quorum notitiam deueni: hoc execrabile factum, ideo ſubditur.*

7 Dixerunt inter gentes. *Dictum crimen deteſtantis.*

8 Non addet vltra. *ſcilicet Deus Iudæorum.*

9 Vt habitet in eis. *propter malitiam ipſorum, ideo ſubditur.*

10 Facies domini. *In Hebræo habetur.* ira domini. *eſt eadem ſententia.*

11 Diuiſit eos. *Id eſt, in diuerſis terris diſperſit.*

12 Non addet vt reſpiciat eos. *reducendo eos ad terram.*

13 Facies ſacerdotum. *ſ. bonorum de quorum numero erat ... cuius verba increpatiua non receperunt, ſed multa opprobria & vituperia ei intulerunt, vt patet per ſupradicta in pluribus locis.*

## MORALITER.

2 *Cumque non poſſent.* Id eſt ingredi in viam ſalutis per ſeipſos.

3 *Tenuerunt lacinias ſuas.* Quærentes a prædictis ſacerdotibus & prophetis dirigi, ſicut cæcus corporaliter tenet laciniam ductoris ſui. Sed quoniam inter ignorantes ſunt multi pauperes a quibus non ſperatur temporale lucrū, ideo non habent a dictis ſacerdotibus & prophetis conſilium, ſed magis repulſionem & vituperiū, ideo ſubditur.

4 *Recedite polluti.* Vt ſint verba repellentium dictos pauperes, eò quòd non ſperant inde temporale lucrum. Sed quoniam inde aliqui diuites ſcandalizantur, ideò ſe excuſando dicunt quod ſequitur.

5 *Non addet vltra vt habitet in eis.* Scilicet Deus. D... enim, quod non repellunt eos propter paupertatem ... propter obſtinationem eorum in malo ideò ſubditur.

6 *Facies domini diuiſit eos.* per reprobationem: & ſic ... teremus noſtrum laborem.

13 *Facies ſacerdotum non erubuerunt.* Scilicet deuotè pe... ribus conſulentium, imò fatuos reputant eos, eò quod ... borant circa tales perſonas a quibus non habent temporale lucrum.

† Ne

facs catholicorum ſacerdotum non erubuerunt, nec adet vltrà dominus, vt reſpiciat ſicut non reſpexit ad Ca,nec ad munera eius. Iurgijs ergo cōmoti ſunt à ſtatioe rectæ fidei, vnde ſubditur *: Cum adhuc ſubſiſteremus.*

*cies domini.* Quidam in eccleſia Dei timore abiecto facs ſacerdotum norubuerunt, q̃ à facdomini, & ab a vultus eius diu ſunt ab his, ſcilit, qui vocati ſunadvitam. Nequeenum miſerti ſun prælatorum, ſcilit,qui in omni bus is cōdolentes conſcendunt. Nota ıàm terribile ſit ſerdotes contemere, nec facies corun erubeſcere, ideſillis monentibus videntibus à ſcelbus non ceſſare De his enim donnus dicit: *Qui vos audit,me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit,* vde ſubditur: *Non addet vt reſpiciat eos, vt non conuertantur & ſaluentur, quia facies domini diuiſit eos à ſanctis.* Hæc fa cieseſpexit Petrum, & conuerſus amare fleuit & receptuin corpore meruit audire: *Petre amas me, paſce oues mea* Hæc autem diuiſio plenè fiet in iudicio dicente domin: *Ite maledicti in ignem æternum,* tunc facies Dei ira ſcilicevel vindicta in ignem æternum diuidet eos quia fa ciesicerdotum cōtempſerunt, nec ſenum miſerti ſunt. Et ntandū, quòd ſuprà ſacerdotes quaſi homicidas planxit, hic ſeparantur à facie domini qui non detulerūt eis: amuis enim mali ſint, nōn ſunt contemnendi, ſed ille illis colendus & honorandus à quo miſſi ſunt.

a *um adhuc ſubſiſteremus.* Luget errorem miſeræ gentis quamagis ſperauit auxilium Aegypti & Pharaonis quā Decuius oculi proſpiciendo defecerant, dum gentem quanec ſe nec alios ſaluare poterat, expectabat: quòd ſupràxpoſuit latius. ſed hic deplorat amarius.

*um adhuc ſubſiſteremus, &c.* Vox eſt in eccleſia plangerium qui ſe vana ſpe lactauerunt ſecularibus negotijsccupati, ſed mortis infirmitate aut qualibet tentatioe præuenti, inueniunt, ſe non ſolùm deceptos, ſed etian cæcos. *Cum adhuc ſubſiſteremus.* Subſiſtit quiſque qudum viuit in carne, rectam fidem tenet: & ſi operibunon implet, ſed aliqua tactus moleſtia, inuenit oculos ıos defeciſſe, quos ad caduca & labentia intenderat, vanm quærens auxilium. Quantò magis enim intētio cors in rebus figitur terrenis, tantò ab interno lumine & piguedine gratiæ marceſcit, vnde bene reuerſus plorat, cens: *Defecerunt oculi noſtri ad auxilium, &c.* Cū reſpiceremus attenti ad gentem, &c. Sæpe enim in diuitibus & ptentibus ſpem ponimus, quibus Iacobus apoſtolus, *Vlulate miſeri, & plorate ſuper miſerijs quæ aduenient vobis:* hi nec ſe nec alios poſsūt ſaluare. Imò maledictus oīs homo qui confidit in hom. &c. Poſſunt hæc & de hæreticis cōuenienter accipi, & de his qui in eorum confidunt auxilijs, quorum oculi dum falſa in ſcripturis perſcrutātur, à veritate deficiunt ad quos eorum auditores. quos ſaluare non poſſunt, in vanum oculos deficientes dirigunt. Vnde ex perſona gementium ſequitur: *Lubricauerunt veſtigia noſtra. &c.* D Iacob.5.a.

a ¶Quorum dignitas reuerenda. ¶Quibus præſentibus & corrigentibus peccauerunt.
b ¶Dicentium: Quis infirmatur, & ego non in. &c c ¶Cum ſit miſeranda ſenectus.
ſacerdo[a]tū nō erubuerunt, neque ſe[b]num mi[c]ſerti ſunt. Ain. †
a ¶In carne, in fide. b ¶A vero lumine. c ¶Intentionibus terrenis inhærentes. †
d ¶Quod in vanum ſperauimus. ¶Exaggeratione 1
a Cū adhuc†ſubſiſte[a]remus. D[b]efecerūt [c]oculi noſtri ad [d]auxiliū 2
a ¶Diuites, potentes, vel hæreticorum principes. 3
noſtrum vanum, cùm reſpiceremus attenti ad g[a]entem, quę 4
a ¶Quaſi: Tu ſolus ſalua domine, quia alius non poteſt, ſed auxilium noſtrum à domino qui fecit cœlum & terram, &c. vnde: Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum. b ¶Fiat via illorum teneb. & lub c ¶Non fixa ſupra petram. 5
b ſalu[a]are nos non poterat. Sade. † Lubricau[b]erunt veſtigia[c] 6
a ¶Voluptatum. b ¶Dum ſcelera complentur, dum ſecuris ad radicem arboris ponitur.
noſtra in itinere platea[a]rum noſtrarū, appro[b]pinquauit finis 7
¶Retributionis. a ¶Sicut completis Amorrhæorum peccatis venit eorum finis.
c noſter, c[a]ompleti ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter.

† expectaremus.

b *Lubricauerunt veſtigia noſtra.* Cōgruit hæc lamentatio Iudæis, qui ſub articulo mortis ſcelera ſua reuoluunt. Sed propheta omnes in ſe transfigurat, omnium ſcelera tanquam ſua deplorat qua tam amara & inſperata captiuitas deſæuit in gēte ſua. E

Hiſtoricè.

†Veſtigijs noſtris ita inſidiabantur ut non ambularemus in plateis noſtris.

Moraliter. *Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere.* Vox eſt hæreticorū ſerò plangentium, quia veſtigia eorum in ſcripturis ſacris lubricauerunt, & quia latam viam arripuerunt, dū catholicorum patrum regulas tenere noluerunt, nec viam quæ eſt Chriſtus: ſed vnuſquiſque à recto tramite deflexit, ſecutus latitudinem ſuæ peruerſitatis, Philoſophorum etiam regulas ingenioli ſui igniculo tentans, & impudenter vituperans. ideò lubricātes cadunt in mortem, & ſceleribus completis venit finis damnationis.

Allegoricè. *Lubricauerunt veſtigia noſtra.* Hæc quoque in eccleſia iure plangimus, dum eos qui ſplendidè & voluptuosè viuunt, reſpicimus: Plāgimus eorum laſciuiam, qui lubricam ſectantur viam: quia non ſunt fundati ſupra firmā petram, vnde plangentes dicimus: *Lubricauerunt veſtigia noſtra.* Niſi enim in plateas pedes exiſſent, à recto tramite non lubricaſſent, vnde: *Exi citò in plateas.* Qui enim latam & ſpatioſam tenent viam, ante oculos ſummi iudicis extrà ſunt, q̃ corpore in eccleſia ſunt. Lubrica ſunt platearum itinera & procliuia. Hæc ſe euaſiſſe Dauid gaudebat, dicens: *Statuit ſuprà pe. pe. me. & di. gr. m.* & alibi: *Qui perfecit pe. m. tanquam, &c.* Vna eſt platearum via & lutulenta in qua non ambulatur ſine ruina: ideo congruè annectitur: *appropinquauit finis, &c.* Luc.14.e. Pſal.39.a. Ibid.17.e.

c *Completi ſunt di.* Completio enim non ſemper in bono accipitur, ſecundum illud: *Nondum ſunt completa peccata Amorrhæorum,* quorum completio finis fuit eorum & exterminium, ſicut hic dicitur: *Completi ſunt dies noſtri, quia venit:* Dies complentur, dum ſcelera & menſura patrum cumulantur, & venit finis, qui prius appropinquauit illis completis. Appropinquabat autem dum complerentur, & ſecuris ad radicem arboris poneretur. F Gen.15.d.

a *Velociores*

---

NICOLAVS DE LYRA.

*viturria ei intulerunt, vt patet per ſupradicta in pluribus locis: & idem faciebant de alijs iuſtis, poteſt etiam hęc litera aliter exponi referendo eam ad Chaldęos, qui propter malitiam Iudęorum ab eis cognitam, vt prędictum eſt, ſic contempſerunt totum populū, quòd non deferebant alicui ratione ordinis aut ętatis.*

1 Cum adhuc. *Hic ponitur ſecunda cauſa prędictę miſerię Iudęorum: quę fuit vana confidentia in auxilio Aegyptiorum, vt frequenter dictum eſt ſuprà, & hoc eſt quod dicitur:* Cum adhuc. *Ideſt antequam ciuitas eſſet capta.*

2 Defecerunt oculi noſtri. *Expectando cū magno deſiderio.*

3 Ad auxilium noſtrum vanum. *Ideſt, ad exercitū Aegyptiorum.*

4 Cū reſpiceremus attenti. *Ad videndum ſi veniret ad leuandum obſidionem Chaldęorum.*

5 Ad gentem quæ ſalua. nos non pote. *Quia ſicut dictum eſt ſuprà 37.b. cum exercitus Aegypti eſſet in via veniendi in auxilium Iudęorum: redijt in Aegyptum timore Chaldęorum ſibi occurrentium.*

6 Lubricauerunt veſtigia noſtra. *Partim timore, partim fame: quia timidi & fame conſumpti non incedunt firmiter, ſed lubricando.*

7 Appropinquauit finis noſter. *Ideſt, mors, quia multi fuerunt occiſi, & reliqui captiuati, quę captiuitas eſt mors ciuilis.*

✲ 1 Velociores

---

*MORALITER.*

† *Neque ſenum.* ſcilicet, pauperum.

† *Miſerti ſunt.* Quibus tamen propter ætatem eſſet miſerandum.

1 *Cum adhuc.* Ideſt, adhuc eſſemus in aliqua ſpe bona de dictis prædicatoribus & prælatis.

2 *Defecerunt oculi noſtri.* Quia nullū auxilium habuimus ab eis, ideò ſubditur,

6 *Lubricauerunt veſtigia noſtra.* Vt ſint verba illorum qui non poſſunt habere conſilium & auxilium à prædictis. Et quoniā in hoc apparet magnus defectus charitatis & abundantia iniquitatis, ſignū eſt appropinquationis aduentus Antichriſti, ſicut dicitur Matth.23.a. ideo ſubdit.

7 *Appropinquauit finis noſter.* Quia finis mundi ſequitur aduentum Antichriſti. Et quoniam ſub Antichriſto erit maxima perſecutio. Sequitur.

† 1 *Velocio-*

A a *Velociores fuerunt* Hæc hyperbolicè de Iudæorum inimicis dicta ſunt, ſicut Saul & Ionathas in threnis Dauid velociores aquilis fuiſſe laudātur. Forſitan reges & principes populi qui obſidionē Chaldęorum euaſerāt maiori velocitate ab his quos fugiebāt, captos eſſe ſignificat.

Historicè.

Moraliter. *Velociores.* Hæretici ſępe in diſputādo velociores ſunt aquilis cœli, i. doctorib. plebis, quos perſequūtur ſuper montes ſcripturam ſcilicet, & doctrinā apoſtolorū & ſanctorum patrū, eremitis īſidiantē fraudibus & mellifluis ſermonibus.

a ¶ A perſonis aduerſariorum. ¶Dœmones hæretici. b ¶Doctoribus plebis.

Caph. Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cœli: 1

a ¶In ſpecula regiminis poſitos. b ¶Quia percutiam paſt. & diſper oues greg.

c ¶Monachis & eremitis. 2

a ſuper montes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſūt nō 3

a ¶De quo: Spiritum rectum inno: &c. b ¶Corde creditur ad iuſti. ore autem fit confeſſio ad ſalutem. c ¶Dei filius. ¶Ioſias. d ¶Quaſi totius miſeriæ ſolatium, in Chriſto ſperemus: illum imitemur, qui captus eſt pro peccatis noſtris. 4

e ¶Qui peccatum non fecit. 5

† vultus & naris. bis. Res Spiritus † oris † noſtri Chriſtus dn̄s captus eſt † in 6

† in foueis quas foderunt. b a ¶Refrigerationis, vnde: Sub vmbra alarum tuarum &c. b ¶Adunati gentibus, vt fiat vnum ouile & vnus paſtor. ¶Ante mortū. 7 8

c peccatis noſtris: † cui diximus, in umbra tua viuemus in 9

Nota quantis vrgemur malis. In occulto inſtant inſidiæ. In aperto ſuper montes ſæuit perſecutor, vt paſtores deijciat, oues ſternat, ſecundū illud:

B Matt. 14 c. *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis.* Inde ſequitur: *Spiritus oris, &c.*

Allegor. *Velociores.* Quia propheta oīum lamentationes & perſonas & proprietates in ſe transformat (omnibus factus oīa) plangit perſecutiones eccleſiæ, cuius perſecutores aquilis velociores ſunt. Immundi ſiquidem ſpiritus velociores ſunt nequitia, fraude & agilitate naturæ ad lacerandum & deuorandum quàm aquilæ cœli, i. prædicatores ad eripiendum, de quibus: Matt. 24. c. *Vbicunque fuerit corpus, ibi cōgregabuntur & aquilæ.* Quia vbi memoria paſſionis Chriſti celebratur, & panis & vinum per myſterium ſanctæ orationis in corpus & ſanguinem Chriſti trāsfiguratur, aduolant aquilæ cœli quaſi ad eſcam, vt de monte eius vitam percipiant. Sed velociores ſunt aereæ poteſtates, quia non eſt ſuper terra poteſtas, quæ comparetur eis, hę rugiunt & quærunt quem deuorent.

✠ Gregorius Aquilarum noīe inſidiatores ſpiritus exprimuntur Ieremia atteſtante qui ait, *Velociores, &c.* perſecutores.n. noſtri aquilis cœli velociores ſunt, cum tanta contra nos maligni homines faciunt, vt ipſas etiā aereas

C poteſtates inuentionibus malitiæ præire videantur.

*Sup. mon. perſe. ſunt nos.* Quia dum ad eccleſiæ regimina extollimur, acrius eos ad perſequendum excitamus, nec in ſpecula apoſtolicæ ſedis poſiti ſecuri ſunt: quia quos ſuper montes eleuatos vident, vt cęteros diligētius inſpiciendo conſeruent, & ad culmina virtutum prouocent, tantò audacius & ardentius infeſtant.

*In deſerto inſidiati ſunt in nobis.* Per deſertum vita monaſtica aut eremitica (quæ in deſertis & in ſolitudinibus agitur) deſignatur, contra quos quaſi athletas fortiores, inuiſibiles ſæuiunt hoſtes. Sed quia ſecularibus cu[…] pediti, contra hoſtes tātum ſoliciti ſunt & circum[…] ideò occultius inſidiantur illis quos vident latere […] cultis. Sed qui ſuper montes exaltati eminent, exa[…] manifeſtis viribus crebris inſultibus ſuſtinēt. His a[…] cęli ſępe hoſt[…] velociores ſunt […] cipiendum, […] ad cauendum […] aquilæ cęli c[…] nienter dicūt[…] deſpectis terr[…] cœleſtibus ſp[…] tur. Notādu[…] ꝙ ouibus & […] vel equis vel […] ribus vel qui[…] bet auibus n[…] cuntur veloc[…] ſed aquilis c[…]de alibi: *Grex perditus factus eſt populus meus, paſtores ſe[…] eos, feceruntque vagari in montibus:* qui ſcilicet de mo[…] collem tranſierunt obliti cubilis ſui.

b *Spiritus oris.* Sicut ex hoc aere ſpiritum ducimu[…] ad ipſum reducimus & inde viuimus, ita home[…] rior, per fidem ſpiritum Dei attraxit: & inde viuit: […] ſus ei, quod viuit quod bene facit, quod orat, quo[…] tat, denique omnia bona ſibi aſcribendo reddit.

*Spiritus oris noſtri.* Hæc Iudæi de Ioſia dicta putan[…] iuſtus rex non pro ſuis, ſed pro populi peccatis c[…] ſit, in quo ſpem poſuerāt, cuius alas vbique gentib[…] ponebant. Sed veriſſimè Chriſtus hic intelligitur, q[…] peccatis humani generis, non pro ſuis, à Iudæis […] & occiſus eſt: cuius diuinitas notatur cum dicitur […]

*Spiritus oris noſtri.* Spiritus enim dicitur filius ſecu[…] illud: *Spiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Hum[…] inſinuatur, cum ſubiungitur: *Chriſtus dominus, &c.* […] enim vna perſona eſt homo & Deus, vbi Chriſtu[…] tur, Deus capi dicitur: *Spiritus oris noſtri.* Chriſ[…] nedicitur, quia quem corde credimus, ore confit[…] ſecundum illud: *Corde creditur ad iuſtitiam, ore auten[…]* Oris eſt aſpirare, & quod infuſione gratiæ aſpiran[…] cipimus, reſpirando confitemur. Sed eorum prop[…] vox eſt, qui ita habent in ore verbum veritatis qu[…] Chriſtus, ſicut & in corde: quia ex abundantia co[…] loquitur. Hic captus eſt in peccatis noſtris, vt & n[…] peccata deleret, non pro ſuis: quia quæ nō rapuit, […] cui diximus.

c *In vmbra tua vi. in gen.* qa ipſe eſt expectatio gētiū […] men Abrahæ. In quo benedicētur gentes terræ, in […] pheta corde credebat & ore pferebat. *In vmbra t[…] gen.* Vēturus.n. erat, vt cū gentibus Iudæos ſaluaret

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis. *Quaſi dicat pauci aut nulli poterant effugere ab eis.*

2 Super montes perſecuti ſunt nos. *vbi credebamus eſſe tuti propter inacceſſibilitatem loci.*

3 In deſerto inſidiati ſunt no. *Quaſi dicat nō patebat nobis aliquis locus fugiendi.*

4 Spiritus oris noſtri Chriſtus. *Hic conſequenter Ieremias lamentatur Ioſiæ mortem. Circa quod ſciendum quod ſecundū Hebræos iſta eſt litera:* Spiritus naris noſtræ Chriſtus dn̄i captus eſt in foſis eorum. *quod ſic exponitur:* Spiritus naris noſtræ Chriſtus, &c. *licet in hominibus reſpiratio fiat per os & per nares: tamen illa quę fit per nares, eſt melior ſecundum Philoſophū. talis autem reſpiratio eſt vitę humanę ſaluatio, quia ipſo deficiente, deficit vita. Dicit ergo Ieremias in perſona populi Iudæ:* Spiritus naris noſtræ, &c. *Ideſt, rex Ioſias ex tua bonitate & […]tua conſeruator vitę noſtræ.*

5 Chriſtus dn̄s. *Ideſt, vnctus in regem ex ordinatione d[…]*

6 Captus eſt. *In foſſis eorum ſcilicet Aegyptiorum. Dic[…] Ra. Sa. quod cum Ioſias iret ad pugnandum contra regē A[…] & nollet à pugna requieſcere, vt habetur. 4. Re. 23. & 2. Pa[…] Aegyptij fecerunt foſſas prope ſuum exercitum, vbi Iudęi d[…] eos aggredi quę erant opertę deſuper. & ideo exercitus Io[…] veniens per foſſas illas deceptus fuit ſtatim debellatus, e[…] lethaliter vulneratus: & ex vulnere poſtea mortuus.*

7 Cui di. *ideſt, de quo viuente diximus.*

8 In vmb tua. *ideſt, ſub protectione.*

9 Viue. in gen. *ideſt, ſecuri ab impugnatione gentiū q̄ c[…] habitant. Expoſitores verò Latini dicunt cōiter qđ Ieremia[…] phetauit de morte domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſecundum […] eſt litera:* Spiritus oris noſtri Chriſtus dominus, &

✠

*MORALITER.*

† 1 *Velociores fuerunt perſecutores noſt.* Et loquitur ſcriptura de futuro per modum præteriti.

4 *Spiritus oris noſtri.* Hoc literaliter exponitur de morte Chriſti Moraliter autem poteſt exponi de paſtore bono Chriſti vicario, qui eius exemplo in perſecutionibus nō fugit ſed conſtanter exponit ſe pro populi ſui ſalute, & pro peccatis populi patitur perſecutionem, quod maximè continget temporibus Antichriſti ideò dicitu[…] *tus oris noſtri.* Nam ad vitam ſpiritualem ſui popul[…] rat fideliter verbo & exemplo.

5 *Chriſtus domi.* Quia gerit vices dn̄i noſtri Ieſu C[…]

6 *Captus eſt* Hoc debent dicere ſubditi quando p[…] catis habet pati.

7 *Cui.* Ideſt, debent enim boni ſubditi cōfiteri, q[…] uunt ex meritis boni prælati.

† 1C

perſpiritū dixi: *Viuemus: qui peccatis mortui eramus. In vm-*
*bra* tua, de qua dicitur: *ſub vmbra alarum tuarum pro.n.* Chri-
ſtus captus eſt & crucifixus ſub vmbra paſſionis nos pro-
texit: qa alis in cruce extēſis, caro eius nobis vmbra fuit,
quæ æſtus mētis noſtræ refrigerauit, & varias æſtuū paſ-
ſionis temperauit.
Nam & apoſtolorū
vmbra ſanabat in-
firmos. Caro eius
quaſi vmbra fuit
quia vidimus eum,
non habentem ſpe-
ciem neque de. De
qua dicitur: *Aſcende*
*Dominus ſuper nubem*
*leuem & ingredietur*
*Ægyptum*. Hæc eſt nubes lucida ſuper apoſtolos, ne eos
iniquitatis exureret ardor: quod propheta prædicebat: Iā
in vmbra tu. vi. in gen. Nam & propheta cum in vmbra
videbat, qui quaſi in ſpeculo mentis, diuino illuminatus
ſpiritu futura prǫuidebat: nunc autem totum illuminat
mundum, quamuis adhúc per vmbram ſui corporis, i.
eccleſia videamus eum non facie ad faciem. In hac vm-
bra refrigerati ſpe viuimus. Notandum, ꝙ omnis lamen
tationis intentio ad hunc finem tendit, in quo oīs mole
ſtia finitur: poſtea verò quaſi biuium demōſtratur, quia
pars electa tenet dexteram: reproba peccatis polluta, am
plectur leuam. Vnde ei damnatio æterna. alij vita æter-
na. *Cum abſter. Deus omnem la. ab oculis.* Quod crux Domini
quaſi tribunal iudicis præſignauit, vbi per fidē alter eo-
rum qui hincinde dependebant aſſumptus eſt, alter per
blaſphemiam damnatus eſt, quia pendente coram ocu-
lis ſuis vitam contempſit. Eſt quoque diligenti diſcretio-
ne notandum quod ſanctorum luctus terminatur, & gau-
dium poſt triſtitiam incipitur. In duobus ſequenti-
bus verſibus, à gaudio vt vltimum inchoatur: quod
alij doloris remedio terminatur, vnde additur: *Gaude*
*& lætare filia Edom.*

*Gaude & lætare filia Edom.* Idumæos ſemper Iudæis ini-
micos fuiſſe & cæteras gentes per circumitum hiſtoriæ
narrant & prophetæ: & quia de malis eorum lætati ſunt,
religni uindicta domini inebriantur, unde ſubiungitur.
*Ad te quoque perueniet calix.* Hæc omnia completa ſunt
Babylonijs Iudæos captiuantibus, qui & ipſi captiuati
ſunt Perſis & Mœdis uaſtantibus: ſed melius hęc de ul-
timo iudicio accipiuntur.

*Gaude*

a ¶Sed. ¶Ironicè loquitur. b ¶Terrena vel ſanguinea, quia ſicut in Chriſto ſpes ſanctorum & exultatiò, ita & malorum confuſio & damnatio.
c ¶Pertinaci ſtudio d ¶Non in cœlo.
a gentibus. Sin. Gaude & lætare filia Edom q̄ habitas in ter 1
a ¶Conſiliatores, id eſt, diaboli. b ¶Sicut ad Ieruſalem, vnde, 2
Qui acceperit gladium, gladio peribit c ¶Babylonis, qui inebriat omnes gentes. 3
ra Hus. Ad te quoque perueniet calix, inebriaberis atque 4
a ¶Virtutibus. b ¶Finita, vnde: Nundum completa eſt iniquitas illius. c ¶Eccleſia. d ¶Speculationibus 5
b † nudaberis. Tau. Completa eſt iniquitas tua filia Sion: nō 6
c

*Gaude & lætare*. Edom & Babylonia idem ſignificant. D
Duæ.n. ciuitates ab initio ſeculi ſignantur. altera Ieruſa- Allegoricè.
lem, altera Edom, q̄ & Babylon: Altera cū propheta plan
git & parturit, altera cur plangatur neſcit: Alterā Chri-
ſtus ædificat, alteram diabolus, q per Nabuchodonoſor
ſignatur, Babylon
eſt ciuitas perdito-
rū, q̄ inebriat oēm
terram vino iniqui
tatis, vnde: *Calix au-*
*reus Babylon in manu* Iere.51.a.
*domini de vino furoris*
*eius biberunt oēs gen-*
*tes*. Quo Edom &
inebriata plāgitur.
Ideò ei ironicè dr̄:
*Gaude & lætare.* Edom ſanguineus vel rubeus interpretat̄:
hic eſt populus qui carnis vitia ſectatur, qui de primoge
nitis præſentis vitæ voluptates nundinantur, vnde ſequi
tur: *Quę habi. in ter. Hus.* Niſi.n. in terrenis mentem poſuiſ- Gal.4.d.
ſet inebriari, vel uirtutibus ſpoliari non poſſet. Ieruſalē Apo.8.d.
aūt ſurſum eſt, cuius conuerſatio in cœlis. *Væ.n. habitanti-*
*bus in terra*. Edom verò q̄ in terra habitat licet gaudere & E
lætari uideatur, aureo tñ poculo inebriatur, & in furore
dñi nudatur. qa decreuit non in terra ſimpliciter conuer
ſari, ſed iuxtà alios codices inter aues, i. conſiliatoris, dia-
boli, ſ. qui peruerſa ſuggerit cōſilia contra angelum ma-
gni cōſilij. Nam & Edom terrenus interpretatur: in quo
ſignant̄. q terrena ſectantur diaboli decepti conſilio, un-
de ad eos peruenit aureus calix, & nudantur gratia Dei.
*Completa eſt iniquitas*. Nota ꝙ in clauſula ultimi uerſus
attribuit unicuiq; parti qđ cōuenit, ut Sion, ſ. afflicta nō
deſperet, & filia Edom affligenda non inſultet.
c *Completa eſt.* Abſolutis peccatis populo Iſrael reditus Hiſtoricè.
in terrā ſuā, & quia ſecura promittitur. In eos uerò qui
eum perſecuti ſunt, i. filios Edom futura uindicta decla-
ratur. Hæc iuxtà literam utriſque contigiſſe manifeſtū
eſt, ſed generaliter de omnibus accipiendum eſt, quibus
in ultimo examine ſecundum opera ſua ſententia dan-
da eſt: ut Sion de mœrore tranſeat ad lætitiam, Edom de
lætitia ad triſtitiam ſempiternam.
Notandū maximè admirandū, ad quātā altitudinē Ie- Nota excel-
remias cōſcēderit, unde quaſi de ſpeculo dilatato corde lentiam Ie-
agones huius ſeculi cōſiderat, nunc ſimul oēs nūc ſingu- miæ.
los, nūc Iudæorū caſus deplorat, nūc eccleſiæ luget detri F
menta, morū perturbationē dolet: nūc reſtaurationē Ie-
ruſalem

## NICOLAVS DE LYRA.

*Sciendum, quod vbi habemus hic dominus: in Heb. habetur, no-*
*men Domini Tetragrammaton, quod non poteſt dici de aliquo in no-*
*minatiuo caſu, niſi de Deo, veruntamen quia illud nomen eſt inde-*
*clinabile, ſicut & alia nomina Hebraica, indifferenter accipitur in*
*caſu nominatiuo, & genitiuo, & reliquis, ſicut hæc noīa cornu &*
*celu in Latino: & ideò ſecundum quod iſte paſſus exponitur de Io-*
*ſia qui fuit homo purus, non poteſt dici de eo in nominatiuo caſu: ſed*
*bene poteſt, prout exponitur de Chriſto, qui eſt verus homo & verus*
*Deus in vno ſuppoſito, & ſic eſt ſenſus: Chriſtus dominus, i. Ieſus ve-*
*rus homo & verus Deus. Qui eſt ſpiritus oris noſtri, i. nos viuificās*
*in reſpiratione ſuæ gratiæ:* Captus eſt in peccatis noſtris, *ideſt,*
*Iudæis traditus propter peccata noſtra delēda. Cui diximus: In vm-*
*bra tua viuemus in gentibus. Loquebatur.n. Ieremias in perſona po*
*puli vt prædictum eſt. Vidit autem Ieremias aliquos de Iudæis fidē*
*Chriſti recepturos, & per conſequens ſub vmbra eius victuros cum*
*gentibus fidem Chriſti rapientibus ſub nomine Chriſtiano. Vidit ēt*
*alios in infidelitate permanſuros, & iſtos, etiam vidit victuros in-*
*ter Chriſtianos temporaliter ſub vmbra Chriſti. Vna enim cauſa*
*quare ſic permittuntur viuere eſt, vt Chriſtiani per præſentiam Iu-*
*dæorum magis habeant memoriam Chriſti, ſicut diffuſius dictū fuit*
*ſuper illud Pſal. 58. c.* Deus oſtendit mihi ſuper inimicos
meos ne occidas eos, ne q̄n obliuiſcantur populi mei.
1 Gaude. *Poſtquam poſita eſt Ieremiæ lamentatio, hic in fine*
*ponitur contra aduerſarios inuectio. Et dicit hic Ra. Sa. quod Iere-*
*mias hic prophetizat de deſtructione Romani imperij, eo quod de-*
*ſtruxerit*
*ſtruxerit tēplum & captiuauit populū Iudæorum tempore Titi &*
*Veſpaſiani & ſic per filiam Edom hic intelligitur Edom ſeu popu*
*lus Romanus cum dicitur:* gaude &c. Edom *q.d. gaudium iſtud*
*quod habuiſti de deſtructione ciuitatis & templi. in triſtitiam tuam*
*conuertetur. Ad te quoq; perueniet calix vindictæ diuinæ. Sed iſta*
*expoſitio non videtur rōnabilis, quia Edom alio nomine dictus eſt*
*Eſau. Gen. 25. & ſic Edom deſcendit de. Sem filio Noe per Iſaac, cu*
*ius filius fuit Eſau. Tota autē Europa in qua eſt Roma, dicitur po-*
*pulata fuiſſe à filijs Iaphet: pp ꝙ non videtur rōnabiliter dictum,*
*quod per Edom ſignificetur Romanum imperium, pp quod dicūt do*
*ctores noſtri, quod per filiam Edom intelligitur ipſa Idumæa ab ipſo*
*Eſau prout dictus eſt Edom denominata: & inuehitur hic propheta*
g *Innoua*. Ad hoc principiū reuocamur cū ɔuertimur: cū ad illud peruenerimus, innouabimur. Inueterati.n. & corrupti ſumus, & dies æternitatis perdidimus, quos p ɔuerſionē recipimus, vñ alibi. *Cōuerte me domine, & cōuertar ad te*. Pſal.94.b. Pſal.79.c. F

h *Iratus es*. Prima repulſio eſt, qua tentatori tradimur. Secunda cū tentati ſuccumbimus ad tentandum ſine ira Dei repellimur. de qua dr̄. *Non repulit Deus plebem ſuam quā præſciuit*. Qñ autem vincimur ſed poſtea non pęnitemus, iraſcitur Deus vehementer, vnde. *Quis nouit poteſtatem iræ tuę,&c*. Aliquando.n. iraſcitur, vt pater, qñ verbis increpat delinquentem, & facit pęnitentem. Iraſcitur aūt vt dominus, quando corripit vt durus & ſtatim vlciſcitur, Vnde Moyſes. *Ne iraſcatur furor tuus contra populum tuum*. Vt iudex iraſcetur, cum dicet. *Ite maledicti,&c*. cùm iam nec pœnitentiæ nec veniæ locus erit. Exo 32.c. Matth.25.d.

Gilber. Sufficiant hæc ad expoſitionem lamentationū Ieremiæ: quæ de patrum fontibus hauſi ego Gilbertus Antiſiodorenſis eccleſiæ diaconus.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Væ nobis quia pec. *q.d. hoc malum & alia propter peccata noſtra incurrimus*.

2 Ideo conte ſunt,&c. *ex continuo fletu, conſequenter explicat miſeriam ex deſtructione templi, cum dicitur*.

3 Propter mon.Sion. *i. pp templum in monte Sion ædificatum*.

4 Vulpes ambu.in eo. *i. in ruinis templi, quia ſolent habitare in locis deſertis*.

5 Tu autem do.&c. *q.d. licet templum ſit deſtructum, φ dicebatur ſedes tua, eò φ ibi erat propitiatorium, tamen remanet firmū ſolium tuum in cælo, vbi principaliter relucet tuum dominium: & ideo conuertit ſe Ieremias ad implorandum Dei miſericordiam di.*

6 Quare in perpetuum,&c. *q.d. non decet tuam clementiam, ideo ſubditur*.

7 Conuerte,&c. *quia debita conuerſio liberi arbitrij ad Deum, præſupponit inſtinctum diuinum, qui dicitur gratia præueniens*.

8 Innoua dies noſtros, ſicut a prin. *quia in mirabilib. tuis introduxiſti nos in terram promiſſionis*.

9 Sed proijciens repuliſti nos. *in captiuitatem eijciendo*.

10 Iratus es contra nos. *puniendo vltra id quod poſſumus ſuſtinere, licet hæc pœna non excedat ordinem iuſtitiæ. q.d. reſpice nos oculo pietatis & miſericordiæ, quia tibi proprium eſt miſereri, & parcere, qui viuis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum, Amen*.

⁂ CAP.

*MORALITER.*

4 *Vulpes ambula*. i. Saraceni admodum vulpium doloſi.

5 *Tu autem domine in æternum perman.&c*. ideo potes adhibere remedium pro voluntate tua.

6 *Quare in perpetuum obli. noſtri*. i. per tam longum temporis ſpatium. Et quoniam defectus non eſt ex parte ſua, ſed noſtra, ideo ſubditur.

7 *Conuerte nos domine ad te,&c. innoua dies noſtros ſicut a princ*. i. qñ terra ſancta erat liberè in manib. eorum fidelium.

9 *Sed proijciens repuliſti nos*. & maximè a tpe Saladini, &c.

A

## ADDITIO.

*In cap. 5. vbi dicitur in poſtilla.* Recordare.

*Vltimò ſequitur oratio Ieremiæ prophetæ pro populo traſmigrato exeunti, & diuiditur in octo partes principales. In prima namq;* Diuiſio orationis Ierem. *ad modum bene orantis, & deuotè inuocat ad ſe, & excitat diuinam miſerationem & pietatem, dicens.* Recordare dñe quid accide rit nobis. *Secundò verò narrat & referat ſuam vtilitatem, & infelicitatem & afflictionem, & quantum ad amiſſionem poſſeſſionum dicens.* Hæreditas noſtra verſa eſt ad extraneos, *& quo ad amiſſionem amicorum ſubdens.* Pupilli facti ſumus abſq; patre. *& quò ad amiſſionem cibariorum addens.* Aquã nr̃am pecunia bibimus. *& quò ad amiſſionẽ libertatis ſubdẽs.* Ceruicib. noſtris minabamur. *& quo ad parentes ſubdens.* Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt. *& quò ad amiſſionem poteſtatis, & autoritatis ſubdẽs.* Serui dominati ſunt noſtri. *& quo ad amiſſionem pacis & ſecuritatis addẽs* In manibus noſtris. *& quò ad amiſſionem pulchritudinis & ſanitatis concludens.* Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt. *Tertiò verò recitat aduerſariorũ multiplicem iniquitatem & abuſionem, qua abuſi ſunt in captiuatis, vt ex hoc Deus magis ad miſericordiam prouocaretur, & hoc facit ibi.* Mulieres in Sion humiliauerunt & virgines in ciuitatib. Iuda. *Deinde verò malitiam & crudelitatem ſubdens.* Principes manu ſuſpenſi ſunt, facies ſenum non erubuerunt. *deinde verò ipſorum nequitiam & feditatem, ſubdens.* Adóleſcentulis impudicè abuſi ſunt. *Quartò verò propheta deplorat priſtinam dignitatem & priſtinam conſolationem, quia & defecit ſapientia, & ſcientia, & lætitia, & excellentia quæ conſueuerant eſſe in Ieruſalẽ. Quantum ad ſapientiam dicit.* Senes defecerunt de portis *quãtùm ad lætitiam ſubdit.* Iuuenes de choro pſallentium. *quantum ad excellentiam concludit.* Cecidit corona capitis noſtri. *Quintò verò propheta explicat ſuam iniquitatem & confitetur iuſtam punitionem, ibi.* Væ nobis, quia peccauimus: propterea mœſtum factum eſt cor noſtrum. *Sextò verò laudat & prædicat diuinam durationem, ibi.* Tu autem domine in æternũ permanebis. *Septimò verò implorat Dei benignitatem, & petit ſui reditus & ſuæ conuerſionis accelerationem: reditus quidem vel de Babylonica captiuitate in Ieruſalem, vel potius & melius de incredulitate ad Ieſu Chriſti fidem: & hoc facit ibi.* Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri. *Sequitur.* Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. *Octauò & vltimò intuetur & cernit diuinam ſeueritatem, & per conſequens aliqualem dilationem exauditionis de hoc quod petit ita celeriter impleri, cõcludens.* Sed proijciens repuliſti nos, iratus es contra nos vehementer: *& in hoc Threni Ieremiæ finiunt.*

*Incipit præfatio in librum Baruch prophetæ.*

B Liber iſte qui Baruch nomine prænotatur, in Hebręo canone non habetur: ſed tantùm in vulgata editione, ſimiliter & epiſtola Ieremiæ. Propter notitiam autem legentium hîc ſcripta ſunt, quia multa de Chriſto nouiſſimiſque temporibus indicant.

Vulgata editio de qua fit mentio in prologo ſuper Baruch, exponitur in prologo ſuper Ezech. Cætera plana ſunt.

*Incipit Baruch propheta.*

## CAP. I.

a ET hæc verba libri quæ ſcripſit Baruch filius Ne- 1
riæ, filij Maaſiæ, filij Sedechiæ, filij Sedei, filij Hel 2
ciæ in Babylonia, in anno 5. & 7. die menſis, in 3
tempore quo ceperunt Chaldæi Ieruſalem, & ſuccende- 4 5
runt eam igni. Et legit Baruch verba libri huius ad aures 6
Iechoniæ filij Ioachim regis Iuda, & ad aures vniuerſi 7 8
populi venientes ad librum, & ad aures potentium fi- 9

CAP. I.

a *ET hæc verb. &c.* ✻ Theodoretus. Admirandus Baruch diſceſſit vna cum Iudæis qui aufugerant in Aegyptum. Veruntamen poſt quinque annos ex quo capta eſt vrbs peruenit Babylonem. Omnem .n. operam impendebant pietatis a lũ C ni, vt confirmarent infirmos & ad veritatem deducerent. Cùm ergo perueniſſet Babylonem recitauit Ieremiæ prophetiam cunctis captiuis, & potiſſimum Iechoniæ, qui cum regnaſſet modico tempore factus eſt captiuus. Nec aberrauit a ſcopo, quia duxit illos in ſenſum peccatorum priſtinorum, vt etiam calamitatis cauſam agnoſcerent, multis etiam lachrymis profuſis, & quiſq; conferret pecunias quas mittebant ſacerdotibus relictis in Ieruſalem, ad cõparandas victimas quas immolarent, vt dominum Deũ ſibi propitium redderent.

a *Et facite*

### Incipit poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Baruch.

✻ 1 ET hæc verba libri. *Poſt librum Tobiæ ſecundum ordinem temporis ſequitur liber Baruch immediatè, nam hiſtoria Tobiæ contigit temporibus Ezechiæ regis Iuda, vt oſtenſum eſt ſuprà in principio libri Tobiæ. Baruch autem fuit notarius Ieremiæ a tempore Ioachim filij Ioſiæ, vt habetur Iere. 36. & deſtructa Ieruſalem per Chaldæos cum Ieremia deſcendit in Aegyptum poſt interfectionem Godoliæ, Iere. 43. & poſtea ſcripſit librum iſtum quantum ad illam partem, cuius fuit autor, quantũ autem ad epiſtolam Ieremię (quę ponitur in hoc libro, cuius tamen non fuit autor ſed tantũ ſcriptor) ſcripſerat ante deſtructionem ciuitatis, vt videbitur infrà domino concedente. Igitur liber iſte in duas diuiditur partes .ſ. in librum Baruch ſcribę, & in epiſtolam Ieremię, quę incipit cap. 6. Prima diuiditur in tres partes: quia primò circa librum Baruch ponitur deſcriptionis actus. Secundò legendi modus, ibi.* Et legit Baruch. *Tertiò libri proceſſus ibi.* Et dicetis. *Circa primum primò ponitur ſcriptoris genus, cùm dicitur.* Et hæc verba libri quæ ſcripſerat Baruch filius Neriæ, &c. *& ſecundum regulam Hebręorum pater Baruch & auus, & cęteri qui ponuntur hic habuerunt ſpiritum prophetię ſicut & ipſe. Dicunt.n. ꝙ quando in principio alicuius prophetę ponitur nomen patris eius & aui, & ſic aſcendendo, per hoc datur intelligi quod ſpiritum propheticum habuerunt. Sciendum ẽt, ꝙ dictio copulatiua cùm dicitur.* Et hæc verba libri. *Copulat ad verba Ieremię, quæ Baruch ſcripſerat ante. Secundo, ponitur deſcriptionis locus, cum dicitur.* (Diuiſio libri.)

2 In Babylonia. *Sed hoc videtur alicui falſum, quia Iere. 43. dicitur, ꝙ cum Ieremia & alij Iudęi qui remanſerant in Iudęa, deſcendit in Aegyptum, & non iuit in Babyloniam cum alijs captiuis. Dicendum, ꝙ mortuo Ieremia in Aegypto, Baruch iuit in Babyloniam ad captiuorum conſolationem, & maximè quia Ieremias prophetauerat Aegyptum citò deſtruendam per Nabuchodonoſor regem Babylonis, Ierem. 43. Tertiò ponitur deſcriptionis tempus, cùm dicitur.*

3 In anno quin. *ſ. a deſtructione Ieruſalem per Chaldęos, ſic enim numerabant Iudęi a tempore captiuitatis Babylõnicę, ſicut modò computant a tempore captiuitatis ſuę per Romanos, incipiendo a deſtructione Ieruſalem facta per Titum & Veſpaſianum.*

4 Et in ſeptimo die menſis. *Non dicitur hic quis menſis fuerit, & ideo videtur, ꝙ fuerit primus menſis.*

5 In tempore quo Chaldæi ceperunt Ieruſalem. *i. a tempore illo vnde incipiebat Iudęorum numeratio, vt dictum eſt.*

6 Et legit. *Hic conſequenter ponitur circa librum iſtum legendi modus, & primò in Babylonia, ſecundò in Ieruſalyma, ibi:* & colligerunt. *Circa primum dicitur.*

7 Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ &c. *Sed contra hoc videtur, ꝙ Iechonias iſte erat in carcere regis Babylonis. Dicendum ꝙ non erat in carcere clauſus ſaltem cõtinuè eò ꝙ eſſet nobilis & rex Iuda, vel ſi erat clauſus, non tamen taliter quin Baruch poſſet ad eum accedere, talis .n. acceſſus frequenter conceditur detentis in carcere.*

8 Et ad aures vniuerſi populi venientis ad librum. *ſ. Iudaici in Babylonem ducti.*

9 Et ad aures potentium filiorum re. *quia ducti fuerãt ibi aliqui de ſemine regio, vt habetur Dan. 1. & fuerunt in magna poteſtate, ſicut patet ex eodem libro de Daniele & ſocijs eius. Cętera patent vſque ibi.*

✻ Ad

liorum regum,& ad aures presbyterorum,&
ad aures populi a minimo vſque ad maximū
eorum,omnium habitantium in Babylonia
ad flumen Sodi. Qui audientes plorabant & 1
ieiunabant,& orabant in conſpectu domini. 2 3
Et collegerunt pecuniam † ſecundum quod 4
potuit vniuſcuiuſque manus. Et miſerunt in
Ieruſalem ad Ioachim filium Helchiæ filij Sa
lom ſacerdotem, & ad reliquos ſacerdotes,&
ad omnem populum qui inuēti ſunt cum eo
in Ieruſalem,cùm acciperent vaſa templi do- 5
mini,quæ ablata fuerant de templo,reuocare 6 7
in terram Iuda;decima die menſis Siban,vaſa 8
argentea quæ fecit Sedechias filius Ioſiæ rex 9
Iuda poſteaquam cepiſſet Nabuchodonoſor
rex Babylonis Iechoniā,& principes, & cun-
ctos potentes,& populum terrę ab Ieruſalem:
& duxit eos vinctos in Babylonem. Et dixe-
runt. Ecce miſimus ad vos peccunias,de qui-
bus emite holocauſtoma-
ta & thus,& facite manna:
a & offerre pro peccato ad
10 aram domini Dei noſtri.
Et orate pro vita Nabu- b
chodonoſor regis Babylo-
nis,& pro vita Balthaſar fi-
lij eius,vt ſint dies ipſorum
11 ſicut dies cœli ſuper ter-
12 ram, & vt det dominus vir
13 tutem nobis, & illuminet
oculos noſtros, vt viua-
mus ſub vmbra Nabucho
donoſor regis Babylonis,
& ſub vmbra Balthaſar fi-
14 lij eius, & ſeruiamus eis
15 multis diebus, & inuenia-
16 mus gratiam in conſpectu eorum. Et pro no
bis ipſis orate ad dominum Deum noſtrum,
quia peccauimus domino Deo noſtro, & nō
eſt auerſus furor eius a nobis vſque in hunc
17 diem. Et legite librum iſtum, quem miſimus
18 ad vos recitari in templo domini in die ſo-
19 lenni, & in die opportuno. Et dicetis Dn̄o
20 21 Deo noſtro iuſtitia, nobis aūt confuſio faciei

† conſpe domini.

*Et facite mānā,&c.* Theodoretus. Hæbræi manna vocan ſacrificium.

b *Et orate.* ✠ Idem. Poſtulant vitā regi Nabuchodonoſor & Balthaſar filio eius. Hūc ēt ī modū Apoſt. ſanciuit,precandum pro regib. q religionē adhuc impugnant, & pro his qui in ſublimitate ſunt conſtituti, tanta eſt inter vetus & nouum teſt. conſonantia precantur ēt ipſi vt ſeruiant, & vel inuiti illuſtratos habeāt oculos, ne quempiam errorem patiantur.

☞ a Era-

NICOLAVS DE LYRA.

Ad flumen Sodi.*i. iuxta flumen ſic vocatum, ſicut dicitur Ieremiæ.46.c.* Ad flumen Euphratem victi ſunt.*i. iuxta flumen Euphratem.*

Qui audientes plorabant. *vt pænitentes de peccatis, pro quibus captiuati erant.*

Et ieiunabant & orabant in conſpectu domini:*affligē do corpus, & ſpiritum offerendo, vt ſic eorum afflictionem Deus reſpiceret,& captiuitatem relaxaret.*

Et collegerunt. *Hic conſequenter deſcribitur lectio libri huius in Ieruſalem. Nam Iudæi habitantes in Babylone fecerunt librum Baruch tranſcribi,& miſerunt in Ieruſalem,vt legeretur ibi: & cum hoc miſerunt pecuniam, vt inde emerentur neceſſaria pro ſacrificijs & oblationib.ibidem fiendis,& hoc eſt quod dicitur.*

Et collegerunt pecuniam:*Et patet litera vſq; ibi.*

Cum acciperent. *Sciendum tamen ꝙ hoc videtur alicui falſum quod hic dictum eſt:quia omnes Iudęi qui erant in Iudæa interfecto Godolia,deſcenderunt in Aegyptum,vt dictum eſt ſuprà, & ideo non videtur,ꝙ tunc in Ieruſalem fuerit populus Iudaicus, nec ſacerdotes ſacrificia offerentes,& maximè quia 1.Eſd.3. dicitur,ꝙ Zorobabel, & illi qui redierūt de captiuitate Babylonica erexerūt altare ſuper baſes ſuas,& obtulerūt ſuper illud holocauſtum domini quod fuit per longum tempus poſt iſta:propter quod videtur,ꝙ a deſtructione ciuitatis, & templi per Chaldæos vſq; ad reditum captiuitatis Babylonicæ non fuit in Ieruſalem altare holocauſti erectum,nec ſacerdotes offerentes ſacrificia: propter quæ & conſimilia liber iſte apud Hebræos apocryphus reputatur. Poteſt tamē dici,ꝙ licet interfecto Godolia, quem rex Babylonis præfecerat terrę Iuda, totus populus Iudaicus qui emanſerat in Iudæa,fugerit in Aegyptū timens, ꝙ rex Babylonis mitteret contra eum exercitū ad vindicandum mortem Godoliæ, videns tamen poſtea ꝙ non mitteret, & audiens Ieremiam prophetantem,ꝙ rex Babylonis Aegyptum inuaderet,pro magna parte redit in Ieruſalem propter loci ſanctitatem: & inter redeuntes fuerunt aliqui ſacerdotes, quorū principalis fuit Ioachim hic nominatur,non tamen fuit filius ſummi ſacerdotis: quia Ioſedech ſummus ſacerdos cū Sedechia rege fuit ductus in Babylonē & ei in ſummo ſacerdotio ſucceſſit Ieſus filius eius in reditu captiuitatis Babylonicæ,vt patet. 1.Eſdrę 3. & Zach.3. Ioachim aūt filius iſtius Ieſu ſecundum hiſtoriographos poſtea fuit ſummus ſacerdos, & non iſte Ioachim, de quo fit hic mentio, vnde dicitur hic ad Ioachim filium Helchiæ,ad diſtinctionem alterius. Ad illud aūt ꝙ dicitur de erectione altaris poſt reditum captiuitatis Babylonicæ,dicendum ꝙ ſcriptura loquitur ibi de ſolemni erectione poſt reditum captiuitatis prædicto modo redeuntes erexerant altare paruum ad ſacrificandum domino prout poterant bono modo,ſicut patriarchæ, & prophetæ frequenter leguntur altaria erexiſſe ad ſacrificandum domino.* Cui acciperent vaſa. *Hic eſt conſtructio ſuſpenſiua, & intricata ſententia: pro cuius intellectu ſciendum, ꝙ cum Iechonia rege Iuda in Babylonem ducto fuerūt vaſa templi domini aurea trāſportata: pro quib. rex Sedechias in regno Iudę ſuccedens,fecit vaſa argentea:quia non poterat facere aurea:ſicut Roboam filius Salomonis pro ſcutis aureis quę abſtulit Seſach.rex Aegypti, fecit ſcuta ęrea.3.Reg.14.& illa vaſa argentea captiuato Sedechia fuerunt in Babylonem portata:quę ſaltem pro parte redemerunt Iudęi in Babylonem ducti, & miſerunt in Ieruſalem pro cultu Dei cum pecunia pro ſacrificijs collecta,vt dictum eſt, & hoc eſt quod dicitur.*

Cum acciperet. *ſ.dictus Ioachim ſacerdos.*

6 Vaſa templi domini quæ ablata fuerunt de templo. *Sedechia rege capto.*

7 Reuocare in terra Iuda .*i. vt remitterentur in Ieruſalem, quę eſt metropolis in terra Iuda.*

8 Decima die menſis Siban.*qui correſpondet partim Maio, & partim Iunio apud nos, conſequenter oſtendit quę fuerint illa vaſa,cum dicit.*

9 Vaſa argentea quæ fecit Se. *Et patet ex dictis litera vſque ibi.*

10 Et orate pro vita Nabuchodonoſ. *Ex eius.n.pacifico ſtatu dependebat pax terrę Babylonicę, & per conſequens pax Iudęorū:propter ꝙ petebant orari pro vita regis & filij eius ſecundū monitionem Ieremię 29. b.* Orate pro ciuitate ad quam tranſmigrati eſtis,quia in pace illius erit pax veſtra.

11 Vt det dominus virtutem nobis. *Primò petierunt orari pro bono ſtatu regni,quod eſt magis commune,poſtea pro bono ſuo quod erat magis ſpeciale.*

12 Et illuminet oculos noſtros. *in veritatis cognitione.*

13 Vt viuamus ſub vmbra.*ex quo Deus ordinauit nos in eius ſeruitutem redigere.*

14 Et ſeruiamus eis.*ſ. humiliter obtēperantes volūtati diuinę.*

15 Et inueniamus gratiam in conſpectu eorum.*vt non cogant nos idololatrare,ſed permittant nos Deo pacificè deſeruire.*

16 Et pro nobis ipſis orate ad dominum Deum noſtrū. *.i.orate, vt dimittat nobis peccata noſtra Conſequenter ſubditur de lectione libri Baruch,cùm dicitur.* Et legite librum iſtum,quē miſimus ad vos.

17 Recitari in templo domini *Licet.n.templum eſſet combuſtum, remanſerat tamen platea atrij, in qua conueniebant Iudęi ad orandum & audiendum verbum Dei.*

18 In die ſolenni.*i.in diebus ſolennibus,in quibus magis conueniebat populus.*

19 Et dicetis.*Poſtquam deſcriptus eſt circa librum Baruch legendi modus,hic conſequenter deſcribitur libri proceſſus,in quo primò ponitur humilis deprecatio,ſecundò vtilis informatio 3.c.ibi.* Audi Iſrael.*vbi incipit tertium cap. ſecundum ſignificationem Hiero. Prima in tres:nam ſicut dicitur Eccl.35.cap.* Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. *& ideo primò ponitur orantis humiliatio,ſecundò humiliantis ſe deprecatio,ibi.*Et nunc dn̄e Deus *tertiò deprecantis concluſio, ibi.* Et nunc domine omnipotens. *Circa primum ponitur orantis humiliatio in duobus:primò confitēdo propriā culpam, ſecundò confitēdo pœnā iuſtè illatā in principio ſecundi c.Circa primū dicitur.* Et dicetis. *verba Baruch recitando.*

20 Domino Deo noſtro iuſtitia.*Eſt.n.iuſtitię regula.*

21 Nobis autem confu.&c.*in peccatorū noſtrorū confeſſione.*

A noſtræ, ſicut eſt dies hæc, omni Iuda & habi- 1
tantibus Ieruſalem, regibus noſtris, & princi- 2 3
pibus noſtris, & ſacerdotibus noſtris, & pro- 4
phetis noſtris, & patrib. noſtris. Peccauimus 5 6
ante dominum Deum noſtrum, & non cre- 7
didimus diffidentes in eum, & non fuimus 8
ſubiectibiles illi, & non † audiuimus vocem 9 10
domini Dei noſtri, vt ambularemus in man- 11
datis eius quæ dedit nobis. A die qua eduxit 12
patres noſtros de terra Æ-
gypti vſq; ad diē hanc Era-
a mus incredibiles ad dnm 13
Deū noſtrum: & diſſipati 14
receſſimus, ne audiremus
15 vocē ipſius. Et adheſerūt no
16 bis multa mala & maledi-
ctiones, quę conſtituit dñs
17 Moyſi ſeruo ſuo: q eduxit
patres noſtros de terra Æ-
18 gypti, dare nobis terrā fluentem lac, & mel, ſi
19 cut hodierna die. Et non audiuimus vocem
20 domini Dei noſtri, ſecundum omnia verba
prophetarū, quos miſit ad nos & ad iudices
21 noſtros, & abiuimus vnuſquiſque in ſenſum
22 cordis noſtri maligni, operari dijs alienis, fa-
23 cientes mala ante oculos domini Dei noſtri.

† obaudiuimus.

a *Eramus incredibiles.* ⁜ Theodoretus. τὸ διεσχεδιάζομεν, leues eramus poſuit pro ἐσχεδιάζομεν, hoc eſt excogitabamus peccatorum genera. Tales vocat etiam beatus Paulus *inuentores malorum.*

NICOLAVS DE LYRA.

⁜ 1 Sicut eſt dies hæc. *hoc ſupple manifeſtat in inflictione pœnæ.*
2 Omni Iuda. *i. omni Iudæo de regno Iudæ. Regnum autem Iſrael captiuatum fuerat per longum tempus antè.*
3 Et habitantibus in Ieruſalem. *maximè, nam illam obſederunt Chaldæi & combuſſerunt, populum partim occidentes, & partim captiuantes.*
4 Regibus noſtris. *tres .n. reges ſucceſſiuè fuerant confuſibiliter tractati. Nam Ioachim filius Ioſiæ fuit interfectus, & extra portas Ieruſalem proiectus: ſicut prædixerat Ieremias 22. c.* Sepultura aſini ſepelietur, &c. *& Iechonias filius eius in Babylonem ductus, & incarceratus, & Sedechias eis ſuccedens exoculatus, & in Babylonem ductus, & ibidem ignominioſè mortuus, ſicut dictum fuit Abacuch. 2.*
B
5 Et principibus noſtris & ſacerdotibus noſt. *qui fuerunt partim occiſi & partim capti.*
6 Et prophetis noſtris, &c. *ſ. falſis, & aſſerentibus Ieruſalē a Chaldæis, non eſſe capiendam. Poteſt hoc etiam exponi de prophetis veris, qui populi ſui confuſionem ſuam reputabant.*
7 Peccauimus ante dominum Deum noſt. *Licet autem Baruch eſſet iuſtus & bonus, tamen connumerat ſe peccatoribus, eò quòd erat de eodem populo.*
8 Et non credidimus. *prophetis ipſius.*
9 Diffidentes in eum. *i. de protectione eius.*
10 Et non fuimus ſubiectibi. *humiliter ei obediendo.*
11 Et non audiui. *verba eius reſpuendo.*
12 Vt ambularemus in mand. *Ad hoc .n. data fuit lex in deſerto. Exod. 20.*
13 Eramus incredibiles ad dominum. *Moyſen & alios ſeruos eius exaſperando.*
14 Et diſſipati receſſimus, &c. *Homines .n. mali ſunt in ſeipſis diſſipati, quia ratio trahit ad bonum, & ſenſualitas & cōſuetudo peccandi ad oppoſitum: ſecundum quod deducit Philoſophus. 8. Ethico.*
15 Et adhæſerunt nobis multa mala. *culpæ & pœnæ.*
16 Et maledictiones, quæ conſtituit dominus Moyſi. *Deut. 27. & 28.*
17 Qui eduxit patres noſtros de terra Aegypti. *Exod. 43.*
18 Dare nobis terram fluentem lac, & mel. *i. ad dandum nobis terram bonam & fertilem.*
19 Sicut hodierna die. *ſupple apparet ſuper nos maledictio Dei qui eiecti ſumus inde.*
20 Et non audiuimus vocem domini Dei noſtri. *Replicatio eſt eius quod ſuprà dictum eſt, ſicut in orationib. ſolet idem plures replicari ad maiorem affectus expreſſionem: & idem fit etiam in ſequentibus.*
21 Operati dijs alienis. *i. ſacrificare eis.*
22 Facientes mala ante oculos domini Dei noſt. *quibus omnia nuda ſunt & aperta, Heb. 4. d. Vel dicit.*
23 Ante oculos domini. *quia tempore Manaſſe regis Iuda in templo domini fuerunt idola poſita, quib. idololatræ ſacrificabant.*

C

CAP. II.

P Ropter qđ ſtatuit 1
dñs Deus noſter
verbum ſuum, 2
qđ locutus eſt ad 3
nos, & ad iudices noſtros, q 4
iudicauerūt in † Ieruſalē &
ad reges noſtros, & ad prin
cipes noſtros, & ad omnem
Iſrael & Iuda: & adduce- 5 6
ret dominus ſuper nos mala magna, quæ
non ſunt facta ſub cœlo, quemadmodum fa
cta ſunt in Ieruſalem, ſecundum ea quæ ſcri-
7 pta ſunt in lege Moyſi, vt manducaret homo
8 carnes filij ſui, & carnes filię ſuæ. Et dedit eos
ſub manu regum omnium, qui ſunt in cir-
9 cumitu noſtro, in improperium & in deſola-
tionem, & in omnibus populis in quib. non
diſperſit dñs. Et facti ſumus ſubtus, & non ſu
prà: quia peccauimus dño Deo noſtro, non
10 obaudiendo voci ipſius. † Dño Deo noſtro iu
ſtitia, nobis autem & patribus noſtris cōfu-

† Iſrael.

CAP. II.

a P *Ropter quod ſtatuit, &c.* ⁜ Theodoretus. Referunt quomodo aſpernabantur prophetas, qui a Deo mittebantur ad illos, cum tamē completa ſint, quæ prædicta ſunt ab ipſis.

a *Et*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. II.

⁜ 1 P Ropter quod ſtatuit dominus. *Hic conſequenter ponitur orantis humiliatio, confitendo pœnam illatam eſſe iuſtam, cū dicitur.*
Propter quod ſtatuit dominus. *i. firmiter diſpoſuit.*
2 Verbum ſuum. *de iuſta punitione peccatorum.*
3 Quod locutus eſt. *per Moyſen & alios prophetas.*
4 Ad nos & ad iudices noſt. &c. *ita q nullus excuſare ſe poteſt de ignorantia.*
Et adduceret dominus ſuper nos. *iuſtè.*
6 Mala magna quæ non ſunt, &c. *in alia gente. Quantò .n. peccatum eſt grauius, tantò e. grauior debet eſſe pœna. Populus aūt Iſrael propter legē a Deo ſibi datam & alia beneficia fuit in altiori ſtatu, quam cęteri populi, ſicut dicitur Pſal. 147. b.* Non fecit taliter omni nationi, &c. *propter quod eius peccatum fuit grauius: quia quanto ſtatus altior, tanto caſus grauior: ideo fuit maiori pœna dignum.*
7 Vt manducaret homo carnes filij ſui. *licet hoc non legatur eſſe factum. 4. Reg. & 2. Par. in obſidione Ieruſalē per Chaldęos tamen credendum eſt hoc fuiſſe factū, vt dicit hic propheta Baruch, quia non omnia ſunt in illis libris ſcripta, & maximè quia idem legitur factum. 4. Re. 6. in obſidione Samariæ, & in obſidione Ieruſalē per Romanos, ſecūdū quod refert. Ioſephus & alij hiſtoriographi.*
8 Et dedit eos ſub manu regum omnium, &c. *ſicut patet li. Regum & Iudicum in pluribus locis.*
9 In improperium & in deſolationem. *nam multa inferebantur conuitia & grauia Iudæis inter Gentiles tēpore captiuitatis*
10 Domino Deo noſtro iuſtitia, *Exponatur vt ſuprà: quia repetitio eſt eiuſdem ad maiorem affectus expreſſionem.*

⁜ Et

A *Et vigilauit, &c.* Idem. Euigilaonem Dei vocat indictam. Nā scripturæ diuinæ mos ℩, longanimitatē ꝗus appellare som ium. Rursum ita de memoria recedentes suppliciū, ominum iustum e dicunt, vt qui tnsgressores & saari nolentes pu rerit. Deinde cū oteſtatione ſuppcant, & memor repetunt antiqam libertatem, qam adepti ſunt ptres eorum aſpe r Aegyptiorum ſuitute liberati.

B b *Vt ſciat omnis terquia tu es dominus Deus noſter, & quia nomen tuum inuocatū eſuper Iſrael,& ſupr genus ipſius, &c.* *Theod. Malorū eim noſtrorum rutatio alijs dab occaſionem re liōnis & pietatis. Irſpicient enim tnc Dei noſtri po tntiam.

c *De domo ſancta tı, &c.* * Idem. Domum ſanctam vcat, eā quæ erat Irosolymis. In illa eim ſui præſen tum exhibebat.

C d *Aperi-*

ſio faciei, ſicut eſt dies hęc. Quia loquutus eſt dominus ſup
nos oīa mala hæc quæ venerunt ſuper nos,& non ſumus de 1
precati faciem domini Dei noſtri, vt reuerteremur vnuſquiſ
a que noſtrū a vijs noſtris peſſimis. Et vigilauit dominus in 2
malis,& adduxit ea ſup nos, quia iuſtus eſt dominus in om-
nibus operibus ſuis, quę mandauit nobis:& nō audiuimus
vocem ipſius, vt iremus in præceptis domini, quæ dedit an- 3
te faciem noſtram.†Et nunc domine Deus Iſrael, qui eduxi- 4
ſti populum tuum de terra Ægypti in manu valida, & in ſi- 5
gnis, & in prodigijs, & in virtute tua magna, & in brachio 6 7
excelſo, & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies iſte: peccauimus, 8
impiè egimus, iniquè geſſimus domine Deus noſter in om- 9
nibus iuſtitijs tuis. Auertatur ira tua a nobis: quia derelicti 10 11
ſumus pauci inter gētes, vbi diſperſiſti nos. Exaudi domine 12 13
preces noſtras, & orationes noſtras: & educ nos propter te, 14 15
& da nobis inuenire gratiam ante faciem eorū, qui nos ab- 16
b duxerunt, vt ſciat omnis terra, quia tu es dominus Deus no- 17
ſter,& quia nomen tuum inuocatū eſt ſuper Iſrael,& ſuper 18
c genus ipſius.† Reſpice domine de domo ſācta tua in nos,& 19 20
d inclina aurem tuā & exaudi nos. Aperi oculos tuos & vide: 21
e quia † non mortui qui ſunt in inferno, quorū ſpiritus acce- 22
ptus eſt a viſcerib. ſuis dabunt honorem & iuſtificationem 23 24
domino: ſed anima quæ triſtis eſt, ſuper magnitudinem ma 25
li, & incedit curua & † infirma, & oculi deficientes, & ani- 26 27
ma eſuriens dat tibi gloriam, & iuſtitiam domine: quia nō 28
ſecundum iuſtitias patrum noſtrorum nos fundimus pre- 29
ces, & petimus miſericordiam ante conſpectum tuum do- 30 31
mine Deus noſter. Sed quia miſiſti iram tuam & furo- 32
rem tuum ſuper nos, ſicut locutus es in manu puerorum 33
tuorum prophetarum, dicens: Sic dicit dominus: Incli-
nate humerum veſtrum,& ceruicem veſtram,& opera facite 34

D d *Aperi oculos tuos &c.* * Idem Solent moleſtia aliqua af fecti claudere ocu los, ſtatim vt conſpecti fuerint illi, qui iniuriam fecerūt,& pupillas oculorum auertere, dum ij qui iniuria affecerunt, precantur eos. Hæc igitur poſuerunt, humano more loquentes.

E e *Quia non mortui qui ſunt in inferno, quorum ſpiritus acceptus eſt a viſceribus ſuis, dabunt honorem & iuſtificationem domino: ſed anima, &c.* * Idem. *Non mortui te laudare ſolent.* Sed hoc eſt proprium viuentium. *Anima enim anxia ſurſum aſcendit. Spiritus curuus & infirmus, oculi deficientes & anima eſuriens dabunt tibi gloriam & iuſtitiam domine.* Nā qui in grauiſſimas calamitates delapſi ſunt, & in deſperatione melioris fortunę cōſtituti, deinde mutationem quandam adepti, tuam ingenuè collaudant clementiam.

*In fame*

F

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et non ſumus deprecati, &c. *Frequenter enim legitur in prædictis libris, quòd Iudæi pro peccatis ſuis a Deo percuſſi per pœnam non reuertebantur ad Deum per pœnitentiam.*

2 Et vigilauit, &c. *ſ. pœnæ iuſtè ſuper nos adducendis.*

3 Quæ dedit ante faciem noſtram. *i. clare & manifeſtè, ita quòd non poſſumus nos excuſare per ignorantiam.*

4 Et nunc domine. *Poſtquam poſita eſt orantis humiliatio, hic conſequenter ponitur humiliantis ſe deprecatio. Et diuiditur in tres partes, quia primò in oratione allegatur Dei magnificentia. Secundò orantis populi pœnitentia, ibi:* Reſpice domine. *Tertiò diuini cultus ignominia, ibi:* Et poſuiſti templum. *Circa primum ſciendum quòd ſicut dicitur 4. Ethi. Magnificus inclinatur ad dandum ꝙ petitur quando beneficia prius prēſtita per eum allegantur, & ideo hic allegatur beneficia a Deo prēſtita populo Iſrael in exitu de Aegypto, cum dicitur.* Et nunc dn̄e Deus Iſrael. *licet. n. eſſet Deus omnium per creationem, dicebatur tamen Deus Iſrael per cultum ſpecialem.*

5 Qui eduxiſti populum, &c. *de qua per ſe nō poterat egredi.*

6 In manu valida. *i. in poteſtate magna.*

7 Et in ſignis. *quantum ad minora miracula.*

8 Et in prodigijs. *quātum ad maiora, vnde dicitur prodigiū, quaſi procul a digito cuiuſmodi eſt miraculum rarò viſum.*

9 Et in virtute tua magna. *ſicut patet in diuiſione rubri maris, & in multis alijs populo Iſrael exhibitis.*

1 Et feciſti ti. *per hoc enim diuulgatum fuit nomen domini per orbem.*

1 Sicut eſt dies iſte. *i. ſicut præſens tempus manifeſtat, per ſcripturas canonicas de iſtis memoriam facientes.*

1 Peccauimus. *in noſmetipſos.*

1 Impiè egimus. *erga Deum.*

1 Iniquè geſſimus. *erga proximum.*

1 Auertatur ira tua a nobis. *i. pœna nobis a te inflicta.*

1 Quia derelicti ſumus pauci. *Nam multi de Iudæis fuerant gladio & fame mortui.*

1 Exaudi domine preces noſtras. *factas verbaliter.*

1 Et orationes noſtras. *factas mentaliter. nam ſecundum Damaſcenum, oratio eſt aſcenſus mentis in Deum.*

19 Et educ nos. *de captiuitate Babylonis.*

20 Propter te. *i. ex tua bonitate, & non ex meritis noſtris.*

21 Et da nobis inuenire gra. *i. vt ſciant Gentiles, quia tu es dominus Deus noſter, per hoc quod inueniemus gratiam principum in terra aliena.*

22 Reſpice domine. *Hic conſequenter ponitur populi deprecantis pœnitentia, ex qua mouetur Deus ad exaudiendum orationem deprecantium, cum dicitur:* Reſpice domine, &c. *i. de cælo, quod dicitur eius domus, quia licet ſit vbique per potentiam, eſſentiam, et præſentiam: tamen ibi ſpecialiter relucet eius maieſtas & gloria.*

23 Quia non mortui qui ſunt in inferno. *i. reconditi in ſepulchro: vel in inferno, quantum ad animas, quia tunc omnes ibi deſcendebant, dabunt honorem & iuſtitiam domino: quia ſunt extra ſtatum merendi.*

24 Sed anima quæ triſtis eſt. *per contritionem veram.*

25 Per magnitudinem mali. & ince. curua. *per veram humiliationem.*

26 Infirma. *per propriæ fragilitatis conſiderationem.*

27 Et oculi deficiētes. *proprios defectus et nō alienos attēdētes.*

28 Et anima eſuriens. *i. iuſtificari deſiderans. Matth. 5. a.* Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.

29 Dat tibi gloriam. *Pſal. 50. d.* Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.

30 Quia non ſecundum iuſtitias, &c. *quia non fuerunt peccatores ſicut & nos.*

31 Nos fundimus, &c miſericordiam. *ideſt, preces miſericordiam poſtulantes.*

32 Sed quia miſiſti iram tuam. *ideſt, punitionem iuſtam. Non enim ira & aliæ paſſiones ſunt in Deo, ſed quando punit ad modum irati ſe habet.*

33 Sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum. *i. per prophetas tuos. Per manum enim ſignatur, hic lingua, eo quòd manus eſt organum organorum, vt dicitur 3. de Aīa.*

34 Inclinate humerum veſtrum, &c. *Hoc enim frequenter dixit Ieremias, ſcilicet, quòd ciuitas deſtrueretur, & populus captiuaretur, niſi ſe ſubijceret regi Babylonis, & ſimiliter alij prophetæ. Cætera patent vſque ibi.*

A regi Babylonis, & ſedebitis in terra quam dedi patri-
bus veſtris. Quòd ſi non feceritis nec audieritis vo-
cem domini Dei veſtri operari regi Babyloniæ, defe-
ctionem veſtram faciam de ciuitatibus Iuda, & a fo-
ris Ieruſalem: & auferam a vobis vocem iucundita-
tis, & vocem gaudij, & vocem ſponſi, & uocem ſpon-
ſę: & erit omnis terra ſine ueſtigio ab inhabitantibus
eam. Et non audierunt uocem tuam, ut operarentur
regi Babylonis: & ſtatuiſti uerba tua quæ locutus es
in manibus puerorum tuorum prophetarum, ut tranſ-
ferrentur oſſa regum noſtrorum, & oſſa patrum no- 1
ſtrorum de loco ſuo. Et ecce ſunt proiecta in calore ſo-
lis, & in gelu noctis, & mortui ſunt in doloribus peſ-
ſimis, in fame & in gla- 2
dio & in emiſſione. Et po-
ſuiſti templum in quo in- 3
uocatum eſt nomē tuum 4
in ipſo ſicut hæc dies, pro-
pter iniquitatem domus 5
Iſrael & domus Iuda. Et 6
feciſti in nobis domine
Deus noſter ſecundum omnem † bonitatem tuam, 7

a *In fame gladio & emiſſione.* * Idem. At verò non modo tradidiſti nos in famem, cædem, & ſeruitutē (nam τὴν ἀποστολήν, i. emiſſionem, captiuitatem appellat) ſed & templum ſanctum tuum præclarum feciſti deſertum.

B

† benignitatem.

& ſecundum omnem miſerationem tuam illam ma-
8 gnam: ſicut locutus es in manu pueri tui Moyſi, in
die qua præcepiſti ei ſcribere legem tuam coram fi-
lijs Iſrael, dicens: Si non audieritis uocem meam,
9 multitudo hæc magna conuertetur in minimam gen-
tem, quoniam ego eos diſpergam: quia ſcio, quod
10 me non audiet populus. Populus eſt enim dura cer-
11 uice. Et conuertetur ad cor ſuum in terra captiuita-
12 tis ſuæ, & ſciēt quia ego ſum dominus Deus eo-
13 14 rum. Et dabo eis cor, & intelligent: & aures, & au-
15 dient. Et laudabunt me in terra captiuitatis ſuę, &
16 memores erunt nominis mei. Et auertent ſe a dorſo
17 ſuo duro, & a malignitatibus ſuis: quia reminiſcen-
18 tur uiam patrum ſuorum, qui peccauerunt in me.
19 Et reuocabo illos in terram quam iuraui patribus
20 eorum, Abraham, Iſaac, & Iacob, & dominabuntur
eius. Et multiplicabo eos, & non minorabuntur. Et
ſtatuam illis teſtamentum alterum ſempiternum, ut
21 ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Et
22 non mouebo amplius populum meum filium filios
23 Iſrael a terra quam dedi illis.

## NICOLAVS DE LYRA.

*1 Vt transferrentur oſſa regum noſtrorum. *Iudęi namque ſepeliebant potentes cum ſumptibus magnis ponentes pretioſa in eorum ſepulchris, & ideo Chaldæi quærant cupidi capta ciuitate Ieruſalem, ſodiebant talia ſepulchra, pretioſa rapientes, & oſſa mortuorum eycientes.*

2 Et mortui ſunt in doloribus. *in obſidione enim captiuitatis multi fuerant mortui, aliqui aeris corruptione, aliqui gladio, & aliqui fame.*

3 Et in emiſſione. *quia multi de his qui mittebantur in Babylonem captiui, fuerunt in via mortui.*

4 Et poſui. *Hic conſequenter allegatur diuini cultus ignominia, cum dicitur:* Et poſuiſti templum. *ſcilicet deſolationem.*

C 5 In quo inuo. eſt no. tu. *ante deſtructionem eius.*

6 Sicut hæc dies. *ſupple manifeſtat per rei euidentiam.*

7 Et feciſti in nobis domine Deus, &c. *i. ſecundum magnitudinem bonorum, quæ feciſti nobis ex tua bonitate in datione legis, & alijs beneficijs inflixiſti nobis domine pœnam ex tua iuſtitia, eo quòd fuimus ingrati & tranſgredientes tua mandata.*

8 In die qua præcepiſti ei ſcribere, &c. *i. Deuteronomium.*

Deut.27.c. & 28.b.

9 Multitudo hæc, &c. *i. ornatus & pulchritudo populi Iſrael.*

10 Conuertetur in minimam. *per gladium & captiuitatem.*

11 Quia ſcio, ꝙ. *Deus enim ita cognoſcit futura, ſicut pręſentia.*

Deut.9.c. & 21.b.

12 Populus eſt enim dura ceruice. *vt patet ex decurſu veteris teſtamen.*

13 Et conuerte. ad cor ſuum. *recognoſcendo proprium delictum.*

14 In terra captiuitatis ſuæ. *vexatione ei intellectum dante.*

15 Et dabo eis cor & intelligent. *ſ. contritum.*

16 Et aures & audient. *Dei verbum.*

17 Et laudabunt me in terra captiuitatis ſuæ. *ſicut dictum eſt ſupra de Tobia, Tob.13.b. Et idem fuit in alijs multis iuſtis, vt in Daniele & ſocijs eius, & conſimilibus.*

18 Et auertent ſe a dorſo. *i. ab inobedientia ſua dura.*

19 Quia reminiſcentur vi. pa. ſu. *qui ſimiliter pro peccatis ſuis mortui fuerunnt in captiuitate.*

20 Et reuocabo illos in terram quam iuraui. *Hoc fuit impletum aliqualiter, quando Cyrus dedit Iudæis licentiam redeundi in Iudæam, ſed plenius per Chriſtum aperientem cęli ianuam quod eſt terra viuentium, per terram promiſſionis figurata. Præmium enim virtutis a Deo principaliter promiſſum, non poteſt intelligi bonum terrenum, quod eſt minus quam virtutis bonum: & ideo quando in ſcriptura ſacra pro virtuoſis operibus promittuntur bona corporalia & terrena, ſub illis intelliguntur principaliter promitti bona et eterna, ſicut dixit plenius, Gen.15. & in pluribus alijs locis, & huic ſenſui concordat litera ſequens cum dicitur.*

21 Et ſtatuam illis, &c. *i. legem nouam per Chriſtum.*

22 Sempiternum. *Tum quia legi nouæ lex altera non ſuccedet. Tum quia habet effectum ſempiternum introducendo ſtatim ad gloriam ſempiternum, quòd lex vetus facere non poterat, ſecundum quod deducit Apoſtolus ſatis diffuſè in epiſtola ad Hebræos ide ſubditur.*

23 Et non mouebo, &c. *quia manſio cœleſtis ſtabilis & æterna eſt.*

14 In

## CAP. III.

a ET nunc domine omnipotens Deus Iſ- 1
rael, anima in anguſtijs & ſpiritus an- 2
xius clamat ad te. Audi domine & miſe- 3
rere, quia Deus es miſericors: & miſere- 4 5
re noſtri, qa peccauimus ante te. Quia
b tu ſedes in ſempiternū, & nos peribim⁹
in æuū? Domine omnipotēs Deus Iſrael
audi nūc orationem mortuorū Iſrael, & filiorū ipſorū, qui 6 7

CAP. III.

a *ET nunc domine.* * Theo. Exceſſum, inquit, video calamitatē, & magnitudinem deſperationis.

b *Tu ſedes in æternum.* * Idem. Tu, inquit es æternus, nos autem temporanei: Tu ſempiternus, & interitui minimè obnoxi⁹, vita autem noſtra exiguæ menſuræ dimenſione continetur.

c *Audi orationem mortuorum.* * Idem. Verba hæc oſtendunt immortalitatem animæ. *Et filiorum qui peccauerunt ante te.* Tu, inquit dixiſti, dentes comedētium vuam acerbam, obſtupeſcent. Intuere igitur in adoleſcentulos expertes peccati: & ne memineris peccatorū quæ commiſerunt patres noſtri. *Sed recordare manus tuæ & nominis tui.* Vtere, inquit, ſolita miraculorum effectione, & quemadmodum eduxiſti ab Aegypto, ita libera a Babylone.

Quid

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

1 ET nunc domine omnipotens. *Poſtquam poſita eſt orantis allegatio, hic conſequenter ponitur deprecantis cōcluſio, cum dicitur.*

2 Anima in ang. *poſita.*

3 Et ſpiritus anx. *ex aſflictione dura.*

4 Clama ad te. *vt poſſit aliquantulum reſpirare.*

5 Audi domine. *condeſcendendo. Cętera patent vſque ibi.*

6 Audi nunc orationem mortuorum Iſrael. *i. ſanctorum patriarcharum & prophetarum, qui viuentes orauerunt ad te pro bono ſtatu poſterorum.*

7 Et filiorum ipſorum qui peccauerunt, *i. vocem noſtram*

* audi,

4 Clama

A eccauerunt ante te:& non audierunt vocem
omini Dei ſui, & agglutinata ſunt nobis ma 1
.Noli meminiſſe iniquitatis patrum noſtro 2
um:ſed memento manus tuę,& nominis tui
tempore iſto:quia tu es dominus Deus no 3 4
ter, & laudabimus te domine, quia propter
hc dediſti timorem tuũ in cordibus noſtris,
& vt inuocemus nomẽ tuum,& laudemus te
n captiuitate noſtra:quia cõuertemur ab ini 5
quitate patrũ noſtrorum qui peccauerunt an
te te. Et ecce nos in captiuitate noſtra ſumus
hodie,quo nos diſperſiſti in improperium, & 6
in maledictum, & in peccatum ſecundum 7
B omnes iniquitates patrum noſtrorum,qui di
ſceſſerunt a te domine Deus noſter. Audi Iſ- 8
rael mandata vitæ, auribus percipe, vt ſcias 9
prudentiã Quid eſt 10
Iſrael,quòd in terra
inimicorum es? In- 11
ueteraſti in terra a-
liena, coinquinatꝰ 12
es cum mortuis. De 13

a *Quid eſt Iſrael.* ✱ Idem. a
Quid hoc noui,inquit? Qui
populus meus vocabatur,il-
luſtris oĩum ore celebris,ſer
uus pro libero,alienigenarũ
vorũ & impiorũ conuiuia,
pe malorũ exceſſu accedit
a mortuorũ ſimilitudinẽ.

putatus es cum deſcendentibus in infernũ: D
14 dereliquiſti fontem ſapientiæ. Nam ſi in via
15
16 Dei ambulaſſes,habitaſſes vtique in pace † ſu † ſempiterna.
17 per terram. Diſce vbi ſit prudentia,vbi ſit vir
18
19 tus, vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit
20 longiturnitas vitæ & victus: vbi ſit lumen
21
22 oculorum & pax. Quis inuenit locum eius?
23 Et quis intrabit in theſauros eius? Vbi ſunt
24 principes gentium, & qui dominantur ſu-
25
26 per beſtias, quæ ſunt ſuper terram? Qui in
27 auibus cœli ludunt,qui argentum theſauri-
28
29 zant,& aurum in quo cõfidunt homines: &
30 non eſt finis acquiſitionis eorum. Qui argẽ
31 tum fabricãt & ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio
32
33 operum illorum. Exterminati ſunt,& ad infe E
ros deſcenderunt, & alij loco eorum exurre-
34 xerunt. Iuuenes viderunt lumen, & habita-
35 uerunt ſuper terram: viam autem diſcipli-
36
37 næ ignorauerunt, neque intellexerunt ſemi-
tas eius,neq; filij eorum ſuſceperunt eam. A
38 facie ipſorum longè facta eſt. Non eſt audita
39
40 in terra Chanaan,neque viſa eſt in Theman.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ di,qui licet peccauerimus tibi,tamen pęnitentes clamamus ad te.

Et agglutinata ſunt nobis mala. *ideſt,pœna multiplex eſt tibis iuſticia.*

C Noli meminiſſe iniquitat.pat. *pro ipſis nos puniendo,nam quando filij iuſtè pro patribus puniuntur pœna temporali:quia fi- ſunt quædam res patrum.*

Sed memento man. *i.potentiæ tuæ pro noſtra liberatione.*

Et nominis tui. *cuius proprium eſt parcere & miſereri. Cate patent vſque ibi.*

Quia conuertemur ab iniquitate patrum noſtrorũ. *bonum per pœnitentiam noſtram,qui ſumus ſucceſſores eorum.*

In improperium & in maledi. *nam multa conuitia & ma dicta inferebantur eis in aliena terra.*

Et in peccatum. *i.peccatores reputati,& pro peccatis puniti.*

Audi Iſrael. *Poſtquam præmiſſa eſt humilis deprecatio, hic conſequenter ſubditur vtilis informatio. Et primò Baruch populum rael ad bonum hortatur. Secundò eum multipliciter conſolatur ſ.cap.ibi:* Animæquior eſto. *Prima in duas,nam primò popu- lum ad ſapientiæ deſiderium inuitat. Secundò quæ ſit illa ſapientia, clarat in principio ſequentis capitis. Prima in tres:quia primò querendum ſapientiam inducit. Secundò ab ea infideles excludit,* :Quis inuenit. *Tertiò quib. conceditur,oſtendit,ibi:* O Iſrael. *rca primum dicit:* Audi Iſrael mandata vitæ *i.mandata Dei, orum obſeruatio inducit in vitam æternam, Matth. 19.* Si vis ad tam ingredi,ſerua mandata.

Auribus percipe,vt ſcias prudentiam. *non humanam,cu s finis eſt felicitas politica ſed diuinam & infuſam,cuius finis eſt licitas ſuperna.*

10 Quid eſt Iſrael. *detentus in captiuitate.*

11 Inueteraſti in terra aliena. *ibi exiſtens iam a longo tempo- : quia regnum Iſrael fuit captiuatum anno 6. Ezechiæ, & Iecho- ias rex Iuda cum nobilibus & potentibus regni ſui anno primo Se echiæ:& Sedechias cum reliquis anno vndecimo regni ſui.*

12 Coinquinatus es cum mortuis. *i. cum infidelibus qui di- untur mortui, Matth. 8. cap.* Dimitte mortuo ſepelire mor. uos. *Filij enim Iſrael inter eos captiuati communiter inquinaban- ur cibis eorum,vt dictum eſt ſupra Tob. 1.*

13 Deputatus es cum deſcendentibus in infer. *i.cum idolo- atris inter eos commorando. Præmiſit ergo:* Quid eſt Iſrael. *i.quæ t cauſa iſtorum malorum ſuper te venientium? & reſpondet.*

14 Dereliquiſti fontem ſapientię. *i.quia dereliquiſti Deũ tuũ.*

15 Nam ſi in via Dei. *tibi oſtenſa per legem & prophetas.*

16 Habitaſſes vtique in pace. *a Deo tibi conceſſa. Patet enim ex decurſu veteris teſtamenti, quòd quandiu in via Dei ambulaue- unt,in terra promiſſionis pacificè habitauerunt.*

17 Diſce vbi ſit prudentia. *infuſa.*

18 Vbi ſit virtus. *ſimiliter infuſa, nam ſicut virtutes politicæ ex actibus acquiſitæ connectuntur prudentiæ politicæ, vt habetur. 6. Ethic. ſic virtutes morales infuſæ connectuntur prudentiæ diuinæ vel infuſæ.*

19 Vbi ſit intellectus. *Eſt autem intellectus proprie habitus principiorum: Articuli verò fidei ſunt principia omnium credibiliũ, et ideo fides quæ eſt virtus intellectualis, eſt huiuſmodi intellectus.* F

20 Vt ſcias ſimul. *i.per ipſam fidem quę eſt ſubſtantia rerum ſpe randarum, argumentum, ideſt, certitudo non apparentium.*

21 Vbi ſit longiturnitas vitæ. *i.vita æterna.*

22 Et victus. *ideſt fruitio beata.*

23 Vbi ſit lumen oculorũ. *per apertã primę veritatis viſionẽ.*

24 Et pax. *Pax dicit omnimodam appetitus quietationem,per fi- dem enim cognoſcimus certitudinaliter,quòd iſta ſunt in Deo obie- ctiuè:& in beatis ſpiritibus ſubiectiuè.*

25 Quis inuenit locum eius? *Hic conſequẽter infideles ab hac ſapientia excludit,dicens:* Quis inuenit locum. *q.d. nullus de infidelibus quantumcunque potens & magnus, ideo ſubditur.*

26 Vbi ſunt principes gentium. *Tempore namque Baruch ca ptiuatis regibus Iſrael & Iuda, omnes terrę principes erant idolo- latrę & infideles.*

27 Qui dominãtur ſuper beſtias quę ſunt ſuper terram. *per venationis exercitium.*

28 Qui in auibus cœli ludunt. *per aucupium.*

29 Qui argentum theſaurizant, & aurum in quo confi- dunt. *per hęc enim ſperant obtinere ſuper alia regna dominium.*

30 Et non eſt finis acquiſitionis eorum. *quia quanto plura acquirunt,tanto ad alia acquirenda ardentius anhelant.*

31 Qui argentum fabri. *inde faciendo monetam,vel idola.*

32 Et ſoliciti ſunt. *de obtinendo quod capiunt.*

33 Nec eſt inuentio operum illorum. *quia frequenter pręue niuntur morte,antequam poſſint opus intentum perficere. ideo dici- tur.* Exterminati ſunt,&c.

34 Iuuenes. *moribus & ętate.*

35 Viderunt lumen. *in bonis ſenſibilib. ſuum ponentes finem.*

36 Viam autem diſciplinæ ignorauerunt. *Delectationes enim ſenſibiles hanc notitiam impediunt.*

37 Neque intellexerunt ſemi.eius. *i.modos inquirendi eam.*

38 Neque filij eorum ſuſceperunt eam. *malè nutriti,& in ſenſibilibus delectationibus occupati,ſicut patres eorum.*

39 Non eſt audita in terra Chanaan. *in qua ante filios Iſrael habitauerunt idololatræ peſſimi, vt patet in libris Num. & Deu- teronom.*

40 Neque vi. eſt in Them. *nomen eſt terrę de qua fuit Eli- phaz Themanites, qui non ponebat niſi præſentem vitam, vt dictũ fuit ſuper librum Iob, & idem videtur fuiſſe de alijs habitatoribus illius terrę.nam iſte fuit de maioribus & prudentioribus:propterea excluſi erant a ſapientia diuina quę felicitatem ponit in vita futura.*

18 Vbi ✱ Filij

† Exquirunt. † Confabulatores.

A Filij quoque Agar, qui † exquiſierunt pru- 1
dentiam. quæ de terra eſt, negotiatores terrę 2
& Theman, & † fabulatores, & exquiſitores 3
prudentiæ & intelligentiæ: viam autem ſa- 4 5
pientiæ neſcierunt, neque commemorati
ſunt ſemitas eius. O Iſrael quàm magna eſt 6
domus Dei & ingens locus poſſeſſionis eius. 7 8.
Magnus eſt, & non habet finem, excelſus & 9
immenſus. Ibi fuerunt gigantes nominati, 10 11
illi qui ab initio fuerunt ſtatura magna ſcié- 12
tes bellum. Non hos elegit dominus, neque 13
viam diſciplinæ inuenerunt: propterea pe- 14 15
rierunt. Et quoniam non habuerunt ſapien-
tiam, interierunt propter ſuam inſipiétiam. 16
Quis aſcendit in cœlum, & accepit eam, &
eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit 17
mare, & inuenit illam, & attulit illam ſuper 18
aurum electum? Non eſt qui poſſit ſcire vias
B eius, neque qui exquirat ſemitas eius. Sed 19
qui ſcit vniuerſa, nouit eam: & adinuenit 20
eam prudentia ſua. Qui præparauit terram 21
22 in æterno tempore, & repleuit eam bipedib
& quadrupedibus. Qui emittit lumen & v
23
24 dit: & vocauit illud, & obedit illi in tremo
25 re. Stellę autem dede
runt lumen in cuſto a
26 dijs ſuis, & lætatæ
ſunt. Vocatæ ſunt, &
27 dixerunt: Adſumus.
Et luxerunt ei cũ iu-
cunditate, qui fecit
28 illas: Hic eſt Deus no
29 ſter, & nõ æſtimabit
30 alius aduerſus eum.
Hic adinuenit om-
nem viam diſcipli-
31 næ, & tradidit illam
Iacob puero ſuo, &
Iſrael dilecto ſuo.
Poſt hęc in terris vi- b
32 ſus eſt; & cum homi-
nib. conuerſatus eſt.

a *Stellæ autem dederunt, etc*
✲ Theod. Cuncta, inquit
parent factori. Quicqui
factum eſt, cuſtodit pro
prios terminos. Cuſtodia
aũt ſtellarũ vocat καιροὺς
.i. tempora & opportuni
tates. Nam vnaquæque
definitio oritur tempore
b *Poſt hæc in terris viſus eſt*
✲ Idem. Sermo iſte nobi
dilucidè oſtendit, vnigen
tum naturam humanam
aſſumpſiſſe, ipſumq; vn
uerſorum eſſe opificem
& ſapientiæ fontem: illin
etiam ipſum eſſe factor
& dominum. Et de ipſ
ait in prouerbijs, *Dominus*
*creauit me initium viarum*
*ſuarum in opera ſua.* No
enim Deus verbum ill
dicit, ſed Dei verbi ab ip
ſo pręparata ſapientia.
☞ Cap.

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Filij quoque Agar. *Agareni, qui modo dicuntur Saraceni, vſurpantes ſibi nomen a Sara libera, cum tamen deſcenderint ab Agar ancilla Abrahę.*

2 Qui exquiſierunt prudentiam. *ſunt enim aſtuti in terrenis lucris.*

3 Et fabulatores. *ad decipiendum in mercationibus homines.*

4 Et exquiſitores prudentiæ. *quę propriè eſt de præſentibus tantum.*

5 Viam autem ſapientiæ neſciunt. *quæ magis attendit bona futura. Neſcierunt.*

C 6 O Iſrael. *Hic conſequenter oſtenditur quib. conceditur ſapientia diuina, cum dicitur:* O Iſrael, *conſidera.*

7 Quam magna eſt domus Dei. *i. cælum empyreum, quod eſt locus beatorum: eſt enim cælum ſupremum, et per conſequens maximè extenſum, quantò magis diſtat a centro mundi.*

8 Magnus eſt, & non habet finem. *i. terminationem ſiue finitionem a parte poſt: nam eſt incorruptibilis.*

9 Excelſus. *quia eſt locus ſupremus, vt dictum eſt.*

10 Et immenſus. *non ſimpliciter, quia nulla creatura ſic eſt immenſa, ſed per comparationem ad nos, qui quantitatem eius metiri non poſſumus.*

11 Ibi fuerunt gigantes. *hoc non refertur ad literam immediatè præcedentem, nam in cęlo empyreo non fuerunt gigantes, qui ſunt homines incompoſiti moribus, ſed refertur ad hoc quod prędicitur,* Non eſt audita in ter. Cha. *in qua habitauerunt gigantes, vt habetur Num. 10. d. ibi vidimus monſtra quędam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur.*

12 Scientes bellum. *i. artem bellandi.*

13 Non hos elegit dominus. *in populum ſibi peculiarem ſicut elegit Iſraelem.*

14 Neque viam diſciplin. inue. *nam incompoſiti moribus fuerunt.*

15 Propterea perierunt. *filij enim Iſrael eos interſecerunt, vt* † *habetur in libris Ioſue & Iudicum.*

16 Quis aſcendit in cœlum. *quaſi dicat, nullus hominum, ſcilicet, ante Chriſti aduentum, & pro tempore illo loquitur Baruch.*

17 Quis transfretauit mare & inuenit illam. *q. d. nullus per talem transfretationem potuit inuenire ſapientiam diuinam.*

18 Non eſt qui poſſit ſcire vias. *naturali virtute, ſicut inuenta eſt ſapientia philoſophica.*

19 Sed qui ſcit vniuerſa *ſcilicet, Deus.*

20 Et adinuenit eam. *ideſt, habet eam per ſeipſum, & non per doctorem alium.*

21 Qui præparauit ter. *nam in æternum durabit a parte poſt, ſicut & aliæ mundi partes principales: meliorabuntur tamen in ſuis qualitatibus in mundi innouatione.*

22 Et repleuit eam biped. & quadr. *i. auibus, hominibus, & animalibus, licet enim aues habitent in aere, communius tamen alimentum accipiunt in terra.*

23 Qui emittit lumen. *nam ſecundum eius ordinationem lumen ſolis & lunę diffunditur per aerem.*

24 Et vocauit illud, &c. *nam ſecundum eius ordinationem lumen ſolis & lunę quodammodo reuocatur, quando certis temporibus eclypſantur.*

25 Stellæ dederunt lumen. *ſecundum Dei ordinationem.*

26 Et lætatæ ſunt. *Locutio eſt metaphorica ſicut cum dicitur* Pratum ridet, *quia corpora cęleſtia non ſunt animata ſecundũ Damaſcenum.*

27 Vocatæ ſunt & dixerunt: adſumus. *Illud dicere non eſt aliud, quam curſum ſuum ſecundum ordinationem Dei perficere.*

28 Hic eſt Deus noſter. *cui obediunt corpora cæleſtia & terreſtria.*

29 Et non æſtimabitur alius aduerſus eum. *nam alij ſunt dij falſi.*

30 Hic adinuenit omnem viam, &c. *ducentem ad vitam gloriæ.*

31 Et tradidit illam Iacob. *Iacob autem & Iſrael idem homo fuit: ſed primo vocatus eſt Iacob, ideſt, ſupplantator: poſtea Iſrael, ideſt, videns Deum, vel directus cum Deo, Gen. 32. f. per quod deſignatur, quòd in via perfectionis oportet hominem prius luctari cum paſſionibus ipſas ſubyciendo per exercitium virtutis, poſtea proficere in contemplatione veritatis. vnde dicit Greg. ſuper Ezech. Qui contemplationis arcem tenere deſiderant, prius neceſſe eſt, vt in campo actionis ſe per exercitia probent. Et Philoſ. 7. Phyſicorum. Sedendo & quieſcendo, ideſt. ſedatis paſſionibus fit anima ſciens & prudens, & ideo bene dicitur, quòd ſapientiam diuinam dedit Deus Iacob & Iſrael, quia paſſionibus ſupplantatis datur homini contemplatio veritatis.*

32 Poſt hæc in terris viſus eſt, cum hominibus conuerſatus eſt. *Quod poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, vt ſit relatio pręteriti: quia poſt illuminationem Iacob patriarchę, & dationem legis, deſcendentibus ex ſuo ſemine Exod. 20. Deus apparuit illi populo Exod. 24. c.* Aſcenderuntq; Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, & ſeptuaginta ex ſenioribus Iſrael, & viderunt dominum Deum. *Et ſubditur ibidem.* Necnõ ſuper eos qui procul receſſerant de filijs Iſrael miſit manum ſuam, viderunt que Deum. &c. *Cum illis etiam conuerſatus eſt quadraginta annis, prębens eis manna & alia beneficia multa, ſecundum quod dicitur Pſ. 94. b. ſecundum translationem LXX. interpretum* Quadraginta annis proximus fui generationi huic, &c. *Alio modo vt ſit prophetia de futuro, quia poſt tempus Baruch Chriſtus Deus & homo cum hominibus conuerſatus eſt, Ioan. 1. a.* Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, &c. *Et hęc perfectior expoſitio, quia conuerſatio prima fuit huius figura.*

22 Et

✲ Cap.

## CAP. IIII.

A *Hic eſt liber mandat.* Theod. Vtpote, data per humanæ naturæ aſſumptionem Vnigeniti filij Dei, *Et lex quæ eſt in æternum.* Vetus enim teſtamẽ in finem accepit. *Omnes q. tenent eã peruenient ad vitam, qui autem dereliquerunt eam, in mortem.* vtriuſque finem oſtendit.

HIc liber manda- 1
torum Dei, & 2
lex quę eſt in ę-
ternũ. Omnes 3
qui tenent eã, peruenient 4
ad vitam: qui autem dere- 5
liquerũt eam, in mortem.
Conuertere Iacob, & ap- 6
prehende eam, ambula 7 8
per viam ad ſplendorem 9
eius contra lumen eius. Ne tradas alteri glo- 10
riam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ. 11 12
Beati ſumus Iſrael, quia 13
quæ Deo placent, mani- 14
feſta ſunt nobis. Animæ- 15
quior eſto populus Dei 16
memorabilis Iſrael. Ve- 17
nundati eſtis gentibus, non in perditionem: 18
B ſed propter quod in ira ad iracundiam prouo 19
caſtis dominum, traditique eſtis aduerſarijs. 20
Exacerbaſtis enim eum qui fecit vos Deum
æternum, immolantes dæmonijs & non Deo.
Obliti .n. eſtis eum qui nutriuit vos, & contri 21
ſtatis nutricẽ veſtrã Ieruſalẽ. Vidit .n. iracun- 22
23 diam à Deo venientem vo
24 bis, & dixit: Audite† confi
25
26 nes Sion. Adduxit .n. mihi c
Deus luctũ magnum. Vidi
enim captiuitatẽ populi
mei, filiorum meorum &
filiarũ, quam ſuperduxit il
27 lis æternus. Nutriui .n. illos
cũ iucunditate, dimiſi aũt
28 illos cum fletu & luctu. Ne
mo gaudeat ſuper me vi-
29 duam & deſolatam, à mul
tis derelicta ſum propter
30 peccata filiorum meorum, quia declinaue-
runt a lege Dei. Iuſtitias autem ipſius neſcie-
31 runt, nec ambulauerunt per vias mandato-
rum Dei, neque per ſemitas veritatis eius cũ
32 iuſtitia ingreſſi ſunt. Veniant confines Sion,
33 & memorentur captiuitatem filiorum, & fi- E
34 liarum mearum, quam ſuperduxit illis æter-
35 nus. Adduxit enim ſuper illos gentem de
36 longinquo, gentem improbam, & alterius
37
38 linguæ, qui non ſunt reueriti ſenem, neque
39 puerorum miſerti ſunt: Et adduxerunt dile-
ctos viduæ, & à filijs vnicam deſolauerunt.

b *Beati ſumus Iſr. &c.* b Idem. Nullum, inquit, habemus ignorationis prætextum, quia certiores nos fecit eorum quę placent illi.

c *Adduxit.* ⁂ Idem. D Vtens proſopopeia, exhibet ciuitatem reliquis ſibi ſubditis ciuitatibus cũ luctu dicentem. profecto luctum acerbum adduxit mihi dominus. Vidi .n. quoſdam ex incolis interfectos, alios in moleſtam ſeruitutem redactos. Nemo cõgratuletur mihi viduę. Seipſum appellat viduam, tanquam deſtitutam ꝓuidentia diuina.

† cõfuſiones.

## NICOLAVS DE LYRA.

## CAP. IIII.

* HIc liber mandatorum. *Poſtquam Baruch induxit ad ſapientiæ deſiderium, & oſtendit quib. datur & à quo, hic conſequenter oſtendit, quæ ſit illa ſapiẽtia. ſ. lex à Deo data di.* Hic lib. mand. Dei. *ſupple eſt ſapientia prædicta propter quod dicitur Deu. 4.a. Hæc eſt ſapientia veſtra & intellectus coram populis.*

Et lex quæ eſt in æternum. *Non .n. lex vetus per nouam eſt abolita, ſed magis perfecta ſecundum quod dicit ſaluator Matt. 5.b. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere, vt ibidem fuit declaratum.*

3 Omnes qui tenent eam. *obſeruando.*

C 4 Perueniẽt. ad vi. *ſ. gratię in præſenti, & gloriæ in futuro, licet patres ve. teſta. decedentes, non ſtatim admitterẽtur ad gloriam, erant tamẽ admittendi ſuo tẽpore. ſ. amoto impedimẽto per Chriſtũ.*

5 Qui autem dereliquerunt eam in mortem. *tranſgrediendo, quia decedentes ſtatim deſcendebant in gehennam.*

6 Conuertere Iacob. *ideſt, popule deſcendens à Iacob.*

7 Et apprehende eam. *per iugem memoriam.*

8 Ambula per viam. *morum.*

9 Ad ſplendorem eius. *oculos conuertendo. ideo ſubditur.*

10 Contra lumen eius. *tales enim non habent ante ſe vmbram ignorantiæ vel culpæ: auertentes autem ſe à lumine habent vmbrã culpæ & ignorantiæ ante ſe.*

11 Ne tradas al. gl. tuam. *legem diuinitus datam dimittendo, de cuius acceptione poterat populus Iſrael præ cæteris populis gloriari, ſecundum quod dicitur Pſal. 147.b.* Non fecit taliter omni nationi. &c. *ideo ſubditur.*

13 Beati ſumus Iſrael. *hoc dicit Baruch, eò ꝙ erat de populo illo.*

14 Quia quæ Deo placent. *ideſt, mandata legis & prophetarum oracula.*

15 Manifeſta ſunt nobis. *in lege & prophetis.*

16 Animæquior. *Poſita populi exhortatione, hic conſequenter ponitur eius conſolatio, & primò in perſona Baruc loquentis, ſecundo in perſona Ieruſalem metropolis, ibi:* Et dixit: *tertio in perſona Dei conſolantis, ibi:* Animæquior eſto Ieruſalem. *Circa primũ dicitur:* Animæquior. *ideſt, conſtantior & hilarior.*

16 Eſto populus Dei. *ideſt, populus Iſrael Dei cultor, cæteris ad idololatriam declinantibus.*

17 Memorabilis Iſrael. *coram Deo, licet oblitus videaris. ideo ſubditur.*

18 Venundati eſtis gentibus non in perditio. *ſed vt afflictio det vobis intellectum ad veſtram emendationem, ideo ſubditur.*

19 Sed propter quod in ira. *ideſt, in peccatis veſtris ira Dei digni.*

20 Ad iracundiam pro. do. tra. eſtis, &c. *& patet litera vſque ibi.*

21 Contriſtatis nutricem veſtram Ieruſalem. *quæ nutriuit vos corporaliter bonis temporalibus ibidem abundantibus, & ſpiritualiter doctrina prophetarum ibidem habitantium, ideo ſubditur.*

22 Vidit enim iracundiam. *ideſt, pœnam.*

23 A Deo venientem. *hoc enim pręuidit Ieremias & alij prophetæ, qui locuti ſunt de Babylonica captiuitate, vt patuit ſupra in libris eorum.*

24 Et dixit. *Hic conſequenter ponitur populi conſolatio in perſona Ieruſalem, & vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcãt. Primò recitatur materia deſolationis. Secundo conſolationis, ibi.* Ego autem. *Circa primũ dicitur.* Et dixit. *ſcilicet, per prophetas & alios ſanctos deſolationem Ieruſalem lamentantes, eo modo loquendi quo Pariſius dicitur facere & dicere, quod populus eius facit & dicit.* F

25 Audite confines Sion. *ideſt ciuitates affinitatem cum Ieruſalem habentes.*

26 Adduxit enim mihi Deus luctum magnum. *ideſt, materiam magnam lugendi, per exercitum Chaldæorum populum meũ captiuantium.*

27 Nutriui enim illos cum iucunditate. *temporibus Dauid & Salomonis, quia tunc erant in magna bonorum temporalium & ſpiritualium proſperitate.*

28 Dimiſi autem illos cum flectu & luctu. *cum ducerentur in Babylonem temporibus Iecqoniæ & Sedechiæ.*

29 Nemo gaudeat ſuper me vid. *quæ magis indigeo compaſſione.*

30 A multis. *de filijs meis in captiuitatem ductis.*

31 Iuſtitias autem ipſius neſcierunt. *practicè, licet aliqui ſciuerint ſpeculatiuè, ſcilicet, ſacerdotes & legiſperiti viuentes malè.*

32 Neque per ſemitas. *quantum ad conſilia.*

33 Cum iuſtitia ingreſſi ſunt. *ſcilicet, pœna per Dei iuſtitiam inflicta, vnde & peccantium punitio communi modo loquendi iuſtitia nominatur.*

34 Veniãt cõfines Sion. *de hoc enim ciuitates in circumitu Iudææ exiſtentes frequenter loquebantur, ſicut ſolet fieri de tali caſu.*

35 Adduxit enim ſuper illos de longinquo. *ſcilicet, de Chaldæa & alijs regnis exiſtentibus ſub Chaldæis.*

36 Gentem improbam. *ideſt, bonis moribus carentem.*

37 Et alterius linguæ. *propter quod minus miſerebantur, quia non intelligebant verba deprecantium, ideo ſubditur.*

38 Qui non ſunt reueriti ſenem, &c. *quibus tamen eſſet maximè compatiendum, ſed abſque diſcretione ætatis, conditiones, & ſexus populum crudeliter afflixerunt.*

39 Et adduxerunt dilectos viduæ. *i. filios eius in captiuitatẽ duxerunt, & ſic eam vnicam & deſolatam dimiſerunt.*

* Ego

A Ego aũt quid poſſum adiuuare vos ? Qui.n. 1
adduxit ſuper vos mala, ipſe vos eripiet de ma 2
nibus inimicorũ veſtrorum. Ambulate, filij 3
ambulate: ego enim derelicta ſum ſola. Exui 4
me ſtola pacis, indui autem me ſacco obſecra 5
tionis, & clamabo ad altiſſimum ĩ dieb. meis. 6 7
Animæquiores eſtote filij, clamate ad domi- 8
num, & eripiet vos de manu principum inimi 9
corum. Ego.n.ſperaui in æternum ſalutem ve 10
ſtram, & venit mihi gaudium à ſancto ſuper 11
miſericordia, quæ veniet 12
vobis ab æterno ſalutari a
noſtro. Emiſi.n. vos cum
luctu & ploratu: reducet 13
autem vos mihi dominus
cum gaudio, & iucundi-
tate in ſempiternum. Si- 14
cut enim viderunt vicinæ Sion captiuitatẽ ve 15
ſtram à Deo, ſic videbunt & in celeritate ſalu- 16
tem veſtram in Deo, quæ ſuperueniet vobis 17
cum honore magno & ſplendore æterno. Fi-
lij patienter ſuſtinete iram, quæ ſuperueniet
vobis. Perſecutus eſt enim 18
te inimicus tuus, ſed citò 19
videbis perditionem ip-
ſius, & ſuper † ceruices ip-
ſius aſcendes. Delicati b 20
mei ambulauerunt vias
21 aſperas: ducti ſunt enim
22 vt grex direptus ab inimi
23 24 cis. Animæquiores eſtote filij, & proclamate
25 ad dominum: erit enim memoria veſtra ab
26 eo qui ducit vos. Sicut enim fuit ſenſus ve-
27 28 ſter, vt erraretis à Deo: decies tantum ite-
29 rum conuertentes requiretis eum. Qui enim
30 induxit vobis mala, ipſe rurſum adducet vo-
bis ſempiternam iucunditatem cum ſalute
31 veſtra. Animæquior eſto Ieruſalem: exhorta-
32 tur enim te, qui te nominauit. Nocentes pe-
33 ribunt, qui te uexauerunt: & qui gratulati
ſunt in tua ruina, punientur. Ciuitates quib.
ſeruierunt filij tui, punientur: & quæ accepit
34 filios tuos: Sicut enim gauiſa eſt in tua ruina; E
& lætata eſt in caſu tuo: ſic contriſtabitur in
ſua deſolatione. Et amputabitur exultatio
multitudinis eius, & gaudimonium eius erit
35 36 in luctum. Ignis enim ſuperueniet ei ab æter-
37 no in longiturnis diebus: & habitabitur à dæ-
monijs in† multitudine temporis. Circum-
ſpice Ieruſalem ad Orientem, & uide iucun-
ditatem à Deo tibi venientem. Ecce enim ve-
38 niunt filij tui quos dimiſiſti diſperſos: veniũt
39 collecti ab Oriente vſque ad Occidentem, in
40 verbo † ſancti gaudentes in honorem Dei.

a *Emiſi vos cum luctu.* * Idem. Similia ſunt hæc eorum quæ dicta ſunt a beato Dauide, *Euntes ibant & flebant mittẽtes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione.* (Pſal. 125.) B

b *Delicati mei ambula.* * Theodoretus. Delicatos vocat eos q opibus ac rebus omnib. abundant, vt qui nulla experianẽ aduerſa. Tum hortatus eos, vt per pœnitentiam ſibi comparent ſalutem.

† veritas.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ego autem. *Hic conſequenter ponitur materia conſolationis,* * *cùm dicitur:* Ego autem. *q.d. non eſt vobis petendum humanum auxilium, ſed diuinum, ideo ſequitur.*

C 2 Qui enim adduxit, &c. *pœnæ ad veſtram correctionem.*

3 Ipſe vos eripiet de manibus, &c. *ad nomini ſui laudem, præcipiens Cyro ædificare templum in Ieruſalem: propter quod dedit populo Iudæ redeundi licentiam, vt habetur 1. Eſdræ 1.*

4 Ambulate filij. *de virtute in virtutem.*

5 Ego enim derelicta ſum ſola. *ſicut lamentabatur Ieremias propheta dicens Thren. 1.a.* Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo.

6 Exui me ſtola pacis. *ideſt, veſtibus iucunditatis.*

7 Indui autem me ſacco obſecrationis. *Antiquitus enim afflictionis tempore orabant homines in ſacco & cinere, vt patet de Niniuitis, Ioſue 3. cap.*

8 Et clamabo ad altiſſimum, &c. *confidens quòd acquieſcat precibus meis, ideo ſubditur.*

9 Animæquiores eſtote filij. *confidentes de auxilio Dei.*

10 Ego enim ſperaui in æternum, &c. *ideſt, quod det vobis non ſolum ſalutem temporalem, ſed etiam ęternam.*

11 Et venit, &c. à ſancto. *ideſt, à Deo qui eſt ſanctuſſanctorum.*

12 Super miſericordia, &c. ab æterno ſalutari noſtro. *i. a Christo qui ſecundum diuinitatem eſt ab æterno: & ſic de liberatione populi facta per Cyrum tranſit ad loquendum de liberatione facta per Chriſtum tanquam de figura ad figuratum, ſicut Iſai. 14. loquendo de caſu regis Babylonis ſub eodem contextu literæ tranſit ad loquendum de caſu dæmonis, vt ibidem plenius fuit dictum, & ad idem facit quod ſequitur.*

13 Reducet autem vos mihi dominus cũ gaudio. *Populus enim poſt Babylonicæ captiuitatis reditum quaſi continuè fuit in afflictione: propter quod videtur hęc ſcriptura loqui ſaltem principaliter de liberatione facta per Chriſtum.*

14 Sicut enim vid. vic. Sion. *i. ciuitates circa Iudęam poſitæ.*

15 Captiuitatem a Deo. *vobis inflictã propter peccata veſtra.*

16 Sic videbunt & in celeritate. *ideſt, citò.*

17 Salutem veſtram, &c. *Si referatur ad liberationem de Babylone eſt hyperbole, ſi autem ad liberationem per Chriſti gratiam eſt locutio clara.*

18 Perſecutus eſt enim te inimicus tuus. *i. Chaldæorum populus ſecundum primum intellectum. Diabolus autem vel quilibet tyranus perſequens eccleſiam quantum ad ſecundum.*

19 Sed cito videbis perd. &c. *qa Cyrus deſtruxit populũ Chaldęorum, & Chriſtus diaboli potentiã confregit, & etiam tyrãni.*

20 Delicati mei am. &c. *i. grauiter ſunt afflicti ab aduerſarijs.*

21 Ducti ſunt enim. *in captiuitatem & mortem.*

22 Vt grex direptus *ideſt, raptus per prędam.*

23 Animæquiores eſtote filij. *ſuſtinendo patienter.*

24 Et pclamate ad do. *qui liberabit vos potẽter, ideo ſubditur.*

25 Erit enim memoria veſtra. *in bonum.*

26 Ab eo qui, &c. *i. a Deo qui permiſit vos in captiuitatẽ duci.*

27 Sicut enim. *vt erraretis à Deo per multiplicem idololatriam ſicut patet 3. Reg. & 2. Paralip.*

28 Decies tantum, &c. requiretis eum. *Poſt reditum enim captiuitatis Babylonicæ non leguntur Iudęi fuiſſe idololatrę, niſi aliqui pauci tempore Antiochi Epiphanis, ducti etiam ad hoc magis timore, quàm infidelitate: vt habetur 1. Machabę. & 2. iſta tamen requiſitio Dei magis impleta fuit in apoſtolis, & alijs credentibus de Iudaiſmo, vt patet Actum 2. & 4.*

29 Qui enim induxit vobis mala, *ſcilicet, pœnę.*

30 Ipſe rurſum adducet. *quod potiſſimè impletum eſt in apertione ianuę cęleſtis per Chriſtum.*

31 Animæquior eſto. *Hic conſequenter ponitur cõſolatio incta ex perſona Dei, & primo fit mentio de captiuitatis Babylonicę liberatione, ſecũdo de populi fidelis exultatione, ibi:* Exui te Ieruſalẽ. *Circa primum ponitur primò aduerſariorum punitio, cũ dicitur*

32 Nocentes. *tibi, ideſt, Chaldęi.*

33 Peribunt. *ſubiecti & depreſſi, Cętera patent vſque ibi.*

34 Sicut enim gauiſa eſt in tua ruina. *ſ. gens Chaldaica.* Sic cõtriſtabitẽ in ſua deſolatione. *per Cyrum & Dariũ, vt habetur Dan. 5.* 35 Ignis.n. &c. *ſ. diſpoſitus a Deo qui eſt ęternus, qui etiã omnia futura pręuidit ab ęterno. Babylon enim quę erat metropolis Chaldęorũ, fuit incenſa pro magna parte per Cyrũ & Dariũ.*

36 In lõgiturnis diebus, *quia nõ fuit reędificata: ſed magis poſtea hominibus inhabitabilis facta pp animalia venenoſa & monſtruoſa. ſicut prędixit Iſa. 13. Secũdo ponitur captiuitatis liberatio.*

37 Circumſpice Ieruſalẽ, &c. *inde enim venit Cyrus ad deſtruendũ Babyloniam, & ad dandum populo Iudaico redeundi licentiam ideo ſubditur.* Ecce enim veniunt filij tui. *& ſequitur.*

38 Ab Oriente vſque in Occiden. *i. ab omni loco vbi fuerant diſperſi, quia Cyrus qui fuit monarcha, publicauit dictam licentiam per totum imperium ſuum, vt habetur 1. Eſdr. 1.*

39 In verbo ſancti. *i. in verbo Dei, qui eſt ſanctuſſanctorum. per Iſaiam Ieremiam & alios prophetas prędixerat hunc reditum.*

40 In honorem Dei. *Quia redeuntes ędificauerunt templum in Ieruſalem ad honorem diuinum.*

* CAP.

A

CAP. V.

EXue te Ieruſalem ſtola luctus 1
& vexationis tuæ, & indue
te decore & honore, † quæ
a Deo eſt tibi ſempiterna 2
gloria. Circũdabit te Deus 3
diploide iuſtitiæ, & impo-
net mitram capiti tuo honoris æterni. Deus 4
enim oſtendet ſplẽdorem ſuum in te, qui ſub 5
cęlo eſt. Nominabitur 6
enim tibi nomẽ tuum
à Deo in ſempiternũ,
pax iuſtitiæ, & honor a
pietatis. Exurge Ieruſa 7
lem, & ſta in excelſo, &
circumſpice ad Orientem, & vide collectos fi 8
lios tuos ab Oriente ſole vſque ad Occidentẽ:
in verbo ſancti gaudentes Dei memoria. Exie- 9 10
11 runt.n. abs te pedib. ducti ab inimicis: addu- D
12 13 cet aũt illos dñs ad te portatos in honorem ſi
14 cut filios regni. Conſtituit.n. Deus humiliare
15 oẽm montẽ excelſum,
16 & rupes perennes, &
17 conualles replere in æ-
18 qualitatem terræ, vt
ambulet Iſrael diligen
19 ter in honorem Dei.
20 Obumbrauerunt autẽ b
ſyluæ, & omne lignũ
21 ſuauitatis Iſrael man-
dato Dei. Adducet enĩ
22 Deus Iſrael cum iucun
ditate in lumine maie
ſtatis ſuæ, cum miſeri- c
cordia & iuſtitia, quæ
eſt ex ipſo.

a *Pax iuſtitiæ, & honor, &c.* ⁂ Theodor. Hęc nomina nunc habet, propterea quòd adami concurrunt cuncti. Saluatoris enim paſſio reddidit illam ſplendidam & illuſtrem.

b *Obumbrauerunt autẽ, &c.* ⁂ Theod. Hæc accedere videntur ad ea quæ dixit Dauid, *Montes exultauerũt vt arietes, & colles ſicut agni ouiũ.* Syluas ergo figuratè vocat gẽtes interiacẽtes, q̃ non ferebãt Deo cultũ pietatis: Iſraelẽ tñ redeũ tẽ cũ omni obſequio honorificè proſecuti ſunt. Pſal. 113.

c *Cum miſericord.* * Idem. Miſericordia quidem vſus eſt erga populum: iuſtitia verò contra Babylonios. Illi n. peccantes per caſtigationem emolumẽtum adepti ſunt, hos verò victoria reddidit demẽtiores & magis impios. E

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. V.

1 EXue te Ieruſalẽ. *Hic vltimò ſub nomine Ieruſalem inducitur populus ad gaudium & exaltationem, cùm dicitur.* Exue te Ieruſ. ſtola luctus & vexationis. *Mos enim erat antiquitus, & adhuc eſt in aliquibus terris, aduerſitatis tempore veſtes lugubres accipere, & redeunte proſperitate illas deponere. Et ſi in hac parte dirigatur ſermo ad ſynagogam pro tempore reditus captiuitatis Babylonicæ, eſt ſermo hyperbolicus. ſi autem ad eccleſiam eſt magis planus, propter quod intendo literam ſequi iſto modo referendo partim ad tempus gratiæ, & partim ad tempus gloriæ, ideo ſubditur.*

2 A Deo tibi ſemper eſt ſempiterna gloria. *Quæ per gratiã hic inchoatur, & in patria conſummatur.*

3 Circundabit te Deus diploide. *quæ eſt veſtis militaris. Et dicitur à duplo duplas, quaſi duplex veſtis: per quam intelligitur dupl ex ſtola gloriæ, ſcilicet, animæ & corporis.*

4 Imponet mitram capiti tuo honoris æterni. *quod vide mus impletum in pontificibus noui teſtamenti.*

5 Deus enim oſtendet, &c. *per agnitionẽ veritatis euãgelicę.*

6 Nominabitur enim tibi nomen tuum. *in ſempiternum pax iuſtitiæ: vnde de Chriſti regno dicitur Iſ. 9. b.* Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis.

7 Exurge Ieruſ. & ſta in excelſo. *id eſt, in culmine virtutis.*

8 Et circũſpice ad Orientẽ, & vide collectos filios. *id eſt, Chriſtum, de quo dicitur Luc. 1. g.* Viſitauit nos oriens ex alto.

9 In verbo ſancti. *i. Chriſti, qui eſt ſanctus ſanctorum, Dan. 9.*

10 Gaudẽtes Dei memoria. *Apoſtoli. n. & alij credentes in ecclesia primitiua etiam in tormentis poſiti, gaudebant ex memoria Chriſti Act. 5. g.* Ibant apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, cilij, qm̃ digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cõtumeliã pati.

11 Exierunt enim abs te. *id eſt, a te.*

12 Pedibus ducti ab inimicis. *nam frequenter ducebantur ad mortem nudis pedibus vt condemnati.*

13 Adducet aũt illos dominus ad te portatos in honorẽ. *nam animæ eorum portabantur honorificè ab angelis ad gloriã. Dicit autem:* ad te. *eò quod eſt vna eccleſia militans & triumphans ſecũdum duplicem ſtatum, ſcilicet viæ & patriæ: & ſic de vno ſtatu eccleſiæ rapti crudeliter, portabantur ad alium ſtatum eccleſiæ ab angelis honorificè. Poteſt etiam totum exponi de ſtatu viæ ſecundum tẽpora diuerſa. Nã epiſcopi qui tẽpore primitiuæ eccleſiæ, primi de eccleſiis ad tormẽta rapiebãtur, modò ad ſuas eccleſias à militibus, & perſonis notabilib. in principio honorificè deportãtur, iõ ſubditur.*

14 Conſtituit enim Deus, *id eſt, diſpoſuit.*

15 Humiliare omnem montem excelſum. *id eſt, temporale dominum. Vnde & Conſtantinus imperator exhibuit beato Syluestro ſtratoris officium.* Cõſtantinus beati Sylueſtri ſtrator.

16 Et rupes perenes. *i. reges, quorum regna diu durauerunt.*

17 Et conualles. *id eſt, infimos homines.* F

18 Replere in æqualitatem terræ. *i. in vnam eccleſiam conuenire, in qua non eſt acceptio perſonarum.*

19 Vt ambulet Iſrael. *id eſt, fidelis populus.*

20 Diligẽter in honorẽ Dei. *Ad hanc. n. diligentiã mouere debet æqualitas dicta, qa magnus ſicut paruus proficere põt in Dei via.*

21 Obũbrauerunt aũt ſyluæ. *i. angeli ſancti & eccleſiæ miniſtri, ſua præſidentia confortant, & dirigunt populum in via Dei vt ſic perueniat ad lumen gloriæ cum iucunditate. ideo ſubditur.*

22 Adducet enim Deus Iſrael. *cum miſericordia & iuſtitia, quæ ſemper ſe concomitantur in omnibus operibus Dei. Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum Amen.*

*Incipit epiſtola quam miſit Ieremias ad Iudæos, qui captiui erant in Babylone, cuius epiſtolæ ſcriptor fuit Baruch, propter quod adiungitur eius libro.*

CAP. VI.

1 PRopter peccata quæ peccaſtis ante
2 Deum, abducemini in Babyloniã
captiui à Nabuchodonoſor rege
Babyloniorum. Ingreſſi itaque in Babylo-
nem eritis ibi annis plurimis, & temporibus
3 longis, vſque ad generationes ſeptem:

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. VI.

PRopter peccata, &c. *Hæc eſt ſecũda pars principalis huius libri, in qua ponitur epiſtola Ieremiæ ad Iudæos, qui captiui erãt in Babylone, cuius ſcriptor fuit Baruch, propter quod adiungitur eius libro. Et diuiditur in tres partes, nã primò ponitur captiuitatis huius cauſa. ſecundo prohibetur idolatria, ibi:* Nunc autem. *tertiò ſubditur eius multiplex ignominia, ibi:* Nam ligna. *Circa primum dicitur.*

1 Propter peccata quæ peccaſtis. *i. in Ieruſalem quæ erat electa ad diuinum cultum, & etiam in templo: nam in plateis Ieruſalẽ & atrijs templi fuerunt aræ editæ: vt patet 4. Reg. & 2. Paral.*

2 Abducemini in Baby. ca. *ex quo videtur, quod hęc epiſtola fuit ſcripta per tranſmigrationem Ioachim & eorum qui cum eo ducti fuerunt in Babylonem 4. Reg. 24. & ante captiuitatem generalẽ ſub rege Sedechia factã, & ſic Ieremias in hac epiſtola loquitur huic captiuitati per modum futuri, ſicut in epiſtola miſſa tranſmigratis cum Ioachim, quæ habetur Ierem. 29. loquitur per modum præteriti, veruntamen hæc epiſtola ſecunda non fuit in Babylonem miſſa donec poſt mortem Ieremiæ Baruch illam portauit ibidem: & eam legit tranſmigratis cum Iechonia & captiuatis cum Sedechia.*

3 Vſque ad generat. ſe. *id eſt, vſque ad ſeptem decades annorũ, vt dicunt aliqui quæ faciunt 70. annos. Tantum enim temporis ſecundum cõmuniorẽ opinionẽ fluxit à tranſmigratione Ioachim vſq; ad reditũ de Babylone, ſecundum tamen Heb. deficiunt quatuor anni vel quinque, vt infrà videbitur. Sed hoc dictum videtur deficere primo in hoc quod tempus decem annorum computant pro vna generatione, quia puer decem annorum generare non poteſt ſecundum* Septem generationes.

* commu-

A poſt hoc autem educam vos inde cum pace. 1
Nunc autem videbitis in Babylonia deos au- 2
reos,& argenteos, & lapideos, & ligneos ; in
humeris portari oſtẽtantes metum gentibus. 3
Videte ergo ne, & vos ſimiles efficiamini fa- 4
ctis alienis, & metuatis, & metus vos capiat 5
in ipſis. Viſa itaque turba de retro & ab ante
adorantes, dicite in cordibus veſtris. Te o- 6
portet adorari domine. Angelus autem 7 8
meus vobiſcum eſt. Ipſe autem exquiram ani 9
mas veſtras. Nam ligna ipſorum polita à fa- 10
bro, ipſa etiam inaurata & inargentata falſa 11 12
ſunt, & non poſſunt loqui. Et ſicut virgini 13
amanti ornamenta, ita accepto auro fabrica- 14 15
ta ſunt. Coronas certè aureas habent ſuper 16
capita ſua dij illorum: vnde ſubtrahunt ſacer- 17 18
dotes ab eis aurum & argentum, & erogant 19
illud in ſemetipſis. Dãt autem & ex ipſo pro-
B ſtitutis, & meretrices ornant: & iterum cum
receperint illud à meretricibus, ornant deos
20 ſuos. Hi autem non liberantur ab ærugine, [e]
21 22 tinea. Opertis autem illis veſte purpurea, e[x]
tergent faciem ipſorum propter puluere[m]
domus, qui eſt plurimus inter eos. Sceptru[m]
autem habet vt homo, ſicut iudex regioni[s]
23 qui in ſe peccantem nõ interfecit. Habet e[t]
24 in manu gladium & ſecurim: ſe autem [de]
25 26 bello & latronibus non liberat. Vnde vo[bis]
notum ſit, quia non ſunt dij: non ergo re[ue]
27 remini eos. Sicut enim vas hominis confr[a]
ctum inutile efficitur, tales ſunt & dij illoru[m].
Conſtitutis illis in domo oculi eorum ple[ni]
28 ſunt puluere à pedibus introeuntium. Et [ſi]
cut alicui qui regem offendit circumſept[æ]
29 ſunt ianuæ, aut ſicut ad ſepulchrũ adductu[m]
30 mortuum, ita tutantur ſacerdotes oſtia da[u]
31 ſuris & ſeris, ne à latronibus expolientur. L[u]
32 cernas accendunt illis, & quidem multas:
quibus nullam videre poſſunt. Sunt autem [ſi]
33 cut trabes in domo. Corda verò eorum dic[unt]

## * NICOLAVS DE LYRA:

*communem curſum naturę. Scriptura vero loquitur de generatione ſecundum modum naturę conſuetum. Secundo quia non fuerunt ibi ſeptem decades completę, vt dictum eſt ſecundum computationem Hebręorum, quam communius ſecutus ſum. Et ideo videtur mihi qđ tempus ſeptem generationum inchoandum ſit à trãſmigratione Iechonię & terminandum in reditu populi de Babylone facta per Eſdram, vt habetur 1. Eſdr. 7. & 8. quę facta fuit ſeptimo anno Darij ſecundum computationem quam in precedentibus libris ſecutus ſum tanquam veriorem, Dan. 9. & in principio libri Eſther, hoc autem tempus fuit centum triginta annorum, vel ad minus centum viginti, nam a transmigratione Iechonię vſque ad captiuitatem Sedechię regis fluxerũt 11. anni, & inde vſque ad 1. annum monarchię Cyri 52. & inde vſque ad Cambyſem eius filium tres anni ſecũdũ Hebręos, ſecũdum alios autem hiſtoriographos 12. poſt Cyrum Cambyſes regnauit 8. annis, & poſt ipſum Aſſuerus 40. & poſt eum filius eius Darius alio nomine Artaxerxes dictus 7. annis vſque ad miſſionem Eſdrę cum populo in Iudęam redeuntis. Anni verò dicti ſimul iuncti faciunt anno 120. computatis tamen tribus annis monarchiæ Cyri, computatis verò 12. faciunt annos 130. vel 129. In tãto verò tempore bene complentur ſeptem generationes ſecundum curſum naturæ, iuuenis enim 10. & 7. annorum vel 16. poteſt naturaliter generare.*

C

1 Poſt hoc autem educam, &c. *cum Eſdra ſacerdote.*

2 Nunc autem *Hic cõſequenter arcetur populus ab idololatria, cum dicitur.* Nunc autem, &c. duos aureos, *id eſt, idola, &c.*

3 In humeris. *ſacerdotum.*

4 Portari oſtentantes metum gentibus. *id eſt, ad incutiendum eis timorem. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd ſicut 1. Reg. 4. arca domini per ſacerdotes fuit portata ad exercitum ad incutiẽdum terrorem Philiſthęis, & ſicut rege Franciæ in exercitu exiſtente fiunt proceſſiones Pariſiis & alibi, in quibus ex deuotione portãtur ſanctorum reliquiæ, vt orationibus eorum rex & ſuus exercitus adiuuentur, & aduerſarij confundantur: & ſic pro ſalute regis Babylonis idola portabantur in ſacerdotum humeris, ideo ſubditur.*

Proceſſiones pro ſalute exercitus.

5 Viſa itaque turba. *Babyloniorum.*

6 De retro & ab ante. *nam in tali deportatione aliqui precedebant & aliqui ſequebantur idola, ſicut in proceſſionibus Chriſtianorum aliqui præcedunt, & aliqui ſequuntur ſanctorum corpora.*

7 Adorantes. *Deum verum.*

8 Dicite in cordibus veſtris. *ſi in palam dicere non audetis, quid dicere propter infirmos.*

9 Te oportet adorari domine, *& non idola vana.*

10 Angelus autem meus vobiſ. eſt. *hoc dicitur in perſona domini. Et accipitur de Exod. 33.*

11 Ipſe autem exquiram, &c. *de manu illorum qui vos opprimunt iniuſtè. Et accipitur hoc verbum domini de Geneſ. 9.*

12 Nam ligna. *Hic conſequenter ponitur idololatriæ multiplex ignominia, quę multis deductionibus concluditur, & patebunt partes proſequendo. Ergo prima deductio accipitur ex eorum fabricatione & ornamento, cum dicitur.* Nam ligna ipſo. *aliqui dicunt lingua, eò quod poſt ſubditur.* Et non poſ. *ſed hoc non videtur mihi verum, nam imagines fabricantur & formantur ore clauſo, & ſic non apparet lingua nec fit in eis, & quia conſtructio planior, cũ dicitur.* Nam ligna ipſorum. *i. ligna ex quibus fiunt idola.*

Diuiſio.

13 Polita. *Supple ſunt.*

14 A fabro. *ſcilicet, lignario.*

15 Ipſa etiam inaurata & inargentata. *deſuper.*

16 Falſa ſunt. *licet enim lignum, aurum, & argentum & huiuſmodi quæ ſunt materia idoli, ſint res verè naturales, tamen quantum ad id quod ſignat idolum ex eis factum falſa ſunt, ideo dicit Apoſtolus 1. ad Cor. 8. a. quòd* idolum nihil eſt in mundo. *per hoc quod dicitur.* Falſa ſunt. *in plurali patet, quòd in principio [non] eſt lingua in ſingulari.*

17 Et non poſſunt loqui. *quaſi dicat, ſi eſſent veri dij, poſſent loqui.*

18 Et ſicut virgini amanti. *ſic idolis fiunt ornamenta ac ſi [dili]gant talia, cum tamen nihil poſſint diligere, ideo ſubditur.*

19 Vnde ſubtrahunt ſacerdotes. *ſi enim eſſent dij verè, di[ui]tes talia non permitterent ſibi ſubtrahi.*

20 Non liberantur ab ærugine, *i. rubigine quantum ad a[urum] & argentum, & alia metalla, ex quibus fiunt idola.*

21 Et tinea. *quantum ad ligna ex quibus fiunt, & veſtes q[uibus] operiuntur, quæ à vermibus corroduntur.*

22 Extergent faciem ipſorum. *quia idola non poſſunt ſe[ ter]gere. Cætera patent vſque ibi.*

23 Habet etiam. *ſcilicet, idolum.*

24 In manu gladium & ſecurim. *ſic enim formabatur [idolum] Martis, qui dicebatur Deus belli.*

25 Se autem de bello. *Frequenter enim in veteri teſtame[nto le]gitur, quod deuictis idololatris rapiebantur à victoribus eorum [ido]la. Et ex prædictis concluditur.*

26 Vnde vobis notum ſit. *ſ. quod in eis nihil eſt numinis [nec] eis eſt aliqua reuerentia exhibenda.*

27 Sicut enim. *Hic ponitur ſecunda deductio ad eandem co[nclu]ſionem, & accipitur ex defectu vtilitatis, cum dicitur.* Sicut [vas] *inutile officium proprium, materia tamen aliquando valet, vt [frag]menta cyphi argentei vel aurei: ſimiliter idola quandiu ſtant i[n pro]pria forma, nihil valent: materia autem vt aurum, & argen[tum] valet ad aliquos vſus.*

28 Et ſicut. *Circumſeptæ ſunt ianuæ, ne poſſit exire de carce[re].*

29 Aut ſicut ad ſepul. adductum mor. *Antiquitus en[im] in ſepulchris potentum ponebantur pretioſa: propter quod claud[eban]tur fortiter, & cum diligentia, ne à latronibus extraherentur.*

30 Ita tutantur ſacerdotes oſtia clauſuris *templorum.*

31 Ne à latronibus expolientur. *ſcilicet, idola ab ornam[entis] ſuis pretioſis.*

32 Lucernas accendunt. *q. d. hoc fit inutiliter & fruſt[ra].*

33 Corda vero eorũ. *Aliqua enim idola erant interius [lig]ea & exterius ęrea vel huiuſmodi, & ſic ſerpentes qui terrã com[edu]nt (Gen. 3. c.* Terrã comedes cunctis diebus vitæ tuæ.) *inte[riora] idolorum, qui erant quaſi corda ipſorum conſumebant.*

* Ni[c.]

A cngere ſerpentes, qui de terra ſunt: dum
cmedunt eos, & veſtimentum ipſorum, &
nn ſentiunt. Nigræ fiunt facies eorum à fu- 1
no, qui in domo fit. Supra corpus eorum, 2
& ſupra caput eorum volant noctuæ, & hi-
rundines, & aues, etiam ſimiliter & catæ. Vn-
d ſciatis, quia non ſunt dij. ne ergo timueri
tis eos. Aurum etiam quod habent, ad † ſpe- 3
cimen eſt: niſi aliquis exterſerit æruginem, 4
non fulgebunt. neque enim dum conflaren- 5 6
tur, ſentiebant. Ex omni pretio empta ſunt, 7
in quibus ſpiritus non eſt in ipſis. † Sine pe- 8
dibus in humeris portantur, oſtentantes igno 9
bilitatem ſuam hominibus. Confundantur
B etiam, qui colunt ea. Propterea ſi ceciderint 10 11
in terram, à ſemetipſis non conſurgunt: ne- 12
que ſi quis eum ſtatuerit rectum, per ſemetip- 13 14
ſum ſtabit, ſed ſicut mortuis humeri eorum
illis apponentur. Hoſtias illorum vendunt 15 16
ſacerdotes ipſorum & abutuntur, ſimiliter, 17
& mulieres eorum decerpentes, neque infir- 18
mo, neque mendicanti aliquid impertiunt: 19 20
de ſacrificijs eorum fœtæ, & menſtruatæ con- 21
tingunt. Scientes itaque ex his, quia non
ſunt dij, ne timeatis eos. Vnde enim vocan- 22 23
24 tur dij? Quia mulieres apponunt dijs argen- D
25 26 teis & aureis & ligneis, & in domibus eorum
27 ſacerdotes ſedent habentes tunicas ſciſſas, &
28 capita & barbam raſam, quorum capita nu-
29 30 da ſunt. Rugiunt autem clamantes contra
31 deos ſuos, ſicut in cœna mortui. Veſtimen-
32 ta eorum auferunt ſacerdotes, & veſtiunt v-
33 xores ſuas, & filios ſuos. Neque ſi quid ma-
li patiuntur ab aliquo, neque ſi quid boni
poterunt retribuere, neque regem conſtitue-
re poſſunt, neque auferre. Similiter neque
diuitias dare poſſunt, neque malum retribue
re. Si quis illis votum vouerit, & non red-
diderit, neque hoc requirunt. Hominem à
morte non liberant, neque infirmum à po-
tentiore eripiunt. Hominum cæcum ad vi- E
ſum non reſtituunt, de neceſſitate hominem
34 non liberabunt. Viduæ non miſerebuntur,
neque orphanis benefacient. Lapidibus de
monte ſimiles ſunt dij illorum lignei, & lapi-
dei, & aurei, & argentei. Qui autem co-
lunt ea, confundentur. Quomodo ergo æ-
35 ſtimandum eſt aut dicendum illos eſſe deos?
36 Adhuc enim ipſis Chaldæis non honorantib.
37 ea, qui cùm audierint mutum nō poſſe loqui,

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nigræ fiunt facies. *comburebantur.n.ibi thura in veneratio nem idolorum, & ex fumo aſcendente denigrabantur facies eorum.*

2 Supra, &c. noctuæ & hirundines. *ſuas immunditias ibidem facientes. Ex quibus concluditur ſicut prius.* Vnde ſciatis, quia non ſunt dij, &c.

3 Aurum etiam. *Hic conſequenter ponitur tertia deductio ad idem: & incipit à deturpatione ſuæ ſpecioſitatis, cùm dicitur:* Aurum etiam quod habent ad ſpecimen. *id eſt, decorem.*

4 Niſi aliquis exterſerit æruginem. *ſuperexcreſcentem.*

5 Non fulgebunt. *ſed magis obſcura erunt.*

6 Neque enim dum conflarentur. *in fornace.*

7 Sentiebant. *quia nihil habent vitæ, & ideo ſubditur.*

8 Ex omni pretio empta. &c. oſtentantes. *id eſt, manifeſtè oſtendentes.*

9 Ignobilitatem ſuam hominibus. *per hoc enim, quòd portatur, patet quòd non habent virtutem greſſiuam.*

10 Confundantur etiam, qui colunt ea. *id eſt, debent confundi in ſemetipſis colentes, ſicut deos talia nullam virtutem habentia.*

11 Propterea ſi ceciderint in terram. *ex pondere materiæ.*

12 A ſemetipſis non conſurgunt. *id eſt, propria virtute non poſſunt ſurgere.*

13 Neque ſi quis eum. *id eſt, idolum.*

14 Statuerit rectum per ſemetipſum ſtabit. *quod eſt minus.*

15 Sed ſicut mortuis. *id eſt, nullam virtutem habentibus.*

16 Humeri eorum illis apponentur. *id eſt, fulcimenta aliena quibus ſuſtentantur.*

17 Hoſtias illorum vendunt. *ſacerdotes, nam idola comedere non poſſunt ſibi oblata.*

18 Et abutuntur. *id eſt, hoſtiarum pretio ad illicitos vſus vtũtur.*

19 Similiter & mulieres eorum decerpentes. *id eſt, ſibi rapientes de talibus hoſtijs & earum pretijs.*

20 Neque infirmo, neque, &c. impertiunt. *id eſt, de huiuſmodi hoſtijs idola indigentibus nihil largiri poſſunt.*

21 De ſacrificijs eorum fœtæ & menſtruatæ. *id eſt, mulieres immundæ.*

22 Contingunt. *quod non permitterent, ſi eſſent veri dij, ideo concludit:* Scientes itaque, &c.

23 Vnde enim. *Hic conſequenter ponitur quarta deductio ad eandem concluſionem, & incipit à ſacerdotum cupiditate, cùm dicitur per modum quæſtionis:* Vnde enim vocantur dij, *id eſt, reputantur? Et reſpondet dicens.*

24 Quia mulieres. *de facili deceptibiles.* F

25 Apponunt dijs argenteis & aur. *oblationes & munera, quæ cedũt in vſus ſacerdotum. & ſic aſſerunt idola deos eſſe propter lucrum. ideo ſubditur.*

26 Et in domibus eorum. *id eſt, in delubris idolorum.*

27 Sacerdotes ſedent. *id eſt, manent, ſicut Deuter. 1. d.* Sediſtis in Cades multo tempore, *id eſt, manſiſtis. Sic ſacerdotes in tẽplis idolorum manebant, ad colligendum pecuniam & oblationes.*

28 Habentes tunicas ſciſſas, & capita & barbam raſam quorum capita. *in ſignum mœroris & triſtitiæ, quaſi lugerent pro expiatione peccatorum offerentium idolis, & ideo ſubditur.*

29 Rugiunt autem clamantes contra deos ſuos. *id eſt, coram idolis.*

30 Sicut in cœna mortui. *id eſt, facta pro mortuo. Antiquitus enim ſuper ſepulchra de nouo mortuorum comedebant lautè & bibebant: & poſtea exclamabant, quaſi lugentes mortuos. Sic ſacerdotes idolorum de ſacrificijs & oblationibus lautè viuebant, & eiulantes exclamabant coram idolis, quaſi ſatisfacientes pro offerentiũ peccatis.*

31 Veſtimenta eorum auferunt ſacerdotes. *vt mulieres deceptæ de nouo offerant nouas veſtes: & hoc ad ſacerdotum lucrum. ideo ſubditur.*

32 Et veſtiunt vxores ſuas & filios ſuos. *de veſtibus amotis ab idolis. Conſequenter oſtenditur idolorum impotentia in multis exemplis, cum dicitur.*

33 Neque ſi quid mali patiuntur ab aliquo. neque ſi qd boni poterunt retribuere, neque regem conſtituere poſſunt neque auferre. *& patet litera vſque ibi.*

34 Lapidibus de monte ſimiles ſint dij illorum lignei, & lapidei, & aurei, & argentei, *qui inde ſe mouere non poſſunt, neque aliquid agere. ideo concluditur in fine:* Quomodo ergo æſtimandum.

35 Adhuc enim ipſis Chaldæis non honorantibus ea. *Hic ponitur deductio quinta ad idem, & incipit à Chaldæorum vilipenſione, qui cum eſſent cultores illorum idolorum, tamen quando non habebant intantum, vilipendebant ea. & hoc eſt quod dicitur:* Adhuc enim ipſis Chaldæis non honorantibus ea, *id eſt, vilipendentibus minus enim dicendo plus ſignificat.*

36 Qui. *ſcilicet, Chaldæi.*

37 Cum audierint mutum non poſſe loqui, *i.* [illegible]

A offerunt illum ad Bel, poſtulantes ab eo loqui, quaſi 1
poſſint ſentire, qui non habent motum. Et ipſi cùm 2
intellexerint, relinquent ea. ſenſum enim non ha- 3
bent ipſi dij illorum. Mulieres autem circundatæ fu- 4
nibus in uijs ſedent, ſuccendentes oſſa oliuarum. 5
Cùm autem aliqua ex ipſis abſtracta ab aliquo tran- 6 7
ſeunte dormierit cum eo, proximæ ſuæ exprobrat, 8
quòd ea non ſit digna habita ſicut ipſa, neque funis 9
eius diruptus ſit. Omnia autem, quę illis fiunt, falſa 10
ſunt. Quomodo æſtimandum aut dicendum eſt illos
eſſe deos? A fabris autem & ab aurificibus facta ſunt. 11
Nihil aliud erunt, niſi id quod uolunt eſſe ſacerdo- 12
tes. Aurifices etiam ipſi, qui ea faciunt, non ſunt 13
multi temporis. Nunquid ergo poſſunt ea, quæ ab 14
ipſis fabricata ſunt, eſſe dij? Reliquerunt autem fal- 15
ſa, & opprobrium poſtea futuris. Nam cùm ſuper- 16
uenerit illis prælium, & mala, cogitant ſacerdotes 17
poſſe, ubi ſe abſcondant cum illis. Quomodo ergo
ſentiri debeant quoniam dij ſunt, qui nec de bello ſe
liberant, neque de malis ſe eripiunt? Nam cùm
ſint lignea & inaurata & inargentata, ſcietur poſtea, 18
B quia falſa ſunt ab uniuerſis gentibus & regibus, quæ
tin. manifeſta ſunt: quia non ſunt dij, ſed opera manuum
hominum, & nullum opus Dei † cum illis. Vnde er-
go notum eſt, quia non ſunt dij, ſed opera manuum
hominum, & nullum opus Dei in ipſis eſt. Regem re- 19
20

21 gioni non ſuſcitant, neque pluuiã hominibus dabun- D
Iudicium quoque non diſcernent, neque regiones li-
22 berabunt ab iniuria, quia nihil poſſunt, ſicut cornicu-
23 læ inter medium cœli & terrę. Et enim cum inciderit
ignis in domum deorum ligneorum, argenteorum, &
aureorum, ſacerdotes quidem ipſorum fugient & li-
berabuntur: ipſi uerò ſicut trabes in medio combure-
24 tur: regi autem & bello non reſiſtent. Quomodo ergo
25 æſtimandum eſt, aut recipiendum, quia dij ſunt? Non
26 à furibus neque à latronibus ſe liberabunt dij lignei
27 & lapidei, & inaurati, & inargentati, quibus iniqui for-
28 tiores ſunt. Aurum & argentum & ueſtimentum qui-
29 30 operti ſunt, auferent illis & abibunt, nec ſibi auxilium
31 ferent. Itaque melius eſt eſſe regem oſtentantem ui-
32 tutem ſuam, aut uas in domo utile, in quo gloriabi-
33 tur, qui poſſidet illud; uel oſtium in domo quod cu-
34 ſtodit, quæ in pace ſunt, quàm falſi dij. Sol quidem
35 & luna ac ſydera, cùm ſint ſplendida, & emiſſa ad uti-
36 37 litates, obaudiunt: ſimiliter & fulgur cùm apparuerit
38 perſpicuum eſt. Idipſum autem, & ſpiritus in omni
39 regione ſpirat, & nubes, quibus cùm imperatum
40 fuerit à Deo perambulare in uniuerſum orbem
41 perficiunt quod imperatum eſt eis. Ignis etiam
42 miſſus deſuper, ut conſumat montes & ſyluas
43 facit quod præceptum eſt ei. Hæc autem ne-
44 45 quæ ſpeciebus, neque uirtutibus uni eorum

## NICOLAVS DE LYRA.

* cit Exod. 20. c. Populus videbat voces. *Ibi enim accipitur videre, pro audire: hic è conuerſo audire, pro videre. Cognoſcitur enim homo eſſe mutus per nutus & ſigna quæ facit. Poteſt etiam hic accipi audire propriè, quia multi aliquãdo proferunt voces inarticulatas tantum, & ſic per auditum percipitur, quòd ſint muti.*

1 Offerunt illud ad Bel. *quod eſt idolum Babyloniorum, Daniel. 14.*

2 Poſtulantes ab eo. *id eſt, ab idolo.*

3 Loqui. *id eſt, quod mutus poſſit loqui.*

4 Quaſi poſſint ſentire. *id eſt, poſtulationes eorum percipere.*

5 Qui non habent motum. *ſcilicet, dij illorum vel idola.*

6 Et ipſi. *ſcilicet, Chaldæi.*

7 Cum intellexerint. *idola nihil poſſe.*

8 Relinquent ea, &c. *ipſa vilipendendo, quaſi dicat multò fortius filij Iſrael, quibus ſpecialiter prohibita eſt idololatria, debent ea contemnere.*

C 9 Mulieres autem. *Hic ponitur quidam luxuriæ modus, ex quo contemnenda ſunt idola. Mulieres enim fune cingebant ſe ſuperius, quaſi ligatæ aliquo magno crimine, ſedentes in via per quam tranſibant homines procedentes ad idola. & quando aliquis eorum tranſiens trahebat vnam illarum extra viam, & præſcindens eius funẽ carnaliter cognoſcebat eam, illa reputabat ſe liberam à crimine cõmiſſo: credens quòd idolum miſiſſet illum virum in ſignum liberationis ſuę: & rediens ad ſociam exprobrabat ei, quòd non fuerat digna ſic ab idolo viſitari, & hoc eſt quod dicitur:* Mulieres au. *Et patet ex dictis in litera hoc excepto.*

10 Succedentes oſſa oliua. *ſecundũ illius idoli ritum, propter quod in fine concluditur.* Quomodo æſtimandum. &c.

11 A fabris autem. *Hic ponitur deductio ſexta, quæ accipitur ab idolorum impotentia: nam eſſe eorum ab hominibus dependet, ideo dicitur:* A fabris autem & ab aurificibus facta ſunt. *tanquã aliquid minus ipſis: quia cauſa effectiua potior eſt ſuo effectu.*

12 Nihil aliud erunt, niſi id quod volunt eſſe ſacerdotes. *qui formam & figuram idoli fiendi tradunt artifici.*

13 Aurifices. *non ſunt multi temporis, id eſt experti in ſapientia. Iuuenes enim acutius videntes, & agilius operantes, talia poſſunt melius fabricare quàm ſenes.*

14 Reliquerunt autem falſa. *id eſt artifices idolorum reliquerunt poſteris idola, quæ ſunt falſa: quia nihil ſunt quantum ad id qđ repræſentant, vt dictum eſt ſupra.*

15 Et opprobrium. *quia cùm percipitur falſitas idolorum, improperatur colentibus cultus eorum.*

16 Nam cum ſuperuenerit. illis prælium. *ab aduerſarijs.*

17 Cogitant. *abſcondant cum illis, & ſic confitentur facto, quòd dij eorum impotentes ſunt ad ſaluandum. nam cum ſint lignea, &c. ſequitur.*

18 Scietur poſtea, &c. *hoc videtur eſſe prophetia de tempore Chriſti, in quo vbique detecta ſunt idola per prædicationem apoſtolorum & aliorum Chriſti diſcipulorum, ideo concluditur: vnde ergo notum, &c.*

19 Regem, &c. *Hic ponitur deductio ſeptima ad idem, & accipitur ex operibus diuinis, quæ non apparent in idolis, ſed magis contrarium. ideo dicit.* Regem Regioni non ſuſcitant. *quod eſt proprium Dei, à quo eſt omnis poteſtas terrena.*

20 Neque plu. &c. *ſicut facit Deus.*

21 Iudicium quo. &c. *quia diſcretionem non habent: & tamen hoc eſt Dei propriũ, cum ſit verus iudex omnium.*

22 Quia nihil poſ. &c. *imò minus: quia corniculæ poſſunt fugere periculum imminens, non ſic idola. ideo ſubditur.*

23 Etenim cum, &c. *& patet litera, propter quod concluditur.*

24 Quomodo ergo. *q. d. nullo modo.*

25 Non à furi. *Hic ponitur deductio octaua, quæ accipitur ex impotentia reſiſtendi inimicis, cum dicitur:* Non à furibus. *qui aliena rapiunt in occulto.*

26 Neque à latronibus. *qui hoc faciunt in manifeſto.*

27 Se liberabunt, &c. *ex quo patet eorum impotentia. ideo ſubditur.*

28 Quibus iniqui. *i. fures & latrones.*

29 Fortiores ſunt. *furãdo & expoliãdo idola, & ideo ſubditur*

30 Aurum argentum & veſti. &c. *Conſequenter oſtendit, quòd creaturæ, quæ nõ reputantur dij, ſunt melioris cõditionis, cũ dicitur.*

31 Itaque melius, &c. *per effectum in ſubditis ſuis.*

32 Aut vas in domo vtile. *ad aliquod opus, vt patella, cyphus & huiuſmodi.*

33 In quo gloriabitur qui, &c. *habens inde aliquam vtilitatẽ*

34 Vel oſtium, &c. *in quiete vel in ſomno, quia tunc clauſum eſt ad tuendum quieſcentes.*

35 Sol quidẽ & luna, &c. *ſuo ſplendore ſunt hominibus vtilia.*

36 Et emiſſa. *à Deo.*

37 Ad vtilitates, &c. *quia ſuos curſus ſecundum ordinationem Dei perficiunt, & vtilitates hominibus inde proueniunt.*

38 Idipſum autem, &c. *id eſt ventus.*

39 In omni regione ſpirat. *id eſt, perflat.*

40 Et nubes, &c. *ſimiliter perficiunt curſum ſuum, per aerem ſecundum Dei ordinationem.*

41 Ignis etiam miſſus deſuper. *in impreſſionibus ligneis, ſcilicet, in idolis ſubdeſcendit & in fulgure.*

42 Facit quod præceptum eſt ei. *quia totum procedit ex ordinatione Dei.*

43 Hæc autem, *ſcilicet idola.*

44 Neque ſpeciebus, *id eſt, formis viſibilibus.*

45 Neque virtutibus. *ad aliquid agendum.* Vni eorum ſimilia ſunt. *ideo concluditur:* Vnde neque æſtimandum eſt, &c.

* 1 Quando

A ſimilia ſunt. Vnde neq; æſtimandū eſt, neque
dicendum eſt illos eſſe deos: quando non poſ 1
ſunt neq; iudicium iudicare, neq; quicquam 2
facere hominibus. Scientes itaque, quia non 3
ſunt dij, ne ergo timueritis eos. Neque enim 4
regibus maledicent, neque benedicent. Signa 5 6
etiam in cœlo gentibus nō oſtendent, neque 7
vt ſol lucebunt, neque illuminabunt vt luna. 8
Beſtiæ meliores ſunt illis, quæ poſſunt fugere 9 10
ſub tectum, ac prodeſſe ſibi. Nullo itaque mo
do nobis eſt manifeſtū, quia ſunt dij: propter
quod ne timeatis eos. Nam ſicut in cucume- 11

12 rario formido †nihil cuſtodit, ita ſunt dij illo- D
13 rum lignei & argentei & inaurati. Eodē mo-
do & in horto ſpina alba ſupra quam omnis
14 auis ſedet. Similiter & mortuo proiecto in te-
15 nebris, ſimiles ſunt dij illorum lignei & inau
16 rati & inargentati. A purpura quoque &
17 † marmore, quæ ſupra illud teneant, ſcietis
18 19 itaque quia non ſunt dij. Ipſi etiam poſtre-
20 mò comeduntur, et erit opprobrium in re-
21 22 gione. Melior eſt homo †iuſtus, qui non ha-
23 bet ſimulachra: nam erit longè ab oppro-
brijs.

† id eſt ſtatua ad de redendas aues.
† muricē.
† iniuſtus.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quando nō poſſunt neq; iudiciū iudicare. *diſcernēdo.*
2 Neque quicquam facere. *inferendo vel ſententiando.*
3 Scientes itaque, quia non ſunt dij. *quia non apparet in eis virtus aliqua, nec per conſequens in aliquo ſunt timendi.*
4 Neque enim regibus. *Hic ponitur deductio nona, quæ accipitur ex defectu diuinæ proprietatis, cum dicitur:* Neque enim regibus maledicent. *ſcilicet, malis.*
5 Neque benedicent. *bonis quod eſt proprium Dei.*
6 Signa etiam in cœlo *vt ſtationem ſolis ſub Ioſue, & retroceſſionem eius Ezechiæ tempore.*
7 Gentibus non oſtendunt. *ſicut Deus legitur feciſſe. & nō ſolum deficiunt ab operibus Dei, ſed etiam creaturæ. ideo ſubditur.*
8 Neque vt ſol luce. *per diem.*
9 Neque illuminabunt vt luna. *per noctem: & non ſolū deficiunt ab operib. creaturę ſuperioris, ſed etiā inferioris, ideo ſubditur.*
10 Beſtiæ, &c. fug. ſub te. *propter imminens tempeſtatis periculum: quod non poſſunt facere dij gentium. ideo concluditur.* Nullo itaque modo.
11 Nam ſicut. *Hic ponitur deductio decima. & accipitur in comparatione idolorum rebus nullum habentibus effectum, cum dicitur.* Nam ſicut in cucumerario for. *Gallicè* eſpouuentail.
12 Nihil cuſtodit. *nam aues videntes quòd nullum habeat motum ſedent ſuper caput eius abſque timore, ita ſunt dij illorum nullā penitus habentes virtutem.*
13 Eodem modo & in horto ſpina al. *nihil facit ad cuſtodiam horti.*
14 Similiter & mortuo proiecto in tenebris. *i. inhumato.*
15 Similes ſunt dij illorum. *quia nihil plus poſſunt quam corpus mortuum in terra ſepultum.*
16 A purpura quoque. *qua induuntur idola.*
17 Et marmore. *ſcilicet, ſimili illi vnde fiunt idola. ex eodē enim marmore aliquando de vna parte fit idolum, & de alia ſternitur platea propter lutum euitandum.* E
18 Quę ſupra illos teneant. *ſupple non apparet, ideſt, non apparet aliqua ratio, quare idola ſint ſuperiora vel melioris conditionis quàm purpurá, qua veſtiuntur, vel marmor vnde formantur. ex quo concluditur.* Scietis vtique, quia non ſunt dij.
19 Ipſi etiam. *ſcilicet, dij idololatrarum.*
20 Poſtremo comeduntur. *Quod dupliciter intelligitur. vno modo quia à latronibus, ſeu raptoribus venduntur, & ſic pretium eorum comeditur. Alio modo quia poſt longam durationem à vermibus corroduntur, ſi ſint lignea, & à rubigine conſumuntur, ſi ſint metallica, & ab hoſtibus confringuntur ſi lapidea.*
21 Et erunt in opprobrium. *colentibus ipſa. Concludit ergo.*
22 Melior eſt igit̄ homo iu. *quā colentes idola. Et ſubditur rō.*
23 Nā erit longè ab opprobrijs. *quæ ſunt inferēda idololatris. Et minus dicendo ſignificat maius. nā homo iuſtus nō ſolū debet eſſe longè ab opprobrijs, ſed etiam honorabilis coram Deo, & angelis, qui in trinitate perfecta viuit & regnat in ſecula ſeculorū. Amen.*

## PROLOGVS S. HIERONYMI *in Ezechielem Prophetam.*

C EZechiel propheta cū Ioachim rege Iuda captiuus ductus eſt in Babylonem, ibiq; eis, qui cum eo captiui fuerant, prophetauit pęnitentibus, quòd ad Ieremiæ vaticiniū ſe vltrò aduerſarijs tradidiſſent: & viderent adhuc vrbē Ieruſolymam ſtare, & quam ille caſuram eſſe prædixerat. Triceſimo autē ætatis ſuæ anno, & captiuitatis quinto exorſus eſt ad concaptiuos loqui. Et eodem tempore, licet poſterior, hic in Chaldæa, Ieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec ſatis diſertus, nec admodum ruſticus eſt, ſed ex vtroq; mediè temperatus. Sacerdos & ipſe fuit ſicut Ieremias, principia voluminis & finem magnis habens obſcuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multum diſtat ab Hebraico. Vnde ſatis miror quid cauſę extiterit, vt ſi eoſdem in vniuerſis libris habemus interpretes, in alijs eadem, in alijs diuerſa tranſtulerint. Legite igitur & hunc iuxta tranſlationem noſtram, quoniam per cola ſcriptus & commata, manifeſtiorem legentibus ſenſum tribuit. Si autem amici mei, & hunc ſubſannauerint: dicite eis, ꝙ nemo eos compellat, vt ſcribant. Sed vereor ne illud eis eueniat, quod Græcè ſignificantius dicitur, vt vocentur, phagolœdori, hoc eſt manducantes ſannas. F

### *Lyrani Præfatio in Ezechielem.*

APerti ſunt cœli, & vidi viſiones Dei. *Ezechielis 1.a. In verbo propoſito ab Ezechiele dicto poſſūt notari quatuor cauſæ libri Ezechielis prophetæ in quem præ manibus habemus, ſcilicet, efficiens, formalis, materialis, & finalis. Efficiens vero cauſa duplex eſt, ſcilicet, principalis & inſtrumentalis. Principalis verò eſt ipſe Spiritusſanctus reſerans myſteria in hoc libro deſcripta, qui deſignatur cum dicitur.* Aperti ſunt cęli, *ideſt, ſecreta cæleſtia, ſeu diuina per ſpiritum ſanctum. propter quod dicitur Apoc. 3.b.* Hæc dicit qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, *quia ſpiritusſancti operationem nullus poteſt impedire. Cauſa verò efficiens inſtrumentalis eſt ipſe Ezechiel propheta, qui Spiritusſancto reſerante vidit contenta in hoc libro, & fideliter conſcripſit, ſecundum quod ſcribitur Apoc. 1.a.* Quod vides, ſcribe in libro & mitte ſeptem eccleſijs, *ideſt, vniuerſitati fidelium, ad quorum inſtructionem ſunt deſtinata ea, quæ ſunt in hoc libro deſcripta.*

Cauſa formalis.

*Circa cauſam formalem ſciendum eſt, quod duplex eſt forma libri, ſcilicet, forma tractatus, & forma tractandi. Forma tractatus eſt diuiſio libri in partes & capita, de qua videbitur ad literam accedendo. Forma verò tractandi, idem eſt, quod modus agendi, qui in hoc libro non eſt per rationem diſquiſitiuus, ſed propheticus. Et ideo notatur cùm dicitur:* Viſiones. *In hoc enim libro plures viſiones propheticæ continentur, vt patebit proſequendo: de quo poteſt exponi, quod dicitur Oſeæ 12.c.* Ego viſionem multiplicaui, & in manu prophetarū aſſimilatus ſum. *Et per manus hic intelliguntur opera, q̄ prophetæ ſancti aliquādo ꝑpetrabāt.*

## NICOLAVS DE LYRA.

A *verbis, & aliquando ſenſibilibus factis, ſicut dictum eſt in libro Iere miæ: quod ipſe captiuationem populi frequenter prænuntiauit verbis, & aliquando factis, ſcilicet, portando catenas ligneas in collo ſuo. Et ſimiliter Ezechiel, qui multas viſiones propheticas habuit, aliquando eas explicauit verbis, & aliquando ſenſibilibus factis, vt patebit infra proſequendo Deo concedente.*

*Cauſæ verò materialis & finalis tanguntur cum dicitur, Dei. Et quantum pertinet ad cauſam materialem ſiue ſubiectiuam. Sciendũ, ꝙ ſicut in naturali ſcientia, corpus mobile eſt ſubiectum ſub ratione abſoluta, & in libris partialib. ſub ratione contractu, vt in libro cæli & mundi, corpus mobile ad ſitum, & ſic de alijs: Sic in tota ſacra ſcriptura ſubiectum eſt ipſe Deus ſub ratione abſoluta. propter quod dicitur theologia, quaſi ſermo de Deo, & in libris partialib. ſub ratione contracta. Dicit autem Rab. Sal. quòd oẽs prophetæ non ſunt locuti niſi ad dies Meſſiæ: Ideſt, prænuntiando tempora & myſteria Chriſti, quia Chriſtus apud nos idem ſignificat quod Meſſias apud Hebræos. Chriſtus autẽ eſt nomen diuini ſuppoſiti, habentis diuinam naturam & humanam. Et ſcd̃m hoc Deus humanandus eſt ſubiectum*
B *generaliter in libris prophetalibus, & ſub ratione magis contrahente in libris ſingularibus, ſicut in lib. de Anima, qui eſt pars naturalis philoſophiæ, corpus mobile animatum, eſt ſubiectum: et ſub rationib. adhuc magis contrahentib. in libris ſequentib. ad ipſum, vt corpus mobile animatum aĩa vegetatiua in libro de vegetabilibus & plantis. Et corpus mobile animatum reſpirãs in lib. de reſpiratione. De ratione verò contrahente ad hunc librum illud quod eſt generale omnib. prophetis. Videtur mihi, quòd probabiliter poteſt dici, quòd hæc eſt ratio præſidentiæ creaturis, ita quòd Deus humanandus ſub rõne præſidentiæ. Vel vt præſidens creaturis eſt ſubiectum in hoc libro, ſicut plenius videbitur proſequendo. Iſta tamen præſidentia aliter conuenit ei ſcd̃m humanam naturam & diuinam, quia ſecundum diuinã competit ſibi a principio creaturæ. ſcd̃m humanã verò a principio ſuæ incarnationis, autoritatiuè tamen, ſed executiuè conuenit ei a tempore ſuæ glorioſæ reſurrectionis, propter quod tunc dixit Math. vlt. d.* Data eſt mihi oĩs poteſtas in cœlo & in terra. *Sic ergo cauſa materialis vel ſubiectiua huius libri eſt Deus ſub ratione prædicta, propter quod dicitur infra 40. a.* Facta eſt ſuper mè manus domini, & adduxit me illuc in viſionibus Dei.

*Circa cauſam finalem ſciendum, ꝙ Deus eſt principiũ & finis omnium, ſecundum quod dicitur Apoc. 1. b.* Ego ſum α & ω, principium & finis. *Et hoc loquendo de fine extrinſeco ſeu obiectiuo. Finis autẽ intrinſecus ſeu ſubiectiuus intellectualis naturæ duplex eſt. Vnus eſt propinquus ſ. cognitio Dei, & potiſſimè habita via ſupernaturali, cum ænigmate tamẽ, & vt habet dilectionem adiunctam. Et hic eſt finis propinquus huius libri, qui ſcriptus eſt ad habendum notitiam & dilectionem Dei in præſenti. De qua dicitur Sap. 13. a.* Vani ſunt oẽs homines, in quib. non ſubeſt ſcientia Dei. *Vanum aũt dicitur illud quod non attingit finem debitum, ſicut medicina dicitur vana, quæ non inducit ſanitatem ad quam eſt ordinata. Oẽs aũt homines inquantum ſunt facti ad imaginem Dei, ad beatitudinem ſupernaturalẽ ſunt finaliter ordinati, ad quam non poſſunt attingere ſine iſta ſcientia, quæ eſt illius beatitudinis oſtenſiua. Ad finẽ .n. totaliter incognitum nullus poteſt dirigere actus ſuos: pp quod meritò dicuntur vani hoĩes carentes ſcientia Dei. Alius verò finis intellectualis naturæ eſt remotus, ſ. viſio Dei clara prout hẽt actualem fruitionẽ perfectam. Et hic eſt finis remotus huius libri, ſicut & totius ſacræ ſcripturæ. De quo fine dicit Saluator. Ioa. 17. a.* Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deũ verũ, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. *Ad quam vitam nos perducat, qui cum patre & Spirituſſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorũ, Amen.*

## *Introductiones in librum Ezechielis prophetæ.*

Homil. 1. in Ezechielem. ORigenes. Non omnis captiuus propter peccatum ſuum captiuus. Populus pro peccato traditur Nabuchodonoſor, in Babylonẽ ducitur: & prophetæ cũ eis & viri ſancti, vt in eis captiui cõſolationem & admonitionem haberent, & correcti quãque in patriã redirent: aliter .n. nõ penitērent. Excruciat Deus ñocentes, ſed vt pater tormentis clementiã miſcet. In Aegyptijs quoque hoc attende: voluit eos punire, ſed iram
Geneſ. 39. a ſuã tẽperauit. Vnde Ioſeph in Aegyptũ deſcendit, Pharao ſomniũ vidit, & multa huiuſmodi præmiſit. vt prouide-
C rent ſibi. Amat nos Deus etiã iratus. Sed paruuli non pñt
Ibi. 41. a. cũ emolumento ſcire, ꝙ amentur à patre. vnde: *Quam ma-*
Pſal. 30. c *gna multitudo dulcedinis tuæ domine, quã abſcõdiſti timentibus te.* Non amantibus. Cũ ergo audieris de populi captiuitate, crede quidem ſcd̃m fidem hiſtoriæ, ſed in ſignificationem rei alterius præceſſiſſe. Tu .n. qui fidelis vocaris, qui in Ieruſalem cõmoraris, ſi peccaueris, Nabuchodonoſor .i. diabolo traditus in Babylonẽ .i. in cõfuſionẽ duceris. Si penitentiã egeris, mittetur tibi. Eſdras .i. adiutor. ſ. verbũ iuuãs qui te reducat & Ieruſalẽ ædificare faciat: In Adã .n. oẽs
1. Cor. 15. c moriuntur, in Chriſto oẽs viuificantur. Fuit aũt Adã in
Geneſ. 3. paradiſo, ſed ſerpens captiuauit eũ, & de paradiſo eiecit, & venit in locũ lachrymarũ. Serpens hoſtis contrarius veritati, nõ tñ à principio, neq; ſtatim ſupra pectus & vẽtrẽ ſuũ ambulauit. Sicut Adã & Eua non ſtatim peccauẽrũt, ita & ſerpens aliqñ nõ ſerpens, cũ in paradiſo deliciarum
Sap. 1. d moraret. *Deus quippe mortẽ non fecit,* neq; malitiã operatus eſt, liberũ arbitriũ & homini & angelo ad vniuerſa pmiſit. Alij ergo p arbitrij libertatẽ ad bonorũ aſcenderunt ſummitatẽ, alij in malitiæ pfundũ corruerũt. Melius aũt fuit vnũquẽq; derelictũ proprio arbitrio niti laborare & per bona opera eſſe ſibi cãm ſalutis, quã dormientem, & otioſum in terrena proſperitate quieſcere. Ezechiel filius hominis figura Chriſti, qui pdicat captiuis remiſſionem.

Greg. Prophetiæ tempora tria ſunt, præteritũ, præſens
Homil. 1 in Ezechielem. Tria prophetiæ tempora. & futurũ. Sed in duobus prophetia etymologiã perdit, quæ prophetia dicta, ꝙ futura prædicat, cũ de præterito vel de præſenti agit nominis ſui rõnem amittit, quia ea
Iſa. 7 c dñr, quæ præterita vel præſentia ſunt. Prophetia de futu-
Gene. 1. a ro. *Ecce virgo concipiet, & pariet filiũ.* De præterito. *In principio creauit Deus cœlũ & terrã.* De præſenti qua Paulus dicit: *Si aũt oẽs prophetent intret aũt quis infidelis, aut idiota, &c.* vſq;
1. Cor. 14. c ad hoc occulta cordis eius manifeſta fiunt: in quo notantur præſentia prophetari. Vnde animaduertitur: quia ppheta dr̃, non quia prædicit futura, ſed quia prodit occulta. Rẽ quippe ſicut in futuro ab oculis noſtris ſubtrahũt tpa, ita in præſenti ſubtrahit cauſa. Præſens .n. cogitatio abſconditur in latenti corde. Aliqñ aũt res per abſentem tegitur locũ, q̃ nudatur per ſpiritum, & ibi eſt præſens prophetantis animus, vbi nõ eſt corpus, Vñ ad Giezi Eliſeus. *Nõne cor meũ erat in pſenti, quãdo reuerſus eſt hõ in occurſũ tibi?*

Sciendum quoque, quia prophetiæ tempora inuicem ſibi concinunt ad probationẽ, vt ex futuris præterita, et præteritis futura probentur. Cũ .n. de præterito dixiſſet Moyſes: *In principio creauit Deus cœlum & terram.* De futuro quoque in fine libri in perſona Iacob permiſcuit, dicens: *Non auferetur ſceptrũ de Iuda, &c.* Qui etiã per ſemetipſum ait: Prophetam ſuſcitauit vobis dñs Deus veſter de fratribus veſtris: tanquã meipſum audietis. Vt dũ implerētur quæ futura prædixit, de præterito vera dixiſſe crederetur. Ex præterito quoque futura probantur. Vnde rex Babylonis a magis & ariolis ſuis non ſolũ interpretationem ſomnij, ſed etiã ipſum ſomniũ quæſiuit ſ. vt ex præterito colligeret, quid certũ de futuro teneret. Daniel aũt vtrũque dixit, & ex præteritis quàm vera de futuro diceret, oſtendit. Prophetia aũt præſentis nec futuri atteſtatione indiget, nec præteriti. De modis quoq; & qualitatib. prophetiæ diſſeramus. Spiritus quippe pphetiæ nec ſemper nec eodẽ modo animum prophetæ tangit. Aliqñ ex præſenti tangit, & nõ ex futuro, aliqñ ex futuro & nõ ex præſenti: aliqñ ex præſenti & ex futuro: aliqñ ex præterito, præſenti, & futuro: aliqñ ex præterito, & non ex futuro: aliqñ ex futuro, & non ex præterito: aliqñ in præſenti ex parte tangit, & ex parte non tangit: & in futuro ſimiliter, ex præſenti tangit, & non ex futuro Vnde Ioann. venientẽ dñm videns, ait: *Ecce agnus Dei, &c.* Sed cũ moriturus eſſet, miſis diſcipulis requiſiuit dicẽs: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus.* In quibus verbis oſtenditur, quia dñm venire nouerat, ſed an per ſemetipſum ad aperiẽda inferni claustra deſcenderet, dubitabat. Aliqñ verò ex futuro tangit & non ex præſenti. Vnde Iſaac, quæ filio ſuo Iacob longè poſt futura erant nuntiauit, quis aũt eſſet, ſcire nõ potuit. Aliqñ ex præſenti pariter & futuro. Vnde Iacob, qui caligantibus oculis nepotes dignoſcere nõ poterat, quis maior eſſet, quiſve minor, ductis in obliquũ brachijs dexterã minori, ſiniſtrã maiori impoſuit. vnde poſt ait: *Scio fili mi, &c. Et iſte quidẽ erit in populo, &c.* Sic prophetæ Abiæ animũ ex præſenti pariter & futuro prophetiæ ſpiritus tetigerat cũ caligantib. oculis eã, quæ ſe eſſe aliã ſimulabat vxorẽ Ieroboam eſſe cognouit, & quod futurum ei eſſet aperuit dicens: *Ingredere vxor Ieroboam, quare te eſſe aliã ſimulas? &c.* Aliqñ aũt ex præterito & præſenti & futuro, ſicut Eliſabeth ad ſe venire Mariã conſpiciens, ꝙ incarnatum verbũ in vtero geſtaret agnouit, eamque dñi ſui matrem vocauit dicens: *Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me?* de cuius cõceptione per angelũ ad Ioſeph dr̃: *Quod ex ea natũ eſt, de ſpirituſancto eſt.* Qui. ſ. Elizabeth dicit. *Beata q̃ credidiſti quoniã perficiētur ea, quæ dicta ſunt tibi à domino.* apertè oſtendit, quia quæ angelus ad Mariam dixerat ſpiritum agnouit, & quæ in futuro ſequerētur præuidit.

Aliquan

A liquando ex præterito tangit,& non ex futuro. Vnde Paulus. *Secundum reuelationem notum mihi factum eſt ſacramentum.* Qui tamen hoc ipſum euangelium prædicaturus,cũ aſcenderet Ieruſalem,ait. *Ecce ego alligatus ſpiritu vado in Ieruſalem,quæ in ea ſutura mihi ſunt ignorans.* Hoc.n.euangelij ſacramentum eſt, quia vnigenitus patris incarnatus eſt, perfectus homo factus eſt,crucifixus,mortuus, & ſepultus,die tertia reſurrexit,die quadrageſima in cęlum aſcẽdit,& ſedet in dexteram patris. Euangelium itaq; cognouit,ſed ꝙ pro eo paſſurus eſſet,ignorauit. Vnde ait. *Niſi quia Spiritusſanctus per omnes ciuitates proteſtatur mihi, dicens, quoniam vincula & tribulationes me manent.* Vbi apertè oſtẽditur,ꝙ ea,quæ ipſi futura eſſent vel erant,alij reuelata eſſet,non autem ipſi. Vnde ait Agabus. *Virũ cuius zona hęc eſt,ita alligari oportet in Ieruſalem.* Aliquando ex futuro tangit ſpiritus & non ex præterito, ſicut ei cui de manubrio excuſſum ferrum ceciderat inquit Eliſæus *Vbi cecidit?* Et monſtrato loco immiſit lignum & natauit ferrũ. Aliqñ verò in præſenti ex parte tangit,& ex parte nõ tãgit. Vñ miſſi a Cornelio milites,Petro ſunt p ſpiritũ nuntiati,qa ſpiritus dixit ei. *Ecce tres viri quærunt te.* Ad quos deſcendens ait. *Quæ cauſa eſt,propter quam veniſtis?* Vnde aperitur, quia cauſam a ſpiritu non audierat. Aliquando in futuro ex parte tangit,& ex parte non tãgit. Sicut filij prophetarũ de auferendo Eliam ad Eliſeum,dicunt. *Nunquid noſti quod hodie tollat dominus dominum tuum a te?* Quo tamen ablato in rupibus & vallibus quærentes cũ ſe diſpergunt. Sciebant.n.quod tolli poſſet, ſed neſciebant quod inueniri non poſſet. Vnde idem Eliſeus dixit regi Iſrael. *Percute iaculo terram. Et cum percuſſiſſet tribus vicibus & ſtetiſſet iratus contra eum.*ait. *Si percuſſiſſet quinquies,aut ſexies ſiue ſepties, & percuſſiſſes Syriam vſque ad conſummationem nunc autem tribus vicibus percuties eam.* Nouerat.n.quia toties percuteret Syriam,quoties terram. ſed non quoties percuteret terram. Samuel vngendum nouerat Dauid,ſed tamẽ dicebat *audiet Saul & interficiet me.* Dauid quidem vnxit, & occiſus non eſt,&c.

Sciendum quoque quod alij prophetæ ex proximo tãguntur,& non ex longinquo: alij ex longinquo, & non ex proximo: alij ex vtroque. Non de longinquo, ſed de proximo Samuel tactus aſinas inuentas nũtiabat, Saulẽ regem prædixit futurum,quod Dauid ei ſuccedat,prædixit. Sed quod pater æterni regis futurus ſit,non prædicit. Quidam autem de longinquo & non de proximo tangũtur prophetiæ ſpiritu, ſicut Dauid incarnandum de Iudæa verbum Dei nouerat,dicens. *Homo factus eſt in ea,& ipſe fundauit eam altiſſimus.* tamen multa è vicino non intellexit,ſicut ſeruum Miphiboſeth ſibi contra dominum ſuũ mentientem Et Amaſæ promittens,ait. *Hæc faciat mihi dominus & hæc addat, ſi non magiſter militiæ fueris coram me omni tempore pro Ioab.* Quid ſequeretur ignorans. Amaſa.n.nec C princeps militiæ fuit,& pro Ioab vitam finiuit. Et cum templum Deo conſtruere voluit,prophetam alium conſuluit. Quidam verò & ex longinquo tanguntur, & ex proximo:vt Iſaias,longè.n.poſt futura prænuntiat. *Ecce virgo concipiet,&c.* Et alibi. *Paruulus.n.natus eſt nobis,&c.* Idem e vicino ſpiritu prophetiæ de Ezechia rege ait, quod de infirmitate ſua ſurgeret,& quot annis poſtea viueret. Aliquando prophetiæ ſpiritus prophetis deeſt, quatenus cũ hunc non habent, agnoſcant ſe ex dono habere cum habent. Vnde Eliſeus cum flentem Sunamitem a pedibus ſuis per Gieri auelli prohibere,dixit. *Dimitte illam: anima eius in amaritudine eſt, & dominus celauit a me, & non indicauit mihi.* Sic quoq; cum Ioſaphat eum de futuris requireret, prophetiæ ſpiritus ei deeſſet,pſaltem fecit applicari,vt ad ſeper laudem pſalmodiæ deſcenderet,& ſe de venturis repleret. Cum.n.vox pſalmodiæ per intentionem cordis agitur, per hanc omnipotenti Deo ad cor iter præparatur, vt intentæ menti vel prophetiæ myſteria vel compunctionis gratiam infundat. Vnde. *Sacrificium laudis honorificabit me,&c.* Et alibi. *Cantate domino,pſalmum dicite nomini eius,&c.* Quia aũt prophetiæ ſpiritus non ſemper adeſt, propheta vir Dei indicat qui contra Samariam miſſus, mala quæ ventura erant nuntiauit. Sed prohibitus a dño in via comedere, falſi ꝓphetæ perſuaſione deceptus eſt. Quem fallax ſermo non decepiſſet, ſi ſpiritum præſentem habuiſſet.

Sciendum quoq; eſt, ꝙ prophetæ ex magno vſu prophetandi quædam ex ſuo ſpiritu proferunt:& ſe ex Spirituſancto proferre ſuſpicantur. Sed quia ſancti ſunt per ſpiritum citius correcti, & ab eo,quæ vera ſunt audiunt, & ſemetipſos qui falſa dixerunt,reprehendunt. Nathan.n.vir ſanctus, Dauid regem apertè de culpa reprehẽdit, & quæ ei ventura eſſent nuntiauit,& de templo ædificãdo requiſitus,ait. *Omne quod eſt in corde tuo vade & fac, quia dominus tecum eſt.* Sed poſtea audiuit a domino. *vade,loquere ad ſeruum meum Dauid. Hæc dicit dominus Deus. Nunquid tu ædificabis mihi domum,&c.*

D — 2.Reg 12.a. — 2.Reg.7.

Inter prophetas veros & falſos hæc eſt differentia. Veri ſi aliquando per ſpiritum ſuum dicunt, per Spiritumſanctum eruditi, ab auditorum mentibus citius euellũt. Falſi in ſua falſitate perdurant.

Ibidem — Differẽtia inter veros, & falſos proph.

Notandum autem, quomodo dominus ad profectũ hominum iræ ſuæ moderamina diſpẽſat. Iſraeliticus populus conditori ſuo deliquerat, ideo in captiuitate regi Babylonio ſeruiebat, cum quo Ezechiel propheta in captiuitatem mittitur, quem diuina gratia ita ſibi placabilem reddidit, vt per eum ventura prædicaret, & afflictis conſolationem daret. Conſideremus ergo ſi poſſumus, quanta eſt diſpenſatio ſupernæ pietatis. Sic iratus eſt dominus populo ſuo, vt non omnino iraſceretur: ideo in captiuitatem populum tradidit, ſed quia non omnino electos ſuos cum illo miſit,vt ex vna eademque re,& carnalibus daret purgationis flagellum & ſpiritualib.virtutis incrementum,& ſic iniuſtis iraſceretur,vt per os iuſtorum conſortium conſolaretur, ne ſi omnino deſereret, nullus poſt culpam ad veniam rediret. Sic quoque populo cui propter deſperationem iratus fuerat per Moyſen dicit. *Nolite aſcendere neque pugnetis,non.n.ſum vobiſcum, ne cadatis coram inimicis veſtris.* E O ineffabilia diuinæ pietatis viſcera,cum eis non erat, vt vincerent: & cum eis erat ne perirent. Sic paruulo delinquenti irata mater, ſi in præces ire reſpexerit,accurrit,manum tendit,iræ oblita,pietate plena.

Gregorius. Vſus propheticæ locutionis eſt,vt prius perſonam tempus locumque deſcribat,vt ad veritatem ſolidius oſtendendam ante radicem hiſtoriæ figat, & poſt fructus ſpiritus per ſigna & allegoriam proferat. Hoc facit Ezechiel,dicens. *Et factum eſt in anno triceſimo.*

Prędicationis miniſterium à qualibus, & quando ſubeundem eſt.

Sciendum autem, ꝙ viſioni intimę verba,quę protulit copulauit,ſic incipiens. *Et factum eſt.* ſubiungit.n.quod exterius loqui inchoat,ac ſi illud foris ſit, quod intus videbat. Idem in trigeſimo anno: quia ſermo doctrinę non ſuppetit niſi in ętate perfecta. Vnde & ſaluator in duodecimo anno in templo interrogat,non docet,vt non præſumant homines in infirma ætate prædicare. Diſcit in terra,qui ſemper angelos docet in cœlo. Vnde Moyſes. *Non arabis in primogenito bouis*.i. in bona operatione primæ ætatis, non præſumas offitium prędicationis, nec vomere nouellæ linguæ proſcindere terram alieni cordis. Ieremias tamen & Daniel prophetiæ ſpiritum pueri acceperunt: ſed miracula ad exemplum operationis trahenda non ſunt. Aliud.n.eſt quod doctrinæ vſu & diſciplina diſcimus,aliud eſt quod de miraculo ſcimus. Idem: Iuxta fluuium Chobar,&c. Ezechiel.i. fortitudo Dei .ſ. filius, qui virtus & ſapientia Dei Et filius Buzi.i. de populo Iudæorum pro peccato contempto, natus venit iuxta fluuium Chobar. Incarnatus.n. peccatoribus propinquare dignatus eſt,qui iniquitate grauati ad cœleſtia non peterant ſubleuari. Chobar namque graue interpretatur. Genus verò humanum & graue eſt per iniquitatem & fluit per mutabilitatem. In terra Chaldæorum qui captiuantes, vel quaſi dæmones: peccatores autem quaſi dæmones,& ſe & alios captiuant,cum natura homines & rationabiles eſſe debeant.

Deut.22.b. — F

Hieronymus. Ezechielis difficultatem Hebręorum monſtrat traditio. Niſi.n.quis apud eos ſacerdotalis miniſterij,etatem.i.triginta annos impleuerit,nec principia Geneſeos, nec Cantica canticorum, nec exordium Ezechielis vel finem legere permittitur, vt ad plenam ſcientiam & myſticos intellectus, plenum humanæ naturæ tempus accedat.

Hebræorum traditio quib. & quæ legere congruat

*Incipit Ezechiel propheta.*

CAPVT I.

¶Tempus.

1 ET factum eſt in trigeſimo

a ¶Subaudi menſe pendente ſententia, quod IX ¶.addidere, vt manifeſtius fieret. b ¶Subaudi, ſic.

anno in quarto, & quinta

¶Locus.

menſis, cùm eſſem in me- 2

a ¶Vnde. Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur tu . Tanquam Lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum Sion.

dio captiuorum iuxta † fluuium Chobar,

CAPVT I.

A ET factum eſt &c. Hiero. In trigeſimo anno non ætatis prophetæ, vt putant, nec iubilei qui eſt annus remiſſionis, ſed a uigeſimoſecũdo anno Ioſiæ regis Iuda, quando inuentus eſt liber Deut. in templo

1.Paral.34. vſq; ad quintum captiuitatis annum Ioachim cognomento Iechoniæ, qui cum matre ductus eſt in Babylonem, & cum Daniele & tribus pueris, & Ezechiel, quæ eſt tribus Iudæ prima captiuitas, quando a ſtillauit ira Dei ſuper Ieruſalē.

* Theod. Cum conſideraſſem ſeptuaginta annis Deum, Iudæ captiuitatem definiſſe, & quadraginta annos ipſis ſeptuaginta deeſſe, cognoui pro b phetam captiuitatis tempus 30. annum eſſe dixiſſe, & retrò numerans comperio non ante 30. annos ſed antè 13. captiuitatem fuiſſe. Bonus enim Deus a ſua ſententia non a rerum euentu, diſciplinę tēpus numerare conſueuit. Ita erga Abraham fecit, cui nō

B dixiſſet. *Peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua. & ſubijcient*

Geneſ. 15 *eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis*, non permiſit eos hoc tempus degere apud Aegyptios, verum a ſententia ſua quadraginta annos enumerat. Et Noe item cum ad pœnitentiam centum viginti annos præfiniſſet, conſpecto iniquitatis incremento, haud expectauit ſententiæ finem, vt peccati progreſſionem comprimeret. Ita hic quoque comperimus triginta annorum numerum, ſi a Dei ſententia numerandi initium fecerimus. Condemnauit autem Iudæos Deus captiuitate & ſeruitute, 18. anno Ioſiæ regni. Nam cum Chalcias princeps ſacerdotum, defoſſam comperiſſet Moſaicam legem, tantum n. Iudæorum iniquitas ſuſceperat incrementi, vt omnia diuina obliuioni tradita eſſent deinde eam rex legiſſet, animaduertiſſetq; ea, quæ populus auderet, apertè legi contraria, & idcirco haud mediocri terrore affectus, ſacerdotum principem iuſſiſſet operam dare, vt Deus placaretur, confert ſe princeps ſacerdotū, ad Aldan vatē piam mulierē, quæq; diuinas leges obſeruaret: quę diuino inſtructu ꝯcitata, diuiniq; ſpiritus plena dixit ad eū. *Hæc dicit dñs Deus*

C *Iſrael vire, qui miſit vos ad me, ecce ego adduco mala ſuper locum iſtum, &c.* Hæc aūt geſta ſunt, vt dictum eſt, anno 18. Ioſiæ regni, qui vnum & 30 regnauit annos. Ab 18. igitur vſq; ad 31. anni interſunt 14 Poſt hunc regnauit Ioacham menſes 3. qui cum his annis coniungendi ſunt, propterea q̃ octauo mēſe 18. anni, hoc dictum eſt a propheta oraculū. Deinde coniunctis cum prioribus 11. Ioachim annis, 25. comperiemus. Tres verò Iechoniæ menſes, & dies rurſus paucos pro his menſibus, qui deerant 18. anno, computabimus, & ipſis 25. captiuitatis Iechoniæ, quinque additis, 30 annorum numerum deprehendemus.

Allego. Dominus in 30. anno ætatis ſuæ ad baptiſmum peruenit in 4. menſe.i. Ianuario.ſ. anni principio ſm Romanos. Hebræi vero Niſan .i. Aprilem menſem nouorum primum faciunt, in quo paſcha celebrant. Græci Martium. Apud Orientales.n. poſt collectiones frugum & torcularia, quando decimæ offerebantur in templo October, erat primus, Ianuarius quartus. Quintam diem menſis addit, vt ſignificet baptiſmum in quo aperti ſunt Chriſto cœli: & Epiphaniorum dies ex hoc venerabilis eſt, non vt quidam putant, natalis in carne, tunc.n. abſconditus eſt, nunc apparuit. Quod huic tpi congruit, quod dictum eſt. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

Hiero. Figuratur Chriſtus, qui 30. anno natus venit ad baptiſmum, quæ in homine perfecta ætas eſt. Vnde in libro Numeri ſecundum Hebræos, non ſecundum Lxx. a vigeſimo quinto anno ętatis, ſed a trigeſimo incipiunt ſacerdotes in tabernaculo miniſtrare. In cuius ſignum pręceſſit Ioſeph in Aegypto, & eſurienti populo frumēta largiturus eſt. Et Ioannes ad fluenta Iordanis baptiſmū pœnitentię prędicauit.

b *Iuxta fluuium Chobar.* Hiero. Chobar proprium nomē fluminis. Vel quia graue, interpretatur Tigrim vel Euphratem: & omnia magna & grauiſſima flumina, quę in terra Chaldęorum eſſe perhibentur, ſignificatur.

a *Aperti*

Incipit poſtilla fratris Nicolai de Lyra ſuper Ezechielem.

CAP. I.

* 1 ET factum eſt. *Hic conſequenter accedendum eſt ad formam tractatus, quæ eſt diuiſio libri: qui in duas partes diuiditur .ſ. in prœmium & tractatum, qui incipit ibi.* Et vidi *In prœmio verò primò ponitur tempus reuelationis factæ Ezechieli prophetæ, cũ dicitur.* Et factum eſt.*ſ. ætatis Ezechielis, vt dicit Hiero. in prologo. Hoc n. tempus eſt conueniens regimini & prædicationi, vnde & Ioſeph in trigeſimo ſuo anno factus eſt præpoſitus Aegypti, Geneſ. 41. Et Chriſtus baptizatus, Luc. 3. Et ex tunc Chriſtus cœpit prædicare in publico. Sed contra hoc videtur quædam gloſſa ſuper locum*

Diuiſio *iſtum, quæ dicit ſic. In anno trigeſimo non ætatis, &c. Et quod dicēdum, ꝙ illa glo. dicitur eſſe Hierony. & ideo non eſt abſolutè intelligenda, aliter contradiceret ſibi, quia dicit contrarium in prologo, vt allegatum eſt. Et ideo intelligenda eſt cum iſta ſuppletione. In trigeſimo anno non ætatis, ſupple tantummodo, ſed cum hoc in trigeſimo anno alterius enumerationis. Quæ autem ſit illa Hiero. proſequitur in illa glo. dicens: ꝙ incipit a decimooctauo anno Ioſiæ regis.*

*Ad cuius intellectum ſciendum, ꝙ Iudæi aliquando in libris, & chartis numerabant annos a iubileo immediate præcedente, & ſic non accipitur hic ſecundum Hiero. aliquando verò numerabant ab aliquo facto notabili emergenti, ſicut a fundatione templi per Salomonem & tranſmigratione Ioachim, vt habetur in hoc prœmio, ipſe eſt annus quintus tranſmigrationis Ioachim. Anno autem Ioſiæ decimooctauo repertus fuit liber Deuteronomij in templo, vt habetur. 3. Reg. 4. in quo continentur maledictiones terribiles venturæ ſuper legis tranſgreſſores, & maximè per idololatriam. Quibus auditis Ioſias ſciens tranſgreſſiones prædeceſſorum ſuorum, ſcidit veſtimenta ſua præ horrore mali ſuper populum venturi, & quæſiuit conſilium ad placandum iram Dei, & ideo ab iſto facto notabili cœperunt anni prædicto modo numerari: a quo vſque ad quintum annum tranſmigrationis Ioachim in quo facta eſt reuelatio Ezechieli, vt in hoc prologo dicitur, fluxerunt anni triginta, ꝙ ſic patet. Ioſias regnauit annis 31. 4. Reg. 22. & ſic de regno eius poſt inuentionem libri prædicti remanent 13. anni. Item vndecimo de regno Ioachim filij eius 4. Reg. 23. Item ſex menſes in quibus regnauerunt Ioachaz & Ioachim 4. Reg. 23. & 24. qui ſex menſes cum parte 18. anni Ioſiæ remanente poſt inuentionem libri pro vno anno computantur. Item quinque de tranſmigratione Ioachim, qui ſimul iuncti faciunt annos 30. & idem annus fuit 30. ætatis Ezechielis & inuentionis libri Deuteronomij, & quintus tranſmigrationis Ioachim. Secundo notatur locus cùm dicitur.*

2 Cũ eſſem in me.c. iuxta fluuium Cho. *Et hic fluuius eſt in terra Chaldęorũ, vt poſteà ſubditur.* Ezech n. cum Ioachim trāſmigrauerat. *Dicunt aũt hic aliqui, ꝙ Chobar eſt nomen appellatiuum, vt ſit ſenſus.* Iuxta flu. Chobar.*i. iuxta fluuium grauem in magnitudine aquæ & eius impetu. Sed hoc dictum procedit ex ignorantia idiomatis Hebræi. Si. n. hoc eſſet verum, ſcriberetur per literam Daleth in fine, ſic Chobad. nunc autem in Hebræo ſcribitur per literam Res in fine, & iõ dicendum, ꝙ eſt nomen proprium tantum*

*MORALITER.*

† 1 *Et factum eſt, &c.* In iſta prima viſione Ezech. ſm ſenſum literalē per quatuor facies animaliũ ſignantur quatuor regna, q̃ ſucceſſiuè populũ Iudaicũ afflixerunt. ſ. Babyloniorũ, Perſarum, Græcorum, & Romanrum. Secundum ſenſum myſticũ per populũ Iudaicum, Chriſtianus populus figuratur, ſicut dr̃ 1. Cor. 10. c *Omnia in figura contingebant illis*, pp quod & nomen Iudaicum ſm rem trāſlatum eſt ad populum Chriſtianum, ſicut dicitur, Rom. 2 c. *Non enim, qui in manifeſto Iudæus, neque, quę in manifeſto in carne eſt circunciſio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circunciſio cordis in ſpiritu, non litera, cuius laus eſt non ex hominibus, ſed ex Deo.* Et ideo per quatuor regna prędicta & quatuor facies myſticè ſignantur quatuor hominum genera, quæ ſucceſſiuè populum catholicum afflixerunt. Primi fuerunt principes Iudęorum vt patet Act. octauo, & nono, & in pluribus alijs locis. Et ſignantur per faciem hominis, cò quòd habuerunt notitiam diuinę legis licet in eis obſcurata fuerit per rebellionem ad Chriſtū ſicut dicitur, Rom. 11. c. *Cæcitas ex parte contigit in Iſrael.* Secundi fuerunt Imperatores Roman. qui crudeliter & lõgo tempore perſecuti ſunt fidē Chriſti, ut patet ex mar

a ¶Secundum Originem oculis carnis. b ¶Non modo vnam, vnde: Ego viſiones multiplica bo, quas. ſ Ezechiel contexit. ¶Hoc quoque ad tempus.
a aperti † ſunt cœli, & vidi uiſiones Dei. In quinta men- 1
¶Non captiuitatis. 2
b ſis, ipſe eſt annus quintus tranſmigrationis Ioachim regis 3
¶Perſona. a ¶id eſt, roboratus a Deo, Chriſtus quoq; Dei virtus.
c Iuda, factum eſt verbum domini ad Ezechielem filium Bu 4
d a ¶Captiuantium, ſcilicet. b ¶In ſimilitudinem hominum factus. 5
e zi ſacerdotem in terra Chaldæorum, ſecus flumen Cho-
a ¶Per carnem, iam Deum hominem cognoſcit propheta. ¶Aliter non intelliguntur viſiones.
f b ¶Filius per quem omnia facta ſunt. 6
g bar. Et facta eſt ſuper eum ibi † manus domini. Et vidi 7

a *Aperti ſunt cœli.* Hieronymus. Non diuiſione firmamẽ A ſed fide credentis, cui reuelata ſunt ſecreta cœleſtia, ſicut in baptiſmo ſaluatoris, cum Spiritusſanctus in ſpecie columbæ deſcendit.

Theodoretus. *Aperti ſunt cœli,* non reipſa, ſed ſpiritali contemplatione. Et vidi, inquit, viſiones Dei, non eſſentiam Dei, ſed viſionem, reuelationẽ quandam & veluti expreſſam effigiem quæ ab humana natura comprehendi poſſet, & eã in medio captiuitatis, pius cum impijs, cum iuſtis iuſtus. Tanta domini benignitas eſt, vt peccatorum cauſa ſuos famulos ſupplicijs, & calamitatibus afficiat.

b *Tranſmigrationis.* Hieronymus. Non captiuitatis, quia ſponte ſe tradens ductus eſt in Babylonem: igitur Ioachim B Iechoniæ dicitur prima tranſmigratio. Sedechiæ verò ſecunda vel extrema captiuitas.

c *Factum eſt verbum domini.* Greg. Notandum, ꝙ Ezechiel modò ipſe de ſe, modò quaſi alius de ſe loquitur. Loquitur n. per eum ſpiritus, qui præſidet quaſi alius loquitur, ipſe quaſi pro ſe qui præſidenti paret. Vnde in Moyſe. *Et n. Moyſes mitiſſimus ſuper omnes homines.* hinc Ioannes ait *Vidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus.* Et Paulus. *An experimentum quęritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* Rectè er go quaſi de alio ait. *Facta eſt ſuper eum ibi ma. do.* & de ſe & illa. Et ecce ventus tur.

d *Buzi.* Hieronymus. i. ſpretus atq; contemptus, pater quoq; Chriſti ab omnibus contemnitur hæreticis, qui vetus non ſuſcipiunt teſtamentum.

Theodoretus. *Filium Buzi.* Duobus donis gloriatur, ſacerdotio & prophetia, vtraq; autẽ ſunt ſpiritus dona. D Et mentionem facit regionis & loci, vbi diuinam reuelationem conſpexit, multa per hæc ſignificans. Primum numen eiuſmodi eſſe quod non in ſolis Ieroſolymis poteſtatem haberet, neque ſolis Iudæis dominaretur, ſed omnium effector eſſet ac moderator. Ad aquas verò cũ hac viſione dignatur, omnium ſalutem præſignificans, & eã quæ futura eſt, per aquæ regenerationem, piorum Dei cognitionem declarans. Ita etiam Daniel propter aquas diuinas illas viſiones conſpexit, & Moyſes ad ripam proiectus, per aquam ſalutem eſt conſecutus, ita rurſus ipſi puteus & aqua nuptias conciliauit, quod etiam Iacob & Iſaac vſu euenit.

e *Chobar.* Hieronymus. Danieli quoque, qui & ipſe in Babylone erat iuxta fluuium futurorum ſacramenta pã E duntur ſuper aquas: imò in aquis puriſſimis, vt baptiſmi potentia monſtraretur. Paulus quoque cùm ab Anania in domino lotus eſt, tegentibus prius oculos ſquamis, Act. 9. e. caruit cæcitate. In Gene. quoque, quæ prima vixerent, de Gen. 1. b. aquis egreſſa ſunt.

f *Manus.* Hiero. i. fortitudo in qua Iſrael eductus eſt de Exo 8. e. Aegypto, cuius partem intelligunt magi Pharaonis, dicẽ Luc. 11. c. tes, *Dignitas Dei eſt.* Vnde. *Si ergo in di. Dei eii.* Pro quo in a- Matth. 12. c. lio euangelio. *Si ergo in ſpiritu Dei eiicio dæmonia.*

g *Et vidi.* Hiero. In conſolationem tranſmigrati populi reuelationem ſententiæ Dei prophetauit, & hanc viſionem, & templi dedicationem, in quorum expoſitione omnes Iudæi uniti ſunt ſuprà omnem hominem eſſe dicentes, nos magis ſuſpicari quam explanare poſſumus.

☞ a *Et*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Aperti ſunt cœli. *Non ſecundum exiſtentiam, ſed ſecundum apparentiam, prout in coruſcationibus videntur aperiri.*

2 Et vidi. *Viſione imaginaria & intellectuali.*

3 Viſiones Dei. *i. a Deo mihi factas, & diuina ſecreta ſignificantes. Tertiò in hoc prologo notificatur author miniſterialis huius libri. Et primò ex nomine cum dicitur.*

4 Factum eſt verbum domini ad Ezechielem. *Secundò, ex genere, cùm dicitur.*

5 Filiũ Buzi ſacerdotem. *Ex quo patet quod Ezechiel fuit de tribu ſacerdotali, & per conſequens de regia quia iſtæ duæ trib. erãt commiſtæ. Fuit ẽt pater eius propheta ſecundum regulam Hebræorũ videlicet, ꝙ quando in principio libri alicuius prophetæ exprimitur* C *nomen patris ſui, datur intelligi, quod fuit propheta, ſicut & filius quamuis nõ habeatur prophetia eius, ſicut nec aliorum multorum.*

6 Et facta eſt ſuper. *Eleuans mentem eius ad cognitionem ſecretorum Dei.*

7 Et vidi. *Hic conſequenter ponitur tractatus. Et quia liber iſte eſt de Deo creaturis pſidẽte, vt ſuprà dictũ eſt. Idõ diuiditur in duas: partes qa primò ponitur huius pſidẽtię ſupereminẽs modus. Secũdò multiplex eius affectus, c. 2. & ſeq. propter ꝙ dicunt aliqui expoſitores, primũ caput virtualiter continet ſententiam ſequentiũ: prout effectus in cauſa efficiente virtualiter cõtinetur. In hoc autem capite deſcribitur quædam imaginaria viſio ad ſignificandum diuinæ præſentiæ modũ, cuius ſignificationem Ezechiel intellexit, aliter non fuiſſet propheta, ſecundũ ꝙ dicitur, Dan. 10. a.* Intelligentia opus eſt in viſione: *vt diffuſius pertractaui in principio libri Pſalmorũ. Itur primò exponetur litera huius capitis applicando eã ad apprehenſionẽ imaginariæ viſionis, poſteà dicetur quid per illã viſionem imaginariã intelligatur. Hæc aũt viſio imaginaria hẽt tres partes. Prima continet animalia apparentia. Secunda rotas apparentes iuxta ea, quæ incipit ibi.* Cumq; aſpicerẽ. *Tertia firmamẽtum apparens ſuper capita animalium: & deſuper effigiem hominis ſedẽtis ſuper thronum, quæ incipit ibi.* Et ſimilitudo ſup caput aĩaliũ.

*Ad intellectũ verò primę partis, quæ ſatis traditur inuolutè, cõſiderandum, ꝙ propheta videbat imaginariè nubem magnã ab Aquilone venientem igne inuolutam eo modo quo apparet in coruſcatione. Et p aperturã illius nubis videbat quatuor animalia in omnib. ſimilia, licet aliqui dicant, ꝙ apparebat tantum vnum animal habens quatuor facies, ſed litera magis videtur cõcordare, ꝙ eſſent quatuor animalia, ſicut apparebit magis infrà 10. a. Et ſic erant ibi ſexdecim facies. Et idem dicit Ra. Sa. quantum ad numerum facierum. tamen aliter exponit diſpoſitionem earum. Et quia illa quatuor animalia ab omnibus ponuntur ſimilia in omnibus, habita deſcriptione vnius, habetur deſcriptio omnium. Dicunt ergo doctores noſtri, ꝙ corpus animalis erat erectum ſuper pedes, & in ſuperiori parte quadratum, vel ſecundum alios rotundum: non tamen quantum ad hoc eſt magna differentia, quia ſecundum vtroſque facies diſponebantur ſe-* F *cundum quatuor partes oppoſitas, ita ꝙ facies hominis erat in parte animalis oppoſita directè aſpectui prophetæ. Et dicitur pars anterior. in parte verò oppoſita ſeu poſteriori facies Aquilę, & in alijs duabus partibus ſibi oppoſitis facies leonis, & facies bouis: ita quòd facies leonis erat in dextera parte reſpectu faciei hominis, & facies bouis in ſiniſtra. Ra. Sa. aliter exponit dicens: quòd quatuor facies vnius animalis apparebant in directo aſpectu prophetæ, ita ꝙ facies leonis erat prima: hominis, ſecunda: bouis, tertia: Aquilę quarta. Et ita intelligendum in alijs tribus partib. quadrati. Et in quolibet animali erant ſimiliter quatuor alę, quarum erant duę demiſſę ad corpus tegendum, & duę ſuperius erectę ad volandum. Et per extenſionem alarum erant iſta animalia adinuicem iuncta ſicut homines in choreis, & in quolibet erãt quatuor manus ſimiles manib. hominis, &*

*MORALITER.*

rum geſtis, & ſignantur per faciem Aquilæ, eò quòd Aquila ſignum eſt imperij Romani. Tertij fuerunt hæretici, & ſignãtur per faciem bouis, eò quod bos eſt animal laborioſum: ipſi verò laborem pœnitentiæ prætendentes in multis locis deceperunt ſimplices Chriſtianos. Quarti verò ſunt Saraceni, & maximè a tempore Salachi, qui fuit animoſus & in rebus bellicis peruigil & ſtrenuus, propter quod ſignificatur per faciem leonis. Per alas autem animalium per quas eleuabantur in altum ſignatur ſuperbia prędictorum. Per pedes autem eorum affectiones ad nocendum. Per manus verò opera mala, eò quod manus eſt organum organorum, vt dicitur tertio de Anima. Per rotas ſequentes animalia, ſignantur eorum miniſtri in malitia exercenda. Per hoc autem, quòd animalia & rotæ per quatuor partes ibant, ſignificatur perſecutio Chriſtianorum a prædictis per quatuor orbis partes, & maximè ab Imperatoribus Romanis, qui dominabantur in eis.

a *Et ecce ventus turbinis*. Verbum Hebræum rucha pro
A qualitate locorum,vel ſpiritum ſignificat,vt. *Emitte ſpiri-*
Pſal.103.d. *tum tuum,& crea.&c.* Vel animam,vnde *Egredietur ſpiritus*
Ibid.145.a. *eius,& reuertetur in terram ſuam.* Vel ſicut ibi. *In ſpiritu vehe-*
Pſal.47.b. *menti conteres naues Tharſis.* Quia ventum & flatum tempe
ſtatis hic intelligūt, dicunt iram, & furorem Dei venire a Babylone.i.a Nabuchodonoſor, & Ieruſalē poſt ſex annos viſionis huius eſſe capiēdam.Cernitur.n. hæc viſio quinto anno transmigrationis Ioachim regis Iuda, q & Sedechiæ regnāti in Ieruſalem quintus erat:qui poſt ſex annos.i.in vndecimo anno imperij ſui vrbe capta,in Babylonem ductus eſt. His ergo qui habitabant iuxta fluuium Chobar, & ſponte ſe tradiderant,reuelatur, φ bene fecerunt ſententiæ Dei obedientes.In breui.n.& Iudæa prouintia & Ieruſalem eſt capienda.Nubes magna,quæ ſuper Iudæam imbres pluuiaſque deportat,& ignis inuoluens monſtrat futura ſupplitia & captiuitatis mala,ſplendor in circumitu aperta Dei iuditia.

B ✻ Theodoretus Significat venti vis Babylonis impetū: & maxima nubes, haſtarum & iaculorum, omniſq; generis telorum copiam quaſi inundationem: ignis verò fulgurans non ſolum incuſſum terrorem, ſed etiam vrbis demolitionem ab igne profectam: ſplendorq; per circumitum, Dei gloriam,quæ ſe per ſupplitium oſtendet.

Hom.2. *Et ecce ventus tur.*Gregor. Ventus turbinis, tentatio mentis, quæ Iudaicum populum vndiq; concuſſit, venit ab Aquilone qui dicit. *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus*
Iſaiæ 4.d. *Aquilonis*. Montem.n.teſtamenti tenuit, cum populum, qui legem acceperat,ſibi ſubiugauit, & doctorum corda quaſi montem teſtamenti *& nubes magna*,quantò.n.contra dominum exarſit,tantò excæcari meruit.Quem.n.in lege & prophetis expectant,videntes præſentē negabant. Et ignis.i.per ignem aliquando Spiritusſanctus, aliquan-
Luc.12.f. do malitia deſignatur. Vnde. *Ignem veni mittere in terram.*
Heb.10.c. De malo dicitur. *Et nunc aduerſarios conſumit*. Iudæa verò malitię ſuę igne ſeipſam implicauit.Hęc omnia ab Aquilone,quia corporis ſui frigore ad ignorantiæ caliginem perducta vſq; ad malitiam perſecutionis erupit.Vnde.*Ol-*
Iere.1.c. *lam ſuccenſam ego video,& faciem eius a facie Aquilonis*.Hic au-
Act.13.g. tem ignis alibi arſit,alibi ſplenduit,vnde. *Splendor ignis in cir.e.* Dum perſecutio in Iudæa agitur, apoſtolorum prædicatio ſpargitur in mundo,ſecundum illud. *Quia vos in-*
1Tim.2.b. *dignos iudicaſtis,ecce conuertimur ad gentes.* De crudelitate er-
C go malitiæ, quæ Iudææ mentem cremauit, omnipotens Deus lumen gentib. ſpargit. Ignis qui Apoſtolos ſpargit in ipſo humani generis redemptore, prius ſe exercuit. Vnde ſequitur.

b *Et de medio eius quaſi ſpe.electri.*Electri ſpecies Chriſtus, mediator Dei & hominū ſignatur:quia electrum ex auro eſt & argento. Dum aūt miſcetur argentum,creſcit in claritatem:aurum a fulgore ſuo palleſcit.Sic dum humanitas in maieſtatis gloriam excreuit, diuinitas a proprij fulgoris potentia ſe humanis oculis temperauit. Ita in Chriſto,quaſi dum palleſcit aurum,fulget argentū. Electrum ergo in igne Deus homo in perſecutione. In medio eius electri.ſ.vel ignis,quatuor n.animalia.i.euāgeliſtæ domini incarnatione ad finem ſolidati ſunt, & igne perſecutionis afflicti.

a ¶Nabuchodonoſor. b ¶Tempeſtatis. c ¶Ex quo exardeſcit malum ſuper terram. d ¶Chriſtus.Et quia prophetæ nubes,ſed iſta maior.

a & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone,& nubes ma

a ¶Deus noſter ignis eſt. b ¶Nubem vel vtrunque ventus inuoluens. c ¶Bonus. d ¶Alias eorū.

gna,& ignis inuoluens, & ſplendor in circumitu eius. Et

a ¶Scilicet venti & ignis ſimilitudo electri,quod eſt compoſitum ex auro & argento. b ¶Alias eorum.
c ¶Q.Non venti vel ſpiritus. d ¶Gregorius.Ignis eſt,qui credentibus lumen,incredulis ſupplitium.

b de medio eius quaſi ſpecies electri,ideſt, de medio ignis.

a ¶Non Natura b ¶Poſt quadtiforma. c ¶Euangeliſtarum.

Et in medio eorum ſimilitudo quatuor animalium, &

a ¶Chriſti.

c hic aſpectus eorum: ſimilitudo hominis in eis.Et quatuor
d

*Et ecce ventus turbinis*. Hieronymus. Lxx. Spiritus afferens ſiue attollens. Symmachus, & Theodotio.Flatus, & ſpiritus tempeſtatis. Quidam,ſpiritum auferentem ſiue attollentem, Spiritumſanctum intelliguntur, qui ab hominibus vitia auferat, iacentes attollat, & ab Aquilone vento frigidiſſimo a quo exardeſcunt mala ſuper terram recedere faciat:a cuius facie in Ieremia olla terribilis accenditur.Nubem, Chriſti perſonam,quæ venit in Aegyptum huius ſæculi ſuper nubem leuem.Quæ magna propriè,ad comparationem minorum.ſ.prophetarum,Apoſtolorum,ſanctorum omnium,de quibus.*Veritas tua vſq; ad nubes*.Et. *Mandabo nubibus meis,ne pluant ſuper Iſrael imbrē.* Et alibi.*Nubes pulucris pedum eius*.Et. *Nubes & caligo in circumitu eius*. Ignem micātem & ſplendorē in circumitu eius. Iuxta illud.*Deus noſter ignis conſumens eſt*.Vn.*Ignem veni mittere in terram,& quid volo niſi vt ardeat?* Qui cùm terrorem peccatoribus inferat atq; ſupplitia, ſplendore tamen tuulet, & lumine & fulgore plenus ſit: ideo nos excoquens vt puris atque purgatis tribuat lætiora.

*Et de medio*. Hieronymus.In medio ignis & tormentorum electri ſimilitudo quod eſt auro vilius,& argento pretioſius,vt inter tormenta,quæ patientib.videntur eſſe triſtia & dura,pretioſior electri,fulgor appareat,dū prouidentia Dei omnia gubernantē,quæ putatur pœna, medicina eſt.

c *Similitudo hominis in eis*. Sancta.n.hæc animalia non eſſent, niſi Chriſti ſimilitudinem habuiſſent. Vnde Apoſtolus.*Imitatores mei eſtote,ſicut & ego Chriſti.*

Hiero.Vt omnia in mundo rationabilia demonſtrentur.Vnde. *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*.Imago aūt & ſimilitudo Dei non eſt corporis forma,ſed mētis ad ſimilitudinē veræ imaginis Chriſti q eſt imago Dei inuiſibilis.Rationabiles quoq; creaturę ī quatuor verſantur locis,ſiue pp quatuor cardines mundi,quibus orbis includitur,ſiue pp quatuor loca,cęleſtium, terreſtrium & infernorum,& ſupercęleſtium: quorū Apoſtolus tria ponit,*vt in nomine Ieſu omne genu flectatur,cæleſtium terreſtrium & infernorum*.Et Dauid.*Aquæ quæ ſuper cęlos ſunt laudant nomen domini*.Et Apoſt. *Alia cæleſtia,alia ſupercęleſtia*

✻ Theo.Quis poſſit reuelationem apertè declarare cum ipſe propheta in eius enarratione defatigatus fuerit?Non.n.ſimpliciter quatuor animalia ſe conſpexiſſe dixit,nec item ſimilitudinē animaliū,ſed tanquam ſimilitudinem quatuor animalium ita vt perſpicuum ſit,nō ipſis vidiſſe diuinos prophetas,eorū qui cerni nequeūt naturas, ſimilitudines,& formas ad vnūquēq; vſu a Deo oſtenſ

d *Quatuor facies vni*.Greg.Quod Matth.n.de incarnatione domini ſentit, hoc idem Marcus, Lucas, Ioannes.Sic omnibus. Hoc ergo totum in vno,qđ ſimul in quatuor

☞ ✻ Theo-

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *nis,& ſimiliter quatuor pedes,quorum tibiæ tales erant, φ flexura genu æqualiter flectebatur ad quatuor partes oppoſitas: & ſimiliter planta pedis æqualiter applicabilis procedendo ad quatuor partes oppoſitas abſq; corporis conuerſione, ſicut ſi homo haberet oculos in poſteriori parte capitis ſicut in anteriori. Et ſimiliter ſuper vtramque aurem & genua equaliter flexibilia ad partes quatuor, & plantas æqualiter applicabiles ad dictas partes poſſet ambulare ad quatuor partes oppoſitas ſine corporis conuerſione.*

*Sciendum etiam,φ cuilibet faciei correſpondebat vnus pes in parte inferiori in recta linea ſub facie. Alæ verò ſic erāt ſituatæ,φ vna erat inter duas facies & econuerſo.ſ.vna facies inter duas alas. Et huic ſententiæ poteſt de facili litera applicari,cum dicitur.*Et vidi. *Imaginaria viſione & intellectuali.*

1 Et ecce ventus turbinis. *Qui facit reuolutiones in aere.*
2 Veniebat ab Aquilone. *Secundum ſitum Ieruſalem.*
3 Et nubes magna. *Extenſiuè,& intenſiuè.*
4 Et ignis inuoluens. *Sicut apparet in coruſcationib. magnis.*
5 Et ſplendor in circumitu eius. *Sicut coruſcationes emittunt ſplendorem.*
6 Et de medio eius quaſi ſpecies.*i.ſimilitudo.*
7 Electri. *Eſt autem electrum clarius relucens auro & argēto. medio .n. ignis videbatur egredi talis refulgentia ſiue color.in Hebræo habetur.Quaſi ſpecies chaſmal. Et dicit hic Ra.Sa.quòd neſcit propriè quid ſignificat chaſmal. Et ideo neſcio quare Hiero tranſtulit electrum,non.n.multum videtur probabile, φ melius intellexerit Hebraicum quàm doctor ille.*
8 Et in medio eorum ſimilitudo.*q.d.non erant animalia ſecundum veritatem,ſed ſecundum apparentiam.*
9 Similitudo hominis.*Iſta facies primò ponitur,quia erat in recto aſpectu prophetæ, non autem aliæ tres ſecundum imaginationem Latinorum,ſecundum Hebræos verò omnes quatuor erant in recto aſpectu,facies tamē hominis exprimitur primò, quia eſt faciei animalis nobilioris .ſ.rationalis, in eadem tamen linea facies leonis erat prima,hominis ſecunda,bouis tertia, Aquilæ quarta.*
10 Et quatuor facies vni.*i.animali modo prędicto.*

✻ I I

a ¶Notitia fidei qua cognoſcuntur a Deo. penna complationis oculos leuant.
b ¶Quia ad diuinitatem Chriſti omnes ſimul
c ¶Greſſus actuum. ¶ Gregor. Quia ſine operibus fides & contemplatio non valent.
d ¶Non ad praua diſtorti.

a facies vni,& quatuor b pennæ vni. Et c pedes eorum pedes d re- 1
a ¶ ¶Fortitudo,ſcilicet in eis eſt atque diſcretio:per boues enim prædicatores. Vnde: Non alligabis os bouis triturantis.
*Ad intellectum viſionis prędictę conſiderandum, quòd ſicut di- Hieron. in prologo: Iudæi qui cum Ioachim ducti fuerant in Ba- lonem, de hoc pœnitebant, quòd ſe reddiderant regi Babylonis: ia videbant adhuc ſtare Ieruſalem, quam Ieremias denunciaue- r deſtruendam, & melius fore remanentibus in Ieruſalem quàm tnſmigratis in Babylonem, vt habetur Ieremiæ vigeſimoquarto. ideo quinto anno à tranſmigratione Ioachim dominus dedit Eze celi ſpiritum prophetię, ad conſolationem tamen captiuorum, de ncians mala de propinquo ventura in Ieruſalem, & multò maio- rquàm ſuſtinerent in Babylone. Per vẽtum igitur turbinis & nu- bn venientem ab aquilone, intelligitur exercitus Chaldæorum, q per illam partem intrauit Iudæam, vt frequenter dictum eſt ſu p in Iſaia & Ieremia. Per ignem inuoluentem intelligitur incen di ciuitatis & tẽpli futurum. Per quaternarium aũt numerũ ani- miũ, & facierũ & rotarum, intelligitur quaternarius numerus reorum magnorum ſibi ſuccedentium. ſ. Chaldæorum, Perſarum, Gcorum, & Romanorum, quæ etiam regina infeſtauerãt populũ Iueorum. Nec mirum, quòd idem numerus pluribus ſimilitudini- bfiguratur, quia Gen. 41. ſeptem anni fertilitatis & ſeptem fa- mi, duplici ſimilitudine figurantur, ſcilicet, per ſpicas plenas & ſtees, & per boues pingues & macilentos. In ſpeciali verò per fa cie leonis, quæ prima eſt ſecundum deſcriptionem Hebræorum, in telgitur regnum Chaldæorum ſeu Babyloniorum, quod fuit primũ int iſta quatuor, vnde & rex Babylonis frequenter vocatur leo in ſcripturis. vnde Iere. 4. b.* Aſcendit leo de cubili ſuo &c. *Et ſecdum aliquos habebat imaginem leonis in vexillo ſuo. Per fa- cie hominis intelligitur regnum Perſarum & Mædorum, quod ſuceſſit regno Chaldæorum. Dan. 5. quia iſtud regnum humanius cratuit populum Iudæoram quàm alia, vnde & Cyrus dedit eis li cẽtiam redeundi in Iudæam. Per faciem bouis, regnum Græco- ru quia ſicut bos impellit cornibus, ſic regnum Græcorum mole- ſtat populum Iudæorum, & maximè tempore Antiochi illuſtris, vt ptet 1. & 2. Machab. vnde & Dan. 8. iſte Antiochus voca- tur cornu modicum, & poſtea factum grande nimis contra meri- diem, & contra orientem, & contra fortitudinem, per quem intel- ligitur templum quod erat in Ieruſalem. Per faciem autem aqui- læ intelligitur regnum Romanorum. vnde & aquila eſt ſignum ſiue vexillum Romani imperij. Per alas autem, intelligitur angelica poteſtas præſidens dictis regnis, quia omnia iſta inferiora admi- niſtrantur mediantibus angelis: vnde & angelus præſidens regno Perſarum vocatur princeps Perſarum, Dan. 10. Et præſidens regno Græcorum, ibidem dicitur princeps Græcorum, & ſic intelligen- dum eſt de alijs. Per hoc, quòd animalia & rotæ iſtæ ad quatuor partes ibant, intelligitur dilatatio iſtorum regnorum ad alias par- tes. Per velocem motum & terribilem aſpectum, intelligitur ro- bur & ferocitas eorum. Per manus autem opera, eò quòd manus eſt organum organorum 3. de Anima. Per firmamentum verò quod erat ſuper capita animalium, intelligitur pars mundi ſuperior, quę dicitur locus Dei & beatorum. Per ſedentem in throno ſuper fir- mamentum, intelligitur ipſe Deus præſidens omni creaturę cœleſti & terreſtri: ad cuius nutum omnia diſponuntur. vnde & ad præce ptum ſedentis in throno animalia quieſcebant & mouebãtur: quia ipſe mutat tempora & ætates, transfert regna atque conſtituit, vt dicitur Daniel. ſecundo capite. Per hoc autem quòd apparebat in forma humana, deſignabatur quod erat tempore gratiæ huma- nandus. Per hoc autem quòd apparebat in colore electri, quod eſt auro & argento fulgidius, intelligitur exceſſus ſuæ ſapientiæ, cu- ius non eſt numerus. Per hoc autem, quod in parte ſuperiori à lũ- bis & ſurſum retinebat ſplendorem interius, & in parte inferiori ſcilicet à lumbis & deorſum emittebat fulgorem exterius, intelligi- tur quod diuina ſapientia prout eſt in ipſo, eſt nobis occulta, mani- feſtatur tamen nobis aliqualiter per ſuos effectus, ſecundum quod dicitur ad Romanos primo cap. Inuiſibilia Dei à creatura mundi, ideſt ab homine, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſem- piterna quoque virtus eius & diuinitas. Sic ergo patet ex dictis, quòd in hoc primo cap. deſcribitur diuinæ præſidentiæ ſuperemi- nens ſtatus ſiue virtus, vt ſuprà dictum eſt.* E

### *ADDITIO I.*

*c. 1. vbi dicitur in poſtilla: Ex quo patet, quòd Ezechiel fuit de tbu ſacerdotali.*

*I hac regula quam aſſerit poſtil. eſſe Hebr. dictum fuit ſuprà Iere. primo in additione.*

### *ADDITIO II.*

*Itodem cap. vbi dicitur in poſtilla: Per quaternarium autem numrum animalium & facierum.*

*Cca hanc viſionem Ezechielis quantum pertinet ad expoſitio- nem teræ, applicando eam ad apprehẽſionem imaginariæ viſionis propetæ, poſtillator eam exponit ſatis competenter, ſaltem pro ma iori prte. Et ſi fortè in aliquibus minus conuenienter illam expo ſuit, on eſt multùm curandum, eò quòd expoſitio principalis non conſit in hoc, ſed in illo quod per hanc imaginariam viſionem in- telldebet, quod eſt principalius in hac viſione. Circa quod expo- ſitio oſtillatoris videtur non ſolùm deuia ab autoritatibus ſancto rum: d etiam à communi opinione omnium Hebræorum expoſito- rum am antiquorum quàm modernorum. Eſt etiam valde conſo- na liræ vt videbitur. Primum patet per gloſ. communem, in qua expoiones Hieronymi, Gregorij, & quorundam aliorum doctorũ innoinatorum ponuntur, qui communiter per quatuor animalia, ſancs quatuor Euãgeliſtas ſeu euangelia quatuor principalia my ſteri chriſti fideliter narrantia: non autem quatuor mundanas mo narclas prout poſtillator vult, intelligunt, prout plenè patet præ- dictæ gloſſam intuenti. Quòd autem ab Hebræorum expoſitioni- bus diet, patet: Nam antiquiſſimi Hebræorum, ſcilicet, Thal- mudi, in quodam libro autentico apud eos qui dicitur Haguiga, exprèe determinant, quod intelligentia huius viſionis Ezechielis debet ſſe ſecretiſſima, ſic quod non licebat alicui eam ſcienti alios de ipſ docere niſi tantum vnum, & hoc in magno ſecreto, non ex- primdo totam intelligentiam, ſed tradendo principia ex quibus diſcrus diſcipulus poſſet alia intelligere, & hoc propter magni- tudinem myſterij, quod etiam ſecundum eos in hac viſione intelli- gitur, prout Ra. Moy. qui fuit de maximis modernorum, largè tra- ctat in ſuo libro de directione, parte tertia. in proœmio: & in pri- mis ſeptem capitibus eiuſdem partis. Et ibidem dicta ſua de oc- cultatione prędictorum myſteriorum modo prædicto confirmat per multas autoritates antiquorum. Hoc idem tenet Rab. Sa. & Ra. Cymbi, & cæteri expoſitores, ſcilicet, quòd intelligentia conten- torum in hac viſione Ezechielis ſunt arcana ſecretiſſima legis diui nę, quæ non licet homini loqui. Manifeſtum eſt autem, quod mo- narchiæ Chaldæorum & Mædorum, &c. non pertinent ad arcana legis. Sunt enim & fuerunt vulgariter nota. Et Daniel etiam, qui de eis prophetauit clarè in pluribus locis, tradidit eas apertè & palam ſic quòd quilibet poteſt eas intelligere, ſicut & alias pla- nas prophetias Iſaias etiam de Chaldæis & Perſis manifeſtè pro- phetauit cap. tertiodecimo. Et ſic patet propoſitum, ſcilicet quod Hebręorum expoſitores non referunt intelligentiam huius viſionis ad mundanas monarchias, ſed ad diuinorum arcana ſeu myſteria. Quæ autem ſint arcana iſta apud Hebræos quæ tantam requirebant occultationem, ipſi non declarant. Videtur tamen rationabiliter dicendum: quòd quia ſecundum veritatem, prout ſancti doctores tradunt, in hac viſione incarnatio Chriſti & quædam alia eius my- ſteria intelligantur, huiuſmodi autem incarnatio populo ant. quo non erat propalanda. Tum quia valdè rudis fuit: Tum quia pro- nus ad idololatriam & ad ponendam corporeitatem in Deo. Et ideo Deuteron. quarto b. eis dicitur:* Cuſtodite igitur ſolicitè animas veſtras non enim vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis dominus, ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem. *Et ideo occultandum eis fuit incarnationis myſterium in hoc loco & in pluribus alijs, ne fortè ſi fuiſſet eis expreſsè propoſitum, laberẽtur in errorem cir- ca diuinitatem: æſtimantes quòd ipſe Deus ſecundum ſuam deita- tem fieret corpus, non valentes percipere modum vnionis huma- næ naturę ad verbum, prout fides ponit catholica, ſcilicet, quod vnio ſit in perſona, non in natura. Vnde & hodie ęſtimant falsè, quod nos confitendo Chriſtum verum Deum eſſe & verum homi- nem, conſequenter confiteamur vnitatem diuinę naturæ & huma- nę, ſic quod natura diuina & humana ſint eadem numero, quę ta-* F

*tam*

A men æſtimatio eſt falſa. Nam ſecundum determinationem Calcedon. concilij nuſquam ſublata eſt naturarum differentia in Christo pp vnionem. Quòd aũt expoſitio poſtillatoris prædicta ſit inconſona literæ patet ex multis. Primò, nam hęc viſio totaliter conſiderata erat repræſentatiua diuinę maieſtatis. Propheta enim egrediens in campum, vt ei dominus alloqueretur, vt habetur infrà 3. cap. dixit: Et ecce ibi gloria domini ſtabat, ſicut gloria quàm vidi ſuper fluuium Chobar. In qua viſione, ſcilicet, ſecunda, expreſsè facit mentionem in eodem cap. de prædictis animalibus & rotis. Ex quo patet, quòd huiuſmodi animalia & rotæ pertinebant ad repræſentationem diuinæ glorię ſeu maieſtatis, de qua loquitur. Quæ quidem viſio in eod. cap. contenta, facta fuit ad confirmandum domini verbum, ſcilicet quòd daret prophetæ conſtantiam per ſuam aſſiſtentiam, prout poſtillator ibidem exponit. In tali autem aſſiſtentia prophetam confortante, nihil videtur facere ſignificatio monarchiarum prędictarum. Item infrà decimo capite iſta quatuor animalia vocantur cherubim. Dicitur enim ibi: Ipſum eſt animal, quod vidi ſubter Deum Iſrael iuxta fluuium Chobar: & intellexi quia cherubim eſſet. Manifeſtè autem videtur inconueniens, quòd monarchię illæ mundanę idololatrę nominarentur, ſeu ſignificarentur per cherubim: quę ſunt nomina angelorum beatorum, ſuper quos Deus dicitur ſedere, iuxta illud Pſalm. ſeptuageſiminoni. Qui ſedes ſuper cherubim, & ſic in alijs quàm pluribus locis ſacrę ſcripturæ. Item receſſus diuinæ aſſiſtentię de templo repręſentatus fuit prophetę per receſſum domini ſuper illa cherubim exiſtentis, vt habetur planè
B in prędicto cap. decimo. Per quæ quidem cherubim, quatuor animalia prędicta intelliguntur, vt ibidem habetur. Similiter etiam regreſſus diuinę aſſiſtentię ad templum deſignatur per gloriam Dei ingredientem per viam Orientalem, vt habetur infrà quadrageſimotertio. De qua gloria ſic ingrediente Propheta dicit: Secundum ſpeciem quam videram, ſcilicet, iuxta fluuium Chobar: vt ibidem exponitur in litera. Et ſic patet, quòd erant ibi animalia & rotæ prędictæ. Conſtat autem quod in hoc receſſu ſeu regreſſu non eſt aliquod pertinens ad monarchias prędictas. Item ſecundum poſtillatorem per quatuor animalia idem ſignificatur quod per quatuor rotas: ſicut per vaccas & ſpicas Pharaonis, Geneſ. quadrageſimoprimo. Quod non videtur poſſe ſtare. Nam prout litera teſtatur, inter animalia & rotas erat diſtinctio ſecundum rem, & conuenientia in motu & quiete. Quod patet cùm dicitur: Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur ſimul & rotæ. Et infrà: Cum euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant, & cum eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rotæ ſequentes ea, ſcilicet, animalia. Et ſic apparet manifeſtè, quòd animalia & rotæ ſignificabant diuerſas res, quarum quędam ſequebantur alias modo prædicto, quod non inuenitur in ſomnis Pharaonis, cuius exemplum inducitur, nec etiam
C monarchijs ſecundum eum hic ſignificatis.

Sunt etiam multa particularia in hac viſione contenta quæ ſanctis Euãgeliſtis ſeu euangelij prędicatoribus propriè coaptantur, non autem monarchijs prędictis, prout Gregor ſubtili indagine de qualibet particula tractat, vt cum dicitur de animalibus, quòd facies & pennas per quatuor partes habebant, iunctęque erant pennę eorum alterius ad alterum. Per hoc docet intelligendum, quòd omnis Euangeliſtarum ſeu prędicatorum euangelij virtus, omnis ſapientia qua cęteros homines contemplationis ſuę volatu tranſcendunt, viciſſim ſibi in pace atque vnanimitate coniungunt. Penna enim alterius ab altero diuiſa eſſet, ſi in hoc quòd vnus in ſapientiam euolat, habere pacem cũ altero recuſaret. Similiter quod ſequitur: Non reuertebantur cùm incederent: propriè adaptatur ſecundum eum ſanctis animalibus prędictis, quę ſic à terrenis actibus ad ſpiritualia pertranſeunt, vt ad ea quę reliquerunt nullatenus vlterius reflectantur. Quę & multa alia de animalibus tradita, non videntur competere monarchijs mundanis, quę nunquam in pace fuerunt, & à contrario in cõtrarium reuertebantur. Monarchię enim prędictę reuerſę fuerunt à proſperitate in lapſu, vt patet in eorum geſtis.

Similiter quod dicitur de rotis, quòd habebant quatuor facies, & aſpectus earum quaſi rota in medio rotę, propriè adaptatur duobus teſtamentis, quorum nouum latuit in veteri, vtrumque tamen quatuor facies habet, cum ſcriptura ſacra per vtraque teſtamenta in quatuor eſt diſtincta partibus: prout Gregor. iſta & cętera in hac viſione contenta notabiliſſimè diſcutit, adaptando ſingula ſingulis circa propoſitum prędictum. Et ideò qui plenam de hac viſione vult habere expoſitionem, ad ipſius homilias recurrat: quas ſi diligenter ſcrutatus fuerit, hanc viſionem nullo modo applicabit ad mundana prędicta.

Nec expoſitio ſua, ſcilicet Grgorij in hoc loco reputari debet myſtica, ſed literalis: cùm hęc viſio etiam ſecundum omnes expoſitores parabolica eſt.

Et notandum, quòd liber iſte ſpecialiter in ſuo exordio de Chriſto Deo & homine creaturę pręſidente tractat, & ideo ſuper omnia ab ipſo propheta viſa, aſpectum hominis ponit: Quem quid[em]
D hominem quaſi ſpeciem electri vidit à lumbis eius & deſuper, [...]
à lumbis eius vſque deorſum, quaſi ſpeciem ignis ſplendentis, q[...]
& alia circa hoc dicta ad duplicem naturam in Chriſto propriè r[e]
feruntur, vt in homilijs prędictis & in gloſſis plenè traditur. [...]
quia iſta erant multum remota à ſenſu ſeu cognitione Iſraelita[rum]
quibus propheta mittebatur, ideò ſubdit in ſequenti cap. Fili h[o]
minis, ego mitto te ad filios Iſrael, ad gentes apoſtat[rices]
&c. Et infrà: Si fortè & ipſi audiant, & ſi fortè quieſca[nt]
quoniam domus exaſperans eſt, quaſi dicat, licet non ſint [...]
fuecti aſſentire ſimilibus propheticis reuelationibus, propone tam[en]
eis, & ſcient quia propheta fuit in medio eorum.

Et nota quod incarnatio filij Dei, & paſſio, & reſurrectio, & c[...]
quibus hic agitur, erat potiſſima conſolatio ipſis captiuis qui[bus]
mittebatur, ſi tamen audirent, tradebatur tamen ęnigmaticè & [ob]
ſcurè propter eorum imperfectionem pro maiori parte. Diuina
myſteria ſecundum Dionyſium in ſecundo cæleſtis Hierarch. [oc]
cultanda ſunt indignis.

### REPLICA.

In primo cap. Ezechielis poſtillator attendens viſionem pro[phe]
tæ imaginariam per ſanctos doctores & gloſſam exponi ſecun[dum]
ſenſum myſticum, ad quos remittit eos qui in his delectantur. [...]
ipſe quandam literalem ſignificationem illius viſionis aſſignat [...]
licet quod ſignificet pręſidentiam diuinam per ſedentem ſupe[r fir]
E mamentum quæ regit & vniuerſam creaturam adminiſtrat: [...]
quidem clarius, hanc verò obſcurius: rerum autem magis not[abi]
lium clariorem facit adminiſtrationem. Sed quia in tota ordin[a]
ne mundi inferioris, quatuor principales monarchiæ fuerunt [...]
riores effectus diuinæ adminiſtrationis vel gubernationis, ideo [...]
pedibus Dei pręſidentis ſub ſpecie quatuor animalium hic de[...]
ptorum ſignificantur, prout poſtillator ſigillatim declarat. Hu[ic ex]
poſitioni Burgen. ſe valdè audacter opponit. Primùm ex eo [...]
dicit eam deuiare ab autoritatibus ſanctorum, qui per qua[tuor]
animalia recipiunt quatuor Euangeliſtas, &c. Dehinc dicit [...]
deuiare à communi opinione Hebręorum, tam antiquorum q[uam]
modernorum. Demum dixit expoſitionem eius literę eſſe in[con]
ſonam ex multis motiuis, quę ſigillatim pertractabo, ne fiat i[...]
lutio. Quantum ad primum Burgen. valde ponderat hic gloſſa[m or]
dinariam, quę communiter ponit allegoricos, anagogicos, & [...]
myſticos ſenſus. raro autem tangit & raptim ſenſum primò l[itera]
lem, ſic & facit in hoc loco. Non eſt igitur mirum, quod p[...]
qui ſenſum literalem ſemper quęrit, huiuſmodi myſticatione[s non]
ſequitur. Et cum dicit Burgen. Omnes doctores in gloſ. nomi[natos]
F & quoſdam innominatos hunc paſſum quatuor animalium ex[pone]
re de quatuor Euangeliſtis, falſum eſt, vt patet latam glo. in[...]
ti. Nam vnus innominatus per longum proceſſum exponit de [qua]
tuor viribus animæ, ſcilicet, rationali, iraſcibili, concupiſc[ibili]
& ſynderesi ad modum aquilæ ſupereminenti. Alius de qu[atuor]
elementis, & eorum miſtione in homine & coniunctione. Al[ius de]
quatuor affectionibus animę, ſcilicet, ſpe, gaudio, timore & [do]
re: quę temperantur quatuor virtutibus carnalibus. Al[ius de]
quatuor ordininibus vel aciebus in eremo ad quatuor mun[di pla]
gas ordinatis. Et beatus Hieron. m. in gloſſ. nominatus dici[t]
quod quidam ad quatuor animalia quatuor euangelia refer[unt ...]
virtutibus auium, de volatu temporum, commiſtione elem[ento]
rum, & ordinibus caſtrorum: quę omnia prætérita relinq[uunt]
ad anteriora feſtinantes. Has omnes quadrigas quaſi auriga, [...]
regit, & incompoſitis currentes gradibus ſuo parere cogit i[...]
rio, faciendaque pręcepit, & vitanda vetat. Hæc vt puta[...]
cta ſunt populo in Babylonia captiuato, qui ſi colla Deo ſub[...]
rit, eius auxilio terram recuperabit amiſſam. Hæc ſparſim [...]
nec ex gloſſ. haberi poteſt quemquam doctorum ſanctorum [...]
quatuor Euangeliſtas determinaſſe, niſi beatum Gregorium, [...]
expoſitionem non eſſe literalem ſed myſticam, ſatis apparet [...]
cto gloſſ. ſuprà poſito: quia videlicet dicta in hoc cap. ſecu[...]
illas poſitas quadrigas ſunt propoſita populo in Babylonia [...]
pro eorum emendatione, quę per euangeliſtarum allegat[...]
modicum vel nihil valuiſſent: imò prophetia iſta notabilis, [...]
expoſita deriſioni. Patet etiam quia beatus Gregorius h[o]
nona ſuper Ezechielem dicit: Initium libri in Ezechielem p[...]
tam magnis obſcuritatibus clauſum, & quibuſdam myſter[iorum]
modis ligatum, in homilijs octo Deo largiente diſcuſſimu[s ...]
nunc planiora ſunt quę ſequuntur. Ecce eiſdem beatus Gre[gorius my]
ſteria clauſa, non literam dicit ſe diſcuſſiſſe in paſſu obſcuro. [...]
mittit in ſequentibus ponere planiora, cuilibet tamen intue[nti]
homilias apparet manifeſtè, quod circa planam literam, ſcil[icet]
caſu prophetæ in faciem eius erectione collocutione & cętei[...]
ſtica expoſitione procedit, conſequens eſt eum in alijs ſenſu[...]
ſticum coluiſſe. Nam ex omnibus homilijs illis ſenſum lit[...]
ſecun[...]

A cundum ſonum verborum nihil abſurditatis habentem reperire ſſimus, cum tamen conſtet librum Ezechielis ſicut & aliorum ophetarum ſenſum literalem habere. Sic igitur patet, quòd expoio poſtillatoris non deuiat ab autoritate ſanctorum doctorũ. Sed ò ad ſecundum quod Burgen. prætendit quod poſtil. deuiat ab exſitione omnium Heb. antiquorum & modernorum. Hoc Burg. vi tur fingere, quia Heb. quos Burg. adducit, nihil dicunt niſi, quod incipium huius prophetiæ eſt de ſecretiſſimis arcanis diuinę le, quę nõ licet homini loqui. Similiter etiam poſtil. idem dicit hic, od quia hic liber eſt de præſidentia diuina reſpectu creaturarum nium maximè rationabilium. Et ſubdit, quod primum caput con t et virtualiter ſententiam ſequentium, prout effectus omnes in cſa virtualiter continentur. Nec putet Burgen. prout arguit, mo dum eſſe totius ſacræ ſcripturæ ſecretum, de quo hic ſecundũ expitionem poſtil. dicitur. Nam generaliter & virtualiter omnia ſe cta includit diuina præſidentia, quæ cunctarum rerum actus & opa occulto nobis iudicio, tamen totaliter adminiſtrantur & ſpe ciiter magnarum rerum: quæ aliquid diuini nominis habere vidẽ tu ſicut ſunt quatuor monarchiæ mundi per adminiſtrationem di uie præſidentiæ ad flagellum Dei contra peccata mundi, ſpecialite udæorum ordinatè, vt fiat argumentum à maiori ex iſta litera de tis monarchijs expoſita ſic. Si videmus illas potentiſſimas mo nahias mundi diuinæ ditioni ſubiacere, adeò quod ſine eius nutu nil poſſint, ideo cuiuſcunq; regis regni, ſpecialiter Iudæorum, imò
B cu ſcunque creaturæ, actus, opera & paſſiones ex eiuſdem præſide is voluntate procedunt, & ex hoc ad literam pro conſolatione re orruptione captiuorum in Babylonia arguere volebat, quòd eo ru deſolatio, liberatio, & poteſtatis cuiuſcunque proſperitas & adrſitas ab illa prȩſidentia dependet, prout patet etiam huiuſmo di tionis reſolutio ex glo. ſanctorum ſuprà allegata. Conſonat igi tu oſtil. dictis ſanctorum, & etiam Heb. circa hunc paſſum. Hebr tamen allegati per Burg. circa occulta hæc deſcripta ad literã nil dicunt, ſicut nec Burg. qui innititur expoſitioni beati Gregor. qu purè myſtica eſt, vt ſuprà probatur. Heb. etiam principium hu ius bri occultauerunt, ſicut principium Gen. & Canticorum, prout cit beatus Hiero. & aſſumitur in glo. per Burg. allegata, ſic qđ no iceret ea legere quemquàm niſi ſacerdotalem ætatem ſcilicet, 30 nnorum impleſſet, vt ad plenam ſcientiam: ſimiliter & myſtico nſus plenum humanæ naturę tempus accedat. Quibus non ob ſta ibus & Geneſ. & Canticorum ſenſum literalem habemus. Sed Bu en. non dat rationem quare huius partis ſenſum literalem habe non debeamus. Et non videtur potior ſenſus literalis, quàm ille em poſtil. ponit. Nam comparatis omnibus modis ſuprà, & ex gl & ſanctis doctoribus adductis poſtil. eſt vniuerſalior. Nã Dei pr dentia tanquã auriga regens, & ordinans, & inordinatos motu oercens ſignatæ quadrigæ per quatuor animalia, & rotas: vni ue alius reſpicit illas quatuor principales mundi monarchias, qu compoſitionem & miſtionem quatuor elementorũ, & diſpoſitiem caſtrorum per quatuor plagas & alias quadrigas ſuprà en eratas. Et quod obijcit Burg. di. illas monarchias in ſcripturis re clarè deſcriptas: igitur de eis tanquàm arcanis non debet exp u ad literam viſio quatuor animalium & rotarum. Ibi dico, quò idem argumentum plus militat contra ſanctos doctores in gl. no atos & non nominatos. Quorum quadrigæ aſſignatæ. Quædã ſun otæ ex naturali philoſophia, vt quatuor elementorum commi ſtio uædã ſunt notæ ex morali philoſophia, vtpotè quatuor paſſio n animæ per quatuor virtutes moderatio. Quædam ex hiſtoria nifeſta Exodi, vt puta ad quatuor plagas caſtrorum in eremo poſitio, ſ. ad orientem, occidentẽ, &c. Vnde pro eis & poſtil. dico uòd materia quatuor animalium & rotarum non eſt de ſecre tis, ſ ſub ſecretis. Secreta n. eſt Dei præſidentia, quam Apoſtolus vac incomprehen. iud. Dei, quæ præſidentia deſcribitur ſeſſio h inis ſupra firmamentum vltra capita animalium. Quatuor aute animalia longè ſub ipſis ſecretis, quemadmodum Iſa. 6. dicitur: ſus dominus ſuper ſolium excelſum, & ea quę ſub ipſ erant replebant templum, Vt dominus cedens, ad ſecreta pert eat. Et autem quæ ſub ipſo erant, ad effectus à ſecretis prodeun s. Et vt verum fatear, principium Geneſis, eſt de ſecretis à ca nis, ia de Deo vt eſt generaliter omnium creator. Liber autẽ Canticorum de eiſdem arcanis eſt, quia de Deo, vt eſt eccleſiæ ſponſus, D
& generalis amator & cõſeruator. In hoc quoque loco idem occultus deſcribitur, vt omnia eminenter continens, & vniuerſi diſpoſitor, & bene volentium liberator. Non autem quia poſtil. cum modeſtia loquens de arcanis diuinis, dicit ſe balbutientem, Ad literã autem loquens de his maximis monarchijs, facultatem humanam ſecundum ſe non excedentibus, dictis arcanis ritè ſubiectis, per quatuor animalia deſcribit quatuor regna mundi principalia ſemper regno Iudæorum moleſta, innuens cum propheta populo captiuato, quod poteſtas coercitiua diuinæ prȩſidentię illos monarchas, & per conſequens quoſcunque alios ſuos perſecutores cohiberet à Iudæorum perſecutione, vbi demeritum populi ipſum præſidẽtem ad iracundiam non prouocaret: & intelligerent quod nulla noceret aduerſitas, ſi nulla dominaretur iniquitas. Et pro tãto exponitur hic paſſus de quatuor monarchijs, ad captiuorum conſolationẽ, verius deſperantium correptionem. Sed ad arcanum incarnationis poſtil. conformis eſt ſanctis doctoribus & gloſſæ, quia dicit propter futuram incarnationẽ, præſidentem in propoſito in ſpecie humana apparuiſſe. Sicque patet quod Burgen. non verè dicit poſtil. à ſanctorum autoritate & Hebræorum omniũ expoſitione deuiaſſe. Sed quò ad tertium articulum Burg. dicit expoſitionem poſtil. literæ inconſonam. Ratio autem ſua prima non valet, quia dicit, quòd hęc viſio totaliter conſiderata erat repræſentatiua diuinæ maieſtatis. Fateor hoc vna cum poſtil. applicando ſingula ſingulis, vt viſa ſupra firmamentum directè repræſentarent, & eſſent ſecretiſſima & altiſſima E
Dei iudicia, ſecundum Apoſtolum ad Ro. 11. Ea autem quæ erant ſub firmamento, puta animalia rotę &c. reprȩſentarent diuinę prȩſidentiæ ſubiecta, & ad voluntatem præſidentis vel mota, vel quieſcentia, vt ſine eius nutu nihil valent, ſicque intellecta, & prophetę repetitis vicibus oſtenſa ad confortationem prophetæ fecerunt, cũ quibus ſic dictis ſtat expoſitio poſtil. ad literam. Et quod ſubſumit Burg. quod monarchiæ ad prophetę confortationem nihil facere potuerũt, falſum eſt, quia ſecundum prędicta illarum ſubſeruitus & limitatio ad ſui motum & alia, valuerunt ad prophetæ confortationem & populi conſolationem, ſcientis ex hoc illas ſine Dei prȩſidẽtis nutu non poſſe mouere ad deſperantium corruptionem modo ſupradicto. Quod ſecundò Burg. obijcit de literę inconſonãtia, pro eo quia illa animalia à propheta vocãtur cherubim, quod nomen illis idololatris conuenire non poteſt, non concludit. Nam ita poteſt idololatri cõuenire nomen cherubim ſicut nomen Chriſtus, cuius Deus apprehẽdit dexteram, vt patet Iſa. 45. Dico igitur quòd, nomina digna, talia indignis imponuntur idololatris ratione officij, vt inſtrumentis diuinę prȩſidentię & correctionis: ſicut poteſt dici ſanctus ex officio, imò ſanctiſſimus, ex perſonalibus vitijs indignus. Et Malachias 2. dicit ſacerdotem non modo bonum, ſed etiam malum, angelum domini. Patet etiam dicta reſponſio per doctores, communiter dictos terminos dignos, indignis applicatos exponentes. Nec valet, quòd Burg. obijcit contra poſtil. dicentem, animalia & rotas ad idem pertinere, inducentemque illud Gen. 41. Deſpicis & bobus Pharaonis. Contra quod Burgen. dicit animalia & rotas ſecundum rem diſtingui, & conuenire ſolùm ſecundum motum, & quietem, & qualiter non eſt in caſu Pharaonis. Reſpondeo quòd vtique ſecundum rem ſi licet dicere imaginariè viſa fore res, diſtinguuntur ſpicę & boues ſicut animalia & rotę. Et ſicut iſta conueniunt in quiete & motu, ſic & illa in vnius rei & effectus ſignificatione. Nõ enim eſt inconueniens vnum plura, & plura vnum ſi- F
gnificare. Nec concludit quod Burg. dicit, non cõuenire monarchijs illum paſſum, Cum ambularent non reuertebantur. imò dico ſecundum gloſſam ſuprà adductam, quod omnia ſub diuina prȩſidentia conſtituta ſic mouentur, quòd prȩterita tranſeuntes ad futura feſtinant. Nec eſt in eorum poteſtate ſicut nec præſidentis, de prȩteritis facere non prȩteritum, vt ad prȩterita reuertantur. Nec valet dictum Burg. expoſitionem beati Gregorij non debere reputari myſticam. Nam & ipſe beatus Greg. (prout ſuprà oſtenſum eſt) reputauit eam myſticam. Nec valet probatio Burg. quod ideo non ſit myſtica, quia literalis ſenſus eſt parabolicus, quia multos paſſus cãticorum beati Gregorij exponit myſticè, ſimiliter & Iob. vbi tamen conſtat literalem ſenſum fore parabolicum. Hęc ſufficiant quò ad hoc caput amatoribus poſtil. & rectis, &c.

BIBL. THEOL. ECCLES. [illegible]

C A P. I I.

a A E T vi. Quid ergo ſi ipſam eſſentiã vidiſſet. Notandum autem in quantam miſeriam cecidimus, ipſum bonum ferre non poſſumus, ad quod videndum creati ſumus.

Note. * Rupert. Poſt reuelatam euangelii gloriam, quæ deinceps conſecuta ſunt vel conſequantur, prophetica viſio demonſtrare hinc incipit: clauſo quidẽ ſermone, ſed tali ſermonis vel reuelationis ordine, vt collata cum rebus deinde geſtis, prope quaſi hiſtorica narratio ſit. Propheta ipſe poſtquam euãgelij figuras ſiue imagines tam mirabiles peruidit, iam nunc prædicatoris B eiuſdem euangelij, idest, Apoſtolorũ vel diſcipulorum Chriſti typum gerit.

C A P. I I.

¶Totum quod prædictum eſt. a ¶Eſt. b ¶Non ipſius gloriæ. ¶Greg. Quæ enim interius ſit ſpiritus gloria aſpicere non valet. Iſaias dicitur vidiſſe gloriam Dei, ſed ſecundum id quod in mundo agit.

HÆC viſio ſimilitudinis gloriæ domini. 1
a ¶Similitudinem. b ¶Ideo. c ¶Conſcia fragilitatis humanæ.
a Et vidi, et cecidi in faciem meam, & au- 2
b diui vocem loquentis, & dixit ad me,
c a ¶Poſt pœnitentiam, per bona opera. ¶ Quia ex humilitate ceciderat, à domino ſubleuatur.
† Fili hominis ſtã ſupra pedes tuos, & lo
d a ¶ Aliud quàm iacenti ſ. vt prædicet, & qui iam ſe correxit, alios corrigat, quod non poteſt qui adhuc in confuſione iacet. b ¶Sanctus.
e quãr tecũ. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, poſtq̃ locutus eſt 3
f ¶ Sine quo ſtare non poteram. a ¶Hiero. Simile: Statuit ſupra petram pedes meos. Nullum peccatorum ſtantem legimus: ſed dicitur illi, Non erit ſtabile veſtigium pedis tui. 4
mihi, & ſtatuit me ſupra pedes meos. Et audiui loquẽtẽ ad 5
a ¶ Crebro ad Ezechiel & Daniel dicitur, Fili hominis, vterque enim in perſona eius qui dixerat, Filius hominis non habet vbi caput reclinet, captiuum populum conſolatur, & ad pœnitentiam cohortatur.
g me, & dicentẽ: Fili hominis, mitto ego te ad filios Iſrael, ad 6

2.Cor.12.b. Gen.17.c. b *Et cecid.* Hier. Non elatus viſionum magnitudine. Sic Paulus colaphizatur, ne reuelationum magnitudine extollatur. Abraham quoque cecidit in faciem ſuam, poſtquam audiuit ſermones Dei.

c *In fa. meam.* Gregor. Sancti leguntur cadere in faciem, vbi ſ. vident, quia in viſibilibus iſtis ſponte ſe humiliant, vt in inuiſibilibus erigantur. Mali verò retrò, vbi ſ. non vident, quia ibi cadunt, vbi quid eos ſequatur ignorant.

Gen.17.c. 1.Reg.4.c. Ioh.18.b. Hiero. Aliud eſt cadere in faciem, aliud retrò. Abrahã audita natiuitate Iſaac, cecidit in faciem, & riſit, Eli retrò. Et in Euangelio qui ad Ieſum comprehendendũ venerant, ceciderunt retrorſum in terram.

Greg. Cum aliquid de Deo conſpicimus, in faciem cadimus, quia ex malis erubeſcimus, quæ nos egiſſe memoramus. Ibi enim cadit homo, vbi confunditur.

d *Fili ho.* Greg. Nota ordinẽ locutionis, & operis. Prius ſimilitudo gloriæ videtur, vt deijciat, pòſt alloquitur vt eleuet, deinde abundãtis gratiæ ſpiritum mittit, & leuat, C & ſupra pedes ſtatuit. Niſi enim aliqd de æternitate mente videamus, pœnitendo non cadimus. Iacentes autem vox domini conſolatur vt in opere ſurgamus, ſed noſtra virtute non ſurgimus, ſed ſpiritus nos implet & leuat, & ſupra pedes ſtatuit, vt qui proni in pœnitentia pro culpa iacuimus, recti poſtea in bono opere ſtemus.

*Fili hominis.* * Theodor. Quaſi dicat. Ne naturæ obliuiſcaris ea contemplatione dignatus, quæ tuam ſuperat naturam, verum noſce teipſum, neque tamen immenſo metu diutius detinearis, cùm tibi ego auctor exiſtam, vt ſis bono animo, ſed ſtans audi quæ a me dicuntur, non huc aut illuc circumuertens, ſed ipſo ſtatu ſtabilitatem ſignificans.

e *Sta ſupra pe.* q. d. Iacens audire nõ poteſt. Moyſi quoq; dicitur, *Tu vero ſtabis mecum.* Et Daniel ait. *Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, poſtq̃ locutus eſt mihi, & ſtatuit me ſupra pedes meos.*

*Sta ſupra pedes tuos.* Greg. Cui ſimile eſt, *Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis. Et ſtatuit ſuper petram pedes meos, & di. gr. me. & immiſit in o meum canticum noui*

Gregor. Paulu prędicator futuru prius proſternitur iacet & audit, *Surg & ingredere ciuitatẽ & dicetur tibi quid t oporteat facere.*

f *Et ingreſſus eſt i &c.* * Theod. Di na. n. quædã virtu cum tetigiſſet me veluti ſolutum m tu collegit, & ita c parauit vt cõſiſtẽ verba quæ ferebat tur audire poſſem

Greg. Aliter ſur gere non potuit c diceretur ei ſta ſu pe. tu. quia ex omnipotẽtis Dei gratia ad bona opera conari quidem po ſumus, ſed hæc implere niſi iuuet ipſe qui iubet, nõ po ſumus, *Deus eſt enim,* (inquit Apoſtolus) *qui operatur in nob & velle & perficere.* vnde, *Sine me nihil poteſtis facere.* Sciendum. n. quia mala noſtra ſolummodo noſtra ſunt, bon autem, & omnipotentis Dei ſunt, & noſtra. Ipſe n. aſp rando nos preuenit, vt velimus, adiuuando proſequitu ne inaniter velimus. Præuenit ergo gratia & ſequitur b na voluntas, & ſic omnipotentis donum, fit meritũ no ſtrum. vnde Apoſtolus, *Non autem ego, ſed gratia Dei mecum* q. d. In eo quod ſolo Dei dono præuentus ſum, non ego ſed quia donum voluntate ſubſecutus ſum, & ego. Ho contra Pelagium & Celeſtinum.

* Ruper. Apoſtolis vtiq; quodãmodo dictũ eſt ſtate ſu per pedes veſtros. Et re vera ingreſſus eſt in eos ſpiritu & ſtatuit eos ſuper pedes ſuos, q̃n qui prius erãt timi & infirmi, induti sũt virtute ex alto, cõfirmati ſpiritu ſa cto, Ita vt v. g. Petrus qui Chriſtum dñm cõfiteri erubu rat coram ancilla hoſtiaria, iam confiteri non dubitat in plena ſynagoga, imo coram vniuerſa Roma mun domina, tot faſcibus, tot poteſtatibus, tot gladijs armat

g *Ad gen.* Gregor. Sicut qui fide recedit à Deo apoſta eſt, ſic qui ad peruerſum opus redit, ẽt ſi fidem tenuer Vnum. n. ſine altero prodeſſe nõ poteſt, niſi fortè pro de recipienda fiant opera ſicut Cornelius faciebat.

* Ruper. Non ignorabat dominus Deus quod neci audirent, neque quieſcerent, ſicut nec patres eorum a dierant: aut quieuerant, ſed illis oportebat primũ loq verbum Dei, vt eſſent inexcuſabiles.

* Theo. Vide diuinã clementiã. Poſt infinita ſcelera denegat eis ſalutẽ, ſed reuocat eos & ad ſanitatẽ inuit præſertim cũ eorũ contumaciam noſſet & aĩos rebelli

Sta — Et

NICOLAVS DE LYRA.
C A P. II.

* HAec viſio. *Hic conſequenter deſcribitur diuinæ præſidentiæ effectus multiplex. Et primò in punitione Iudæorũ trãſmigratos deridentiũ. ſecũdò, in deſtructione Gentiliũ bonos crudeliter moleſtantiũ c. 25. Tertiò, in remuneratione iuſtorũ mala tpalia patienter tolerantium. c. 40. Circa primũ ſciendum, q̧ ſicut tranſmigrati cum Ioachim dolentes de hoc q̧ ſe tradiderãt ad conſilium Ieremiæ, inter ſe murmurabant, ſic illi qui remanſerant in Ieruſalem, tranſmiſgratos deridebant, putantes vaticiniũ Ieremiæ de ciuitatis excidio non impleri, ꝓꝑ quod Ezechiel repletus eſt ſpiritu prophetię, ꝑnuntians excidiũ ciuitatis propinquũ ſicùt & Ieremias, ad reprimendũ iſtorum murmurationẽ, & illorũ deriſionẽ. ergo primò prophetandi officiũ ſibi imponitur. Secundò, officiũ ſibi iniunctũ exequtur. 4. c. Prima in duas, quia primò imponitur ſibi officiũ. ſecundò arguitur eius ſilentiũ ſeq. c. ibi:* Cùm aũt pertranſiſſent. *Prima in duas, quia primò imponitur ſibi officiũ verbo. ſecũdò, ſigno, ibi:* T aũt. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur impoſitio officij. ſecundò, confortatio domini, ibi:* Tu ergo. *In prima parte pręmittur quædam continuatio ad precedentem viſionem, cùm dicitur.*

1 Hæc viſio ſimilitud. *q. d. effigies hominis ſuper thronũ ſaphirinum ſedentis, non erat ipſe Deus in natura propria, ſed qua ſimilitudo ſuę maieſtatis repræſentatiua.*

2 Et vi. & ce. &c. *Quia fragilitas humana in talibus viſionibus ſuum defectum experitur, ſecundum quod dicitur Dan. 10.* Domine mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & nihil in me remanſit virium. *ideò ſubditur.*

3 Et ingre. eſt. *ideſt, ſubſiſtendi virtus.*

4 Poſtquam locutus eſt mi. *Ille qui ſedebat in throno.*

5 Et ſtatuit me ſu. pe. me. *ideſt, mihi contulit virtutem ſubſiſtendi. Cętera patent vſque ibi.*

6 Ad gen. apo. *à fide.*

* Qua

*M O R A L I T E R.*

† 1 *Hæc vi. ſi.* Hic ſecundũ literalem ſenſum imponitur Ezechieli officium prophetandi, per quod myſticè ſignatur officiũ prædicandi, ad quod primò requiritur autoritas mittentis ſicut dicitur Ro. 10. c. *Quomodo prædicabunt niſi mittantur.* ideo dicitur hic à domino Ezechieli.

2 *Fili hominis mitto te.* Requiritur etiam in prædica notitia ſacræ ſcripturæ. ideò ſequitur.

† E

a *Et ſi ij lara.* Greg. Impudentia filiorum culpa grauis, [n]la faciunt, nec erubeſcunt, nec poſt culpam ad pœnitentiam redeunt, quia indomabili corde ſunt. *Et alij du.* [vi]de. *Neruus ferreus collum tuum, & frons tua ænea.* Hi quoq; [i]ſequentibus arguuntur cordis lapidei, quod dominus [e]uulſurum ſe dicit, & pro illo carneũ redditurũ, vt emolliũm Dei præcepta ſuſcipiat.

b *Si forte.* Gregor. Pauci audient, & ipſi peribunt, cũ patres. ſ. pœnitere noluerint in culpa defuncti.

Hiero. Ambigentis affectu loquitur Deus, vt liberũ hominis monſtret arbitrium, ne præſciẽtia Dei malivè immutabile faciãt qđ Deus futurum nouet. Non enim quia ille vẽtura cognoſcit, neceſſe eſt nos facere quod ille præſciuit, ſed qđ nos propria voluntate ſumus facturi, ille quaſi Deus futurum nouit.

✻ Theodor. Illud (fortè) non ignorationẽ ſignificat, nihil enim eorum q̃ futura ſunt, ignorat is qui omnia cognoſcit antequam fiat. ⁘ Verum per hoc liberam mentis facultatem docet, quia poſſunt immutari ſi voluerint. Ne quis enim ſuam præſcientiam rerum euentus cauſam opinetur, neceſſario apponit ambiguitatis verba, oſtendens voluntatis liberum arbitriũ, ſibi huc defenſionem ad diem iudicij reſeruans.

a ¶ Quaſi non populum Dei. b ¶ Quæ ad prauum opus reuerſæ.
¶ Non tantum patres, quaſi par eſt vtrorumque impietas.

gentes † apoſtatrices, quæ receſſerunt à me. Patres eo- 1 2

a ¶ Lxx. Irritantes me, ſiue in amaritudinem conuertentes. Deus enim natura benignus & dulcis vitijs amarus efficitur. ¶ Greg. Vna culpa ſuperbiæ. b ¶ Continuè.

rum præuaricati ſunt pactum meum vſque ad diem hãc,

a ¶ Altera obſtinationis. ¶ Magna Dei clementia, qui ad tales mittit, vt nemo deſperet.

a et filij dura facie, † & indomabili corde ſunt, ad quos 3

a ¶ Magna prophetæ confidentia, qui ad tales ire non formidat. 4
b ¶ Autoritas perſonæ tribuitur, ne à tam peruerſis propheta deſpiciatur. c ¶ Non ego. 5

b ego mitto te. Et dices ad eos: Hæc dicit domin⁹ Deus: † Si 6

a ¶ Simile in Ieremia: Si fortè audiant, & agant pœnitentiam, & in Euangelio, Forſitan filium meũ verebuntur. b ¶ Filij. c ¶ Me. d ¶ A peccato. e ¶ Qua ibi Deus habitare cœperat per fidem.

fortè vel ipſi audiant, & ſi fortè quieſcant, quoniã domus

a ¶ Vitijs, ne ſ. natura mitem. ¶ Per operationem. ¶ Hoſpitem manſuetum. 7
b ¶ Inexcuſabiles, aut audita prædicatione proficientes.

exaſperans eſt, & ſcient quia propheta fuerit in medio eo 8

¶ Q. d. Ne timore humilitatem fingas, cum non ſolum populo, ſed & ſenioribus loqui habeas.
a ¶ Quamuis peruerſi. b ¶ Mala. ſ. inferentes. ¶ Libertas. ſ. prædicantis.
c ¶ Lxx. Nec à facie eorum formides, quoniam inſanient, & congregabũtur cor[am] te in circuitu.
c Q. d. licet dura ceruice ſint & indomabili corde, mea præcepta ſunt fortiora, ne dicas, non fuiſſe prædictum. Inſanient & congregabuntur contra te in circuitu, nullum ſ. relinquentes refugiũ.
¶ Comminationes, vel detractiones.

rum. Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque ſermones 9

d a ¶ Ideo non timendi. Q. d. Ne quæras placere eis, qui Deo diſplicent; vnde, Nonne qui te oderunt, domine oderam. b ¶ In ſe. ¶ Deo. c ¶ Præceptorum. 10
¶ Infirmis. ¶ Aliorum, ne ſoli moriantur.

e eorum metuas, quoniã † increduli & ſubuerſores ſunt te-

a ¶ Quia blandi & malitioſi non poſſunt ſubuertere. 11

f cum, & cũ † ſcorpionibus habitas. Verba corũ ne timeas, 12 13

a Verba eorum ne timeas. b ¶ Q. d. Timendi eſſent, niſi me in ſuis actibus exaſperaſſent. 14

& vultus eorum ne formides: quia domus exaſperans eſt.
Loqueris ergo verba mea ad eos, ſi fortè audiant, & quie-

a ¶ Deum peccando irritant.

ſcant, quoniam † irritatores ſunt. Tu aũt fili hominis audi 15

g ¶ Ne ſimile peccatum ſimilem pœnam mereatur. 16

h quæcunq; loquar ad te, & noli eſſe † exaſperans, ſicut do

i ¶ Recta loquendo. 17

k mus exaſperatrix eſt. Aperi os tuũ, & comede quæcunque

in ore habent mel, & in cauda aculeum. Bonis nõ nocet D
cum malis eſſe corpore ſed mente, ſi deſit ſpiritus non adiuuant locus, Loth in Sodomis ſanctus extitit, in mõte peccauit, & in paradiſo princeps noſtri generis. Abel fieri non valet, quem Cain malitia non exercet. Infirmi autem prauorũ ſocietatẽ declinent, ne mala q̃ frequenter aſpiciũt & corrigere non valent, imitari delectentur. *Scorpionibus.*

Hier. Qui arcuato vulnere & fiſtulato aculeo percutiũt, vt eadẽ plaga & cutem aperiant, & venena diffundant. Vnuſquiſq; pro moribus ſuis ſortitur vocabulum. vnde dicitur Phariſæis, *Generatio viperarum.* Et de Herode, q verſipellis. *Ite & dicite vulpi huic.* Et pſeudoprophetæ vulpibus cõparantur, Et nũc corde indomabili, ſcorpiones dicuntur. E Et in euang. dr̃, Nõ audierũt eos oues. Qui ergo fures & latrones audierunt, ouiũ vocabulũ perdiderunt, & non quaſi oues perierunt, ſed quaſi viperæ, vulpes, ſcorpiones.

f *Si for.* Hier. Licet mali ſint quibus loquimur, non tamẽ ceſſemus, ſed opportunè & importunè prędicemus, vt qui durus eſt emolliatur & audiat, & qui obediens eſt, mutata voluntate non ſurdeſcat.

† Et ecce ſi audierint, & ceſſauerint (quoniã domus rebellis eſt) ſcient. Præſcientia Dei.
Matt. 12. c.
Luc. 13. g.
† rebelles & ſpinæ.
Ioh. 10. f.
† tribulis.
† rebelles.
† rebellis, ſicut domus rebellis.

c *Loqui ſer.* Greg. vnde, Mihi autem pro minimo, eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die.

d *Quoniam incredul.* ✻ Theodoretus. Cauſa idonea eſt ad contemptum eorum qui inſidiari aggrediuntur, improbitas legis enim violatores à diuina ope vacui ſunt, non ſunt itaque huiuſmodi viri metuendi, inquit, quamuis more ſcorpionum lędant, quamuis temeraria verba proferant, quamuis rabie multaque inſania efferantur. Hoc enim per illud verbum innuit, παροιςρησωσιν, boum translatione, quas œſtrus paſcentes impellit, & ſæpe per præcipitia ferri cogit. Eſt autem muſcę genus quodlibet & ſtimulo vehementius boues exagitans.

e *Cum ſcor.* Greg. Vnde, *Circumdederunt me ſicut apes,* quę. ſ. in ore habent mel, & in cauda aculeum.

g *Audi quæcunq;.* Greg. Ne facias q̃ prohibes ne in quo alterũ indicas, teipſum cõdemnes. Vnde Balaã ſpiritu Dei ad loquendũ repletus, ſed in carnali vita, ſuo ſpiritu retẽtus de ſemetipſo ait, *Dixit auditor ſermonũ Dei, qui nouit doctrinã altiſſimi, et viſiones oĩpotẽtis videt, qui cadẽs apertos habuit oculos, qui rectum quod diceret vidit, ſed rectè viuere contempſit.* Rom. 2. a. Nu. 44. c. F

h *Et noli eſſe.* Greg. Ne tibi cõmiſſa tacẽdo, & malefacta nõ increpando, Deũ exaſperes ſicut illi malè faciendo. Vbi ſupra.

i *Ape. os. t.* Hier. i. dignũ te pbe ſermonib. meis, & cibũ ſpũalẽ ſuſcipe, vnde, *Aperui os tuũ & implebo illud.* Et ille rñdit, *Os meũ aperui, & attraxi ſpiritũ.* Sicut dr̃, *Qui hẽt aures audiẽdi, audiat.* Ita hic, *Qui hẽt os apertũ ad comedẽdum comedat.* Apoſtolus quoq. hẽbat theſauros ſapiẽtię ait, *Os meũ apertum eſt ad vos.* Et de dño. Aperiens os ſuum docebat eos. Pſal. 8. b. Ibid. 118. c. Luc. 8. a. 2. Cor. 6. c. Matt. 5. a.

k *Et come.* Gre. Poſt apertionẽ oris comedimus qa augetur Vbi ſupra.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 [Q]uę receſ. à me. *per idololatriam.*
2 [P]atres eorum pręua *i. legem meã, quia citò poſt ingreſſum terræ promiſſionis declinauerunt ad idololatriam, vt patet in libris Iudicum & Regum.*
3 [E]t filij du fa. *i. irritantes, irreuerentes, & inuerecundi.*
4 [E]t indoma corde ſunt. *Sunt enim in malis obſtinati.*
5 [A]d quos e. mitto te. *Vt manifeſtè appareat, quòd mala eorum non proueniunt ex defectu meo, ſed mitto prophetas meos ad arguendum mala eorum.*
6 [S]i forte vel. *Per iſtud fortè, non intelligitur aliquod dubium in Deo reſpectu futurorum, cum certiſſimè omnia percognoſcat, ſed per hoc intelligitur vertibilitas liberi arbitrij ad bonum & malũ.*
7 [Q]uo. d. ex. eſt. *ideſt, familia prouocans ad iram dominum.*
8 [E]t ſcient quia pro. *& ſic excuſationem non habebunt, ſi à malis non pœniteant.*
9 [T]u er. *Hic cõſequenter ponitur confortatio domini contra malitiã eorũ quibus debebat loqui, quia minus iacula feriunt q̃ pręuidentur, vt dicit Greg. Dicit igitur,* Tu er fi. ho. n. ti. eos. *i. facta eorum aſpera.*
10 Neque ſermones e. *i. detractiones & opprobria.*
11 Quoniam incredu. *erga dominum.*
12 Et ſubu. *iuſtitię erga proximum.*
13 Et cum ſcorpionibus ha. *verbis malis & factis pungẽtib.*
14 Verba eorum ne ti. *Repetitio eſt eiuſdem ſententię ad maiorem aſſertionem.*
15 Quoniam irritatores ſunt. *ſ. prophetarum. Et in hoc notat paucitatem conuertendorum.*
16 Tu aũt. *Hic cõſequẽter imponitur Ezech. officiũ p ſignũ libri oſtẽſi & incorporati. Et diuiditur in duas partes, qa primò ponitur hęc impoſitio. ſecundò ipſius prophetę confortatio. c. ſeq. ibi,* Et dixit ad me. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur libri oſtenſio. ſecundo, eius incorporatio, in principio ſequentis cap. Circa primum excitatur intentio prophetę, cum dicitur,* Tu autem fi. ho. au. *ſicut diſcipulus humilis & obediens.*
17 Et noli eſſe exaſpe. *ideſt mihi rebellans, & per conſequens ad iram me prouocans.*

tur in noſtris ſenſibus cibus vitæ, cùm cœperimus prædicare, vnde: *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum.*

*Ro 10.d.* *Exod.17.c.* a *Ecce manus.* Hier. Ad eos manus dñi extenditur q beneficiũ conſequunt, alijs contrahit. vnde. *Tota die expandi manus meas ad populũ nõ credentẽ.* vt cõgregaret. ſ. filios Iſrael ſicut gallina pullos ſuos ſub alis, & extẽſione manuũ ſuperaret Iſrael Amalec.

*Pſal.39.* b *In q.erat in.70.* capitulũ lib. de quo in pſ. In capite libri ſcriptũ eſt de me. In principio. ſ. Hic inuolutus eſt quẽ nemo põt legere, nemo aperire: niſi leo de tribu Iuda, radix Dauid: nec totus deuorat̃ ſed in capitulo, Non. n. fieri poteſt vt humana natura totos huius libri theſauros deuoret. *Apoc.5.b.* *† gemitus.*

a ¶ Filius Dei, qui ſanctis ſuis ſcripturam aperuit. b ¶ Lxx extenta.

ego do tibi. Et vidi, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat 1

a ¶ Obſcurus. b ¶ ſacræ ſcripturæ c ¶ Greg. Expandit, dum ænigmata expoſuit vnde: Aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. d ¶ Vt intelligerem. 2

inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui erat ſcri 3

a ¶ Quia in Iſaia populo non credenti dicitur ſignatus. ſicut vſque hodie ſuper corda Iudæorum velamen poſitum eſt in veteri teſtamento. 4
b ¶ Spirituali ſenſu maioribus. c ¶ In hiſtoria infirmis. d ¶ Tam intus quàm foris.

ptus intus & foris, et ſcriptæ erant in eo lamentationes, et 5

a ¶ Super his qui digni ſunt Dei teſtimonio, quibus dicitur: Cantate domino canticum nouum.
b ¶ Super illis qui penitus deſperant, & cum venerint in profundum peccatorum contemnunt. 6

† carmen, et væ. 7

Greg. Per Ezechielem prędicatorum ordo, per librum ſcriptura ſignatur.

✲ Theod. Meritò ſupra dixit, ſi fortè audiãt, aut timeãt, terroris. n. plena quæ prophetis mandantur, lamentatio & carmen & væ, in toto capite ſcripta intus & foris. Caput aũt vocat libros inuolutos Sic. n. Priſci ſcripta monumenta ſeruabant, & Iudæi ad hoc vſque tempus in huiuſmodi voluminibus diuinas continent ſcripturas.

B c *Intus & fo.* Alij ante & retro. i. de futuris & de pteritis. *Intus.* ſ. intelligentia ſpirituali, vnde, *Omnis glo.eius filiæ regis ab intus.* vnde, *Montes excelſi ceruis petra refugium herinaciis.* *Pſal.44.c.* *Ibid.103.c.*

*Intus.* Greg. Quia inuiſibilia promittit & cœleſtia. Foris, quia viſibilia præceptorum ſuorum rectitudine diſponit, Terrena & cõtemptibilia, qualiter vel in vſu ſint habenda: vel ex deſiderio fugienda, præcipit. Alia in exterioribus actionibus iubet. & quę foris pręcipit, patent, Alia de ſecretis cœleſtibus. quæ plenè comprehendi nõ poteſt, vnde, *extendens cœlum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius.* Cœlum. n. ſcriptura eſt, de qua nobis, & ſol ſapientiæ & lumen ſcientiæ & ex antiquis patribus ſtellæ exemplorum atq; virtutum lucent. Quod ſicut pellis extendit̃, qa p ſcriptores ſuos carnis lingua formatũ ante oculos noſtros p verba doctorũ exponẽdo explicat. Aquæ verò. i. angelis. de quib. dr̃: *Lauda. e eũ cœli cęlorũ, & aquæ quæ ſuper cę. ſunt laudent nomen domini.* Superiora cœli tegũt q alta ſacri eloquij q̃ ſ. de natura diuinitatis dñr, aut eternis gaudijs n[...] bis adhuc neſcie[...] tibus ſolis ange[...] patefecit. *Pſal.103.a.*

d *Lamen.* Greg. his qui ad pœni[...] tiam vocantur. [...] cut Samuel & I[...] lus plangebant [...] lugebãt Saul & [...] rinthios quos [...] uare cupiebant[...] *Lamentatio.* Gr[...] Vt peccata punias. Lege quæ in hoc volumine ſcri[...] ſunt. *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* Et rurſu[...] *Miſeri eſtote & lugete, & huiuſmodi.*

✲ Rupertus. Lamentationes in hoc libro ſcriptæ ſu[...] & carmen, & væ. Prius lamentationes, deinde carm[...] quia, qui ſeminant in lachrymis, in exultatione mete[...] qui autem nunc lamentari, i. pœnitentiam agere no[...] illis væ, qui mittentur in ignem æternum. Quid aliud[...] tus liber, quid aliud tota ſcriptura continet?

✲ Hierony. Liber ille quem propheta deuorat, om[...] ſeries ſcripturarum eſt. In quibus & pęnitens plangit[...] & iuſtus canitur, & maledicitur deſperans. Nihil ita r[...] gnat Deo, quàm cor impœnitens. Solũ crimen eſt q[...] veniam conſequi non poteſt.

e *Et carmen.* Greg. Quaſi dicat, Vt de promiſſione ſe[...] tis gaudij hilareſcas: cognoſce quę in hoc volumine [...] pta ſunt. *Beati qui habitant in domo tua domine in ſecula, &* ex lapide pretioſo & mundo omnes plateæ eius ſter[...] tur: & per omnes vicos eius hallelu-ia cantabitur.

f *Et væ.* q. d. Si adhuc pſenti ſęculo inhęres mẽte: ſi t[...] nis voluptatibus delectaris. & amare nõ potes eterna g[...] dia q̃ audis, cognoſce væ: vt ab aĩo expellas q̃ diligis. [...] de: *Ibi erit fletus & ſtridor dentium, & vermis eorũ nõ morie[...]*

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et ecce manus miſ. *Sic enim videbat imaginaria viſione.*
2 In q. e. inuo. li. *In Heb. habetur.* Inuolutus rotulus. *In quo deſignatur, quòd futura contingentia de quibus erat iſta prophetia, ſunt hominibus occulta.*
3 Et expan. illum coram me. *Et per hoc intelligitur quod dedit intellectum eius prophetæ.* Qui
4 Qui erat ſcriptus intus & f. *Videbatur enim ille ro[...] expanſus ex vtraque parte ſcriptus, in quo deſignatur multitu[...] contentorum.*
5 Et ſcrip. erant. *transfmigratorum & in ſeruitute exiſtent[...]*
6 Et carmen. *i. conſolationes patienter tolerantium.*
7 Et vę. *Iudæorum in Ieruſalem exiſtentium, propter exti[...] miſerabile ciuitatis propinquum. Iſta enim tria continentur i[...] libro, vt patet per prædicta.*

MORALITER.

10 Qui audit audiat, & qui quieſcit qui. *i. aliqui de populo te audient, verbis tuis acquieſcendo, & aliqui quieſcent ab audiendo verba tua repellendo, & de iſtis ſubditur:* Quia domus exaſperans eſt. *Secundum alios verò verbum eſt impoſitum Ezechieli dicẽdum populo in perſona Dei.* Qui audit audiat. *Ideſt, qui vult audire audiat, & qui non vult, dimittat. Et eſt modus loquendi illius qui grauiter & moleſtè portat duritiam audientium, ideo ſubditur.* Quia domus exaſperans eſt.

✣ Cap

## MORALITER.

†† *Ecce data ſunt,* &c. ideſt, prohibitiones prædicationem impedientes. Impeditur etiam aliquando ex populi malitia. ideo ſequitur.

† *Eris mutus, nec quaſi vir obiurgans, quia domus,* &c. Quiamen impedimentum vtrumque tollitur aliquando Dei ordinatione. Sequitur: *Cum autem tibi locutus fuero aperiam os tuum,* &c.

† Eris ‡ MORA

ADDITIO.

n cap. 3. vbi dicitur in poſtilla: Et audiui poſt me vocem commotionis.
Hæc vox magnæ commotionis videtur ſignificare, quod incarnatio dei quæ prophetæ fuerat in præcedentibus reuelata erat maxime virtutis & potentiæ: vnde declarans quod ſanabat per illam vocem ſubdit: Benedicta gloria domini de loco ſuo: quæ verba prophetæ, prædicto propoſito adaptantur, quia de humanitate deifica per incarnationem propriè dicitur: benedicta gloria domini, & quod ſequitur, de loco ſuo. correſpondet huic quod dicitur Michææ. 1. a. de hac materia: Ecce dominus egredietur de loco ſuo, & deſcendet & calcabit ſuper excelſa terræ. Et nota, quod dixit propheta. Et audiui poſt me vocem. non enim dixit ante me, vel coram me, vt innueret quod benedicta gloria domini de qua loquebatur poſt eum erat ventura eo modo quo Ioannes dixit Ioan. 1. d. Poſt me venit, qui ante me factus eſt. D

# CAP. IIII.

a ¶Terrenum auditorem.

E T tu fili hominis ſume tibi laterem, & 1
a ¶Intenta mente qualitatem eius conſiderando & vitam & intellectum. b ¶Docendum. ¶Corde
pones eum corã te: & deſcribes in eo 2 3 4
¶Gaudia ſupernæ patriæ ¶Poſt
a ¶Ideſt, proficientia animæ quæ tentationes ſequuntur innoteſce.
ciuitatem Ieruſalem. Et ordinabis ad- 5
6
a ¶Explicando.
uerſus eam obſidionem, & ędificabis 7
a ¶Quibus vrbs clauditur, ne quis exeat. b ¶Greg. Terrenis cogitationes. c ¶Quo foſſæ complentur. d ¶Collectas malignorum ſpirituum inſidias demonſtrando. Sunt enim quædam ſibi cognata vitia.
c munitiones: & comportabis aggerem, & dabis contra 8
a ¶Militum cuſtodia. b ¶Vitia ſingula inuentia. 9
d eam caſtra, & pones arietes in gyro. Et tu ſume tibi 10
e a ¶Itam domini indomabilem nullis precibus flexibilem: Nihil enim ferro durius: Hæc ponitur quaſi murus ferreus vt oſtendatur ciuitas in breui confringenda. b ¶Si auditor corrigi noluerit. 11
f † ſartaginem ferream, et pones eam in murum fer-

ET tu fili ho. Greg. Quaſi dicat. Cognoſce quid ſis, & ſi ſuper te eleuaris, diuina ſecreta conſpicis.
a Et tu fili ho. Hiero. Mali etſi tolerãtur, ſubitò corruunt, & eorum pœnas infirmi conſpiciunt, ne culpas imitentur. vnde hic Iudææ deſolatio ſubiungitur.
a Hiero. Hoc quoque ſignum eſt obſidionis. Laterẽ: Symmachus apertius laterculum vel abacum, in cuius puluere ſolent grammas, id eſt, lineas geometricas radio ſcribere.
b Vnde quidam prò geometriæ ſciẽtia, attendentes φ Ieſis exploratores mittunt qui terram deſcriberẽt, quod geometriæ proprium eſt. In Zacha quoque angelus habet geometricum calamum ad metiendum Ieruſalem.
* Theod. Ipſius Ieruſalem obſidionem deſcribere iubetur. In latere autem fit deſcriptio propter incolarum debilitatem qui non ædificauerunt domum ſuã, ſm ſapientem illum, ſupra petram, ſed ſuper arenam. Quare venerunt flumina & deſcẽdit pluuia, & flauerũt vẽti, & irruerũt in domũ ipſorũ, & cecidit, & fuit ruina illius magna.
* Greg. Ezechiel magiſtrorum ſpeciem tenet, Doctores quippe ſancti ſibi laterem ſumunt, quã lo terrenum auditorum vt doceant, apprehendunt. Quem laterẽ coram ſe ponunt, quia tota illud ſollicitudinis intentione cuſtodiunt. In quo ciuitatem Ieruſalem iubentur deſcribere, quia prædicando curant terrenis cordibus, quantæ ſupernæ pacis viſio, demonſtrare.
b Et ord. Greg. Prædicator obſidionẽ ordinat, cum per ſacræ admonitionis verba ſingulis virtutibus quæ vel quibus modis vitia inſidiantur, oſtendit.
Greg. Deſcripta.n. Ieruſalem in terreno corde præſumpto ſupernæ pacis amore, tentatio acrior inſurgit. vñ. Fili accedens ad ſeruitutem Dei præpara animam tuam ad tentationes.
c Munitiones. Hier. Quę mala munita contra mentem veniat, vt vitia ſub virtutum ſpecie ſe abſcõdant, & in alto ſe oſtendant per imaginẽ, cum ſint in imo per actionem.
d Et

d Et po. arie. Greg. Quibus muri fundamenta quatiuntur, lapides diſſoluuntur. Hac deſcriptione ſignificatur vrbis vicina captiuitas ſub rege Sedechia, cuius 11. anno & ipſe captus eſt, & ciuitas. Poſſumus tamen dicere, laterem in ſuggillationem Iſraelis accipere, quia in luto & latere ſeruierit Pharaoni. Siue vrbs quam putabãt firmiſſimam & inexpugnabilem & lateri fragiliſſimo cõparatur, qui ad tactum aquæ illico ſoluit: vt de qua dicitur: Nũquid petra duriſſimã, velut deſerti eſt mons filię Sion: vertatur in laterem, qui inũdatione Babylonica corrũpatur. vnde: Propterea adducet dominus ſuper vos aquas multas & fortes & regis Aſſyriorum. Et pones arie. Aliquando enim ſingula vitia hincinde mentem feriunt, quæ in gyro a prędicatore ponuntur, dum oſtendit quam blandè luxuria percutit, quã aſperè impatientia occidit, & huiuſmodi. Iere. 39. a. E Iſaiæ. 8. b.
e Et tu ſu. * Theod. Docetur fore vt præſens Deus & quæ contra Hieroſolyma fierent, intuens oĩa, nulla eos prouidentia dignetur, ſed quaſi muro quodam ferreo coercitus, neque cernere quæ fiant, neque ſibi ſupplicãtes audere videatur. Hec autem, inquit, facito ſignum dans his qui obedire tenuant, & dictis repugnent, per res ipſas.
Greg. Ferrum forte metallum eſt. In ſartagine cibus frigitur, per ſartaginem ergo ferream, ſpiritualis cœli fortis frixura ſignatur: qui doctoris animam frigit, quia valde cruciatur, dum videt infirmos æterna deſerere, temporalia quærere. vnde: Quis infir. & ego non inf. quis ſc. & c. Ita Paulus contra vitia ardebat, ſeu virtutum alimenta ex ſua afflictione parabat. F 1. Cor. 11. g.
f Et po. ſam. Grego. Vt ſi audire is qui docetur noluerit, doctor tamen pro zelo quem exhibet reus nõ fit, vt ſecurus ſit in die iudicij. Nullum Deo maius ſacrificiũ, quam zelus animarum. vnde: Zelus do. tuæ co. m. Inde pręcipitur, vt ſimila oleo conſperſa in ſartagine frigatur, i. munda mẽs per ſancti ardorem zeli cremetur, & charitati miſericordiæ miſceatur, quæ in conſpectu Dei ardet & lucet. Pſal. 68 b. Eccl. 7. c.
Et

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

* ET tu fili, Poſtquam deſcripta eſt officij impoſitio, hic conſequenter ponitur impoſiti executio. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur ciuitatis, & populi deſtructio. Secundò deſtructionis ratio, c. 15. Prima adhuc in duas, quia primò denuntiatur ciuitatis & populi exterminium. Secundo offertur & remedium, c. 14. Prima adhuc in tres, quia primò dicta deſtructio prędicitur, ſecũdò multiplex abominatio in Ieruſalem oſtenditur, c. 8. Tertiò ſcriptura ad propoſitum reuertitur, c. 9. Prima adhuc diuiditur in quatuor: quia primò deſcribitur ipſius Ieruſalem obſidio. Secundò, populi ſui vaſtatio cap. 5. Tertiò, terrę depopulatio, cap. 6. Quartò, dictæ vaſtationis acceleratio, c. 7. Præſens autem caput in duas partes diuiditur: quia primò deſcribitur obſeſſio ciuitatis. Secundò, ex hoc ſequens oppreſſio famis, ibi: Et tu ſume. Prima adhuc in duas: quia primò deſcribitur obſidionis modus. Secundò, captiuitatis vel iniquitatis tempus, ibi: Et tu dor. Circa primum dicitur.
1 Et tu fi. Iſte modus loquendi frequenter fit Ezechieli. Cuius rationem aſſignant doctores communiter. ſ. ne ex eleuatione contemplationis obliuiſceretur humanæ fragilitatis.
2 Sume ti. la. ſ. crudum. vt poſſint ibi protrahi figuræ.
3 Et po. eum. vt videas ibi diligenter & attente.
4 Et deſcri. in eo. i. in medio eius ciuitatem Ieruſalem.
5 Et or. i. d. ſcribes.
6 Aduerſus eam ob. In circumitu eius.
7 Et ædi. mu. i. deſcribes ſimilitudinem turrium lignearum, ex quarum ſummitate videntur ab extra illa quæ fiunt in ciuitate.
8 Et compor. ag. i. deſcribes portatores terrę & lignorum ad implendum foſſata.
9 Et da. con. eam ca. i. deſcribes acies armatorũ oppugnãtes eã.
10 Et po arie. i. deſcribes. Sunt autem arietes ligna oblonga in capite ferrata, cum quibus impellitur murus ad cadendum, & ſic videtur, quod ille later erat ſatis magnus, vt poſſent in eo deſcribi omnia iſta: tamen in paruis figuris poſſunt multa deſcribi in ſatis paruo ſpacio. Arietes.
11 Et tu ſu. ti. Per hoc deſignatur, quòd Deus ad miſerandum non reſpiciet ciuitatem ſic obſeſſam.
* Et

MORALITER.

† 1 Et tu fi. ho. qui de terra formatur, propter quod per ipſum corpus humanum ſignatur.
4 Et deſcri. quę ſecundum ſenſum moralem ſignat animam rationalem. Igitur in latere Ieruſalem deſcribitur, quando anima exiſtens in corpore per prædicationem contra diabolum virtutibus munitur.
5 Et ordi. aduerſ. eam obſi. i. ordinandam denuntiabis demonum impugnationem.
7 Et ædificabis mu. & compor. agge. Per illa ſignantur varia machinamenta, quibus diabolus vtitur ad rationalem animam capiendam.
† Et

a ¶Aliquando ſeuerius agendo.
b ¶Hiero. Seueritatis indicium eſt, ſecundum illud: Vultus autem domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

a rerum inter te & inter ciuitatem: & obfirmabis faciem tuã 1
a ¶La[illegible] tentationum circundatam oſtendes, vt quanto tan[illegible]dior, tanto vigilantior viuat ¶Obſidionis.
ad eam: & erit in obſidionem, & circũdabis eam: Signum 2
¶Hoc ſcil. eſt.
b eſt domui Iſrael. Et tu dormies ſuper latus tuum ſiniſtrum, 3
& pones iniquitates domus Iſrael ſuper eo, numero die- 4
a ¶idelt, figurabis captiuitatem eorum. 5
rum, quibus dormies ſuper illud: & † aſſumes iniquita-
tem eorum. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum,
numero dierum trecentos & nonaginta dies, & por-
tabis iniquitatem domus Iſrael. Et cum compleue- 6

a *Et obſir.* Greg. Aliquando ſeuerius agendo. vnde: *Filiæ* A *tibi ſunt, ſerua corpus illarum, & non oſtendas hi. faciem tuã ad il.*

4. Reg 15. b *Et tu dormies.* Hiero. Sub Phaceæ filio Romeliæ, qui regnauit in Iſrael annis. 20. percuſſo Phacea filio Manahe domino ſuo, Theglathphalnaſar rex Aſſyriorum cepit Ahion & Gabel, & domum Maacham & Ianoe & Cedes & Aſor & Galaad & Galilæã & vniuerſam terram Nephthali, & tranſtulit eos in Aſſyrios: poſt quem regnauit in Iſrael Oſeæ filius Eſa annis nouẽ captuſq; eſt cum omni Samaria a Salmanaſar rege Aſſyriorum, & tranſlatus eſt Iſrael in Elam & B arbor iuxta fluuiũ Gozam, in ciuitates Mœdorum. Sexto autem Ezechiæ regis anno, ſicut Regũ narrat hiſtoria, captus eſt Oſeę, a quo ſi ſupputemus quot annis Iſrael in anguſtia fuerit captiuitatis a ſexto anno vſque ad vigeſimumnonũ, tot enim Ezechias regnauit, ſunt anni 24. cui ſucceſſit Manaſſes quinquagintaquinq; annis. Poſt regnauit Amon annis duobus, deinde Ioſias annis triginta duobus, poſt Ioachim qui & Eliachim annis 11. Inde Ioachin qui & Iechonias qui ſtatim ductus eſt in captiuitatem, pro quo regnauit Sedechias annis. 11. ſub quo capta eſt Ieruſalem, templumque deſtructum. Fiunt itaque a prima captiuitate Iſrael quę ſub Phacee facta eſt, vſque ad 11. annum Sedechiæ quo templum deſolatum eſt, anni 154. A ſecunda quãdo captus eſt Oſea & omnis Samaria ſubuerſa anni 135. Fueruntque anni deſolationis templi 70. Qui additi primæ captiuitati, faciũt annos 234. In ſecundo enim anno Darij, templum extructum eſt ſub Zorobabel & Ieſu ſacerdote magno, prophetantibus Aggæo & Zacharia, qui regnauit annis 36 vnoque ſublato, adduntur anni eius 35. Poſt quem regnauit Xerxes filius Darij annis 20. Poſt hunc Arrabanus menſibus 7. & Xerxes qui & † Macroceir annis 40. Poſt Xerxes menſibus duobus, & Sogdainus menſibus 7. Cui ſucceſſit Darius cognomẽto Nothus, qui regnauit annis 19. Poſt quem regnauit Artaxerxes qui & † Mennon Darij & Phariſatidis filius annis 40. qui ab Hebræis Aſſuerus dicitur. Sub quo Mardochæi & Eſther narratur hiſtoria, quando omnis populus Iſrael de mortis periculo liberatus priſtinam recepit libertatem. Fiuntque a ſecundo anno Darij, vſque ad extremũ Aſſueri annum: anni & menſes 4. qui additi ſuperioribus annis 234. faciunt annos 389. & menſes. 4. Siniſtræ partes delegantur Iſraeli, qui ſine templo & notitia Dei in Samaria fuit. De Iudæ qui in c[...] & religione D[...] notandum quòd [...] altero ſit pœna [...] cantium. in al[...] virtutis exerc[...] Quòd autem [...] prophetę, hicar[...] eſt patientibu[...] quos annos p[...] bant filij Laba[...] cob erant quaſ[...] pauci. Nec ſo[...] autem in ſupp[...] varietas eſt pd[...] ſitate meritorũ [...] in retributione [...] norum, agni in [...]tera, & hædi in ſiniſtra: vnde: *Cor ſapientis in dextera eius, cor autem ſtulti in ſiniſtra.*

(Marginalia: 4. Reg. 17. a. — 4. Reg. 17. c. — Anni deſolationis templi — † Maraſcr. — C — † Memor Darij. — Eſther. 8. b.)

⁜ Theod. Poſt Salomonem regnante Roboam, diuiſunt duodecim tribus, & decem modo Ephraim, modo Iſrael vocabantur. Iudas autem & Beniamin, Iudas vocabantur, veruntamẽ vnus erat populus ab Iſraele & Abraham oriundus. Quare tantum de vno populo quæ ſeparatim dixit, eadem rurſus coniunxit. Cum enim tribuiſſet centum quinquaginta dies Iſrael, & Iuda quadraginta, rurſus tanquam de vno corpore vnaque cognatione locutus, cum centum nonaginta diebus coniunxit, iunctaſque rurſus diuiſit & ait, *Dormies ſuper latus* [...]*trum, &c.*

Hiero. Qui autem voluerit computare a prima captiuitate quæ facta eſt ſub Manahe filio Gaddi rege Iſ[...] qui regnauit in Samaria annis 10. quando Phul rex [...]riorum ab Iſrael mille talenta argenti in tributum a[...]pit, & poſt eum alios duos annos Phacee quos regn[...] in Iſrael inueniet 21. anno Aſſueri compleri. 390. a[...] quando Eſther fuit hiſtoria, quod credibilius eſt. N[...] enim finito Aſſueri imperio, ſed eo adhuc regnante I[...] ſeruitutis iugum abiecit.

* Theod. Maior erat iniquitas illius populi qui Iſ[...] vocabatur, qui cum penitus a Deo defeciſſent, modo [...]uencas colebant, modo oĩs generis idola adorabant [...] circo illis centum quinquaginta dies definit. Iuda [...]

☞ qu

## NICOLAVS DE LYRA.

⁜ 1 Et obfirmabis. *reſpiciendo eam quaſi facie torua & irata, in ſignum quod Deus eſt ei iratus implacabili ira, ideo ſubditur.*

2 Signum eſt domui Iſrael. *i. omnia quæ dicta ſunt tibi ſunt ſigna obſidionis & deſtructionis Ieruſalem.*

3 Et tu dormies. *Hic conſequenter ponitur captiuitatis tempus, ſecundum Latinos, & primò quantum ad captiuitatem decem tribuum, quæ vocantur hic domus Iſrael, cum dicitur:* Et tu dormies ſuper latus tuum ſiniſtrum. *Per quod deſignatur regnũ decem tribuum, quod a principio receſſit a cultu diuino ſub Ieroboam rege primo qui fecit vitulos aureos 3. Reg. 12.*

4 Et pones iniquitates domus Iſrael ſuper eo. *Et per iniquitates intelliguntur hic pœna pro iniquitatibus inflictę.*

5 Numero dierum quibus dormies ſuper illud. *ſ. ſuper latus ſiniſtrum. Et ſubditur numerus dierum* 300. *&* 90. *ad deſignandum quod tot annis domus Iſrael erit in captiuitatis afflictione pro iniquitatib. ſuis: tot enim anni (vt dicũt doctores) fluxerunt a prima captiuitate regni decem tribuum, quam fecit Theglathphalnaſar, qui captiuauit duas trib. cum dimidia exiſtentes vltra Iordanem, & cum hoc aliquos de illis qui erant circa Iordanem, vſq; ad annum Aſſueri* 40. *qui filios Iſrael a periculo mortis liberauit, Aman & filij eius ſuſpenſis, vt habetur in libro Eſther. [...]ctionem autem huius numeri annorum per tempora regũ hic [...]to ex cauſa quæ poſtea dicetur. Poſtea ſubditur tempus captiuitatis regni duarum tribuum: quod dicitur hic domus Iuda, cum dici[...]*

6 Et cum compleueris hæc dormies ſuper latus t[...] *Per quod deſignatur regnum Iuda: quia firmius adhæſit domino [...]cut pars dextera eſt fortior, & longè tardius receſſit a cultu d[...] quam regnum Iſrael, vt patet. 4. Reg. & 2. Paral.*

*

## MORALITER.

† 1 *Et obfirmabis faciem tuam ad eam: & erit.* Ad ſignandum, quòd diabolus qui eſt in malo obſtinatus, habet contra rationalem animã implacabilem guerrã, ideo ſubditur.

2 *Signum eſt do. Iſ.* ſ. ad hoc, quod quilibet ſemper ſit munitus ad reſiſtendum inſultibus eius.

3 *Et tu dormies ſup.* Per quod ſignatur caſus damnatorũ, qui ponendi ſunt ad partem ſiniſtram, ſicut dicitur, Matth. 25. c. *Hædos autem a ſiniſtris.* Ideo ſequitur.

4 *Et pones iniquitates domus Iſrael.* Quæ peccauit diuturna & multa idololatria, propter quod de captiuitate no[...] reducta ſecundum Hebræos: propter quod ſignat p[...] interminabilem gehennæ.

6 *Et cum com. le. a. hæc.* Per latus dextrum intelligit[...]tus ſaluandorum, ſecundum illud Matth. 25. c. *Ponet [...] dex. &c.* Quia tamen vitam præſentem non tranſeu[...]ne peccatis, de quibus tamen pœnitent verè, & con[...]tur, ideo iniquitates domus Iuda, id eſt, confitentis d[...]tur, & eorum pœna terminabilis per numerum [...]rem, ſcilicet quadraginta dierum ſignatur:

† MOR-

A quadraginta, vnumquemque diem in annum poſui tibi. Significant quadraginta dies Iuda, quadraginta annos illos, qui deerant ſeptuaginta annis. Declarat enim Deus per Ieremiam prophetam, ſe ſeptuaginta annos, vt in Babylone illi degerent, decreuiſſe, ſed triginta iam tranſierant anni. Trigeſimo ſiquidem captiuitatis ſuam prophetiam orſus eſt Ezechiel circiter annũ quintum Iechoniæ captiuitatis, à quo vſque ad annum regni Cyri Perſæ reliqui quadraginta explentur anni.
a Dormies ſuper latus tuum dextrum ſecundò: & aſſumes iniquitatem

tem domus Iuda quadraginta &c. Hieron. Dextri lateris dormitio ſicut annorum quadraginta facilè cõputatur. Poſt Eliachim n. qui & Ioachim regnauit filius eius Ioachim, qui & Iechonias menſibus tribus. Quo regnante aſcẽderunt ſerui Nabuchodonoſor in Ieruſalem, & expugnauerunt eam. Interim venit Nabuchodonoſor & egreſſus eſt ad eũ Ioachim rex Iuda, & mater eius, & ſerui, & principes eius, & eunuchi, & ſuſcepit eum rex Babylonis octauo anno regni ſui: & abſtulit theſauros domus dñi, & theſauros domus regiæ, & paulò poſt tranſtulit D 4.Reg.24.b

a ris hæc, dormies ſuper latus tuum dextrum ſecundò &
*Idest, figurabis captiuitatem eorum.
† aſſumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. 1
Diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi. Et ad 2 3
¶Non ſolum verbis, ſed & geſtu habitu prophetæ tuis vrbis obſidionem monſtra.
obſidionem Ieruſalem conuerteris faciem tuam: & bra- 4 5

## NICOLAVS DE LYRA.

B

* 1 Et aſſumes iniquitatem domus Iuda. *ideſt deſignabis captiuitatem pro eius iniquitate inducendam.*

2 Quadragin.di. *Quorum ſignificatio ſubditur cum dicitur.*

3 Diem pro a.i. *quot diebus dormies ſuper latus tuum dextrũ, tot annis durabit captiuitas domus Iuda: Tot.n.anni vt dicunt doctores prædicti, fluxerunt à tranſmigratione Ioachim a qua incepit illa captiuitas, vſq; ad primũ annũ Cyri, qui dedit populo licentiam redeundi. Et dicitur hic bis:* Diẽ pro anno dedi tibi. *pp captiuitatem duplicis regni. Deſtructionem vero 40. annorum illius ſecundæ captiuitatis per tempora regũ omitto ſicut & præcedẽtis. Tum quia vtraque deductio diffusè ponitur in gl. Ezechielis ſuper locum iſtũ: ad quam quilibet poteſt recurrere, quia inuenitur quaſi vbique. Tũ quia vtraque deductio videtur in aliquibus diſcordare à dictis communibus Hebræorum & Latinorum. Prima in hoc quod dicit captiuitatem regni Iſrael terminatam tempore Aſſueri, cum tamen omnes Hebræi, & Latini pro maiori parte dicant, quòd illa captiuitas non eſt adhuc ſoluta: ſed ad horam fuerunt liberati à periculo mortis, nõ à iugo ſeruitutis. Similiter ſecunda quæ dicit, quòd à tranſmigratione Ioachin vſque ad primum annum Cyri fluxerũt tantum quadraginta anni: cum tamen ſecundum omnes Hebræos, & ſecundum Latinos ſaltem pro maiori parte ad minus fluxerunt. 70. anni. vnde & Iere. 19. dicitur.* Cum cæperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper vos verbum bonum, &c. *Secundum Hebræos autem hic deſcribitur tempus iniquitatis, ſicut ſonat litera vtriuſque domus.ſ. Iſrael & Iuda, propter quam vtraque meruit captiuari. Et accipitur hic iniquitas notabilis quæ eſt per idololatriam, & quæ reſpicit communem populum: & non tantum perſonam ſingularem: iniquitas autem in iſta domo Iſr. durauit annis trecentis nonaginta, quorum 241. accipiuntur à primo anno Ieroboam qui peccauit & peccare fecit Iſrael in vitulis aureis vt frequenter repetitur. 3.Reg. & 4. vſque ad nonum annum Oſeæ, quo cum populo regni Iſrael tunc captiuatus fuit per regem Aſſyriorum, quorum numerus ſic declaratur. Ieroboam enim regnauit annis viginti duobus, vt habetur. 3.Reg.14. Poſt eum Nadab duob. annis 3.Reg. decimoquinto. Baaſa vigintiquatuor, Ela duobus, Zamri modicum ſtetit: ideo tempus eius computatur ſub rege ſequenti, ſcilicet Amri, qui regnauit duodecim annis, Achab vigintiduobus. Hæc habentur. 3.Reg. 16. Ochozias duobus 3.Reg.22. Ioram 12. 4.Reg. 1. Iehu 28. annis. 4.Reg. 10: Ioachaz 17. Ioas. 16. 4. Reg. 13. Ieroboam 41. 4.Regum 14. Zacharias, & Sellum ſex menſibus tantum, ideo tempus eorum computatur cum ſequenti.ſ. Manahem qui regnauit decem annis. Phaceia duobus. Phacee 20. hæc habẽtur 4.Reg.15. Oſee nouem quia nono anno captus in Samaria cum populo ſuo ductus eſt in Aſſyrios 4. Reg. 17. & iſti anni ſimul iuncti faciunt numerum ſupradictum. Anni verò 149. qui deficiunt de toto numero.ſ. trecentis nonaginta accipiuntur de tempore iudicum. ſcilicet, à primo anno Abimelech vſque ad vltimum annum Eli. dicitur enim Iudic. 8. quòd Gedeon ex ornamentis aureis ſibi datis de victoria habita de Madianitis fecit ephod.ſ. veſtem ſacerdotalẽ, & ſubditur ibidem:* Fornicatuſque eſt omnis Iſrael in eo: *& ſicut dictum fuit ibidem, iſta fornicatio non fuit viuente Gedeone, quia non fecit ephod ad cultum idololatriæ: ſed ad Dei cultum in domo propria, ſicut dictum fuit ibidem.* Poſt mortẽ aũt eius oĩs Iſrael fornicatus eſt in illo ephod. *vtendo eo in cultu idolorũ Baalim & Aſtaroth, ſicut ibidem ſubditur: & hæc fornicatio durauit vſq; ad tẽpus Samuelis, qui dixit populo Iſr. 1.Reg.7.a.* Præparate corda veſtra dño, & ſeruite illi ſoli. *Et ſubditur.* Abſtulerunt ergo filij Iſrael Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt domino ſoli. *Numerus autem annorum ſic accipitur: Mortuo Gedeone Abimelech iudicauit populum tribus annis. Iud.9. poſt eum Thola. 23. Iair 22. Iudi. 10. Et ibi ſubditur, quòd populus Iſrael poſt mortem Iair afflictus fuit per filios Ammon & Philiſthijm. 18. annis,*

C

*qui non poſſunt computari in tempore iudicis ſequentis.ſ. Iephte qui iudicauit populum tantum ſex annis, & ideo accipiuntur hic 28. anni in quibus populus fuit ſine iudice, poſt quos Iephte iudicauit 6. annis Abeſſan 7. Ahialon 10. Abdon 8. & hæc habentur, Iud. 12. Samſon 20. Iud. 17. Eli. 40 1.Reg.4. cui ſucceſſit Samuel. Iſti autẽ anni ſimul iuncti faciunt annos 157. & ſic habemus 8. annos ſuperfluos, qui ſic rationabiliter poſſunt reſcindi: licet enim ſcriptura dicat, quòd omnis Iſrael fornicatus fuerit in ephod facto a Gedeone applicando illud ad cultum idolorum, tamen non dicit, quòd hoc fuerit immediatè poſt mortem Gedeonis, ſed fortè fluxerunt iſti 8. anni antè vel aliqua pars eorum. Item aliquando dimidius annus vel minor pars vnius iudicis pro anno integro computatur, vt quando inſtituitur in fine anni vel poſt medium: & ſic ſecundum plures iudices poſſunt reſcindi ſecundum veritatem, iſti 8. anni vel pars eorum à numero poſito in ſcriptura: nec tamen propter hoc ſcriptura cõtinet falſum, quia loquitur ſecundum communem modum loquendi, ſicut ſi rex Franciæ coronaretur in natiuitate domini: diceretur regnare illo anno.ſ. anno domini tali: in paſchate ſequenti inciperet annus ſecundus ſuæ coronationis ſecundum cõmunem modum loquendi propter mutationem numerationis ſecundum annos domini. Numerus aũt annorũ iniquitatis domus Iuda incipit à tempore Manaſſe regis Iudæ, qui horribiliter peccauit, & populum peccare fecit, ponẽdo idola in tẽplo domini, vt habetur 4.Reg.21. propter quod ſententia domini de futura captiuitate populi aſcribitur peccatis Manaſſe 4.Reg.23. vbi dicit:* Veruntamẽ nõ eſt auerſus dñs ab ira E furoris ſui, quo iratus eſt furor eius cõtra Iudã propter irritationes, quibus prouocauerat eũ Manaſſes. Dixit itaque dominus: Etiam Iudam auferam a facie mea. *Veruntamen iſte Manaſſes pœnituit, & poſtea fideliter regnauit, & idololatriã abſtulit: propter quod totum tempus ſuum non ponitur in peccato Iuda: ſed tantũ 16 anni primi, & duo quibus regnauit Ammõ peſſimus, cui ſucceſſit Ioſias, de cuius tempore nihil ponitur, quia fuit ſanctiſſimus cui ſucceſſerunt duo filij eius valde mali Ioachim & Sedechias, & quilibet 11. annis regnauit, & iſti anni ſimul iuncti faciunt 40. De tempore verò Ioachaz & Iechoniæ nihil ponitur, licet fuerint mali & idololatræ: quia quilibet eorum regnauit tantũ trib. menſibus, & computantur in tempore aliorum. Videtur mihi tamẽ, quòd vtrique expoſitioni prædictæ addendum ſit quod 430. dies in quibus Ezechiel iacuit ſuper latus ſiniſtrum & dextrum fuerint ſignũ temporis obſidionis Ieruſalem, quia in textu dicitur poſt præceptũ de dicta iacentia. Et conuertes faciem tuam ad obſidionem Ieruſalẽ. Quod ſic poteſt declarari: Ieruſalem fuit obſeſſa à Chaldæis anno Sedechiæ 9. decimo menſe 10. die menſis: & capta fuit anno 11. Sedechiæ menſe 4. nono die menſis, vt habetur Ierem.52. & ſic à principio obſidionis vſque ad finem eius fluxit annus integer, & quinque menſes, & 28. dies. Ezechiel autem dormiuit ſuper latus ſuum ſiniſtrum 390. diebus, & ſuper dextrum 40. diebus: qui ſimul iuncti faciunt 430. dies: quorum 365. faciunt vnum annum integrum, & remanent 65. dies qui faciunt duos menſes & ſex dies: & ſic tempus obſidionis Ieruſalem vſque ad eius captionem non excedit, tempus dormitionis prophetæ ſuper vtrumque latus: niſi in tribus menſibus & 22. diebus. Et rationabiliter poteſt dici, quòd tanto tempore fuit interrupta obſidio: quia Chaldæi audientes, quòd Aegyptij veniebãt in auxilium Iudæorum reliquerunt obſidionẽ, vt obuiarent eis, quibus fugatis ad obſidionem redierunt, vt habetur Ierem.37. & in tali receſſu ab obſidione & reditu tanti exercitus bene fluxerunt tres menſes, & 22. dies, & ſic habetur propoſitum, ſcilicet quod tempus obſidionis Ieruſalem ipſa ſtante, & tempus dormitionis prophetæ fuerunt æqualia. Conſequenter redit ſcriptura ad deſcribendum obſidionem Ieruſalem, cum dicitur.* F

4 Et ad obſid. *Quaſi vultu irato reſpiciendo Ieruſalem, & per hoc notandum iram Dei contra ipſam.*

5 Et brachium tuum. *ideſt extentum ad deſignandum comminationem vindictæ Dei ſuper eam.*

* Et

ſtulit oẽm Ieruſalem, & oẽs principes, & vniuerſos for-
A tes exercitus decem milia, & omnem artificem & inclu-
ſorẽ relictis tũ pauperib. quo capto regnauit Sedechia.
annis 11. ſub quo capta eſt vrbs. & templum deſtructum
cuius ſolitudo vſque ad ſm Darij annum permanſit. ſci.
annis 70. Triceſimo aũt deſolationis tẽpli anno Cyrus regnauit in Perſis ſub uerſo Aſtiage Mœdorũ rege, hic iuxta Iſaiã 50. fermè milia de tribu Iudæ remiſit in Ieruſalem, & vaſa templi quæ Nabuchodonoſor aſportauit, & cætera quæ narrat Eſdr. Sicut igitur in x. tribubus a Phacee ſub quo Theglatphal-
B naſar Iſraelitarum multitudinẽ vaſtauit, vſque ad 40. annũ Aſſueri ſupputamus annos 390. qñ vniuerſi Iudaici populi perſecutio mitigata eſt. Sic à primo anno Iechoniæ quando magna pars Ieruſalem tranſlata eſt in Babylonem vſque ad primum Cyri regis Perſarum annum, qui deſolationis tẽpli eſt triceſimus, ſupputantur anni 40. ſub quo Iudæorum relaxata eſt captiuitas, & libertas populo reddita.

ex faba. Atque huiuſmodi cibus argumẽtum eſt inop... & pondus item indigentiam ſignificat. Semel enim d... inquit, comede viginti ſiclos, q tres vncias, & paulo am... plius inſuper conficiunt, vt aſſerunt hi qui pondera h... & menſuras diligenter perſcrutati ſunt.

a ¶ Nudum vel extentum.

chiũ tuũ erit erectum, & prophetabis aduerſus eam. Ecce 1
a ¶ Ne vlla cruciatum requies ſperetur. 2
a circũdedi te vinculis, & nõ te cõuertes à latere tuo in latus 3
c Alias alterum. a ¶ Alij concluſionis.
b aliud, donec compleas dies obſidionis tuæ. Et tu ſume tibi 4
frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium,
c & † viciã: & mittes ea in vas vnũ, & facies tibi panes nume- 5
ro dierũ quibus dormies ſuper latus tuũ. Trecẽtis & nona
a ¶ Quaſi dicat. Qui magis mortem prohibeat quam vires præbeat.
ginta diebus comedes illud. Cibus autẽ tuus quo veſceris, 6
a ¶ A veſpera. ſ. vſque ad veſperam, alij mal. ab anno in annum iſte I. gendum putant.
erit in pondere, viginti ſtateres in die. A tpẽ vſque ad tps 7
d comedes illud. Et aquã in mẽſura bibes, ſextã partẽ hin. A 8
¶ Ita ſ. fiant ſicut ſubcinericius hordaceus. 9
tpe vſque ad tempus bibes illud. Et quaſi ſubcinericiũ hor 10
deaceũ comedes illud: & ſtercore † quod egreditur de ho 11

c *Et facies tibi pan...* Hieronymus. Nc... dum autem, qu... iuxta numerũ d... rum ſiniſtri later... 390. ſubcinericij... nes fiũt, qui per ſingulos dies come... tur, & de panib... dextri lateris om... no tacetur. In q... occultè ſignifica... nõ eſſe eandem... nam peculiaris p... puli, vel peccato... ſi notitiam Dei h... beat, & eius qui... ligione veri om... no diſcedit.

d *Et aquam.* Hie... nymus. Steril... tem cibi. aquæ auget ſterilitas. Sextam enim partem... ſuræ Hebraicè, ſcilicet hin, iubetur per ſingulos dies b... re. Porrò hin duos coros Atticos facit, duos ſcilicet ſe... rios Italicos, vt hin ſit menſura Iudaici ſextarij no... que caſtrenſis, cuius ſexta pars facit tertiam partem ſ... tarij Italici.

Allegorice. Iudæi poſt offenſam Dei vſque hodie ſ... cinericios panes miſtos comedunt, frumento, horde... ba, lente, milio, & auena: quorum alter hominum, a... iumẽtorum cibus eſt. Quia enim credunt in vnum D... habent aliquid frumenti: quia verò filium negant, h... deo frumentorum paſcuntur, & fabis quibus venter... flatur, mens opprimi dicitur. vnde Pythagoreis eſt ci... deteſtabilis. Propter lentem Eſau primogenita perdi... Milium ruſticorum, & agreſtium & altilium cibus... Vicia verò ſine auena, & oleribus bruta paſcuntur a... malia. Quòd Elias fugiens Iezabel iuxta 70. ſubcineri... panem inueniſſe dr, penuriæ ſignũ eſt: vnde & à co... paſcitur, vt qui cibũ non inuenit in Iſrael nationum... mundarum paſceretur alimentis. Lex quoque quam... gunt & non intelligunt, ſubcinericius panis eſt, & op... tus humano ſtercore. vnde Paulus, *lucra legis & obſeru... nis ceremoniarum habet quaſi ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciat.*

a *Ecce circum.* Hier. Alia ſunt domini vincula quibus ligamur in ſalutem. Alia diaboli quibus euangelica mulier. 18. annis ligatur. vnde: *Funibus peccatorũ ſuorum quiſque conſtringitur*, quem ſoluit dominus in typo Lazari ſuſcitati, qui faſcijs & inſtitis vinctus in ſepulchro iacuit.

Luc. 13. b
Prou. 5. d
Ioan. 11. f

✲ Theodoretus. Oportet enim ipſos, ex his quæ meditaris, percipere nullam ſe veniam conſecuturos, vt reuocentur in patriam. Quare decet te definitum illud tempus ita in latus vtrumque incubantem degere, vt ne moueris in aliam partem, quo ipſi latam contra ſe ſententiam intelligant.

b *Et tu ſume.* Hieron. ſicut in famis tempore non quærũtur delitiæ, ſed quomodo vtcunque venter farciatur. Sic
C propheta omnia cõfundit in vnum, facitque 390. panes quos comedat per ſingulos dies, qui habent vicenos ſiclos, id eſt, ſtateres. Siclus autem, id eſt ſtater habet drachmas 4. drachmæ autem 8. Latinam vnciam faciunt, ita vt vnus panis decem vncias habere dicatur, quo trahitur magis anima quàm ſuſtentatur.

Siclus.

✲ Theodoretus. Per ea quæ facere iubebantur, futuram docet Ieroſolymis famen. Quare non ex tritico tantũ panem conficere iubebantur, ſed etiam ex milio ex ſiligine ex

✲ Theodoretus. Panes conficies, inquit, ex his omn... ſeminibus, ſicuti conſueuerunt hordeacei confici pan... Et materia ignis ad panis confectionem humanum ſ... cus fiat, vt indiceretur inquinamenta, quibus inter g... tes polluendi ſint.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et propheta aduer. eam. *Pronuntiando eius ſubuerſionem.*
2 Ecce circundedit te vin. *modo ſuprad. ſcto.*
3 Et non te conuertes, &c. do. com. dies obſi. tuæ. *id eſt, recluſionis in domo tua, quorum numerus ſuprà eſt poſitus, ſcilicet 390. & iterum 40.*
4 Et tu. ſu. *Hic conſequenter deſcribitur oppreſſio famis ſecutura ex longa obſidione Ieruſalem, ſicut habetur. 4. Reg. vlt. & deſcribitur hic per quandam parabolam quæ primò ponitur. Secundò exponitur ibi:* Et dicit. *Circa primum dicitur.* Et tu ſume tibi frumentum. *Talibus enim ſolent muniri ciuitates contra obſidionẽ.*

Diuibo.

5 Et facies tibi pa. nu. dierum. *ſcilicet 320. panes.*
6 Cibus autem. *erit in pondere, ſicut fit in tempore obſidionis, quando victualia incipiunt deficere.*
7 Viginti ſtateres in die. *Stater verò idem eſt quod dimidia vncia, vt dicit Iſidorus 16. Etymo.*
8 A tempore vſque ad tempus. *id eſt, à principio 390. dierũ vſque ad finem qualibet die vnum panem.*
9 Et aquam in menſura bibes ſextam partem hin. *id eſt, ſextarij.*

10 A tempore vſque ad tempus bibes illud. *ſcilicet qualibet die ſextam partem vnius ſextarij. Quantitas huius ſextarij decem vnciarum panis prædicti non eſt nobis certa, quia menſuræ & pondera multũ variantur ſecundũ tẽpora & prouincias diuerſas: imò etiã in eadem prouincia & in locis propinquis, ſicut ſextarius vini minor eſt ſatis Pariſijs quã in villa ſancti Dionyſii, tamen ex circunſtãtia literæ ſatis patet, quod non erat tanta, quod ſufficeret ad cibũ & potum cõuenientem ipſius Ezechielis: ſed magis ad temperandum famem & ſitim eius: talis enim portio datur do victualia incipiunt deficere in obſidionibus.*

11 Et ſtercore quod egreditur de homine operies ill... *In Hebræo habetur.* Coques illud, *dictio enim Hebraica quæ ponitur, æquiuoca eſt ad operire & coquere. Hebræi tamen vide... hic melius dicere, quia in aliquibus terris, vbi eſt defectus ligno... colliguntur ſtercora boum deſiccata in campis, & inde fit igni... idem poſſet fieri de ſtercoribus humanis, ſed eſſet nimis abomina... le. Sic igitur ad deſignandum qualiter Iudæi comederent cibum... minabilem in terris alienis, vbi ducerentur captiui, præcepit D... prophetæ, quod faceret ignem de ſtercoribus hominum deſicc... & in camino calefacto illo igne coqueret panẽ ſuum. Sed quia... pheta hoc horruit, dixit.*

## MORALITER.

† 11 *Et ſtercore quod egreditur de homine operies, &c.* Hoc ſecundum ſenſum literalem dicitur de captis ab aduerſarij... captiuatis. Ideo ſequitur.

a c co. Prophetæ nõ modo verbis, ſed & factis ꝓpheti-
zā ſicut Ezechiel panẽ comedit in ſtercore: ſic filij Iſrael,
& is populus Iudæorũ vel vt alij putãt. x. tribus, panem
p ciũ comedẽt in nationibus, licet non comminetur
ei ui iam eiecti, ſed qui de terra promiſſionis eijciẽdi.
b a ha ha. Hieron.
No dñi cõtradicit
in erio, ſed cauſas
re it, imò depreca
tu ur hoc facere
no poſſit: & impe-
tra qđ petit, & ſentẽ
tiæ uſteritas tẽpera
tur Quærit cur Eze
c minora renu
at, Oſeę ſtatim ſe
ſco o copulat, nec
caſt m corpus ſe ha
ber dicit: aut nõ de
ber meretricis cõ-
mi one ſe macula
ri. c teſte apoſtolo:
Vn corpus efficia-
tur ui adhæret me
retri. vnde oſtẽdi-
tur. on ſecundum
lite m ita fuiſſe in re, ſed figuram ſynagogæ, & eccleſię.
* heod. Coactus ꝓpheta legitimã ſuã vitæ ducendæ ra
tion nudans apertè, ac dño benigno ſupplicat, vt alio iuſ
ſu qæ ſibi imperata ſunt abroget, & ſtatim exorauit. Bo
nus dominus eſt, & quiſupplicẽ precib. facile flectat.
c F rum bo. Hier. Leuiora. ſ. mala. Fimus namque boũ ab
hu ani ſtercoris lõgè diſtat immũditia, vſq; hodie quo
que pud Iudęos iſta ſeruat̃ ſnĩa, vt nõ comedãt. ſ. panem
ſuũ humano ſtercore. Neq;. n. idolis ſeruiũt nec dęmo-
nũ ortenta venerant̃, ſed in fimo bubalino, dum om-
nia opter carnem & ventrem & terrena bona operan-
tur. nde: *Qui fecerit ea, viuet in eis.* Nos autem comedimus

panẽ, qui de cęlo deſ. de quo. *Panem angelorum manducauit* D
*homo.* Nõ Aegyptijs carnib. ſed mannæ tenuitate viuẽtes.
d *Ecce ego con.* Oĩs ſiniſtri & dextri lateris dormitio & ſub Pſal. 77. a
cinericij panis, ſex ſpecierũ varietate cõmiſtio, inopiã in-
credibilẽ pręſignat, quod hic aperit: *Ecce ego c.* In eccleſia
quoque dñs iratus
indignos nos iudi-
cat ſuo pane, atque
vtinã ſaltẽ in põde-
re & ſolicitudine eũ
mereamur accipere
& arentẽ linguã ex-
tremus Lazari digi Luc. 16. f
tus irroret, vt defi-
cientibus pane & a-
qua corruat vnuſ- † Infra. 5. d & 14. d
quiſque ad fratrem
ſuũ: & fit vbique di-
ſcordia, & Chriſti Ioan. 19. d
tunica ſcindit̃, quã
nec milites in paſſio
ne auſi ſunt ſcinde-
re. Contabeſcimus E
autem in iniquitati
bus noſtris, dum nõ
habemus panẽ Dei.
Vnde Ieremias: *Paruuli.* i. vulgus eccleſiæ *petierunt panem,* Tren. 4. a
*& non erat qui fran.* Paulus autem qui vir erat, & ſciebat
Chriſtũ panes fregiſſe legales & dediſſe diſcipulis erogã 1. Cor. 10. d
dos, confidenter ait: *Panis quem frangimus nonne par. &c.* Ba-
culum autẽ, ideſt, firmamẽtum panis comedere nõ pñt,
qui adhuc lacte infantiæ egent, nec valent accipere ſoli-
dum cibum. Nihil autem ſic roborat animum veſcentis,
quomodo vitæ panis, qui ſcilicet cõfirmat cor hominis.
* Theod. Duo per illã panis cõfectionẽ ſignificantur. A
mẽſura fames in Ieruſalẽ: ab immũdo apparatu vita de-
gẽda inter gentes, quę legẽ violent. Verum iuſtitia ſuppli
cium cõtinet: pœnas. n. ſoluunt eorum quæ deliquerint.

a ¶ Ne ignorent: Ignorantia enim ſolet miſerias temperare.
a mine, opèries illud ĩ oculis eorũ. Et dixit dñs: Sic comedẽt †
filij Iſrael panẽ ſuũ pollutũ inter gentes ad quas eijciã eos.
b Et dixi: † Ha ha ha dñe Deus. Ecce aĩa mea non eſt polluta, 1
a ¶ Quod ſine effuſione ſanguinis moritur. b ¶ Dęmonibus.
& morticinũ & laceratũ à beſtijs non comedi ab infantia
mea vſq; nũc, & nõ eſt ingreſſa in os meũ oĩs caro immũda. 2
c Et dixit ad me: Ecce dedi tibi fimũ boũ ꝓ ſtercoribus hu- 3
¶ Quod opere ſuo um monſtrauit, ſermone demonſtrat.
manis, & facies panẽ tuũ ĩ eo. Et dixit ad me: † Fili hoĩs, ec- 4 5
d ce ego cõterã baculũ panis in Ieruſalẽ, & comedẽt panem 6
ſuũ in pondere & in ſolicitudine, & aquã in mẽſura, & in 7
a ¶ Verbi Dei. b ¶ Doctrinæ. 8
c ¶ Auxiliũ ſperans: humanæ enim naturæ eſt in ſummis anguſtijs magis in ꝓximo quã in ſe cõfidere. 9
anguſtia bibẽt, vt deficiẽtibus pane & aqua, corruat vnuſ 10
a ¶ Pro quibus patiuntur. 11
quiſque ad fratrẽ ſuum, & cõtabeſcat in iniquitatibus ſuis. 12

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ha ha ha domine Deus. *Et dicũt expoſitores aliqui, quod hic ponitur ha, ad denotandum horrorem triplicem, ſ. vilitatis materiæ, & tranſgreſſionis legis diuinæ, & captiuitatis ſignificatæ. Sed hoc procedit ex ignorantia Hebraici ſermonis, in quo eſt hic vna tantum dictio, & ſonat ah ah: & eſt interiectio admirantis, ſeu conquerentis, ſicut dictum fuit. 1. cap. Ierem.*
2 Et morticinum & laceratũ à beſtijs non comedi, &c. *q. d. huc eſſet mihi grauius veſci pane ſic abominabili.*
3 Ecce dedi tibi fi. bo. ꝓ ſter. hu. &c. *in hoc tẽperauit ꝓceptũ.*
4 Et facies panem tuum in eo. *ideſt, coques modo prędicto.*
5 Et dixit. *Hic ponitur prędictæ parabolæ expoſitio, ſeu applicatio exprimendo famem in Ieruſalem futuram, cùm dicitur.*
6 Ecce ego conteram baculum panis. *i. ſuſtentamentũ cuiuslibet cibi, qui nomine panis intelligitur in ſcriptura.*
7 Et comedent panem ſuum in pondere. *i. non ad ſaturitatem, ſed ad famem aliquantulum temperandam.*
8 In ſolicitudine. *propter diminutionem victualium, & inuaſionem obſidentium.*
9 Vt deficientibus pane & aqua. *ideſt, finaliter deficiet omnis cibus & potus:*
10 Corruat vnuſquiſque ad fratrem ſuum. *Non potens ſe ſuſtinere prę debilitate & timore.*
11 Et contabeſcat. *ideſt, deficiat.* F
12 In iniquitatibus ſuis. *ideſt, propter iniquitates ſuas quas operati ſunt contra Deum & proximum, &c.*

MORALITER.

† *Sic comedent filij Iſrael panẽ ſuũ pollu. &c.* & per hoc ſignat̃, ꝙ à demonibus capti per culpam mortalem & captiuati per cõſuetudinẽ incorporant ſibi vitia vilia & enormia.

CAP. V.

a *Et tu fili hominis, &c. Et duces per capitium.* Hier. Cæ
ſari, & barba pul-
chritudinis ac virili
tatis indiciũ ſunt, quib. raſis fœda nuditas appareſcit, &
par ſona capitis, quaſi emortua. Sic Ieruſalẽ & populus
eius mortuus, & a viuo Dei corpore ſeparatus, fami, pe
ſtilentiæ, cædi, gladio, captiuitati, & diſperſioni traditur.
* heod. Gladius acutus, innuit vlciſcẽdi facultatẽ: adẽ-
pti autẽ capillorum & barbæ, decoris priuationem: ſta-
tera & põdera, diuinæ ſententiæ iuſtitiam: nihil eſt enim
qu ponderetur, apud incomprehenſibilia iudicia eius.
* upertus. Gladius acutus radens pilos, ſeuera ſcelerũ
vltrix ſententia eſt, † nouaculam
ſuperfluos extermi tonſoriam.
natura Iudæos. Si-
cut enim pili capi-
tis aut barbæ corpo
ri adhærent, ſed cor
poris partes aut membra non ſunt: Sic Iudæi, de quibus
vel contra quos ſermo eſt, Deo patrum ſuorum nomine
quidem vel profeſſione adhærebant, ſed nullo veritatis
timore vel amoris affectu ad eam pertinebant.
* Gregorius. Hoc prophetæ facto iudicium redempto- Lib. 2. moral.
ris exprimitur, qui in carne apparens caput raſit, quia a cap. 29.
Iudaico ſacerdotio præceptorum ſuorum ſacramenta
abſtulit. Barbam raſit, quia regnum Iſraeliticum deſerẽs,
pecorum virtutis eius amputauit. Ter-

CAP. V.

a Et tu fili hominis ſume tibi gladiũ acutum † ra- 1
dentem pilos, & aſſumes eũ: & duces per caput 2 3
tuũ, & per barbam tuã: & aſſumes tibi ſtateram 4 5

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

1 Et tu fili hominis. *Hic cõſequẽter deſcribitur populi Ieruſalẽ deſtructio: & primò ad hoc parabola ponitur. ſecũdo exponitur, ibi:* Hæc dicit dñs. *Parabola aũt iſta nõ ſolũ eſt verbi, ſed facti, ideo dicitur prophetæ.* 2 Su. ti. gla. acu. *In Hebr. habetur, raſorium.* 3 Et duces. *i. duci facies.* 4 Per caput tu. *non. n. poſſet hoc facere propheta manu propria, ſed fecit hoc per raſorem. Et idem intelligendum eſt de dictis ca. præc. vt de coctione panis & huiuſmodi, quia propheta iacens ſuper latus ſuum ſiniſtrum, immobilis non poterat hoc facere manu propria.* 5 Et aſſu. *ideſt, aptam ad ponderandum.* * Et

MORALITER.

† 1 *Et tu fili hominis ſume tibi gla. acu. &c.* Per gladium pilos radentem, ſignatur pęnitentia debita peccata diluens.
5 *Et aſſu. tibi.* per hoc qđ pili in ſtatera iubent̃ poni, ſignatur quòd grauitas peccatorũ debet diligenter cõſiderari, & ſ m hoc pœnitentiæ remedium adhiberi: vnde Greg. exponens illud Matth. 3. b. *Facite ergo dignum fructum pœnitentiæ,* dicit: per hoc vniuſcuiuſque conſcientia conuenitur, vt tanta licita ſibi ſubtrahat per pœnitentiam, quanta ſe meminit illicita perpetraſſe per culpam.

† MORA-

A a *Tertiam partem,&c.* * Rupertus.Iſti ſunt quos trium latronum Ioannis,Simonis,atque Eleazari gladius diſcors, intra ciuitatem trucidauit, ſimulque fames tanta multitudine,vt cum ſepeliri non poſſent,de muro defunctorũ reliquiæ in profunda præcipitia deijcerent. Quod aſpiciẽs Titus, altè ingemuit, & manus ad celũ eleuãs, teſtatur haud quaquã illud ſibi aſcribendum.

b *Et aſſumes ter.&c.* * Idem. Iſti ſunt quos foris conſertis prælijs Romanus mucro concidit.

c *Tertiam verò aliam,&c.* * Idem.Iſti ſunt qui venditi & capti ui in omnes gentes abducti ſunt. Plurimi venales, ſed pauci emptores,quia Romani habere in ſeruitutem Iudæos dedignabantur.

d *Et gladium nudabo,&c.* * Idem. Iſti ſunt qui Tito procedente,& per ſingulas vrbes pompam celebrante victoriæ,per

B imebantur in arena quicũnque pergebant,ac delacerati a beſtijs pendebãt merita rebellionis.

a ¶Famen & peſtilentiam ſignat.
a põderis,& diuides eos.Tertiam partem igni combures in 1
¶Computationem.
medio ciuitatis, iuxta cõpletionem dierum † obſidionis: 2
a ¶Foris cædes & bella.
b & aſſumes tertiã partem,& concides gladio in circumitu 3
a ¶Ciuitatis b ¶Ideſt,eos ſ. qui captiuitate ducendi ſunt. c ¶Inſuper.
c eiuſ:tertiam verò aliam in ventum diſperges:& gladiũ †nu 4
d a ¶Ne captiuitas ſit ſumma malorum. b ¶Eos ſ. qui de captiuitate redituri ſunt. 5
e dabis poſt eos. Et ſumes inde paruũ numerum, & ligabis 6
eos in ſummitate pallij tui.Et ex eis rurſum tolles,et proij 7 8
a ¶Macedones ſignat, ſub quibus habitatores Iudææ & præcipuè Ieruſalem multa perpeſſi.
b ¶Populo.ſ. Iudæorum.
f cies eos in medium ignis,et combures eos igni,et ex †eo e- 9
gredietur ignis in omnem domum Iſrael.Hęc dicit domi 10 11
a ¶Quaſi in vmbilico mundi.vnde: Operatus eſt ſalutem in medio terræ.
b ¶In exemplum boni.
g nus Deus:Iſta eſt Ieruſalem:in medio Gentiũ poſui eam,et
¶Econtrario. ¶Sequens exemplum Gentium. 12
in circumitu eius terras. Et contẽpſit iudicia mea,vt plus 13
eſſet impia quã Gentes : præcepta mea,vltrà quàm terræ, 14
¶Retrorſum.
quæ in circumitu eius ſunt.Iudicia enim mea proiecerũt,
¶Proficiendo.
et in præceptis meis non ambulauerunt.Idcirco hæc dicit
h dominus Deus:Quia ſuperaſtis Gentes,quæ in circumitu
veſtro ſunt,et in præceptis meis nõ ambulaſtis, et iudicia 15

e *Et ſumes inde,&c.* * Idem.Iſti ſunt qui vitæ reſeruati vitam hactenus agunt ligatam extrema ſeruitute, conditione vectigali.

f *Ex eo egredietur,&c.* Hier. Sicut Machabæorũ narrat hiſtoria,quãdã partẽ Iudæorum ſe tradidiſſe Antiocho Epiphani,& eũ in perſequutionẽ populi concitaſſe:& multa alia quæ in ea ſcribunt hiſtoria,& in libris Ioſephi,& pręcipuè diſſenſionẽ Hircani & Alexandri,quorũ occaſione Põpeius in Ieruſalẽ venit,& eam Romanis ſubdidit. Poſtea verò ſub Tito & Veſpaſiano vrbs capta eſt tẽplũque ſub

Ioſephus.

ſubuerſum & poſt 50.annos ſub Aelio Adriano vſque ad ſolum deleta ciuitas priſtinum quoque nomen ami[ſit].

g *In medio.*Hier.Ab Oriente cingitur Aſia, ab Occidente Europa,à Meridie Lybia & Aphrica,& à Septẽtrione [Scy]tia & Armenia & Perſide, & cunctis Ponti nationi[bus]. In medio igitur [Gen]tiũ ſita eſt, vt c[...] erat notus in Iudæa [...] Iſ.m.no.e.Oẽs i[n cir]cumitu nation[...] [i]llius ſequerent[ur exem]pla, ſed ipſa cir[cumitu] Gentiũ poſita [...] ĩpietatẽ ſequu[...]

h *Quia ſupe.*Hic[...] q.d. Quid cauſ[...] go,quod in præ[cep]tis meis non a[mbu]latis & iudicia [mea] nõ facitis, cum [...] in ſcelere ſupe[...] ritis Gentes qu[æ in] circũitu veſtro [...] nec feceritis e[...] Gẽtes naturali [...] in cordibus ſui[s ...] pta ſępè feceru[nt].

*Quia ſupera.*Hi[...] Ad hoc tertiò [...] lit:Ideò.Primò [...] dominus Deus [...] *ce ego ad te,&c.*S[ecun]dò:Ideò *patres c[ome]derunt fi.ſu.in m.[...]tio.* Ideò *viuo eg[o, di]cit dominus.*Et n[...]dum, quòd honeſta & decora pro merito eorum qu[...] ſtinent ſeipſum facere profitetur, quę triſtia,& Deo i[ndi]gna,non ſe facere,ſed tantum fieri dicit,vt hic: Ideò tres comedent filios ſuos in medio tui.

* Theodor.q.d.Quando.n.gẽtium charactera indui[ſtis] & earũ inſtitutis perfuſi, mea iudicia & leges auerſa[ſtis], & propter iniquitatis exuperantiam impietate g[...] viciſtis,à quibus eam didiciſtis,hac de cauſa apertè i[...]cabo te inſpectantibus gentib.& pęnas audientibus, nullã à tua ęquitate vtilitatẽ percepere, aliquam ſal[...] perc[...]

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et diui.*ſ.pillos capitis tui,& barbæ in tres partes ęquales. Et quia hoc nõ poterat bene fieri numerãdo, pręcipitur fieri ponderãdo.*

2 Tertiam par.*ſ.Ieruſalẽ deſcriptæ in latere,ad deſignandum quod tertia pars populi Ieroſolymitani moreretur fame & peſte obſidionis tẽpore:Et hæc pæna vocatur hic combuſtio ignis.In ſcriptura.n. ſacra frequenter nomine ignis intelligitur alia pęna.*

C 3 Et aſſumes.*ad deſignandum quod magna pars populi Ieroſolymitani occideretur à Chaldæis extra muros:quia aliquando exibant ad irruendum per obſidionem,& ibi occidebantur ſaltem multi non potẽtes ſe retrahere intra ciuitatẽ.Aliqui etiã occultè fugientes de ciuitate capiebantur a Chaldęis & occidebantur.*

4 Tertiam.*hoc in parte dicitur pro fugitiuis in Aegyptũ poſt captionem ciuitatis,vt habetur Iere.42.*

5 Et gla.*quia Nabuchodonoſor poſtea intrauit Aegyptum,& illos partim occidit,partim captiuauit,ſic eis prędixerat Iere.*

6 Et ſumes.*i.de iſta tertia parte.*

7 Paruum nu.*ad ſignandum illos,qui poſtea ducti ſunt in Babylonem captiui,& in vita conſeruati.*

8 Et ex eis,&c.*ad deſignandum Achab,& Sedechiam, quos in igne frixit rex Babylonis vt habetur Iere.19.*

9 Et ex eo. *hoc eſt ex illo igne,ſeu combuſtione.*

10 Egredietur.*i.increpatio pęnæ,ſeu maledictionis.Ex punitione enim illorũ duorũ aſſumptus eſt modus cõis loquendi in popul[o], vt cũ vnus malediceret alteri,dicebat:Sic tibi cõtingat ſicut ci[...] Achab & Sedechiæ,ſicut dicitur Iere.29. Sic exponit literã i[...] Ra.Sal.Expoſitores aũt Latini exponunt de pæna reuertentium [de] Babylone,qui muros ciuitatis reparauerunt in anguſtia magn[a ut] habetur in lib.Neemię,& de malitia quorundã qui tempore M[acha]bęorũ concitauerunt Gentiles contra Iudæã,vt habetur 1.& 2. [...] ſed prima expoſitio planior & magis conſona literæ videtur.*

11 Hęc di. *Hic conſequenter ponitur expoſitio parabolæ, p[ri]mo tamen ratio dictæ deſtructionis aſſignatur.ſecundò parabola a[d pro]poſitum applicatur,ibi:*Tertia pars.*Circa primum dicitur.*

12 Iſta eſt.*i.ciuitas quã in latere deſcripſiſti Ieruſalẽ ſignific[at].*

13 In medio.*quia ſita eſt in quarto climate terræ habitabilis p[er ſep]tem climatibus diſtinctæ.*

14 Et cõtẽ.*duplici rõne.ſ.quia Gẽtes leges ſibi traditas à ſu[per]ioribus ſeruauerũt.Iudæi verò legẽ à Deo ſibi datã reliquerunt [vn]de Ier.2.c.dicitur:*Si mutauit Gens Deũ ſuũ.*i.non mutat. [...] ſubditur.*Populus aũt meus mutauit gloriã ſuã.*i.Deũ [...] idolũ. Itẽ propter ingratitudinem beneficiorũ à Deo receptorum in [...]datione,& mannæ cæleſtis nutritione, & ſimilibus quæ non fe[cit] Deus alijs Gẽtibus,ſecũdũ quod dicitur Pſ.147.b.*Nõ fecit ta[liter] om.na.&c.*Ingratitudo verò aggrauat alia peccata, ideo ſ[...]*

15 Quia ſuperaſtis Gentes.*ſ.in malitia.*

## MORALITER.

† 1 *Et diuides.*per hoc,quòd in tres partes diuidunt, ſignat quod peccata ex trib.radicibus cõmittuntur, quę ſunt concupiſcentia carnis,cõcupiſcẽtia oculorũ, & ſupbia vitę.

2 *Tertiã.*per quam ſignantur peccata carnalia,quæ comburi debent afflictione corporali, ſecundum illud Pſ.25.a.*Vre renes meos & cor meum.*

3 *Et aſſumes.*per hanc partẽ ſignãtur peccata ex ſuperbia vitæ procedentia, quæ ſunt humilitatis gladio cõcid[enda]. hic.n.eſt gladius, quo Goliæ ſuperbi caput amputat[ur].

e ...*anem ſuum &c.* Hieron. Hic docemur eleemoſynam non eſſe ſaturis faciendam, nec his qui eructant plenitudine ſed qui cruciantur inanitate. In pane omnis cibus accipitur. Suum, non de rapinis aut de vſuris & alieno malè acquiſitum panem, vertamus in miſericordiā. *Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ.* Multi clientes, pauperes & agricolas (vt taceant de militantium & iudicium vi) opprimunt per potentiam, vel furta committunt vt de multis pauca tribuant pauperibus, & in ſuis ſceleribus glorientur: & vt diaconus publicè in eccleſijs recitet offerentium nomina, tantum offert ille, tantum ille pollicitus eſt, placentque ſibi ad plauſum populi quos torquet conſcientia: damuſque materiam miſeris, vt gaudeant ad ea quæ tribuunt, & non lugeant ea quæ rapiunt. Melius eſt autem, vt dicamus panem iuſti eſſe eum qui dicit, *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.* De quo in oratione dicimus: *Panem noſtrum ſubſtantiuum vel ſuperuenturum da nobis* vt quem poſtea ſemen accepturi ſumus, in præſenti ſeculo quotidie mereamur accipere. Hunc panem iuſtus eſurientibus tribuit, qui ſcilicet eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Hic panis non eſt dandus his qui manducauerunt & biberunt & ſaturati ſunt. & incraſſati calcitrauerūt & euomant eū: vnde Salomon: *Euomet eū & cōtaminabit ſermones tuos bonos*, vnde Saluator: *Ne detis ſanctū canib.*

f *Nudum*

f *Nudum operuerit veſti.* Hoc veſtimento nudus de conuiuio nuptiali protectus eſt: vnde ad Hieruſalem. *Tu autem eras nuda confuſionis plena.* D ſup. 14. a.

g *Ad vſuram.* Hieron. In Hebræo cunctarum ſpecierum vſura prohibetur. LXX. pecuniam ſuam ad vſuram nō de. ſicut in Pſalmo. *Pecuniam ſuam nō de. ad vſuram.* In quo tātum pecunię vſura prohibetur. In lege dicitur: *Fratri tuo non fœnerabis: alieno non fœnerabis.* Nota profectum. In principio legis à fratribus tamen fœnus tollitur. In propheta ab omnibus. In Euangelio augmentum eſt. Fœnerabimini ab his à quibus non ſperatis accipere. Pſal. 14. b. Deut. 13. d. Iere. 15. c. Luc. 6. c.

h *Et amplius nō ac.* Hieronymus Putant aliqui vſuram tantum eſſe in pecunia: ſed ſcriptura diuina aufert omnis rei ſuperabundantiam, vt plus non recipias quam dediſti. Solent in agris frumenti vini & olei cæterarumque ſpecierum vſuræ exigi, velut ſermo diuinus non vocet hoc ſuperabundantiam: velut ſi in hyeme demus decem, modios vt in meſſe. 15. recipiamus, ideſt, amplius, mediam ſcilicet partem. Qui iuſtiſſimum ſe putat: quartam partem plus accipit: Solet argumentari & dicere: Dedi vnum modium, qui ſatus fecit decem modios. Nonne iuſtum eſt, vt medium modium de meo plus accipiam, cum ille mea liberalitate nouem & ſemis habeat? *Nolite*, inquit Paulus, *errare*: Deus non irridetur. Reſpondeat miſericors fœnerator, vtrum habenti dederit aut non habenti. Habenti vtique dare non debuit ſed dedit quaſi non habenti. Quare ergo plus exigit quaſi ab habente. Alij pecunia fœnerata ſolent munuſcula accipere diuerſi generis: ſed intelligant vſuram vocari ſuperabundantiā quidquid eſt, ſi ab eo quod dederint plus eſt. E † 14 q. 3. putant. Galat. 6. b. 14. q. 4. vſura. & c. putant.

i *Ab iniquitate &c.* Hieronymus. Vt ſcilicet, in omni opere fugiat iniquitatem, quæ non ſolum manu, ſed & alijs membris committitur, vnde Salomon: *Iniqua labia ſint procul à te.* Et alibi: *Iniquitatem in excelſo loquuti ſunt.* Pes quoq; currit ad iniquitatem, & oculus ſi alienam vxorem viderit, vt concupiſcant non imitator eius: de quo dicitur: *Qui peccatum non fecit, nec in. eſt do. in ore eius.* F Prou. 4. d. Pſal. 72. 1. Pet. 2. d.

k *Iudicium verum fecerit inter virum &c.* Hieronymus. Siue proximum ſuum. Hoc idem videtur eſſe, ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium: ſed addita virtute iudicij epitaſim cernitur habere virtutum, vnde & in prouerbijs. Poſt multa præcepta infertur correctio iudicij, & poſt omnia corrigere iudicium. Ideò Apoſtolus reprehendit habentes inter ſe iudicia, quia minimus & contemptus eligitur, qui iuxta Euangelium primus eſt, *vt iudicet inter vi. & vi.* & qui deſtruxit ea quæ ſunt paruuli, & peruenit ad perfectum virum: & tunc maiori ſententia indiget, vt poſſit ad veritatem iudicij peruenire. 1. Cor. 6. a.

l *In præceptis &c.* Hieronymus. Iudicia mea ſiue iuſtificationes meas cuſtodierit, vt faciat ſcilicet & facta cuſtodiat, vnde: *Iuſtitiæ domini recta lætificantes corda, præceptum domini lucidum.* Quæritur autem quomodo in hoc eodem propheta dicit Deus: *Dedi eis iuſtificationes non bonas, in quibus non viuant.* Sed non viuunt Iudæi ſequentes literam occidentem: & viuunt Chriſtiani intelligentes ſpiritum viuificantem. Pſal. 18. b. infrà 20. d.

m *Hic iuſtus eſt &c.* Hieronymus. Vir iuſtus eſt eccle-

☞ ſiaſticus,

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ignus debitori reddiderit. *Sibi neceſſarium, ſecundùm quod accipitur Exo. 22. d. quòd ſi accipiat pro pignore operimentum pauperis neceſſarium ſibi de nocte reddat ante ſolis occubitū: poterat*

*poterat tamen in mane recipere.*

2 Et iudicium. *Quod pertinet ad iudices ſiue ſint ordinarij, ſiue arbitrarij.*

3 Vita viuet, ait dominus Deus. *Non ſolum naturæ, ſed etiam gratiæ.*

ſiaſticus, qui fidem Catholicam prædicat, filius eius diſcipulus qui ſi fuerit hæreticorum errore deceptus, peſtilens vocabitur, vnde: *In cathedra peſtilentiæ non ſed.* Iſte effundit ſanguinem deceptorum & in ſe omnia peccata cõgeminat, comedens in montibus ſuperbiæ, & eccleſiam proximi ſui polluens, egenos & pauperes in ſciẽtia ſcripturarum contriſtans, opprimens & ſupplantans, rapiens eos quos de eccleſia ſeduxit, non reddẽs pignus quòd à magiſtro acceperat: nõ implens, illud: *Gratis accepiſtis, gratis date.* (Pſal. 1. a.) († quempiã nõ oppreſſerit.) (Matth. 10. a.)

a *Pignus non reddẽtem & ad idola &c.*

✲ Ambroſius. Vide quomodo fœneratorem cũ idololatra coæquauit, quaſi crimen æquaret. Elige quod dulcius eſt.

✲ Clemens. Alexandrinus. Hæc continent deſcriptionem inſtitutionis vitæ Chriſtianorum, & conuenientem adhortationem ad beatam vitam, præmium vitæ, vitam æternam. (lib. 1. pædagogi. c. 10.) († 1 q. 4. c. iã Itaque.)

b *Quòd ſi genuerit filium &c.* Hoc etiam in nobis accipi poteſt, quibus dicitur: *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obli. populum tu. & do. pa. t. & concupiſcet rex de. t.* vt qui de Gentium ſtirpe ſumus generati, relinquamus parentum crimina, & faciamus iudicium atque iuſtitiam & viuamus in ea. (Pſal. 34. c.)

c *Si*

¶Sed. a ¶LXX. Theodotio, peſtilentem, Sicut enim peſtilentia morbos creat, & regiones vaſtat: ſic homo peccatis ... paſcat ...

dominus Deus. Quòd ſi genuerit filium latronem effun- 1

¶LXX peccata

dentem ſanguinem, & fecerit vnum de iſtis, & hęc quidem 2

a ¶Sed patris virtutes contaminantem.

omnia nõ facientem, ſed in montibus comedentem, & 3

vxorẽ proximi ſui polluentem, egenum & pauperem † cõ-

a tristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, &

a ¶Quæ de corde ſuo finxit. b ¶Vt errorem magiſtri augeat diligentia diſcipuli, & reperit ab his quibus tribuit pluſquam dederit.

ad idola leuantem oculos ſuos, abominationem facientẽ

ad vſuram dãtem & amplius accipientem, nunquid viuet?

¶Quia. a ¶Sed. ¶Aeterna.

Nõ viuet. Cùm vniuerſa hęc deteſtanda fecerit, morte mo- 4

a ¶Damnatio. b ¶Non in alio, non in patre. c ¶Q. Ne miremini, ſi viri iuſti filius declinans ad peccata moriatur, quia econtrario ſi peccator genue. fi. qui vi. o p. &c.

b rietur. Sanguis eius in ipſo erit. Quòd ſi gẽnuerit filiũ, qui 5

videns omnia peccata patris ſui quæ fecit, timuerit, & nõ

¶ Scilicet.

fecerit ſimile eis: ſuper mõtes nõ comederit, & oculos ſuos

non leuauerit ad idola domus Iſráel, & vxorẽ proximi ſui

non violauerit, & † virum non contriſtauerit, pignus non

retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem ſuum eſurienti

dederit, & nudum operuerit veſtimẽto, à pauperis iniuria

auerterit manum ſuam, vſuram & ſuperabundantiam nõ

acceperit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambulaue

a ¶Cui diſſimilis.

rit, hic nõ morietur in iniquitate patris ſui, ſed vita viuet.

Pater eius quia calumniatus eſt, & vim fecit fratri, & malũ

operatus eſt in medio populi ſui, ecce mortuus eſt in ini-

a ¶Non alieni. ¶Quæſtionem proponit.

quitate ſuã. Et dicitis: Quare nõ portabit filius iniquitatẽ 6

¶Solut. a ¶Q. Iuſtus eſt & patris opera non ſequutus.

patris? Videlicet, quia filius iudicium & iuſtitiam operatus

a ¶Sicut pater iniquus morte morietur. b ¶Quia fecit opera vitæ.

eſt, omnia præcepta mea cuſtodiuit, & fecit illa, vitã viuet.

† Anima quæ peccauerit, ipſa morietur: † Filius non porta-

bit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatẽ fi-

lij. Iuſtitia iuſti ſuper eũ erit, & impietas impij erit ſuper

¶Declina à malo.

c eum. Si autem impius egerit pęnitẽtiam ab omnibus pec- 7

catis ſuis quę operatus eſt, & cuſtodierit † omnia præcepta 8

¶ Fac bona.

mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet & non mo-

a ¶Si ab omnibus pœnituit. b ¶Quia ille meminit.

rietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, nõ re 9

a ¶Qua omnia præcepta mea cuſtodiuit. b ¶Libero arbitrio.

d cordabor. In iuſtitia ſua quam operatus eſt, viuet. Nũquid 10

e a ¶Deus vult omnes homines ſaluos fieri & ad notitiam veritatis venire, vbi ſeuera & truculenta Dei videtur ſententia, ſed non homines ſed peccata condemnat.

volũtatis meę eſt mors impij, dicit dominus Deus: & nõ ut

c *Si autem i... egerit &c.* Q... tantum filiu... tris ſceleribu... grauatur nec... alienis ſcele... inuoluitur, ... vnus atque ... qui prius in... fuit atque p... tor, ſi pœni... egerit, non d... tur pro pric... peccatis.

d *In iuſtitia ſ...* Hieronymus... tam mea ſi... quam ſua, li... ſtitiæ meæ ſit... bonis, & ma... lis reddere.

e *Nunquid ... tatis &c.* ✲ ... Non morte... quit, iniqui, ... nitentiam ... neque enim ... nirem hom... ipſum creau... cum eo vita... municarem ... autem quæ ... tur non ſolũ ... ba ſed res q... tim geſtæ ſi... tim gerantu... eſt diuina ſ... ra. Ezechias ... ex impio pa... Achaz natus, ... lum pro p... non ſoluit ... ſed etiam p... pietate n... mus euaſit. ... ſimus aute... naſſes omn... trariam pa... ingreſſus, ni... tria pietate ... tis percepit ... eũ pœnituit ... eſt conſecut... Amos huiu... patriã imp... tẽ æmulatu... itẽ pęnitent... lũ habuit ... tum. Cuius ... Ioſias patris ... tus impieta... ſanctorum numerum aſcriptus eſt, nullo ex ini... paterna contracto detrimento.

Si

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Quòd ſi genuerit. *Hic ponitur ſecundum exemplum de iniuſto filium hominis iuſti, patet ſimiliter litera paucis exceptis.*

2 Et fecerit vnum. *Ideſt, de lege prohibitis.*

3 Hæc quidem omnia non facientem. *Ideſt, omiſerit aliqua de pręceptis affirmatiuis. Cætera patent in litera vſque ibi.*

4 Cùm vniuerſa. *Hęc deteſtanda fecerit,* li, vniuerſa *non tenetur hic collectiuè, quia pro ſingulis incurrit mortem culpę.*

5 Quòd ſi genuerit filium. *Hic ponitur tertium exemplum de filio iuſto patris iniuſti qui timore ductus paterna ſcelera non imitatur: patet litera ex ſupradictis vſque ibi.*

6 Et dicitis. Quare non &c. *Vbi ponitur quædam quæſtio & eius ſolutio circa prędicta: & patet litera.*

7 Si autem impius. *Hic conſequenter ponuntur ex... auertentibus ſe à ſuo propoſito, & primò de auertente ſe ... cundò, de auertente ſe à bono: ibi.* Si autem: *Circa primum* Si impius &c. *Quia non valet niſi ſit integra.*

8 Et cuſtodierit omnia. *Quia tranſgreſſio vnius fa... nem iniuſtum.*

9 Omnium iniqui. *Ideſt, ad puniendum æternalite... tur tamen bene temporaliter.*

10 Nunquid voluntatis meæ eſt mors. *Ideſt, vt in impietate ſua. Q. d. non. Impietas enim nõ poteſt eſſe à ... ta: punitio autem impietatis bene eſt ab eo volita, tu qu... iuſta.*

a *Si autem auer.&c.* Quaſi dicat. Sicut iuſtum. ante peccorem, non grauant antiqua delicta, ſic peccatorē, ante i lum: veteres iuſtitiæ non adiuuant. Vnuſquiſque.n. in co inuenitur in eo iudicatur.

b *Nunquid via me.* Quaſi dicat, Putatis me immeritò pecca patrum puniren filijs? ſed vnuſquiſque in peccato ſu morietur, & in juſtitia ſua viuit. In vtoque non pręterit, ſed puniuntur pr ſentia. Sentētia au vestra iniqua eſt qui putatis non eſt parabolam, ſed hiſtoriam, vt aliorum ſcelera in alijs puniantur.

* Theodoretus. Non ſimpliciter dixit, peccarit, ſed ſi conuerſus fuerit à iuſtitia ſua & fecerit iniuſtitiam, ſecundum omnes iniuitias quas fecit iniquus, quandoquidem offendunt etiam ex pijs aliq, ſe reſurgentes, ea de curſus incedunt ui, & pœnitentia ſaltem conſequūtur. At qui prorſus ab hac recedunt, cōtraæ viæ fructus percipiunt.

c *Cum enim auer.* Pr s popul Iſrael auertit ſe à iuſtitia ſu quia iuſtitiæ reliquit autorem & fec iniquitatem, Dei filium denegādo n peccato ergo atque n ſcelere quod operatus eſt, morietur, non in pluribus ſed in vno hæredem interficiens, vt perderet hæreditatem.

d *Et dicunt.* Vſque hodie Iſrael blaſphemat Deum cur populum ſuum reliquerit: & Gentium multitudinē aſſumpſerit: Hos arguit dominus, quod viæ eorum prauę ſint Domini autem iuſta ſententia vt perditis malis colonis, alijs locet vineam ſuam: Quod intelligentes Iudæi in Euangelij parabola dixerunt. Nō erit iſtud. (Luc. 20. b.)

a ¶Peccata, ſcilicet, pereant, homo ſaluus fiat.
conuertatur à vijs ſuis, & viuat? † Si autē auerterit ſe iuſtus 1
a à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum oēs abomi-
a ¶Qui mortis filius.
nationes quas operari ſolet impius, nunquid viuet? Oēs iu 2
a ¶In ſalutem eius. ¶Sed.
ſtitię eius quas fecerat non recordabuntur. † In pręuarica- 3 4
tione qua pręuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit,
¶Non in alienis ¶Tamen.
in ipſis morietur. Et dixiſtis: Non eſt æqua via dn̄i. Audite 5
b ergo domus Iſrael: Nunquid via mea non eſt æqua, & non 6
magis viæ veſtræ prauę ſunt? Cùm.n. auerterit ſe iuſtus à iu 7 8
c ſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, morietur in † eis: In iniuſti
a ¶Gentilis.
tia quā operatus eſt, morietur. Et cùm auerterit ſe impius
a ¶Idololatria. b ¶Quæ lege Iudæis præcepta ſunt.
ab † impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit iudiciū &
a ¶Prius mortuam. b ¶Se ſe licet intereſſe in iniquitatibus.
iuſtitiā, ipſe animam ſuam viuificabit. Conſiderans.n. &
auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus
d ¶Credens in eum qui dicit: Ego ſum via veritas & vita
eſt, vita viuet, et nō morietur. Et dicunt filij Iſrael: Non eſt
ęqua via dn̄i. Nunquid viæ meæ non ſunt æquæ, domus
a ¶Siue Iudæum ſiue Gentilem, non eſt perſonarum acceptio apud Deum. Vnuſquiſque in ſua fide coronabitur, aut in infidelitate damnabitur.
Iſrael, et non magis vię veſtræ prauę? Idcirco vnumquem-
que iuxta vias ſuas iudicabo domus Iſrael, ait dn̄s Deus.
a ¶Iudæi & Gentes ad eum, ſcilicet, qui poteſt ſanare contritiones veſtras.
† Conuertimini et agite pœnitētiam ab omnib. iniquitati 9
e bus veſtris, et non erit vobis in ruinā iniquitas. Proijcite à 10 11
vobis oēs † iniquitates veſtras, in quibus pręuaricati eſtis, 12 13
a ¶Vetuſtatem literæ relinquentes. b ¶In nouitate ſpiritus. c ¶Qui eſtis filij Abraham, Iſaac & Iacob, de quibus dicitur: Deus viuorum, non mortuorum.
f et facite vobis cor nouū et ſpiritum nouū. † Et quare mo- 14
riemini domus Iſrael? Quia nolo mortem morientis dicit
g ¶Qui diſceſſiſtis. ¶Per pœnitentiam mortui per peccata veſtra. 15
dominus Deus. Reuertimini et uiuite. 16

e *Conuert.* Propriè ad Iſrael ſermo iſte dirigitur, vt agāt pœnitentiam, & relinquant iniquitates ſuas. († De pœ. diſ. 4. c. hanc ſocietatem. & e. ſi auerterit. † propter pręuaricationē.)

Melius eſt hāc exhortationem, Conuertimini & agi. pę. in perſona accipi Iudęorum.

f *Et facite vo.* Cor nouum Iſraelis, eſt credere in eū quē prius negauerat: Cor nouum Gentiū idola relinquere, & mortuorum cultura cōtempta credere in eū qui eſt Deus viuētium. († ea.)

* Auguſtinus. Ne autem putetur nihil facere homines per liberum arbitrium, ideò in pſalmo dicitur, *Nolite obdurare corda veſtra.* Et per ipſum Ezechielem, *Proijcite à vobis omnes impietates veſtras quas impiè egiſtis & facite vobis cor nouum.* (Lib. de grat. & lib. arb. c. 15. Pſal. 84. Ezech. 18.)

g *Quia nolo.* Nolo vos mori, quos in ſalutem genui. *Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me.* Quaſi dicat. Cur moriemini q patrum merito, & mea debetis viuere miſericordia? *Quia no. mor. pec.* (Iſa. 1. a. † inf. à 33.)

d *Et*

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Si autem. *Hic ponitur exemplum de auertente ſe à iuſtitia: & patet litera vſque ibi.*
2 Nunquid viuet. *Quaſi dicat, non, vita gratiæ quæ ſtatim perditur per peccatum mortale.*
3 Omnes iuſti. *In gratia exiſtentes.*
4 Non record. *Ad pręmiandum æternaliter, ſi perſeueret in malo ſi autem recuperet gratiam viuificabuntur, & ſic pręmiabuntur non ſolum temporaliter, ſed etiam æternaliter.*
5 Et dixiſtis. *Erroneè.*
6 Non eſt. *In ſic puniendo.*
7 Nunquid via me. *Quaſi dicat, immo, quia ſum regula æquitatis.*
8 Cum enim. *In tali enim puncto in quali reperitur in morte, in tali iudicandus eſt: ideò finaliter concluditur. Idcirco vnumquēque iuxta vias ſuas iudicabo &c.*
9 Conuertimi. *Hic poſt reprehenſionem malitię ponitur monitio ad pœnitentiam, cum dicitur:* Conuertimi. *ad Deum.*
10 Et agite. *Deteſtando peccatum.*
11 Ab omnibus. *Quia non valet pœnitentia, niſi ſit integra.*
12 Et non erit vobis in ruinam. *Scilicet, in foueam gehennæ.*
13 Iniqui. *Per pœnitentiam deleta.*
14 Et facite vobis cor. *Talis nouitas eſt per gratiam quę à ſolo Deo datur: tamen homo adhoc facit in quantum per liberum arbitrium cum Dei adiutorio ſe ad hoc diſponit, ideò ſubditur.*
15 Reuertimini. *Per pœnitentiam.*
16 Et viuite. *Per gratiam quæ ducit ad vitam gloriæ ſempiternam.*

* CAP.

## ADDITIO.

cap. 18. *vbi dicitur Poſtilla*: Et dixiſtis erroneè, non eſt æqua via domini.

*Circa hoc Iudæi etiam moderni vehementer errant. Eſt enim determinatū apud eos, quod homo iudicatur iuſtus vel iniuſtus, apud Deum ſecundùm numerum meritorum & demeritorum ſic quod ſi aliquis habens plura merita, poſtea labatur in peccata, dum tamen non fuerint tot peccata numero, ſicut fuerint merita, quod talis iudicatur iuſtus apud Deum, vnde: Ra. Moyſi in ſuo. Deut. vbi tractat de pœnitentia. c. 3. dicit ſic: Quilibet homo cuius merita ſunt plura numero quam peccata, iuſtus eſt: & cuius peccata ſunt plura numero quam merita impius eſt: qui autem habet tot merita ſicut peccata mediocris eſt. Hæc ille: Quam ſentētiam falſam & erroneam, omnes communiter tenent nemine contradicente: Ex qua falſa ſententia ſequitur, quod ſi quis habens decem merita, poſtea committeret nouem peccata eſſet iuſtus etiam non pœnitēdo de peccatis: quod eſt maximè erroneum, & contra literam huius cap. vbi dicitur.* Cum enim auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua & fecerit iniquitatem, morietur in ea: *Et inf. 33. c.* Et ſi dixero iuſto quod vita viuet: & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatē: omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur, & iniquitate ſua quam operatus eſt, in ipſa morietur. *Quod eſt manifeſtè contra errorem prædictum.*

## CAP. XIX.

A a E*T tu aſſu. &c.* Captiuitate vicina ꝓpheta non tam vaticinatur futura quam narrat prӕterita. Poſt ſextum.n.Sedechiӕ regis annum ſtatim in ſequentibus legimus: Et factum eſt in anno ſeptimo.

† fili hominis.

† homines.

† retibus ſuis ceperunt eũ.

† die expectaſſet.

b *Vnum de leun.* Ioachaz ſcilicet, filiorum Ioſiӕ quē Nechao Pharao duxit in Aegyptũ, & ſubſtituit Ioakim, cui Iechonias filius ſucceſſit, qui cum matre & optimatibus ciuitatis à Nabuchodonoſor ductus eſt in Babylonem: de quo natus eſt Salathiel pater Zorobabel.

4.Re.23.f.

B

c *Leo factus eſt.* Hieronymus. Hӕc iam facta fuerant cum propheta dicebat. Poſtquam enim Ieruſalem eduxit Ioachaz filium Ioſiӕ de regia ſtirpe,& regem conſtituit, tam crudelis in breui extitit,vt tropologicè cœpiſſe prӕdas, & homines deuoraſſe memoretur.

d *Tulit vnum de leun.&c.* ✻ Theod. Hic Iechoniam Ioachim filiũ declarauit. De his enim qui captiui fuere & in externa regione D... ſortiti ſunt vi... nē verba facit... Ioachim in pr... ti mentionem ... ſit,quia ipſe in Ieruſalē interfe... Breuiter igitur ... fuit Iechoniӕ ... ra, qui menſe... dies īſuper pa... cum regnaſſet ... ſtis cędibus vi... compleuit.

e *Et expanderunt.* Hieronymus. ... quòd hoc Ie... niӕ factum ... ſe tradidit Ba... nio regi & in C... dӕā aſportatu... ſed vt leonis ... tur translatio ... pitur in fouei... ſtringitur ca... reſeruatur i... ueis. Alioqui ... ta hiſtoriam ... de Sedechia ... mus, qui p... Iechoniam ini... promotus eſt: hoc facit occaſio, vt quia catenӕ, c... carcer nominantur, Sedechiam potius quam Iec... plerique intelligant. Seruatus autem in carcere eſt ... nias, nec interfectus, ſublato tantum regno: Sedec... vero cӕcum ductum in Babylonem, & ſtatim occ... narrat hiſtoria.

## CAP. XIX.

a ¶Omnes,ſcilicet,qui de Ioſiӕ ſtirpe generati ſunt.

ET tu † Aſſume planctum ſuper principes Iſrael,

a ¶Ieruſalem. ¶Metaphoricè omnia.

& dices: Quare mater tua leęna iter leones cubauit? In medio leunculorũ enutriuit catulos ſuos. Et eduxit vnum de leunculis ſuis: leo factus eſt,& didicit capere prӕdam, † hominemque comedere: Et audie-

a ¶Famam eius.

a ¶Aegyptiӕ. b ¶Cruenta fuit victoria.

rũt de eo Gentes, † & non abſque vulneribus ſuis ceperunt eum,& adduxerunt eũ in catenis in terram Aegypti. Quӕ

a ¶Mater Ieruſalem quӕ genuerat & nutriuerat,regemque creauerat eum. ¶Deficiente regno.

cùm vidiſſet, quoniam † infirmata eſt, & perijt expectatio

a ¶Iechoniam filium IoaKim. b ¶Alijs regibus. c ¶Regem. d ¶Viam prӕdeceſſoris ingreſſus.

eius,tulit vnum de leunculis ſuis, leonem cōſtituit eũ. Qui incedebat inter leones, & factus eſt leo, & didicit prӕdam

a ¶Nimia crudelitate.

capere, & homines deuorare. Didicit viduas facere, &

¶Deſolari.

ciuitates eorum in deſertum adducere, & deſolata eſt ter-

¶Exterrita. ¶Ideo

ra, & plenitudo eius à voce rugitus illius. Et conuenerunt aduerſus eum Gentes vndique de prouincijs, & expanderunt ſuper eum rete ſuum. In † vulneribus earum,

a M...

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIX.

Diuiſio.

✻ 1 ET tu *Hӕc eſt pars quinta, in qua arguitur principum malitia ſub metaphora leӕnӕ & vineӕ euulſӕ. Et diuiditur in tres partes ſecundum tres filios Ioſiӕ contra quos loquitur,ſecunda ibi:* Quę cũ vidiſſet,*tertia ibi:* Mater tua *Circa primum dicitur a domino.*

2 Et tu. *Ezechiel. Quod autem ſubditur in aliquibus libris.* Fili hominis, *Non eſt in Hebręo,nec in libris correctis.*

C 3 Aſſume planctum, &c. *Plangendo eorum culpam,& pœnam ſequentem.*

4 Quare mater tua,&c. *Ideſt,domus regia.*

5 Leӕna. *Ideſt,crudelis facta & rapax, cùm tamen Dauid fuerit mitiſſimus.*

6 Inter leones cubauit. *Ideſt,conſilio crudelium & impiorũ acquieuit.*

7 In medio leunculorum enutriuit. *Ideſt,pueros de ſemine regio.*

8 Et eduxit,&c. *Scilicet,Ioachaz filium Ioſiӕ.*

9 Leo factus eſt. *Ideſt, rex inſtitutus.4.Reg.23. Per leonem enim qui eſt rex animalium,intelligitur ipſum regnum.*

10 Et didicit. *Per rapinas.*

11 Hominem comede. *Per homicidia.*

12 Et audierunt de eo. *Quia malitia eius nota facta eſt Gentibus in circumitu habitantibus.*

13 Et non ab. *Quia in captione eius per regem Aegypti, hinc & inde plurimi vulnerati. In Hebrӕo habetur ſic.* In earum captus eſt. *Proſequendo parabolā leonis,ad cuius ... nem fiunt foueӕ & operiuntur paleis in ſuperficie, & leo incedens cadit & ſic capitur.*

14 Et adduxerunt eum. *Hoc habetur.4.Reg.23.*

15 Quӕ cum vidiſſet. *Hic conſequenter agitur de Ioach... Ioſiӕ, quem rex Aegypti ſubſtituit regem loco fratris ſui, ... habetur.* Quӕ cum vidiſſet. *Scilicet,domus regia.*

16 Quoniam infirmata eſt. *Per captionem Ioachaz.*

17 Et perijt expe. *Ideſt, expectatio defenſionis per eum.*

18 Tulit vnum de leunculis ſuper.&c. *Scilicet, Ioa...im.*

19 Leonem conſtituit eum,&c. *Ideſt,fecit regem: li... rex Aegypti hoc fecerit,tamen hoc fuit ad preces ſtirpis re...*

20 Qui incedebat inter leones, &c. *Habens ſecum ... impios & crudeles.*

21 Et factus leo. *Ideſt ſimilis eius in crudelitate.*

22 Et didi.prӕ. cap. *Subditos ſpoliando, vt inde ſoluer... tum regi Aegypti.4.Reg.23.*

23 Et homines. *Vicinas Gentes occidere: Cętera patent...*

24 Et conuenerũt de prouincijs. *In exercitu regis Ba...*

25 Et expanderunt,&c. *Ideſt,multitudinem bellantiu...*

26 In vulneribus earum. *In Hebrӕo habetur: In foſſ... captus eſt. Et exponatur vtraque litera vt ſupra.*

✻ 1 Add...

## MORALITER.

† 1 *Et tu.* In hoc capitulo ſecundum ſenſum literalem arguitur malitia domus regiӕ ſcilicet filiorũ Ioſiӕ: & hoc ſub parabola duplici ſcilicet leӕnӕ, & vineӕ euulſӕ: Moraliter autem per primam parabolam arguitur cupiditas eccleſiӕ accipiẽdo eccleſiam pro cupidis paſtoribus & eorum miniſtris,& ſic dicitur.

4 *Quare mater.* Ideſt,crudelis & rapax cùm in principio fuerit valde benigna, ſecundum quod dicitur Act.4.f. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna: nec quiſquam eorum quӕ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia. Et ſequitur ibidem. *Nec quiſquam egens erat inter illos,* Sed modo facta eſt rapax leӕna malitijs exquiſitis rapiens ſubditorum bona.

7 *In medio.* Ideſt, in medio rapatium hominum, quos multi in eccleſiӕ dignitatibus conſtituti tenent ſecum.

8 *Et edux.&c.* In electionibus enim & promoti... eccleſiaſticis plus attenditur aliquando ad poten... aſtutiam eligendi, quam ad eius ſcientiam & vi...

10 *Et didi.* Nam data ſibi poteſtate incipit magi... quam antè.

12 *Et audi.* Ideſt,dęmones ad vitia Gentilium in...

13 *Et non.* Nam propter multa peccatorum vul... tur in poteſtate dęmonum.

14 *Et ad.* Nam ipſum peccatis multis incatena... cunt dœmones ad foſſam inferni.

15 *Quӕ cum.* Scilicet,ſocietas illorũ, quӕ promo...

16 *Quoniam infirmata.* Scilicet conſequendi remu... nes ab eo.

17 *Tulit vnum.* Ideſt,promouit aliorum loco eius ... lum vel peiorem. Et hoc aliquando contingit,... ditur.

18 *Et deſolata eſt.* In cura talis hominis poſita: quod de eo ſubditur.

A *Mater tu.* Multis ſermonibus, res vna dicitur Ieruſalẽ
ipetius, pulchræ mulieri, & poſt leænæ catulos nutrien-
, nũc vineæ pulcherrimæ comparatur. *Vinea.* Quamuis
ulchra, quãuis longis propaginibus extenta, ſi haſtilia,
amoſq; ſubtraxeris, iũcta terræ areſcit calore, maximè
ventus vrens quẽ
ræci eliſonã, aliàs
*...* vocant, ſicca
rit fructus eius,
emarceſcat, &
aſi ignis creme-
r ardoribus.
a Babylonem vel
Ægyptũ ſignat ad
cã transfugerunt
at ipſam Iudæam
i qua pauci paupe
r remanſerunt: q-
bs præfectus erat
Godolias, vt cõgre-
get & regeret re-
liuias populi, quẽ
Iſmael de ſtirpe re-
g occidit in Maſ-
pa, & hoc eſt qđ
ditur, *Ignis come-
deam.*
b Hier. ſecundum
anagogem. Hæc ad
ecleſiã referimus.
c quia in nouiſſimo
tpore multipli-
ca iniquitate re-
d frigeſcet charitas
multorum, vt pro-
betur ſi fieri põt
etiam electi, & principes eius capiantur in retibus diabo-
li, qui nõ vnius regis captione contentus, quotidie reges
& principes capere feſtinat. vnde: *Eſcæ eius electæ.* Palmi-
tes quoque eccleſiæ qui dudũ floribus & rubori ſangui-
nis æquabantur, vento vrente ſiccãtur, vnde: in Euãgelio,
Qui germinauerunt orto ſole æſtuauerũt, & ſiccata sũt,
vtix remaneat vnus ex palmitibus qui cõſurgat in vir-
gam, & dignus populi princeps fiat, vnde: Amos: *inducã
famẽ et ſitim ſuper terrã, non panis famẽ neq; ſitim aquæ &c.* Vn- D
de debemus plãgere & lamentari ſuper principes Iſrael,
quorum vitio & ſuperbia Iudæa capta eſt & Ieruſalem.

captus eſt, & miſerunt eum in † caueam. In catenis adduxe
runt eum ad regem Babylonis: miſeruntq; eum in carce-
rẽ, ne audiretur uox eius ultrà ſuper montes Iſrael. Mater
a ¶LXX Flos in malis granatis. b ¶Rubore florum. c ¶Vbi humore nutritur.
tua quaſi uinea in ſanguine tuo ſuper aquam plantata eſt.
Fructus eius & frondes eius creuerũt ex aquis multis, & fa-
a ¶LXX. In tribum ducum et ſcilicet inde reges herent. b ¶Superbis Deus reſiſtit.
ctæ ſunt ei uirgæ ſolidæ in ſceptra dominantiũ, & exaltata
a ¶Vt ſuperbiret. Aliorum bona videamus, noſtra neſciamus.
eſt ſtatura eius inter frondes. Et † uidit altitudinem ſuã in
a ¶In furore domini.
multitudine palmitum ſuorum, & euulſa eſt in ira in terrã
a ¶Ruinas Ieruſalem eleganti tranſlatione demonſtrat.
que proiecta: & uentus urens ſiccauit fructũ eius, marcue-
¶Iſmael. ¶Tamen.
rũt, & arefactæ ſunt uirgæ roboris eius: Ignis comedit eã.
a ¶Tam pulchra, tam fructuoſa.
Et nunc trãſplatata eſt in deſertũ, in terra inuia & ſitien-
¶Iſmael. ¶Tribu regia.
ti, & egreſſus eſt ignis de virga ramorum eius, qui fructum
¶Ex tunc. a ¶Aliquis rex qui populum gubernaret, ſed cum Iohanna alio Careæ in Ægyptum transfugerunt. b ¶Regij generis quod in Iudæa vltrà ceſſauit, donec veniret cui repoſitum eſt, qui erit expectatio. Gentium.
eius comedit: & non fuit in ea uirga fortis, ſceptrum domi
nantium. † Planctus eſt, & erit in planctum.

b *Et nunc tranſplantata.* ※ Theod Poſt vrbis & templi
incendium omnibus principibus partim interfectis par
tim bello captis &
abductis, relictis ibi
1 pauperibus Nabu- † compedes.
† zardan. Godoliam
principem præfe-
2 cit, & vrbs omni-
3 nò deſerta fuit, im-
4 mò omnis Iudæa.
5 Idcirco ait, & nũc
6 plantauerunt eam
7 in deſerto.
c *Et egreſſus eſt ignis.*
8 ※ Idem. Iſmael.n.
è regio genere oriũ † conſpecta eſt in altitudine ſua.
9 dus Godoliæ inui-
dis adductus, ficta-
10 que, erga eum ami
11 citia vſus, occultè
12 inſidiatur, & corũ E
13 plurimos qui eum
14 ſequebantur, inter-
15 ficit. Reliqui oẽs
16 Chaldæorum irã
17 veriti, cũ Ieremia
18 Propheta in Aegy-
ptum ſe recepere.
19 Atque hoc declara
20 uit cum dixit, Egre
21 dietur ignis de vir-
gis electorum.
d *Plãctus eſt, & erit.*
Hieronymus. Hinc patet hoc quod ſuperius dictum
*Quare mater tua leæna, &c.* Et hic: *Mater tua quaſi vinea, &c.* ſuprà co.2.
ad Ieruſalem pertinere, quæ perdidit leones & palmites
ſuos, & non remanſit in ea virga, quæ conſurgeret in tri
bum regiam. A planctu enim cœpit & in planctu fini-
tur. Aſſume planctum, &c. hoc in principio & in fine
planctus eſt &c. Planctu enim & lamentatione ſtirps re-
gia proſequenda eſt.

CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Adduxerunt eum, &c. *Inceperunt enim Chaldæi ipſum ducere in Babylonem: ſed in via mutato conſilio reduxerunt eum ante Ieruſalem, & ipſo interfecto proiecerunt cadauer eius extra portas Ieruſalem, vt habetur Iere. 22.*

2 Mater tua. &c. *Hic agitur de tertio filio Ioſiæ ſcilicet Sedechia quem rex Babylonis exoculauit, & in Babylonem duxit, & quantum ad hoc dicitur:* Mater tua. *Ideſt, domus regia.*

3 Quaſi vi. *Ex rebellione enim Sedechiæ contra regem Babylonis ſecuta eſt magna effuſio ſanguinis. In Hebræo habetur:* Quaſi vinea in ſimilitudine tua. *Ideſt, aſſimilata eſt vineæ euulſæ, vt habetur infra.*

4 Super aquam plantata eſt. *Ideſt, ſuper populum Iuda fluidum ſicut aqua.*

5 Fructus eius. *Ideſt, diuitiæ & filij.*

6 Creuerunt ex aquis multis. *Ideſt, ex ſtipendio à populo multo collectis.*

7 Et factæ ſunt ei virgæ ſolidæ in ſceptra. *Sedechias enim confidens de ſua poteſtate & robore gentis ſuæ voluit dominari abſque iugo regis Babylonis.*

8 Et vidit altitudinem ſuam. *Conſiderans ex ſuperbia ſua, quòd indecens erat ei ſubeſſe regi Babylonis, & ſic rebellauit, & iuramentum fregit: propter cuius fractionem dominus fuit iratus contra eum & contra ſuum populum, ideò ſubditur.*

9 Et euulſa eſt. *Scilicet Dei, eius enim deiectio & regni ſui magis fuit virtute Dei, quam hominis.*

10 Et ven. *Ideſt, rex Babylonis.*

11 Sicca. fru. *Quia occidit filios eius.*

12 Marcuerunt & arefactæ. *Quia fracta ciuitate viri bellatores eius fugerunt.*

13 Ignis comedit. *Quia Chaldæi incenderunt domum regis, & templum & totam ciuitatem. 4. Reg. vl.*

14 Et nunc. *Quia Sedechias cum multis alijs fuit ductus in Babylonem, vbi frequenter pungebantur verbis & factis iniurioſis tanquam deſerti ſpinis.*

15 In terra inuia & ſitienti. *Quia ibi etiam patiebantur defectum ſufficientis alimenti.*

16 Et egreſſus eſt ignis. *Ideſt, Iſmael.*

17 De virga ramorum eius. *Quia fuit de ſemine regio.*

18 Qui fructum eius comedit. *Quia Godoliam interfecit & filias regis & populum qui cum eo erant, captiuauit, vt habetur Iere. 41.*

19 Et non fuit in ea virga fortis, ſceptrum deno minantiũ. *Quia Iohannam filius Careæ & bellatores qui cum eo erãt, & reliquus populus timore Chaldæorum concuſſi fugerũt in Aegyptũ contra verbum domini ad eos per Ieremiam dictum Iere. 43.*

20 Planctus, &c. *Ideſt, materia planctus.*

21 Eſt & erit, &c. *Toti populo quod dictum eſt de filijs Ioſiæ regis Iuda ſancti & iuſti.*

※ CAP.

MORALITER.

† *Et miſerunt.* Quia dœmones talem ducunt ad infernũ in conſimili vel maiori pœna.

2 *Mater tua, &c.* Hic ponitur ſecunda parabola de vinea euulſa, per quam moraliter intelligitur prælatus malè promotus, ideò ſequitur.

4 *In ſanguine.* Per quod deſignatur indignus prælatione, promotus tamen ad eam conſanguineorum ſuorũ fortitudine vel timore.

7 *Et factæ ſunt, &c.* Quia per fortitudinem ſui ſanguinis ſtabilitur, licet coram Deo cijciatur, ideò ſubditur.

9 *Et euulſa eſt in ira.* Scilicet Dei.

16 *Et egreſſus eſt ignis de virga ramorum eius.* Quia frequẽter contigit, qđ ignis diſcordiæ accẽditur inter amicos eius. Et ſic cõſumuntur eius tẽporalia bona, & ipſe moriẽs deſcẽdit ad inferna, ideo ſubditur: *Planctus eſt & erit in planctum.*

C A P. X X.

A a Nunquid ad in. Hãc fuiſſe conſuetudinẽ populi Iſrael, vt qdquid dubitarent à dño p prophetas quererẽt, multa exẽpla teſtanť, Saul q̃rens aſinas pergit ad Samuelẽ. Aegrotante filio Ieroboã, mittitur vxor eius in Silo ad Abiã pphetam. Dauid quoq. propheta aliũ pphetã Nathã interrogat, vtrũ debeat dño domũ cõſtituere. In nouo quoq; teſtã Agab' q̃ Paulo euentura ſunt, pnunciat. Scriptũ eſt in Deut. *Gentes quas dominus perditurus eſt in cõſpectu tuo ſomnia & diuinationes audiunt: tibi autem nõ ſic dedit dominus.*

Populus per prophetas dominum interrogat.
1. Reg. 9. a.
3. Reg. 14. b.
2 Reg. 7. a.
Act. 21. c.
Deut. 18. c.

✻ Theo. Admodũ congruit hiſce verbis, q̃ à Deo & ſaluatore noſtro dictũ eſt, Non oĩs q dicit mihi Dñe Dñe intrabit in regnũ cęlorũ. B Etenim iſti quoque ſcelerib. addicti, ac penitentię remedijs ſanari recuſantes Dñm interrogare tentarunt, nõ vt ea omnia facerent quæ ſibi imperarentur, ſed vt diſcerẽt, an ſuis cogitationib. diuina oracula conſentirẽt.

b *Viuo ego*. Congrua interrogantibus datur reſponſio. Sancto dicitur: *Adhuc loquente te dicam adſum*: peccatoribus (quales ſunt ſeniores Iſrael) increpatio pro peccatis: Et additur iuſiurandum, vt ſit firmior ſententia negantis.

Iſaiæ 65. d.

c *Si iudi*. Non eſt Prophetæ reſponſio, ſed ſñia iudicãtis pro iniquitatibus, quia patrum iniquitates ſunt ſequuti.

d *Abominationes*. Non quod peccata patrum redundent in filios, ſed oſtenduntur patribus ſimilia feciſſe, & hæreditario malo longum funem peccatorum contraxiſſe, vt quorum imitantur peccata pertimeſcant ſupplicia.

✻ Theodor. Iſtis, inquit, à propheta, qui ad te adierunt, & mea oſtendito beneficia & parẽtũ ipſorũ ſcelera re[...] ſero narratio itẽ, queẽadmodũ in Aegypto parẽtib. ipſo[...] adhuc impiè viuentib & Aegyptiorũ idola colẽtib. n[...] ipſũ oſtenderim eosq̃, docuerim eſſe me Deũ ac dñm.

e *In die qua*. Iſrael cũ eſſet in Aegypto intũ Deũ igno[ra]bat, vt Moyſes m[...]ſus ad eos dicer[...] Si interrogaueri[nt] qs miſit te, qd d[...] eis? Et ait dñs. Q[ui] eſt miſit me. Ibi[...]go not' eſt eis. † [...] leuauit manũ [...] pro eis contra A[e]gyptios.

D

f *In terram*. Hier[...] cundùm literã, [...] dæam inclitam [...] & oĩbus terris fe[...] liorẽ dubitare n[...] põt, qui à Rino[...] ua vſque ad Ta[...] montem & flu[...] Euphratẽ oẽm c[...] ſiderauit terram [...] vrbium potẽti[...] & regionũ amc[...] tatẽ Paleſtinam [...] delicet & Phęn[...] Arabiam, Syri[...] Cœlem, Ciliciã, & cæteras regiones quas Iſraeli ſi pr[æ]pta ſeruaſſet, dñs repromiſit. Si aũt non accepit, vitiũ incredulitatis fuit: nam & in Palęſtina, Iudęaq̃; prouin[cia] multæ Gentes remanſerunt, q̃ eis ſubiectæ nõ ſunt. N[on] tũ ſponſor reus eſt mendacij aut criminis, ſed qui ſe [...] ſione indignum fecit. Prętерea hæc eſt conditio pro[mit]tentis: *Si volueritis & audieritis me bo. &c. Si autem nolu[eritis] gladius deuorabit vos*. Eliguntur ergo ſecundum pœnit[en]tiam, alias ſecundum pręſcientiam. Nec ſtatim qui el[igi]tur, tentari nõ poteſt aut perire. Saul. n. electus in reg[num] & Iudas in apoſtolatum poſtea vitio ſuo perierunt.

E

g *Quæ eſt egreg*. Hier. Aqla, firmamẽtũ: Symmach' relig[...] Theodotio. fortitudo qa oĩũ terrarũ iſta ẽ quaſi fũda[men]tũ qa ĩ ea Dei religio & tẽplũ & ceremonię & notitia[...] a *Vnu*[...]

C A P V T X X.

a ¶Poſt vndecim menſes, & quinque dies ſuperioris viſionis.

ET factũ eſt anno ſeptimo, in quinto ĩ decima mẽſis venerũt viri de ſeniorib. Iſrael, vt interrogarẽt

¶Peſt. a ¶Atteq̃uam dicant nomini quia negant.

dñm & ſederunt corã me. Et factus eſt ſermo dñi ad me dicẽs: Fili hoĩs, loquere ſenioribus Iſrael, & dices ad

a eos: Hæc dicit dñs Deus: Nunqd ad interrogãdũ me vos venistis? Viuo ego, q̃a nõ rñdebo vobis, ait dñs Deus. † Si iudi

¶Quod ad interrogandum venerunt ſuper his quæ ambigunt ſed tu fili ho. iudica eos.

b c d cas eos: ſi iudicas fili hoĩs. Abominationes patrũ eorũ oſtẽ

e de eis, & dices ad eos: Hęc dicit dñs Deus: In die qua elegi

¶Cognitus.

f Iſrael, & leuaui manũ meã p ſtirpe domus Iacob, & appa-

a ¶Contra Aegyptios. b ¶Quaſi percuſſurus.

rui eis in terra Aegypti, & leuaui manũ meã p eis dicẽs: ego dñs Deus veſter, in die illa leuaui manũ meã p eis, vt educerẽ eos de terra Aegypti in terrã q̃ prouiderã eis fluentem

a ¶Nondum enim erant perfecti, ſed nutriendi lacte infantis.

g lacte & melle: q̃ eſt † egregia inter omnes terras. Et dixi ad

† deſiderabilis.

N I C O L A V S D E L Y R A.
C A P. X X.

1 ET factum eſt. *Hæc eſt pars ſexta in qua arguitur populi malitia ſub metaphora ſaltus comburendi. Et diuiditur in duas partes, quia primò malitia populi arguitur, ſecundo parabola inducitur, ibi:* Et factus eſt: *verſus finem cap. Prima in duas, quia primo ponitur ſenum interrogatio, ſecundo, domini reſponſio, ibi:* Et factus eſt. *Circa primum dicitur.*

✻ Diuiſio. C

2 Et factum. *ſcilicet, tranſmigrationis Iechoniæ.*

3 In quinto. *ſ. mẽſe, ppter qd in aliquibus libris, mẽſe ponitur. ſed non eſt in Hebræo, nec in libris correctis: ſubintelligitur tamen.*

4 In decima. *Scilicet die menſis.*

5 Venerunt viri. *Qui regebant populũ in terra Babylonis trãſlatum, & ideo in ipſis totus populus quaſi virtualiter cõtinebatur.*

6 Vt inter. *De agẽdis p eos: & dicit hic Ra. Sa. q̃ venerant iſta intentione, q̃ ſi non haberent à Deo reſponſum de negotiis ſibi imminentibus, non curarent de obediẽtia vlteriori ad ipſum, ſicut ſeruus à domino alteri venditus: & vxor à viro repudiata non curãt de ipſis vltra, ſed quærunt ſibi commodum alibi vbi poſſunt.*

7 Et factus. *Hic conſequenter ponitur domini reſpõſio, & hoc p modũ increpationis: Et diuiditur in duas: q̃a primò increpatur populi malignitas, ſcdò declaratur domini benignitas, vt oppoſita iuxta ſe poſtea magis eluceſcãt, ſcda ibi:* Viuo ego. *Prima adhuc ĩ tres, q̃a primo arguit malitiã quærentiũ, ſcdò patrũ præcedentiũ, ibi:* Si iudicas: *tertiò filiorũ ſequentiũ, ibi.* Propterea dicit. *Circa primũ patet litera vſq; ibi.* 8 Nunq. &c. *Q. d. Non veniſtis ad interrogandum me de ſalute animarũ veſtrarum ſed de negotijs veſtris tẽporalibus: & hoc intẽtione peruerſa. ſ. vt ſi negaretur vobis reſponſio, haberetis occaſionem ſeruiendi idolis, & non mihi, vt dictũ eſt.*

Diuiſio.

9 Viuo ego. *Id eſt, ſicut verum eſt q̃ ego ſum vita p eſſentiã verum eſt quod ſequitur.* 10 Quia non. *Scilicet ad votun[...] ſtrum, nec per hoc habebitis libertatem ſeruiendi idolis ſicut q[...] tis: ſed reſtringam vos in ſeruitute mea, vt habetur. infrà eod. c.*

11 Si iudi. *Hic conſequenter arguitur malitia patrũ præcede[...] & hoc ſecundum tria tempora, ſ. habitationis in Aegypto, in d[eſer]to, & in promiſſionis ſolo: Et ſecũdum hoc diuiditur in tres pa[rtes] ſecũda ibi:* Eieci ergo. *tertia ibi:* Quamobrẽ. *Circa primũ [dici]tur:* Si iudicas eos: *videlicet ſenes Iſrael à te quærentes: Et [acci]pitur hic iudicare pro rõnabiliter arguere: ſicut inf. eod. c. Iu[dicio] contẽdi aduerſus patres veſtros in deſerto. Et accipitur ẽt hic [...] quia eo quòd ad Ezechielem pertinebat arguere populi vitia.*

F

12 Abomi. *Id eſt, peccata abominabilia.* 13 Oſten. *Vt r[...] nabilibus conuincantur.* 14 In die. *Hoc fuit quando do[minus] apparuit Moyſi denuncians ei de hac liberatione. Exo. 3.*

15 Et leua. *Id eſt, potentiam meã ad percutiendum Aegyp[tum].*

16 Et apparui eis inter Aegy. *Iſta fuit reuelatio facta A[...] vt occurreret Moyſi veniẽti, vt habetur Exo. 4. & tũc facta ſib[i re]uelatio de modo liberationis populi, & de ſacerdotio ſibi futu[ro vt] habetur. 1. Reg. 2. c.* Hæc dicit dñs: Nunqd non aperta re[uela]tus ſum domui patris tui cũ eſſet in Aegypto: *hoc. n. [...] ſuis Eli de Aaron deſcendentit.* 17 Vt educerem, &c. *P[er ſi]gna, & oſtenta.* 18 In ter. quã proui. eis. *tanquã pater [...]*

19 Fluentem la. & mel. *Id eſt, abundantem omnibus boni[s].*

20 Quæ eſt egre. *Audiui ab illis qui fuerunt in Iudęa [et] Aegypto, quod Aegyptus eſt fertilior & amœnior, & ſecundi[...] iſta eminentia referenda eſt ad Chriſtum qui erat inde naſci[tur]us ſecundum carnem, & ibi operaturus humanam ſalutem.*

21 Et dix. *Per Moyſem & Aaron.* ✻ Vnu[...]

M O R A L I T E R.

† *Et factum eſt.* Hic ſecundum ſenſum literalem ſub parabola ſaltus combuſti, ponitur punitio Iudæorum: præmittuntur tamen primò peccata eorum in Aegypto. ſecundo in deſerto: & tertiò in promiſſionis ſolo. Moraliter aũt per peccantes in Aegypto ſignificantur peccantes in ſeculo: nã Aegyptus tenebra interpętatur, ſeculũ aũt tenebris ignorantiæ & culpæ inuoluitur, per peccantes in deſerto ſignificantur peccantes in clauſtro, quo[rum] peccata ſunt, cęteris paribus grauiora: quia quanto [ſta]tus altior, tantò caſus grauior. Per peccantes in terra [pro]miſſionis ſignificantur peccantes in ſtatu prælationis [qui] ſublimior eſt ſtatu religionis, & per conſequens c[æte]ris paribus eorum peccata ſunt grauiora.

2 *Vt factus eſt.* hic ponĩt punitio Iudęorũ ſub parabola ſaltus cõbuſti: poſt eorũ peccata cõmiſſa in Aegypt[o] † deſer[...]

*Vnuſquiſque.* Hiero. Nobis quoque de Aegypto exeunA
bus præcipitur, vt offenſiones oculorū noſtrorum abijamus, ne ea quæ oblectabant modo nos capiant. ne ſimulacra Aegypti nos polluant, adinuentiones. ſ. Philoſophorum, Hæreticorum, quæ rectè idola nuncupantur. A ſpeculatis quoq; im pio offenſionib. Aegypti remoueamus oculos, arenæ, circi, a theatrorum, & ab omnibus quæ animæ contaminãt puritatē, & per ſenſus ingrediũtur ad mētem, vnde. *Intrauit mors per feneſ.*

b *Et feci, &c.* Quod facere cogitabā pro per iuſtitiam, non feci propter clementiam: ne pollueretur B nomē meum, & videretur non poſſe cōplere quod Iſraeli promiſeram.

c *Eieci ergo eos de terra Aegypti.* Hier. Huc uſque quid eis profuerit in terra Aegypti, & quõo ſtatim oſtenderint, & quid contra eos cogitauerit, & tamen non fecerit: propheta deſcripſit, quæ ſequuntur, Egreſſus de Aegypto loquutus eſt. d Hæc ad eos dicuntur, qui educti ſunt de Aegypto in deſertum, vt Aegyptiorū e vijs liberati, facilius in ſolitudine præcepta Dei cuſtodirēt C ✱ Theo. Liberatos illos ab amara illa ſeruitute, in deſerto tanq̃ in palæſtra aliqua, pbis & vtilibus legib. quaſi pueros īſtruebā, qb. ſeruādis viā illis moliebar. Leges n. erãt vitæ ꝯciliatrices. Præcepta aũt ipſa, & iuD
ſtificationes ſed eadem diuerſis nominib. vocata ſunt, pcepta appellauit non .n. alia ſunt præcepta aliæ iuſtificationes, ſunt .n. tanquam dño ſcripta quæ iuſſi ſunt hoīes ſeruare. Iuſtificationes aũt non ſolum vt iure ſcripta, & ꝙ iuſtũ eſt ꝯtinētia, ſed ēt vt q̃ rectè agē tē iuſtificare poſsint

1 Et illud ſcire neceſſe
2 eſt a pceptis & iuſti
3 ficationib. q̃ poſſunt
4 ea obſeruantib. vitā
miniſtrares, ſabbata
cũ diſtinxiſſe. Nã ſab
5 batorũ ipſis otiũ le
ge pſcripſi, ait, nō vt
quod ipſe ſufficere
vitā poſſet, ſd vt hęc
6 ciuilis adminiſtra
7 tionis ratio peculia E
8 ris, a gentium eos di
9 ſtinguat inſtitutis,
10 ſed meorum benefi
11 ciorum in memo
riam adducat.
13 d *Dixi ergo, &c.* ✱ Idē Exo. 32
14 Et hæc quidem diui
15 nus docet Moyſes
16 cũ ait dixiſſe Deum.
17 *Et nunc dimitte me, &*
18 *iratus furore dilebo eos*
19 *& faciā ī gentē magnā*
Deinde ſuam depre
cationem exponit, Num. 14.
& in fine adijcit, *q i*
20 *ſi per uſſeris eos, audiet*
21 *Aegyptus, & dicit eo ꝙ*
*non potuerit eos intro*
22 *ducere in terrā promiſ* F
23 *ſam, conſumpſit eos in*
*deſerto.* Hoc ēt decla
rauit hoc loco, cũ di
24 xit, & feci vt nomē † deſider
25 meũ omninò non liorem o...bus alijs terris.
26 violaretur coram
gentibus.

e *Coram Gentib. de qu. &c.* Hier. Iam. n. eiecti erant de Aegypto. Superius verò ait. Coram Gentib. in quarum medio erãt quia nondum exierant.

a ¶ Primo exeuntes de Aegypto. b ¶ Idola ſ. quibus longo tempore ſeruierant, ne vel abijcere dignentur.
eos. Vnuſquiſq; offenſiones oculorum ſuorum abijciat, &
a ¶ Colendo. b ¶ Non Aegyptij non alia mōſtra.
a in idolis Ægypti nolite pollui. Ego dñs Deus veſter. Et
a ¶ Quia. b ¶ L. bono arbitrio. c ¶ Facientes. ſ. prohibita, & multiantes contra Moyſen.
† irritauerunt me nolueruntque me audire. Vnuſquiſque
abominationes oculorũ ſuorum nō proiecit, nec idola Æ
¶ Ideo ¶ Decreui. a ¶ Quam merito...
gypti reliquerunt. Et dixi, vt effunderem indignationem
a ¶ Quia nondum exierant, cum venirem effundere iram.
meam ſuper eos, & implerem irā meā in eis in medio ter
a ¶ Q. peperci nomini meo, ne haberent nationes occaſionem blaſphemandi, inter quas notus factus ſum eis.
ræ Ægypti. Et feci propter nomen meum, vt nō violaretur
coram Gentib. in quarum medio erant, & inter quas appa
rui eis, vt educerem eos de terra Ægypti. Eieci ergo eos de
b terra Ægypti, & eduxi in deſertum, & dedi eis præcepta
a ¶ Etiam nihil addens ſicut in Euangelio.
mea, & iuditia mea † oſtendi eis, quæ faciet homo, & viuet
c a ¶ Veri ſabbati, & circunciſio ſignum eſt veræ circunciſionis, vt a vicijs omnibus purgati, per totam ſeptimanam ei die & nocte viuamus vt in æterno ſabbato quieſcamus
in eis. † Inſuper & ſabbata mea dedi eis, vt eſſet ſignum inter
me & eos: & ſcirent quia ego dñs ſanctificans eos. Et irrita
a ¶ Etiam.
uerunt me domus Iſrael in deſerto, in præceptis meis non
ambulauerunt, & iuditia mea proiecerunt, quæ faciens ho
a ¶ Etiam nihil addens ſicut in Euangelio. b ¶ Non ſeme. ¶ Non patrum
mo viuet in eis: & ſabbata mea violauerũt vehemēter. Dixi
a ¶ Quando dixi Moyſi Dimitte me, &c.
d ergo, vt effunderē furorem meum ſuper eos in deſerto, &
a ¶ Parcens Aegyptijs, & cæteris Gentibus, ne ſcandalizarentur, & ipſi quorum miſertus eſt, expectans pœnitentiam eorum
cōſumerē eos. Et feci propter nomen meũ, ne violaret corā
e Gentibus: de quibus eieci eos in conſpectu earũ. Ego igitur
a ¶ Per Amalechitas, & alios qui dimicauerunt contra eos in deſerto.
leuaui manũ meā ſup eos in deſerto, ne inducerē eos in ter
ram q̃ dedi eis fluentē lacte, & melle: † præcipuam terrarũ

a *Pepr.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vnuſquiſque offenſiones. *Per veram pænitentiam.*
2 Et in id. *Vt ſicut ſum ſanctus, ita & vos ſitis ſancti, iō ſubditur*
3 Ego dominus, &c. *Cui debetis conformari.*
4 Et irritauerunt me. *In malis perſeuerando.*
5 Et dixi ut effunderem. *Fuerunt. n. in illo populo multi, ita mali & duri, quod poſt viſionem ſignorum in plagis Aegypti adhuc rebellabant verbis Moyſi, vt habetur Exo. 14. c.* Nonne iſte eſt ſermo, &c. *propter quod Deus voluit eos occidere in Aegypto vt dicit hic propheta ſpiritu Dei loquens: propter quod tenendum eſt firmiter, quod ſit verum, licet in Exo. non ſit ſcriptum, multa. n. tũc facta fuerunt, quæ non fuerunt tunc ſcripta, ſicut & Io. vl. g. dicitur de Chriſto. Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.*
6 Et feci. *ſ. miſericorditer cum eis mortem illam non inferendo.*
7 Propter nomen, &c. *i. vilificaretur.*
8 Coram Gentibus in qua. *i. corā Aegiptijs: quia dixiſſent ideo interfecit eos in terra noſtra, quia non poterat eos inde educere*
9 Et inter, &c. *Per ſigna meæ poteſtatis declaratiua in terra Aegypti.*
10 Vt edu. *Poſt multas plagas Aegiptijs illatas.*
11 Eie. er. *Hic conſequenter arguitur malitia populi quantum ad tēpus manſionis in deſerto, & primò malitia patrum, ſecundo filiorũ,* 12 Dixi aũt. *Circa primum dicitur.* Eiecier. & c. *Tantum. n. timore concuſſit Aegyptijs Deus, quod cogebant filios Iſrael exire. Exo. 12*
12 Et edu. Inde. *Diuidendo eis mare rubrum, Exod. 14.*
13 Et dedi. *In monte Sinai, & dicit præcepta quantum ad moralia & ceremonialia.*
14 Et iudicia mea. *Quantum ad iudicialia.*
15 Quæ fa. *Quia non inferetur ſibi mors quæ infligenda eſt tranſgreſſoribus legis.*
16 Inſu. &c. *Vt. ſ. quieſcerent a ſeruilibus operibus, ſicut, & ego ſabbato quieui a nouis operibus condendis. Geneſ. 2.*
17 Vt eſſet ſignum. *ſ. ſpecialis dilectionis.*
18 Inter me &c. *Vt. ſ. quieſcerent in meipſo vacando diuinis.*
19 Et ir. &c. *Per murmurationes ſuas in Maraph, & Raphidim, vt patet Exo. 15. & 17.*
20 Et ſab. *Quia aliqui de populo contra præceptum Moyſi exierũt ad colligendum Manna in die ſabbati, Exo. 16.*
21 Di. er. vt. *poſt fabricationem vituli, & eius adorationem, tunc enim dixit. dominus ad Moyſen.* Dimitte me, &c. *Exo. 32.*
22 Et fe. *ſ. miſericordiam non inferendo pœnam iſtam, ne violaretur imponēdo mihi falſum. ſ. quod ad interficiendum eos eduxiſſem in deſertum, vnde: tunc allegauit Moyſes coram Deo. Ne quæſo dicāt Aegyptij, &c.*
23 Eg. igi. &c. *i. vindictam meam.*
24 Su. c. in deſ. *Hoc fuit quando territi verbis exploratorum voluerunt reuerti in Aegyptum, Nu. 14.*
25 Ne indu *ſ. promiſſionis: nullus. n. de illis intrauit niſi Calib, & Ioſue, & Leuitæ, vt dictũ fuit ibi, quia nō fuerant cũ alijs numerati.*
26 Præ. ter. *Exponatur hæc eminentia ſicut ſupra.*

✱ Quia

## *MORALITER.*

† in Iudæa. Per ſaltũ autem qui communiter habet infructuoſa ligna: ſignificatur congregatio quæcunque habēs homines inutiles ad ſalutem animarum. In hoc autem ſaltu comburitur omne lignum viride, per quod ſignificantur iuuenes accenſi libidinis igne. Et omne lignum aridum per ꝙ ſignificantur ſenes accenſi cupiditate, nam auaricia in ſenibus iuueneſcit. Et quoniam iſti poſtea cōburentur igne gehennæ, ſi perſeuerauerint in malis, ſubditur. *Non extin. flamma ſuc. ſ.*

a *Pepercit oculus,&c.* Hieronymus. Quomodo pepercit cum præter Ieſum Naue, & Caleph filium Iephone nullus terram promiſſionis ingreſſus ſit? vnde: intelligimus viuere eos, nec æternis ſupplicijs reſeruatos nec de libro viuentium deletos, nec conſumptos ante faciem domini. Si.n.quia in terrā promiſſionis nō intrauerunt periſſe credendi ſunt ergo, & Moyſes periit, qui vidit tantum, & nō intrauit. Moyſi quoque preces exanditas eſſe credimus, q pro populo interpellans ait. *Si dimittis eis peccatum dimitte. Si autem non vis, & me dele de libro tuo.* Sententiam autem domini in filios, & famulos, non perditionē eſſe, ſed emēdationē audiamus. *Quem diligit dominus corripit, &c.* Et alibi. *Cùm interficeret eos, querebāt eum.* Et alibi. *Ego interfiniā, & ego viuificabo.*

Exo. 32.g. Heb 12.b. Pſal 77.d.

b *Et comminatus ſum,&c.* Quia ſimiliter patribus peccauerunt, ſimilem ſentētiam meruerūt, ſed eadem clementia, & ob eaſdem cauſas reſeruati ſunt. Idem autor amborum eadem patientia iram mitigat.

c *Ite.le.* Vbi in vete. dominus contra filios eorum qui in deſerto corruerunt, leuauit manum, volens diſpergere, ſcriptura non dicit: ſed ex hoc quod hic dicitur, factum eſſe credendum eſt: hoc ſignificat quia poſtquam in terram promiſſionis uenerunt, peccatis exigentibus diuerſis Gentibus, & tributis traditi ſunt, & tunc præcepta bona in natura ſuncta ſunt eis non bona.

omniū, quia iuditia mea proiecerunt, & in præceptis meis 1
¶Aegypti.
non ambulauerunt, & ſabbata mea violauerūt. Poſt idola 2
.n. cor eorum gradiebatur. Et pepercit oculus meus ſuper 3
a ¶Omnino. b ¶Filios.ſ. cum patribus filios.n. induxit in terram promiſſionis.
eos, vt non interficerem eos, nec conſumpſi eos in deſerto.
¶Poſt interfectionem patrum dat præcepta filijs in quibus parcit & patribus. a ¶Ne eorum imitaremini peccata, quorum vidiſtis tormenta.
Dixi autem ad filios eorum in ſolitudine. In præceptis pa- 4 5
trum veſtrorum nolite incedere, nec iuditia eorū cuſtodia
a ¶Eadem dicit filijs, quæ ante, & patribus.
tis, nec in idolis eorum polluamini. Egō dominus Deus ve 6 7
ſter. In præceptis meis ambulate, & iuditia mea cuſtodite, 8
a ¶Sancta oſtendite venerando. b ¶Vt ſupra.
& facite ea, & ſabbata mea ſanctificate, vt ſit ſignum inter 9
¶Sic. ¶Non alius. ¶Tamen.
me, & vos, & † ſcietis quia ego dñs Deus veſter. Et ex acer- 10
a ¶Patrum ſcelera imitantes. b ¶Quia.
bauerunt me filij, † & in præceptis meis non ambulaue-
¶Corde. ¶Opere.
runt, & iudiciā mea non cuſtodierūt, vt facerent ea, quę cū
a ¶Manifeſta exponere ocioſi eſt. ¶Ideo.
b fecerit homo viuet in eis: & ſabbata mea violauerūt. Et cō 11
minatus ſum, vt effunderem furorem meū ſuper eos, & im
¶Vindictam.
plerem iram meam in eis in deſerto. Auerti autem manū 12
meam, & feci pp nomen meum, ut non violaretur coram 13
c Gentibus, de quib. eieci eos in oculis earum. Iterum leuaui 14 15
manum meā † in eos in ſollitudine, vt diſpergerem illos in 16
nationes, & uentilarem in terras, eò quòd iuditia mea non
feciſſent, & præcepta mea reprobaſſent, & ſabbata mea
uiolaſſent, & poſt idola patrum ſuorum fuiſſent ocu-
a ¶Eis ſcilicet quamuis in natura bona, facta ſunt eis non bona, dum non valent in captiuitate legis præcepta ſeruare
d li eorum. Ergo, & ego dedi eis præcepta nōn bona, & 17

† ſciatur Deut. 32.f. † eorum. † ſuper

d *Ergo,&c.* Hi[…] nymus. Nō ait […] ſed non bona. […] .n. ſtatim ſequ[…] vt. *Quod non eſt bo[…] malum ſit.* Apoſt[…] .n. ait. *Bonum eſt […] ni mulierem non t[…] re,* quod ſi fec[…] nec bonum nec […] lum eſt. Dedit […] eis diſperſis in G[…] tibus præcepta […] bona: quia di[…] eos in deſideri[…] cordis, vt faciar[…] non conueniun[…]

Hiero. Poſſu[…] dicere, quod an[…] fenſam decalo[…] tātum acceper[…] Poſt idololatri[…] rò, & blaſphem[…] multiplices leg[…] remonias, vt […] potius q̃ dæm[…] offerrent hoſtia[…] paratione ſacri[…] leuius fieret, c[…] non erat per ſe[…] num, nec tamē […] lum: quia Deo […] rebatur, & non […] num quia boni […] torem offende[…]

* Theodoret. Quidam hęc d[…] lorū cultu dicta […] perūt, dedi, pro[…] miſi, intellige[…] Sed perpiſcuun[…]

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Quia iu.*ſ. legem meam tranſgrediendo.*

2 Poſt.*erant enim proni ad idololatriam, vt patet in adoratione vituli.*

3 Et pepercit oculus meus,&c. *Quia tunc non fuerunt mortui, licet meruiſſent, niſi decem exploratores qui populum terruerāt: mors autem aliorum dilata eſt, tamen omnes mortui fuerunt in deſerto. Sed huic videtur contrarium quod ſubditur.* Nec con. *Ad quod dicendum, q̄ conſumptio propriè importat deletionem hominū in ſe, & in poſteris ſuis, remanſerunt autem eorum filij, & ſic non fuerunt conſumpti.*

4 Dixi au. *Hic conſequenter arguitur malitia filiorum, cum dicitur.* Dixi autem ad filios eorum. *Per Moyſem, & Aaron.*

5 In præc. *Docebant enim filios ſuos conſimiliter eis viuere.*

6 In præcep. *Quæ ſunt ſancta.*

7 Et iu. mea cu. *Quæ ſunt ęqua.*

8 Et ſabba. mea ſan. *Diuino cultui vos applicando.*

9 Vt ſit ſi. *ſ. dilectionis. Per hoc enim apparebit quod me diligitis.*

10 Et exa. me. fi. *In peccato Phegor, vt habetur Num. 25. Illud .n. contingit poſt mortem patrum, vt dicit. Ra. Sa. & hoc idem videtur, quia immediatè populus numeratur Nu. 26. & in fine concluditur.* Hic eſt numerus filiorum Iſrael, qui deſcripti ſunt a Moyſe, & Eleazaro ſacerdote &c. *Et ſubditur:* Inter quos nullus eorum fuit, qui antè numerati ſunt a Moyſe, & Aaron in deſerto Sinai.

11 Et commi. *Quia pro peccato Phegor meruerunt aliqui mortem, & reliqui diſperſionem, ita quòd intrarent diſperſionis […] ram.*

12 Auer. au. &c. *Licet.n. tunc aliqui fuerunt mortui, tame[…] qui non fuerunt ab ingreſſu terræ impediti.*

13 Et fe pro. no. meum. *Ne Aegyptij reputaſſent me f[…] non adimplendo promiſſum filijs Iſrael factum de introducti[…] terram Chananæorum.*

14 Iterum. le. ma. me. *Ad teſtificandum per Moyſem.*

15 Vt diſ. *Non tunc, ſed poſt ingreſſum terræ promiſſionis, & […] declinationem ad idola, vt patet in libri Iud. & Reg. propter q[…] quuta eſt captiuitas decem tribuum primò, & poſtea duarum, […] tet. 4. Reg. & hoc prædixit Moyſes Deu. 31.g.* Congregate a[…] omnes maiores natu, *& ſubditur.* Et inuocabo contr[…] cœlum, & terram. *Noui.n. quod poſt mortem meam iniq[…] agetis, & declinabitis citò de via quam præcepi vobis, & occ[…] vobis mala in extremo tempore, &c.*

16 Eò quòd iudicia mea non feciſſent, & præcepta &c. *Iſtud refertur ad tempus Iudi. & Reg. quod pro tunc erat […] rum: tamen denunciatur hic per modum pręteriti, tum quia ſc[…] ra, maximè prophetarum, frequenter loquitur de futuro p[…] dum præteriti, vt frequenter dictum eſt ſuprà. Tum quia i[…] rat dictum a Moyſe de pręterito, vt dictum eſt: ad quam […] nunciationem iſta litera refertur in parte. Et concludi[…] fine.*

17 Ergo, & ego dedi eis præcepta non bona. *Qu[…] ponit Rab. Sa. dicens, q̄ licet eſſent bona in ſe, eò q̄ erant cont[…] iuſtitię, tamen non erant bona tranſgreſſoribus, qui puniend[…] grauius poſt agnitam domini voluntatem, vnde: Luc. 12.f. d[…]* Seruus qui cognouit voluntatem domini ſui, &c.

* 1

a ¶In eis tamen viuere credentes. b ¶Ideſt, pollutos monſtraui, ſicut ſacerdos leproſos a populo ſeparans. c ¶Cum idolis offerrent quæ Deo debentur.
iudicia † in quib. non viuent: & pollui eos in munerib. ſuis 1
a ¶Baa im traducentes per ignem. b ¶Primogenita, ſcilicet.
cùm† offerrent omne quod aperit vuluam propter delicta 2 3
a ¶A Deo deſerti, & idolis traditi. b ¶Quem vicio ſuo ad iracundiam concitauerunt. c ¶Ad ſeniores qui venerunt ad te interrogandum. 4
ſua: & ſcient quia ego dominus. Quaobrē loquere ad do-
a ¶Lxx Adonai dominus. 5
mum Iſrael, filij hominis, & dices ad eos. Hæc dicit domi-
a ¶Sæpe, & multum. b ¶De quorum ſtirpe deſcendiſtis.
nus Deus. Adhuc & in hoc blaſphemauerunt me patres ve 6
ſtri, cum ſpreuiſſent me contemnentes, & induxiſſem eos 7 8
in terra, ſuper quam leuaui manum meam, vt darem eis,
¶Enim.
Viderūt omnem collem excelſum, & omne lignum nemo- 9
¶Idolis ¶Ad me irritandum.
roſum, & immolauerunt ibi victimas ſuas, & dederunt ibi 10
irritationem oblationis ſuæ, & poſuerunt ibi odorē ſuaui 11 12
tatis ſuæ, & libauerunt libationes ſuas. Et dixi ad eos. Quid 13
a ¶Antiquus error nomen priſtinum poſſidet. 14
eſt excelſum, ad quod vos ingredimini? Et vocatum eſt no 15
a ¶In Hebræo Bama excelſum Bamoth plurale excelſa.
men eius excelſum, vſq; ad hāc diem. Propterea dic ad do 16
a ¶Sceleribus.
mum Iſrael. Hæc dicit dominus Deus: Certè in via patrum 17
a ¶Similem pœnam mœrentes.
veſtrorum vos polluimini, & poſt † offendicula eorum vos
a ¶In tantum ſcelus prorupiſtis.
fornicamini, & in oblatione donorum veſtrorū: cū tradu- 18
a citis filios veſtros per ignē vos polluimini in omnib. idolis
a ¶Non ſemel ſufficit feciſſe. b ¶Tantis flagitijs obligatis.
veſtris uſq; hodie, & ego reſpondebo vobis domus Iſrael?
a ¶Reſponſione mea indignis.
Viuo ego, dicit dn̄s Deus: quia non reſpōdebo vobis, neq; 19 20
b a ¶Q ne putetis me poſſe complere. b ¶Hoc, ſcilicet. c ¶Noſtro viuentes arbitrio. 21
cogitatio mētis veſtræ fiet, dicētiū. Erimus ſicut Gētes, & ſi 22
a ¶Non ſub domino. ¶Vt ſimus, & nos vna de pluribus Gentibus. 23
cut cognationes terrę, vt colamus ligna & lapides. Viuo ego

☞ A ...s nequaquam ſē...tiam eorum quæ ...cta ſunt percepiſ-... Impiam.n.idolo-...m religionem ne...o rectè ſentiens ...n bonam dixerit ...admodum ma-...la. Aliud igitur in ...nit oratio. Cum.n. ...derim, inquit, iu-...ſtificationes ipſis, ...quos faciet homo, & viuet in eis, & p...hic intelligit decē ...v...ba legis, a quib. ...ngrarunt ipſi, alijs ...ce pceptis obſtrin-...x quæ vitam illis ...nullam miniſtrare ...poterant, ſed ſua ob ...B ſeruatione id efficie...bat, vt neceſſarias ...leges illas violare de...ſiſterent, atq; his in-...nit præcepta de le-...pr. de oſſibus cada...ue...s, & morticinio & ſeminis fluxu la-...borantí, & alijs hu-...iuſmodi, & crebras ...propter hæc expia-...trices, & ſacrificia. In his.n. obſeruan-...dis occupati, nō am-...plius neceſſarias il-...las leges poterant a-...ſpernari. Idcircò nō ...C dicit dediſſe illis p̄-...cepta mala ſed non ...bona. Neque.n. vi-...tium edocebant, ne ...q; virtutis ipſa per-...ferant efficientia, ſed crebrò ad ſacrum templum ad-...uectare, & Deo præſto eſſe cogebant. Qui enim ſe pollu-tum

*Margin:* ...e ſa-...eri-...nia ...nita ...nde ...s.

D tum credebat, ad ex piationem accurre- bat, ad quam cum perueniſſet, in Dei memoriam redibat ipſa autem memo- ria diuinas leges ob ſeruandas perſuade- bat.

*Lib.28.mor. cap.17.*

✻ Gregorius. Ma la quaſi mala eſſe de ſinunt comparatio ne peiorum, & bo- na quaſi bona non ſint comparatione meliorum. Nam ſi- cut peius delinquen ti Iudææ de Sodo- ma atque Samaria dicitur. *Iuſtificaſti ſo- rores tuas in omnibus abominationibus tuis:* ita melioribus no- E ui teſtamenti præce ptis ſubſequētibus, præcepta bona quæ rudibus data ſunt, non bona eſſe me- morantur.

*Ezech.16.* †abominatio nes.

a *Cùm traducitis.* Non quòd ſenio- res in captiuitate po ſiti hoc facerent, ſed qui Ieroſolymis erant, quibus im- minebat captiuitas, hoc facere non ceſ- ſabant.

b. *Viuo ego dicit do- minus Deus: quia non, &c.* Q.d. hoc totum F faciam, vt me regem habeatis, non vt vos diſpergam, quamuis dæmonibus ſeruire elegiſtis.

☞ ✻ Theo-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et iudicia in quibus non viuent. *i. morientur. Præcepta enim iudicialia in pluribus caſibus dicebant mortem inferendam tranſgreſſoribus.*

2 Et pollui eos in muneribus ſuis. *i. pollui permiſi, inquantū illa quæ debebant Deo offerre, offerebāt idolis. Aliter exponit Tho. de Aquino in prima ſecundæ dicens, quod ſcriptura loquitur hic de præceptis ceremonialibus, qua dicuntur præcepta non bona, quia non cōferebant gratiam mundantem a peccato: & tamen homines per oblationes ſacrificiorum oſtendebant ſe peccatores, ideò dicitur.* Et pollui eos in muneribus ſuis. *Ideſt, pollutos oſtendi*

3 Cum offerrent omne quod. *Ideſt, primogenita animalium.*

4 Propter delicta ſua. *Quæ tamen non auferebantur per iſta ſacrificia, quantum eſt ex ſe, auferebantur tamen per contritionem, & fidem offerentium, inquantum homines verè contriti talia offerebāt habentes fidem Chriſti venturi, quem huiuſmodi ſacrificia figurabant.*

5 Quamobrem. *Hic arguitur malitia populi poſt ingreſſum terræ promiſſionis, cùm ſubditur.*

6 In hoc blaſ. me. &c. *Prius in deſerto vt prædictum eſt.*

7 Et induxiſſem eos in ter. *ſ. Chanaam.*

8 Super quam leuaui manum meam. *Iurando ipſi Abraham, Geneſ. 22.* Per memetipſum iuraui dicit dominus. *Et ſubditur.* Et poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum, &c.

9 Viderunt omnem col. excel. &c. *i. loca idolorum cultui apta ſecundum modum Gentilium.*

10 Immola. ibi victi. ſuas. *ea colendo.*

11 Et dederunt ibi irri. *Idololatria.n. eſt Dei irritatiua, & prouocatiua.*

12 Et poſuerunt ibi odo. ſua. *Offerendo, thymiama ſuaue, quod ſoli Deo debebat offerri.*

13 Et dixi ad eos. *Per Samuelem, & per alios prophetas.*

14 Quid eſt excel. *Q.d. nihil inquantum ibi colitur idolum, quod ſecundum veritatem nihil eſt.*

15 Et vocatum eſt. no. eius excel. *Vnde in libro Regum frequenter dicitur. Adhuc populus immola. in excelſis.*

16 Propterea. *Poſt malitiam patrum præcedentium, hic conſequēter arguitur malitia filiorum ſequentium tempore Ezechielis exiſtentium, cum dicitur.*

17 Certè in via patrum veſtrorum. *ſ. per idololatriam, & alia vicia.*

18 Cum traducitis fi. *Quæ traductio poteſt dupliciter intelligi. Vno modo quod offerebant eos idolo Moloch, & cremabantur per modum frequenter dictum ſuperius. Alio modo, quod per tranſitum inter ignes æſtimabantur purgari, quomodo adhuc Tartari dicuntur vti, qui per ignem credunt omnia purgari.*

19 Et ego reſpondebo, &c. *ſ. ad votum veſtrum, ſicut quæſiuiſtis in prin. cap. quaſi dicat. non.*

20 Viuo ego. *Poſtquam reprehenſa eſt malitia populi, hic conſequenter declaratur benignitas Dei, quæ aliquando non permittit peccatores pro ſuo libito malè agere: ſed per flagella eos caſtigat, & quodammodo cogit ad ſe redire, & hoc eſt quod dicitur hic.*

21 Non reſpondebo vobis. *Ad votum veſtrum, ſeu proſperitatem temporalem, quam quæritis.*

22 Neque cogitatio mentis veſtræ fiet. *Quia ſicut dictum eſt prius intendebant ſeruire idolis liberè tanquam dimiſſi a ſeruitute Dei: ſi non haberent ab eò reſponſum ad votum, ideò ſequitur.*

23 Dicentium, Erimus ſicut. *Liberi ab obſeruatione legis Dei quod excluditur cum ſubditur.*

✠ Theodoretus. A Hoc ſperatis, inquit vigente in rupibus veſtra patria iniquitate & impietate, & omnia iſta q̃ enarraui audientibus vobis, reſpõſum a me aliquod conſecuturos vos eſſe. Ne fallite vos ipſos. Siquidem fieri nequit, vt ego veſtris interrogationibus reſpondeam, quas audet impietas veſtras.

a *Et adducam vos in deſertum.* ✠ Idem. Deſertum populũ vocat, gentes olim a Deo deſtitutas, & per hoc præſignificauit fore, vt pietaB te in gentes introducta, iſti quoque ab idolorum cultu deſciſcant, earum gentium, quæ impiæ olim fuere, immutationem erubeſcentes.

b *Sicut iud. conten.* Quaſi dicat. Faciã vobis qui in Babylone idola colitis, quod feci patribus veſtris in Aegypto vt adducam vos in deſertum po. & iu-C di. vo. ibi fa. ad fa. Sicut aduerſum illos contendi, quando egreſſi ſunt de Aegypto.

c *Et ſubijciam vos.* ✠ Theodoretus. Apoſtoli cum chorum intelligit, & eos qui diuino per eos preconio crediderint.

d *Et de terra incolatus.* Idem ✠ Quod poſt ſaluatoris noſtri crucem ad exitum perductum eſt, quippe cum Romani ipſos

† regnabo ſuper uos.

†congregabo

a ¶Q non deſpiciam vos ſicut ſeruos fugitiuos Deum negligentes.
dicit dñs Deus quoniam in manu forti, & in brachio ex-
a ¶Ad meam regnum reuocabo. b ¶Non patiar vos eſſe in æterna captiuitate.
tento, & in furore effuſo regnabo ſup uos. Et educã uos de
a ¶Hoſtili neceſſitat.
populis, & cõgregabo uos de terris, in quib. diſperſi eſtis.
a ¶Percutiente. b ¶Veteris nolitis. ¶In priſtinam reuocabo ſeruitutem, et ſeruitutis iterum quem clementem neglexiſtis.
In manu ualida, & in brachio extẽtõ, in furore effuſo regna 1
¶Vel per. ¶Ibi ſcilicet 2
bo ſuper uos, & adducã uos in deſertũ populorũ, & † iu- 3
a dicabor uobiſcũ ibi facie ad faciem Sicut iuditio cõtendi- 4
b aduerſum patres ueſtros in deſerto terræ Ægypti, ſic † iudi 5
¶Potica.
c cabo uos dicit dñs. Et ſubijciam uos ſceptro meo, & indu- 6
a ¶Quibus ligati ab amore meo non recedatis. b ¶Ad abiiciendum. 7
cam uos in uinculis fęderis. Et eligam de uobis tranſgreſ- 8
a ¶Qui in malo perſeuerant. b ¶Tamen. c ¶Exilij.
d ſores, & impios, et de terra incolatus eorũ educam eos, & 9
a ¶Quia in diuerſis regionibus peribunt. b ¶Diſtinctione malorum & bonorum. 10
c ¶Qui facio cuncta iudicio.
terram Iſrael non ingredient, & ſcietis quia ego dominus. 11
a ¶Indigni eſtis meo Imperio, nec me cultura veſtra delecta. 12
Et uos domus Iſrael. Hæc dicit dñs Deus. Singuli poſt ido 13
la ueſtra ambulate, & ſeruite eis. Quòd ſi & in hoc non au- 14
a ¶Dum mihi offerre ſimulatis, quæ tamen offertis idolis, & nomini meo tantam blaſphemiam facitis, vt qui idolorum cultores eſtis, meos tamen vos eſſe dicatis.
dieritis me, & nomen ſanctũ meũ pollueritis, ultrà in mu-
a ¶Hoc ſcitote b ¶Chriſto vel eccleſia.
e neribus ueſtris, & in idolis ueſtris, in monte ſancto meo, in
¶Non alibi.
monte excelſo Iſrael ait dñs Deus: ibi ſeruiet mihi oĩs do- 15
a ¶Seruient mihi.
mus Iſrael. Omnes inquam in terra, in qua placebũt mihi.
a ¶Per Chriſtum enim vel eccleſiam primitiæ, & decimæ & omnis cultura in odorem ſuauitatis vertuntur.
Et ibi quæram primitias veſtras, & † initium decimarum 16
ueſtrarum in omnibus ſanctificationibus ueſtris. In odo-
rem ſuauitatis ſuſcipiam uos cum eduxero uos de popu- 17
lis, et † congregauero uos de terris, in quas diſperſi
a ¶Quia videbunt populum meum, ſcilicet, ſaluatum, glorificabunt me. b ¶Vos ſaluati
f eſtis: et ſanctificabor in uobis in oculis nationum. Et ſcie- 18
tis quia ego dominus, cum induxero uos ad terram Iſrael,

ipſos in ſeruitute D redactos in om terrarum orbem ſperſerint, a regi ſorum vrbe de ctos.

e *In monte.* San De quo. *Erit m manifeſtus in ver montium, &c.* Et al *Super montem ex ſum aſcende tu qu uangelizas Sion.*

Quidquid d tur de populo l lis qui liberatus Aegypto in ſolit ne multa comm & dominum ot dit: & in terra p miſſionis intro ctus idola coluit tamen poſtea clementia libera eſt: referamus E eos qui de Aegy huius ſæculi manu liberati f & in viciorum tudine ſuſpiran Aegyptum, & ciunt quæ pœn gna ſunt: ſed ta per pœnitent ſola Dei cleme conſeruantur.

f *Et ſanctificab* ✠ Theodore Illud (ſanctif bor) poſuit, v intelligatur. ( nes enim viden & mea benefici veſtram animi ti æquitatem, tatem multam cipiat, eorum quos ipſe Deos uocant, imbecillitatem nentes, & meam ex beneficijs in uos collatis poteſta contemplantes.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In manu forti. *Cui non poteritis reſiſtere.*

2 Regnabo ſuper vos, &c. *Cogens vos per flagella ad ſeruitutem meam. Per talem modum loquendi dicitur Hoſee 2. b. in perſona populi Iſraelis. Reuertar ad virum meum priorem, quia melius mihi erat tunc quam nunc.*

3 Et adducam vos, &c. *Quia poſt afflictiones multas in Babylone reduxit populum in Iudæam, in quo itinere tranſierunt per deſerta.*

4 Et iudicabor vobiſcum ibi, &c. *i. per bona quæ vobis faciam manifeſtè videbitis, quod non afflixi vos ex odio, ſed magis ex amore, vt reducerem vos ad bonum.*

5 Sicut iudi. &c. *Per beneficia. n. ibi diuinitus collata manifeſte apparuit, quod afflictio populi quæ præceſſerat in Aegypto permiſſa fuerat iuſto Dei iuditio.*

6 Et ſub. vos, &c. *i. dominio meo: poſt reditum. v. captiuitatis Babylonicæ non legitur populus Iſrael fuiſſe in idololatria, niſi aliqui pauci tempore Anthiochi, vt habetur. 1. Macha. & tamen hoc magis timore quam idololatrandi voluntate quantum ad multos, ideò ſubditur.*

7 Et indu. *i. ad obſeruantiam legis quæ dicitur fœdus domini in pluribus locis ve. teſt.*

8 Et eligam de vobis, &c. *Sicut eliguntur lapilli de granis.*

9 De terra inco. *i. Iudæa.*

10 Educam eos, &c. *In captiuitatem.*

11 Et terram Iſrael. *Sed in captiuitatem morientur.*

12 Et ſcietis quia ego. *Faciens miſericordiam cum pœnitentibus & iuſtitiam cum obſtinatis, de quibus ſubditur.*

13 Singuli. *Loquitur ad modum hominis irati contra ſeruum improbum eijciens eum a ſua ſeruitute.*

14 Quod ſi in. *Quia aliqui volebant ſeruire idolis in templo domini exemplo Manaſſe, qui in templo domini poſuit idola. 4. Reg. 21. & ſubintelligitur, grauius puniemini, quia grauius eſt idololatrare in templo domini quam alibi & eſt hic modus loquendi qui apud Hebræos dicitur decurtatus: ad cuius intellectum oportet aliquid ſupplere ſicut. 2. Reg. 5. Propoſuerat Dauid in die illa præmium ei qui percuſſiſſet Iebuſæum, & non dicitur quale præmium ſed intelligitur quod fieret princeps militiæ, ſicut exprimitur. 1. Par. 11. Ratio autem quare hic vtitur tali modo loquendi eſt, quia ſicut dictum eſt, loquitur ad modum hominis irati, qui præ ira ſolet truncare verba ſua, & ſubditur de pœnitentibus.*

15 Ibi ſeruiet, &c. *Quod impletum fuit in redeuntibus de Babylone, qui reædificauerunt in templum in monte Moria, ibi deo ſeruientes.*

16 Et ibi quæram primitias veſtras, &c. *Ad ſuſtentationem ſacerdotum, & Leuitarum, vt patet Nee. 10.*

17 In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos cũ eduxero, &c. *Veſtras oblationes acceptando.*

18 Et ſanctificabor in vobis in oculis, &c. *i. ſanctus apparebo in liberatione veſtra.*

a ¶Quam illi vitio ſuo perdiderunt, vos non tam merito veſtro quam mea clementia recepiſtis.
in terram pro qua leuaui manum meã, vt darem eã patrib.
veſtris. Et recordabimini ibi viarum veſtrarum & omnium 1
a b ſcelerum veſtrorum quib. polluti eſtis in eis, & diſplicebitis
vobis in conſpectu ueſtro in omnib. malitijs veſtris: quas fe
a ¶Pro certo. ¶Vos ſaluati. b ¶P[lu]ſ pro p[ec]catis veſtris.
ciſtis: & ſcietis, quia ego dominus cum benefecero vobis: 2
a ¶Non meritum veſtrum, ſed cet. quorum ſcelera, non miſericordiam meruere ſed pœnam.
ptopter nomen meum non ſecundum vias veſtras malas, ne 3
que ſecundum ſcelera veſtra peſſima, domus Iſrael, ait domi
nus Deus Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens. Fili ho- 4
minis pone faciem tuã contra viam auſtri, & ſtilla ad Aphri 5
a ¶Metaphoricè: Ieruſalem quæ beſtiarum & ferocium hominum habitatio eſt. 6
c cũ, & propheta ad ſaltum agri meridiani, & dices ſaltui me- 7
d 8
e ridiano: Audi verbum domini. Hęc dicit dominus: Ecce ego 9
a ¶ſecundum illud, A ſanctis meis incipite. ¶Non arbores, ſcilicet, ſed ligna incendio præparata:
ſuccendam te in ignem, & comburam in te omne lignũ vi- 10
a ¶Quod nihil poteſt habere vitale.
ride, & omne lignum aridum. Non extinguetur flamma ſuc 11
f ceſſionis: & comburetur in ea omnis facies ab auſtro vſque 12
a ¶Babylonem. ¶Vt ſcilicet, omne iter pergentium in captiuitatem gladio, fame, peſtilentiaque compleatur. b ¶Noſcet. c ¶Quæ viſura eſt ſalutare Dei. d ¶Non alius.
g ad aquilonem: & videbit vniuerſa caro: quia ego dominus 13
a ¶Per ſyluarum incendium & flammam, quæ nullius auxilio extinguatur. ¶Alias & non. ¶Hæc intelligens.
ſuccendi eam nec extinguetur. Et dixi: A, a, a, domine Deus: 14
15
a ¶Q[uare] planius loquere, non intelligimus parabolam tuam. 16
Ipſi dicunt de me: Nunquid nõ per parabolas loquitur iſte? 17

a [R]ecor. Hiero. Non poſſumus recordari ſcelerum no[st]rorum atque vitiorum, niſi inducti fuerimus in terram [Iſrae]lis vbi poſiti cum Apoſtolo dicamus: *Non ſum dignus vocari apoſtolus, quoniam per. ſum. ec.*

b *Et diſ.* Simachus. Paruuli vobis videbimini, vt ſcilicet, cũ excelſi fuerint, humiles ſe eſſe cre dã quia dominus humilibus dat gra tiam. Et alibi ſcri ptum eſt; *Ante tri bulationem exaltatur cor, & ante altitudinẽ humiliatur.* Super bia n. contritio, & humilitatem ſe quitur altitudo.

✲ Theodoretus. LXX. Et percutietis facies veſtras. Agitio enim peccati pudoris eſt initium, idcirco conſcientia ſtimulãte frontem percutere conſueuimus, & hoc iam his ſigni ficauit. Cum enim receſſeritis, inquit, a priſtina iniquita te, meum fueritis cultum amplexati, priſtinorum ſcelerum percipie tis ſenſum, & facies percutietis, quibus polluti ſuis facinoribus, ratiocinantes.

c *[P]one faciem tuam.* Confirmatione vultus & duritia frõtis opus eſt vt hæc propheta loquatur intrepidus: maximè cum ad totam populi multitudinẽ triſtia nũciantur.

d *[S]tilla ad.* Hiero. vt. ſ. ira Dei non tota videatur effuſa. Si autem tanta eſt ſtilla, quid de totis imbribus exiſtimas?

[H]ieronymus. Saluum mundum iſtum vocat, non habentem arbores pomiferas, ſed habitaculum beſtiarum, vnde *Vox domini præparantis c. & re. c.* Iſtæ ſunt ſyluæ & ſaltus qui plus deuorauerũt in prælio de exercitu Abſalõ, quam

D quam interfecit gladius. Lignum viride: qui. ſ. in malo viuunt. Aridum, qui iuſtitiæ mortui ſunt. *Comburetur in ea omnis fac. ab au, &c.* ab his, ſcilicet, qui feruentes ſpiritu videbantur, vſque ad eos qui creſcente impietate, & refrigerata charitate multorum, calorem priſtinum perdiderunt ita vt omnis caro proſpiciat flãmam domini non extingui. *A, a, a, etc.* Precatur ꝓpheta, ne faciat dominus quod minatur, i. ſuccẽdatur ſaltus, ne ligna omnia cõcrementur ſed vel locum pœnitentię accipiant, aut ſibi non imponatur neceſſitas nunciandi: præſertim cum populus non intelligat, & obſcuritate dictorum magis ad inſaniam prouocetur. E

Matth. 24.

e ✲ *Et dices ſaltui.* Theodoretus. Cõmoratus eſt in trãſlatione, & cum ſyluam Hieruſalem vocarit, mere etiam hoſtiũ exercitum, ignem nuncupat, & ligna comburens eos, qui ab ipſis interfecti ſunt, lignumque viride & lignum aridum diuitijs elatos & paupertate oppreſſos. Deinde docet interiectas quoque gentes calamitatis participes futuras cum dixit. *Et comburetur, &c.*

f *Et comburetur in ea.* Sanctos, ſcilicet, & peccatores, vt alij captiuitatis mala morte effugiant, alij ſupplicijs tradantur æternis.

g *Ab auſtr.* Ieruſalem. ſcilicet, quæ his qui in Babylone ſunt ab auſtro eſt, quomodo è contrario olla Ieremiæ quæ ſignat Ieruſalem a facie Aquilonis, ideſt, Babylonis ſuccenditur. F

Cap.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 [E]t rec. ibi. *Verè pœnitentes de peccatis veſtris preteritis.*
2 [E]t ſcietis quia ego. *Per experiẽtiam beneficiorum meorum.*
3 [P]ropter nomen me. *Ideſt, ex mea miſericordia, & non ex veſtra iuſtitia.*
4 [E]t factus eſt. *Hic conſequenter poſt reprehenſionem malitiæ ponitur applicatio parabolæ ad oſtendendum dictæ malitiæ punitionem, cum dicitur.*
5 [P]one faciem. *Ideſt contra regnum Iuda, quod eſt in parte auſtrali terrę promiſſionis.*
6 [E]t ſtil. *Ideſt denuncia futuram pœnam.*
7 [A]d Aphricum. *Ideſt, ad Iudę regnum: Eſt enim Aphricus ventus flans ex parte meridiei.*
8 [E]t propheta ad. *Ideſt ad templum, quod in pluribus locis ſaltus dicitur, eò quod fuit factum de lignis ſaltus libani.*
9 [E]cce ego ſuc. *quia ſuccenſũ fuit per Nabuzardan. 3. Reg. vl.*
10 Et comburam in te, &c. *Ideſt, illud quod non eſt bene aptum combuſtioni. Tantus enim fuit ille ignis quòd comburabantur etiam lapides duri.*
11 Non extin. flam. ſuc. *Scilicet per ſtudium hominis, ſed ſolum per defectum materię combuſtibilis.*
12 Et comb. *Refugiendum illuc pro tuitione.*
13 Et vide. vni. ca. *Omnibus enim apparebit manifeſtè, quòd illud fuit factum magis ex Dei vindicta, quam potentia hominum.*
14 Et dixi, A, a, a, &c. *In Hebræo eſt vna dictio, quę ſic ſonat aha, & eſt interiectio dolentis ſeu admirantis & ſe excuſantis: volebat enim propheta ſe excuſare de tali pronunciatione, ne a populo derideretur, ideo ſubditur.*
15 Ipſi di. *me deridendo.*
16 Nunquid non per. *Ideſt, per verba obſcura.*
17 Loquitur iſte. *In hoc enim deſignabant, quod ſic loquebatur quod nec a ſe nec ab alijs intelligebatur, & per conſequens verba ſua non eſſent appretianda.*

✲ Cap.

## ADDITIO I.

[I]n cap. 20. vbi dicitur in poſtil. Quæ faciens homo viuet in eis.

*[I]d quod dicitur hic:* Quæ faciens homo viuet in eis, *non ſolum videtur intelligendum inquantum ſibi non infertur mors quę infligenda eſt tranſgreſſoribus legis prout poſtillator vult, ſed etiam inquantum ſeruanti legis præcepta conceditur vita beata: vnde Saluator Matth. 19.* Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. *vbi glo. Nota quod iuſtitia legis ſuo tempore obſeruata non ſolum bona terrena ſed etiam vitam æternam dabat. Hæc in glo. & hoc intelligendum eſt cum fide mediatoris. Nec obſtat quod per temporales promiſſiones & comminationes lex vetus inducebat ad obſeruantiam præceptorum: quia hoc erat propter imperfectionem populi, qui puero ſub pedagogo exiſtenti comparatur, ad Gal. 3.*

ADDI-

## ADDITIO II.

In eod. cap vbi dicitur in poſtil. Et ego dedi eis præcepta non bona.

*Quod præcepta legis quæ iuſta ſunt dicuntur non bona in hoc loco; eo quod non ſunt bona trangreſſoribus prout Rab. Sal. dicit, non videtur conſonum literæ: nam res non denominantur bonæ vel malæ ſimpliciter niſi ab eo quod habent in ſe: non autem ab eo quod eas ſequitur per accidens: Scriptura hic loquitur abſolutè ſeu ſimpliciter dicens:* Dedi eis præcepta non bona. *vnde expoſitio, ſcilicet, Tho. videtur vera & literæ conſona, vt patet intuenti, & præſertim quia vbi nos habemus, præcepta non bona Hebraica veritas habet.* Ceremonias non bonas.

CAP. XXI.

A

a PONE faciē. ✻ Theodoretus. Quando enim parabolam, inquit, & non veritatem eſſe ea quæ dicta ſunt, opinantur, indicato ipſis apertè ſaltū meridianum eſſe Ieruſalem.

† occidet. b *Eijciam gladium, &c.* ✻ Idem. Perſpicuum eſt ab eo gladium vocari ſupplicium, vaginam verò longanimitatem appellat, quā

B cum deſinit adhibere, apertum deinceps his qui commeruere, infertur ſupplicium, iuſtaſque oſtenderis pœnas, rectè apposuit. exterminabo ex te iuſtum & iniquū.

† anguſtijs afficietur. c *Et tu fili hominis.* Præcipitur prophetæ, vt tacentibus illis nec interrogantibus cur iſta vaticinatus ſit, faciat: cur interrogetur, & reſpondeat quæ dominus loquutus eſt.

† terſus. d *Pro auditu.* Quē ſcilicet, ante audieram nunc opere cōpletur, Babylonij, ſcili-

## CAP. XXI.

¶ Quia apertam quærebant ſententiam, quod ſupra metaphoricè dictum eſt, manifeſte aperitur.

ET factus eſt ſermo domini ad me dicens: fili 1

a ¶ Hunc ſaltum ſupra appellauit.

hominis pone faciem tuam ad Ieruſalem, & 2

a ſtilla ad ſanctuaria, & propheta contra hu- 3

¶ Ideſt.

mum Iſrael, & dices terræ Iſrael: Hæc dicit dominus Deus:

a ¶ Hunc ſupra flammam vocauit.

b Ecce ego ad te, & eijciam gladium meum de vagina ſua, & 4 5

a ¶ Lignum viride & aridum. Vnde. Si in viridi hoc faciunt, in arido quid fiet.

† occidam in te iuſtum & impium. Pro eo autem, quòd oc- 6 7

cidi in te iuſtū & impium: idcirco egredietur gladius meus 8

de vagina ſua ad omnē carnem ab auſtro vſque ad Aquilo-

a ¶ Supra: videbit vniuerſa caro quæ ego dominus ſuccendi eam flammam, ſcilicet, vel ſyluam, nec ex.

nem, vt ſciat omnis caro, quia ego dominus eduxi gladium 9

a ¶ Quia modico tempore interiecto Ieruſalem cum templo ſuo Babylonio igne ſuccenſa eſt. 10

c meum de vagina ſua irreuocabilem. Et tu fili hominis inge 11

a ¶ Non moderato dolore. b ¶ Vt gemitus tuus ex imis viſceribus & amaritudine animi proferatur.

miſce in contritione lumborum, & in amaritudinibus inge 12

a ¶ Cur tanto dolore ingemiſcis? Quid tibi mali accidit?

miſces coram eis. Cumque dixerint ad te: quare tu gemis? di

¶ Tunc. a ¶ Vt præteritæ mentes hominum repugnare non audeant.

d ces: pro auditu, quia venit & tabeſcet omne cor: & diſſoluen 13

a ¶ Bellatorum. 14

e tur vniuerſæ manus, & † infirmabitur omnis ſpiritus, & per 15

a ¶ Vrinæ. b ¶ Quod ſæpe prædixi. c ¶ Opere. d ¶ Non ego. 16

cuncta genua fluent aquæ. Ecce uenit, & fiet ait dominus

Deus. Et factus eſt ſermo domini ad me dicens: Fili hominis

a ¶ Ad gladium b ¶ Nabuchodonoſor. ¶ Diabolus. 17

propheta & dices: Hæc dicit dn̄s Deus: Loquere: Gladius 18

a ¶ Occidat, ſcilicet, multos 19

f gladius exacutus eſt & † limatus. Vt cædat victimas exacu- 20

a ¶ Tu es Nabuchodonoſor. 21

tus eſt, ut ſplendeat limatus eſt. † Qui moues ſceptrum 22

✻ Theodoretus. Docet ſuo permiſſu hæc f

C

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXI.

✻ 1 ET factus. *Hæc eſt pars ſexta, in qua arguitur populi malitia ſub parabola gladij acuti, per quem intelligitur Nabuchodonoſor Iudæorum malitiam puniturus, & diuiditur in duas partes, ſcilicet, principalem, & incidentalem, ſecunda ibi:* Et tu. *Prima adhuc in duas: quia primò deſcribitur occiſio plebis, ſecundo deiectio principis, ibi:* Tu autem. *Prima adhuc in duas: quia primo deſcribitur crudelitas Chaldæorum ſub metaphora gladij, ſecundo occaſio veniendi, ibi:* Et factus. *Prima adhuc in duas quia primò denunciatur plebis occiſio, ſecundo excitatur prophetę compaſſio, ibi:* Et tu. *Circa primum dicitur Ezechielis.*

Diuiſio.

2 Pone faciem. *Ita quod ex modo ponendi faciem tuam deſignetur futura punitio per literam ſuper eam.*

3 Et ſtilla, &c. *Ideſt, deſtructiones eorum denuncia. Vnde dicit hic Rab. Sa. quod dicitur a ſanctuaria in plurali, ad deſignandum deſtructionem primi templi per Chaldæos, & ſecundi per Romanos.*

4 Eijciam gladi. meum. *Ideſt, Chaldæorum exercitum qui dicitur hic gladius domini, eo quod erat exequutor ſuæ iuſtitiæ in peccatorum punitione.*

5 De vagina. *educendo eum de Chaldęa.*

6 Et occidam. *In captione enim Ieruſalem plures iuſti occaſione impiorum fuerunt occiſi, profuit tamen eis ad meritum inquantum acceptabant iuſtitiam Dei.*

7 Pro eo. *etiam iuſtis temporaliter non parcendo, multo minus parcam alijs Gentibus idololatriæ deditis quorum valde multę fuerunt occiſę per exercitum regis Babylonis ideo ſubditur.*

8 Idcirco egre. *vt ſciat omnis caro, per effectum mirabi*

9 Quia ego dominus. *omnes enim poterant videre m quod Nabuchodonoſor non poterat tantam ſtragem hominu re, niſi diuina virtute.*

10 Et tu filij. *Hic conſequenter excitatur prophetæ compa dicitur:* Et tu. *ſcilicet Ezechiel.*

11 Inge. *pręe dolore cordis.*

12 In contri. *Homines enim multum amaricati deficiu robore, qui defectus per contrictionem lumborum degſinatu ra patent vſque ibi.*

13 Pro au. *Scilicet, gladij Nabuchodonoſor venientis ſup lum Iudæ.*

14 Et ta. omne. *Ideſt, deficiet præ timore.*

15 Et diſſoluentur. *quia corde deficiente, a quo procedit a bra exteriora ſenſus & motus, redduntur membra tremen ſua virtute diſſoluta.*

16 Et per cuncta. *Ideſt, vrinæ, quia timor facit diſſolutio ſicæ. Cetera patent vſque ibi.*

17 Gladius exacutus. *quod ſtatim exponitur cum dicitu*

18 Vt cæ. *Ideſt, homines ad mortem.*

19 Exacutus. *in quo deſignatur tanta virtus in exercitu rum quod non poterat ei reſiſtere.*

20 Vt ſpe. *per hoc intelligitur terror huius exercitus ciens homines. Tunc dirigitur ſermo domini ad Nabucho cum dicitur.*

21 Qui moues. *Ideſt, admoues.*

22 Sceptrum, &c. *regnum Iudæ.*

✻ 1 Su

## MORALITER.

† † *Et factus.* Hic deſcribitur punitio Iudæorum ſub metaphora gladij acuti, per quem ad literā ſignatur rex Babylonis, qui fuit in hac punitione inſtrumentum Dei, licet hoc egerat mala voluntate. Moraliter autē per ipſum ſignificatur diabolus, qui in multis punitionibus exequutor eſt iuſtitiæ diuinæ: & dicitur gladius acutus propter intentionem voluntatis ad malè faciendum hom ſecundum quod dicitur. 1. Pet. 5. c. *Aduerſarius veſt lus tanquam leo rugiens, circumit quærens quem deuoret,* etiam gladius limatus, ideſt, forbitus propter exe ſuæ malæ voluntatis, ſicut ferrum quod de nat eſt obſcurum per exercitium limatur, & fit fulgi ſicut fulgur gladij terribilis eſt, ſic etiam aſpectu li. Et de iſto gladio dicitur infra.

† 11 L

nō propter Babyloniorum potentiam, ſed propter ſuā
A v tutem, hæc omnia perfectum iri, Tale eſt quod in Deu
teronomio a domino Deo dicatur. *Quoniam acuam vt ful-*
*gur gladium meum, & arripiet iuditium manus mea, & vleiſcar &*
*re am vltionem hoſtibus & odientibus me retribuam, inebriabo*
*ſagittas meas a ſe ſan-*
*guine & gladius me-*
*us uorabit carnes.*
In his enim gla
dium quoque &
ſagittas puniendi
facultatem appel-
lat.
a *Plaude manu.*
✻ dem. Manu-
um plauſu, inquit,
ſignificato calami-
tatum exuperātiam
& dmiratur iu-
ſtas pœnas, neque
enim mediocrius
ijs qui relicti fue-
rint ab hoc ſuppli-
cio tilitas accide-
rit.
b *robat.eſt.* A do
mino comproba-
tur quādo Iudam
& ſniles ſubuer-
tit, ui poſtquam
bucellam come-
dit intrauit in il-
lum ſatanas.
c *triplicetur gla-*
*dius.* Primò venit
Nabuchodonoſor
regnante Ioachim.
Secūdò quando
tulit Iechoniam.
Tertiò quando re-
gnauit Sedechias.
hic eſt gladius tri-
plicius occiſionis
ma. c.

✻ Theodoretus. Tertium gladium vocat cum exer- D
citum, qui nono regni Sedechiæ anno contra Ieruſalem
profectus eſt, verum numero quidem ea profectio quar
ta eſt: ſed quia ea quæ regnante Iechonia ſuſcepta expe-
ditio eſt, incruenta fuit, merito tertium vocat gladium,
cum regnante Se-
dechia gladius eſt
eo profectus.

a ¶Iſrael. b ¶Populi, ſcilicet, multitudinem. ¶Gladium.
filij mei, ſuccidiſti omne lignum. Et dedi eum ad leuigan- 1
a ¶Nabuchodonoſor.
dum, vt teneatur manu. Iſte exacutus eſt gladius, & iſte lima 2 3
a ¶Ergo. ¶O propheta. b ¶ nūntia mala lamentatione teſtare.
tus eſt, vt ſit in manu interficientis. Clama & vlula fili hoīs, 4
a ¶In eccleſia, ſcilicet. b ¶Quia gladius iſte nulli pepercit.
quia hic factus eſt in populo meo, hic in cunctis ducibus Iſ-
rael. † qui fugerant. gladio † traditi ſunt cum populo meo. Id 5 6
a ¶Ideſt, habitum plangentis aſſume. b ¶Mihi ¶Gladius.
c ¶Regnum, ſcilicet, quod vltra non erit, & in Sedechia rege finietur. 7
a circò † plaude ſuper femur quia probatus eſt, & hoc cum ſce 8
b ptrū ſubuerterit: & nō erit dicit dominus Deus. Tu ergo fili 9 10
a ¶Sicut prius femur pro ſtupore & miraculo. b ¶vt ſoluantur peccata Ieruſalem: quia ſuſcepit
d manu domini duplicia pro omnibus peccatis.
hominis propheta, & percute manū ad manū: & duplicetur 11
a Vt non modo ſemel ſecundo ac tertio veniat gladius ad interficiendum.
c gladius ac triplicetur gladius interfectorum. Hic eſt gladius
a ¶Animo.
occiſionis magnę, qui obſtupeſcere eos facit, & corde tabe-
ſcere, & multiplicat ruinas. In oībus portis eorum dedi con- 12
turbationem gladij acuti & limati ad fugiēdum † amicti ad
a ¶O gladie. b ¶Audacter me duce me adiutore.
d cædem. Exacuere & vade ad dexteram ſiue ad ſiniſtram quo
a ¶Impetus. 13
cunque faciei tuæ eſt appetitus. Quin & ego plaudā manu 14
e ad manum, & implebo indignationē meam. Ego dominus 15 16
¶Poſt hæc a ¶Secundo.
loquutus ſum. Et factus eſt ſermo domini ad me dicens: 17 18
a ¶Qui vis ſcire, quis ſit ille gladius. b ¶Per illas.
f Et tu fili hominis, pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis 19 20
Babylonis. De terra vna egredientur † ambo. † Et manu ca- 21
a ¶Compito
piet coniecturam, in capite viæ conijciet. Viam † ponens 22

d *Exacuere & va-*
*de.* Gaudet domi-
nus & exultat eſt
hortator eſt gladij
ſæuientes vt vadat
ad dexteram ſiue
ad ſiniſtram, ut
interfectis malis,
remaneant boni,
vt impleatur illud?
*Quid paleis ad fru-*
*mentum?* dicit dñs.
e *Quin & ego.* Vt
te ſcilicet ſęuien- E
tem in aduerſa-
rios meos, quaſi
fautor inſtigem,
ne timeas quod
paſſus es Sennache
rib, meæ miniſter
es voluntatis, me
am comple ſenten
tiam.
f *Pone tibi duas*
*vias.* Qui egredien
tur quidam vno
itinere de terra
Chaldæorum, ſed
cum venerit per
deſertum & ſolitu
dinem ad biuium
terrę Arabiæ quę
appellatur filiorū
Ammon: quarum
viarum vna Ieru-
☞ ſalem

† Pauore gladij fuerunt in populo meo.
† hoſpites.
Iere. 23. f.
† acuti.
† ambæ.
† Et locum elige, caput viæ ciuitatis elige.

NICOLAVS DE LYRA.

1 ſuccidiſti omne lignum. *Ideſt, omnem hominem iuuenem & ſenem.*
2 Et dedi eum leuigandum. *forbiendum. Forbitur enim gladius in præparationem belli, & iſta forbitio intelligitur Nabuchodonoſor præparatus ad bellum.*
3 Vt teneatur manu. *ſcilicet diuina quæ principaliter fecit ſtragem ex iuſtitia ſua.*
4 Clama & vlula. *compatiendo populo tuo.*
5 Qui fugerant. *gladium regis Aſſyriorum.*
6 Gladio traditi ſunt. *ſ. Chaldęorum: & loquitur de aliquibus regni decem tribuum qui effugerant manus regis Aſſyriorum, & poſtea habitauerunt in regno Iudæ tempore Ezechiæ: & ſic cum illis de regno Iudæ puniti fuerunt per Nabuchodonoſor.*
7 Idcirco. *ideſt, percute, quod ſignum doloris.*
8 Quia pro. *ideſt, approbatus a me gladius regis Babylonis.*
9 Et hoc. *ſcilicet Iudæorum.*
10 Et non. *Quia poſt Sedechiam non habuerunt regem propriè loquendo vſque ad Chriſtum, licet enim Ioannes Hyrcanus a Machabæis deſcendens impoſuerit ſibi diadema, tamen ipſe & aliqui alij poſt eum non fuerunt reges propriè, quia non fuerunt inſtituti per diuinam electionem & ſacram vnctionem. Et excitatur iterum prophetæ compaſſio, cum dicitur:* Tu er.
11 Et duplicetur gladius. *Ideſt, a te denuncietur duplicandus & triplicandus, ad deſignandum multitudinem interficiendorum.*
12 In omnibus portis. *Ita enim Chaldæi obſeruauerunt portas Ieruſalem, quod nullus abſque morte imminente poterat egredi.*
13 Vade ad dex. *Tu Nabuchodonoſor, quia pro voluntate tua vbique habebis veram victoriam.*
14 Quin &. *Lugendo populi mei deſtructionem: dicitur autem Deus plangere: quando facit alios & maximè iuſtos qui ſunt eius membra plangentes, ſicut faciebat de Ezechiele, & per talem modū* F *loquendi dicit Gen. 21. ad Abraham.* Nunc cognoui quod timeas Deum, *ideſt, alios cognoſcere feci per tuam obedientiam.*
15 Et fa. eſt. *Hic conſequenter ponitur occaſio qua Nabuchodonoſor venit directè contra Ieruſalem. Ad cuius intellectum ſciendum, quod rex Babylonis & ſuus exercitus venerūt ad quoddam biuium, cuius vna via ducebat ad terram Ammonitarum, alia verò ad Ieruſalem, & quia Chaldæi vtebantur diuinationibus & ſortilegijs, ideo per diuinationem voluit videre quę via eſſet magis ſibi eligenda pro victoria futura: quia intendebat vtramque terram impugnare, non tamen ſimul, ſed ſucceſſiuè: & diuinatio illa cecidit ad viam quæ ducit ad Ieruſalem, & illam tenuit & hoc eſt quod dicitur.*
16 Po. t. *Ideſt, pone conſiderando.*
17 Duas vi. *concurrentes tamen in vno biuio.*
18 Vt ve. *per iſtam viam vel illam.*
19 De ter. *Ideſt, de Chaldęa.*
20 Egre am. *Scilicet, Nabuchodonoſor & eius exercitus qui erit vnicus, vt ad vnum locum veniant.*
21 Et ma. *quæ ſit eligenda ſibi.*
22 In ca. *Ideſt, ciuitatum. biuium enim erat caput viæ procedendi ad ciuitat. metropolim Ammonitarum: ſcilicet, Rabbath & ad ciuitatem metropolim Iudæ, ſcilicet Ieruſalem.*

*MORALITER.*

11 *Dupliciter.* Duplicatur autem, quando non ſolum per ſeipſum, ſed etiam per malos homines impellit iuſtos a peccandum. Triplicatur autem, quando primo iuſtos impugnat per tribulationem temporalem, ſecundò verò quando per hoc inducit eos ad impatientiam & tertiò quando per hoc eos inducit ad Dei blaſphemiam.
15 *Et fa.* Per hoc ſignificatur, ꝙ prædicator veritatis qui per prophetam intelligitur, dēt diligenter attendere vias per quas diabolus venit ad ſubuertendum aīam rationalem,

ſalem ducit ad dexteram partem, ſiniſtra vero ad Rab-
A bath filiorum Ammon, quæ eſt metropolis, & nunc Philadelphia nuncupatur, memor internecionis quæ accidit regi Aſſyriorum, quando 185. milia nocte vna cæſa ſunt: formidabit ad dextram declinare, & ſtabit in compito,
4. Reg. 19. g.
ritu ſuæ gentis oraculum conſulens.

* Theodoretus. Tanquam in imagine, inquit, deſcribito viam vnam in duas partes diuiſam, quarum altera recta ferat ad Ieruſalem, altera ad Rabbath filiorum Ammō pertineat.
B Nam quia Nabuchodonoſor a Babylone profectus & contra Iudæam & contra Ammonitas exercitū duxit per prophetam hæc Deus pdicit.

Alleg. Hieronym. Diabolus in biuio ſtat ſuos retinere cupiens, & alios acquirendo inardeſcens, ad dexteram ſemper deſiderat pergere. Ideſt ad eos expugnandos qui in dextera ſunt ponēdi, vt ibi exultet in cæde, vbi arietibus & congeſtione terrenorum operum miſeram capiat Ieruſalem. Et primo quidem videtur nihil agere fruſtra conari. Sed recordante illo iniquitates eorum qui in eccleſia ſunt & malis operibus reducunt dæmones ad memoriam ſcelerum ſuorum, & pateſcunt omnia peccata populi & cogitationes, & ideo
C capiuntur, quia nouis vetera peccata cumularunt. Hæc alius dixerit, nobis cępta hiſtorię veritas proſequēda eſt.

a *Ad*

a *Ad dexteram eius.* * Theod. Illud ſcire oportet quæ futura ſunt, dæmones ſcire nihil, ſed rebus ... tis coniecturam capientes prędicere conantur, & a... do rectè feruntur ſæpius verò aberrant. Et hoc no... a rebus ipſis licet intelligere, ſed etiam a diuina ſc... docti ſumus ... enim per Se... pſeudo pr... ipſi Achab... riam prædi... a veritate ... runt. Hic v... tam legem ... non ignora... eos cernere ... adminiſtra... pub. quam ... bus præſer... eſſet, & inſ... pheticas pr... ptiones exa... diuinam in... tionē doceb... Hunc igitur ... per vaticin... pio regi pr... cabant, pr... cum exerci... ruſalem pr... dum, & va... aggeribus v... aliaſq; om... chinas adhi... verum hęc ... obſidentur ... nunt, non ... freti ſed indolentiæ morbo laborantes.

b *Eritque quaſi conſulens, &c.* * Idem. Ita, ait, affec... quaſi vaticinia ipſis bona ſignificent. Hoc. n. innu... lud, *in oculis eorū.* hoc eſt, quaſi pro ipſis vaticinia fa...

c *Recordabi.* Iniqui non in fortitudine ſua, ſed in iniquitate confidens, quia ſciet eos offendiſſe don... & patrum peccata nouis cumulaſſe delictis, & præ... tiones eorum omnibus patuiſſe.

a ¶Gentes. b ¶Qui ſub nomine Chriſti congregantur.
ut veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon & ad Iudā
a ¶Diabolus qui in omni viarum capite inſidiatur in occulto, vnde iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.
& Ieruſalem munitiſſimā. Stetit enim rex Babylonis in bi- 1
uio: in capite duarum viarum diuinationem quærens † com
a In pharetra. b ¶Singulorum nominibus inſcriptas, vt videat cuius ſagitta exeat, & quam ciuitatem prius debeat oppugnare. c ¶Vt pergeret contra Ieruſalem, & oppugnaret eam.
miſcens ſagittas. Interrogauit idola, extrà conſuluit, ad dexte 2
ram eius facta eſt diuinatio ſuper Ieruſalem, vt ponat † arie- 3 4
a ¶Hortando ſuum exercitum. b ¶Exultantis exercitus.
tes, vt aperiat os in cæde, vt eleuet vocem in vlulatu, vt po- 5 6
nat arietes contra portas, vt comportet aggerem, vt ædificet 7 8
a ¶Quibus clauderet ciuitatem. ¶Hoc faciens. b ¶Opinione Ieruſalem inhabitantium.
munitiones. Eritque quaſi conſulens fruſtra oraculum in 9 10
a ¶Quaſi. b ¶Ludens ſcilicet, & nihil operis perpetrans. c ¶Nabuchodonoſor
oculis eorum, et ſabbatorum ocium imitans. Ipſe autem re 11 12
¶Quæ ſequuntur.
cordabitur iniquitatis ad ca[pien]dum. Idcircò hęc dicit domi 13
a ¶Ideſt.
nus Deus: Pro eo quod recordati eſtis iniquitatis veſtræ, et 14
a ¶Omnibus.
reuelaſtis præuaricationes veſtras, & apparuerunt pec- 15
cata veſtra in omnibus † cogitationibus veſtris. Pro 16 17
¶Nabuchodonoſor.
eo inquam, quod recordati eſtis, manu capiemini. 18

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ste. enim rex. *quouſque completa eſſet ſua diuinatio.*

2 Commiſcens ſagittas. *Dicunt enim aliqui quod in vna ſagitta ſcripſit nomen Rabbath, & in alia nomen Ieruſalem, & proiecit ſimul in altum accipiens pro coniectura quod deberet ire ad ciuitatem cuius primò caderet ſagitta, quòd contigit de illa in qua erat ſcriptum nomen Ieruſalem.*

3 Inter. ido. *Quæ ſecum portabat in exercitu.*

4 Extra conſuluit. *inſpiciendo viſcera animalis idolis immolati. In talibus enim diuini Gentilium coniecturabant.*

5 Ad dexteram eius facta, &c. *Iſti enim tres modi coniecturandi conuenerunt in hoc, quòd declinaret ad Ieruſalem quæ erat ad dexteram venientium de Chaldęa, & Rabbath ad ſiniſtram.*

6 Vt ponat arietes. *concuſſionem murorum.*

7 Vt aperiat os in cæde. *præcipiendo ſuis bellatoribus cædem Iudęorum.*

8 Vt eleuet vocem in vlulatu. *ſcilicet, pugnæ ad bellatores ſuos exhortandum.*

9 Vt po. *Contra portas ad frangendum eas.*

10 Vt compor. *Ad implendum foſſata.*

11 Vt ædi. *Ideſt, ligneas turres, vnde interiora diuinitatis videri poſſint & impugnari.*

12 Eritque quaſi. *Sedechiæ & ſuorum bellatorum qui tantum confidebant in ſua fortitudine vt etiam murum ciuitatis, quod videbatur eis per Nabuchodonoſor inexpugnabilis, & ſic fruſtra conſuluiſſet idola, & diuinationes quæſiuiſſet modo prædicto.*

12 Et ſab. *Dabat enim rex Nabuchodonoſor inſultum ciuitati Ieruſalem, & ſic mutauit ocium diei ſabbathi, quia Iudæi ſumma ad defendendum ciuitatem, ſed Sedechias & ſui reputabant fruſtra fieri a Nabuchodonoſor, æſtimantes quod nec ſic ciuitas poſſet ab eo cap. Alij dicunt, quod hęc eſt litera:* Sabbatorum imitans; *ſicut nihil operis fiebat in ſabbatho, ſic Sedechias æſtimabant Nabuchodonoſor nihil proficere in ſuo conatu. conante fruſtra dicitur communiter, quod nihil facit & imitatur ocium ſabbati, quantum ad hoc in Hebræo habetur:* ſeptem: *ut pręmittitur, fruſtra conſulens oraculum, quo Rab. Sal. dicens, quod Nabuchodonoſor. 49. vicibus quęſitiones pro captione Ieruſalem quæ faciunt ſeptem ſeptena*

13 Ipſe autem. *Nabuchodonoſor enim memor, ideſt, i... Sedechiæ, eo quod fregerat iuramentum, ſperabat capere & populum: & ſic fuit factum, & vitia hoc peccatum cum... peradditis fuit cauſa deſtructionis ciuitatis, ideo ſequitur.*

14 Pro eo. *Tu Sedechia & populus tuus.*

15 Iniqui. *peccata veſtra reiterando.*

16 Et reuelaſtis præuaricationes veſtras. *publicè & ... cundè peccando.*

17 Et apparuerunt peccata veſtra. *Ideſt, quę primi... in cordibus veſtris.*

18 Manu. *Ideſt, potentia regis Babylonis.*

*MORALITER.*

† lem quę ſecūdum allegoriam dicitur Ieruſalem: & ſunt viæ duæ. Vna ſub ſpecie leuitatis per quam nititur diminuere peccati grauitatem, & augere diuinæ clementiæ magnitudinem: vt ſic inducat ad peccandi ſecuritatem. Alia via eſt per oppoſitum, cum peccatoribus eos oſtendit peccati grauitatem, & agget ſecundum apparentiam & ex altera parte diuinæ iuſtitiæ ſeueritatem, v... labi faciat in deſperationem.

5 Facti ſunt gubernatores tui. *Quia ex iſtis dependet ſalus nauium. Et qui ſint iſti ſubditur.*

6 Senes Biblii, & prudentes. *a Biblos inſula dicti, quæ per experientiam longam habebant nauigandi ſcientiam.*

7 Habuerunt nautas ad miniſterium, &c. *qui gubernabāt naues paruas, in quibus mercimonia portabantur ad littus de magnis nauibus, quæ non poſſunt tantum appropinquare terræ.*

8 Omnes naues maris & nautę earum fuerunt, &c. *Hyperbole eſt ad deſignandum multitudinem nauium & nautarum portum Tyri frequentantium.*

9 Perſç & Lydij, & Libyes erant in exercitu. *Hic cōſequēter oſtenditur opulentia Tyri in exercitu bellico. Ciuitates. n. & regna diu durare nō poſſent, niſi haberēt validos bellatores, qui inuadentib. reſiſterent. ideò dicitur:* Perſç & Lydij, &c. *iſti erant optimi ſagittatores.*

10 Clypeum & galeam. *vt in promptu poſſent ſe arma-*

11 Pro ornatu tuo. *Hoc enim erat ad gloriam ciuitatis terrorem aduerſariorum.*

12 Filij Haradij cum exercitu. *i. homines de Harado i-*

13 Sed & Pigmęi, qui erant in turribus tuis, &c. *b- ſunt cubitalis magnitudinis. Dicunt tamen hic expoſitores a- erant optimi ſagittatores, licet eſſent parui & ideo ad defen- ciuitatis in turrib. ponebantur: ſed hoc non eſt veriſimile, q- paruo corpore eſſet virtus ad efficaciter ſagittandū: maxi- eis dicitur, q̄ pugnant cōtra grues, et vix ſe poſſunt ab eis def- ideo melius dicitur, q̄ ibi ponebantur ad declarationē forti- Tyri. q. d. ſi non eſſent ibi alij pugnatores, poſſent tamen reſiſ- uerſarijs, ſicut 2. Reg. 5. ſecundū vnā opinionē, cęci & clau- portas Ieruſalem fuerunt poſiti ad inſultandum Dauid, ac ſi- tur: iſti ſoli poſſent defendere ciuitatem contra te. ideò ſubd-*

14 Ipſi compleuerunt pulchritudinem tuam. *i. c- oſtenderunt tuam fortitudinem.*

15 Carthaginenſes negotiatores tui, &c *Hic oſtendi- lentia Tyri in exceſſu mercatiuo. Vbi nota, q̄ per mercato- quæ abundant in vna terra, & vtiliter emuntur, ad aliam d- tur, vbi care venduntur: & ſic intelligendum eſt de terris i- nominatis, q̄ bona ibi abundantia portabantur ad nundin- vbi mercatores de diuerſis nationib. concurrebāt. ideò dicit-* Carthaginenſes negotiatores tui. *portantes diuerſa me- nūdinas Tyri. Erat aūt Carthago ciuitas magna Africę cap-*

16 Grçcia. *ideſt, Hiſpania.*

a Tubal. Iberi ſcilicet vel orientales vel de occidentali-
bu artibus Hiſpani, ab Ibero flumine dicti.
b Moſoch. &c. ideſt Cappadoces, quorum metropolis q̃
ab uguſto Cæſare poſt Cæſarea dicta eſt, vſque hodie
lin a ipſorum Mazaca dicitur: Peregrinus & aduena
interpretatur qui,
ſcil et. non come-
dit arnes agni, de
qu us Aduena &
me cenarius non
co edent ex eo.
c Equos & equi, &c.
De uibus, Fallax
equ ad ſalutem. Et
ibi, ormitauerũt qui
aſce erunt equos, Et,
No e fieri ſicut e-
quu & mulus quibus
non intellectus. Vn
de beg accuſator
& i erfector ſacer
dot n præfectus
mu rum fuit.
d edan. propriũ
no n loci quod
inte retatur co-
gna o, vt ſimilitu-
din diuinorum
do atum in hæ-
ret; cognoſca-
mu Eſt autem De
dan Indiæ regio,
vel umæorum.
e Ebenos. ex In-
dia ndorem ſcili
cet oquentiæ pro
mit ns, ſed hebe-
nin x nigri colo-
ris t, ſecundum
illu Si mutabit Ae-
thio pellem ſuam.
f rus. Haran ſci
licet uod interpre
tatu excelſus qui
tum ſuperbia promittens ſibi ſcientiam falſi nominis.

a ¶Qui precioſum facere mercatum tuum. 1
a Tubal & Moſoch, ipſi inſtitores tui. Mācipia & vaſa † ęrea 2
a ¶De Corintho. b ¶Phrygia, quæ quondam his maxime abundauit. 3
b addūxerunt populo tuo de domo Thogorma, equos & eq 4 5
c
d tes & mulos adduxerũt ad forum tuum. Filij Dedan nego- 6
¶Quæ maris fluctibus tunduntur. 7
tiatores tui. Inſulæ multæ negotiatio manus tuæ. Dentes 8
e a ¶Ligna nigri coloris precioſa b ¶Aliis mercibus
f eburneos & † hebeninos cõmutauerunt in precio tuo. Sy- 9
a ¶Cui ingenitus negotiationis ardor. 10
rũs negotiator tuus, propter multitudinẽ operum tuorum, 11
a ¶Optimi odoris. b ¶Regiæ dignitatis. c ¶Arte dialectica. d ¶Terræ operibus ded..s.
† guttã, & purpurã & ſcutulata & byſſum & † ſericum, & 12
g a ¶Aiunt ... omnes precioſas merces hoc nomine ſignificari, vel ſpeciem mercium, quam 13
h noſter ſermo non exprimit. b ¶Quæ nunc dicitur Palæſtina 14
i † chodchod propoſuerunt in mercatu tuo. Iuda & terra Iſ-
a ¶Quibus terra Iudæ, quæ nunc Palæſtina dicitur, abundat.
k rael ipſi inſtitores tui in frumento † primo: balſamũ & mel
l
m & oleum, & reſinã propoſuerunt in nundinis tuis. Dama-
n ſcenus negotiator tuus in multitudine operum tuorũ, in 15
o a ¶De Damaſco enim deferebatur vinum pinguiſſimum, & lanæ præcipuæ.
b ¶Tyrus enim propria indumenta non habet.
multitudine diuerſarũ opum, in vino pingui, in lanis colo
a ¶De his regionibus hæc ad Tyri nundinas afferuntur.
p ris optimi. Dan & Gręcia, & Mozel in nundinis ſuis ppo- 16
q a ¶Dialectica arte conſtructum. 17
ſuerũt ferrũ fabrefactũ, & ſtactẽ, et calamus ĩ negotiatione 18
a ¶Quibus vehuntur, & requieſcunt. ¶Sermonum pulchritudine.
r tua. † Dedan inſtitores tui in tapetibus ad ſedendũ. Arabia 19
a ¶Regio Saracenorum, quæ his animalibus abundat. 20
et vniuerſi principes Cedar ipſi negotiatores man⁹ tuę cũ
a ¶Qui immolabantur. ¶Qui Dei mentiuntur agnum. b ¶Qui ad ſiniſtram ſtabunt.
c ¶Qui aquas conturbant, oues impingunt, cornibus dimicant.
agnis, et arietibus, et hędis venerũt ad te negotiatores tui.
a Conuerſio, ſed hic in malo. b ¶Arabia.
ſ Venditores Saba et Reema ipſi negotiatores tui, cũ vniuer 21

g uttam & purp. ✻ Theo. Habebas item præter ea quę
dict unt, alia à Carthagine bona, quæ non ſolum veſti
bus exornarent & varijs indumentis induerent ſed ẽt
vng ita multam tibi odoris ſuauitatem afferentia, gut-
tam nim nominat id quod balſamum vocatur.
h ricum & cho. Hiero. pro quo in Hebræo Ramoth,
quo interpretatur viſio mortis, Omnia enim opera ter
rena d interitum properant.
i Iuda & ter. * Theo. Tanta enim erat, inquit, ex Iudai-
ca n otiatione quę ad te afferebatur abundantia, vt in-
dige e tui & hoſpites & coloni, comportatis bonis frue
rent, alijs ad vſum edendi, alijs ad odoris delitias.
H ronymus. eccleſia ſcilicet quæ & confitetur & cer-
nit I um, non debet frumentum primum, i. Dei verbũ
(de 10, Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod
proce de ore Dei) deferre Tyro.
K B amum, qđ naſcitur in vineis Engaddi, ſine vnguen-
tum, de quo dicitur, Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. D — Pſal. 132. a.
l Et mel. de quo, Mel inueniſti, comede quantum ſatis eſt. — Prou. 25. c.
m Oleum. De quo lucerna in tabernaculo domini accenditur, ne nobis dicatur, Oleum in Aegypto venũdabas, — Hoſeæ 12. a. Pſal. 140. b.
de quo, Oleum pecca
toris non impinguet
caput meum.
n Reſinam propo. in
nundinis, &c. læſis a-
pta corporibus p
medicina accipit.
vnde in Ieremia,
Nunquid reſina nõ eſt
in Galaad, aut medicus — Iere. 8 g.
non eſt ibi. — † pauones.
Vt manifeſtius. ſcia
mus quid ſit hæc
omnia deferre ad — † carbunculã.
mercatũ Tyri, au- — † veſtes diuer
diamus, Nolite ſan- — ſorum colo-
ctum dare canib. &c. — rum.
Et illud, Non eſt bo — Matth. 7. b.
nũ ſumere panem filio — Ibid. 15. c.
rũ, & mittere canib.
Mulier tamen Cha — Ioh 4. a.
nanæa quia exiens — E
de finibus Tyri &
Sidonis appropin-
quabat terræ Ieru-
ſalẽ, & qđ rogauit,
conſequuta eſt.
o Damaſcenus ſan-
guinẽ bibens, quia
ſecũdum Hebręos
ibi campus eſt vbi
Abel à Cain inter- — † Dodan.
fectus eſt. De tali-
bus Tyri nundinæ
congregantur.
✻ Theo. A multi-
tudine inquit, om-
nium opum tuarũ
quæ apud te gigne-
bant, emebat Damaſcus, negotiabaris igitur cũ ipſa quoque ei vendens, q̃ tibi ſuperabant, & indè aurũ cogens.
p Dan. Ex nomine Patriarchæ Dan, & tribus & locus in quo habitauit, nomen accepit vbi hodie Paneas, quę quondam Cæſarea Philippi vocabatur. vnde Iordanis. i. fluuius Dan, qui fluit de Libano. F
q Ferrum fa. &c. Hier. Græcia iactat ſe omnia iudicio & ratione proferre, vocalemque ſonum, qui ſignificatur in calamo, & ſtacten odoris optimi.
r Arabia & vni. Hier. Arabia veſpera, Cedar, tenebræ, quæ deferunt Tyro & arietes & agnos & hædos quos immolent altaribus, quæ de iniquo & rebelli corde ſimularunt.
✻ Theod. Cedar ab Iſmaele oriundos vocat & Dedan Idumeæ vrbem ſicut iam etiam paulo antè diximus.
ſ Saba & Reema. Idẽ. Saba & Regma à Chuz genus ducunt, Chus autem Cham primogenitus fuit. Aethiopiæ igitur hæ & Iudeæ gentes.

☞ Ha-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Moſoch. ideſt, Capadocia.
2 I ideſt, hominęs de iſtis terris nati.
3 I ito. ideſt, mercatores ſic dicti, quia inſtant mercibus vendendis & emendis.
4 ancipia. ideſt, ſeruos & ancillas venales.
5 De do. Tho. ideſt, de Phrygia.
6 quos & equi. vt eſſent ibi ſtipendarij.
7 Filij ... ſt Idum ę, vt dictum eſt ſuprà 25.
8 entes ebur. ideſt, dentes elephantorum, de quibus fiunt opera eburnea.
9 Ihe. Eſt autem hebenus arbor quæ cæſa dureſcit in modum lapidis, et habet lignum nigrum: ideo frequenter coniungitur in operibus curioſis cum ebore, vt album iuxta nigrum magis appareat & econuerſo. Dicuntur autem dentes hebenini, portiones ligni dicto modo indurati.
10 Syrus ne. ideſt, ad vtilitatem tuam.
11 Prop. mu. in te fiendorum.
12 Guttam. ideſt, tincturam precioſam.
13 Et purpur. i. pannos variè contextos ad modum ſcutorum.
14 Et ſe. nomen eſt Hebraicum: & dicunt Hebręi, quòd eſt nomen lapidis pręcioſi: quis autem non dicunt in ſpeciali.
15 In fru. ideſt, optimo quod creſcit in Iudęa. Cętera patent vſque ibi.
16 In vi. In Heb. habetur. In vino albo & lana alba. Vinũ. n. album aſſimilatur pinguedini in colore, color albus etiam tenet ſupremum gradum in coloribus.
17 Dan. & Græ. & Mo. nomina ſunt regionum orientalium, vt dicunt aliqui.
18 Propoſu. fer. &c. ideſt, formatum in diuerſa inſtrumenta.
19 Stacten. ideſt, gutta myrrhę.
20 Et calam. ſpecies aromatica, quæ creſcit iuxta Libanum, cætera patent vſque ibi.
21 Cum vni. pri aro. ideſt, præcipuis.

A a *Haran.* Lxx. Charan.i. foramina, quæ carneos.ſ. ſenſus ſignificāt, per quos tota ſeculi hoīum præparatio eſt, qui ſolas delitias putant ſi augeant Tyri commercia.

b *Chelmad.* quod vineas ſonat Sodomorū,ſ. qui veniūt ad mercatum Tyri, vt praua diligant, immò vt arguant pœnis & corrigant deprauata. vnde, *Vt deſtruas inimicum & vltorem,&c.*

Pſal. 8. a.

c *Cedros quoque.* Nihil ſcilicet tibi defuit, quod pertineret ad diuitias inſularum, Sed hæc glorificatio eſt tibi aggrauatio, quia non potes moderatè ferre diuitias. Paupertas quoq; tentatio eſt vnde Salomon, *Diuitias & paupertatē ne dederis mihi.* In altero enim ſuperbia in altero impatientia & mendacium ſubrepit.

Prou. 30. b.
† torques.

B d *Et repleta es.*

✠ Theod. Satietas, inqt, te ad exultandum induxit, pceptiſque bonis autorem beneficiorū ignoraſti. Hoc quoque nomine Iſrael accuſauit. *Comedit,* inquit, *Iacob & expletus eſt,& recalcitrauit dilectus.*

e *Remiges tui.* Hie. Qui ſupra Sidonij & Haradij, i. venatores & deponētes: Venantur.n. in huius ſeculi fluctibus animas ad mortē, quas in profunda deponunt.

C f *Ventus Au. &c.* Hier. Hoc vento Iacob exuſtus erat, nō tamen contritus, q ait, Fui per diem exuſtus æſtu & gelu noctis. Illi quoque qui ab hora prima conducti ſunt, totius diei calorem & æſtus pertulerunt, & tamen denarium accipiunt, quia exuſti non contriti. vnde, *Nigra ſum, ſed formoſa, quia decolorauit me ſol.*

† ſaccis.
Gen. 31. f.
Matt. 20. a.

g *In corde ma. di. tu. &c.* ideſt, fluctibus ſeculi, vbi nihil ſtabile, nihil perpetuum. vnde. *Stulte hac nocte auferetur anima tua a te.* Et illud Apoſtoli. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, &c.*

Hier. Mani[feſta] eſt hiſtoria, ide[m] ... gulis penè ver[bis] ... lis breues ſent[entias] ... las coaptamus ... ro. Mixta pre[...] tia eſt inter vr[...] nauē, vt ex alt[ero] ... terum intellig[...] vtrumq; ad cō[...] mationē ſecu[...] tinet atque na[...] gium.

h *Et ſuperiacē[t] &c.* Pro terrenis o[...] bus agentes p[œni]tentiam, vel c[...] vitulæ conſpe[...] ſecundum le[...] purgentur, vel ... ſternēt ſibi ci[...] vnde, *Cinerem ...ne tibi & fac pl...* Et illud, *Si in T[yro &] Sidone fa. ſu. vi[rtutes] &c. pœnitentia[m] ... ſent in ſacco & ...* Et, *Cinerem ta[nquam] panem man. &c.*

i *Radent ſupe[r].* ... in luctu ſolet ... cum excluſa ... oīs lætitia. Ap[...] lorū capilli n[...] rati ſunt, qui ... nem ſuū ſicu[t Na]zaræi dño c[on]crarūt. Samſ[on] crines habui[t ...] buit & fortit[udo ...] ablata cæſarie ... eſt ab Alloph[ylis].

k *Et accin.* ... Vetus libido ... tur, vt qui vi[xerunt] in delitijs: pœnitentes viuant in auſteritate & di[...] Niniuitæ in ſaccis pœnitent. ad Ieruſalem dicitur, *ad me quaſi virgo accincta cilicio.*

a ¶Quæ mentiuntur odorem optimum. b ¶Quo peruerſitatis eccleſias extruunt. c ¶Senſu.
ſis primis aromatibus, & lapide precioſo, & auro qd pro-
a ¶Nihil enim gratis faciunt, cùm reges Arabum & Saba gratis Chriſto munera offerunt. ¶Turpis lucri gratia. b ¶Præparatio. c ¶Delitiæ.
a poſuerunt in mercatu Haran, & Chenne & Eden negotia- 1
a ¶Venditores. ¶Diligens ¶Vel Cherma.
b tores tui Saba: Aſſur & Chelmad venditores tui: ipſi nego
a ¶Habentes.ſ. ſupellectilem. ¶Aſtricta
b ¶Funibus aeriarum poteſtatum, qui theſauros ſuos ſeculi nundinis aſtringuntur.
tiatores tui multifariā inuolucribus hiacinthi & polymi- 2
torum, gazarumq; precioſarum quæ obuolutæ & aſtrictæ 3
¶Peccatorum. a ¶Græce Cypariſſus. 4
c erant funibus: † cedros quoq; habebant in negotiationib. 5
a ¶In Heb. Tharſis. 6
d tuis. Naues maris, principes tui ī negotiatione tua, & reple- 7
¶Quia diuitias tuas ferre non potes.
ta es & glorificata nimis in corde maris. In aquis multis ad- 8
a ¶Hebraice Cadim, Græce Kaicun, quem ventum vrentem dicimus, de quo, Per diem ſol non vret te neque luna per noctem.
e duxerunt te remiges tui. Vetus Auſter cōtriuit te. In corde 9
f maris diuitiæ tuę & theſauri tui, & multiplex inſtrumentū 10
g a ¶Sidonij & Aradij. b ¶Iuxta Lxx conſiliarij Biblij, quod Hebr. dicitur Gebal. 11
tuū. Nautę tui, & gubernatores tui, qui tenebant ſupellecti- 12
¶Perſæ, Lydii, Lybies. 13
lem tuā, & populo tuo præerant: viri quoq; bellatores tui, 14
a ¶Vulgi. ¶Lx ...ſummatione.
qui erāt in te cum vniuerſa multitudine tua, quæ eſt in me-
a ¶Quaſi nihil. b ¶In medio. c ¶Mundi. d ¶Iudicij. e ¶Malorum. f ¶In caſu tuo. 15
dio tui, cadent in corde maris in die ruinæ tuę. A ſonitu 16
¶Hi epiſcopi ſunt hæreticorum. a ¶Deceptorum.
clamoris gubernatorū tuorū conturbabuntur † claſſes, & 17
a ¶In quibus glo...bantur. b ¶Putatiuè 18
deſcendent de nauibus ſuis omnes qui tenebāt remū. Nau- 19
a ¶...i fluctibus. ¶In ſtabili loco.
tæ & vniuerſi gubernatores maris in terra ſtabunt, & eiu-
a ¶Qui a ...plerauerunt mercibus. b ¶...otis amaritudinem ...cia uoce ſignantes.
h labūt ſup te voce magna, & clamabunt amarè. Et ſuperia- 20
i ciēt puluerem capitibus ſuis, & cinere cōſpergentur, & ra- 21
a ¶Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuii. 22
k dēt ſuper te caluitiū, et accingentur † cilicijs. Et plorabunt 23

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Haran & Che. *nomina ſunt regionum vnde veniebant mercatores ad Tyrum.*

2 Inuo. *id eſt fardellis.*

3 Hiacynthi & po. *quia in eis precioſi panni hiacynthini, i. coloris & panni multicoloris, qui dicuntur hic polymiti, à polys quod eſt pluralitas, & mitos gutta.*

4 Cedros quo. *quia ad nundinas Tyri non tantum apportabātur per mare panni & cætera ſuprà dicta, ſed etiam ligna cedrina.*

5 Et repl. es. *multis diuitijs.*

6 Et glori. &c. *i. eleuata in ſuperbiam, propter ſitum difficilem & quaſi inexpugnabilem.*

7 In aq. *Hic conſequenter ponitur ipſius Tyri ſequens miſeria, et diuiditur in duas partes. quia primò ponitur ipſius Tyri deſtructio, ſecundo aliorum compaſſio, ibi,* A ſoni. *Circa primum deſcribitur deſtructio Tyri ſub metaphora nauis in medio mari exiſtentis, & tempeſtate ſurgente conteritur, & diuitiæ ibi exiſtentes perduntur, & homines ſubmerguntur, & hoc eſt quod dicitur. In aquis mul. ideſt, tribulationibus magnis.*

Diuiſio.

8 Adduxerunt, &c. *i. rectores tui per ingratitudinem eorum & ſuperbiam, vt dictum fuit in prici. ca.*

9 Ven. Au. *i. exercitus Chaldæorum, qui comparatur Auſtro, eò quod ventus eſt tempeſtuoſus.*

10 Contri. te. *i. conteret te, loquendo de futuro per modum præteriti propter prophetiæ certitudinem.*

11 In cor. *quia Chaldæi quidquid precioſum erat ibi, abſtulerunt rapientes ſibi.*

12 Nautæ tui & gu. &c. *populi.*

13 Qui tenebant. &c. *ideſt ciuitatis regimen.*

14 Viri quoque. &c. *ad tui defenſionem.*

15 Cadent in corde maris, *abſorpti à Chaldæis.*

16 A ſonitu, &c. *Hic conſequenter deſcribitur aliorum compaſſio, multi enim populi audientes deſtructionem Tyri, doluerunt. Tum quia lucrabantur ibi per mercationes, vt dictum eſt, Tum quia timebant ſimilia vel maiora pati a Chaldæis, id eſt dicitur;* A ſonitu. *ideſt, rumoribus auditis de deiectione ... tuorum.*

17 Conturba. *ideſt, aliæ ciuitates.*

18 Et de de. *i. humiliabuntur & timebant omnes qui tenebant remum. i. ciuitatem gubernaculum.*

19 Nautæ &c. *ideſt, alijs minores præſidentes ſub maioribus.*

20 Et eiula. *i. pro tua deſtructione rationibus prædictis.*

21 Et ſu. *in ſignum iuſtitiæ & humiliationis.*

22 Et radent. *ideſt, propter te.*

23 Caluitium. *capillos proprios tondēdo, ſicut dicitur de Iacob in amaritudine poſito, Et tonſo capite corruit in terram. Ca... patent vſque ibi.*

Con-

ier. Omnia hæc ad hæreticos referimus, qui in con-
tri ne Tyri atq; naufragio ſentient errorem ſuũ, & in
me io maris poſiti liberare animas ſuas concupiſcent,
pla gentque malè congregatas diuitias, quibus multos

ſuis te regibus lugent, conſpicati nobiliſſimam olim vr- D
bem repente delectam, & ad nihilum redactam.

c *Non eris.* Hier. vnde. *Ne tradas ſceptrum tuum his qui non ſunt.* Et alibi, *Prius quàm abeam, & amplius non ero.* Eſther 14. c. Pſal. 38. c.

dit ierunt reges. i.
he ſiarchas ſuos &
vu ignobile, quo
ru opes in medio
co ient mari.
a *uæ in exitu, &c.*
* heodor. Satis
ho eſt ad docẽdos
om es homines, ne
ſup bia efferantur
pr ter eam, quę vi
det fœlicitatem,
pro erea quod mu
tati conſequitur.
b *unc contrita es.*
* em. Conſide-
ra v nihil tibi nego
tiat nis labor pro
fuit neq; ad te gen-
tiu omnium con-
cur s, inſtar enim
nau ij demerſi ma
lor deformitate
co rta es, quamo
bre omnes inſula
ni ritimiq; cum
ſuis

a ¶Vt plangant Tyrum, & carmen lugubre congeminent.

te in amaritudine aię ploratu amariſſimo, et aſſument ſu

¶Dicentes.

per te carmen lugubre, et plangent te. Quę eſt vt Tyrus, q̃ 1

a ¶Secundum illud, Obtumeſce & tace. Et peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas. 2
b ¶Quid tanto labore profeciſti.

† obmutuit in medio maris? Quæ in exitu negotiationũ †
a tuarum de mari impleſti populos multos in multitudine 3 4

a ¶De quibus Aſtiterunt reges ter. & prin. con. in v. ad. do. &c.

diuitiarũ tuarũ, et † populorum tuorum ditaſti rẽges ter-

a ¶Autem. b ¶Secundum illud, Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Et alibi, Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis validis.
c ¶Vt dicas ſ. Veni in altitudinem maris, & t. m. d.

ræ. Nunc cõtrita es à mari, in profundis aquarũ † opes tuę, 5
b &ois multitudo tua q̃ erat in medio tui, ceciderunt Vni- 6

a ¶Quæ huius ſeculi fluctibus verberantur.

uerſi habitatores inſularum obſtupuerunt ſup te, & † re- 7

a ¶Scientes interitum ſuum, cordis mœrore in fletu & lachrymis indicantes.

ges earum, & † oẽs tẽpeſtate percuſſi mutauerunt vultus. 8

a ¶Imitantes vocem colubri, vel ſtuporis magnitudinem, admiratione & ſibilo teſtantes.

Negotiatores populorum ſibilauerunt ſuper te. † Ad ni- 9

a ¶Deo qui vocat ea quę non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. vnde Iſa. Erunt omnes aduerſarij eius tanquam non ſint.
b ¶Alij ſeculum vnius. ſ. hominis ætatem. lxx. ſcilicet, annos.

c hilum deducta es, & non eris vſque in perpetuum.
d

d *In perpe.* i. in ęternum. Hebræum in hoc loco vtrumque ſignificare poteſt, & vnum ſeculum. ſ. & æternitatem.

* Theod Sæpe in ſcriptura fert Deus ſentẽtiam & latam antiquat, neque veritas mentitur. Fert enim ſententiã contra non pœnitentes, in his vero qui pęnitentiæ remediũ exceperunt, ſupplicij decretum nullũ habet locum. Hoc accidit Niniuitis quos E damnauerat exitio, cum dixit, adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur, verum facti pœnitentes excepit, ſententiamq; diſſoluit.

† ſucciſa eſt.

† formidauerunt formidine, indignati ſunt vultu.

NICOLAVS DE LYRA.

1 uæ eſt. i. *ſimilis ei in diuitijs & fortitudine.*
2 uæ ob. in. *Non potens reſiſtere Chaldęis.*
3 uæ in exitu nego. &c. *i. de bonis apportatis in te per ma- re, & ibi venditis diuerſis Gentibus, & ſic de te exeuntibus.*
4 mpleſti populos multos. *eorum indigentias ſupplendo.*
5 unc con. es à. *i. à Nabuchodonoſor, qui comparatur mari propter eius tempeſtuoſitatem. vel hoc dicitur: quia per nauigium cepit ciuitatem.*
6 Vniuerſi. &c. *ideſt, pro tua deſtructione.*
7 Et reges. *timentes ne ſimiliter ſibi contingeret.*
8 Mutauerunt, *prę triſtitia & timore.*
9 Negociatores, &c. *Sicut ſuper rem perditam ſolent homines ſibilare in ſignum totalis deſtructionis.*

CAPVT XXVIII.

a ET *factus eſt, &c. Fili hominis.* Sicut ſuprà Tyri ſub figura nauis primum diuitiæ & deinde ruina & luctus deſcribitur, ſic principis Tyri, & ſuperbi & ruina ordinatur.
C b *...e dicit.* Hiero. Na chodonoſor i ...ſia intantum ela- tus ..., vt dicere au- deret *Super ſidera cęli aſcendam, & ero ſimilis altiſſimo.* & præcipi- tatu de ſolio me- ruit audire, *Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris;* Et Pharao dicit in hoc propheta, *Mea ſunt flumina, & ego feci ea.* Et princeps Tyri. *Deus ego ſum, &c.* Quę om...a quamuis non hominum ſint, ſed inſanientium dæmonũ, hyperbolicè tamen debemus accipere, quòd inta...tum de fœlicitate tumuerunt, vt ſe homines eſſe neſcire...t, & æternum imperium ſibi præſumerent, licet ...b typo regum & principum & ſingularum vrbiũ & prouinciarum contrariæ poteſtates demonſtrentur, de quibus, *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, &c.* Et alibi. *Non ſapientiam principum mundi huius.* Et iterum, *Quam nullus principũ huius mundi cognouit.* In Daniel quoque legitur, *Michael princeps Iudęorũ et princeps Gręcię, princepſq; Perſarum.* Et in Deuteronomio, *Quando diuidebat altiſſimus Gen. &c.* Nec murum in figura dęmonũ peſſimos prĩcipes præceſſiſſe, ſicut in figura Chriſti optimi præceſſerunt.

Eph. 6. b.
2. Cor. 2. b.
Ibidem.
Dan. 11. c.
Deut. 32. a.

F

CAP. XXVIII.

ET factus eſt ſermo dñi ad me, dicens, Fili hoĩs, 1
a dic principi Tyri: Hæc dicit dñs Deus: Eò q̃ 2
b †

a ¶In cœlum.

eleuatũ eſt cor tuũ, & dixiſti: Deus ego ſum, & 3

a ¶Ideſt cum inſulæ tenearis anguſtiis. b ¶Fragilis. c Chriſtus homo eſt & Deus.

in cathedra Dei ſedi in corde maris, cum ſis homo & non 4

* Theod. Execrãda quidem omnia peccatorum genera ſed oĩum maximè deteſtabiles ſuperbia. Omne. n. excelſum, ait, abominatio eſt corã Deo, & ſuperbis Deus reſiſtit. & d. Apoſtolus, nõ neophytũ, inquit, nec in ſuperbiã elatus in iudiciũ incidat diaboli. Hoc morbo laborabat ẽt princeps Tyri, tum is qui videbatur, tum is qui cerni non poterat i. diabolum. Contra vtrumque igitur oratio, ſed neque in hunc neq; in illum omnia cõueniunt, quædam autem in vtroſque & alia in alterum tantum.

Sa-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXVIII.

* 1 ET factus eſt. *Hic ponitur tertia cauſa deſtructionis Tyri, q̃ fuit nimia ſuperbia, primò deſcribitur Tyri deiectio, ſecundò Iſrael...s erectio, ibi,* Et non erit vltrà. *Sicut. n. dictũ eſt ſuprà, vna cauſa deſtructionis Tyri fuit, q̃ gaudebat deſtructione Ieruſalẽ, ideo econ...rſo poſt deſtructionẽ Tyri ponitur ſubleuatio populi Iſraelitici. Tã...ma ĩ duas, q̃a primò deſcribitur deſtructio metropolis. ſcdò, ſi...bi ſubiectæ Sidonis, ibi,* Et fact⁹. *Prima ĩ tres, q̃a primò circa Tyrii pon...it exceſſus elationis. ſcdò caſus deſtructionis ibi,* Propterea, *tert. modus lamentationis, ibi,* Et factus. *Circa primum ſciendũ, quòd aliqui iſtud c. exponunt de caſu diaboli, ſed hæc expoſitio videtur magis myſtica quàm literalis, ideo alij exponunt ad literam de rege Tyri, cui dicitur.*
2 Eò qu. &c. *præ nimiæ ſuperbiæ exceſſum.*
3 Et di. &c. *i. potẽs in terra ſicut Deus in cælo, & eſt hyperbolè, ſicut cõiter dicitur de aliquo multi potente in aliqua patria vel ciuitate, Talis eſt Deus talis ciuitatis vel patriæ. Vel fortè hoc quod dicitur quia rex Tyri ex nimia elatione faciebat ſibi exhiberi diuinos honores, ſicut Ioas rex Iuda. 2. Paral. 24. & Nabuchodonoſor Dan. 3. & Caius Imperator.*
4 Cum ſis. ho. *fragilis & mortalis. vnde deberes humiliari. & te non facere tanquam Deum adorari.*

* Ecce

*MORALITER.*

† 1 *Et factus eſt.* Hic ad literam ponitur tertia cauſa deſtructionis Tyri, quæ fuit effrenata elatio, intantum quòd rex eius æquiparabat ſe Deo. Et hoc in duobus. ſcilicet, In potentia. ideo ſubditur.
† *Eleuatum eſt, &c.* Et in ſcientia, ideo ſibi dicitur.

a *Sapientior es tu. Da.* qui omnē Aegypti vicit ſapientiā,
A vel etiam ſi ſis eo ſapientior, & magnitudini Dei cupias te coæquare, tamen capieris, & vltrà non dices, Deus ego ſum, doctus interitu hominem te eſſe non Deum.

b *In ſapientia.* ✻ Theod. Ipſis, inquit, rebus diſce nō tua ſapiētia ſed me ſub miniſtrāte fuiſſe tibi hanc negotiationē bonorumq́; abundantiā, nam ſi voluero, ego te oībus his orbabo, magiſtramq́; tibi rerū experientiam præficiam.

c *Propterea.* Hier. Vbicunque iuxta. Lxx. ſcd̄ò ponitur dn̄s, primū nomen Tetragrammaton eſt, quod ꝓpriè ad Deum pertinet, & ineffabile dr̄, ſecun-
B dū, commune, qđ ſæpè & in hominibus inuenitur.

Hier. Si volumus principem Tyri eādem dicere poteſtatē, cui à Deo credita eſt ipſa ciuitas ſiue prouincia, hoc teſtimoniū aſſumamus. *Ego dixi, dij eſtis & filij excelſi oēs. Vos aūt ſicut ho. mo. & ſi. v. de p. ca.* Illis. n. traditæ ſunt ad regendū prouinciæ quaſi iudicibus ab imperatore, qui obliti honorem ſuū erigūtur contra dominum ſuum, vt in toto orbe diſperſi ſub nominibus idololatriæ deorum ſibi nomina aſſumerēt, & inflati ſuperbia in iudicium & laqueum diaboli inciderent. de quo, *Vide Sata. quaſi ful. de c. ca.*

C ✻ Theod. Quando te, inquit, regia poteſtate priuabunt hi, quos contra te hoſtes miſero, teque interficient, num fremēs & arrogantia inſolens rurſus Deum teipſum nominabis, quaſi eos Dei appellatione perterrefaciens Verùm hoc fieri nequit. Rerum. n. commutatio, ſuperbiæ quoque mutationem afferet, diceſq́; hominem eſſe te, non Deum, cum vulneratus & cæſus occideris. Hæc etiam demoni conueniunt.

d *Leua pla.* Quia didicimus qs ſit princeps Tyri & quomodo per ſuperbiam corruerit, lamentationē ſuper priſtinam gloriam cognoſcamus. primum commouet qđ fuerit, vt doleat ſe perdidiſſe quod habuit.

e *Tu ſig.* qđ de Saluatore dicitur. hunc ſignauit Deus pater. Et in Pſal. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine.* Et alibi, *Chariſſimi, ſcimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus.* Et alibi *Quis ſimi'is tibi.* Aliud eſt enim ſimili[tudo] aliud æqualitas. vnde ſæuiſſima hæreſis quæ in Ch[riſto] tamen patris ſimilitudinem confitetur, aufert natu[ram].

*Tu ſigno.* Hier. Alij reſignaculum, eo ꝙ rex Tyri i[ma]nē Dei ad q̄ factus eſt, reſignauerit. i. deſtruxerit. Et r[…] dum, ꝙ imag[…] tantum facta […] militudo in […] ſti baptiſmate […] pleatur.

✻ Tlicod. H[…] qs de princip[…] ri dicta accepe[…] priè tamen & […] conueniunt […] ni qui in illo […] vim exerceba[…] de principe T[…] cipiamus, ita […] gemus. *Tu ſign. &c.* ad imagi[nem] Dei conditus […] mo, rationis c[…] & oratione i[…] ctus, rationis […] tibus præſtan[…] *in delitijs para.* […] *ſti*, à primo ſ[…] parente gen[…] cis, qui in pa[…] delitiarum p[…] eſt. vt operar[…] cuſtodiret illi[…] iure etiam H[…] lē quę ſacra S[…] na vrbs vocat[…] paradiſum […] habentē & I[…] phetię & pon[…] tus maximi arbores, vitamq́; ſalutemque miniſt[…]

Olim verò Tyriorū regi cum rege Iſraelitarū inte[rcede]bat amicitia & mutuū cōmercium. Illud aūt, *Omnē preciosum indutus*. i. infinitis bonis te inſtructum cur[…] ad diabolum referat illud, *Tu es ſignaculi ſimilitu[dinis]* […] gno ipſi olim tradito & poteſtate conceſſa dictū a[…] mus. Ait n̄. Apoſtolus, *Secūdū principem poteſtatis aeris […] ſpiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ.* vt perſpicu[…] antiqtus huius aeris adminiſtrationē illi cōmiſſam […] ſe ſed pp ſuperbiā principatu deiectum, in his q h[…] dunt preçonij verbo ſuā vim patefacere. *Plenus ſap[ientia] & perfectus decore, in delitijs paradiſi Dei fuiſti*, priſtina hæc illius innuit virtutē, per lapides aūt qui cōnu[…] ſunt, omnis generis ſapientiam ſcientiamq́; ſigni[…]

f *Paradiſi Dei.* Eſt. n nō Dei apud eos q veritatē i[…] in mendaciū, & paradiſum ſe habere iactant, hic de[mon]ſtrant nō hoīem eſſe, ſed contrariā fortitudinē, q̄ i[n para]diſo commorata eſt, quāuis Iudæi per tropum q[…] perbolè, de Hyram rege Tyri æſtiment prophetari.

g *Omnis lapis pre.* Nō dr̄ omni lapide precioſo re[…]

a ¶Vt etiam regni tui homines ænigmatibus Salomonem prouocarent b ¶Q. Ponamus hoc.
a Deus, & dediſti cor tuū quaſi cor Dei Ecce ſapientior es tu †
b Daniele, omne ſecretum non eſt abſconditum à te. In ſapiē 1
tia & prudentia tua feciſti tibi † fortitudinem, & acquiſiui 2
ſti aurum & argentum in theſauris tuis in multitudine ſa- 3
piētiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicaſti tibi fortitu
c dinē, & eleuatū eſt cor tuum in robore tuo. Propterea hæc 4
dicit dn̄s Deus: Eò quòd eleuatum eſt cor tuum quaſi cor
Dei, idcirco ecce ego adducam ſuper te alienos robuſtiſſi- 5 6
a ¶Capta vrbe
mos Gentium, & nudabunt gladios ſuos ſuper pulchritudi
a ¶In qua conti tis. ¶Multis confoſſum vulneribus.
nē ſapientię tuę, & polluent decorem tuum. Interficient &
detrahēt te, & morieris † in interitu occiſorū in corde ma-
¶Et tunc
ris. Nunquid dicens loqueris Deus ego ſum coram interfi- 7
cientib. te, cùm ſis homo, et non Deus? In manu occidentiū
¶Turpiſſima ſ. a ¶Immundorum. ¶Poteſtate
te morte incircunciſorum morieris in manu alienorū: q[ui]a 8
ego locutus ſum, ait dn̄s Deus. Et factus eſt ſermo domini 9
d ad me, dicens: Fili hoīs, leua planctum ſuper regem Tyri & 10
a ¶Expreſſum.
e dices ei, Hęc dicit dominus Deus. † Tu † ſignaculum ſimi- 11
a ¶ In ſimilitudo Dei ibi plenitudo ſapientiæ, & perfectus decor.
litudinis, plenus ſapientia & perfectus decor, in delicijs pa 12 13
a ¶Heb. eedem. ¶Oſtenditur ei quicquid perſiderit.
f g radiſi Dei fuiſti. Omnis lapis precioſus operimentū tuum, 14 15

Marginalia: † morte. † ſigillas ſūmam. Pſal. 81. a. Luc. 10. c. Pſal. 4. b. 1. Ioh 3. a.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Ecce ſa. es, &c. *ſecūdum æſtimationem tuam præſumptuoſam, vel hoc dicitur deriſoriè.*

2 In ſapien. &c. *terrena, animali & diabolica.*

3 Feciſti ti. *aggregando tibi bellatorum multitudinem. Cætera patent in litera.*

4 Propterea. *Hic conſequenter ponitur caſus deiectionis, qui iuſtè infertur exceſſus elationis, ideo ſubditur.*

5 Ego adducā, &c. *i. Chaldæos quorū linguam non intelliges.*

6 Robuſtiſſimos Gen. *& ideo non poteris reſiſtere; & tunc cognoſces fragilitatem tuam. ideo ſequitur.*

7 Nunqd di. lo. Deus ego. *q. d. nō, quia deijcietur ſupbia tua.*

8 Morte incit. *i. non ſolū morte corporali ſed æterna. Et loquitur hæc ſcriptura de incircunciſis idololatriæ deditis, quod tunc erat commune per orbem, Incircuncifi tamen qui non tenebantur ad legem Moyſi, & erant cultores vnius veri Dei: ſicut Iob & plures alij moriebantur in ſtatu ſaluandorum.*

9 Et fa. *Hic cōſequenter ponitur modus lamētationis, cū dicitur.* Leua

10 Leua plan. *Et quia ſicut dicit Boetius 1. de conſ. infœl[iciſſimum] infortunij genus eſt fuiſſe fœlicem. ideo in hoc planctu prim[o recoli]tur fœlicitas regis Tyri præterita cum dicitur.*

11 Tu ſig. *ſ. Dei, bona enim à Deo data etiam naturalia, v[t clari]tas ingenij, potentia & huiuſmodi, ſunt quædam impreſſion[es bon]tatis diuinæ, quæ multum abundanter fuerunt regi Tyri & [prin]cipibus conceſſæ, ideo ſubditur.*

12 Plenus ſa. *i. claritate ingenij, per quam acquiritur ſapi[en]tia de facili, ſi applicetur ad diuina, ſed iſta fuit magis applicata a[d cu]rioſa & terrena. ideo ſubditur.*

13 Perfe. de. *in domibus & veſtibus curioſis & theſauris [io]calibus precioſis.*

14 In deli. *hyperbolè eſt ad deſignandum multitudinem [et ma]gnitudinem deliciarum, in quibus viuebant Tyrij, Per tale[m mo]dū dicitur Gen. 13. de regione circa Iordanem, quòd irrigabat ſicut paradiſus domini.*

15 Omnis la. *In veſtibus. n. ſuis habebant lapides precioſ[os] ad or[]natum infertur, quorum nominantur aliqui, cum dicitur.*

## MORALITER.

† † *Et dediſti.* ſcilicet, in ſcientia, ideo ſubditur.

1 *Ecce ſap en. es tu Da. &c.* Per primū aūt qđ eſt æqu[ip]aratio poteñtiæ, moraliter ſignificat̄ qlibet potens pl[…] vel princeps, q ſicut Deus vel plus aliquando vult re[…]

ſſe circundatū,ſed oēm lapidē quē habuit, fuiſſe pre
Multi ſūt.n.lapides precioſi, quos hic nō cōmemo
alidoni⁹,Sardonyx, Chryſopaſſus, Chriſtall⁹,& alij.
a *dius,&c.* Hier. Hi ſunt lapides,quos in rōnali deſcrī-
n pectore portat pōtifex qui eſt ſacerdos in ęternū.ſ.

illius ſententiam cum gentibus commercia inſtituentes. D
i *In multitudine,&c.* ✠Idem. Hæc item Iſaias. *Quomodo cecidiſti de cœlo lucifer qui mane oriebaris, contritus eſt in terram qui mittebat ad omnes gentes.* Cum.n.omnes ſubditos haberet, per ſalutarem crucem a tyrannide deiectus eſt. Iſaiæ.14.

el. Hi ſunt lapi
ui, de quibus
in Apocalypſi Ioan
nis ciuitas ædifica-
tur, e margaritæ, p
pherū, & Apoſto
lorum, quæ omnes
veniuntur, ematur
vt precioſū Marga-
ritum, q̄ habet. 7. o-
culos, ideſt, 7. gratias
Spiritus ſancti.
b *Topazius.* ardens
ſanctorum contem
platio.
c *Chryſolitus.* quaſi
aurum fulgeat, ſcin
tilla ardentes hēt,
in quo ſancti ſignifi
cātur, qui ſapientia
fulgent, & prædica-
tionis verba, & vir-
tutum ſigna alijs
præbent.
d *Onyx*, niger ſigni-
ficat humilitatē, cā-
doremque puritatem, ru
bore paſſionem.
e *Beryllus.* virens, &
pallens. Sancti verò
fide virent, humili-
tate pallent.
f *Smaragdus.* virens
nimis, qui herbas,

a ¶ Puniceus, in quo crucis cruor. b ¶ Viror fidei.
a ſardius, topazius, & iaſpis, chryſolithus, & onyx, & beryllus 1
a ¶ Quorum conuerſatio in cœlis eſt. b ¶ Spiritu feruentes. c ¶ Sapientia.
b ſaphirus, & carbunculus, & ſmaragdus. Aurū opus† decoris
c a ¶ Mentis capacitatem ſignificat. b ¶ Diuinis ſacramentis accipiendis.
d tui, & foramina tua in die qua conditus es, pparata ſūt. Tu 2
e a ¶ Ieruſalem cœleſtem ſignificat. ¶ In paradiſo, tertio cœlo ad quod Paulus raptus eſt. 3
f Cherub extentus, & protegēs: & poſui te in monte ſancto 4
g a ¶ Quod iniquitas tua voluntatis eſt, non naturæ, omnis creatura bona, & perfecta condita eſt.
Dei. In medio lapidū ignitorū ambulaſti perfectus in vijs
h ¶ A Deo a ¶ In theſauro pectoris tui, per ſuperbiam, & abuſionem poteſtatis. 5
tuis a die cōditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te 6 7
a ¶ Ideſt, dum multa quæris non contentus beneficio conditoris 8
b ¶ Pectoris. ſ. vt ſaturatus, & incraſſatus recalcitrares, & Deus derelinqueres.
In multitudine negotiationis tuæ repleta ſūt interiora tua 9
i a ¶ Quia de corde tuo procedunt cogitationes peſſimæ. b ¶ Paradiſo 10
iniquitate, & peccaſti, & † eieci te de monte ſancto Dei, & 11
a ¶ Multo magis ergo nobis timendum eſt, ſi ille tantus eiectus eſt 12
k perdidi te ô Cherub protegens de medio lapidū ignitorū.
¶ Quia. a ¶ Dum tuum putas eſſe, quod Dei eſt. ¶ Dum plus eſſe vis, quàm conditus es.
Et eleuatū eſt cor tuum † in decore tuo. Perdidiſti ſapientiā
a ¶ Vt pro pulchritudine, & ſapientia, deformitas te, & ſtultitia poſſideat.
b ¶ A monte Dei. Vnde, Quomodo cecidiſti Lucifer?
l tuam in decore tuo: in terram proieci te, ante faciē regum 13
dedi te, vt cernerent te. In multitudine iniquitatum tuarū
a ¶ Quam habuiſti in monte Dei.
m & iniquitate negotiationis tuę polluiſti sāctificationē tuā 14
a ¶ Accenſum ignitis diaboli de quo. Omnes adulterantes quaſi clibanus corda eorum, de quo Iſaias Ambulate in lumine ignis veſtri, &c. b ¶ Foras egrediens.
Producā ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo 15
n te in cinerē ſuper terram in cōſpectu omnium videntium † †
o te Omnes qui viderint te in Gentibus, obſtupeſcent ſuper 16

k *Et perdidi.* Hier. Luc.12.f.
Cherub generis ma
ſculini, numeri ſin-
gularis, Cherubim † tympanorū tuorum, & typiarum tuarū in te.
plurale q interpretā
tur multitudo ſcien
tiæ, in quib. requie- Pſal 78.a.
ſcit, & ſedet Deus, Ibid.7.b
vñ. *Qui ſedes ſuper Cherubim m.* E. Et alibi.
*Aſcendit ſuper Cherubim.& v.*
l *Ante fa.* Hier. vt. ſ.
tuo terreant exem-
plo, vel bonorum re
gum quorum cor Prou.21.a.
in manu Dei. eſt vel
malorum quorum
regna oſtendit dia- -ſancto.
bolus Saluatori, qui E
occurrerūt regi Ba-
bylonio dicentes. *Et
tu captus es ſicut, &
nos,&c.*
*Ante fa. re.* vnde. *Vi
debam Satanam ſicut* Luc.10 c.
*fulgur.d.c.c.* vnde Ier. Thren.2.
*Quomodo obſcurauit do
minus in ira ſua filiam
Sion? proiecit de cœ-
lo terram glorioſam Iſ-
rael.*
m *Polluiſti ſanctificationem.* ✠ Theo.

& a ē circa ſe virore inficiēs fideles ſignificat, qui ad hæ
reditatē immarceſſibilem ſpe aſcendunt, & in proximos
verbis, & exemplis ſpargunt.
De his lapidibus Plinius in triceſimoſeptimo natura-
lis hiſtoriæ plene diſerit.
g *Tu Cher. ex. & pro.* arcam. ſ. & propitiatoriū, vel vrbē Ty
ri, cui quondam ſancta, & præcipua poteſtas impoſita eſt
h *In me. lapidū.* De quib. *Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & m. ſ.*
Ut non ſolum Deus qui vocatur ignis conſumens,
fœnum, ſtipulam lignaq; conſumat, ſed & angeli qui vo
cantur igniti lapides, vnde. *Ignem veni mittere in te.*
✠ Theo. Lapides ignitos ſanctiſſimas poteſtates vocat.
Hon nihil in Tyriorum principem conuenit, etiam ſi
millies litigioſi quidam dixerint lapides ignitos Iudæos
eſſe, Tyriorum cum ipſis commercium. Neque.n. lu-
dæi lapides igniti, diuinam legem violantes, & præter
illius

Hæc de impio Tyri rege dici non poſſunt, ſed de diabolo.
n *Qui co.* Hier. vnde Iſaias, *Deuorabit ſicut fœnum materiam in die illa, &c.* Hunc ignē qui alienus dicitur, Nadab, & Abiu ad altare domini obtulerunt, & ideo diuino igne conſumpti ſunt, vnde Moyſes, *Hoc eſt verbum quod dixit dominus. In his qui appropinquant mihi, ſanctificabor.* Sanctificatio.n. domini eſt pœna peccantium. Iſa.5.& 9. Leu.10.a. Ibidem.
o *Et dabo te.* vt omnia quæ ædificaſti malæ ɔſciētiæ tuę ignis abſumat. Qui cū deberes ī requie, & in ſabbato nihil facere ſeruile, ligna in ſabbato collegiſti, vt haberet qd in pectore tuo deuoraret ignis. Prodeſt aūt oīa mala opera conuerti in cinerem, vt ignis noxius omnino extinguat.
Hier. Solent Hebræi inter cæteras fabulas hæc ɔ̄ Hyrā regē Tyri dicta intelligere, cum a Salomone vſq; ad Ezechielē anni fuerint plurimi, quos eo tpe homines non ſuperuixiſſe perſpicuū eſt, & ſic pronunciare quaſi ironiam F
☞ ad

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sardi. to. *per quos intelliguntur etiam alij non nominati.*
2 Aurum opus. *quia gemmæ iſtæ erant auro incluſæ ex vna parte, & ideo in auro fiebant quædam foſſæ quæ dicuntur hic foramina, vt ibi gemmæ includerentur ex parte vna.*
3 Tu Ch. *Cherubim exiſtentes in templo extendebant alas ſuas, ſic rex Tyri extendebat potentiam, & gloriam ad regiones alias per famæ diffuſionem.*
4 Et poſui te. &c. *in honore regio firmo. Sanctum.n. in vna ſignificatione, idem eſt quod firmum.*
5 Dei. *quia omnis poteſtas a Deo eſt.*
6 Lapidum ignitorum. *i. ad modum ignis radiantium.*
7 Ambulaſti. *talibus ornatus, vt dictum eſt.*
8 Perfectus in vijs tuis. *i. proſperè incedens in temporalib. bonis*
9 Donec inuenta eſt iniqui. *Per q̄ demeruiſti deijci a dignitate*
10 In multitu. &c. *fraudulenter acquirendo.*
11 Et eieci te de mon. *i. de ſublimitate regni a me tibi dati. Cætera patent ex dictis vſque ibi.*
12 Perdi. &c. *Ex decore.n. diuitiarum, & potentiarum eleuatus fuit in ſuperbiam, quæ obnubilat intellectū, & ſic deſtruit ſapientiā.*
13 Ante fa. *i. in exemplum, caueant a malis tuis.*
14 Polluiſti ſan. *regni tui firmitatem.*
15 Producam ergo. *Quia diſſenſio fuit in Tyro, propter quam aliqui exierunt latenter, euntes ad regem Babylonis, & incitauerūt eum vt veniret contra Tyrum ad eam incendendam.*
16 Omnes qui vi. te. *ex tuo caſu repentino.*
✠ Ni

*MORALITER.*

† ſicut ſunt illi vt videtur qui grauius puniunt tranſgreſſionem ſuorum ſtatutorum quam Dei mandatorum, & qui moleſtius portant verbum dictum contra honorem ipſorum, quam Dei blaſphemiam. Per ſecundum autem quod eſt æquiparantia ſcientiæ ſignificatur elatio vanorum doctorum, qui non ſunt contenti ſententijs per prophetas, & Apoſtolos traditis, & per doctores ſacros diuinitus illuminatos, ſed vlterius ad ſui obſtinationem diuina curioſius perſcrutantur, & ſic opprimuntur a gloria, frequenterque ſic inuoluuntur, quòd neſciunt exire, & alios inuoluunt periculosè vnde dicitur Prouer.25.d. *Sicut qui mel comedit multum, non eſt ei bonum, ſic qui perſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria.* ideo talibus, dicitur quod infra dicitur.
15 *Producam ergo ignem.* i. de præſumptuoſis tuis meditationibus, & curioſis.
† Qui co. *per indiſcretam ſolicitudinem.*
† *Et da.* i. infernalem. nam frequenter tales dubij ſunt in fide, & ex hoc corruunt in errorem.

ad ipſum propheta loquatur. Nunquid tu es ſignaculum A ſimili. &c. cum econtra peccaueris, & in cinerem ſoluendus ſis. Adduntq; fabulæ ſuæ miraculum, vt ſine ſcripturæ autoritate dicant Hycani mille annis vixiſſe.

✱ Theo Hoc item vtriſq; conuenit. Etenim homo in ſua terra lapſus, puluis factus eſt, & diabolus qui orbi terrarũ imperare videbatur a Deo Saluatore noſtro euerſus, cineris inſtar, ab impijs conculcatur.

† terror fuiſti

a *Fili. hominis.* Hic. Sidonij venatores. De quibus. *Anima noſtra ſicut paſſer e. eſt de la. v.* Et alibi. *De laqueo venantium, & à verbo aſpero.* In Prouerbijs quoque. *Oculus meretricis laqueus eſt peccatoris.* Sunt au B tem, & boni venatores, vnde Ieremias. *Ecce ego mittam piſcatores, & venatores, qui venentur vos de omni colle.* Hi de piſcatoribus piſciũ facti ſunt piſcatores animarũ. Vnde viculus Petri, & Andreę Belthaſaida. i. domus venatorum dicitur. Imperatur quoque prophetæ, vt ponat faciem ſuam contra Sidonem, vt firmiter cõſiſtens tales venatores interficiat. Ecce ego ad te veniam. ſ. glorificabor in te, cũ te interfecero, & ſcient omnes qui vixerint, ꝙ ego ſum dñs qui reddo tibi quod mereris. *Mittam ei peſtilentiam, &c. Lata enim, & ſpacioſa eſt via, quæ ducit ad mortem.*

Allego. Pſal. 23. 2. — Ibid. 90. 2. — Prou. 23 c. — † ſpina pungens. — † ex omnibus — Iere. 6. c. — Mat. 4. c.

b *Quando congregaue.* Hiero. Omnia autem hæc dicuntur contra aduerſarias poteſtates, q. ſ. in extremo tempo[re de]leantur, & ſit æterna ſecuritas, quando congregauerit dominus domũ Iſrael, eos. ſ. qui [...] cernunt D[eum]... ſanctificatus in eis eo com[pleto] quod ſcriptum [eſt] Sancti eſtote. [...] Hiero. Hæc [...] ti ad tempus Zorobabel, Eſdræ, & [...] miæ referunt [...] do reuerſus e[ſt] populus Iſrael, & [habi]tauit in terra ſ[ua]. A[lij] in vltimo t[em]pore, & in mille [an]nis ſperant eſſe c[om]plendum.

✱ Theodo[r]us. Non æquè p[...] tes omnes De[...] ripit, ſed ſib[...] cos adhibita [...] more, curati[...] lios verò me[...] dicis condem[...] ne. Quamob[rem] propheta ſupplic[...] dicebat. *Cor[ripe me] domine, verunt[amen] in iudicio.* Hoc [...] men etiam vi[...] cet in his quæ ante interpret[ati ſu]mus. Alijs. n[...] rim nihil pol[...] eſt boni ſed ab exilio reu[...] nem, & redit[...] patriam, & Dei cognitionem.

¶Quia. — a ¶Secundum illud Non parcam tibi neque miſerebor.
b ¶Poſt Tyrum, fit ſermo ad Sidonem, quia vnius prouinciæ ſunt.
te. † Nihil factus es, & nõ eris in perpetuum. Et factus eſt 1
a ſermo dñi ad me, dicens. Fili hominis, pone faciem tuam 2
contra Sidoné, & prophetabis de ea, & dices. Hæc dicit do 3
a ¶Veniam. — b ¶Cum a Babylonijs capta fueris.
minus Deus. Ecce ego ad te Sidõ, & glorificabor in medio 4
a ¶Malorum pondere conuicti.
5
tui. Et ſcient, quia ego dñs, cùm fecero in ea iudicia, & ſan- 6
¶Puniendo eam
7
ctificatus fuero in ea. Et immittam ei peſtilentiam, & ſan- 8
a ¶Qui malè ſteterant
9
guiné in plateis eius, & corruent interfecti in medio eius
a ¶Quem venit dominus mittere in terram, vt male iuncta separaret.
b ¶Ita. c ¶Qui remanſerint.
10
gladio per circumitũ, et ſcient quia ego dominus. Et non 11
a ¶Cum illi ceſſauerint — b ¶Sicut ante, cum impugnarent eos.
erit ultrà domui Iſrael † offendiculũ amaritudinis, & ſpina
¶Populo Dei.
dolorem inferens vndiq; per circumitum eorum † qui ad 12
b uerſantur eis: & ſcient quia ego dñs Deus. Hæc dicit domi
a ¶Scilicet cum hoc fuerit factum. b ¶Ante diſperſam.
nus Deus. Quando congregauero domum Iſrael de popu 13
a ¶Non vt in ſydoniis in malo. ſed in bono. ſ. cum miſertus eis fuerit, & habitauerint in terra quam dedit patri eorum Iacob
lis in quib. diſperſi ſunt, † ſanctificabor in eis coram Gẽti 14
a ¶De qua, Credo videre bona domini in ter. viuen quam dedit Iacob qui priorem ſupplantauit fratrem, & primitiua eius meruit accipere.
bus, & habitabunt in terra ſua quã dedi ſeruo meo Iacob, 15
a ¶Supra firmam petram. vnde, Niſi dominus ædificauerit domum in va[num] la[borauerunt] qui ædi[ficant] &c.
Et habitabũt in ea ſecuri. Et ædificabũt domos, & planta-
¶Securi
bunt vineas, & habitabunt confidenter, cùm fecero iudi- 16
¶Tunc — a ¶Cuius firma promiſſa, cuius vera iudicia. 17
cia in omnibus qui aduerſantur eis per circumitum: & 18
ſcient quia ego dominus Deus eorum.

C

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nihili fa. *Ciuitas. n. ita fuit deſtructa, quòd quaſi nihilum erat reputanda.*

2 Et non eris. &c. ſ. *reædificata vſque ad tempus magnum, vnde in Heb. habetur.* Et non eris in ſeculum. *quod non importat perpetuitatem ſimpliciter.*

3 Et fa. eſt. *Hic conſequenter deſcribitur deſtructio Sidonis, quæ erat de regno Tyri, cum dicitur.*

4 Ecce ego ad te. *i. ad te puniendam.*

5 Et glo in. *i. glorioſus apparebo per effectum meæ poteſtatis.*

6 Cum fecero ea. *puniendo eam ſecundum ſua demerita.*

7 Et ſan. *quia dicar ſanctus pro eius punitione iuſta.*

8 Et im. *i. mortalem ex longa obſidione.*

9 Et ſan. *effuſionem multi ſanguinis in eius captione.*

10 Et non. *Hic poſt deiectionem Tyri, & Sidonis, quæ multa mala intulerunt Iudæis, ponitur Iudæorum conſolatio, cum dicitur.* Et non er. *Per Tyrios, & Sidonios, ſpoliantes Iſrael bonis ſuis.*

11 Et ſpina. d. *quia non ſolum bonis ſuis filios Iſrael ſpol[i]ant, ſed etiam in corporibus lædebant vulnerando, & occidendo.*

12 Et ſci. *per experientiam bonorum quæ conferam eis, [quod] hoc fuit impletum in reditu Babylonicæ captiuitatis, ideo ſubdi[tur].*

13 Quando congre. domum.

14 Sanctificabor. in. *i. ſanctus apparebo in eorum libera[tione] mirabil[i].*

15 Et habitabunt in ea. *Reædificata Ieruſalem per Neem[iam]. Tũc enim Samaritani, & alij eorum aduerſarij ceſſauerũt eos moleſtare.*

16 Et ædifi do. *quia poſt reædificationem murorum, ædificauerunt domos intra ad habitandum.*

17 Cum fecero. iu. *i. punitiones debitas.*

18 In omnibus qui ad. *Antequam. n. tempus reuerſionis de Babylone Tyrij, & Aegyptij, & Aſſyrij, & cæteri qui moleſti erant Iudæos fuerunt captiuati per regem Babylonis, & poſtea Babylonij per Cyrum, & Darium, Daniel. 5. Et poſt hoc per duos annos regnauit Darius, & Cyrus ei ſuccedens dedit populo Iudæorum licentiam redeundi in Iudæam, vt habetur. 1. Eſdræ. 1.*

✱ C. P.

## ADDITIO.

*In cap. 28. vbi dicitur in Poſtilla, Circa primum ſciendum, quòd aliqui capitulum iſtud exponunt de caſu diaboli.*

*Iſtud capitulum literaliter exponitur de caſu diaboli ſecundum ſeptimam regulam Iſidori de ſummo bono, quam etiam Poſtillator recitat in ſecundo prologo ſuper Geneſ. & ſumitur illa regula de diabolo, & de eius corpore, quia diabolus omnium iniquorum ſit caput, iuxta illud Iob. 41. d.* Ipſe eſt caput ſuper omnes filios ſuperbiæ, *cuius capitis membra ſunt omnes iniqui. Ideo propter connexionem capitis ad membra, ſcriptura loquens de vno, i[n e]odem contextu tranſit ad loquendum de alio; ſicut Iſa. 14. loquens [d]e rege Babylonis qui erat diaboli membrum, tranſit ad loquendum [de] principe dæmonum, cum ſubditur, ibi:* Quomodo cecidiſti [de] cœlo Lucifer: qui mane oriebaris? *Et Ezechiel. 28. loquens de principe Tyri tranſit ad loquendum de diabolo, cum dicit.* [T]u ſignaculum ſimilitudinis. plenus ſapientiam, & perfectus decore, in delicijs paradiſi Dei fuiſti. *Hęc ille. Vnde hoc [c]apitulum literaliter de vtroque prędictorum. ſ. capite, & membro [ex]ponẽdum eſt, tranſeundo de vno ad aliud modo prædicto.*

CAP. XXIX.

*In anno deci.* Quem locum habet inter decem dies vna? Vnde in principio Geneſeos non dicitur dies prima, ſed vnā vt eādem diem reuolui ſem[per] loceat, eundem ad centenarium habet. 10. quo ad [deci]mam agnus aſ[ſum]itur, vt quarta[deci]ma die immo[lar]etur, & ſic vſq; ad a
[100]. & 10. millia. & [10]0.millia, & vl[tra] et decades ſuas [nu]merorum ordo [pr]ocedit. Poſt 10. an b
[nu]m menſis duode[ci]mus ponitur, vt [per]fectus. 12. Apo[ſto]lorū, & prophe[ta]rum qui in vno [vol]umine contineā[tur] numerus de[mo]nſtretur.

b *[P]h. Pha.* Apud [Ae]gyptios hoc no[men] regia dignitas [ſi]gnificatur, ſicut a[p]ud [R]omanos, Cæ[ſa]res & Auguſti re[ges] [ho]rum dicūtur, c
& a[pu]d Syrios An- d
[tio]chi, apud Perſas Arſacides, apud Phi[liſ]thin Abimelech, & [a]pud Alexandrū in [Ae]gypto Ptole[m]æi; ad Cleo[pa]tram, quę victa a[pu]d [A]ctium, Aegyptus [fa]cta eſt Romana prouincia.

[Ph]arao, lacerator, cuncta gladio concidens, & di[uide]ns, ſignificans contrariam poteſtatem; cui ſubiecta eſt Aegyptus. Homo.n. dicere non audet, Mea ſunt flumina, & ego feci ea, & huiuſmodi. Aegyptus, Hebraicè miz[raijm] .coanguſtans, & tribulans ſubditos, nec permittēs [oculos] ad cęlum leuare exemplo mulieris Euangelicæ, [quæ] [de]cem & octo annis a diabolo incuruatæ.

b *Ecce Aſſur quaſi cedrus, &c.* ✱ Theod. Translationis vſus charactere, ait Aſſyriorum regẽ cypreſſo in Libano natæ similẽ fuiſſe, & magnitudine celſitatis, & copia ſibi ſubiectorum, & decore prætorum & ducũ: hos enim propagines vocauit.

*Ecce.* Hieron. Pulchritudo illius prædicatur, quæ in turpitudinẽ praua voluntate mutata eſt. vnde: *Confringet dominus cedros Libani.* vt excelſus, ſ. in altiſſimo montium Libano ꝯſtitutus, quã tò fuerit ſublimior: tantò fortius caderet, vnde ſenſus magnus dicitur.

† campi.
† campi.
† propter aquas multas.
Pſal. 28 a
† Pulcherrimus effectus eſt.
† Cypariſſi.

a ¶ Alii multitudini. Multi enim ſunt vo. pau. vero ele.
b ¶ Alii altitudine. Omnis qui ſe exaltat humiliabitur.
regi Aegypti & populo eius: Cui ſimilis factus es ĩ magni- 1
a ¶ Sub figura arboris deſcribit potentiam Aſſyrii regis.
a tudine tua? Ecce Aſſur quaſi cedrus in Libanò pulcher ra- 2
b mis, & frõdib. nemoroſus, excelſuſq; altitudine, & ĩter cõ 3
a ¶ Q Ideo tantum concreuit, quia: Aquæ nu. ıl. ¶ Non Siloe quæ vadunt cum ſilentio, ſed aquæ Raſim & Aegypti 4
denſas frõdes eleuatũ eſt cacumen eius. Aquæ nutrierunt 5
a ¶ Super quam in principio mundi tenebræ ferebantur. 6
c illũ, abyſſus exaltauit illum. Flumina eius manabãt in cir- 7
a ¶ Socios illius. ſ.
d cumitu radicũ eius, & riuos ſuos emiſit ad vniuerſa ligna
e a ¶ Vnde, Hæc omnia tradita ſunt mihi.
† regionis. Propterea eleuata eſt altitudo eius ſup omnia li-
gna † regionis, & multiplicata ſunt arbuſta eius, & eleuati
a ¶ Irrigati. ſ. aquis abyſſi. b ¶ Vt omnes ſubiiceret ſuæ ditioni.
ſunt rami eius, † præ aquis multis. Cumq; extendiſſet vm- 8
a ¶ Omnis qui facit peccatum, de diabolo natus eſt, & in ramorum eius numero computatur.
brã ſuam, in rãmis eius fecerunt nidos omnia volatilia cę- 9
a ¶ Quæ Chriſti manſuetudinem perdiderunt.
f li, & ſub frondibus eius genuerunt omnes beſtię ſaltuũ, et 10
g a ¶ Vt nullus eſſet qui non eius tegeretur vmbraculo præter eum qui dixit, Venit princeps huius mundi, & in me non habet quidquam.
b ¶ Hæc ſunt volatila, hæ beſtiæ, ſcilicet.
ſub vmbraculo illius habitabat cœtus Gentiũ plurimarũ.
† Eratq; pulcherrimus in magnitudine ſua, & in dilatatio-
ne arbuſtorum ſuorum. Erat. n. radix illius iuxta aquas
multas. † Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei. 11
Alii pini.
Abietes non adæquauerunt ſummitatem eius, et † plata- 12
a ¶ Vt ſingulas arbores colligam,
h ni nõ fuerunt ęquæ frondibus illius. Omne lignum para-
diſi Dei non eſt aſſimilatum illi, et pulchritudini eius, qm̃

C Sciendum autem, quia quæcunque dicuntur de rege Aſſyriorum futuro tempore, à Lxx. quaſi tranſacta memorantur: & ſic vel ad arborem vel ad principem loquitur Aſſyriorum, vt tam in maſculino quàm fœminino genere in vna perſona vtatur, dum & arbor refertur ad Aſſyrium, & Aſſyrius in arbore nominatur.

Pſal. 76. d

c *Aquæ.* ſ. abũdantiſſimæ. *Abyſſus. ſ. multitudo fonitus aquarũ.*
d *Aby.* Hieronimus. ad quam in euangelio dæmones rogant ne mittantur.

✱ Theod. Aquam, & abyſſum infinitas gentes ab eo in ſeruitutem redactas appellauit quas vectigal & tributũ quaſi quandam irrigationem exercitui afferentes veluti arbores quaſdam enutriuit, effecitq; vt eius cœtus, ideſt, ordines militares ad omnia ligna campi mitterẽtur, hoc eſt, ad eos qui nondum ſubiecti; neque in ſeruitutem redacti eſſent, vt illi etiam ſubiicerentur: quod ipſi arrogantiæ & ſuperbiæ cauſa fuit.

Iere. 2. d
Iſa. 8. b

e *Flumi.* De quibus. *Quid tibi & viæ Aſſyriorũ, vt bibas aquã fluminis?* Et alibi: *Ecce dominus inducet ſuper vos aquam fluminis fortem & multam regem Aſſyriorum, & omnem gloriam eius.*

f *In ra.* Hier. Nota in ipſa habitatione diuerſa conditio eſt. Alij habitant in ramis, quaſi volatilia, ſcientiã ſibi in philoſophia & in hæreticorum dogmatibus pollic[...] Alij quaſi beſtiæ feræ, immites atque crudeles Alij multitudo Gẽtiũ plurimarũ commixti diuerſis di[...]

g *Volatilia.* Quæ iuxta viam comedere ſementem quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. vnde. *Omnes d[...]uerunt, ſimul i[...] facti ſunt: ideo* [...]mis eius fec[...] nidos.

✱ Theodo[...] Per volatilia prudentiores [...]nes, & veluti [...] volantes, ac c[...] indicauit: & [...]ſtias ſaltuum, [...]ras gentes ſig[...]uit, & ferinas [...]nilia ſentien[...] ipſe quoque [...]preratus eſt. Nabuchodo[...] ipſe vidit in ſ[...] & Daniel a[...] interpretatus [...]nium. Doc[...]nos ramoru[...]titudinem Daniel, qui c[...]tum viginti [...]pas Dario ſu[...]mo ex his qu[...] per orbem [...] regnabat, ill[...] illo fuit. Para[...] quippe hoc l[...]bem terraru[...]cupauit: om[...] translatione[...]rans.

h *Omne lignum paradiſi Dei non eſt* [...]*tum illi, & pulchritudini eius, quoniam, &c.* ✱ Theodoretus. Pulchritudi[...]lam dicit, quæ circa corporis ornatum conſpicit[...]puream veſtẽ, coronas, ſedes lapidibus ornatas, h[...] ſcutatoſque ſatellites, & alia omnia quæ conſue[...] coram inſpectantibus reges illuſtrare.

✱ Gregorius. Qui accipi in cedris, abietibus, & p[...] poſſunt: niſi illa virtutum cœleſtium propriè alti[...] agmina in æternæ letitiæ viriditate plantata? Qu[...]uis excelſa ſint condita, huic tamen primo angel[...] prælata ſunt nec æquata. Qui ſpecioſus factus in condenſiſque frondibus eſſe dicitur, quia prælatũ legionibus tanta illũ ſpecies pulchriorem reddid[...]ta & ſuppoſita angelorum multitudo decorauit.

Per hoc multi intelligunt non de rege Aſſyrio dici, ſed de contraria fortitudine quæ in ſermo[...] inter Cherubim dicitur eſſe generata & precioſis [...]cta lapidibus, & poſtea ad terrena ſuo vitio conci[...]cadens lucifer dicitur, vnde: *Videbam Satanam qu[...] cæ. ca.* Sed nos hæc omnia vt ſequamur hiſtoria[...] perbolicos dicta intelligimus, quòd tantæ potent[...]rius fuerit, & ſic cunctas nationes oppreſſerit, vt [...]lorum alitudini compararet.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Cui ſi. *q.d. quantũcunque ſis potens, adhuc tamen non aſcendiſti ad potentiam regis Aſſur. ideò ſubditur.*
2 Ecce Aſ. *altior cęteris regibus, ſicut Cedrus alijs arboribus.*
3 Pulcher. *in pulchritudine prolis.*
4 Et frondi. *ideſt, principibus & militibus copioſus.*
5 Et inter condenſas. *ideſt, per multitudinem principum, & bellatorum ſuorum.*
6 Eleuatum eſt. *i. dominium eius ſuper multa regna.*
7 Aquæ nu. *Per aquas & abyſſum intelligitur copia diuitiarũ per quam habuit fortes bellatores ex diuerſis nationibus collectos. ideò ſubditur.* Et riuos. *Et quia per hoc eleuata eſt & dilatata po[...]teſtas ſua. ideò ſubditur.* propterea, &c.
8 Cumque extendiſ. *per potentię ſuę dilatationem.*
9 In ramis. *i. reges magni acquieuerunt ſubijci ſibi.*
10 Et ſub frondibus. *i. homines qui videbantur ind[...]abiles fuerunt ſubiecti per eum. Cętera patent vſque ibi.*
11 Cedri non fue. *i. omnes reges in terra, quantumcun[...]que bona & amœna, non erant ei ęquales in potentia neque in m[...]tudine bellatorum. ideo ſubditur.*
12 Et platani non, &c. Omne lignum. *ideſt, omne [...]egnum quantumcunque pulchrum & amœnum in diuitijs & pote[...]a, non fuit ei adęquatum.*

a †ſpecioſum feci eum, et multis condenſiſq; frondibus. Et 1
ęmulata ſunt eū omnia ligna† voluptatis quæ erant in pa- 2
¶Metaphoricos.
b radiſo Dei, Propterea hæc dicit dominus. Deus: Pro eo quod 3
sublimatus eſt in altitudine, & dedit ſummitatem ſuā vi-
a¶Vt diceret: Ero ſimilis altiſſimo. b¶Antichriſti.
rentem atq; condenſam, & eleuatum eſt cor eius in altitu-
a¶Babylonii ſ. regis, vt quod vicit Aſſyrium Dei potentia eſſe intelligatur. b¶Secundum domini imperata.
c dine ſua, tradidi eum in manus fortiſſimi Gentiū. Faciens 4
a¶Occulte Babylonium monet, ne populum Dei crudeliter opprimat qui ſibi traditus eſt, ne ſimilia Aſſyrio patiatur, qui crudelis fuit & impius. b¶Interficient. ¶Securis ad radicem arboris poſita eſt.
d faciet ei. Iuxta impietatē eius eieci eum, & ſuccident eum
a¶Vt corruat in ſuperbia ſua. 5
alieni & crudeliſſimi nationum. Et proiicient eum ſuper 6
a¶Vt ... omnes ... qui fuerunt in contuitu eius, participes pœnæ ſicut culpæ. 7
mōtes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius, & cō
e fringent arbuſta eius in vniuerſis rupibus terrę, & rece- 8
a¶Quæ ... ne viderent ſolem. b¶Volatilibus cæli & beſtiis terræ comparati.
dent de vmbraculo eius omnes populi terræ, & relinquēt 9
†eum. In ruina eius habitauerūt omnia volatilia cęli, & in
a¶Vila perditione tua. 10
ramis eius fuerunt vniuerſæ beſtię regionis. Quamobrem 11
a¶In ſuperbiam, nec ſe aliquid æſtimabūt, nec irrigatione aquarum ſuarū propriis æſtimabāt diuitias. 22
non eleuabuntur in altitudine ſua omnia ligna aquarū, ne
a¶Metu confuſa.
que ponent ſublimitatē ſuam inter nemoroſa atque fron
a¶Quæ erant ſub imperio Aſſur.
doſa, nec ſtabūt in ſublimitate ſua omnia quæ irrigatur a-
a¶Quæ per metaphoram dixit, aperit. b¶Reges. c¶Vnde, Cadent omnes qui deſcendunt in terram. d¶Infernum, vnde, ingredientur ad extrema terræ.
f quis, quia omnes traditi ſunt in mortē ad terrā† vltimam 13
a¶Non arborum ¶Non cum angelis Dei. b¶Alii in foueam ſempiternam. ¶Inferni. 14
g in medio filiorum ad eos qui deſcendunt in† lacū. Hæc di- 15
cit dominus Deus: In die quando deſcendi ad inferos 16
a¶Sociis eius, vel ſanctis fortitudinibus quæ illum dolebunt ad inferos deſcendiſſe. b¶Per tranſlationem, ſecundum illud, Veni in altitudinem maris, & tam de me. c¶Cuius aquis ante irrigabatur. d¶Nationes.
†induxi luctum, operui eum abyſſo, & prohibui flumi- 17
a¶Abyſſi b¶Ne irrigarent eum, ſed opprimerent. 18
na eius, & coercui aquas multas.† Contriſtatus eſt ſuper 19
h a¶Aſſyrium, vel eam arborem ... b¶In qua fuerat exaltatus. c¶...lem ſibi timentia d¶Apertè oſtendit ſe de Aſſyrio metaphorice loqui. Cuius enim arboris ruina cōmoueret oēs Gentes? 20
i eum Libanus, & oīa ligna agri cōcuſſa ſunt. A ſonitu rui- 21

† Eden
† inter condēſa.
Luc.10.
† infimam. ſepulchrum
† obtenebratus.
† ſeſſa.

Ideo nulla arbor in paradiſo adæquatur ei, quia lignū non eſt aſſimilatū illi & pulchritudini eius, non erecta in ſuperbiam, ſed nouerunt humilitatē nec ſimilitudinem Dei ſacrilego auſu affectarunt. Quantos enim Aſſur cupit habere in perditio- ... antos cupiūt ...em.

b P... eo quòd ſub'i- ...rc. * Theod. ...o non contē ...in homines ...o, ſed etiā cō ...ſuperbia abu ...tradidi cū in ...principis Gē ...Cyrumq; in- ...qui materno ...Medus, pater ...es erat, & à ...nationibus ...us Aſſyriorū ...loniorū re ...obtinuit. Se- ...n hiſtoriam ...buchodono ...dere qui tan ...elitatis ſuper ...mo bo labo ...verò hæc ac ...aliquis velit ...e, compe ...m commu- ...ominum pe- ...abolum per ...licari, qui cū ...m fore ſom- ...excidit. Hūc ...rex gentium ...s ſuperauit, ...idit.

c ... Hiero. alij. ſ. ...ili poteſtati, ...ditur ad pu- ...m Antichri- ...Satanæ.

d *Et ſuccident eum alie...* * Theodor. Cum Dominus illū ..., & principa- ...tyrannide dē- ...qui olim pe- ...s erant, & à ...ieni ex genti- ...diuino præconio crediderunt, ij prorſus eum ex- ...auerunt, & radicitus eius tyrannidem extirparūt, & de...cerunt eum in montibus, vbi prius habebat delu- bra, atque, erectis philoſophiæ columnis. Ramos autē

&

D & ſtipites omnis generis idolorum templa nuncupauit: quæ à montibus, & campis oīno deleta ſunt, per eos qui pridem peſtilentes erant, ſed poſtea fideles fuere gentes.

e *Et recedent de vmbraculo eius omnes, &c.* * Theodoretus. Cognita eius fraude, non ſolùm eius dominium effugerunt, ſed etiam vſq; ad ipſum ſolum proſtrauerunt, Domini mādatum illud exequentes: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſuper omnē virtutem inimici.*

f *Quia omnes traditi ſunt in mortem, &c.*

* Theodoret. Ad hiſtoriam redeūtes, ait ipſum Nabuchodonoſor, & omnes qui cum eo fuerint morituros, atque eadem quæ alii homines perpeſſuros. E

g *Hæc dicit Dominus, &c.* * Theodoretus. Abyſſum vocat ſubiectas illi gentes q̄ cū eo militaria munera exequebantur, lugebantque non illius cędem, ſed ſuā cladem & euerſionem. Illum enim non luxiſſe eos abundè declarauit, cū dixit, prohibuit multitudinē aquæ, hoc eſt, non mittent tibi amplius tributa.

h *Contriſtatus eſt ſuper eum Libanus, &c.*

* Libanum non montem vocat, ſed regni denſitatem & ligna agri, principes qui ſub eo erāt, præfectis inferiores veluti in agro quodam conſitos.

i *Aſo. ...* Interfecto Babyloniorum rege, fama quæ circūquaque peruaſerat, ſubiectas illi gentes perturbauit: & diabolo profligato, commotæ ſunt gentes, & à priſtina fraude ad ſalutarium dogmatum veritatem deſciuere.

a Om-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Æmula. *i. omnes reges inuidebant ei propter eius excellētiā.*
2 Quæ erant. *Reges enim ſolent delitioſe viuere, & ideò dicuntur eſſe in regnis ſuis quaſi in paradiſo. Dicitur tamē paradiſus Dei, quia dignitas regia a Deo conceditur, Prou. 8. d.* Per me reges regnant, &c.
3 Propterea. *Hic conſequenter deſcribitur regis Aſſur deiectio, cùm dicitur.* Propterea. *i. quia propter poteſtatem à Deo ſibi conceſſam eleuatus eſt in ſuperbiam.*
4 Tradidi. *i. Nabuchodonoſor.*
5 Iuxta impietatem. *Impietas eſt propriè peccatū contra Deū, ſicut pietas eſt cultus diuinus. Rex autem Aſſyriorum ex nimia ſuperbia proruperat in diuinam blaſphemiam & contemptum dicēs 4. Reg. 19. ſcribens Ezechiæ:* Nō te ſeducat Deus tuus, in quo habes fiduciam, &c. *& ideò meruit deijci à regno.*
6 Et ſuccident eum alieni. *id eſt, Chaldæi.*
7 Et proiicient eum ſuper montes *i. in montibus & vallib. debellabunt eum Chaldæi interficiendo populum eius.*
8 Et rece. de vm. eius. *id eſt, de dominio ipſius.*
9 Omnes populi terræ. *quos ſibi ſubiecerat armorū virtute.*
10 In ruina eius, &c. *quia comparauerat regem Aſſur cedro. ideò deiectionem eius deſignat ſub ſimilitudine caſus cedri.*
11 Habitauerunt omnia, &c. *i. in cedro illa antequam rueret habitauerunt volatilia, &c. Et exponatur vt ſuprà.*
12 Quamobrem non eleuabuntur in altitudi. &c. *i. illi qui remanebunt de Aſſyrijs, non aſcendent de cętero ad conſimilē poteſtatem. Et ſubditur cauſa cum dicitur.*
13 Quia omnes traditi ſunt in mortem, &c. *corporalem.*
14 Ad terram vltimam. *i. ad infernum, quantum ad animam, qui à doctoribus dicitur eſſe in profundis terrę. Et eodem modo intelligitur quod ſubditur.*
15 Ad eos qui deſcendunt in lacum, &c. *i. qui ante mortem Chriſti deſcenderant in gehennam, prout exponit Rab. Sa.*
16 In die quando deſcēdi ad inferos, induxi luctum, &c. *amicis eius.*
17 Operui eum abyſſo. *i. abſorbui eum exercitu Chaldęorum.*
18 Et prohibui flumina eius, &c. *i. diuitiæ eius, & potentia non potuerunt eum liberari.*
19 Contriſtatus eſt ſuper eum Libanus, &c. *i. regnum Aſſyriorum.*
20 Et omnia ligna agri, &c. *i. vinitores & agricolæ.*
21 A ſonitu ruinæ eius commoui Gen. *pręſtupore & admiratione de ruina tanti regis.*

* Cùm

a *Omnia.* vel omnia
A ligna, quæ quondã fuerunt bona, & irrigabantur aquis, & in Libani altitudine morabantur, accipient conſolationem, quando principem ſuum viderint ſimilia ſuſtinere tormenta.

b *Cui aſſimila. es.* ideſt, ò Pharao, ſcilic. cui dictũ eſt in principio, cui ſimilis factus es in altitudine tua: &c. Aſſyrio, ſcilicet qui corruit.

Hieron. c *Ipſe eſt Pharao, &c.*
† infimam. Lxx Sic eſt Pharao & om. mul. e. vt quo
B modo. ſuprà Aſſyrius ſucciſus eſt, & corruit, ſic & Aegyptius. *Ipſe eſt.* Anterioribus extrema coniungit, quia ſupra dixerat. *Cui ſimilis factus es in magnitudine. t. Ecce Aſſur* patietur, tu quoque idem expectato ſupplicium, præditus impietate.

a ¶Vt omnes ſcirent perditionem eius. b ¶Hoc quoque arbori non conu[enit].
næ eius cõmoui Gentes, cùm deducerem eum ad infernũ 1
¶Socijs ſuis. ¶Alias deſcendunt. a ¶Inferni. b ¶Dum vident mala malis bona bonis retribui. c ¶In corde terræ.
cũ his qui deſcendebant in lacum. Et cõſolata ſunt in ter- 2
a ¶Paradiſi. ¶Hebraicè Eden
a ra infima omnia ligna voluptatis, egregia atq; pclara in 3
Sicut ple. ¶Dei.
Libano vniuerſa quæ irrigabantur aquis. Nam et ipſi cum 4
a ¶Arbore vel eo... b ¶Locu non inter[ficiun]tur gladio & [i]ta inſinuatur metapho[ra]
eã deſcendent ad infernũ ad interfectos gladio, et brachiũ 5
¶Regnum ſcet... a ¶Non ſy[luarum], ſed Gentium. ¶Quæ in inferno erunt.
vniuſcuiuſq; ſedebit ſub vmbraculo eius in medio natio 6
a ¶Poſtremo ... ad ipſum Aſſyrium. ¶Q Nullus tibi ſimilis omnes reges ſuperaſti
b num eius. Cui aſſimilatus es o inclyte, atque ſublimis inter 7
¶Paradiſi. ¶Regibus qui erant in comitatu tuo.
ligna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis 8
a ¶... buntur in inferiora terræ, tradentur in manus gla. partes vul. erunt
b ¶Immundo ... Hæc ſunt ligna quæ cedros vel cypreſſos vocauit. c ¶Non in requie
ad terram † vltimam. In medio incircunciſorum dormies 9 10
a ¶Domini b ¶Cui dicitur. Cui aſſimilatus es o incl. &c.
c cum eis qui interfecti ſunt gladio. Ipſe eſt Pharao & om- 11
nis multitudo eius, dicit dominus Deus.

*quaſi ce. in li. &* infert: *Sic eſt & om. m. l. ei.* Sicut Aſſy[rius] ... drus, & cy[preſſus] ... Babylonio [ſ]... te deiecta eſ[t] ... Pharao & p[opulus] eius, ideſt, ... bor, & rami ... Babylonio [ſ] ... tur.

* Theod[oretus] ... Cum ſupra ... Cui aſſimila[tus] ... ſum, & nat ... quæ pertine[t] ... Aſſyrium ſi[t] ... lonium, ſub ... Pharao, & [o]mnis multitudo ... eius. Nam ſi ... inquit, multo [ma]ior & illuſtr[ior] ...

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Cũ deducerem eum ad infernum, &c. *quãtum ad animã.*

2 Conſolata ſunt in terra infima, &c. *i. in inferno, qui dicitur eſſe in terra profundo: q illi qui prius ibi deſcenderant, receperunt cõſolationẽ aliquã de eius deſcenſu. Solatiũ eſt miſero habere ſocium in pęna, & maximè illorũ qui occiſi fuerant per reges Aſſyriorum. Per talẽ modũ dicitur Iſa. 14. de rege Babylonis.* Vniuerſi reſpõdebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es, *ſicut ibidem expoſitum fuit.*

3 Omnia lig. *ideſt, reges & potentes in hoc mundo qui in hoc mũdo vixerunt delicioſè.*

4 Nam & ipſi cum ea. deſcendent ad infernum. &c. *ad eundem locum.*

5 Et brachium vniuſcuiuſque, &c. *ideſt, fortitudo eius ad infernum deducta.*

6 Sedebit ſub vmbra eius, &c. *ideſt, aliquam conſolationem calefacto.* *eius deſcenſu habebit modo prædicto ſicut vmbraculum fa[cit]*

7 Cui aſſimilatus es ò inclyte atque ſubli. &c. *H[ic conſe]quenter exẽplũ de rege Aſſur poſitum applicatur ad pro[poſitum] ſcilicet ad regem Aegypti, de quo ſuprà dictum eſt in prin[cipio ca]pituli.* Cui ſimilis factus es, &c. *Et ſubditur.* Ecce Aſ[ſur &c.] *Et eodem modo hic intelligitur.* Cui aſſimilatus es ò in[clyte at]que ſubli. &c. *quaſi diceret regi Aſſur in deiectione: Licet [fue]ris ei æqualis in poteſtate, vt ſuprà dictum eſt, tamen fuiſ[ti] magnus inter alios reges.*

8 Ecce deductus es cũ lig. vo. ad. *i. cũ regibus iam def[unctis].*

9 Ad terram. vl. *ideſt, in gehennam.*

10 In me. incircunſi. &c. *qui cum hoc erant idololatri.*

11 Ipſe eſt. *Iſtud ponitur vltimò, ad denotandum, q ea q[uæ] ſunt in hoc cap. dicta ſunt propter eius deiectionem & popu[li].*

## CAP. XXXII.

C a E*t fa. eſt.* In multis exemplaribus iuxta Lxx. duodecimus annus, & menſis decimus ponitur. Iuxta alios autem interpretes, decimus annus & duodecimus menſis: Vt vel iã capta ſit Ieruſal. & gaudiũ Pharaonis malis ſibi imminentibus auferatur. Vel certè capienda, ſuis magis miſerijs doleat quàm aliorum captiuitate lætetur.

* Theod. Pharaonis arrogantiam rurſus & factũ accuſat atque æmulatum eum fuiſſe draconis qui eſt in mari ſuperbiam. Docti ſumus autẽ iſtũ eſſe diabolum, qui in faſtu Gentiũ & amara ſuperbia commoratus eſt. Leonem verò gentiũ regno potentẽ. Dñm eſſe didicimus. *Recũbẽs,* inquit, *requ[ieſcis] &c.* Hoc ig[itur] ... Quia tenta[s ſimi]lis fieri gent[ium] ... perinde at[que d]raco qui eſt in m[ari] ... tra auctorem ... rerũ Deũ ſuperbia inflatus es, fluuio fretus eiuſq[ue] ... vt qui nõ indigeres neque nubibus, neque pluuia ... perna prouidentia & cura: verũ pedibus aquam ... bans eã deriuares ad agros irrigãdos, hac de cauſ[a ex]pandã ſuper te rete meũ, &c. Cõgruenter fluuio, & a[ppoſitè] hamum commemorauit & rete, quæ int[er]pretatus eſt cũ dixit, in cœtu multorum. Nam veluti q[uo]dam rete adhibito hoſtium exercitu & quaſi quodam [h]amo, mea voluntate capiam te, & piſcis inſtar venabor.

Gen. 49.

## C A P. XXXII.

a E*T factũ eſt duodecimo anno, in menſe duodeci* 1
¶Prima.
mo, in vna † mẽſis, factũ eſt verbum domini ad
me dicens: Fili hominis aſſume lamẽtum ſuper

Hieron. † die.

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXXII.

* ET fact. eſt. *Poſtquã propheta denunciauit regis Aegypti deiectionẽ, hic conſequenter aſſumit ſup hoc lamentationẽ. Et diuiditur in duas partes, quia primò planctus incipit. ſecundò, iterum reſumitur, ſicut ſolet fieri in carmine lugubri. Secunda ibi:* Et factum eſt. *Prima in duas: quia primò recolitur eius pręcedens ſul[ge]ntia, ſecundò ponitur ipſius ſequens calamitas, quia infœliciſſimi genus eſt fuiſſe fœlicem. 1. de conſolatione. Secunda ibi: [pri]mum dicitur pręmittitur tempus reuelationis cum dicitur.*

Diuiſio.

1 Et factum eſt. *ſcilicet tranſmigrationis Ioachin. Cætera patent vſque ibi.*

* Le[ctio] ...

## MORALITER.

† 1 *Et fac. eſt.* Hic Ezechiel prophetat ex præcepto dñi, planctum aſſumit ſuper deiectionem regis Aegypti. Moraliter autẽ per regẽ Aegypti ratione dignitatis regiæ ſignificari põt homo magnus in ſcientia vel virtutibus qui ex donis gratuitis nimis erigitur. Et ſic Deo permittente, & diabolo procurante, in enormia vitia labitur, & talis caſus eſt multum plangendus. Tum ratione perſonæ. Tum ratione ſtatus & ratione grauitatis culpæ ex his aggrauatur: quia quantò ſtatus altior, tantò eſt culpa grauior: & per cõſequens pœna ſequens. Item plangendus eſt pp ſcãdalum multorũ, occaſionẽ ruinæ ex hoc accipiẽtium, & pp ſtatus infamiam, & propter dæmonum lætitiam, qui magis lætatur de deiectione modica perſonæ talis, quã de multis & maioribus malis in alijs perſonis. V[nde re]fert Greg. in Dial. quòd quidam Iudæus tranſiens [pe]r Lombardiam nocte ſuperueniẽte intrauit quoddam a[ntiqu]ũ ædificium factum antiquitus ad idoli cultum. I[n] circa mediam noctem venit turba dæmonũ; inter quos vnus ſedebat quaſi princeps; quærens a ſingulis quid feciſſent. Et illis referentibus: diſſenſiones, homicidia, & ali[a] mala quæ procurauerant. Ille videbatur parum curare. Tunc vnus dixit ſe frequentaſſe domũ cuiuſdam epiſc[opi] deuoti, & eũ tentaſſe de quadam muliere deuota ibi manente. Et ad hoc dictũ demũ epiſcopũ adduxiſſe, q pręcedenti terga mulieris percuſſerat blãdiendo. Tunc ille princeps incepit illũ cõmendare, & eũ inducere ad proſequendum quod inceperat, quouſque negotium perfecit.

† MORA-

oni. De quo, *Inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca* …rem. *Le… de ſylua percuſſit eos.*
…*ſu.* Hæreſeos principibus, qui imitātur eccleſiaſticos …s, dicentes dño: *In te inimicos noſtros ve… t labimus cornu,* …on ventilant ad ſalutem, vt de terra ad cœlum leuēt, …t in profundū …iant.

c …*conturba. &c.* …ronymus. *Non* …*ubere aquas Siloë,* …*adunt cum ſilen-* …ad aquas Aegy- …tbidas, & cœ- … quæ antequā …us draconis cō …rentur purę e- …& ſuo fluentes …ie, poſtea autē …turbatæ ſunt …s ſui ordinem …derunt Non.n. …ur hæretici te- …nijs ſcripturæ …ētibus ſed om …turbant. Quo … autem eſt ini- …s & vltor, non … aquas alienas …bat, ſed etiam …lcat flumina … parcit etiam …nde: *Miſerere* …*q. concul. m. ho.* …*Non magnifi-* …*omo ſuper ter-*

d …*ſagena mea.* De …*mile eſt regnum* …*n ſagenæ miſ-* …*ari, & ex om-* …*re piſcium con-* …*i, quorum bonos* …*nt in vaſa ſua,* …*autem foras mi-*

e …*as.* Quæ vitijs …ntur, per be- …ūt & volatilia etiam hæretici ſignificari poſſunt. … per volatilia cœli & beſtias terræ, populos decep- … & crudelitatem Gentium intelligamus.

f …*tes.* Principes ſcilicet hæreticorum, vel poteſtates …tias, quæ per aera diſcurrunt, valleſque ad inferna …ant æternis mancipatæ ſupplicijs. Hæc omnia trāſ…, vt ſcilicet cùm volatilia cœli & beſtiæ carnibus …erint ſaturatę idest, exercitus eius & vniuerſa mul…, cætera pars in vermes & ſaniem conuertatur: tūc …nebris obuoluentur.

g *Et* …*rigabo.* Hieronym. Superba enim & arrogans tu… …ereticorum non tam vitali & puro, quàm putri… …œtenti ſanguine completur, vnde: *Pone eos vt ſter-* …: Et alibi: *De ſtercore erigens pauperem.*

*Valles*

h *Valles.* Nimium depreſſas mētes, aut inferna aut humi lem hæreticorum ſenſum pro terrenis omnia facientiū. D

✻ Theodoret. Quando inquit ab hoſtibus captus & interfectus eris, inſepultus permanebis, beſtiarūque & volucrum ventres implebis, ſanguiniſque viui, & putrefacti cruores (hoc.n. ſtercora vocauit) & agros, & montes compleuit.

a¶ Poteſtatem, cui Aegyptus commiſſa eſt, vel vna prouincia, vel Aegyptus totius mundi. b¶ Qui circumit quærens quem deuoret. c¶ Non vnius. ſ.

a Pharaonē regem Aegypti: et dices ad eum: Leoni Gentiū 1

a¶ Vitio proprio, non factus es a principio, vnde. Homo cum in honore eſſet non intel. compa. eſt iumen. &c. b¶ Diabolo qui dixit: Mea ſunt flumina, & ego feci ea. c¶ Vt terram ſ. aquamque poſſideas. d¶ Quaſi. ¶ Erectus in ſuperbia in irrigatione fluminū.

aſſimilatus es, & draconi q eſt in mari: Et ventilabas cor- 2

a¶ Multitudine exercitus. b¶ Vnde Apoſtolus: Qui autem conturbat vos. por iudicium quicumque eſt ille. 3 4

b c nu in fluminib. tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, et 5

conculcabas flumina eorū. Propterea hęc dicit dominus 6

a¶ …etus t. & nouum teſtamentum. b¶ Diabolus ſemper in multitudine delectatur & turb s.

Deus: Expandā ſuper te rete meum in multitudine popu- 7

a¶ Qui quaſi coluber mu… fueras ſ… inuolutus. b¶ Cuius iudicia latebant in mari huius mundi. 8

d lorum multorū, & extraham te in ſagena mea, & pijciam

a¶ Qui in cœlum poſuiſti os tu…, & … ſimilem altiſſimo iactabas 9

tē in terrā. Super faciem agri abijciam te, & habitare faciā

a¶ Deuorandum. b¶ Secundum illud: Dediſti eum eſcam populis Aethiopum. ¶ Quæ ſementem con… ſunt ſecus viam. c¶ Non ſolum volatilia.

e ſup tē omnia volatilia cęli, & ſaturabo de te beſtias vniuer

a¶ Reliquias. ſ. ¶ Minores

f ſæ terræ. Et dabo carnes tuas ſup montes, & implebo col-

a¶ Hæreticorum. b¶ Cum … omnia vermibus ſcatebant

g les tuos † ſaniē tua. Et irrigabo terram fœtore ſanguinis 10

a¶ Interiores fideles.

h i tui, † inſuper mōtes, & valles implebuntur ex te. Et operiā 11

a¶ Qui transfigurabas te in angelum lucis. b¶ Super te, & nihil tibi lætum erit, & ad interitum tuum omnes populi & reges nimio horrore formidabunt. c¶ Cœli. vel draconis.

k l cum extinctus fueris cœlos, & nigreſcere faciā ſtellas eius. 12

m n † Solē nube tegam, & luna nō dabit lumen ſuum. Omnia 13

a¶ Idest habitatores terræ mittam in tenebras vbi erit fletus & ſtridor dentium. 14

o p luminaria cęli mœrere faciā ſuper te, & dabo tenebras ſup 15

terrā tuam, dicit dominus Deus: cum ceciderint vulnerati 16

a¶ Vt qui prius Pharaoni ſeruierant: iraſcantur contra eum, videntes captiuitatem eius ad aliam terram quam draco non ſciebat eſſe perductam.

in medio terræ, ait dñs De⁹. Et irritabo cor populorū mul 17

q torū, cū introduxero cōtritionē tuā in Gentibus ſuper ter

a¶ Caſu. ſ. tuo. b¶ Qui tuam prius mirabantur potentiam. 18

ras quas neſcis, & ſtupeſcere faciā ſuper tē populos mul- 19

i *Et aperiam.* vnde: *Lux impiorum extinguetur.* Iob. 18. a

k *Cœlos.* De quibus: *Contra ſpiritualia nequitię in cœleſtibus.* Eph. 6. b

† educebas flumina tua.

l *Et nigreſ.* Hieron. Ad literam intelligi non poteſt, nunquā enim hoc factum eſt vel faciendum eſt.

m *Stellas, &c.* De quibus Iudas: *Sydera errantia quibus caligo tenebrarum in æternum reſeruatur.* E Iudæ d.

✻ Theodoretus. Non natura hæc ait accidiſſe ſed propter eorum qui cruciabātur affectionem. Si quidem calamitatibus oppreſſi nocte obſcuriorem Deum opinantur: quod quidem dicens ait: *Et dabo tenebras ſuper terrā non ſuper omnem terram.* Quod ſi quis re vera dicat tenebras ī Aegypto fuiſſe belli tempore, ipſo Deo oſtēdente ſe Babyloniis ad Aegyptios puniendos vſum fuiſſe, a pia mēte non aberrabit. F

† mundantē ſanguine tuo.

n *Solem nube.* Cui ſcilicet contrarius eſt ſol iuſtitiæ. *Solem nube, &c.* dñm, ſcilicet qui deſcendit in Aegyptum ſuper nubem leuem, nullo peccati pondere prægrauatam: vel prophetis & Apoſtolis, de quibus. *Mandabo nubibus meis: ne pluant ſuper eūm imbrem.* Et in Pſalmo. *Veritas tua vſque ad nubem.* Iſa. 5. b Pſal 35. b

o *Luna.* Ideſt, hæreticorum eccleſia, non dabit lumen ſuū nec decipiet credentes falſi nominis ſcientia.

p *Omnia luminaria.* Quidquid videtur in hæreticis eſſe doctrinæ, extincto dracone necabitur, & ipſe dominus terram hæreticorum operiet tenebris ignorantiæ, *vt cęci cęcos ducant in foueam.* Luc. 6. f

q *Super terras bonas.* ſcilicet quas Pharao neſcit, quando ſcilicet captiuitas Pharaonis alia captiuitate mutatur, de qua: *Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem.* Pſal. 67. d

☞ *Gladius*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 …oni Gen. *In fortitudine & crudelitate.*

2 …raco. *i. cete, vnde Geneſ. 1. vbi noſtra translatio habet:* Ce…dia *in Hebręo habetur:* Dracones magnos.

3 …venti. *ideſt, poteſtate tua eleuatus.*

4 …lum. *Hoc dicitur, quia terra Aegypti eſt fluuialis ex diui…ili, vt ſupra dictum eſt.*

5 …ontur. *Tyrannicè regendo.*

6 …pterea. *Hic conſequenter ponitur eius calamitas, & primo d…ibitur hęc miſeria, ſecundò eius cauſa effectiua, ibi:* Quia …cit: *Circa primum dicitur in perſona Dei:* Propterea. *ideſt, …uſus es poteſtate à me tibi conceſſa.*

7 …pandam ſuper te. *ideſt, exercitum Chaldęorum.*

8 …extraham. *De loco preſentis vitę.*

9 …per fa. *Quia cadauera ſua & ſuorum bellatorum remanſe…rum …epulta beſtijs & auibus laceranda.*

10 Et imple. *ideſt, in quocumque loco fugeris, occiſus eris.*

11 Et operiam. *Hoc dicitur ad deſignandum magnitudinem tribulationis Aegyptiorum, quę deſignari ſolet per tempus obſcurum & tenebroſum, vnde Ouidius in primo de triſtibus dicitur:* Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris. Ouidius.

12 Solem. *ideſt regem calamitate deijciam.*

13 Et luna. *ideſt, regina.*

14 Non dabit. *ideſt non incedet ornata, ſed magis captiuata.*

15 Omnia luminaria. *ideſt, ſapientes Aegypti tunc enim vigebat ibi ſapientia, vt habetur. 1. Metaph.*

16 Mœrere faciam. *Propter regis & reginę deiectionem.*

17 Et irritabo. *ideſt, contra te prouocabo.*

18 Cum induxero. *Contritionem tuam in Gentibus, ideſt, cum populum tuum contritum captiuabo inter Gentes extraneas & longinquas.*

19 Et ſtupeſcere fa. *ideſt, propter tui & populi tui tantam deiectionem.*

a *Gladius meus*. De quo. *Viuus eſt ſermo Dei & efficax &c.* qui volat, diſcurrit, perſtringit cernentiũ oculos, vultuſq; deterret vt obſtupeſcentes ſuper ruinã Pharaonis, ſe in illo videant eſſe deiectos. *Gladius*. De quo: *Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael*, vt ſcilicet iacẽtes eleuet, & malè erectos humiliet.

Heb. 4. c. Luc. 2.

b *Inexpugnabiles*. Omnes hi tradẽtur puniendi peioribus de quibus: *Immiſſionem per angelos malos*. Et apoſtolus: *Quos tradidi*, inqt. *Satanæ*.

* 77. c. 1. Tim. 1. d

c *Super aquas*. Si beatus qui ſeminat ſup aquas, vbi bos & aſinus calcant. Et contra infœlix eſt, qui nec ſimplices quidẽ ſuo vltrà poteſt errore detinere, ita vt pes hominis nõ calcet in eis, vt nec ſignum quidẽ ſapientiæ & rationis aquę Aegyptiæ in ſe habere videantur.

B multas.

† in profundum deſcendere faciam.

* Theodoretus. Cũ captus fueris, ĩquit alii quidem priſtinę tuæ recordati audaciæ, ſe immites erga te & abſque miſericordia præbebunt: alii verò lugebunt cruciabũtur que. ex iis, quæ tibi acciderint impendentia ſibi mala conijcientes. Tum docet Babyloniorum exercitum vẽturum cum ãteſignanis optimatib. quibuſdã (hoc .n. gigantes vocauit) vt qui etiã ſint omnibus gentibus crudeliores. Pœnas inquit, a te ò Aegypte ſuperbiæ exigẽt. Nãque hanc contumeliam nuncupauit, contumelioſus enĩ ſuperbus, & arrogans aitque fore vt ipſorum robur deſtruant, & eos captiuos abducant, iumentaque diripiant, ac diutius imperturbatum fluminis permaneat fluctum, neque iumento, neque homine eo perturbante ſolitudinem quam captiuitas attulerit

† in Aegypto

† villas.

C

† gladio dati ſunt.

d *Et ſcient quia ego Dominus*. Experientia.n. malorũ & ſuã docebunt tenuitatem, & meum dominium agnoſcent.

e *Et factum eſt, &c.* Hieronymus. Suprà, vna die menſis hic quintadecima die. In prima die, ideſt, in calendis, menſis principium eſt. In quintadecima, ideſt, quando lunæ orbis impletur: Et ſi quidem primus menſis fuerit azymorum eſt prima dies. Si autem ſeptimus, ſcenopegiarum, quando figuntur tabernacula quæ ſolennitates apud Hebræos maximæ ſunt. Fit autem plus ſuper fortitudinem Aegypti, vt in fortis eſſe deſiſtat, & infirmitatẽ recipiat: Quanto enim infirmior tantò fortior. In Hebræo multitudinem. *Lata enim ſpacioſa eſt via quæ ducit ad mortem & multi ingrediuntur per eam.* Ad Iſraël è contra dicitur. *Vos pauci eſtis per oẽs Gentes*. Vt enim rara, & *anguſta via, quæ ducit ad vitam, & pauci ingrediuntur per eam.*

f *Filias Gentium robuſtarum*. * Theodoretus. Filias rurſus & viros vocat ait interfectum foueam enim tem a ſepulchro poſito nomine nuncupauit.

g *Cum his*. Anima-libus, ſcilicet qui ſeculo mortui perdiderunt dicit: *Ego ſum* in peccatis meis pondere corruens ad inferos detrahitur vnde: *Sicut onera grauatæ ſunt ſuper me*. Et alibi: *Introibunt in inferr. ter. Qui effodit foueã incidit* vnde: *Lacum aperuit, & effodit eũ, & incidit in foueam quam fecit.*

a¶ Quorum regna diabolus domino oſtendit, & de quibus. Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum.

tos. Et reges eorum horrore nimio formidabunt ſuper te 1

a¶ Hoc ſ. fiet b¶ Huc & illuc nulli parcens.

ppter vniuerſas iniquitates, quas operatus es: cũm volare 2

a¶ Regnum. b¶ S. mortem ſibi ruinam timentes.

cœperit gladius meus ſuper facies eorũ: & obſtupeſcẽt re- 3

pente ſinguli pro anima ſua in die ruinæ ſuæ. Quia hæc 4

dicit dñs Deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi, in gla- 5

a¶ Alii gigantum. b¶ Quæ te ſectabuntur c¶ Gigantes qui Babylon i regis tenebantur exercitu.

dijs fortium deijciam multitudinem tuã. † Inexpugnabi- 6

les omnes Gentes hæ. Et vaſtabunt ſuperbiam Aegypti, &

a¶ Talibus miniſtris. b¶ Non ſolum homines. ¶ Qui comparati ſunt iumentis inſipientibus.

diſſipabitur multitudo eius. Et perdã omnia iumenta eius, 7

a¶ Tanta erit ſolitudo.

quę erant ſuper aquas † plurimas, & non conturbabit eas 8

a¶ Vt limpidas faciat turbidas & cenoſas.

pes hominis vltrà, neque vngula iumẽtorum turbabit eas 9

a¶ Ego non alius b¶ Draconis dominatione turbatas. c¶ Tunc.

Tunc purriſſimas reddam aquas eorum, et flumina eorum

a¶ Vt ſint. ſ. veri luminis nutrimentum. ¶ Purriſſima. ſ. & nitentia, nullo turbante.

b¶ Hæc fient propter Aegypti ſolitudinem.

quaſi oleum adducam, ait dominus Deus, cũ dedero terrã Aegypti deſolatam. Deſeretur autẽ terra à plenitudine

a¶ Vel ſic. b¶ Qui remanſerunt

ſua, qñ percuſſero omnes habitatores eius, et ſcient quia

¶ Solus a¶ ergo. ¶ Pharaonis. b¶ Non ſpe ſalutis, ſed quia de tanta potentia vitio ſuperbiæ ſuæ deiectus ſit in æterna ſupplicia. c¶ Animæ ab eo oppreſſæ, vel etiam aliæ quæ iam non tenebantur in Aegypto, ſed in regione viuorum.

ego dominus. Planctus eſt, & plangent eum filiæ Gentium 10

a¶ Draconem b¶ Deleta à domino.

ſuper † Aegyptum, & ſuper multitudine eius plãgent eum,

a¶ A ſ. d. m. d. anno & menſe. b¶ Non in vna, vt ſupra.

ait dñs Deus. Et factũ eſt in duodecimo anno, in quintade- 11

cima menſis, factũ eſt verbum domini ad me dicens: Fili

a¶ Alii fortitudinem. c¶ Non ſuper Pharaonem.

hominis, cane carmẽ lugubre ſuper multitudinẽ Aegypti. 12

a¶ A ſuperbia ſua. ¶ Quia.

Et detrahe eam ipſam & filias Gentium robuſtarũ, ad ter 13

a¶ In profundum inferni. b¶ O rex es: 14

rãm vltimã cũ his qui deſcendũt in lacum. Quò pulchrior 15

a¶ Vt mereatis euadere mortem. b¶ Ideo immundis, circumciſi enim mundi ſunt. vnde. Nos ſumus circumciſio, qui ſpiritu Dei ſeruimus.

deſcẽde: et dormi cũ incircumciſis: In medio interfectorũ 16

¶ Alias eam

gladio cadent. Gladius datus eſt. Et attraxerunt eũ, & om 17

h *Quò pulchrior es &c.* q. d. Quò melior es ò rex Aegypti, vt debeas euadere, cum Aſſur & Elam & alij pereant

i *Gladius &c.* Ei ſcilicet contrario, quem, *Dominus venit mittere in terram*. Sicut Chriſti gladius bonos a malis ſeparat dicens. *Non veni pacem mittere ſuper terram, ſed gladium*. hæreticorum gladius omnes populos truncat & vulneratos deducit ad inferna:

e *Et*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et reges eo. *ideſt, non ſolũm vulgares ſed etiam reges & potẽtes timebunt ne ſimile eis accidat.*

2 Cum volare &c. *ideſt, vindicta meæ iuſtitiæ.*

3 Super faciem eor. *Videntes appropinquare Chaldæorũ exercitum, qui dicitur hic gladius domini, eo quòd erat exequutor diuinæ iuſtitiæ. Et hoc modo rex Hunorum dixit ſancto Lupo epiſcopo Tracenſi, ſe eſſe flagellum Dei.*

4 Quia hæc dicit. *Hic conſequenter ponitur cauſa effectiua dictæ deiectionis inſtrumentalis tamen quia rex Babylonis in hoc erat inſtrumentum Dei, vt dictum eſt, ideò dicitur.*

5 Gladius regis Ba. ve. tibi. *ideſt, ad deſtructionem tuam.*

6 Inexpugn. *Exiſtentes cum rege Babylonis.*

7 Et perdam. *Quia Chaldæi non ſolum interficient homines, ſed etiam prædabuntur animalia.*

8 Quæ er. *Terra. n. Aegypti paſcualis eſt pp irrigationem Nili.*

9 Et non con. *ideſt. ita pauci erunt homines & animalia in terra Aegypti, ꝙ ex tranſitu eorum non turbabuntur aquæ, ſed erunt puriſſimæ.*

10 Et plan. *ideſt, mulieres in diuerſis terris cantabunt ſuper eum carmen lugubre, magis ad deriſionem quàm compaſſionem*

11 Et fact. eſt. *Hic reſumitur carmen lugubre ex noua reuelatione. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur miſeria Aegyptiorum abſolutè, ſecundo, comparatiuè, ibi:* Loquentur ei. *Circa primum præmittitur tẽpus reuelationis factæ, cũm dicitur:* Et *Scilicet tranſmigrationis Ioachim et ſic facta eſt in eodem anno & præcedens & eodem menſe, tamen alia die, quia præcedens fuit prima die menſis, hæc autem 15. vt patet in litera.*

12 Cane car. *Magis ad deriſionem Aegypti quàm ad compaſſionem.*

13 Et detra. *i. dic eam detrahendam in gehennam.*

14 Et fi. *i. Gentes venientes in eius auxilium.*

15 Quò pulch. eſt &c. *In poteſtate & diuitijs.*

16 Deſcende. *In profundiorem locum inferni, quia quo gradus altior, tantò caſus grauior.*

17 Gladius da. &c. *Regis Babylonis ad te interficiendũ populum tuum.*

* Loq

quentur ei,&c. ✻ Theodoretus. Hæc item beatus Eſaias babylonio ait. *Et dicent tibi principes qui à ſeculo ſunt. Et tu vulneratus es, ſicut & nos, &c.* Et hic quoque dicent tibi, qui ſunt potentia illuſtres, & olim mortui ſunt, hos gigātes vocauit ſis; ideſt, ſimilis nobis mortuus. Quo.n. præſtā s, qui tentaris immortalis? de le igitur, & fini n, & cū his qui m quæ tu auſi ſimili cæde pe ris. Tum com- morat eos, qui ia illuſtres fue is inquit, fuit celeber, vt Aſ- rum rex? Ve- amē iſto quo ortitus eſt vitę , & omnis ei⁹ itus mortis il- articeps fuit. ✻ Gregorius. Quam gelorum atq; num longè ſit a diſſimilis, mē pœna im quos vnus in ne reat⁹ ligat. bene īſinuat ieta cum ait: *...ſur, &c.* Quis ; Aſſur ſuper- is nomine, ni- ber elationem s antiquus ho primitur, qui quòd multos ipſa pertrahit iuerſa multi- e ſua ad infer iſtra deſcēdit.

b *Aſſur, & omn.* ...nymus. Aſſur ...ps hæretico- ...iabolus. Mul ... alij ſynago- ...de in Apoca- *Qui ſunt ſynago næ.*

c *Nouiſſimis laci.* ...nymus. Non ...acus Tyberia ... Larios & Be- ... & multi alij, ...ternæ. Hos.n. ... aquas refri- ... & omnem ab eis ſpiritus calorem auferunt pecca ...k oēs hæretici fodiunt, & quātū in mea memoria ...llus ſanctorū ciſternas fodiſſe ſcribitur, ſed peccato ...cut Ozias rex leproſus: de quo dr̄, quòd fuit terræ ...us incūbens, & lacus foderit. Ad iuſtum autē dici ...*s aquæ tuæ ſit tibi perennis.* Et alibi: *Me dereliquerunt fon ...æ viuæ, & foderunt ſibi lacus,* ideſt ciſternas.

d *Qui dederant.* His.ſ. qui erant in terra viuentium, præpoſitis.ſ. eccleſię & ſimplices deceperunt, vnde. *Timeo ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam, ita corrumpantur ſenſus veſtri per ſimplicitatem.* Sed hunc timorem dominus mitigat, de quo: *Dominus illuminatio mea & ſalus mea quem timebo?* D 2.Cor.11.a Pſal.26.g

a¶Alij gigantes, ponentes in cœlum os ſuum, qui quanto ſe ſuſtollunt, tanto ad inferna dettahentur.

nes populos eius. Loquent ei potentiſſimi robuſtorum de

a medio inferni, qui cū auxiliatoribus eius deſcenderunt, & 1

a¶Hos.ſ. habebis ſocios

b dormierunt incircumciſi interfectique gladio. Ibi Aſſur 2

a¶Deceptorum ſ abe...

& oīs multitudo eius, in circumitu illius ſepulchra eorum 3

a¶ideo. ¶Quia interfecti.

✻oēs interfecti, et qui ceciderunt gladio, quorū data ſunt

a¶Interni, vnde, cum his qui deſcendunt in lacum.

c ſepulchra in nouiſſimis laci. Et facta eſt multitudo eius

a¶Qui non poſſunt audire Qui ſtat s in domo domini.

per gyrum ſepulchri eius, vniuerſi interfecti cadenteſque

gladio, qui dederant quōdam formidinem ſuā in terra vi

¶ideſt Perſæ.

d uentium. Ibi Elam & omnis multitudo eius, per gyrum ſe 4

a¶Dei.

e pulchri illius: Omnes hi interfecti ruenteſque gladio, qui 5

a¶Licet in excelſo poſuerint os ſuum. b¶Immundi. c¶Quanto ſublimius eleuati tanto fortius ceciderunt

deſcenderunt incircumciſi ad terram † vltimam. Qui po-

¶Non ſemel.

f ſuerunt terrorem ſuum in terra viuentium, & portauerūt

¶Alij tormentum.

ignominiam ſuam cum his qui deſcēderunt in lacum. In

a¶Quos ſuo mucrone iugularunt.

medio interfectorum poſuerunt cubile eius, in vniuerſis

g ¶Aſſyriis.ſ. ¶Quamuis circumciſos ſe iactent.

populis eius, in circūitu eius ſepulchrum illius: Omnes hi

¶Secundo

incircumciſi interfectiq; gladio: Dederūt enim terrorem

¶Tormentum

ſuum in terra viuentium, & portauerūt ignominiam ſuā

a¶Fraudibus ſuis.

cum his qui deſcendunt in lacum: in medio interfectorū 6

a¶Lxx Aſſyrium ¶Cappadoces b¶Inſania. c¶Quos alij Iberos, alij Italos putant.

poſiti ſunt. Ibi Moſoch & Tubal & oīs multitudo eius, in 7

h circūitu eius ſepulchra illius. Omnes hi incircūciſi interfe-

a¶Etiam terrio. b¶Cunctis Gentibus.

ctiq;, & cadentes gladio, † quia dederunt formidinem ſuā

a¶Eccleſiæ b¶ideo peiora ſuſtinuerunt ſupplicia c¶Alias gigantibus. d¶A principio.

in terra viuentium, & non dormient cū fortibus cadenti- 8 9

a¶ideo. b¶Non acta erroris pœnitentia. c¶Adhuc contra Deum & eccleſiam rebellantibus etiam animis poſt mortem.

buſq; et incircumciſis qui deſcenderunt ad infernum cū 10

a¶De quibus, Filii hominum dentes eorum arma, & lingua eorum gladius acutus. b¶Emphaticos therion.i. emphatice loquitur ad expreſſionem

i armis ſuis. Et poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis, 11

e *Elam.* Aſcenſu ſcorum. Qui enim contempta humilitate Chriſti in ſuperbiā diaboli aſcendūt falſi nominis ſcientia. Elamitæ ſunt & regis Aſſyrij ſepulchrum ambiunt. Hieron.

f *Qui poſ. terr.* Qui.n. eccleſiaſticorum ad hmōi errorem ſecutus eſt? Quis non aliquē pdidit è grege Chriſti? Eccleſia, terra viuētiū, hæreticorū, conciliabulum, mortuorum terra. E

✻ Theod. Mos erat in bellis, vt ſm̄ gentes ſtruerētur ſepulchra, propinquos ... coartos cognati vni ſepulturæ mandabant. Hoc igitur indicauit hic quoq; gentē Elam feciſſe, quæ Aſſyriis proxima eſt docetq; etiā incircūciſos periiſſe cū ab impietate nequaquā receſſerint. Deinde cū rurſus dixerit eos, q formidabiles olim omnib. fuere, ꝓprio tormēto punitos, & ęquè atq; alios mortuos eſſe, adiecit. † inferiorem.

g *In medio interfe.* Aliasq. gentes enumerat quę hac cęde ſunt interfectę Thobal vocantur Iberes Moſoch Cappadoces. Eiſdēque repetitis, quæ de Elamitis dixerat, ſubijcit. F

h *Tubal.* Conuerſio in malum ſcilicet ſiue vniuerſa, vt oſtēdat omnes hæreticos inſanire, & pari ſtudio ad peiora conuerti. Nec mirum ſi inſanientes & coaceruati in malos habeant multitudinem, cum Aegypti regis ſocii ſint, qui gaudent multitudine. Hieron.

i *Poſuerunt gladios ſuos ſub cap.* ✻ Theod. Superuacua.n. arma ſunt iis interfectis, qui ipſi vterentur. Narrat etiam cædis cauſam. *Et poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis.* Requie-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Loquent ei. *Hic conſequenter deſcribitur miſeria Aegypti cōparatę, & primo pōnitur duplex damnatorū gradus, ſecundò oſtenditur quo Pharao ſit ponēdus, ibi.* Et tu ergo. *Prima diuiditur in duo ſecūdū duos gradus. Secūda ibi,* Et nō dormient. *Primus autē gradus eſt illorū qui deſcendūt ad infernū morte violenta, cum dicitur* Loquentur ei &c. *Inſultādo ei ꝙ ſic deiectus eſt in infernū morte violenta ſicut & ipſi.* 2 Ibi Aſſur, &c. *qui debellatus fuerant per regē Aegypti, vt dictū eſt ſupra c. prec.* 3 In circūitu &c. *i. interfectorum cum eo, ita ꝙ ſicut fuerant ſocij in morte, ita etiam in pœna gehennæ. Et pœnę iſtorum dicuntur hic ſepulchra, eo modo loquēdi quo dicitur Luc. 16. f. quo dicitur:* Mortuus eſt dies & ſepultus eſt in inferno.

4 Qui dederant &c. *i. in Iudæa: vt dicit Ra. Sal. Illam enim affli xerunt reges Aſſyriorum, vt patet. 4. Reg. Poteſt etiam cum hoc intelligi de alijs terris multis, quibus formidabiles fuerant reges Aſſyriorum, vt patet. 4. Reg. 19.*

5 Ibi Elam. *i. Elamitæ: qui ſimiliter per gladium deſcenderunt ad infernum. Et ex dictis patet litera vſque ibi.*

6 Ibi Moſoch. *ideſt. Cappadoces.* 7 Et Tubal. *i. Iberi, qui ſimiliter morte violenta deſcenderunt ad infernum, ideo concluditur.* Omnes hi incircumciſi interfectique &c.

8 Et non dormient. *Hic ponitur ſecundus gradus damnatorum morte naturali morientium, ſeu corruptione aeris, & non violentia gladij, a quibus ſeparantur prædicti, cùm dicitur.* Et nō dormiēt. *Videlicet ſupradicti.*

9 Cum fortibus cad. &c. *i. morientibus per ſe ſine gladio.* Secundus gradus damnatorum.

10 Qui deſcenderunt &c. *ideſt arma non ſunt eis ablata per violentiam.*

11 Et poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus. *Antiquitus.n.*

A quieſcentes ſtudio & animo bellandi, & pro ſumma victoria ſententiarũ ſuarum iacula complexantes intantũ ſcilicet, vt fuerint iniquitates eorum in oſſibus eorum.

a *Et fuerunt iniquitates,&c.* ✻ Idem. Pœnas, inquit, impietatis perſoluerũt. Deinde etiam impietatis genus declarat.

b *Quia terror,&c.*

Pœnæ. ✻ Idem. Tantum inquit, crudelitatẽ adhibet atque temeritatem, vt omnib. terrorem incuterẽt non ſolũ tenuibus, ſed iis quoq; qui robore & potẽtia gloriabantur. Idcircò, inquit, ſimili cæde peribis, qua ii, quos ipſe occidiſti. Hæc autem ſuſtinuere aliæ quoque gentes.

B c *Ibi Idumæa, & reges eius.* Omnes qui terrenis operib. ſeruierunt, vel ſanguine delectati ſunt. Idumæa enim terrenam, vel ſanguinariam ſonat, & reges eius, & omnes duces eius terrenis operibus incubantes, & effundẽtes quotidie ſanguinẽ eorũ, quos fraude deceperunt.

Gaudium eſt miſeris. d *Vidit eos.* Habens adhuc malitiã ſuã, multos pœnæ ſuæ ſocios videns conſolatus eſt.

e *Gladi.* Pharaonis, ſcilicet vel ſociorum, præcipuè regis Aſſyrii & Moſoch & Tubal & Idumæorum & principum Aquilonis & Sidoniorum, qui omnes dederunt ſuum in terra viuentium.

f *Quia dedit terrorem ſuum,&c.* Quod quinto dicitur, iuſmodi nationes quæ cunctis nos ... excipiemus.

a ¶Ideſt fortiſſima figmenta & erroris dogmata poſſederunt. b ¶Gladiis. c ¶Quartò.

a b & fuerunt † iniquitates eorũ in oſſibus eorum quia terror 1
a ¶Habentium ſ. ſcientiam ſcripturæ, qui erat de regione viuorum. ¶Cum nec deſcendunt ad infernum cum armis ſub capitibus & gladiis. b ¶Alii in vita ſua. c ¶Q. Tu non poteris eadem ſuſtinere.
fortiũ facti ſunt in terra viuẽtiũ. Et tu ergo in medio incir- 2
¶Pharao, vel contraria fortitudo, vel Aegypti multitudo. a ¶Secundum illud. Deus conteret Satan ſub pedibus veſtris. b ¶Somno perpetuo. c ¶Cum Aſſyrio, cum Aegypti multitudine.
cunciſorum cõtereris, & dormies cũ interfectis gladio. Ibi 3
c Idumæa & reges eius & oẽs duces eius, qui dati ſunt cum
¶Immundis.
exercitu ſuo cũ interfectis gladio, & qui cum incircũciſis
dormierunt, & cũ his qui deſcenderunt in lacum. Ibi prin
a ¶A quo exardeſcunt mala ſuper terram. b ¶Sidonii, de quibus: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium.
cipes Aquilonis oẽs, & vniuerſi † venatores, qui deducti 4
ſunt cum interfectis, pauẽtes, & in ſua fortitudine cõfuſi,
quia dormierunt incircunciſi cũ interfectis gladio, et por 5
a ¶Supplicium quorum ignis non exting. & vermis non morietur. b ¶Alias deſcendunt. c ¶Inferni.
tauerunt confuſionẽ ſuã cum his qui deſcenderunt in lacũ. 6
d a ¶Omnes. b ¶Leuiora exiſtimans multis communicata tormenta.
Vidit eos Pharao, et cõſolatus eſt ſuper vniuerſa multi- 7
e tudine ſua, q̃ interfecta eſt gladio: Pharao & omnis exer-
¶Quinto.
f citus eius, ait dñs Deus, quia dedit terrorẽ ſuum in terra vi
¶Somno mortis æternæ.
uẽtium, et dormiuit in medio incircunciſorum cum inter
a ¶Socii eius. ¶Qui per latam & ſpacioſam viam tendit ad mortem.
fectis gladio, Pharao et oĩs multitudo eius, ait dñs Deus.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ in ſepulchris talium ponebantur eorum gladij ad caput ſepulchri, in ſignum quod non fuerant in bello deuicti, ita exponit Ra. Sal.

1 Et fuerunt iniquitates eorum in oſſibus eorum. *ideſt, quamuis non fuerunt puniti morte corporali, tamen pro iniquitatibus ſuis puniti ſunt pœna gehennę, quę eſt latens viuentibus ſicut oſſa ſub carne.*

C Diuiſio. 2 Et tu ergo. *Hic conſequenter oſtenditur in quo gradu ſunt Aegyptij reponendi, ſcilicet in primo cum illis qui per gladium deſcenderunt in infernum, ideò dicitur:* Et tu. *Scilicet Pharao, cum exercitu tuo.*

3 Dormies cum inter. gla. *Et cõſequenter ſubditur de plurib. alijs ſic punitis, cum dicitur.* Ibi Idumæa, *Et patet litera vſq; ibi.*

4 Et vniuerſi vena. *i. homicidæ & tyranni, eo modo loquendi quo dicitur. Geneſ. 10. b.* Quaſi Nembroth venator robuſtus coram domino.

5 Et porta. *In gehenna, quæ eſt valdè confuſibilis pœna.*

6 Vidit eos. *In pœna gehennæ.*

10 Et effundam ſuper vos aquam mundam &c. *I. peccata veſtra prǽterita remittam. Doctores autem noſtri literaliter exponunt de reductione populi ad fidem Chriſti & de ambitione baptiſmi qua tollitur culpa & pœna. Et huic etiam expoſitioni concordat quod dicitur in quodam libro Iudaico apud Hebræos authentico, qui dicitur Ioma Ieroſolymitanũ. Quemadmodum pelvis mundificat pollutos, ita Deus ſanctus & benedictus erit mundans in futuro Iſrael, & ſic eſt di ens Ezech. 36.* Aſpergam ſuper vos aquas &c. *Quod autem dicitur in futuro in originalibus glosis Hebræorum ſemper refertur ad tempus Meſſiæ.*

11 Et dabo vobis cor nouum &c. *Ideſt, voluntatem bene faciendi, & hoc referendo ad tempus reditus de Babylone, quia poſtea melius vixerunt quàm antè. Melius tamen exponitur referendo ad tempus Chriſti de datione ſpiritusſancti, apoſtolis & aliis credentibus.*

12 Et auferam cor lapideum de carne ve.&c. *Ideſt, in peccatis obſtinatum: dando veram contritionem de peccatis.*

8 Et

### *MORALITER.*

† 2 *Et polluerunt nomen ſanctum meum cùm diceretur &c.* Hic ponitur ſecunda cauſa dictæ reuelationis, q̃ fuit vt Chriſti blaſphemia tolleretur. Circa quod ſciendum quòd Chriſtianorum qui fuerunt tempore tyrannorum, aliqui fuerũt mali: & eorum malitiam Gentiles retorquebant in Chriſtum, eò quòd talem populum elegiſſet. Et hoc notatur cùm dicitur: *Et polluerant nomen ſanctum meũ.* Cùm diceretur de eis: *Populus domini iſte eſt*, ſcilicet ironicè, ad ſignificandum, quòd nõ eſſet populus domini ſed magis diaboli. Alij erant valde boni pro fide Chriſti grauiſſima ſuſtinendo. Et de illis dicebant aliqui Gentiles quod Chriſtus non poterat eos liberare, vt patet in legendis martyrium ſanctorum, & ad iſtas & conſimiles blaſphemias tollendum ſubleuati ſunt Chriſtiani per Cõſtantinum, ideò ſubditur: *Et peperci nomini ſancto meo, quod polluerat domus Iſr. &c.* Et quod ſubditur poſt: *Et ſanctificabo nomen meum magnum quod pollutum eſt.*

MOR.

Theodoretus.
ec quidẽ ante
li aduentum
ſunt. Cum.n.
untaxat poſt
m prophetas
ſſent Aggæũ
riam, vt Ma-
m poſt ipſos
phetico mu
ſpoliati ſunt.
ſtquã Salua-
ſter hõ fact',
los aduenit
t ſuper Apo-
Spiritus ſan-
er quos gra-
n Iudæis ſo-
etiam omni-
s qui ex gen-
d fidem con
, ſubmini-
fuit. Lapi-
autẽ cor vo-
erſarium &
, carneũ ve-
diens, quòd-
uinarum lite
guras poſſit
re.
*aciã vt in præ-*
*eis &c.*
heodoretus.
piritus gra-
oprium eſt,
noſtrum ad-
liberum ar-
n efficit, vt
rocedãt, quę
unt.
guſt. Ne pu-
nihil facere
es per liberũ
um, dicitur:
*cbdurare cor-*
. Et per Eze
n: *Proijcite à*
*mpietates ve-*
*facite vobis*
*m, & ſpiritũ*
*& facite om-*
*cepta mea.*
odo ergo ꝑ
*icite vobis*: hic
*bo vobis*? qua
t, ſi ipſe datu
Quare dat, ſi
facturus eſt?
ia dat quod
iubet

¶Tunc. a ¶De virtute in virtutem.
a in medio veſtri, & faciã vt in pręceptis meis ambuletis, &
a ¶Quæ prius neg exit s ¶Corde. b ¶Conceſſionis.
iudicia mea cuſtodiatis, & operemini: & habitabitis ĩ terra 1
a ¶Magiſtris. ¶Abraham, Iſaac, & Iacob, & omnibus ſanctis & prophetis.
b ¶Sic. c ¶Rurſum. d ¶Quem offendiſt s
quã dedi patribus veſtris, et eritis mihi in populum & ego
a ¶Hoc præſenti tempore comprobatur
ero vobis in Deum & ſaluabo vos ex vniuerſis inquinamẽ
a ¶De quo efficitur cœleſtis panis. b ¶Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ip.ſ.m
tis veſtris, & vocabo frumentũ & multiplicabo illud, & nõ 2
a ¶Verbi Dei, quam paſſus eſt filius prodigus, qui diſſipauit ſubſtantiam ſuam, & fame cogente porcorum ſiliquis paſſus eſt. b ¶Sapientiæ de qua: Lignum vitæ eſt omnibus his qui ap. e.
imponam vobis famem: & multiplicabo fructum ligni &
a ¶In ſimilitudinem Iacob, cuius odor erat ſicut odor a.p.c.b.d. b ¶Quod vſque hodie Iudæorum patitur incredulitas. ſed poſtquam beatitudinem fuerint conſequuti, dicent cum Apoſtolo: Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſequutus ſum eccleſiam Dei.
genimina agri: vt non portetis vltrà opprobrium famis in
a ¶Sic et ... vbi fueritis diſperſi.
Gentibus, & recordabimini viarum veſtrarum peſſimarũ
ſtudiorumque non bonorum, & † diſplicebunt vobis ini-
a ¶Quæ ante placebant. b ¶Qui proprio errore periſtis. c ¶Supradicta.
¶Sed propter clementiam meam, ſubaudi.
quitates veſtræ, & ſcelera veſtra: Non pp vos ego faciam, 3
¶Super prioribus vitiis, & veſtrum intelligite creatorem. a ¶Ergo
b ait dominus Deus, notum ſit vobis. † Confundimini, & eru 4
beſcite ſuper vijs veſtris, domus Iſrael. Hæc dicit dominus
Deus: In die qua mundauero vos ex omnibus † iniquitati-
a ¶Eccleſias. b ¶Quæ in vobis corruerunt c ¶Quæ in ſynagogis conciderant.
bus veſtris, & habitari fecero vrbes, & iſtaurauero ruinoſa
a ¶Confeſſionis b ¶Fidelitatis ceremonijs. ¶Ceremonijs Dei. c ¶Videbatur.ſ. omnibus ſanctis, qui terrenæ conuerſationis opera prætereunt.
& terra deſerta fuerit exculta, q̃ quõdam erant deſolata in
a ¶Sanctorum mundana tranſeuntium. b ¶Admirantes. ¶Q Quomodo factum eſt hoc.
c ¶Olim. d ¶Nunc.
oculis omnis viatoris: dicent: Terra illa inculta, facta eſt ut 5
a ¶Similis paradiſo Dei. ¶Quondam in qua omnes periere virtutes. b ¶Iudeæ.
c ¶Quæ Deum hoſpitem non habebant. d ¶A ſpirituſancto.
hortus † uoluptatis, & ciuitates deſertæ & deſtitutæ, atque
a ¶Sua incredulitate. b ¶Confeſſione & Saluatoris nomine. ¶Fide Chriſti.
¶Sic. c ¶Omnis creatura.ſ. & angeli, qui ambiunt terram Iſrael.
offenſæ, munitæ † ſederunt. Et ſcient Gentes, † quæcumq;
derelictæ fuerint in circumitu ueſtro, quia ego dominus
¶In eis. a ¶Omnium virtutum arboribus. b ¶Q Impleui quod per prophetas prædixi.
ędificaui diſſipata, plantauiq; inculta ego dominus loquu
a ¶Quod verbo promiſi. b ¶Admonentur pœnitentes, vt etiam cum regreſſi fuerint in eccleſias, ſemper requirant dominum, & inueniant eum, vt multiplicentur redeuntium turbis greges domini.
tus ſum, & fecerim. Hęc dicit dominus Deus: Adhuc ĩ hoc
a ¶Quæſitum diu, & non inuentum. b ¶Tunc. c ¶Non ſolum in prædictis ſentient liberalitatem meam.
inueniet me domus Iſrael, ut faciam eis. Multiplicabo eos 6
a ¶Non brutorum animalium. b ¶Qui ſ. rationi & confeſſionis ſint pleni & fidei.
ſicut gregẽ hominum, ut gregem ſanctum, ut gregem Ie- 7
a ¶In qua propriè Dei coltus & viſio pacis. b ¶Quas domini clementia receperunt.
c ruſalem in ſolennitatibus eius. Sic erunt ciuitates deſertæ 8
a ¶Tunc. b ¶ſolus c ¶Nolens mortem peccatoris.
d plenæq; gregibus hominum, & ſcient quia ego dominus.

iubet, & adiuuat vt D
faciat cui iubet?
* Idem. Ideò & Lib. de pręd. Sanct. c. 11.
hæc præcipiuntur,
nobis, & dona Dei
eſſe mõſtrantur, vt
intelligatur, quod
& nos ea faciamus
& Deus facit vt illa
faciamus: ſicut per
prophetã Ezechie-
lem apertiſſimè di-
cit. Quid. n. aper-
tius, quã vbi dicit:
*Ego faciã vt faciatis?*
Locum ipſum Scri
pturæ attendite; &
videbitis illa Deũ
promittere facturũ
ſe vt faciant, quę iu
bet vt fiant.
b *Cõfundimini &c.* E
Cohortatur erran
tes, vt cõfundantur
in vijs ſuis, & reſti-
tuantur in vrbes ec
cleſiæ.
c *In ſolennitatibus.*
Quibus comeditur
Azymũ ſinceritatis
& veritatis, & agni
caro & ſanguis, & ĩ
ſeptẽ hebdomadib.
& in tabernaculis
huius ſeculi dñi fe-
ſta celebramus, vt
ciuitates quondam
deſertæ plenæ fiãt
gregibus hominũ,
& ratione cogno-
ſcant quod ipſe ſit
dominus qui om-
nia præſtitit.
d *Et ſcient.* Diſſi-
mulans peccata ho
minum propter pę
nitentiam.
* Theod. Cogni-
ta igitur Dñi noſtri
bonitate & poten-
tia, propter eã ame
mus, propter hanc F
metuamus, vt & a-
mantes & timẽtes
ipſius mandata ob-
ſeruemus, & pro-
miſſa bona conſe-
quamur in Chriſto
Ieſu dño noſtro.
☞ CAP.

Hieron. † quod ſucceſſione digni eſt s iudicabitis in conſpectu veſtro propter iniquitates veſtras & abominationes veſtras.

† manſerũt
† quæ.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 habitabitis in terra quam dedi patribus ve. &c. *Id eſt, in Iudæa, referendo ad populum de Babylone redeuntem, vel in Eccleſia triumphante & humiliante, referendo ad populum in Chriſtum credentem.*

2 vocabo frumentum & multiplicabo. *Quod intelligitur ad literam de multiplicatione terræ naſcentium poſt reditum de Babylone. Vel per iſta metaphoricè intelliguntur bona ſpiritualia tempore Chriſti data vt Euchariſtia quæ conficitur de frumento & alia Chriſti dona, quæ frequenter in ſcriptura ſignantur per corporalia.*

3 Non propter vos. *Quia reditus de Babylone, & aduentus Chriſti proceſſerunt ex mera bonitate diuina.*

4 Confundimini & erubeſ. *Ideſt, malis præteritis. Cætera patent vſque ibi.*

5 Terra illa in. *Referendo ad reditum captiuitatis Babylonicæ: intelligitur de terra Iudeæ, quæ tempore captiuitatis fuit deſerta propter cultorum abſentiam: ſed in reditu captiuitatis facta fuit fructifera & amœna per cultorum pœnitentiam & diligentiam. Referendo autem ad tempus Chriſti intelligitur de Gentilitate, quę ante aduentum Chriſti fuit quaſi terra inculta, quia non habuit doctores legis diuinæ, nec prophetas qui eam excolerent ad fecundationem bonorum operum: ſed poſt aduentum Chriſti per prædicationẽ Apoſtolorum & aliorum diſcipulorum facta eſt fructifera & amęna per ſuſceptionem fidei & morum. Et huic expoſitioni conſonat quod ſubditur poſtea.*

6 Multipli. *Quantum ad bonos mores; qui prius erant beſtialiter viuentes.*

7 Vt gregem ſanct. *Per ſuſceptionem fidei iuſtificantis.*

8 Vt gregem Ie. *In quo deſignatur multitudo credentium de Gentilibus; ſicut in ſolennitatibus maximè Paſchæ, Pentecoſtes, & Tabernaculorum, conueniebat in Ieruſalem populus multus.*

A

## ADDITIO.

In cap. 36. *Vbi dicitur in Poſtilla*. Et ſanctificabo nomen meum.

*Ea quæ in hoc c. principaliter continentur, non poſſunt rationabiliter intelligi ad literam de liberatione à Babylonica captiuitate. In illa enim liberatione non leguntur aliqua miracula facta manifeſtè pro quibus poſſet dici:* Sanctificabo nomen meum, *i. ſanctum oſtendam in liberatione mirabili, prout dicit Poſtillator. Licētia. n. data per Cyrum, licet fuerit à Deo voluntatem ipſius mouente, non tamen fuit miraculoſe facta, imò ſecundùm curſum communem reges huius ſeculi contradicunt ea quæ fuerunt facta per inimicos quos debellauerunt. Vnde Cyrus qui deuicit Chaldæos, rationabiliter deteſtatur deſtructionem Ieruſalem per eos factam hoc debet inter miracula reparari, licet hoc ſit à Deo miſericorditer factum. Item hoc quod dicitur:* Effundam ſuper vos mundam, &c. *Omnes Hebræi antiqui referunt ad tempus in quo debebant purgari peccata. Similiter quod dicitur:* Dabis cor nouum, & ſpiritum nouum, & auferam cor deum, *propriè refertur ad tempus Chriſti, non ad tempus de Babylone, quia licet poſtea melius vixerunt quam antè, Poſtillator, non tamen propriè diceretur, dedit Deus illis rebus cor nouum, & ſpiritum nouum. Nam multi exiſtentes in captiuitate Babylonica habebant ſpiritum rectum & cor mundum, Ieremias: Daniel: & Ezechiel & huiuſmodi, quorum ſimiles multi leguntur poſt reædificationem templi.*

## CAP. XXXVII.

a F*Acta eſt ſuper.* * Theodor. Manū diuinā vim vocat. Spiritualis autem hęc contemplatio eſt. Neque. n. oculis corporis ea cernebat, quæ ſibi oſtendebantur: ſed ſanctiſſimi Spiritus reuelationem percipiebat. Conſentaneas verò rebus accipit reuelationes. Cum enim propter perfidiam meliora deſperaſſent Iudæi captiui, ſuam ipſis Deus potentiā oſtēdit, & mortuorum reſurrectionem, illorum in priſtinū ſtatum reſtitutione longè difficiliorem indicat prophetæ: per quem docet omnia ſibi eſſe facilia volenti.

B

Lib. de fide reſur. * Ambroſius. Magna Domini gratia, quòd futuræ reſurrectionis propheta teſtis adhibetur: vt nos quoque ea oculis videremus.

Hieronymus. Per reſurrectionis parabolam de reſtitutione Iſrael agitur. Quomodo enim videtur incredulum, quod oſſa arida & multa vetuſtate confecta reſurgant, ſic reſtitutio populi mei Iſrael in captiuitatem ducti & toto orbe diſperſi, ſed his qui non nouerunt Dei potentiā ſed tamen futura eſt: quia ego inquit dominus, loquutus ſum, faciam. quæ tus ſum. De & prior pro in qua mor Iſrael antiqu tus promittit bus dicitur: tar ad vos: & a &c. ad hoc p quod nunc rabola dicit oſſa arida, it eo quod in E lio dicitur: hoīes impoſſibi apud Deum p *ſunt.* Educti ſu de ſepulchris uitatis, & vi quibus in ſer Babylonica tur aſtricti. hęc ſub Zoro completa me tur, quando tio magna facta eſt: & regnum Chaldæorum in Perſaſque tranſlatum, vel in præſentia Chriſti ſui expectant. Nos autem ſpiritualiter poſt crucem Sa ris & quotidie fieri in his qui inſtar Lazari peccat ſuorum faſcijs colligati ad vocem domini ſuſcit Et verè ſunt domus Iſrael arens quondam, & null habens ſalutis: ſed intrante in ſe ſpiritu gratiæ, & gente domino manum de profundo inferni libe & qui prius dixerant, *Domine Deus tu noſti hæc*, po dient liberati: *Modicæ fidei quare dubitaſti?*

C

## C A P. XXXVII.

a ¶Filius per quem pater operatur, omnia enim per ipſum facta ſunt & ſine ipſo factum eſt nihil.

a FActa eſt ſuper me manus dn̄i, & eduxit 1

a ¶Non in corpore, ſed extra.

me in ſpiritu domini, & dimiſit me in †

medio cāpi, qui erat plenus oſſib. & cir †

a ¶Non paſſa quieſcere.

cumduxit me per ea in gyro: Erant autē 2

a ¶Non operta humo. b ¶Aridæ temporis vetuſtate.

multa valdè ſuper faciē cāpi ſiccaque vehementer. Et di- 3

¶Poterint viuere.

xit ad me: Fili hominis, putaſne viuent oſſa iſta? Et dixi:

a ¶Qui plenam habes ſcientiam futurorum.

Domine Deus tu noſti. Et dixit ad me: Vaticinare de 4

a ¶Mirum, quòd ad oſſa arida loquitur, quæ ante neruos, carnes, & cutem & ſpiritum viuificantem Dei non poſſunt audire ſermonem.

oſſibus iſtis. Et dicēs eis: Oſſa arida audite verbum do- 5

mini. Hæc dicit dominus Deus oſſibus his: Ecce ego intro- 6

a ¶Vt coniungamini. †

mittam in vos ſpiritum, & viuetis; & dabo ſuper vos ner- †

uos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes & ſuper †

## NICOLAVS DE LYRA. CAPVT XXXVII.

Diuiſio. * FActa eſt &c. *Hic conſequenter deſcribitur liberatio populi imaginaria & prophetica viſione. Et diuiditur in duas partes, quia primò deſcribitur liberatio populi capti, ſecundò vnio diſperſi, ibi:* Et factus eſt. *Prima in duas, quia primò ponitur imaginaria viſio, ſecundò eius expoſitio: ibi:* Et dixi. *Circa primum dicitur:*

1 Facta eſt. *Videbatur enim prophetæ imaginaria viſione quòd per manus cuiuſdam effigiei Deum repræſentantis portaretur in cāpum plenum oſſibus mortuorum.*

2 Et circumduxit me per &c. *Ita quòd non intrabat inter oſſa, ſed circuibat extrà. Erat enim Ezechiel ſacerdos, qui non debebat contaminari ex tactu oſſium alicuius mortui.*

3 Siccaq; vehementer. *Quaſi hominum iam diu mortuorum.*

4 Domine Deus tu noſti. *Qui habes ſcientiam non ſolum præteritorum, ſed etiam futurorum.*

5 Oſſa arida audite verb. &c. *Qui poteſt imperare ſicut viuentibus creaturis.*

6 Ecce ego intromittam in vos ſpiritum. *Licet hic ponatur primò, tamen fuit vltimū: quia præceſſit coniunctio oſſium ad iuncturas debitas, & extenſio neruorum & carnium & cutis deſuper, vt poſtea ſubditur:* Et dabo ſuper vos neruos &c. *vltimò ponitur:* Et dabo vobis ſpiritum, & viuetis.

* Fa

## MORALITER.

† 1 *Facta eſt ſup. me.* In hoc capitulo literaliter intellecto ſignificatur ſubleuatio Iudęorum per viſionem prophetę ſignificata, & per eandem viſionem myſticè poteſt intelligi ſubleuatio populi Chriſtiani ad cognitionem & amorem Dei, ideò ſubditur: *Facta eſt ſuper me.* Quia talis eleuatio fit virtute ſpiritusſancti.

† *Et dimiſit me in medio.* Per campum qui eſt locus ſegregatus à tumultu ſecularium ſignificatur religio ſiue clauſtrum, ideò ſubditur.

† *Qui erat &c.* Religioſi namq; mūdo mortui debēt eſſe.

† *Erant autem multa valde ſuper faciem.* Quia religioſi cæteris debent eſſe ab humiditate voluptuoſitatis deſiccati, & ſubditur.

5 *Oſſa arida.* Illi namque qui ſunt deſiccati à carnis voluptatis cupiditate ſunt diſpoſiti ad percipiendum tem reuelationis diuinæ. Iſa. 28. c. *Quem docebit ſci & quem intelligere faciat auditum, ablactatos à lacte, a vberibus.* Ideſt, à carnalibus voluptatibus.

6 *Ecce ego intromittam.* Ideſt, gratię augmentum.

† *Et dabo ſuper.* Ideſt, fortitudinem conſtantię.

† *Et ſuccreſcere fa.* Ideſt, teneritudinem miſericor

† *Et ſuper &c.* Conuerſationis honeſtę.

a ¶Pro pulchritudine, vt.ſ. nudarum carnium operiat fœditatem. b ¶Tunc. c ¶In eo.
extendam in vobis cutem,et dabo vobis ſpiritū, et viuetis: † †
¶Poſt hæc.
et ſcietis quia ego dn̄s. Et prophetaui ſicut præceperat mi 1
a hi.Factus eſt autem ſonitus prophetante me,et ecce com-
motio. Et acceſſerūt oſſa ad oſſa,vnumquodq; ad iunctu-
ram ſuam.Et vidi,et ecce ſuper ea nerui,et carnes aſcende-
a ¶Iacebant tantum humana corpora ſpiritum non habentia
b runt,et extenta eſt in eis cutis deſuper, et ſpiritum nō habe †
bāt. Et dixit ad me. Vaticinare ad ſpiritū,vaticinare fili ho-
¶Scilicet plagis mundi.
c minis,et dices ad ſpiritū. Hæc dicit dn̄s Deus: A quatuor 2
d ventis veni ſpiritus, et inſuffla ſuper interfectos iſtos, et re-
uiuiſcant.Et prophetaui ſicut præceperat mihi. Et ingreſ-
a ¶Sic. b ¶Vade,Emitte ſpiritum tuum,& creabuntur,& renouabis faciem terræ.
ſus eſt in ea ſpiritus, et vixerunt: ſteteruntq; ſuper pedes
a ¶Congregatio mortuorum
e ſuos,exercitus grandis nimis valde.Et dixit ad me.Fili ho- 3
minis, oſſa hæc vniuerſa domus Iſrael eſt. Ipſi dicunt.Arue- 4
runt oſſa noſtra,et perijt ſpes noſtra,et abſciſi ſumus. Pro- 5 6
¶Quaſi compulſus ab his qui hoc dicunt. a ¶Tertio 7
f pterea vaticinare,et dices ad eos. Hæc dicit dn̄s Deus. Ecce 8
g ego aperiam tumulos veſtros,et educam vos de ſepulchris 9
a ¶Non in toto orbe reſurgant,ſed terram Iſrael illam dicunt de qua dicitur,Beati mites, quoniam 10
ipſi poſſidebunt terram Et iterum,Placebo domino in regione viuorum. 11
veſtris populus meus, et inducam vos in terram veſtram
a ¶Tunc. ¶Educti de tumulis.
Iſrael, et ſcietis, quia ego dn̄s cū aperuero ſepulchra veſtra 12
et eduxero vos de tumulis ueſtris,populus meus, et dede-
ro ſpiritū meū in uobis,et uixeritis,et quieſcere uos faciam
a ¶Per hæc omnia. b ¶Qui promiſſa opere compleo
ſuper humum ueſtrū et ſcietis quia ego dominus loquutus

a *Et prophetaui ſicut præceperat,&c.* ✻ Theodo Miniſtro pr heta ac veluti quodā reſurrectionis in viſione vſus eſt iſtrumento,& linguæ verbò illis inanibus,& prorſus m tuis oſſibus, præcipit vt carnes producant, & neruo &c.Et fuerunt hæc non ſolum reuocationis in priſtinu ſtatum Iudeo ru , ſed etiam reſur ctionis omnium figura. *Canet.n. tub & mortui reſurgen incorrupti.* Pro ph diuino inſer uie e præcepto, opu ſt ſubſequutū Co motio Dei ad uer m declarabat: vox verò angelorū diu æ volūtati mi niſt tium munus.

b *Et ſpiritum non habeb.* Sicut Adæ cor pus rius effectum fui deinde in ipsū ani a inſpirata, ita hic uoq; vtraque cor enere ad propria compagem.

c *quatuor ventis,* &c.: Ambroſius. Vt ic cum ſpiri tum uum dixerit, nu uid alium præ ter piritum ſanctū n ipauit? Neque eni facilem ſpiritum ſuum diceret, nec ic ſpiritus a qua ior mūdi poſſet nire cardinibus quia vētorum flat quem videmu partis non vniuer atis eſt.

d *Et inſuffla ſuper interf.&c.* Vt quō in prima conditione hor nis inſufflauit Deus in faciem eius,& factus eſt homo in animam viuentem: ſic & ſecunda conditio,ideſt, D reſurrectio mortuorum inſufflante ſpiritu viuificetur.

e *Fili hominis*. Videtur facere quæſtionem cum non de generali, ſed de reſurrectione domus Iſrael hæc dicantur quæ dicit. *Aruerunt oſſa.n.&c.* Quid.n. neceſſe fuit, ſpecialiter dici? Sed qui de generali reſurrectione hoc capitulū legunt, hoc ad ſanctorum referunt reſurrectionē,de qua. *Beatus qui habet partē in reſurrectione prima ſuper eum ſecūda mors non habet poteſtatem:* Apoc.20.b. quia alia ſanctorū, alia peccatorum, vnde,& in Pſal. *Nō reſurgēt ĩpij in iu.&c.* Pſal.1.b.

f *Ecce ego ape.* Hic quoq; quæritur. Si aperiuntur tumuli, quō erunt oſſa ſuper faciē campi, & ſicca vehementer?

g *Et educam vos de ſepulchris veſtris popu.* E Secundum illud. *Venit hora, quando qui in monumētis ſunt audiēt vocem filij Dei,& exibunt qui bona egerunt in reſurrectionem vitæ.* Io.5.e. Et alibi. *Qui audierint viuent.* Io.5.d.

✻ Theo.Si id quod vobis multo difficilius videtur,admodum facile a me fieri poſſe oſtendi ſanè perſpicuum eſt, hoc item me facillimè ac nullo negotio facturum, qui vos è captiuitatis vinculis veluti è quibuſdam ſepulchris eductos in propriam patriam reducā. F

☞ *Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Factus eſt autem ſonitus. *Quia ex commotione oſſium ad ſuas iuncturas appropinquantium videbatur imaginariè ſonitus procedere. Cætera patent ex dictis vſque ibi.*

2 A quatuor.i. *a quatuor mundi plagis,vnde flant venti principales, non quia habeant virtutem viuificandi,ſed quia flantibus illis videbatur imaginariè a Deo dari eis ſpiritus vitæ.*

3 Et dixit. *Hic conſequenter ponitur huius viſionis intellectio,& dicunt aliqui, q̄ viſio iſta intelligenda eſt de reſurrectione generali tempore iuditij,ſed ſaluo meliori iuditio non videtur hoc mihi quia ſtatim exponendo dicitur.*

4 Oſſa hæc. *Reſurrectio autem generalis non ſolùm erit filiorū Iſrael ſed omnium generaliter:Item quia ſubditur.Ipſi dicunt.* Aruerunt oſſa noſtra,& perijt ſpes noſtra. *Si autem intelligeretur de reſurrectione generali iſtud dictum ita ſe extenderet ad prius defunctos ſicut ad viuentes,& futuros, iuſti autem defuncti a principio mundi vſque ad tempus Ezechielis, & vſque ad reſurrectionem Chriſti habebant certam ſpem reſurgendi in parte electorum : impij etiam exiſtentes in inferno ſciunt ſe eſſe reſurrecturos ad augmentū ſuæ pęnæ,quia tunc punientur in anima,& corpore,& ideò videtur q̄ hæc viſio intelligenda ſit ad literam de liberatione populi Iſrael a Babylonica ſeruitute quæ eſt mors ciuilis: & ideò talis liberatio conuenienter dicitur viuificatio, & loca in quibus detinebantur ſerui eorum ſepulchra,& tumuli. Sic igitur exponenda eſt hæc litera.*

5 Ipſi dicunt. *ſ. Iudæi captiuitate detenti.*

6 Aruerunt. *i. virtus noſtra defecit quæ per oſſa deſignantur,in quibus conſiſtit robur corporis.*

7 Et pe.ſpes *Redeundi in Iudæam.*

8 Et abſciſi ſumus. *A terra natiuitatis noſtræ.*

9 Propterea. *Ad auferendum ab eis hanc deſperationem.*

10 Ecce ego. *i. loca in quibus eſtis ſerui,& carceres in quibus aliqui erant ligati.*

11 Et educam vos. *Per licentiam regis Cyri,qui dedit populo licentiam redeundi.1.Eſdræ.1.*

12 Et deſpi. *i. conſtantiam redeundi in Iudæam,& propoſitum meliorandi vitam veſtram.*

✻ Et

## MORALITER.

†† *Et dabo vobis ſpiritum.* Repetitio eſt eius quod dictum eſt ad maiorem aſſertionem.

† *Et ſcietis quia ego domi.* Per meæ bonitatis experientiam ſequitur.

† *Et ſpiritum non habebant.* ſ.ex ſe:propter quod conſequenter oſtenditur,cum dicitur.

2 *A quatuor ventis veni ſpiri.* Ideſt, a quatuor orbis partibus per quas ſignificantur quatuor Chriſti myſteria per quæ venit in bonis hominibus Spiritusſanctus, ſcilicet eius natiuitas,quæ dicitur oriens,& eius paſſio quæ dicitur occidens,& eius aſcenſio quæ eſt auſter propter lucis, & caloris augmentum,& eius aduentus ad iudicium qui dici poteſt Aquilo,eò quòd ex conſideratione ipſius peruenit timoris ſpiritus.

a *Et tu fili hominis,&c.* ✻ Theo. Regnante Roboam di
A uiſæ fuere tribus, & decem in Samaria regem ſibi conſti tuerunt: tribus verò Iuda & ſuæ & Beniamin tribui imperauit. Verum,poſt reditũ ſub vno omnes imperio degere:idcircò Prophetæ Deus vt duas virgas caperet,præcepit,& alteram inſcriberet Ephraim, alterã Iuda, deinde virgas ſimul coniungeret, vt in poſterum finita diuiſione,futuraq; vnitate: tum prophetæ præcipit, vt percontanti populo interpretationem apertè renunciet.

b *Sume tibi lignum vnum, &c.* Decẽ tribus, quæ dicuntur Iſraei, vſque hodie montibus, & vrbibus Mœdorum ſeruiunt captiuæ, duæ autem quę Iudas di-
Hieronym.
B cuntur, a Chaldæis captiuitatę,poſt.70. annos, & in terram ſuam redire.dñs autem hic pollicetur, ꝙ ſuo imperio ſubijciat vtroſque.

Hiero. Quòd abiecerit dñs tribum Ephraim,& elegerit tribũ Iuda, David dicit ſic. *Et repu'it tabernaculum Ioſeph, & tribum Ephraim non elegit, ſed elegit tribum Iuda* de qua dicitur. *Non deficiet ſceptrum de Iuda,&c.* In aduentu autem Saluatoris duæ virgæ.& ſecundùm Hebraicum duo ſigna in vnum imperij ſceptrum iuncta ſunt, & in baptiſmo Chriſti dudum ſeparata ſociantur in vnũ nouum hominem,& in vnam gentem,ne polluantur vltra in idolis,& abominationibus:ſed lauacro mundi ſint populus Dei, & imperet eis Chriſtus, & habitent ſuper terram viuentium quam dedit ſeruo ſuo Iacob, qui populum Iſrael in matris vtero ſupplantauit. Sin autem voluerimus iuxta prophetiã Hoſeę ( quæ penè omnis ad decem tribus dirigitur.i.ad Ioſeph,& Ephraim,& Samariã, & Iſrael) intelligere falſi nominis ſciẽtiam, & diuerſas turmas hæreticorum hoc dicimus quod in vltimo tẽpore quando ſubintrauerit plenitudo Gentiũ, & omnis Iſrael

Pſal.77.g.
Gen.49.b.
C
11.d.

ſum & feci, ait dominus Deus. Et factus eſt ſermo domini 1
ad me,dicens. Et tu fili hominis ſume tibi lignũ vnum, & 2
a ¶ Numen. ¶ Duarum tribuum. b ¶ Id eſt. c ¶ Nomen. d ¶ Cum. e ¶ Duo enim regna fuerunt diu ſibi contraria.
ſcribe ſuper illud Iudę et filiorũ Iſrael † & ſocijs eius. Et tol- 3 4
a ¶ Propheta iubetur hoc facere in typo domini, qui dicit. In manibus prophetarum aſſimilatus ſum. b ¶ Qui & Ioſeph i. decem tribuum.
le lignum alterum,& ſcribe ſuper illud † Ioſeph lignum E-
a ¶ Vt non ſint duo ſed vnum, nec vocentur Iudas,& Iſrael,ſed vno nomine Iudæi, & non teneantur duabus manibus,ſed vna manu Saluatoris
phraim,& cũctæ domus Iſrael,ſociorumq́; eius. Et adiun- 5
ge illa,vnum ad alterum tibi in lignum vnum, & erunt in 6 7
vnionem manu tua. Cum aũt dixerint ad te fili populi tui †
¶ Nunquid non.
loquẽtes,nonne indicas nobis quid in his tibi velis? Loque 8
ris ad eos. Hæc dicit dominus Deus. Ecce ego aſſumam li-
¶ Decem tribuum. a ¶ De quo Ieroboam filius Nabath.
gnum Ioſeph quod eſt in manu Ephraim,& trib. Iſrael quę
a ¶ Duabus tribubus.
ſunt ei adiunctæ: & dabo eas pariter cum ligno Iuda,& fa-
a ¶ Metaplaſmus.
ciam eas in lignũ vnum,& erunt vnum in manu eius. Erũt
aũt ligna ſuper quæ ſcripſeris in manu tua in oculis eorũ,
¶ Expoſitio ſuperiorum.
c & dices ad eos Hæc dicit dñs Deus. Ecce ego aſſumam filios Iſrael de medio nationum ad quas abierunt,& congre
gabo eos vndiq;, & adducã eos ad humum ſuam. Et faciã
a ¶ Sub vnius regis imperio. b ¶ De quibus ſupra dictum eſt. c ¶ Chriſtus de quo Et regni eius non erit finis.
eos in Gentem vnam in terra, in montibus Iſrael: & rex v-
nus erit omnibus imperans, & non erunt vltrà duæ Gẽtes,

rael ſaluus fuerit, tunc dicemus quod aduerſarij Dei qui contra domum Iudæ, & confeſſionem ec pugnauerunt,tradant ſe eccleſiaſticæ fidei, & vniuc roribus relictis, & principibus mundi huius qui d tur;& patriarchis ſuis qui eos in baratrum demerſ

agnoſcent.

Hiero. Si Iudæi,& Chriſtiani Iudaizantes ad m norum regnum hæc referre voluerint;neceſſitate tur,vt ſuſpiciãt oẽs qui ſalui fuerint, inhabitaturo ra Iſrael,ad ædificandum Ieruſalẽ, extruendum t omnes legis ceremonias obſeruandas:& ſabbatu cunciſionis iniuriã,manducandum,& bibendum tiarũ abũdantiã pro ſumma beatitudine,& cunct æſtimandã,cũ Apoſt.dicat. *Eſca debetur ventri;& v Deus autem & hunc & hanc d.* Qũo aũt in Typo reſu nis ſuperior prophetæ ſermo reſtitutionem Iudai li demonſtrauit,non carnalem ſed ſpiritualẽ,ſic & ad carnis,ſed ad animæ pertinet felicitatem,& ad fidẽ qua mũdamur in baptiſmo, cuius regnũ ppe

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et factus eſt ſermo domini. *Hic conſequenter deſcribitur vnio populi diſperſi. Et diuiditur in duas partes, quia primò ſignum ſenſibile ponitur, ſecũdò exponitur ibi.* Cum autem dixerint. *Circa primum ſciendum, ꝙ prophetæ ad magis mouendum corda audientium, aliquando prophetabant non ſolum verbis: ſed etiam ſenſibilib. ſignis ſicut iuit Iſaias nudus, & diſcalciatus, Iſa.20.a. & Iere.* Portauit catenas lineas in collo ſuo. *Iere.27.a.* & eodem modo præcipitur hic Ezechieli, *cum dicitur.*

2 Sume tibi lignum vnum, & ſcribe ſuper illud Iudæ, *In Hebræo* ly Iudæ. *eſt datiui caſus.*

3 Et filiorum Iſrael ſocijs eius. *i. tribu Beniamin quæ in diuiſione regni adhæſit Roboam, ſicut & tribus Iuda, propter quod illud regnũ dicebatur duarum tribuum, tribus etiam Leuitica fuit illi adiuncta, iuncta, eò quod Ieroboam primus rex Iſrael cultor vitulorum ſacerdotes, & Leuitas domini eiecit de regno ſuo, & runt in regnum Iudæ.*

4 Et tolle li. *Quia primus rex Ieroboam fuit de tribu filij Ioſeph.*

5 Et cunctæ do.&c. *i. aliarum tribuum.*

6 Et adiunge illa vnum. *Contignatione, ita quod vid gnum vnum.*

7 Cum autem di. *Hic conſequenter ponitur expoſitio cum dicitur.*

8 Ecce ego aſſ. *Per hoc.n. deſignabatur futurum, quod Iſrael erat coniungendum regno Iudæ ſub vno rege Chriſto poteſt exponi ad literam de Zorobabel, ſeu quocumque alio Chriſtum, quia de ſemine Dauid non fuit aliquis rex vſque ideò ſubditur poſtea.*

## MORALITER.

† 1 *Et factum eſt ſer.do.ad me di. Et tu fili ho.ſu.&c.* Per Ezechielem cui dictum eſt ſuprà.3. d. Speculatorem dedi te domui Iſrael ſignificatur bonus prælatus ſtans igitur ſuper cuſtodiam domini, per duo ligna in ſua manu coniungenda, ſicut dicitur poſt.

† *Et erunt in vnio.* Significari poſſunt ſcientia,& bona vita quæ in prælato debent eſſe iuncta, nam ſcientia aut parum aut nihil reputatur.

Grego. Hom.38. *Cuius vita deſpicitur reſtat, vt eius tio contemnatur.* Vita verò ſine ſcientia de facili pot re ideò dicit Hiero. in Epiſtola ad Paulinum. San pe ruſticitas ſolum ſibi prodeſt. Et quantum æd vitæ merito eccleſiam Chriſti tantum nocet ſi de bus non reſiſtat: ſed vtrumque ſimul iunctum fructificat ipſi prælato,& populo ſibi ſubiecto.

¶Sed vnum ouile, & vnus paſtor. a ¶Q. Ab omnibus vitiis emundabo.
nec diuidentur amplius in duo regna, neque polluent vl-
trà in idolis ſuis, & abominationib. ſuis, & ſaluos eos faciã
a ¶Dum adhuc captiui.
de vniuerſis ſedib. ſuis, in quibus peccauerunt, & munda-
a ¶Mundati.
a bo eos: Et erunt mihi populus, & ego ero eis Deus, & ſeruus 1
a ¶Sed non tantum rex, ſed & paſtor. Magna indignatio, ſuperbum nomen imperii mitigat paſtoris nomine
meus Dauid rex ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium co- 2
a ¶Vniti in terra ſua. b ¶Corde.
rum. In iudicijs meis ambulabunt, & mandata mea custo 3
a ¶Opere b ¶Viuentium. c ¶Non aliam.
dient, & facient. Et habitabũt ſuper terram quam dedi ſer 4
uo meo Iacob, in qua habitauerũt patres † veſtri, & habita- 5 6
a ¶Non ſoli ſ. b ¶Q[...]i, & nati na[...] & qui na[...]centur ab illis.
bunt ſuper eam ipſi, & filij eorum, et filij filiorum eorũ vſ
¶Chriſtus.
que in ſempiternum: et Dauid ſeruus meus princeps eorũ 7
b ¶Non breui tempore. ¶Cum ſub tali rege fuerint.
in perpetuum. Et percutiam illis fœdus pacis, pactum ſem-
c a ¶In eccleſia, vt dicere poſſunt Statuit ſupra petram pe. me. b ¶Nu[...]ero fid[...] vel uirtutum.
piternũ erit eis. Et † fundabo eos, et multiplicabo, et dabo 8
a ¶Secundum Iudæos, templũ, quod ſub Zorobabel conſtructum eſt ſed illud Romano igne ſuccenſum eſt. Omnia ergo referenda ſunt ad eccleſiam, & ad tempora Saluatoris, quando tabernaculum eius poſitum eſt in eccleſia, vbi factus eſt Deus noſter, & nos populus eius
1 ſanctificationem meam in medio eorum in perpetuum,
et erit tabernaculum meum in eis, et ero eis Deus, et ipſi 9
a ¶Hic eſt profectus omnium. ¶In ſpiritu.
erũt mihi populus, et ſcient Gentes quia ego dominus ſan 10
a ¶Fidelium.
ctificator Iſrael, cum fuerit ſanctificatio mea in medio eo-
rum in perpetuum.

perat omnem ſen- D
ſum, de qua; *Pacem relinquo vobis, pacem* Io.14.d.
*meam do vobis*. Et ali
bi. *Factus eſt in pace lo cus eius.* Pſal.75.a.
c *Et fundabo eos.*
✣ Theodoretus. Atqui deſertum tẽplum, & ea quæ antiquitus ſancta erãt Quomodo igitur promiſit ſe poſiturum ſancta ſua in medio ipſorum in ſeculum? Habemus nos rerum ipſarũ teſtimonium. Neq; enim ſolum ſanctæ domus Dei ſed etiã diuina altaria omnibus hominibus, donata ſunt; neque ſolùm ijs qui ex Gentibus, verũ & ijs qui ex Iudæis credidere: & vnus idemque, & horum & illorum Deus nuncupatur. *Ipſe enim Dominus omniũ, Deus in omnes qui inuocant illum.* E

† eorum

† dabo eos vel ſic faciam eis quod.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Seruus meus. *Per quem intelligitur Meſſias ſiue Chriſtus, in lege & prophetis promiſſus, ſicut fuit declaratum diffuſius Iere. 30. & Oſee. 3. etiam ſecundum doctores Hebræorum.*

2 Paſtor vna. *ſ. Chriſtus, ſecundùm quod dicitur Io. 10. c.* Et fiet vnũ ouile & vnus paſtor. *Et ſciendum quod per regnum Iſrael non ſolùm hic intelliguntur decem tribus, ſed etiam omnes vocati ad fidem de Gentilibus qui colebant idola ante ſuſceptionem fidei ſicut, & regnum Iſrael coluit a principio regni ſub Ieroboam, vt habetur 4. Reg. 2. Vnde & conuerſi de Gentibus nomen Iſrael aſſequuntur, ſecundum quod dicitur Iſa. 44.*

3 In iu. *Seruando legem Euangelicam.*

4 Et fa. *ſ. viuentium.*

5 Quam dedi. *i. daturum promiſi Iudæa. n. non fuit terra principaliter promiſſa Abraham, Iſaac, & Iacob, quia præmium a Deo datum principaliter non eſt minus bonum, quam meritum, ſed maius. Opera autem virtutum propter quæ facta fuit promiſſio patrib. ſunt maiora bona quam quæcunq; materialis terra, & ideo in promiſſione materialis terræ intelligebatur principaliter promiſſio terræ viuentium, vt dictum fuit Gen. 15. magis diffusè: & ſic intellexerunt patriarchæ, ſecundum quod declarat Apoſtolus Heb. 11. d. dicens.* Nunc autem meliorem appetunt. *ſ. patriam, & ſubditur, i. cæleſtem.*

6 In qua. *Mente per fidem eo modo loquendi quo dicitur Phil. 3. d.* Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt, *& habitatio corporalis ipſorum in materiali terra erat huius habitationis figura. Vel poteſt dici.* In qua habi. *i. habitabunt, loquendo de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ. Et tali modo loquẽdi vtuntur frequenter prophetæ, vt ſupra viſum eſt in multis locis ideò ſubditur.* F

7 Et Dauid. *Quod non poteſt intelligi de perſona Dauid, nec de aliquo ſemine eius, niſi de Chriſto cuius regnum eſt æternum.*

8 Et percutiam. *Quod hic inchoatur in obſeruantia legis Euangelicæ, quæ eſt lex amoris, & perficitur patria, vbi pax, & amor conſummatur.*

8 Et dabo. *i. faciam eos ſanctos.*

9 Et erit taber. *i. habitabo cum in eis præſenti in terra per gratiam, & in cœlo per gloriam.*

10 Et ſcient. *i. cuiuslibet fidelis, qui nomine Iſrael nominatur, vt ſupra dictum eſt.*

✣ CAP.

ADDITIO.

In cap. 37. vbi dicitur in Poſtil. Et dixit. Hic ponitur huius viſionis intellectio.

*Quod hæc viſio Ezechielis exponatur de liberatione populi a Babylonica captiuitate, videtur inconſonum literæ. Tum quia licet ſeruitus ſit mors ciuilis, non tamen loca, vbi ſerui ſunt dicuntur ſepulchra, tantùm ꝙ cum liberantur ſerui dicantur tumulia periri, & huiuſmodi, quæ in litera de hoc dicũtur. Tum quia licet fuerunt liberati de ſeruitute Babylonica, remanſerunt tamen ſub ſeruitute Perſarum, & Medorum, vnde poſt redemptionem a Babylonica captiuitate. 1. Eſd. 9. c. legitur Eſdras dixiſſe.* Serui ſumus & in ſeruitute noſtra non derelinquit nos Deus noſter, etiam inclinabit ſuper nos miſericordiam, *& ſic adhuc remanebant mortui ciuiliter. Tum quia quod dicitur hic.* Et dabo ſuper vos neruos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, & extendam in vobis cutem, *non videtur pertinere ad eductos ad libertatem, vnde manifeſtum videtur, ꝙ hæc viſio pertinet ad reſurrectionem generaliter, in qua omnia prædicta requirũtur, prout litera planè ſonat ſecundum ſuam primariam ſignificationem: a qua nũquam eſt recedendum ſecundum ſenſum literalem, niſi neceſſitas cogat. Si autem dicatur, neceſſe eſt, vt non intelligatur de reſurrectione generali propter obiectiones allegatas per Poſtillatorem quarum prima eſt ex hoc quod dicitur.* Oſſa hæc vniuerſa domus Iſrael eſt, *cùm tamen reſurrectio prædicta non ſolùm ſit filiorum Iſrael: ſed generaliter. Secũda eſt de hoc quod dicitur.* Aruerunt oſſa noſtra, & perijt ſpes noſtra. *prout in Poſtilla. Ad primum dicendum, quod licet reſurrectio generalis ſit omnium generaliter, tam iuſtorũ quam reproborum: quia tamen reprobi ad maius ſupplicium reſurgunt, non dicuntur propriè reſurgere. Vnde Pſal. 1. b.* Ideò non reſurgunt in iuditio. *Prout Poſtillator ibidem expoſuit, & ideo propheta nõ fecit, mentionem hic de filijs Iſrael ſub quorum nomine omnes iuſti intelligũtur, prout in multis alijs locis. Ad ſecundum ſciendum, ꝙ hoc quod dicitur.* Aruerunt oſſa noſtra, &c. *intelligitur de iuſtis defunctis, quia licet habuerunt certam ſpem reſurrectionis, quia tamen.* Spes quæ defertur affligit animam, *vt Pro. 13. b. ideo propheta dicit eos ſic loquentes quaſi ſecundùm curſum hominum communem hoc dicere potuiſſent.*

*REPL. In c. 37. vbi Poſt. motus duab. rationib. exponit viſionem huius ca. ad literam de liberatione a captiuitate Babylonica, q̃ quidam exponunt de reſurrectione generali futura, fortaſſis bene ſecũdũ allegoriam, huic Burg. valde contrarius perſequitur ſecũdam expoſitionem motus debilib. rationib. Prima quia dicunt hic liberati,*

*à ſepulchris,quod non videtur habere locum in illa captiuitate. Sed*
A *reſpondetur, ꝙ ſicut ſeruitus eſt mors ciuil s.ita loca talium ſeruorum, præſertim carceres meritò dicuntur ſepulchra ad inſtar quo a philoſophis otium dicitur viui hominis ſepultura, Secundò Bur. mouetur, ꝙ licet fuerunt liberati a ſeruitute Babylonica, remanſerunt tamen ſub Perſarum, Mædorum, Græcorum, & Romanorum ſeruitute. Ad ꝙ dico quod quamuis remanſerunt tributarij, non tamen captiui. Aliud.n.eſt ſeruire ſub tributo, & captiuitate. Seruiens.n.ſub tributo eſt totaliter ſui iuris, non autem captiuus. Et propter defectum hunc, captiui dicuntur ciuiliter mortui, & ſepulti. Nec Bur. bene reſpondet ad motiua Poſtil. Cùm enim Poſtil. primò mouetur ex eo quia ex litera non innuitur niſi de domo Iſrael. Ideo inconuenienter dicitur de domo Iſrael quod eſt, omnibus hominibus generalis.ſ. reſurrectio mortuorum. Ad hoc reſpondet Bur. quòd per domum Iſrael intelliguntur electi qui ſolum propriè reſurgent, iuxta illud Pſal.1.b.* Non reſurgent impij in iu. *Et dicit Poſtillatorem ſic circa autoritatem allegatam ſentire. Sed vtrumq; falſum eſt, primũ, quia abſolutum articulum fidei omnis carnis communẽ appropriat vni plus quam alteri, nam omnes ſecundum Apoſtolum propriè reſurgemus. Nec huic obſtat illud Pſal. allegatum: quia hoc allegatum non dicit reſurrectionem impiorum teneri ſecundum quid, & non propriè quemadmodum gloſat Bur. Quòd patet ex eo quia dici... ditio.ſ.ſeſſuri iudicantes quemadmodum in hac vita, in cath... ſtilentiæ ſedere conſueuerunt. Et patet etiam ex eo ꝙ ſequit...* que peccatores in conſilio iuſtorum. *Quòd patet te... re ſecundum quid, non propriè quia argumentum tales p... non reſurgent in conſilio iuſtorum: igitur non reſurgent. Te... cundum quid ad ſimpliciter. Etiam falſum eſt, quid Poſtilla... ponit quia Poſtil. gloſat locum Pſal. allegatum, ꝙ non reſu... iuſti ad ſuam exaltationem: ex quo etiam non ſequitur prop... lum ſecundum quid. Igitur iniuſti non reſurgent. Secundo P... uetur, quia dicitur.* Spes noſtra perijt. *quia de iuſtis max... non habet, tamen ipſi omnes habuerunt ab initio ſpem certa... beatitudinis. Ad quod dicit Bur. quod quamuis habueru...* ſpes tamen quę differtur affligit animam iuſtorum *13.b.ſed hoc non ſoluit, quia non ſequitur, ſpes differtur igitu... praua.n.eſt expoſitio. Nec verum eſt, dilationem reſurrecti... rum eſſe afflictiuam, quia afflictio non ſtat cum perfecta bea... vt patet.12.b.ſuper Gen. ad literam: quamuis enim aliquo... rata retardatur, vt ibi dicitur, non tamen affligit.*

B

## CAP. XXXVIII.

a E *T factus eſt.* Hic ſciendum eſt quod hic vltimus ſermo ad Ezechielem fit. Neque .n.poſt hunc ſimile aliquid poſſumus inuenire, præter illud quod in 25. anno ſcriptũ eſt transmigrationis Iechoniæ, *Facta eſt ſuper me manus domini & adduxit me illuc*.i.in terram Iſrael, quando ædificatio templi deſcribitur, & ceremoniarum eius ordo narratur.

b *Pone faciem.* Multa conſideratione vel obfirmatione vultus opus eſt, vt quæ dicuntur, reuelata facie poſſimus agnoſcere.

c *Contra Gog, & Magog.* Hieronymus. Gog, & Magog, contrariæ ſunt Gentes, & inimicæ ſanctorum, quæ egrediuntur ab angulis terræ, rectam .ſ. lineam relinquentes. Hæc caput ſuperbientis amentiæ, & omnium malorum. 1.Io.5.d. Iuxta illud. *Mundus in maligno poſitus eſt.*

C Hieronymus Gog, & rectum: Magog. de tecto. Tectũ hæreticorum principes. De tecto qui illorum ſuſcipiunt doctrinas. ...chrè poſt myſticas in lumine pro... extremam Magog, & ... git. Si.n.ten... dicij eſt ſec... Petrum: *vt i... domo D i:* &. ... lem qui ait; *meis incipite, & nouiſſimus inimicus deſtruetur mors.* ... quoque primus ſermo fit contra Iudæam in q... feſſio domini eſt, & extremus contra quadrupe... in deſerto ſunt, rectè & hic nouiſſimus ſermo fit ... Gog, & Magog, qui pugnant contra ciuitatem D... eccleſiam de qua. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem... Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.* Et. *Ieruſ... ædificatur vt ciuitas.*

Magog de tecto. Omnis ſuperbia, & falſi nomi... tia quæ erigit ſe contra noticiam veritatis his n... demonſtratur. De talibus tectis Iſaias ait. *In viſio... vallem Sion aſcendiſti in tecta.*

## CAP. XXXVIII.

a ET factus eſt ſermo domini ad me dicens. Filiho- 1
b minis pone faciem tuam contra Gog, & terram 2
c Magog, principem capitis Moſoch, & Thubal: & vatici- 3
nare de eo, & dices ad eum. Hæc dicit dominus Deus:

a ¶Alij obfirma. a ¶Græcè doma. Latinè tectum. ¶Amentia ¶Tota vel omnia.

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXXVIII.

* Gog, & Magog. ET fa. *Poſtquam prophetauit proſpera, & aduerſa de Iudæis, hic conuertitur ad prophetandum de extraneis.ſ. cõtra Gog, & Magog. Circa quod ſciendum, quod Hebræi dicunt quod ſunt Gentes quæ venturæ ſunt ad pugnandum contra Ieruſalem, & debellabuntur per regem Meſſiam quem expectant adhuc venturum. Sed hoc dictum eſt erroneum, quia aduentus Chriſti tranſiit in præteritum. Ideò aliqui doctores noſtri dicunt, quod Gog, & Magog non eſt aliqua gens determinata, ſed generaliter ſignificat perſequutores eccleſiæ. Sed hæc expoſitio videtur nimis myſtica: propter quod ſaluo meliori iudicio, videtur mihi per Gog intelligi Antichriſtus. Dicitur.n. Gog a Gag quod ſignificat tectum in Heb. quia licet Antichriſtus ſit futurus homo, inhabitabitur tamen totaliter a diabolo,* Antichriſtus. *& ſic erit quaſi eius tegumentum ſub ſpecie humana. Magog autem ſignificat de tecto, per ꝙ intelliguntur adhærentes Antichriſto tanquam de eius familia ſeu populo. Huic autem expoſitioni concordat quod dicitur Apoc. 20.c.* Soluetur Sat... carcere ſuo, & exibit ſeducere Gentes ſuper quat... gulos terræ Gog, & Magog, &c. *Quod exponitur de p... tione Antichriſti, quem diabolus primò ſeducet, & poſte... adhærendum ſibi. Huic etiam dicto conſonat dictum apoſt... ratur ad ſecundum aduentum Chriſti. 2. Theſſ. 2.b.* Quem ... nus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet ill... ne aduentus ſui. *Similiter, & dictum aliorũ expoſitoru... tum tempore Antichriſti erit maxima perſequutio fideliu... cundum hanc ſententiam primò agitur de perſequutione ec... Antichriſto, & ſecundo de Antichriſti deſtructione cum ... ſuo, ibi.* Conuocabo. *Prima in duas, quia primo ponitur ... ſequutionis præparatio, ſecundo eius exequutio, ibi.* Poſt d... *primum dicitur.*

2 Pone faciem tuam. *i. diſpone te ad prophetandum ... tu Antichriſti, & eius deſtructione.*

3 Principem capitis Moſoch. *Quia iſti reges ſubijc... ſcilicet Cappadociæ, & Iberiæ.*

*MORALITER.*

† 1 *Et factum eſt. Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog, &c.* Capitulũ iſtud literaliter expoſui de perſequutione Antichriſti futura. Dicitur autem. 1. Io. 4 a *Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt, & hic Antichriſtus.* Inter alios autem hæreticos Arrius videtur magis ipſum ſoluiſſe negans eius deitatem, aſſerens Verbum eſſe creaturam. Similiter ſoluit humanitatem negans Chriſtum habere animam humanam, & aſſerens locum animæ, ipſum verbum tenere, ideò ſecundum ſententiam B Ioan. debet Antichriſtus nominari. Ipſe verò inter alios hæreticos ma... ſequutus eſt eccleſiã. Tũ quia plures, & fortiores ſectatores. Tum quia perſequutus eſt eccleſiam n... verbis ſed ẽt gladijs adhærentium ſibi, vt ſcribitur ... nica Hiero. Et Rufinus dicit. Eo tempore Mucius... partis epiſcopus poſt fugas ciuium, & exila, poſt c... tormenta flammaſq; quibus innumeros conde... ad monaſteria furoris ſui arma conuertit, vaſtat ... & bella quieſcentib. inducit, tria millia ſimul vel a... viros per totam eremum ſecreta, & ſolitaria habi...

† diſp

Aug. Gentes iſtæ quas appellat Gog & Magog, non ſunt accipiendæ tanquam ſint aliqui in aliqua parte terrarum barbari conſtituti, ſiue quos ſuſpicantur Getas & Maſſagetas, propter literas horum nominum primas, ſiue aliquos alios alienigenas, a Romano iure ſeiunctos. Toto namq; terrarum ſignificati ſunt iſti orbe, cum dictū eſt: *Et seducens gentes quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ Gog & Magog.*

Theod. Gog & Magog ſunt Scythicæ gentes. Maſoc autem Cappadoces eſſe aiunt, & Thobel, Iberos, Ros verò hebræorum lingua interpretata eſt caput.

a *Ecce ego ad te principem ca. etc.* Hier. Iudæi & nostri iudaizantes putant Magog & Gog Scythicas Gentes innumerabiles & immanes, quæ trans Caucasum montem & Mæotidam paludes, & propter Caspium mare ad Indiam vſque tendunt: & has post mille annorum regnum eſſe a diabolo commouēdas, vt veniant in terrā Iſrael, vt pugnent contra ſanctos Gē cum multis coniunctis. Primum Moſoch, quos Iosephus Cappadoces dicit, Deinde Tubal, quos idem Iberos, id eſt Hiſpanos. Hebræi Italos ſuſpicantur: habentes ſecum Perſas Aethiopes & Libyes. Gomer quoq; & Thogorma, quos Galathas & Phrigas dicūt. Sabæos quoque & Dedan & Carthaginenſes ſiue Tharſis: & hoc eſſe quod Ioannes ait. *Et cum finiti fuerint mille anni, ſoluetur Satanas & seducet Gentes in quatuor angulos terræ, Gog & Magog, &c.* Non intelligentes totum librum Ioannis, qui reuelationis tionis titulo prænotatur eſſe myſticum. Alij verò terrenum ſenſum relinquentes, & Iudaicas atque aniles fabulas (quæ noxiæ ſunt, & acquieſcentes ſibi detrahunt in profundum) nimium ad alta conſcendunt & multò peiores fingunt nenias, vt in cœleſti Ieruſalem diaboli & exercitus eius bella deſcribant, & ſub etymologijs Gētium ſingularum interpretentur ſpirituales nequitias in cœleſtibus.

D Nota contr aniles fabulas.

a Ecce ego ad te Gog, principem capitis Moſoch & Tubal Et †
b † circumagām te, & ponam † frenum in maxillis tuis & edu- 1
cam te & omnem exercitum tuum, equos & equites veſtitos 2 3
† loricis vniuerſos, multitudinē magnā, haſtam & clypeum
arripientiū & gladium. Perſæ, Æthiopes & Lybies cum eis,
omnes ſcutati & galeati. Gomer & vniuerſa agmina eius, do- 4
mus Thogorma latera aquilonis, & totū robur eius, popu-
lique multi tecum. Præpara & inſtrue te, & omnem multitu- 5
dinem tuam quæ coaceruata eſt ad te, & eſto eis in præce- 6
ptum. Poſt dies multos viſitaberis. In nouiſſimo annorum 7
c veniens ad terram quæ † reuerſa eſt a gladio, & congregata 8 9 10
eſt de populis multis ad montes Iſrael, qui fuerunt deſerti 11 12
iugiter. Hæc de populis educta eſt, & habitauerunt in 13
ea confidenter vniuerſi. Aſcendens autem quaſi tēpeſtas ve- 14
niēs, & quaſi nubes vt operias terram, tu & oīa agmina tua,
& populi multi tecum. Hæc dominus Deus: In die illa aſcen- 15

Interlinear: a ¶Principis. b ¶Amentiæ. c ¶Omnium. a ¶Intimum a ſententia tua ſluctuare te faciam. ¶In ſalutem. ¶Diſperſam. a ¶Qui imitantur armaturam Dei, & loricas iuſtitiæ habere ſe iactant. a ¶Qui ferant. b ¶Quo tegant. a ¶Contra eccleſiam. b ¶Gentes, ſcilicet, ſeuiſſimæ & inimicæ Iſrael, quacum contra populum Dei bella ſequuntur. a ¶Scilicet ab aquilone venientes, qui frigidiſſimus & nominatur ventus. ¶Magog. ¶Subiecti. ¶Ironiæ. ¶Subditorum tuorum. a ¶Præceptorem. a ¶Viſitabo in virga iniquitates eorum, &c. b ¶Vnde Ioannes: Nouiſſima hora eſt, &c. populus Gentium vndecima hora ducitur ad dolendam vineam. a ¶Expugnandam. ¶Sanctorum quæ affert fructus centenos & ſexagenos & tricenos. b ¶Vt in pace conſiſtat. c ¶Contempto errore Gentium. a ¶Patriarcha prophetas. b ¶Sine lege & preceptis Dei. Vnde poſtea dicitur: Plures filij deſertæ magis quam eius quæ habet virum. ¶Terra. ¶Alias habitabunt. a ¶Gog, diabolus princeps hæreticorum. b ¶Vt omnia tenebris & errore confundat: non enim habet imbrem temporaneum & ſerotinum. a ¶Verborum. b ¶Quantum in te eſt. c ¶Credentium. a ¶Temporibus nouiſſimis. b ¶Vnde. Si ſpiritus poteſtatem habens aſcendere ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. dominus autem aſcendit in corde iuſti, qui aſcenſiones diſpoſuit in corde ſuo.

† hamos.

b *In maxillis tuis, & educam te & oēm exercitū tuum, equos.*

* Theod. His docet nos diuinæ efficatiæ poteſtatem, & iſtiuſmodi nihil abſque diuina fieri voluntate, quæ vel propter bona res adminiſtrat, vel propter ante commiſſa peccata calamitates permittit accidere. *In chamo & freno maxillas eorum conſtringe*, vt indomitus equus & laſciuus, & corruens per præcipitia, freno domini teneatur. vſi: *Aſcendes ſuper equos tuos, & equitatio tua ſalus.* Tales equos & equites vidit Ioanes in cœlo. Hiero. Illud quoque breuiter notandum, quòd in Ezechiele Gog princeps terræ Magog dicitur. In Apoc. verò Gog & Magog nationes quæ egrediuntur de quatuor angulis terræ. Et quomodo a Iacob qui primus dictus eſt Iſrael, omnis populus. Heb. Iſrael vocatus eſt. Et ab Aram Syria, Meſraim Aegyptus quorum in Geneſi ſcripta ſunt nomina, ſic & a principe Gog omnes qui ei ſubditi ſunt Magog appellantur.

E Hieron. Pſal. 31. c. Aba. 3. d. Apoc. 6. a. Apoc. 20. c. Gene. 3 f. Ibidem. 10. F

c *Quæ reuerſa eſt a gladio, & congregata eſt de populis multis ad montes. Diſſipa Gentes quæ bella volunt.* Pſal. 67 g.

Deſerti

## NICOLAVS DE LYRA.

1 circumagam te. *Ideſt, diſcurrere permittam ad fidelium impugnationem.*
2 ponam frœnum in maxillis tuis, &c. *Quia Antichriſtus nil poterit facere, niſi quantum Deus permittet.*
3 veſtitos loricis. *i. armis ad ſuſtinendum, & etiam ad inuadendum, ideo ſequitur:* Haſtam & clypeum arripientium, &c.
4 Gomer & Thogorma. *Nomina ſunt populorum Antichriſto adhærentium.*
5 Præpara & inſtrue. *i. præparabis te ad vaſtationem eccleſiæ.*
6 eſto eis in præceptum. *Ideſt, multitudo tibi coaceruanda ſubiacet ad nutum.*
2 Et adduxit me. *Hic cōſequenter ponitur huius viſionis locus, qui eſt duplex. Vnus ſubiectiuè qui tangitur cum dicitur.* Et adduxit me illuc in viſionibus Dei. *Nō enim Ezechiel fuit eductus de Babylone corporaliter, ſed tantum in viſione prophetica quæ eſt in vidente ſubiectiuè, & ideo locus huius viſionis ſubiectiue fuit Babylonia, in qua fuit Ezechiel. Alius eſt locus obiectiuè, qui tangitur cum ſubditur.*

3 Adduxit me in terram Iſrael. *Quam imaginariè videbat propheta.*

4 Et dimiſit me ſuper montem excelſum nimis. *Sic imaginariè videbatur prophetæ.*

5 Super quem erat quaſi ædificium ciuitatis. *Et dicitur* quaſi, *quia non erat ædificium reale, ſed ſimilitudo repręſentans.*

6 Vergentis ad auſtrum, & introduxit me illuc. *Dicunt aūt expoſitores noſtri communiter, quod nomine ciuitatis & ædificij idē importatur, nā tēplum cuius ædificium infra deſcribitur, habet multas manſiones, ſicut ciuitas, & muri eius erant cum propugnaculis ad modum ciuitatis, mons tamen in quo erat ædificium templi, aliquantulū erat demiſſus in parte auſtrali magis quàm aquilonari, ideo dicitur.* Vergentis ad auſtrum. *Sed qd iſti dicunt de propugnaculis, non habetur, nā in tota deſcriptione templi ſequente nulla fit mentio de propugnaculis, tamen eſt ſatis probabile, quia propugnacula faciunt ad decorē & fortitudinē ædificiorum. Sed quod dicunt nomine ciuitatis & ædificij tēpli idē ſignificari, non videtur verū: nam in fine libri deſcribitur ciuitas ſeparatim à templo, & ideo*

*Hebræi dicunt & melius vt videtur, quod propheta duo v cet ciuitatem & templum, & quod templum erat in parte ri, ciuitas autem in parte auſtrali, & per ædificium ſigni plum, & nomine ciuitatis, ciuitatem vergentem ad auſtrum hoc reducuntur doctores noſtri prędicti in fine libri in de terræ tribubus Iſrael diuidendę, ſaltem aliqui, ſituantes te parte aquilonari illius terrę: & ciuitatem in parte auſtra videbitur plenius domino concedente.*

7 Et ecce vir. *Hic conſequenter ponitur viſionis fru conſiſtit in hoc quod angelus oſtendit Ezechieli deſcriptio menſuram eorū quæ ſequuntur, vt annunciaret filijs Iſrael vniuerſitas fidelium intelligitur, vt ſtudioſi per orationem citium ſtudij quærerent intellectum viſionis ſibi aperiri, ſi fuit Danielis, 12. b.* Tu autem Daniel claude ſerm ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum, pertra plurimi, & multiplex erit ſcientia. *Et ſic intellige de alijs viſionibus propheticis, quarum intellectus per pr non aperitur. Ponitur tamen aliquid vnde habetur aliqual dioſis ad intelligendum, ſicut dixi in Apocalypſi quantum ad librum illum, & in fine huius viſionis ſimiliter dicam ad iſta domino concedente. Dicit igitur.* Et ecce vir. *Ideſt in ſpecie viri.*

8 Cuius erat ſpecies quaſi ſpecies æris. *Ideſt, ſimilis Aes enim eſt durabile & ſonabile, & per durabilitatem immortalitatem ſpiritus angelici, & per ſonabilitatem pr nem eius ad reſonandum laudes diuinas, ſecundum illud I* Vbi eras cum me laudarent aſtra matutina, & iu oēs filii Dei, & ad reuelandum hominibus ſecre

*manu eius,&c.* Gregorius. ideſt, in poteſtate Chriſti, n opere fecit quæ docuit.

*alamus menſuræ.* Gregorius. ſcriptura ſcilicet ſancta, in omnem vitæ noſtræ actionem metimur.

*alamus menſuræ.* gratia prophetalis, de qua: *Lingua mea alamus ſcribæ velociter ſcribentis.* Et de loine dicitur: *Quid exiſtis in deſertum videre? calamum vento agitatum?* quem calamũ imitari cupiunt, qui ſi entes ſcribunt iniquitatem, quibus imprecatur Dauid: *Increpa feras calami.*

c *Stabat autem in porta.* Hieronymus. Quia per eum ad patrem ingredimur, ſi ne quo in ciuitatẽ intrare non poſſumus, vt dignos ſuſcipit, indignos excipit. In porta quoque iudicium eſt. vnde: *Oderunt arguentes in porta.* Et alibi: *Non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta.*

Gregorius. Qui ſtat in porta, parte foris, parte intus eſt partim videtur, partim abſconditur, & Chriſtus per humanitatem viſibilis per diuinitatem inuiſibilis.

d *m vir.* Hieronymus. Verus, ſcilicet architectus quem tur Paulus dicens: *Vt ſapiens architectus fundamentum* ad diſtinctionem ſcilicet illius, qui ſtultus eſt. Et in Zacharia paſtor inſipiens vocatur.

Gregorius. Vir, qui prophetiæ, quem in ædificium duxerat, in porta ſtans loquitur, facie interius, tergo exterius ſtetit, propheta verò faciem ad portam tenebat, inde verba loquentis audiebat. Oculi enim domini ſemper in ædificium ſuum aſpiciunt, & qui verba Dei audit, inceſſanter quando de hac vita exeat, debet oculis cordis ſemper intueri. vnde: *Cupio diſſolui & eſſe cùm Chriſto.*

e *Fili hominis, vide oculis tuis.* Gregorius. Q. Spiritualia ſpiritualiter aſpice, ſed carnalis infirmitatis tuæ memorare. Sæpe enim contingit, vt qui in contemplatione leuatur, eo amplius tentatione fatigetur.

f *Oculis tuis & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ &c.* ſpiritualibus. Huic ſimile. *Leuate oculos veſtros, &c.* Et: *Qui habet aures audiendi audiat.* videtur autẽ ædificatio ciuitatis, tatis, deſcriptio. Oſtendit nihil theorica, & ſcientia dulcius. vnde: *Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluntatem domini.* Et addit: *Domine dilexi decorem domus tuæ, &c.* D Pſal. 26. b

a ¶Linea qua omnia in ordine ponuntur. b ¶Quæ fecit docuit. c ¶Calamus menſuræ in manu eius. ¶Scriptores in occulti Dei iudicij diſpenſatione

a & funiculus lineus in manu eius, & calamus mẽſuræ in ma 1
b c nu eius. Stabat autẽ in porta, & loquutus eſt ad me idẽ vir: 2

a ¶Inſuper. nihil enim prodeſt vidiſſe & audiſſe niſi commendes memoriæ. ¶Primum. ¶Poſt. b ¶Conſidera.

d 3
e Fili hominis, vide oculis tuis, & aurib. tuis audi, et pone cor 4

a ¶Intentum facit autorem vt memoriter teneat. b ¶Greg. Q. Ideo adductus es, vt videas: ideo vides vt annuncies.

f tuũ in omnia quæ ego oſtendam tibi, quia vt oſtendantur

a ¶Vt qui per ſe videre non poſſunt per te diſcant. b ¶His ſcilicet qui mente Deum conſpiciunt: De quibus erat Nathanael, qui ſtudioſiſſimè quærebat Chriſtum, & audiuit: Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt.

g tibi adductus es huc. Annũciã omnia quæ tu vides domui

a ¶Hoc primum vidit. b ¶Secundum humanitatem intus enim diuinitas

h i Iſrael. Et ecce murus forinſecus in circuitu domus vndiq; 5

a ¶Non ſolus funiculus geometricus. ¶Qui eſt ſcilicet. l ¶In quibus actiua vita c ¶Qui rectius Græcè paleſtes, ideſt, ſexta pars cubiti. 6

k l m & in manu viri calamus menſuræ ſex cubitorũ & palmo. 7
n

g *Annuncia omnia, &c.* Gregorius. vnde alibi: *Qui audit dicat, veni.* Apoc. 22.

h *Et ecce murus.* Symmachus & Lxx. peribolus, qui ſcilicet ex omni parte domum, ideſt, templũ domini circumdabat.

Gregorius. Murus ipſe Saluator. vnde: *Saluator ponetur in ea murus & antemurale.* Prophetæ, ſcilicet qui priuſquam dominus appareret in carne, ad cõſtruendam fidem prophetando miſſi ſunt. Hom. 14. in Ezech. Iſa. 26. a E

i *Forinſecus.* Probat verus architectus viuos lapides, qui apti fundamento qui in medio muro, qui locis ſuperioribus, qui inferioribus, qui extra templum in circumitu periboli collocati.

k *In circumitu domus vndique.* Gregorius. hominum, ſcilicet & angelorum.

Gregorius. Hoc ædificium iuxta literam accipi nõ poteſt, quod prius dicitur menſurari calamo ſex cubitorũ, & palmo, poſt quatuordecim cubitis cuius portæ frõtes, ſexaginta cubitorum. Minus enim eſt quod continetur, maius quod continet.

l *In manu viri.* ſcilicet in poteſtate Chriſti, vel in opere fecit quæ docuit.

m *Calamus menſuræ.* Gregorius. ſcilicet ſcriptura ſancta. in qua omnem vitæ noſtræ actionem metimur. *Calamus.* Qui ſignificat notam eſſe conuerſationem noſtram, quæ in ſex diebus in quibus factus eſt mundus, & rationem operum ſingulorum, vt ſcilicet aliud ad opera pertineat, aliud ad mentem, vnde, & latitudo æqua eſt altitudini. quorum latitudo ad opera, altitudo ad animum, qui ad alta feſtinat. Vbi ſupra.

n *Palmo.* Greg. Qui iam de ſeptenario eſt, ſed cubitus nõ eſt. Actiuam enim opere perficimus, de contẽplatiua vix parum aliquid attingimus, etiam cũ cor tẽdimus. vnde: F

☞ *Nunc*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 funiculus lineus, &c. *In ædificijs enim rectè erigendis funiculus in cuius extremitate pendet plumbum deſeruit.*
2 calamus menſuræ. *i. aptus ad menſurandum, per iſta duo deſignatur ædificiorum ſequentium quantitas & rectitudo.*
3 Stabat autem in porta. *muri exterioris.*
4 Et loquutus eſt, &c. *& patet ex dictis ſententia vſque ibi.*
5 Et in manu viri. *ideſt angeli.*
6 Calamus menſuræ ſex cubitorum. *Hebræi dicunt: Sex vlnarum, ſed eſt eadem ſententia: nam vlna illa erat parua, habens quaſi longitudinem cubitalem, vt poſtea videbitur.*
7 Et palmo. *Dicunt autem expoſitores noſtri communiter, quòd palmus*






*Nunc cognoſco ex parte, tūc aūt cognoſcam, ſicut & cognitus ſum.*
A Et rectè prius ſex cubiti, poſt palmus ponitur, quia actiua præcedit, contemplatiua ſuccedit.

2.Cor.13.d
Vbi ſup.

a *Et menſus eſt latitudinem.* Greg. Omnipotēs Deus, qui nec in magnis tenditur, nec in minimis anguſtatur: Sic de tota eccleſia ſimul loquit̄, ac ſi de vna aīa loquat̄, & ecōuerſo, ſicut in hoc loco: & mēſus ē latitudinē ędificij. b *Latitudinem ædificij*, Greg. charitatem, ſcilicet, proximi. Latitudo enim ī æqualitate eſt. vnde: *Latum mandatū tuum nimis.* Et alibi: *Diligite inimicos veſtros.* Altitudo in ſublimitate tendit) ad cognitionem reſpicit contemplatoris.

Pſal.119.m

c *Calamo vno.* Gregorius. Quia antiqui patres qui r[edem]ptorē noſtrū, & prophetando & bene viuendo præ[cur]runt, tanquam ſex cu[bitos] in perfectione operis, [pal]mū in inchoatione co[ntem]plationis habuerunt.

Hieron. Sciendum o[m]ppè verba Hebraica, & [no]mina q̄ in Græca & L[atina] trāslatione ſūt poſita, [...] ve[...]

a ¶ Etiam altitudinem. Latitudo & altitudo vnius calami. idest ſex cubitorum & palmi.

b ¶ Vna menſura.

a b Et menſus eſt latitudinem ædificii calamo 1

a ¶ Vna menſura quia vnaquæque anima quantum dilatatur in amore proximi, tantum exaltatur in cognitione Dei.

c vno, altitudinem quoque calamo vno.

## NICOLAVS DE LYRA.

* palmus erat pars calami qua tenebat eum angelus, & reſiduo calami, quod continebat ſex cubitos ſiue vlnas menſurabat, & erant
B iſti cubiti ſex ſignati diſtinctè ſicut in vlnis quibus menſurantur panni, ſignantur diſtinctè medietates, & quartę, ideo angelus aliquādo menſurabat ſecundum partem calami, ſcilicet ſecundum vnum cubitū tantùm, vel duos vel tres. Hoc autem vltimum dictum de ſignatione cubitorum vel vlnarum in calamo ſatis apparet verum.

Primum autem ſcilicet, quòd non menſurabat ſecundum quantitatem palmi, non videtur verum, quia menſurantes pannos cum vlna breui vel longa, ita menſurant ſecundum quantitatem vlnę, quam tenent in manu ſicut ſecundum alias eius partes. Ideo ad intellectum huius partis ſciendum, quòd apud Hebræos pondera, & menſurę ſanctuarij maiores erant, quam in alijs rebus communibus, ſicut habetur manifeſtè in libris Exodi. Leuitic. Numer. & Deuteronomo. & ſimiliter erat de vlna, quæ maior erat in ſanctuario, qua menſurabantur telæ, ex quibus fiebant veſtes ſacerdotum, & Leuitarum, & cætera ſimili modo menſurabilia. Vlna enim communis continebat quinque palmos: vlna verò ſanctuarij ſex palmos. Et accipitur hic palmus non ſecundū quātitatē manus extenſæ, ſed clauſæ, ita ꝙ continet quantitatem quatuor digitorum ex tranſuerſo. Et vocatur hæc quantitas Gallicè tour. Hebraicè cophac. & ſic vlna vel cubitus ſanctuarij cōtinebat vnū palmū vltra communē. Quinq; vero palmi dicto modo accepti faciunt quaſi magnitudinem cubitalem, ideo dixi ꝙ vlna cōis Hebraica & cubitus ſunt quaſi eadē mēſura, & ſic patet, ꝙ vlna vel cubitus ſanctuarij continebat cubitum
C ſiue vlnam communem & palmū. & hoc probatur per illud quod dicitur, infrà 43. cap. Iſtæ autem menſuræ altaris in cubito veriſſimo, qui habebat cubitum & palmum. Veriſſimum cubitum ſiue vlnam veriſſimam vocat vlnam vel cubitum ſanctuarij, & habet vltra vlnam cōem vel cubitum vnum palmū prædicto modo acceptum. Eſt igitur ſenſus huius literæ: Et in manu viri calamus menſuræ ſex cubitorum, & palmo, i. ſex cubitorum communium, & palmo, ſcilicet addito cuilibet ſex cubitorū, tales enim ſunt cubiti ſanctuarij: vt dictū eſt ſecundū quod angelus menſurabat: & hoc clarius apparet in litera Hebraica, quæ talis eſt: Et in manu viri calamus menſuræ ſex vlnarū in vlna & palmo, ideſt, loquendo de vlnis quæ continent vlnam communem & palmum. ita quòd hoc & palmo, non refertur ad partem calami qua angelus calamum tenebat, ſed eſt determinatio quòd ſex cubiti debent intelligi de cubitis vel de vlnis ſanctuarij.

Diuiſio.

1 Et menſus eſt latitudinem ædificij calamo. Poſita præfatione hic conſequenter deſcribitur ipſa viſio, & diuiditur in tres partes. quia primò deſcribitur templum & ædificia ad ipſum pertinentia, ſecundò terra populo diuidenda. cap. 45. tertiò ciuitas ædificāda, vltimo cap. ibi: Et ibi egreſſus: Prima adhuc in duas: quia primò deſcribitur templum & pertinentia ad ipſum. ſecundò, leges miniſtrantium, cap. 44. ibi: Et adduxit me. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur deſcriptio templi, ſecundò altaris holocauſti: cap. 43. ibi: Iſtæ autem menſuræ altaris.

*Ad intellectū primę partis notādum, ꝙ totū templi ędificiū erat ſitū in ſpatio quadrato, cuius vnum latus erat directè ad orie[ntem] & oppoſitum latus ad occidentem, alia duo, vnū ad aquilonem, a[lterum] ad meridiē: & in hoc ſpatio erat triplex murus vnus exterior [se]cūdus medius, & tertius interior. & ſpatiū cōtentū inter murū [exteriorem] & interiorē dicitur atriū exterius, & ſpatiū contentū inter [murum] medium & exteriorem dicitur ab aliquibus vulgi locus. Hac ratione, quia Gentiles admittebantur ad locū iſtū ratione or[ationis] nam aliqui Gentiles ex deuotione ad templum veniebant ad [ador]andum illuc, vt habetur. 3. Reg. 8. & Ioan. 12. Sciendum tamen [quod] iſtud ſpatiū quadratum partim erat in ſummitate montis in [pl]ano, partim in mōtis pēdulo, vt magis videbitur infra & hæc gil[...] ſpatij, ſeu inæqualitas quantū ad latitudinem ſitus non pōt i[n plano] figurari, propter quod debet per imaginationem ſuppleri. A[d cla]rem autem dictorum & dicendorū intelligentiam poſita eſt [in præ]cedente pagina huius diſpoſitionis figura.*

*Sciendū tamen, quòd illa figura & hæ ſequentes non ſemp[er] ſunt protractæ precisè in illa proportione quæ dicitur hic, quia ho[c] diffi[c]ilè fieri, ſed ſupponatur ſic eſſe: Sicut ad intelligendum co[nclu]ſiones geometricas protrahuntur aliquæ figuræ, quæ non ſemp[er] ſunt factę in illa proportione quę a doctore dicitur, ſed ab ipſo & au[dientibus] ſic factæ ſupponuntur. Item qui vult intelligere ea [quę] dicuntur hic de ędificio Ezechielis, non negligat habere dictas [fig]uras & inſpicere. nam aliter parum aliquid in tali poſſet intellig[i] niſi cum tędio & capitis ſui fractione.*

*Prima pars diuiditur in duas partes, quia primò deſcribit[ur] pars anterior totius ędificij, ſecūdò poſterior. Et dicitur hic pars a[nte]rior, quę incipit à latere orientali muri exterioris, & protenditu[r] uſque ad murum occidentalem atrij interioris, ita ꝙ linea imagina[ria] protracta à finibus illius muri verſus aquilonem, & verſus a[uſtrum di]uidit partem anteriorem à poſteriore, quia poſterior eſt ve[rſus] occidentem. Secunda pars incipit in fine præſentis cap. ibi.* Et i[ntrodu]xit me. *Prima adhuc diuiditur in tres partes, quia primò [deſcribun]tur portę muri exterioris. ſecūdo portę medij, ibi:* Et venit [ad por]tam. *tertiò portę muri interioris, ibi:* Et introduxit me i[n atriū] interius. *Circa primum ſciendum ꝙ in orientali parte mu[ri exte]rioris in medio eius erat quędā apertura decē cubitorū latitu[dinis in] qua erat porta. Et ſimiliter in ſecūdo & tertio muro directè [reſpi]cientes. Quantū igitur ad primū murū dicitur.* Et mēſus e[ſt l]atitudinē ædificij calamo vno, altitudinē quoq; calam[o] vno, *& ſecundū Hebręos ędificiū hic vocatur murus exterior. cu[ius] ſpiſſitudo dicitur hic latitudo, & ſic eſt ęqualis altitudini. Sed h[oc] nō videtur conuenienter dictum, nam intentio prophetę eſt deſcr[ibe]re ędificium decenter diſpoſitum: non eſt autem decens diſpoſit[io] muri, cuius ſpiſſitudo eſt ęqualis altitudini: Et ideo melius videntur dicere expoſitores alij dicentes, ꝙ nomine ædificij hic intelligitur [æ]dam domuncula ſuper portam ædificata, cuius latitudo eſt vnius [c]alami ſecundū ſpiſſitudinē muri, iſta tamen menſura vnius calam[i] ac[ci]pienda eſt intra parietes domūculę, ſicut infra dicetur de thalam[is] & porticib. & ſimiliter altitudo. Longitudo aūt eius ſecundum la[ti]tudinē portę, ſcilicet decem cubitorum. Sed non fit hic mentio de [e]ius longitudine: quia tres portę prædictæ ſe reſpicientes ab omnibus [...]nūtur*

* eiu[ſ]dem

late eſſe corrupta & ſcriptorum uitio deprauata.
a *venit ad portam.* Gregorius. Ipſe uir ipſe, porta. Ipſe per ſe dum membra intrant per ipſum, & quiſquis ianuam aperit cœli.
b *portam quæ reſpiciebat, &c.* Noluit per alias intrare, cũ plurimæ.
c *gradus.* Hieronymus. Gradus, meritum. Nemo repente fit ſũmus. *gradus.* Plures. ſ. ſum ſiletur numerus, ut aſcenſionis pareat difficultas, quotcunque gradus tibi propoſuer, ſcias minus eſſe eo quod dubium relinquitur.
d *portæ.* Gregorius. ideſt, ſanctæ ſcripturæ, duo limina: interius allegoria, exterius litera De exteriori; ideſt, peruenimus ad interius, allegoriam, ſcilicet, utraq; ſuo modo ædificant.
e *Limen vnum.* Gregorius. Porta à limine ſurgit, ut porta ſit. Limen itaque portæ patres, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem. D
f *Et thalamum.* Corda eorum, ſcilicet, in quib. anima per amorem ſponſo inuiſibili iungitur.
g *Vno calamo in longum, &c.* Quantum.n. amat tantum proximum longanimitate tolerat: ſi deſinit tolerare deſinit amare.
h *Et inter thalamos quinque cubi.* Gregor. Sunt enim in huiuſmodi thalamis quidam qui adhuc ſubtilia nõ ualent penetrare, quamquam adhuc ſẽ ſib depreſſi. Hi non thalami, ſed ĩter thalamos, quia per eos qui Deum perfectè diligunt ad profectum mentis ducũtur. *Et inter thalamos quinque cubitos.* Quæ. ſ. exterius ſunt: nondũ. n. Chriſti ſecreta penetrauerunt nec dicere poſſunt: *Introduxit me rex in cubiculum ſuum.* Vnde alibi. *Omnis gloria filię regis intrinſecus.* Sed diſcipulis cum Chriſto domi commorantib. alij qui ☞ myſteria E

Vbi ſupra.
Can. 1. a
Pſal. 44. c

a ¶ Vir, ſcilicet, cuius nomen oriens, vt illuminet eos quos in prima parte veſtibuli reperit, uel in ipſo introitu portæ. Hæc eſt porta domini, iuſti intrabunt per eam.
b ¶ Scripturam, ſidem. c ¶ Ego ſum via, veritas & vita.
¶ In membris. d ¶ Nobis proficientibus.

a Et venit ad portã, quæ reſpiciebat viã orientalẽ, & aſcendit per 1 2
a ¶ Quia locus non erat æqualis, & ipſa ædes in excelſioribus
b ¶ Portæ c ¶ Ideſt, ſanctæ ſcripturæ. ¶ Ideſt.
¶ Vt ſcias omnia patere notitiæ Dei, limen in latitudine, dicitur vnius calami. Et de altitudine ſiletur & longi via enim eſt & introitus, & per eam ad interiora pergendum
b c gradus eius. Et mẽſus eſt limẽ portæ calamo vno latitudi- 3
a ¶ Eſt enim aliud. b ¶ Vel cubiculum.
d e nẽ† ideſt limẽ vnũ calamo vno in latitudine & thalamum 4 5
Vt interiora ſcibiorum plenam habeant menſuram calami. i. ſex cubita & palmum, dum opus rationique conueniunt
f g h vno calamo in lõgum, & calamo vno in latũ, & inter tha- 6 7

†poſtem portæ.
† & poſtem alterum.

## NICOLAVS DE LYRA.

*latitudinis: portæ autem muri medij & interioris deſcribũtur à decem cubitorum latitudinis, & per conſequẽs iſta. Item m Hebræos in muro exteriori deſcribitur vna porta tantum in latere orientali, & tamen in muro medio & interiori portas portas, ſ. in latere aquilonari, & ſimiliter in auſtrali, quę pro nihilo poni. niſi in muro exteriori ſint portę correſpondentes ad introeundum, propter quod alij videntur melius dicere, quod in latere muri exterioris aquilonari & auſtrali ſunt portæ conſimiles portæ orientali. Ad capiendum verò facilius dicta ſunt & dicenda, ponitur hic talis figura.*

Et venit ad portam. *Hic conſequenter deſcribuntur portæ muri medij. Et diuiditur in tres partes: quia primò deſcribitur porta orientalis. ſecũdò aquilonaris ibi:* Porta quoque. *tertiò auſtralis, ibi:* Et eduxit me. *Prima adhuc in duas, quia primò deſcribitur orientalis porta, ſecundò, quędã extra illam portam exiſtentia, ibi:* Et duxit me ad atrium. *Ad intellectum primæ partis conſiderandum, quòd hæc porta deſcribitur habere veſtibulũ, porticũ, frontes, thalamos, & gradus. Gradus aũt ſunt propter decliuitatem montis, & a loco vulgi erat aſcenſus ad portã iſtam per ſeptẽ gradus. Veſtibulum aũt eſt quoddam ſpatium ante aperturã muri medij. v. cubitorum in latum, ſ. ab oriente in occidentem, & xxv. in longum ab aquilone in auſtrum: Porticus aũt eſt ædificium ſitũ ſuper aperturam muri medij, & ex parte interiori ipſius muri tranſiens ultra murum edium per octo cubitos intra atrium exterius & a terra vſque ad ſummitatẽ huius porticus ſunt cubiti quinquaginta, & iuxta portas oſtij ſunt duæ turres, quarũ altitudo deſcribitur. lx. cubitorũ, ſicut in portis caſtrorum & notabilium ædificiorũ ſunt duæ turres, vna ex una parte oſtij, altera ex altera, & vocãtur frontes, quia ſunt ad decorẽ portę & ad eius defenſionẽ, ſicut fortalicia in extremitatibus terrarũ dicuntur frontariæ, & in ſummitatibus iſtarum turrium erant pomelli, & ſuper pomellos rami palmarũ celati, ſicut cõiter videmus in pomellis turriũ quod habent deſuper folia celata vel ramos arborum, & iſtæ tres erãt ædificatæ in ſpiſſitudine muri, tamen excedebant illã ſpiſſitudinẽ aliquantulũ ex vtraq; parte. Iuxta turres iſtas deſcribũtur ſex thalami pro portarijs, tres iuxta unã & tres iuxta aliã, qui in Hebræo vocantur appenditia, quia deſcribuntur adhærẽtes muro medio ab exteriori tamẽ parte eius, & oſtia thalamorũ deſcribuntur ad veſtibulũ portæ, ita quod oſtia thalamorũ ex una parte ſunt directè contra oſtia thalamorum exiſtentium in alia parte per modum hic figuratũ, prout poteſt in plano figurari, ſ. ſecundum ſitum fundamentorũ, & ante thalamos ex utraque parte oſtij deſcribitur quoddam ſedile latitudinis vnius cubiti, quod in textu vocatur margo. Item ſciẽdum, quod porta accipitur hic dupliciter. Vno modo largè pro apertura oſtij & ædificiorum in lateribus portæ & deſuper exiſtentium, ſicut dicimus cõiter, quod porta ciuitatis eſt bene turrita & deſuper bene ædificata. Alio modo ſtrictè pro ipſo oſtio, ſicut dicimus, quod porta ciuitatis eſt clauſa, quando oſtium eſt clauſum, & aperta quando eſt apertum. Item ſciendum, quod licet veſtibulum propriè ſit ante portã muri, & porticus poſt, tamen vtrũq; ſpatium anterius & poſterius aliquando veſtibulum, aliquando porticus nominatur. Item iſtæ tres portæ ſunt omnino ſimiles, & ideo quod in deſcriptione vnius omittitur, & in deſcriptione alterius exprimitur: intelligendum eſt eſſe in omnibus. Et idem dicendum de tribus portis tertij muri, exceptis illis in quibus differunt a portis muri medij, quæ inferius exprimentur. Hoc autem dico propter veſtibulum quinque cubitorum latitudinis, quod ſolum exprimitur in deſcriptione portę auſtralis tertij muri, quod ſimiliter intelligendum eſt eſſe in alijs. Ad magis intelligendum quæ dicta ſunt & dicẽda poſui hic præſentem figuram cuius prima pars repræſentat ſitum portæ, porticus & veſtibuli, frontium & thalamorum ſecundũ lineas fundamentales; tamen intelligendum, quod fundamenta frontiũ non incipiunt a terra ne impediant ſpatium inter thalamos, ſed quaſi per centum cubitos in altitudine muri, prout exprimitur in figuræ ſecunda parte. Secunda verò pars repræſentat altitudinẽ portæ, porticus & frontium ſecundum ſpatium a porta orientali. thalami uerò non poſſunt ſic conuenienter figurari ſecundũ altitudinem ſuam propter murum ſecundum cui iunguntur: ſed de facili poſſunt imaginari tanquam eleuati ſuper ſua fundamenta iuxta frontes. quanta tamen ſit eleuatio, nõ habetur ex textu. His præmiſſis reuertamur ad expoſitionem literę.* F

Et venit ad portam. *Hęc eſt porta ſecundi muri, ad quam venit de porta orientali primi muri ſiue exterioris.*

2 Et aſcendit. *Ex hoc patet quòd gradus iſti erant extra portã in loco vulgi: quia prius aſcendit dictos gradus, & poſtea occurrit ſibi limen portæ menſurandum. Si enim eſſent iſti gradus intra portam, vt dicit magiſter Richardus de ſancto Victore, vel in ſpiſſitudine muri portæ, vt dicunt aliqui, propheta dixiſſet, menſus eſt limen portæ, & aſcendit per gradus eius, quia limen prius occurriſſet mẽſuranti, quàm gradus aſcenſus.*

3 Et menſus eſt limen portæ. *ſecundum muri medij ſpiſſitudinem: tamen in Hebręo ſic habetur.* Et mẽſus eſt poſtem portæ, *& dicitur poſtis oſtij pars muri aſcendens ſurſum ſecundum latitudinem oſtij ex vna parte, cuius latitudo eſt ſecundum ſpiſſitudinem muri ſicut & liminis.*

4 Ideſt limen vnum. *Hic videtur litera corrupta per ſcriptores ponentes, ideſt, pro &: nam in Hebręo ſic habetur: Et poſtem vnum. nam oſtium quod dicitur hic porta, habet duos poſtes, dextrum & ſiniſtrum æqualis menſurę, & ſimiliter duplex limen, ſcilicet, inferius & ſuperius & eiuſdem menſuræ, propter quod non variatur menſura ſi dicatur limen ſecundum tranſlationem noſtram, vel poſtem ſecundum Hebræos.*

8 Et thalamum, *ideſt, quemlibet ſex thalamorum: quia frequẽter accipitur hic ſingulare pro plurali.*

6 Vno calamo. *Iſtud ſpatium quadratum intelligendum eſt intra parietes thalamorum, ita quod muri claudentes & diuidẽtes thalamos ſint extra menſuram iſtam: ideo ſubditur.*

7 Et inter thalamos quinq. cubitos. *Dicunt hic cõiter expoſitores: quod quilibet murorũ diuidentium inter thalamos habebat quinq; cubitos in ſpiſſitudine, cuius mẽſura hic ponitur: nã ſpiſſitudo muri diuidit ĩter thalamũ & thalamũ: ſed nõ eſt veriſimile, quod ſpiſſitudo muri diuidẽtis eſſet tãta, cũ ſpatiũ cuiuslibet thalami ſit tãtũ ſex cubitorũ in quadrũ, vt dictũ eſt: & ideo melius videtur quod per hoc quod dicitur hic:* Et inter thalamum, &c. *intelliguntur duo muri diuidẽtes tres thalamos ex vna parte, & ſpiſſitudo cuiuſ-*

mysteria eius audire non poſſunt, foras ad ſe ſermonem A Dei exire cupiunt. Ideoq; quinq; cubitorū in eis mēſura ponitur, vt ad quinque ſenſus omnia referre doceantur.

a *Et limen portæ, &c.* Gregorius. Limen exterius patres veteris teſtamenti, per quorum prædicationem opera perverſa punita ſunt. (Vbi ſup.)

Per limen interius, doctores noui teſtamēti accipim⁹, quorum prædicatione ab illicitis cogitationibus animus coercet. Illi extrinſecus fuerūt, quia Chriſtū in carne non viderunt, ſed à ſancta eccleſia diuiſi nō fuerūt, quia mēte, opere, prædicatione iſta fidei ſacramenta tenuerunt. Sicut enim B nos in præterita paſſione Chriſti, ita illi per fidem in eadem vētura ſunt ſaluati. Illi ergo foris nō extra myſterium, ſed extra tempus.

a¶ Superius thalamum poſuit, ſed multi faciunt vnum ſicut multæ eccleſiæ vnam.
b¶ Per limen portam quiſque ingreditur. Sunt autē duo limina, patres veteris & noui teſtamenti.
¶ Aliud. c¶ Alterius. d¶ De quo prius.
e¶ Chriſti, hanc Portam intrat qui credit.

a lāmos qnq; cubitos: & limēn portæ iuxta veſtibulū portæ 1

a¶ Quia aliud extrinſecus. b¶ Tertio. 2
c¶ Atria æternæ beatitudinis.
d¶ Quæ ad reſurrectionis & dominicæ diei pertinent ſacramentum

b intrinſecus, calamo vno. Et mēſus eſt veſtibulū portę octo 3

a¶ Præſentis vitæ meritum. 4
b¶ Dilectione Dei & proximi, propter vtrumque teſtamentum, vel literam & ſpiritum vel myſterium forcipis: quæ in iſaia carbo de altari comprehenditur, vnde labia prophetæ purgantur.
c¶ Per quod venimus ad templum Dei.

c cubitorū, & frontem eius duobus cubitis. Veſtibulum au- 5

a¶ Non extrinſecus. 6
b¶ Cubicula quæ poſt portam orientalem ædificata in veſtibulis reſpiciebant ad viam orientalē.
c¶ Corda feruentium in amore Dei, qui & in veteri & in nouo teſtamento amore Trinitatis accenſi ſunt. 7 8

d tem portæ erat intrinſecus. Porrò thalami portę ad viam 9

a¶ Ad ſeptentrionem ſcilicet, & meridiem reſpicientes ad orientalem viam 10

e orientalem, tres hinc, & tres inde: menſura vna trium, & 11

f a¶ Idem replicatur. 12
b¶ Veteris & noui teſtamenti.

g h menſura vna frontium ex vtraque parte. Et menſus eſt 13 14

†poſtibus.

Quia in ſacra ſcriptura & doctrina perfectæ operationis, & initium inuenitur ſupernę contemplationis: ſi porta prædicator accipitur. limen exterius eſt vita actiua interius contemplatiua: per illam enim ambulatur in fide, per hanc feſtinatur ad ſpem.

b *Veſtibulum portæ octo cubitorū, & frōtem eius duobus cubitis.* Gregor. Interius veſtibulum æternæ vitæ latitudo, quæ modo intra anguſtias vitæ præſentis iam per ſpem mēte conſpicitur. vnde: *Intrate portas eius in confeſſione, atria eius in hymnis confitemini illi.* Dum.n. peccata noſtra per lachrymas cōfitemur, anguſtæ vitæ portam ingredimur, ſed cū ad æternam vitam perducimur, portæ noſtræ atria intramus. vnde: *Intrate per anguſtam portam.* veſtibulū ergo cubitis menſuratur: ibi.n. omnes recipiendi ſunt qui ea quæ ſeptem diebus voluuntur ſic diſponunt, vt per hæc attingant ad regnū cœlorum: Dum.n. modo cautè agimus, ad diē iudicij q̄ octaua eſt, intenti properamus. vnde: *Da partes ſeptem necnon & octo.* Sed quia nemo ad illā peruenit, niſi qui dilectionē Dei & proximi deuotè tenuerit. Sequit: *Et frontem eius duobus cubitis.* Sicut enim per veſtibulum intrinſecus æterna requies, ſic per frontem portæ neceſſe C eſt qualitatem viſibilis vitæ ſignificari, cuius menſura eſt dilectio

(Hom.16. in Ezech. — Pſal.99.a — Matt.7.b — Eccl.11,a)

dilectio Dei & proximi, quæ eſt coccus bis tinctu[s]

c *Veſtibulum.* non id quod ſupra. vnde additur. *Veſtibulum autem portæ erat intrinſecus.*

d *Porro thalami.* Ne putaremus duos tm̄ eſſe thala[mos], [...]nos ex vtraq; parte poſuit, vt ſenarium demonſtra[ret]

in Euangel[...] drijs demon[...] in quibus a[...] vinū mutata[...] tidie Iudaici[...] vertuntur in[...] quod lætifi[...] hominis, & [...] cius cruore [...]

Gregoriu[s] [...] orientalis in [...] hinc, & tres i[...] lamos, Dei [...] inter veteres [...] uos patres i[...] apparuit. Vi[...] lami tres vir[...] des, ſpes, cha[...] ne quibus q[...] operari poſ[...] uari nō poſ[...] eadem tam [...] doctoribus [...]

veteribus fuerunt. Vel quia tres diſtinctiones pa[...] terum fuerunt, treſque nouorum. Patres enim ante legem & in lege, & poſtmodum prophetæ. [...] populo prius Hebræorum primitiæ crediderunt [...] cuta eſt plenitudo Gentium, accedent in fine re[...] dæorum. In vtroque etiam teſtamento tres ordi[...] prædicatorum, continentium, coniugatorum. V[...] propheta tres viros liberatos vidit. *Noe, Daniel, & [Io]b.*

e *Tres hinc, &c.* vnde: *In circuitu eius tabernaculum [...]*

f *Menſura vna trium.* Fides eadem quamuis diuerſ[...] & vitæ qualitas, vel quamuis omnibus eadē dig[...] ſit erit tamen omnibus vna vita beatitudinis. v[...] *[In domo] patris mei manſiones multæ ſunt.* Inde quoque om[...] denarium in uinea accipiunt, quamuis diuerſis [...] niunt, quia etſi alium plus, alium minus, omne[...] unum gaudium de conditoris ſui uiſione lætific[...]

g *Frontium ex vtraque parte.* ſcilicet, patrum veter[is] [&] noui teſtamenti. Qui per hoc quod bona eorum ne[...] teſcunt, merito frontes dicuntur, per hoc quod [...] tet ueſtibulum. Vnde: *Sicut cortex mali punici gen[...]* [...]*que occultis tuis.*

h *Et menſus eſt.* Greg. Prius uno calamo limen p[...]

## NICOLAVS DE LYRA.

* *libet ſit duorum cubitorum & dimidij, & idem intelligendum eſt in tribus thalamis ex parte altera.*

1 Et limen portæ, &c. *ſic habetur in Hebręo. Ex quo patet, quòd ſuprà non menſurantur duo lumina: nā ſic in eadem porta eſſent tria limina, quod eſt falſum: ſed menſurantur ibi duo poſtes, vt dictū eſt: hic autem limina, & accipitur hic ſingulare pro plurali. nam menſurato vno limine, habetur menſura alterius, quia ſunt eiuſdem menſuræ, vt prædictum eſt.*

2 Iuxta ueſtibulum portæ intrinſecus. *In Hebręo habetur.* Iuxta porticum portæ intrinſecus. *quia porticus eſt intra portam in atrio exteriori, veſtibulum autem extra in loco vulgi, vt ſupra dictum eſt.*

3 Calamo uno. *Hæc eſt menſura liminis, cuius latitudo eſt ſecundum ſpiſſitudinem muri medij.*

4 Et mēſus eſt ueſtibulum portæ. *Hebræus ſic habet: Et mēſus eſt porticum portę octo cubitorum. Tantum enim occupabat de atrio exteriori vltra portam procedente ab oriente in occidentem.*

5 Et frontem eius duobus cubitis. *De frontibus portę dicit Ra. Sa. quod ſunt pilarij rotundi adhęrentes muro medio a parte exteriori, vnus ad dexteram portæ: & alius ad ſiniſtram, eleuati ſurſum vltra totum portę ędificium, & ſpiſſitudo cuiuslibet ſui diametri eſt duorum cubitorum: & ſic exponit quod dicitur hic:* Et frontem eius. *i. quamlibet duarum frontium.*

6 Duobus cubitis. *ſ. ſpiſſitudine: Sed hoc non videtur verum. nā infra dicitur, quòd in frontibus erant feneſtrę obliquę ad dandū lumen interius, quod non eſſet, niſi eſſet intra frontes cōcauitas aliqua in qua ſaltem fieret aſcenſum ſurſum per cochleam, quę Gallicè dicitur* uich: *hoc autem non poteſt fieri intra circulum cuius eſt duorum cubitorum tantum: & ideo melius dicitur, q[uòd] iſtę ſunt duę turrellę ex vtraque parte portę, vt prędictum [...] latitudinis. quòd intra cōcauitatem ſit aſcenſus per modu[m] [...] & murus circundans ſpiſſus duobus cubitis. In talibus [...] rellis fiunt feneſtre obliquę: ideſt, ſtrictæ exterius, & latę [...] diffuſionem luminis, & Gallicè vocantur* archites. *Et [...]* Et frontem eius. *ideſt, quamlibet duarum frontium.* [...] cubitis: *in ſpiſſitudine muri modo dicto. De iſtis verò [...] dicunt expoſitores catholici irrationabilius & magis [...] Hebręi, quod propter prolixitatem repetere, & im[...] omitto.*

7 Veſtibulum autem portæ. *Hebręus ſic habet.* [...] autem portæ.

8 Erat intrinſecus. *ideſt, intra portam in atrio exterio[ri] [...] dictum eſt.*

9 Porrò thalami. *Hebręus habet: Appendicia ad vi[...] lem. In illa enim parte menſurabat, vt prędictum eſt.*

10 Tres hinc, & tres inde. *ſcilicet tres ex vna parte [...] altera.*

11 Menſura una trium. *quia quilibet eſt ſex cubito[rum].*

12 Et menſura una frontium. *quia murus cuiuslib[et] [...] tudinis duorum cubitorum.*

13 Ex utraque parte. *ſcilicet oſtij portę.*

14 Et menſus eſt latitudinem liminis portæ. *Su[...] rata eſt ſpiſſitudo liminis quę eſt procedendo ab oriente i[n] [...] tem, hic autem menſuratur latitudo eius quę eſt ab aquil[one] [...] ſtrum, cum dicitur.*

* D[...]em

a ¶Qui numerus perfectus,& decalogi,& quatuor euangeliorum continet ſacramenta,qui ab vno inci piens,ita ad quatuor peruenit vt denarium impleat. b ¶Altitudinem ſ. ¶ſub lege.

a latitudinem † liminis portæ decem cubitorum, & lõgitudi 1 2

a ¶Sub gratia. b ¶Eo enim mandata legis perficit,qui Trinitatem eſſe omnipotentem Deum credit c ¶Fidem quæ antecedit charitatem.

b nē portæ tredecim cubitorum , & † marginem ante thala- 4 3

a ¶Ne diuidatur in errores,& ſchiſmata. b ¶In vnum cubitum extrema artabantur. ¶Dum vetus,& nouum teſtamentum vna Chriſti menſura complectitur,& latitudinem 30 cubitorum in arca Noe vnus cubitus includit. c Chriſtus in quo vtrumque teſtamentum completur, vnde Finis legis Chriſtus. d ¶idelt,vtrorumque.

c d mos cubiti vnius,& cubitus vnus † finis vtrinque. Thalami 5 6

a ¶Ex vtraque parte. b ¶De Iudæis ſ.& Gentibus. ¶In Chriſtum enim omnes electi in ſynagoga,& in eccleſia crediderunt. c ¶Scripturam.

e aũt ſex cubitorũ erant hinc & inde. Et menſus eſt portam 7

a ¶Quia adhuc feruor amoris in occulto. ¶Alias pariete. b ¶Charitatis. c ¶Alias parietem ¶Quia ſcriptura partim operta eſt.vnde Extendens cœlum ſicut pellem,qui tegis aquis ſuperiora eius. altiora.ſ.multitudini angelorum, d ¶Quia inter ſcientiam,& charitatem teſtis eſt bona operatio,quæ ſi defuerit,certum eſt nec portam ſacri eloquij,nec thalamum eſſe. e ¶Tantum.ſ.erat ſpatium inter oſtium,& oſtium.ſiue portam,& portam

f g a tecto thalami vſq; ad tectum eius,latitudinē vigintiquin

¶Fidei. a ¶Rei. ¶Opera.ſ.quæ videntur.& perfecta ſunt,ſenarius.n perfectus eſt.

h que cubitorum, oſtium contra oſtiũ. Et fecit † frontes per 8

a ¶Greg.Perfectio operum ſecundum decalogum exprimitur. b ¶Iuxta. c ¶Latitudo operum ex charitate,vnde.Latum mandatum tuum nimis d ¶Cœli. ¶Vt vbique charitas 9 10

i ſexaginta cubitos,& † ad frontē atrium portæ vndique per 11 12

† Poſtes ſexaginta cubitorum.

† vnicuique poſti atrij.

dem cubitis menſus eſt latitudinem.longitudinem.13. a ſancti patres quos per ſacram ſcripturam ante legē ſe cognoſcimus,vnum quidem omnipotentem Deũ, tam.ſ.Trinitatem eſſe nouerunt:ſed eam apertè non dicauerunt, qui vitæ munditiam ſeruantes, quaſi in cubitis calami uerũt perfectio operis, & ſæpe los vidētes pal n cõtemplatio ege autem da- pulus Hebræo mandata deca ſeruauit.

c *menſus eſt latitu dinis liminis portæ de cem* Quia antiquus opulus ſubtili a fidei ignora- nandatis deca- eruiebat.

f *longitudinem por tæ tredecim cubitorum.* qui per teſtamen- nouum in cor elis populi ſu- andata decalo gnitio Trinita uit.

i *menſus eſt latitu- dinis liminis portæ.* Plus Moyſes quam Abraham , & prophetę quam es, & Apoſtoli quam prophetæ Dei ſcientia erudi- ſunt.

a *Liminis portæ decem.* Limen portæ Chriſtus,qui dicit. *Ego ium.* In quo ſacratus numerus veteris, & noui teſta . Vel ſancti,per quos ingredimur ad notitiam Dei.

b *edecim cubitorum,& marginem,&c.* Hieronymus. Tre- cubiti poſt octonarium librorum Moyſi continēt entum, quod & in quinque panibus monſtratur, amaritana, quæ arguitur ꝙ quinque viros habue extum quem ſe putabat habere nõ habebat. Octo- tamen, & quinarius vno cubito.i. quartodecimo mmatur, quia in Chriſto omnia recapitulantur, t cubitus vnus finis vtrinque.

*cubitus vnus finis,&c.* Portæ.ſ.& liminis vel marginis amorum : quia cum maieſtas domini apparuerit, nietur vt non ſit,charitas vt perfectè ſit.

d *alami.n.ſex cubitorum.* Hieronymus. Non habebant m,nec rationem deſuper additam,quæ præſentem rſationem ad futurā beatitudinem prouocaret,ſed n ſex cubita.vnde ſequitur.

e *menſus eſt portam a tecto thalami.* Hiero. cogitationes m,in quibus caſtæ animæ ſuo conditori amore iũ r. Sed ſuperius thalamum vno calamo, qui habet itos,& palmum,menſuratum dicit:quia ſunt qui amantes ſolummodo bonis operibus exercentur n ſenario deſignatur.& ſunt qui palmum contem nis poſſident.

*Aecto thalami vſque ad tectum.* Gregorius. Quia per oc- ripturæ humilitas noſtra probatur, per ea autem, charitate noſtra nos loquimur in conſpectu Dei comprobamur.

f *Latitudinem.* Gregorius. Quinarius in ſe extenſus 30 facit,& quinque ſenſus in ſe multiplicantur, dum id quod per ipſos agitur in bono augmentatur. D Hom 17. in Ezec.

g *Vigintiquinque.* Hieronymus. Qui numerus quamuis quadratus,tamen refertur ad quinque ſenſus. Quinquies .n.quinque fiunt vigintiquinque , qui eſt inter tectũ Thalamorum , & tectũ, & tamen quinque vtrinque è regione ſui poſitum, a ſummis partibus habet oſtium cõtra oſtiũ.

h *Et fecit frontes,&c.* Hiero. Per hoc oſtenditur in introitu portæ,ſtatimque ingredientibus murũ 40 occurrere cubita cum varijs ornamentis quæ referũtur ad cõditionem mundi,vt ex creaturis creator intelligatur. E Et oĩa ordine rõne currentia oſtendant mundi varietatem,qui apud Græcos κόσμος ab ornatu nomen accepit, & ſex diebus factus eſt, vt per ſingulos dies decades ſingulæ ſupputentur, quem perfectum numerum ſupra diximus . Poſt hoc ingredientibus nobis atrium interius, occurunt ante ipſum veſtibulum portæ interioris thalamii cum feneſtris obliquis,qui 50.cubitorum tenent ſpatium , qui & ipſe ſacratus eſt numerus. Et poſt ſeptem hebdomadas plenas feſtiuitatis , & gaudij. ogdoadis prima incipit dies , quæ eſt reſurrectionis, & introducit nos ad victimam templi . Cùm enim omnia fecerimus, agentes prioris erroris pœnitentiam, tunc vicini, & proximi efficimur Deo , vt in exteriori atrio notitiam creatoris,creaturam ordo nos doceat atque conſtantia.& in interiori verus iubileus,in quo nobis omnia debita dimittuntur,veram nos inſtruat theologiam, & introducat ad ſancta ſanctorum.

Hieronymus . Notandum quoque, quòd exterius atrium plures habebat feneſtras non directas,& ęquales, F ſed obliquas,& anguſtas interius, & ſe intrinſecos dilatãtes,vt per parua quædam foramina poſſimus ad interiora penetrare, & ad clariſſimi luminis quod verſatur in templo,plenitudinem peruenire.

h *Et fecit frontes per ſe,&c.* Hieronymus. Puto inter murum templi extrinſecus per circumitum, & ipſam ædem in atrio, ideſt, in medio , quædam fuiſſe in ornamentum poſita, quæ Symmachus vocat circunſtantias, ideſt,ſtantia quædam de ſolo in ſublime erecta. Vbi ſuprà.

i *Atrium portæ vndique per circumitum , & ante faciem portæ, &c.* Gregorius. Per portam fides, per atrium charitas. Per locum qui ad faciem veſtibuli portę interioris propinquat, ſpes ſignatur ; ſine quibus quiſquis iam ratione vti poteſt , cœleſte beneficium ingredi non poteſt.

f *La-* ☞ a *Quin-*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Decem cubitorum. *& tanta eſt apertura oſtij inter duos poſtes.*

2 Et longitudinem portæ. *i.altitudinem oſtij portæ,quæ vocatur longitudo,eo quòd eſt maior dimenſio eius.*

3 Tredecim cubitorum. *& tanta eſt altitudo poſtium oſtij.*

4 Et marginem ante thalamos cubiti vnius. *i. ſedile pro portals.*

5 Et cubitus vnus finis vtrinque. *nam illud ſedile non eſt ante oſtium thalamorum:quia impediret ingreſſum,ſed ex vtraque parte oſtij procedens vſque ad finem muri.*

6 Thalami autem ſex cubitorum erant hinc, & inde. *hoc patet ex dictis.*

7 Et menſus eſt portam a tecto. *25.cubitorum. Tantum eſt enim ſpatium a tecto thalami primi exiſtentis ex vna parte portæ vſq; ad tectũ thalami primi exiſtẽtis ex altera parte portæ,ita ꝙ apertura portæ tenet.10.cubitos, & ſpatium ex vna parte portæ inter aperturam,& thalamum.7.cubitos cum dimidio,& tantum ex altera parte portæ,qui ſimul iuncti ſunt.25.cubiti. & notabiliter dicit.* A tecto thalami vſque ad tect. &c. *nam a pede thalami vſque ad pedem oppoſiti thalami ſunt tantum 23.cubiti , nam margo ſiue ſedile ante thalamos occupabat vnum cubitum ex parte vna, & alterum cubitum ex parte altera , ab oſtio tamen vnius thalami vſque ad oſtium alterius ſunt 25.cubiti , quia non eſt ibi ſedile , vt prædictum eſt.*

8 Oſtium contra oſtium. *Sic.n.eſt diſpoſitum oſtium thalami ex vna parte,quod ſecundum rectam lineam opponitur oſtio thalami ex altera.*

9 Et fecit frontes. *i.menſurauit.*

10 Per ſexaginta cubitos. *Tantum enim ſunt eleuatę a terra.*

11 Et ad frontem. *i. ante frontem, a parte tamen interiori muri medij.*

12 Atrium portæ vndique,&c. *& hoc eſt atrium exterius, & eſt quędam platea quadrata.*

a *Quinquaginta cubitos*. Gregorius. Per quinquaginta, requies æterna ſignificatur. Habet. n. ſeptenarius perfectionem ſuam, quia in eo dierum numerus cōpletur. Et per legem ſabbatum in requiem datur. Qui per ſe multiplicatus in 49. ſurgit, cui ſi monas additur, ad quinquagenariū peruenitur: q̄a omnis noſtra perfectio in illius vnius viſione erit, in cuius viſione ſalutis, & gaudij perfectio erit. Hinc, & iubileus. i. quinquageſimus annus in requiem datus, quia quiſquis ad gaudia ęterna peruenerit, laborem & gemitum vlterius non habebit.

†principium

†anguſtas foriníecus.

†altitudo.

b *Feneſtras obliquas*. Gregorius. Quarū pars exterior anguſta eſt, interior lata, quāuis. n. ſancti aliquid tenuiter de vero lumine videant: in ſe tamē dilatant.

Ibidem

Hieronymus. Feneſtræ obliquæ ſiue cozichę ideo a ſagittis vocabulum perceperunt, q̄ inſtar ſagittarum anguſtum in ædes lumen imitatur, & intrinſecus dilatatur: omnia autem per circumitum plena erāt huiuſmodi feneſtris.

Feneſtræ obliquæ per quas lumen intrare poteſt, fur non poteſt.

c *Et in frontibus eorum, &c.* Gregorius. Frontes ſummos viros, qui alijs videndi proponuntur.

d *Et ante frontes pictura palmarum cœlata, &c.* Hiero. Poſt ſexaginta, & quinquaginta cubita & thalamos, & porticus, & frontes porticuum, & feneſtras plurimas per circumitum palmarum nobis pictura monſtratur, vt de mundo victoriam poſſidentes, digni efficiamur palmas videre virtutum.

e *Gazophylacia*. Greg. Doctorum corda, ſapientiæ & ſcientiæ diuitijs plena. Ductus aūt propheta ad atriū exterius gazophylacium foris vidit, quia alia eſt contēplatio quæ quantū videt, dicere non valet. Alia verò ſcientia atq; doctrina, quæ tantum videt quantum per linguā exprimere poteſt

Hom. 18. in Ezech.

a ¶Locus interior ante portam deſcribitur. ¶Interioris. ſ.

circumitum, & ante faciem portæ quæ pertingebat vſq; ad 1 2

a ¶Ideſt, quod reſpiciebat portam interiorem. b ¶Spatij. ¶Quinquaginta cubitorum ſ. c ¶Ibi.

† faciē veſtibuli portæ interioris quinquaginta cubitos, et 3

a ¶Lxx. abſconditas. b ¶Singulis. ſ. cubiculis. ¶Vbi ſponſus delectatur. ¶In quibus. c ¶In maioribus. ¶Porticibus quæ ante cubicula. d ¶Greg. quia qui cor intus habet, lumen contemplationis videt.

feneſtras † obliquas in thalamis, & in frontibus eorū quæ 4 5

a ¶Greg. Summis enim & minimis gratia contemplationis datur, quam ſæpe habet etiam coniugatus.

erant intra portam vndique per circumitū. Similiter autē 6

a ¶Quæ in imo, ideſt, in minoribus. b ¶Animus. n. circumit vt inueniat quæ quærit. 7

erant, & in veſtibulis feneſtræ per gyrū intrinſecus: & ante 8

a ¶Porticuum. ſ. b ¶Aliàs cęlatura. c ¶Victoriæ. d ¶Poſt hæc. ¶Quia in hoc mundo non eſt res ſed vmbra. e ¶Vir præfatus.

frontes pictura palmarum cælata. Et eduxit me ad atrium 9

a ¶Greg. de quibus. Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis. ¶Lxx thalami, Aquila cellaria Symmachus exedræ, quæ habitationi Leuitarum atque ſacerdotum fuerant præparatæ. b ¶Humilitas auditorum. c ¶Fortitudine fidei.

exterius, & ecce † gazophylacia, & pauimentum ſtratum la- 10 11

a ¶Latitudine charitatis qua inuicem ſubiecti ſunt ſibi. b ¶Gazophylaciorum. c ¶Vbi denarius ter ducitur, vt vita, & lingua doctoris in Trinitate ſolidetur. d ¶Vt doctores ſibi ſubiectos cuſtodiant, & ab eis ad meliora accendantur.

pide in atrio per circumitum. Triginta † gazophylacia in 12

porticus ſuſtentantes.

poteſt, φυλάξαι, Græcè ſeruare. Gaza Perſicè diuitiæ. Hieronymus. Gazophylacia, quæ diuitijs ſpirit[ualibus] plena ſunt (de quibus dicitur *Redemptio animæ viri diuitiæ*. Et Apoſtolus gratulatur q̄ diſcipuli ſui *plen[i sint in om]ni verbo, & omni ſciētia*. Gaza Perſica lingua diuitiæ [...] lami, quæ G[...] ſtophoria) o[...] ſponſo cubi[...] parata, quę i[...] vt perfectan[...] habitantiun[...] ſtrent.

f *Et pauimen[tum ſtra]tum lapide*. Si [...] columnia, v[...] datur atriu[...] re ante for[...] nem colum[...] & pauimen[...] fronte port[...] ue porticus [...] gum portar[...] quibus po[...] puto colum[...] dine fuiſſe [...] tas, vt ante g[...] lacium eſſe [...] cus, & in fr[...] porticuū c[...]

*Pauimentum ſtratum*. Hiero. Ne luto, ſcilicet, & puluere peccatorum habitantium polluantur, ſed ſuper viuos incedant lapides quibus ædificat[ur tem]plum Dei. Siue intercolumnia erant ante fores t[hala]rum, quæ impoſitum deſuper ædificium ſuſtent[ant. De] quibus. *Dexteras dederunt mihi, & Barnabæ, Petrus, & [Ioannes,] qui videbantur eſſe columnæ*. Et alibi. *Columna, & firm[amentum] veritatis*. Et Io. in Apoc. *Qui vicerit faciam illum colu[mnam in] templo Dei mei*.

g *Triginta*. Greg. Denarius numerus pro perfect[ione ac]cipitur, quia in decem præceptis legis cuſtodia c[ontinetur.] Actiua. n. vita, & contemplatiua in decalogo c[ontenta] eſt. in quo & amor Dei, & proximi ſeruari iuſſi[tur] vt doctor habeat, in ſanctæ Trinitatis fide profici[at].

*Triginta gazophylacia centum cubitos ad orien.* Hic vaticinio illud Euangelicum conuenit. *Semen ce[cidit in ter]rā bonā, & attulit fructū, aliud 30. aliud 40. aliud 100.* 30. & 40. & 100. ponunt, vt in his quaſi gradib. [...] ſcie[...]

C

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et ante faciem portæ. *In Hebræo habetur. Et ſuper faciem portæ, & eſt eadem ſententia, dum tamen ly* ante, *ſignificet locum eminentiorem.*

2 Quæ pertingebat, &c. *In Hebræo habetur. Vſque ad faciem porticus: & ſic patet, q̄ in translatione noſtra veſtibulū ponitur pro porticu. Ad huius literæ intellectum ſciendum, q̄ porticus eſt ædificiū ſupra portam ædificatum, tamen tranſiens vltra portam in atrio exteriori, vt ſuprà dictum eſt, & habet duas manſiones. ſ. ſuperiorem, & inferiorem, & inferior incipit a pede portæ, & inde vſque ad ſummitatem ſuperioris manſionis 50. cubiti. Dicitur autem hęc porta interior reſpectu portę claudentis veſtibulum, quæ eſt in loco vulgi, vt dictum eſt ſuprà.*

3 Et feneſtras obliquas in thalamis. *nam in thalamis ſunt feneſtrę magis ſtrictæ exterius, & magis latæ interius ratione ſupra dicta.*

4 Et in frontibus eorum. *ſunt ſimiliter feneſtræ obliquę, & dicuntur hic frontes portę, & frontes thalamorum nam habebant portam ex vno latere, & thalamos ex alio, vt patet in figura.*

5 Quæ. *ſ. feneſtrę.*

6 Erant intra portam; &c. *nam ſunt in ędificijs adhærentibus portę vndique.*

7 Similiter autem erant. *Hebręus habet. Et in porticib. dicitur in porticib. per gyrum: quia ſicut ſunt feneſtrę in porticu orientalis portę, ſic ſunt feneſtrę in porticib. portarum aquilonaris, & auſtralis*

8 Et ante frontes pictura palmarum cœlata. *In Hebræo habetur. Et in frontibus palmę: nam in ſuperiori parte frōtium quæ tendit in acutum, eſt ſimilitudo palmę cęlata, vt dictum eſt ſupra. Et eandem ſententiam continet translatio noſtra, cùm dicitur.* Et ante frontes pictura palmarum cœlata. *ſi ly* ante *denotet eminētiam, ſicut dicitur Io. 1. d.* Qui poſt me venit ante me factus eſt. *ideſt, ſuperior mihi vel prælatus.*

9 Et eduxit me ad atrium exterius. *Hic deſcribun[tur] quę ſunt vltra portam ſecundi muri, cum dicitur.* Et e[duxit me] ad atrium exterius. *quod eſt inter murum medium, &* [...]

10 Et ecce gazophylacia iuxta. *Hebręus habet.* Ca[...]

11 Et pauimentum ſtratum lapide. *Eſt. n. quędam* [...] *diuo, pauimentata tamen.*

tæ partis cubiti: perſpicuum eſt murum exterio
habuiſſe per circumitum calamos duo milia: qui fa
cubitos duodecim milia. 333. & trientem de duo
ilibus calamorum. In libro autem Ieſu Naue in
banis hec menſura diligenter ſeruatur. Legio quo-
ęmonū hunc numerū eligit in ſuffocationem por-
corum,

a ¶Vir ſupradictus.
procedent ad populum. Cumque compleſſet menſuras do- 1
a ¶Non in atrium exterius, ſed per vi. por. &c. 2
mus interioris, eduxit me per viam porte, quæ reſpiciebat 3
a ¶Ex mrm. b ¶Id eſt, ſimilitudinem domus per circumitum in ordine. 4
ad viam orientalem, & menſus eſt eam vndique per circumi- 5
¶Plagam ſcilicet. 6
tum. Menſus eſt autem contra ventum orientalem calamo 7
menſuræ quingentos calamos, in calamo menſuræ per cir-
cumitum. Et menſus eſt contra ventum aquilonis quingen- 8
tos calamos, in calamo menſuræ per gyrum. Et ad ventum
auſtralem menſus eſt quingentos calamos, in calamo menſu
ræ per circumitum. Et ad ventum occidentalem menſus eſt
quingentos calamos, in calamo menſurę Per quatuor vētos 9
mēſus eſt murū eius vndiq; per circumitū, longitudinē quin- 10

corum, vt qui a ſeruientibus Deo præcepto domini ſepa D
ratus eſt, in contrariam partem referretur, ad perditionē
eorum qui vitam cœno dignam, & ſordib. ducunt. Om
nis autem murus, qui eſt exterior, & habet ſpatioſam lō-
gitudinem & latitudinem per quadrū, apoſtolorū conti-
net numerum. i. 12. milia, vt ſingulis apoſtolis millenus numerus imputetur: & tamen *ad mēſurā plenitudinis Chriſti*, & perfecti viri non veniat niſi iungatur ei & paleſtes (Paleſtes.) qui trecētos 33. facit cubitos & tertiā partem cubiti: per quæ myſterium trinitatis demonſtratur quæ cingit & vallat oīa, & habitatores tēpli ſui præſtat tutiſſimos. (E) Vñ arca Noe trecētorū cubitorū habet lon (Gen. 6.c.)
gitudinem, & triginta cubitorum altitudinem, quæ vno
cubito conſummatur. Quod autem ibi adduntur quin-
quaginta cubiti in latitudine, remiſſionis ſacramentum (Luc. 3.e.)
eſt. Vnde & dominus 30. annorum venit ad baptiſmum.
Et Ezechiel in principio voluminis annum ponit triceſi-
mum, qui tricenteſimus trigeſimus numerus tribus addi
tis & tertia parte completur. Illud autem quod Lxx. ha-
bent, & noſtra translatio, dum celeritate dictandi minus
cautè proſpicimus. ſ. murum eius vndique per circ. longi
tudin. quingent. cubit. veritas Hebraica nō habet, ſed ſim
pliciter, longitud. quingentorum & latitud. quingento-
rum, vt ſubaudiatur calamorum.
b *Longitudinem quingentorū.* Quingenteſimus, qui vicinus
eſt quinquagenario ad remiſſionē oīum pertinet pecca-
torū. *Vnde vnus debebat denarios quingētos, et alius quinquaginta.* (Luc. 7.f.)
a *Diuiden-*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cumque compleſſet, &c. *Superius deſcriptæ ſunt interiorum menſuræ, hic conſequenter deſcribuntur exteriorum menſuræ. Sciendum tamen, quòd expoſitores Latini dicunt, quòd hic deſcribitur menſura muri medij, qui diuidit inter atrium exterius, & locum vulgi: & menſura cuiuslibet lateris eſt quingentorum cubitorum quod probant per hoc quod ponitur in fine huius ca. Per quatuor ventos menſus eſt murū eius vndiq; per circumitum longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum diuidentem inter ſanctuarium & vulgi locum. Sed contra hoc eſt quod præmittitur de menſura eiuſdem muri expreſſius & magis diffuſe: quod enim in fine ca. dicitur: Per quatuor ventos menſus eſt, &c. eſt recapitulatio breuis ſententiæ præcedētis, de qua dicitur: Menſus eſt autem contra ventum orientalem calamo menſuræ quingentos, &c. Calamus verò continet 6. cubitos, vt dictum eſt ſupra 40. quinquies verò ſex faciunt 30. & ſic latus orientale muri qui menſuratur hic, habet triceſies. c. cubitos, qui faciunt tria milia cubitorum. Ad hoc autem reſpondent, quod ſicut quælibet pars panis eſt panis ita quælibet pars calami eſt calamus: & ſic quantitas vnius cubiti in calamo ſignata dicitur hic calamus. Ad hoc etiam probandum inducunt quod dicitur in textu.* In calamo men. *q. d. non in tota calamo, ſed in vna eius parte, quæ continet cubiti quantitatē. Dicitur enim & verum eſt quantum ad hoc, quòd ſex cubiti ſunt diſtincte ſignati in calamo totali: nam menſuræ ſupra deſcriptæ aliquę dicuntur vnius cubiti, aliæ duorū, aliæ trium, aliæ quatuor, &c. Sed dictum eorum. ſ. & cubitus dicatur calamus, non poteſt ſtare cum veritate Hebraica, vt magis patebit in fine huius ca. vbi translatio noſtra eſt corrupta. Nec etiam poteſt ſtare cum ratione: nam hoc nomē calamus æquiuocum eſt ad ſignificandum rem naturæ, & ad ſignificandum quantitatem menſuræ, quæ eſt ſex cubitorum. Et hoc ſecundo modo accipitur calamus in tota iſta deſcriptione, vt patet ex ſupradictis 40. ca. Nunc autem ita eſt, quòd licet quęlibet pars calami ſit calamus inquantum calamus eſt res naturæ, non tamen ſic eſt vt ſignat quantitatem menſuræ. Ad hoc autem eſt exemplum ſenſibile in Germania vlna vocatur virga: Et ſic virga ęquiuocè dicitur de re naturali & de vlna: & licet quęlibet pars virgę ſit virga, prout dicitur de re naturali, non tamen quælibet pars virgæ eſt virga, vt eſt menſura vlnæ: ſed ſola vlna integra dicitur virga, et medietas eius dimidia virga, & quarta pars vnum quartarium. Quòd autem inducunt illud quod ſequitur:* In calamo menſuræ, *non eſt pro eis, ſed magis contra eos: nam per hoc oſtenditur manifeſtè quòd calamus non accipitur hic, prout eſt res naturæ, ſed prout eſt determinata quātitas menſurę. ſ. ſex cubitorum. Et ſic patet propoſitum, ſ. ꝙ calamus non poſſet dici vnus cubitus, nec econuerſo. Item ſi ſic acciperetur, eò quòd quęlibet pars calami potuit dici calamus, vt dicunt, eadem ratione poſſet dici de dimidio cubito, & de duobus cubitis, & de tribus, &c. & ſic in tota deſcriptione huius ædificij vbicunque exprimitur menſura nomine calami, nihil eſſet certum, eò ꝙ indifferenter poſſet accipi pro toto calamo & ſingulis eius partibus: et per conſequēs dictum iſtorum deſtruit ipſorum dicta ſuperiora pro magna parte. Ad textum autem quem pro ſe inducunt de fine huius capituli dicetur ibi. Dico igitur cum Rab. Sal. Quòd hic deſcribitur menſura muri exterioris totum ędificium claudentis. Et hoc patet ex modo loquendi, cum dicitur:* Cumque compleſſet menſuras domus &c. *ſcilicet angelus in ſpecie viri.* (F)

2 Menſuras domus. *Ex quo videtur, ꝙ includit omnia prius menſurata: inter quæ continentur plura extra murum medium exiſtentia. ſ. thalami portarum atrij exterioris, & veſtibula earum, & domunculæ ædificatæ ſuper portas muri exterioris pro excubijs, ſicut ex prędentibus patet.*

3 Eduxit me. *Extra totum ædificium.*

4 Per viam por. *i. per portam orientalem primam.*

5 Et menſus. *ſcilicet, ſpatium latitudinis portę & muri orientalis ex vtraque eius parte.*

6 Per circumitum. *i. a parte exteriori quæ longior eſt interiori 12. cubitis propter ſpiſſitudinem murorum quę eſt ſex cubitorū: & ſic pars interior reſtringitur ſex cubitis in qualibet eius extremitate.*

7 Menſus eſt. *ſ. partem muri orientalem: Quatuor enim venti principales frequenter accipiuntur in ſcriptura, & etiam in communi modo loquendi pro quatuor partibus mundi. ſ. oriente, occidente, aquilone & auſtro.*

8 Quingentos calamos, &c. *qui faciunt tria milia cubitos, vt dictum eſt ſupra.*
*Et hoc modo exponatur litera de tribus alijs partibus vſque ibi.*

9 Per quatuor ventos menſus eſt, &c. *vbi ponitur recapitulatio breuis dictorum.*

10 Longitudinem. *Latera enim muri exterioris ſunt æqualia. Ex hoc autem quod ponitur hic cubitorum in aliquibus libris, arguunt expoſitores Latini communiter, quod per calamos prędictos intelliguntur cubiti, vt prędictum eſt & malè: nam in Hebræo non ponitur cubitorum, ſed abſolutè ponitur:* Longitudinem quingentorum & latitudinem.

*Ex quo*

a *Diuidenter inter,&c.* Ex hoc
A habeamus oēm ſupra tēpli
deſcriptionē ſacerdotū, qui
ſunt filij Sadoch miniſterijs

gentorum,† & latitudinem quingentorum
a † diuidētē inter ſanctuarium & vulgi locū.

fuiſſe deligatā. Hunc m
aūt tanto ſpatio dilatat
vniuerſa contineat, ſe
ſanctuarium,& vulgi l

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *Ex quo patet, ꝙ iſte numerus refertur ad calamos prædictos, propter quod Hieron. ſuper Ezech. retractat quantum ad hoc translationem dicens, quod ex celeritate transferendi malè poſuit hic cubitorum: propter quod libri Latini bene correcti non habent: cubitorum.*

1 Diuidentem inter ſanctuariū. *In Hebræo verò ſic habetur: Diuidentem inter ſanctū & vile: Quicquid autem eſt intra murum exteriorem dicitur ſanctum, etiam ſpatium inter murū exteriorē,& mediū contentum, quia diuino cultui deputatū: nam ibi eſt orationis locus, vt ſupra dictū eſt. 40. c. propter qđ dominus de illo loco venientes & ementes, Io. 2. tanquā de loco ſancto. Quod autem eſt extra murū exteriorem dicitur vile, quia non eſt diuinis vſib. catum. Notandum quod magiſter Richardus de S. Victore q nititur probare de menſuris atriorū, & murorū ipſorū, fund hoc qđ medius murus ſit. 400. cubitorū in quadro, prout dic ſcđm ſuam opinionem quæ videtur falſa, vt dictum eſt: prop non videtur valere quod dicit de dictis menſuris excepta atrij interioris quæ dicitur in textu centum cubitorum per q*

ADDITIO.

*In cap. 42. vbi dicitur in poſtil.* Diuidentem inter ſanctum & vile, *Vbi nos habemus:* Diuidentem inter ſanctum & vile, *in Hebræo habetur:* Diuidenter inter ſanctum, & p. num: *quod videtur magis propriè dictum, quia vile pretio ... nitur, prophanum autem ſancto.*

CAP. XLIII.

a E*T duxit me ad portam, quæ reſpiciebat,&c.* Sequitur.
b *Per viam.* Per quam egreſſa fuerat, quando ciuitas domini furore percuſſa eſt. Ingreditur autem imo regreditur ad eam, quia templum domini in monte monſtrauerat, & tamē multo plus eſt quod in ſequentib. dicitur: *Leuauit me ſpiritus, &c.* Hic enim tantum gloria Dei Iſrael ingreditur, ibi dicitur ꝙ plenitudo gloriæ dñi fuit in templo: vñ Iſaias. *Vidi dominum ſedentem ſuper thronū excelſum & eleuatū, & plena domus gloria eius,* quod eſt quando reuelata facie gloriam domini contemplantes reformamur in imaginem creatoris.

Hieron.

B

† gloria. Iſa. 6. a.

c *Et vox erat.* Vna, propter vnum in laudem Dei cōſenſum, q̄uis aquarū multarum. Geminatur autem vox canētium Deo patri & filio & ſpiritui ſancto. *Sanctus ſanctus dominus Deus ſaba. &c.*

C

Iſa. 6. b.

CAP. XLIII.

E T duxit me ad portam, quæ reſpiciebat 2
a ad viam orientalem. Et ecce gloria Dei
b Iſrael ingrediebatur per viam orienta- 3
¶Dec. a ¶Aquæ multæ populi multi.
c lem, & vox erat ei quaſi vox aquarum
multarum, & terra ſplendebat a † ma- 4 5
ieſtate eius: Et vidi viſionem ſecundum 6
† ſpeciem quam videram, quando venit vt diſperderet ci-
uitatem, & ſpecies ſecundum aſpectum quem videram iux- 7
a ¶Cum corruiſſem. 8
ta fluuium Chobar. Et cecidi ſuper faciem meam: Et maie- 9
d ſtas domini ingreſſa eſt templum, per viam portæ quæ re- 10
a ¶Qui iacens pergere non valebam ¶Quia fortis cecideram.
ſpiciebat ad orientem. Et leuauit me ſpiritus, & introduxit 11
a ¶ Q. Qui prius conſpexeram gloriam domini Iſrael venientem per viam orientalem, vidi repletam domum gloria domini. 12
e me in atrium interius. Et ecce repleta erat gloria domini do 13
a ¶Non dicitur quid, niſi forte illud Apoſtoli: Audiui arcana verba, quæ non licet homini loqui.
b ¶Interiori. c ¶Scilicet, dominus cui ſoli conuenit, quod ſequitur locus ſo. m. &c.
mus. Et audiui loquentem ad me de domo. Et uir qui ſtabat 14
a ¶ Eccleſia ¶Factus eſt in pace locus eius, quæ exuperat omnem ſenſum. 15
f iuxta me, dixit ad me: Fili hominis, locus ſolij mei, & locus 16
g veſtigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum

d *Chobar.* Quod onus pondusque ſignificat. Qui grauius eſt fluminibus Babylonis? De quibus: *Super flumina Babylonis illic ſedimus, et fleuimus, dum recordaremur.* De quibus ſcriptum eſt: *Præterit enim figura huius mundi.* Nihil enim in huius ſeculi confuſione perpetuum, ſ... nia prætere... fluunt. Qui... conſiderat, ... per faciē ſu... telligēs: qu... cul ſit a m... Dei, & flecti... ad patrem i... ne Ieſu Chr...

✻ Theod... dixit domi... greſſum eſſ... na eū natu... modi eſt, c... cunſcribi r... ſed domini... ideſt, conſ... viſionem.

e *Et leua.* ✻ Cum eo t... beatus Moy... tabernaculi... Domini ip... pleuerit, & ... mon abſol... ædification... niorū celeb... peregit, rur... dñi gloria d... impleuerit, neceſſario ēt hac ædificatione oſtenſa apparet, & propria gloria implet domum, oſtende vt nō ſolum ædificetur, ſed etiam diuina vi com

f ✻ *Et vir.* Oſtendit angelum fuiſſe, qui ædifica menſus eſt: & veriſimile eſt ipſum ſanctum Mic eſſe, cui populi cura commiſſa fuerat. Etiam bea uid ſcabellum Dei, templum nominat d. *Adorate pedum eius, quoniam ſanctum eſt.*

g *Et locus. Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.* chrè dr; *Apoſtoli ſteterunt.* In eccleſia n. ſtant pedes In ſynagoga ambulant & prætereunt.

Hier. Et terra ſplendebat a maieſtate eius. Quod in aduentu Chriſti propriè factum eſt, quando *in omnem terram exiuit ſonus apoſtolorum, & in fines orbis ter. ver. eorum.* Et quotidie impletur in credentibus, & perfectè complebitur, quando corruptibile hoc induet incorruptionem.

Rom. 10. d.

✻ Theod. Declarat ſecundam viſionem, qua contemplatus eſt, & eos qui afferebant ſecures, & ciuitatem cædebant: & illum qui carbones per omnem vrbem diſſipauit. Quando etiam ſignum illud impoſitum vidit ijs qui populi ſcelera deplorabant.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XLIII.

✻ E T duxit. *Poſtquam deſcripta eſt ædificiorum menſuratio, hic ponitur prophetæ quædam ſpecialis viſio, & ſecundò prophetæ informatio, ibi.* Et audiui. *Circa primum dicitur.*

1 Et duxit. *hæc eſt porta orientalis atrij interioris.*

2 Et ecce. *i. Cherubim & rotæ, &c. In primo ca. deſcripta maieſtatem Dei repræſentantia.*

3 Ingrediebatur. *atrium interius.*

4 Et vox. *ſignans diuinæ virtutis magnitudinem.*

5 Et terra. *Videtur enim prophetæ imaginaria viſione quod claritas huius viſionis illuminabat totam terram.*

6 Et vidi. *i. ſimilem illi viſioni.*

7 Quam videram. *Hæc viſio deſcripta eſt ſupra 10. ca. & 11.*

8 Et ſpecies. *Quæ viſio deſcribitur ſupra 1. ca.*

9 Et ceci. *Ex humana fragilitate iuxta apparitionem maieſtatis diuinæ.* 10 Et maieſtas domi. *De atrio interiori.*

11 Et leuauit. *i. angelus, quia prophetā ceciderat, vt dictum eſt.*

1 Et introduxit. *De porta eius.*

13 Et ecce. *i. templum. De atrio enim interiori videbatur in templo per oſtium exiſtens in ſpiſſitudine muri contra oſtium templi. Notandum autem, quòd ſicut ſupra 10. & 11. ca. vbi deſcribitur deſtructio ciuitatis et templi, propheta vidit gloriā domini de tēplo & atrio per portam orientalē, & poſtea de ciuitate quo deſignabatur receſſus protectionis diuinæ a tēplo, et ciuitate: hic per portā orientalē vidit propheta gloriā domini intrare interius et templū, ad ſignificandū aſſiſtentiam diuinæ virtutis protegendū tēplū et ciuitatē. quæ ibi deſcribuntur: vnde in dicitur:* Et nomen ciuitatis ex illa die, dñs ibidem &c.

14 Et audi. *Hic cōſequenter ponitur prophetæ inſtructio de ſcripta, cū dicitur:* Et audi. lo. ad me de do. *Dicūt aliqui res, ꝙ de domo ſignificat terminū a quo procedebat iſta loq ſic loquens intelligitur eſſe in domo quē audiebat prophet. in atri, et per cōſequens iſte loquēs eſt alius ab angelo ſtāte phetā in atrio. Hebrei verò dicūt & melius vt videtur, ꝙ tur hic materialiter: et eſt ſenſus: Et audiui loqūtē ad me a inſtruentē me de conditionib. domus, & ſecundum hoc iſ eſt angelus ſtans cum propheta. Et hoc patet per hoc quo*

15 Et vir. &c. *ideſt, angelus in ſpecie viri.*

16 Qui ſtabat. *Inſtruendo me de conditionibus domus ideo ſubditur.* 17 Fili ho. *Dicitur autem templum a locus ſeſſionis & habitationis diuinæ propter ſpeciales eſ dem diuinæ virtutis & gratiæ.*

a *Et non polluent, &c.* ✱ Theod. Hoc ſi quis de Iſrael ſimpliter accipiet, falſum comperiet, quos etiam poſt reditum multæ impietatis, & Eſdras accuſat, & Machabæorũ hiſtoria: & non ſolum alios Iſraelitas, ſed etiam ſacerdotes & principes ſacerdotum. Rabies verò contra dominum ... cuinam impietis iſtius exu... pendæ locum relinquit? Hæc igitur ijs conueniunt, qui pura mentis acie præditi ſunt, ac videre Deũ poſſunt, quiq; ſpiritalẽ cultum cõplectũtur.

b *Et fabricati ſunt.* Hiero. Audiant ad literam mulierculæ oneratæ peccatis, quæ circumferuntur omni vento doctrinæ, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes: mentẽ iunctam Deo, non vitam eccleſiaſticam, & proximã habitationem, Dei prouocare clementiam: ſed potius Dei indignationem commouere, quando in cõſecratis locis habitant indigni.

c *Et poſtes ſuos.* Vt vnus ſacerdotũ & laicorũ eſſet introitus. Vñ Apoſtolus: *Probet autem ſeipſum homo* & ſic accedat ad corpus, & ſanguinem domini.

d *Et murus erat inter.* Vt ſacerdotalia ſacrificia & loca ſacramentorum corporis, & ſanguinis domini breuiſſimi murus diuideret.

e *Et pollu. no. ſanctum.* Hieron. Quid prodeſt habitationis vicinia & medius inter cellulam noſtram & altare domini paries, cum his quæ ſecretò facimus, & quæ turpe eſt etiam dicere, contaminetur & polluatur nomen domini? Ego arbitror, quòd non polluat nomen domini, niſi ille qui viſus eſt nomini eius credere, & ex illius cenſeri vocabulo. Et quomodo tollit membra Chriſti, vt faciat mẽbra meretricis, qui prius Chriſto credidit, ſic ille polluit nomen domini, qui prius fidem nominis eius ſuſcepit: alioqui Ethnicus, & Iudæus cum ſint polluti, & contaminati, ipſa atq; pollutio nomen domini polluere, & contaminare non poſſunt. Quod polluunt, ad quos dicitur: *Per vos nomen meum blaſ. in Gen.*

f *Et habitabo in med.* Boni operis, ſtatim præmium pollicetur. *Et habitabo in medio eorum.* Vnde: *Medius veſtrũ ſtetit, quem vos neſcitis.* Non paruo tempore vt in ſynagoga, ſed ſemper, quod in Chriſti eccleſia comprobatur. D Ioan. 1. d.

---

a ¶Dominum cernentium.
b ¶Non ad tempus, ſicut in templo Salomonis. c ¶Hi ſunt qui ſanctè & purè in eccleſia conuerſantur.

a Iſraël in æternum. Et non polluent vltra domus Iſrael no- 1
a ¶Tam populus quam reges eorum ¶Polluerunt I. b ¶Quibus a Deo fornicati.
men ſanctum meum, ipſi & reges eorum in fornicationibus
a ¶Qui fruſtra ſibi regium nomen aſſumebant. b ¶Arrogans enim offendit Deum, humilis ad miſericordiam prouocat. 2
3
b ſuis, & in † ruinis regum ſuorum & in excelſis, qui fabricati 4
c ſunt limen ſuum iuxta limen meum, & poſtes ſuos iuxta
a ¶Vt nihil eſſet inter ſanctum & prophanum ¶Quo prius
d poſtes meos, & murus erat inter me, & eos. Et polluerunt
e nomen ſanctum meum in abominationibus quas fecerunt: 5
¶Cauſa ſuperioris a ¶Quod dominus per prophetas, præcepit tamen vt a ... ſuam, &c.
propter quod conſumpſi eos in ira mea. Nunc ergo repel- 6
f lant procul fornicationem ſuam & † ruinas regum ſuorum
a ¶Qui talia abominor. b ¶Non ad tempus, quod in ſynagoga
g à me, & habitabo in medio eorum ſemper. Tu autem fili ho 7
a ¶Eorum ſ. qui animo Deum conſpiciunt. b ¶Viſo templo. c ¶Mentes.
h minis oſtende domui Iſrael templum, et confundantur ab 8
a ¶Viſis fabricæ menſuris, & ... onibus.
iniquitatibus ſuis, & metiantur † fabricam, & erubeſcant ex
omnibus quæ fecerunt Figuram domus & fabricæ eius exi-
a ¶Eorum ſ. qui egrediuntur a ſ. eos qui foris ſunt. b ¶Eorum ſ. qui per magiſterium diſcipulorum ad alta, & interiora penetrant c ¶Lxx. ſubſtantiam. i. ſuſpelleſtilem diuinas f.
i tus & introitus, & omnẽ deſcriptionem eius, & vniuerſa præ 9
cepta eius, cũctumq; ordinẽ eius, & omnes leges eius oſten 10
a ¶Qui confuſi ſunt ſuper iniquitatibus ſuis. b ¶Ideo oſtendes, vt cuſtodiant, aliter nihil prodeſt ſcire deſcriptionem. 11
de eis, & † ſcribes in oculis eorũ, vt cuſtodiant omnes deſcri-
¶Opere. a ¶Quæ eſt ſcilicet:
ptiones eius, & præcepta illius, & faciãt ea. Iſta eſt lex domus
a ¶Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita de qua: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei i. eccleſiam. b ¶Qui vertex montium, a quo vulneratus eſt princeps Tyri.
k c ¶Termini. d ¶Domus.
l in ſummitate montis. Omnes fines eius in circumitu ſanctũ 12
a ¶Dicta ſ. ... 
ſanctorũ eſt. Hęc eſt ergo lex domus. Iſtæ autẽ mẽſurę altaris 13

---

g *Oſtende domui, &c.* Hier. Non parui operis eſt, quod oculis carnis vel mẽte conſpexeris audiẽtibus demõſtrare, vt ipſi tecum videantur vidiſſe.

h *Templum.* Hier. Quod in monte, imo in ſummitate montis, quod non illam domum putemus quæ a Salomone in Regum, & in Paralipomenon libris conſtructa narratur. Illa. n. alterius ordinis atq; menſurę, eſt & in ſingulis magnam diuerſitatẽ habens. Tantò inferior tẽplo quod nunc oſtenditur Ezechieli, vt non ſolum cultores eius, & editui, ſed & ipſe fabricator eius Salomon peccauerit, & Deũ offenderit, licet poſtea pœnitentiam egerit, ſcribens Prouerb. in quibus ait: *Nouiſſimè ego egi pœnitentiam, & reſpexi vt eligerem diſciplinã.* Iſta autẽ quæ per Ezechielẽ domui Iſrael oſtenditur, talis eſt, vt quæ in mente conſpexerit, ceſſet ab iniquitatibus ſuis præ deſiderio illius. Vnde: *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis tuæ.* Et: *Vnam petij a domino, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.* Cum cœpero ſcilicet viuere, & eſſe cum Chriſto, qui eſt vita credentium.

E

Salomõ egit pœnitẽtiam.

Pro. 24. d.

Pſal. 25. b.

Ibid. 26. b.

i *Deſcriptionem.* *In domo patris mei manſiones multæ ſunt.* Et alibi: *Statuit terminos Gentium iuxta numerum filiorum Iſrael vel filiorum Dei.* Ioan. 14. a. Deut. 32. a.

k *Sanctum ſanct.* Hiero. In tabernaculo quod fabricatum eſt a Moyſe, & in templo quod a Salomone, interiora tantũ vbi erant Cherubim, & propitiatoriũ, & arca teſtamenti & mẽſa thymiamatis appellabant ſanctaſanctorũ: ſed in hac domo omnes termini reputantur in ſanctaſanctorum. F

l *Iſtę autem menſuræ altaris in cubito ver.* Hieron. *Abyſſum, &...*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 *Et non.* *Per idololatriam, ſicut.* 2 Ipſi & reges. *Fecerunt multipliciter, vt patet 3. Reg. & 4.* 3 In fornica. *Dicitur autem idololatria fornicatio ſpiritualis, eo quod aĩa ibi fornicatur cum diabolo. Dicitur etiam fornicatio corporalis, eò quod in aliquib. idololatrijs exercebatur fornicatio corporalis. ſ. in idololatrijs Veneris et Priapi.*
4 Qui fabricati. *Quod exponunt aliqui de regibus habitantibus iuxta templum, ſicut dicitur de Salomone 3. Reg. 2. & de Athalia 4. Reg. 11. Sed quoniam ſancti reges leguntur ibidem habitaſſe, ſicut Dauid, Ezechias, et Ioſias, et illud quod dicitur hic:* Fabricati ſunt limen ſuum. *Dicitur tãquam quid illicitum, & pertinens ad idololatriam, ideo melius dicitur limen ſuum, &c. quod ly ſuum refertur ad idololatriam aliqui reges 4. Reg. leguntur poſuiſſe idola iuxta templũ, & aliqui etiam in atrijs templi, vt dicitur de Manaſſe 4. Reg. 21.*
5 Et murus. *i. Deos alienos qui per parietem modicum erant diuiſi a ſanctoſanctorum, vbi erat propitiatorium tanquam ſedes Dei.*
6 Propter quod. *Per regem Babylonis. Cętera patent vſq; ibi.*
7 Tu aũt fili. *i. formam templi ſupra deſcripti per me ędificãdi.*
8 Et confundantur. *Propter quas templum Salomonis eſt deſtructum. Cætera patent vſque ibi.*
9 Et vniuerſa pręcepta. *ſ. qualiter cuſtodiri debeãt & officiari.*
10 Cunctumque ordinem. *i. ordinem ſacerdotum, Leuitarum & cantorum.*
11 Et om. leges. *i. cęremonias diuini cultus. Cętera patẽt vſq; ibi.*
12 Omnes fi. eius in cir. *i. omnia ędificia & loca circa templum exiſtentia vſque ad murum exteriorem incluſiuè, quæ dicuntur ſancta ratione ſanctiſanctorum, quod eſt in templo: & ideo ſupra dictũ eſt, quod murus exterior diuiditur inter ſanctum, & vile.*
13 Iſtæ autem men. *Poſt deſcriptionem templi, hic conſequenter ponitur deſcriptio altaris holocauſti. Et diuiditur in tres partes. Nã primò deſcribitur eius dimenſio. ſecundo, eiuſdem dedicatio, ibi.* Et dixit ad me. *tertiò offerentium in illo varia conditio, in principio 44. c. Ad intellectum primę partis ſciendum, quod altare holocauſtorũ deſcribitur hic quadrum æquilaterum, & ex partib. nouem compoſitum. Prima pars iuxta terram vocatur ſinus ſiue fundamentum, & eleuatur ſuper terram per cubitum vnum. Secunda, crepido minor: nam ibi incipit diſcrepare ædificium altaris a fundamento, reſtringẽdo a latitudine fundamenti per vnũ cubitum, & aſcendit ſurſum per duos cubitos. Tertia, crepido maior ibi iterum reſtringitur ędificium altaris per vnum cubitum modo prædicto, & eleuatur ſurſum per quatuor cubitos: propter quod dicitur maior reſpectu præcedentis, quæ aſcendit per duos cubitos tantum. Quarta, vocatur ariel & aſcẽdit ſurſum per quatuor cubitos, et eius ſuperficies ſuperior eſt locus vbi crematur holocauſtũ, & ſic altitudo altaris ſuper terrã eſt 11. cubitorũ, & ſuper altare in quatuor eius angulis quatuor cornua, de quorũ altitudine non fit mentio nec in textu nec in gloſſa. Sciendum, quod iſta quatuor cornua diſtant ab extremitatibus altaris, facientib. eius angulos, & locus cremationis holocauſti: & ſic circa locum cremationis vnus cubitus additur in circumitu. Ex quo ſequitur, quod tota ſuperficies ſuperior altaris habeat in quadro. 24. cubitos, quia locus cre-*

*Ecclus.* *ſum & ſapientiam quis inueſtigabit? O profundũ ſapientiæ, & ſcien-*
A *tiæ Dei, &c.* In Exodo altare quinque cubitorum in longi-
Eccl. 1.2. tudine, & v. in latitudine, hic recedens a ſenſib. quinque
Rom. 11.d. tendit ad vnionem, in quo cubitus veriſſimus cui iungi-
Exod. 38.a. tur palmus. i. paleſtes, ſextam habens cubiti partem.

a *Et cubitus in, &c.*
Hiero. Vt & interiora. i. ſecreta & ſpatia altaris quæ in latitudine demonſtrantur, vno cubito finirentur.
b *Et diffinitio eius vſq; ad labiũ eius, etc.* In circumitu altaris. i. in margine, & circulo, repandum labium fuit, quaſi corona in modũ lilij viſu pulcherrimum. Illud breuiter demõſtratur, quòd in circumitu ipſius altaris in mar-
B gine. ſ. & in circulo ipſius altaris repandum fuerit labiũ, & quaſi corona in modum lilij aſpectu decora.

¶ Perfecto. ¶ Altaris.
in cubito veriſſimo, qui habebat cubitum & palmum. In 1 2
a ¶ Qui ſcilicet ea quæ igne co ſumenda ſunt ſuſcip ebat ¶ Alias. ¶ Alias terminus. 3
† medio. a † ſinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine, & diffinitio 4 5
b ¶ Pro quo ſupra coronam poſuit Hieronymus. ¶ Altitudo cauaturæ. 6
eius vſque ad labiũ eius, & in circumitu † palmus vnius. 7
† palmi vnius. Hæc quoque erat foſſa altaris. Et de ſinu terræ vſque ad 8 9 10
c ¶ Propitiatorium maximum 11
crepidinem nouiſſimã duo cubiti & latitudo cubiti vnius, 12 13
d ¶ LXX A propitiatorio minori vſque ad propitiatorium 14
& à crepidine minori vſque ad crepidinem maiorem qua- 15
† Ipſum autem altare. tuor cubiti & latitudo cubiti vnius: † Ipſe autem ariel qua- 16 17 18
† ab altari. e tuor cubitorum, & † ab ariel vſque ſurſum cornua qua- 19

c *Hæc quoque.* Hiero. Inferiora enim & profunda & terræ cohærentia duali numero qui immundis animalibus congruit, continentur. Superiora autem ad crepidinem ſiue ad propitiatorium peruenientia, vnius cubiti habent latitudinem, vt dualis numerus tranſeat ad ſolitarium, & bonum nuptiarum quod inferius eſt ad vnionis perueniat beatitudinem.

d *A crepidine, &c.* Hierony. Lxx. A propitiatorio minori, &c. Propitiatorium minus, *lapis exciſus de monte ſine manibus.* Propitiatorium magnum, *ipſe lapis qui creuit in montẽ*
Dan. 1.e. *magnum, & impleuit orbem vniuerſum.* Vel propitiato-
Phil. 2.b. rium minus, *quando ſe exinaniuit formam ſerui accipiens.* Propitiatorium magnum, quando recepit *gloriam quam habuit apud patrem antequam mundus fieret.* Prius enim Chriſti humilia agnoſcimus, & ſic ad diuinitatis altitudinem peruenimus. Et tamen vtriuſque naturæ propitiatorium ad

ad vnius altaris pertinet ſacramentum. Inter duo a propitiatoria quatuor cubita quatuor mundi ele ſignificantia, quæ & ipſa perueniunt ad vnius cubi tudinem. Et notandum, quòd in menſura altaris p cubitus in latitudine nulli copulatur, ſed ſua vnio fectus eſt. Se autem lati cubitus poſt cubitos creſ ſummum. tius poſt pr torium min maius per q elementa ad cubiti myſt tendit, & vn ter & tertiu tus in altari ni, non prin cundus & t ſed vnus & & vnus eſſe dicantur.

c *Ipſe autem.* Lux mea Deus ſm quoſdam, ſecu Hiero. leo vel fortis Dei. Quod ad altare propriè d in quo vel illuminatio Dei eſt vel leo, & fortitud vnde: *catulus leonis fili mi Iuda, &c.* Cubitorum aute tuor eſt, & quatuor cornua habet, ſiue ſuperiora q cornuum vno cubito finiuntur, vt euangeliorum ra, & in totum orbem fortitudo diſcurrens ſub ill tionis Dei & leonis fortitudine demonſtrentur, ac que cubitum † perueniant diuinæ confeſſionis.

✱ Theo. Ariel Hebræorum lingua montem De cat, vel ſecundum aliam interpretationem, lum Vocat autem ſic altaris baſim: atque hic numerus rum cum ſacris apoſtolis conſentit, qui baſes & c nes gratiæ fuerunt, & Eccleſiæ fundamenta. *Tu es inquit, & ſuper hanc petram ædifi. &c.* Et ipſum altare cubitis aſſerit maius eſſe Ariei & longitudine, & l ne. Neque enim ſola diuinitate, ſed etiam aſſumpt nitate infinito interuallo maior eſt ſeruis domin

a *Quatu-*

## ✱ NICOLAVS DE LYRA.

*mationis eſt 12. cubitorum in quadro. Item in extremitatibus altaris eſt quædam erectura ſurſum eleuata per vnum palmum, ſicut fit in ſcacarijs: & illa vocatur labiũ altaris, ſicut deſcribitur in figura.*

*Sciendum tamen, quòd cum altare ſit quadratum æquilaterum, non poteſt totum figurari in plano: ſed vnum latus tantum: alia verò tria ſunt per imaginationem inſpicientis ſupplenda. His ita viſis pri*
C *ma pars in duas diuiditur. quia primò deſcribitur altaris dimenſio generaliter: ſecundò particulariter, ibi:* Hæc quoque. *Circa primum dicitur:* Iſtę autem menſuræ altaris. *ſupple ſunt quæ inferius deſcribuntur.*

1 In cubito veriſſimo. *i. in cubito ſanctuarij.*

2 Qui habebat cubitum. *nã vltra communem cubitum continet vnum palmum: ſicut dictum eſt ſupra 40.*

3 In ſinu eius. *Hebrei dicũt. In fundamento eius, poteſt tamen fundamentũ dici ſinus ſimilitudinariè: quia recipit ea quę ſuperponuntur, ſicut ſinus ea quę in ipſo reponũtur.*

4 Erat cubitus. *quia per vnum cubitum aſcenditur ſuper terram.*

5 Et cubitus. *Tantum enim excedit fundamentum ſiue ſinus ædificium altaris quod ſuperponitur.*




6 Et diffinitio. *idest, altaris terminatio, vnde in Hebræo ponitur Et terminus vſque ad labium, ideſt, altitudo altaris terminatur in ſuperiori ſuperficie quæ habebat labium in circumitu, vt prædictum eſt: Et ſubditur quantitas huius labij, cum dicitur.*

7 Et in circumitu palmus vnius, &c. *vnus ſurſum aſcendendo, & ſic habetur dimenſio altaris in generali, quia deſcripta eſt pars inferior & ſuperior.*

8 Hæc quoque erat foſſa altaris. *Hic conſequenter deſcribitur altaris dimenſio particulariter, cum dicitur:* Hæc quoque erat foſſa altaris. *Sciendum quòd dictio Hebraica hic poſita aliquando accipitur pro foſſa vel profunditate, aliquando pro eleuatione ſurſum, ſicut in Latino hoc nomen altitudo licet communiter tur pro eleuatione ſurſum, tamen aliquando accipitur pro tate per oppoſitum ſicut Pſal. 68. a.* Veni in altitudin ris, *ideſt, in profundum, ideo ſubditur:* Et tempeſtas d me. *Et Ioannis 4.b.* Puteus altus eſt. *ideſt, profundus: & tranſlatio noſtra habet foſſa, debet dici altitudo, & hoc pa ram ſequentem, cum dicitur.*

9 Et de ſinu terræ. *ideſt, de fundamento altaris, quod i adhæret terræ.*

10 Vſque ad crepidinem. *In Hebræo habetur:* Par *hoc patet per literam ſequentem, vbi vocatur crepido mino*

11 Duo cubiti. *ſ. al huius crepidinis: & ſic hic vnus cubitus altitud menti, & in fine reſumitu*

12 Et latitudo cubiti. *tur hic latitudo ſpatium quod extenditur hec crep titudine vltra ędificium tè ſupra poſitum eo quod pat ædificium immediatè ſitum ab eo. quod ſuppon eodem modo exponendun ſubditur.*

13 A crepidine min *ab eius parte ſuperiori.*

14 Vſque ad crepi *ideſt, vſque ad terminum eius ſuperiorem.*

15 Quatuor cubiti. *Propter quod dicitur maior crep aſcendit per quatuor cubitos, alia per duos tantum.*

16 Ipſe autem. *i. ſuperior pars altaris quæ vocatur A in ſuperiori ſuperficie eſt locus cremationis holocauſtorum dictum eſt: & ſic deuorat illas carnes ſiue adipes, ſicut leo uorat carnes. Ariel autem leo fortis interpretatur.*

17 Quatuor cubitorum. *aſcendendo ſurſum.*

18 Et ab ariel. *i. ab eius angulis.*

19 Cornua quat. *Et ariel 12. cubitorum in longitudi quia locus cremationis eſt.*

✱ 1 De-

*Q drangulum æquis.* Per quatuor latera vndique duode-
im ubiti ſimul efficiunt 40. & octo cubitos ſacerdota-
iu ciuitatum, vt his, quaſi fundamẽtis in toto orbe di-
iſi eccleſiæ fortitudo ſolidetur.
) *E rep. qua. ubi.* Significat, ꝙ dominus noſter qui verè
ro tiatorium eſt,
on olum pro pec-
ati noſtris, ſed om-
i n do ꝑ quatuor-
lec generationes
en it ab Abrahã
ſq ad Dauid, &
ur m ꝑ alias qua-
uo ecim vſque ad
ap itatem Iecho-
iæ eiuſdem nu-
ner acramento ad
err a deſcenderit,
t i ertia teſſere de
ca d diuini numeri
ſacr nento ſaluaret
qua or ãgulos mũ
di, d uibus dicitur:
*Mult enient ab orien-*
*& cidente aquilone*
*a ro, & recumbẽt*
*c m braham Iſaac,*
*& Iacob in regno cælo-*
*r m*
c *D dij cu.* Pro pec
cat ous, qui tantũ
ſalu tur miſericor
d. ac atoris, vnde:
*Pro ulo ſaluum fa-*
*cies*
d *V us cubit.* In quo
iuſti aluantur nu-
mer ſ. ſolitario at-
que fecto & imi
tant nã diuinitatẽ.
vnd poſtolus: *Deus*
*erat Chriſto mundum*
*recõ lians ſibi,* cuius
prop iatione, & pec
cato s & iuſti recõ
cilia ur.
e *G dus autem eius.*
Hier n. Hi ſunt 24.
ſ bri ter. Teſtamẽ-
ti, q habebant in Apocal. Ioan. citharas, & in capitibus
cor as. Vel ſacramẽta patris & filij & ſpi. ſancti in quo
nob datur vera propitiatio. Et propter hoc graduũ nu-
mer incertus relinquitur, vt quantocunque ſtudio ad
altic conſcenderimus, putemus nos eſſe in inferiorib.
cogi ntes illud: *Ibant de virtute in virtutem.*
f *E xit ad me.* His oſtẽſis docet vir ſupradictus, quomo
do o te perfecto altare debeat expiari & conſecrari, pri
mu ſ. offertur victima, & datur ſacerdotibus.
g *H a ſlum.* Hieron. Nota, quòd vitulus totus offertur
& c ſitudo corporis eius diuino igne conſumitur. *Etſi*
*enim nimus Chriſtum ſecundũ carnem. ſed iam nõ nouimus.* Hir-
cus tem ſecundo die offertur quidem in victimã, ſed
hol auſtum domini præſtanti reſeruatur. Notandum
quo e iuxta Hebraicũ: ipſe Ezechiel quaſi ſacerdos vi-
tuũ bet aſſumere & holocauſtum facere, & ſanguinẽ
cius circũitu aſpergere tã altaris q̃ angulorũ & coronę
ſiue ſis. Septuaginta aũt alios ſacerdotes, hoc facere de-
mon-

monſtrant: Sed ipſe Ezechiel de numero ſacerdotum eſt. D
h *Hirc. c.* Hier. Quod eſt animal ſemper ad excelſa feſti-
nans & in præcipitijs nihil periculi ſuſtinens, & illic inue
nit viã vbi alia animalia ruinam, vnde Græcè caprarum
rex ſublimium conuerſatio dicitur: Paſcha facturi aſſu
munt de grege agnũ & hœdũ. Et qui primo facere paſcha non potuerunt, in ſecũdo menſe faciũt quorũ alterũ ad pœnitentes, alterum ad iuſtos pertinet.
i *Vitulũ de.* Hierony. Moyſes, & Elias videntur in mõtę cum dño. i. lex & prophetæ, qui annuntiabãt ei quòd paſſurus eſſet in Ieruſalẽ. Poſt E
quã altare & menſuræ eius ĩ vertice mõtis demõſtrata ſunt, & conſecratio & expiato per vnum vitulũ immaculatum & hircum, ſiue duos hœdos ſecundum Lxx. quorum vitulus ad Chriſtum, ſequentes ad apoſtolos miniſtroſq; pertinent, ne in cõſecratione ſpiritualis altaris, & propriè ad eccleſiã pertinentis lex & prophetæ videantur excluſi: ideo conſecrato altari, vitul⁹ immaculatus aſſumitur & aries, & offeruntur in conſpectu domini. Et filij Sadoch. i. iuſtorũ ſacerdotes aſpergunt F
ſal ſuper capita eorum, vt lex. ſ. & prophetæ ſapore euangelij condiantur, nec vllũ ſacrificiũ eſt iuxta legis imperiũ, & Apoſtolũ (q ait: *Sit aũt ſermo veſter. ſale cõditus*) qd̃ ſale careat. Vtrũque autẽ Col. 4. b
afferĩ in holocauſtũ dño, quod corpus ſignificatur in lege & prophetiæ nubilũ, igne dñi. i. Spirituſancto dr̃ (*Spiritu feruẽtes*) in ſpiritualẽ & tenuẽ ſubſtantiam cõuertantur. Rom. 12. e
k *Hircum pro.* Vt per hæc ſacrificia ſeptem diebus ad perfectum expietur altare. In vij. ſabbatiſmus ſignificatur, q populo Dei reſeruatur, in quo uerã requiem ſperamus, nec facimus ſeruile opus peccati.

Hier. In hirco & vitulo & ariete tria generalia delicta monſtranĩ, quib. humanũ ſubiacet genus, aut cogitatione. n. aut ſermone, aut opere peccamus. Cogitatio ad arietẽ quæ prima eſt oĩum peccatorũ:, & ex qua cætera duo genera naſcunĩ. Hędus & hircus ad ſermonẽ, qui de excelſioribus diſputat. Opera in vitulo ſignanĩ qui vomeri & labori & terrenis operibus mancipatur. Hæc igitur & immaculata per dies ſeptẽ veri ſabbati atque pfecti Deo offerre debemus, & expiare altare, vt oratio noſtra munda ad Deum perueniat. a Et

Tria genera peccati.

¶Paulatim manifeſtat. a¶Propter duodecim tribus & apoſtolos duodecim.
tuor. Et ariel duodecim cubitorum in lõgitudine per duo 1
a decim cubitos latitudinis, quadrangulũ æquis lateribus.
a¶Lxx propitiatorium: Symmachus, circumitum.
b Et † crepido quatuordecim cubitorum longitudinis per 2
quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius 3
¶Lxx. Siſon a¶Propitiatorii b¶Symmachus, conſummatio.
c & † corona in circumitu eius dimidij cubiti, & ſinus eius 4
a¶Propitiatorii. 5
d vnius cubiti per circumitum. Gradus autem eius verſi ad 6
e orientem. Et dixit ad me: Fili hominis, hæc dicit dominus 7
f Deus: Hi ſunt ritus altaris, in quacumq; die fuerit fabrica 8 9
tum, vt offeratur ſuper illud holocauſtũ, & effundatur ſan
g guis. Et dabis ſacerdotib. & Leuitis qui ſunt de ſemine Sa 10 11
¶id eſt, iuſti.
doch, qui accedunt ad me, ait dominus Deus, vt offerant
a¶Qui pro nobis immolatus eſt
mihi vitulum de armento ꝑ peccato. Et aſſumens de ſan-
a¶Quo re[...] per lumen b¶Q[...] in hoc ſanguine purificantur quatuor plagæ mundi. ¶Altaris.
guine eius pones ſuper quatuor cornua eius, et ſuper qua
a¶Vt vniuerſa purgatur, & ſit firma propitiatio. b¶Propitiatorii.
tuor angulos crepidinis, et ſuper † coronam in circumitu,
a¶Alter[...] expiatur ſanguine, vt orationes ſanctorum mundæ perueniant ad Deum.
et mundabis illud et expiabis. Et tolles vitulum q oblatus 12
fuerit pro peccato, et cõbures illum † in ſeparato loco do- 13
h mus extra ſanctuarium. Et in die ſecunda offeres hircum
¶In hirco.
caprarum immaculatum pro peccato, et expiabunt alta-
re ſicut expiauerunt in uitulo. Cumque compleueris ex-
a¶Moyſem mitiſſimum. b¶Eliam ſimilem Moyſi, vnde audet dicere Ego relictus ſum ſolus.
i piás illud, offeres uitulum de armento immaculatũ, et arie
tem de grege immaculatum, et offeres eos in conſpe-
ctu domini. Et mittent ſacerdotes ſuper eos ſal, et offe-
¶Expiato altari. ¶Sermonem.
rent eos holocauſtum domino. Septem diebus facies 14
k ¶Operationem.
hircum pro peccato quotidie, et uitulum de armento,

† clauſura.
† baſim
† ſecundum præceptum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 uodecim cub. &c. *Per quadrum.*
2 crepido. *ſcilicet, ipſius Ariel.*
3 uatuordecim. *ſ. per quadrũ, quia vnus cubitus in quatuor later us altaris protenditur vltra cornua, vt prædictum eſt, & ſic tota perficies ſuperior altaris eſt 14. cubitorũ in quadrum. Et vocatu lle cubitus crepido altaris, quia ibi diſcrepat altare ab eo qd̃ eſt i erius per vnum cubitũ vltra ſe extendens, & ſpiſſitudo illius crep inis eſt dimidij cubiti: ideo ſubditur.*
4 t corona *In Hebræo habetur.* Et crepido. *poteſt tamen dici coro, quia ſuperiorem partem altaris circundat.*
5 t ſinus eius. *id eſt, fundamentum altaris.*
6 nius cubiti. *Sup terrã & ſic reſumitur altitudo fundamẽti quæ ſupra fuit omiſſa, vt prædictũ eſt.*
7 Gradus aũt. *ſ. altaris.*
8 Verſi ad ori. *poſiti in parte orientali altaris, vt ſic ſacerdos offerens ſuper altare habeat faciem verſam ad templum, quod eſt in parte occidentali.*
9 Et di. ad. *Hic conſequenter deſcribitur dedicatio altaris per ſacrificia ſeptem diebus & octauo die & deinceps fient ibi ſacrificia, & oblationes rite, & patet litera paucis exceptis quę diſcurrentur.*
10 Et dabis ſacer. *i. dandum in futuro denuntiabis.*
11 Qui ſunt de. *Exponatur ſicut ſupra in fine 40. cap.*
12 Et mundabis. *i. aptabis ad faciendum ibi oblationes.*
13 Et combures. *i. intra clauſuram totius ædificij. tamen extra atrium interius & templum.*
14 Septem die. *id eſt, offeres eum & cætera animalia.*

A a *Et implebunt.* Dominis.ſ.ſacrificij ꝑ pōtifice, ꝑ ſacerdotib. pro populo, vt nemo ſtet vacuus coram domino.
b *In die.* Vt dicat cū Apoſtolo: reſurreximus cū Chriſto, & vltra octauā tendāt ad

Deut.16.d
Rom.6.d

a ¶ Cogitationem.
& ariētem de pecoribus, immaculatos offerent ſeptē die-
bus,& expiabunt altare & mundabunt illud,& implebūt 1
a ¶ Lxx. Manus ſuas. b ¶ Altaris.
a manum † eius. Expletis autem diebus ſeptem, in die octaua
b & vltrà facient ſacerdotes ſuper altare holocauſta veſtra,
a ¶ His delectatus
& quæ pro pace offerunt,& plācatus ero vobis, ait domi-
nus Deus.

ad cæleſtia, & ... rant pro no... locauſtū, ſiu... pro pace pecc... & ſalute noſt... vt per ignem... ſpiritus omni... cogitamus, ... & facimus in... tualem ſubſt... conuertantu...

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et implebūt.*ideſt, locum cremationis dicti ſacrificij: & dicitur manus, eò quòd capit ſuperpoſita ſacrificia. Cætera pa... ſupradictis.*

ADDITIO.

*In cap.43. vbi dicitur in poſtil. Implebunt manum, &c.*

*Hoc quod dicitur: Implere manum alicuius, in ſcripturis ſacris intelligitur ſupplere ea quæ ſunt neceſſaria, ſeu requiſita ad tale officium, ſeu ad talem dignitatem, vnde: Exod. 19.g. dicitur. In conſecratione ſacerdotis implebis manum Aaron & filiorum eius, ideſt ...ſtrabis eis neceſſaria, ſeu opportuna ad huiuſmodi officia, ſeu ...tes. Similiter hoc cum dicitur: De altari implebunt manum ... telligitur quod adminiſtrent, ſeu ſuppleant ea quæ requiru... eius mundationem, ſeu expiationem.*

CAP. XLIIII.

a ET *conuertit.* Hier. Multæ ſunt portæ in deſcriptione tēpli tā intus q̄ foris. altaris quoq; figura & cōſecratio & ſacrificia ſermo ꝓteritus percurrit, quo finito, venit ad portā ſanctuarij exteriorē, q̄ reſpicit ad oriē. & erat clau. vnde: *Et conuertit me.*

B b *Portę ſan.* De qua: *Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, & væ vobis legis doctorib. qui tollitis clauē ſciētię: Ipſi non ingredimini, &c.* Hic eſt liber ſignatꝰ in Iſaia. Hic eſt liber cuius *nemo pōt ſoluere & aperire ſignacula niſi leo de tribu Iuda.*

Matt.23.b
Lucæ 11.g
† conuerti.
Iſa.29.d
Apoc.5.a
† tranſibit.
Philip.2.a

c *Porta hęc.* Hieron. priuſquam Saluator humanū corpus aſſumeret, & ſe formā ſerui accipiēs humiliaret, clauſa erat lex & ꝓphetiæ, & omnis ſcientia ſcripturarum, clauſus erat paradiſus. Poſtquā aūt ille pependit in cruce, & ait latro-

C ni: *Hodie mecum eris in paradiſo.* ſtatim *velum templi ſciſſum eſt*, & oīa aperta ſunt, ablato q. velamine dicimus. *Nos aūt reuelata facie gloriā domini cōtēplantes, &c.* Si in Chriſto reuelata ſunt omnia, quomodo porta clauſa erit, & non aperietur? Sed quamuis ad ſummam ſcientiam venerimus comparatione diuinæ ſcientiæ, *Nunc ex parte ſcimus, ex parte cognoſcimus. Cum autem peruenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex par. eſt.* Vnde & Paulus nunc perfectum ſe, nunc imperfectum dicit. Eſt enim comparatione aliorum perfectus, comparatione diuinæ ſcientiæ imperfectus.

Luc.23.f
2.Cor.13.d
2.Cor.13.c
Philip.3.c

Hieronymus. Quod autem porta orientalis extra terminos mundi ſemper clauſa ſit: Ioannes aperit cum dicit: *Deum nemo vidit vnquam, ſed vnigenitus qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit.* Quaſi aliis verbis dixerit. Eritque clauſa principi & princeps ipſe ſedebit in ea, vt comedat panem perfectæ & conſummatæ ſcientiæ. *Nemo autem nouit filium niſi pater, & nemo nouit patrem niſi filius, & cui filius voluerit reuelare.*

Ioan.1.b
Matt.11.d

✲ Theod. Oſtendit portam clauſam, præcepitque hanc cōtinēter claudi, & attribui ipſi auctori oīum rer... nō q̄d porta indigeret, q vbiq; intereſt. Verū imb... rib. aurib. ſeſe accōmodās hæc deſignat. Et par eſt ... nobis virginalem aluū innui, per quam nec ingre... neque egreſſus alius aliquis, quàm ſolus ipſe domi...

CAP. XLIIII.

a ET † conuertit me ad viam portæ ſan- 1
b ctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad 2
a ¶ Virgo Maria, virgo ante partum, virgo in partu, virgo poſt partum.
Orientem, & erāt clauſa. Et dixit domi-
a ¶ Scripturarum ſcientia
c nus ad me: Pōrta hæc clauſa erit, & non
a ¶ Ad plenum. b ¶ Quamuis perfectus comparatione aliorum.
aperiētur, & uir non † tranſiet per eam, 3
¶ Solus a ¶ Qui clauſis ingreſſus eſt oſtijs. ¶ Vnde: Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit ti.
d qm̄ dominus Deūs Iſrael ingreſſus eſt per eā, eritq; clauſa 4 5
a ¶ Lxx Duci. ¶ Verbi Dei. ¶ In cuius aduentu reſerabitur. ¶ Ad vſum eius.
b ¶ Chriſtus, ſ. qui eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, ipſe eſt hoſtia.
c ¶ Nobiſcum. d ¶ Cęleſtem & vinum, de quo: Non bibam amodo de hoc genimine vitis: niſi in regno patris mei illo ſ. regno de quo dicitur. Regnum Dei in tra vos eſt.
prīncipi. Princēps ipſe ſedebit in ea, vt comēdat pānem 6
7

✲ Chryſoſt. ... tētiæ Dei, ga... gine Chriſtu... ſit, & tñ ipſ... fuerit poſt pa... vt legimus i... *Porta hęc, &c.*
✲ Euſeb. Em... nunc potenti... di iſtius ianu... partū inuiol... tris ītrauit, q... modum ad d... los clauſis fo... netrauit.
✲ Ambroſ. ... illa porta ſan... illa exterior ...

tē q̄ manet clauſa? Et nemo inquit pertranſibit ... niſi ſolus Deus Iſrael. Nōne eſt Maria, per quam i... mundum intrauit? ✲ Ruffinus. Quid tam euid... de conſecratione virginis potuit? Clauſa fuit in ... nitatis porta. Per ipſam introiuit dominus Deu... & per ipſam proceſſit, & in æternum porta Virgi... ſa, ſeruata virginitate permanſit.

✲ Auguſt. Integra fide credendum eſt, beatam ... Dei Chriſti matrem, & virginem concepiſſe, & genuiſſe & poſt partum virginem permanſiſſe. ... blaſphemiæ Eluidij acquieſcendum, qui dixit. Fu... ante partum, non uirgo poſt partum.

d *Eritq;* Ra. Nemo enim poteſt paſſionis, corp... ſanguinis domini pro maieſtate rei ſacramenta ... ſcere. Tantæ autem bonitatis & clementiæ eſt ... noſter. vt cum ſolus ſedeat in porta quæ clauſa e... nem coram domino comedat, velit tamen plure... ſuæ habere conſortes & dicat: *Ecce ego ad oſtium ſto... ſi quis mihi aperuerit, intrabo ad illum & cœnabo cum ipſo, & ipſe mecum.* ... lus autem comedit panem coram domino quia ... tia eius diuinaque natura ab omnibus ſeparata ...

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XLIIII.

✱ ET conuertit. *Poſt deſcriptionem dedicationis altaris, hic conſequenter agitur de oblationibus ibi fiendis, & diuiditur in duas partes, quia primò de hoc agitur quātū ad principes, ſecūdò quantū ad miniſtros & ſacerdotes, ibi:* Et adduxit me. *Circa primū ſciendū, quod princeps eſt vicarius Dei in tēporalib. & ideo deſcribitur hic habere prerogatiuam in modo veniendi ad offerendū: tamen per manus ſacerdotū, & etiā quantū ad comedendū. Nā de obligatione pacifica vna pars cedit in vſum offerentium, quam debent comedere coram domino, vt diffuſè dictum fuit in Leuitico. Quantum igitur ad primum, ſcilicet, viam veniendi ad offerendum dicitur.*

1 Et conuertit. *ſcilicet angelus me deducens.*

2 Ad viam por. *ideſt, atrij interioris, quod dicitur hic ſanctuarium exterius. Nam ibi offerebatur ſacrificium ſub dio in ... locauſtorum, ſed conſummabatur per oblationem incenſi i... plum. Cætera patent vſque ibi.*

3 Et vir nō tran. *i. homo de communi populo, & ſubd...*

4 Quoniam dominus. *propter quod debet eſſe maiori ... tiæ, & minus communis quàm aliæ. De hoc autem ingreſ... per eam habetur ſupra in principio præced. cap.*

5 Eritque clau. *Hic eſt finis verſus in Hebræo, & eſt ſe... erit clauſa communi populo, & ſequitur principium ſequ... ſus. Principem, & ſubintelligitur, excipio, ſicut 2. Reg. 5.* Qui percuſſerit Iebuſæū: *& ſubintelligitur: erit princeps ſicut ibidem fuit declaratum. & ſic eſt in propoſito, ideo ſu...*

6. Princeps. *ideo non ſolū poterit ibi intrare, ſed etiā ſedere ... quid ſubditur.* 7 Vt comedat panem. *i. hoſtię ſuæ pa...*

a ... ecce. Hier. In cōſummatione tabernaculi & in ędificione tēpli Salomonis apparuit gloria domini, quæ poſt Euangelicæ gloriæ comparatione deſtructa eſt. vnde Paulus: *Etenim non eſt glorificatum quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam.* Non autem deſtructionis priſtinis gloriæ aboli tionē putemus. Sed *cum uenerit quod perfe ctum eſt, deſtruitur quod ex parte eſt*, velut ſi ſo lis diis lampadem co pates vel lucer na, vnde: *Ille erat lu cerna ardens, & lu. &c.* Poſtquam verò ſol iuſtitiæ venit, lumē lucernæ abſconditū eſt. vnde: *Illum opor tet creſcere, me autem mi...*

b *Et cecidi in faciem me.* Hier. Nedum cernere cupiat quin quod humana poteſt infirmitas, ipſi oculorum lu mē amittat, vnde fa miliarius vocat eū dominus filium ho minis.

c *Ceremonijs, &c.* Hier. Nota quod in medi huius plaga, quæ maligno poſitus eſt & in aquilonis fri... re conſtitutus, cæ... lium nobis ce remoniarum ordo monſtratur.

d *Sufficiāt uobis.* Ad poenitentiā peccato rum priorum horta tur, ne peccata pecca tis addamus, mate riam præparantes fu turo incendio.

Theod. Dicere ... exacerbanti populo, vel litigioſo, & cōtentioſo (vt alij interpretati ſunt) vt contenti ſunt priſtinis ... oribus, quæ patrare auſi ſun t alienigenas & incircumciſos in ſacrum Dei templū introducentes, & quod maximum criminum eſt, quia non ſolū carnem incircumciſam habebant, ſed ēt mentem ipſam, ita vt perſpicuum ſit cordis circunciſionem iuſtitię perfectionem eſſe, carnis vero circunciſionem circunciſionis mentis argu-

argumentum eſſe & ſignum.

e *Eo quod inducitis. Modicum fermentum totam maſſam corrum pit.* In quibuſdam exemplaribus habetur: Ne introducas impium in tabernaculum iuſtorum. D 1. Cor. 5. b

f *Alienos.* Hier. Alieni niſi circunciſi corde, carne, auribus, labiis, oculis, guſtu, odoratū, in ſanctuariū non debent introduci. Audiant hoc epiſcopi presbyteri, ne tales introducant. vnde: *Nemini ci to ma. im.* 1. Tim. 5. d

g *Incircuncifos corde.* Cultello Dei cor noſtrū circuncidimus, & præputium auferimus, cū turpes cogitationes de corde noſtro non exeunt. E Ne de nobis illud dicatur. *Incraſſatum eſt cor populi huius.* Act. 28. g Caro ſimiliter circuncidi tur, ſi nō luxurię ſed neceſſitati tm̄ mancipatur in victu, in veſtitu, & cæteris, ut audiat: *Hodie abſt. opprobrium Aegypti a uo bis.* Ioſue 5. c Aegypti. n. magnarū carnium ſunt.

A a E T conuer.&c. *Aquæ autem.* Hieronym. Sunt aquæ & amaræ,& peſſimæ. Vnde: *Quid vobis,& viæ Aegypti, vt bibatis aquas Gyon.* quæ Hebraicè Syor dicũtur, ideſt, turbidæ,& cænoſæ. Vnde: *Dabo eis potum aquam fellis.* ideſt, in qua draco habitat qui dixit: Mea ſunt flumina, &c. Vnde. *Intrauerunt aquæ vſque ad animã meam.* Et alibi. *Forſitan aqua abſorbuiſſet nos.* Hæc aqua alio nomine dicit Marath, ideſt, amaritudo, in qua ſignũ crucis immittitur, & amara in dulcia vertuntur. Lex enĩ Moyſi ſi carnis ſenſu intelligatur, amara eſt, effodiens oculum pro oculo, dentem pro dente. Vide in Thamar fornicationẽ, & Hoſeæ iũctũ fornicariæ, Ieremiæ perizoma, Moyſi vxorem Aethiopiſſam. interfectionem Aegyptij & huiuſmodi, quæ iuxta occidentem literam amara ſunt, & lectorem non tam ædificant quam deſtruunt.

Iere.2.d. Ierem.9.e. Ezech.29.a. Pſal.68.a. Pſal.123.a. Exod.21.c. Deute.19.d B 2.Reg.23 c. Hoſeæ.1.a. Iere.13.a. Exo.2.c.& d.

## CAP. XLVII.

*Scilicet templi.*

a E T cõuertit ad me portam domus,& ec- 1 2
ce aquæ egrediebãtur ſubter limen do 3
*b Non ad aquilonem, vel occidentem.*
mus ad orientem. Facies enim domus 4
b reſpiciebat ad orientem. Aquæ autem 5
deſcendebant in latus templi dextrum
*a Ideſt. b Ex hoc patet ſacras eſſe aquas, & Saluatoris ſignificare doctrinam. c Non cuiuslibet loci. Vbi ſponſus conuiuas ſuos paſcit, & accubat*
c ad meridiem altaris. Et eduxit me per viã portę aquilonis, 6
d & conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viã quæ 7
*Baptiſmi.*
reſpiciebat ad orientem: Et ecce aquæ redundantes a latere 8
dextro, cum egrederetur vir ad orientem, qui habebat funi- 9
*a Eaſdem aquas. b Peccata quæ nobis per aquas baptiſmi remittuntur, hæc ſunt initia profectuum.*
e culum in manu ſua, & menſus eſt mille cubitos, & traduxit
f me per aquam vſque ad talos. Rurſumque menſus eſt mille,
*a Poſt mille cubitus, qui perueniunt ad talos b In qua, ſcilicet.*
g h & traduxit me per aquam vſque ad genua. Rurſumq; men-
*a Cubitos.*
ſus eſt mille, & traduxit me per aquam vſque ad renes.

b *Aquæ autem.* Viuæ, ſcilicet, Spirituſſanctus. vnde: *Super aquam refectionis educauit me.* De quibus dicitur: *Haurietis aquas in gaudio de fon.ſal.* Et alibi. *Benedicite Deo domino de fontibus Iſrael.* Et alibi. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ,* quæ ſcilicet ſunt aquæ doctrinæ.

Pſal.22.a. Iſa.12.a. Pſal.67.f. Ierem.2.c.

c *Ad meridiem al. ris,&c.* Non ad aquilonem, non ad occidentem. Hiero. Nota, quod aquæ iſtæ quæ egrediuntur per portam orientis, intantum leuas partes fugiunt, vt a dextris altaris ad meridiem pergant.

C d *Et edux t me,&c.* Significat ꝙ ſtatim ad portam orientalem peruenire non poſſumus niſi per viam portæ aquilonis longo circumitu perueniamus ad eam. Niſi enim vẽtum frigidiſſimum calore fidei vicerimus,& eius regiones calcauerimus (ſecundum illud *Deus autem conteret Sathanam ſub pedibus noſtris?*) portam per quam egrediuntur aquæ,& ſunt a latere dextro ingredi non poſſumus.

Rom.16.c.

e *Mille cubitos.* Hieron. Quod generé maſculino cu[...] non neutro cubita dicimus: non ex grammaticæ i[...]tia, ſed propter ſimplices & idiotas (quorum in cong[...]tione eccleſiæ maior pars eſt) facimus.

f *Traduxit me per a.* Hieron. Poſt remiſſionem ſi qu[...]

h *Vſque a[...]* His gradib[...] uenimus a[...]mia, quæ tamen ipſa ſublimia vſque ad lumbos, perueniunt, vt omnis libido in nobis truncetur, & [...]deamus corporis ſanctificationem, ſine qua nem[...]bit Deum. Vnde a pedibus vſque ad lumbos De[...]tur igneus. Indigẽt enim igne, & purgatione lum[...] opera. Vnde? *Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus.* [...] enim nocte & die phantaſijs illudit inimicus. A[...] verò vſque ad caput & verticem: precioſiſſimo electri fulgore reſplenduit, vt nihil in ſe ſordidu[...] habeat vilitatis.

✲ Theodoretus. Secundum figuram docetur [...]rum veram expiationem ex aqua & Spiritu fi[...]det autem hanc aquam a portis domus exeun[...] per altare tranſeuntem, ad orientem procedere [...]dæis enim ſalus gentibus. Et Chriſtus ex Daui[...]dum carnem, ex virginali vtero, velut a quibuſ[...]nis veſtibulis apparens, per aquam & Spiritum r[...]tionem orbi terrarum eſt impertitus. Hoc San[...] di[...]

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XLVII.

✲ E T conuertit ad me. *Hic ponitur quintum incidens, quod eſt de aquis egredientibus de templo. Et diuiditur in tres partes, nam primo deſcribitur earum ortus. Secundò progreſſus, ibi:* Et conuertit me. *Tertiò, ornatus & effectus, ibi:* Et eduxit me. *Circa primum dicitur.*

Diuiſio.

1 Et conuerti me ad portam *i. templi.*
2 Et ecce aquæ egre. *per modum fonticuli ſcaturientis.*
3 Subter limen domus *i. fluentes inde ad orientem.*
4 Facies enim. *i. oſtium templi. Dicunt autem expoſitores Latini quod limen vnde dicuntur hic aquæ oriri, eſt limen porticus templi: ſed textus ſequens videtur contradicere, cum dicitur.*
5 Aquæ autem deſcendebant in latus. *Hoc autem eſſe non poteſt, ſi oriri dicantur ſubter limen porticus templi: quia fluunt ad orientem, vt dictum eſt. templum autem eſt ad occidentem reſpectu porticus. Et ideo dico cum Hebræis, quod limen vnde dicuntur egredi, eſt limen ſanctiſanctorũ. vnde infra dicitur de iſtis aquis, ꝙ egrediuntur de ſanctuario, quod propriè dicitur de ſanctoſanctorum: & inde tranſibant per templum declinando aliquantulũ ad latus dextrum, & inde ad porticum templi: et poſtea ad atrium interius fluendo ſemper verſus orientem inter altare holocauſti, & latus meridionale atrij. Et ideo ſubditur.*
6 Ad meridiem altaris. *Dicitur autem hic pars meridionalis dextera, quia fluxus iſtarum aquarũ eſt ab occidente in orientem, vt patet: ex dictis. Homo verò procedens ab occidente in oriente habet partem meridionalem ad partem dexteram, vt patet ad ſenſum.*
7 Et con. me. *Hic conſequenter deſcribitur iſtarũ aquarum progreſſus. Circa quod ſciendũ, ꝙ expoſitores Latini dicunt, ꝙ iſtæ aquę ante ſuum egreſſum de atrio interiori diuiduntur in quatuor riuolos, quorum vnus vadit ad coquinas porticuum auſtralium. Alius ad coquinas porticuum aquilonarium. Alij duo ad duo altera [...] orientalium, vbi ſimiliter ſecundum eos ponuntur coqui[...] quatuor riuuli poſt eorum egreſſum de porta orientali muri reflectuntur, & conueniunt in vnum. Sed hęc diui[...] contraria textui, cum dicitur:* Et conuertit me ad via[...]tam ex. &c. *Quia ſequitur.*
8 Et ecce aquæ redundantes: *i. egredientes.*
9 A latere dextro. *ſ. portæ orientalis exterioris mur[...] eſſet dicta diuiſio aquarũ ſicut ipſi dicunt, ita egrederentur [...]niſtro, ſicut a dextro. Nam ſcdm eos egrediuntur per qu[...] quorũ duo ſunt ad dexteram portę, & duo ad ſiniſtram. [...] dictam diuiſionem pp duplicem cauſam: Vna eſt, vt aquæ [...]quinis porticuũ, & hęc eſt nulla. nam coquinæ non ſunt il[...] vt oſtenſum eſt ſup. Alia cã eſt, vt Leuitę lauent ibi hoſt[...] ſimiliter videtur nulla: quia ſicut patet in textu ſequent[...] quanto plus protenduntur verſus orientẽ, ſunt maiores. [...]tur in textu poſt egreſſum earũ de muro exteriori menſur[...] cubiti: & tamen ibi adhuc aqua eſt parua. ita ꝙ attingit [...] ad talos ſeu cauillas pedũ ſcdm Hebręos. Et oportet vlt[...] ꝙ ſint multo minores prope locũ originis; ſ. in atrio interi[...]uidantur in quatuor partes: & ſic nõ apparet qualiter in [...] hoſtię lauari. Item iſta cauſa magis eſt ad oppoſitum, qu[...]ſa melius deſeruiret dictę lotioni quam diuiſa: propter q[...]uiſio videtur fictitia, maximè quia textus hoc non dici[...] contrarium. Et ideo dico cum Hebręis, ꝙ aquæ iſtę per [...] procedunt de loco originis vſque ad exitum de muro ex[...] adhuc iſte riuus ſecundum Hebręos eſt valde paruus. na[...]latio noſtra habet.* Et ecce aquæ redundantes a late[...] *in Hebręo habetur: Et ecce aquę phialantes, &c. ideſt, ſi[...]cut aqua exiens de ore phialę, vt exponunt Hebræi.*

a ¶ Cubitos. b ¶ Cogitationum. ſ. In centinum vel incentiuorum.
c ¶ Milles quartos cubitos, Dauid tamen dicit Torrentem pertranſiuit anima noſtra. Sed in Hebræo habetur. Torrens pertranſiuit animam meam.

a Et mēſus eſt millē, torrētē, quē nō potui pertranſire: quo 1
a ¶ Torrentis
b ¶ De quo, De torrente in via bibit. Et, Conuerte domine captiuitatem noſtram ſicut torrens in auſtro.
niā intumuerant aquæ profunde torrētis, qui nō poteſt
a ¶ Vir prædictus ductor Ezechielis, monet in ſingulis prophetam, vt diligentius intueatur, vt videat occulta myſteria.
tranſuadari. Et dixit ad me: Certè vidiſti fili hominis. Et edu 2
¶ Alij fluminis.
b xit me & cōuertit ad ripā torrētis. Cūq; me cōuertiſſē, ecce 3 4
a ¶ Alias priores. ¶ Quæ in paradiſo varijs pomis abundant. b ¶ Ductor prædictus
c in ripa torrētis ligna multa nimis ex vtraq; parte. Et dixit ad 5
a ¶ Baptiſmi gratia, vel euangelica doctrina. b ¶ De limine templi domini.
d me: Aquæ iſtæ quæ egrediuntur ad tumulos ſabuli orietalis 6
a ¶ Orientale i. mortuum, in quo nihil viuere poterat. & amariſſimum, quod Græcè aſphaltum, i. ſtagnum bituminis vocant.
e & deſcendūt ad plana deſerti, intrabūt mare, & exibūt, & ſa- 7
nabūtur aquæ. Et omnis anima viuens, quæ ſerpit quocun- 8
que venerit torrens viuet, & erunt piſces multi ſatis, poſt- 9 10
quā venerint illuc aquę iſtę. Et ſanabuntur, & viuent oīa, ad 11
a ¶ Euangelicus. b ¶ Quibus dicitur, Faciam vos fieri piſca. hom.
quę venerit torrens, & ſtabunt ſuper illa piſcatores. Ab 12
a ¶ Oculo ſ. fonte hœdi, qui pro peccatis ſemper offertur. b ¶ Fontem vitulorum qui domino mactantur, & vitulorum cornua promerentem & vngulas imitantur, qui in typo domini ſaluatoris mactantur.
f Engaddi vſque ad Engallim ſiccatio ſagenarum erit. Pluri- 13
a ¶ In mari quondam mortuo. b ¶ Mundi, ſcilicet. c ¶ Humani generis.
g mę ſpecies erunt piſciū eius, ſicut piſces maris magni, mul- 14
a ¶ Qui enim in arca Noe non fuerit diluuio peribit, ſimiliter non ſaluantur quos hic fluuius nō attingit.
titudinis nimiæ. In littoribus autem eius, & in paluſtrib. nō 15 16

...ur: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo,* &c. Et alio loco: *Si quis ſitit, veniat,* &c. Hanc Ezechiel vidit profluentem à veſti... domus: per legem enim, & prophetas fuere prædicta ... a bona. Et tranſeuntē per altare: quia per Iudæos dum trāſijt. qui vbi nō credētes, fidei fructus reddere no... nt. tranſijt ad ... s, & maximū ... pulcherrimū ... ſiatū irrigat pa... um. Ait dein... è conſpexiſſe ... dam, qui trā... q; ad talos, de... tranſijt vſq; ad ... a, tertiò vſque ad ... mbos, at vbi ... um impleuit ... erū torrēs in... factus eſt ma... s, quē pertran... ō potuit. Do... os per hęc, fo... initio euange... erconiū pau... d ſalutē addu... leinde eos du... , ac triplicet, ... ſtea totū im... orbē ſecundū ... *Replebitur vni... terra cognitione ... ſicut aqua mul ... es maria.* Scire ... ; operæprætiū ... ater illum di... um fuiſſe, & ... is euangelijs ... em numero menſuram adhibuiſſe. Exiſtimo vero ... am menſuram diuini Ioannis euangelium indicare, ... theologiam continet inacceſſam, & ad quam homi... ſpirare minime liceat. Quæ enim mens vltra illud, *In principio,* poterit penetrare? Et q̄ ad illud, erat, tranſcendere?

* ...reg Papa. Vir qui apparuit, mille cubitos metitur, & pro...eta per aquas vſque ad talos ducitur: quia Redemptor noſter, cum nobis ad ſe conuerſis boni exordij plenitudinem tribuit, dono ſpiritualis ſapientiæ prima operis noſtri veſtigia infundit. Rurſum per aquā vſq; ad genua ducitur, quia cum boni operis plenitudo tribuitur, ad hoc ... noſtra ſapientia augetur, vt in prauis actibus iam ... nè flectatur. Aqua verò vſque ad renes venit, cum ... do ſapientiæ etiam incentiua carnis interimit, vt ea ... rere mentem poterant delectationis incendia frige... Ad aquam autem peruenit quam non pertranſit, qa ad contemplationem ſapientiæ cū ad extremū ducimur, ... immēſitas humano animo denegatur: vt hanc & tā... amet, & tamen pertranſeundo non penetret.

a *Quem non po.* &c. Hier. Nec propheta enim, nec humana natura poſt lumbos torrētem cogitationum tranſire pōt, vel ...centiua vitiorum, Vir autem ille indutus Baddim duc...r prophetæ liquido poteſt tranſire, *qui peccatum non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. Quis poteſt gloriari mundum ſe habere cor? Mundus. n. in maligno poſitus eſt, & à pueritia oppoſitum eſt cor hominis ad malum, vt ne homo vnius diei à natiuitatis ...o ſine peccato ſit.* Vnde: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Non. ſ. in iniquitatibus patris meæ, vel meis, ſed humanæ conditionis. Vnde: *Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen.*

...oo. Hier. In figura. ſ. Saluatoris. Ezechiel enim interpretatur fortitudo Dei. vel imperiū vel filius hominis dicitur ad commonitionem fragilitatis humanæ, ne obliuiſcatur conditionis ſuæ, dum ei monſtrat magna. D

b *Ad ripam.* Hie. Vt qui mediam partem profunditate trāſire non poterat: ſaltem ea quæ in ripis ſunt recognoſcat.

✱ Theo. Apud ripā aquæ omnes arbores omnis generis fructus producunt. Neque fidem tantū in Deum, ſed etiā actionem ſecundū Deum hæc aqua: vt homines producerent, effecit.

c *Tor.* Hieronym. Torrēs iſte (qui pre aquarum abundantia fertur more torrentis, & ſuſcipit de cęlo pluuias) a Lxx. dicitur fluuius, eo quòd perpetuas aquas habeat, nō de pluuijs hinc inde collectas, ſed viuo & perpetuo fonte manantes De quo: *Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei.* Pſ.45.a. Et alibi. *Flumen Dei repletum eſt aquis.* Et, *eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem ſuam.* Ibi.64.b. E Ibid. 92.a.

d *Ae. iſt.* &c. Hier. Vt ſteriles frugiferos faciant, irrigantes plana & deſerta, & Ierichontini fontes ſacramentum exprimentes, quem Eliſæus euangelico & apoſtolico curauit ſale, vt vbi prius ſterilitas fuerat & mors, ibi eſſet vbertas & vita.

e *Et ſa.* ✱ Theod. Quicunq; ſalutarib. his aquis fouetur ſalutem conſequetur. Hiero. Miro modo aquis euangelicis aquæ ſanantur mortuæ, in quib nihil pōt viuere, quæ nō nouerūt eū qui dicit: *Ego ſum vita.* cuius torrētes hēnt curare piſces plurimos, & viuūt omnia ad quæ perueniūt, vt piſcatores ſtēt ſuper ripas ab Engaddi vſq; ad Engallim. 4.Reg.2.d. Ioh.14.a.

f *Engaddi.* fons vel oculus, Engallim in principio eſt maris mortui, vbi Iordanis ingreditur, Engaddi vbi finitur mare mortuum illud pro eſſe de quo Zacharias: *In die illa egredietur aqua viuens de Ieruſalem, & medium eius in mare primum.* Et Daniel: *Quatuor venti cęli immittebātur in magnū mare.* Et Dauid: *Mirabiles elationes maris.* Et alibi: *Veni in profundum maris. & t.d.m.* Rex quoq; Aegyptius draco dicitur qui cubat in mari, & ventilat fluminibus quaſi cornibus ſuis. *Et hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus.* Quod niſi ſuſcipiat, in ſe aquas fluminis, ſiue torrentis Dei, quod in ſe habet, mortificat. Hoc mare ſalſiſſimum & nimia amaritudine mortuum Chriſtus ſua morte curauit. Vnde: *Spiritus domini ſuper me, eò quod vnxerunt me, euangelizare pauperibus miſit me, vt mederer contritis corde,* &c. Et Iere. *Sana me domine & ſa.* &c. Angeli quoq; qui Iudæis præerant cum clamarent: *Sanguis eius ſuper nos,* &c. *Et velum templi ſciſſum eſt.* Et omnia Hebræorum ſacramenta reſerata, domino præcipienti reſponderunt: *Curauimus Babylonem, & nō eſt ſanata: relinquamus eam,* ſcilicet, vrbem confuſionis & vitiorum. F Zac 14 b. Dani 7.a. Pſal 92 a. Ibi.68.a. Ibi.103.c. Nu.34.a. Iere.17.b. Matt. 11.c.

g *Plurimæ ſpecies erūt piſciū eius, ſicut piſces maris magni, multitudinis nimiæ.* Hier. Hos piſces ad dexteram partē domino iuben

## NICOLAVS DE LYRA.

1 ...t men. &c. *Deſcribitur hic progreſſus aquę ſecundum eius augmentationem. Et patet ex dictis litera vſque ibi.*
2 ...t dixit ad, *ſcilicet, angelus.*
3 ...er. vi. *id eſt, ſicut vidiſti, ſic certitudinaliter fiet: ſecundum tamen ſanum prophetię intellectum, dicitur quod dicetur in fi.*
4 ...Et edu. *Hic conſequenter deſcribitur ornatus fluminis & effectus, & primo tangitur ornatus cum dicitur.*
5 ...c. in ri. *i. arbores fructiferę & pulchrę. Conſequenter tangitur effectus, cum dicitur.*
6 ...q. iſt. *i. ad Iordanem, qui eſt in parte orientali terrę ſanctę, & curſiuo trahit arenam, & ſic facit tumulos ſabuli in alueo ſuo per loca. In Hebręo habetur: Ad terminum orientalem. & redit in eandem ſententiam: nam Iordanis fluuius eſt terminus orientalis terrę promiſſionis. Quòd enim filij Iſrael habuerunt poſſeſſionem vltra, hoc fuit per accidens, eo quod habitatores illius terrę noluerunt eis concedere tranſitum pacifice, ſed mouerunt contra eos bellum, quibus deuictis filij Iſrael iure belli poſſederunt terram eorum.*
7 Intra. ma *ſ. mortuum ſiue ſalis.*
8 Et exi. *nam Iordanis fluuius tranſit per illud mare, ſicut Rhodanus per locum Loſanę.*
9 Et ſanabuntur aquæ. *à ſalſedine & amaritudine.*
10 Et om. ani. *i. omne animal.*
11 Quę ſer. *Serpere dicuntur animalia quę mouentur ſine pedibus, inter quę ſunt piſces.*
12 Quo &c. *Illud enim maledicitur mortuum, eò quod animal nullum ibi viuit, vt dicitur. 2. Matheo. Sed per aquas iſtas ibi deſcendentes dulcorabitur illud mare, & viuent ibi piſces in magna multitudine. Et ſic patet litera vſque ibi:*
13 Ab Eng. *duo ſunt loca ſuper quę piſcatores ſiccabant retia ſua.*
14 In lit. au. eius. *vbi creſcunt cannę.*
15 Et in. *vbi aquæ egredientes de ripis ſtant per modum ſtagni.*
16 Non ſanabuntur, *à ſalſedine. Et ſubditur cauſa:*

bente traxit Petrus A centum quinquaginta tres, vt præ multitudine corũ retia rumperentur. Aiunt autem: Qui de animãtium ſcripſere naturis 153. eſſe piſcium genera, quæ omnia captæ ſunt ab apoſtolis, dum nobiles, & pauperes, & diuites, & omne genus hominum de mari ſeculi extrahunt ad ſalutem.

† omnes fructiferæ arbores

Prou. 19.d. a *In ſalinas. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit.* Erudiunt enim bonos B exempla peiorum. Vel iuxta euangelicum illud: *Bonum eſt ſal.* Si autem infatuatum fuerit, ad nihil eſt vtile. Vt in perpetuum frugibus careant, & virore, quod & vrbs poſt ruinã ſale conſperſa demonſtrat. (Mar. 9 g.)

Prou. 3.c. b *Omne lignum pomi.* Hieron. Horum omnium lignorũ principatum tenet lignum vitæ, ideſt, ſapientia. De qua dicitur, *Lignum vitæ eſt his qui ap.e.*

c *Primitiua.* Lxx. fructus eius. In renouatione ſui, pri- C mitiua dabit, vt, ſcilicet, omnes credẽtium fructus primitiæ ſint, & ſinguli mẽſes ſingulis apoſtolis deputentur.

d *Et folia eius, &c.* Hieronym. Lxx. Aſcenſio eius ad ſanitatem vt, ſcilicet, poſt cibos fructuũ, verborum monitis ad cœleſtia conſcendamus.

e *Quia Ioſeph duplicem f.* Hierony. Subtracta tribu Leui, quæ domini mãcipata eſt ſeruitio, tribus Ioſeph diuiſa eſt in duas, Ephraim & Manaſſen, Quæ dixit ad Ioſue: *Quare dediſti mihi poſſeſſionem ſortis, & funiculi vnius, cum ſim tantæ multitudinis? &c.* (Ioſue. 17.d.)

f *Poſſi.* Aequa ſpatia terræ, ſcilicet ſecundum multitudinem ſuam, quod nec arbitrio diuidentis, ſed ſorte quæ

a ſaluabũtur, quia in ſalinas dabuntur. Et ſuper torrentẽ oriet 1
a ¶ Ex omni parte b ¶ Vnde, Folium eius non deflueat, & o. quæ fa f. pro. 2
b in ripis eius ex vtraque parte † oẽ lignũ pomiferum. Non
a ¶ Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fr. ſu. d. in tem. ſuo
defluet foliũ ex eo, & non deficiet fructus eius. Per ſingulos 3
a ¶ Q. d. ideo hæc fiet, qu a aquæ eius, &c. ne putemus ripã tãtũ eſſe vel arborum, aut meſſium tantarũ frugum abundantiam, ſed quia aquæ e. &c. Non eſt enim volentis neque currentis, ſed Dei miſerentis
c mẽſes afferet primitiua: quia aquę eius de ſanctuario egrediẽ
a ¶ Diuinorum librorum ſacramenta monſtrat, quorum alterum pertinet ad literam, alterum ad ſpiritum.
b ¶ Quæ moralem doctrinam continent tribuunt ſanitatem, vt peccantium curent vulnera.
d tur. Et erũt fructus eius in cibũ, et folia eius ad medicinam.
Hęc dicit dñs Deus: Hic eſt terminus, in quo poſſidebitis ter 4
a ¶ Quaſi duæ tribus.
e rã, in duodecim tribub. Iſrael, qa Ioſeph duplicẽ funiculum 5
hẽt. Poſſidebitis autem eã ſinguli æquè vt frater ſuus, ſuper 6
f q̃ leuaui manũ meã, vt darẽ patrib. ueſtris. Et cadet terra hęc 7
g uobis in paſſeſſionẽ. Hic eſt autẽ terminus terrę ad plagã ſe 8




domini po… conſiſtit. Ipſ… que Ioſue d… terræ non p… ſibi ſeparaui… terram opt… ſibi elegiſſe… retur: ſed a… nium tribuũ… cipibus accep… ter deſcripti… terræ. 12. tri… Ioſue filij Nu… quæ nunc p… chielem fier… peratur, hoc… eſt, quod ibi… bubus ſorte… diuiditur, h… perio domin… gatur. In Nu… rum quoque… omnis terra… miſſionis in… tuor plagas… ſermone diu…

g *Hic.* Hier… trionalis pla… pit a mari m… per uiam Et… quod interp… incunabula… ris per pœni… ſ. venit ad S… vbi eſt ex lat… clinatio. Inte… enim impẽd… bis Emath, i… tionẽ. ſ. dom… Emath verit… ta, aperiũtu… putei Beroth… foderunt pri… Abrahã, Iſaa… cob, longoc… tu puenim… tes Sabarim… ſiti ſũt inter… cũ. i. ſãguin… & cõfiniũ E… veritatis. S… mœrorẽ de… mala immi… ex latere de… Sic poſt ſ… & cilicium… guinariæ… veniamus… nia Emat, c… & perueni… mõtes De… citur: *Mont… cuitu eius:* q… dicitur atri… con. i. mediũ iuxta terminos Aurã, i. iracũdiã, vt d… *Iram domini ſuſtinebo, quoniam peccaui ei.* Et à mari vſq… minos Damaſci: In quo & Paul⁹ à furore Iudaic… ſione eccleſiaſtici ſanguinis lumẽ cęcitate cõſpexit…

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quia in ſal. da. *pro condimento ciborum, & pulmentorum. Conſequenter reſumitur ornatus fluminis: cum dicitur.*

2 Et ſu. &c. *Et patet litera vſque ibi:*

3 Per ſin. men. af. p. *ideſt, fructus ſufficienter maturos ad eſum. Cætera patent. Et quoniam completa ſunt omnia ad diſpoſitiones templi, & ædificiorum pertinentia. Hic ponenda eſt figura repræſentans ſimul tantum ædificium, quod per partes eſt ſuperius figuratum. Iſta tamen repræſentatio erit ſecundum lineas fundamentales tantum.*

4 Hæc dicit do. *Superius à principio. 14. ca. inchoata fuit deſcriptio terræ diuidendæ: & deſcriptis quibuſdã incidẽtib. interpoſitis, hic ſcriptura reuertitur ad deſcribendũ dictã diuiſionẽ prius inchoatã. Et primo ponuntur huius terræ termini. Secundo modus diuidẽdi: ibi:* Et diuidetis. *Prima in quatuor ſecundũ quatuor terminos huius terræ. Et primo deſcribitur terminus aquilonaris. Secundo: terminus orientalis. ibi:* Porro plaga orientalis. *Tertio auſtralis, ibi:* Plaga autem auſtralis. *Quarto occidentalis. ibi:* Et plaga… *Circa partes iſtas quatuor conſideranda, quòd ciuitates hu… tæ & loca non ſemper attingunt fines terminorum, ſed ſun… quæ ſicut ſi diceretur, quod villa Vernonenſis eſt terminus… niæ verſus Pariſius, eo, quod inter ipſam & riuum dividen… cia Normanniam non eſt aliquis locus notabilis, nec ſpa… gnum terræ: ſed quaſi dimidia leuca. Et patet litera paucis… quæ diſcurrentur.*

5 Quia Io. du. *Et hoc fuit ex ordinatione Iacob qui… in filios Manaſſen, & Ephraim filios Ioſeph. Gen. 48. vt eſſ… duarum tribuum, & haberent poſſeſſiones in terra promiſſ… aliæ tribus.*

6 Su. quam. *per modum iurandi.*

7 Vt da. &c. *quod patet de Abraham, Gen. 22. c.* Per… pſum iuraui, dicit dominus, &c.

8 Hic eſt. *ideſt, determinans latus aquilonare.*

licio perſequutionis veteris Euangelium prædica-
perueniret ad atrium fontis æterni, & in aquilone
dam poſitus apprehenderet terminum veritatis.
*rrò.* Hier. Poſt terminos aquilonis lōgo circumitu
halō & Sadada & Berotha, Sabarim quoq; & Thi-
Auran & Da-
um & atrium
,ad Emath vſ-
uenitur. Per-
orientalis pla
medio iracū-
Auran, & de
Damaſci ſā
,ſ. pœnitētiæ,
medio Ga-
. reuelationis
muli teſtimo
poſt irā & pę
iam ſpem ſa
oſtendat, & de
terræ Iſrael;
ſionem con-
pacis vſq; ad
ſima Iorda-
ienta pertin
æ longè ſepa
mari lumen
is conſequi-
fluuio Iorda
ii interpreta-
ius iudicij) &
10 torrentis
ir.
. Qui eſt mōs
i collibus co
is. i forte Ru-
Gad & dimi
bus Manaſſe:
ius Phœni-
Arabiæ, ad
perueniens
de Carram à
n comprehē-
. Finis autem
plagę Iorda-
uius, & mare orientale: ſcilicet mortuum, in hoc
on lingua maris rubri intelligitur.
*ga* Hier. Poſt plagā aquilonis & orientis, cū ortus
nobis ſol iuſtitiæ accipimus meridianam plagam
cum

a ¶Incunabula mœroris. b ¶Latus eius.
ptentrionalē à mari magno via Ethālon veniētibus Sadā-
a ¶Furor. ¶Quæ nunc Epiphania ab Antiocho Epiphane. b ¶Pute c ¶Circumitus montiū.
d ¶I[illegible] confinium. e ¶San[illegible] ſiue poculi.
da, Emāth, Berōtha, Sabārim, quę eſt inter † mediū Dāma-
a ¶Symmachus atrium medium b ¶Medium.
ſci, & confiniū Emath † dōmus Thīcon, quæ eſt iuxta ter-
a ¶Quæ interpretatur iucundi. b ¶Alii [illegible], ideſt, atrium fontis.
minos Aurān. Et erit terminus à mari vſq; ad atriū Enōn 1
a † terminus Damaſci, & ab aquilone ad aquilonē, terminus 2
b Emath plaga ſeptētrionalis. Porrò plaga oriētalis de medio 3 4
a ¶Q[illegible] eſt oppid[illegible] Dam[illegible] in ſolitudine
Aurān, & de medio Damaſci, & de medio Galaad, & de me 5 6
c dio terræ Iſrael, Iordanis † diſterminans ad mare orienta- 7
le metiemini plagā orientalem. Plaga autem auſtralis meri 8
¶Incipit. ſ. a ¶Quæ eſt [illegible] in fine, quæ hodie dicitur Palmira. Hebraicè Thamar, i. palma.
b ¶Quæ eſt in deſerto maris rubri
diana à Thamār, vſque ad aquas cōtradictionis Cādes, & 9
a ¶Quod Aegyptum [illegible] Palæſtinæ [illegible] claudit [illegible] tribus ¶Scilicet. ¶Vſque.
torrens vſq; ad marē magnum: & hæc eſt plaga ad meridiē 10
a ¶De [illegible] ¶Et.
auſtralis Et plaga māris mare magnum à confinio per di- 11
rectum, donec venias Emath: hæc eſt plaga maris. Et diui- 12 13
a ¶Non eſt enim diſtinctio Iudæi & Græci, omnibus æqua debetur hæreditas, vnaque poſſeſſio Iſraeli & aduenæ.
detis terram iſtam vobis per tribus Iſrael, & mittētis eā in
a ¶Suggillatur ſuperbia Iudæorum, qui gentes deſpiciunt.
hæreditatem vobis & aduenis, qui acceſſerint ad vos q ge- 14
a ¶Bona opera ſ. b ¶Et videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſrael.
nuerint filiōs in mēdio veſtrum, & erunt vobis ſicut indi- 15
a ¶Concorporales & cohæredes. b ¶Deum videntes.
gēnę inter filios Iſrāel. Vobiſcum diuident poſſeſſionē in 16
a ¶Secundum opera ſua ſ. recipient.
medio tribuum Iſrael. In quācumq; autem tribu fuerit ad 17
uena, ibi dabis poſſeſſionem illi, ait dominus Deus.

cum totū nobis deſuper lumen infunditur, & cū Abra D
ham inimus conuiuium, & vino inebriamur (*quod lætifi-* Gen. 19. a.
*cat cor hominis*) cū Ioſeph & fratribus ſuis. Incipit aūt iſta Pſal. 103. b.
poſſeſſio à Thamar. i. à palma victoriaq; vitiorum vſq;
ad aquas pertingens contradictionis. Semper. n. virtutib.
contradicitur. Vn-
de & prædicationi
Euangelicæ Iudæi
contra Paulū diſſe-
rentes & in toto or
be aſſerunt cōtradi
ci. Et alibi. *In ſignum* Act. 15. a.
*cui contradicetur.* Oīs Luc. 2. c.
autem cōtradictio
ſanctitatis, eſt qd in
terpretatur Cades.
vnde: *Commouebit do* Pſal. 28 b.
*minus deſertum Cades,* Iſa. 66. a.
quod, ſ. primū non
habebat dñi ſancti
tatem, ſed concuſ-
ſum eſt atque com
motum, vt recipe-
ret hoſpitem domi
ni qui dicit: *Super* ſecūdū Lxx.
*quem requieſcet ſpiri-* E
*tus meus, niſi ſuper hu*
*milem & quietum &*
*trementem ſermonem*
*meū*? Poſt deſertum
Cades vſq; ad ma-
re magnum in me
ridie plagæ auſtra-
lis torrēs eſt ſupra-
dictus, qui non de
terra ſed de cęlo ha
bet aquas diuerſa-
rum virtutum va-
rietate collectas.
d *Plaga ma.* Hier.
Occidēs ſemper in Alleg.
mari eſt, ſemper in
ſalo, ſemper in flu-
ctib. vbi quotidie
naufragia ſuſcitan-
tur & miſerorū neces, & diuitiarum & merciū amiſſio.
Et tamen cum hæc oīa ſapientia fregerimus venimus p
directum ad Emath, ideſt, domini veritatem, qui victis
perſequutionibus æterna nobis præmia repromiſit.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 [E]rit. *i. incipiens à mari mediterraneo verſus occidentem vſ-*
*que ad atrium Enon, ideſt, procedens verſus orientem, vſque ad lo-*
*cum iſtum.*
2 [Te]rmin. *i. terminus huius ciuitatis. Emath. n. & iſtud atrium*
*ſunt in confinio Damaſci & ſub eius dominio, ideo quaſi pro eadem*
*terminatione accipiuntur.*
3 [Et] ab aq. *non intelligitur per hoc diſtenſio verſus aquilonē vl-*
*tra terminum predictū, ſed terminatio lateris aquilonaris quod ha-*
*bet duos terminos, vt dictum eſt. Et vterque nominatur hic aquilo.*
4 [P]orrò pla. *Et ſic incipit plaga orientalis à loco in quo termi-*
*natur ſeptentrionalis, cum dicitur:* De medio. *i. de confinio vtriuſ-*
*que quod eſt idem.*
5 [Et] de med. *Quia latus orientale tranſit per confinia terræ Ga-*
*laad quantum ad terram acquiſitam modo ſupradicto.*
6 [Et] de medio terræ. *i. promiſſę Iſrael.*
7 [Io]rdanis diſ. *latus orientale.*
8 [A]d mare orien. *i. procedens ad mare mortuum ſiue ſalis,*
*quod eſt in termino plagæ orientalis terræ promiſſionis.*
9 [E]t torrente. *qui dicitur torrens Aegypti: 2. Paral. 7.*
10 [V]ſque ad mare mag. *Latus. n. auſtrale terræ promiſſionis*
*incipit à ciuitate Thamar, & procedit vſque ad torrentem Aegy-*
*pti, & ad mare mediterraneum terminatur.* F
11 Et plaga maris. *ſcilicet, occidentalis, nam mare mediterraneū* Mare mediterraneum.
*claudit totum latus occidentale terræ promiſſionis. Et dicitur mare*
*magnum, reſpectu maris mortui, quod eſt quidam lacus. Et quia cō-*
*iungitur Oceano in termino Occidentali terræ habitabilis.*
12 Donec ve. Em. *Iſta Emath eſt alia a ſupradicta quę longè eſt*
*à mari mediterraneo: iſta verò iuxta mare, aliter enim non termi-*
*naret latus occidentale illius terræ.*
13 Et diuidetis. *Hic conſequenter deſcribitur modus diuidendi*
*terram dicto modo terminatam. Et primò quantum ad extraneos.* Diuiſio.
*Secundò, quantum ad intraneos in principio ſeq. cap. Circa primum*
*dicitur.* Et diuidetis ter. *Sequitur.*
14 Et aduenis qui acce. *De Gentilitate conuerſis ad Iudaiſ-*
*mum.*
15 Qui genuerint filios in medio, &c. *Poſt ſuam conuerſio-*
*nem. Et ſic ad eos pertinet hęreditas patrum.*
16 Et erunt vobis ſicut. *Habendo hęreditatem ſicut ipſi.*
17 In quacumque autem tri. *ideſt, quacunque tribus conuer-*
*terit Gentilem ad Iudaiſmum, dabit illi poſſeſſionem in ſorte ſua, vt*
*ſic nutriat eum in cultu vnius Dei ſicut adduxit eum ad cultum*
*diuinum.*

CAP.

CAP. XLVIII.

A a ET hæc no. Hier. Deſcripta ſanctę terrę poſſeſſione, ſingularum tribuū à plaga Orientali, vſq; ad plagā Occidentis, i. maris poſſeſſio deſcribitur. Et primū fines accipiunt ab aquilone iuxta viā Ethalon pergentib. Emath atriū ſiue Aſerenō terminum Damaſci ad aquilonē iuxta Emath. Incipit a aūt primum tribus Dan Secūda, Aſer. Tertia, Nephthali. Quarta, Manaſſe. Quinta, Ephraim. Sexta, Ruben. Septima, Iudę, hoc à ſiniſtra parte, & cōpletur ſeptenarius. De b inde primitię ſacerdotum & Leuitarum, & ſanctuariū dñi in medio, ſanctumq; ſanctorū. B Vrbs quoq; ipſa deſcribitur per ſingula latera in quadrū quatuor milia & quingētos habens calamos. Sub vrbana quoque ſacerdotum & leuitarum & poſſeſſio principis. Rurſumq; à parte dextera ſuccedūt quinque tribus, à plaga ſimiliter Orientis vſque ad plagā Occidētis. Quarum prima eſt Beniamin. Secūda Symeon ſuam ſpecialiter habens poſſeſſionē, nec vt prius cum Iuda mixtam. Tertia Iſſachar. Quarta Zabulon. Quinta Gad. portęque ciuitatis ternæ per ſingulas plagas C & nomē ciuitatis, quod in fronte pōtificis auri lamina continetur.

† aquilonē. † milia.

Exod. 28. g. Num 35. a. Hier. Notandū, ꝙ 48. ciuitatum (quæ in li. Num. tribui Leuiticæ dantur ad habitandum cum ſuis ſuburbanis) hic noīa reticentur, & ciuitates fugitiuorū quarum trans Iordanē, Boſor. ſ. & Ramoth & Gaulon in duobus & dimidia tribu, & tres citra Iordanē † Cedes, Sichem & Cariatharbe. Non. n in deſcriptione m... & habitatione ſanctorū & conuerſatione perfecta erat fugitiuori... ſcribi auxilia... bus Iſrael ind... adhuc poſitus... ra, & per mul... bores atque p... la ad hanc ci... feſtinus veni... ſingulis ſanct... quitur, *Aduc... ſum, & peregri... bitaui cum hab... bus Cedar, mult... fuit anima mea.* b *Et ſuper.* Poſt ſeptem ... terminos ab ... te vſq; ad Oc... dſcribunt pri... c *Latitudo.* Conſumma... fectamq; vi... ſignificat, qu... logo ve. teſt... ad Euangeli... uenit ſacra... Si. n. ab vno ... ſequentem ... rum ad qua... uenias, den... complebis: ... teſtamentun... ſtringitur in ... & nouum i... ri dilatabitu... Hier. Ha... gens tātum ... poſſum: *O a... nitarum, ſap... ſcientię Dei.* d *Hæ aut.* I... minum I... deſcribūtu... tiarū ſāctu... tuor plagæ ... ad populu... vulgus ignobile, neque ad Leuitas pertinēt inferiori graduum, ſed propriè pertinent ad cultum ſacer... e *Ad aq.* Hie. Vt aqlonis frigora relinquētes, a...

CAP. XLVIII.

ET hæc nomina tribuum à finibus aqui- 1
lonis iuxta viam Ethalon pergentibus 2
¶Qui eſt.
Emath atrium Enon † terminus Dama 3
ſci, † ab aquilone iuxta viam Emath. Et 4
erit ei plaga Orientalis mare, Dan vna.
Et à termino Dan à plaga Oriētali vſq; 5
ad plagam maris, Aſer vna. Et ¦ ſuper terminū Aſer à plaga 6 7
Orientali vſque ad plagam maris, Nephthali vna. Et ſuper 8
terminum Nephthali à plaga † Orientali, vſque ad plagā
maris, Manaſſe vna. Et ſuper terminum Manaſſe à plaga
Orientali vſq; ad plagam maris, Ephraim vna. Et ſuper ter
minū Ephraim à plaga Orientali vſq; ad plagam maris,
Ruben vna. Et ſuper terminū Ruben à plaga Oriētali vſq;
ad plagam maris, Iuda vna Et ſuper terminum Iuda à pla-
ga Orientali vſque ad plagam maris, erunt primitiæ quas 9 10
¶Domino.
ſeparabitis vigintiquinq; † milibus calamis latitudinis & lō 11 12
a ¶Cuius incertus numerus, neq; enim in ſingulorum tribuum deſcriptione menſura certa eſt, ſed ſemper long tudo lat t dine maior e t. b ¶Tribuum. c ¶Ab Oriente vſque ad mare.
gitudinis, ſicut ſingulę partes à plaga Orientali vſq; ad pla 13
gā maris. Et erit ſanctuarium in medio eius, primitiæ quas 14
a ¶Quod ad quinque ſe ſus refertur in ſe, Diuinum ſenſum poſſidebitis. b ¶Calamorum.
ſeparabitis dño, longitudo vigintiquinque milibus, & la- 15 16
a ¶Vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo, longitudo ſub & pro &c.
titudo decem milibus. Hæ aūt erunt primitiæ ſanctuarij ſa 17
cerdotum, ad aquilonem longitudinis vigintiquinq; mi- 18
¶Occidentem.
lia, & ad mare latitudinis decem milia. Sed & ad Orientem 19
latitudinis decem milia, & ad meridiē longitudinis vigin-
a ¶Templum domini. b ¶Primitiarum ſacerdotalium. ¶Sed
tiquinq; milia. Et erit ſanctuarium domini in medio eius.
a ¶Non vulgo. b ¶Non paſſim. ¶Tantum non de alijs. c ¶Lxx. Saduc. ¶i. iuſti, de quo, iuſtus dominus & iuſt. dilexit. hic ait, Non n. pater iudicat, quemquam, ſed omne iudicium dedit filio de quo, Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam fil. &c.
Sacerdotibus ſanctuarium erit de filijs Sadoch, qui cuſto- 20

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XLVIII.

Diuiſio. 1 ET hæc nomi. *hic deſcribitur terræ diuiſio quātum ad intraneos. Et diuiditur in tres partes, quia primò deſcribuntur ſortes ſeptem tribuum. Secundò ſortes ſacerdotum & Leuitarum ciuitatis & principis, ibi:* Et ſuper terminum Iuda. *Tertiò deſcribuntur ſortes quinque tributum, ibi:* Et reliquis tribubus. *Circa primū ſciendū, ꝙ ſicut ſuprà dictū eſt ſortes tribuū incipiunt à termino orietalis totius terrę, & terminātur ad mare mediterraneum, quod eſt terminus occidentalis. Inter illos autem duos terminos accipitur longitudo cuiuslibet ſortis, & latitudo ab aquilone verſus auſtrum procedendo. Et prima ſors incipiendo à parte aquilonari eſt ipſius Dan. Secunda. Aſer. Tertia Nephthali. Quarta, Manaſſe. Quinta, Ephraim. Sexta, Ruben. Septima, Iuda: ſecundum modum ſuperius figuratum. 45. c. & hoc eſt quod dicitur.*

2 A finibus aqui. *Incipiendo latitudinis ſortium.*

3 Iuxta viam. *Iſtæ ciuitates ſunt in termino aquilonari totius terræ, vt patet ex prædictis.*

4 Et erit ei. *i. ſors Dan ſecundum ſuam longitudinem continebitur inter orientalem terminum totius terræ, & mare mediterraneū quod eſt terminus occidentalis terræ.*

5 Et à. *id eſt, iuxta terminum Dan.*

6 A pla. ori *Id eſt, ab orientali termino terræ.*

7 Vſque ad. *i. vſque ad occidentalem eius terminum continebitur longitudo ſortis Aſer. Et ſic exponatur litera de alijs ſortibus.*

Diuiſio. Nota. 8 Et ſuper. *Hic cōſequēter deſcribūtur quatuor portiones. Et diuiditur in quatuor partes ſcdm quatuor portiones q̄ patebunt pſequēdo. Notandū aūt ꝙ conſideratis his q̄ ſuprà dicta ſunt 45. c. & in ſpecia figura, patet pro magna parte ea quæ dicuntur i quatuor portionibus. Primò igitur determinatur eorum ſitus dicitur,* Et ſit. *i. iuxta ſortem eius.*

9 A pla. Ori. *i. à termino Orientali vſq; ad occidētalem totius terræ. ſed triū portionū. ſ. ſacerdotū, & Leuitarum, &*

10 Erunt pr. *quia in iſtis eſt templum.*

11 Quas ſe. *à portionibus alijs.*

12 Viginti &c. *Tres. n. portiones dictæ ſimul iūcta faciunt quadratū ęqlaterum, cuius qdlibet latus eſt 25. miliū calamorum.*

13 Sicut ſin. *i. ſicut portiones tribuū incipiūt ab Oriēte, & terminātur in Occidentē ſcdm, longitudinē ſuam, ita & iſtæ tres, licet diuiſa, ſed in hoc eſt differentia, ꝙ ſortes tribuum incipiunt à termino Orientali totius terrę, & in eius Occidentalē terminatur. Iſtę verò tres portiones non ſic niſi cū eis ponatur portio principis verſus Orientē & Occidentem, vt patet in figura ſuprà poſita. 45. c. Conſequenter d ſcribit portionem ſacerdotum,*

14 Et erit. *i. tēplū in portionis ſacerdotum, vt patet ex*

15 Primitię quas. *i. ſacerdotibus miniſtris domini.*

16 Longi. vi. *ſ. calamis ab Oriente in Occidentem.*

17 Et la. dc. *ab aquilone in auſtrum. Conſequenter deſcribit quatuor latera huius portionis ſacerdotum, di.*

18 Ad aqui. *i. latus aquilonare.*

19 Longit. vi. *qa mēſurat longitudinē huius portionis de latere Meridionali, qd ex oppoſito ſimiliter menſuratur longitudinē. Latus aūt Occidentale quod eſt verſus mare, eſt 1ē milium calamorum. Et ſimiliter Orientale, quia menſura eſt ex oppoſito latitudinem huius portionis. Et ſic patet litera vſq*

20 De fil. *q. d. ſacerdotes miniſtrātes i hoc ſanctuario e*

dierunt † ceremonias meas: & nō errauerunt cū errarēt fi-
a lij Iſrael, ſicut errauerunt & Leuitę: Et erunt primitiæ, de
¶Sicut decimæ decimarum. ¶Vt habeant Leuitæ confinium ſacerdotum, ſed vmbilicum ideſt, medium eius. & ipſam poſſeſſionem tenere non valeant.
primitijs terræ ſanctum ſanctorū iuxta terminum Leuita- 1
b rum. Sed & Leuitis ſimiliter iuxta fines ſacerdotum viginti 2
quinq; millia longitudinis, & latitudinis decē millia. Om-
nis longitudo vigintiquinque millium, & latitudo decem
millium. Et nō venundabuntur ex eo neq; mutabunt, nec
c ¶Non homini.
transferentur primitiæ terræ, quia ſanctificatæ ſunt dño.
¶Subaudi longitudine.
Quinque millia autem quæ ſuperſunt in latitudine per vi- 3
¶Laica, ſcilicet.
d gintiquinque millia prophāna erunt in habitaculum, & in
a ¶De qua: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei Et: Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. ¶Terræ. ¶Ciuitas.
ſuburbana Et erit ciuitas in medio eius, & hæ menſurę eius 4
e Ad plagā ſeptentrionalem quingenti & quatuor millia, &
f ad plagam meridianam quingenti & quatuor millia, & ad
plagā orientalem, quingēti & quatuor millia, & ad plagā 5
g occidentalem quingenti & quatuor millia. Erunt autem 6
ſuburbana ciuitatis ad Aquilonem ducēti quinquaginta.
h Et ad meridiem ducenti quinquaginta. Et ad orientē du-
cēti quinquaginta Et ad mare ducēti quinquaginta. Quod 7
i autem reliquum fuerit in longitudine † ſecundū primitias
¶Calamorum. ¶Calamorum.
ſanctuarij, decē millia in orientē, & decē millia in occiden 8
tē, erūt ſicut primitię ſāctuarij. Et erūt fruges eius, ī panes 9

veniamus, quo occidant nobis vitia & intereant. In orientem tranſeamus. & orto nobis ſol iuſtitiæ ad meridiē veniamus, in quo clariſſimum nobis iuſtitiæ lumen eſt atq; perfectum. Et tā ab Aquilone vſq; ad mare quam ab oriente vſq; ad meridiem 25. millia longitudinis & decē millia latitudinis vt ibiq; æquæ lōgitudinis & latitudinis menſura ſtruetur.

a *Filij*. Hiero. De quibus ſupra, qui, ſcilicet, non offerūt victimas, ſed priuilegio nominis & erroris ſui humilitate contenti ſemper in corde ſuo loquū tur: *Iniquitatem meā ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper*. Sufficit enim Arrianis & huiuſmodi, ſi non excellantur de templi ſi † priſtini nominis vmbrā quandam & imaginem teneant.

b *Sed & Leuitis*. Hieronymus. Deſcribitur Leuitarū poſſeſſio, quæ vicina quidem eſt finibus ſacerdotum & eandem habet ſpatia in longitudine & latitudine pro multitudine Leuitarū qui habet paucitas ſacerdotum: ſed tamen proprijs terminis vtitur: & intelligit ſcā ſacerdotali gradu eſſe diſiunctam ad reprimendam ſuperbiam miniſtrorum, qui ignorantes humilitatem ſtatus ſui vltra ſacerdotes intumeſcunt.

c *Et non. &c.* Hierony. Vt permaneat Leuiticæ diſtributionis æterna poſſeſſio, nec meritum dignitatis vincatur pretio, nec ab alio transferatur ad alium quia quę ſanctificata ſunt domino, non ſunt eorū quibus data ſunt, ſed eius cuius nomine poſſidentur.

d *Prophana*. Hierony. Laica, ſcilicet, quæ paſſim populo liceat habitare, non quod immunda ſint, aut aliqua inhabitatione ſanctæ terræ cōtaminata putentur, ſed qa omnibus præter ſacerdotes habitare permiſſum ſit: per quæ intelligimus cuncta quæ ad ſenſus referimus, i. ad corporis voluptates, q̄ viſu, & auditu, tactu, odore, & ſapore capimus eſſe prophana. & templi ſanctimoniā non habere, nec ſacerdotalis eſſe priuilegij, ſed laicæ vtilitatis.

c *Et*

e *Et hæ*. Hierony. Cum receſſerimus ab Aquilone vento frigidiſſimo tranſimus ad meridiem, & poſt ortū in nobis lumen ſciētię, occaſum fortitudinis formidamus, non præterita ſed futura conſiderantes nec habentes certam virtutis poſſeſſionem, ſed quotidie in oratione dicētes: *Ne inducas nos in tentationem*: quam ſcilicet, ferre non poſſumus. Matt.6.b.

f *Ad plagam*. Hieronymus. Singula latera ciuitatis habent quatuor millia, & quingentos calamos qui faciūt 11. millia paſſuum, & 75. (aliàs) 85. vt ſimul omnis vrbs (ſicut in fine huius voluminis ſcribit) per circumitum habeat 18. millia calamorum, qui faciūt 44. millia paſſuum & trecentos 40. Et quadrageſimus quartus Pſalmus inſcribitur. In fine pro his qui commutabuntur, & pertinet ad Ididam, ideſt, amabilem domini. Vel ſecundum Aquilam, pro lilijs: Symmachus p floribus eccleſiæ, quæ vrbs, domini eſt. Et continet ſacra, de qua: *Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deau. cir. va. Et omnis gloria filię regis ab intus*, ideſt, intrinſecus, vt non ſit ſimilis, *ſepulchris forinſecus dealbatis*, ſed intus & foris omnia lauet paropſidis. Pſal.44.c.

† quæ ſunt è regione oblationis ſanctitatis.

g *Erunt*. Hæc ſpacia per circumitum ambiunt muros ciuitatis vt inter vrbem & ea quæ reliqua ſunt diuidāt. Ex quo oſtenditur nullum de his ſpacijs exercentium opera ciuitatis, capiendorumq; fructuum habere licentiā, ſed vacare ab vſu & opere hominum, vt circum muralia vrbis ſponte naſcentium virgultorum atq; herbarū, & cæterorum quæ terra gignit habeant amœnitatem.

h *Ducenti*. Calami. ſ. qui ſena cubita habent & vnum palmum, & ſingula latera faciunt paſſus ſexcentos decē & ſeptē paulo minus & in communi mille calamos habentes paſſus duo millia quadringentos ſexaginta octo.

i *Quod au*. Hierony. poſt deſcriptionem ſanctę vrbis, & ſuburbana eius. Dicit cætera delegari operarijs ciuitatis, reliquam partem primitiarum ſanctuarij.

Ex

NICOLAVS DE LYRA.

*iuſſ & mundi ab idololatria.*

1 Sed & Leuitis. *Hęc eſt ſecunda pars in qua deſcribitur portio Leuitarum quę ſimilis eſt omninò in longitudine, & latitudine portioni ſacerdotum, & ſic patet litera.*

2 Quinque millia. *Hic conſequenter agitur de portione ciuitatis cuius longitudo eſt 25. millium, calamorum, & latitudo 5. millium calamorū, & latitudo 5. millium, & hoc eſt qđ dicitur,* Quinque millia aūt quę ſuperſunt ī latitudine. *Scilicet, totius ſpacij ium portionum dictarum, quæ latitudo eſt 25. millium calamorum, vt dictum eſt ſuprà. Huius autem latitudinis portio ſacerdotū capit decem millia, & portio Leuitarum, 10. millia, & ſic non reſtāt niſi 5. millia, quæ faciunt latitudinem portionis ciuitatis.*

3 Per vigintiquinque millia. *Ideſt, quinque millia latitudinis iſta protenſa per 25. millia longitudinis, faciunt portionem ciuitatis. Quę diuiditur in tres partes. ſ. in ciuitatem & eius ſuburbana, & agros pro ſeruientibus ciuitati, vt patet in figura ſuprà 45. c. Quod autem iſtę partes dicuntur hic prophana, hoc eſt largè accipiēdo, prophanum pro communi vel laico, quia deputantur vſibus laicorum. Conſequenter deſcribitur menſura illarum trium partium*

*&*

*& primo ciuitatis, cum dicitur.*

4 Et hæ. *Vbi deſcribitur hec ciuitas in quadro ęquilatero, cuius quodlibet latus continet quatuor millia calamorum & quingentos, & ſunt quatuor latera contra quatuor partes orbis, & patet litera. Conſequenter deſcribuntur ſuburbana, cum dicitur.*

5 Erunt autem. *Et ſicut dicit hic Ra. Sa. Suburbana dicuntur loca in circumitu ciuitatis, in quibus non poſſunt domus ædificari, nec cultura fieri vinearum vel ſegetum & huiuſmodi: ſed ſunt ad recreationem ciuium, quorum latitudo iuxtà murum ciuitatis deſcribitur, cum dicitur.*

6 Ad aquilonem. *Scilicet, calami et ſimiliter ad alias tres partes, & patet: Conſequenter deſcribitur portio ſeruientium ciuitati, cum dicitur.*

7 Quod autem. *Scilicet, portionis ciuitatis ſecundum totalitatem & dicit:* In lon *quia ciuitas cum ſuis ſuburbanis occupat. 5. millia calamorum in quadrum, vt patet ex prædictis, & ſic de latitudine totius portionis nihil remanet verſus aquilonem & verſus auſtrum, ſed de longitudine eius verſus orientem remanent, 10. millia calamorum, & tantum verſus occidentem, de quibus ſubditur.*

8 Et erunt. *Quia colebantur.*

9 In panes. *Ideſt, pro panibus faciendis.*

a *Ex omnibus*. Hier. Hoc & in tabernaculo factū eſt pro varietate virium alius dat aurū, alius argentū, coccum byſſum purpuram, &c. Et cum ſint dona diuerſa qualitate ſubſtantiæ vnum donantium eſt præmiū, imò maius eſt eorum qui offerunt quidem pro viribus maiora quā uis parua, vt Euangelica paupercula.

Mar. 12. d.

b *Omnes*. Breuiter perſtringimus, quod omnes primitię ſanctuarij, & poſſeſſio ciuitatis pariter ſupputata per quadrum cōtineat milia ducentia † 46. & per tertiā. Si enim 25. milia calamorum qui ſenos cubitos habent & palmū vnum faciunt, noſtra, ideſt Romana. 60. & vnum milia & ſexcentos. 77. paſſus, nulli dubiū eſt hæc in quadruplum ſupputata ſuperiorum efficere numerum. Ex quo pſpicimus omnia intelligenda ſpiritualiter, & eccleſiæ poſſeſſionem multo latiorem eſſe quam quondā fuit in Iudæa Leuitarum, qui nec accipere quidem partes ſanctæ terrę ſed ex ſingulis tribubus. 49. & 8. ciuitatum, non ex pleno poſſeſſionem, ſed habitationem & hoſpitium ſuſceperunt, vt ipſi quoque qui videntur laici, nec perueniſſe ad ſacerdotalem & Leuiticum gradum: tamen ſi operentur in dn̄i ciuitate veſcantur de terra ſancta, terra mitium & viuorum, vnde. *Credo videre bona do. in ter. vi.*

† obliuionē.
† lxxvj.

c *Principis*. Hieronymus. De quo ſuprà qui tantum cipit quantum vna tribus. Hinc autem diſcimus, quò cunctis tribubus quidquid reliquū fuerit. Hic ſolus a piat, vt nulla tri ſit quæ principi na non offerat: aliunde, ſed ex mitijs quæ tem & ſanctuario, & legatis vrbis pa bus ſeruiūt: & eſt è regione. mi. vt ſint prim inter ſeptem & tribus & in pri tijs ciuitatis & urbana eius & medio ciuitatis ctuarium tem Sed & de poſſeſ ne ciuitatis qu quid relictum rit, principi dep bitur: eritq; pa trema ſeptē tri vicina primitij ciuitati & tēpl tribu Iuda, & extrema 5. tri eodem iure qu prà in tribu Ber min: ipſaque ext ma pars ad prin pem pertinebit.

a ¶Qui vrbis muros extruunt, interrupta & ruinoſa reſarciunt.

his qui ſeruiūt ciuitati. Seruientes autē ciuitati operabun 1

a ¶Nullus ſe putet immunem ab operibus ciuitatis, certatim omnes extruant ciuitatem. ¶ſanctuarij.

a tur ex omnibus tribub Iſrael. Omnes primitiæ vigintiquin 2
b que miliū per vigintiquinque milia in quadrum ſeparabū 3
tur in † primitias ſanctuarij & poſſeſſionem ciuitatis. Qđ
c autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primi-
tiarum ſanctuarij, & poſſeſſionis ciuitatis, è regione vigin- 4
tiquinque milium primitiarum vſq; ad terminū orienta- 5
lem: ſed & à mari è regione vigintiquinque milium vſque 6 7
ad terminum maris, ſimiliter in partibus principis erit. Et 8 9
erunt primitiæ ſanctuarij, & ſanctuarium templi in medio 10

¶Ciuitatis.

eius. De poſſeſſione autē Leuitarum & de poſſeſſione ciui- 11

¶Quidquid reliquum & principi deparabitur.

tatis in medio partium principis erit: inter terminū Iuda, 12 13
d & inter terminum Beniamin, & ad principem pertinebit,
Et reliquis tribubus à plaga orientali vſque ad plagam oc- 14 15

¶Pars vel poſſeſſio.

cidentalem, Beniamin vna. Et † contra terminū Beniamin, 16 17
à plaga orientali vſque ad plagam occidentalem, Symeon 18
vna. Et † ſuper terminum Symeonis, à plaga orientali vſq; 19 20

iuxtà.
† iuxtà, & infrà.

d *Et ad principem*. HIERONYMVS. Eodem i ipſa quoque pars extrema ad principem pertinet, ex quo ſanctæ ſcripturæ ſacramenta miranda ſi & cogitanda magis quam proferenda. In pri enim diuiſione trans Iordanem per Moyſen dua

Rube

## NICOLAVS DE LYRA.

1 His qui. *Dicit hic glo. Hebraica, quòd iſti ſunt Gabaonitæ quos Ioſue deputauit ad ſeruitium communitatis, Ioſ. 9. Sed non hoc videtur verum, quia Ioſue non deputauit eos niſi ad ſeruiendum de aquis & lignis in domo domini, vt patet ibidem. Ciuitas autem hic deſcribitur ſeparata à templo per totam portionem, Leuitarum, cuius latitudo eſt. 10. milium calamorum: & iterum per magnam partem latitudinis portionis ſacerdotum, vt patet ex prædictis: Item de iſtis ſeruientibus ſtatim ſubditur.*

C 2 Et omnibus tribubus Iſrael, &c. *Ideſt, homines ad hoc apti aſſumentur ex omnibus tribubus Iſrael indifferenter & ſine acceptione: de quibus tribubus non ſunt Gabaonitæ.*

3 Omnes primitiæ. *Recapitulatio eſt menſuræ ſpatij continentis portionē ſacerdotum Leuitarum, & ciuitatis, quæ eſt. 25. milium calamorum in quadrum.*

4 Quod autem. *Hic cōſequenter deſcribitur portio principis, cuius latitudo eſt, 25. miliū calamorum, ſicut & ſpaciū trium portionū prædictarum. Longitudo verò eius a latere orientali trium portionū prædictarum vſq; ad terminū orientalem totius terræ ſupra determinatæ: & ſimiliter à latere occidentali earūdem vſq; ad terminū occidentalē eiuſdē terra: & hoc eſt qđ dicitur.* Quod autē. *In Hebr. habetur:* Hinc & inde. *Quia in parte oriētali & occidentali tantum reſpectu trium portionum eſt portio principis: ideo ſubditur.*

5 Primitiarū ſanctuarij. *In iſtis primitijs intelligitur portio ſacerdotū & etiam Leuitarum, & ſimiliter ciuitatis. ideo ſubditur.*

6 Et poſſeſſionis ciuitatis è regione vigintiquinq; mil. *Tres. n. portiones prędictæ literaliter iunctæ faciunt 25. milia calamos per quadrum, vt ſuprà dictum eſt.*

7 Vſque ad terminum orientalem. *Ideſt, à latere orientali dictarum primitiarum vſque ad terminum orientalem totius terrę, eſt ſupple portio principis.*

8 Sed & à ma. *Ideſt, à latere occidentali dictarum primitiarū, quod vocatur hic mare, eò quòd verſus mare mediterraneum.*

9 Vſque ad terminum. *Ideſt, vſque ad littus maris totam terram terminantis.*

10 Similiter in parti. *Ideſt, de poſſeſſione eius.*

11 Et erunt primitiæ. *Ideſt poſſeſſionis principis: nam ab oriente & occidente includit dictas primitias, vt dictum eſt. Conſequenter oſtenditur quid ſit à latere auſtrali & aquilonari, cum dicitur.*

12 De poſſeſſione autem Leuitarū. *Hæc prępoſitio de, modo tenetur materialiter: & ſic exponit Hugo Cardinalis, vt ſenſus. Illud quod pertinet ad poſſeſſionem Leuitarum, ſub quo ne intelliguntur ſacerdotes hic, eò quòd ſunt de tribu Leui.*

13 Et de poſ. *ideſt, illud quod pertinet ad poſſeſſionem ciuitat*

14 In medio. *Supple, exiſtens, nam vna pars principis incl pręcdicta ab oriente, altera ab occidente.*

15 Erit. *Ab aquilone.*

16 Et inter terminum. *Ab auſtro. Et ſic litera iſta loq de limitatione portionis ſacerdotum Leuitarum & ciuitatis à te aquilonari & auſtrali. Sed hęc expoſitio videtur eſſe cont literę immediatè pręcedenti quæ loquitur de limitatione port principis & ſimiliter literæ immediatè ſequenti: cùm dicitur.*

17 Et ad princip. *Quod ipſe exponit extortè ſic, ideſt, ad p nem attinget principis, nam ad ipſam terminatur ab oriente cidente. Item hęc expoſitio non eſt ſolum extorta, ſed etiam nam vbi tranſlatio noſtra habet:* Et ad princip. *In Hebræo tur:* Et principis erit. *Ex quo patet manifeſte, quòd loq de principis portionis. Dicendum igitur, quòd hęc propoſit aliquando tenetur localiter terminatiuè, vt cùm dicitur: tali ceſſit de domo, ly de, ſignificat, terminum à quo receſſit, & ſi netur hic cum dicitur:* De poſſeſſione autem Leuitarum *Ideſt, de termino iſtarum poſſeſſionum ab oriente & occidente cedit poſſeſſio principis, vſque ad terminum orientalem & occi talem totius terræ: & terminatur ad ſortem Iuda, ex parte auſtr ex eodem modo terminantur tres portiones pręcdictæ, vt patet gura. Sed ſcriptura loquitur hic de poſſeſſione principis.*

18 Et reliquis tribubus à plaga orientali vſque ad pl. *Hic conſequenter deſcribuntur ſortes quinque tribuum exiſten parte auſtrali terræ, ita quòd ſors Beniamin ſecundum ſuam lon dinem ſituatur iuxta portionem principis & ciuitatis. Et conſe ter alię quatuor procedendo verſus auſtrum: & ſors Gad eſt i auſtrali totius terræ, ſicut deſcribitur in figura ſupra poſita qu geſimoquinto capitulo qua diligenter inſpecta patet litera p exceptis.*

19 Et contra terminum Beniamin, à plaga orientali *eſt, iuxta ſortem eius.*

20 Et ſuper terminum Symeonis, à plaga. *Ideſt, iuxta eius.*

De

A ...bubus Ruben & Gad & dimidiæ tribui Manaſſe terra ...uiſa eſt. Infrà Iordanem autem per Ioſue filium Nun. 15.a. Eleazarum filium Aaron: Iudas poſſedit ab auſtro, & 18.a. ...hraim & Manaſſe tribus dimidia ab aquilone. Poſteà ...rò de Sylo miſſis exploratorib. per ſingulas tribus, de...ſcriptione terræ al...ta ad Ioſue & ad ...leazarū: Beniamī ...xta Iudam ab au...ſtro, & iuxta E...phraim & dimidiā ...tribum Manaſſe ac...cepit poſſeſſionem. ...Secunda tribus Sy...meon hęreditatem ...accepit in tribu Iu...da, vt impleretur il...lud: 9.b. *De Leui & Symeō diuidam eos in Ia...cob, & diſpergam eos in Iſrael.* Tertia Za...bulon Galilęam ac...cepit ī qua eſt mōs B ...Thabor. Quarta Iſa...char vbi eſt Iezra...el vſque ad Iorda...nem. Quinta Aſer ...vſq; ad montē Car...melum, qui immi...net mari magno vſ...que ad Tyrū & Si...donem. Sexta Ne...phtalim in Galilæa ...vſq; ad Iordanem ...vbi eſt Tyberias, q̄ ...olim appellabatur ...Cenereth. Septima ...Dan vſque Ioppē, ...vbi ſunt vrbes Ahi...lon & Selebi & Emaus quæ eſt Nicopolis. Licet ſicut le...gitur poſtea ceperint ſibi tranſcenſis alijs tribubus vrbē ...Leſenim tribus Dan, quæ eſt Paneas. Cum hæc ita ſe ha...beant, & inter priorem tribuum deſcriptionem, & quæ ...nunc habetur in manibus tanta diuerſitas ſit conſideran...dum eſt quomodo & in præterito inter tribum Iuda Be...niamin vrbs & templum collocatum ſit. Et in priori qui...dem deſcriptione Iudas erat ab auſtro, & Beniamin ab ...aquilone. Hic autem èconuerſo vt Iudas ſit ab aquilone, ...& Beniamin ab auſtro. Poſt quem ſecundus eſt Symon, ...tertius Iſachar quartus Zabulon, quintus Gad. vna vide...licet tribus vnde & reliquis *tri. a. pla. ori. &c.*

C a *De Thamar.* quænunc Palmira à Salomone cōſtructa, ...palma enim Hebraicè Thamar dicitur: quæ nunc forte ...quia ibi palmera ſunt, Palmira vocatur.

b *Contradi.* Hieronymus. Omnis terræ ſanctæ hæredi...tas ab auſtrali plaga iuxta terminos Aegypti & Rinocor...uræ torrente finitur. Et quia Gad interpretatur tentatio ...in poſſeſſione, de palmeta tranſimus ad aquas contra...dictionis, vſque ad Cades, quòd interpretatur ſancta: vt ...intelligamus nos etiam poſt victoriam mundi debere ...eſſe ſolicitos, & ſemper in metu illius verſiculi memo...res. *Tentatio eſt vita hominis, ſuper terram* ad ſanctitatem ...aduerſario repugnantibus peruenire, ſicque opportunè ...victoriam obtinere, & è vicino torrentem plenum im...brium contemplemur.

c *Cades hæreditas con. ma.* Eadem vox in Hebr. eſt quæ & torrentē ſonat & hæreditatem, ſed hic magis torrentem qui ingreditur mare magnū Rinocoruæ. Cades aūt bar- D ne in deſerto eſt quæ extenditur vſque ad vrbem petrā.

d *Et hi egreſſus à plaga ſeptentrionali quingen. &c.* Hiero. De ambitu ciuitatis (qui per latera ſingula in quadrū, quatuor milia quingentos calamos habuit) præteritus ſermo prędixit, qui faciūt decem & octo milia calamorum. In præſenti quoq; capitulo poſitū eſt, ideſt 44. milia paſſuum. & 340. paſſus. Nunc ſcribitur per ſingula latera, i. 11. milia paſſuū & octoginta quinque paſſus per ternas fuiſſe portas.

e *Et ad plagā. Quis ſapiens intelliget hæc? quia rectæ vię domini, & iuſti ambulabunt in eis.* Præuaricatores E verò corruent in illis. Hoſeæ 14.d.

f *Et portæ ciuitatis.* Hieronymus. Has duodecim portas vel exitus pro qualitate meritorū atque virtutū ſingulis tribubus ſub Apoſtolis & patriarcharum nominib. arbitror coniugatas. De quibns in Apocalyp. Ioan. apertius ſcribitur. Et intra diuinarū ſcripturarum ſacramenta teſtantur. Apoc. 21.d. Et neceſſe eſt, vt talis ciuitas decem & octo milia per circumitum teneat calamorū, ſub quo numero in duodeuigeſimo Pſalmo, lex naturalis & gratia Euangelij deſcribitur: quibus eccleſia, ideſt, vrbs. Saluatoris extruitur.

Hiero. Hoc breuiter admonendum eaſdem tribus in circumitu tabernaculi ſic caſtramentatas, vt ad orientē fuerit Iudas Iſachar & Zabulon filij Liæ. Ad meridiem Ruben Symeon Gad, duo filij Lię: & tertius filius Zelphę ancillæ Liæ. Ad occidentem verò Ephraim, Manaſſes & Beniamin duo ſcilicet filij Rachelis quia Ioſeph pro tribu (Leui quæ ſacrificijs deputata eſt) in duabus tribus E- F phraim & Manaſſem diuiſa eſt. Ad aquilonem aūt Dan & Nephthali & Aſer, quorū primus & tertius filij ſunt Balæ ancillæ Rachelis, ſecundus filius Zelphę ancillę Lię ignobiles & ad aquilonem poſiti, quippe ex ancillis inter ſe diſſidentibus generati. Sed hoc iuxta Numerorum librum & deſcriptionem tabernaculi, quæ iubente Deo Moyſi ore dicta eſt. Num. 1. Noſtra verò vrbs quæ eſt ciuitas regis magni (*cuius artifex & conditor Deus* de qua dicitur. *Ipſe fundauit eam altiſſimus*) aliam habet tribuum in terra ſancta deſcriptionem & menſuram, & poſſeſſionis ordinem, & plagas tribuum ſingulatū. Heb. 11. Pſal. 86.a. Primum, plagæ aquilonis opponuntur tres portę, &c. quorum primogenitus Ruben, Iudas, regiæ ſtirpis autor, & Leui. Super cuius nomine tabernaculi & caſtrorum deſcriptione nihil dictū eſt, vt primogenita poſſidentes quaſi genus regale & ſacerdotale aquilonis frigora contemnamus.

vſque ad plagam occidentis, Iſachar vna. Et ſuper terminū
Iſachar à plaga orientali vſq; ad plagam occidentalē. Za-
bulon vna. Et ſuper terminum Zabulon à plaga orientali
vſq; ad plagam maris Gad vna. Et ſuper terminū Gad ad
a ¶Nota quam Iudas prius tenuit.
a plāgā auſtri in meridie: & erit finis de Thamar vſque ad 1
a ¶Non locum, ſed aquas ſignificat in quibus populus domino contradixit & Moyſes offendit. 2
b aquis contradictionis Cades: hæreditas contra mare ma- 3
c gnum. Hæc eſt terra quam mittetis in ſortem tribus Iſrael 4
¶Portæ exitus.
d & hę partitiones earū ait dominus Deus: Et hi egreſſus ci- 5
uitatis. A plaga ſeptentrionali quingentos & quatuor milia
mēſurabis, & portę ciuitatis † in omnibus tribubus Iſrael
a ¶Qui primogenitus. b ¶Qui regiæ ſtirpis auctor.
Portæ tres à ſeptentrione. Porta Ruben vna, porta Iuda vna
a ¶A quo ſacerdotes
porta Leui vna. Et ad plagam orientalē quingentos & qua
¶Duo filij Rachelis.
e tuor milia, & portæ tres. Porta Ioſeph vna, porta Beniamin
a ¶Filius Balæ ancillæ.
f vna, porta Dan vna. Et ad plagā meridianam † quingentos
¶Tres filij Liæ
& quatuor milia metieris. Porta Symeonis vna, porta Iſa-
char vna, porta Zabulon una. Et plagam occidentalem
quingentos & quatuor milia. Et portæ eorum tres,
a ¶Hi duo filij Zelphæ ancillæ Liæ. b ¶Filius Balæ ancillæ Rachelis.
porta Gad una, porta Aſer una, porta Nephthali una. Per

† quingenti.

NICOLAVS DE LYRA.

Et erit finis. *Ideſt terminus ſortis Gad, & perſequens terminus auſtralis totius terræ.*

De Thamar. *Nomen eſt ciuitatis exiſtentis in termino auſtrali terræ inter terminos terrę orientalem & occidentalem, ideò ...batur.*

Vſque ad aquas. *De quibus aquis habetur Num. 20. & ſunt verſus orientem.*

Hæreditas contra mare magnum, &c. *Ideſt ſors Gad protenditur verſus occidentem vſque ad mare mediterraneū, quod dicitur hoc mare magnum reſpectu maris mortui conſequenter ponitur recapitulatio breuis dictę diuiſionis, cum dicitur. Hęc eſt ter. &c. & patet.*

5 Et hi egreſſus &c. *Hæc eſt vltima pars, in qua deſcribitur ciuitas ędificanda in quadro ęquilatero cuius latera ſunt diſpoſita verſus quatuor partes orbis principales, & quodlibet latus habet in lōgitudine calamos quatuor milia quingentos, & tres portas à tribus tribubus denominatas. Dicit igitur: Et hi, ideſt, latera & portę per quas fit egreſſus. Cętera patent inſpecta figura hic inferius poſita vſque ibi.* Vltima pars.



Et

a *Et nomen ciuitatis.* * Theodor.
A Non quod alterum poſt ędificationem nomen inuenerit, Hieruſalē enim etiam poſt Zorobabel vocata fuit: ſed inſignem eam denuo futuram per hæc indicauit. Cōſueſueuit ſiquidem ſcriptura, nomen, ipſa gloriā nominare.

Hierony. Ioan 14.d. Matt. 23.d.

circumitū decem & octo milia. Et nomen ciuitatis ex illa die, dominus ibidem. Amen.

a ¶ Nunc Ieroſolyma viſio pacis.

b *Ibidem*. Nunquam recedat ab ea, ſicut à priori. Vnde. *Surge abeamus hinc.* Et. *Reli. vo. domus veſtra deſerta*, ſed æternam habet poſſionem & ſit ei ipſe poſſeſſio ſecundum illud: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.*

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et nomen ciuitatis. *Supple erit.*
2 Ex illa die. *Quia erat ædificata.*
3 Dominus ibidem. *non ſolum per eſſentiam potentia & præſentiam ſicut eſt alijs locis, ſed etiam per ſpecialem ſuorum beneficiorum influentiam.*
4 Amen. *ideſt fiat.*

NICO. DE LYRA.

*Completa expoſitione viſionis imaginariæ procedendū eſt ad inquirēdū quid per dictā viſionem imaginariā deſignetur. Nā hic eſt*
B *intellectus principalis prophetiæ, ſicut oſtenſum fuit ſuprà in principio cap. quadrageſimi. Sciendū igitur, quòd circa hoc varie dixerunt doctores Hebræi ſimiliter & Latini. Antiqui verò Hebræi dixerunt, ꝙ imaginaria viſio ædificationis templi & ciuitatis quæ prędicta eſt, ſignificat reædificationem templi poſt reditum captiuitatis Babylonicæ per Zorobabel & ſocios eius, & reædificationē ciuitatis Ieroſolymitanæ per Neemiam & populū Iſrael ad hoc adiuuantem. Dixerunt tamen ꝙ hęc ædificatio non fuit completa tpe Zorobabel & Neemię, ſed plures reges Perſarum deuoti addiderūt ad ædificia iſta, potiſſimè circa templum vt ſatis haberi poteſt ex. 1. Eſdræ & 2. Machabęorum. Dicit etiam Ioſephus antiquitatis Iudaicę lib. 15. quòd Herodes Aſcalonita rex Iudeę cuius tēpore natus fuit Chriſtus, fecit magna & ſumptuoſa ad fortificationem ciuitatis & decorem templi. Dicit etiam ꝙ ad altitudinē templi addidit 60. cubitos. Nam Zorobabel & alij adiutores eleuauerūt ipſum*
C *per 60. cubitos tantum, & ipſe addidit ſexaginta, & ſic eſſet euiſdē altitudinis ſicut fuerat templū Salomonis per Chaldæos deſtructū & tanta deſcripta eſt ſupra altitudo huius tēpli imaginarię viſionis. Ad hoc aūt inducunt argumentum ex principio viſionis c. 40. vbi fit mētio de deſtructione ciuitatis per Chaldęos, cū dicitur 14. anno poſtq̄ percuſſa eſt ciuitas. Facta eſt ſuper me manus domini &c. Et conſequenter deſcribit ædificationem ciuitatis & templi vſq; ad finem libri. Ex quo videtur, ꝙ ad conſolationē populi adhuc in captiuitate detenti, propheta loquatur de materiali reędificatione ciuitatis & templi: q̄ dicunt completā modo prędicto: Sed hoc dictū ſtare non pōt: quod oſtendo primò de ciuitate & tēplo ſimul. Secundò de quolibet per ſe. De templo namq; per Zorobabel inchoato patet 1. Eſdrę 3. quod fuit ędificatum in eodem loco in quo fuerat templum Salomonis. Et ſimiliter de reędificatione ciuitatis per Neemiam, patet Neemię ſecundo quod fuit in eodem loco in quo prius fuerat, nam reædificata fuit reparando interruptiones & ruinas murorum per loca diſſipata. Certum eſt autem ex. 3. & 4. Reg. quòd templum Salomonis ędificatum fuit in ciuitate Ieruſalem, & per cōſequens templum reædificatum fuit per Zorobabel, & in hoc conueniunt omnes hiſtoriographi Iudæi & Latini. Templum autē & ciuitas quæ imaginariè ſupra deſcribuntur, diſtant ab inuicem per 28. miliaria & plus: ergo impoſſibile eſt (vt videtur) quod viſio imaginaria & de ędificatione ciuitatis, & templi poſt reditum de Babylone intelligatur. Quod autem tātum diſtent declaratur ſic: Nam inter ciuitatem ſupra deſcriptam cum ſuburbanis ſuis, & inter templum cum omnibus ędificijs ſibi adiunctis, eſt tota latitudo portionis Leuitarum continens 10. milia calamorum: & de latitudine portionis ſacerdotum. 4. milia calamorum & plus: ſed illud plus dimitto. Iſta verò 14. milia calamorum faciunt 28. miliaria: quod ſic declaratur. Nam quinque pedes faciunt vnū paſſum: paſſus 125. vnum ſtadium, octo ſtadia faciunt vnum miliare ſic noīatū, qa continet mille paſſus: qđ patet ex dictis nā octies. 125. faciūt mille, vnde verſus: Quinque pedes paſſum faciunt paſſus quoq; centū vigintiquinque ſtadium; ſi des miliare. Octo facies ſtadia, duplicatum fit tibi leuca. Hoc igitur ſuppoſito videndum eſt de quantitate calamorū. Ex dictis aūt ſuprà 40. c. patet, ꝙ vnus calamus cōtinet ſex cubitos, de cubitis ſanctuarij, quorum quilibet continet vnum cubitum vſualem & palmum, vt ibidem fuit oſtenſum Cubitus autem vſualis continet pedem & dimidium, & ſic calamos continet nouem pedes, & cum hoc ſex palmos, qui faciunt vnū pedem & plus: ſed illud plus dimitto. & ſic patet quod calamus vnus continet duos paſſus. Igitur cū mille paſſus faciunt miliare vnum, vt dictum eſt, ſequitur quòd mille calami faciunt duo miliaria. & per conſequens 14. milia calamorum faciūt 28. miliaria, & ſic patet propoſitum. Secundò ſeparatim oſtenditur de templo & ciuitate inchoatis per Zorobabel & Neemiam. Et primò de templi & ciuitate ſupra deſcribitur murus exterior longitudinis quingentorū calamorum in quolibet quatuor laterum ſuorum. Quingenti verò calami faciūt vnum miliare: & ſic circuitus muri eſt 4. miliaria. Circuitus aūt templi per Zorobabel inchoati nunquam fuit tantæ continentiæ. imò nec etiam cum tota ciuitate Ieruſalem in qua fuit: ergo &c. Item propheta vidit aquas egredientes de templo & procedentes vſq; ad mare mortuum ad ſanandum illud de ſua amaritudine, vt poſſent piſces ibi viuere, vt habetur ſuprà 47. c. Certum eſt autem quod in tēplo per Zorobabel inchoato, & poſteà per Romanos deſtructo, nunquā fuerunt tales aquę, nec mare mortuum factū eſt dulce. Item idem poteſt argui de lignis fructiferis ſupra dictas aquas exiſtentibus, & primitiua facientibus quolibet mēſe, qa nunq̄ ita factū eſt, ergo &c. pp hęc & multa alia in viſione Ezechielis pręſcripta, quę verificari non poſſunt de tēplo poſt captiuitatē reędificato, patet falſitas opinionis prędictæ. Item idē oſtēditur de ciuitate per ſe: quia ſuprà vltimo c. deſcribitur in quadro ęquilatero, cuius quodlibet latus continet calamos 4. milia & quingentos quę faciūt nouem miliaria, patet ex dictis ſuprà. Circumitus ciuitatis ibi deſcribitur 10. & 8. miliū calamorum qui faciunt 36. miliaria, ciuitas aūt inchoata per Neemiā nunq̄ habuit tantā capacitatem, nec etiā decimā partem, propter quod dicta opinio reprobatur modo, non ſolum à Latinis, ſed etiam ab Hebræis.*

Domi-

Sequitur figura.




*Dicunt igitur Hebræi moderni, ꝙ hęc vltima viſio Ezechielis eſt intelligenda de ędificijs ciuitatis & templi in aduentu Meſſię conſtruendis: quem expectant venturum tanquam hominem purum, prophetam ſanctiſſimum etiam Moyſe ſanctiorem. Dicunt etiam, ꝙ regnabit temporaliter ſuper omnes Gentes quas ſibi ſubijciet & Iudęis reędificabit ciuitatem & templum materialiter, ſicut hic deſcribitur ab Ezechiele propheta. Hunc autem errorem quātum ad hoc quod negant Chriſtum in lege & prophetis promiſſum eſſe Deum, & quantum ad hoc ꝙ dicunt eius aduentum adhuc futurū, ego ſatis improbaui per ſcripturas ve. teſt. in quædam quæſtione de quolibet annis pluribus iam elapſis: tamen adhuc repetam pauca de illis, & primò ad oſtendendum ꝙ Chriſtus in lege & prophetis promiſſus ſit verus Deus & verus homo. Dicitur. n. Iſaię 9. de ipſo.* Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. *in quo exprimitur manifeſtè eius humanitas: Per hoc autem quod ſubditur.* Et vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius, Deus fortis pater futuri ſeculi princeps pacis: *exprimitur eius diuinitas. Item Iereremiæ 23. a.* Ecce dies veniunt dicit dominus & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum. *vbi tranſlatio Chaldaica apud Hebręos authentica hēt, Statuā Dauid Meſſiam iuſtum* & regnabit rex & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiā in terra. *ſequitur:* Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum dn̄s iuſtus noſter. *Per hoc autem quod dicitur:* Suſcitabo Dauid germen iuſtum *oſtenditur eius humanitas: per hoc autem quod ſequitur:* Et hoc eſt nomen quod voca. eum dn̄s iuſtus noſter: *exprimitur eius diuinitas: nam pro hoc nomine* dominus, *Hebraica veritas habet nomen domini Tetragrammaton, quod ſecundum Hebræos eſt nomen Dei creatoris omnium. vnde dicit Ra. Moyſes in lib. directionis dubiorum parte prima, c. 60. ꝙ hoc nomen domini Tetragrammaton.*

* *ſignificat*

Verſus de ſtadio & leuca.

ſi ſificat diuinam eſſentiam ſignificatione perfecta & immixta. Cæ
A t vero nomina videtur deriuata ab operib. diuinis, vt creator, do nus, Saluator, & huiuſmodi, Item Mich. 5. a. dicitur: Et tu Be cē Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te. n. egre tur q ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio à ieb. æternitatis Quòd aũt hæc autoritas etiam ſecundum He b os intelligatur de Chriſto, patet Mat. 2. quia ſapientes Iudæorum e allegauerunt, coram Herode quærenti natiuitatis Chriſti locum per egreſſum eius de Bethleem exprimitur eius natiuitas tempo r s in humana natura, per egreſſum autem ipſius ab initio à diebus æ nitatis, exprimitur eius natiuitas æternalis in natura diuina.

Quòd autem ſecundò dicunt Chriſtum adhuc venturum, eſt fal ſi: quia Dan. 9. deſcribitur tempus aduentus ipſius ſub certo nu n o annorum, ſcilicet ſub ſeptem hebdomadibus annorum quæ fa ci t quadringentos, 90. annos. Iſte verò numerus annorum com p us fuit tempore paſſionis Chriſti, ſicut diffuſe declaraui ſcriben d uper Danielem, propter quod hic cauſa breuitatis omitto. Item D. 2. de tempore aduentus Chriſti dicitur: In diebus regnorũ il rum ſuſcitabit Deus regnum quod in æternum non d ipabitur, quod ſecundum Hebræos intelligitur de regno Meſ ſi & ſicut patet, ibi loquitur propheta de quatuor regnis ſibi ſuc ce ntibus ſcilicet Babyloniorum, Perſarum, Græcorum, & Roma n ini: & ideo regnum Chriſti incœpit tempore quo vltimum ſcili ce egnum Romanorum fuit in ſua poteſtate, quod maximè fuit tẽ p : Auguſti Cæſaris, quo tempore Chriſtus de virgine fuit natus,
B v atet Lu. 2. a. Exijt edictum à Cæſare Auguſto &c. Item A gei. 2. b. dhuc vnum modicum &c. ſequitur. Et veniet d ideratus cunctis Gentibus, & implebo domum iſtam g ria, dicit dominus exercituum ſequitur: Adhuc magna e gloria domus iſtius nouiſſimę plus quam primæ. Per b utem quod dicit: Veniet deſideratus cunctis Gentibus: in ligitur aduentus Chriſti ẽt ſecundum Hebræos. Per hoc autem q promittitur. Adhuc vnũ modicũ eſt, apparet ꝙ eſt præte ri : nam à tpe quo Aggæus hoc dixit vſque nunc, ſcilicet vſque ad num domini. 1332. in quo hæc ſcripſi plus quam mille & ſex ce i fluxerunt anni, qui non uidentur poſſe dici rationabiliter vnũ m icum. Item certum eſt quòd Aggæus loquebatur de templo per Zo babel inchoato, dicens: Veniet deſideratus cunctis Genti b , & implebo domum iſtam gloria. Ex quo patet, ꝙ ſtante ill emplo Chriſtus venit & ipſum impleuit gloria: quando ibi obla tu uit: propter quod ſanctus Symeon tunc exclamauit: Lumen a euelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. H etiam patet per hoc quod ſubditur: Magna erit gloria hu iu domus nouiſſimæ plus quam primæ. Prima namque di ci templum Salomonis, quod fuerat deſtructum. Non poteſt aũt di quòd templum per Zorobabel & ſuos ſequaces reædificatum: ꝙ re ectu tẽpli Salomonis fuit quaſi nullius reputationis in ædificijs & natibus & conſimilibus fuerit magis glorificatum in aliquo,
C n er præſentiam Chriſti qui oblatus ibidem fuit: & in eo pluries p icauit, & plura miracula fecit, vt habetur in Euangelijs. Illud e templum ſtetit vſque ad. 42. annum poſt paſſionem Chriſti: in q deſtructum fuit per Romanos.

Quòd autem tertiò dicunt Iudęi Chriſtum in primo aduentu ſuo v urum regnandum temporaliter in poteſtate magna, patet mani fe falſum per illud ꝙ dicitur Zach. 9. c. Exulta ſatis filia Sion, i ila filia Ieruſalem: Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & S uator, & ipſe pauper & ſedens ſuper aſinã & pullũ fi li n aſinæ. ꝙ exponitur ẽt à doctoribus Hebræis de aduentu Meſ ſi vt declaratum fuit ibidem: & ſic patet, ꝙ eius aduentus primus p licitur à propheta futurus in paupertate & humilitate, & non in rrena gloria ſeu poteſtate. tem Iſa. 52. c. de Chriſto dicitur. Ec c ntelliget ſeruus meus &c. Quod intelligitur de Chriſto etiã ſe dum Hebræos antiquos, & etiam totum capitulũ ſequens, ſicut ib em fuit dictũ: & ibi ſubditur de ipſo: Inglorius erit inter vi re aſpectus eius, & ibidem ſubditur: Et deſiderauimus eum d pectum & nouiſſimum virorum, virum dolorũ ſcien te infirmitatẽ, & quaſi abſconditus vultus eius, & deſpe ctus. Et poſtea: Sicut ouis ad occiſionem ducetur, &c. Ex qui bi patet, ꝙ primus aduentus Meſſiæ non fuit prenunciatus futurus in oteſtate & gloria, ſed humilitate & paupertate magna: Nec ad te poraliter, regnandum, ſed ad paciendum, & per ſuam paſſionem n miſericorditer redimendum, vnde ibidem dicitur: Ipſe autem v neratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt pro p r ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & li u re eius ſanati ſumus.

Quòd autem dicunt Iudęi quòd Meſſias in aduentu ſuo ędificabit e templum materiale, ſicut prędicitur ab Ezechiele, & ex hoc ſu m it argumentũ contra nos ad probandum, ꝙ Ieſus Nazarenus nõ fi Meſſias verus quia non ędificauit templum ſicut per prophetas fi at promiſſum: nõ valet: quia prophetę magis dicunt contrariũ. N m Aggei 2. in autoritate ſuperius allegata dicitur de tẽplo per Z obabel inchoato: Magna erit gloria domus iſtius nouiſſi ne. Ex quo patet, ꝙ non eſt alia materialiter ędificãda per Meſſiã: nam iſta de qua loquitur propheta nõ eſſet nouiſſima. Item Ier. 3. c. D
dicitur de aduentu Chriſti primo. Aſſumã vos vnum de ciuitate & duos de cognatione, & introducam vos in Sion. In quo prędixit propheta paucos valde de Iudęis reſpectiuè ad fidem catholicam conuertendos. Et ſubditur ibidem: In diebus illis ait dominus, nõ dicent vltra arca teſtamenti domini, nec aſcendet ſuper cor, nec recordabũtur illius, nec viſitabitur, nec fiet vltrà. Nunc autem ita eſt quòd tabernaculũ Moyſi fuit factum ad reponẽdum arcam teſtamenti domini, vt patet Exo. 25. & ſimiliter templũ Salomonis ad hoc fuit factum, vt patet in pluribus locis. 2. & 3. Reg. & 2. Paral. & ideò ſi arca vltrà non fiet per conſequens nec tẽplum: propter quod Iudęi, vt conſequenter dicant, ſicut dicunt quòd Meſſias in aduentu ſuo ędificabit eis materialiter templum, ſic reſtituet eis arcam teſtamenti, propiciatorium &c. pertinentia ad veteris legis cultum. Cum igitur eremias propheta dicat ꝙ arca materialis teſtamenti non fiet ultrà, nec erit in recordatione vel memoria ſcilicet ad conſtruendum, per conſequens prędicit templum materiale vlterius non reędificandum. Item adhoc poteſt induci quod dicitur Iere. 7. a. Nolite confidere in verbis mendacij, dicẽtes: Templum domini, templum domini eſt. In Hebręo habetur: Templum domini, templum domini, templum domini tria, in plurali. q. d. mendacium eſt dicere quòd tria templa ſint ſucceſſiuè ędificanda: & ideo poſt templum Salomonis quod fuit primum, & templum per Zorobabel inchoatum, & per Romanos deſtructum quod fuit ſecundum non reędificabitur Iudęis tertium. Argumentũ autẽ de Ieſu Nazareno non valet, quia templum per ipſum ędificatum E
eſt eccleſia ſiue congregatio fidelium charitate formata, quæ eſt ſpirituale templum, de cuius ædificatione dicit Matth. 16. c. Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Cauillatione autem Iudęorum per quas nituntur ſcripturis vete. teſta. prææallegatas puertere propter prolixitatem vitandam hic omitto, quia illas poſui diffusè in quadam, quęſtione de quolibet: de qua ſuprà mentionem feci. Et quia cauillationes illas exponendo libros veteris teſtamenti replicaui ſaltem pro magna parte in locis in quibus exponuntur autoritates prædictę. Expoſitionem autem vltimę viſionis Ezechielis ex cauſa exponendam reſeruaui poſt expoſitionem librorum omniũ veteris ac noui teſtamenti.

## Opinio catholicorum.

Reprobatis dictis Hebræorum ſecundum gratiam à domino mihi datã, conſequenter videndũ eſt, quid de viſione prędicta dixerũt doctores catholici: Et ſunt tres modi dicẽdi Nam aliqui, vt beatus Hier. & beatus Greg. dixerũt per viſionem Ezechielis imaginariam, ædificationem eccleſię in ſacramẽtis & moribus eſſe ſignificatã: & hunc ſenſum exponendo ſequuti ſunt, expoſitionem imaginarię viſionis prout ſuperius eſt deſcripta, quaſi totaliter dimittentes, cum tamen ab illa ſit inchoandum: ſicut dictum fuit ſuprà in principio. 40. ca. Dicit etiam vlterius beatus Greg. Homil. 1. ſuper hanc viſionem quòd ille ſenſus viſionis imaginarię eſt totaliter relinquendus, eò quòd viſio illa continet impoſſibilia, quod arguit ex eo quod dicitur: ſup. 40. ca. Et menſus eſt lati- F
tudinem ędificij calamo vno, per hoc aũt quòd dicit ędificij abſolutè, loquitur de toto ędificio ſecundum Greg. & poſtea ſubditur: Et menſus eſt portã a tecto thalami vſq; ad tectum eius, latitudinẽ. 25. cubitorũ, & fecit frontes per 60. cubitos. Ex quibus ſic arguit. Frõtes ſint in porta, & porta in ędificio, & ſic maius cõtinetur in minori. ſ. 60. cubiti. in 25. & 25. in vno: hoc autem eſt impoſſibile: ergo &c. Dicit etiam, quòd hoc factum eſt ex ordinatione diuina, vt legentes dictam viſionẽ relicto ſenſu imaginario tanquam nullo, myſticũ quęrerent intellectũ. Sed magiſter Richar. de ſancto Victore reputans in hoc dictũ Greg. minus verum proceſſit quaſi via oppoſita, declarans in expoſitione ſua poſſibilitatẽ totius ædificij ſuperius deſcripti, de ſenſu alia nihil dicendo. Si aũt alibi de hoc aliquid dicit ignoro: Soluit autem argumentum beati Gregorij per hoc quòd omnia tẽpli ædificia ſimul ſumpta dicuntur vnũ ędificium, & nihilominus quodlibet per ſe dici põt vnum ędificium ſicut totum maneriũ regis Pariſius dicitur domus regia, & tamẽ ſunt ibi multę domus, ſ. palatium, camera cauſarum, capella, & ſic de alijs: & ideo cum dicitur ſupra 40. ca. Et menſus eſt latitudinẽ ædificij calamo vno &c. ędificiũ ibi accipitur pro muro exteriori ſecundũ aliquos, vel pro domuncula ſupra portã ędificata ſecũdum alios, vt dictũ fuit ibidẽ, Dominus Hugo Cardinalis proceſſit quaſi media via declarãs poſſibilitatẽ ædificij imaginariæ viſionis & cũ hoc de ędificio eccleſię per aliqua loca immiſcuit: hoc tamen fecit incõpletè & ẽt interciſe, eãdem etiam ſententiã ſub diuerſis ſimilitudinibus pluries repetẽdo: et propter eandẽ cauſam expoſitio beati Gregorij videtur minus apta: nã per montem, ſuprà quẽ propheta dicitur dimiſſus ſuprà 40. c. dicit ſignari Chriſtum. Item per virum menſurantem ędificium. tem per portã, & etiam alia plura, licet aũt dictum beati Gregorij non intendam in aliquo reprobare, tamen aliquibus videretur conueniẽtius exponi viſio prędicta ſi per diuerſas partes & ſimilitudines ſignificarẽtur diuerſa. Item beatus Gregorius de dicta viſione expoſuit tantũ primum capitulum. ſcilicet 40. & adhuc incomplete: nam illo tempore obſeſſa fuit Romana ciuitas et multũ afflicta: propter quod

* ſe excuſat de vlteriori proſequutione, ibi terminans dictæ viſionis A expoſitionem, decem tamen homil. continentem.

ADDITIO.

Poſt capitulum 48. in Myſticatione *vbi dicitur in Poſtilla:* Nam aliqui vt beatus Hieronymus.

*Circa plurima quæ continentur in prophetia Ezechielis duo ſunt conſideranda. Vnum eſt quòd inter cæteros prophetas iſte pluribus vtitur parabolis, vt patet in proceſſu ſuæ prophetiæ, in quo quã plurimas metaphoras īducit, vnde: ipſo Deo dicebat ſuprà 20.g.* A, a, a domine Deus ipſi dicunt de me: Nunquid non parabolas loquitur iſte? *Quaſi dicãt: Oẽs ſermones iſtius ſunt parabolici: ex qua cõſideratione habetur, ꝙ iſtæ viſiones ædificationum quas Ezechiel tradit, cõiter ſunt metaphoricè intelligendæ: & ideo proceſſus Græ. exponendo huiuſmodi viſiones cenſeri debet proprius & literalis, & ſecundum modum loquẽdi ipſius prophetæ: ſicut in his quæ parabolicè dicuntur ſenſus literalis eſt, non ille qui per literam ſignificatur, ſed qui per res ipſas quas litera ſignificat intelligitur prout dictum eſt in prologo ſuper Geneſim. Secundum eſt, quòd hic propheta aliqua proponebat per modum præcepti, quæ tamen non debẽt intelligi vt præcepta. ſ. vt imponant neceſſitatẽ obſeruãdi, ſed quaſi conſilia quæ non habent vim obligandi ad pęnam, ſi non ſeruentur, vnde ſuprà c. 45. f. dicitur:* Hæc dicit dominus Deus in primo menſe in prima menſis: ſume vitulum de armento immaculatum, & explebis ſanctuarium, &c. *Et Iſrael ponit aliqua circa ſacerdotes & circa principes in ſacrificijs & ornamentis & ingreſſu templi & alijs quæ ſi intelligerentur vt præcepta, eſſet manifeſtè contra illud quod legitur Deut. 4. a.* Non addetis ad verbum quod loquor vobis, nec auferetis ex eo. *Vnde in vet. teſtam. ſicut nullus potuit auferre aliquod præceptum his quæ Deus præcipiebat p Moyſen: ita nullus poterat addere aliquod pręceptum vltra illa: &* B *ſimiliter poſſet dici de ædificatione templi, & ciuitatis hic poſita. ſ. quòd ſignificabat reædificationem templi aliquando neceſſariò fiendam ſecundum ædificationem quæ de conſilio prophetico fieri debebat, propter ſanctionem ſpirtualem illius ædificij quam propheta principaliter intendebat. Et notandum, quòd prædictæ conſiderationes quæ in hac litera, vt patet, fundantur, ſunt validæ ad euacuanda argumenta Iudæorum, quæ ex his viſionibus Ezechielis communiter ſumunt, quæ quidem argumenta credunt eſſe efficaciſſima contra nos, qui Chriſtum iam veniſſe confitemur, cũ tamen prædicta non fuerunt hactenus completa nec profitemur ipſa complenda, ſed prædictis conſideratis patet manifeſtè, quòd iſta poſſent, & debent intelligi parabolicè dicta, ſeu per modum conſilij, non autem præcepti, vt dictum eſt.*

Expoſitio viſionis imaginarię ſecundum Poſtillatorem.

C *HIs igitur pręmiſſis intendo dicere, quid mihi videtur de ſignificato viſionis imaginariæ: non tamẽ ad ſatiſfaciendum mihi vel alijs, cum reſpectu præcedẽtium doctorum ſim nullius momenti, ſed ad excitandũ animos ſtudioſorum & deuotorum, vt per exercitium ſtudij & orationis quærant dictæ viſionis intellectum ab eo qui ſua myſteria reuelat humilibus & deuotis, & abſcondit prudentibus & ſapientibus in oculis ſuis. Credo namque quòd nullus poſſit dictã viſionem ſufficienter exponere, niſi hoc habuerit ex diuina reuelatione. Dico igitur, quòd ſignificatum ſuprascriptæ viſionis poteſt dupliciter accipi, Vno modo, vt per illam ſignificetur reædificatio templi materialis poſt reditum Babylonicæ captiuitatis, non tamen illo modo quo dixerunt antiqui Iudæi, quẽ ſupra reprobaui: Alio modo, quòd per illam ſignificetur ædificium eccleſiæ per Chriſtum Saluatorem noſtrum, ſicut communiter dicunt doctores catholici. Ad euidentiam primi modi conſiderandum, quòd frequenter in ſcriptura ſacra & maxime in vet. teſt. promiſſiones diuinæ de bonis futuris, & cõminationes de pœnis inſligendis, intelligũtur ſub cõditione, licet ſcribantur abſolutè. De promiſſionib. patet. 1. Reg. 2. e. vbi dicitur:* Venit autem vir Dei ad Eli, & ait ad eum: Hęc dicit dominus: Nunquid non aucrtè reuelatus ſum domui patris tui, cũ eſſet in Aegypto in domo Pharaonis & elegi eum ex omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotem? *Scilicet, ſummum, vt patet per literam ſequentem, & poſtea ſubditur:* Propterea ait dominus Deus Iſrael: Loquens loquutus ſum, vt domus tua & domus patris tui miniſtraret in cõſpectu meo vſq; in ſempiternum: nunc autem dicit dñs: abſit hoc à me, ſed quicunque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contẽnunt me, erunt ignobiles. *Ex his patet, quòd promiſſio abſolutè facta de ſummo ſacerdotio ante exitum filiorum Iſrael de Aegypto, poſtea per quadrigentos annos vel circiter, ſcilicet, tempore Eli, oſtendit dominus quòd illa promiſſio intelligenda erat ſub conditione, ſcilicet ſi ſacerdotes ſummi debitè miniſtrarent, aliter non. Similiter idem patet de comminationibus pœnarum. Ionæ 3. b. vbi de præcepto domini dixit Ionas abſolutè:* Adhuc 40. dies & Niniue ſubuertetur: *Et tamen eius ſubuer-*

Promiſſiones & cõminationes ſub conditione ſunt.

*ſubuerſio tunc non fuit ſequuta: & hoc quia Niniuitæ egeru*
*nitentiam de malis ſuis ad verbum Ionæ, vt exprimitur ibid*
*quo patet, quòd cõminatio ſubuerſionis Niniue quæ prolata*
*abſolutè intellig da erat ſub conditione. ſ. ſi Niniuitæ in ma*
*perſiſterent obdurati: aliter no. Item de promiſſionibus & co*
*tionibus ſimiliter patet Iere. 18. a. vbi dicitur ex perſona d*
*Repente loquar aduerſum gentes & aduerſus regnum vt erad*
*deſtruam & diſperdam illud: Si pęnitentiam egerit gens illa*
*ſuo, ꝙ loquutus ſum aduerſus eã, agã & ego pænitentiã ſupe*
*quod cogitaui vt facerem ei. Ex quo patet manifeſtè, quòd i*
*minatione facta abſolutè intelligitur conditio, ſi illi quibus f*
*ſeuerent in malo: Et ſtatim ibidem ſubditur de promiſſionib*
*ſubitò loquar de gente & de regno, vt ædificem & plantem*
*fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam p*
*tiam agam ſuper bono quod loquutus ſum, vt facerem ei. Ex*
*tet ꝙ in promiſſione de bono conferendo, intelligitur hęc cõd*
*ſi illi quibus fit, ſteterint in bono. Ad hoc eſt etiam ratio nat*
*quia ſi aliquis rex vel princeps promitteret alicui militi eq*
*arma, & ante completionẽ promiſſionis miles auerteret ſe à*
*principe ad eius inimicos ſe conuertendo, nunquid teneretu*
*plere promiſſum? Certè non fuit intentio eius, nec debet eſſe,*
*daret equũ & arma ad impugnandũ ſe, ſed magis ad ſeruien*
*In omni verò peccato mortali homo à Deo auertitur, & ad c*
*conuertitur: ergo &c. Item ad hoc poteſt induci exemplum*
*Iſrael, quibus multæ terrę & alia multa bona promiſſa fuer*
*nunquam obtinuerunt, eò ꝙ erga Deum ſuum debitum non*
*ſicut patet in libro Ioſue, quod filij Iſrael in ſuis ſortibus cu*
*ducti dimiſerunt Gentes idololatras habitare cum eis ſub*
*contra præceptum domini, propter quod filij earum ſucceder*
*ſolum partem terræ tenuerunt, ſed ẽt populum Iſrael multi*
*aſſlixerũt. Similiter in propoſito poteſt dici rationabiliter, q*
*viſionem imaginariam Ezechieli ſignificata fuit ædificatio c*
*& templi materialiter poſt reditum captiuitatis Babylonic*
*rum, ſecundum formam ſuperius deſcriptã, & ſic in re factu*
*ſet, ſi populus Iſrael ſuum debitum feciſſet: nã hęc conditio*
*gebatur in promiſſo, ſed non fecit propter quod templum &*
*non fuerunt tunc ędificata ſecundum modum Ezechieli oſt*
*tamen propter aliquos bonos de filijs Iſrael fuit ciuitas reę*
*& templũ minoris tamen capacitatis & nobilitatis quaſi in*
*rabiliter quã fuerat promiſſum, propter quod Ezechiel in fi*
*viſionis videtur dixiſſe ſup. 48. Amen, quaſi dicat, vtinam*
*& nõ impediatur per peccata noſtra. Quod aũt filij Iſrael n*
*rint debitum ſuũ ad obtinendum integrè dictum promiſſum*
*quia data generali licentia per Cyrum quod oẽs Iudęi de re*
*poſſent in Iudęam liberè reuerti, & ibi Deo ſeruire: multi t*
*pti amore vxorum quas ibi acceperant, & filiorum quos ib*
*rant, & poſſeſſionũ quas ibi acquiſierant, noluerũt inde reu*
*magis elegerunt inter idololatras commorari. Similiter il*
*captiuitate redierunt in Iudęã, vxores ſuas Hebręas legiti*
*tempſerunt, & alienigenas contra Dei pręceptũ duxerunt,*
*lum vulgares de populo hoc fecerunt, ſed ẽt maiores. ſ. prin*
*ſacerdotes, vt habetur. 1. Eſd. 9. Item poſtea tempore Mach*
*multi de populo Iſrael & de ſacerdotibus ad vitium contra*
*& idololatriam ſe conuerterunt, ędificantes in Ieruſalem e*
*ideſt, proſtibulum iuuenum, & paleſtrã. i. ſcholam ad doc*
*tus & leges Gentilium, vt dictum fuit 2. Macha. Similiter*
*verum Chriſtum eis promiſſum ex inuidia & malignitate*
*pſerunt, & ipſum coram Pilato negantes per manus milit*
*occiderunt, propter quod eorum ciuitas & templum quę re*
*ta fuerant per Romanos deſtructa fuerũt, ſicut pręedixerat*
*Luc. 19. f.* Vidẽs Ieſus ciuitatem ſanctam Ieruſalem
ſuper eam, &c. *Sic igitur patet vna expoſitio quantum a*
*catum viſionis imaginarię ſuperius deſcriptę. Sed dictã ex*
*nem poſſet argui. Primò de aquis egredientibus de templo*
*bus mare mortuũ à ſua ſalſedine & amaritudine. Secundò a*
*ſuper ripã fluminis faciẽtibus nouos fructus ſingulis menſi*
*videntur aliquibus impoſſibilia. Et per conſequens ſi Iudęi r*
*de Babylone feciſſent erga Deum debitũ ſuum, non tamen t*
*ſent eis facta, cum fuiſſent impoſſibilia, vt aliquibus videt*
*cundum hoc expoſitio dicta non videtur vera. Ad iſta dic*
*aliqua ſunt poſſibilia naturę. ſ. illa quę naturali curſu pera*
*& aliqua ſunt impoſſibilia naturę, poſſibilia tamen Deo. Et*
*in duplici gradu, nam aliqua ſunt ſupra naturam quantu*
*principium, non tamen quantu ad ſequens exercitium, ſicut*
*videat, nam eius illuminatio eſt ſupra naturã, ſed exercit*
*dati per miraculum eſt naturale, ſicut oculi dati per gene*
*naturalem. Aliqua verò ſunt ſupra naturam vtroq; modo*
*uerſio panis in corpus Chriſti & permanentia eiuſdem cor*
*ſpecie panis. Poſſet igitur dici, vt videtur, ꝙ dulcoratio m*
*tui ſit poſſibilis ſecundum naturã. Nam aquę maris colat*
*nas terrę fiũt potabiles, & hoc modo de aquis procedentu*
*oriuntur alibi fontes dulces, & ideo nõ videtur inconueni*
*aquę egredientes de templo haberent virtutem naturale*
*

A *di aquas maris prædicti: nam in diuerſis partibus mundi oriun- fontes diuerſas virtutes, & mirabiles habentes. Hoc etiam con- natur per ſcripturam: dicitur. n. Exo. 15. d. quod aquæ Marath in dul- inem verſæ ſunt per immiſſionem ligni quod videtur habuiſſe ad virtutem naturalem, vt dictum fuit ibidem. Similiter dicendũ lignis quolibet menſe fructificantibus, videmus enim quod aliqua li- & terræ naſcentia fructificant bis in anno, & forte plurib. vi- cus in aliquibus terris, & ſic forſitan poſſet hic dici de fructifica- re quolibet menſe, & dato quod non ſit aliqua talis arbor, non eſt ta- negandum, quin Deus poſſet facere, ita quod productio arboris eſ- ſupernaturalis, tamẽ fructificatio ſequens naturalis eſſet: & ſub ab aliquo negetur, non tamen negari poteſt, quin Deus poſſet de qualibet arbore fructum producere quolibet menſe miracu- & ideo ſi prædictæ viæ non ſufficiunt, poteſt dici: quod hoc benefi- m diuinum fuiſſet Iudæis continuatum: ſi erga Deum debitum m feciſſent, ſicut per 40. annos pauit eos manna in deſerto, & iſtianis per orbem qualibet die dat corpus ſuum, & ſuum ſan- nem in ſacramento eucharistiæ.*

## ADDITIO.

Poſt cap. vlt. *In myſticatione, vbi dicitur in Poſtilla.* *Propter quod Ezechiel in fine viſionis dictæ. In Hebræo neque in* *nslatione Chaldaica. non habetur in hoc loco Amen, vnde non de ex hoc ſumi aliquod argumentum.*

B
## Alia expoſitio Poſtillatoris.

A*Lia verò expoſitio poteſt accipi, vt per viſionem imagina- riam ſupradictam non intelligatur aliqua ædificatio ma- terialis, ſed ſolum ædificatio ſpiritualis eccleſiæ in monti fidei, & ſacramentis. In eccleſia verò quæ eſt congregatio fideliũ lex eſt regnum. Vnum quantum ad ſpiritualia, & hoc deſigna- per ædificium templi. Aliud autem quantum ad temporalia, & deſignatur per diuiſionem terræ, & ædificium ciuitatis circa fi- libri, vtrunque tamen regnum eſt a Deo. Ideo dico cum beato g. quantũ ad hoc, quod per montẽ in quo proph. dicitur dimiſſus vel tus ſuprà 40. c. intelligitur Chriſtus, de quo ſcribitur Da. 2. e.* La qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mõs magnus, & im uit vniuerſam terram, *quod exponitur de Chriſto a doctori- Hebraicis, & Latinis. Super iſtum aũt montem fundatur eccle ſicut ipſe dicit Mat. 16. c.* Super hanc petram ædif. ec. me. *per me: & hoc quantum ad duplex regimen eccleſiæ prædictũ. ſicut patet ex præcedentibus, primò agendum eſt de ædificio ſpi alis, quia primò deſcribitur in præcedentibus ipſum templum cir uius ædificium deſcribitur triplex murus ſ. exterior, medius, & rior. Per exteriorem verò qui circundat omnia ædificia, intelli- r protectio ſeu cuſtodia diuina omnia cõplectens. De quo muro tur Iſa. 26. a.* Vrbs fortitudinis noſtræ Siõ, Saluator po ur in ea murus, &c. *Per murum verò mediũ intelligitur cu- C liaſeu protectio angelica quæ includitur ſub diuina, vnde dici- Pſal. 124. a.* Montes in circumitu eius. *i. angeli, vt dicit gl. g. qui ſunt in circumitu eccleſiæ per modum muri. Per murum interiorẽ qui eſt minoris ambitus, intelligitur protectio ſeu cu- lia humana, ꝑ plat os eccleſiæ, & eorũ miniſtros, quæ minoris effica eſt quàm angelica. De hoc autem muro contra malos prælatos di ſuprà 13. a.* Non oppoſuiſtis vos murum pro domo *Intra muros iſtos eſt ingreſſus ex trib. partib. per quas intelli- tur tres partes terræ habitabilis. Aſia, Aphrica, & Europa, ex b. ingreſſi ſunt Eccleſiam multi per ſuſceptionem fidei, & ſacra- torum, & ingrediuntur de præſenti, & ingredientur de futuro. iſtis verò trib. terræ partib. dicitur Ier. 22. g.* Terra, terra, ter- audi ſermonem dñi. *de quib. trib. terræ partib. plures auffe- ſermonem Apoſtolorum aliorumq; Chriſti diſcipulorum cum ctu credendi. Ex qualibet aũt parte trium partiũ dictarum ſunt porta in trib. muris ex oppoſito ſe reſpicientes per quas ſignifi- tur tres gradus vel ſtatus venientium ad fidem. ſ. incipientium, deſignantur per portam exteriorem ſiue primam: proficientium ſignificantur per mediam vel ſecundam, perfectorũ qui deſignã per tertiam vel interiorem. De portis iſtis dicitur Pſal. 86. a.* Di- t Dñs portas Sion ſuper omnia taber. Iacob. *Per taber- ula Iacob intelligitur ſtatus vel gradus fideliũ tẽpore legis Mo ſaicæ, per portas Sion ſtatus vel gradus fidelium tempore legis Euã- gelicæ, quæ dicitur lex amoris, lex aũt vetus, lex timoris. propter quod ta Sion bene dicuntur prædilectæ. In portis aũt exteriorib non ſunt ædificia magna, ſed quædã domunculæ ſuper eas ædificatæ, vt ſu dictũ eſt, per quod deſignatur, quod ſtatus incipientiũ eſt adhuc no- biliter imperfectus. In portis aũt medijs, & in interiorib. ſunt ædi- a pulchra ad deſignandum quod proficientes, & perfecti, habent ma- ẽ perfectionem, perfecti iã actu proficientes in potentia actui pro- qua: ad quod deſignandũ ad portas medias eſt aſcenſus per 7. gra- tantũ ad interiores verò, ſeu tertias eſt aſcẽſus per octo gradus. libet aũt quælibet ſex portarum veſtibulum, porticum, duas fron- & ſex thalamos. Per veſtibulũ præcedens porticum intelligitur atia præueniens, de qua dicitur Pſ. 58. b.* Miſericordia eius præ- niet me. *miſericordia namq; Dei, & eius gratia ſunt idem. Per rticum verò gratia ſubſequens, de qua dicitur Pſ. 22. b.* Miſeri- cordia eius ſubſequetur me. *Vel aliter põt dici, quod per veſtibu-* D *lum, & porticum deſignatur voluntas bona, & operatio ſancta, de quib. dicit Aug. ſuper Ioan. Præcedet velle, ſubſequetur perficere. Per duas frontes, quæ ſunt ad decorem, & fortitudinẽ portarũ (pro pter quod factæ ſunt ad modum duarum turrellarum ex vtraq; par te cuiuslibet portæ) deſignatur: patientia in aduerſis, quæ ſtabilit hominẽ ne per impatiẽtiã frãgãtur: et modeſtia in proſperis, quæ tenet hominem ne per ſuperbiam eleuetur. De iſtis duab. turrellis dicitur Pſ. 121. b.* Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turrib. tuis. *nam per patientiam in aduerſis, & per modeſtiam in proſperis acquiritur, & conſeruatur abundantia omnium diuinorum benefi- ciorum in nobis. Per thalamos aũt, in quib. homines dormiunt, & quieſcunt, intelligitur pax. vnde Pſ. 4. b.* In pace in idipſum dor miã, & requieſcã. *eſt aũt duplex pax. ſ. interna, & fraterna, ideo dicuntur thalami eſſe hinc, & inde ex vtraque parte portæ, & tres ex vna parte: quia pacem internam tria faciunt. Primum eſt con- ſcientia munda, Eccl. 44. a.* Homines diuites in virtute pul- chritudinis ſtudium habentes pacificãtes in domib. ſuis. E *.i. in conſcientijs proprijs. Secundum eſt amicitia diuina. Aug. lib. confeſſionum. Inquietum eſt domine cor meum, donec requieſcat in te. Et Pſal. 118.* Pax multa diligentib. legem tuam, *quæ eſt lex diuini amoris. Tertium eſt ſufficientia modeſta, per quã aliquis eſt contentus his quæ habet, & ſic in ſe pacificatus, de quo poteſt ex poni quod dicitur Matth 5. a.* Beati pacifici, quoniam filij Dei voca- buntur. *Tales. n. filij Dei quodammodo Deo aſſimilantur, qui non indigent aliquo extra ſe, ſed eſt ſibi ſufficientiſſimus. Similiter ex al tera parte portæ ſunt tres thalami, quia tria faciunt pacem fraternã Prima eſt humilitas vera: quæ intantum pacifica eſt, quod facit pacificè habitare cum ſuo contrario: & hoc eſt ſpeciale in hac virtute: nam caſtus non habitat pacificè cum luxurioſo, nec iuſtus cum iniquo: ſed humilis habitat pacificè cum ſuperbo, quia ſicut ſuperb. vult do minari: ita verè humilis ſubijci, & ſic vterque habet quod quærit, & per conſequens quieſcit. Ideo dicitur Pſal. 119. a.* Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. *i. cũ ſuperbis, de quib. dicitur Pro. 13. b.* Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt *Secundum eſt æquitas iuſta, ſine qua nulla ſocietas poteſt eſſe pacifica, ſicut patet de ſocietate latronum, qui ſunt aduerſarij iuſtitiæ, niſi. n. inter ſe iu ſtè diuiderẽt ſpolia, ſtatim inter eos orir etur diſcordia: ideò dicitur Iſa. 32. d.* Erit opus iuſtitiæ pax. *Tertium eſt, taciturnitas debita quæ tenet os clauſum, ne prorumpat in verba diſcordiæ ſeminatiua, vnde per oppoſitũ dicitur, Eccleſiaſt. 28. b.* Suſurro, & bilinguis maledictus, multos. n. turbauit pacem habentes. *De quoli- bet aũt dictorum thalamorum poteſt dici quod ſcribitur Deu. 33. b.* Amantiſſimus dñi habitauit cõfidenter in eo. *Quaſi in tha- lamo morabitur tota die, qui. n. Deum verè diligit, in dictis thala-* F *mis iugiter commoratur. Poſt expoſitionem portarum procedendũ eſt ad expoſitionem gazophylaciorum, quæ ſupra deſcribuntur eſſe circa pauimentum orientale, & dicuntur eſſe 30. per quæ deſignatur impletio. 10. præceptorum temporibus tribus neceſſaria. ſ. tempore legis naturæ, & tempore legis Moſaicæ, & tempore legis Euangeli- cæ. Denarius autem numerus multiplicatus per ternarium, conſur- git in triceſimum. Et bene dicũtur gazophylacia a gaza, & phylaxe, quod eſt ſeruare: nam per impletionem decem præceptorum conſer- uãtur diuitiæ virtutum. Poſt expoſitionem gazophylaciorum ſequi tur expoſitio menſarum, quæ ſupra dictæ ſunt octo: per quas deſignã tur quatuor partes veteris teſtamenti, & quatuor noui, de quibus tanquã de menſis ſpiritualibus reficitur totus populus Chriſtianus, ſecundum quod dicitur Deut. 9. a.* Non in ſolo pane viuit ho- mo. ſed in omni verbo quod egreditur de ore Dei. *Quod autem vetus teſtamẽtum in quatuor partes diuidatur, dixi plenius in principio Gen. Diuiditur. n. in libros legales, hiſtoriales, propheta les, & ſapientiales. Et conſimiliter diuiditur nouum teſtamentum. Nam libris legalib. correſpondent Euangelia, hiſtorialib. Actus A- poſtolorum, ſapientialibus epiſtolæ Pauli, & epiſtolæ canonicæ, pro phetalib. aũt Apocalypſis. De qualibet autem dictarum menſarum poteſt dici quod ſcribitur Prou. 9.* Sapientia ædificauit ſibi do- mũ. excidit columnas ſeptem, immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum & propoſuit menſam ſuam. *Scriptura nã- que ſacra eſt menſa ſapientiæ. Poſt expoſitionem menſarum ſequi- tur expoſitio atrij interioris, in quo ſecundum Hebræos quatuor po nuntur. ſ. altare holocauſtorum, gazophylacia ſacerdotum hebdoma dariorum, & gazophylacia cantorum ſimiliter hebdomadariorum, & tranſitus aquarum a latere altaris. Et quoniam ædificatio eccle- ſiæ ſpiritualis non ſolum conſiſtit in moribus, & refectione de men ſa ſacræ ſcripturæ, ſed etiam in ſacramentis, ideò per altare holocau ſtorum intelligitur euchariſtiæ ſacramentum, in quo quotidie immo latur agnus qui tollit peccata, vnde dicit Aug. in lib. ſniarum Pro- ſperi. Semel immolatus eſt Chriſtus in ſemetipſo, & tamen quotidie immolatur in ſacramẽto, inquantum per hoc ſacramentũ efficimur quo tidie participes fructus dominicæ paſſionis, vnde, & in quadam do- minicali oratione ſecreta dicitur. Quoties huius hoſtiæ commemo- ratio celebratur, opus noſtræ redemptionis exercetur. De hoc autem altari dicitur Hebræorum 13. b.* Habemus altare de quo non

A habent edere poteſtatē hi qui tabernaculo deſeruiunt.i.
a Tibi Deus patrum noſtrorũ confiteor † atq; laudo, quia 1
a¶Exponendi. ¶Patiendi. 2
ſapientiam & fortitudinẽ dediſti mihi: & nunc oſtendiſti 3
¶So i a¶Nos quatuor.Arrogantiam fugit, ne ſolus impetraſſe videatur. Et gratias agit quia myſterium ſomnii ſolus intelligit.
mihi quæ rogauimus te, quia ſermonẽ regis aperuiſti no- 4
bis.Poſt hæc Daniel ingreſſus ad Arioch,quẽ conſtituerat 5 6
rex vt perderet ſapiẽtes Babylonis,ſic ei loquutus eſt: Sa-
b pientes Babylonis ne perdas: introduc me in†cõſpectu re 7
c gis,& ſolutionẽ narrabo regi. Tunc Arioch feſtinus intro 8
a¶Quantum ad laudem b¶Ad quem nihil.
d duxit Danielẽ ad regem,& dixit ei:Inueni hominem de fi 9
e lijs tranſmigrationis Iudę qui ſolutionem regi annũciet, 10 11
Reſpõdit rex & dixit Danieli cuius nomen erat Balthaſar:
¶Ordinem ſomnii ſeruat.
f Putaſnè verè potes indicare mihi ſomniũ quod vidi & in-
terpretationẽ eius? Et reſpondens Daniel coram rege ait. 12
a¶Nota omne occultum poſſe vocari myſterium. ¶Admirabilis ſimplicitas: innocentes oſtẽdit cui eius mentem quærebat, nec enim nocendum eſt nocentibus.
g Myſteriũ quod rex interrogat, ſapientes,magi,& arioli & 13
a¶Quia extra inſpiciunt,& ex his futura prædicant. b¶Q. Fruſtra quæris ab hominibus in terra quod ſolus Deus nouit in cœlo. 14
h auruſpices nequeũt iudicare regi, ſed eſt Deus in cęlo reue 15 16
a¶Abſque adulatione veritati aſſociata blanditur ei vt regi. 17
i lãs myſteria,†q indicauit tibi rex Nabuchodonoſor q̃ ven- 18
19

a *Tibi Deus patrum,&c.* ✠ Theodoretus. Tales piorum animæ, agnoſcentes Deum eſſe qui ad neceſſarios vſus opportuna ſubminiſtrat:& ad eius portus confugientes, memores beneficiorum eius, & laudem ei reddentes. Operæpretium eſt autem diuini huius viri notare modeſtiam, nam & precibus petens ſocios obſecrationis aſciuit:& pro iis quæ conſecutus erat, laudem cõtexens,rurſus eorum mentionem fecit: neque enim dixit,indicaſti mihi quæ petij te,ſed quæ rogauimus à te.

Hieron. b *Sapientes.* Imitatur domini clementiam pro perſequutoribus orans.Nec vult eos perire pro quibus erat ipſe periturus ſi occiderentur.

C ✠ Theodoretus. Hæc miſericordia prophetam decet. Neq; enim tulit ſolus cũ amicis ab iniuſta cæde liberari, ſed etiam Chaldęis incolumitatẽ molitur,hoc miraculo con-

conſulens eos ab impietate, ad omnium rerum au... Deum ſe abducturum.

c *Intro u.* Arrogantiam vitat:quia ipſe recto itinere poſſet ire, & ideo vult introduci.

d *Inueni ho.&c.* Hieronymus. Dei gratiam ad ſuam r... diligentiam, & uenisse dicit ei... niel ſe vltro ob... rit, & morem ... ciorum oſtend... cum bona nun... ſua volunt vid...

e *De filijs tra...* Nota quòd de ... Iudæ ideſt, de ... ſtirpe iuxta.L... Daniel non ... dos ſicut in fin... tinet Belis fab...

f *Putaſne verè.* ... uat ordinem ... ſtionis: prius ... nium quod ... ignorabant p... terpretationẽ ... nij quærit: v... quæ viderat ... gnouerit cre... terpretationi... nij: quæ vari... cipit conie&t...

g *Myſteriũ qu...* Aufert regi p... ſuſpicionem ... ſtimet inuen... ſe humana ... quod ſolius Dei habet notitia.

h *Sed eſt de.* Non dij,vigilanter retrahit à multorũ ... rum opinione.

✠ Theodoretus. Admirabiliter doctrinæ fecit ir... Eiecto enim inſipientium illorum choro, Deum ... ruit arcana reuelandi magiſtrum: & adiecit, in co... qui deorſum coluntur eiectis.

✠ Tertulianus. Solus Daniel Deo fidens quid a... rendam Dei gratiam faciet,ſpatium tridui poſtul... ſua fraternitate ieiunat, atque ita orationibus co... datis, & ordinem, & ſignificationem ſomnij per... inſtituitur, tyranni ſophiſtis parcitur, Deus glori... Daniel honoratur, non minorem Dei gratiam ... relaturus.

i *Quæ vent.* Aut ex quo Danieli ſomniũ reuelatũ ... ad cõſummationẽ mundi:aut certè vniuerſa int... ſo...

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tibi Deus patrum noſtrorum confiteor. *Facit mentionem in oratione de Abraham, & alijs patribus:quia ex meritò eorum multa bona facta ſunt filijs Iſrael & reuelationes prophetis.*

2 Teque laudo. *Et cauſam ſubdit.* Quia ſapientiam. *Ad intelligendum.*

3 Et fortitudinem. *Ad pronunciandum.* Dediſti mihi &c. *Vnde ſequitur.*

4 Quia.ſer.re. *Ideſt,illud quod requirit.*

5 Aperuiſti mi. *Miſericorditer reuelando.*

Diuiſio. 6 Poſthęc Daniel. *Hic conſequenter ponitur interpretatio facta ipſi regi. Et diuiditur in tres, quia Daniel primo exprimit regis indignationem. Secundò excitat eum ad mentis attentionem, ibi.* Et reſpondens Daniel. *Tertiò,aperit regi viſionem,ibi.* Somniũ tuum. *Primum facit per hoc quod impedit magiſtrum militiæ ab exequutione ſententiæ regis,di.*

7 Sapientes Babylonis ne perdas. *Per hoc quod paratus eſt regi ſatisfacere,dicens.* Introduc me in conſp.re.&c.

8 Tunc Arioch fe.introd.Da.ad re. *Sciebat enim eum eſſe in deſiderio ſciendi: propter quod feſtinauit introducere Danielẽ ad eum:ſciens hoc regi eſſe placitum.*

9 Et dixit ei. *ſcilicet Arioch regi.*

10 Inueni hominem de filiis tranſmigrationis Iudæ. *In qua ſcilicet terra ſolent eſſe prophetæ:propter hoc ſequitur.*

11 Qui ſolutionem regi annum. *i.potens ſit annunciare: cũ ſit de illis apud quos ſolent eſſe prophetæ. Et nota cùm dicit* hominem de filijs tranſmigrationis,&c. *Ipſe mentit... non quæſierat Danielem: nec inuenerat,ſed ſe obtulerat. S... modus illorum quia adſiſtunt regibus,fingere ſe feciſſe illa... cis placet. Quod autem ſequitur patet in litera.*

12 Reſpondens Daniel coram rege,&c. *Hic con... excitat Daniel regis attentionem, oſtendens rei quęſitę di... dicens.*

13 Myſterium. *ideſt,occultum quod rex interrogat.*

14 Sapientes magi & arioli,&c. *Exponantur hęc n... ſicut prius.*

15 Et auruſpices. *Ideſt,aurarum inſpectores,& per tal... de futuris.*

16 Nequeunt indicare. *Ideſt, non poteſt diſſolui q... arte humana vel magica, ſed à Deo ſolo, & hoc eſt q... tur.*

17 Sed eſt Deus in cęlo reuelans myſteria. *Qui... habet certam ſcientiam futurorum contingentium, cuiuſ... contenta in illa reuelatione.*

18 Qui iudicauit tibi rex Nabuchodonoſor. *Di... prouidentia eſt principaliter erga rectorem multitudinis,... ſo dependet directio multitudinis, ſicut bona diſpoſitio c... pendet à capite.*

19 Quæ ventura ſunt in nouiſſimis temporib... *illa reuelatione fit mentio de regno Chriſti, quod eſt vlt... rum. Vnde & 1.Ioan.2.dicitur de tempore Chriſti.*

ſomnij ad finem tendit, in quo imago, & ſtatua quæ videtur conterenda eſt.

a *omnium.n.* Sex ſunt ſomniorum materiæ. Duo ſunt etiam nemo ſanctus vitare poteſt, ex nimia ventris [ſaturitate], & nimia ingurgatione. Tertium, ex illuſionib. [noct]urnis inimici. [Qua]rtum præmiſſa [cogit]atione illuſione [ſe]quuta. Quintũ per [re]uelationẽ Spiritus ſancti, q̃ multis modis. Sextũ ex cogitationib. præmiſſis, vel ex curis ad [c]aput noſtrum Chriſtum vel eccleſiam, vel ad membra pertinentib. reuelatione ſubſequuta.

a ¶ Complenda, modo cœpta, & horum omnium in fine erit generalis completio.
b ¶ Somnia, & viſiones pro eodem accipit.

a tu͂ra ſunt nouiſſimis temporibus. So͂mniũ tuũ, & viſiones 1

a ¶ Locum deſignat, vt magis credatur.

b capitis tui in cu͂bili tuo huiuſcemodi ſunt. Tu rex cœpiſti co 2
c gitare in ſtratu tuo, quid eſſet futurum † poſt hæc: & qui re
d uelat myſteria oſtẽdit tibi quæ futura ſunt. Mihi quoque
e non † in ſapientia quæ eſt in me plus quam in cunctis viuẽ
tibus † ſacramentum hoc reuelatũ eſt, ſed vt interpretatio

a ¶ Regem honorat quaſi dicat huius reuelationis deſiderium tuum cauſa eſt, quia voluiſti futura cognoſcere.
b ¶ Ecce ſomnium Nabuchodonoſor.

re͂gi manifeſta fieret, & cogitatiões mẽtis tuę ſcires. Tu͂ rex 3

a ¶ Quaſi phantaſia. b ¶ Alij imaginem quaſi ſimilitudinem futurorum. c ¶ Ad totum pertinet ho:

f videbas: & e͂cce quaſi ſtatu͂a vna grãdis. Sta͂tua illa magna, 4

a ¶ In conſpectu tuo. b ¶ Vultus c ¶ Vel eam videre erat terribile.

g & ſtatua ſublimis ſta͂bat cõtra te, & intuitus eius erat terri 5
h 6
i

a ¶ Chaldæorum regnum ¶ Propter diuitias ¶ Medorum atque Perſarum ſignat imperium.

bilis. Huius ſtatuæ ca͂put erat ex auro optimo, pectus au- 7
k tem, & brachia de argento, porro venter, & femora ex æræ,

¶ Regnum Romanorum. ¶ Quia regnum erat diuiſum.

tibiæ autem ferræ: pedum quædam pars ferrea erat, quæ- 8 †

b [C]ap. Mentis .ſ. de qua cogitatio, vel caput Chriſtus, nos membra: iſte paſtor noſter rex. Vnde ſcriptum eſt: Illuc peruenit īfirmitas gregis, quo præceſſit paſtoris firmitas. *Capit.* [Ide]o n dicit oculo[rum] ne quid putaretis eſſe corporeum ſed capitis. Vnde in Para. *Oculi ſapientis in capite.* i. principali cordis, vnde. *Beati mũdo corde, etc.* Et [q]*uid cogitatis mala in cordibus veſtris.* Alij hac occaſione ſecundum Platonem in cerebro ſuſpicantur eſſe ſapientiam.

c [T]*u rex.* Indicat cauſam ſomnij: quia .ſ. Deus regi futura myſteria reuelauit: quia ſcire futura voluit. Et vt diuinæ inſpirationis miretur gratia: non modo quod in ſomnis viderit, ſed quod ante cogitauerit, exponit. *Tu rex.* Cõſiderandum eſt ꝙ ſomnia quibus futura ſignificantur, & quibus per nubilum † veritas demonſtratur non patent coniectoribus & mundi ſapientibus, ſed ſolius Dei noticiæ reſeruantur.

✻ Theod. Cogitabas inquit, in lecto cubans an ſemper victurus eſſes, an verò humanæ naturæ lege moriturus, cupiebaſq; ea quæ nõdum accidere, cognoſcere, & is qui arcana reuelat indicauit tibi quæ oporteat euenire. Vbique autem vnum Deum prædicat, vt multitudinis deorum excludat errorem.

d [E]*t qui re.* Qui .ſ. *facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos, & malos.* Cuius tanta eſt clementia, vt etiam Nabuchodonoſor diſpoſitionis ſuæ qua mundum regit myſterium reuelaret per Danielem.

[Hi]ero. Interrogemus eos qui diuerſas aſſerunt eſſe naturas, cuius Nabuchodonoſor naturæ intelligant aut bonæ aut malæ? Si bonæ cur impius dicitur? Si malæ quod vem eſt ſecundum illos qui dicunt naturas bonas,] & malas, ſed omnes bonæ inquantum creaturæ Dei ſunt, cum malo atque terreno Deus ſua myſteria reuelauit.

e [M]*ihi quoq;* Q.d. Non putes futurorum noticiã humana ſolertia poſſe comprehendi. *Mihi.q.* Sapientes Babylonis excuſat, & inuidiam euitat: ne putet eum † qui dicturus eſt ex propria habuiſſe ſapientia. D † quæ

✻ Theodoretus. Mentis ſuæ modeſtiam præ ſe fert, dicens. Aſſequutus ſum vt hoc mihi reuelaretur, non quia ſim ſapientior omnibus hominibus, ſed vt cognoſcas, q̃ diſcere concupiſti, neque vt proprio famulo huius cognitionis Deus vſus eſt miniſtro.

f *Tu rex videbas, &c.* † poſt te.

✻ Theod. Exorditur narrare, ac primum ipſum affert ſomnium. Quadruplicem autem materiã ſignificauit per aurum, argentum, æs, ferrum: nam teſtam non per ſe, ſed ferro commixtam dixit, ac per hæc maxima regna declarat, quæ cũ ſibi deinceps ſucceſſiſſent, maximã orbis terrarum partem obtinere. Alia regna viguiſſe, & in præſentiarum vigere perſpicuum eſt, non tamen omnibus aut pluribus, ſed vni aut duabus ſolum nationibus imperantia licet videre. Primum autem omniũ aſſeruit fuiſſe Aſſyriorum quod idem eſt ac Babyloniorum, de quo. *Caput aureum, &c. rex.* Et Hieremias. *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram, &c.* Teſtatur etiam Moſes hæc ita ſe habere dicens Nembroth gigantem venatorem coram Domino, Babylonem habuiſſe principium regni. Externi quoq; ſcriptores Babylonios Aſſyrios appellant, & vſque adhuc Aſſyriam ipſam Perſæ nominant. Igitur prima materia quę aurum eſt, Aſſyriorum, & Babyloniorum ſignificat regnum. E Hiero. 15. Gen. 10.

g *Grandis.* Totum ad magnum, & ſublime, & c.

h *Statua, &c.* ✻ Theo. Quærendum qua de cauſa in imagine multiplicis materiæ vidit compoſitionem cum nihil temere a Deo reuelatur. Imago, figuras, nõ res habet. F Talis eſt, & præſens vita, quæ nihil habet perpetuum, neque ſtabile. Quare Paulus exclamabat. *Præterit figura huius mundi.* Et alibi. *Nolite conformari huic ſæculo.* Et Dauid humanæ tranquilitatis arguit vanitatem. *Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens. In imagine pertranſit homo, &c.* Qñ itaque præſens vita celerrimas habet mutationes, oĩa fluxa ſunt, & caduca, & imago rerũ vim nõ continent, ſolas regũ ac ſubiectorũ figuras oſtendit. Adhæc, ipſa quoq; figura facillimè diſſolui põt, ideo auctor oĩum Deus ſuperbũ illum Regẽ docere voluit, quã facilem habeant res humanæ mutationẽ, & ſe ſolũ imperio ꝑpetuo potiri, &c. 1 Cor. 7. Rom. 12. Pſal. 38.

i *Huius ſta.* Diuidit regna ſicut regnata ſunt a regibus.

k *Ex ære.* Macedonũ ꝙ famoſiſſimum virtute Alexandri & comparatur æri, quod reſonat plus q̃ cætera metalla.

☞ *Abſciſus*

NICOLAVS DE LYRA.

1 [S]omnium tu. *Hic conſequenter Daniel aperit regi viſionem. Et diuiditur in duas, quia primò eam repetit, ſecundò, expoſitionem ſubiungit hoc .n. petierat rex a coniecturibus, vt patuit ſuprà, ſecundò* [ib]i. Interpretationem quoque eius. *Circa primum ſic procedit, quia primò repetit cauſam viſionis, quæ fuit cogitatio regis de futuris, & ex hoc apparet reuelatio mirabilior, quia non ſolum reuelata eſt Danieli viſio regis, ſed etiam cogitatio regis præcedens, quæ ſoli Deo nota erat, & hoc eſt quod dicit.*

2 Tu rex &c. *Ex hoc ẽt patet, ꝙ ſollicitudo præcedens in vigilia eſt cauſa ſomniorum ſequentium in ſomno. Sed hoc eſt dupliciter vno modo naturaliter, quando phantaſmata quæ fuerunt in vigilia reuertuntur in ſomno, vel ſimilia eis, ſed non fuit hic ſic: quia talia ſomnia non ſunt ſigna futurorum, ſed magis præcedentiũ. Alio modo ſupernaturaliter quando ex ſollicitudine circa aliquid futurũ diſponitur homo, vt de talib. fiat ſibi aliqua oſtenſio a Deo in ſequenti ſomno: quia talia conuenientius fiunt in ſomno, quam in vigilia, vt ſuprà dictum eſt, & hoc fuit hic. Cætera patent vſque ibi.* Sollicitudo eſt cauſa ſomniorum.

3 Tu rex vi. *Vbi ſecundò repetit ipſam viſionem, dicens.*

4 Et ecce. *In longitudine ſcilicet latitudine.*

5 Stabat contra te. *Sic enim erat diſpoſita in ſitu reſpectu regis quaſi aſpiceret regem, & ipſe eam.*

6 Et intui. eius, *Quia illa ſtatua ſignificabat mutationem regnorum, vt videbitur, quę mutatio per bella, & occiſiones fit, & ad hoc denotandum terribile erat videre illam ſtatuam, vnde, & ſupra dictum eſt, quòd rex territus oblitus eſt ſomnium.*

7 Huius ſtatuæ caput. *Iſta non oportet hic exponere, quia exponuntur in parte ſequenti.*

✻ Inter-

MORALITER.

†† *Pedum au. quæd. p.* Significatur, quòd adherẽtium Antichriſto aliqui adherebunt ſibi firmiter, qui per partem ferream: aliqui timore mortis tantum qui per partem fictilem deſignantur.

a *Abſciſus eſt*. Chriſtus lapis. *quem reprobauerunt ædificantes*. A .i. Iudæi. *hic factus eſt in caput anguli*.

1 Pet. 2. b. Pſal. 117. c.

b *Et imple*. Vt per Conſtantinum qui licentiam dedit toto orbi vt Deo ſeruirent.

c *Tu rex regum*, &c. ✻ Theodoretus. Non adulans hoc dixit, ſed conſueta vſus eſt appellatione: etenim in oẽs qui tunc gentib. imperabant imperium obtinebat. Tu cui Deus cœli regnum forte, validum, ac glorioſum docet in omni loco. Non. n. humanis virib. omnibus ſuperior euaſiſti, ſed quia Deus ſupercœleſte regnũ obtinens iſtam tibi conceſſit poteſtatẽ. Beſtias agri vocat ferino more viuentes B barbaros, volatilia autem prudentia præditos & alijs præſtantiores horũ inquit, omnium te regem declarauit. *Tu itaque es caput aureũ*, hoc eſt, tuũ regnũ. Neque. n. de perſona, ſed de ipſo regno loquitur.

qu iſquis.

d *Et poſt te conſurget regnum aliud*, &c. ✻ Theodoretus. Nõ filiorum ipſius regnum indicat, ſed Perſicum, quod minus vocat, non vt imbecillius, ſed vt ſecundum. Cyrus namque Perſis, & Medis præfectus, materno genere a Me C dis, paterno a Perſis oriundus, Aſſyriorum regnum euerſum trãſtulit ad Perſas. Pectus ipſum, & brachia vocauit Daniel, vt oſtenderet cum duabus gentibus cognationẽ: per dextram. n. paternum, per ſiniſtram maternum ſignificat genus.

Hieron.

e *Et regnum tertium*. Alexandrum ſignificat regnum Macedonum, & ſucceſſorum, ꝙ iure ęneum, quia inter omnia metalla æs vocalius, & tinnit clarius: & ſonus eius latéq; diffunditur, quod non ſolum potentiam regni ſed etiam eloquentiam Græci ſermonis oſtendit.

✻ Theodoretus. Per ventrem ſtatuæ Alexandri principatum ſignifi... per ſe mora, ... poſt ipſius ob... facta eſt regni ... ſionem. Alex... autem Philip... minatus eſt ... terræ duodec... gni ſui annis ... bus in ſuam ... nem redactis.

f *Et regnum ... tum*, &c. ✻ ... doretus. De R... no regno loq... quod robuſti... fuit, omneſq; ... nes ſuperauit, ... omnibus trib... ac vectigal e... Ipſi tibias aſſi... vt pote quæ ... totius corpo... totum etian... pus ferre val... dumq; baſes ... ſas ferreas, ſe... commixtas, ... re non aliud ... regnum, ſed ... ſeipſo imbe... futurũ, & te... becillitati c... ſtum. Materi... differentiam ... ſuit, non vt honoris, ſed vt virium diſcrimen oſte... auro. n. dencus eſt argentum, argento æs ſolidius, ... rum etiam ipſo ære multis partibus robuſtius, diff... itaque non in honore, ſed in viribus potentiaque ... ſtit illud autem.

g *Comminuet, & conteret*, &c. Idcirco aſcripſit, vt i... ret obedientiam, ordinem, ac legitimam reipubl... miniſtrationem.

dam autem fictilis. Videbas ita: donec abſciſus eſt de mõte †
a ¶Benè in pedibus primum quia quando natus eſt dominus imperabant Romani, in quibus omne terrenum imperium conſtegit
a lapis ſine manib. & percuſſit ſtatuam in pedibus eius fer- †
¶Et ita.
reis, & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita ſunt pariter, ferrum: teſta, æs, argentum, & aurum, & redacta quaſi † in fauillam æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento, nulluſque locus inuentus eſt eis. Lapis autem qui percuſſerat
a ¶De plenitudine enim eius nos omnes accepimus.
ſtatuã factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam ter-
b a ¶Rex ſapiens tacitus omnia auſcultat veritatem recognoſcens.
ram. Hoc eſt ſomnium. Interpretationem quoque eius di 1
a ¶Cui omnia debes, non idolis vanis, & ſurdis. 2
cemus coram te rex. Tu rex regum, es Deus cœli regnum 3
a ¶Contra inimicos. b ¶In ſubditos. c ¶Apud extraneos d ¶In terra iſta. 4
e ¶Vt breuiter omnia comprehendam. 5
& fortitudinem, & imperium, & gloriã dedit tibi: & omnia 6
a ¶Vt boues, aſini. 7
in quibus habitant filij hominum, & beſtiæ agri: & vo- 8
a ¶Auis. b ¶Non meritis tuis, ſed gratis. c ¶Poteſtate. d ¶Quia non contradicunt aliqui tibi. 9
lucres cœli dedit in manu tua, & ſub ditione tua vniuerſa 10
a ¶Primum regnum ſcilicet Babyloniorum, auro precioſiſſimo comparatur. 11
c conſtituit. Tu ergo es caput aureum: & poſt te conſurget 12
d a ¶Medorum atque Perſarum: quod argento comparatur, priore minus ſequente maius. 13
e regnum aliud minus te argenteum, & regnum tertium 14
a ¶Romanorum quod comminuit ſcilicet, & domat omnia, tandem domatur.
f aliud æreum, quod imperabit vniuerſæ terræ, & regnum 15
16
g quartum erit velut ferreum. Quomodo ferrũ comminuit 17
¶Prædicta omnia.
& domat omnia, ſic comminuet, & conteret omnia hæc.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Interpretationem. *Hic ponitur expoſitio prædictæ viſionis & hoc eſt quod dicit Daniel.*

2 Tu. *Scilicet Nabuchodonoſor.*

3 Rex regum es. *Quia multos reges deuicerat, & ſubtributarios habebat. Et quia maior rex erat de toto mundo tempore ſuo, ſed vnde venerit ſibi tanta magnitudo ſubditur.*

4 Et Deus cæ. regnum. *Scilicet Chaldæorum primò.*

5 Et fortitudinem. *Ad debellandum inimicos & reges alios.*

6 Et imperium. *Ideſt, monarchiam.*

7 Dedit tibi. *Quia de infimo ſtatu per diuinam diſpoſitionẽ eleuatus es ad omnia iſta, vt uiſum eſt. 1. ca.*

8 Et omnia in quibus habitant filij ho. *Hoc dicit quantum ad ciuitates.*

9 Et beſtiæ agri. *Quantum ad loca campeſtria.*

10 Volucres quoque cæ. *Quantum ad ſyluas, vbi habitãt aues communiter.*

11 Dedit in ma. tua. *Hoc eſt ſub poteſtate tua. Et accipitur hic pars pro toto per ſynecdochem quia non omnis terra habitabilis fuit ei ſubiecta, ſed magna pars ipſius. Eſt etiam ibi alia figura quæ dicitur hyperbole. Ideſt, ſermo multùm expreſſiuus ad expreſſionem exceſſiuæ magnitudinis ſuæ, ex quo concludit.*

12 Tu ergo, &c. *Hoc eſt, regnũ tuũ ſignificatur in ſtatua illa quæ tibi apparuit per caput aureũ, & hoc ſignificatur conuenienter per aurum propter maximas diuitias illius regis quas congregauerat in Babylone de vniuerſis regnis ab eo ſubiugatis.*

13 Et poſt te. *Hoc fuit regnum Mædorum & Perſarum ... ſucceſſit regno Chaldæorum, ut habetur infra 5. cap. Sign... autem est illud regnum per argentum, quia in illo regno vacabant ſapientiæ & eloquentiæ, quæ ſignificantur per cl... argenti & eius ſonoritatem. Et quia regnum Mædorum & ... rum primò fuerũt duo regna, & in vno regnabat Darius, ... Cyrus, ideò ſignificata ſunt per duo brachia, veruntamen ... runt coniuncta ſimul tempore Cyri: mortuo Dario eius auun... dicetur infrà. 5. cap. & tempore Darij cui in honore ſucceſſ... vt dicetur infra 6. cap. ideo illa brachia erant iuncta in pe... ideo de illa ſtatua dictũ eſt, ꝙ habebat brachia, & pectus d...*

14 Et reg. ter. &c. *Hoc fuit regnum Alexandri Magni, ... rum, & quod ſucceſſit regno Perſarum, & dicitur æreum, ... noritatem Græcæ eloquentiæ: quia æs inter alia metalla eſt ... norum.*

15 Quod impe. vni. t. *Hoc eſt ꝙ Alexander ferè ab om... gnis recepit tributa, & munera. Multi. n. reges audientes ... maximas victorias eius ex timore ne veniret ſuper eos, mi... bi munera.*

16 Et reg. quart. &c. *Iſtud fuit regnum Romanorum ... ſubditur.*

17 Quom. fer. &c. *Ita regnum Romanorum ſubiug... omnia regna prędicta, & hoc ex tribus per quæ Rom... cerunt totum orbem, ſcilicet ſapientia, exercitio ar... & bono regimine. Omnem enim hominem vnd...* ✻ v

## *MORALITER.*

† *Videbas ita*. Per quem ſignificatur Chriſtus de excellentiſſima Virgine ſine humano opere natus.

† *Et percuſſit ſtatuam*. Nam deſtruet Antichriſtum, & magnam partem ſui exercitus; ſicut dicitur 2. Theſal. 2. *Quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtra... uentus ſui.*

† *Lapis autem qui percuſſerat ſtatuam factus eſt mons* ... Nam Antichriſto fulminato cum magna parte ſ... citus: omnes remanẽtes ipſi Chriſto firmiter adh...

† MO

a *In diebus*. His regnis præcurrentibus regnum Chriſti, prænunciatum eſt, & venit.

b *Comminuet*. Regnum mundi ideo conteret Chriſtus: vt ibidem ædificet. vnde Petro dictum eſt. *Macta, & manducа*: incorpora tibi. i. omnes fac tibi conformes. Cū Moyſes deſcendiſſet de monte: & inueniſſet Iudæos qui fecerant vitulum cōflatilem precibus hoc conſequutus eſt, ab eis vt deſtrueretur: & combuſſit eum in tantum ꝙ puluis factus eſt: & poſtea dedit omnibus: aquam vt biberent: quod ſignificat baptiſmum, & pęnitētiam. Aqua. n. in baptiſmo abluimur: igne cōſcientiæ vel materiali purgatur, vel Spiritu ſancto, qui verus ignis dicitur.

✻ Theodoretus. Hic apertè oſtendit præſentium rerum finem, regnū autem cœlorum finem carens. Cum. n. feceſſerum regnū imbecilliter affectum fuerit, tunc apparebit lapis ſine manibus exciſus, & in nihilum omnia rediget, regnumq; ſempiternum ijs qui eo digni fuerint præbebit.

c *Lapis ſine manibus, &c.* Hæc impius Porphyrius, & Iudæi ad populum referunt Iudæorum, quem in fine ſeculorum volunt eſſe fortiſſimum, & omnia regna comminuere, & regnare in æternum.

✻ Theodoretus. Quæramus quiſnam ſit hic lapis, primò paruus viſus mox maximus euadens, & orbem terrarum contegens Audiamus ipſum Deum per Eſaiam dicentem. *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum angularem, prætioſum, &c.* Audiamus, & beatum Dauid clamantem: *lapidem quem reprobauerunt ædificantes, &c.* Hoc teſtimonium Chriſtus Iudæis de ſeipſo protulit: & Petrus ad Iudæos concionem habens, adducta in medium prophetia. *Hic eſt*. inquit. *Lapis qui reprobatus eſt a vobis, &c.* Beatus quoque Paulus Eph. 2. 1. Cor. 3. & 1. Cor 5. Petram vocat Chriſtum. Hic exciſus eſt a monte ſine manibus. ideſt natus de Virgine abſque nuptiali commercio. D

a ¶ Quod hodie impletum eſt. Sicut enim in principio Romano Imperio nil fortius fuit aut durius: ita in fine nihil debilius.

Porrò, quia vidiſti pedum, & digitorum partem teſteam fi- 1 2

guli, & partem ferream, regnum diuiſum erit: quod tamē 3

a ¶ Quia a principio forte, & durum. b ¶ Iuxta quod. c ¶ D[illegible]

de plantario ferri orietur. Secundum quòd vidiſti ferrum

mixtum teſtæ † ex luto, & digitos pedū ex parte ferreos, &

ex parte fictiles: ex parte regnum erit ſolidum, & ex parte

contritum. Quòd autem vidiſti ferrum mixtum teſtæ † ex

a ¶ Id eſt, homines erunt ex priori ſemine deſcendentes vt teſta, & lutum.

luto, commiſcebuntur quidē humano ſemine, ſed non ad 4

a ¶ Quia diſcordes: nec tantæ virtuti quantæ priores, & ab illis d[illegible] neres. 5

hærebunt ſibi, ſicuti ferrum miſceri non pōt teſtæ. In die-

¶ Patri. ¶ Filij ſui, & eccleſiæ.

a bus aūt regnorum illorum ſuſcitabit Deus cœli regnum, 6

a ¶ Et regni eius non erit finis b ¶ Vnde. Et gloriam meam, non dabo alteri.

quod in æternū non diſſipabitur, & regnum eius alteri po 7 8

a ¶ Comparatione ſui regni.

b pulo non tradetur. Comminuet aūt, & conſumet vniuerſa

a ¶ Vt. ¶ Cætera tranſitoria. ¶ Q. Hoc in viſione tibi ſignificatum eſt.

regna hæc, et ipſum ſtabit in æternum. Secundum quod 9

a ¶ De ſuperba Gente Iudæorum. b ¶ Materiali carne. c ¶ Chriſtus de quo: Lapidem quem reproba. ædifi. &c d ¶ Abſque viri ſemine genitus virgine, qui contritis omnibus regnis factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram, de quo Iſaias. Venite aſcenda. ad mon. domini, & ad do. D*i Ia.

c vidiſti quòd de monte obſciſus eſt lapis ſine manibus, & 10 11

a ¶ Primum Romanum Imperium ſub quo natus eſt Chriſtus.

comminuit teſtam, & ferrum, & æs, & argentum, &

✻ Irenæus. Lapis p̄ciſus ſine manibus hoc ſignificabat, ꝙ non operantib. humanis manib. i. non operante in eum Ioſeph, ſed ſola Maria cooperante diſpoſitione veniret Chr̄s. l. 3. cap. 28

✻ Idem. Aliquando filius Dei viſus eſt cum his qui erāt in camino, liberans eos de igne: aliquando aūt lapis a mōte abſciſus ſine manibus, & percutiens tēporalia regna, & vētilans ea, & ipſe replēs vniuerſā terrā. l. 4. cap. 37. † & E

✻ Aug. fuit quidā lapis angularis contemptibilis, præciſus de quodam mōte ſine manib. hoc eſt de regno Iudæorū, veniens ſine manib. quia humanū opus nō acceſſit ad Mariam, de qua natus eſt Chriſtus. In pſal. 47.

✻ Idem. Quare lapis ille præciſus eſt ſine manibus, quia ſine opere virili Virgo peperit Chriſtum, is ante oculos Iudæorum humilis erat, quia nondum impleuerat orbē terrarum quod oſtendit in regno ſuo quod eſt Eccleſia, quæ impleuit totam faciem terrę. Tract. 4. in Io.

✻ Idem. Daniel vidit lapidē creuiſſe, & impleſſe totā faciē terrę, lapis pręciditur de monte Iudęorum, vnde Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus ſecundum carnem natus eſt. Et pręciſus eſt ſine manib. quia ſine opere humano, ſine amplexu maritali de virgine exortus eſt. Mons ille, vn̄, pręciſus eſt, non impleuerat vniuerſam faciē terrę non n. tenuerat regnum Iudęorum oēs gentes: & regnum Chriſti omnes gentes, & vniuerſum orbem terrarū cernimus occupare. F Tract. 9. in Io.

Deus

## NICOLAVS DE LYRA.

*Veniret ad eos, honorauerunt ſecundum valorem ſuum: ſiue in militia ſiue in ſcientia, ſiue in arte mechanica, ſeu quacunque excellentia. Et propter hoc excellentes viri de omnib. partib. mundi propter magnam pacem iungebant ſe eorū politiæ. Quia tamen poſtea regnum fuit diuiſum in imperiū Conſtantinopolitanum, & Romanū ideo hoc fuit ſignatum in ſtatua per duas tibias ferreas. Vel alia ratio. ſ. quia ille qui erat principalis imperator accipiebat vnum ſocium ad adminiſtrandum imperium: ſicut patet de Auguſto, & Antonio, & de Diocletiano, & Maximiano, & pluribus alijs.*

1 Porro quia vidiſti pe. *i. de terra factam.*

2 Et partem. *Per hoc ſignatur fortitudo illius regni in principio & poſtea debilitas ipſius per diuiſiones intraneas: propter ambitiones ex quibus regnum Romanorum quaſi ad nihilum deductum eſt: vt patet ad ſenſum.*

3 Quòd tamen de plantario ferri orietur. *Sic. n. erant pedes illius ſtatuæ diſpoſiti, ꝙ planta pedis erat tota de ferro, digiti autem exeuntes de planta erant partim teſtei, & partim ferrei, & per hoc ſignificatur ꝙ diuiſiones illæ, quæ ortæ ſunt in Romanis, proceſſerunt ex robore diuitiarum, & potentiæ ſecularis. Quòd aūt ſequitur*

4 Commiſcebuntur quid. *Significat, ꝙ ad tollendum iſtas diuiſiones regnum Romanorum debilitantes: facta ſunt multa connubia.*

5 Sed non adhęrebunt ſibi. *Quia per talia non potuerunt amouere diuiſiones animorum. Aliter exponūt quidam doctores Hebręorum ab illo loco.* Porro quia vi. *de ſocietate Iudæorum, & Romanorum: quæ incepit tempore Iudæ Machabæi: vt habetur 1. Macha. 8. renouata eſt, tempore Ionathæ, & Simonis fratrum ſuorum. 1. Macha. 12. Et Iudæorum debilitas ſignificata eſt per teſtam, fortitudo autem Romanorum per ferrum. Quod aūt ſequitur.* Commiſcebuntur quidem humano ſemine. *Exponunt de Herode Aſcalonita: cui regnum Iudæorum datum eſt à Romanis. Et cum non eſſet Iudæus natione: voluit ſibi puellam de genere Machabæorum copulare: vt filius eius teneret regnum, ſed illa præ dolore ſe interfecit: Herodes autem propter ſuam luxuriam, & puellæ pulchritudinem ea mortua abuſus eſt, vt dicunt: & hoc eſt quòd dicitur hic.* Commiſcebuntur humano ſemini: *non dicitur fœmineo. Sed non adhærebunt ſibi, quia Herodes nunquam dilexit Iudæos, nec ipſi eū.* In dic. a. reg. *ſ. quando Romanum imperium in ſua fortitudine erit Quod dicitur regna in plurali: quia multa regna continebat ſub ſe.*

6 Suſcitabit Deus cœli regnum quod in ęternum non diſſipabitur. *Iſtud eſt regnum Chriſti quod eſt æternum: ſecūdum quod dicitur Luc. 1. c.* Regni eius non erit finis. *Quod regnum incboatum eſt regno Romanorum exiſtente in maxima fortitudine ſua: quia ſubiectis omnibus nationibus deſcriptus eſt orbis de mandato Auguſti Imperatoris: quo tempore natus eſt Chriſtus: vt patet Luc. 2. Sequitur.*

7 Et regnum. *Quia regnum Chriſti potiſſimè eſt in cœlo: vbi ciues ſunt immortales.*

8 Commin. au. &c. *In iudicio finali omnis poteſtas terrena auferetur: & omnis creatura perfectè Chriſto ſubiugabitur: & iā multa regna ſuppoſuerunt iugo fidei Chriſti colla. Sequitur.*

9 Secundum quod, &c. *In hoc oſtenditur modus naſcendi ipſius Chriſti: qui natus eſt de virgine: quæ ſignificatur per montē propter excellentiam vitæ. De hoc monte abſciſus eſt lapis, ideſt, Chriſtus formatus qui per lapidem ſignificatur: vt patet in Pſal. 108. c.* Lapidem quem reprobauerunt ędificantes: hic factus, &c.

10 Sine ma. *i. ſine humano opere, ſed Spiritusſancti virtute.*

11 Et comminuit. *Quia omnia regna mundi pro maiori parte ſubiecta ſunt Chriſto per fidem: & perfectiſſimè ſubijcientur tempore iudicij: vt dictum eſt.*

A a *Deus magnus,&c.*✻Theo Opereprætiū eſt admirari Dei erga oēs homines curam neq; .n.impiè viuentes propria deſtituit prouidentia,ſed ipſos ēt omni diligentia, dignatur,ſicut barbarum iſtum aggreſtem, & impium non neglexit:ſed ei præſentis vitæ felicitatem fluxam oſtendit,& regnum ipſius mutationi obnoxium, ac nihil quod ad humanam tranquillitatem pertineat ſtabile. Atque hæc idonea erant ad illius arrogans ſupercilium ſedandum,eique perſuadendum vt humana cogitaret, & vitæ regniq; finem expectaret.

b *Tunc rex.* Hoc ſuperbè calumniatur Porphyrius: ꝙ rex ſuperbiſſimus captiuum adorauerit,tāquam, & Licaones populi ob magnitudinem ſignorū Paulo, & Barnabæ voluerunt hoſtias immolare: ergo error Gentilium qui omne quod ſuper ſe eſt Deos putant ſcripturæ non debet imputari: quæ ſimpliciter refert vniuerſa quæ geſta ſunt.

Hiero. †ſecretum Act.14.b. B

c *Cecidit in faciem.* Qui cadit in faciem,videt quo vadat: qui autem retro cadit neſcit quò vadat. Vnde creditur,ꝙ Eli ſacerdos domini perditus ſit qui retro cecidit.

g.4.c.

✻ Theodoretus. Conſidera quanti ſit,arrogantem illū, & miſerum,qui etiam Deum eſſe ſe exiſtimauit, qui omnes homines in ditionem ſuam redegerat, eo adductum eſſe,vt captiuum adoret Iudæum, ſibique perſuadeat, per ipſum ipſius Deum adorare. Hac de cauſa ei obediri mandauit ijs qui enim adorauerat, etiam incenſum attuliſſet, ſi Sacerdotis officio fungi conſueuiſſet. Et ne fruſtra videretur hominem adorare,dicit. *Verè Deus veſter Deus Deorum,eſt,&c.* Tantū,& ex ſomnio,& ex ſon oblinione ei attulit vtilitatis Deus. Primum.n.ſuā ag uit humilitatem,deinde Deorū quos colebat didicit becillitatem.ad hæc doctus eſt quanta ſit Dei veri vit

C

d *Verè Deus,&c.* Poſſumus dicere quod ipſe rex aperit re Danielē ado & hoſtias immi ri prеcipiat, & c & cui, dicens, *Deus.* Non tam. nielem quā in niele Deum adc qui myſteria r lat. Quod etiam lexandrum M in. pontifice Io feciſſe legimus. fortè rei magn ne, confuſus ſt re ignorat qui ciat: & qui ve Deum non in git, ſeruum adorat.

e *Tunc rex D lem.* Hoc quoq phyrius repre dit ꝙ.ſ. Danie nera non recu & honorem loniū ſuſcepi conſiderat regem ideo ſomnium vidiſſe;& interpre nē Danieli reuelatā eſſe vt Daniel hac occaſione cre & in captiuorum conſolationē princeps omnium Chaldęorum:& Dei potentia fieret manifeſta. Sic tus eſt Ioſeph apud Pharaonē: Mardocheus apud rum:vt.ſ.captiui aliquod haberent ſolatium:vident minē ſuę gentis principē Aegyptiorū vel Chaldęc

✻ Theodoretus. Hoc item Diuinę curę propriu Maximam ſubiectis populis pietas principis affert tem,quod etiam erga Ioſeph Dominus fecit, vt di Dauid refert Pſal.104.

f *Daniel autem,&c.* Non obliuiſcitur in mercede q cios habuerat in prece,& in periculi anxietate.

a ¶Item reuelationem ſomnij, non meriti ſui eſſe dicit:ſed vt manifeſtum fieret regi ſolum Deum eſſe colendum

aurū. Deus magnus oſtendit regi quæ ventura ſunt poſteà: 1
a & verum eſt ſomniū,& fidelis interpretatio eius. Tunc rex
b ¶Solū ſ fieri vt nouitate rerum percuſſus neſciens caderet.
c Nabuchodonoſor cecidit in faciē ſuam:& † Danielem ado 2
¶Præparari vel portari.
rauit,& hoſtias,& incenſū præcepit vt ſacrificarent ei. Lo- 3 4
¶Non noſtri. ¶Omnium
quens ergo rex ait Danieli. Verè Deus veſter Deus Deorū 5
¶Quaſi cœli,& terræ. a ¶Quia b ¶Hoc in te probatur.
d eſt,& dominus regum reuelans myſteria, quoniam tu po- 6
¶Hæc eſt cauſa ſomnij.
e tuiſti aperire † ſacramentū hoc Tunc rex Danielem in ſu- 7 8
blime extulit,& munera multa,& magna dedit ei. Et cōſti 9
tuit eum principē ſuper omnes prouincias Babylonis, & 10 11
f præfectū, & magiſtrum ſuper cunctos ſapiētes Babylonis. 12
¶Rex.
Daniel aūt poſtulauit a rege,& conſtituit ſuper opera pro 13 14
uinciæ Babylonis Sidrach, Miſach,& Abdenago. Ipſe au-
a ¶A latere regis non recedens honoratus familiaris.
tem Daniel † erāt in foribus regis.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Tunc rex. *Hic ponitur pro dictis magnificatio Dei. Et diuiditur in tres partes,quia primò ſuperbia regis reprimitur,ſecundo, Dei potentia panditur,ibi.* Loquens ergo rex. *Tertiò Danielis ſapientia erigitur,ibi.* Tunc rex Danie. *Primum patet per hoc quod dicitur.* Tunc rex Nabuchodonoſor. *Se humiliādo.* 2 Et Danielem. *Ei reuerentiam exhibendo.* 3 Et hoſtias. *Ex hoc loco Porphyrius arguit hunc librum eſſe confictum:quia non eſt veriſimile (vt dicit) ꝙ rex tam magnus,& ſuperbus adoraret Danielem captiuitate detentum,& multo minus eſt credibile,ꝙ cultum diuinū vellet ſibi impendere: vt dicitur hic,& dato ꝙ vellet facere non eſt credibile ꝙ Daniel permiſiſſet hoc,vnde Act.14.dicitur ꝙ Paulus, & Barnabas non permiſerūt ſe adorari a Licaonicis iuſtis,ſed ſciderūt veſtes ſuas in ſignum doloris. Dicendum eſt ad iſta, ꝙ adoratio ibi accipitur pro reuerentia:ſicut de Nathan propheta dicitur.3. Reg.* 5. Quòd adorauit regem Dauid pronus in terra. *Nec eſt mirandum regem prius ſuperbum,hoc facere ex admiratione diuinæ ſapientiæ quam in eo percepit. Quod aūt arguit de hoſtijs,& incenſo Danieli offerendis:dicendum ꝙ bene dicitur hic ꝙ rex hoc præcepit ſed non dicitur ꝙ fuerit factum:& ideo credendum eſt ꝙ Daniel impediuit fieri:vel ꝙ induxit regem adhoc ꝙ iſta offerrentur ad honorem Dei qui myſterium reuelauerat ei,& hoc patet ex parte ſequenti in qua ait quæ panditur potentia Dei,cum dicitur.*

Diuiſio.

Diuiſio.

4 Loquens ergo. *Quem colitis,& non dij noſtri.*

5 Deus Deorum. *Et cauſa ſubditur.*

6 Quoniam tu po. *i.ſacrum ſecretum per ipſius reuelationem & ſic patet, ꝙ Nabuchodonoſor honorem prædictum impendebat Deo principaliter.*

7 Tunc rex Danielem. *Hæc eſt tertia pars in qua Danielis ſapientia erigitur ad Dei gloriā:& populi Iſrael qui captiuus erat in regno Babylonis reuelationē,& hoc eſt ꝙ dicitur hic.* Tunc rex Danielem. *i.in magna dignitate poſuit,vt ſtatim patebit.*

8 Et munera multa. *Quæ accepit Daniel non ex cupiditate,ſed vt de illis filijs Iſrael pauperib. poſſet benefacere. Patet ēt ex hoc ꝙ licet nō ſit licitū aliquid accipere ex pacto pro ſpiritualib.tamē licitū eſt ab eis quib.ſpiritualia miniſtrata ſūt dona tēporalia accipere: ſicut Dan.hic accepit a rege:cui ſecreta diuina reuelauerat per ſpiritum prophetiæ.*

9 Et conſtituit eum principem ſuper omnes. *Pri ad iuſtitiam exercendam.*

10 Et præfectum. *Ad cauſas magnas determinandum.*

11 Et magiſtrum. *Ad facta ardua ordinandum.*

12 Super cunctos ſa. Baby. *Vt talia ſine eius conſilio n rent,& ei rationem redderent.*

13 Daniel autem poſtulauit a rege. *In hoc ergo oſten tatem ſuam: quia promotus ad honorem non dedit obliuio ſuos,ſed de eorum promotione fideliter cogitauit:& hoc fec lùm propter eos: ſed propter conſolationem filiorum Iſrael q per prouincias diſperſi. Et quia ſciebat ſocios ſuos aptos ad cium:quia erant ſapientes,& fideles.*

14 Ipſe autem Daniel,&c: *Vt.n.teneret regem in amic non recedebat de latere eius ne aliqui inuidi in eius abſen rent odium. Et hoc ēt loco arguit Porphyrius contra iſtun dicens:ꝙ Daniel ſanctus non accepiſſet talem honorem a re li. Ad ꝙ dicendum ꝙ Porphyrius ignoranter loquitur: qui ſanctus ſimilia a Pharaone accepit,vt habetur. Gen.41.c.& cheus ab Aſſuero:vt habetur Eſther.8. a. Conſiderandum talem honorem accepit Daniel,& iſti hic dicti a regib. infid ex ambitione honoris,ſed ad conſolationem populi ſui, & rem Dei,videntes ꝙ per hoc regna melius regerentur ſecun & iuſticiam. Circa iſtud capitulum moraliter exponendo p ꝙ per ſtatuam intelligitur vita ſimulata in qua caput eſt a operatio de genere bona. Pectus de argento,quia loquutio ſan ter,& femora ex ære, Ideſt,ſimulatio ficta:quia prædicta ſiu parentiam: æs.n.componitur ex aurichalco quod eſt auro ſi ſtanno: quod eſt ſimile argento. Tibiæ ferreæ ſunt obdura quia quod talis concipit corde:vult omnino tenere. Pedes fe ctiles ſunt petulantia delectationis:& pertinacia excuſatio aūt ſimulationem nequeūt indicare Arioli .i. ſacerdotis ſi Magi.i.philoſophi vani. Malefici.ideſt,iuriſperiti,quia ſcient communiter vtuntur ad malè faciendum. Sed Daniel.i.co veritatis. Sidrach.i.continentia puritatis. Miſach.i.conſiſte bitatis. Abdenago.i.conſcientia paruitatis ſeu humilitatis fictionem cognoſcere ac etiam euitare.*

✱ C

## CAP. III.

¶Q. d. Non fuit memor beneficij a Deo habiti. a ¶ Beneficij memoria fugax, maleficij quaſi lapa tenax.

NAbuchodonoſor rex fecit ſtatuam auream al- 1
titudine cubitorum. 60. latitudine cubito- 2
a ¶Theodotio Dorcas: Symmachus Duran. Lxx. Peribolon. Latine vſuarium vel concluſum.
rum ſex, & ſtatuit eam in campo Duran pro- 3
uinciæ Babylonis: Itaque Nabuchodonoſor rex miſit ad 4
a ¶Principes lingua Philiſtinorum vel allophylorum. 5
congregandos ſatrapas magiſtratus & iudices; duces, & ty- 6
¶Quibus regi c[on]ſentientibus facile conſentit populus. 7
rannos, optimates, & præfectos, omneſque principes regio- 8
¶Adorationem. 9
num vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ quam erexe- 10
¶Sicut præceptum eſt. 11
rat Nabuchodonoſor rex. Tunc congregati ſunt ſatrapę magiſtratus, & iudices & tyrãni, & optimates qui erãt in poteſtatibus conſtituti, & vniuerſi principes regionũ, vt conuenirẽt
¶Adorationem.
ad dedicationem ſtatua, quam erexerat Nabuchodonoſor
a ¶Congregati admirantes.
rex. Stãbant autẽ in conſpectu ſtatuæ quam poſuerat Nabu-

CAP. III.

a *Nabuchodonoſor rex fecit.* a [...]itatis præceps [...]iuio, qui ſeruũ [...] quaſi Deum [...]rauit: vt adora[...]r ſtatuam ſibi [...]iuſſit auream, b [...]infiniti põderis [...]uporem ingeni[...]ernentibus, & [...]raretur facili⁹. [...]ur etiam Barba[...]s ſalutis occaſio vt qui in ſomni[...]euelatione per Da[...]iele vnius Dei [...]pontiam cognoue[...]nt: in triũ puerorum fortitudine [...]diſ[...]it mortem de[...] contemnere, & [...]ola nõ colere. [...]uiſque auaritia ſuam colit: *Quod idolorum ſeruitus eſt:* Quia iſte argentum & aurum colebat, & auaritia erat, & idolorum ſeruit[...].

[...] Theo. Cum rerum oĩum auctor Deus erga ſuperbũ [...] regem immenſa clemẽtia vſus eſſet, & poſt infinita [...]ſcera remedium ei adhibuiſſet, indicaſſetque & præſentis [...]culi vanitatem, & virtutis præſtantiam, breui interiecto tpe ad ingenium ſuum rediit, quemadmodũ canis ad propriũ vomitum, & conſtructam ex auro ſtatuam in plano campo ſtatuit, vt æqualiter omnes ſuperaret, & ab omnibus æquè cerneretur, & a cunctis in ea adoraretur. Nõ ſimplex autem hic ſuperbię modus fuit. Nam quia Deus in ſomnis maximam illi oſtenderat, per quam quatuor regnorum ſucceſſiones declarauit, proprium falſum quaſi caſtra Deo opponens, ipſique apertè repugnãs, ipſe quoque ſtatuam conſtruit, tantæ magnitudinis q̃tam potuit ars humana præbere. Nec ex diuerſis metallis, ſed ex vna auri materia cõficiendam curat: ratus infœlix iſtę falſas oſtenſurũ ſe Dei prædictiones. Et quia beatus Daniel ipſum eſſe aureum caput dixit, omnem ex auro ſtatuam molitur. D, Prou 26. 2. Pet. 2. E

b *Itaq; Nabuchodonoſor rex miſit.* Excelſa periculoſius ſtãt & citius corruunt. Principes congregantur ad adorãdum ☞ ſtatuam Hieron.

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. III.

1 NAbuchodonoſor rex fecit ſtatuam. *Hic ponitur ſecunda viſio conſequenter ſe habens ad primam: quia ſicut per primam Babylonij ſunt inducti ad cognoſcendum Dei potentiam omnia regna conterentem: ita per iſtam inducuntur agnoſcere, quod me[...]rtis non eſt alius niſi Deus adorandus per latriam. Conſideran[...]tiam quòd licet hæc viſio ſit hiſtorica, tamen cum hoc etiam eſt pro[ph]etica propter eius finem, ſcilicet, propter apparitionem angeli filij Dei aſſimilati pueros de fornace liberantis, in quo hæc viſio tangit [pe]rſonam Chriſti tanquam regis eminentis ciues ſuos de manu cui[us]cumque temporaliter potentis liberantis. Circa hoc conſiderandum quòd materia huius viſionis eſt de ſtatua aurea facta: & de puerorum conſtantia, de fornace ardente, & de angelo pueros liberante. [Ca]uſa finalis eſt vt Chriſti incarnatio panderetur: cultus Dei ampliaretur, & populus Dei conſolaretur, vt patet in fine. Cauſa [effic]iens eſt Spiritusſanctus, habitus ex puerorum humilitate pat[ien]tia, & tribulatione. Cauſa formali, eſt modus ſcribendi hanc viſionem quæ deſcribitur ad modum cuiuſdam ſententiæ iudicialis ini[qu]æ, & ideo habet tres partes, primo quia ponitur puerorum condem[na]tio indigna, ſecundò eorum liberatio benigna, ibi:* Et ambulab[a]nt. *Tertio eorum exaltatio condigna, ibi:* Tunc Nabuchodono[ſo]r obſtupuit. *Circa primum tanguntur tria, primum eſt cauſa liti[s] inter regem & pueros. Secundum, eſt forma iudicij, ibi:* Statim[q]ue in ipſo tempore. *Tertium pœna ſupplicij, ibi:* Tunc Na[b]uchodonoſor repletus. *Circa primum: ſcilicet, cauſam litigij [qu]æ fuit ex hoc, quòd tres pueri non adorabant ſtatuam regis, duo tan[gu]ntur. Primum eſt, ſtatuæ conſtitutio: ſecundum, eius dedicatio, ibi: [It]aque Nabuchodonoſor. *Circa primum conſiderandum, q̃ Na[bu]chodonoſor per ſuperbiam propter monarchiæ adeptionem voluit [ſi]bi vſurpare honorem diuinum: & ideo fecit ſtatuam magnam aur[ea]m in qua adoraretur. Simile legitur de Caio Imperatore Romano, [q]ui (vt dicit Ioſephus lib. antiquitatum. 18.) miſit ſtatuam ſuam per [to]tum imperium ſuum vt in ea adoraretur. Ad faciendam autem [ta]lia credibile eſt: quòd homines inducebantur per aliqua reſpon[ſa] dæmonum, & promiſſa, qui nituntur homines inducere ad idololatriam. Dicit igitur:* Nabuchodonoſor rex fecit ſtatuam auream. *Exterius tantum erat aurea quia non eſt credibile, quòd ſibi eſſet tanta moles auri, vel forte erat interius concaua.*

2 Altitudine cubitorum ſexaginta. *In hac altitudine computatur altitudo baſis ſupra quam erat poſita, aliter non reſponderet ſibi latitudo quæ dicitur eſſe ſex cubitorum tantum. Cætera patent. Si autem quæratur: quare Daniel qui erat familiaris regi (vt viſum eſt) non prohibuit eum a tali inſania: dicẽdum quòd fortè erat abſens in extremis finibus regni propter magna negocia, ſupra quæ erat poſitus: vt viſum eſt: vel infirmitate fuit impeditus: vel aliqua alia cauſa conſimili, quod videtur ex hoc quòd non accuſatur cum ſocijs ſuis: & tamen certum eſt quòd non adoraſſet ſi ibi fuiſſet. Vel dicendum quòd vidit regem obſtinatum in malicia ſua, & ideo tacuit videns ſe nihil proficere in reprehenſione ſua, ſed magis regem ad peiora excitare: & hoc videtur gloſſa interlinearis dicere infra eo. ca. ſuper illum locum:* Præcepit vt adducerentur Sidrach, Miſach, &c. *Vbi dicitur ſic: De Daniele non fit mentio: quia regi aſſiſtebat qui propriã ſtatuam non adorabat.* F

3 Itaque. *Hic conſequenter deſcribitur ſtatuæ dedicatio: Voluit enim Nabuchodonoſor, quòd prima adoratio ſuæ ſtatuæ quæ vocatur hic dedicatio fieret cum magna ſolemnitate: propter magnitudinem ſuperbię ſuę: & hoc eſt quod dicitur hic:* Itaque Nabuchodonoſor rex miſit. *Nuncios ſolennes: ſcilicet.* Statuæ dedicatio.

4 Ad congregandos ſatrapas. *Ideſt, nobiles barones. Et dicuntur ſatrapæ quaſi ſatis rapientes: quia ſolent bona inferiorum rapere.*

5 Magiſtratus. *Ideſt, conſiliarios.*

6 Et iudices. *Qui ſunt conſtituti ad audiendum cauſas.*

7 Duces. *Scilicet, exercitus.*

8 Et tyrannos. *i. exactores tributorum regalium.*

9 Optimates. *Ideſt, optimos exiſtentes: iſti ſunt honorabiliores poſt regem.*

10 Perfectos. *Ideſt, prępoſitos.*

11 Principes. *Sicut ſunt balliui, qui habent plures præpoſitas ſub ſe. Iſti igitur prędicti primo ſunt vocati ad adorandum ſtatuam vt regi conſentientes, cæteri timore mortis, & exemplo maiorum facilius inducantur ad regis voluntatem. Cætera patent vſque ibi.* ✱ Vobis

## MORALITER.

† 1 *Nabuchodonoſor autem rex fecit ſtatuam auream.* Per ſtatuam auream ſignificatur malus, & inutilis prælatus qui [ſt]a[tu]a dicitur. Zach. 11. d. *O paſtor & idolum derelinquens gregem.* Hæc autem ſtatua quam fecit rex fuit tantum aurea exterius: nam principes terreni ſanctitatis aparentia [fr]audulenter decepti procurant aliquando ad prælationis ſtatum inutiles promoueri: propter quod de iſta ſtatua dicit, eſt alta, ſcilicet, per ſuperbiam, & lata per ambitionem, & ſita in campo Duran, qui interpretatur loquela, ideo ſignificat verboſitatem ſine veritatis ſubſtantia In huius ſtatuę dedicatione dicũtur eſſe inſtrumenta omnis generis muſicorum, per quæ ſignificantur, q̃ in electione & confirmatione talis electi fiunt falſæ commendationes, quæ ad eius confirmationem vel electionem poſſunt operari. Hanc

ſtatuam, vt poſtea
A ſubditi non renuant: Diuites autem & potentes ne diuitias aut potentiam perdant, obedire non tardant, quorum exemplum ſubditi ſequi non dubitant.
⁂ Theodoretus. Horum ēt vnumquodque ſummā ſuperbiam declarat. Nō enim quoſlibet promiſcuè ex ſubiectis ad hanc ſolemnitatem acceſiuit, ſed toparchas, & præfectos. & ſi quod aliud magiſtratus genus apud illos habebatur.
B Et ſtatim quidē videbatur ſimplex quædam conuocatio, mox verò per cōuocationem illam tyranni, cum imperium deprehenſum eſt. Vbi enim cōuenerunt omnes.

a ¶Magna voce. b ¶Non quod in campo Duran omnes populi omnium nationum potuerunt congregari, ſed in principibus cunctarum Gentium creduntur omnes adoraſſe.

chodonoſor rex, & præco clamabat valenter: Vobis dicitur
a populis tribubus, & linguis: in hora qua audieritis ſonitum 1 2
tubæ, & fiſtulæ, & cytharæ, ſambucæ, & pſalterij, & ſympho 3
niæ, & vniuerſi generis muſicorum, cadentes adorate ſtatuā 4 5
¶Præcepto pœnam ſi quis non fecerit addit.
auream quam conſtituit Nabuchodonoſor rex: Si quis au- 6 7
tem non proſtratus adorauerit, eadem hora mittetur in for- 8
a ¶Qui a præcepit, & minas addidit.
nacem ignis ardentis. Poſt hæc igitur ſtatim vt audierūt om 9 10
¶In principibus
nes populi ſonitum tubæ, & fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & 11 12
a ¶Tam mente quam corpore, quia ut in Apocalyp. Deum adorant, in faciem cadunt.
b pſalterij ſymphoniæ, & omnis generis muſicorum, cadentes
omnes populi, tribus & linguæ adorauerunt ſtatuā auream,
quam cōſtituerat Nabuchodonoſor rex. Statimq; & in ipſo 13
tempore accedentes viri Chaldęi accuſauerūt Iudæos: dixe- 14
c runtq; Nabuchodonoſor regi: Rex in ęternum viue. Tu rex 15 16
a ¶Quod non licet violare
¶Neminem excepiſti. ¶Hæc omnia fiebant vt ſtatuam honorarent, & populus citius ſeduceretur.
poſuiſti decretum, vt omnis homo qui audierit ſonitū tubę, 17
fiſtulæ, & citharæ, ſambucę, & pſalterij, & ſymphonię, & vni 18
¶Q. Etiam pœna prædicta non mouentur illi.
uerſi generis muſicorum, proſternat ſe, & adoret ſtatuam au
ream. Si quis autē non procidens adorauerit, mittatur in for
a ¶Quos nobis præpoſuiſti.
nacem ignis ardentis. Sunt ergo viri Iudæi quos cōnſtituiſti 19
ſuper opera regionis Babyloniæ, Sidrach, Miſach, & Abde- 20

a *Præco clamabat valenter, &c.* Ita vſurpauit infœlix, diuinum honorem. Neque ſatis ipſi fuit a ſubiectis ſibi populis adorari, quin ēt eodem adorationis cultu ſtatuam coli ſanciuit, & omnes materia, arte, & magnitudine ſtatuæ perterrefacit: delinit autem muſicorum inſtrumentorum ſono, & alios fornacis minis deterret. Et minimè a propoſito fine excidit videbat ciat ſed eos primum odium contra regem protral

d *Sunt er.* Inuidioſè. Q. quos captiuos. & ſeruos; pes feciſti ideſt, nobis præpoſuiſti in ſuperbiam ela cepta tua contempſerunt.
⁂ Theo. Impij Chaldæi omnes impietatis partic bere ſtudebant. Verbis autem ſuis, & propriam in decla

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vobis dicitur. *Non quòd omnes populi poſſint in campo Duran collocari, ſed quia in principibus qui ſunt capita aliorum intelliguntur omnes adorare.*
C
2 Tribubus. *Quia ibi erant homines diuerſarum nationum, & linguarum.*
3 In ho. *Forma huius inſtrumenti nota eſt, & communis, & ea vtuntur homines in bellis, & feſtis, & in populi congregatione: vt habetur lib. Num.*
4 Fiſtulæ. *Inſtrumentum de ligno habens multa foramina per quæ emittitur ſonus, & eo vtuntur paſtores.*
5 Citharæ. *Inſtrumentum eſt figurę triangularis ad modum dimidij ſcuti: & tangitur digitis.*
6 Sambucæ. *Quæ fit de arundine perforata, & dicitur ſambuca a ſam quod eſt ſol, & bucca quod eſt parua buccina: quia ſolum poteſt fieri in æſtate: vt dicit Hiero. in epiſtola ad Dardanum, de inſtrumentis muſicis quæ in ſacra ſcriptura reperiuntur.*
7 Pſalterij. *Inſtrumentum notum eſt, & tangitur cum penna.*
8 Symphoniæ. *Aliquando accipitur pro melodia in communi, ſed hic accipitur ſymphonia pro inſtrumento determinato oblongo, quod ſolent portare cæci, & digitis tangitur.*
9 Et vniuerſi generis, &c. *Hoc additur, quia multa erant ibi alia inſtrumenta quæ non exprimuntur hic. Talibus autem vtebantur in adoratione ſtatuæ ad incitandum homines: quia ex diuerſis melodijs excitantur in hominibus diuerſæ paſſiones, vt patet ad ſenium: & habetur. S. Politi.*
10 Cadentes adorate ſtatuam auream. *Ideſt, humili uerenter.*
11 Quam conſtituit. *Vt in ipſa adoraretur.*
12 Si quis autem non proſtratus, &c. *Vbi pœna non obedientibus. Cætera patent ex prædictis.*
13 Statimque in ipſo tempore. *Hæc eſt ſecunda pars lis huius capituli vbi ponitur forma iudicij: circa quam mò Chaldaorum accuſatio, ſecundo puerorum citatio, ibi:* T buchodonoſor in furore. *tertiò citatorum inquiſitio,* nuncians. *& quartò inquiſitorum reſponſio, ibi:* Non nos. *In prima parte dicitur ſic.* Statimque in ipſo t *dedicationis ſtatuæ.*
14 Accedentes. *Ad regem.*
15 Accuſauerunt. *Moti inuidia ex hoc quòd Iudæ præpoſiti in negotijs regni, vt patet in fine præced. cap.*
16 Dixeruntque Nabuchodonoſor. *Hoc dicunt a dum eius beneuolentiam, vt melius impetrarent voluntate*
17 Tu rex poſuiſti. *Quod eſt lex firma, & irreuocabil eſt licitum illud præterire.*
18 Vt omnis homo qui audierit ſonitum tubæ, dicāt, nullum hominem excepiſti ab hac lege: hoc autem non pateret modus liberationis puerorum. Hoc autem mod ſito formant accuſationem ſuam dicentes.*
19 Sunt ergo viri &c. *Quaſi dicant, capti ſunt, & ſeru tione: propter quod, & humiliores debe ent eſſe.*
20 Quos conſtituiſti, &c. Sidrach, Miſach, & Ab *Et ideo deberent eſſe grati pro beneficijs acceptis, & per contemptus eorum eſt grauior.*

## MORALITER.

† Hanc autem ſtatuam ſic confirmatam adorant ſatrapæ, i. ſatis rapientes: quia prælatum malum vel inutilem venerantur, & commendant illi qui ſub eius vmbra quærunt bona rapere ſubditorum, & magiſtratus, ideſt, conſiliarij qui ſub eo volunt dominari: & iudices, ideſt, officiales ei aſſiſtentes, & duces tyranni, & præfecti. Iſti ſunt qui diſponunt bona temporalia prælati, ex quibus que gis ditari.
10 *Cadentes.* Nam inferiores videntes prælatum ſiue malum, a maioribus venerari, idem faciun magis quam amore virtutis.
13 *Statimque in ipſo tempore accedentes viri Chaldęi* Per iſtos ſignificātur illi qui iuſtos, & innocētes ſuperiorib. cupidi, vt inde trahatur pecunia ſin

clarant, & regis accendunt iram. Dicunt enim. Vide
osnam nobis prætuleris, quibus Babyloniorum com-
iſeris imperium qui honoris ſibi habiti præſtantiam
imo æſtimare noluerunt, neque ei ſe gratos præbere a
o ſunt honore affecti: imò honoris excellentiam occa
ſnem ignominię
ferunt tuis aper-
egibus contradi
ites tuaque de-
ta exequi recu-
ſtes, &c.
a *Deos tuos non co.*
et ꝙ alij ſunt
Nabuchodono
ſ, aliud ſtatua q̃
cultum ſui iuſ-
erigi: Alij dicũt
pturæ ſacræ eſ-
onſuetudinem,
vnum idolum
raliter appellat,
e: *Hi ſunt dij tui*
*l, qui te edux. de*
*Aegypti*. Et in
eg. Ieroboam
ens aureum vi
in Bethel ido-
ciſſe memora-
: contra multa
onia ſingulari
cut in euange
gio dicuntur.
b *Quod ſi non ador.*
Theod. Addu-
homines in
ium interro-
gan re vera participes cultus Deorum eſſe nolint, & ſta
n recuſent adorare. Deinde præcipit, & conſulit vt id
nt, ignis eos minis deterrens. Tum ne furium, feri-
atque illud impium audet maledictum proferre.
c *Et quis eſt Deus qui eripiet vos, &c.* Tam citò quem con-
s fuerat, & Deum Deorum vocauerat ei detraxit,
mque homine imbecilliorem eſſe opinatus eſt: quem
ninum regum appellarat, eum vincere ſe infœlix iu-
liter gloriatus eſt. A maioribus autem ſuis tales illi
ces conatus. Etenim Sennacherib ille qui maxi-
contra Hieruſalem copias adduxit, per nuncios
locutus eſt Ezechiæ. Verum, ſtatim maledicti
licia tulit, & multa millia ab angelo interfecta ſunt,
& ipſe

& ipſe ab ijs quos genuerat. D
d *Sidrach, Miſach.* De Daniele non fit mentio: quia regi
aſſiſtebat qui propriam ſtatuam non adorabat.
e *Non oportet.* Q Non neceſſe eſt audire verba: quorum Hieron.
iam rebus ipſis fortitudinem probatis atque conſtantiam, & in nobis Dei virtutem.

a ¶ Quos honorasti, te inhonorant, ingrati immemores beneficij.
b ¶ Q Etiam in Deos redundat iniuria.

a nago: viri iſti contempſerunt rex decretum tuum. Deos tuos 1
non colunt, & ſtatuam auream quam erexiſti non adorant. 2
¶ Peſſimis conſultoribus
Tunc Nabuchodonoſor in furore & in ira pręcepit vt addu 3
cerentur Sidrach, Miſach, & Abdenago. Qui confeſtim ad- 4
ducti ſunt in cõſpectu regis: Pronunciansque rex Nabucho 5 6
¶ Sicut dicitur. ¶ Iuſſi.
donoſor, ait eis: Verè ne Sidrach, Miſach, & Abdenago, Deos 7 8
meos non colitis, & ſtatuam auream quam conſtitui non 9
¶ Obedire. a ¶ Quamuis in furore præceperit adduci, dat tamen ſpacium corrigendi, quod chares eos habebat oſtendit.
adoratis? Nũc ergo ſi eſtis parati, quacumq; hora audieritis
ſonitũ tubę, fiſtulę, citharę, ſambucę, & pſalterij ſymphonię,
omniſque generis muſicorũ: proſternite vos & adorate ſta-
tuam quam feci: ꝙ ſi non adoraueritis, eadẽ hora mittemini †
b a ¶ Mira obliuio: ne poteſt eripere cuius ſeruum paulo ante adoraſti, quem Deum verum, & dominum regum eſſe prædicaſti.
in fornacem ignis ardentis: Et quis eſt Deus qui eripiet vos 10
c de manu mea? Reſpondẽtes Sidrach, Miſach, & Abdenago, 11
d e dixerunt regi Nabuchodonoſor: Non oportet nos de hac re 12
a ¶ Qui verus, non tui, qui falſi.
f reſpondere tibi: Ecce enim Deus noſter quẽ colimus poteſt
a ¶ Quæcunque tormenta inferas.
g nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ò

f *Ecce enim Deus.* Hieron.
Efficitur materia fortitudinis quod putabatur eſſe erroris: Non in longum differtur: in præſentiarum pollicentur ſibi auxilium: *Ecce enim Deus, &c.*

g *Poteſt nos, &c.* Q. Si non eripit, iuſtæ pmiſſionis eſt, non eius infirmitatis. q. d. benè poteſt facere, vt eripiamur: ſed ſi nõ vult eripere, non meruimus liberari, & noſtri præcedentibus meritis permittit nos flagellari. E

*Deus noſter poteſt eripere, &c.* Nõ pro mercede illi ſeruimus, ſed beneuolentia, & amore ſtimulati, omnibus Dei noſtri cultum præferimus. Quare ne ab his quidem malis temerè liberari petimus, ſed Dñi prouidentiam amamus, & illi, quod futurũ eſt ignari, gubernatori quocumque libuerit nauem dirigendam committimus. Pro certo nobis compertum eſt illum poſſe, vtrum verò id velit facere ignoramus. Cum ſapiens ſit, ei rerum noſtrarum moderationem committimus. Siue igitur nos liberabit, ſiue nollet, Deos tuos adorare recuſamus. Cum animis tibi certamen eſt, quos neque honoribus delinies, neque minis deterrebis. Deus noſter omnium nobis amabiliſſimus, & maximè formidabilis. F
Quid hiſce verbis ſublimius?

*Rex*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Viri iſti contempſe. rex decre. tuum. *Q. d. ex prædictis patet, qòd nullo modo eſt eis parcendum.*
2 Deos tuos non colunt. *Scribit autem hoc Daniel morè Iudæorum qui vnum idolum vocant Deos in plurali, vt habetur Exod. 32. de vitulo aureo.* Hi ſunt dij tui Iſrael: qui eduxerunt te de terra Aegypti. *Dicuntur autem hi dij Nabuchodonoſor: non quia ipſam ſtatuam adoraret: vt dictum eſt, ſed quia illam fecerat vt in ipſa adoraretur.*
3 Tunc Nabuch. in fu. *Hic ponitur puerorum citatio, cum dicitur* Tunc Nabucho. in fu. & in ira. *Ex contemptu ſibi facto ſecundum ſuam æſtimationem, non tamen ſecundum veritatem: & ſic irrationabiliter. Ideò dicitur:* In furore & in ira.
4 Præcepit. *Illis peſſimis accuſatoribus.*
5 Vt addu. *Coram eo.*
6 Sidrach, Miſach, &c. *De Daniele non fit mentio, & cauſa ſupradicta eſt.*
7 Pronunciansque. *Hic ponitur citatorum inquiſitio, & patet litera ex dictis hoc excepto.*
8 Deos meos non co. &c. *Et pro. i.*
9 Statuam aur. quam conſti. *Quam vocat Nabuchodonoſor Deum ſuum, non quia ipſam adoraret, vt dictum eſt, ſed quia ipſum repræſentabat cui diuinos honores exhiberi volebat.*
10 Et quis eſt Deus qui eri. vos. *Hęc fuit mira excæcatio: quia ipſum Deum Hebręorum omnipotentem vocauerat in pręc. cap. quia ſuperbia mirabiliter excæcat hominem.*
11 Reſpondentes Sidrach. *Hic ponitur requiſitorum reſponſio, vnde dicitur.*
12 Non oportet nos de hac re reſpõde. ti. *Q. d. quæſtio tua eſt ita irrationabilis, quod non eſt digna reſponſione, quia euidens eſt, ꝙ eſt dare vnum primum infinitę potentię, & ſic poteſt nos liberare, quia ipſum colimus, & hoc eſt quod ſubditur:* Ecce enim Deus noſter quem co. &c. *Sequitur.*

✱ Quod

### MORALITER.

† *Quod ſi non ado. ea. ho.* Per iſtos tres qui ſtatuam noluerunt adorare ſed magis periculum mortis ſubire ſignificatur illi, qui Deo firmiter adhærentes per fidem ſanctiſſimæ trinitatis nullo modo volunt aſſentire alicui quod ſit in offenſam maieſtatis diuinæ, & iſti ſemper ſaluatur, vel per diuinam potentiam eos mirabiliter a mortis periculo liberantẽ, ſicut fuit in propoſito: vel per Dei miſericordiam ipſis in tormentis conſtantiam tribuentem: & iſta liberatio maior eſt quam prima: ſicut dicit Aug. in ſerm Machabæi multò melius liberati ſunt ab illis tribus viris contra quos homo ſæuiebat: & flamma parcebat. nam illi ab vna tentatione liberati: ſunt iterum cum diabolo certaturi, iſti verò ſunt ab omni tentatione ſupplicij liberati illos Deus viſibiliter liberat, iſtos autem inuiſibiliter coronat.

† *MORA-*

A a *Rex liberare.* In Hebræo non habetur rex, ne impio adulari aut regem credatur vocare qui ad iniqua compellit, vel ne videantur regem ad ſanguinis ſui effuſionem procaciter prouocare, ſic debitum honorem reddunt, ei ne læ datur cultus Dei.

lib. 4. epiſt. 1. ✻ Cypri. Cum ſe crederent, & pro fide ſua ſcirent poſſe etiam de præſenti ſupplicio liberari, iactare hoc tamen, & vindicare ſibi noluerunt, docẽtes quod non minoris eſſet confeſſionis virtus ſine teſtimonio paſſionis. Addiderunt poſſe oĩa Deum facere, ſed tamen non in hoc facere vt liberari in præſenti vellent: ſed illam libertatis, & ſecuritatis æternæ gloriam cogitarent.

B Hom. 4. in Math. ✻ Chryſ. Nõ verbis deſpicere regẽ atque inhonorare voluerunt, ſed ſuã tantummodo erga Deum moſtrare pietatem.

✻ Theodor. Quis non iure admiratus obſtupeſcat beatorum iuuenũ fortitudinem, ſapientiam, pietatem, erga leges iuſtitiam, omnibus in rebus continentiam? Quod non ſunt veriti tantum tyrannum, neque maximam illam pyram non tantum verbis ad terrorem, ſed re vera propoſitam, & conſpectam, hoc adamante robuſtiorem illorum fortitudinem teſtatur. Quod vero diuinas leges præſenti vitæ ante poſuerint, cuinam iuſtitiæ quidquam reliquum facit? Ipſorum continentiam id maximè commendat, ꝙ neq; audacib. erga regem verbis vſi ſunt: neque metu rurſus genas dedecorarunt. Prouidentiam & ſapientiam impijs, & nefarijs maledictis oppoſita pietas oſtẽdit, Ille.n. dicebat: *Quis Deus qui eruet vos de manibus meis?* At ipſi clamabant: *Eſt Deus noſter qui in cœlis eſt.* Quæ aũt poſtea dicta ſunt, nullã fortitudinis ac religionis exuperantiã reliquam faciunt:

C b *Quia Deos tuos non col. &c.* Ordine præpoſtero quòd ad vltimum ſic reſponderit. *Non oport. &c.* Q. Certum eſt ꝙ habemus Deum qui põt liberare, demũ reſponderunt ſic ad primum, & ad ſecundum: Deos tuos non colimus, & ſtatuam tuam non adoramus.

c *Aſpectus ſu.* Immutatus dicitur in malum. Eſt enim commutatio in bonum, vnde quidã pſalmi intitulantur: *Pro his qui commutabuntur*, quod tamen quidam accipiunt in malum: De Anna etiam legitur: *Et vultus eius non ſunt amplius in diuerſa mutati.*

✻ Theod. F[...] & inſaniſſimu[...] rannus furor[...] nus, ita vt vul[...] præ ſe ferret a[...] perturbationi[...] plius accendi [...] nacem præc[...] compedibu[...] ciri ſanctos, [...] nulla interpo[...] tur pœnæ [...] dum veſtis, [...] ceamenta d[...] rentur, vna c[...] ſis, in pyra[...] conijci iuſſit[...]

d *Et præce.* Q. Simplex [...] non ſufficia[...] furor & ira [...] niæ proxim[...] dum tenere [...] teſt, & puta[...] plicis pœnæ [...] minatione [...] quos conſta[...] det reſiſtere [...]

e *Viros.* D. [...] ſcilicet præ[...] eſt. *Et viris fo*[...] Non fortui[...] cunque pe[...] ſed fortiſſi[...] ad bella promptiſſimos? vt non ſolum de miracul[...] meſceret ſed etiam exercitus ſui cladem ſentiret.

✻ Hieron Grande miraculum, vincti mittuntu[...] nacem, & cadunt in medium ignis præcipites, ard[...] cula quibus legati ſunt, & vinctorum corpora flamma non tangit.

✻ Theod. Circumiecta ipſis ferrea vincula vſit[...] re ignis natura diſſoluit, indumenta autem, quæ a[...] facilia ad comburendum eſſent, integra conſerua[...] ctorum virorum accuſatores, & impios miniſtro[...] ris ſtabant flamma conſumpſit, verum ijs qui int[...] terga vertens contra proprios adoratores procede[...] ſi pœnas ab ipſis pro domini cultoribus exigens [...] autem pietatis præcones ſecuritate fruebantur, vt [...] tos carbones, quaſi per quaſdam roſas incederen[...]

f *Et ambulabant.* (Ad hinc quæ ſequuntur vſque [...] cantici trium puerorum non habent Hebræi.

☞ ✻ T[...]

---

a ¶ Vigilanter non contrarium ponunt. ſ. ſi non potuerit, ſed ſi noluerit, vt non impoſſibilitatis, ſed voluntatis Dei ſit ſi perierint.

a rex liberare: Quod ſi nõluerit, notum ſit tibi rex, quia Deos 1
b 2

a ¶ Dij coluntur, ſtatua adoratur.
b ¶ Qui veri Dei ſumus cultores, & adoratores, vnde hi principes, & iudices mundi, ideo placent Nabuchodonoſor, imperatorum vero ſtatuas adorantes Deo diſplicent.

tuos non colimus, & ſtatuam auream quam erexiſti nõ ado

¶ Ideo

c ramus. Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore, & aſpe- 3
ctus faciei illius immutatus eſt ſuper Sidrach, Miſach, & 4

¶ Furore accenſus. ¶ Vt magis terreat

Abdenago, & præcepit vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum
d quam ſuccendi conſueuerat: & viris fortiſſimis de exercitu
ſuo iuſſit vt ligatis pedibus Sidrach, Miſach, & Abdenago,
mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confeſtim viri 5

a ¶ Theodotion dixit ſataballis quod Chaldæum eſt, & ſignificat crurium, & tibiarum tegmina, brachas ſiue ſaraballas.
b ¶ Græcum eſt: genus palliolis eſt vel pillei.

illi vincti cum brãchijs ſuis & thiaris & † calciamentis, & 6

a ¶ Vincti, & veſtiti, nam iuſſio regis vrgebat ne liceba ſpoliare eos. 7

veſtibus miſſi ſunt in medium ignis ardentis. Nãm iuſſio re-

a ¶ Anticipatio eſt, quia hoc in ſequenti plenius dicetur.

gis vrgebat. Fornax autem ſuccenſa erat nimis. Põrro viros
e illos qui miſerant Sidrach, Miſach, & Abdenago interfecit 8
flamma ignis. Viri autem hi tres, ideſt, Sidrach, Miſach, &

a ¶ Præcipites qui a ligati, ſed ardent vincula, & vinctos flamma non tangit.

Abdenago cèciderunt in medio camino ignis ardentis colligati.

*Quæ ſequuntur in Hebræis voluminibus non reperi.*

a ¶ Soluti exuſtis vinculis, ignis beneficij obſequium contulit, iniuriam non intulit.
b ¶ Liberatorem ſuum.

f Et ãmbulabãt in medio flammæ laudãtes Dẽum, & benedi- 9

---

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quod ſi no. *Quia aliquando Deus non liberat ſeruos ſuos temporaliter, vt melius ſaluet eos, inuiſibiliter eos ad requiem transferendo, vt dicit Auguſtinus in quodam ſermone ſanctorum martyrum ſeptem fratrum.*

2 Notum tibi ſit rex, &c. *Ex quo patet quod illud factum eſt tribus pueris materia fortitudinis quod ab impijs credebatur eſſe cauſa terroris.*

3 Tunc Nabuchodonoſor. *Hic deſcribitur pena ſupplicij vbi primò ponitur regis indignatio, cum dicitur.* Repletus eſt furore. *Secundò indignationis manifeſta oſtenſio, cum ſubditur.*

4 Et aſpectus faci. il. immu. eſt, &c. *Quia paſſiones cordis citius apparent in oculis quam in alijs partibus corporis, tertiò, ſententiæ pronunciatio, ibi.* Et prçcepit vt ſuccenderetur fornax, &c. *Quartò ſententiæ exequutio, ibi.*

5 Et confeſtim viri illi. *Ideſt, tres pueri.*

6 Vincti. *Vt nullo modo poſſent euadere.*

7 Cum brachijs ſuis, &c. *Secũdum aliquos thiara eſt pallium quo Perſç vtuntur: ſecundum alios eſt mitra quæ in capite ponitur, vnde dicitur. Exod. 29.a. de Aaron:* Pones thiaram [...] capi[...] eius: *& inde trahitur ad ſignificandum genus pilei quod [...] nobiles; ſecundum quod dicitur Ezech. 23.b.* Cum vidi[...] depictos, & thiaras in capitibus eorum. *Quintò p[...] vindicatio, ibi.*

8 Porrò viros il. &c. *Sciendum tamen quod hoc dici[...] anticipationem: quia dicitur infra eo. cap. quod viri illi q[...] pueros in fornacem ſuccendebant eam: & ideo interfectio [...] flammam ignis intelligenda eſt facta quando angelus do[...] dit cum pueris poſt orationem Azariæ, & excuſſit flam[...] nace, & combuſſit eos qui erant extra: vt ſic rex non ſolu[...] culo viſo miraretur, ſed & per combuſtionem fortiſſim[...] rum de ſuo exercitu puniretur vt hic videtur.*

9 Et ambulabant in medio flammç. *Hçc eſt terti[...] cipalis huius capituli. Sciendum tamen, ꝙ non eſt in He[...] tam expoſui, quia eſt in medio capituli. Igitur hic ponit [...] puerorum benigna: vbi tria notantur quæ ſolẽt accidere i[...] ne iuſtorum, ſcilicet commendatio ſupernæ æquitatis: con[...] uinæ bonitatis, ibi:* Et non ceſſabant: *Collaudatio diui[...] tis, ibi:* Tunc hi tres. *Circa primum aduertendum,*

✻

a ¶Fortis in aduerſis: ſtare enim fortium eſt. b ¶Quaſi ſapientiæ theſaurum: ſicut etiam dominus aperiens os ſuum theſaurum abſconditum.
centes dño: Stans autem Azarias orauit ſic. Aperienſque os
a ¶Vbi alij timore moriuntur.
a ſuum in medio ignis ait. Benedictus es domine Deus pa- 1
b trum noſtrorum, & laudabile & glorioſum nomen tuũ in 2
ſecula: quia iuſtus es in oĩbus quæ feciſti nobis, & vniuer- 3 4
a ¶Humilitas tua & iuſtitia. b ¶Duo ſunt iudicia vnum occultum in vita ſcilicet, alterum apertum in die magni iudicij. 5
c ſa opera tua vera, & viæ tuę rectæ, & omnia iudicia tua ve 6
ra. Iudicia.n. vera feciſti iuxta oĩa quæ induxiſti ſuper nos 7
& ſuper ciuitatem ſanctam patrum noſtrorum Ieruſalem:
quia in veritate & in iudicio induxiſti omnia hæc propter 8
¶In nobis. ¶Alios nos ¶In proximos.
peccata noſtra. † Peccauimus enim & iniquè egimus, rece- 9
d a ¶Iam in eis per ſpiritumſanctum reuelata erant Dei mandata. ¶Inde patet quod in eorum perſona non dicitur. 10
dentes à te; & deliquimus in omnibus, & præcepta tua nõ 11
a ¶Et ſi aliquando modo fecimus.
audiuimus, nec obſeruauimus, nec fecimus, ſicut præcepe-
a ¶Corpore & anima. b ¶Facientibus
ras nobis, vt benè eſſet nobis: Omnia ergo quę induxiſti
a ¶Iuſtus es domine & rectum iudicium tuum. ¶Sic
e ſuper nos & vniuerſa q̃ feciſti nobis in verò iudicio feci-
a ¶Non ipſi tradiderunt nos. ¶In nos.
ſti. Et tradidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorũ ini- 12
¶In ſe. ¶In te. a ¶Nabuchodonoſor.
f quorum peſſimorum pręuaricatorumq́;: & regi iniuſto & 13
a ¶Terrenos. b ¶Contra iuſtitiam tuam, vel contra hoſtes.
peſſimo vltra omnẽ terram. Et nunc nõ poſſumus aperire 14
a ¶Ideſt, illis qui te colunt: ſ bonis infertur confuſio & opprobrium propter nos. ¶Sed. 15
g os, Cõfuſio & opprobrium facti ſumus ſeruis tuis, & his q̃ 16

✻ Theodoretus Hæc præſtantiſſimæ illorum Philoſophiæ apertam ſignificationem habent: neque enim perebant à moleſtijs liberari, ſed laudibus eum celebrabant, quos hac confeſſione dignatus fuerat. Sic beati Apoſt. Petrus & Ioannes à Phariſæis flagris cæſi, exierunt gaudẽtes *quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pati.* Paulus cum Sylla poſt plagas, vincula & compedes in carcere circa mediũ noctem orantes laudant Deum.

a *Stans autem Aza.* ✻ Theodoretus. Azarias os cõmunefectus, & à flãme luctibus circũcer is, aperiens os ſuum lixit &c. Quis pro dignitate proemi huius ſapientiæ poterit admirari? Neque.n. in tranquillitate cõſtitutis, neq; in proſpero vitæ curſu, ſed fornace, & huiuſmodi fornace, auctorem omniũ celebrat Deum, & mentis præ ſe fert modeſtiã, cum etiã pati prædicat virtutem.

b *Benedictus es domine Deus.* Duę ſunt benedictiones. Vna de nobis ad Deum quæ eſt eum laudare, & altera de Deo ad nos, qđ eſt dare remiſſionẽ peccatorũ, & multiplicationem bonorum, & hęc eſt ros matutinus. *Bere.uc.es.* Quocunque premamur anguſtijs: hoc toto cordis affectu dicamus: & quidquid nobis aduerſi acciderit, iuſtè nos ſuſtinere non dubitemus. vnde: *Exultauerunt filiæ Iudæ in omnibus iudicijs tuis domine.*

c *Quia iuſtus es &c.* ✻ Theodoretus. Laudamus inquit, te, iuſtum tuum iudicium agnoſcentes. Recta enim & iuſta de nobis lata ſententia, in ſeruitutem nos redigi, & procul à patria captiuos abduci præcepiſti. Nec temerè & quam conſecraueras vrbem, & nos bello captos hoſtibus tradidiſti, ſed quia peccauimus recedentes à te. Multam emphraſim habet illud, *à te*, quaſi pro à te factore & opifice, bono hero, nutritore, & cuſtode, qui ab Aegyptiorum ſeruitute nos liberaſti, qui mare ſecuiſti, qui de petra arida fontes dediſti, &c. D

d *Peccauimus.* Nec peccauerunt, nec eius ætatis erant qui abducti de Ieruſalem fuerunt, quod ſic pro vita anteacta punirentur. Hæc ergo ex populi perſona dicuntur: ſicut illud Apoſtoli: *Non enim quod volo bonũ, hoc ago: ſed quod odio malum, illud facio.* Q. Nec pro ipſis adultis hoc dici poteſt quia mãdata implebant eis per ſpiritũ ſanctum reuelata. Hiero. Rom.7.c.

Qui propter peccata noſtra captiuãtur, & improperatur eis Deus eorũ tãquam impotens liberare. Hiero. E

Quidam hunc locum ad cęleſtem Ieruſalem referũt. Q. animæ de cœlo ad terram delapſæ in loco lachrymarum & confuſionis antiqua peccata plangãt: Sed hoc nõ recipit eccleſia.

e *Vt bene nobis eſſet &c.* ✻ Theodoretus. Et hinc rurſus pietatis ac ſapiẽtiæ præſtantiam oſtendit, legũ enim & mãdatorum obſeruatio inquit, tibi nihil præbebat, nobis autem bonorum abundantiam conciliabat. Hac igitur de cauſa, & leges illas poſueras, vt nobis ſubminiſtrares cauſam ſalutis.

f *Et tradidiſti nos in manibus &c.* Nam quia te non coluimus regem noſtrum, verùm bonitatem tuam contẽpſimus, meritò nos crudeliſſimo, & infeſtiſſimo, & omnis iuris prorſus ignaro ſeruire coegiſti regi, cui ſunt etiam ſubiecti eidem improbitati conſentientes. F

g *Et non poſſumus aperire os &c.* Omnem loquendi libertatem amiſimus, & præ pudore tibi ſupplicare prohibemur. Obturat nobis os multitudo ſcelerum. Sed tamen quamuis ridiculi, & opprobrijs hoſtium expoſiti: nos qui ſerui tui vocamur, tibi ſupplicamus, vt propter illud

## NICOLAVS DE LYRA.

*Ponitur commendatio Dei ab iſtis tribus pueris in generali: & patet ſecundò ipſius Azarię in ſpeciali: ibi:* Stans autem Azarias. *Vbi primò Azarias commendat diuinam iuſtitiam, ſecundo, implorat eius clementiam, ibi:* Ne quæſumus. *Tertio allegat conſuetã Dei miſericordiã ibi:* Et nunc ſequimur te. *Quartò inuocat eius liberatricem potentiam, ibi:* Et erue nos. *Circa primum in commẽdatione diuinę ęquitatis; Azarias attribuit Deo iuſtitiam & ſibi ipſi culpam dicens.*

1 Benedictus es &c. *Et facit mentionem de antiquis patribus, vt meritis ipſorum eius oratio ſit magis exaudibilis. Et hoc modo fecit Moyſes in oratione ad placandum iram domini contra populũ de vituli fabricatione.*

2 Et glorioſum nomen tuum *Gloria.n. eſt clara notitia cũ laude, vnde importat quandam diffuſionem laudis, propter hoc dicitur nomen Dei glorioſum, quia debet laudari vbique terrarum & in omni differentia temporum: ideò ſubditur.*

3 In ſęcula. *Reddens pœnam pro peccatis, & hoc eſt quod ſubditur.*

4 In oĩbus quæ feciſtis nobis. *Promittẽdo nos ſic tribulari.*

5 Et vniuerſa opera tua vera. *Quia conformia ſunt diuinę ſapientiæ, quæ falli non poteſt.*

6 Et vię tuę rectę. *Ideſt, proceſſus tuus in mundi gubernatione.*

7 Et omnia iudicia tua vera. *Dicit iudicia in plurali: quia vnum eſt iudicium eius occultum in præſenti: de quo dicitur Iohan. 12.* Nunc iudicium eſt mundi, *aliud erit apertum in futuro. Cætera patent vſque ibi.*

8 Induxiſti omnia hęc propter peccata noſtra. *Vbi conſiderãdum: quod peccatum populi Iſrael vocauit ſuum, quia erat pars illius populi. Daniel enim & ſocij eius erant innocentes & ſancti, & maximè quando fuerunt de Ieruſalem tranſlati, & ideo non fecerunt illa peccata propter quę deſtructa eſt ciuitas Ieruſalẽ, de qua fit hic mentio.*

9 Peccauimus enim. *Contra proximum.*

10 Et iniquè egimus. *Contra Deum, & hoc dupliciter peccato commiſſionis, quod notatur cum dicitur.* Recedentes à &c. *Et peccato omiſſionis.*

11 Et pręcepta tua non audiuimus &c. *Vt benè nobis eſſet ex te. Ex decurſu enim veteris Teſtamenti patet quòd filij Iſrael fuerunt in proſperitate quamdiu fuerunt obedientes Deo.*

12 Et tradidiſti nos. *Quia quandoque punit Deus bonos per malos, vt dictum eſt cap. pręc. vnde & dęmones ſunt exequutores diuinę iuſtitię in inferno.*

13 Et regi iniuſto. *Scilicet Nabuchodonoſor: quia occidebat innocentes, vt hic patet.*

14 Et peſſimo. *Quia cogebat homines idololatrare, vſurpando ſibi diuinos honores.*

15 Vltrà omnem terram. *Scilicet ſupra omnes terrenos, quia propter magnitudinem ſuę poteſtatis malitia eius habebat maiorẽ effectum & euidentiam.*

16 Confuſio &c. *Quia eis infertur pro opprobrio miſeria noſtra, cum eodem ritu colimus te ſicut & ipſi.*

✻ Ne

illud nomen tuum, quod nos tuetur, quo te Dominum,
A agnouimus, aduerſarijs oſtendas potentiam tuam, & ne
prorſus nos tua prouidentia deſtituas.
a *Propter Abraham &c.* ✻ Theodoret. Tum etiam patrum nomina commemorat, vt memoria iuſtorum bonum Dominũ prouocet ad miſericordiam. Illis inquit, pollicitus es Domine quos amaſti, vt arenę numero cõparare eorum genus, ſtellis verò vt æquè ſplendidum & excelſum eſſet. Deinde res cũ pollicitationib. confert.
b *Imminuti ſumus, &c.* Et ne pollicitationes mendacij argueret, adiecit.
c *Propter pec. no.* Non enim inquit,
B Domine, mentitus es, ſed nos fœdera violauimus & cũ multi eſſemus ſecũdum pollicitationem propter peccata noſtra ad paucitatem redacti ſumus. Deinde oſtendit Deo calamitatẽ qua detinebantur, nõ quaſi ignarum docens, ſed calamitatum commemoratione ad clementiam eum prouocans. Omnia nobis inquit, contra votum ſucceſſere, & neque regem habemus ſecundum ordinem à te prefinitum, neq; Vates numine afflatus nobis eſt, qui futura p̄dicat: neque magiſtratus, qui communium rerum adminiſtrator ſit: neque ſacerdos, qui ſacrificijs diuinum imperium agnoſcat, pro peccatis offerat; neque eſt, qui ſuauem odorem veluti honorem debitum Deo reddat.

Moraliter. d *Et nõ eſt in tempore hoc princ. &c.* Hoc hodie & quotidie nobis eſt plorandum, qui propter peccata noſtra p... riam patimur verorum paſtorum, & innumeris a... perſequutionibus, dignũ Deo ſacrificium nõ reddi...
e *Sed in anima &c.* Hac occaſione & ex eo quod ... tur. *Benedicite ſpiritus & animę iuſtorum domino*, & hui... di volunt qui ... excepto ſpirit... cto alium ſpir... & aliam ani... eſſe in homin... laborãdum e... quomodo a... carne & ſpiri... cti gratia du... ſtantię & duc... riores homi... vna dicantu... ſubſtantia.
*Sed in anima.* Qui... dam dicebat ... corpore eſſe ... animas: ani... ſpiritum.
✻ Theodo... Cum enim ... inquit, conſi... crificia tibi ... vbique nõ ... tat pro ari... tauris, & agn... tritum tibi ... miliatum c... rimus, & ſu... petimus, vt ... ſint omni... cio gratiora ... dem conſue... te confiſos ... ni ignomin... dicare. Hęc dixit ſanctus vir à propheta Dauid e... qui Pſalm. 50. ait, *Sacrificium Deo ſpiritus contr. bul.* Et *Immola Deo ſacrificium laudis &c.* Quod & Baruch c... *rit's in anguſtijs, & in aĩa mœrore affecta clamauit ad te.* ... chro illo ordine inquit, qui tuo in templo ſeruat... pe noſtram cum humilitate ſupplicationem, re... corporum noſtrorum ſacrificiũ, pro hoſtia quę ... tis animalibus offertur.

a ¶Quia propter nos Deus eorum blaſphematur. b ¶Hoſtibus.
c ¶Non nobis domine non nobis: ſed nomini tuo da gloriam.
te † colunt. Ne quęſumus trãdas nos in perpetuũ propter 1
a ¶Legem. Lex enim diſſipatur quando cultores Dei cruciando ... cantur. 2
nomen tuũ, et ne diſſipes teſtamentum tuum, neque aufe- 3
a ¶Hominem pro homine offert. 4
ras miſericordiã tuam à nobis propter Abraham dilectum
a ¶Scilicet Iacob qui poſtea Iſrael, i. vir videns Deum vocatus eſt.
a tuum, et Iſaac ſeruum tuum, et Iſrael ſanctum tuum, quib. 5
¶Pro homine rem. a ¶Quomodo impleſ promiſſionem. 6
loquutus es, pollicens qd multiplicares ſemen eorum ſicut 7
a ¶In bonis. b ¶In infructuoſis. c ¶Quo ſurſum hęc. 8
ſtellas cœli: et ſicut arenam quæ eſt in littore maris: quia do 9
a ¶Numero afflicti corpore.
b mine imminuti ſumus plus quàm omnes Gentes: ſumuſ- 10
¶Viles ¶iuſte ſcilicet.
c quehumiles in vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra. 11
¶Quia.
d Et non eſt in tẽpore hoc princeps, et propheta, et dux, neq; 12
¶Totum incenſum. ¶Partem incenſum. ¶ita manifeſtim vt primum. 13
holocauſtum, neq; ſacrificium, neque oblatio, neq; incen 14
¶Per hoc ſicut ante. 15
ſum, neque locus primitiarum coram te, vt poſſimus in- 16
17
e uenire miſericordiam tuam, ſed in anima contrita et ſpiri- 18
a ¶Spiritu ſancto qui eſt dator humilitatis. b ¶Id eſt ſuſcipiamur tanquam ſi nobis ſint boni prælati nos boni filij. c ¶Hoc ſolum poſcimus. d ¶Prælatorum. 19
tu humilitatis ſuſcipiamur. Sicut in holocauſto arietum et 20
a ¶Quorum cornibus ventilantur inimici, de quibus: Tauri mei & altilia mea occiſa ſunt. 21
b ¶Filiorum arietum. c ¶Charitate & ſapientia, vnde, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.
taurorum, et ſicut in milibus agnorũ pinguium, ſic fiat ſa- 22

† colebant.

---

C

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In perpetuum. *Licet ad tempus puniamur pro peccatis* ✻ *noſtris.*
2 Propter nomen tuum. *Q.d. licet hoc non mereatur noſtra iuſtitia: fiat tamen hoc ad gloriam nominis tui, vt nomen tuum glorificetur in liberatione noſtra.*
3 Et ne diſſi. teſta. *Id eſt, legem, quæ diſſipatur quando tenentes eam occiduntur.*
4 Neque auferas. *Quia fuit primus à Deo electus ex idololatris: & primò factæ ſunt ei promiſſiones apertè de Chriſto: propter quod dicitur hic ſpecialiter dilectus.*
5 Et Iſaac ſeruum tuum. *Et dicitur ſeruus, quia fuit verè obediens. Et patet hoc cum pater voluit eum immolare, quia iam erat 30. annorum, & per conſequens fortis: pater autem eius erat ſenex & debilis: noluit tamen reſiſtere, ſed ad immolationem voluntariè acceſſit, vt dicit Ioſephus lib. 1. antiqui.*

Ioſephus.

6 Et Iſrael ſanctum. *Id eſt Iacob, qui dicitur hic ſanctus ſpecialiter quia ſpeciali cultu ſe vouit colere Deum, vt dicitur Gen. 28. d.* Erit mihi dominus in Deum &c. *Illud autem propriè dicitur ſanctum quod applicatur diuino cultui.*
7 Quibus loquutus es. *Id eſt, promittens, ideò non poteſt fruſtrari promiſſio tua.*
8 Quod multiplicares ſemen eorum. *Promiſſum eſt hoc Abrahæ, Gen. 22.*
9 Quia domine imminuti ſumus &c. *Quia multi de filijs Iſrael fuerunt occiſi per bella & multi captiuati.*
10 Sumuſque humiles. *Id eſt, viles in conſpectu aliorum.*
11 In vniuerſa terra hodie propter peccata, &c. *Quia iam diſperſi erant in multis terris per captiuitatem Aſſyriorũ & Chaldæorum & Aegyptiorum.*
12 Et nõ eſt in tempo hoc prin. *Super filios Iſrael, qui poſſet eos defendere, quia Sedechias iam erat captus.*
13 Et prophe. *Qui denunciet futuram conſolationem.*
14 Et dux. *Scilicet, ex populo noſtro, quaſi dicerent, virt... na non poſſumus ſaluari de manibus inimicorum. Similit... erat via ad placandum Deum per viam ſacrificiorum, ... quod poſtea dicit.*
15 Neque holocauſtum. *Quę erat oblatio tota incenſ... rem diuinum.*
16 Neque ſacrificium. *Quod partim incendebatur, ... ad vſum ſacerdotum reſeruabatur.*
17 Neque obla. *Quæ offertur ex deuotione.*
18 Neque incen. *Hoc eſt thymiama odoris ſuauiſſimi ... rebatur ſuper altare thymiamatis ad conſummationem ... vt habetur ad Hebr. 9. Ratio omnium iſtorum eſt quia no... licitum talia offerre, niſi in Ieruſalem quæ iam erat deſtru... eſt quod dicitur.*
19 Neque locus primitiarum coram te. *Quia ia... ſtructus vt viſum eſt.*
20 Vt poſſimus inue. miſere. tuam. &c. *Supple p... crificia & oblationes.*
21 Sed in anima contrita &c. *Q. d. loco ſacrificio... illud quod poſſumus tibi offerre, ſ. cor contritum & h... Pſal. 50. d. ſcribitur:* Sacrificium Deo ſpiritus cont... *de ſuper illud Geneſ. 25. d. Iſaac amabat Eſau, dicit Ra... lectæ ſunt magis tribulationes quam ſacrificia, quippe q... cia fiunt de diuitijs hominis, tribulationes verò de corpo... bulati, quod eſt magis charum ſibi: ſecundum quod di...* Pellem pro pelle & cuncta quę habet homo ... anima ſua.
22 Et ſicut in milibus agnorum &c. *Quia tribu... iſti erant propter Deum, eſt magis accepta Deo quam ... dictum eſt.*

✻ Quoniam

*nunc ſequitur te &c.* ✱ Theod. Multitudo calamita-
tu ex alijs, alios nos fecit, & qui mandata tua violaui-
mu vt toto corde & timeremus, & quæreremus te effe-
cit aciem autem Dei hoc loco, beneuolētiam vocauit,
& l ertatis recuperationem: qua potiti, & ſacrum tem-
plu poterat vide-
re ſacrificia per-
age, per quæ Deū
qui culis cerni nō
pot t, aſpicere ſe
cog abant, &c.
a *gloriam nomi-
ni tuo &c.*
✱ Theodoretus.
Hæc erga nos à te
adhibita clemētia,
aduerſariorum in-
fri etur audacia,
rab ſextinguetur,
ſup baque cogita
tio orum contere
tur ognoſcentque
te ſ um Deum ac
dor num eſſe: & q
nu multos ado-
rat eos eorum co
gni imbecillitate,
tua adorabūt po
ten m. Omnes ex
ipſi rebus diſcant,
ido rum cultum
ſtol um eſſe: te au-
tem omnium rerū
Do inum, ſuperio
res riculis facien-
tem eos qui in te
ſpe ponunt.
b *t non ceſſabant, &c.*

¶Luce conſcientiæ. ¶Expoſitio. ¶Chriſto.
crificium noſtrum hodie in conſpectu tuo, vt placeat tibi, 1
¶Q ita fiet. Quoniam. a ¶Quod ante non.
quoniam non eſt confuſio confidentibus in te. Et nūnc ſe- 2
a ¶Iubentem. b ¶Pœnitentes. c ¶Sicut filij. d ¶Miſericordiam & gratiam non aliud.
quimur tē in toto corde & timēmus te, & quærimus faciē
a ¶Ab expectatione noſtra. b ¶Quia & nos tecum, Deus operatur nobiſcum vt operemur. c ¶Non merita noſtra.
tuā. Nē confundas nos, ſed fac nobiſcum iuxta manſuetu- 3
a ¶Contra multa peccata miſeriæ noſtræ
dinē tuam, & ſecundum mūltitudinem miſericordiæ tuæ, 4
a ¶Sic. b ¶Ab inimicis. c ¶Qui facis mirabilia. d ¶Sic e ¶Non nobis domine non nobis &c.
a ērue nos in mirābilibus tuis, ēt dā gloriam nomini tuo 5
¶Nobis liberatis.
dñe, & confundātur omnes qui oſtendūt ſeruis tuis mala. 6
a ¶Cui nullus reſiſtit. b ¶In quo confidunt. c ¶Contritione.
Confundātur in omnia pōtentia tua; & rōbur eorum cōn- 7
a ¶Contriti. ¶Non alius.
teratur, & ſciēnt quia tu es dominus Deus ſolus & glorio- 8
¶Tamen
b ſus ſuper orbem terrarum. Et non ceſſabant qui miſerant 9
c eos miniſtri regis ſuccendere fornacē, Naphtha, & ſtupa, & 10 11
a ¶Viminibus vel ſarmentis arentibus vt aiunt. b ¶Forti vento impulſa.
pice, & mallēolis, & effundebatur flammā ſuper fornacem
a ¶Quod geometrica regula deprehenſum eſt.
cūbitis quadraginta nouē, & erupit & incendit quos repe-
a ¶Aſpiratio diuina. ¶Verbum Dei.
d rit iuxta fornacem de Chaldæis: Angelūs autem domini

✱ Theodoretus. Illi igitur intus in fornace choros du bant, regis autem miniſtri, & ſanctorum accuſa-tor non deſinebant flammæ materiam ſubminiſtrare, & v ium ſarmenta, ac ſtupam; naphthamque (id autem gen s eſt idoneum ad accendēdum ignem) tantumq; py-ræ ppeditabatur alimentum, vt ad quadraginta nouē cub os diffuſus ſit ignis, & Chaldæorum complures cō-bu rit.

c *aphtha*. Saluſtius ſcribit in hiſtorijs eſſe quoddam ger s fomitis apud Perſas quo maximè nutriantur in-cendij. Alij oſſa oliuarum areſacta cum amurca: vnde Græcum πυραν dicitur eò quod ignē nutriat qui Græcè πῦρ dicitur. Plinius dicit eam circa Babylonem modo liquidi bituminis profluere & nutriendis ignibus amicam eſſe: vt etiam longè admota, ignem corripiat. D Plinius.

d *Angelus autē do.* Hieron.
✱ Theod. Nemo hęc contēplans ſanctorū certamen extenuet, ſed ſacra illa reminiſcatur, *Eſt Deus in cœlis potēs eripere nos &c.* Angelus itaque flammā diſſipabat & mediam fornacis partē ignis carbonibus nudās: auram quandā frigidam ac mediocriter humidam quæ ſanctis adſerret voluptatē parabat atq; hāc in ſanctorum, corpora immittebat. E

✱ Auguſtin. Angelus Dei in fornacem cum miſſis ea hora pariter in ignē condeſcendit quod foras ignis ardores & flammas de fornace excuſſit, & intus manentes velut placido rore ſuperfuſos ſine vlla moleſtia incolumes conſeruauit, atq; in circūitu fornacis quoſcunque proditionis & interfectionis reos reperit: ignis ille conſumpſit. lib. 2. de mir. ſac. ſcript. c. 31.

✱ Chryſ. Vis orationis vim ignis extinxit, leones cohibuit, bella compoſuit, prælia remouit, tempeſtates ſuſtulit, cœli fores aperuit, vincula mortis diſrupit, langores eiecit, offenſas repreſſit, &c. Aīa oppreſſa & varijs perturbationib. occupata cū deſperat auxiliū humanum, ſ. & tota mente conuertitur ad Deum: deſcendit ad eam angelus dñi: i. diuinus ſermo, & extinguit ardentes ſagittas diaboli, & incendia cordis noſtri ne extinguamur. Hom. 5. de in cōp. Dei nat. F

☞ Greg.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quoniam non eſt confuſio &c. *Quod eſt verum de confuſione vera: quæ eſt coram Deo per peccatum in conſcientia mala licet ſancti bene ſuſtineant confuſionē coram hominibus ſed iſta non eſt vera confuſio, vnde dicit Chryſoſt. ſuper Matthæum; Leuis eſt con atio ſi homo in ſeipſo confuſus ſit, non tamen coram hominib. Per contrarium leuis eſt confuſio, i. modica vel nulla: ſi tantùm confuſu coram hominibus eſt: & non coram Deo.*

2 Et nunc ſequimur te. *Hic conſequenter Azarias allegat in ſua atione conſuetam Dei miſericordiam quam inueniunt reuertent ad ipſum: & hoc eſt quod allegat.* Et nunc ſequimur te &c. *Qu tercunque autem peccauerimus.*

3 Ne confundas nos. *Ideſt, confuſibiles in conſpectu hominū dim as.*

4 Sed fac nobiſcū. *Quia proprietas tua eſt miſereri & parcere.*

5 Erue nos &c. *Hic conſequenter Azarias inuocat liberatricē Dei potentiam, quę ſolet aſſiſtere in caſibus deſperatis ſecundū viam hu nam, & hoc eſt quod dicit:* Et erue nos in mirabilibus. *Hoc ſt per opera ſupra virtutem naturæ fienda, quod factum eſt in libe tione eorum de fornace.*

6 Et da gloriam nomini tuo. *vt infideles videntes potentiā tua mirabilem glorificent nomen tuum.*

7 Confundantur omnes &c. *Et loquitur hic de confuſione per pœnitentiam qua homo confunditur coram Deo de peccato perpet to, & hoc eſt quod ſubditur.*

8 Et ſcient quia tu es dominus &c. *Hoc factum eſt per hoc, quo Nabuchodonoſor viſo miraculo glorificauit Deum per totum reg m ſuum.*

9 Et non ceſſabant &c. *Deſcripta commēdatione diuinę equitat. Hic conſequenter ponitur condeſcenſio ſuę bonitatis incendēs no s & liberans innocentes. Circa quod quatuor tanguntur. Primu eſt fornacis incendium, cùm dicitur:* Et non ceſſabant &c. qui miſerant eos in fornacem. *Scilicet, & iſti erant fortiſſimi de exercitu regis, vt dictum eſt ſuprà.*

10 Succendere fornacem Naphtha. *Quod eſt genus bituminis inuentū circa Babyloniam, & maximè nutrit ignem, vt dicit Saluſtius: ſecundum alios ſunt oſſa oliuarum areſacta cum amurca.*

11 Et ſtupa & pice & mal. &c. *Ideſt, ſarmentis. Secundò ſubditur Chaldæorum excidium, cum dicitur:* Et effundebatur, *& patet litera. Tertiò angelicum præſidium ſubditur, cum dicitur:* Angelus autem domini deſcendit &c. *Quartò puerorum remediū cum dicitur:* Et non tetigit eos &c. *Et patet litera.*

*Sed quæritur hic quomodo iſti pueri non ſunt læſi in fornace, & dicunt aliqui quod hoc factum eſt per hoc quod angelus excuſſit flammam de fornace, vt hic dicitur, & appoſuit aliqua refrigeratiua interius, vnde dicitur hic quod fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem tunc ſecundum hanc viam, oportet dicere quod non erat ardor in fornace, nec ſecundum effectum: nec ſecundum rem, vel actum primum. Sed hoc non videtur verum: quia ſupra dictum eſt quod fuerunt poſiti in fornace ligati: tamen ignis conſumpſit vincula eorum: quia ambulabant in camino & non conſumpſit eorum corpora, & ſic patet quòd pueris exiſtentibus in fornace erat ibi ardor ignis, non ſolummodo ſecundum rem vel actum primum, ſed etiam quantum ad effectum vel actum ſecundum quod eſt comburere, ex quo combuſſit vincula eorum. Item infrà eod. cap. dicitur quod ambulabant in medio ignis ardentis. Dicendum igitur, quod ſalus puerorum facta eſt diuina virtute ſuſpendente actum ſecundum ignis, i. effectum: manente tamen actu primo, quia cū creatura obediat creatori in omnibus poſſibilibus fieri poteſt, per virtutem diuinam conſeruari ardor ignis in actu primo ſine ſecundo, quia prius poteſt abſolui à poſteriori. Et ſicut poteſt virtus diuina ſuſpendere actum ignis ſimpliciter ita poteſt ſuſpendere circa vnū obiectū abſq; hoc quod ſuſpendat circa aliud, & ſic ſuſpendit actum ignis circa corpora puerorum, & non circa vincula eorum, nec circa eos qui fornacem incendebant. Sed contra* Quæſtio. Quomodo ignis fuerit impeditus.

✱ præ-

Gregorius. Antiquus hoſtis licet innumeras ciborum A cõcupiſcentias noſtris obtutibus opponat, quibus libidinis feruor in his creſcat, bonis tamen mentibus ſuperni gratia ſpiritus inſibilat, & à carnalis concupiſcentia ęſtibus illeſæ perdurãt, vt & ſi vſque ad tentationem cordis flãma ardeſcat vſq; ad conſenſum tamen tentatio non exurat.

a *Tunc hi tres quaſi.* In orat.Do. ∴ Cyprianus. Loquebantur quaſi ex vno ore, & nondũ illos Chriſtus orare docuerat, & idcirco orantibus fuit impetrabilis & efficax ſermo, quia ꝑmerebatur dominum pacifica, ſimplex, & ſpiritualis oratio. Sic & apoſtolos B inuenimus oraſſe vnanimes cũ mulieribus, & Maria matre Ieſu, &c.

✠ Theod. Optimam ſimphoniam ſuam, & admirabilem cantum, ei cõcentui qui ſtatuæ adhibeatur opponentes: ſimulque oſtendentes, quãto non adoraſſe præſtantius eſſet, hymnum exordiuntur. Matt. 18. c. *Vbicumque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo &c.* *Sine fide trinitatis nemo auditur.*

¶Cordis.
deſcendit cum Azaria et ſocijs eius in fornacem, et excuſſit
¶Diaboli.
flammam ignis de fornace, et fecit medium fornacis quaſi
a ¶Suauem aſpirationem. b ¶Refrigerantem eos vel animam. c ¶Rationem, Dicunt enim Non mea voluntas, ſed tua fiat
vẽtũ roris flãtẽ, et non tetigit eos omninò ignis, neq; cõ 1
triſtauit, nec quidquã moleſtiæ intulit. Tunc hi tres quaſi
a ¶Vnanimiter.
ex vno ore laudabant et glorificabant et benedicebãt Deo
a ¶Quorum meritis, non noſtris liberamur.
in fornace, dicentes: Benedictus es dñe Deus pãtrũ noſtro- 2
b ru, et laudabilis et glorioſus et ſuperexaltatus in ſecula. Et
¶Omnia.
benedictũ nomẽ glorię tuę ſanctũ et laudabile et ſupexal- 3
¶In cœlo.
c tatũ in oĩbus ſeculis. Benedictus es in templo ſancto glorię 4
tuæ, et ſuper laudabilis et ſuper glorioſus in ſecula. Benedi- 5
¶Puro corde.
ctus es ĩ throno regni tui, et ſuplaudabilis, et ſupexaltatus
¶Cui omnia ſecreta nuda.
d in ſecula. Benedictus es qui intueris abyſſos, et ſedes ſuper 6
a ¶Plenitudinem ſcientiæ. ſ. charitatem, plenitudo enim legis eſt dilectio. 7
Chẽrubim et laudabilis et ſuperexaltatus ĩ ſecula. Benedi- 8
¶Oſtendunt ſe congaudere Dei laudibus, quam admirantur & laudant in omnibus.
e ctus es ĩ firmamẽto cęli, et laudabilis et glorioſus ĩ ſęcula.

b *Benedictus es &c.* ∴ Theodoretus. Amoris ardentiſſimi hęc verba ſunt, quo vulnerati nomina quærunt, quibus poſſint illius quem celebrant declarare dignitatem: quibus non inuentis, ſuperlatiuis ea præpoſitionib. contexunt, ſuperexaltatum vocantes & ſuperlaudabilem. Neque ipſum ſolum, ſed etiam nomen gloriæ ip[...] rectè vbique dominum ac Deum patrum ſuorum [...] lant, ſeipſos indignos hac appellatione cõfitentes. [...] nus tu dignus es inquiunt qui promiſſionem pat[...] ctam non fefelliſti, ſed eos elegiſti, tuã opem ad p[...]

e *Benedictus es in fir.* Vbique omnia cõples aiunt [...] nem contines creaturam. Vel hæc clauſula, *S[...] Cherub.* ſignificat. Qui dominaris etiam ſupernis [...] bus, quæ à nobis non videntur, & omnia ſub[...] habes: Thronum autem regni cęlum dicit, ſecun[...] lud, *Cœlum mihi ſedes eſt.*

*Cherubim.* Plenitudo ſcientiæ interpretatur.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *prædicta poteſt ſic argui: quia adminiſtratio rerum & conſeruatio ſunt idẽ realiter ſecundũ aliquos. Adminiſtratio aũt importat applicationẽ rei ad effectum, ergo conſeruari non põt in actu primo ignis quin exeat in ſecundũ actum appoſito combuſtibili. Item calefacere per ſe ineſt ignis, illud autẽ quod per ſe ineſt, alicui non põt ab eo ſeparari, ergo impoſſibile eſt, ꝙ ignis maneat in actu primo, & nõ cõ-* C *burat appoſito cõbuſtibili. Ad primum dicendũ ꝙ adminiſtratio rerũ & conſeruatio poſſunt dupliciter accipi. Vno modo ex parte cauſæ inquantũ ſunt actiones Dei in ipſo manentes, & ſic ſunt idem realiter: quia in Deo non eſt niſi vnica actio intrinſeca, quæ eſt idẽ qđ ſua ſubſtãtia. Alio modo ex parte effectus qui eſt in creatura; & ſic differt adminiſtratio à conſeruatione. Sicut .n. in artificialibus videmus ꝙ aliud eſt inſtrumentũ conſtituere in eſſe, & aliud ipſo conſtituto vti: vt patet de ſecuri. Ita intelligendum eſt in propoſito: quia creaturæ ſunt Dei artificiata, & ideo aliud eſt creaturam in eſſe producere ſeu tenere, qđ eſt conſeruare, & aliud ipſam ad operationem applicare, qđ eſt adminiſtrare: & hoc eſt poſterius ad ipſum miniſtrare: & hoc eſt poſterius ad ipſum cõſeruare: vt patet. Licet aũt poſterius nõ poſſit eſſe ſine priori, tamen prius põt eſſe ſine poſteriori: & ideò põt ignis conſeruari abſq; hoc ꝙ agat, nõ tamen èconuerſo. Et eadẽ rõne põt ſic conſeruari ꝙ agat in vnũ, & non in aliud: vt dictũ eſt. Ad ſcdm dicendum, ꝙ calefacere ineſt per ſe ignis: ſed hoc in tertio modo perſeitatis: & tale põt ſeparari. Illud aũt qđ per ſe ineſt primo modo, non põt ab aliquo ſeparari: et virtute diuina, quia ponitur in eius diffinitione, ideo non valet argumentũ. Qđ aũt dicitur qđ angelus fecit mediũ fornacis quaſi ventũ &c. Dicendum eſt qđ licet miracula fiant ſola virtute diuina principaliter, tamen angeli circa hoc habẽt aliquãdo aliqđ miniſteriũ: Sic hic, qđ flãma effuſa eſt extra fornacẽ, factũ eſt virtute angeli, ſed qđ pueri exiſtentes intra fornacẽ non ſunt læſi, hoc factũ eſt diuina virtute, igitur propter tale miniſterium prædictum dicit ſcriptura hoc feciſſe angelum.*

Diuiſio. 1 Tunc hi tres quaſi &c. *Poſita condeſcenſione bonitatis diuinę circa pueros, conſequenter ponitur collaudatio diuina maieſtatis ab ipſis: Et diuiditur in duas partes, quia primò iſti pueri Deum laudant. Secundò, ad laudem Dei creaturas inuitant, ibi:* Benedicite omnia ope. *Prima adhuc in ſex: quia primò laudant Deum in ſe. Secũdò in appropriato ſibi noĩe.* Et benedictum nomen &c. *Tertiò in aſſumpta humanitate.* Benedictus eſt in tẽplo. *Quarto, in beata virgine.* Benedictus es ĩ throno. *Quinto, in [...] diſtinctione.* Benedictus es qui intueris. *Sextò, in cœl[...] omnia continente.* Benedictus es in firmamento co[...] *ta ꝙ in omnibus iſtis modis quatuor nominibus cõiter vti[...] Deus Benedictus dicitur rõne creationis. Laudabilis rõne [...] tionis, Glorioſus, ratione conſummatæ fruitionis: Super[...] rõne incomprehenſę perfectionis, quia excedit omne quod [...] cimus & cogitamus. Vel aliter ſic, quia Deus dicitur, ben[...] ne bonitatis: Glorioſus rõne ſapientię: vnde dicit Ambroſ. [...] eſt clara notitia. Superexaltatus, ratione potentię: Laudab[...] tum ex iſtis deriuatur perfectio in creaturis. Dicit ergo p[...]*

2 Benedictus es do. Deus pa. no. *De patribus fit [...] ex meritis patrum procedebat eorum liberatio: ſequitur.*

3 Et benedictũ nom. glo. tuæ ſan. *Hoc eſt nomẽ d[...] tragrãmaton: qđ eſt Deo appropriatũ: & nulli alij attribu[...] cundum qđ dicit Rab. Moyſes illud nomen ſignificat diuin[...] tatẽ intrinſecã oĩbus alijs ſeparatis, Alia aũt nomina diui[...] nuntur ab operib. diuinis, ſicut patet de hoc nomine Helo[...] bræo: vel Deus in Latino quod imponitur à generali pr[...] & pp hoc cõicatur alijs per quandam participationem, [...] dices dicũtur Heloym vel dij: vt habetur Exod. 22. b.* Si [...] dñs domus applicabitur ad Deos *.i. ad iudices &c. [...] magis alia noĩa diuina hoc modo cõmunicantur. Nomen [...] ni Tetragrammaton nulli alij cõmunicatur, ſed de ſolo D[...]*

4 Benedictus es in temp. &c. *Iſtud templum eſt hu[...] Chriſti: quia* in Chriſto habitat plenitudo diuinita[...] raliter: *vt dicit Apoſtolus ad Coloſ. 2. Propter hoc dici[...] 21. g. de cœleſti Ieruſalem:* Templum nõ vidi in ea: [...] Deus ipſe eſt templum eius & agnus.

5 Benedictus es. *Hoc eſt in beata virgine q̃ ſpeciali [...] iuncta eſt Deo rõne maternitatis: & dicitur propriè ipſiu[...] qa in gremio eius ſedit quando recepit munera à regibus:*

6 Benedictus es qui. *Ideſt, angelos damnatos de cœl[...]*

7 Et ſedes ſuper. *Præſidens angelis ſanctis.*

8 Benedictus es in fir. *Et accipitur hic firmamentu[...] pyreo cœlo: quod deſcribitur immobile à ſanctis: qa eſt loc[...] beatorũ, ideo dicitur firmamentum. Cõſiderandum ẽt ꝙ i[...] turis prædictis dicitur Deus ſpecialiter benedici & glorifi[...] ſunt coniunctæ Deo ſpeciali coniunctione: vt patet ex*

*Benedicite omnia* *[op]era domini domino.* [Omnib]us, pro omnibus: [qu]ia cum videmus quid in mundo [pu]lchrum & hone[stu]m: inde Deum [lau]dare & ei refer[re] gratias debemus. Hieron. Gene[ra]li laudatione præ[mi]ſſa, quod omnis [cre]atura debeat lau[dar]e dominum, in [co]nſequẽtibus per [par]tes ſingulas co[ho]rtatur angelos [&] cœlos, aquas at[q]ue virtutes, ſolem [&] lunam, imbrem [&] rorem, ſpiritum, i[gn]em & æſtum, & [fri]gus, & cauma, [&]c. Omnis autem [cre]atura non voce, [ſe]d opere laudat do[mi]nũ, quia ex creatu[ra]is conſequenter [cre]ator intelligitur, [&] in ſingulis operi[bus] atque effecti[bus] Dei magnifi[cen]tia demonſtra[tur].

* Theodor. Hic [e]ſt ſenſus. Meum os [va]ſis non eſt ad lau[dem] Dei proſequen[dam]: quodlibet igi[tur] o[pu]s à Deo condi[tum], eum celebret. [Et] ſingula inter[pre]tans infinita ora[tio]nis vtar longitu-dine

a ¶Generaliter. ¶Primo generaliter.
a Benedicite omnia opera domini domino,laudate & ſuper 1
a ¶Particulariter.
exaltate eum in ſecula. Benedicite angeli domini domino, 2
laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite cœli do- 3
a ¶Vnde: Aquæ quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomen domini.
mino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. † Benedicite 4
a ¶Inferiores & ſuperiores.
aquæ oẽs quę ſuper cęlos ſunt domino, laudate & ſuper- 5
exaltate eum in ſecula. Benedicite omnes virtutes domini
b domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite
ſol & luna domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.
Benedicite ſtellæ cœli domino,laudate & ſuperexaltate eũ
in ſecula. Benedicite imber & ros domino, laudate & ſu- 6
perexaltate eum in ſecula. Benedicite omnes ſpiritus Dei
domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite
ignis & æſtus dño, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite frigus & æſtas domino,laudate & ſuperexalta- 7
te eũ in ſecula. Benedicite rores & pruina domino, laudate 8
et ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite gelu et frigus
dño,laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite gla
cies et niues domino,laudate et ſuperexaltate eum in ſecu
la. Benedicite noctes & dies domino,laudate & ſuperexalta
te eum in ſecula. Benedicite lux & tenebrę domino,lauda-
te & ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite fulgura & nu-
¶Spec a iter.
bes dño,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicat 9
c terra dominum,laudet & ſuperexaltet eum in ſecula. Bene
dicite montes & colles domino, laudate & ſuperexaltate
eum in ſecula. Benedicite vniuerſa germinantia in terra
domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite
fontes domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Be
nedicite maria et flumina domino, laudate & ſuperexalta
te eum in ſecula. Benedicite cete et oĩa quę mouentur in 10

dine, ad hanc choream & cantum inuitant & cœlum, & aquas, & virtutes, &c.

b *Benedicite ſol & luna domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.* † Pſal. 14.a.

* Theodoretus. Hæc non ſolum potentiam Dei oſtendunt, ſed etiam benignitatem, & curam: oportet namque vt vnuſquiſq; ipſum laudibus extollat Sic enim omnia pulchra ſunt, vt omnes pro ipſis dominum laudare debemus.

c *Benedicat terra dominum, laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.*

* Theodoretus: Cõmemoratis quæ in cœlo degunt, & in aere fiunt, iuſſiſque ſingulis Deum celebrare, ad communem matrem orationem conuertentes, eam quoque ad celebrandũ Deum inuitant. Deinde ſigillatim partes illius. Et quia partes ĩferioris maria ſunt & flumina, neceſſariò etiã horum mentionem fecerunt.

* Theod.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Benedicite omnia opera, &c. *Hic conſequenter tres pueri [inu]itant creaturas ad laudandum Deum cœli. Et primò creaturas [in ge]nerali, dicentes:* Benedicite omnia opera domini domi[no]. *Et cõſiderandum ꝙ in omnib. iſtis ſequentibus vtuntur iſtis ver[bis] benedicite, laudate, & ſuperexaltate eadem rõne qua vſi ſunt in [p]rædentib. noĩbus his, benedictus, laudabilis, & ſuperexaltatus.*

2 Benedicite angeli dñi domino. *Hic inuitant creaturas in [ſ]peciali: & primò creaturas purè ſpirituales, ſecundò corporales, ibi:* B[en]edicite cœli. *tertiò creaturã cõpoſitam ex ſpiritu & corpore, ibi:* Benedicite filij hominum. *Dicitur igitur primò:* Benedici[te] angeli, &c. *Primo enim inuitant creaturam angelicam tan[q]uam Deo propinquiorem. Vnde dicit Aug. lib. 11. confeſſi. Duo fe[ci]ſti domine: vnum prope te, ſ. naturam angelicam: aliud prope ni[hi]l, materiam primam.*

3 Benedicite cœli. *Hic inuitant creaturas corporales: & primò co[nt]ra cœleſtia, ſecundò ea quæ pertinent ad elementa, ibi:* Benedi[ci]te imber. *Circa primum dicitur ſic:* Benedicite cœli. *vbi inui[tan]t cœlum ſidereum cum ſphæris ſeptem planetarum & cœlũ cry[ſta]llinum: ideo dicitur.*

4 Benedicite aquę. *illud. n. cęlum dicitur aqueum pp quandam ſimilitudinem: quia conuenit cum aqua in diaphaneitate. Tertiò in[u]itant angelos inquantum mouent orbes: quia ex motu eos cognoſci[mus]: quia ex tali motione miniſtrant: & hoc eſt quod dicitur.*

5 Benedicite omnes. *Quartò inuitant ea quæ faciunt ad orna[tum] cœli, ſ. ſolem & lunam & alia luminaria. cùm dicitur:* Benedi[ci]te ſol & luna. *& patent in litera prædicta.*

6 Benedicite imber. *Hic inuitant ea quæ pertinent ad elementa, & primò inuitant ipſa elementa: Secundò ea quæ faciunt ad or[natu]m elementorum, ibi.* Benedicite cete. *Prima in quas: quia pri[mo i]nuitant elementa ſuperiora: ſecundo inferiora; ibi:* Benedicat te[rr]a. *Conſiderandum autem in omnibus iſtis quod iſta inanima[ta] ratione carentia dicuntur benedicere Deum, & laudare per quandam ſimilitudinem, inquantum perficiunt ea ad quæ ordinantur à Deo: Et iterum inquantùm ex conſideratione talium crea[tu]ræ rationales aſſurgant ad benedicendum & laudandum Deum.* *Primò igitur inuitant elementum aeris tangendo tres impreſſiones quæ fiunt in aere multum vtiles ad vitam hominum & fructificationem terræ naſcentium: quæ ſunt imber, & ros, & ſpiritus, ideſt, ventus, & hoc eſt quod dicitur:* Bened. imber & ros domino. *Secundò tangitur elementum ignis & eius effectus: qui eſt æſtus, cũ dicitur:* Benedicite ignis. *Tertiò tangitur alternatio tẽporis cauſata ex motu ſolis in obliquo circulo, ſ. hyems & æſtas: quia ſole exiſtente in ſignis auſtralibus cauſatur hyems, eo autem exiſtente in ſignis ſeptentrionalibus cauſatur ęſtas, & hoc eſt quod dicitur.*

7 Benedicite frigus. *ideſt, hyems, &c. Quartò inuitant impreſſiones quæ fiunt in oppoſitis temporibus, ſcilicet, in vere & autumno, cùm dicitur.*

8 Benedicite rores, &c. *quia ros plurimum fit in vere, pruina in autumno, vt dicit philoſophus 2. Meteororum. Quintò inuitant impreſſiones quæ fiunt in hyeme, ibi:* Benedicite gelu. *Sextò inuitãt ea quæ fiunt in motu ſolis diurno in duobus hemiſpherijs: quæ ſunt nox & dies, lux & tenebræ: quia ſole exiſtente in hemiſpherio noſtro cauſatur dies & lux. Quando autem eſt in hemiſpherio oppoſito cauſatur nox & tenebra, & hoc eſt quod dicitur:* Benedicite no. *Septimò inuitant duas impreſſiones notabiles quę ſunt fulgura & denſitas nubium. ibi:* Bened. fulgur. &c.

9 Benedicat terra. *Hic inuitãt elementa inferiora, ſ. terram & aquã. Et primò inuitãt terrã ſecundũ ſe, ibi:* Benedicat terra. &c. *Secundò quantum ad partes eius, ibi:* Benedicite montes & colles, *Tertiò quantum ad ea quę germinantur ex terra & adhærent ei, propter quod pertinent propriè ad ornatum terrę, ib.:* Benedicite vniuerſa germinantia. *Conſequenter inuitant elementum aquæ; & primò quantum ad originem fluminum, cum dicitur:* Benedicite fontes. *Secundò quantum ad id quod eſt terminus fluminũ: quę flumina in mari congregatur, ibi;* Benedicite maria. &c.

10 Benedicite cete & oĩa, &c. *Hic inuitant ea quę pertinent ad ornatum elemẽtorũ, cuiuſmodi ſunt aĩalia in elemẽtis viuẽtia & mouẽtia ſeipſa, & primò q̃ pertinent ad elementũ aquę, cuiuſmodi ſũt piſces, & hoc eſt qd dicitur:* Benedicite ce. &c. *& exprimũtur hic cete: q ſunt piſces maximi & mirabiles multũ inter creaturas Dei. Scdo inuitant ea quę pertinent ad ornatum aeris, cum dicitur.*

aquis dño, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedi- 1
cite omnes volucres cęli dño, laudate & ſuperexaltate eũ
in ſecula. Benedicite oẽs beſtiæ & pecora dño, laudate & ſu 2
a ¶Pro his omnibus. ¶Omnium. 3
perexaltate eum in ſecula. Benedicite filij hominum domi- 4
¶Supe emin re credentes omni creaturæ. ¶ p cialiter
no, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicat Iſrael 5
dominum, laudet & ſuperexaltet eum in ſecula Benedicite 6
a ¶Excellent quia ſunt & ſacer otes Baal. b ¶Credentes ſupereminere omni creaturæ.
ſacerdotes domini domino, laudate & ſuperexaltate eum
in ſecula. Benedicite ſerui domini domino, laudate & ſuper
a ¶Quibus diſcernimus b ¶Quibus viuificamur. c ¶Non eſt ſpecioſa laus in ore pecc. toris.
exaltate eum in ſecula. Benedicite ſpiritus & animæ iuſto-
rum domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Bene-
a ¶Beati pauperes ſpiritu. b ¶Corde, non hypocriſi, vnde: Diſcite à me: quia mitis ſum & hu. cor.
c ¶Omnia d ¶In vobis, verbis & factis & exaltatum prædicate.
dicite ſancti & humiles corde domino, laudate & ſuper-
a ¶Q Omnes benedicant. ſed vos præcipuè præſenti beneficio.
exaltate eum in ſecula. Benedicite Anania Azaria Miſael 7
domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Qui eruit 8
a ¶Ne mortui deſcenderetis ad inferos. b ¶De poteſtate.
vos de inferno, et ſaluos fecit de manu mortis, et liberauit
de medio ardẽtis flammæ, et de medio ignis eruit vos. Cõ-
a ¶Ergo. ¶Exemplo noſtro.
fitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſeculũ mi-
ſericordia eius: Benedicite omnes religioſi domino Deo 9
deorum, laudate & confitemini ei, quia in omnia ſecula
miſericordia eius.

*Hucuſque in Hebræo non habetur, & quæ poſuimus de Theodotionis editione tranſlata ſunt.*

a ¶Viſo tanto miraculo. b ¶Punitis principibus. rex corripitur vt viuens glorificet Deum.
Tunc Nabuchodonoſor rex obſtupuit, & ſurrexit properè 10
a ¶Quorum ſuggeſtione hoc fecerat. ¶Fortiſſimos exercitus, de quibus ſuprà ſcriptum eſt. 11
¶Tantum. 12
& ait optimatibus ſuis: Nõne tres viros miſimus in medio 13
ignis cõpeditos? Qui reſpõdentes regi, dixerunt: Verè rex. 14 15
a ¶Vt hoc ſubinferret interrogabat. 16
b ¶Cum tamen tres miſerim & ligatos.
Reſpondit rex, & ait: Ecce ego video viros quatuor ſolutos

A a ✲ Theod. *Benedicat Iſrael*. Inuitato humano genere ad hymnum concinendum, principes omnium filios Iſrael ad id faciendum hortantur, quos etiam multifariã diuidunt. Ac primo loco ponunt ſacerdotes, quippe quibus diuinum cõmiſſum fuerit miniſterium. Deinde ne exiſtimarentur ſolis ſacerdotib. hoc munus præſcribere, ſubijciunt.

b *Benedicite ſerui. &c.* Reſurrectionẽ quoq; ſuo præconio commendant.

c *Benedicite ſpiritus.* Ideſt, animæ iuſtorum humanis perturbationibus ſuperiores effectæ, quæ ſpiritus gratiam accepere. Tum quoque eos qui virtutis quodam genere præditi ſunt.

B d *Benedicite Sancti.* ✲ Hier. Humilitatem cordis habere, & præſens verſiculus docet, & illud quod in euangelio dicitur, *Diſcite à me q a mitis ſũ, et humilis corde.* Cordis autem illa eſt humilitas, q̃ in alio loco paupertas ſpiritus appellatur: vt nõ erigamur ſuperbia, nec ficta gloriam humilitate quæramus, ſed toto corde inclinemur.

C e ✲ *Benedicite Anania. &c.* Ita ſeipſos vltimos eorum omnium quę creata ſunt exiſtimabant, & omnium hominum abiectiſſimos. Talis etiam Paulus fuit, *Mihi*, inquit, *omnium ſanctorum minimo, &c.* Et alibi: *Peccatorum ſe primum vocat.* Admirãda ſunt ò dilecti, quæ à tribus pueris in camino dicta ſunt. Quomodo ex rebus creatis nihil reliquerunt, vt oſtenderent nihil

Epheſ.3.

1.Tim.1.

nihil ſui iuris eſſe, ſed oĩa Deo ſubiecta eſſe. Oĩa enim Deo ſubiecta ſunt, qui omnia per verbum creauit, ne glorietur aliquid eſſe increatum, vel ſine principio.

f *Qui eruit vos de &c.* Si enim morerentur quantumuis boni eſſent ad inferos deſcenderent.

✲ Theodoret. Inferos & man mortis vocat ca num. Sicut e fieri non pote aliquis iam ſe tus reſurgat abſ Dei opera, ſic non poterat ſe dum hominu turam, vt qui in tam incendij fl mam fuerant, i lumes euadere.

g *Confitemini d no quoniam bonus niam in ſ cul m cordia eius.*

✲ Theodor. C probius, quid gnius eo, qui r noſtris tãtam a buit miſerico Cumq́ue talen ſe tulerint vir miſericordia ſ lutem confe fatentur. D quia filios Iſra tum ſupra me rauerant, eos que qui inter tes piè viueren uini cultus ſtu ſos vocant.

h ✲ *Benedicite omnes religioſi, &c.* I tam eius bo oſtendere ſu contendentes, ea re victi, ſæ culorum nom petũt. Talis hi ſanctorũ hyn qui cùm agr & immitem ſ liſſet regem, pefactus è th regio ſurrexit atq; vltrò currere feſtinauit, & pro tribus, quatuor in fo tripudiantes conſpexit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Benedicite omnes volucres cœli. *Et accipitur cælum impropriè pro cœlo aereo. Tertio inuitant ea quæ pertinent ad ornatum terrę, cum dicitur.*

2 Benedicite omnes beſtiæ. *quantum ad animalia ſylueſtria: vnde dicuntur beſtię quaſi vaſtię.*

3 Et pecora domino. *quantum ad animalia domeſtica.*

4 Benedicite filij: *Hic inuitant creaturam compoſitam ex ſpirituali, & corporali, ſ. naturam humanam, & primò generaliter, cum dicitur.* Benedicite filij hom. *Secũdò populum Iſrael ſpecialiter, cum dicitur.*

5 Benedicat Iſrael dominum, laudet & ſuperexaltet eum, &c. *Et hoc eſt quod ille populus ſpeciali cultu dicebatur peculiaris Deo, tertiò adhuc ſpecialius ſacerdotes cum dicitur.*

6 Benedicite ſacerdotes. *& hoc quia debent pollere ſpeciali ſanctitate in populo, quartò miniſtros ſacerdotibus adiunctos, ibi:* Benedicite ſerui. *Et quia laus non eſt accepta à Deo, niſi fiat ex ſpiritu & ſanctitate & humilitate: ideo ſubditur:* Benedicite ſpiritus, &c. *Vltimò terminant laudem iſtam in ſeipſis ſicut à ſeipſis inchoauerunt, cum dicitur.*

7 Benedicite Anania. *Et hoc eſt quia ſpecialem rationem laudandi habebant, quæ tangitur, cum ſubditur.*

8 Qui eruit vos. *quia illuc deſcendiſſent animę eorum, n preſeruati fuiſſent de incendio ignis virtute diuina.*

9 Benedicite omnes religioſi: *Iſtud vltimum additur quia nõ ſolum in populo Iſrael. ſed etiam in alijs populis erant aliqui, qui ſpeciali cultu colebant dominum: ſicut fuit Iob & Melchiſedec, & conſimiles qui dicuntur hic religioſi.*

10 Tunc Nabuchod. &c. *Hęc eſt tertia pars principalis huius cap. in qua ponitur puerorum exaltatio condigna: vbi ſcriptura notat quatuor. Primũ eſt apparitio angeli: quia apparuit quartus cum tribus pueris: & hoc eſt quod dicitur:* Tunc Nabuchodonoſor rex obſtupuit. *Ex combuſtione ſubita robuſtiſſimorum virorum ſui exercitus: vt prædictum eſt: & de puerorũ ſaluatione in fornace.*

11 Et ſurrexit properè. *Ad videndum miraculum.*

12 Et ait optimatibus ſuis. *i. primis principibus poſt rem.*

13 Nonne tres viros. *ſ. & non plures.*

14 Miſimus in medio ignis. *quaſi dicat, Sic: & idem a mãt principes, & patet.*

15 Reſpondit rex & ait: Ecce ego video viros, &c. *ideo admirabatur de quarto.*

16 Solutos. *quia admirabatur quod ignis combuſſiſſet eorũ vincula & non corpora: & hoc eſt quod dicitur:* Et ambulantes in medio ignis.

Et

a *Et ſpecies quarti.* Iuxta Symmachum. Species aũt quar ſimilitudo filiorũ Dei, in quo angeli ſignificantur: qui & ij & Dei filij nũcupantur. Iſte angelus ſiue Dei filius: Chriſtus eſt qui ad inferni fornacẽ deſcendit, in quo ſanctorum animæ tenebantur: nec vrebantur vt ab inferis liberet: qui angelus magni conſilij dr̃.

b *Tunc acceſſit, &c.*
✲ Theod. Didicit iter, qui dixerat, *Quis eſt Deus qui eruat vos &c.* eſſe Deum ineffabilis poteſtatis omni imperãtem, vt contrariã ſanctis oſtenderet qualitatẽ: quem Deum ille appellabat, Deum eſſe cognouit, & celſiſſimum Deum.

c *Et erumpens.* Rurſus Deũ cõfitetur, idola damnat, pueros laudat, qui verũ Deum adorant, & illi ſi ſeruiunt.
✲ Theodo. Miſer ſemper experimẽto Dei percipiens virtutem obliuioni tradit miracula. Hoc ergo ſanctiſſimum Danielem itẽ fecit. Sentiens.n. cum adoraret, & nunc cõſpe ctam ſanctorum ſalutem laudat, & virum admiratur, qđ regis verbum mutarunt & iniquæ vitæ mortem anteposuerint.

d *Et me ergo poſitũ.* Quidã hoc peſſimè ad diabolum referunt, aſſerentes quòd in conſummatione ſeculi etiã ipſe recipiat veram Dei notitiã, & omnes cohortetur ad pœnitentiam: & hunc volunt eſſe regem Niniuę qui nouiſſime deſcẽdat de throno ſuperbiæ ſuæ & humilitatis premia conſequatur, & pœnitentiam agat.
✲ Auguſt. Si facta præterita in propheticis libris figurę fuerint futurorũ, in rege Nabuchodonoſor tp̃s figuratum eſt quod nunc habet Eccleſia. Conuerſus.n. ad honorandum Deum verum, decreuit in regno ſuo, vt quicunque blaſphemarat Deũ Sidrach, Miſach, & Abdenago, pœnis debitis ſubiaceret. Hoc ſignificauit tp̃a poſteriorũ regum iam fideliũ, quos patiuntur impij ꝓ Chriſtianis.
✲ Idem. Quõ reges dño ſeruiunt in timore, niſi ea q̃ contra iuſſa fiunt, religioſa ſeueritate prohibendo atque plectendo? Aliter.n. ſeruit quia homo eſt, aliter etiam quia rex eſt. Quia homo eſt ſeruit ei viuẽdo fideliter: qa D
verò etiam rex eſt, ſeruit, leges iuſta præcipientes & con- 4. Reg 18.
traria prohibentes ſanciendo. Sic ſeruiuit Ezechias tem- 4 Reg. 23.
pla idolorum & excelſa deſtruendo. Ioſias talia & ipſe fa- Ion 3.
ciendo, Rex Niniuitarum vniuerſam ciuitatem ad placã- Dan 6. & 14
dum dominum cõpellẽdo. Darius idolum frangẽdum in poteſtatem Danieli dando, & inimicos eius leonibus ingerendo. Nabuchodonoſor omnes in regno ſuo poſitos à blaſphemãdo Deo lege terribili prohibendo. In hoc ergo ſeruiunt domino reges, cum ea faciunt ad ſeruiendum illi, quæ non poſſunt facere niſi reges. Dan. 3.

a ¶Quam ſapiens ignis, vincula combuſſit: corpora ſeruauit.
& ambulantes in medio ignis & nihil corruptionis in eis
a ¶Angeli ſecundum LXX vel vt alij arbitrantur, Chriſti quamuis quæratur: quomodo rex impius videre Dei filium potuerit. ¶Ob hoc dicitur viſio. b ¶Non præmittit nuncios.
eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei. Tunc acceſſit Nabu- 1
a ¶Orat nominatim ter vt exeant, quos ſuperbè intruſit, hæc eſt mutatio dexteræ excelſi. 2
chod. ad oſtium fornacis ignis ardentis, & ait: Sidrach Mi- 3
a ¶Non idolorum ſurdorum & mutorum. b ¶Soluti qui ligati miſſi
ſach & Abdenago ſerui Dei excelſi viui, egredimini & ve- 4
a ¶Nec reluctantur mittendi nec contradicunt exituri.
nite. Statimq; egreſſi ſũt Sidrach Miſach & Abdenago de 5
medio ignis. Et congregati ſatrapæ & magiſtratus & iudi- 6
a ¶Admirantes
ces & potentes regis, contemplabantur viros illos, quo- 7
niã nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibus eorũ, & 8
capillus capitis eorum nõ eſſet aduſtus: et † ſarabella eorũ 9
¶Brachæ ¶Nedum vſta. ¶Etiam. 10
non fuiſſent immutata: & odor ignis non tranſiſſet per 11
a ¶Etiam. ¶In laudem Dei.
eos: Et erumpens Nabuchodonoſor ait: Benedictus Deus 12
a ¶Angelum vocat quem ſupra ſimilem filio Dei dixit.
eorum: Sidrach Miſach & Abdenago, qui miſit angelum 13
¶Ad ſupplicia.
ſuum & eruit ſeruos ſuos qui crediderunt in eum, & ver- 14
bum regis immutauerunt, et tradiderunt corpora ſua, ne
a ¶Alias ſolo.
ſeruirent et adorarent omnem Deum excepto Deo ſuo. A 15
me ergo poſitum eſt hoc decretum, vt omnis populus, et
tribus et linguæ, quicunque loquutus fuerit blaſphemiã
contra Deum Sidrach, Miſach, et Abdenago, diſpereat, et
domus eius † vaſtetur, neq; enim eſt Deus alius qui poſ- 16
ſit ita ſaluare. Tũc rex † promouit Sidrach Miſach et Ab-
denago in prouincia Babylonis.

✲ Idẽ. Nabuchodonoſor miraculo cõmotus atq; mutatus, pro veritate cõtra errorem edictũ propoſuit. & nõ vultis (ò Donatiſtæ) vt tale aliquod contra vos iubeant Imperatores Chriſtiani? Epiſt. 146. E
✲ Idem. Si Nabuchodonoſor dedit gloriam Deo, quia liberauit de igne tres pueros, vt decretum mitteret, *quicunque blaſphemauerit, &c.* Quõ Chriſtiani reges non mouebũtur, quos liberauit de gehenna quando vident hæreticos: Sẽpiternas mortes faciunt, & temporales ſe perpeti conqueruntur. Tract. 11. in Ioh.

† in latrinas uel lutum ponatur.

✲ Idem. Cum viuatis vt latrones, mori vos iactatis vt martyres lib. 2. cont. literas Petiliani. c. 83.
e *Tunc rex promouit. S.* Qui dicunt ſupra tres pueros nõ iudices prouinciarum, ſed præfectos fuiſſe ſingulorum operum, hic primò volunt eos prouinciarum iudices conſtitutos.
✲ Theod. Tanta prouidentia ſui cultus ſtudioſos dñs gubernat, vt merito exclamauerint hi ſancti adoleſcen- F
tes: *Quia non eſt confuſio vs qui in te confidunt.* Etiam nos itaque tantam adepti ſpem omni creaturæ ſimul opificem & gubernatorem præferamus, ſintque nobis hi adoleſcẽtes vtilitatis exemplum, pietatis exemplar, duces ad Deũ, & ad ea quæ à Deo ſuppeditãtur. Quæ vtinam nos omnes conſequamur gratia domini noſtri Ieſu Chriſti.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ſpecies quarti. *quia propter irradiationem vultus in corpore ſumpto bene apparebat quod angelus nõ erat filius hominis, ſed magis aliquid ſupra hominẽ & quid diuinum. Secundum quod ponitur ibi eſt approbatio miraculi, cum dicitur.*
2 Tũc acceſſit. *Ex quo patet eius deuotio: qa nõ mittit nunciũ.*
3 Et ait Sidrach, &c. *nõ idolorũ multorum q̃ coluntur ĩ terra.*
4 Egredimini. *De fornace.*
5 Et venite. *Ad me ſecurè. Sequitur.*
6 Et congre. *Qui dicũtur ſatrapę & hmõi ſuprà expoſitum eſt.*
7 Contemplabantur. *Admirãtes de miraculo quod probatur per id qđ ſubditur.* Quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibus eorum. *Et quod plus eſt.*
8 Et capillus capitis. *Qui tamen de facili incenditur.*
9 Saraballa. *i. brachę ęſtiuales & breues.*
10 Non fuiſſent immutata. *Quia non ſolum non erant aduſta, ſed nec fumo denigrata.*
11 Et odor ignis. *Quia erant immoderatè calefacti. Tertium quod ponitur hic eſt acclamatio Dei, cum dicitur.*
12 Et erumpens Nabuchodonoſor. *in laudem Dei, ſcilicet.*
13 Ait Benedictus. *Qui miſit angelum ſuũ: per hoc.n. erat alijs diſſimilis & ꝙ ſubito diſparuit alijs egredientibus de fornace cognouit, quòd fuerat angelus, ſequitur.*
14 Et verbũ. *Obediendo Deo & nõ regi. Et qa non ſolum Nabuchod. in ſe, ſed etiã in toto regno voluit laudare Deũ: ideo ſequitur.*
15 A me ergo. *i. lex firma, et patet. Quartũ qđ ponitur hic, eſt exaltatio populi Iſraelitici ꝑ puerorũ ꝓmotionẽ, & hoc eſt qđ dicitur.*
16 Tunc rex promouit. Si. &c. *Amplius q̃ antè: qa prius erãt ꝑfecti operum, ſed nunc fecit eos iudices ꝓuinciarũ, & patet litera. Et in iſto cap. põt aſſignari quadruplex moralitas, qa in ſtatua eſt nota ſimulationis, in adorantib. æmulationis, in miniſtris vel inſtrumẽtis adulationis, in fornace tentationis. Statua igitur notat ſimulationẽ potẽtię ſcientię ſeu cuiuſq; excellentię. Hęc ſtatua eſt ficta, qa vita ſimulata hẽt merã falſitatẽ. Aurea, qa hẽt falſam honeſtatẽ. Alta, qa hẽt falſam dignitatem. Lata, pp̃ falſam pietatem. Sita, pp̃ falſam poteſtatem. Dedicata, pp̃ falſam famę celebritatem. Adornata, pp̃ falſam maieſtatem. Hęc omnia ſimul concurrentia faciunt ſimulatorem, ſtatuam non hoĩem. In adorantibus eſt nota ęmulationis. Adorant primò ſatrapę. i. nobiles, aſpirantes ad nobilitatẽ generis. Magiſtratus. i. cõſiliarij aſpirãtes ad familiaritatẽ principis. Iudices aſpirãtes ad autoritatem. Duces, ſ. exercitus aſpirantes ad nõis celebritatẽ. Tyranni, aſpirantes ad poteſtatem. Optimates aſpirãtes*

A NICOLAVS DE LYRA.

* *ad regiam dignitatem. Hi oēs adorant ſeculi dignitatem, ne potentiā, honores, vel diuitias perdant: quorū exēplo ſubditi faciliter inducuntur impulſi à maiorib. p potentiā. A doctoribus per falſam doctrinā. A religioſis p falſam vitā. In miniſtris vel inſtrumentis notatur adulatio. Quidā.n. adulantur ſuperiorib. rōne timoris: & hoc ſignificatur per turbā quia terret: quidā rōne conſequendi honoris, vt ambitioſi: & hoc ſignificatur per fiſtulā: quidam rōne fauoris habendi in cauſis, & hoc ſignificatur per citharā: quidam rōne valoris tēporalis vt pauperes: & hoc ſignificatur per ſambucā: quidam rōne affectus carnalis amoris, ſicut ſunt propriè diligentes: & hoc ſignificatur per pſalterium: quidam rōne decoris vt laſciui, & hoc ſignificatur per ſymphoniam: quidā rōne liuoris, vt ſic per ſuperiores poſſint ſe vindicare de alijs: & hoc deſignatur per omne genus muſicorum: quia tales per omnem viam quærunt adimplere ſuum propoſitum. Quartò in fornace & pueris notatur tentatio & tribulatio, in fornace actiuè, & in pueris paſſiuè. Fornax enim tribulationis ſeptuplum ſuccenditur contra iuſtos antequam liberentur. Per aduerſitatem in inſidijs hoſtibus. Per aſperitatem, in afflictionibus corporis exterioribus. Per anxietatem, in conflictibus mentis interiorib. Per arduitatem, in operibus difficilibus. Per autoritatem, in præceptis fortioribus. Per auſteritatem, in victu & alijs neceſſitatibus corporalibus. Per calamitatem, in infirmitatibus & languorib. Fornax autē tentationis ſimiliter ſeptuplū ſuccenditur, quia ſeptem ſunt differentiæ tentationis: quia quædam eſt tentatio dubia, quędam occulta, quędam fraudulenta ſub ſpecie boni, quędam ſubita & perniciosa: quia in repentinis difficile eſt ſe bene habere, quædam importuna ſicut eſt tentatio carnis, quæ impugnat omnibus horis, quædam perplexa, quędam violenta ex intenſione periculi vel mortis. Hæ tentationes ſuccenduntur naphta.i. concupiſcentia peccati originalis. Stuppa.i. concupiſcentia ſuperbiæ & vanitatis. Pice.i. concupiſcentia luxuriç carnalis. Malleolis.i. concupiſcentia mundanæ cupiditatis, quæ deſiccat auarum hominem, ſicut malleoli ſarmenta ſunt deſiccata. Ex hac fornace eripiuntur pueri, i. innocētes. Vincula cōſumuntur. i. difficultas ad bonum & pronitas ad malum. Seruantur autem ſarabalia, i. bona quæ honeſtant, quia tegunt membra pudibunda. Thiaræ, i. bona quæ delectant: quia ponuntur in capite. Calciamenta, idest, bona quę ſuſtentant. Veſtes, i. bona quæ conſeruant. Flamma autem quę diffunditur per cubitos 49. & quinquageſimum non attingit, ſignificat pœnam inferni, quæ nunquam conſequetur remiſſionem iubilei, i. requiem æternam, quæ per remiſſionem iubilei ſignificatur in ſcriptura, quia in inferno nulla eſt remiſſio.*

B

## CAPVT IIII.

a Nabuchodonoſor. Epiſtola Nabuchodonoſor in pphetæ volumine ponitur, vt nō fictus ab alio poſtea liber ſicut ſycophanta mētitur, ſed ipſius Danielis eſſe credatur. Videtur hęc epiſtola poſt viſionē arboris miſſa, & mutationem 8. anno.

Hieron.

b *Ego Nabuchodonoſor.* Hiero. Hiſtoria ē manifeſta, nec magna indiget expoſitione. Ad offenſam. n. Dei dicitur Nabuchodonoſor in amentiā verſus ſeptem annis inter bruta animalia: herbis & radicibus vixit, & poſtea in regnū reſtitutus laudauit & glorificauit regem cœli, qa omnia opera eius iuſta, & omnes viæ

## CAPVT IIII.

a Nabuchodonoſor rex, omnibus populis 1
Gentibus & linguis qui habitant in vni 2
uerſa terra, pax vobis multiplicetur. Si- 3
gna & mirabilia fecit apud me Deus ex- 4
celſus. Placuit ergo mihi prædicare ſi- 5
gna eius, quia magna ſunt, & mirabi- 6
lia eius, quia fortia, & regnum eius regnum ſempiter- 7
num, & poteſtas eius in generationem & generatio- 8

a ¶ Mundo. ſecundum eos, qui per Nabuchodonoſor diabolum intelligunt qui dicit, Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me. Et alibi dicitur: Mundus in maligno poſitus eſt.

b ¶ Hoc totum eſt de Epiſtola.

nem. Ego Nabuchodonoſor in dōmo mea quietus eram, 9

C eius iudicia, qui ſuperbos humiliat. Sed quia volunt quidam per Nabuchodonoſor contrariam intelligere fortitudinem, de qua: *Videbam Sathanā ſicut ful. &c.* Et in Apoc. *Draco cadens in terram, tertiam partem ſtellarum ſecum trahit.* Et: *Quomodo cecidiſti lucifer qui, &c.* aſſerunt non potuiſſe fieri, vt homo nutritus delitijs, ſeptē annis fęno vixerit, & abſque corporis laceratione inter beſtias tādiu fuerit. Quærunt aūt abijciēdo, ſi alter ei ſucceſſit cuius vecordiæ fuerit ſi ei ab imperio ceſſit quod tantum poſſedit aut quomodo per tātum tēpus imperium illi ſeruatū ſit. & de rege fuerit, cum præſertim nihil tale contineant hiſtoriæ Chaldæorum, nec poſſint hæc ſilentio præterijſſe qui ... nora ſcripſe... Hæc oīa ing... vt cū hiſtori... ſteterit, per ... chodonoſor ... cetur diabol... nos non reci... nec oīa q le... vmbra & fab... deantur. Qui... amentes qua... ta animalia i... & ſylueſtrib... neſciat viuer... multo increc... ra hoībus ac... & Grecę & ... ne tradūt hi... cum Scillam quoq; & Chimeram, Hidrā, & Cent... & multa huiuſcemodi narrent fabulę, quid mirum ... oſtendendam Dei potentiam, & regum humiliar... perbiam Nabuchodonoſor hæc pertulerit?

Luc. 10. c.
Apoc. 12. a.
Iſa. 14. c.

* Theo. Nō ſine cā ſuū nomen poſuit, ſed vt ipſū quaſi teſtimoniū faceret. Cū. n. illuſtriſſimus eſſet, qui in Aſia, Aegypto, & Aethiopia erant, imperiu...

## NICOL. DE LYRA. CAP. IIII.

* 1 Nabuchodonoſor. *Hæc eſt tertia viſio ſignificans Chriſti prædicationē cōtra humanam proſperitatem. Materia aūt huius viſionis eſt factū Nabuchodonoſor, qui pp offenſam Dei ſeptē annis verſus fuit in amentiā, herbarū radicib. inter aīalia nutritus, & poſt per Dei miſericordiā ad regnū reſtitutus, & ſic humiliatus regē cœli laudare cœpit: in quo oſtēditur myſteriū dominicæ prædicationis, ſ. humanæ proſperitatis finē laudabilē oſtendentis. Cauſa finalis eſt pronuntiatio Chriſti prædicantis, trepidatio Dei omnipotentis, humiliatio regis ſuperbientis, exaltatio Danielis interpretantis, conſolatio populi ſeruientis. Cauſa efficiens eſt ſpiritusſancti inſtinctus, quē habuit Daniel tanq̄ vir ſobrius, & deuotus, humilis, & ſubiectus interpretationi aſſuetus. Cauſa aūt formalis cōſiſtit in modo ſcribēdi hāc viſionē q̄ ſcribitur p modū epiſtolæ: qa eſt epiſtola regis Nabuch. miſſa p totū regnum ſuū ad laudē Dei in memoriā huius facti, q̄ à Daniele poſita eſt in ſerie huius libri, & ideo diuiditur per modū epiſtolæ: quia primò ponitur ſalutatio, ſecūdò, ſubiungitur narratio, ibi:* Signa, *tertiò, infertur concluſio, ibi:* Nunc igitur. *In ſalutatione aūt pręponitur perſona ſalutans, quia eſt maior, cum dicitur:* Nabuchod. rex. *Poſtea ſubduntur perſonæ ſalutatæ, cum dicitur.*

Tertia viſio.
Cauſa finalis.
Efficiens.
Formalis.
Diuiſio.

2 Omnibus populis. *Quia erat monarcha orientis, vt dictum eſt. Tertiò deſcribuntur bona optata perſonis ſalutatis, cum dicitur.*

3 Pax vobis multiplicetur. *quia bonum pacis debet rex optare ſubditis, quia ad hoc eis preponitur.*

Diuiſio.

4 Signa & mi. *Hic ponitur cōſequenter epiſtolæ narratio: & primò ponitur in generali, ſecūdo in ſpāli, ibi:* Ego Nabuch. *Circa primum conſiderandum, q hic in generali narratur factum Nabuchodonoſor quō propter ſuperbiam ſuā in amentiam verſus eſt & humiliatus: & per conſequens à Deo in regnū reſtitutus, pp quod motus ad Deum laudandum, & per epiſtolam ad laudem Dei ſubditos inuitandum, & hoc eſt quod dicitur hic:* Signa. *i. operatus facta ad inducendum homines ad Dei reuerentiam.*

5 Et mirabilia. *quia excedunt intellectus humani facultatem.*

6 Fecit ap. me. *i. in perſona mea, & sūt verba Nabuchodonoſor.*

7 Deº excel. *hoc dicitur ad differētiā illorū, q̄ i tēplis colebantur.*

8 Placuit ergo mi. *i. ſolenniter per epiſtolam diuulgare.*

9 Signa eius. *i. opera ſuper naturam facta.*

10 Quia magna ſunt. *i. talia, quod nullus poteſt ſimilia facere.*

11 Et mirabilia eius. *cui nullus poteſt reſiſtere, vel ēt in ...dire.*

12 Et regnum eius, regnum ſempiternum. *i. ſine fi...*

13 Et pop. e. in gene. & generationem. *i. in omnem generationem.*

14 Ego Nabuchodonoſor. *Hic deſcribitur narratio ſpecialis, vbi premittitur quoddam exordium reſpectu ſequentium, in quo in generali tanguntur perſona videns & perſona interpretans, & ſtatus vtriuſque. Secundò aūt ponitur proſequutio iſtorum determinatè, ibi:* Viſio capitis mei. *Primò ergo deſcribitur perſona videns cum dicitur:* Ego Nabuchodonoſor. *monarcha orientis.*

15 Quietus. *ſ. a pręlijs ſubiugato mihi oriente.*

16 In domo mea. *i. Babylone quā fecerat caput ſuę monarchię, vt dicetur infra eod. cap.*

MORALITER.

† *Ego Nabuch.* In hoc capitulo ſub ſpecie arboris ſuccicæ cuius radices dicuntur remanſiſſe, ſ'm ſenſum literalē ſignificatur deiectio. Nabuchodonoſor pp ſuam ... nem. Moral. aūt per arborem iſtā ſignificatur hom... de Iudic. 9. b. dicitur: *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe...*

pis,nomen ſuum prępoſuit,quod idoneum eorum quę
A cerentur eſſet teſtimonium,dicit ergo.
a *Somnium vidi, quod&c.* * In tanta.n.fęlicitate ſomniū
vli mihi moleſtum, ac vehementer perterritus ſum ca
ſcie,ſed multo magis perturbabar, ꝙ quæ per ſomniū
ſinificarentur non
pſem intelligere.:
qare interpretādi
pitos accerſiui.
b *Tunc ingred.arioli.*
& * Theod.Non
ſiplicier hæc po-
ſit,ſed comparatè,
vtpſa comparatio
nomnib. prophe-
taſapientiam de-
claret,quare ſapiē
teBabylonis con-
ntnerat,vt oſtēdat
B ill quidem nihil
omnino ſcire,hunc
ve diuino ſpiritu
illuminatum.
c *onec*.Lxx.neſcio
quratione hęc prę
terrunt. Hac ergo
deuſa, & ſimilib.
trātatio eorum eſt
rej diata,& Theo-
doonis vulgo cele
bri,ꝗ& Hebraicæ
veatı, & cæteris
traſlationib. con-
net. Quæramus
ab s, qui in hac vi
ſice hiſtoriam nō
recpiunt, quis ſit
iſt Nabuchodono
ſo qui ſomnium
vidrit?quis Daniel
qu omnium expoſuerit & ventura prædixerit?& quo-
mo Daniel qui ſecundum eos ſancta intelligitur forti
tuo mea, a Nabuchodonoſor princeps ariolorom con-
ſtituitur & collega illius appellatur,
d *althaſar princeps ariolorum.* * Theodoretus. Pleroſ-
que

a ¶Reſpondeant quod ſomnium vidit diabolus, niſi forte quidquid in mundo eſt, vmbra videtur,& ſomnium.
a & florens in palacio meo. Sōmniū vidi,qđ perterruit me, 1 2
a ¶Mentis,non oculorum Ad gloriam enim ſeruorum Dei reuelantur myſteria illi.
& cogitationes meæ in ſtratu meo, & viſiones capitis mei 3
conturbauerunt me. Et per me propoſitum eſt decretū,vt 4
introducerentur in conſpectu meo cuncti ſapientes Baby-
b lonis,& vt ſolutionem ſomnij indicarēt mihi.Tunc ingre
diebantur arioli,magi,Chaldæi,& aruſpices,& ſomnium 5
narraui in cōſpectu eorum,& ſolutionem eius non indica
a ¶Quia ſolius Dei eſt hoc. ¶Familiaris.
c uerunt mihi,donec † collega ingreſſus eſt in cōſpectu meo 6
¶Sic enim vocabatur Deus Nabuchodonoſor.
d Daniel, cui nomen Balthaſar ſecundum nomen Dei mei, 7 8
a ¶Non mirum ſi errat Nabuchodonoſor more Gentilium,& quidquid ſuper ſe cernit,non Deum, ſed Deos arbitratur.
qui habet ſpiritum deorum ſanctorū in ſemetipſo, & ſom 9 10
a ¶Alij incantatorum.Non mirum ſi princeps ariolorum omnium conſtitutus ſit, qui ad præceptum regis ſapientiam didicerat Chaldæorum, & decuplum ſapientior inuentus eſt.
nium coram eo loquutus ſum. Balthaſar princeps ariolō- 11
rum quem ego ſcio, ꝙ ſpiritum deorum ſanctorum ha- 12
¶Secretum.
beas in te,& omne ſacramentum non eſt impoſſibile tibi: 13 14
¶licet.
viſiones ſomniorum meorum quas vidi, & ſolutoinem ea 15 16
e rum narra mihi. Viſio capitis mei in cubili meo. Videbā, 17 18
a ¶Nabuchodonoſor.
f & ecce arbor in medio terræ,& altitudo eius nimia:et ma 19 20
a ¶Excellentia regis.
g gna arbor,er fortis,et proceritas eius contingens cœlum. 21 22
Aſpectus illius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ. 23 24

que hominum proſperi ſucceſſus faciunt eorum qui de D
ſe bene meriti ſunt obliuiſci,neceſſitates verò quib. præ-
muntur eos illis in memoriam reuocant. Cum aliquis
proſpera corporis vtitur valetudine, medicæ artis mini-
mè recordatur, cum verò in morbū inciderit, memoria
repetit ſe alicuius
medici ope refectū.
Ita ēt Nabucho.&c.
e *Videbam,& ecce ar-
bor,&c.* * Theod.
Per arborē ipſum
ſignificari dixit bea
tus Daniel, altitudi
nem verò ait vſque
ad cœlum perueniſ
ſe, non arboris natu
ram ſignificans, ſed
cogitationes,& quę E
ille ſibi animo finge Iſa.14.
bat. Dixerat, *ſuper* † demum
*aſtra ponam thronum
meum.* idcirco proce
ritatem arboris vi-
det vſque ad cœlū
perueniſſe.
f *Et altitudo eius,&c.* Hier.
De huiuſmodi pro Pſal.36.g.
pheta.*Vidi impium ſu
perexaltatū,& e.ſi.ce-
li.* Qui non virtutū
magnitudine ſed ſu
perbia eleuanī,iōex
cidūtur,& corrunt. Hiero.
g *Aſpectus illius erat
vſque ad terminos vni.*
Theodotion, domi
natio,quod contem
ptores hiſtoriæ ca-
lumniantur, quia F
Nabuchodonoſor
orbem terrarum minimè poſſederit, qui orientis tantū
prouincias tenuit, ſed nos hæc omnia hyperbolicè dicta
accipimus, & ob ſuperbiam regis impij qui in Iſaia tan-
tum gloriatur vt iactet ſe tenere cœlum,& orbem terra-
rum quaſi nidum,& oua volucrum.
☞ *Folia*

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et florens in palacio meo. *quia omnia ſucceſſerant ſibi ad libitum:fortuna enim proſpera dicitur floritio metaphoricè.* 2 Somnium vidi.*diuinitus immiſſum.* 3 Quod perter.me. *diuina virtute hoc faciente,ſequitur.* 4 Et per me.*Hic incipit per ſomnij interpretantem tangere.Vt introducerentur in conſpectu meo cuncti ſapientes,&c.* 5 Tunc ingre.ario.*ſuprà expoſitū eſt qui dicuntur arioli,& cæteri hic nominati.* 6 Et ſolutionem eius. *quia hoc eſt ſolius Dei.Ex quo patet eos falſum reſpondiſſe in prima viſione,quando dixerunt. Rex dicat ſomnium ſeruis ſuis,& ſolutionem indicabimus: quia hic dicitur expreſſe,quod rex narrauit ſomnium in conſpectu eorum,& tamen neſcierunt interpretari.* 7 Donec collega.*i.familiaris.* 8 Ingreſſus eſt in conſpectu.*Quæritur ergo quare non fuit primò vocatus cum alijs,& maximè quia aliàs ſomnium expoſuerat,vt dictum eſt cap.2. Dicendum, ꝙ erat abſens pro aliquo arduo regni negocio: propter quod rex non præcepit interfici ſapientes,ſicut prius præceperat in ſimili caſu:quia expectabat Danielem,& hoc videtur ſonare litera cùm dicitur.* Solutionem eius non indicauerunt mihi, donec ingreſſus eſt Daniel,&c. 9 Cui nomen Balth.*quia tali nomine vocabatur Deus Nabuchodonoſor.* 10 Qui habet ſpiritum deorū ſan. *ad interpretandum ſomnia: propter hoc ars interpretandi ſomnia dicebatur ſcientia diuina. vnde,& Albertus magnus ſuper librum de ſomno,& vigilijs,dicit.Socratem exclamaſſe Athenienſib.laudantē ſcientiā diuinationis ſomniorū dicentem.Abſit a me,vt hanc veſtrā quam experti eſtis per ſomnia dicam eſſe falſam ſcientiā, ſed hanc, vt diuinā me ignorare profiteor, humana me ſcire exiliter proteſtatus ſum.Et vt verū fatear hoc ſolū me ſcire arbitratus ſum, ꝙ ignoro eo quod ſcientiam deorum,vel ſanctorum non ſum adeptus,ſequitur* 11 Balthaſar.prin.*i. diuinatorum: & hoc ratione diuinæ ſapientiæ quam habebat,& non alij,& hoc eſt quod ſubditur.*

12 Quem e.ſ ꝙ ſpi. *Dicit deorum ſanctorum ad differentiam dæmonum a quib.magi,& arioli,& huiuſmodi quærebant reſponſa:loquitur ēt in plurali de Deo ſecundum morem Gentilium. Sequitur.* 13 Et omne ſa.*i.ſecretum.* 14 Non eſt impoſ.*q.d.omne ſecretum potes aperire.* 15 Viſiones ſom.me.q.v. *Nō petit hic Nabuchodonoſor narrationem ſui ſomnij,quaſi ignorati, ſicut in prima viſione. quia hoc ſomnium narrauit primò ex alijs conjectoribus & ſecundò Danieli,vt hic dictum eſt:ſed petit narrationem per modum expoſitionis:in qua oportet repeti ſomnium ab expoſitore applicando partes ſingulas viſionis ad partes ſolutionis.* 16 Viſio capi. *Poſito exordio narrationis, & interpretationis,hic procedit ad vtrunque in ſpecial:& primò ad narrationem,ſecundò ad eius interpretationem,ibi.*Tu ergo Balthaſar. *Prima in tres, quia primò narratur viſio prout ſignificat contra eum diuinam ſententiam, ibi.* Videbam.*tertio,prout exprimit ſententiæ cauſam,ibi.* In ſententia.*In prima ergo parte dicitur ſic.Viſio capitis mei,quia tales viſiones fiunt in parte imaginatiua, quæ viget in capite.* 17 In cubili meo.*quia in ſomno eſt facta iſta viſio quietatis ſenſib. exterioribus.hæc eſt.ſ.quæ ſequitur.* 18 Videbam,&c.*per arborē.Nabuch.ſignificatur, quia ſecundum Philoſophū homo eſt quaſi arbor euerſa habens radices ſurſum.i.capillos vel os, quia radices ſunt ori ſimiles 2.de anima.* 19 In med. ter. *quia Babylon vbi regnabat Nabuch. eſt in medio climate terræ habitabilis.ſ.in quarto ſecundū Alfraganum.* 20 Et altitudo,&c.*propter potentiam Nabuch. & eius ſuperbiam.*
21 Magna.*propter regni extenſionem.*
22 Et fortis.*propter magnam malitiam,& peritiam armorum.*
23 Et proceritas,&c.*propter Nabuchodonoſor excellentiam,qui de infimo ſtatu ad tantam potentiam deuenerat,vt ſupra dictum eſt.*
24 Aſpectus illius,&c.*quia ab habitantib.in remotis partib. t-*
* *mebatur,*

*MORALITER.*

Ibi namque per ligna homines intelliguntur. Et de hac arbore ſubditur.
19 *Ecce arbor,&c.*i.in medio terreſtrium hominum,quorum ſtatus variabilis eſt ſecundum fortunæ motum.
20 *Et*

20 *Et altitudo,&c.*per ſuperbiam ex fortunæ proſperitate cauſatam. 21 *Magna arb.*propter ſtatus eminentiam.
22 *Et fortis.* propter potentiam mundanam.
23 *Et proceritas.* ideſt, elatio nimis exceſſiua propter impenſam ſibi reuerentiam. 24 *Aſpectus illius.* per no-

a *Folia eius pulcherrima.* ✠ Theo. Folia vocat decus illud
A quod conſpiciebatur in veſte, & throno, & regiis & ſcuta
tis, haſtatis, ſatellitibus, ac ſtipatorib. corporis Fructum ve
rò tributum, quod vndiq; ei afferebatur. Idcirco autem,
multum fructum non autem pulchrum dixit, neque.n.
iuſtè impoſitū erat.
b *Eſca vniuerſorū in ea, &c.* ✠ Theo. Siquidem, & agricolę ipſius procuratione pace fruentes, è terra fructus percipiebant: & milites ab ipſo commeatus percipientes in armis vitam degebāt.
c *Subter eam, &c.* Nam, & ferino more viuentes barbari, & rōne magis vtentes, ac mitiores, &
B acuto ingenio homines, & alta mente præditi, ſub ipſius imperio vitam traducebant.
Hieron. d *Vigil.* Theodotiō, angelus. Vigilant n. angeli ſemper ad Dei officium parati. Nos quoque crebris pernoctationibus eos imitari debemus. De ipſo quoque dicitur. *Non dormitabit, neq; dormiet*
Pſal. 120. a. *qui cuſtodit Iſrael.* In ſequentibus quoq; dicitur. *In ſenten. vi.* .i. angelorum.
✠ Theo. It vocat vigilantem, ſic .n. Græcè interpretatur. Vigilantem aūt vocat angelum, vt ſignificet corporis expertē: qui n. corpore indutus eſt, ſomno obnoxius eſt: qui verò ſomno præſtantius eſt, is eſt liber a corpore. Deſcēdit autem

autem de cęlo, vt diſcat Deū ipſum eſſe qui contra ſe[n]
tentiam tulit: docetur aūt quis ei regnum tradiderit, a[ ]
tens regnum. Videt. n. arborem exciſam, & ramos ſ[ ]
ratos, hoc eſt, principes ac præfectos. & ſatrapas, & mi[ni]
ſtratus, folia aūt excuſſa, quam ſibi gloriam cōparauc[ra]t,
1 filiorum inſtar
2 tem, & tabeſce
3 fructū verò di[ ]
4 ſum, quia qu[ ]
5 butum exige[ ]
6 ad ſeipſos in
7 quum ſine vll[ ]
8 tu lucrum co[n]
9 tebant.
10 e *Fugiant beſtiæ.*
11 ✠ Theod. Q[ ]
12 præter volunt
13 ei ſeruire coac[ ]
14 rant, inuenta
15 ſione regis mu[ ]
16 ne, ab eius im[ ]
17 deſciuerunt.
18 f *Et alligetur vi[n]culo.*
19 ✠ Vtis qui de[ ]
20 tiæ morbo c[ ]
21 ptus erat, & [ ]
22 bantum more agitatus, contra omnes rabie inſaniebat, neceſſari[ ] culis conſtrictus fuerat, quæ tamen haud idonea e[ ] ipſum detinerent, ſed vagabundus deſertis in locis [ ] batur, ſub diuo infelix iumentorū inſtar depaſcēs[ ]
g *Et ſeptem tempora.* ✠ Theo. Hoc Dei longanimi[tatem] declarat. Breui. n. tempore ſupplicium definit, exp[ectans] eam pœnitentiam quam ſit paritura diſciplina.
Quidam mentiuntur, quòd ſeptem anni in ſ[eptem] menſes mutati ſunt oratione Danielis.

a ¶ Decus regni. ¶ Diuitiæ. ¶ Quos alebat.
a Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & eſca vni-
a ¶ [Simplices.] b ¶ Feroces.
b uerſorum in ea. Subter eam habitabāt animalia & beſtiæ,
c ¶ Leues mendaces.
& in ramis eius conuerſabantur volucres cęli, & ex ea veſce
bat omnis caro. Videbam in viſione capitis mei ſuper ſtra-
d tum meum, & ecce vigil & ſanctus de cęlo deſcēdit, & cla-
mauit fortiter, & ſic ait: Succidite arborem, & pręcidite ra-
e mos eius, excutite folia eius, & diſpergite fructus eius: fu-
a ¶ Notat regem deponendum, ſed illi ſeruandum regnum.
giāt beſtię q̄ ſubter ea ſunt, & volucres de ramis eius. Verū
a ¶ Tentatione duriſſima, vel [ ]e ſit inſanus.
f tamen germen radicum eius in terra ſinite, & alligetur vin
culo ferreo & æreo, in herbis† quæ foris ſunt, & rore cęli tin
gatur, et cū feris pars eius in herba terrę. Cor eius ab huma
a ¶ Anni. b ¶ Anniuerſario curſu.
g no commutetur, et cor feræ detur ei, et ſeptem tēpora mu-

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *mebatur, ne eos inuaderet.*
1 Folia eius pulcherrima. *hoc dicit quantum ad eius ornatum*
C *& iocalia, quæ diuerſis regnis ſuperatis congregauerat.*
2 Et fructus eius. *propter multitudinē diuitiarum artificialium*
3 Et eſca vniuer. &c. *propter multitudinē diuitiarū naturaliū.*
4 Subter eam habitabant animalia. *i. ſimplices.*
5 Et beſtiæ. *i. quia nullus audebat reſiſtere ei.*
6 Et in ramis, &c. *per volucres intelliguntur garruli, & mendaces ad alta tendentes, quia tales ſolent principibus eſſe laterales.*
7 Videbam. *Hic conſequenter narratur viſio inquantū cōtinebat*
Pſal. 75. a. *ſententiam Dei. vnde dicitur ſic.* Videbā. *ſ. proſperitatē ſtatus mei.*
8 In viſione capitis. *qa proſperitas præſēns vitæ nō eſt niſi quaſi ſomnium. vnde dicitur in Pſal.* Dormierunt ſomnium ſuum & nihil inuenerunt oēs viri diuitiarum in manibus ſuis.
9 Et ecce vigil. *i. angelus quia angeli vigilant ad cuſtodiam noſtram, & ad exequenda Dei mandata, & quia nunquam ceſſant ab actu intelligendi, ſicut nos ceſſamus oppreſſi ſomno.*
10 Et ſanctus. *Hoc dicitur ad differentiam dæmonum, quia philoſophi Gentiles dicebant dæmones corpora habere aerea, vt dictū eſt ſuprà. angelos autem eſſe intelligentias omnino ſeparatas.*
11 De cœlo deſcendit. *quia a Deo mittuntur angeli ad hæc inferiora adminiſtranda.*
12 Clamauit for. *ad inſinuandum autoritatem diuinæ ſententię*
13 Succidite arborem. *quia Nabuchodonoſor de regno abiectus eſt ad tempus, vt dicetur infrà eod. cap.*
14 Et præcidite ramos. *i. filios eius vel poſteros qui deiecti ſunt & interfecti per Medos, & Perſas, vt patet cap. ſeq.*
15 Excutite fo. *i. decorem regni, quia multum deperijt i[n] [in]ſanitate longa regis Nabuchodonoſor.*
16 Et diſpergite fructus. *quia illo tempore quilibet rapiel[at] diuitias illius regni.*
17 Fugiant, &c. *quia multi receſſerunt de dominio Nabuch[odono]ſor tēpore amentiæ ſuæ tā de ſimplicib. qui ſignificantur per b[eſtias], quàm de principibus qui deſignantur per volucres ad alta te[ndentes].*
18 Veruntamen germen, &c. *i. ſpem certam reuertend[i] [ad re]gnum poſt amentiam.*
19 Et alligetur, &c. *i. infirmitate inducta ex diuina ſenten[tia] [qu]ę infrangibilis eſt.*
20 In herbis, &c. *quia tpe amentiæ habitabat in cāpis cū [beſtiis].*
21 Cor eius ab humano, &c. *quia perdidit vſum ratio[nis] [per] amentiam, & ſic factus eſt quaſi beſtia: quia vita hominis n[on] [dif]fert a vita beſtiali, niſi per vſum rationis: non quia fuit mut[atus] [in] bouē: vt dicit Ioſeph. qui licet veraciter narrat hiſtoriā vet. [ta]men quando vult exponere turpiter deficit, ſicut de nuditate [in] ſtatu innocentiæ: dicit Ioſephus ꝙ non erubeſcebat, & expen[] tionem aſſignat, quia Adam vixit tunc in ſimplicitate beſtia[li] [ſicut] pueri ante vſum rationis non erubeſcunt de ſua nuditate: ſe[d h]oc eſt manifeſtè falſum, quia ſic per peccatū melioratus fuiſſet ſta[tus] [pri]mi hoīs, quia per hoc adeptus fuiſſet vſum rationis, & eodē [mo]do dicit hic Ioſephus, dicendo ꝙ Nabuchodonoſor fuit mutatus [in] [boue]m.*
22 Et ſeptem tempora, &c. *i. ſeptem anni. per tempus [inte]lligitur annus in ſcriptura, vt dicitur 12. c. cum dicitur.* P[er] tem[pus], & tempora, & dimidium temporis. *Ex quo pate[t] [f]alſum eſſe quod aliqui dicunt 7. annos fuiſſe mutatos in 7. menſes [ora]tione Danielis, vt dicit gloria ſuper locum iſtum.*

## MORALITER.

minis ſui diffuſionem.
1 *Folia eius, &c.* per exterioris apparatus oſtentationē in familijs, & equitaturis, in vaſis aureis argēteis, & ſimilib.
2 *Et fructus eius nimius.* per opulentiam.
3 *Et eſca vniuerſorum in ea.* i. multorum: quia ſicut dicitur Eccl. 5. c. *Vbi multæ ſunt opes, ibi multi qui comedunt eas.*
4 *Subter eam, &c.* i. ſimplices in humilib. officijs exiſtentes ſicut famuli coquinæ, & ſtabulorum, & huiuſmodi.
5 *Et beſtiæ.* quod nomen eſt propriè ferocium animaliū, vnde dicuntur beſtię quaſi vaſtiæ a vaſtando: ideo per eas ſignificantur miniſtri feroces in leuandis exactionibus, & grauaminibus inferendis.
6 *Et in ramis, &c.* i. garruli adulatores, & mimi.
6 *Et ex ea, &c.* i. homines carnales, & non religioſi vel pauperes.
9 *Et ecce vigil. & ſanctus.* i. Spirituſſanctus qui nu[nquam] dormit.
11 *De cęlo deſ.* Spirituſſanctus. n. inſpirans prophet[as &] [ſan]ctos fortiter clamat contra tales ſuperbos in noue [& ve]teri teſtamento.
13 *Succidite arborem, &c.* nam in morte præſcindu[ntur ta]les ſuperbi, & in inferno puniuntur, niſi per veram [pœni]tentiam ante mortem ad Deum humiliter reuert[untur:] ꝙ ſemper poteſt fieri durante vita præſenti. Ideo ſu[bditur]
18 *Veruntamen germen radicum.* Per hoc autem ger[men ſi]gnificatur liberum arbitrium reuerti potens ad b[onum]. Quia tamen hoc eſt difficile in hominibus aſſuetis [ad ma]lum, ideo ſubditur.
19 *Et alligetur vinculo ferreo.* Per quod ſignificatur [ha]bitus malus faciens difficultatem in dicta reuerſione. [Qu]ia tamen non facit impoſſibilitatem, ideo ſequitur.
† In

ogitationes, &c.
itelligebar ſo
m regi contra
ſe, & cordis ti-
palloreuultus
bat, pro rege
n ingratus do
, qui ei pluri-
e tulerat & ne
tur inſultare
*Domine mi, &c.*
*thaſar.* Videns
territum, nec
ſe velle dicere
id ſiniſtrū: co-
tur vt verè, &
iciter quod in
t eloquatur.
*borem quam vi-*
*c.* ✱ Theo O-
retium eſt Da
admirari ſa-
Neq; .n. ſim-
er dixit, *arbor*
, ſed magnifica
corroborata:
eſt, non ab ini-
iſti magnus,
ulatim factus
potentiam nō
u adeptus es,
aſim eā tibi cō
ti. Subijcit.
*magnificatus es.*
ę captè admo-
opportunè cę
terræ acōmo-
Dominationē

a ¶ Quia ſic oportet fieri. b ¶ Angelorum quorum Gentes opprimebat, quorum ſermo, & petitio erat, vt deponeretur.

tentur ſuper eū, & † in ſententia vigilium decretū eſt, & ſer 1
a ¶ Eorum apud Deum. b ¶ In eo
mo ſanctorū, & petitio donec cognoſcant viuentes, quo- 2
niā dominatur excelſus in regno hominum, & cuicumq; 3
voluerit dabit illud, & humillium hominem conſtituet ſu 4
per eum. Hoc ſomniū vidi ego Nabuchodonoſor rex. Tu 5 6
ergo Balthaſar interpretationem narra feſtinus: quia oēs 7
ſapiētes regni mei non queunt ſolutionē edicere mihi. Tu 8
autē potes: quia ſpiritus deorum ſanctorum in te eſt. Tunc 9
Daniel cuius nomen Balthaſar, cępit intra ſemetipſum ta-
citus cogitare, quaſi vna hora, & cogitationes eius contur 10
babant eum. Reſpōdens autē rex ait: Balthaſar, ſomnium
a & interpretatio eius non conturbent te. Reſpondit Baltha
b ſar, & dixit. Domine mi, ſomnium his qui te oderunt, & in- 11
a ¶ Abſque regis iniuria explicat veritatem, & ne videatur ſuperbè arguere exponit altitudinē potētiæ. ¶ Ideſt, arbor.
terpretatio eius hoſtib. tuis ſit. Arborem quam vidiſti ſub 12
a ¶ Præſumptione tua.
c limem atq; robuſtam, cuius altitudo pertingit ad cęlum, &
a ¶ Principes.
aſpectus illius in oēm terram, & rami eius pulcherrimi, &
fructos eius nimius, et eſca oīum in ea, ſubter eam habitā-
tes beſtiæ agri, et in ramis eius commorantes aues cęli: tu
d es rex q magnificatus es, et īualuiſti, et magnitudo tua cre
a ¶ Hyperbole.
uit, et peruenit vſq; ad cœlum, et poteſtas tua in terminos
e vniuerſæ terræ. Quod aūt vidit rex vigilem, et ſanctum de
ſcendere de cęlo, et dicere. Succidite arborē, et diſſipate illā:
f attamē germē radicum eius in terra dimittite, et vinciatur

.n. dixit perueniſſe ad fines terræ: ad cęlum verò non item dominationem, ſed magnitudinē, hoc eſt cogitationis phā taſiam. D

† in decreto vigilium verbum, & in ſermone ſanctorum petitio, vt cognoſcāt &c.

e *Quod aūt vid. &c.* ✱ Et finem orationi faciens, neceſſariò ſubiecit. *Decretū altiſſimi eſt, q̃ perueniet ſuper dominum meum regem.* Hinc planè diſcere licet, apoſtolicæ doctrinæ vtilitatem. *Omnis anima,* in quit, *poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* Beatus quoque Daniel dominum, impium regem vocat, & legis poteſtati obediens congruis vſus eſt appellationibus. Rom. 13. E

f *Vinciatur ferro, &c.* Hieron. Quærunt a nobis qui hiſtoriæ contradicunt quomodo ferro, & ære vinctus fuerit, aut quis eum ligauerit, cum perſpicuum ſit omnes furioſos ne aliquos occidant catenis religari. Quæſtio.

☞ *Hæc*

NICOLAVS DE LYRA.

a ¶ Tam obſcura eſt uiſio, vt etiam prophetam doceri e ... b ¶ Q ... c ¶ Non a facie Dei, ut ab eo recederem ... ſed vt te docerem ¶ Ab inuiſibilitate factus tibi uiſibilis.

docuit me, et loquutus eſt mihi, dixitq;: Daniel nũc ẽgreſſus

a ¶ Ex quo rogare incepiſti impetraſti. b ¶ A Deo.

ſũ, vt docerẽ te & ĩtelligeres. Ab exordio precũ tuarũ ẽgreſ-

a ¶ Sententia b ¶ Quæ ignoras. c ¶ Siue Deo amabilis, & Dei amore dignus vt Salemon, Ididia dicitur, vel vir deſideriorum, vt pro deſiderio tuo ſecreta audias conſcius futurorum.

e ſus eſt ſermo. Ego aũt veni vt indicarẽ tibi, † quia vir deſi-

a ¶ Si hoc Danieli dicitur, quid nos facere oportet, quorum oculi ignorantiæ tenebris & caligine vitiorum cæcati ſunt?

deriorũ es. Tũ ergo aĩaduerte ſermonẽ & intellige viſionẽ.

*inuocatum eſt ſuper populum tuum.* D
c *Adhuc loquente me.* Li. 8. de... Cap. 2.
✱ Euſebius Cum Iudaicæ gentis ſeptuagenaria apud Babylonios ſeruitus iam ad finem tenderet, Danieli ornati vnus ex ſanctis Dei mini-
1 ſtris viſus Gabriel ar
2 changelus, renona-
3 tionem vrbis Hieru
4 ſalem primo quoq;
5 tẽpore & ſine mora
futuram canit; & tẽ
9 pus vſq; ad eā renouationẽ numero annorum determinat,
7 prædicitque quod poſt
8 definitum illud temporis ſpatiũ rurſus
6 euertetur.
d *Tetigit me tempore* E
10 *ſacrificij veſpertini, &*
11 *docuit me & loquutus.*
✠ Theodoret. Hoc
12 eſt, circiter tempus
13 veſpertini... cultus:
14 vel tantum tempo-
15 ris ſpatium, quantũ
16 veſpertinus occupat
17 cultus.
18 e *Quia vir deſiderio-*
19 *es.* ✱ Theodoret. Vi- † Infra 10. b.
20 rum deſideriorum F
vocat, vel ut eum
21 qui ieiunio & afflictioni deditus contra corporis cupiditates uiriliter decerret: vel vt ex petentẽ cognoſcere quæ tẽplo ſint euentura vel quia iucundus, eſt & admodũ amabilis tales uirtutis ſplendores emittẽs.

Finis autem deprecationis dignus eſt Danielis humilitate: *Propter te* inquit, *Deus meus*, neque enim ego dignus ſum, qui hanc à te gratiam exorem: ſed *Quia nomen tuum inuo-*

☞ a *Septua-*

## NICOLAVS DE LYRA.

*qui innititur diuinæ bonitatis & clementiæ, & non propriæ iuſtitiæ & hoc eſt quod dicit:* Propter temetipſum. *id eſt, propter bonitatem tuam.* Inclina Deus meus, &c.
1 Exaudi domine. *Hic deſcribitur orantis inſtantia, cum dicitur:* Exaudi domine. *preces benignè audiendo.*
2 Placare. *offenſam remittendo.*
3 Attende & fac. *nobis conſolationem perfectam tribuendo.*
4 Ne moreris. *quia tempus inſtat, in quo promiſiſti conſolationes dare nobis.*
5 Propter temetipſum. *vt. ſ. veritas tua cunctis appareat & bonitas, & ut cultus tibi debitus perſoluatur: propter quod ſubdit:* Quia nomen tuum eſt inuocatum ſuper ciuitatem, &c.
6 Cumque adhuc loquerer. *Deſcripto merito orationis ex parte Danielis, hic conſequenter ponitur modus reuelationis ex parte Gabrielis. Et diuiditur partes. Quia primò ponitur Danielis excitatio. Secundo, ei facta eſt reuelatio, ibi.* Septuaginta hebdomade. *Circa primum dicit ſic.* Cumque adhuc loquerer. *confitendo Dei iuſtitiam & potentiam.*
7 Et orarem. *inuocando eius clementiam.*
8 Et confiterer peccata, &c. *ad impetrandum indulgentiam.*
9 Adhuc me loquente. *In quo oſtenditur velocitas exauditionis diuinæ.*
10 Ecce vir Gabriel. *quia in ſpecie viri Angelus apparebat.*
11 Quem videram in uiſione à principio: *ſ. viſione deſcripta cap. præcedenti.*
12 Citò volans. *in quo exprimitur promptitudo Angelorum ad exequendum Dei mandatum.*
13 Tetigit me. *excitando & confortando.*
14 In tempore. *Ex quo patet quod à mane vſque ad veſperam orauerat Daniel. Patet etiam, quod prædicta verba orationis prolata fuerunt cum magno tractu tẽporis meditationis: & talis oratio eſt Deo acceptabilis, non autem illa in qua ſunt multa verba multiplicata ſine attentione animi & deuotione: qualis erat oratio Ethicorum, vt dicitur Matthæi 6.* Oratio Deo acceptabilis.
15 Et docuit me & loquutus eſt mihi. *de futuris ad conſolationem populi Iſrael.*
16 Dixitq, Daniel nunc egreſſus ſum, &c. *Dicũtur aũt Angeli egredi, quando mittuntur ad nos à facie Dei, non quod ab eius contemplatione recedant, ſed quia ad nos qui ſumus remoti, accedunt.*
17 Ab exordio precum tuarum. *hoc dicit, vt oſtendat orationem Danielis acceptam coram Deo.*
18 Egreſſus eſt ſermo. *Dei ſententia de futuris.*
19 Ego autem veni, ut indicarem tibi. *ſ. Dei ſententiam.*
20 Quia uir deſideri. es *ſ. Deo amabilis: Vel aliter* Deſideriorum. *id eſt, deſiderans ſcire ſecreta diuina, ad Dei laudem & populi liberationem.*
21 Tu ergo animaduerte ſermonem, & intellige *frequenter excitat Angelus ad oſtendendum magnitudinem & altitudinem diuini ſecreti ſibi reuelandi, quia aduentus Chriſti apud Hebræos habebatur pro maximo ſecreto. Ad quod denotandum 70. interpretes illud Iſa. ix. b.* Vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius, Deus fortis, &c. *ſic tranſtulerũt. Vocabitur nomẽ eius magni cõſilij Angelus, & in hoc officiũ eccleſiaſticũ ſequitur traslationẽ eorũ, quia ſic accipitũ in introitu Miſſę maioris in natiuitate dñi. Septuaginta hebdomades. Hic conſequẽter ponitur relatio facta Danieli. Et diuiditur in duas partes. Quia primò ponitur ipſa reuelatio, ſecundò, ipſius reuelationis expoſitio, ibi:* Scito ergo & animaduerte. *Circa primũ conſiderandũ, quod Daniel motus ex conſideratione prophetię Ieremiæ, orabat pro cõſolatione populi Iſrael & liberatione eius de captiuitate Babylonica, vt uiſum eſt in principio capituli. Et dominus quod* Diuiſio.

✱ *plus*

*M O R A L I T E R.*

9 *Adhuc loquente me in oratione mea, ecce uir Gabriel, &c.* Sequitur.
16 *Dixitque Daniel: nunc egreſſus ſum, vt docerem te.* Hominibus enim carnales motus per auſteritatem vitæ reprimentibus, & per orationem feruidam ſpiritum roborantibus reuelantur ſecreta diuina: ideo ſubditur:
20 *Tu ergo.* Nā in talibus requiritur attentionis conatus.

## NICOLAVS DE LYRA.

A

* *Plus dat, quam ab eo petatur, ex abundanti non ſolum ſibi hoc futurum reuelauit, ſed etiam liberationem fiendam per Chriſtum, cuius erat figura illa liberatio de captiuitate Babylonica. & ſic dominus reuelauit Danieli plenum intellectum prophetiæ Ieremiæ: quia in illis 70. annis in fine quorum liberatio captiuitatis Babylonicæ facta eſt, figuratus fuit numerus ſeptuagenarius hebdomadarum, in cuius fine erat fienda liberatio perfecta per Chriſti paſſionem.*

*Ad intellectum autem dicendorum duo ſunt hic præmittenda. Primum eſt qualiter accipienda eſt, hic hebdomada. Secundum eſt, quantum continet 70. hebdomadæ. Circa primum ſciendum eſt, quod hebdomada idem eſt quòd ſeptimana vel ſeptena. & ideo aliqui dixerunt quod hic accipitur ſeptena vel hebdomada iubilæorum, quarum quęlibet continet quinquaginta annos. Alij autem dixerunt quod hic accipitur hebdomada centenariorum, quarum quælibet continet centum annos. Sed vtrunque iſtorum patet falſum: primò quia adhuc non eſſet ablatum ſacrificium, & hoſtia de Ieruſalem: nec ciuitas Ieruſalem deſtructa per ducem populi Romani, quia illæ hebdomadæ non eſſent impletæ. Contrarium autem manifeſtè apparet verum, quia ante iſta multis temporibus ciuitas Ieruſalem deſtructa eſt per Romanos: & per conſequens ſacrificium ablatum eſt, inde & hoſtia & oblatio quia non eſt licitum Iudæis talia offerre alibi.* (Hebdomada quomodo cõputetur.)

B *Item nunquam inuenitur in ſcriptura hebdomada Iubilæorum vel centenariorum, ſed bene inuenitur hebdomada dierum, Leui. 23. vbi agitur de feſto Pentecoſte & hebdomada annorum Leui. 25. vbi agitur de iubilæo: & ideo exponere hunc paſſum de hebdomadib. iubilęorum vel centenariorum eſt ficticiũ, cũ talis hebdomada vel ſeptena non inueniatur alibi in ſcriptura. Item Iudęi nunquam accipiunt hebdomadam centenariorum vel iubilæorum, nec aliqui eorũ vnquam expoſuerunt ſic iſtum locum: & ideo Chriſtiani qui ſic volunt exponere magis Iudaizant in hoc, quam ipſi per hoc concludentes quod per locum iſtum non poteſt probari Chriſti aduentum eſſe completum. Alio modo poteſt accipi hebdomada vel ſeptena dierum, ſicut accipitur communiter: & hoc modo non poteſt accipi hic, quia totum tempus 70. hebdomadarum non contineret vltra annum & dimidium, & ſic quod hic prædicitur impletum in illis 70. hebdomadibus fuiſſet impletum infra annum & dimidium.*

C *Tertio modo accipitur hebdomada vel ſeptena annorum, quarum quælibet continet ſeptem annos, & hoc modo oportet quod accipiatur hic per locum à diuiſione: quia nullo prædictorum modorum poteſt accipi: nec alius modus poteſt rationabiliter dici ab eis cum non inueniatur hebdomada aliter dici in ſcriptura, nec etiam in vſu communiter loquentium.*

(Qualiter accipiatur annus.)

*Sed adhuc reſtat dubium qualiter accipiatur hic annus, quia (vt dictum eſt) iſtæ hebdomadæ ſunt annorum, & ſic etiam acceperunt omnes expoſitores tam Hebræi quam catholici. Sed dubium eſt vtrum iſti anni intelligantur lunares, vel ſolares, qui diſtinguuntur ab inuicem, quia annus lunaris eſt breuior anno ſolari. 11. diebus. Dicit igitur Beda & Aphricanus & expoſitores catholici communiter ipſos ſequentes quod iſtæ 70. hebdomadæ ſunt annorum lunarium. Mouentur autem ad hoc dicendum, quòd Iudæi ſic computant vt dicunt.*

*Item per hoc quod in litera iſtæ hebdomadæ dicuntur abbreuiatæ, & ſic videntur intelligi de hebdomadibus annorum lunarium, quæ ſunt breuiores quam hebdomadæ ſolarium. Sicut enim annus ſolaris excedit annum lunarem in 11. diebus, ſic hebdomada vna annorum ſolarium excedit hebdomadam annorum lunarium in 77. diebus.*

*Sed hoc dictum non videtur verum. Primò quia Iudæi non computant per annos lunares, ſed tantum ſolares: aliter ſequeretur quod Paſcha eorum iam circumiſſet totum annum, ita quòd celebratum fuiſſet in quolibet tẽpore anni: quia tenentur facere Paſcha de mandato legis 14. luna prima menſis. Si igitur computaretur per annos lunares, ſequeretur quòd reuoluto anno Paſcha eorum celebraretur per 11. dies ante ſolemnitatem Paſchalem præcedentis anni, & ſic conſequenter de alijs ſolennitatibus Paſchalibus. Ex quo patet quod infra ſatis breue tempus celebraretur in omnibus temporibus anni, quod manifeſtè patet falſum ex vſu eorum. Et ideo dicendum, quòd licet Iudæi incipiant annum à prima luna propinquiori æquinoctio vernali, tamen per emboliſmos fit æquatio temporis apud eos, quia tertius annus apud eos habet 13. lunationes. Itẽ quòd dicitur, quòd hebdomadæ dicuntur hic abbreuiatæ, nõ valet: quia in Hebraico dicitur præciſè, & ſonat ac ſi diceretur, quòd illud tempus eſt determinatum & taxatũ à Deo: ita quod illa abbreuiatio non ſonat hic diminutionem, ſed magis determinationem temporis, & præfinitionem. Item expoſitores Iudæorum ſuper locum iſtum nunquam fecerunt mentionem de annis lunaribus, ſed tantum de ſolaribus. Ex quo patet, quòd hic accipiendi ſunt anni ſolares: aliter non haberemus argumentum contra Iudæos, cum nullus eorum modo prædicto accipiat. Item in toto veteri teſtamento fit computatio per annos ſolares & omnes ſic cõputant, ſicut manifeſtè patet in Geneſi & alijs libris. Ex quo patet ꝙ dictum Bedæ & Aphricani & aliorum ſequentium ſupponit falſum. Sic igitur patet primum, ſcilicet qualiter hebdomades hic ſunt accipiendæ ſcilicet hebdomades annorum ſolariũ. Annus autem ſolaris continet 365. dies, annus autem lunaris eſt 11. diebus vt dictum eſt.*

*Secundum quod eſt præmittendum, quantum tempus co[ntinent] iſtæ 70. hebdomades: & patet de facili quod continent 490 [annos] ſolares, quia quęlibet hebdomada continet ſeptem annos. ſi v[ero multi]plicentur 70. per ſeptem reſultant 490.*

*His viſis accedendũ eſt ad exponendum literam. & circa [pri]mò ponenda eſt & reprobanda quędã expoſitio, quę apud [Iudæ]os cõmunior & celebrior: & eſt expoſitio Rab. Sa. Iſte igitur [in]cipit cõputationem 70. hebdomadarum à deſtructione tem[pli] per Nabuchodonoſor, & dicit eas cõpletas in deſtructione tẽpli per Titum & Veſpaſianum, ita quod tẽpus medium in[ter] duas deſtructiones ſecundum ipſum non continet niſi 490. a[nnos] quib. licet populus Iſrael ſuſtinuerit aliquas aduerſitates, t[amen] hoc habuit aliquas proſperitates, quia redijt de captiuitate [Baby]nica, & templũ fuit reædificatũ, & Ciuitas & Sacerdotes e[t Prin]cipes in populo proprijs legib. vti permiſſi ſunt. Sed poſt deſt[ructionem] ſecundã per Titum & Veſpaſianum cõpletis hebdomadib. p[o]ſunt in perfecta captiuitate in quã dimittit eos Deus, vt di[cit Rab.] Sa. vt per hoc deſiſtant à peccatis, & puniãtur pro præterit[is] reantur, quod viſiones prophetarum de Chriſto impleantur. captiuitas durabit vſq; ad aduentum Chriſti. Sic igitur ada[ptat lite]rã. Variat tamen literã aliquo modo accipiendo in aliquib. l[ocis ali]ter quam habeat translatio noſtra, vt videbitur exponendo. Dicit igitur ſic:* Septuaginta hebdomades. *i. ſeptuagin[ta hebdoma]dę annorum quę continent tempus prędictũ,* præciſæ ſunt *litera Hebraica ſecundum eum, i. cum pręciſione diffinita à [Deo] ꝙ nõ ſunt plures nec pauciores.* Super populum tuum, Et ſuper vrbem ſanctam tuam. *ſ. Ieruſalem à prima d[estructio]nę quæ facta eſt per Nabuchodonoſor vſq; ad ſecundam qu[æ futura] eſt: ad hoc vt perfectè puniantur de malefactis ſuis prop[ter quod] ſequitur:* Vt cõſummetur præuaricatio. *i. vt deſiſtant [à præua]ricationibus ſuis, et per hoc mereantur apud Deum ꝙ dele[atur ini]quitas eorum.* Et adducatur iuſtitia ſempiterna *ide[ſt vt] ſempiternũ iuſti fiant, & tunc finaliter* impleatur viſio [& pro]phetia. *ideſt, promiſſiones factę per prophetas de Chriſto.* [Vt vn]gatur ſanctumſanctorum. *Vbi enim nos dicimus:* San[ctum] *Sa. dicit* Sanctũ. *& in Hebraico nõ eſt diſtinctio, quia eod[em modo] ſcribitur & pronunciatur in neutro, & in maſculino. Sic i[gitur ex]ponit:* Vngatur ſanctumſanctorum. *id eſt, templum q[uod ree]dificabitur per Meſſiã, & Arca teſtamenti & alia vaſa ſa[ncta.]* Scito ergo & aĩaduerte. *Hic ponitur explicatio prędi[ctæ viſio]nis magis in particulari. quod ſic exponit Ra. S.* Scito ergo [& ani]maduerte, *verba ſunt angeli Danielem excitantis ad attẽ[tionem.]* De exitu ſermonis, *ita quod vbi dicimus* ab exitu, *dic[it de exi]tu: vt per prępoſitionem coniunctam non deſignetur termin[us à quo] incipienda ſit computatio: ſed denotetur materia de qua [angelus] vult loqui: quia ſuprà dixerat Danieli:* Ab initio preci[um tuo]rũ egreſſus eſt ſermo. *Vt ſit ſenſus: Tu Daniel ſcito & [anima]duerte de exitu ſermonis vt iterum ædificetur Ieruſalem, i[d eſt, in]tellige diligenter qualiter ſermo egreſſus à Deo de ædifica[tione Ie]ruſalem ſit intelligendus.* Quia vſque ad Chriſtum [du]cem hebdomades. 7. *id eſt, vſque ad Cyrum qui dictus eſt [Chriſtus] Iſa. 45. a.* Hæc dicit dominus Chriſto meo Cyro, [&c. Ipſe] *enim fuit dux Iudæorum, inquantum præcepto eius reduct[i ſunt] de captiuitate Babylonica: & à deſtructione templi & ciu[itatis fa]cta per Nabuchodonoſor vſq; ad primum annũ Cyri fluxe[runt 5[2]] anni qui faciunt 7. hebdomades annorum. i. 49. annos & [vl]tra tres annos: ſed angelus nõ numerabat niſi hebdomades p[erfectas.] Tres autem annos qui pertinent ad hebdomadã ſequentem [omiſit] quia numerantur cũ hebdomadib. ſequentibus.* Et hebdo[madibus] 62. reuertetur: *ita ꝙ vbi dicimus hebdomades 62. in no[minatiuo] ipſe ponit in ablatiuo: et hoc fit ſine mutatione literę Hebr[aicæ, qu]ia omnia nomina Hebraica ſunt indeclinabilia, ita ꝙ non eſt [variatio] ibi per caſus, ſed tantũ per plurale & ſingulare. & vbi dic[imus: E]t iterum, ipſe dicit:* Reuertetur, *quia in Hebraico ſatis ſi[militer] ſcribũtur. Sic ergo exponit: Et hebdomadibus 62. i. in temp[ore quod] fuit à licentia data per Cyrũ reuertendi vſq; prope deſtr[uctionem] factam per Titum Reuertetur ſcilicet populus de captiuita[te.] Et [ædi]*dificabitur platea, *id eſt ciuitas.* Et muri in anguſtia [tempo]rum, *quia in tempore illo toto habuerunt aliqua proſpera [in] reditu captiuitatis & reędificatione templi & conſimil[ibus, &] etiã aliqua aduerſa.* Et poſt hebdomades 62. occidetur [Chri]ſtus, *i. Agrippa rex: de quo legitur Act. 26. a. quod fuit [Iu]dęa, & ſic dicitur Chriſtus propter hoc, quòd reges inungeb[antur, ſi]cut de Saule dicitur 2. Re. 1. c.* Quare nõ timuiſti mit[tere ma]num in Chriſtum domini? *Iſte autem Agrippa (vt [dicit Rab.] Sal.) occiſus eſt circa illa tempora, in quibus deſtructa [eſt ciuitas] per Titum & Veſpaſianum.* Et non illi: *ſic enim eſt in [He]bræo: vbi dicimus:* Et non erit illi populus qui eum nega[turus eſt] *ſic ergo exponit:* Et non illi, *id eſt, ipſe Agrippa non eri[t]*

NICOLAVS DE LYRA.

*ortem tolletur de medio. Alij autem Iudæi moderni hoc addūt ſic.* non ei, *i. non Agrippa nec aliquis rex de extero de gente Iudæo* *quouſque veniat Chriſtus promiſſus in lege, & prophetis*. Et *ciuitatem*, & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce *uturo. hoc exponit ſicut, & nos de deſtructione Ieruſalem, & tē* *facta per ducem populi Romani*. Et finis eius vaſtitas. *i. finis* *populi Romani: quia ille populus, & omnes aduerſarij Iudæorum fi-* *liter vaſtabuntur per regem Meſſiam*. Et vſque ad finem belli *ſtatuta deſolatio. ita* ꝙ *vbi dicimus*. Poſt finem, &c. *ipſe dicit,* *que ad finem, &c. quod exponit ſic continuando prædictis, quod li* *omnes aduerſarij Iudæorum vaſtentur finaliter per Meſſiam, vt* *ctum eſt*, tamen ſtatuta. *i. a Deo diffinita deſolatio ciuitatis Ieru* *ſalem, & regni Iudæorum erit vſque ad finem belli. ſ. Gog, & Ma-* *gog, de quibus loquitur Ezech. 38. a. Et deuincetur per regem Meſ-* *ſiam, & nunc reſtituetur ciuitas Ieroſolymitana, & regnum Iudæo* *rum, vt dicit iſte Rab. Sal.* Confirmabit autem pactum mul- *tis* hebdomada vna, &c. *quia in vltima ſeptena annorum fuerūt* *treugæ inter populum Romanum, & Iudæos, quas treugas vocat hic* *pactum. ſ. pacis, ſed Iudæi cito fregerunt treugas, & rebellauerunt:* B *& ſic in medio illius hebdomadis. ſ. in quarto anno venit exercitus* *Romanus, & diſſipauit ciuitatem, & templum, & captiuauit popu* *lum: & ſic defecit hoſtia, & ſacrificium Iudæorum, quia nō eſt eis* *licitum talia facere extra Ieruſalem: & hoc eſt quod dicitur*. Et in dimidio hebdomadæ. *ſ. in vltima eius medietate*. Deficiet hoſtia, & ſacrificium. *In templo. i. in loco vbi fuerat templum*. Et abominatio deſolationis *quia ibi fuit ſtatua Adriani Impera-* *toris poſita in loco vbi ſteterat arca, & vſque ad conſummationem,* *& finem belli Gog ſcilicet, & Magog. Perſeuerabit deſolatio Iudæo* *rum, quia deuictis Gog, & Magog per Meſſiam reſtituetur regnum* *Iudæorum: vt dicit*.

*Contra iſtam expoſitionem arguitur primò de numero annorum,* *quia à deſtructione Ieruſalem per Nabuch. vſque ad deſtructionem* *eius per Titum, & Veſpaſianum, non poſuit iſte Rab. Sal. niſi 490.* *annos præciſè: quia ſecundū omnes hiſtoriographos ſunt multo plu* *res: ſed hanc obiectionem omitto, quia in computatione annorum ſe* *cutus ſum Ra. Sa. tanquā rationabilius dicentem ſuper librū Eſther,* *& in aliquibus alijs locis. Item quod exponit*. Vt conſummetur *præ*uaricatio. *i. vt deſiſtant a præuaricationibus, & peccatis, pa-* *tet eſſe falſum eo* ꝙ *a tempore deſtructionis factæ per Romanos non* *deſiterunt Iudæi a peccatis, imò ſunt augures, & periuratores, &* *multis alijs peccatis irretiti, quę maximè prohibentur in lege Moyſi.* *Item contra id* ꝙ *exponit*. Et deleatur iniquitas. *i. mereantur a-* *pud Deum per captiuitatem modernam, vt iniquitas eorum delea-* *tur apud Deum. Quæro ab eis quæ ſit iſta iniquitas delenda, quia an* *te captiuitatem Babylonis fuerunt Iudæi idololatræ maximi, & oc* *ciſores prophetarum, vt patet ex 4. lib. Reg. & multis alijs peccatis* *irretiti, & tamen pro omnibus iſtis delendis non ſuſtinuerunt capti* *uitatem niſi 52. annis. ſecundum Rab. Sal. A tempore autem Titi ſu* *ſtinuerunt captiuitatem per 1200. annos, & amplius: & adhuc ne* *ſciunt terminum captiuitatis: ergo oportet quod illa iniquitas quæ* *per hanc captiuitatem deletur, ſit maior quaſi incomparabiliter quā* *illa quæ præceſſit captiuitatem Babylonicam: ſed non poteſt aliqua* *aſſignari, niſi illa qua interfecerunt Chriſtum quæ fuit maxima ini-* *quitas. A reditu enim captiuitatis Babylonicæ non leguntur Iudæi* *fuiſſe idololatræ vel occiſores prophetarum & actores conſimilium* *criminum, ſicut ante: propter quod nulla alia cauſa huius captiuita* *tis poteſt aſſignari rationabiliter, niſi occiſio Chriſti, ſecundum quod* *predixit ſaluator Luc. 19. f.* Videns Ieſus ciuitatem ſanctam Ieruſalem, &c. *& ſic non eſt expectandus Chriſtus de futuro, vt* *dicit iſte expoſitor. Item contra illud quod dicit*. Et impleantur viſio, & prophetia *i. per meritum Iudæorum in hac captiuitate* *implebuntur viſiones, & prophetiæ de Chriſto, quia Aggæi 2. b. di-* *citur*. Adhuc vnum modicum, & mouebo cœlum, & terram, &c *Sequitur*. Et veniet deſideratus cunctis gentibus, & replebo domum iſtam gloria. *Secundum omnes expoſito-* *res catholicos, & Hebræos iſte deſideratus cunctis gentibus intelli* *gitur Chriſtus. Cum ergo dicat propheta, quod poſt vnum modicum* *debeat venire, non poteſt adhuc intelligi venturus de futuro, quia à* *tempore Aggæi vſque ad deſtructionem factam per Romanos fluxe-* *runt 400. anni & plus ſecundum communem computationem: ſecū* *dum verò computationem Hebræorum fluxerunt anni 420. Et ite-* *rum a deſtructione facta per Titum vſq; nunc, fluxerunt anni 1253* *vſque ad annum domini 1328. incluſiuè in quo hæc poſtilla fuit* *vltimatè correcta. Tantum autem tempus non poteſt dici modicum.*

*Item in eadem autoritate dicit propheta in perſona domini*. Replebo domum iſtam gloria. *& loquitur propheta de templo* D *reædificato poſt captiuitatem Babylonicam, ergo ſtante iſto templo* *venit deſideratus cunctis Gentibus, i. Chriſtus. Item contra id quod* *dicit*. Et vngatur ſanctumſanctorum *per hoc intelligens arcā* *teſtamenti, & alia vaſa ſanctuarij quæ per Meſſiam debent recupe-* *rari. contra id quod dicitur Iere. 3. cap.* Cùm multiplicati fueritis, & creueritis in terra. In diebus illis ait dominus. Non dicent vltrà arca teſtamenti domini, neque aſcendet ſuper cor, neque fiet vltrà &c *ergo non ſunt per Meſſiam recupe-* *randa.*

*Item* ꝙ *hic Chriſtus vocat Cyrum, & poſtea Agrippam. cum ſub* *ditur. Occidetur Chriſtus, patet falſum ex mutatione perſonæ, quia* *per ſeriem textus patet quod loquitur de eodem Chriſto.*

*Item quod dicit Agrippam occiſum circa tempora deſtructionis* *ciuitatis per Titum, & Veſpaſianum, videtur eſſe manifeſtè falſum* *quia hoc non habetur in aliqua hiſtoria autentica, imò Ioſephus lib.* E *de Iudaico bello dicit enim confœderatum fuiſſe Romanis tempore* *iſtius belli.*

*Item quod poſtea ſubdit*. Vſque ad finem belli. *Gog, & Ma-* *gog, ſtatuta. i. definita eſt a Deo deſolatio ciuitatis Ieruſalem. hoc pa* *tet falſum, quia ciuitas Ieroſolymitana reædificata fuit poſtea per* *Adrianum imperatorem.*

*Item quod ſubditur*. Confirmabit autem pactum multis, &c. *quod exponit de treugis factis inter Iudæos, & Romanos* *circa tēpus deſtructionis ciuitatis, videtur manifeſtè falſum, quia* *Ioſephus de hoc non loquitur, nec in libr. antiquitatum, nec in lib.* F *de Iudaico bello, vbi diligenter deſcribit omnia quę fuerunt facta in* *ter populum Iudaicum, & Romanum tempore illo: hoc etiam patet* *per hoc quod dicitur in litera*. Multis. *quia ſi eſſet verum, fuiſſet fa* *ctum cum omnibus Iudæis, & non cum aliquibus tantum. Ex omni* *bus prædictis patet expoſitio prædicta falſa, & irrationabilis.*

*His viſis ponenda eſt expoſitio catholicorum dicentium iſtas heb* *domadas impletas in Chriſti paſſione. Circa quod ſciendum* ꝙ *eſt* *vna communis expoſitio quam ſequuntur communiter expoſitores* *catholici, & eſt expoſitio Bedæ: ſed illam ad præſens omitto duplici* *de cauſa. Vna eſt, quod hæc expoſitio ponitur multum expreſsè in* *glo. ſuper Danielem in loco iſto, & in Scholaſtica hiſtoria: & ideo* *ibi poteſt recurrere qui vult eam ibi videre.*

*Alia cauſa eſt, quia illa expoſitio videtur mihi falſa, quia compu* *tat per annos lunares ſupponendo,* ꝙ *hoc modo computant Iudæi* *quod ſuprà improbatum vt viſum eſt. Et ideo aliter expono compu* *tando per annos ſolares.* Bedæ expoſitio communis.

*Ad cuius euidentiam ſciendum,* ꝙ *cōputatio annorum ſolarium* *dupliciter poteſt accipi. Vno modo ſecundum Ioſephum, ſecundum* *quem a reditu captiuitatis Babylonicæ vſque ad principatum Ma-* *chabæorum fluxerunt anni 414. vt habetur in lib. antiquitatis Iu-* *daicę. Principatus verò Machabęorum durauit 117. annis antiqui* *tatis Iudaicæ lib. 14. e. vlti. Ex tunc Herodes Aſcalonita cuius tem* *pore natus fuit Chriſtus, vt habetur Mat. 2. regnauit in Iudæa 28.* *annis vſque ad natiuitatem Chriſti. Nec obſtat quod aliquę hiſtorię* *dicunt Chriſtum natum 31. anno regni Herodis: quia computant ab* *anno quo fuit ei datum regnum per Imperatorem Romanum,* ꝙ *fuit* *per tres annos antequam haberet illud occiſo Antigono, qui vlti-* *mus regnauit de Machabeis, & inde fluxerunt 29. anni, & princi-* *pium 30. vſque ad baptiſmum Chriſti Lu. 3. e.* Ieſus erat incipiens 30. annorum, &c. *& inde fluxerunt 7. anni vſque ad 4. an* *num poſt paſſionem eius.*

*Iſti verò anni ſimul iuncti faciunt 605. annos, a quibus ſi reſcin* *dantur 115. anni qui fluxerunt a reditu captiuitatis Babylonię ac* *cipiendo a primo anno Cyri, qui extunc dedit populo licentiam re-* *deundi de Babylone vſque ad 20. annum excluſiuè Artaxerxis, qui* *tunc miſit Neemiam ad reædificandum ciuitatem Ieruſalem. Nee-* *mię 2. remanent 490. anni qui faciunt 70. hebdomadas annorum ſo* *larium. Et ſic numerus 70. hebdomadarum incipit à 20. anno incluſi* *uè regni Artaxerxis, & terminatur in quarto anno poſt paſſionem* *Chriſti.*

*Modo reſtat oſtendere,* ꝙ *à primo anno Cyri vſque ad 20. annum* *Artaxerxis fluxerunt 115. anni, quod oſtenditur per chronicas La-* *tinorum, ſecundum quas Cyrus regnauit 30. annis, Cambiſes filius* *eius 8. duo Magi. 7. menſibus qui pro vno anno computantur, quia* *ſunt maior pars anni. Darius Hyſtaſpis 36. Xerxes filius eius 20.* *Arthabanus menſibus ſeptem, qui computantur pro vno anno. Ar-* *taxerxes 19. vſque ad miſſionem Neemiæ Anni verò iſti ſimul iun* *cti ſunt 115.*

*His viſis accedendum eſt ad literam, cum dicitur.*

a ¶Quaſi cito reſpiciet Deus populum tuum, pro quo rogaſti qui tamen non eius eſt ſicut dixiſti ibi: quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos, & ſuper populum tuū, ſed tuus eſt pro quo ſupplicaſti. b ¶Annorum, ideſt, 490 an. exitus ſermonis vt iterum ædificetur Ieruſalem. c ¶Non numero.i.vt non ſunt 490. anni ſed quantitate non enim vt aiunt ſecundum annum ſolarem computatur qui habet dies 365. ſed ſecundum lunarem annum qui habet dies 354. ſuperat enim ſolaris lunarem diebus 11. d ¶Non meum vt dixiſti. Simile loquitur Deus in Exodo ad Moyſen: Deſcende quia peccauit populus tuus, quaſi nō meus quē deſeruit

a Septuaginta hebdomades † abbreuiatę sūt ſup populū tuū 1 2 3

a *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt.* Hebræi exponūt A ita. Q O Daniel ſcito ab hac die, quia tibi nunc loquor. Erat autem annus primus Darij, qui occidit Balthaſar, & regnum Chaldæorum in Perſas Medoſq; tranſtulit, vſq; ad 70. annum hebdomadarū .i. annos 490. hæc populo tuo per partes accident. Primum propiciabitur tibi Deus ſicut precaris, & delebitur peccatum: & finē accipiet præuaricatio: nunc .n. vrbe, & templo deſtructis in luctu eſt populus, ſed in breui reſtaurabitur, & non ſolum hoc fiet in his lxx. hebdomadis, ſed naſcetur Chriſtus .i. iuſtitia ſempiterna, & ſignabitur viſio, & prophetia, vt propheta non inueniatur in Iſrael, & vngatur ſanctuſſanctorum, de quo. *Propterea vnxit te Deus tuus oleo lętitię, &c.* qui dicit. *Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Scito ergo quia ab hac die,* qua nūc tibi loquor, & Dei ſermonem promitto, *q̄ reuertatur populus, & Ieruſalē inſtauretur, vſq; ad Chriſtum, & deſolationem templi, hebdomades numerentur 62.* & aliæ 7. in quibus iuxta ordinem ſuum, duæ res fient, de quib. ante dixi, quod reuertatur populus, & reædificetur platea a Neemia, & Eſdra ſub Artaxerxe 20. anno regni eius. In fine ergo hebdomadarum complebitur Dei ſententia in anguſtia temporum, quando rurſum deſtruetur templū, & capietur ciuitas. *Nam poſt 62. hebdomades occidetur Chriſtus, & non erit eius populus qui eum negaturus eſt.* ſiue (vt illi dicunt) non erit illius populi imperium quod putabat ſe tenturum. Et quid dico de Chriſto occidendo, & negaturo populo penitus deſerendo? cum, & ciuitatē, & ſanctuarium diſſipaturus ſit populus Romanus cum duce venturo .i. Veſpaſiano: quo mortuo tranſactis 7. hebdomadibus .i. annis 49. Aelius Adrianus, (a quo poſtea de ruinis Ieruſalem vrbis Aelia condita eſt) rebellantes Iudæos Timo Ruffo magiſtro exercitus pugnante ſuperauit; & tunc defecit hoſtia, & ſacrificium, & vſque ad conſummationem mundi continuabitur deſolatio.

Hieron. | † definitæ determinatæ. | Pſal.44.b. Leui.21.b Hieron.

B

Tertullianus

Tertullianus in libr. contra Iudæos hæc ad verbū ait. Vnde ergo oſtendimus, quia Chriſtus venit intra 62. hebdomades? Numeremus a primo anno Darij, quoniam eo tempore oſtenditur Danieli viſio hæc. Dicit .n. Intellige, & conijce a prophetatione ſermonis reſpondere me tibi hęc. Vnde a primò anno Darij debemus còmputare. Tūc .n. hanc viſionem vidit Daniel. Videamus igitur quomodo anni compleantur vſq; ad aduentum Chriſti. Darius regnauit annis 19. Artaxerxes 40. Ochus qui & Cyrus annis 24. Argus vno anno, alius Darius qui, & Melas 21. Alexander Macedo. annis 12. poſt eum regna. Sother in Alexandria annis 35 cui ſuccedēs Philadelphus regna. annis 38. Poſt hunc Euergeres annis 25. deinde Philopater 17. poſt hunc Epiphanes 24. Item alius Euergetes, annis 29. Poſt Sother annis 38. Ptolomæus 37. Cleopatra annis 20. & menſibus quinque. Item Cleopatra congregauit Auguſto annis 13. poſt Cleopatram Auguſtus alijs annis 44. imperauit. Nam omnes anni Auguſti fuerunt numero 56. Scimus autem q̄ in 40. anno, primo imperii Augu. qui poſt mortē Cleopatræ imperauit. natus eſt Chriſtus, & ſuperuixit Aug ex quo natus eſt Chriſtus annos 15. Et erūt reliqua tēpora annorū in die natiuitatis Chriſti in annum Auguſti 41. poſt mortem Cleopatrę, anni 437 & mēſes 5. vnde implentur 42. hebdomades & dimidia, quę faciunt annos 437. & menſes 6 in die natiuitatis Chriſti. *Et manifeſtata eſt iuſtitia æterna, & vnctus eſt ſanctuſſanctorum* .i. Chriſtus. *& ſignata eſt viſio, & prophetia, & dimiſſa ſunt peccata* per fidem nominis Chriſti Quid eſt autē quod dicit. *ſignare viſum, & prophetiam?* quoniam omnes prophetę venturū annunciabant, & paſſurū. Quia ergo impleta eſt prophetia

C

tia Chriſti: per aduentum eius ſignari dicebat viſion & prophetiam, qm̄ ſignaculum eſt omnium prophe implens omnia quæ retro de eo annunciabant prop quia poſt aduentum, & paſſionem eius iam non viſi que prophetia eſt, quæ Chriſtum nūciet eſſe ventu Et paulò poſt a deamus quid a & dimidia heb mades., quæ ſ ſunt diuiſæ in ſione priorum domadarū, in anno, vel actu implete. Poſt Auguſtum enim qui ſuperuixit poſt n tatem Chriſti, ann. 15. efficiuntur cui ſucceſſit Tyb Cæſar annis 22. & men. 7. die. 28. anno 15. Imperij ei ptizatur Chriſtus habens annos quaſi 30. Item Caius gula annis tribus men. 8. diebus 13. Nero annis 14. 7. die. 13. Galba menſibus 7. diebus 28. Otto imperat menſibus, diebus tribus. Vitellius menſibus 8. diebu Veſpaſianus anno primò imperij ſui debellauit Iu & fiunt anni numero 52. & menſes ſex. Nam impe annis 11. atq; ita in die expugnationis Iudei impleue ſeptuaginta hebdomadas prędictas a Daniele.

*Septuaginta.* Beda. in lib. de natura rerū. Hęc verba ſti incarnationem deſignant, qui legem, & prophet pleuit, *& vnctus eſt oleo lętitię prę partic. b. ſuis.* hebdon lxx. per ſeptenos annos diſtinctę 400. & 90. annos lu inſinuant. Sed notandum, q̄ eaſdem hebdomadas n pliciter annotatas ſed abbreuiatas aſſerit occultè co nens vt breuiores ſolito anno nouerimus indicato

*Scito ergo, inquit, & animaduerte ab exi. ſer. vt iterum ędi Ieruſalem vſq; ad Chriſtum du. hebdo. 7. & heb. 62. erunt: & ędificabitur platea, & muri in anguſtia.* Eſdra narrante d imus, q̄ Neemias pincerna regis Artaxerxis 20. an gni eius menſe Niſan impetrauit ab eo reſtaurari n Ieruſalem, templo multo ante (Cyro permittente) ctò, & quod ipſum quoq; opus (vt dictum eſt) *in an temporis perfecerit.* a Deo .ſ. a finitimis gentibus imp tus, vt ſtructores ſinguli gladio renes accincti; vn nu pugnaſſe, altera murum recuperaſſe, narren Ab hoc igitur tempore vſque ad Chriſtum d lxx. hebdomades computantur. ideſt. anni duo rum menſium lunarium 490. qui ſunt anni ſolare Siquidem Perſæ a præfato 20. anno regis Artaxerxi ad mortem Darij regnauerunt annis 118. Ex hinc dones vſq; ad interitum Cleopatræ annis 300. Ind mani vſq; ad 18. Tiberij. Cęſaris annum monarchi nuerunt annis 57. qui ſunt ſimul vt diximus, anni 475. Et continentur circulis decemnoualibus 25. I enim nouies 25. fiunt 475. Et quià in ſingulis circu boliſmi 7. accreſcūt, multiplica 25. per 7. & fiunt 17 ſunt menſes emboliſmi. 475 annorum. Si ergo vi quot annos lunares faciunt iſti menſes, diuide per cim 175. menſes, & faciunt annos 14. & menſes ſe hos iunge ad prædictos 475. annos, erunt 489. anni menſes: & hos ſuperfluos menſes adde ad partem decimi anni imperij Tyberij, ſub quo dominus pa & inuenies præfinitas hebdomadas vel præfinitu minum .i. ab exitu ſermonis quo præceptum eſt v ficarentur muri Ieruſalem, vſq; ad eius paſſione hebdomadas abbreuiatas .i. annos lunares 490. Ad rò baptiſmum quando vnctus eſt ſanctuſſanctoru ſcendente ſuper eum Spirituſancto ſicut columba, lum hebdomadas 7. & 62. fuiſſe completas, ſed & p iam ſeptuageſimę hebdomadę inchoatam.

*Et poſt hebdomades inquit, 62. occidetur Chriſtus: & nō erit eius populus qui eū negaturus eſt.* Non ſtatim poſt 62. & 7. hebdomadas, ſed in fine 70. hebdomadę occiſus eſt

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Septuaginta hebdomades. *vbi primo ponitur hebdomadarum reuelatio, cum dicitur.* Septuaginta hebdomades. *quę continent 490. annos, vt ſupra dictum eſt.*

2 Abbreuiatę ſunt. *i. ſunt regiſtratæ in Dei pręſcienti.*

3 Super populum tuum *.ſ. Iudaicum.*

*

MORALITER.

† 1 *Septuaginta hebdomades.* Septuageſimus numerus reſultat ex ductu denarij per ſeptenarium, denarius autem ſignificat impletionem decalogi, ſeptenarius verò ſeptiformem gratiam Spirituſſancti. Per iſta Chriſtus ſapientia Dei patris venit ſpiritualiter in mentem nam, ſicut corporaliter venit in virginem. Qui aduentus per decurſum ſeptuaginta hebdomad hic literaliter ſignificatus, ideo ſequitur.

†

a ¶Non meam. ¶In paſſione Chriſti qui tulit peccata mundi. b ¶Deleta.

& ſuper vrbem ſanctam tuam, vt cõſummetur prçuaricatio, 1

a ¶Expoſitio. ¶ Tempore gratiæ. 2

& finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducã 3

a ¶Euangelij. b ¶Quæ legis iuſtitiam vincat. c ¶Lex, & prophetæ vſque ad Ioannem quia ante aduentum Chriſti hæc omnia magis ſperabantur quam tenebantur. 4

5

tur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & 6

a ¶Attentum redditi

vngatur ſanctuſſanctorum. Scito ergo, & animaduerte, 7

...is, quam ideo (quãtum conijcere poſſumus) ſegregauit A
...æteris hebdomadibus, quia de hac re erat plura relatu-
...rs. Nam & Chriſtus in illa crucifixus, a populo perfido
...n modo in paſſione, verum continuò ex quo a Ioanne
...ædicari cœpit, negatus eſt. Quod autem ſequitur.
*Et ciui. ſanctuariũ d. pa. popu. cum duce ...tu. & finis eius va...ſtis, & poſt fin. belli ...deſola.* nõ ad 70. ...bdomadas perti...n. Prædictum eñ ...erat, quòd ipſe ...bdomades vſq; a ... Chriſti ducatũ ...tingerent: ſed ...tura prædicto aduentu, & paſſione ipſius, quid etiam ...hanc populo qui eum recipere noller, eſſet euentu...ostendit: Ducem enim venturum Titum dicit: qui. ſ. 4... anno dominicæ paſſionis ita cum populo Romano ci...tatem, & ſanctuarium diſſipauit. vt non remaneret la...pis ſuper lapidem. Vnde his per anticipationem prælibati... mox ad exponendum hebdomadę quam omiſerat ...ntum redit.

*...onfirmabit autem pa. ſ. fidei multis hebdo. vna.* ideſt, ipſa no...uiſſima, in qua vel Ioannes Baptiſta, vel dominus vel apo...ſtoli prædicando multos ad fidem conuerterunt.

*...t in dimi. hebdo. deficiet hoſtia, & ſacriſi.* Dimidium heb...domadis huius quintuſdecimus annus Tyberij Cęſaris er...: qñ inchoato Chriſti baptiſmate, hoſtiarum purifica...ti... fidelibus paulatim viléſcere cœpit Item qđ ſequitur.

*...n templo erit abo. deſola. & vſque ad conſumma. & finem perſe...uebit deſolatio.* ad ſequentia tempora reſpicit. Cuius pro...phetiæ veritatem hiſtoriæ veterum, & noſtrorum tem...porum euentus teſtatur. Totum ideo teſtimonium pro ...tę ponentes, quantum facultas ſuppetebat, expoſui...mus: quia hoc, & a pleriſque lectoribus ignorari, & ſpe...ciale genus Hebdomadæ flagitare cognouimus. Fallun...tur enim qui putant hebræos talibus annis vſos, alioquin to... veteris inſtrumenti ſeries vacillat, nec vllius ætas tan...ta... quanta ſcripta eſt debet intelligi, ſed ad lunæ curſum ...ſtingi.

...ciendum ſanè ꝙ Aphricanus hebdomadarũ curſum (quem nos in decimumſeptimum vel decimumoctauũ T...berij Cæſaris annum, quo dominũ paſſum credimus, iu...xta chronicam Euſebij perduximus) ab eodẽ quo nos in...piẽs exordio quintodecimo eiuſdẽ imperatoris anno, q... cũ paſſum credidi: putat eſſe completum ponens an...n... regni Perſarũ 115. Macedonum 300. Romanorũ 60. S... diligẽs lector quod magis putauerit ſequendũ eligat.

...phricanus. Viceſimo anno Artaxerxis regis Perſarũ p...ceſſit ſermo quando Neemias eius pincerna (ſicut in E...ra legitur) rogauit, & impetrauit vt reædificaretur Ie...ruſalem: & hic eſt ſermo qui egreſſus eſt, qui extruendæ v...is dedit licentiam, quæ vſque ad tempus illud vicina...rum gentium patebat incurſibus. Siquidem ad Cyris re...gi... imperiũ, qui volentibus reuerti in Ieruſalem dederat p...teſtatem. Ieſus & Zorobabel, & Eſdras ſacerdos, & qui c... eis proficiſci voluerunt, templũ, & vrbem, & muros eius

eius ædificare conati ſunt, prohibentibus in circumitu nationibus ne impleretur opus: quaſi hoc fieret regis iniuſſa. Pendebat ergo opus interruptum vſq; ad Neemiam, & 20. Artaxerxis annum quo tempore, regni Perſarum centum, 15. anni fuerant euoluti: captiuitatis autem Ieruſalem 185. Tunc primum Artaxerxes rex iuſſit muros extrui, & Neemias prçfuit operi. Tunc ædificata eſt platea, & muri circũdati: Ex illo tempore ſi numerare velis 70. annorum hebdomadas vſq; ad Chriſtum inuenire poteris Si verò harum hebdomadarum principium ſumimus ab alio tempore, & tempora non occurrunt, & multa contraria inuenimus. Nã etſi a Cyro, & prima eius indulgentia qua Iudęorum laxata eſt captiuitas 70. hebdomadas numeramus, centũ annos, & eo amplius inuenimus qui iſtum hebdomadarum excedunt numerum: & multo plures, ſi ex quo Danieli locutus eſt angelus: additurque amplior numerus, ſi captiuitatis principium habueris hebdomadarum exordium. Permanſit enim regnum Perſarum vſq; ad initium Macedonum annis 230. & Macedones regnauerunt annis 300. atque exinde vſque ad annum 15. Tyberij Cæſaris, quo Chriſtus paſſus eſt, anni ſunt 40. qui omnes faciunt 590. ita vt centum ſuperſint anni. A viceſimo autem anno Artaxerxis vſque ad Chriſtum complentur hebdomadæ 70. iuxta lunarem ſupputationem Hebræorũ, qui menſes non iuxta ſolis, ſed lunę curſum numerãt. Nam a centeſimo, & 15. anno regni Perſarum, quãdo Artaxerxes eiuſdem regni viceſimum imperij ſui agebat annũ, & erat octogeſimę, & tertiæ Olympiadis annus quartus, vſque ad ducenteſimam, & ſecundam Olympiadem, & ſecundum eiuſdem Olympiadis annum, Tyberijque Cęſaris annum 15. colliguntur anni 475. qui faciunt annos Heb. 490. E

Nota Aphricanũ, & Bedam in ſumma cõuenientes, in hoc ſolo diſſentire, quod Aphricanus dicit regni Romani ſexaginta annos fuiſſe vſq; ad 15. annũ Tyberij Cæſaris, qñ dicit paſſum Chriſtũ. Beda vero 57. annos vſq; ad 18. annũ regni Tyberij Cæſaris qñ dicit Chriſtũ paſſum. Licet ergo dicat 57 annos fuiſſe vſque ad annũ 18. Tyberij Cæſaris, in quo innuit non niſi 57. annos fuiſſe vſque ad 18. annum Tyberij Cæſaris, tamen cum Aphricano in ſumma conuenit, quia quod Aphricanus in regno Perſarũ minus ponit, in regno Romanorum plus ponit. Sed ſequamur Bedã, qui dicit Chriſtũ 18. anno Tyberij paſſum fuiſſe: quia ſm Lucam ſtatim poſt 20. annum, qui fuit 15. annus Tyberij Cæſaris, Chriſtus eſt baptizatus. Deinde poſt tres annos paſſus, & ſic 18. non 15. Tyberij Cæſaris. Cõcordantia ſcribentium.

a *Scito ergo, &c.* Nõ nos moueãt Hebręi, & ſi poſt numerent 7. Hebdomades, & poſtea 62. & rurſus vna in duas partes diuidatur. Eſt. n. hoc idioma Heb. ſermonis & antiquç latinitatis, vt ante minorem numerũ ſupputent, poſt maiorẽ v.g. Nos iuxta ꝓprietatẽ linguç nr̃ę nũc dicimus Abraham Minor numerus maiori præponitur. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ſuper vrbem. *ſ. Ieruſalem.*
2 Et conſummetur prçuaricatio. *i. terminetur. iõ ſubditur.*
3 Et finem accipiat. *peccatum per Chriſti paſſionem.*
4 Et adducantur. *per eius prædicationem.*
5 Et impleatur viſio, & prophetia. *de Chriſto prædicta.*
6 Et vngatur ſanctuſſanctorum. *...Chriſtus, qui in humanitate ...nctus eſt oleo gratiæ præ conſortibus ſuis.*
7 Scito ergo. *Hic conſequenter ponitur dictæ reuelationis expoſiti... Ad cuius intellectum conſiderandum, quod angelus diuidit 70. he... in tres partes, ſcilicet in populo Iuda nam in primis ſeptem popu...us cum labore magno reædificauit Ieruſalem, & eam tenuit contra aduerſarios. nam* vna manu faciebant opus, & altera tenebant gladium. *Neemiæ 4. propter aduerſarios inſurgentes in ...dificatione, & poſt in alijs 62. populus aliquando habuit proſpera, al...iquando aduerſa: in vltima vero Chriſtus prædicauit, & paſſus fu..., & fides Chriſti multum fuit dilatata per prædicationem apoſtolorum poſt Chriſti mortem, vt patet in actibus apoſtolorum. Dixit igitur angelus:* Scito ergo, & animaduerte tu Daniel, *qualiter hebdomades ſunt intelligendæ. Ab exitu ſermonis vt iterum ædificetur Ieruſalem, ſcilicet a 20. anno Artaxerxis, tunc mittentis Neemiam ad eius reædificationem, vſque ad Chriſtum ducem, ideſt vſque ad Chriſti baptiſmum, in quo fuit declaratus dux fidelium per patris, & Spirituſſancti teſtimonium, Matth. 3. Hebdomades ſeptẽ, in quibus populus tuus cum labore magno ciuitatem reædificabit, & tenebit. Et hebdomades 62. in quibus nunc aduerſa, nunc proſpera ſuſtinebit. Et rurſum ædificabitur platea, & muri, &c. hoc dicit ad oſtendendum quid futurum erat in ſeptem hebdomadibus primis. Et poſt hebdomades 62. cum ſeptem primis, quæ faciunt hebdomades 69* occidetur Chriſtus, *ſ. in vltima hebdomada, quæ incipit a Baptiſmo Chriſti, quia poſt baptiſmum prædicauit tribus annis cum dimidio, & tunc paſſus fuit in medio illius hebdomadæ.* Et non erit populus eius qui eum negaturus eſt. *quoniam Iudæi negantes eum coram Pilato, extunc non fuerunt eius populus.* Et ciuitatem, & ſanctuarium. *ideſt Ieruſalem, & templum,* diſſipabit populos cum duce venturo. *ideſt exercitus Romanus cum principe Tito. Sciendum itaque, quod hęc diſſipatio non fuit* ✱ *impleta*

*M O R A L I T E R.*

1 2 *Vt conſummetur prçuaricatio, & finem accipiat peccatum.* Sicut enim per aduentum Chriſti in carnem ablatum eſt mundi peccatum generale: ita per aduentum eius in mentem, tollitur peccatum hominis perſonale.

**A** Abrahã vixit annos 175. Illi econtra: vixit

ᵃ ¶Annorum idest 490. ab exitu ſermonis vt reſpondeatur ab Artaxerxe, & ædificetur Ieruſalem. ¶Ducem. 1

ab ᵃexitu ſermonis, vt iterũ ædificetᵣ Ieruſalẽ vſq; ad Chriſtũ 2

3

xit. 5. 70. cap. igitur vt legit imp-

## NICOLAVS DE LYRA.

* *impleta infra dictas hebdomades 70 ſed poſtea per 39. annos ſecundum iſtam expoſitionem: quia tamen fuit facta in pœnam mortis Chriſti, vt habetur Luc. 29. ideo hic immediatè ponitur poſt mortẽ Chriſti, de qua ante immediatè fit mentio.* Et finis eius. *ſcilicet ciuitatis Ieruſalem,* Vaſtitas *per exercitum Romanorum.* Et poſt finem belli. *ſ. Romanorum contra Iudæos,* Statuta deſolatio. *ideſt deſolatio ciuitatis vel Iudęorum a Deo prędefinita.* Confirmabit autem, *quia occaſione mortis Chriſti exierat terminos. 70. hebdomadarum in pœnam dictæ mortis, vt dictum eſt: ideo reuertitur ad oſtendendum quid amplius debeat fieri in vltima hebdomada, de qua inceperat dicere, & non perſeccerat dicens.* Confirmabit autem pactum multis. *ideſt legem Euangelicam, quæ dicitur pactũ nouum, Iere. 31.* Hebdomada vna, *ſ. vltima, quæ Chriſtus tribus annis, & dimidio prædicauit legem Euangelicam, & eam confirmauit per miracula, & mortem ſuam, & in tribus annis reſiduis cum dimidio per prædicationem apoſtolorum, vt prædictum eſt.* Et in dimidio hebdomadæ deficiet hoſtia, & ſacrificium, *quia in medio illius hebdomadę paſſus eſt Chriſtus, vt viſum eſt, & tunc ſacrificia legis caſſa, & mortua fuerunt.* Et in tẽplo erit abominatio deſolationis. *Iſtud fuit diu poſt 70. hebdomadas, quando Adrianus imperator ſuam ſtatuam fecit poni in loco, vbi ſteterat arca domini. Et quia poſſet quæri, quantum durabit captiuitas ſiue deſolatio Iudaici populi? Reſpondet dicens:* Et vſque ad conſummationem *ſ. mundi. Tunc enim ſecundum doctores catholicos conuertentur Iudæi ad fidem Chriſti.*

**B** *Hunc autem exponendi modum ſecutus ſum alias: quando primo ſcripſi ſupra Danielem. Sed qui poſtea confidens de Dei adiutorio, aggreſſus ſum ſcribere ſuper totam ſacram ſcripturam: & cum veniſſem ad Libros Eſdræ, & Eſther, viſum mihi fuit, & adhuc videtur, ſaluo meliori iudicio, quod enumeratio annorum quæ poſita eſt in expoſitione iſta, non bene conſonat ſacræ ſcripturæ: quia in magna parte ſui procedit ſecundum chronicas latinorum, ſcilicet a deſtructione ciuitatis Ieruſalem per Nabuchodonoſor vſque ad 20. annum Artaxerxis excluſiuè: quod tempus ſecundum chronicas Latinorum fuit 185. annorum. Secundum hanc computationem Mardochæus fuiſſet 259. annorum, quando per Aſſuerum fuit exaltatus. Non eſt autem veriſimile quod tantum vixerit. Et dato, quod vixiſſet, tamen facere non potuiſſet illa quæ de eo ſcribuntur in lib. Eſther. ſ. regere domum reginæ, & regis palatium, & equitare per ciuitatem, & ſimilia. Quod autem ſequatur ad dictam enumerationem Mardochæum tunc fuiſſe tantæ ætatis, oſtenditur, quia ductus fuit in Babylonem cum Iechonia rege Iuda, vt habetur Eſther 2. & tunc fuit ad minus decem annorum. Per Iechoniam Sedechias regnauit 10. annis 4. Reg. 24. Deinde ſecuta eſt captiuitas 70. annorum, ſecundum Chronicas Latinorum, ſ. ad deſtructionem per Nabuchodonoſor vſque ad primum annum Cyri. a quo vſque ad 19. annum Artaxerxis incluſiuè fuerunt anni 115. vt prædictum eſt, & remanent adhuc de eius regno 21. anni, & quia regnauit 40. annis Xerxes ſecundus, menſibus duobus Sogdianis menſibus 7. & computantur iſti duo pro vno anno. Darius notus 19. Aſſuerus 12. ante exaltationem Mardochæi, Eſther 3. Si verò prędicti anni ſimiliter coniungantur faciunt annos 249. ſicut alias dixi in principio libri Eſther. Ideo pono alium modum computandi 70. hebdomadas prędictas, conſonum magis ſcripturę ſecundum quæ Mardochæus 12. anno regni Aſſueri fuit tantum 94. annorum, vt oſtendi in principio libri Eſther, & adhuc in ſequentibus oſtendetur. Modus etiam iſte quem intendo ponere, procedet partim ſecundum ſacram ſcripturã, partim ſecundum Hebræorum dicta, propter quod non poterit ab eis*

**C** *rationabiliter impugnari, tamen in vno non intendo eos ſequi, in quo oſtendam eos deficere manifeſte.*

Poſterior Lyrani ſenit. de hebdom.

*Primò igitur videndum eſt, a quo incipit computatio 70. hebdomadarum: ſecundò vbi terminatur: quia in his duobus iacet vis negocij: tertiò ad expoſitionem literę accedetur. Quantum ad primum dirigit nos verbum angeli dicentis: Danieli:* Ab exitu ſermonis, vt iterum reędificetur Ieruſalem, &c. *Et in Heb. habetur: Ab exitu ſermonis ad reuertendum, & ędificandum Ieruſalem, &c. Ex quo videtur quod a primo verbo ex reuelatione, domini procedente de reditu populi in Ieruſalem, & per conſequens reędificandi ibi templum, & habitacula miniſtrorum, & populi ibidem habitantis: licet adhuc non eſſet data licentia reædificandi muros ciuitatis, & fortalicia, debeat hebdomadarum computatio inchoari. Illud autem verbum habetur Iere. 29. c. vbi dicitur:* Cum ceperint impleri in Babylone 70. anni, viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, & reducam vos ad locum iſtũ. *Sed quo tempore fuit hoc dictum patet ex cap. 28. Iere. vbi dicitur, in anno quarto Sedechiæ regis, menſe 5. Ieremias reprehendit Ananiam falſum prophetam. Iſte enim aſſerebat Iechoniam, & qui cum*

A quo incipit computatio lxx. hebdomadarum.

eo

*eo tranſlati fuerant in Babylonem, redire in Ieruſalem poſt di*
*nos, & iugum regis Babylonis confringi, & conſequenter ca*
*ponitur epiſtola Ieremiæ ad tranſmigratos in Babylonem vt n*
*fiderent verbis falſorum prophetarum, in qua ſcribitur hoc v*
*ex reuelatione domini.* Cum ceperint impleri in Baby
*70. anni, &c. Et ſic patet, quòd hoc verbum dixit dominus pe*
*miam anno quarto Sedechię circa finem. propter quod comp*
*70. hebdomadarum debet incipi ab anno quinto Sedechię inc*
*Quantum ad ſecundum dico, quod terminatur in anno paſſio*
*mini incluſiuè. Nam incipiendo ab anno quinto incluſiuè re*
*dechiæ habentur ſex anni integri de regno eius: quia 11. ann*
*ſui menſe quarto fuit captus, et captiuatus 4. Reg. 25. propte*
*ille 11. annus ratione maioris partis computandus eſt in tem*
*ſtructionis ciuitatis, ne vnus annus bis computetur. A dic*
*deſtructione vſque ad primum annum Cyri fluxerunt 52.*
*cundum Hebræos. Cyrus verò tribus annis regnauit ſec*
*eos poſt monarchiam acceptam: a quo tempore debet h*
*computatio. Illi verò qui dicunt eum regnaſſe 30. annis, in*
*computare à principio regni ſui in Perſide tantum. Principi*
*rò anni quarti quo regnauit Cyrus, computandum eſt in t*
*Cambyſis filij ſui, ne vnus annus bis computetur. Cambyſes*
*annis regnauit, vt dicit Ioſephus libro antiquitatis Iudaicæ*
*poſt quem ſecundum Hebræos regnauit Aſſuerus maritus*
*& in hoc ſupra ſecutus ſum eos in principio libri Eſther: ſe*
*quod dicunt eum regnaſſe 14. annis tantum, videntur mihi*
*manifeſtè. Nam Aſſuerus cepit Eſther vxorem anno 7. re*
*menſe 10. vt habetur Eſther 2. Cum igitur ſecundum ipſos*
*filius Aſſueri, & Eſther reginæ poſt Aſſuerum regnaueri*
*diate, oportet conſequenter eos dicere, quod in principio r*
*fuit tantum quinque vel ſex annorum: nam à deſponſation*
*vſque ad natiuitatem Darij tranſiit octauus annus Aſſuer.*
*ior pars ipſius ad minus. Non eſt autem veriſimile, quod t*
*ſcriberet ſic autenticè, & ſerioſe ædificationem templi, ſicu*
*nitur de ipſo 1. Eſdræ 6. Sed ad hoc poſſet reſponderi, quo*
*mater ſua quę Iudęa erat, & mortuo Aſſuero ſuperuixera*
*uorem Iudęorum fecit ſcribi illam epiſtolam & ſigillari no*
*lij ſui exiſtentis adhuc pueri. propter hoc hęc reſponſio re*
*ibi per literam ſequentem, vbi dicitur, quod de ſumptibu*
*neceſſe fuerit, miniſtrentur ſacrificia, & offerant oblatione*
*li, orentque pro vita regis, & filiorum eius. Ex quo patet, q*
*tantæ ętatis quòd filios habebat.*

*Et ideo dico cum alijs hiſtoriographis, quod Aſſuerus*
*40. annis, & ſic Darius filius eius quando cœpit regnare pe*
*immediate, fuit 32. annorum, vel circiter ſecundum prędict*
*verò ſecundo Darij reſumptum fuit opus templi ſecundi, &*
*matum ſexto anno regni eius menſe 12. 1. Eſdrę 6. Sciendun*
*quod idem annus fuit quadrageſimus Aſſueri, et primus D*
*ci ſucceſſit immediatè: & ſic oportet de numero annorum*
*vnum ſubtrahere, aliter vnus bis computaretur: & ſic A*
*& Darius regnauerunt 45. annis, vſque ad ſecundi templi*
*mationem. Et inde vſque ad eius deſtructionem per Roman*
*runt anni 420. ſecundum Rab. Sal. & alios Hebręos, quib*
*gantur anni prędicti ab anno quinto Sedechiæ incluſiuè: ſu*
*anni 532. à quibus ſi reſcindantur 42. anni qui poſt annu*
*nis Chriſti fluxerunt vſque ad deſtructionem templi ſecun*
*dum omnes hiſtoriographos, remanent anni 400. qui fac*
*hebdomadas annorum pręcisè. Et ſic patet ſecundum ſci*
*minatio 70. hebdomadarum in anno paſſionis Chriſti inclu*
*prędictis patet, quod ſupra dictum eſt de ætate Mardochę*
*accipiantur anni hic enumerati ab anno quinto Sedechiæ*
*12. Aſſueri ſunt ſimul anni 79. quibus ſi adiungantur*
*primi regni Sedechiæ, & decimo, quos ad minus habuit tẽ*
*lationis ſuę, inuenientur anni nonagintatres, ſicut ſup*
*batur.*

*His dictis accedendum eſt ad expoſitionem literę, quę*
*in duas partes. In prima ponitur reuelatio, in ſecunda ver*
*tionis expoſitio, ibi:* Scito ergo. *Prima pars exponatu*
*expoſitione hebdomadarum immediate præcedenti. nam n*
*ueniunt hęc, & illa.* Scito ergo. *Hic conſequenter po*
*uelationis expoſitio, & diuiditur in duas partes, quia prin*
*tur ſeptuaginta, hebdomadas generaliter, ſecundò expo*
*quid pertinens ad vltimum ſpecialiter, ibi:* Confirm
tem. *Circa primum dicit angelus Danieli:* Scito ergo,
maduerte, *qualiter hebdomadæ ſint incipiendæ, & in*
*d.c.*

1 Ab exitu &c *ideſt à quinto anno Sedechiæ inchoa*
*vt oſtenſum eſt ſupra.*

2 Vſque. *ideſt.*

3 Ad Chriſtum ducem. *protendendæ ſunt.*

* 1 Hebdo

impletur,ſed vt totum pariter ſupputatur,ita finem ac pit: Nec ignorandum quoſdam illorum dicere, quod na hebdoma.de qua dicitur: *Confirmabit.* pactum multis hebdomada vna di- datur in Veſpaſia ,& Adrianum,vt ixta hiſtoriam Io- ſphi, Veſpaſianus; Titus tribus an- ,& ſeptem menſi ſpacem cum Iu- is fecerint. Tres tem anni, & ſex ēſes ſub Adriano nputentur,quan Ieruſalem oīno ſuerſa eſt, Iudæi eruatim cæſi; ita a vt Iudææ quoque ibus propelleren- : Hoc aiunt He- i nō magno cu- ſa primo anno rij regis Perſarū, ue ad extremam

euerſionem Ieruſalem quæ ſub Adriano accidit, computari Olympiades 174. ideſt annos. 696. qui faciunt hebdomadas Hebraicas 99. & annos tres, quādo Cochebas dux Hebræorum eſt oppreſſus, & Ieruſalē vſque ad ſolum diruta eſt.

a ¶Nouiſſimam videtur ſeparare, quaſi de ea plura locuturus, de qua ſubditur: Et confirmabit pactum mul. hebdo. vna.

ducem hebdomades ſeptem: & hebdomades ſexaginta duæ

a ¶A Neemia. b ¶Ieruſalem. c ¶In breui.

erunt, & rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia tē-

a ¶Subaudis & vij. b ¶Non ſtatim eis impletis ſed poſtea in fine 70.

porū. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chri-

a ¶Sed Cæſaris vel diaboli. vnde: Partes vulpium erunt. b ¶Non habemus regem niſi Cæſarem. Et a ibi: Hunc neſcimus vnde ſit.

ſtus, & nō erit eius populus qui eū negaturus eſt: & ciuitatem

¶Templum. ¶Romanus. ¶Veſpaſiano.

& ſanctuariū diſſipabit popul⁹ cū duce vēturo: & finis eius

a ¶ſub Veſpaſiano. b ¶A Deo in æternum.

vaſtitas, et poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Cōfirmabit aūt

a ¶ Nam iam tres anni præterierant nouiſſimæ hebdomadæ, quando dominus baptizatus eſt, ideſt 486. quibus adijciuntur tres anni, & ſex menſes, & pars 18. anni Tiberii, & ſunt 490.

pactū multis hebdomada vna, et in dimidio hebdomadis

a ¶Abominata deſolatio. ¶A . . . ominanda ſacrificia poſt mortem Chriſti.

deficiet hoſtia et ſacrificiū, et † ī tēplo erit abominatio deſola

¶Mundi. ¶Iudæorum.

tionis, et vſq; ad cōſūmationē et finē perſeuerabit deſolatio.

a *Confirmabit autē pactum:* Ioanne, ſ. & Chriſto & apoſtolis prædicantibus multi ſaluati ſunt, & cœpit vetus hoſtia in cordibus fidelium vel electorum vileſcere. *Confirmabit aūt pactū, etc.* Hoc de tribus annis intelligendum eſt & dimidio, quibus Chriſtus prędicauit, & quod patribus promiſerat confirmauit.

† duces venturi.

☞ Cap.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Hebdomades 7. & hebdo. 62. *vſque ad vltimam hebdomadam, in qua Chriſtus dux populi Chriſtiani baptizandus eſt, & legem Euangelicam prædicaturus, & pro ſalute humani generis moriturus, & reſurrecturus, & in cœlum aſcenſurus. Diſtinguit autem ſeptem hebdomadas, & vltimam ab alijs, & propter ſpecialia opera facta in ipſis. Nam in vltima facta eſt generis humani reparatio, vt dictum eſt. In ſeptima verò templi primi deſtructio, vſque ad primum annum Cyri, qui dedit licentiam reædificandi. A deſtructione enim ſecundi templi vſque ad primum annum Cyri, qui dedit hanc licentiam fluxerunt anni 52. vt dictum eſt ſupra qui faciunt ſeptem hebdomades annorum: & cum hoc tres annos qui computantur cum tempore 62. hebdomadarum, eo quod non faciunt per ſe hebdomadam: & eadem ratione ſex anni de tempore Sedechiæ pręcedentes templi deſtructionem.*

2 Et rurſum ædificabitur platea *ſ. templi.*

3 Et muri. *ciuitatis Ieruſalem in tempore 62. hebdomadarum per Zorobabel, & Neemiam, & alios patres.*

4 In anguſtia temporum. *quia per gentes circunſtantes fuerunt multum impediti, & afflicti, & etiam poſtea, vt patet in Eſdra, & Neemia, & lib. Machabæorum.*

5 Et poſtea hebdomades. *hebdomades 62. & 7. alias præcedentes ſupple.*

6 Occidetur Chriſtus. *in vltima hebdomada, vt prędictū eſt.*

7 Et non erit populus eius, qui eum negaturus. *i. Iudæi coram Pilato ipſum negaturi, dicentes:* Non habemus regem niſi Cæſarem. *Ioa. 19. c. non erunt amplius eius populus ſcilicet Chriſtiani in ipſo regenerandi, & ab eo denominandi.*

8 Et ciuitatem, & ſanctuarium. *i. templum ſecundum.*

9 Diſſipabit populus *ideſt, exercitus Romanus.*

10 Cum duce venturo. *i. cum Tyro venturo contra Ieruſalem. Iſtud non fuit factum infra templum 70. hebdomadarum, ſed poſtea per 40. annos, vt prędictum eſt. Sed quia hoc factum fuit in pœnam mortis Chriſti, ideo hic ponitur immediate poſtquam locutus fuerat de Chriſti occiſione.*

11 Et finis eius. *ſicut ciuitatis Ieruſalem.*

12 Vaſtitas. *quia fuit vaſtata per Romanos.*

13 Et poſt finem belli. *Romanorum contra Iudæos.*

14 Statuta deſolatio. *i. deſolatio ciuitatis, & templi, quæ combuſſerunt Romani, & Iudaici populi, quem partim occiderunt, & partim captiuauerunt: ſicut ſtatutū erat, & ordinatum a Deo in pœnam mortis Chriſti. Sciendum autem, quod litera Hebraica ſic habet.* Et vſque ad finem belli ſtatuta deſolatio, *& multum mutatur ſententia. Ex hoc enim dicunt Hebræi, quod deſolatio, & captiuitas in qua ſunt, duratura eſt vſque ad finem belli Gog, & Magog, quos Meſſias venturus debellauit, & tunc regnabunt in Iudæa temporaliter. Et ſecundum hoc poſſent Iudæi dicere, quod litera noſtra ſit falſa, & expoſitio ipſius ſimiliter. Ad quod excludendum, ſciendum, quod in Hebræo ſunt duę dictiones, quarum vna ſignificat idem quod adhuc: alia idem quod vſque quæ eiſdem literis ſcribuntur, ſcilicet Ain, & Deleth: & diſtinguuntur iſtæ duæ dictiones ſolum per punctationem, quæ de facili mutari poteſt manentibus literis: Hæc autem dictio adhuc, aliquando accipitur in ſcriptura pro poſt, ſicut Ionæ 3. b.* Adhuc 40. dies, & Niniue ſubuertetur. *ideſt poſt 40. dies ſubuertetur. Et ſecundum hunc ſenſum primò fuit facta punctatio dictionis Hebraicę in hoc loco, & ſonat* od: *& ſic tranſtulit translator noſter. Sed poſtea mutata eſt punctatio per Iudæos ad ſignificandum* vſque: *& ſic ſonat* ad. *& conſimiliter fecerunt in pluribus alijs locis veteris teſtamenti, prout in pręcedentibus libris declaraui. Acceperunt autem occaſionem hoc faciendi ex 70. interpretibus, qui vbi inuenerunt aliquid de myſterio trinitatis, & incarnationis, tacuerunt, vel aliter tranſtulerunt, ſecundum quod dicit Hieron. in prologo ſuper Pentateuchum. Et idem ego oſtendi in pluribus locis veteris teſtamenti, ſpecialiter Iſa. cap. 9. pro eo enim quod ibi habetur de Chriſto:* Et vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis, *tranſtulerunt. Et vocabitur nomen eius magni conſilij angelus.*

15 Confirmabit autem pa. mul. *Hic reuertitur Angelus ad loquendum de vltima hebdomada, de qua inceperat dicere quantum ad mortem Chriſti, & non perfecerat interponens pœnam huius mortis, vt dictum eſt. Dicit igitur:* Confirmabit autem. pa. multis. *ideſt, legem Euangelicam, quę dicitur pactum, & fœdus nouum. Iere. 31.*

16 Hebdomada vna. *Nam in vltima hebdomada Chriſtus prędicando, mirabilia faciendo, moriendo, reſurgendo, aſcendendo in cęlum, & mittendo Spiritumſanctum, legem Euangelicam confirmauit, & anno ſuæ paſſionis per prędicationem apoſtolorum notabiliter dilatauit, vt patet Act. 2. & 4.*

17 Et in dimidio hebdo. *i. in vltima eius medietate in qua paſſus eſt Chriſtus.*

18 Deficiet hoſtia, & ſa. *quia ſacrificia veteris legis ceſſauerunt per paſſionem Chriſti non habentia vltra vim obligandi.*

19 Et erit in templo abo. deſo. *Hoc refertur ad tempus ſequēs. 70. hebdomades, in quo Adrianus Imperator fecit poni ſtatuam ſuam in loco templi, vbi ſteterat arca: quę ſtatua apud Hebręos vocatur abominatio, ſicut & quodlibet aliud idolum, & erat deſolationis Iudaicæ ſignum manifeſtum.*

20 Et vſque ad conſum. & finem. *ſ. ſęculi.*

21 Perſeuerabit deſolatio. *Prope enim finem mundi detecta falſitate Antichriſti per Eliam, & Enoch Iudęi ad Chriſtum conuertentur, & multi eorum conſtanter ſuſtinebunt martyrium prout dicunt communiter doctores noſtri.*

✠ Cap.

## ADDITIO I.

*In cap. 9. vbi dicitur in poſtil. His viſis accedendum eſt ad literam exponendam. In hac reuelatione Danieli per angelum facta, quæ inter cætera prophetica de primo aduentu Chriſti tractantia efficacior videtur ad confutandam Hebræorum perfidiam, aſſerentium nondum impletum eſſe tempus huiuſmodi aduentus, vltra illa quæ in poſtilla ponuntur, tria videntur addenda.*

*Primum cuius autoritatis ſit hæc expoſitio Rab. Sal. inter Hebræos, vt videatur ſi ſufficit illam tantum impugnare, & ex ea contra eos arguere, vel oporteat inquirere de alijs expoſitionibus eorum in hoc loco.*

*Secundū, qualiter pręter rationes poſtillatoris quib. reprobari videtur*

detur prædicta expoſitio,ſunt aliæ validæ quibus rationabiliter poſ

A ſet euacuari. Tertium, quomodo ex ipſa expoſitione Rab.Sal.licet falſa,tamen cum quibuſdam veris,& ab eis receptis,veritas noſtra ſcilicet quod aduentus Chriſti iam longè tranſiuit in præteritum, poſſet concludi contra eos.

Circa primum ſciendum, quod hęc reuelatio pluribus, & varijs modis exponitur ab Hebręis, non tamen expedit ſingulourm opiniones,ſeu erroneas enarrare expoſitiones. Nam ſecundum Philoſo. 1.Ethi.omnes quidem perſcrutari opiniones inane fortaſſe eſt,ſufficiens autem maximè quæ ſuperficietenus appareant vel æſtimentur habere aliquam rationem. Conſtat aũt quod hęc expoſitio Rab. Sal.eſt ſeu dẽt eſſe tantæ autoritatis apud Hebręos,quod nõ poſſunt ab ea deuiare iuxta fundamenta Phariſaicę doctrinæ: ſecundum quam illa quæ in Thalmud determinatę habentur,ſeu definita circa ſacræ doctrinæ expoſitionem, non licet eis qualitercunque ab eiſdẽ recedere,ſed tenenda ſunt tanquam in textu ſacræ ſcripturæ contenta,prout Ra. Mo. largè tradit in principio ſui Deut. & in pluribus alijs locis habetur. Cuius eſt ratio:quia autoritas Thalmudica in huiuſmodi determinationibus apud eos eſt in eodem gradu,ſicut autoritas vniuerſalis Eccleſię apud nos ſed conſtat quod Rab. Sal.non fuit primus inuentor huius expoſitionis de qua hic agitur,ſed expreſſe hæc expoſitio ponitur in Thalmudica doctrina, ſpecialiter in duobus locis,ſ.in libro qui intitulatur: De ordine mundi,quod Hebraicè dicitur Ceder bolam.Similiter & in libro qui dicitur Aboda zara.1.cap.In quibus locis concorditer habetur,quod 70. hebdomadæ Danielis incipiunt a deſtructione primi templi, & terminantur in defectione ſecundi.Quas autoritates ſequitur Rab Sal.in hoc paſ-

B ſu tanquam inuiolabiliter tenendas apud Hebræos ratione prædicta. Ex quibus ſequitur,quod licet multi Hebræorum attendentes,quod prędicta expoſitio per ſuos magiſtros determinata non ſolum non poterat rationabiliter teneri ſeu ſuſtineri,ſed ex eadem cum alijs quibuſdam veris concludebatur Chriſtum iam veniſſe,vt infra patebit, inuenerunt quaſdam uarias, & confuſas expoſitiones,vt ſaltẽ per vias obliquas, & tortuoſas veritatem luce clariorem ſubterfugerent,prout de eis vaticinatur Ezechiel 12.ca. Sicut vulpes in deſerto ſunt prophetæ tui Iſrael:excluſa tamen hac expoſitione Thalmudica quam ſequitur Rab. Sal.non eſt facienda alia mentio de alijs expoſitionibus eorum multipliciter fictis. Oportet enim illos adherere prędictę expoſitioni, acſi eſſet in litera contenta, & hoc de primo.

Prima ratio. Circa ſecundum pręter illa quæ poſtil. ponit contra prędictam expoſitionem Thalmudicam ſeu Rab.Sal. quę ſunt ſatis valida,adhuc poſſunt vlterius contra illam fortiter obijci. Et primò poteſt ſumi contra eos validiſſimum argumentum de numero annorum inter vtranque deſtructionem contentorum. Nam licet computatio Hebręorum in huiuſmodi hiſtorialibus ſit in multis quę nobis ſunt incerta, tenenda ſeu ſequenda, præſertim contra eos contra quos per ſua propria teſtimonia rationabiliter poſſet procedi: vbi tamen euidenter deficiunt, vel ſibiipſis contradicunt in computatione, nullo modo ſunt eorum dicta admittenda: ſed contra eos de talibus fortiter eſt dimicandum: Conſtat autem ꝙ in propoſito manifeſtè deficiunt.Plures anni etiam ſecundum eos fluxerunt inter vtranque deſtructionem quam.70.hebdomadæ,quæ faciunt 490. annos. Quod ſic patet: Nam ipſi diuidunt has 70. hebdomadas in duas partes principales.ſ.in 10.hebdomadas, quę faciunt 70.annos,qui fluxerunt ſecundum eos a deſtructione templi per Nabuch. vſq; ad conſummationem ædificationis templi ſecundi, quibus adaptant illud Iere.29.c.Cum impleti fuerint in Babylone 70. anni,viſitabo vos,&c.Et in 60.hebdomadas,quæ faciunt 420.annos quib.

C dicunt duraſſe templum ſecundum,vt patet in lib.Abodazara præallegato ca.1. vbi habetur quod regnum Perſarum tempore templi ſecundi durauit 34.annis.conſequenter regnum Græcorum tempore prædicti templi.180.conſequenter regnum Machabæorum 103.conſequenter regnum Herodis ſeu Herodianorum 103.annis.Hæc omnia ſunt in textu libri prępallegati. vbi glo.Rab. Sal.habet 420. annos durationis templi ſecundi qui ſi cum 70. annis qui fluxerunt a deſtructione templi primi vſque ad conſummationem ſecundi iungantur, habes. ſcilicet, ſeptuaginta, hebdomadas Danielis. hęc Rabbi Salomone. Sed prima pars iſtius computationis continet falſum etiam ſecundum eos. Poteſt enim ex autoritatibus ſuis deduci, ꝙ à deſtructione primi templi vſque ad eius conſummatam ædificationem 78.anni fluxerunt.Quod ſic patet: nam Nabuchodo. regnauit 45. annis,vt in lib.magila.cap.1.ex verbis ſacræ ſcripturę probatur. In anno autem 19.Nabucho.deſtructum eſt templum in menſe 5.vt habetur Iere.52.& in 4.Reg.Ex quib. ſequitur,quod Nabuch.regnauit à deſtructione templi 27. annis, quorum primus licet imperfectus computatur pro anno,vt ſæpe habetur in ſcripturis:& etiam in Thalmud frequenter legitur,quod una dies computatur pro anno. Conſequenter Euilmerodach regnauit 23. annis, prout ipſi profitentur haberi ex traditionibus antiquis lib. præallegato.Balth.verò regnauit tribus annis,vt habetur ex textu.Darius verò primus regnauit duobus annis, qđ ſimiliter habetur ex textu. Conſequenter Cyrus ſecundũ Hebræos (licet minus verè,vt patebit cum

cum de vera expoſitione agetur) regnauit tribus annis. Aſſuerò qui dicitur Arphaxat regnauit 14.annis,quorum 12. habentur ex textu Eſther.3.cap.& duo habentur ex traditione ſecũdum licet ſecundum latinos 40.regnauit.Darius verò vſque ad conſummationem templi, vt habetur ex textu ſex annis. Ex quibus ſequitur,quod à deſtructione templi primi vſque ad conſummationem ſecundi,etiam ſecundum computum ipſorum fluxerunt anni 78. ſecundum alios multo plures. Et ſic patet quòd prima pars computationis eſt falſa,etiam ſecundum eos:deficit enim per hebdomadam,& vnum annum. Similiter in ſecunda parte computationis per amplius deficiunt, ſubtrahendo plures annos, vt patebit in litera in hoc cap. cum de vera expoſitione harum hebdomadarum agetur: vnde manifeſtum eſt, quod hęc expoſitio præſupponit falſum,etiam ſecundum eorum computationem. Præterea vt ſonat euidenter, in his hebdo. Danieli reuelatis implenda erant illa quæ in litera principaliter continentur ſcilicet conſummatio præuaricationis,& deletio iniquitatis, & adductio iuſtitiæ ſempiternæ, & huiuſmodi quod expreſſe litera teſtatur dicens:Septuaginta hebdomadæ ſciſſæ ſunt ſeu definitæ, vt conſummattur prænaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, &c. Non enim dixit angelus, quod poſt 70.heb.hoc erat implendum ſicut in ſequentibus dixit,poſt hebdomadas 62. occi. Chriſtus, &c. ſed Septuaginta heb. ſciſſæ ſunt,vt talia fiant, hoc eſt,durante tempore 70.hebdomadarum,vt patet manifeſtè prędicta verba intelligenti. ſed ſecundum prædictam expoſitionem manifeſtum eſt,quod nihil illorum quæ in prima propoſitione angelica continentur,fuit impletum ſecundum eos durante tempore 70.hebdomadarum,ſed totum illud remanet apud eos futurum, quod non implebitur vſque ad aduentum Meſſiæ inaniter expectati ab eis,quod eſt manifeſtè contra ſenſum literæ,vt dictum eſt. Si autem dicatur, quod illa quæ continentur in prima propoſitione angelica licet non fuerunt impleta durante tempore heb. quo ad perfectam aſſecutionem, fuerunt tamen impleta per modum meriti, hoc eſt quod durante tempore hebdomadarum populus ille meruit, vt conſummaretur præuaricatio, &c. in aduentu ſui Meſſiæ futuri. Hoc non valet. Tum quia non eſt conſonum literæ,quæ ſimpliciter dicit,vt conſummetur præuaricatio,& adducatur iuſtitia ſempiterna,&c. huiuſmodi. Non enim dicit vt mereantur talia habere,ſed vt habeant.Magna enim differentia eſt inter mereri aliquid, & habere illud, nam multi merentur vitam æternam, qui tamen non habent eam.Tum etiam quia Rab.Sal.profitetur,quod populus ille nõ meruit prædicta.infra tempus hebdomadarum,ſed infra heb.tempore huius diuturnę, & interminabilis captiuitatis illa habebat mereri, vt patet ex dictis ſuis quę in poſtilla continentur. Ex quo ſequitur,quod infra tempus Hebdomadarum nihil fuit impletum ſecundum eos de contentis in prima propoſitione angelica, nec per modum meriti nec aſſecutionis, vnde litera ſecundum prædictam expoſitionem remanet ſimpliciter falſa. Pręterea captiuitas Babylonica tolerabilior, & mitior fuit Hebręis incomparabiliter quam captiuitas hodierna.Quod patet ex tribus. Primò,ratione durationis: illa enim durauit per 70.annos,iſta verò durauit vltra M.CC.400.annos:& adhuc in ſuo vigore conſiſtit. Secundò reſpectu diuinæ prouidẽtię.In illa enim fuerunt a Deo prouiſi de dono prophetiæ & miraculorum.Erant enim inter eos quam plurimi prophetæ domini,vt Iere.Ezechiel,Zacharias,& Daniel.In iſta verò nullus legitur fuiſſe propheta. Similiter, & in illa Deus fecit pro eis multa miracula, vt patet de liberatione Danielis, & trium puerorum, & de Mardochęo,& huiuſmodi.In iſta verò ſicut nec fuerunt prophetæ ita nec miracula diuina pro eis leguntur facta.vnde & ipſi ſeipſis in ſtatu hodiernę captiuitatis, in quo neutrum prędictorum habuerunt,intelligunt illud prophetę Pſal. 73.b. Signa noſtra non vidimus,& iam non eſt propheta,&c.

Tertio, reſpectu dignitatum ſeu bonorum ſęcularium. In illa enim quidam eorum bonorum habuerunt honores regios,& multas dignitates vt legitur de Ioachim Iere.vlt.cuius. thronus fuit ſublimatus ab Euilmerodach ſuper thronos aliorum regum per totam viam ſuam Similiter Daniel fuit ſublimatus habens poteſtatem ſuper prouinciã Babylonicam. Similiter & ſocij eius, vt habetur Dan.2. Mardochæus etiam fuit conſtitutus quaſi ſecundus regi Aſuero,Eſther.vlt.Zorobabel habuit dignitatem comitatus,vt patet Aggei.2.& ſic de quibuſdã alijs. In iſta verò captiuitate omnes ſunt in viliſſimo ſtatu carẽtes honorib.ſeu dignitatibus huiuſmodi vbicunq; ſint,vt eſt notum.Ex quibus ſequitur, quod Daniel qui vehementer anxiabatur,& dolebat de prima leuiori,& breuiori captiuitate:dicit in hoc cap.in ſua oratione: Populus tuus eſt in opprobrium omnibus qui in circuitu noſtro ſunt.Similiter: Aperi oculos tuos, & vide deſolationẽ noſtrã &c. Incomparabiliter amplius doluiſſet de captiuitate hodierna ſi eam cognouiſſet populo Dei futuram. Conſtat autem quòd ſecundum prędictã expoſitionem angelus nũtiauit Danieli in hac reuelatione captiuitatem hodiernã,quę acerbiſſima, & longiſſima eſt incomparabiliter ſuper primam, & per conſequens angelus non prnoſticabat ei grata ſeu cõſolatoria,ſed potius moleſta & ſum-me

affliſtiua,cuius oppoſitum apparet in litera. nā angelus Gabriel
A (o volans *quaſi bonus nuncius,& in hora accepta.ſ.*tempore *crificij* veſpertini*,& in verbis ſuis annuens,ꝙ preces ſuæ erāt* *audita, dicebat ei :* Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo. *Similiter vocat eum* virum deſideriorum*.q.d.ꝙ ſignificaret ei ſuorum deſideriorum impletionem. Cuius oppoſitum totaliter eſt ſecundum prædictam expoſitionem. nam Danieli non expito de prima captiuitate, prænoſticabat crudeliſſimam ſecundā. Similiter dolenti,& ſe affligenti de longitudine primæ captiuitatis 7 annorum,& ſuper hoc petenti liberationis accelerationem dicē* d Placare domine.accelera & fac,*angelus prænuntiabat captiuitatem vēturam,cuius terminum ei minime protalabat,de quo p amplius & fortius debuiſſet anxiari.Unde ſi hæc bene aſpician ti manifeſtum eſt quod tota conſolatio Danielis continebatur durate tempore hebdomadarum , quod totaliter euacuat prædictam expoſitionem: vt patet ſane intelligenti.*

*Præterea in hac expoſitione exponitur illud.* Vſque ad Chriſtum ducem,*de Cyro:Quod patet eſſe falſum ex tribus.Primo,quia non eſt verum , ꝙ à deſtructione prima vſque ad Cyrum fluxerunt ſeptem hebdomadæ tantum,cum etiam ſecundum computum ſuum a eadem prima deſtructione vſque ad Balthaſar excluſiuè fluxerūt 4 anni,qui faciunt hebdomadas ſeptem integras.Nam vt dictum eſt ſuprà in prima obiectione , Nabuchodonoſor regnauit poſt deſtructionem templi 27.annis , & conſequenter Euilmerodach filius eius regnauit 23. annis, qui faciunt 50.annis.Et ſic patet quòd ſeptem hebdomadæ & plus vnus tranſierunt,antequam cœpiſſet Balthaſar regnare : quibus ſi addantur quinque anni.quibus ſucceſſiue regnauerunt Balthaſar & Darius primus,vt ſupra dictum eſt,ſequitur quòd ſeptem hebdomādę ſupradictæ , & plus ſex anni tranſierunt ante regnum Cyri:vnde patet eſſe falſum Cyrum fuiſſe Chriſtū ducem de quo Daniel loquebatur. Nec valet dicere,quod quia hebdomada octaua eſt imperfecta : ideo non computatur cum ſeptem prædictis ,ſed reſeruatur computanda cum 62.ſequentibus . Tum quia cum ſex ſunt maior pars , & notabiliorum hebdomadæ quàm vnum,potius debuiſſet computari cum ſeptem primis , quàm cum 62 ſequentibus,cum quibus vnus annus tantum illius hebdomadę includebatur.Tum quia in hac reuelatione angelica deſcenditur vſque ad dimidium hebdomadæ computandum,vt patet in hoc ca. circa vltimam hebdomadam:& ſic ſex anni non erant dimittendi, qui faciunt plus quàm dimidium hebdomadę. Tum quia in quinque annis minus octauę hebdomadę regnauerunt duo magni monarchę,ſcilicet Balthaſar & Darius, quorum quilibet accedit magis ad terminum ſeptem hebdomadarum quàm Cyrus. vnde de quolibet eorum debuiſſet potius intelligi,quàm de Cyro qui longius diſtat.Secundò, quia nuſquam in ſacra ſcriptura legitur,quòd aliquis dicatur Meſſias ſeu vnctus ſimpliciter,niſi vnctus fuerit corporaliter ſacro oleo quo ſacerdotes , & reges vngebantur , vel ſpirituali , ſcilicet oleo gratiæ prophetalis, de quo in pſ.* Vnxit te Deus De' tuus oleo *& ſimiliter & ibi:* Noli tangere Chriſtos meos.*Quod ſecundum expoſitores hebręos intelligitur de Abraham & alijs patriarchis qui fuerunt prophetæ. Neutro iſtorum modorum poteſt attribui vnctio Cyro,vt Meſſias dici poſſet. Nam non fuit propheta,vt eſt manifeſtum,nec etiam ſacro oleo vnctus:quod patet ex hoc : nā oleum vnctionis ſacrum nunquam fuit in templo ſecundo , vt habetur expreſſe in lib.qui dicitur Sanhedrin,& in alijs locis. Si autem obijciatur de hoc quod legitur Iſa.45.a.* Hic dicit dn̄s Meſſiæ, ſeu Chriſto ſuo Cyro.*non valet,nam ſecundum magiſtrum hebræorum,vt Ra.Sa.teſtatur, Meſſias non accipitur in prædicta autoritate Iſaię,niſi pro vero Meſſia qui ab eis expectatur,& nō pro Cyro licet Ra.Sa..Abenhazra.Tertio,quia poſito & non conceſſo,quòd Meſſias poſſet dici Cyrus in ſacra ſcriptura, cum tamen ſibi adiungitur hæc dictio* nagid, *prout eſt in hebraica litera nullo modo pōt intelligi de Cyro.nec de aliquo alio Meſſia ſeu vncto,niſi de rege Meſſia tantum: de quo omnes principaliter prophetæ loquuntur. Cuius ratio eſt:nam proprius & verus ſenſus huius dictionis* nagid, *eſt princeps ſeu principalis , vt patet Prouer.8.vbi dicitur :* Audite quia principalia loquor.*Vbi enim nos habemus principalia: in hebręo habetur* nagid *, qđ eſt plurale iſtius ſingularis* nagidim: *& ſic de multis alijs. Nullus autem ſanę mentis poſſet dicere , nec etiam ipſimet Hebræi in tantam prorumperent inſaniam,quòd aſſererent vt aliquis in ſacris ſcripturis Meſſias principalis dicatur, niſi ille qui inter cęteros Chriſtus principatum tenet,vel tenebit ſecundum eos.In cuius etiam ſignum Iſaiæ 55.vbi de verò Chriſto ad literam agitur,etiam ſecundum hebręos ibidem legitur:*Ecce teſtē populis dedit eum nagid : & præceptorem gentibus. *Ecce qualiter concordat Iſaias cum angelo reuelante Danieli. nominando verum Chriſtum ſeu Meſſiam* nagid.*ideſt principem,ſeu principem.Et ſic patet expoſitio Rab.Sa. aſſerens ꝙ Chriſtus in hoc loco accipiatur pro Cyro, eſt omnino falſa. et notandum,ꝙ Rab..Abenhazra, qui magnæ autoritatis reputatur inter eos in expoſitione literali , & etiam alij moderni attendentes quod Cyrus in ſcripturis non poſſit dici Chriſtus ſeu Meſſias,cupientes tamen quod hęc autoritas nullo modo applicaretur Chriſto noſtro, idcirco prędictus Ra.* *Abenhazra attribuit prędictum verbum ſcilicet,* vſque ad Chriſtum, *Neemiæ.alij verò Zorobabel. Sed diligenter intuēti nihil eis prodeſt hęc varietas & aſtutia:nam eiſdem rationibus excluduntur ab iſto loco Neemias , Zorobabel & Agrippa,ſicut & Cyrus. Et hęc de ſecundo principali.* D

*Circa tertium principale prę ſupponendum eſt,quòd iuſtitia ſempiterna quæ continetur in verbis angeli ſecundū traditionem Thalmudiſtarum,eſt ipſe Chriſtus ſeu Meſſias,vt habetur in lib.de ordine mundi ſupra allegato , vbi quidam doctor eorum de antiquis qui dicitur Rab.Barachia,exponens illud Iſaię 66.vbi dicitur:* Proxima eſt ſaluatio mea adveniēdū,& iuſtitia mea ad reuelādū. *Dicit expreſſe , quòd per illud quod dicitur.* Et iuſtitia mea, *intelligitur Meſſias, de quo ſcriptum eſt in Daniele 9.f.* Vt adducatur iuſtitia ſempiterna. *Similiter præſupponendum eſt,quod Sanctum ſanctorum, quod continetur in prędictis verbis angelicis , intelligitur ipſe Chriſtus,ſeu Meſſias promiſſus. Unde Ra.Moy.bar nahamam,recolligens multa quæ de hac materia in libris thalmudicis leguntur & exponens prędictum verbum in ſua glo.ſuper Dan. ſic dicit:Sanctuarium ſanctuariorum,vel Sanctum ſanctorū,non niſi ipſe Meſſias eſt ſanctificatus de filijs Dauid.Prę ſupponitur etiam, quod infra tempus 70.hebdomadarum, implenda erant illa quæ in verbis angelicis principaliter continentur , ſcilicet conſummatio* E *præuaricationis,& adductio iuſtitiæ ſempiternę,& vnctio ſanctiſſanctorum prout in ſecunda ratione ſupra contra expoſitionem Ra. Sal fuit deductum.Ex quibus ſequitur quòd ante tempus deſtructionis tēpli ſecundi adducta eſt iuſtitia ſempiterna, & vnctus eſt ſanctuſſanctorum.ſcilicet verus Meſſias promiſſus.Conſequentia tenet per expoſitionem Ra.Sal.ſupra dictum,ſecundum quam 70. hebdomadæ terminantur in tempore deſtructionis templi ſecundi , vt dictum eſt.Et ſic infra illud tempus,quod iam per magna tempora trāſit in prę teritum,Chriſtus venit:quod eſt intentum. Nec mirādum ſi ex falſa expoſitione concludatur veritas. Tum quia ex falſis ſępe ſequitur verum.Tum quia ad conuincendum aduerſarios, ipſorum propria confeſſio eſt efficax argumentum.Et nota quod non ſolum ſecundum Ra.Sa.Thalmudicam doctrinam vt dictum eſt,ſed etiam ſecundum omnes fere expoſitores eorum 70.hebdomadæ terminātur in tempore deſtructionis templi ſecundi.Et hoc de tertio principali.*

## ADDITIO II.

*In eo.cap.9.vbi dicitur in poſtil. Quod autem ſequitur ad dictā enumerationem Mardocheum tunc fuiſſe tantæ ętatis, oſtenditur, quia ductus fuit in Babylonem cum Iechonia rege Iuda, vt habetur Eſter 2.a.Non eſt neceſſarium ex textu allegato Eſter 2.concedere quòd Mardochęus fuiſſet ductus in Babyloniam cum Iechonia rege Iuda.Ibi enim legitur ſic.* Erat enim vir Iudæus in Suſan ciuitate vocabulo Mardochæus filius Iair , filij Semei , filij Cis de ſtirpe Iemini , qui translatus fuerat de Ieruſalem eo tempore quo Iechoniam regem Iuda trāſtulerat,&c. *Secundum quam literam ſi illud relatiuum qui,contentum in hoc dicto,qui translatus fuerat,referatur ad Cis proauum Mardochęi:& non ad Mardochæum:ſequeretur ex litera, quod Cis ductus fuit in tranſmigratione cum Iechonia , non autem Mardochæus pronepos* F *ſuus:& ſic non oportet concedere , quòd Mardochęus fuiſſet 259. annorum:quando per Aſuerum fuit exaltatus, vt dicit poſtil. quia forte per magnum tempus poſt tranſmigrationem Mardochæus fuiſſet natus in Suſis vel alibi.Quod autem relatiuum prędictum ſcilicet,qui translatus fuerat , poſſet referri ad Cis,patet per exemplū. nam ſi quis diceret:quòd Dauid fuit filius Ieſſe.filij Obed,filij Booz qui contraxerat cum Ruth Moabitide,verum dixiſſet,nam illud vltimum relatiuum qui, poſſet referri tantum ad ſuum immediatum antecedens.vnde ſimiliter poſſet intelligi in propoſito Et hoc modo accipiūtur relatiua grammaticalia in genealogia ſaluatoris Luc.3. ſcilicet ꝙ quodlibet illorum relatiuorum debet referri ad ſuum immediatum antecedens,non autem ad remotum,vt patet intuenti . Ex quibus ſequitur,ꝙ expoſitio prima poſtillatoris non eſſet reprobanda propter illam inconuenientiam quā allegat de ętate Mardochęi.Eſt tamen alia ratio potior ad impugnandā illā expoſitionem: Quę quidem reprobatio ſumitur ex initio hebdomadarum , prout patebit infra,quando de vera expoſitione tractabitur.*

Mardochæus an ductus in Babylonem.

## ADDITIO III.

*In eodem cap.vbi dicitur in poſtil.Primo igitur vidēdus eſt terminus à quo incipit computatio 70.hebdomadarum.In expoſitione huius viſionis eſt maxima varietas,nō ſolum inter Catholicos, & Hebręos,qui ex diuerſitate fidei circa aduētum Chriſti diuerſimode eam exponunt, ſed etiam inter Catholicos ex varietate opinionum atque hiſtoriarum multiplex interuenit uarietas. Idcirco ut planior ſenſus magis eluceſcat,de tribus per ordinem uidetur aliquid declarandum.Primò ſcilicet de terminis harum hebdomadarum.ſ. de initio & fine.qualiter ſint inquirēdi,ſeu inueſtigandi. Secundò qualiter ſit procedendum in cōputatione ab uno extremo ad aliud. Tertio qualiter de hac reuelatione ſecundum eius catholicam expoſitionem cum aduerſarijs eſt agendum.*

Quare inueſtigandæ ſint hebdomadæ.

Circa

*Circa primum præſupponẽdum eſt, quòd initium huiuſmodi hebdomadarum non poteſt rationabiliter aſſignari in aliquo tempore, ſequente tempus quo hæc reuelatio fuit facta Daniel. ſcilicet poſt annum primum Darij. Cuius ratio eſt: Nam ex hoc ſequeretur qđ Daniel, per hanc reuelationem ſibi factam non eſſet certificatus de tempore, quo ea quæ petebat, & ſibi reuelabantur, debebant impleri: ſed penitus ignoraret quantum temporis diſtabat a tempore reuelationis, vſque ad tempus in quo implerentur ea quæ ſibi fuerant reuelata, quod eſt inconueniens: cum in huiuſmodi notitiam ſuum deſiderium principaliter intendebat & ipſe Daniel nõ legitur petiuiſſe ab angelo ſuper hoc vlteriorem cognitionem, vt patet literam intuenti. Præſuppoſitum autem patet per palpabile exemplũ. Nam poſito caſu, quod vnus dominus habeat vnum ſeruum qui ex miſericordia vel liberalitate promiſerat libertatem à ſeruitute, nullum tempus ei aſſignans & conſequenter ex aliqua occaſione illum ſeruum incarcerauit, ſeu poſuit in cuſtodia qui quidem ſeruus maximè anxiatus à longa ſeruitute & carcere, inſtanter domino ſuo ſupplicans vt miſereatur ei de tam diuturna, & acerba afflictione, & concedat ei libertatem à ſeruitute promiſſam: ſimiliter & à carcere, à domino ſuo accipit tale reſponſum ſcilicet, quod à die in qua haberet licentiam exeundi de carcere vſque ad annum continuum:*
B *perfectam libertatem vt promiſerat ei daret. In quo caſu manifeſtũ eſt, ꝙ ſeruus ille nullã certitudinẽ habebat de tempore ſuæ liberationis. Cum enim tempus primum à quo pendebat tempus ſecundũ, eſt ſibi penitus ignotum, conſequẽter & ſecundum ſimiliter eſt ei ignotum. Quod quidem exemplum totaliter applicatur caſui noſtro. Nã ſi initium hebdomadarum tempore reuelationis erat futurum, nec fuerat Danieli reuelatum quantum diſtabat à præſenti tempore reuelationis, adhuc facta reuelatione remanebat dubius Daniel de ꝓpinquitate, ſeu prolixitate temporis, in quo reuelata debebant impleri, quod principaliter ab eo intendebatur. Ex quibus ſequitur, ꝙ exponere* ab exitu ſermonis. *de anno*† *primo Cyri, vel de 20. Artaxerxis, eſt omnino inconueniens. Daniel enim tempore reuelationis neſciebat ſi Cyrus habebat illam licentiam dare, ſimiliter ſicut Artaxerxes, & multo minus quando hoc erant facturi cum quolibet illorum erat futurum & merè contingens. Nec fuerat ſibi reuelatum per angelum, vt eſt manifeſtum in litera. vnde ſanctorũ, ſeu doctorum reuerentia ſemper ſalua, li* exitu ſermonis, *per angelũ prolatum non debet applicari alicui tempori ſequenti tempus reuelationis, ſed præſenti tempori, ſcilicet primo anno Darij (vt quidam volunt) vel alicui præterito tempori Danieli noto, vt inde haberet notitiam certam, quando reuelata erant adimplendæ.*

† ſecundo.

*Secundò præſupponendum eſt: quod cuilibet catholico verba angeli ſane conſideranti debet eſſe certus vltimus terminus hebdomadarũ. Cuius ratio eſt. Nam huiuſmodi terminus concurrit cum tempore paſſionis Chriſti. Quod patet ex hoc nã* deletio iniquitatis, conſumatio præuaricationis, *& huiuſmodi, quæ in prima pro-*
C *poſitione angelica continentur, ſunt proprij effectus paſſionis Chriſti,* cuius liuore ſanati ſumus *Iſa. 53. c. De qua paſſione Angelus fecit expreſſam mẽtionem dicens:* Poſt. 72. hebdomadas occidetur Chriſtus: *Cum igitur tempus paſſionis Chriſti eſt notum nobis, quod fuit 18. anno Tyberij Cæſaris, ſequitur de neceſſitate, ꝙ vltimus terminus hebdomadarum eſt nobis notus ex fide, qui eſt idẽ cum prædicto tempore paſſionis. Ex quo conſequenter eſt nobis notum, ꝙ initium harum hebdomadarum præceſſit annum 18. Tyberij per 490. annos ex autoritate angelica. Sed cum quo anno alicuius regis Iudæorum vel Chaldæorum, vel perſarum huiuſmodi initium concurrit, hoc diligenter requirit indaginem. Cuius ratio eſt. Nam hiſtoriæ concurrentes cum tempore 70. hebdomadarum, non tradũtur perfectè ſeu integrè in ſacris ſcripturis, nec in alijs autenticis annalibus: imo hiſtoriæ illorum temporum, præcipuè regum Perſarum & Medorum ſunt plenæ diuerſitatibus & contradictionibus, intantum, quòd non ſolum variantur in tempore durationis quorundam regum, ſed etiã quædam hiſtoriæ nomineant quoſdam reges Perſarum, de quibus alijs hiſtoriographi minime faciunt mentionem. Nam poſt Xerxem qui potenter ſibi ſubiugauit regnum Græciæ vſque ad Alexandrum magnum, fuerunt in Perſide ſecundum latinos 11. reges: ſecundum vero Hebræos à Cyro qui præceſſit prædictum Xerxem vſque ad prędictum Alexandrum fuerunt tantũ quatuor reges in Perſide, vt poſtil. ponit infra 11. capit. vnde per hiſtorias huiuſmodi non eſt locus inueniendi initium harum hebdomadarum certitudinaliter modo prædicto ſcilicet cum quo anno alicuius regis de prædictis concurrit tale initium, dato quod notitiam habeamus vltimi finis earum cum quo concurrat, vt dictum eſt.*

*Sed ad inuentionem huiuſmodi initij. Duo ſunt facienda. Primum ſcilicet ponderare verba angeli: ad quod debet tempus magis aptari. Secundum, quòd de quibus non habetur hiſtoria ſacræ ſcripturæ, recurratur ad hiſtorias autenticas, ſpecialiter Hebræorũ: & ſecundum eas procederetur in hac computatione: a tempore paſſionis Chriſti aſcendendo per 410. annos, & ibi aſſignare initium. Quod quidem initium per talem computationem inuentum, ſi non concurrat cum tempore adaptato verbis angeli, credendum contingere ex defectu ſeu corruptione Hiſtoriarum, vel po malitia aduerſariorum volentium occultare (vt conſueueru ſteria Chriſti. Et tunc recurrendum eſt cum cautela ad alia rias Gentilium, vt talis error vel defectus per veriſimiliore rias talium corrigatur vel ſuppleatur. Ratio autem quare h Hebræorum ſunt prius requirendæ, ſeu proſequendæ quam duplex. Prima, quia ipſi magis ſunt autentici in his quæ ad ctum ſacrę ſcripturæ literalem faciunt, quã aliqui alij. Secũ cũ eis potius debemus agere de hac materia, iuxta illud 1.* Parati reddere rationem cuicunque petenti &c. *Ex bene conſideratis, initium harum hebdomadarum ponendi prout magiſter Raimundus Martini ſolemniter tradit in pri te ſui pugionis, cap. 2. in quarto anno Sedechiæ: vel in 12. N donoſor, quod vnum, & idem eſt, quam ſententiam in hoc ſe poſtillator, vt patet in poſtill. Ratio autem per prædictos m aſſignata eſt, quòd in prædicto tempore exiuit ſermo domin & principaliter de viſitatione populi, & impletione verb boni ſuper eos. Qui quidem ſermo comprehendit non ſolu reędificationis templi, & reductionis populi, ſed etiam bon tualia tempore Chriſti implenda, vt patet Ierem. 29. Conſi autem hęc ratio, quia illa tempora in quibus exiuit ſermo ficatione, vt eſt primus annus Cyri, & 20. Artaxerxis: tionabiliter excluſa, eo quòd erãt futura tempore huius re nis, vt dictum eſt. Nec etiam in tempore primæ deſtructi pli, vt Hebræi volunt, poſſet aſſignari, vt patet per ea q ſunt ſuprà in hoc cap. Nec etiam in tempore huius reuelat tionabiliter debet aſſignari huiuſmodi initium. Tum quia pore non primò exiuit ſermo de reędificatione: Tum quia uerat ad Ieremiam: Tum quia Daniel cùm oraſſet tempo reuelationis, diligenter conſiderabat circa illum exitum ſ diuini ad Ieremiam, vt patet in principio huius cap. vnde c tius videtur ibi aſſignari initium, vbi verſabatur intentio tæ quam alibi. Sed quod maximè hanc aſſignationem confi quòd computatio annorum ab vno extremo hebdomadarũ conuenientius concordat cum prędicto initio quam cum cę alios expoſitores aſſignatis, vt ſatis patebit diligenter intue hoc de primo.*

*Circa ſecundum attendendum, quòd licet iſti Duo magi cordent in initio & fine iſtarum hebdomadarum, in proceſſ tationis, tamen diſcordant in aliquibus. Nam poſti. tenet il dum quem habes in poſtil. Magiſter verò Raimundus comp ſcilicet quod a 12. anno Nabuchodonoſor incluſiuè (qui ide quarto anno regni Sedechiæ in quo egreſſum eſt, verbum do dictum ad Ieremiam (vſque ad finem 45. anni regni ipſius chodonoſor fluxerunt anni 33. Quod autem 12. annus N donoſor ſit idem cum quarto Sedechiæ poteſt haberi 4. Reg Quod autem à 12. anno Nabuchodonoſor vſq; ad finem re fluxerunt anni 34. patet ex hoc. Nam Nabuchodonoſor 65. annis prout Hebręi tradunt in libro magnila, 1. cap. à ſubtrahantur 11. anni primi, reſtat quod a 12. anno Nabuc ſiuè vſque ad finem regni eius fluxerunt 34. Conſequenter ctis addantur 24. anni Euilmerodach. & tres anni Baltha tot annis regnauerunt ſecundum omnes Hebręos, ſic de regibus Chaldæorum ab egreſſu verbi prędicti 60. anni, addantur duo anni Darij, & 30. anni Cyri nepotis eius ſim 14. Aſſueri filij Cyri & mariti Eſther: ſimiliter & ſex an ſecundi vſque ad cõſummationem templi ſecundi, prout ha textu, ſic faciunt 52. annos de regibus Perſarum poſt Chald ad conſummationem templi ſecundi, quibus additis 52. pri dęorum: conſtat quod ab egreſſu verbi domini ad Ieremiã conſumationem templi ſecundi fluxerunt 112. anni: quil dantur 420. anni durationis templi ſecundi ſecundum om bręos, ſic ab egreſſu prædicti verbi ad Ieremiam vſque ad nem ciuitatis & templi vltimam fluxerunt 530. à quibus dantur 42. anni: quibus præceſſit paſſio Chriſti vltimam de nem templi ſecundum omnes de hac materia loquentes: reſ ab egreſſu verbi ab ore Dei ad Ieremiam vſque ad annum Chriſti prædictum fluxerunt 490. anni, qui ſunt 70. heb per Gabrielem annuntiatæ. In qua quidem computatione bus concordat cum Hebraica & Thalmudica hiſtoria, exce tum tempore durationis regni Cyri, qui ſecundum Hebræ uit tribus annis tantum. Secundum verò latinos, quos i quitur magiſter prædictus, regnauit annis 30. ut pr eſt. Computatio verò poſtillatoris concordat etiam c braicis hiſtorijs in tempore regni Cyri, & in omnib excepto tantummodo in tempore durationis regni Aſue Eſther. Durauit enim ſecundum Hebręos xiiij. annis t ſecundum uero latinos, quos in hoc loco ſequitur poſtill rauit 40. Vnde differentia inter iſtos duos magiſtros in t putatione totaliter conſiſtit in duratione temporis regni*

A

ſueri. nam magiſter Raimundus ſequitur Hebræos in Aſuero, Latinos in Cyro, Poſtillator verò per oppoſitum. Concordat enim cū Hebræis in Cyro & cum Latinis in Aſſuero. In alijs verò quę ad hanc pertinent computationem omnino ſimiliter ſe habent. Attendendum eſt ergo quæ iſtarum computationum rationabilius procedat, ne cùm de hac materia cum aduerſarijs diſputari contingat appareat perplexitas, ſeu claudicatio in noſtro modo exponendi: vnde ſub correctione melius ſentientis, proceſſus magiſtri Raimundi validior videtur ex duobus.

Primò quia Cyrum regnaſſe 30. annis, prout magiſter Raimundi præſupponit, non ſolum Græci & Latini, prout Euſebius, Paulus Oroſius, Beda ſuper Eſdram 5. cap. Hieronymus ſuper Zachariā. gl. 1. Eſdrę 5. a. magiſter hiſtoriarum in fine Danielis hęc teſtantur. Sed etiam Ioceſon Hebræus abbreuiator Ioſephi, qui largè de his tractat de geſtis Cyri hoc concludit in fine. In quo igitur Greci, & Latini cum aliquo de famoſis Hebræorum Hiſtoriographis concordant, potius tenendum eſt, quàm illud in quo aliqui Hebræi tantum & nō omnes conueniunt. Secundo quia Aſſuerum regnaſſe xl. annis nemo Hebræorum teſtatur, ſed ſolum Latini: vnde Hebręi ca...ndo poſſunt dicere, quod hoc fuit inuentum fictè ex parte noſtra, quod non poſſunt circa annos Cyri ſimiliter cauillare, cum etiā aliquis de ſuis hoc fatetur, vt dictum eſt. Ad obiectionem verò poſitam de hoc quod legitur Eſdræ 6. Orentque pro vita regis & filiorū eius. Ex quo arguitur, quod Darius erat tantæ ætatis circa tempus conſummationis templi, quod filios habebat: Dicendum, quod non ſequitur. Poſſunt enim illa verba intelligi de filijs regis ſi eos habuiſſet. Simili enim modo legitur Deut. 17. d. vbi de rege tractans ait: V ongo tempore regnet ipſe & filij eius ſuper Iſrael. Quæ quidem verba non eſt neceſſe, vt intelligantur de filijs regis in rerum natura exiſtentibus, ſed de filijs quos habere poſſet in futuro, vt patet literam intuenti: & hoc de ſecundo.

Circa tertium attendendum eſt ſecundum ſanctum Thomam 1. par. q. 32. artic. 1. in corpore. quęſt. cùm quis ad probandum aliqua quæ fidei ſunt, inducit rationes aliquæ non ſunt cogentes, cedit in iriſionem infidelium. Credunt enim, quod huiuſmodi rationibus innitamur, & propter eas credamus. Et idem dicendum eſt de autoritatibus: vnde licet hęc expoſitio inter cæteras catholicas, ſaluo meliori iudicio potior videatur, non tamen ex ea cōtra aduerſarios ſumi poſſet efficax argumentum. Poſſunt ergo declinare aliqua de his quæ præſupponuntur in proceſſu computationis prędictę ex hiſtorijs, quę ab eis non traduntur. nec continentur in ſacra ſcriptura, vt eſt de duratione Cyri vel Aſſueri, prout dictum eſt. Nihilominus tamen hęc expoſitio perutilis eſt in duobus: Primò in eruditione catholicorum, qui pręſuppoſita fide, omiſſa varietate & confuſione cęterarum expoſitionum, informabuntur de ſano & plano intellectu huius reuelationis. Secundò, quia etiam contra aduerſarios, et non arguendo, tamen defendendo poſſunt eam proponere & abſque irrationabili calumnia ſuſtinere. Ad arguēdum tamen contra eos de hac reuelatione ſatis ſufficit principium ſumere ex expoſitione Rabi Salom. ſupradicta, quæ eſt communis Hebræorum expoſitio, prout deductum eſt ſupra in prima additione huius cap. circa tertium principale. Et hoc de tertio.

## ADDITIO IIII.

In eodem 9. cap. vbi dicitur in poſtilla. Diſtinguit autem ſeptem hebdomadas, & vltimam ab alijs propter ſpecialia opera facta in ipſis &c.

Hæc ratio quam aſſignat poſtillator pro diſtinctione ſeptem hebdomadarum ab alijs, non videtur ſufficiens. Nam ſecundum veram expoſitionem quam ſequitur, prędictæ. 70. hebdomadæ incipiunt quarto anno Sedechię vt dictum eſt: qui quidem annus pręcedit tēpus deſtructionem per ſex annos. Nam deſtructio illa fuit 11. anno Sedechię, vt habetur Ieremię vlt. & 4. Regum vlt. Conſtat autem ꝙ idem eſt initium ſeptem hebdomadarum, & 70. hebdomadarum, cū huiuſmodi ſeptem hebdomadę ſint prima pars huius tripartitę diſtinctionis. Ex quo ſequitur. quod à principio ſeptem hebdomadarū vſque ad primum annum Cyri dantis licentiam rędificandi, fluxerunt 59. anni, qui faciūt octo hebdomadas integras & inſuper tres annos, vnde dato quod tres annos pretermiſiſſet: eo quod non faciūt per ſe hebdomadam integram, nulla videtur ratio quare prętermiſiſſet octauam hebdomadam quæ integra eſt & perfecta: vnde melius videtur dicendum ſecundum magiſtrum Raimundū vbi ſuprà, qui aſſignat aliter diſtinctionem harum hebdomadarum dicens, qđ in qualibet parte huius tripartitæ diſtinctionis quædam fuerunt facta ſeu oſtenſa ad reuelationem myſteriorum Chriſti pertinentia. Nam infra tempus ſeptem hebdomadarum reuelatum fuit Nabuc. qui monarchiam pro tunc vniuerſalem tenebat myſterium incarnationis Chriſti, quoad vtramque naturam ipſius diuinam ſcilicet, & humanam. Humanam ſcilicet ſupra Daniel. 2. g. in lapide abſciſo ſine manibus &c. quod communiter exponitur de Chriſto ſecundum D humanam naturam, ſecundum quam natus eſt de matre ſine patre, prout ibidem fuit expoſitum. Diuinam verò ſuprà 3. cap. in quarto viro, qui ſimilis erat filio Dei, vt ibidem etiam fuit declaratum. Similiter infra tempus 62. hebdomadarum ſequentium circa principium earum fuit reuelatum Danieli per angelum ſub certo numero tempus aduentus Chriſti cum ſuis pertinentijs & qualitatibus ſub compendio expreſſiori modo quam antea. vt patet in reuelatione de qua agitur. Conſequenter etiam circa finem harum hebdomadarū, per eundem angelum virgini glorioſæ fuit perfectè annuntiatus aduentus Chriſti & effectualiter impletus. Conſequenter in tempore harum 62. hebdomadarum templum fuit reædificatum in quo templo Chriſtus oblatus fuit Deo patri: & ſic honor prędicti templi ſecundi iuxta prophetiā Aggei multo maior q̄ prioris templi effectus eſt pręſente ibidem Chriſto, qui nunquam ibidem corporaliter viſus fuerat. Similiter in vltima hebdomada ab alijs diſtincta fuit impletum myſterium redemptionis humanæ, in quo omnes expoſitores catholici conueniunt.

Sed contra hoc poſſent aduerſarij ex duobus cōtradicere. Primo quia viſio illa de lapide abſciſo fuit ſecundo anno regni Nabucho. vt in principio ſecundi cap. prędicti expreſſè dicitur: ex quo ſequitur quod hoc fuit infra tempus ſeptem hebdomadarum, quæ poſtea E incipiunt, ſcilicet a. 12. anno Nabuch. vt dictum eſt. Secundo quia prędictę duæ reuelationes qualitercunque ſumantur, fuerunt tempore Nabuch. ante eius alienationem, vt patet in litera, ſed iſtę ſeptem hebdomadæ ſe extendunt vſque ad magnam partem durationis Euilmerodach: vnde remanet magna pars harum ſeptem hebdomadarum, in qua nulla legitur fuiſſe facta reuelatio: ergo nō debuiſſent aſſignari ſeptem hebdomadę propter rationem prędictam, ſed tres ſeu quatuor prout fuerunt. Similiter poſſunt arguere contra ſecundam diſtinctionem ſcilicet 62. hebdomadarum quia non in principio earum hęc reuelatio fuit facta Danieli, ſed poſtquam tranſiuerat de eis vna hebdomada integra & quaſi dimidia de ſecunda: vt patet computanti a principio hebdomadarum vſque ad annum primū Darij primi, in quo hęc reuelatio fuit facta.

Sed ad primum iſtorum dicendum eſt, quod vbi dicitur ſupra Dan. 2. c. In ſecundo anno regni Nabuch. non intelligitur de ſecundo anno quo Nabuch. ſuper Chaldæos primo regnauit, ſed intelligitur de ſecūdo anno regni eius ab eo tempore quo ſuper Iudęos regnauit, & ſimul ſuper alias nationes imperauit, prout ſuprà in poſtil. in 2. c. habetur in quo etiam concordant Ra. Abraham Aben hazra in eodem loco. Alij verò expoſitores Hebræorum dicunt, qđ ly ſecundus annus regni Nabuch. intelligitur ſecundus annus ante mortem ſuam. Conſtat autem, quod ſecundum vtramque expoſitionem ly ſecundus annus regni Nabuch. continetur infra tēpus ſeptem hebdomadarum, quod eſt propoſitum. Ad ſecundum verò dicendum, quod hæc diſtinctio hebdomadarum non eſt intelligenda ſic punctualiter quod à primò tempore cuiuslibet diſtinctionis F vſque ad finem fiant ſeu continuētur illa quæ illi parti applicantur, ſed ſufficit quod in aliqua parte notabili cuiuslibet diſtinctionis impleantur: nam Geneſ. 15. a. legitur: Scito prænoſcens quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent 400. annis. Cōſtat autem, quod ſemen Abrahę non fuit afflictum ſeu ſeruiliter ſubiectum per omnes 400. annos, ſed tantum per 210. prout ibidem exponitur: & tamen ſcriptura hoc attribuit illis 400. annis, vnde & in propoſito, licet non per totum tempus ſeptem hebdomadarum fuerunt factę reuelationes prędictę, ſufficit quod in aliqua parte ſui circa principium fuiſſent factę. Similiter eſt dicendum de ſecunda diſtinctione: ꝙ non ſic diſtinctè punctualiter eſt accipienda, ſed ſufficit ꝙ circa principiū & medium, & finem eius impleantur per interualla ea quæ illi parti applicantur, ut dictum eſt. Si quis autem voluerit omnino huius diſtinctionis rationem numeraliter habere, oportet recurrere ad myſticum ſenſum. Nam ſecundum Greg. in 3. lib. moralium, cum rationem literę defeciſſe cognoſcitur, reſtat vt ad myſticū ſenſum ſine dubitatione recurratur: vnde in ꝓpoſito poſſet aſſignari ratio myſtica numeralis huic diſtinctioni ſatis ꝓpria.

Myſtica hebdomadarum expoſitio.

Ad cuius intellectū ſciendū, quod antiqua lex ſeptenaria dicitur ꝑꝑ pręceptum Sabbathi & aliorum quæ ei concordant. Similiter & noua lex octonaria dicitur, propter myſterium Dominicę reſurrectionis. vnde ſuper illud Eccl. 11. a. Da partes ſeptē necnon & octo Gloſa. Da partes ſeptē. i. vetus teſtamētū, cuius ſeptima dies. i. Sabbathū pręcipuè honoratur, necnō & octo quod eſt nonum, vbi gloſſa interlinearis. Nonum propter Dominicam dicit. Vnde ad propoſitū, vt Gabriel oſtenderet Danieli quod iuſtitia ſempiterna quæ adducenda erat, perfectè debebat adimplere veterem legem. Idcirco primam partem huius diſtinctionis in 7. hebdomadas determinatè includit, vt etiam ei innueret quod octonaria lex. i. noua prædictę legi habebat ſuccedere per Chriſtum, & cum ea incorporari, ideo ſubiunxit numerum 62. nam 7. in 8. deducto faciunt numerum 56:

quod

*quod denotat legem nouam per octo, & legem veterem per ſeptē, & ex deductione vnius in alterum innuit earum virtualem connexio nem. Nā vt dicitur in glo. allegata, ſine altero toto non valet alterū. De ſex enim hebdomadibus quæ reſtant ex numero 72. ſecundum hunc ſenſum, qui non ex toto literam ſequi debet, nō eſt facienda mē tio cum non faciant integram hebdomadam. Nam Leui. 23, a. dicitur.* Numerabitis ergo ab altera die ſabbati 7. hebdomadas plenas, *idest integras. Ex quo patet, quod vbi de hebdomadib. agitur non eſt facienda mentio niſi de integra hebdomada, niſi forte vbi expreſſa ſit mentio de aliqua parte hebdomadæ, ſicut in hoc ca. ſpecialiter memoratur dimidium vltimæ. Et hæc ratio huiuſmodi diſtinctionis ſufficere debet fidelibus qui præſuppoſita fide deſiderant habere rationem ſcripturarum.*

Replica. *In cap. 9. 70. hebdomadarum materiam, ſatis concorditer tractant piſtollator & Burgenſis. Sed tamen Burgenſem in quibuſdam contra poſtil. ſe cauillatorem oſtendit, ſumens occaſionē ex quadam computatione, quam reprobat ex eo, quia Mardochæus videtur eſſe nimis exceſſiuæ ætatis iuxta illam computationem: & hoc dicitur ſequi ex eo quod dicitur Eſter. 2. quod Mardochæus fuit translatus cum Iechonia in Babylonem. Sed Burg. mouens difficultatem grammaticalem de relatiuo & antecedente, proximo & remoto dicit id ex litera allegata Eſter. 2. non haberi quod Mardochęus fuiſſet trāslatus cum Iechonia, ſed Cis, quia dicitur in litera allegata:* Erat vir in ciuitate Suſis vocabulo Mardochæus filius Iair, filij Semei, filij Cis de ſtirpe Iemini qui translatus fuit de Ieruſalem cum Iechonia. *Referendo inquit Burg. ly, qui, ad proximum antecedens ſignificat ipſum Cis translatum non Mardochæum. Sed non inſiſtendo grammaticæ quæ ſæpe & proprie refert remotum antecedens ſicut proximum, videtur Burgenſis deficere: quia ſi ad proximum antecedens debet fieri vt ipſe vult relatio, tunc Iemini translatus eſt, quod falſum eſt, quia Iemini fuit vnus de progenitoribus Saul, vt dicit. 1. Reg. 9. Nec videtur verum de Cis qui fuit pater Saul, & per tempora omnium regum durare non poterat vt transferretur cum Iechonia nihil Burg. fingat alium qui vocetur nomine Cis: & quia hoc non habet ſcripturæ autoritatem, ea facilitate contemnitur qua probatur: & ad rem, ſi a transmigratione Iechonię cōputarentur anni Cis proaui Semei aui, & Iair patris Mardochæi fortaſſis Mardochęus non reperietur natus, quando dicitur Eſter. 2. ipſam Eſter in filiā adoptaſſe & curiā eius rexiſſe, vel ſaltē inueniretur valde iuuenis qualis ad huiuſmodi officia fuiſſet ineptus, &c.*

*Item Burg. eod. cap. notat poſtilla. in eo quod recedit à computatatione Raimundi, qui computat annos ſecundum computum Latinorum quoad regnum Cyri & regnum Aſſueri mariti Eſter [...] tat ſecundum computationem Hebręorum, & poſtil. facit per[...] tum. vnde Burg. præfert factum Raimundi in hoc poſtil. debili[...] tionibus. Prima quia factum Raimundi quoad Cyrum concor[...] dicit græcis & latinis & vni hebręorum qui fuit abbreuiato[...] phi. Secunda ratio, quia ſoli latini dicunt Aſſuerum regnaſſe [...] nis. Poſſunt igitur Iudęi cauillare, quod hoc ſit confictum: Sed [...] primam rationem videtur allegatio Burg. modicum valere: [...] legare pro autoritatibus in computo pręſenti eos qui in comp[...] ne 70. hebdomadarum multipliciter deficiunt, & inter ſe ne[...] dant puerile eſt: quia etiam ſcriptura ſacra perderet autorit[...] in ea reperiretur diſcordantia vel defectus, vt ſcribit beatus [...] nus ad beatum Hier. epiſtola prima & 8. tranſſumitur 9. diſ. cap. ſi ad ſcripturas. Nunc autem Beda & alij à Burg. alleg[...] diuerſi, quia quidam eorum computant ſecundum annos luna[...] dam ſolares, quidam a primo anno Cyri &c. quæ omnia nec [...] mundo, nec poſtil. nec Bur. ſunt recepta. Non igitur ſequitur, [...] dant cum Raimundo in vno puncto, igitur ſtandum eſt eorum [...] Nec Loceſon abbreuiator Ioſephi poteſt allegari pro autorita[...] a communi computatione hebræorum & ſuorum magiſtror[...] ratione recedit, ex ſcriptura nihil probans. Nec ſecunda r[...] valet, quia calumniæ Iudęorum non ſunt curandę vbi ſine au[...] te ſcripturę ea quę noſtrę fidei ſunt, impugnant. Nec remane[...] excuſatio ex diuerſitate computationum cum tempus 70. he[...] darum, de quo hic agitur qualitercunque computetur per n[...] nos tranſierit in pręteritum & amplius. Sola igitur obſtina[...] licioſa tenet eos in perfida expectatione Meſſiæ. Nec valet [...] Burg. ad id quod poſtil. pro ſuæ intentionis confirmatione ad[...] Eſdrę 6. quia dicit Burg. fieri orationem pro filijs nondum [...] bus. Sed contrarium videtur quia Eſdrę 6. dicitur.* Orent [...] ta regis & filiorum eius, *præſupponitur igitur in litera [...] liorum, pro qua orandum dicitur. Illuſoria etiam oratio vi[...] nondum exiſtentibus in rerum natura. Fit quidem bene pr[...] ctis, ſed non pro futuris, niſi prophetice, qualiter non eſt in [...] ctum. Nec eſt ſimile quod Burg. adducit Deut. 26. Ibi enim no[...] quis orare pro rege & filijs eius, ſed prænoſticè dicitur de r[...] dū exiſtente & filijs futuris. Si rex iuſtus fuerit diu regnabi[...] eius poſt eum, & regnū eius tranſibit ad poſteros. Poteſt [...] non exiſtentibus proprie quis pręnoſticare, ſed non pro eis o[...] cialiter pro vita eorū qui non viuunt. Reliqua quæ in Dani[...] Burg. non ſunt magni ponderis, ſed ſtant in verbis & comp[...] dum Burg. non punctualiter accipiendis,*

CAP. X.

C a ANno tertio. In fine primæ viſionis legimus, quia *fuit Daniel vſq; ad annū primū Cyri regis:* Quòd ſic accipiendū eſt, quod fuerit apud Chaldæos in priſtina dignitate vſque ad annū primū Cyri regis, & poſt in Medos translatus: vbi anno primo Cyri regis 70. hebdomadarum ſacramēta cognouit. Nunc tertio anno regis Cyri hæc vidiſſe narratur.

b *In diebus illis.* Anagogæ. Qui in luctu eſt, & ſpō[...] abſentiā non comedit panē deſiderabilē quod de cęlo [...] neque ſolid[...] bum capit [...] carnem inte[...] necvinū bib[...] *lætificat cor* [...] *nec exhilarat* [...] *oleo.* hoc aūt [...] impetrabile [...] lachrymas [...] *ſi quando fuer.* [...]

CAP. X.

a ANno tertio Cyri regis Perſarum verbum re- 1
uelatum eſt Danieli cognomento Balthaſar, 2
a ¶ Dei quo hoc facturus eſt, & prophetæ qui intellecturus. 3
et verbum verum, et † fortitudo magna, 4
a ¶ Nos quoque literas fruſtra videmus aut legimus. niſi intelligamus. 5
6
intellexitque ſermone. † Intelligentia enim 7
b eſt opus in viſione. In diebus illis ego Da- 8

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. X.

* 1 ANno tertio Cyri. *Hic ponitur nona viſio Danielis, & ſecundum opinionē communē iſta viſio quę hic ponitur, differt ab illa, quæ ponitur in duobus c. ſequentibus: ſed mihi videtur, quod eſt vna tantum, vt magis patebit legendo literam. Diuiditur ergo ſic: quia primo deſcribitur excellentia huius viſionis, ſecundo exprimitur continentia ibidem reuelatæ veritatis: & hoc duobus capitulis ſequentibus. Prima in duas: quia primo tangitur magnitudo huius viſionis in generali, ſecundò magis in ſpeciali, ibi:* In diebus illis *In prima parte primo tangitur tempus quo facta eſt reuelatio Danieli, cum dicitur:* Anno tertio Cyri regis Perſarum. *Secundo reuelationis magnitudo, cum dicitur:*

2 Verbum reuelatum. *ideſt veritas quæ verbo exprimitur.*

3 Danieli cognomento Baltaſar. *hoc dicit quia Balthaſar erat nomen eius ſecundarium, vt patet cap. primo huius libri.*

4 Et verbum verum. *ad intelligendum.*

5 Et fortitudo magna. *ad implendum, quia non potera[...] niſi diuina virtute & ordinatione, quia hæc viſio continet [...] tionem Antiochi & Antichriſti & deſtructionem eorum, [...] rectionem mortuorum vt videbitur.*

6 Intellexitq; ſermone. *quia non tantum habuit viſio[...] ginariam, ſed etiam intellectualem: propter quod ſubditur:*

7 Intelligentia &c. *ad hoc ſcilicet quod aliquis dicatu[...] ta, ſicut ſupra declaratum eſt in principio libri pſalmorum [...] teſt exponi.* Intelligentia opus eſt &c. *quaſi dicat opo[...] lectum hominis à Deo eleuari ad hoc, quod talia poſſint i[...] capi: & in hoc patet arduitas viſionis in generali.*

8 In diebus illis ego Daniel lu. *Hic ponitur excelle[...] viſionis magis in ſpeciali. & hoc dupliciter primo ex part[...] videntis, ſecundo, ex parte angeli apparentis, ibi:* Dic a[...] *Magnitudo autem viſionis ex parte Danielis oſtenditur præparatione ipſius ad hanc viſionem, & hoc per luctum, & orationem, & hoc eſt quod dicitur hic:* In diebus illis [...] niel lu. *peccata & miſeriam populi Iſrael.*

a¶Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio & fletu & plan b¶Pro myſterio trinitatis. c¶Ne tranſitoria & fortuita videatur deprecatio. d¶Cœleſtem. e¶Q. A cibis delicatioribus abſtinui, quod nobis multo magis faciendum tempore ieiunij, qui enim illicitis vtuntur abſtinere debent etiam a licitis.

Daniel lugebā trium hebdomadarū diebus, panē deſidera 1
a¶Perfecte. b¶Corpus Chriſti. c¶Sanguis. 2
bilem non comedi, et caro et vinum nō introierunt in os
a¶More Perſarum & Medorum, qui vſque hodie pro balneis vtuntur vnguentis. 3
meum. Sed neque vnguento vnctus ſum, donec comple- 4
a¶Finis non pugna coronat. b¶Pro myſterio trinitatis.
rent trium hebdomadarum dies. Die autem viceſima, et 5
quarta menſis primi erā iuxta fluuium magnū qui eſt Ti- 6
a¶Eleuatione opus eſt oculorum, vt myſtica videamus. b¶Mentis. c¶Sic. d¶Symmachus, quaſi vir non .n. vir erat ſed viri habebat ſimilitudinem. ¶Angelus eius cui & fortius populi captiuati. Michael enim populo qui in Iudæa remanſerat præerat. 7 8
gris, et leuaui oculos meos et vidi. Et ecce uir vnus veſtitus 9
a¶Alij Ophaz: Aquila, colore Ophaz. b¶Erat. 10
lineis, et renes ei⁹ accicti auro obrizū, et corpus eius quaſi 11
12

ablatus ab ea, nec Daniel quoque aliter audet dominum deprecari.

✠ Theodoretus. Neceſſe eſt huius prophetæ luctus cauſam inquirere. Cum rex omnibus quicunque cuperent libertatem, ac reditū in patriam conceſſiſſet, complures qui ſibi in Babylone domos conſtruxerant, earum vinculo deuincti, neglecto in patriam reditu, externam regionem patriæ prætulerant. Soli verę pietatis amatores, legumque cuſtodes patriam ſolitudinē, vel ipſi regno ante
a
ponendam duxere.
b
Hoc itaque beato Danieli maximum attulit luctum.
c
Sed iure aliquis quæ fierit, cur nam reditū aſpernantes lugeret
d
ipſe in patriam non
E
euerſus? Cum ijs qui in Babylone remanere decreuerāt legere compellitur, vt ne ſpirituali cura prorſus deſtitui, in impietatem penitus labantur. Hac de cauſa nullam inuenit conſolationem, ſed ipſum valde angit populi contumacia & ſanctæ ciuitatis obliuio, quare ieiunat, nullā corpori curam adhibet, non vnguentum extrinſecus, nō intrinſecus alimentum.

✠ Ambroſius. Eſcis quoque omnibus quæ gignant mētis calorem, parce viuendum puto. Carnes enim etiam aquilas volantes deponunt.

✠ Idem. Helias quem Dominus ad virtutis erudiebat perfectionem, ad caput ſuum collyridam & vas aquæ repe-rit, & in virtute eſcæ illius. 40. diebus ieiunauit. Patres nostri cum mare tranſirent pedibus, aquam non vinum bibebant. Daniel & Hebræi pueri patrio cibo, & aquæ potu ille leonum furorem repreſſit illi ardentem ignem. Iudith ſolitudo ſobrietatis deſperatum lacertis virilibus reportauit triumphum. Anna. 84. annos in viduitate ieiunijs, & obſecrationibus in templo ſeruiens, Chriſtum agnouit. Hunc Ioannes abſtinentiæ magiſter nouus in terris angelus nunciauit. Heliſæus ſilueſtribus ramis, &

& amaris paſcebat prophetas. Paulus gloriatur ieiunijs. D
Quomodo non proſunt ieiunia, quibus vitia purgantur. Quę ſi deferas cum humilitate, cum miſericordia, vt Eſaias Spiritu diuino locutus eſt, oſſa tua pingueſcent, & eris ſicut hortus irriguus. Eſa. 58.

✠ Auguſt. Pro amore caſtigandi corpus, abſtinentibus a vino vel carnib. nihil credere meriti accreſcere, non hoc Chriſtiani, ſed Iouiniani eſt. li. de Eccleſ. dogm.

✠ Idem. Iouinianus hæreticus dicebat nihil prodeſſe ieiunia, vel a cibis aliquibus abſtinentiam. li. de hæreſ. c. 82.

✠ Idem. Chriſtiani edomandi corporis cauſa propter animam ab irrationalibus motib. amplius humiliandam non quod illa eſſe immūda credant, non ſolū a carnibus, verū a quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent: vel ſemper, ſicut pauci: vel certis diebus atque tēporibus, ſicut ferè omnes, quando magis quiſque vel minus, ſeu voluerit, ſeu potuerit. li. 30. cont. Fauſtum. 5. E

✠ Baſilius. Daniel vir ille deſideriorum, cum tres hebdomadas panem non comediſſet, nec aquam bibiſſet, etiā leones ipſos in lacum immiſſus ieiunare docuit. Nā quaſi ex lapide, aut ære, aut aliqua re ſolidiore conflatus fuiſſet, leones ei dentes infigere non poterant. Orat. de laudibus ieiunij

a *Iuxta*. Ezechiel fluuium iuxta Chobar vidit viſionem Ioanni Baptiſtæ ſuper fluenta Iordanis aperti ſunt cœli. Taceant ergo deliramenta eorum qui vmbras, & imagines in veritate quærentes ipſam conantur euertere, vt flumina, & arbores, & paradiſum allegoriæ legibus mētiantur. Hieron. Ezech. 1. a Ioann. 1. d

b *Qui eſt*. Tigris fluuius, nimia ſui velocitate, a tigri de velociſſima beſtia nomen acquiſiuit. Tigris vnde.

c *Veſt*. Theodotio baltheis. 70. Biſſinum. Aquila cap. r. præcipua.

d *Et re*. In expoſitione Hieronymi ſuper Ezechielē hæc plenè expoſita inuenies. Hieron.

☞ *Vidi*

## NICOLAVS DE LYRA.

* Trium hebdomadarum. *In quo oſtenditur magnitudo auſteritatis ex parte temporis.*

C Panem. *Ideſt cibum delicatum, quia nomine panis in ſcriptura intelligitur omnis cibus.*

Non comedi, & caro. *Et ſic patet magnitudo auſteritatis ex parte cibi & potus. Per hoc autem ꝙ dicitur, ꝙ in tribus hebdomadibus non comedit talia ex deuotione, innuit ſcriptura ꝙ alijs temporibus talibus vtebatur. Ex quo etiam vlterius patet, ꝙ tunc non teneret tantam auſteritatem in victu quantam tenuerat in iuuentute quando bibebat ſolum aquam & comedebat legumina, vt dictū eſt 1. cap. Cuius ratio eſt, quia Daniel iam erat in tanta auctoritate, quod poterat habere victualia in quibus non eſſent aliqua ſibi illicita. Et iterū quia iam erat ſenex, cum à tempore ſuæ tranſmigrationis in Babylonem iam pertranſiſſent. 69. anni, & eſſet in 70. vt magis explicabitur infra. Tanta autem auſteritas non eſt ſeruanda in ſenectute, quando paſſiones ſunt edomitæ & corpus debilitatū, ſicut in iuuentute quando vigent paſſiones.*

Sed neque, &c. *Vnguentū hic accipitur pro lachrima alicuius arboris aromaticæ, quia talibus vngebatur in terra illa contra intemperiem caloris, & ad conſeruandum bonam diſpoſitionem corporis.*

Die autem. 24. *Hic conſequenter exprimitur excellentia viſionis ex parte angeli apparentis: & primò deſcribitur ipſius angeli apparentis inſolitus fulgor, ſecūdo, vidētiū terror, ibi:* Vidi autem ergo Daniel. *In prima parte dicitur ſic.* Die autem, 24. &c. *vbi deſignatur tempus determinatū huius viſionis, non ſolū quantū ad animam, ſicut in principio huius capituli dictū eſt, ſed etiam quātum ad diem determinatū. Notatur etiam conſequenter locus cùm dicitur.* F

6 Eram iuxtà. *Hic eſt vnus de quatuor fluminibus paradiſi, & nominatus ſic a velocitate curſus a tigride, q̄ eſt beſtia velociſſima.*

7 Et le. ocu. *Corporis ſcilicet, & mentis.*

8 Et vidi. *Viſione intellectuali & corporali.*

9 Et ec. vir vnus. *ideſt angelus apparens in ſpecie viri.*

10 Veſtitus li. *Vbi primo deſcribit eum quantum ad extrinſeca quo ad veſtimentum album vel lineum, quo deſignatur puritas angelica, & quo ad cingulum, cum dicit.*

11 Et renes eius. *Ideſt mundiſſimo: vnde dicitur obrizum ab ob, & radio as: quia propter radiationem ſic nominatur. Per zonam auream & radiantem intelligitur feruor charitatis, quo angeli indiſſolubiliter ligantur cum Deo. Secundò deſcribit angelum quantū ad intrinſeca, cum dicitur.*

12 Et corpus. *Eſt aūt Chryſolithus lapis coloris marini, & habet ſcintillas aureas. Per tale igitur corpus intelligitur cœlū quod eſt ꝓpriè mobile angelorū, quia corpus angeli non informatur ab eo, ſed tantū mouetur. Color autē maris qui eſt in Chryſolitho ſimilis colori cœleſti. Per ſcintillas aureas intellige ſtellas quæ ſunt in cœlo. Tertio deſcribit angelū apparentem quantum ad extremitates dicens.*

* Et

## MORALITER.

† *Et ecce vir.* i. angelus apparens in ſpecie viri ſm ſenſum literalē, per quē ſignificat bonus epiſcopus, qui nominatur angelus. Malach. 1. c. *Angelus domini exercituum eſt.* Et bene dicitur vir a virtute, & vnus: virtutis ſingularitate, quia ſuper populū ſuum pollere debet ſingulari ſanctitate, Greg. in paſto. Tantum tranſcendere debet actionem populi actio præſulis, quantum diſtat a grege vita paſtoris.

10 *Veſtitus lineis* Ideſt, ornatus ſanctitate cōuerſationis.

11 *Et renes.* Ideſt, mundiſſimæ caſtitatis cingulo. Gregor. hom. 32. Renes præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.

12 *Et corpus eius quaſi Chryſolitus.* Qui eſt coloris marini, & habet ſcintillas aureas: per primum ſignificatur rigor diſciplinæ, per ſecundum rectitudo intentionis debitę ſcilicet, vt fiat zelo iuſtitiæ. ideo ſubditur.

* Theodoretus. A Baddin. Græca lingua ſignificantur byſſina. Ait itaque illius qui viſus eſt indumẽtum ſe byſſinũ conſpexiſſe. Zonam verò. Ophaz, hoc eſt, auro nitidiſſimo, & maximè puro, corpus aũt quaſi Tharſis, ideſt, ſimile erat auro probatiſſimo è Tharſis allato. Etenim illinc Salomoni rude afferebatur aurum. †vis.

a *Vidi aut.* Simile Paulus in actibus Apoſtolorum paſſus eſt, vt cæteris nõ videtibus viſionem ſolus aſpiceret: alij ſonum audierunt, ſed vim vocis non intellexerunt. Hieron. Act.9.a B

b *Et audiui vocem ſermonum eius, &c.*

* Gregorius. Dum poſitionem nobis ſui corporis inſinuare ſtuduit, meritorum incrementa ſignauit. Hæc enim nequaquam tanta cura exprimeret, ſi a myſterijs vacare cognouiſſet. In ſcriptura enim ſacra iuſti viri, non ſolum quod dicunt, prophetia eſt, ſed etiam plerumque quod agunt. Verba ergo Dei iacentes cum Daniele audimus, cum in peccatis poſiti, terrenæ pollutioni coniuncti, ſanctorum li.22. moral. cap.21.

a ¶ Alii Tharſin quia lapis ille marini coloris eſt.

Chriſolithus, & facies eius velut ſpecies fulguris, & oculi e- 1
ius vt lampas ardens, & brachia eius & † quæ deorſum vſq; 2
ad pedes quaſi ſpecies æris candentis, & vox ſermonũ eius 3 4
a vt vox multitudinis. Vidi autem ego Daniel ſolus viſionẽ: 5

a ¶ Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. b ¶ Beſtia ſi tetigerit montem lapidabitur.

porro uiri qui erãt mecum nõ viderant, ſed terror nimius

a ¶ Audiui domine in paradiſo vocem tuam & abſcondi me. ¶ Qui male agit odit lucem.

irruit ſuper eos, & fugerunt in abſconditum. Ego autem
relictus ſolus vidi viſionem grandem hanc, & non reman 6

a ¶ Viſa fortitudine Dei.

ſit in me fortitudo: ſed & † ſpecies mea immutata eſt in me

a ¶ Simile ait Moyſes, & exterritus ſum & tremebundus. Et Abraham: Loquar ad dominum meum, cum ſim puluis & cinis.

b & emarcui, nec habui quidquam virium. Et audiui vocẽ 7 8

a ¶ Mente. ¶ Alias conſtratus.

ſermonum eius, & audiens iacebam conſternatus ſuper

a ¶ Sciens quia cinis es, & in cinerem te. b ¶ In figura hominis videtur angelus, & humanam manum mittit ad prophetam, vt generis ſui corpus aſpiciens non paueat: ſimilis enim ſimilem quærit. 9

faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. Et ecce ma- 10
nus tetigit me, & erexit me ſuper genua mea, & ſuper 11
articulos manuum mearum, & dixit ad me. Daniel 12 13

a ¶ Quia precum inſtantia, & afflictione corporis, & ieiuniorum duritia, cupit ſcire ventura & Dei ſecreta

vir deſideriorum, intellige verba quæ ego loquor ad 14 15
c te, & ſta in gradu tuo. Nunc enim ſum miſſus ad te. Cum- 16 17
que dixiſſet mihi ſermonem iſtum, ſteti tremens, & ait 18

bens in ſe animæ pulchritudinem amatur a Deo.

* Theod. Attende inquit diligenter quæ a me dicuntur, ſiquidem vt ea te docerem miſſus ſum, quando corporis cupiditates vidiſti, ac diuinarum rerum amator effectus, & beneuolẽtia quadam naturali erga populum effectus, quæ ei ventura ſunt percipere concupiſti. ☞ Qu

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et facies eius velut ſpecies fulguris. *In quo notatur excellentia gloriæ angelicæ.* *

2 Et oculi eius vt lampas ardens. *In quo notatur pſpicacitas.*

3 Et brachia eius & quæ deorſum. *In quo ſignificatur fortitudo angeli ad operandum per brachia, & ad mouendum ſe de loco ad locum per pedes.* C

4 Et vox ſermonum eius, vt vox multit. *In quo deſignatur efficacia virtutis eius ad docendum homines de occultis, & reuelandum veritatem, quia vnus angelus poteſt plus docere quam multitudo hominum, ſeu doctorum. Ad euidentiam autem maiorem prædictorum conſiderandum, quod angeli apparent hominibus in corporibus aſſumptis ad inſtruendum eos familiarius de occultis, & ideò per proprietates corporis aſſumpti ſignificantur proprietates angeli ſpirituales, vt dictum eſt.*

5 Vidi autem ego Daniel. *Hic conſequenter ponitur videntiũ terror, & primò ponitur eorum trepidatio. Secundò angeli confortatio, ibi:* Et ecce manus *Dicit igitur primò ſic:* Vidi autem ego Daniel ſolus viſionem. *Perfectè, ſcilicet, quia non ſolum vidit angelum apparentẽ, ſed audiuit eũ loquentem, & intellexit. Alij. n. viri qui erant cum Daniele viderunt ſolum angelum apparentem, ex cuius viſione territi fuerunt, & ideo dicuntur hic non vidiſſe viſionem: quia angelum loquentem non audierunt, nec intellexerunt ea quæ fuerunt reuelata Danieli: & hoc eſt quod dicitur hic:* Porro viri qui erant mecum, &c. *Et patet ex dictis vſque ibi.*

6 Et non remanſit in me fortitudo. *Quia terror reddidit membra exteriora frigida & trementia: propter recurſum ſpirituum & ſanguinis ad cor, quia talis recurſus fit in paſſione timoris.*

7 Sed etiam ſpecies mea immutata eſt in me. *Quia ex timore, pallor cauſatur in facie propter recurſum ſanguinis ad cor ab exterioribus membris.*

8 Et emarcui, &c. *quia per timorem nimium homo fit aliquando ſtupidus, & quaſi impotens ſe mouere.*

9 Et audiens iacebam conſternatus ſuper. *quia ex timore non poterat ſtare.*

10 Et ecce ma. *Hic ponitur angeli confortatio, & hoc dupliciter quia primò confortat eum imperfectè, poſteà perfectius, quia proceſſus eſt debitus de imperfecto ad perfectum. Secũda pars incipit ibi:* Cumque loqueretur mihi. *Primum autem facit tangendo ipſum & eleuando aliquantulum; & hoc eſt quod dicitur hic.* Et ecce manus. *Scilicet, angeli.*

11 Tetigit me. *Confortando.*

12 Et erexit me ſuper genua mea, & ſuper articulos *aliquantulum eleuando.*

13 Et dixit ad me. *Verbo confortando.*

14 Daniel vir deſi. *Quare autem Daniel dictus eſt vir deſideriorum dictum eſt. 9. capitulo.*

15 Intellige verba mea, &c. *In quo confortat eum quantum ad mentem, ſimiliter quantum ad corpus cum dicitur.*

16 Et ſta in gra. tuo. *ideſt, rectus, & recta facie verſus cœlum: hic eſt enim gradus hominis: alia autem animalia ſtant ſuper pedes facie inclinante ad terram.*

17 Cumque dixiſſet mihi ſermonem iſtum, ſteti tremens. *Quia immutatio facta in corpore ex præcedenti timore nondum adhuc tranſierat.*

18 Et ait ad me. Noli me da. *quia non apparui ad malum dandum tibi, ſed magis ad docendum te illa quæ deſideras ſcire, & hoc eſt quod ſubditur.*

*Qa

MORALITER.

† 1 *Et facies eius velut ſpecies fulguris.* Quia per feruentem zælum iuſtitiæ eſt terribilis malignis.

2 *Et oculi eius vt lampas ardens.* Per claritatem cognitionis.

3 *Et brachia eius & quæ deorſum vſque ad pedes quaſi ſpecies.* Ideſt, igniti, per brachia virtutis operatiua, per pedes motiua ſignificantur: nam eius motus & opera debent eſſe ignita feruore Charitatis.

4 *Et vox ſermonum eius, &c.* Per quod ſignificatur efficacia doctrinæ, Sequitur.

9 *Et audiens iacebam con.* Per hoc ſignificatur, quod conſiderans tanti viri perfectionem reſilit ad conſiderandam reſpectu ipſius propriam paruitatem.

12 *Et erexit me ſuper genua mea, & ſuper.* Nam Deus deprimit ſuperbientes & exaltat humiles. Lu. 2. a. Depoſuit potentes de ſede, & exal. humiles.

† MO

*ia ex die primo,&c.* Statim eſt auditus ſed non ſtatim mi us eſt angelus: datur in mora occaſio amplius depre ta i,& deſiderandi, vt amplius poſſit mereri.

uod autem ait: ego ingreſſus ſum ad verba tua, hoc ig ficat, poſtquam cœpiſti lachrymis, & ieiunio, & ora io b. inuocare mi er ordiã Dei: ego oc ſionẽ accepi vt pro o oraturus in- gre erer in conſpe- ctu Dei.

*o veni.* * Theo. Hi docemur quã- tũ obis voluntaria pro t afflictio. Et.n. B. niel cũ volon- tar ſeipſum ieiu- nio fflixiſſet, & Do mi um quæſiiſſet, ſta n exorauit, & vot ui compos fa- ctu eſt: quod is qui ſe e n viſione obtulerat, declarat.

egorius. Quaſi dicat. Precum tuarum merita exi- gut, vt Iſraeliticus populus à iugo ſeruitutis ſuæ exuatẽ, ſed adhuc quod in eodem populo Perſarum domino pu ri debeat; vnde ereptionem illius princeps perſarũ iu mihi contradicit, quamuis preces tuæ eorumque lac ymæ qui in Iudæa ſunt relicti adiuuent, vnde. *Et ecce M hael vnus, &c.*

*Tinceps autem regni.* Hieronymus. Videtur mihi hic ang us, eſſe cui Perſis credita eſt, iuxta illud. *Quando diui- deb altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, ſtatuit ter- min gentium iuxta numerum angelorum Dei.* Iſti ſunt princi- pes quibus Paulus: *Sapientiam loquimur inter perfectos, quã nem principum huius ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſent nunquã dom um gloriæ crucifixiſſent.*

* Theod. Ex his & multis huiuſcemodi alijs docemur ſin-

a ¶ Viceſimaquarta die menſis primi Ideſt. Niſan expletis tribus hebdomadibus viginti & vno ſcilicet, diebus cernit hanc viſionem, & audit ab angelo, quia ex quo orare cœpit, & te affligere in cõſpectu domini exaudita ſunt verba eius.

ad me: Noli metuere Daniel, quia ex die[a] primo quo poſui- 1
a ſti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in cõſpectu 2
a ¶ Vt captiuus populus ſub Iudicio relaxetur. b ¶ Quia orationes tuas Deo offerebam.
Dei tui exaudita[a] ſunt verba tua, & ego[b] veni pp ſermones 3
¶ Angelus.
b tuos: Princeps aũt regni Perſarũ reſtitit mihi viginti & vno 4
¶ Qui præeſt Iudæis ¶ Angelis 5
c a ¶ Reſiſtente Perſarum principe precibus tuis & meæ legationi qui orationes tuas Deo offerebam.
d dieb. et ecce Michael vnus de principibus primis, venit[a] in 6
a ¶ Iuxta Michaelem qui contra Perſarum principem loquebatur b ¶ Angelum.
adiutoriũ meũ, et ego remanſi[a] ſibi iuxta regẽ[b] Perſarũ. Veni 7
¶ Quæ patiaberis a ¶ Non in vicino ſed in conſummatione ſeculi 8
autẽ vt docerem quæ ventura ſunt populo tuo in nouiſſi[a]- 9

ſingulis angelis vniuſcuiuſq; noſtrũ creditã eſſe curã, vt D
cuſtodiant, tueantur & a praui dæmonis nos liberent in ſidiis. Archangelis verò illud minus impoſitũ, vt gentiũ ſint præfecti; ſicut Beatus Moyſes docuit, cuius dictis Daniel conſentit, cum dicit regni Perſarũ principem, & principem Græcorum, Michaelem quoque Deut.32.
principem Iſrael vocat. Sed qua de cauſa regni Perſici princeps reſiſtere videbatur ei, qui pro populo patrociniũ ſuſceperat. Nã perturbationibus naturã angelorum nõ eſſe obnoxiam cuiuis perſpicuũ eſt, & diuinis Epheſ.3.
eos nutibus obtemperare ſine vlla controuerſia licet intelligere Perſarũ & Græcorũ principes erga eos beneuolentia affecti quorum tutelam habebant, cernentes Iſraelis iniquitates ægre fereban, ſiquidem videbant ipſos maioris prouidentiæ fru- E
ctus ferre. Neq; enim nouerant in Deo occultũ myſteriũ, quod poſtea innotuit principib & poteſtatib. per Eccleſiã. Hoc itaque myſteriũ ignorãtes, & multã Dei erga Iſrael prouidentiã cernentes, ij quib. aliarũ nationũ cura credita fuerat, indignabanẽ, ꝙ aſpicerẽt eos maximè poſt legẽ & prophetas tantamque doctrinã & curã prius affectos iis, qui a ſe regerenẽ, vel plurib. malis oppreſſos. Hoc Danieli angelus apparens dicebat. *Princeps regni Perſarum reſtitit.* Hoc eſt tot diebus ei perſuadere ſtudebã, iure eos ac prouidentia dignos cẽſeri, opitulante mihi Michaele, & ipſum inquit, reliqui ibi cũ principe regni Perſarum.
d *Reſtitit mihi viginti.* Faciẽs pro cõmiſſa ſibi prouincia, ne captiuorũ populus dimitteretur. Et forſan cum ex quo

orare

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia ex &c. ad intel. *Illa quæ prius videras ca.8. & non intellectos ad plenum, vt dictum fuit ſuper illud verbum in fine.8.c.* Stupebam ad viſionem, & non erat qui interpretaretur. *Vel aliter. Ad intelligendum ſcilicet voluntatem Dei circa ea quæ ſunt ventura populo tuo, & quaſi in idem redit.*

2 Vt te affl. in conſp. Dei tui. *Vt per hoc oratio tua citius exaudiretur coram Deo, & per cõſequens diuina veritas tibi reuelaretur.*

3 Et exaudita ſunt verba tua, &c. *Scilicet de reditu populi de captiuitate Babylonicã. Sed contrarium videtur, quia licentia redeũdi iam erat data primo anno Cyri. Iſta autem oratio Danielis & afflictio de qua hic loquitur angelus facta fuit anno tertio Cyri, vt patet ex dictis in iſto capitulo, ergo tunc non fuit exaudita oratio Danielis de reditu populi, ſed ante per duos annos. Dicendũ quod Iudæi fuerunt in Babylone per 46. annos quantũ ad illos qui cũ Iechonia tranſlati fuerũt. Illi verò qui in ſubiectione Ioachim patris eius fuerunt tranſlati obſides vt de Daniele & alijs de ſemine regio dicitur, fuerunt iã 60. annis. Illi verò qui cũ Sedechia fuerũt tranſlati, fuerant ibi. 56. annis, ſecundũ illã cõputationem quam ſecutus ſum tanquam iudicio meo veriorem ſupra c.9. & ſic per conſequens illi qui tunc viuebant, fuerant nati in Babylone pro maiori parte, propter quod afficiebantur ad remanendum in terra Babylonis, & propter poſſeſſiones quas ibi acquiſierant ipſi vel patres eorum, & propter vxores quas ibi acceperant, & filios quos ibi genuerant. Et ideo poſt licentiam datam à Cyro remanſerunt in terra Babylonis bene per duos annos & plus, vt dicitur in Scholaſtica Hiſtoria, propter quod timebat Daniel ne totũ negocium de reditu eorum in Ieruſalem impediretur. Et ideo orabat Daniel tertio anno Cyri, vt hoc impedimẽtum tolleretur, & fuit exauditus, & hoc eſt quod dicit angelus.*

4 Et ego veni propter ſermones tuos. *Annunciare ſcilicet tibi quod tua petitio ſit exaudita.*

5 Princeps autem regni Perſarum, &c. *Ad euidentiã huius conſiderandũ, quod angeli qui præſunt diuerſis prouincijs, dicuntur principes illarũ, & hoc rationabiliter: quia ſunt ſolliciti de bono earum, ideo nominatur ordo ipſorũ ſic, ſ. ordo principatus. Conſiderandum iam, ꝙ ſicut vni toti prouinciæ præeſt vnus angelus bonus quaſi princeps ad procurandũ bonũ illius prouinciæ, ita præeſt vnus angelus malus quaſi princeps ad inducendum homines illius prouinciæ ad malum. Dicunt igitur aliqui, ꝙ iſte princeps Perſarum fuit angelus malus qui filios Iſrael incitabat ad remanendum in Babylone ex carnalitate quadam rationib. prędictis, & ideo dicitur hic, quod reſtitit. 21. diebus orationi Danielis qui orabat pro reditu populi in Ieruſalem, & per conſequens reſtitit angelo bono qui præſentabat orationem Danielis coram Deo, & hoc eſt quod angelus loquens Danieli dixit.* Princeps regni Perſarum reſtitit mihi. 21. die- F.
bus *tantum enim temporis durauit oratio Danielis, & afflictio, vt patet ex prædictis. Beatus autem Gregor. 16. libro moralium dicit, quod fuit bonus angelus, qui pręerat regno Perſarum, qui videbat ex manſione filiorum Iſrael in Perſide multos de Perſis & Medis conuerti ad cultum & fidem vnius Dei, & ideo interpellabat Deum vt remanerent in Perſide, oſtendens in conſpectu Dei bona quæ ex hoc deuenirent, & ſic angelus ſanctus dicitur reſiſtere angelo ſancto qui repræſentabat Danielis orationem de contrario coram Deo. Non tamen inter angelos ſanctos eſt contrarietas voluntatum ſimpliciter, quia voluntates eorum ſunt conformes diuinæ voluntati, quia tamen de futuris ignorant quid Deus velit ideo aliquando cõſulendo Deum de aliquo futuro circa populos quibus præſunt, allegant merita contraria, & ſic dicuntur reſiſtere adinuicem, ſed quando reuelatur eis ſuper hoc diuina voluntas, ſimpliciter concordant in ea.*

6 Et ecce Michael vnus de principibus, &c. *Quia erat ſuperior angelus angelo qui loquebatur, quia erat princeps totius Sinagogę, ſicut eſt modo princeps totius eccleſiæ, & ideo non ſolum pręerat filijs Iſrael qui erant in Perſide. ſicut ille qui loquebatur Danieli, ſed etiam pręerat omnibus filijs Iſrael vbicunque eſſent, & ideo procurabat bona filiorum Iſrael vbicunque, propter quod adiuuit illum angelum qui præerat vni parti eorum ſcilicet eorum qui erant in Perſide, & hoc eſt quod ſubdit de Michaele.* Venit in adiutorium meum. *Sequitur.*

7 Et ego remanſi ibi. *Ideſt, coram Deo offerens preces tuas.*

8 Iuxta regem Perſarum. *i. iuxta angelum qui prę erat Perſis mibi reſiſtentem modo prędicto. Hoc autem dixit angelus Danieli ad oſtendendum, quare tantum tardauerat ad denunciandum exauditionem ſuæ orationis.*

9 Veni autem vt docerem. *Ex quo patet, quod non ſolum venerat ad denunciandum Danieli reditum captiuitatis nec ſolùm ea quę facta ſunt tempore Antiochi Epiphanis, ſed etiam quę ventura ſunt in fine mundi tempore Antichriſti, vt patebit capitulo ſequenti propter quod ſequitur.*

orare cœpit propheta exauditus ſit, non ſtatim ei miſſus
A eſt angelus qui Dei indulgentiam nunciaret, quia viginti & vno diebus reſtitit ei princeps Perſarum, enumerans peccata Iudæorum quibus iuſtè captiui tenerentur, nec dimitterentur.

licet ſecurus nō ſim, ſtāte ibi Perſarū principe & [...] cente precib. tuis,& meæ legationi:& ecce princep[...] corū. Ideſt. angelus Macedonū veniebat,& ingreſſu[...] cōſpectu Dei,vt accuſaret principē Perſarū atque M[...] rum, vt in eorum locis regnū Macedonum ſucced[...]

Lib. 17.mor. cap.8.
Angeli Dei milites.

Gregorius. Angelicos ſpirit' rectè Dei milites dicimus, dū certare eos ꝯ poteſtates aeris nō ignoramus: quæ tn̄ certamina nō labore, ſed imperio peragunt, quia quidquid agēdo contra immundos ſpiritus appetūt ex adiutorio cuncti potentis poſſunt.

† coram.
† non remanſit in me.

a Cumque loquerctur mihi,&c. * Theodoretus. Cū audiſſem angelorum quoque principes egrè ferre eam curam, quæ haberetur erga populum, triſtitiæ rurſus plenus deiecto ī terram vultu ſtabam, nec ſurſum aſpicere poteram.
B

b Domine mi, in vi. * Theodor. Nemo autem exiſtimet, q ab eo viſus eſt, illum eſſe dominū ꝑpterea quod Daniel ipſum *Dominum* appellet. Dominum enim illum vocat, non vt Deum, ſed honorem illi debitum tribuens.

¶ Protelatur.
a mis diebus, quoniā adhuc viſio in dies. Cumque loqueret̃ 1
mihi huiuſcemodi verbis, deieci vultum meum ad terrā, 2
& tacui. Et ecce quaſi ſimilitudo filij hominis tetigit labia 3 4
mea, & aperiens os meum loquutus ſum, & dixi ad eum 5 6
b qui ſtabat † contra me: Domine mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & nihil in me remanſit virium. Et quomodo poterit ſeruus domini mei loqui cum domino
† meo? Nihil. n. in me remanſit virium, ſed & habitus meus
† intercludit. Rurſum ergo tetigit me quaſi viſio hominis 7
& confortauit me, & dixit: Noli timere, vir deſideriorum: 8
pax tibi cōfortare, & eſto robuſtus. Cūq; loqueret̃ mecum 9
a ¶ Aliter ſacramenta Dei audire non poteram. Q. Tu feciſti, vt audire & ſentire poſſim quæ loqueris.
cōualui, & dixi. Loquere domine mi. quia cōfortaſti me, & 10
a ¶ Quod eo veni vt docerem te exauditas eſſe preces tuas
ait: Nunquid ſcis quare venerim ad te? Et nunc reuertar vt 11 12
a ¶ In conſpectu Dei. b ¶ Angelum. ¶ Qui non vult a captiuitate relaxari populum tuum.
c præliēr aduerſum principem Perſarū. Cū enim egrederer 13 14
d apparuit princeps Græcorū veniēs. Veruntamen annūcia 15 16
¶ Præſcientia Dei.
e bo tibi, quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis, & nemo 17

Mira Dei ſacr[...] ta. Laxato. n. [...] tiuitate Iudæ[...] pulo Perſaru[...] gnum atque [...] rum interfec[...] rio ſubuertit[...] der rex Mace[...] & princeps G[...] rū vicit prin[...] Perſarum. Hi[...] gnum Medor[...] Perſarū, & c[...] Iudæos in re[...] ſuū trāsferre[...] bat, vult enī[...] rum poteſtat[...] terrenis creſc[...]

Quia Alexa[...] uerſa Græcia [...] teſtati ſuæ ſu[...] in Perſas arm[...] puit, & ideo [...] rum ſi princ[...] cedonū dicit[...] ceps Græcor[...]

d Veruntam[...] Res adhuc in [...]

eſt. Te. n. precante dn̄m, & me offerente orationi[...] ſtat è regione princeps Perſarū, qui non vult de ca[...] te laxari populū tuum, quia tamen princeps Græ[...] impugnat principem Perſarū habens Michaelē i[...] torium, annunciabo tibi quod *expreſſum eſt in ſcrip.* [...]

c *Et nem.* * Theod. Cur nam inquit, vnum aut [...] cam, Perſarum principem, & Græcorum? Cum nu[...] tutum cœleſtium velit populum veſtrum boni al[...] compotem fieri, propter multa ſcelera, niſi ſolus [...] el, cui veſtra tutela credita eſt? Eſt autem veriſimil[...] qui diſſerebat, ſanctum eſſe Gabrielem qui iam ali[...] reuelationes ipſi interpretatus eſt.

Apolog. 2.

* Iuſtinus. Martyr. Non ſumus hoſtes veriſſimi Dei, vt calumniantur ethnici, ſed & eum, & ab ipſo miſſum filium, reliquumque huius bonorum Angelorum ductū ipſius ſequentem exercitum veneramur.

Lib. de vera relig. ca. 55.

* Auguſtinus. Non inuidemus Angelis, quòd paratiores, quòd nullis moleſtijs interpedientibus Deo perfruūtur, ſed magis eos diligimus, quoniam & nos tale aliquid ſperare a communi Domino iuſſi ſumus. Quare honoramus eos charitate, non ſeruitute.

Hieron.
Angeli ſunt honorandi.

Alij: Domine in viſione tua conuerſa ſunt interiora mea in me, vnde. *Benedic anima mea domino, & o. q. in. me ſunt. n. ſ. e.* Prius enim quam Dei viſionem mereamur, interiora noſtra foris ſunt & aſpiciunt: poſt autem conuertuntur & tuti illis ſumus, vnde alibj. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, &c.*
C

Pſal. 120. a
Pſal. 44. c

c *Cum enim egre.* Reuoluēdæ ſunt veteres hiſtoriæ, & conſiderandum, ne fortè tempus illud ſignificetur quando Perſæ a Græcis ſuperati ſunt.

Hieronymus. *Cum enim.* Ac ſi dicat. Egrediebar a cōſpectu Dei, vt quæ ventura ſunt populo tuo nunciarem tibi, licet

Greg. Quæ pax in ſublimibus eſſe poteſt, ſi inte[...] quoque in angelicos ſpiritus præliando certamen [...] qui ſemper veritatis conſpectui aſſiſtunt? ſed quia [...] cta angelorum miniſteria diſpenſandi ſingulis qu[...] gētibus ſunt prælata, cum ſubiectorum mores ad[...] ſe, viciſſim præpoſitorū opem ſpirituū merentur: i[...] præſunt ſpiritus cōtra ſe venire referuntur. Is nan[...] gelus qui Danieli loquebatur, captiuis Iſrael[...]ticis p[...] in Perſide cōſtitutis prælatus agnoſcitur. Michael [...] his qui in Iudæa remanſerant, ex eadē plebe præ[...] inuenitur. Vnde ibi ab eodem angelo Danieli dic[...]

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quoniam adhuc viſio in dies. *Scilicet multos differtur implenda totaliter.*

2 Cumque loqueretur mihi huiuſcemodi verbis. *Hic ponitur cōſolatio perfecta ipſius Danielis. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit quod dictum eſt: ſecundo ſubiungit cauſam ſui receſſus a Daniele, ibi:* Et nunc reuertar. *Circa primum dicitur ſic.* Cumque loqueretur mihi. *Angelus. ſ. huiuſcemodi verba.*

3 Deieci vultum meum ad terram & tacui. *quaſi non potēs ſuſtinere aſpectū fulgoris angeli apparentis, & hoc factū eſt, vt Daniel cognoſceret fragilitatem hominis reſpectu virtutis angelorum.*

4 Et ecce quaſi ſimilitudo filij hominis. *quia non erat homo ſed angelus apparens in ſpecie hominis.*

5 Tetigit labia mea. *Vt poſſem loqui, propter quod ſequitur.* Et aperiens os meum locutus ſum, & dixi ad eum, &c. *Sequitur.*

6 Dn̄e mi in viſione tua diſſolutę ſunt compages meę, &c. *i. iuncturæ membrorum meorum propter defectum ſanguinis, & ſpirituum recurrentium ad cor, & ex paſſione timoris propter viſionem inſolitam angeli apparentis. Sequitur.*

7 Rurſum ergo tetigit me, quaſi viſio hominis. *quid tunc angelus ſibi apparuit in forma humanę ſpeciei aliter quam ante. In poteſtate enim angelorum eſt ſpeciem corporum aſſumptorum trāſmutare de facili. Sic autem apparuit ei angelus ad ipſum m[...] cōfortandum. propter quod ſubditur.*

8 Et confor. me. *Et patet litera. Sequitur.*

9 Cumque loq. me. con. *ſ. perfectè confortatus. Seq*[...]

10 Et ait angelus, *Scilicet Danieli.*

11 Nunquid ſcis, &c. *q. d. ego veni ad oſtendendum tibi* [...] *nem tuam exauditam, & ea quæ ſunt futura temporibus no*[...] *vt iam dictum eſt & magis patebit infrà.*

12 Et nunc, &c. *Hic exprimit cām, quare oportet, eū cito* [...] *re a Daniele, vt ſcilicet rediret ad interpellandū corā Deo p*[...] *lo Iſrael, ne reditus eius de Babylone impediretur per angeli*[...] *erat Perſis & hoc eſt quod dicit. Et nunc reuertar, ſ. in cōſpe*[...]

13 Vt prælier, &c *quod quidem prælium eſt per hoc quo*[...] *qui præſunt diuerſis gentibus, offerunt coram Deo contraria* [...] *ipſorum, vt dictum eſt.*

14 Cum enim egr. ap. pri. *i. angelus Græcorum, hoc aut*[...] *ponit angelus loquens Danieli, quia in principio ſe. c. faciet* [...] *nem de bellis Perſarum & Græcorum adinuicem.*

15 Veruntamen. *i. antequam reuertar recedendo a te.*

16 Annūciabo t. quod ex. eſt in ſc. verit. *i. in præſc*[...] *mei reuelata, quia reuelatio eſt quædam impreſſio diuinæ ſci*[...] *Annunciabo inquam tibi illa quæ deſideras ſcire.*

17 Et nemo eſt adiutor meus, &c. *Scilicet quæ ſpe*[...]

...no eſt adiu.m.&c. Et ſuprà. *Ecce Michael vnus de principibus primus venit adiutor mihi*. quaſi alijs † detentus tenebatur, ſe venire ad adiutorium dicitur. Cumque vt aduerſus principem Perſarum præliaturus egrederetur, Græco. ſi... princeps apparet aduerſum quoq; Græcos Iudæa ali... q... cōmiſerat, quo... rum profectò cauſa illius ereptioni reſi... ſtat prophetæ igi... tur præces angelus ... audit, ſed Perſa... rum princeps reſiſtit, quia etſi iam vita iuſti deprecan... ti ereptionem eiuſdem populi exigit, tamen eadem populi vita contradicit. Michael adiuuat, ſed Græcorum princeps ad prælium venit, quia mereri veniam tam longa oppreſſorum captiuitas poterat ſed ereptioni quoque eorum hoc quod in Græcos deliquerant obuiabat. D
Sublimes ſpiritus gentibus principantes nequaquam pro iniuſtè agentibus decertant, ſed eorum facta iuſtè diiudicātes examinant, & vniuſcuiuſque gentis iuſtitiam, vel culpam, ſupernæ curiæ conſiſtoria eſt ſui ſuper ſe voluntas opificis, voluntas ſumma, quam dum ſemper aſpiciebant quod obtinere non valent, nunquam volunt.

a ¶In orationibus pro vobis ad Deum. b ¶Qui ſum angellus ille qui offert orationes tuas. c ¶Cui creditus eſt populus Iudæorum, & ego princeps Græcorum nunc communi labore pugnamus contra principem Perſarum

eſt † adiutor meus in omnibus his niſi Michael princeps 1
veſter.

NICOLAVS DE LYRA.

...promotionem populi Iſrael.

1 Niſi Michael princeps veſter. *Quia ſicut dictum eſt, Michael erat princeps totius ſynagogæ generaliter.*

## CAP. XI.

CAP. XI.

a *Ego autem a pri. an.* Hiero. Iuxta traditionem vulgatam vſq; ad finem libri, vna putatur viſio quæ præceſſit, & quæ anno tertio regis Perſarum apparuit Danieli, ſed iuxta Hebraicam veritatem ſeparata ſunt quæ ſequuntur, & ſcripta ordine præpoſtero, & cuius cauſa ſuprà dictum eſt. Non. n. ſub Cyri anno tertio, ſed ſub Darij primo, qui occidit Balthaſar, narrantur quæ ſcripta ſunt. *Ego autem ab. &c.* Cōſueuerunt prophetæ repente perſonas introducere ſine vlla verborum præfatione, vt eſt hic *Tu es refugium meum a tribulatione quæ circundedit me, exultatio mea erue me a circun.me*. Et repente perſona domini reſpondentis introducitur. *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradie. firma.ſuper te ocu.me*. Ergo, & hic dicente propheta. Ab anno primo Darij Medi, &c. dominus repente reſpondet. *Et nunc veritatem an.tibi*. Q. Quia vis noſſe de regibus Perſarum quid futurum ſit, audi ordinem rerum, & auſculta quæ quæris.

b *Stabam, vt confortaretur*. In conſpectu domini. ſ. rogans eius clementiam pro eo qui me diligebat, vt confortaretur, & corroboraretur, vel ipſe vel regnum eius, & cum oratione perſiſterē; hæc domino reſpōdente cognoui. E

c *Ecce adhuc tres, &c.* Hieron. Ideſt. Cambyſes filius Cyri, Smerdis magus qui Pantaptem filiam Cambyſis duxit vxorem qui cū a ſeptē magis fuiſſet occiſus in locū eius Dario ſuccedenti eadem Pantaptes nupſit, & ex eo Xerxem filiū genuit qui potentiſſimus rex, & ditiſſimus contra Græciam innumerabilem duxit exercitū, & ea geſſit quæ Græcorū narrant hiſtoriæ. Succendit. n. Athenas ſub principe Callia & bellum corpore geſtum in Thermopylis, & apud Salaminam nauale certamen quando Sophocles, & Euripides clari habebantur, & Themiſtocles in Perſas fugiens, hauſto tauri ſanguine perijt. Nota. Fruſtra ergo quidā Darium quartū regē, qui ab Alexandro ſuperatus eſt ſcribūt, qui nō quartus ſed 14. poſt Cyrum rex Perſarum fuit, quem 7. imperij ſui anno ſuperauit, & occidit Alexander. Et notandum, ꝙ quatuor poſt Cyrum regib. Perſarū enumeratis, F

## CAP. XI.

¶Daniel. a ¶Qui ſubuertit Chaldæos, & me de manu inimicorum quantum in ſe fuit liberauit, & annulo ſuo lacum leonum, ne me ad uerſarij interficerent ſignauit. ¶Ego dominus

EGo autem ab anno primo Darij Medi ſta 1
bam, vt cōfortaretur, & roboraretur. Et 2 3
nunc veritatē annunciabo tibi. Ecce ad- 4 5
huc tres reges ſtabūt in Perſide, & quar- 6 7
tus ditabitur opibus nimis ſuper omnes, & cum inua- 8
luerit diuitijs ſuis concitabit omnes aduerſum regnum 9

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XI.

EGo autem. *In cap. præcedent. oſtenſa eſt eminentia viſionis, vt dictum eſt, hic conſequenter circa iſtam viſionem declaratur continentia veritatis. Et diuiditur in duas partes quia primo oſtenditur futura violentia peruerſorum contra electos, ſecundò finalis victoria electorum contra reprobos c. ſe.* In tēpore autem illo. *Prima diuiditur in duas quia primò explicatur proceſſus regni Perſarum in breui, ſecundo ortus regni Græcorum, & hoc vt ſic perueniat ad Antiochum Epiphanem qui fuit de regno Græco. Fuit etiam figura Antichriſti, de quo eſt principalis intentio vt videbitur, ſecunda, ibi.* Surget verò. *Dicit ergo primò ſic.* Ego autem a pri. an. Da. me. *Qui interfecit Baltha. vt ſupra dictum eſt in fi. v. c.*

1 Ego autem a prin. an. Dar. &c. *In hoc ca. ſecundum ſenſum litteralem deſcribitur pugna regis Aquilonis contra regem Auſtri: quæ diu durauit, & aliquando vnus, & aliquando alius ſuperabat. Moraliter autem per iſtam pugnam ſignatur illa de qua dicit apoſtolus Gal. 5. c.* Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. *Per auſtrum verò vnde prouenit feruor caloris, ſignificatur feruor deuotionis. Per Aquilonem vero vnde venit ſtridor frigoris, multiplicatio tranſgreſſionis, Mat. 24.* Omnium abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. *Ergo per regem Auſtri ſignificatur ratio, quæ ad optima deprecatur, per regem Aquilonis ſignificatur fomes per quem homo a vitia inclinatur, vnde dicitur Ier. 1. ca.* Ab Aquilone pandetur omne malum. *Et aliquando ſuperat ratio, aliquando verò fomes è conuerſo, & hoc dupliciter. Vno modo in omnibus diuerſis, nā in iuuenibus communiter magis viget fomes, in ſenibus autem ratio. Alio modo in eodem homine, in cuius iuuentute magis viget fomes communiter, & ratio in ſenectute. Aliquando tamen fit aliter per eruditionem, & aſſuefactionem ad bonum, vel ad malum ei oppoſitum.*

2 Stabam, vt confortaretur. *Regnum eius.*

Hieron. b *Teſtamentum ſanct.* De Antichriſto nullus ambigit quin pugnaturus ſit aduerſus teſtamentum ſanctum, & primũ contra regem Aegypti dimicans: Romanorum terreantur auxilio, hæc ſub Antiocho Epiphane imaginata præceſſerunt: vt rex nequiſſimus qui populum Dei perſecutus eſt, præſignaret Antichriſtum qui populum Chriſti perſecutus eſt. Multi autem noſtrorum putant ob ſæuitiæ, & turpitudinis magnitudinem Neronem Antichriſtum fuiſſe. Et Græca, & Romana B narrat hiſtoria qđ Antiochus expulſus ab Aegyptijs venit in Iudęam, ſ. terram ſanctam, & ſpoliauit templum, & auri tulit quam plurimum, poſitoque in arce præſidio Macedonum: reuerſus eſt in terram ſuam, & euoluto biennio rurſum contra Ptolemæum exercitum congregauit, & ad Auſtrũ venit. Cumq; duo fratres Ptolomæi Cleopatræ filij, quorum auunculus erat Antiochus obſiderentur Alexandriæ: venerunt duo legati Romanorum quorum vnus erat Marcus Popilius Lenas, cum eum ſtantem in littore inueniſſet, & ex parte ſenatus dixiſſet, quod iuberetur ab amicis populi Romani recedere; & ſuo imperio contentus eſſe: & ille reſponſum ad amicorum conſilium diſtuliſſet: orbem fecit in arena baculo quem manu tenebat, & regem circumſcribens ait. Senatus, & populus Romanus percipiunt, vt in hoc loco reſpondeas quid conſilij geras, vnde ille perterritus ait: Si hoc placeat ſenatui, & populo Romano, recedendum eſt: & ſtatim mouit exercitũ.

† nãues Cithim.

*a ¶Antiochus, & principes eius.*

mendacium loquentur: & non proficiẽt, quia adhuc finis

*a ¶Pugnæ eu a non proficient cogitata. b ¶A ducibus Aegypti repulſus.*

a in aliud tempus. Et reuertetur in terram ſuam cum opibus

*a ¶Iudæam, Dei teſtamentum colentem.*

b multis: & cor eius aduerſus teſtamentum ſanctum, & faciet

*a ¶Iuſſu Romanorum. b ¶Quia iterum collectis viribus venit in Aegyptum, & obſedit duos nepotes ſuos Ptolemæum Philometorem cum fratre ſuo, quando Romanorum iuſſu amotus eſt: Antichriſtus quoque arma ſentiet Romanorum.*

& reuertetur in terram ſuam. Statuto tempore reuertetur, &

*a ¶Non ita ſuccedet ei ſicut prius quando venit in Aegyptum.*

veniet ad auſtrum, & non erit priori ſimile nouiſſimum. Et

*¶Itali. a ¶Non morte, ſed humiliatione ſuperbię*

c venient ſuper eum † trieres, & Romani, & † percutietur, &

*a ¶Prius enim fecit, cum ſecundo veniſſet Ieroſolymam. Et hoc eſt. Et indig contra teſt ſanct.*

reuertetur. Et indignabitur contra † teſtamẽtum ſanctuarij,

*a ¶Quomodo. ſ. remaneret eos qui ad idola conuerſi ſunt.*

& faciet, & reuertetur, & cogitabit aduerſus eos, qui dere-

d liquerunt teſtamentum ſanctuarij. Et brachia ex eo ſtabunt, & polluent ſanctuarium fortitudinis, & aufe-

Hieron. 1. Mach. 1. b. c *Et indigna.* Hoc plenius in libro Machabæorum, quia poſtquam de Aegypto pepulerunt eum, ſ. Antiochũ Romani indignans venit contra teſtũ ſanctuarij, & ab his C inuitatus eſt qui legem Dei dereliquerant, & ceremonijs Ethnicorũ ſe miſcuerant: Quod plenius cõplendũ [...] Antichriſto, qui indignabitur contra teſtũ Dei, & [...] bit aduerſus illos quos vult legem Dei derelinquer[...] de Aquila: Et cogitabit vt deſeratur pactum ſanct[...]

d *Et brachia ex eo. &c.* Iudæi hęc nec de Antiocho [...] tradent æternæ ſolitudini. Zizim & Cethim qu[...] trieres, & Romanos interpretati ſumus, Hebræ[...] volunt eſſe atque Romanos. Alij ſemina, progen[...] licet volunt. Alij autem eos ſignificari qui ab An[...] miſſi ſunt poſt biennium quam templum ſpoliau[...] tributa exigerent a Iudæis, & auferrent cultum D[...] templo Iouis Olympi ſimulachrum, & Antiochi [...] ponerent, quas nunc abominationem deſolatio[...] cat, quando ablatum eſt holocauſtum, & iuge ſac[...] quæ omnia in Typo Antichriſti, noſtri prçceſſiſ[...] tendunt qui *ſeſſurus eſt in templo Dei, tanquam ſit Deus* [...] chriſtus in templo ſedebit, quaſi Deũ vt legem D[...] rat. Iudeorum quidam ſimulauerunt ſe legem De[...] dire, & poſtea cum Gentibus fuerunt: alij verò in [...] ne permanſerunt, quod in Antichriſti tempore fu[...] eſt. *Quando refrigeſcet charitas m.* vnde: *Putaſne filius ho[...] niens in &c.*

✲ Theod. Brachia vocat duces Antiocho ſeruie[...] inſtar brachiorum iuſſa regis exequentes. Mitte[...] aliquos, inquit, qui ſanctuarium polluant, hoc e[...] omnipotenti dedicatum templum, ara in qua c[...]

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et non profic. *Quia vnus non potuit alium totaliter ſubuertere, ſicut cogitabat.*

2 Quia adhuc finis. *Scilicet negotij inter ipſos.*

3 In aliud tem. *Vel aliter:* Quia adhuc finis, *i. fraudulentia vel malitia Antiochi magis implebitur in Antichriſto cuius Antiochus eſt figura.*

4 Et reuertetur. *Hic conſequenter oſtẽditur qualiter Antiochus Epiphanes impugnauit filios Iſrael: & diuiditur in duas partes ſecundum quod duplex fuit ipſius impugnatio contra eos. Secunda ibi:* Statuto tempore. *Circa primum ſciendum, ꝙ Antiochus reuertens de Aegypto poſt primam inuaſionem Aegypti intrauit Ieruſalem, Menelao ductore, & alijs qui ei fauebant, & fecit ibi multa mala: ſed non tanta quanta fecit poſtea, & hoc eſt quod dicitur hic.*

5 Et cor eius. *Scilicet Antiochi.*

6 Aduerſus te. ſanctum. *Scilicet Iudæam, & Ieruſalem vbi Dei teſtamentum ſeruabatur.*

7 Et faciet. *Ibi multa mala.*

8 Et reuerte. in terram ſuam. *Hoc eſt in Syriam.*

9 Statuto tem. *Hic deſcribitur ſecunda eius impugnatio contra filios Iſrael. Ad cuius euidentiam ſciendum, ꝙ Antiochus Epiphanes alio tempore volens intrare Aegyptũ, inde repulſus eſt per Marcum Publium miſſum ad hoc a ſenatu Romanorum, quib. rex Aegypti erat confœderatus, qui quidem Marcus Publius cum inueniſſet Antiochum in littore maris, pręcepit ſibi vt diſcederet ab amicis Romanorum, & eſſet contentus regno ſuo. Tunc Antiochus petijt ſuper hoc conſilium, & deliberationem: & tunc Marcus Publius fecit circulum in arena cum baculo quem tenebat in circumitu Antiochi dicens: Senatus pręcepit vt reſpondeas antequam exeas de [...] circulo. Tunc Antiochus non audens præterire mandatum ſena[...] xit ei eſſe obediendum: & ſic triſtis reuertens in Ieruſalem [...] mala quæ dicuntur. 1. & 2. Mach. & hoc eſt quod dicitur [...]* to tempore reuertetur, & veniet. *Antiochus. ſ.*

10 Ad Auſtrum. *i. ad Aegyptum capiendum.*

11 Et non erit priori ſi. no. *Quia tunc non ſpoliauit [...] ſicut in prima vice, vt ſupra dictum eſt, ſed magis inde re[...] turpiter per legatum Romanorum. Et hoc eſt quod dicitur [...]*

12 Et venient ſuper eum trieres, & Roma. *i. exer[...] manus in nauibus.*

13 Et percu. *Non morte, ſed quia deiectus fuit a ſua in[...] vt viſum eſt.*

14 Et reuerte. *Ab Aegypto. ſ.*

15 Et indign. con. teſt. ſan. *i. contra Ieruſalem.*

16 Et faciet. *Ibi multa mala.*

17 Reuerteturque. *Hoc dicit: quia iam fuerat ibi alias*

18 Et cogitabit aduer. eos qui derelique. te. *Quia e[...] Iudæos quorum conſilio venit in Ieruſalem qui erant legis [...] ſores interfecit Antiochus, motus cupiditate theſaurorum [...] in templo.*

19 Et brachia ex eo ſta. *Quia poſuit Macedones in [...] erat in Ieruſalem, vt habetur. 1. Machab. 1. ne ciuitas poſſe[...] contra ipſum.*

20 Et polluent ſanctua. fortitu. *i. templum in quo do[...] eſt fortitudo colebatur, quia ibi pręcepto Antiochi facta [...] idolorum, & facta ſunt proſtibula.*

21 Et aufe. iu. ſa. *Quia per ſex annos ſacerdotes Iudęor[...] terant offerre ſacrificium conſuetum.*

✲ Et d[...]unt

lola in ipſo eiecta. Hoc.n. vocat abominationẽ deſola-
A m. Hoc ẽt nos docet ſecunda Machabæorum hiſtoria.
*Et impij in teſtamentum &c.* ✣ Theodor. Nam impios iniquos ita parabunt vt palam impiè agere non vereã r, doloſis verbis victes. *Populus autem &c.* Eos hic innuit, ui beatũ Matthiam ſequebantur. ui cũ primus Antiochi decretis reſtiſiet, ſeque cum fiis in deſerta loca ecepiſſet, patua anu illius duces ebellauit.

b *Et docti in po.&c.* ✣ Theod. Nam i opportunè vtẽ (inquit) ea ſcien quam ſibi Deus ſpeditarit, vehementer illius leges ernabuntur; & ortem pro lege uina impiæ vitæ eponent.

*Et docti in populo.* Quanta Iudæi paſſi ſunt ſub Antiocho, Machabæorum libri referunt, & triumphi eorum teſtimonio ſunt, qui pro cuſtodia legis Dei, flammas & gladios & ſeruitutẽ & ruinas & pœnas vltimas ſuſtinuerũt, quæ pro certo ſub Antichriſto futura ſunt, multis reſiſtentibus potentiæ eius & diffugientibus. Hebrei hęc in vltima euerſione templi quæ ſub Veſpaſiano & Tito accidit interpretantur, dicentes fuiſſe plurimos qui ſcirent Deum ſuũ, pro cuſtodia legis eius morerentur.

c *Et ruent in glad.* Matthatias de vico Modin qui aduerſus duces Antiochi rebellauit, conatus ſeruare legẽ Dei, occiſus eſt, & filij eius, hoſtium fraude quidam decepti, ſicut Machabæorum liber teſtatur.
✣ Theodoretus. Quæ à beato Matthatia & filijs ſuſtinenda erant prædicit.

d *Cumque cor.&c.* ✳ Idem. Diuinę ſiquidẽ gratię fructũ percipient, & tunc hoſtes ſuperabunt, non tñ pace ſuis diebus fruentur, aut à malis vindicabuntur: idcircò parũm auxiliũ interpoſita inter bella inducias vocauit. D

e *Et applicabuntur eis &c.* ✣ Theod. Hoc enim ſtrenuũ eorum facinus intuentes ex ijs, qui lapſi fuerint multi, pœnitentia adducti ad ipſos accurrent.

*Cumque corruerint &c.* Quidam Iudæorum, & de Seuero & Antonio principibus hæc intelligunt qui Iudæos dilexerunt ſimulatoriè. Alij de Iuliano Imperatore, quod quãdo oppreſſi fuerint à Caio Cęſare, & ĩ captiuitate multa paſſi ille conſurgat, Iudæos amare ſe ſimulans & in tẽplo eorũ ſe immolare, † in quo paruam ſpem auxilij habebunt, & applicabuntur illis Gentilium plurimi, ſed fraudulenter, pro cultu.n. idolorum ſimulabunt ſe amicos, & hoc ideò vt qui probati ſunt manifeſti fiant: Tempus.n. veræ ſalutis eorum eſt ſub Chriſto, quem falſo venturum putant cùm Antichriſtum ſuſcepturi ſunt. — *Hiero.* — *† diebus multis.* — *† promittẽs.* E — *1 Cor. 11. d.*

rent iuge ſacrificium, & dabunt abominationẽ in deſola- 1
¶ Templi. ¶ Hoc vſque in libro Machabæorum.
a tionẽ. Et † impij in teſtamentum ſimulabunt fraudulen- 2
a ¶ Matthathias cum filijs & huiuſmodi. ¶ Legem ſ
ter. Populus aũt ſciens Deum ſuum, obtinebit & faciet. Et 3
a ¶ In lege. b ¶ Reſiſtet & legem Dei cuſtodire. c ¶ Sancti. 4
d ¶ Antiochi vel Antichriſti. 5
b docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio & 6
c d in flamma & in captiuitate, & in rapina † dierum. Cumq; 7
a ¶ Sub Antichriſto. b ¶ Sancti reſiſtentes Antichriſto. c ¶ Diuina conſolatione aduerſus Antichriſtum. 8
e corruerint, ſubleuabũtur auxilio paruulo, & applicabũtur 9
a ¶ Miniſtri Antiochi vel Antichriſti. b ¶ Vt ſeducantur, ſi fieri poteſt etiam electi.
c ¶ Quæ omnia ideo fiunt conſtit. &c. ¶ Sancti quaſi in fornace vaſa figuli, uro f & c.
eis plurimi fraudulẽter. Et de eruditis ruent, vt cõflẽtur & 10
f a ¶ Probatiores facti. ¶ De numero hominum. b ¶ Secundum illud: Et ſuper niuem dealbabor. c ¶ Omnis poteſtas a Deo, & omnia tempus habent. ¶ Non ſ. m... d ¶ A Deo. 11 12
† eligãntur & dealbẽtur, vſq; ad tẽpus pręfinitum, quia ad- 13

f *Vt conflentur &c.* ✣ Theod. Neque hæc inquit lędent futuros homines. Hinc.n. docebuntur non eſſe fidendũ priſtinis proſperis ſucceſſibus: ſed ſemper eſſe metuendũ ſecundum Pauli admonitionẽ. *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.* His dictis de Antiocho Epiphane, tranſit ab imagine ad exemplar. Exemplar aũt Antiochi eſt Antichriſtus, & Antichriſti imago Antiochus. Quemadmodũ.n. ille impiè agere Iudęos cogebat, & contra legem ſuam rempublicam adminiſtrare, ita homo peccati & filius pditionis oĩa molietur vt pios in fraudem impellat: modò doloſis miraculis decipere conatus, modò vi adhibita. Quod ſi qs prophetiæ ſeriem inquirens hæc non ita ſe habere credat, is euangelicam doctrinam mente repetat, vbi dominus ſemel & quæ ad communem, & quæ ad ipſius Hieruſalem cõſummationem pertinent, prędicit. — *1. Cor. 10.* — *Matth. 24.*

*Et*

F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dabunt abo.in deſol. *Quia ibi poſuerunt idolum Iouis. Idolum autem apud Hebręos nominatur abominatio, & hęc fuit occaſio maximè deſolationis ipſis Iudęis quando poſitum fuit in tẽplo.*
2 Et impij in te.ſi. *Quia aliqui peſſimi de Iudæis ſimulantes ſe zelare pro cultu Dei, populum Iudæorum deceperunt, ſicut de Alchimo & ſuis ſocijs dicitur 1. Machab. 7. b.* Homo ſacerdos de ſemine Aaron venit, non decipiet nos, *& tamen ſtatim fregit iuramentum, vt ibidem dicitur, & fecit peius Iudęis quàm Gentiles fecerant.*
3 Pop.au.&c. *Hic conſequenter oſtenditur Machabæorum conſtantia in ſuſtinendo tormenta ne facerent contra legem, vt patet de ſeptem fratribus & matre eorum & multis alijs, vt habetur 1. Machab. 7. & in debellando aduerſarios, vt patet de Iuda Machabæo & fratribus & ſocijs eorum, & hoc eſt quod dicitur:* Populus autem ſciens Deum ſu. *Scilicet fide formata charitate.*
4 Obtinebit. *Ideſt, perfectè tenebit legem.*
5 Et fa. *Multa contra aduerſarios, vt patet de Iuda Machabæo & ſocijs eius.*
6 Et docti in popu.doce.plu. *Reſiſtere aduerſarijs, & tenere legem vſque ad mortem, ſicut fecit Mattathias: vt habetur 1. Mach. 2. quoniam docuit filios ſuos certare vſque ad mortem pro defenſione legis.*
7 Et ruent in gla. & in fla. *Quia illo tempore multi de filijs Iſrael interfecti ſunt gladio, & aliqui igne, & aliqui ducti ſunt captiui, & alij ſuis bonis ſuis ſpoliati, vt manifeſtè patet 1. & 2. Mach.*
8 Cumque corr.ſuble. *Quia Mattathias & filij eius in perſecutione Antiochi aliquam conſolationem populo fecerunt.*
9 Et applicabun.eis plu.frau. *Sicut de Alchimo iam dictum eſt & ſicut de Nicanore: vt dicitur 1. Mach. 7. Qui fecit amicitias cum Iuda Machabæo, poſtea volebat eum capere.*
10 Et de erud.ruent. *Sicut patet de Iuda Machabæo & fratribus eius, qui in defenſione legis & patriæ mortui ſunt.*

*Vt*

11 Vt conflentur & eligantur & dealbentur. *per tribulationes quæ ſunt magis acceptæ Deo quam ſacrificia, vt ſuprà dictũ eſt cap. 4. & hoc.*
12 Vſque ad tempus præfinitum. *Scilicet à Deo, & hoc eſt vſque ad finem mundi, quia vſque tunc ſancti ſuſtinebunt tribulationes malorum.*
13 Quia adhuc aliud ad tempus. *erit in quo ſcilicet omnia iſta perfectius complebuntur ſcilicet tempus perſecutionis Antichriſti, qui erit caput omnium malorum, & cuius figura fuit Antiochus. Et quia dictum eſt, quòd ea quæ ſunt de Antiocho dicta vſque huc, non ſolùm ſunt dicta de eo ſecundùm ſe, ſed cũ hoc vt eſt figura Antichriſti: ideò eſt ibi duplex ſenſus literalis: Vnus de Antiocho qui dictus eſt Epiphanes: Alius de Antichriſto ad quem prædicta poſſunt de facili applicari. De Antiocho enim tria dicta ſunt in generali. Primum eſt quod qualiter obtinuit regnum fraudulenter, ibi:* Et ſtabit in loco ſuo deſpectus, &c. *& hoc perfectius verificatur de Antichriſto, qui maius dominium obtinebit non propter nobilitatem generis, ſed magis per fraudulentiam & ſic poteſt applicari illa litera ſecundum quod dictum eſt de Antiocho qualiter pugnauit cõtra regẽ Aegypti: hoc notatur, ibi.* Et brachia pugnantis, &c. *contra quem pugnauit duplici via, ſcilicet fraudulentia & armorũ potentia, vt viſum eſt. Et iſtud perfectius complebitur in Antichriſto, quia rex Aegypti erit vnus de tribus qui primò ſuperabũtur ab eo, vt dictum eſt ſup. 7. c. Non eſt dubium qꝫ cõtra eum mitetur maiori fraude & maiori potentia quàm Antiochus fecerit, & pp hoc tota illa litera poteſt de facili applicari Antichriſto & maximè illud quod ibi dicitur:* Et faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius: *quia nullus de regibus totius mundi fecit vel faciet talia qualia facturus eſt Antichriſtus: ſed multi reges qui pręceſſerunt Antiochum fecerunt, ẽt maiora, quam Antiochus fecerit, vt patet de Alexandro magno à quo deſcendit regnũ Antiochi, vt ſuprà dictũ eſt. Tertium aũt quod dictũ eſt de Antiocho eſt qualiter pugnauit cõtra filios Iſrael, ibi.* Et reuertetur in terrã ſuã, &c. *vt dictum eſt quomodo filios Iſrael multipliciter afflixit, & à* — *De Antiocho.*

*✳ cultu*

A a *Et ſu. rex.* Ab hoc loco Iudæi de Antichriſto dici putant ꝙ ſurgat poſt paruulum Iuliani auxilium, ſicut nos quoque hęc intelligimus de eo.

Hiero. Hiero. Polybius. Diodorus. Quare Antiochus punitus.

b *Donec compl. iracun.* Ideſt, iraſcatur ei Deus vt pereat. Polybius enim & Diodorus qui bibliothecarum ſcribũt hiſtorias, narrant eum non ſolũ contra Deum Iudęorũ feciſſe, ſed auaritiæ facibus accenſum templum Dianę ditiſſimum, quod in Elymaide erat ſpoliare conatum oppreſſumq́; à cuſtodibus templi &, vicinijs circumeuntibus, & quibuſdam phantaſijs atq; terroribus verſum in amentiam, ad vltimum morbo interijſſe: & hoc ei cõmemorãt accidiſſe, quia templum Dianæ ditiſſimum conatus ſit ſpoliare: Nos autem dicimus, quòd ideò accidit, ei ſi quid accidit, quia in ſanctos Dei nimiam crudelitatem exercuit & tẽplum eius polluit: non enim quia conatus eſt facere & pœnitendo ceſſauit implere, ſed pro eò quòd fecit punitus eſt.

B c *Deum patrum ſuorum non reputabit.* * Theodoretus. Inuenimus Antiochum aris in quibus idola colerentur, & Hieruſalem & omnem Iudeam compleuiſſe & in tẽplo Dei Ioui ſacrificaſſe, & Iouis hoſpitalis nuncupaſſe templum Garizim. Quomodo igitur Deum patrum non reputauit? Nequaquam itaque in Antiochum hęc congruunt, ſed in ipſum exemplar Antiochi, de Antichriſto igitur hoc dicit.

a ¶Victoriæ veræ in aduentu Chriſti. ¶Quietis poſt tribulationem.

a huc aliud tẽpus erit: Et faciet rex iuxta voluntatem ſuam. 1

a ¶Porphyrius & ſequaces eius De Antiocho Epiphane hæc dicta autumant ¶Contra cultum Dei. 2
b ¶In ſuperbia, et etiam ſimulachrum ſuum in templo iubeat poni. c ¶Vnde, Qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat oſtendens ſe tanquam ſit Deus.

Et eleuabitur & magnificabitur aduerſus omnem Deum: 3

a ¶Blaſphemias.

Et aduerſus Deum Deorum loquetur magnifica, & dirige- 4

a ¶Proſperabitur vterque b ¶Finiatur. I. iuſtitia eorum. ¶Super eum. 5
c ¶Dei d ¶Apud Dei præſcientiam ¶Alias, In ipſo erit conſummatio. 6

b tur donec compleatur iracundia. † Perpetrata quippe eſt 7

a ¶Quanto ſ. tempore ſeruiat vterque. b ¶Abraham Iſaac & Iacob, de quo um progenie naſcetur Antichriſtus in Babylone, ſicut aiunt de tribu Dan.
c ¶Iudæorum. ſ. Dei in Deorum ſcilicet.

diſſinitio: Et Deum patrum ſuorum nõ reputabit, & erit in 8

c a ¶Ego di ſi dij eſtis ¶Elatus ſuper omne quod dicitur Deus. 9

d concupiſcentijs fęminarum nec quemquã Deorum cura- 10

a ¶Deum & homines. b ¶Aquila, Deum, fortitudinum; et in LXX. Deum fortiſſimum: Porphyrius ridiculosè Modin putat, quia Antiochi duces dicuntur in Modin vicum Mathathiæ, Iouis ſtatuam poſuiſſe compellentes Iudæos ei victimas immolare. c ¶Diabolum, vel ſeipſum quem prædicabit eſſe Deum.

bit: quia aduerſum vniuerſa cõſurget. Deum aũt Maozim 11

e a ¶Hoc magis conuenit Antichriſto, Antiochus enim idola Græciæ coluit, & Iudæos, & Samaritanos ad Deorum ſuorum cultum compulit. 12

in loco ſuo venerabitur, & Deum quẽ cognouerunt patres 13

d *Et erit in concupiſcentijs fœminarum.* Ambiguè in Hebraico teſte Aquila qui verbum ex verbo expreſſit di. Super Deum patrum ſuorum non intelliget, & ſuper concupiſcentias feminarum & ſuper omnem Deum non intelliget. Quibus verbis intelligi poteſt, & habere concupiſcentiam ſcilicet quę magis Antiochi conuenit & nõ habere, quod Antichriſto: qui caſtitatem, ideò ſimulabit, vt facilius decipere poſſit.

*Et erit in con.* L: Et concupiſcentijs fęminarũ † ſubijcietur bit, Antiochus luxurioſiſſim' fuit vt etiam mimis scortis, publicè populo vidente ſeceretur.

* Theodor. Hoc quoque Antiochi inſtitutis apertè contrarium eſt, Hic nõ modo legitimis ſibi matrimonio coniunctis vxoribus non erat contentus, ſed etiam cum laſciuis pellicibus coibat, & vnius ex ipſis ſecu Machabęorum mentionem facit hiſtoria Errant igitur qui hęc ad Antiochum referre conantur.

e *Deum au. Ma.* Diabolum, ſcilicet, in ſeipſo vel vbicunque fuerit Antichriſtus, vel in membris ſuis, omnium enim malorum caput eſt diabolus, ſicut Chriſtus bonorum qui in ipſo venerabuntur diabolum. *Maozim.* Præſidium, ſcilicet quod Antichriſtus in Ieruſalem conſtructurus eſt. Antiochus enim pręſidia ibi & idolum conſtituit ad inſidias ſanctificationis: Vterque autem diaboli cultor erit.

d *Et*

* Theo[dor.]

C

## NICOLAVS DE LYRA.

* *cultu veri Dei inquantum potuit auertit, & quomodo multi de populo Iſrael conſtanter mortem & tribulationes ſuſtinuerunt. Et hoc multò fortius implebitur de Antichriſto, quia erit ſine comparatione maior perſequutor eccleſiæ, quàm ille fuerit ſynagogę, & multo plures per eum à fide auertentur & multò plures in fide ſtantes cruciabuntur quam per Antiochum: & ideò tota iſta litera poteſt de facili ad ipſum applicari: ſed propter prolixitatem vitandam omitto per ſingula verba diſcurrere.*

1 Et faciet. *Hic conſequenter ponuntur ea quę dicuntur de Antichriſto prout fuit figura Antichriſti tantùm, quia non verificantur de eo ad literam, ſed tãtùm de Antichriſto: Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur proceſſus Antichriſti contra Deum, ſecũdo, cõtra colentes ipſum, ibi:* Et multiplicabit gloriam. *Primũ oſtenditur dupliciter. ſ. in contemptu blaſphemię & in cultu idololatrię, ibi:* Deum autem Maozim. *Primò igitur dicitur ſic continuando literam literę immediatè præcedenti, vbi dictum eſt.* Adhuc aliud tempus erit. *ſ. tempus Antichriſti, vt dictum eſt.* Et faci. rex. *Ideſt, Antichriſtus.*

Diuiſio.

2 Iuxta vo. ſuam. *Quia malitia ſua perducetur ad effectum.*

3 Et eleuabitur. *Secundum quòd dicitur 2. ad Theſſ. 2. a.* Niſi venerit diſceſſio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati filius pditionis, qui extollitur ſuper omne qđ dicitur Deus aũt quod colitur, oſtendens ſe tanquam ſit Deus: *& ideò iſta litera non poteſt exponi niſi de eo. Antiochus enim Epiphanes non eleuauit ſe contra omnem Deum, immò idolum Iouis coluit: & in templo Ieroſolymitano poſuit, & Iudęos ad cultum illius quantum potuit induxit, vt legitur 1. Machab. & 2.*

4 Et aduerſus de. *Quia Antichriſtus contumeliam loquitur cõtra Deum cœli: quia oſtendet ſe tanquam ſit Deus, vt dicit Apoſtolus & iam allegatum eſt.*

5 Et dirige. *Quia ad effectum iniquum eius perducetur malitia, quia ſedebit in templo tanquam ſit Deus: non tamen diu, propter quod ſubditur.*

6 Donec compleatur iracundia. *Scilicet Dei ſuper eũ, quando virtute eius morietur ſubitò, vt dicunt ſancti, & Apoſtol. 2. ad Theſſ. 2. b.* Quem dñs Ieſus interfecit ſpiritu oris ſui, &c.

Per·

7 Perpetrata quippe eſt diffini. *Q. d. Ita determinatum eſt in Dei pręſcientia, ideo ita certum eſt de futuro: acſi iam eſſet de præterito.*

8 Et Deum patrum. *Quia Antichriſtus naſcetur de Iudęis vel Chriſtianis, qui Deũ cœli adorãt, & Antichriſtus eius cultũ auferet & vſurpabit ſibi, vt dictum eſt. Patet etiam, quòd iſta litera non poteſt exponi de Antiocho qui idola Grecię coluit, ſicut patres ſui & ad ipſa adoranda Iudęos induxit in Ieruſalem, vt dictum eſt: ſimiliter Samaritanos, quia templum quod erat in monte Garizim Ioui dedicauit vt habetur 2. Machab. 6.*

9 Et erit in concup. fœmin. *Quia licet Antichriſtus ſimulat caſtitatem exterius, vt facilius decipiat, tamen non erit verè caſtus, vt dicunt aliqui: quia erit plenus omnis malitiæ, & per conſequens erit luxurioſus: propter quod ſignificatur per beſtiam aſcendẽtem de Abyſſo, Apoc. 17. In beſtia autem ſignificatur carnalis laſciuia, propter quod Philoſophus 2. Ethicorum vitam carnalem ſeu voluptuoſam vocat beſtialem vitam.*

10 Ne quemquam Deorum cur. *Hoc patet verum de Antichriſto ex prædictis, & falſum de Antiocho, cauſa ſubditur.*

11 Quia aduer. *Ideſt contra Deum & homines: quia Antichriſtus conſurget contra omnes homines eos ſibi ſubijciendo, & contra Deũ eius cultum ſibi vſurpando, ſed neutrum verificatur de Antiocho: quia Iouem coluit & Romanis ſubiectus fuit, vt patet ex prædictis: & ideò non ſurrexit contra vniuerſa.*

12 Deum autem Maoz. *Hic ponitur proceſſus Antichriſti cõtra Deum per cultum idololatriæ, quia licet ſe faciat adorari ſicut Deum in palam: vt omnem talem cultum auferat ab alijs, vt dictum eſt, tamen dæmonem priuatum quem habebit occultè adorabit: cuius virtute & auxilio faciet illa mirabilia quæ facturus eſt Deo tamen permittẽte, & hoc eſt quod dicitur hic.* Deum au. Maozim. *Maozim interpretatur præſidium, ſic enim vocabitur dæmon ei priuatus, quia ab eo habebit præſidium & auxilium. Vel aliter præſidium dicitur locus conſtruendus ab Antichriſto vbi colet illum dæmonem occultè.*

13 Et Deum quem ignorauerunt patres eius. *Ibi a ponitur & pro, ideſt,* Deum quem ign. *Iudęi vel Chriſtiani ex quibus deſcendet Antichriſtus.*

* C et

¶Antichriſtus.
eius colet auro & argento & lapide precioſo, rebuſq́; pre- 1
a ¶Quacunque fraude. b ¶Ideſt, vnum faciat ſe & diabolum, quem elegit. 2
c ¶Ioue. d ¶Approbauit. 3
a cioſis. Et faciet vt muniat Maozim cũ Deo alieno, quẽ co- 4
a ¶[illegible] in precibuſque minisque. b ¶Suis.
gnouit: & multiplicabit gloriam, & dabit eis poteſtatem in 5
a ¶Super bonos. b ¶Sanctorum poſſeſſiones. c ¶Satellitibus ſuis. 6
d ¶Secundum Porphyrium vndecimo anno regni ſui Antiochus rurſum contra Ptolomæum dimicauit.
b multis, & terrã diuidet † gratuito. Et in tempore præfinito 7
a ¶Irruentem. ¶Antiochum vel Antichriſtum. b ¶Ptolomæus Philometor vel rex Aegypti vnum de decem cornibus Romanorum. c ¶Sed. 8
prælíabitur aduerſus eum rex auſtri, et quaſi tempeſtas ve- 9
a ¶Furibundus ¶Vterque. b ¶Antiochus vel Antichriſtus. c ¶Hæc in Aegypto faciet. 10
niet cõtra illum rex aquilonis in curribus, & in equitibus,
a ¶Plurimas.
& in claſſe magna: & ingredietur terras, & conteret & per- 11
a ¶Ideſt, pertranſeundo vaſtabit. b ¶Iudæam.
c ¶Hoc ſecundum Aquilam: vrbes ſubaudis vel regiones vel prouinciæ.
tranſiet. Et introibit in terram † glorioſam & multi corruẽt. 12
a ¶Dei miſeratione. 13
c Hæ aũt ſolæ ſaluabuntur de manu eius, Edom & Moab, & 14
d principes filiorũ Ammon, Et mittet manũ ſuã in terras, & 15
a ¶Quacunque [illegible]. b ¶Antiochus vel Antichriſtus. 16
terra Aegypti nõ effugiet. Et dominabit theſaurorũ auri &
a ¶Hoc verius Antichriſto congruit.
argẽti & ĩ oĩbus p̃cioſis Aegypti. Per Libyam quoq; & Ae- 17
a ¶Hæc ſunt tria cornua quæ a facie Antichriſti tollentur rex Aegypti rex Libyæ, rex Aethiopiæ. ¶Bellorum. b ¶Timore.
c ¶Antichriſtum pugnantem contra Aegyptios & alias Gentes, vel Antiochum.
e thiopiã trãſibit, & famã turbabit eũ ab oriẽte & ab aquilõe 18

† pretio.
† deſiderabilem, i. Iſraeliticam.
† diffuſæ.

a fati. vt mu. Theod. Et aget hoc vt muniat præſidia Deo alieno, & cum eis oſtenderit, multiplicabit ho[nor]i & dominari eos multis faciet, & ſecundũ Theo[do]nem hoc exponit Porphyrius.

P[or]phyrius. Et faciet hæc omnia vt muniat arcem Ie-
m & in cęte-
bibus ponat
lia: & Iudęos
t alienũ ado-
cum ſcilicet
a quam cum
ſtenderit, &
ndum eſſe p-
it: deceptis da
norem & glo
x faciet cæ-
ui in Iudæa
t dominati,
p præuarica-
poſſeſſiones
t, & dona di-
t. Antichri-
oq; deceptis
donabit &
uo exercitui
t, quos. n. ſuo
ſubiugare
oterit, auari-
iugauit.
*in tem.* Noſtri
ntichriſtum
ferentes di
quòd pri-
pugnaturus
tra regẽ au-
eſt, Aegypti,
ea Lybies &
opes ſupera-
quæ de 10.
us tria cornua contrita legimus ſuprà & quod vẽ
it in Iudæam, & multæ ei vrbes vel prouinciæ da-
nt manus.

*autem ſo.* ✠ Theod. Neque hæc Antiocho conue-
etenim cum hos ſubegiſſet, duces ipſis præfecit ex
s vnus erat Timotheus dux Ammonitarum. Hoc
duce veriſimile eſt iſtos effugiſſe, quippe ne probè
n & ſeriò pietatem colentes: omnibus enim pro-
rſus impius bellum facit.

ro. Antiochus contra Ptolomæum feſtinans Idu-
& Moabitas & Ammonitas qui ex latere Iudę erãt
tigit, ne occupatus alio prælio, Ptolomæum redderet fortiorem. Antichriſtus quoque Idumæos & Moabitas & filios Ammon, Arabiam, ſ. relinquet intactam, quia illuc ſancti ad deſerta confugient. D

d *Et mittet manum.* ✠ Theod. Hæc item minimè conueniunt Antiocho, qui neque Libya, neque Aethiopia, neq; etiam ipſa Aegypto potitus eſt. Iuſſus enim à Romanis reuerſus eſt inde. Tres aũt has nationes maximas Antichriſtus deſtruet, & in ſuã rediget poteſtatem.

Hoc Antiochũ ex parte feciſſe legimus, ſed quod ſequitur per Libyas & Aethiopiam trãſibit, magis Antichriſto quam Antiocho conuenit. Antiochus. n. Libyam, quam plerique Aphricã Aethiopiamq́; dicũt, non tenuit niſi fortè quia in ipſo climate ſunt prouinciȩ Aegypti, & longè per deſerta † vicinæ captis Aegyptijs etiam hæ prouinciæ conturbatæ ſunt, vnde nõ dicit quod eos ceperit, ſed pertranſierit. E

e *Et fama turbabit.* ✠ Theo. Ne hoc quidem in Antiochum conuenit, quem non fama ita cõturbauit, vt ab Aegypto receſſerit, ſed Romanorũ decretũ ab occidente non ab oriente miſſum. De Antichriſto verò ait fore, vt capta Aegypto, Libya Aethiopiaq; reuertatur & multo furore percitus veniat, vt deleat multos.

Hiero. Hoc quoque Porphyrius de Antiocho ſomniat. Pugnans inquit, contra Aegyptios & Libyas Aethiopiaſque pertranſiens audiet ſibi ab oriente & occidente prælia concitari, vnde & regrediens capiet Aradios ſibi reſiſtentes, & in littore Phœnicis omnem vaſtabit prouinciam: confeſtimque pergens ad Arthaxiam regem Armenię qui de orientis partibus mouebatur, & interfectis F

plurimis

## NICOLAVS DE LYRA.

1 olet auro, &c. *Quia in loco illo reponet Antichriſtus diui-*
*eciosas tanquam in loco ſecretiſſimo & fortiſſimo, vnde ſe-*
2 faciet. *Scilicet, hoc quod dictum eſt.*
3 t muni. *Ideſt, locum illum vbi adorabit dæmonem occultè,*
*citur.*
4 um Deo, &c. *Per familiaritatem & pacta cum eo inita:*
*abebit pactum cum illo dæmone, ſcilicet, priuato, qui tamen*
*s debet eſſe ab omni homine.*
5 t multi. *Hic conſequenter ponitur proceſſus Antichriſti con-*
*entes Deum, qui erit in exaltatione malorum qui ei obediẽt,*
*erſecutione bonorum qui ei reſiſtent, & hoc eſt quod dicitur*
multi. *g. ſ. ſibi obedientibus eos exaltando.*
6 dabit eis, &c. *Et non dicit in omnibus, quia nullum faciet*
*ualem.*
7 terram, &c. *Ideſt, pro voluntate ſua familiaribus ſuis, hoc*
*non poteſt dici de Antiocho, qui parum aut nihil vltrà regnũ*
*enuit, quia aliqua alia ad tẽpus tenuit inde deiectus fuit, quia*
*pulſus de Aegypto, vt ſuprà viſum eſt, & ſimiliter de Perſi*
*habetur 1. Machab. 6. Similiter homines ſui fuerunt deiecti de*
*er Iudam Machabęum & fratres eius.*
8 in tempore prȩfinito. *Hic deſcribitur perſequutio bono-*
*r Antichriſtum, quia in principio ſubijciet ſibi regem Aegy-*
*tunc vigebit fides, & hoc eſt quod dicitur:* Et in tempore
prænito. *Scilicet à Deo qui futura præuidet & ordinat.*

Præ-

9 Prȩliabitur. *Ideſt, Aegypti.*
10 Et quaſi. *Ideſt, Antichriſtus hic deſignatur per Antiochũ, qui fuit figura eius, vt dictum eſt, & ſequitur.*
11 Et egredietur, &c *Quia rex Aegypti erit vnus de primis contritis ab Antichriſto, vt viſum eſt ſuprà 8. cap.*
12 Et introibit, &c. *Ideſt, Iudęam, quę dicitur glorioſa propter mirabilia ibi facta a Deo, & propter opera noſtra ſalutis ibi facta à Chriſto.*
13 Et multi corruent. *Ideſt, multę terrę & vrbes & Gentes ſubijcientur Antichriſto.*
14 Hæ autem ſolę. *Aliàs* principum filiorum Ammon. *Hoc autem fit propter diuinam miſericordiam, quia ſancti habebũt illuc aliquod refugium tẽpore Antichriſti quod fiet propter minus perfectos, qui non auderent ſe opponere Antichriſto. Ex iſta etiam litera patet quòd non poteſt exponi de Antiocho, quia omnes Gentes & terrę non fuerunt ei ſubiectę exceptis his tribus.*
15 Et mittet manum, &c. *Quia ad illas terras vbi Antichriſtus perſonaliter non accedet nuncios mittet.*
16 Et terra Aegypti. *Quia illa erit de primò ſubiecta Antichriſto, vt viſum eſt.*
17 Per Libyam quoque Aethiopiam, &c. *Quia iſta duo regna ſimiliter ſubijcientur Antichriſto: hoc autem non poteſt dici de Antiocho quia iſtas terras non legitur intraſſe.*
18 Et fama turbabit eum ab oriente & ab aquilone. *Quia fama ſanctorum nolentium Antichriſto obedire turbabit eũ: vel fortè fama aliquorum regum fidelium ei reſiſtere volentium. Sequitur.*

✠ Et

A plurimis de exercitu eius ponet tabernaculum ſuum in loco Apadno qui eſt inter duo flumina latiſſima, q̄ ſunt Tigris & Euphrates, Cùmque hucuſque proceſſerit, in quo monte inclyto & ſancto ſederit, dicere non poteſt, quamquam & inter duo maria eum ſedere probari nō poteſt, & ſtultū eſt duo Meſopotamiæ flumina, duo maria interpretari, Mōtem autem inclytū ideò prætерit, quia ſequit̄ Theodotionē qui ait, inter media maria ſuper montem Saba ſanctum: Cumq; Saba nomen montis vel Armeniç, vel Meſopotamiæ putet: quare ſit ſanctus, dicere non poteſt. Sed eadem licentia mentiendi poſſumus dicere quòd idolis ſit conſecratus.

a ¶Ideo. b ¶Metuens audita bella contra ſe moueri.

a Et veniet in multitudine magna, vt conterat & interficiat 1

a ¶Ideſt, ſolii ſui, ſcilicet & thronum. b ¶Apadno poſitu n eſt.i. ſolii ſui. Q. figet tabernaculum & thronum ſuum inter m. incly. & ſ. ¶Iuxta Nicopolim. c Mare mortuum. ſ. ab oriente, & magnum in cuius litt. re Cæſarea & Ioppe quæ prius Emaus vocabatur, vbi etiam incipiunt Iudçæ prouinciæ montana conſurgere 2

plurimos Et figet tabernaculum ſuū Apadno inter maria 3

b a ¶Oliu. ti. b ¶In ſe te erigens eum prius ſub radicibus montaneæ p ouinciæ fixerit tabernaculum. c ¶Veni em montis Oliueti qui inclytus: quia ex eo Chriſtus aſcendit ad patrem.

ſuper montē inclytum, et ſanctum, et veniet vſque ad ſum 4 5

a ¶Domino iraſcente contra eum Aſſtarunt autem, quod ibi ſit periturus, vnde. Dominus aſcendit in cœlum.

mitatem eius, et nemo auxiliabitur ei. 6

Hieron. a *Et ve.* Ad ſummitatē montis. ſ. in Elimayde, prouincia, quæ eſt vltima regio Perſarum ad Orientem, ibique

B volens templum Dianæ expoliare, quod habebat infinita donaria, fugatus eſt à Barbaris qui mira veneratione Phanum illud colebant, & mortuus eſt mœrore cōſumptus in Tabes oppido Perſidis. Hæc ille in ſugillationem noſtri artificioſè cōpoſuit. Sed ſi etiam approbet hęc de Antiocho, nō de Antichriſto dicta, qd ad nos q nō ex oībus locis ſcripturarum Chriſti probamus aduentum vel Antichriſti mendaciū? Dimittat dubia, diſcat manifeſta. Quis eſt lapis exciſus de monte, &c. Quis filius hominis? Quis venturus in nubibus, &c. Quæ ſunt manifeſta prę terit, & de Iudæis aſſerit prophetari, quos vſq; hodie ſeruire cernimus. Et dicit eū qui ſub nomine Danielis ſcripſit librum ad refocillandam ſpem ſuorum fuiſſe mentitum: qui non omnem hiſtoriam futurā noſſe potuit, ſed p̄terita memorauit. In vltimæ aūt viſionis immorat̄ calumnijs, lumniis, flumina ponens pro mari; & montem & ſanctum Apadno prę terit, quem vbi legerit n[…] teſt proferre hiſtoriam.

b *Et fi.* ✻ Theod Neque hoc comperimus at[…] cho factum Alioquin dicent, quiſnam locus iſt[…] torium ſui[…] rit Antioc[…] ter duo m[…] Verum n[…] runt oſten[…] tur nihil […] huc peruen[…] tum, ſed […] nia à com[…] minum p[…] tich. profici[…] Saba autem […] Deo dicata […] vocat, & A[…] locum quendam ita nominatum, nec procul à I[…] limis poſitum, vbi exitio perdetur.

Lxx. Et ſtatuet tabernaculū ſuū tūc inter Mar[…] tē voluptatis ſanctū, & veniet hora cōſummatio[…]

Theodotio ſic: Et figet tabernaculū ſuū in Ap[…] ter maria ī mōte Saba ſācto, & veniet vſq; ad p[…]

Aquila ita Et plātabit tabernaculum tentorij prætorij) Apadno inter Maria & montem glor[…] ſanctum, & veniet vſque ad finem eius.

Symmachus ita: Et extendet papiliones equ[…] inter maria ſuper montem fortitudinis ſanctum […] veniet vſque ad verticem montis.

Sciendum autem, quod p, literam ſermo He[…] habet ſed pro ea phe vtitur, cuius vim Græcum […] In hoc autem loco tantum apud Hebręos ſcrib[…] & legitur pe. Quod autem Antichriſtus veniat […] ſummitatem montis ſancti & inclyti, & ibi pere[…] oſtendit ſic: *Et præcipitabit dominus in monte ſancto ſa[…] natoris vel principis tenebrarum, &c.*

C NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et veniet. *Quia habebit exercitum maximum.*

2 Vt conterat, &c. *Omnes, ſ. nolentes ei obedire.*

3 Et figet, &c. *Secundum Hier. Apadno idem eſt quod Emaus, qui locus eſt inter mare mortuum & mare mediterraneum.*

4 Super montem. *Ideſt, montem Olиueti, vel montē Sion. Quādo enim Antichriſtus ponet tabernaculum ſuum in Emaus, ponet ipſum quodammodo ſuper montē Oliueti, vel montem Sion: qui ſunt montes propinqui diſtantes tantùm per miliare, quia ab Emaus incipiunt montana Ieruſalem.*

5 Et ve. *Quia Antichriſtus veniet in montē Sion in loco vbi fuit templum, vt ibi ſedeat, & adoretur tanquam ſit Deus, vt dicit Apoſtolus. Similiter veniet vſque ad ſummitatem montis Olиueti, vnde aſcendit Chriſtus in cœlum, tanquam inde aſcenſurus in altum virtute dæmonis ipſum portantis.*

6 Et nemo. *Quia virtute diuina ibi ſubitò interficietur ſecundū quòd dicit apoſtolus 2. ad Theſſ. 2. b.* Quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduētus ſui. *Ex hoc autem loco patet ſimiliter, q hoc non poteſt […] Antiocho: quia non fuit mortuus inter Maria, nec ſuper m[…] ctum, ſed redeundo de Perſide, vt habetur 1. Mach. 6. & 2. […] Porphyrius tamen extortè & fictitiè exponit hoc de ipſo […] dicens, q mortuus eſt in quodā monte qui nominatur A[…] eſt ſitus inter duo magna flumina, ſ. Euphratem & Tigri[…] cuntur hic Maria. Similiter mons ille dicitur inclytus & […] quia Gentiles ibi colebāt Deos ſuos. Hoc autem patet ficti[…] non inuenitur in ſcriptura aliquis mons ſic vocatus in P[…] militer q flumina dicantur Maria, eſt contra conſuetudin[…] ra: licet aliquando ſcriptura nominet ſtagna magna habem[…] congregationem aquarum maria. Similiter, quod mons, v[…] tur idola dicatur inclytus & ſanctus ab angelo qui loquel[…] nieli, eſt manifeſtè falſum, imò magis diceretur prophanu[…] tur patet quod licet in litera præcepta vſque ad locum ill[…]* ciet rex ſecundum voluntatem ſuam, &c. *ſint a[…] poſſent applicari Antiocho, tamen multa interferuntu[…] poſſunt verificari de eo, vt viſum eſt, & ideo per hoc cogi[…] nere de Antichriſto totam literam ſequentem à loco ſup[…]*

## CAP. XII.

Hiero. a IN *tempore autem illo.* Quid in hoc c. Porphyrius dicat nō inuenit, in quo mortuorū reſurrectio deſcribit, vnde: *Et multi de his qui dor. in terræ re pul. eui. &c.* Nec poteſt di[…] fuerint ſub Antiocho fulgē[…] ſi ſplē. firm. & alij quaſi ſte[…] ætern. Sed quid non tentāt […] cia? Contritus coluber cap[…]

## CAP. XII.

a ¶Antichriſti.

a IN tempore autem illo 1

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XII.

✻ 1 IN tempore autem illo. *Poſtquam deſcripta eſt violentia Antichriſti contra electos, hic conſequenter poni[…] victoria contra reprobos. Et diuiditur in duas par[…] primo ponitur principalis intentio, ſecundo ſ[…]* ✻

MORALITER.

† 1 *In tempore autem illo.* Secundum literalem ſenſum agitur in hoc c. de perſequutione eccleſię per Antichriſtum futura: & ſicut dicitur 1. Ioh. 2. c. *Nunc Antichriſti mul. ſunt:* ideò per tribulationem Antichriſti tempore, poteſt intelligi perſequutio quælibet eccleſiæ, per Michaelem autem poteſt intelligi moraliter quilibet bonus p[…] & interpretatio nominis cōgruit: nam Michael […] tatur quis vt Deus, & hoc conuenit bono prælat[…] carius eſt Dei in ſpiritualibus: & ideò tempore p[…] tionis debet conſurgere ad protectionem ſui gr[…] vſque ad mortem ſi oporteat, Ioh. 10. b. *Bonus pa[…] ſuam dat pro ouibus ſuis.*

& moriturus ī morituros venena euomit. Inquit enim. A Hoc de Antiocho dicitur, qui vadens in Perſidem Ly- ſi (qui Antiochiæ & Phœnici præerat) reliquit exercitū, v aduerſus Iudæos pugnaret, & Ieruſalem ſubuerteret, q æ narrat Ioſephus, & ꝙ fuerit tribulatio talis qualis n nquam fuit ex q ō cœperūt hoīes e ſuper terram. R ddita ante victo ri & ceſis Antio- c ducib. ipſo quo q in Perſide mor t ſaluatus eſt po- p us Iſrael, & oēs, q ſcripti erant in li o Dei, ſ. qui legem Dei fortiſſimè defenderant, & eō t deleti ſunt qui legis præuaricatores fuerunt, & An ti cho fauerunt. Tunc ait, Hi qui in terræ puluere erant, & malorum pondere oppreſſi erant & operti, quaſi in ſe p chris miſeriarum ad inſepararam victoriam de terrę p uere ſurrexerunt, cuſtodes legis reſurgentes in vitam æ nā, præuaricatores in opprobrium. Magiſtri aūt & q le s notitiam habuere, fulgebunt quaſi cęlū, & qui mi- n es exhortati ſunt ad cuſtodiam legis, inſtar aſtrorum fu gebunt in per. æter. Ponit quoq; hiſtoriam de Macha- b s, in qua dicitur multos Iudæorum ſub Mattathia & I a Machabæo ad eremum confugiſſe & in ſpeluncis la iſſe, & cauernis petrarum, & poſt victoriam proceſ- ſiſ, & hoc metaphoricè quaſi de reſurrectione mortuo ru prædictum eſſe.

a *Qui ſtat pro filijs, &c.* Hier. Michael cui commiſſus eſt p ulus Iudæorum, Dominum deprecatur, & dicit, do- m ne da eis ſpatium pœnitentiæ, & noli eos ſubuertere.

✻ Greg. Michael eorum qui ex plebe Iudęorum in ter- ra dęæ remanſerant. præpoſitus inuenitur, Vnde & ab al angelo Danieli dicitur, *Nemo eſt adiutor meus, niſi Mi- ch l princeps veſter.*

✻ Aug. De excelſo cœlorū habitaculo ad conſulendos, vi andos, & adiuuandū nō attrahit ſupereminēs chari- ta ngelos pp Deū, pp nos, pp ſeipſos. Propter Deum vt ue cuius tanta erga nos pietatis viſcera ipſi quoq; vt di um eſt, imitant. Propter nos, in quibus nimirū pro- pr ſimilitudinem admirant. Propter ſeipſos, quorū or di es inſtaurandos ex nobis toto deſiderio præſtolantur.

✻ Idem. Sine difficultate nos adiuuant, quoniam ſpiri ta bus moribus puris & liberis non laborant.

✻ Idem. *Miſeremini mei, &c.* Angelos vr̄ poſtulare, vt pro co eprecētur, aut certè Sanctos, vt pro pęnitente orent.

✻ Idem. Sācte Michael, ſancte Gabriel, ſancte Raphael, ſa cti chori angelorum, archangelorum patriarcharum, pr phetarum, apoſtolorum, martyrum, confeſſorū, mo- n chorum, virginum, omniumque iuſtorum, per illum q vos elegit, vos rogare præſumo, vt pro me culpabili D o ſupplicare dignemini, vt de faucibus diaboli, & de n rte perpetua merear liberari.

✻ Ambr. Obſecrandi ſunt angeli pro nobis, qui nobis, a præſidium dati ſunt.

✻ Idem. Heliſęus propheta exercitus angelorum pręſi- di ſibi adeſſe monſtrauit. Sic Ieſus Naue ducem militię cę ſtis agnouit. Poſſunt igitur angeli in nobis fructū cu- ſt lire, qui poſſunt etiam militare pro nobis.

Et

a Vt ſancti refrigerentur. b Fideliter agens. Vt reliquias ſaluet. c Iudæorum. d Quaſi adiutor. e Vt ſaluentur prædeſtinati, & quaſi ſtellæ maris.

a conſurget Michael princeps magnus: qui ſtat pro filijs po- 1
a Iudæorum. b Quæ.
b puli tui, et veniet tempus * quale nō fuit ab eo, ex quo gē- 2
* Antichriſti. a Extincto Antich. ſpiritu Saluatoris.
c tes eſſe cęperunt vſque ad tempus illud. Et in tempore illo 3

b *Et veniet tempus.* Etiam ſi ponamus Lyſiam viciſſe Iudęos, ſicut vult Porphyrius, qui tamen victus eſt, nō fuit tanta tribulatio quanta cum Ieruſalem capta eſt à Babylonijs, templum ſubuerſum, & populus captiuatus eſt, hæc tamen maior: vnde poſſunt ad Antiochum referri. D (l. 1. de virg. 4. Reg. 6. Ioſue 5.)

b *Et veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex &c.*

✻ Lactantius. Cōſurget hoſtis potentiſſimus, qui inſuperabili dominatione exabit orbem, diuina & humana miſcebit, infanda dictu & execrabilia molietur, noua conſilia in pectore ſuo volutabit, vt proprium ſibi conſtituat imperium, contaminabit, diripiet. ſpoliabit, occidet. Rex ille teterrimus, & mendaciorum propheta, ſeipſum conſtituet ac vocabit Deum, & ſe coli iubebit vt Dei filium: eruere templū Dei conabitur, & iuſtum populum perſequetur, & erit preſſura, & contritio qualis nunquam fuit à conſtitutione mundi. Tunc lacrymæ. luctus, & gemitus perpetes, & ad eum caſſæ preces, nulla requies ad formidinem, aut ſomnus ad quietē. Dies cladē, nox metus augebit ſemp. (* anguſtiæ.) (l. 7. cap. 16. & 17.)

✻ Ephrem Syrus. Cuiuſmodi Antichriſtus iſte futurus eſt? Sceleſtius, atrox, impurus, ſub dolus Sanctis tū maximè viris atrocior infeſtiorq; imminebit, qui illius artes vincere poterunt, præſtigias nudare, figmenta detegere. Hos requirere non deſinet in terra, & in mari, ſe iam exiſtimans oēs ditioni ſuæ ſubditurum. Perturbabit terrā, cunctaq; replebit formidine. per fallacia ſigna & magicas artes. Non erit illo tpe vlla in terris requies ſed tribulatio magna, turbatio, atq; confuſio, morteſq; & fames in cunctis finibus terræ. Nam dn̄s noſter ita fore prædixit Sancti tunc profundent. Lacrymarū flumina, ad deſerta cōfugient. in mōtib. & vallib. occultabunt puluere ac cinere capita ſua adſpergentes, orantes vt à dracone liberētur, Lugebūt mōtes & colles, & ligna ſyluarū: lugebūt & cœli luminaria, ꝙ hoīes defecerunt à Deo ſancto, & tyrāno crediderunt, ꝑ cruce Saluatoris, characterem impuri hoſtis ſuſcipiētes. Lugebunt eccleſiæ Dei luctu ineffabili, qa vltra non offertur oblatio diuina, & ſanctificatio, &c. E (Idem in Epitome. Serm. de Antich.) (Mat. 24. Dan. 12.)

✻ Hyppolitus martyr. Lugebunt plurimi eō ꝙ defecerunt à ſancto Deo, & crediderūt impoſtori, ſuſcepto charactere impuri hoſtis loco viuificæ crucis Saluatori. Lugebunt etiam eccleſiæ luctum magnum, quia nec oblatio, nec ſuffitus fiat nec cultus Deo gratus. Sed & eccleſiarum ædes ſacræ inſtar tugurij erunt, pretioſumq; corpus & ſanguis Chriſti non extabit in diebus illis. Liturgia extinguetur, Pſalmorum decantatio ceſſabit, &c. (Orat. de conſum. ſeculi.)

c *Et in tempore illo ſal. &c.* ✻ Theo. Hoc eſt, ſalute digni, Heliæ prædicationi obtemperaturi, quos Deus iam inde à principio præcognoſcit Dei quippe cognitionem, librū nuncupauit. F (l. 20. de ciuit. c. 29.)

✻ Auguſt. Per Eliam magnum mirabilemque prophetam, expoſita ſibi lege, ante iudicium, Iudæos in Chriſtū verum eſſe credituros, celeberrimum eſt in ſermonibus cordibuſque fidelium.

✻ Ambroſ. Conſtat Iudæos in fine mundi prædicatione Eliæ & Enoch ad finem Chriſti eſſe conuertendos. (Com. in c. 11. Apoc.)

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

s inſtitutio ibi, *Tu aūt Daniel. Circa primū duo facit, quia pri- oſtendit conatum angelorum ad tuitionem fideliū. ſcdo, deſcribit co litionē & gradus reſurgentiū, ibi, Et multi de his q dormiunt. C a primū conſiderandum ꝙ conatus angelorum circa fideles tpe Antichriſti erit neceſſarius ad duo, ſ. ad fidelium defenſionē, & ad- ue ſarij deſtructionem, quia licet Antichriſtus verbo Chriſti ex Dei ſ interficiatur, vt dictū eſt, hoc tamen erit autoritatiuè, ſed p Mi- ch l (q eſt princeps eccleſiæ, ſicut fuit antiquitus princeps ſynago- g hoc fiet executiuè & hoc eſt qđ dicitur hic, In tempore illo, ſ. An ti riſti, quando. ſ. angeli mali conabuntur omnes corrumpere, & à fi ſubuertere etiam electos ſi fieri poteſt, vt dicitur in euangelio.*

1 Conſurget Michael prin. *ad fortificandum electos per ſe et per angelos ſibi ſubditos. Sequitur.*

Et

2 Et veniet tempus, &c. *propter magnitudinem tribulationis quæ ventura eſt ſub Antichriſto,* qualis nunquam fuit à principio mundi vſque tunc, *vt dicitur Matth.* 24. *Per hoc patet ꝙ malè exponit Porphyrius hunc locum de perſequutione Iudæorum ſub Antiocho, quia maior fuit illa quæ ſub Nabuch. fuit, & intēſiuè & extenſiuè. Intenſiuè, quia deſtruxit ciuitatem & tēplum, & magnam partem populi occiait, reliquam verò cum rege Sedechia captiuam duxit, exceptis quibuſdā perſonis* pauperibus & vilibus quas dimiſit ad colendam terram, *vt patet* 4. Reg. 5. *Similiter extenſiuè, quia durauit per* 70. *annos. Illa autem quæ facta ſunt ſub Antiocho, tantummodo per ſex annos. De afflictione autem quæ facta eſt populo Iſrael per Titum & Veſpaſianum non eſt dubium quin fuerit maior, quàm illa quæ fuit ſub Antiocho.*

3 Et in tpe il. *Illi dicuntur eſſe de populo eius, qui ſunt verè Iſraelitæ*

## MORALITER.

2 *Et ve. tempus.* Si. n. de quolibet confeſſore canit eccleſi. *Non eſt inuentus ſimilis illi,* ſic de qualibet eccleſiæ perſequutione dici pōt, ꝙ non fuit tempus talis perſequutionis nis & maximè quod cuilibet perſequutionem patienti videtur quòd ſua tribulatio ſit maior alijs.

3 *Et in tempore illo.* Omnis. n. ſaluatio corporalis vel ſpiritualis procedit ex ordinatione Dei.

a *Et multi de ijs qui dormiunt,&c.* *Theo. Dicant q hæc An
A tiocho aptare conãtur, quinã reſurrexerint illo regnãte, ex qbus vitam æternã alij conſecuti ſint, alij opprobrium & dedecus ſempiternũ percipient? Igitur cõem hinc mortuorum reſurrectionem, & iudiciũ diſcamus. *Multi* aũt ꝓ *oẽs* dixit, ſicut & Apoſtolus dicens, Si vnius delicto multi mortui ſunt, &c.

✻ Ambr. Bene aĩt *dormientium* dixit, vt intelligas mortem non eſſe perpetuã, quæ ſomni vice initur ad tẽpus, & ad tps excluditur: melioremq; profectũ vitæ eius oſtendit, q̃ poſt mortem futura eſt, quàm eius q̃
B ante mortem mœrore atque dolore tranſigitur.

Rom. 5. Lib. de fide reſur.

b *Qui autem edocti.* Theodotio. Vulgata editio ita. Et ĩtelligẽtes fulgebũt, quaſi ſplen. fir. & de iuſtis plurimi quaſi ſtellæ in æternũ & vltrà. Secũdũ Theodotionẽ. Tantum intereſt inter eruditam ſanctitatem, & ſanctam ruſticitatem, quantum [...] ſtant cęlum & ſtellę, qui doctis ſimilitudinem cęli, iuſ[...] abſq; doctrina ſtellarum fulgorem tribuit ſingularu[...]

Hiero. -quaſi.' Nota.

✻ Rabb. Doctor eccleſiaſticus verba Dei ſcribẽdo, & [...]cendo, non ſolũ ſibi laborat, ſed & alijs, qa ſibi laborat [...] ęterna mercede, [a]lijs autem pro v[...] ſalute & perpet[...] requie.

c *Et ſig. li.* In Iſ[...] quoq; liber ſig[...]tus eſt, Et in Apo[...] gillis ſeptem. Vr[...] ſubditur. *Vicit le[o de] tribu Iuda ra. Da. [...] librum*. Librum hunc põt aperir[e] ſcripturarum ſa[cra]menta cognouit [...] intelligit ęnigma[...] & verba tenebr[...] & occidentem l[...]ram transfert ad [ſpi]ritũ viuificantẽ. [Le]gimus ĩ Machab[æo]rum libris & Io[ſe]phus in eadem [opi]nione conſenti[t...] tribus annis t[...] pollutum fuer[...] Ieruſalem, & i[...] Iouis idolũ ſte[...]

a ¶Pro quo oras. b ¶Q d. propter electos breuiabuntur dies tyrannidis eius. c ¶Patebit d ¶Prædeſtinatus.
ſaluabitur populus tuus, omnis qui inuẽtus fuerit ſcriptus 1
a ¶Dei. b ¶Omnes. c ¶In puluerem redacti.
in libro. Et multi de his qui dormiũt in terrę puluere, euigi 2 3
a ¶Reſurgentes. b ¶Pro diuerſitate meritorum ¶Damnationis.
labunt, alij in vitam æternã, alij in opprobriũ, † vt videant 4 5
a ¶Magiſtri. ſ. aliorum, non modo prædicando ſed ſcriptis confirmando. ¶Similes cœli.
ſemper. Qui aũt docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor fir- 6 7
¶Sol & luna, vel cum firmamentum cum omnibus ſtellis a ¶Simpliciter verbo vitæ & exemplo.
b ¶Aliter non valet ſcientia, Tacitus & ocioſus ſermo doctrinæ mercedem non habet.
mamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi †
a ¶Fulgebunt iuſti, & tanquã ſcin. in arun. diſ. b ¶Q Multa reuelaui tibi, Tu aũt. &c c ¶Inuolucris.
ſtellę in perpetuas æternitates. Tu aũt Daniel claude ſermo 8
a ¶Viſiones. b ¶Obſcuritatis magnitudinem ſignificat. ¶Obſcuritatibus. 9
2 Qui miſerunt eū id la. leonū & erat ibi ſex diebus,&c. *Ex hoc patet, quòd miſſio Danielis in lacum eſt alia ab illa quæ facta eſt tēpore Darij, vt dictū eſt ſup. cap. 6. quia tunc non fuit in lacu niſi per vnā noctē, vt patet ibidē. hic autem dicitur fuiſſe in lacu per ſex dies. Similiter patet hic alia de cauſa, quia fuit poſitus in lacū tēpore Darij, eo quòd fuit impoſita ſibi tranſgreſſio regij edicti. qui (vt ibidem dicitur) poſuerat edictū vt nullus peteret aliquid à Deo vel homine niſi a rege vſque ad triginta dies. Daniel aūt infra iſtud tēpus inuentus eſt adorare Deum, propter quod miſſus fuit in lacum leonum, cauſa autem quare dicitur hic poſitus in lacum leonum, eſt alia ſcilicet deſtructio Belis & interfectio draconis.*

3 Porrò in lacu,&c. *Hic tangitur pœna famis. Dimiſſus eſt in lacu per ſex dies naturales ſine cibo, & interim denegatus eſt leonib. cibus conſuetūs, vt citius deuorarent Danielem.*

4 Erat aūt Habac. *Hic cōſequēter ponitur ipſius Danielis liberatio, & primo ponitur liberatio eius a pœna famis, ſecūdo a pœna miſſionis in lacū, ibi.* Venit ergo rex. *In prima parte dicitur ſic:* Erat aut. Habac. pro. in Iud. *Hic eſt vnus de duodecim propheti dctur Hierònymus ſentire in prologo.*

5 Et ipſe coxe. pul.&c. *Nomen eſt vaſis facti ad reponēdi & dicitur ex ſimilitudine alui, i. ventris, vbi cibi reponuntur ae alimentū ad ſingula membra virtute caloris naturalis de*

6 Dixitque angelus domini ad Habac. Fer pran. hab. in Baby. Da. *q. d. ipſe indiget. Cibus eſt ei denegatus.*

7 Et dixit Haba. Do. Baby. non vidi. *Et ideo neſcirē ill*

8 Et lacum neſcio. *Et ideo dato, quòd iam eſſem in Babylo ſcirem Danielem inuenire. Iſta dixit ſe excuſando.*

9 Et appreh. eū ange. do. in ver. eius. *Angelus autem a bat in corpore aſſumpto, & ideo dicitur apprehendiſſe capu poſuit manum in caput eius.*

10 Et por. eū capi. cap. ſui. *Non eſt ſic intelligendū, quòd angeli ſolummodo tangeret capillos eius, ſed totum corpus ſ quod hic dicitur, quia poſuit manum ſuper caput eius, vt dict*

11 Poſuitq; eū in Babyl. ſuper la. in impe. ſpi. ſui. *i. tis ſuæ. Nec eſt mirum, ſi angelus portauerit hominem per t ſpatium terræ in modico tempore, quia vnus angelus reuolui circulariter in vno die ad quem tota terra comparata non niſ ctum. Sequitur.*

12 Et ait Daniel, Recordatus es mei Deus. *Prius. n. ber Deum, quam ſumeret cibum. Hæc eſt enim conſuetudo laudal*

13 Venit ergo. *Hic ponitur liberatio Danielis de lacu cut tur:* Venit ergo rex die ſep. *quia Daniel erat condemna hoc, q ·òd ſtaret ibi per ſex dies naturales.*

14 Vt lugeret Danielem, & venit ad,&c. *quia proba credebat ipſum mortuum.*

*MORALITER.*

† 4 *Erat aūt Hab. pro. in Iu.* Habac. aūt interpretatū fortis luctator, & ſignificat hominē ſapientē rōne prophetiæ, & cōſtantē pro defenſione iuſtitiæ rōne interpretationis. Et ſicut Habacuc conſolatus fuit Danielē, miſſum in lacum iniuſtè, ſic iſte cōſolari nititur omnē qui iniuſtè pa

† *Porrò angelus do. &c.* Per quod ſignificatur, quòd c ſor iuſtitię & oppreſſorum conſolator, angelico m rio ad locum ſibi præparatum in empyreo deduce nobis concedat,&c.

*Porrò illos qui perditionis, &c.* ✱ Chryſoſtomus. Danielē leones ſicut oues circumdabant & ſuperna gratia retuſa eorum ferocitate, nihil illum incommodabant. Nam quod ferocitatem non exercerent feræ, hi qui feris truculentiores erant, reipſa diſcebant. Hoc autem ad maiorem ipſorum accuſationem factū eſt, cum ratione inſigni ti, crudelitate beſtias ratione carētes vincerent. Tandem dicebant cum in lacum cōiecti fuerūt, quod non eſſe apparentia vana qđ leones iuſto pepercerāt, qui reuertit eum, non audentes eius contingere corpus. Nam in illo imitabantur ouium mānſuetudinem, & naturæ obliuiſcebantur, in iſtos autem feritiam ſuam declarabant. Sic quando ſuperna gratia munimur, non ſolū effugimus inimicorum inſidias, ſed & in beſtias incidimus, nihil patiemur graue. Dei enim manus potentior eſt omnibus, ipſa nos vndequaque ſatis munit & inuictos facit: id quod & in iuſto hoc declaratum eſt. D

✱ Idem. Daniel cultor Dei, amator iuſtitiæ, veritatis defenſor. dum in aſſerendo Deo regis edicta contemnit, & leonū rabiem vicit, & de inimicorū interitu exultauit. Serm. 6. de martyribus.

✱ Ioſephus. Hebr. Seuierunt leones in Babylonios anteq̃ peruenerunt ad fundum foueæ (nihil enim diſcerpſerant ab heri, & nudius tertius) deuorauerúntque eos veluti placentas gratas, cōminuentes etiam oſſa eorum, & rugierunt ſuper eos: vt etiam vox ſonitus eorum in longinquum diffunderetur. Expauerunt autem ad vocem eorum omnis populus, dixeruntque: Egreſſi ſunt leones de fouea, &c. li. 1. hiſt. Iu. cap. 7. †23. q. 5. c. ſi. propterea.

cū & introſpexit, & ecce Daniel ſedens in medio leonum. 1
Et exclamauit voce magna, rex dicēs: Magnus es domine 2
a Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum. † Porrò il- 3
los qui perditionis eius cauſa fuerāt, intromiſit in lacū: & 4
deuorati ſunt in momento corā eo Tunc rex ait. Paueant 5
habitātes vniuerſam terram Deum Danielis: quia ipſe eſt 6
ſaluator & liberator, faciens ſigna & mirabilia in cœlo & 7
in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum.

E

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ecce Daniel ſedens. *viuus & ſanus.*
2 Et exclamauit rex vo. ma. di. Magnus es dn̄e Deus Da. *viſo enim miraculo magnificauit diuinam potentiam.*
3 Et extraxit eum. *Iam enim tranſierat ſeditio populi, & maximè quia videbant per effectum virtutem Dei ipſius.*
4 Porrò illos qui perditionis eius cauſa fuerunt. *incitando multitudinem populi ad clamorem prędictum & ſeditionem.*
5 Intromiſit in lacum. *Iſtud enim fuit iuſtum ſecundum legem talionis, ex quo declarata fuit iuſtitia Danielis.*
6 Et deuorati ſunt in momen. *in quo apparuit ſaluatio Danielis regis miraculoſa.*
7 Tunc rex ait: Paueant ha. *Viſo enim miraculo prædicto rex voluit magnificare diuinam potentiam, non ſolùm in Babylone, ſed in toto regno ſibi ſubdito: & hoc eſt quod dicitur hic:* Paueant, *ideſt, timeant blaſphemare.* Habitan. in vniuer. ter. *Hyperbole eſt ad exprimendum magnitudinem ſui regni, quia non omnis terra erat ſibi ſubiecta,* Deum Danielis. *licet enim ſit Deus omnium. dicitur tamen hic Deus Danielis per cultum ſpecialem, & quia ipſum Danielem ſpecialiter ſaluauerat per euidens miraculum, & hoc eſt quod ſubditur.* Quia ipſe liberator & ſaluator fa. ſig. *ideſt opera ſuper naturam quæ homines inducunt ad cognoſcendum diuinam excellentiam. quia diuina potentia & miſericordia cognita eſt in liberatione Danielis, & ſua iuſtitia in ſuorum accuſatorum deuoratione, & per hoc rex gentilis & populus ei ſubiectus fuit inductus ad laudandum Deum, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorū. Amen.*

Finit Daniel propheta cum additionibus quæ non ſunt de canone.

F

*Incipit prologus ſancti Hieronymi in librum duodecim prophetarum.*

NON idem ordo eſt duodecim prophetarum apud Hebręos qui eſt apud nos. Vnde ſecundum id, quod ibi legitur, hic quoque diſpoſiti ſunt. Hoſeæ commaticus eſt, & quaſi per ſententias loquens: Iohel planus in principiis, in fine obſcurior: & vſque ad Malachiā habent ſinguli proprietates ſuas: quem Eſdram ſcribam legiſq; doctorem Hebręi autumant. Et quia longum eſt nunc de omnibus dicere, hoc tantum vos ò Paula & Euſtochium admonitas ſcire volo vnum librum eſſe duodecim prophetarū, & Hoſeæ σύγχρονον ſynchronon Iſaiæ: Malachiā verò Aggæi & Zachariæ fuiſſe temporibus. In quibus autem tempus nō præfertur in titulo ſub illis eos regibus prophetaſſe, ſub quibus & hi qui ante eos habent titulos prophetauerunt.

*Item alius prologus.*

REgulæ ſunt hæ ſub quibus ſignificationibus nominū ad quas tribus per prophetas ſermo domini dirigat. Quotieſcunque ad decem tribus tenditur prophetia, ſub his nominibus deſignātur, ideſt Ephraim, Samaria, Iſrael, Ioſeph, Iezrahel, Bethel, Bethauem, & interdum Iacob. Quādo autem ad duas loquitur tribus, ſub his nominibus ſermo profertur: ideſt, Iuda, Ieruſalem, Beniamin, domus Dauid, & interdum Iacob. Aliquotiens Iſrael ad totas duodecim tribus refertur. Duplex eſt apud Hebręos ſentētia de his quatuor verſibus, qui in capite ſunt pręnotati. Plerique enim dicunt, ꝙ ab Eſdra ſcriba in omnibus prophetis ſic fuerit titulatum, vt prętſcripto vniuſcuiuſq; nomine prophetia cuius ſit ſequēs noſcatur. Ipſe eſt autem Eſdras, qui vltimus prophetarum Malachię nomine ſcribitur. Alij verò dicunt, quod ab ipſis prophetis per Spiritumſanctum, vt cætera ſunt ſcripta.

*Incipit prologus in librum Hoſeæ prophetæ.*

A

TEmporibus Oziæ, & Ioathę, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, & Ieroboam filij Iohas regis, Hoſeę filij Beeri ad prophetiam dicendum Spiritusſancto repletus eſt. De memorato itaque numero regum, Achaz rex Iuda, & Ieroboam rex Iſrael dominum derelinquentes (vt hiſtoriæ Regum & Paralipomenon indicant) etiam Iſrael idololatrię crimen imperio ac poteſtate ſua admittere coegerūt, Propter quod Deus ad Hoſeā
† Infr.14.b hæc locutus eſt, dicens: Accipe tibi vxorem fornicariā, ſiue fornicationum, & fac filios fornicationis Fornicariam itaque non † elocati corpo-
† e lectione.
B ris meretricem, ſed Gentilem Deum ignorantē appelat, quæ Dei creatoris ſui amore contēpto, ſimulacrorum ſe ſubiecit deſiderijs. Sed cum Dei præcepto propheta in hac re paruiſſet, conceptum ex ea filium Iezrahel pręcepit nominare, Deo pollicente poſt breue tempus ſanguinē Iezrahel in domo Iehu vindicare. Cuius promiſſionis hæc cauſa eſt, Iehu per Eliſęum in re inuncto ad defendendū ſanguinem Naboth uis Iezrahel (quæ tunc temporis metropo rat) quem Iezabel Achab regis Iſrael vxor remerat, ſicut Regum hiſtoria exponit. Is grauiter iuxta diuinum præceptum vindic ſanguinis cauſa in omnem memorati do ſæuiſſet, hoc peracto dominum dereliquiſ uenitur: cuius pronepote Ieroboam (qui l ne comprehenſus eſt) originis ſuæ facta ir te, ac contra Dei præcepta & religionem populo Iſrael agente: ſanguis Naboth, loco certo Iezrael fuerat ꝓfuſus in domo † patris memorati Ieroboam pro pecca dundaturus ſignificatur. Hinc factum eſt, Dei vel populo Iſrael per denuntiationem phetæ proceſſura deberetur. Domui aute dæ miſericordia lectione comprehenſa ol promiſſa eſt, † quia Ezechias rex Iuda Achaz ſublatis idolis, quę tam pater eius, cęteri reges conſecrauerūt, templum De gaſſe, & purificaſſe monſtratur.

---

*Argumentum in eundem.*

Hoſeę crebrò nominat Ephraim, Samariam, Ioſeph, Iezrael, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clauſam mariti, multo tempore ſedere viduam, & ſub veſte lugubri viri ad ſe reditum præſtolari,

---

Incipit poſtylla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper librum duodecim prophetarum, Primo eiuſdem præfatio.

* C DVodecim prophetarū oſſa pullulant de loco ſuo. *Eccl.49. Sicut in libro pſalmorum pſalmi a diuerſis autoribus compoſiti in vno libro complectūtur qui dicitur liber Pſalmorū, vt ibidem fuit plenius declaratū, ſic prophetiæ. 12. prophetarum in hoc libro reponuntur, qui dicitur liber 12. prophetarū: de quo pōt accipi verbū propoſitū.* Duodecim prophetarum. &c. *in quo duo notantur in generali. ſ. autorum qualitas: cum dicitur.* Duodecim prophetarum oſſa pullulant. *& libri huius vnitas, cū dicitur.* De loco ſuo: *quia hic coartantur quaſi in vno loco. Circa primum in 12. prophetis quatuor fuiſſe notantur. ſ. Numerus conueniens, ibi.* Duodecim. *Viſus inſpiciēs.* Prophetarū. *Virtus ſtabiliēs.* Oſſa. *Et fructus proſiliens.* Pullulant. *Circa primū ſatis patet ex nomine, ꝙ numerus duodenarius ex denario & binario componitur. Per denariū verò decem præcepta decalogi. Per binariū aūt dilectio Dei & proximi deſignantur. Iſti prophetæ decem pręcepta decalogi ex dilectione Dei & proximi ſeruauerunt, & alios ad hanc obſeruātiā efficaciter induxerūt, vt patet ex proceſſu huius libri: pp quod ſub numero duodenario cōuenienter colliguntur: & ideo in duodecim patriarchis figurantur, quia tanquam patres fideles populi ipſum ad obſeruantiā decalogi ex charitate Dei, & proximi verbis & operibus inuitauerunt. ideo de ipſis pōt dici illud Gene.35.* Erant aūt filij Iacob duodecim. *Per Iacob (qui ſupplantator interpretatur) ipſe Deus oībus præſidens & ſub pedib. ſuis tenens intelligitur, cuius filij per adoptionis gratiā fuerūt iſti. 12. prophetę: & ſic patet primū. Circa ſecūdū conſiderandū, ꝙ ſicut viſus corporalis ſtat ad ſuperficiē viſi corporis & vltrà nō progreditur, ſic intellectus naturali cognitione ſtat ad illud quod ex ſenſibilib. pōt cognoſci, nec vltrà pōt progredi. Sed intellectus propheticus lumine diuino cōfortatus progreditur vltra. ſ. ad cognoſcendū futura contingentia, cordiū occulta & ſimilia: ſicut plenius fuit declaratū in principio libri pſalmorū, & ideo prophetæ antiquitus appellabantur videntes, quia videbāt illa quæ alijs erant occulta, ſecūdū, ꝙ dicitur. 1. Reg.9.* Qui. n propheta dr̄ hodie, vocabatur olim videns. *verumtamen, quia hoc fiebat virtute diuina. ideo dicitur. 2. Petri.1.d.* Non voluntate humana allata eſt aliquādo prophetia, ſed Spiritusſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines, *& ſic pat dū. Circa tertiū ſciendū, ꝙ accipiendo generaliter eccleſiam veter. teſt. ac noui, ſecundū ꝙ dicit Greg. homil.7. Quis pat lias rectius ſimilitudinem tenet quàm conditor noſter, qui condidit ſic poſſidet, ſicut dominus ſubditos in domo qui h neam vniuerſalem. ſ. eccleſiam, quæ a primo Abel iuſto vſq mū electum qui in fine mundi naſciturus eſt, quot ſanctos quaſi tot palmites miſit: & ſicut eſt vna eccleſia, ſic eſt vnū corpus. Huius aūt corporis robur tempore vet. teſt. conſtit ctis prophetis, pp ꝙ meritò dicuntur huius corporis oſſa. & perſona huius corporis dicit Myſticè ſanctus Iob.10.c.* Oſſ neruis compegiſti me. *Quia corpus eccleſiæ vet. teſt. fuit & fortificatū, per ſanctos prophetas, qui pro veritate morū conſtāter ſteterunt contra idololatras: & plures eorū tyriū tranſierunt, vt Amos & Iſaias & plures alij: & ide dicuntur oſſa pp actuū fortitudines: & etiam nerui propt xionem charitatis, & ſic patet tertiū. Circa quartū conſide 12. prophetæ non ſolū in vita verbis & exemplis fecerunt optimū, ſed etiam poſt mortem: & facient vſque ad finem doctrinā eorū in hoc libro contentam, pp quod meritò dici tinuè pullulare. propter quòd de quolibet eorū poteſt dici il 50.b.* Quaſi oliua pullulans & quaſi cypreſſus in a nē ſe extollens. *Per pullulationem oliuæ intelligitur ſiu pinguedinis gratiæ in vita præſenti, & per altitudinem cy ſequutio beatitudinis in futuro: & vtrūque conſequuntur ſa eorū imitando & doctrinā implendo, & ſic patet quartū, & ſequēs tota pars prima prin. Circa ſecundū in quo notatur l tas, cōſiderandū quòd iſti. 12. prophetæ vno ſpiritu fuerūt & ad vnū finē ſimiliter ordinati, & ad inuicem Charitate pter quod decenter ſunt in eodem libro collocati quantū ad ctrinā: quod notatur in vnitate loci, cū dicitur.* De loco ſu *pōt exponi quod dicitur Iob.38.a.* Auro locus eſt in qu *In ſacra ſcriptura per aurū intelligitur ſapientia diuina, in iſtis ꝓphetis, & ſicut minera auri pluribus portionib. c & in vna fornace ad conflandū ponitur, & ſic in vnā maſſa tur, ſic ſapiētia diuina in iſtis plurib. prophetis refulgens i bro colligitur ad inſtructionē fideliū, vt in præſenti cognoſ per fidem, & in futuro per apertam viſionē: Ad quā nos p cū patre & Spiritusſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorū*

Qui ſignificatur per. 12. prophetas.

A

## ADDITIO.

In prolog. 12. Prophetarum. *Vbi dicitur in poſtil.* Sicut in bro Pſalmorũ Pſalmi à diuerſis autoribus cõpoſiti. &c. *Secundum ſententiam beati Auguſtini omnium Pſalmorum in ſalterio contentorum autor fuit ipſe Dauid, licet quidam Pſalmi ) alijs intitulentur, vt ab Aſaph & filijs Chore, & huiuſmodi: uæ quidem ſententia licet ei ab aliquibus contradicatur, nihilominus probabilior videtur & verior: prout ſufficienter fuit declaratũ in additione ſuper Pſalmum primum:*

D

Replica. *In præfatione 12. Prophetarum poſtillator dicit. Sicut Pſalmi à pluribus editi continentur in vno libro Pſalmorum, ita iſtæ prophetiæ ponuntur in vno libro prophetarum. Contra Burg. dicit omnium Pſalmorum Dauid fuiße autorem ſecundum opinionẽ beati Auguſtini. Quid autem mihi videatur ad concordandam opinionem ſanctorũ doctorum Auguſt. & Hieron. vide ſupra circa primum Pſalmum in correctorio.*

Ordo duodecim prophetarum ſecundũ. Lxx. talis eſt: *Hoſeæ, Amos, Michæas, Iohel, Abdias, Ionas, Naum, Abacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Secundũ verò Hebręos quos & Hieronymus, ſequitur, talis eſt ordo: Hoſeæ, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum. Abacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Hic autem exponitur translatio ſecundum Hebraicam veritatem à Hieron. facta & compoſita.*

Ordo regũ Iſrael & Iudæ. Rupertus.

*Nomina Reg. 10. tribuum: Hieroboam, Baaſa, Zamri, Achab qui & Acha, Ioram, Ioachaz, Ieroboam, Sellum, Phaceia, Hoſee, Nadab, Hela, Amri, Hozias, Iehu, Ioas, Zacharias, Manahem, Phaceæ vltimus.*

*Nomina, Regum duarum tribuum: Roboam, Aſa, Ioram, Athalia, Amaſias, Ioatham, Ezechias, Amõ, Ioachaz, Iechonias, qui & Ioachin, Abia, Ioſaphat, Ochozias, Ioas, Ozias, Achaz, Manaſſes, Ioſias, Eliachim, Sedechias.*

*Incipit liber 12. Prophetarum & primo Hoſeæ.*

CAP. I.

a Verb. dom. Hieronymus. Materia Hoſeę triplex eſt. Alia eſt enim ſecundum hiſtoriam, alia ſecundũ Tropologiam, alia ſecundũ Allegoriam. Loquitur enim ſ Hiſt. de 10. tribubus quę vocantur Iſrael & Ephraim & Ioſeph, & Samaria & Iezrael pp diuerſas cauſas, quæ in ſequentibus patebunt. In quo intendit per increpationem. 10. tribuum duas trib. Iudam & Beniamin in mandatis Dei ſtabilire. Secundũ Tropologiam Materia ſunt heretici ſcripturam ſacram deprauantes, in quo intẽdit eccleſiaſticos viros cõtra eorum prauitatem munire. Vnde apparet, quòd quæcunq; Hoſee cõtra Ephraim loquitur ad perſonam hereticorũ referuntur. Secundũ Alleg. Materia, ſunt eccleſia & eccleſiaſtici viri. Prophetauerunt autem eiſdem temporibus Hoſeę & Iſaias, & Ioel, & Amos & Abdias & Ionas & Micheas, de captiuitate decem tribuũ, & deſtructionẽ illius regni quidam eorum viderunt. Quod inceptũ a Ieroboã filio Nabath vſque ad Hoſee annis 250. permãſit.

Hieronymus. Hoſee interpretatur Saluator. Factus eſt autem ſermo dñi ad prophetam, vt prophetam quodãmodo inſpirando Deum facere & Saluatorẽ populi ſui, annunciando illi verba Dei, & præbendo exempla benè viuendi. Sancti aũt ad quos fit ſermo dñi ſunt dij & Saluatores per gratiã, cũ ſit vnus Deus & Saluator per naturã qui per oẽs illos pręfiguratus eſt. Significat ergo Hoſee Chriſtũ filium eius putei qui de ſeipſo dicit: *Dereliquerunt me fontẽ aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas quę aquas non valẽt continere.* Habet enim puteus aquas de viuo fonte manante. Ciſterna verò exterius aduẽticias quas & refrigerat.

b *In diebus Oziæ.* Hieron. Hi reges regnabãt in populo Dei cuius nomen eſt cõfeſſio: ſed in Iſrael qui ſibi idola fecerat regnabat Ieroboam, qui interpretatur chronimos. i. temporalitas vel mora, quia mundum amauit, & ipſo ipſius amore morari ſtuduit, non inquirens futuram.

Hieron. Ozias qui & Azarias regnauit in Ieruſalẽ ſup duas tribus. 52. annis cui ſuccedens Ioatham filius regnauit annis 16. poſt quẽ filius eius Achaz ſimiliter annis 16. cuius anno 11. decem tribus captiuate ſunt a Salmanaſar rege Aſſyriorũ alias Chaldęorum & in montibus Medorum locate. Poſt Achaz regnauit Ezechias filius ei[9] annis 29. Vñ patet Hoſee & ante captiuitatem propheta ſſe ſub Ozia & Ioathã & ipſum ingruentem ſub Achaz luxiſſe, & præteritam propter emendationẽ Iudæ retexuiſſe ſub Ezechia rege. Eo autẽ tempore, quo Ozias cœpit regnare ſuper Iudam regnabat. 12. anno ſuper Iſrael Ieroboam pronepos Iehu: cui Iehu dominus promiſerat ꝙ vſque ad quartam ſobolẽ filij eius regnarẽt eò quòd interfeciſſet Iezabel & duos impios reges, Ioram regem Iudæ, & Achab regem Samariæ cum 70. eius fratribus.

E

4. Reg 9. 2.

*Incipit liber Hoſeæ prophetæ.*




CAPVT I.

¶Hoc eſt: & eſt quaſi titulus libri. a¶Verbum quod erat in principio apud patrem factum eſt. i loquutũ eſt, vel factum & vt loqueretur ad prophetam.

Verbum domini quod factum eſt 1
a¶Saluator. b¶Putei me. c¶Fortitudo domini.
ad Hoſoe filiũ Beeri in dieb. Ozię, 2
a¶Domini conſummatio. b¶Virtus. c¶Imperium domini. 3
Ioathan, Achaz, Ezechiæ regum Iuda, & in 4

Hierony. Hoſee de tribu Iſachar fuit ortus in Bethſemez: hic prænuncians dedit ſignum: *Veniet dominus in terra ſicut quercus eſt in Silo &c.* Hic in terra ſua ſepultus placita quiete dormiuit. Gerit autẽ figuram Chriſti qui ex fornicatione gẽtiũ accepit in corpore ſuo eccleſiã: prophetauit verò cõtra decẽ tribus, pauca de duabus loquens. Prophetauit aũt hiſtorialiter, Iudęos in vltimo tempore ad Chriſtũ redituros. Tertium quoque diem dominicæ reſurrectionis prædixit.

F

Quomodo Hoſee videtur duce e fornicariam.

Hieron. Mirũ vr̃ ſcd̃m ſuperficiem hiſtoriæ: cur vel dñs iuſſerit, vel cur propheta iuſſus accipere fornicariam paruerit. Sed neque dñs rem turpem præcepit, nec propheta obediendo peccauit, ſed potius fornicariam ad pudicitiam reuocabit, & manens in bonitate ſua de mala fecit bonam. Quod autem in eo fit carnaliter, in Deo fit ſpiritualiter, qui accepit Synagogam viri ſui immemorẽ, & cũ multis dijs gentiũ fornicantẽ. Et notandũ, ꝙ & in hoc propheta & in alijs, ita de aduentu Chriſti & de vocatione gentiũ pręnũciatur, vt radix hiſtorię ſecundũ hoc qđ litera ſonat penitus non deſeratur: ſed quę dicũtur à propheta

*Incipit poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper librum Hoſee Prophetæ.*

CAP. I.

1 Verbum dom. *Liber iſte in 12. partes diuiditur ſecundum 12. prophetas: & partes notæ. Prima autem pars in qua cõtinetur prophetia Hoſee diuiditur in proœmium & tractatum qui incipit ibi:* Principium loquendi. *In proœmio primo oſtenditur prophetæ genus, cum dicitur.*

2 Ad

2 Ad Ho. fi. Be. *Et fuit iſte Beeri propheta ſicut & filius, licèt eius prophetia non habeatur, ſicut nec de multis alijs qui tamen in ſcriptura prophetæ nominantur, habent enim Hebręi pro regula, ꝙ quando in principio alicuius prophetię patris nomen exprimitur ꝓphetam fuiſſe intelligitur, ſecundo oſtenditur prophetiæ tempus, cũ dicitur.*

3 In die Ozi. Io. *Temporibus enim iſtorum quatuor prophetauit.*

4 Et in di. &c *Iſte enim Ieroboam fuit rex Iſrael, & nominatur hic, quia regnauit cum Ozia rege Iuda. 14. annis.*

✻ Prin-

MORALITER.

† 1 *Verb. dom. quod fact. eſt, &c.* Sequitur. *Et di. do. ad Hoſee. Vade ſume ti. vxo. for. &c.* Per Hoſee prophetam, qui de mãdato dñi accepit vxorẽ Gentilium, & eius filios adoptauit, ſignificatur homo bonus & literatus qui de volũtate dñi ſuſcepit eccleſiam regendam ſecularem vel religioſam,

A pheta ſuo tpi cõueniant,ne cõcionẽ cui propheta loquiẽ nõ docere de his q̃ æſtimat,ſed de incertis & futuris lude re videatur.Duæ ergo mulieres quas Hoſee accepit.ſ.Go mer meretrix,q̃ tres filios peperit,& alia q̃ 15.argẽteis ꝯ-ducitur,& vocaẽ adultera, referunẽ ad Iſrael & Iudam.

gnum eſt.Alia quippe eſt in perditis moribus,alia in H ſeæ prophetæ vaticinatione coniunctio meretricis.
⁂ Idem.Reſtat in maledicis & ſacrilegis reprehenſionib Fauſti,quib. nũc rñdeo dñs ad Hoſee dixit *Accipe tibi* v*rem fornicariam,&c.* Quid enim aduerſum clementiæ v

Tradunt Hebræi oẽs patres,vel auos, vẽ ꝓpinquos ꝓphetarũ, quorũ nomina in principijs illorũ ꝓponũtur ꝓphetas extitiſſe,licet eorũ nõ legantur vaticinia Vnde patet ꝙ & Beeri pater Hoſeæ propheta fuit.

a diebus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael.[a] Principium loquẽ
a¶ Non ad eum ſed per eum ad alios. b¶ Pater ad filium
b di dõmino in Hoſee:Et dixit dominus ad Hoſee: Vade,ſu
a¶ Non tantum fornicariam, ſed quæ multas fornicationes fecit, quia tanto patientior propheta,quanto ſordidiorem ducit. b¶ Quia de meretrice,
me tibi vxorem fornicationũ,& fac tibi filios fornicatio-
a¶ Q. Non iam dicuntur hæc in re quam in ſignificatione. b¶ Iuda,vel propriè Samaria,& Iſrael,ideſt,10.tribus quæ receſſerant a domino,quando hæc dicebantur. c¶ Recedens.
c nũ:quia fornicans fornicabitur terra à domino.Et abiit,&
accepit Gomer filiã Debelaim,& cõcepit,&peperit ei filiũ.

ritatis; quid inin
1 cum fidei Chriſt
2 næ ſi meretrix r
3 cta fornicatione,
4 caſtum,coniugi
5 commutetur:Et
6 tam incongruũ.
7 alienum à fide p
8 phetæ quam ſi n
9 crederet omnia
10 cara impudicæ
miſſa eſſe in mel

Hieron. Notandum,ꝙ ad Hoſee locutus eſt dñs inſpirando ei prophetiã & in Hoſee locutus eſt,ideſt per Hoſee alijs proponens doctrinã.
B *Prin.lo.in Ho.* Quia etiam alij prophetæ ſub Ozia Ioathan, & Achaz prophetauerunt, & nomina eorũ in ſuis titulis poſuerunt,poteſt dici,ꝙ primum ad Hosee ſit loquutus, & poſtea ad cæteros,vel ad Hoſee primum ſit hæc locutus quæ ſequuntur de fornicaria: poſtea verò cætera.
li. de prophetarum vita & interitu. ⁂ Epiphan. Oſea propheta alius Beeri,in Belomoth, de tribu Iſachar progenitus,ſignum dedit dñm videlicet vẽturũ cęlitus in terrã:cæterũ hoc fore indiciũ aduẽtus eius. Si quercus illa in Solẽ findaẽ à ſeipſa in partes bis ſenas, & fierent totidẽ quercus,& accedit ita. Cæterũ de fornicatione & ſtupro gentis ſuæ vaticinatus eſt haud parum. Vitam cũ poſuiſſent in pace propria terra humatus eſt.
a *Principium loquendi,&c.* ⁂ Theodor Hoc eſt,nihil ante hoc ipſum mihi præcepit dñs ſed ſimul ac ad me verborũ initium fecit, ſtatim iuſſit me vxorem fornicationis ducere,& filios fornicationis procreare,& addit cauſam. *Quia fornicans fornicabitur terra,&c.* Ad iſta adiũgit quemadmodũ ſine dubitatione imperatũ fecerit:atque dedit nomen meretricis, & explicat ex qua nata ſit,& partus nomen oſtendit,qui etiam matrimonium inſtituit.
b *Vade ſume tibi vxor.* * Athanaſ. Ex quo Hoſee mulierẽ
In Synopſi. meretricem accepit, acceptam reſipiſcere fecit, & ad ſe ſubduxit:ſignificauit Eccleſiam ex gentibus colligendã.
⁂ Auguſt. Hoſee propheta quanto profundius loqtur,
lib. 18. ciuit. cap. 28. tanto operoſius penetratur.Sed aliquid inde ſumendum eſt,& hic ex noſtra promiſſione ponendum.
li. 3. de doct. Chriſt. c. 12. * Idem.Quod in alijs perſonis plerumque flagitium eſt, in diuina, vel prophetica perſona magnæ cuiuſdã rei ſignum.

commutatę?Itaque cùm meretricem propheta fecit v rem,& ad vitam corrigendam mulieri conſultum eſt figuræ ſacramentum de quo mox loquemur.
⁂ Ambroſ.Dñs iubet cum ea quæ fornicaria fuerit, c coniugium: cuius cõiugij fructus eſt Chriſtus.Namq filio qui ex fornicaria eſt natus à domino nomen imp ſitum eſt Iezrhael,quod eſt, diuina generatio.
⁂ Idẽ.Raab meretrix Eccl.typũ habuit,q̃ per ſanguin Chriſti,ruinã mũdi iſtius ſecura nõ metuit.Sic.n.ait p pheta: *Accipe tibi vxo.forn.&c.* vbiq;.n.cultura idolorũ, nicatio nũcupata ẽ vt & in Apo. *Finis fornicari ſeru.me.*
⁂ Theod.Poſtquã Deus ad homines ex inueterato m bo laborantes verba faciens, non verbis perſuaſit, rel adũbratis futura oſtendit, viſorumq; admirabilitate ſpeculationẽ eos qui ad peccata obduruerũt & percal rant trahit.Eſaiã nudũ cõſpicientes ad inſolitæ rei ſpe culũ accurrerũt, illiuſmodi cãm inceſſus cognoſcere dentes.Qui Ezechielẽ oĩa illa facientẽ viderũt, factoru cãm ſciſcitabãtur. In hũc modũ dñs beatũ Hoſee ort & cõparat ad ducendã vxorẽ impurã, vt hoc genere ctj,populi impietatẽ coarguat,& ſuã tolerãtiã incredi lẽ oſtẽdat.Itaq; nõ libidini ſeruiẽs,ſed nutui diuino,a pit meretricẽ.Oĩb.aũt nuptis grauior & laudabilior h ſocietas fuit,& ꝙ ex Dei arbitrio facta fuerit:& ꝙ De expſſerit,& deſignatione quadam retulerit vt ſanctus ſponſum ſe fecit cõtaminatæ multitudinis Iſraelitaru
Lxx.Tolle tibi vxorẽ fornicat.& filios fornic. Iube aũt ſumere fornicariã,& ſumere filios eius:vt quos ill fornicatione genuerat, iſte de meretrice generet libe
c *Terra a do.* Poteſt ex eo,quod non additur omnis te no

C
## NICOLAVS DE LYRA.

1 Principiũ lo. *Hic incipit tractatus,& diuiditur in duas partes:*
* *quia primò ꝓphetat nõ ſolũ verbis,ſed etiã ſenſibilib.factis,ſecundò ſimplicib. verbis ca.4.Circa primã partẽ in qua virtualiter cõtinẽtur illa q̃ poſtea ſequũtur,conſiderandũ, ꝙ ſicut dicit Apoſtolus ad Ro.11.c.* Cæcitas ex parte cõtigit in Iſrael,vt plenitudo gẽ
Diuiſio. tiũ intraret,& ſic oĩs Iſrael ſaluus fieret: *ꝙ implebitur circa finẽ mũdi quando Iudæi conuertentur ad Chriſtũ generaliter deiecta ſalſitate Antichriſti:& ſecũdũ hoc propheta tria facit. Primò.n.denũciat futurã Iudæorũ excæcationẽ. Secundò Gentiũ illuminationẽ, ibi:* Et erit. *Tertiò Iudęorũ finalẽ conuerſionẽ,ca.3.Prima adhuc in duas. Quia primò tangitur Iudæorũ captiuitas præcedẽs Chriſti aduentũ. Secundò eorũ cæcitas in eius aduentu.ibi:* Et cõcepit. *Prima adhuc in duas:quia primò ponitur captiuitatis ratio,ſecũdò ipſa captiuitas,ibi:* Et abijt & accepit Gomer. *Circa primum dicitur.* Prin.lo.do.in Hoſ. *i.ad ipſum Hoſee. Et dicunt expoſitores aliq, ꝙ dicitur hic principiũ loquendi, ad denotandũ ꝙ dominus locutus eſt prius ad Hoſee quã ad reliquos prophetas ſequentes:Sed hoc nõ videtur benè verũ,quia Abdias eſt vnus de ſequentibus, & tamen ipſe fuit homo perfectus à tempore Achab regis Iſrael: cuius fuit diſpenſator ſecundũ oẽs doctores Hebraicos, & Latinos, à fine verò vitæ Achab vſque ad principiũ regni Ozia ſub quo Hoſee cœpit ꝓphetizare,prout dicitur in textu,fluxerunt.102.anni vt poteſt de facili videri in 4.Reg.numerando tẽpora regũ intermediorũ:& ideò non eſt veriſimile ꝙ Abdias inceperit poſt iſtũ ꝓphetare,ſed magis ante pp ꝙ dicit Ra.Sa. ꝙ iſtud principiũ loquẽdi refertur ad literam ſequentẽ,cũ dicitur.* 2 Vade ſu.tibi. *Ita ꝙ iſtud fuit primũ,quod dominus locutus fuit ad Hoſee.* 3 Vxo.for. *Dicũt aliq ꝙ iſta mulier,q̃ duxit ꝓpheta in vxorẽ,prius erat meretrix publica: & quãuis vile eſſet eã accipere,propheta tamen ſe humiliauit in hoc volẽs Deo obedire, ſicut Iſaias quamuis eſſet de genere regio, iuit tamen nudus & diſcalciatus,vt obediret Deo,Iſa.20.Dixit tamen Hi in prologo ꝙ hęc mulier non fuit fornicata fornicatione corpo ſed fornicatione mentis,quia erat idololatra & Gentilis: & hoc detur verius quia per hoc ſignum magis reſpondebat ſignato.ſ.idololatrationis populi futuræ quæ per hoc ſignificabatur, ſecundum ꝙ poſtea ſubditur.* Quia for.for.ter.a do. 4 Et fac tibi fi.for. *In Hebræo habetur ſic: Accipe tibi vxorem fornicationum,& filios fornicationum.i.accipe cum matre filios quos ante habuit ita ꝙ cepit patrem in vxorem,& filios eius adoptauit: filij enim quos genuit in ea poſtquam fuit eius vxor, non poterant dici filij fornicationũ fornicatione corporali, quia legitimi erant, nec fornicatione idololatriæ, quia propheta non permiſiſſet, & ideò quod dicit in translatione noſtra:* Fac filios fornicationũ: *ſic eſt exponendum, filios fornicationũ fac tuos per adoptionem.* 5 Quia for.for.t. *ſ. decem tribuum & duarum.* 6 A do. *Per idololatriam quę ſpiritualis fornicatio,& dicitur.* Forn.for. *Reduplicando,ad denotandum,multiplicatione idololatrię,quę facta fuit illo tempore in vtraque parte terrę propter quod regnum decem tribuũ primò fuit captiuatum ſub Hoſee. 4.Reg.17. & poſtea regnum duarum tribuum ſub Sedechia.4.Reg.vlt.Et ſic patet,quòd in hac parte ponitur captiuitatis ratio.ſ.idololatrię multiplicatio.* 7 Et abijt. *Hic conſequenter ponitur decẽ tribuũ captiuatio quę fuit prima, poſtea ſubditur de captiuatione duarum tribuum,quę fuit ſecunda.Hęc tamen prima pars diuiditur in duas, quia primò ponitur captiuitas, ſecundò eius diuturnitas,ibi.* Et concepit: *Circa primum dicitur.* Et abijt. *prompte Deo obediens.* 8 Et acce. Go. *Nomen eſt mulieris quam accepit in vxorem.* 9 Fi.De. *Vna dictio eſt Debelaim,ita ꝙ de nõ eſt hic prepoſitio,vt aliqui dicunt, & eſt nomen proprium patris ius mulieris vel loci,vnde fuit nata,ſicut frequenter in ſcripturis dicuntur filię Iſrael mulieres inde natę.*
10 Et concepit. *De propheta.* * Voca

*MORALITER.*

† moribus tñ deformatã.& eam cũ adiutorio Dei in moribus reformat, & eius filios moribus deformatos per ſanam doctrinam in filios adoptat.Vnde ſubditur.
7 *Et abijt & ac.Go.* Quæ interpretaẽ fouea,qa fouea la nũ eſt eccleſia morib. deformata:ſicut dr Mat.19.& I
† Voc

A on Iuda, ſed decem tribus intelligi.
Gomer interpretatur conſummata & perfecta Debelim, palata.i.maſſa caritarũ pinguiũ, quas in modũ lateri figurãres, vt diu illeſæ permaneãt, calcãt atq; cõpingũt quæ Ezechiæ vlceri appoſitæ ſunt. Vel Debelaim voluptas dr̃, promiſſus ve Saluator ex gẽte Iudæorũ eandẽ gen in Iſrael in fornicatione & voluptatibus q̃ dulcis vr̃ fruentibus, abominatã iubetur accipere vxorem, & filium ex ea genitum vocat Iezrael i.ſemen Dei, in futuram ſui carnali ex ea geniti.
a *Voc.no.eius*. Quantum ad literam Iezrael eſt metropolis in regno 10.tribuũ, in qua occiſus eſt Naboth, ad quẽ vindicãdum ſuſcitatus eſt Iehu, qui deleuit Achab & Iezabel. Sed quia ipſe & filii eius poſt conuerſi ſunt ad idololatriam, regnum quoque eius ſubuertendum dicitur. Sub cuius pronepote Ieroboam, cœpit prophetare Hoſeæ, quo Ieroboam mortuo, filius eius Zacharias ſucceſſit: quem ſexto menſe imperij ſui occidit Sellum de alia ſtirpe genitus: ſtatimque reges Aſſyrij cœperunt Rubem & Gad & dimidiam tribum Manaſſe, quæ erat trãs Iordanem: deinde Neptalim ad extremum omnes reliquas tribus, fueruntq; a Zacharia pronepote Iehu vſque ad Hoſeæ ſub quo omnes trib. captiuantur anni 49. Typus autem ſeminis Dei, & vltio ſanguinis eius, refertur ad domini paſſionẽ, propter quã & domus Iuda & regnum totius Iſrael dicitur ſubuertendum. *Voca nomen, &c.* Idem valet ac ſi dixiſſet: Voca nomẽ eius Naboth, cuius ſanguis erat vindicandus: Sed Naboth dignatur nomine loci in quo ſanguis eius effuſus eſt, vbi idem ſignificetur vindicans, quaſi dixiſſet: Voca Iezraelitem: Et hoc in figura Chriſti, cuius ſanguis contra crucifixores & irriſores erat vindicandus.
Hieronymus. Iezrael eſt metropolis in regno Samariæ iuxta quam ſunt campi latiſſimi & vallis vaſta plus quã 10 milibus tenditur paſſuum. In hac commiſſo prælio ab Aſſyrijs cæſus eſt Iſrael, ideſt, 10.tribus Quæ dictę ſunt Ephraim propter Ieroboam de Ephraim genitum, qui plus fecit ſchiſma in populo. Dicũtur & Ioſeph, quia & Ioſeph

Ioſeph pater Ephraim. Dñr & Samaria, quę & ipſa altera metropolis fuit decẽ tribuũ, quę poſtea ab Auguſtino dicta eſt Auguſta.i.Sebaſte. in qua oſſa Ioannis Baptiſtæ cõdita ſunt. D Poſt diuiſionẽ verò decem tribuũ a duabus, ꝓp maximam multitudinem quæ Ieroboam ſecuta eſt, priſtinũ nomẽ Iſrael remanſit in 10. tribubus, & ꝓpter tribũ Iuda, quæ regnauit in Ieruſalẽ duæ tribus dicuntur Iuda. *Oſſa Ioan. Baptiſt.*
b *Super do. Ie.* Haymo. Iehu ſuper quẽ ſanguis Naboth fuſus in Iezrael, dicĩt viſitari: ſignificat Iudæos à quibus ſanguis Chriſti requiritur, quãdo a Romanis occiſi & per totum mundum ſunt captiuati. E
In omnibus prophetis, per decẽ tribus ſignificãtur heretici, quorum maxima multitudo: ſed præcipuè in Hoſeæ duæ tribus, in quibus eſt rex de Dauid, ad eccleſiæ ꝑſonam referuntur. Arcus ergo.i.fortitudo hæreticorum, de quibus dicitur: *Filij Ephraim mi.ar.conuerſi ſunt in die belli.* Cõfringetur in valle ſeminis Dei, ideſt, Chriſti: de quo humilia & terrena ſenſerunt: Quia pater nõ iudicat quẽquam: ſed omne iudicium dedit filio. *Hieron.* *Ioan.5.d* *Pſal.77.b*
c *Voca.no.eius abſque.* Qui, propter ſanguinẽ ſeminis Dei, vocantur abſque miſericordia, Iudæi ſunt, qui dixerunt: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Domus aũt Iuda, ideſt qui de Iudæis confeſſi ſunt Chriſtum, non in fortitudine exercitus, ſed euangelica prædicatione ſaluantur: incredulus de eodem populo perpetua per Romanos ſeruitute damnatis. Quod in Iſrael & Iuda ſecundum hiſtoriam dicitur, ad hæreticorum conciliabula, & ad eccleſiã refertur, quia illis abſque miſericordia relictis & regno priuatis, eccleſia Dei virtute ſuperat. *Hieron. Allegor.* *Matt.27.d*
d *Et domui Iu.* Hieronimus. Quando decem tribus captiuatæ ſunt ab Aſſyrijs, Iuda ſaluatur de manu Sennacherib, non humana virtute ſed ſolo Dei robore, qui miſit angelum ſuum, & percuſſit vna nocte de exercitu 185. millia. *4.Reg.19.* F
e *Saluabo eos in Domino Deo ſuo, &c.* ✻ Tertull. Cur dubitemus dicere, quod ſcriptura non dubitat exprimere? Ecce enim Hoſeæ prophetes ait ex perſona patris, Iam non ſaluabo *lib.de Trin. cap.11.*

a ¶Dei ſemen vel ſilius

a Et dixit dominus ad eum? Voca nomẽ eius Iezrael. Quo-

a ¶Occiſionem populi mei.

b niam adhuc modicum, & viſitabo ſanguinẽ Iezrael ſuper

a ¶Quæ tunc regnabat. b ¶Vt non ſit. c ¶Nec mirum, quia etiam quieſcere faciam.

domum Iehu, & quieſcere faciã regnum domus Iſrael. Et

a ¶Quando vlciſcar Iezrael ſuper domum Iehu, & regnum Iſrael: Aſſyrio vincente, de Iezero ¶Robur b ¶Poſtquam confractus eſt Iſrael, & regnum eius deſtructũ non iam Iezrael, ideſt, ſemen Dei, nec maſculus, ſed fœmina imbecillis ſexus naſcitur qui vicinorum pateat iniuriæ & habeat fœmineum animum Deum relinquens, & idola colens, vnde & obliuioni data, quia vſque hodie ſeruit Perſarum regibus.

in illa diẽ conteram arcũ Iſrael in valle Iezrael. Et concepit

c adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen eius abſ-

que miſericordia: quia nõ addam vltrà miſereri domui Iſ

d rael, ſed obliuione obliuiſcar eorũ. Et domui Iuda miſere

a ¶In memetipſo vel filio meo. ¶Armis bellicis.

e bor, & ſaluabo eos in domino Deo ſuo, & nõ ſaluabo eos

in arcu & gladio & in bello, & in equis & in equitibus.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Voca no.eius Ie. *Quia captiuationem regni decem tribuũ per ipſum volebat ſignificare, eò ꝙ Iezrael erat ciuitas regia, quia tamẽ iſta punitio incepit a Zacharia abnepote Iehu, ideò ſubditur.*
2 Et viſitabo. *Ideſt puniam ſeu vindicabo.*
3 Sanguinem Ie. *i.ſanguinem innoxium effuſum in Iezrael, ꝙ exponunt aliqui de ſanguine Naboth ibi effuſo, vt habetur 3.Reg. 21. Sed huic dicto obuiat quod ſubditur.*
4 Super do. Iehu. *Quia domus eius non fuit punita ꝑ ſanguinẽ Naboth, ſed magis exaltata, eò ꝙ Iehu in vindictã ſãguinis Naboth deleuit domũ Achab, propter quod & propter occiſionem ſacerdotũ Baal dominus dixit ad eum. 4.Reg.10.f.* Quia ſtudioſe egiſti ꝙ rectũ erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo feciſti contra domum Achab, filij tui vſq; ad quartam generationem ſedebunt ſuper thronũ Iſrael: *Sed quia Iehu poſtea fecit malum corã domino, vt ibidem habetur, & filij eius poſt eũ, ideò iſtud malum dicitur, hic ſanguis Izrael: Et quia iſti vel eorũ aliqui innocentes occiderunt, & illud dicitur hic vindicari ſuper domum Iehu quod fuit impletum in Zacharia eius abnepote, vt habetur. 4.Reg.15. & extunc multum fuit afflictum regnum Iſrael quouſque fuit captiuatum per reges Aſſyriorũ: ſcilicet Theglatphalnaſar & Salmanaſar, ideò ſequitur.*
5 Et quieſcere fa.&c. *Hoſeę eius rege captiuato.*
6 Et in il.die. *ideſt, illo tempore.*
7 Conteram ar.Iſ. *quia tunc debellati fuerunt ab Aſſyrijs.*
8 Et concepit. *Hic conſequenter denunciatur captiuitatis diuturnitas per nomen filiæ natæ, cum dicitur.*
9 Voca no.eius. *ideò ſubditur.*
10 Quia non addam vltra. *Vltra differendo eius captiuitatẽ.*
11 Sed obl.obli.co. *Dimittẽdo in captiuitate, ſicut dimittitur res data obliuioni, vnde etiam ſecundum Hebræos illa captiuitas nõ eſt adhuc reuocata.*
12 Et do.iu.mi. *Eius captiuitatem differendo, quia propter merita Ezechiæ qui regnauit tempore Hoſeæ, populus Iuda fuit ſaluatus de manibus Sennacherib miraculoſe: ideò ſubditur.*
13 Et ſalu.eos in Do. Deo ſuo. *i.in virtute domini, qui miſit Angelum & interfecit in caſtris Aſſyriorum 185. millia bellatorũ. 4.Reg.19. ideò ſubditur.*
14 Et non ſalu.eos in ar. *Et non ſolum miſertus fuit dominus regni Iudę, captiuitatem differendo vſque ad tempus Sedechiæ, ſed etiam inductam relaxando, inſpirando Cyro regi dare licentiam populo redeundi vt habetur Eſdræ 1.*

✻ Et

*MORALITER.*

† 1 *Voca nomen eius Ie.&c.* Sequitur.
9 *Vo.no. eius abſque mi.* Secundum literalem ſenſum per iſta nomina ſignificauit propheta punitionem decem tribuum in idololatria obſtinatorum. Et per hoc moraliter ſignificatur, quòd bonus prælatus ſeu prędicator qui per prophetam intelligitur, ſicut pęnitentibus debet Dei miſericordiam oſtendere, ſic etiam obſtinatis eius, ſeueritatem in obſtinatorũ punitione. Quę quidem ſeueritas tripliciter oſtenditur. Primò in deiectione eorũ de regno cęleſti, quod notatur cũ dicitur: *Et quieſcere faciã regnũ domus Iſrael.* Ideſt, videntium Deum, ab obſtinatis, quia iam ſunt ab illo deiecti in præſcientia Dei Secundò, in elõga-

A ſaluabo eos in arcu, neq; in equis, neq; in equitib. ſed ſaluabo eos in dño Deo ipſorum. Si Deus dicit ſe ſaluare in Deo, non aũt ſaluat niſi in Chriſto Deus: cur ergo homo dubitet Chriſtũ Deũ dicere, quẽ Deũ à patre animaduertit poſitũ p ſcripturas eſſe? Immò ſi nõ ſaluat niſi in Deo pater Deus, ſaluari non poterat a Deo patre quiſquam niſi confeſſus fuerit Chriſtum Deum: in quo ſe, & per quem ſe promittit pater ſalutem daturum: vt meritò quiſquis illum agnoſcit eſſe Deum, ſalutem inueniat in Deo Chriſto, quiſquis non recognoſcit eſſe Deũ ſalutem perdiderit, quam alibi niſi in Chriſto Deo inuenire non poterit.

a ¶ Alii non d lecta, ſed hoc verius.

a Et ablactauit eam, quæ erat abſque miſericordia. Et cõce- 1
pit & peperit filium. Et dixit ei. Voca nomen eius non po- 2
b pulus meus, quia vos non populus meus, & ego non ero 3
† Deus veſter.

4.Reg.17.d a *Et ablacta.* Hier. Qui vocabat ſemẽ Dei, verſus in fœminam, & pp imbecillitatẽ viriũ, offenſamque Dei, ductus in captiuitatẽ. quia Dei miſericordiam nõ habebat, non ablactatus, ſed ablactata dr̃, quia iam robur viri amiſerat.

Haymo. Qui verò ablactatur non vtitur lacte matris, B ſed alienis ſuſtentatur alimentis: Sic Iſrael a Domino proiectus, & captiuatus in Babylone cibis ſuſtentatur Gentilium, comedẽs idolothita, nec iam vtitur lacte legis, quo viuebat in terra ſua. Vnde ſic immiſericorditer dicitur ablactata, vt nec legis ſuperficiem intelligat.

b *Non populus meus.* * Tertullianus. Quamdiu intra Iſraelem erat ſacramentum, meritò in ſolos fratres Deus miſericordiam mandabat, at vbi Chriſto dedit gentes hæreditatem, & poſſeſſionem terminos terræ, & cœpit eſſe quod dictum eſt per Hoſeæ: *Non populus meus, populus meus:* Et, *non miſericordiam conſequuta, miſericordiam conſequuta:* Natio ſcilicet, inde Chriſtus in omnes legem paternæ benignitatis extendit, neminem excipiens in miſeratione ſicut in vocatione.

* Cyprianus. Quod duo populi ſint maior & minor, ideſt, vetus Iudæorum, & nouus ex nobis futuris, in Geneſi dicitur Rebeccæ, duæ gentes in vtero tuo ſunt &c. Idem apud Hoſeæ: *Vocabo non populum meum, populum meũ: & non dilectam, dilectam.*

Haymo. Hoc ad eos poteſt referri qui tunc temporis ab Aſſyrijs ſunt captiuati, & maximè ad eos, qui poſt aduentum Chriſti. ipſum Chriſtum negando, & occidendo, perdiderũt locũ & gentẽ: Et dñr non populus Dei, ſed filij diaboli, quia non habet filium nec habet patrem. Poteſt & ad hæreticos referri, qui de Deo malè ſentientes, ab eo repelluntur, ne ſit Deus pars hæreditatis eorum.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et ablac. *i. a lacte amouit: & per hoc deſignatur, quod omnis conſolatio eſſet regno Iſrael ſubtrahenda.*

2 Et conce. *Poſtquam egit de captiuitate regni Iſrael, quæ præceſſit Chriſti aduentum, hic in aduentu Chriſti deſcribitur cæcitas Iudæorum, & hoc per nomen filij nati cum dicitur.* Voca

3 Voca nom. *Quia negauerunt ipſum ante Pilatum dicentes:* Non habemus regẽ niſi Cæſarem. *Et tunc propriè facti ſunt non populus eius, ſecundũ quòd prædixerat Daniel. 9. g.* Poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit eius populus qui eum negaturus eſt: *& de illis dicitur:* Quia vos non populus meus.

## MORALITER.

† tione diuinæ miſericordiæ ab eis quæ fit in morte corporali, quia tunc ceſſat tempus merendi: & hoc notatur cũ dicitur. *Voca nomen eius, &c.* Tertiò in prolatione ſentẽtiæ finali

finali iudicij quando dicetur eis illud Matth. 25. d. *Ite maledicti in ignem, &c.* & hoc notatur cum dicitur.

3 *Voca nomen eius non pop.* Quia tunc ſimpliciter erunt à Dei populo ſeparati. Per hoc autem quod interponitur. MOR.

## ADDITIO.

In cap. 1. Hoſeæ. *Vbi dicitur in poſtilla.* Et fuit iſte Beeri propheta ſicut & fi. &c.

*Vt dictum fuit in additione ſuper Ieremiam primò ca. licet in dictis cuiuſdam doctoris Thalmudici reperiatur, quòd quando nomen patris alicuius prophetæ exprimitur in principio prophetiæ filij: pa-* C *ter etiã intelligitur fuiſſe propheta: non tamen hoc dictum reputatur vt regula apud eos: ſed tanquam dictũ, quod eadẽ facilitate contemnitur qua approbatur, cùm nullum fundamentum habeat in ſacra ſcriptura: Nec etiam in ratione: nam manifeſtum eſt, quòd Deus indifferenter dat donum prophetiæ cui vult etiam ſi non ſit filius prophetæ. Item ad noſtram eruditionem non videtur pertinere poſſe vt Beeri pater Hoſeę fuerit propheta vel non cum prophetia Beeri non inueniatur. Si enim prophetia Beeri inueniretur, oportet nos cognoſcere, quòd eſſet propheta, vt eius prophetiam reciperemus, ſed cum talis prophetia non inuenitur, cui ipſum videtur magis quam vtile ſcire ipſum fuiſſe prophetam vel non. Idem dicendum de alijs patribus prophetarum, quorum nomina in prophetijs filiorum explicantur quæ quidem nominatio patrum (vt dicunt quidam Heb. expoſitores) fit eo. quòd tales patres erant ſuis temporibus famoſi, qua ratione & nominantur in aliquibus prophetijs non ſolum patres, ſed etiã aui & proaui: vt de Zacharia & alijs.*

## ADDITIO II.

In eod. cap. *Vbi dicitur in poſtilla.* Et in diebus Ieroboam filij Ioas.

*Si quæratur quare in prophetia Iſa. qui prophetizauit temporibus quatuor Regũ Iudę hic nominatorum, non nominatur Ieroboã, qui regnauit cum Ozia rege Iuda. 14. annis, vt dicitur in Poſtil. & tamen nominatur hic proœmio Hoſeæ? quid ad hoc dicendum ſit, habetur in additione prima ſuper primum cap. Iſaiæ.*

## ADDITIO III.

In eo. cap. *Vbi dicitur in poſtil.* Vxorem fornicationum.

*Secũdum tranſlationem Ionathæ, ſcilicet Chaldaicam, illud quod hic dicitur.* Sume tibi vxorem fornicationum. *Et abijt, & accepit Gomer filiam Debelaim, & concepit &c. ſimiliter & illud quod 1. 3. cap. dicitur.* Adhuc vade & dilige mulierem tuam dilectam amico, &c *Totum intelligitur in viſione prophetica factum, non autem in re; quod licet deuiet à communi expoſitione doctorum noſtrorum, & etiam Hebræorum, videtur tamen aliquam partem veritatis habere. Primò ex hoc quòd accipere mulierem fornicariam tam mentis, ſeu corporis, dato quòd poſtquam eam accepit propheta, neutro modo eſſet fornicaria, tamen adhuc habet ſpeciem mali, quod Deus non præciperet facere, præſertim prophetæ, cuius vita cederet alijs in exemplum. Item iſtud factum nullo modo correſponderet rei figuratæ. Illa enim Gomer erat fornicaria tantum antequam eam acciperet propheta, ſed poſt acceptionem erat vxor legitima, & caſta coniugali caſtitate ſecundum communem expoſitionem, ſed conſtat quòd regnum Iſrael & etiam regnum Iuda poſtquam Deo fuerunt coniuncti per legis acceptionem, fornicati ſunt à Deo. Secundum autem expoſitionem Chaldaicam propheta accepit illam fornicariam, & fecit filios fornicationum, quod propriè correſpondet rei figuratæ: ſed quia ſecundum iſtam expoſitionem hoc ſolum fuit ſecundum viſionem propheticam, & non realiter, ideò nullam rationẽ habet peccati nec mali exempli. Similiter exponunt aliqui illud quod habetur Geneſ. 15. b.* Sume tibi vaccam triennem & arietem trium an. &c. *Quod totum fuit factum in viſione prophetica, quod ſatis ſufficiebat ad certificationem Abrahæ de his quæ ibidem continentur, iam enim modicum ante ipſo dixerat:* Credidit Abraham Deo & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. *& ſic videtur quod iam non oportebat oſtendere ſibi ſigna viſibilia ad credendum, cuius ſimile poteſt dici in propoſito.*

Replic. *Circa primum Hoſeę Burgen. mouetur contra Poſtillatorem dicentem, quòd patres prophetarum in exordijs nominati fuerint etiam prophetæ ſecundum regulam Hebr. de hoc vide correctorium circa primũ cap. Ierem. Etiam circa idem cap. Burg. vt manum mouet contra omnes nimirum quòd omnium contra eum moueantur. Dicit enim illum paſſum.* Accipe fornicariam &c. *non debere intelligi ſecundum rem, ſed ſecundum propheticam viſionem, non realiter: quia habet ſpeciem mali quam Deus non præciperet, vt propheta cederet alijs in malum exemplum. Huius correctionem vide Geneſ. 12. in cor. pe. ſed quòd Burgen. hic arguit quòd factum nullo modo correſpondet rei ſignatæ, non valet, quia ſecundum materiam ſubiectam vtique correſpondet quamuis non oportet figuram & figuratum per omnia correſpondere, vt patet per totam legem veterem: imò & Burg. infra. 11. cap. cum gloſ. dicit Typus partem indicat, quòd ſi totum præcedat in Typo, iam non Typus, ſed veritas. Correſpondet autem ſecundum materiam fornicariæ, vt terra fornicans ſit figurata: ſed non oportet ſi fornicaria ſumpta in matrimonium fuit emandata, quòd igitur Iſrael figuratus debuit eſſe emendatus. Et dicuntur legitimi filij, filij fornicationum à denominatione matris, quando fuit poſita in exemplo figurali, quia tunc Deus etiam Synagogam reciperet in vxorem legitimam, ſi auferret fornicationes ſuas a facie eius &c. prout Burgen. exponit.*

CAP. II.

a Et erit. Licet Iudæi vel tunc per Aſſyrios, vel nūc per Romanos ſint captiuati, tamen hominibus ſunt in[nu]merabiles ad vtilitatem credentium modo reſeruati, & vt in extremo intret plenitudo ex eis.

b *Et erit in loco vbi.* Theodoretus. Re[uo]cationem à Ba[by]lone prædixit, & [q]uòd poſt inde re[d]itum nonamplius [h]abebunt reges di[ui]ſos, ſed in idem & vnum conſen[tien]tes & coarti ha[b]unt regem vnū. [H]c enim finem in[uen]it temporibus Z[o]robabel. Diem [v]erò Iezrael appel[la]uit calamitatem, [q]uam populo Iſrael [in]tulerunt Aſſyrij [in] valle Iezrael. De[inde] eos adhortatur & conſolatur, mu[ta]tis rebus ſe immutaturum nomina, & vocaturum non [pop]ulum, populum: non dilectam, dilectam. [Hay]mo. In gentibus: quia in omnibus Gentibus, non di[cun]tur Iudæi non ſerui Dei, ſed diaboli: ſed quando cre[dent] prædicantib. Elia & Enoch, ab omnib. filij vocabun[tur] Dei. Vel locus Ieruſalem, vbi longo tempore Iudei co[lu]erunt idola, dicebātur non populus Dei: ſed tempore in[carn]ationis Chriſti apoſtolis alijſq; fidelibus inde aſſum-ptis datur poteſtas eis filios Dei fieri. D

✱ Theod. Quoniam plerique eodem nomine ſunt, patris nomẽ addidit. Docet aũt verba ſua non humani eſſe ingenij, & ratiocinationum humanarũ partus: ſed inſtinctu afflatuq; diuino futura prænuncians loquitur. V. inquit qui ad affectã ætatem vixiſtis, qui, vt vſu eueni[re] ſolet, pleraq; ex rerũ periculis percepiſtis, quique de pa[tri]bus & auis narrantibus ſępe audiſtis, verba huius proph[e]tiæ exaudientes, vobiſcũ [re]putate an memoria veſtr[a] an patrũ veſtrorum, tale q[ui]dam antea factum fuerit: oẽs qui in terra promiſſio[nis] habitatis, diligenter his q[uæ] dicentur date operam. Cu[m] autem hæc experta habue[ri]tis, ne à memoria veſtra di[la]bãtur, ſed horum ignaros [a]lios ad hæc inſtituite, atq; [fi]lis præcipite, vt hæc quaſi [per] manus filijs ſuis tradant: generatio quæ hos conſec[utu]r, à ſuperiore generatio[ne] horum narrationẽ accipi[at]. Eiuſmodi Dauid, ait: *Filij naſcentur & exurgent narrab[unt] filijs ſuis, &c.* Atque cauſ[am] affert, *Vt ponant in Deo ſpẽ [ſuam].*

*Incipit Ioel Propheta.*



CAP. I.

a ¶ Patris.
Erbum Domini quod 1
a ¶ Non quantum ad ſe. b ¶ Incipiens, vel eſt Deus.
factũm eſt ad Ioel filiũ Phatuel. Audite hęc 2
a ¶ Latitudo vel ſapiens Deus.
ſenes, & auribus percipi 3 4
te oẽs habitatores terræ, ſi factũ eſt iſtud in diebus veſtris, aut in
a ¶ Præſentium. b ¶ Omni futuræ ſoboli.
diebus pãtrũ veſtrorũ. Sup hoc filijs veſtris 5

✱ Rupert. Hæc & quæ[ſe]quunt, verè multa & mag[na] ſunt, taliſque modus dic[endi] quo enunciãtur, imò fort[ior] auribus noſtris illiduntur, verè non ſolũ dormiẽtes, [ve]rum etiã præ ebrietate abſ[or]pti & ſepulti reputẽtur, q[ui]cunq; ad clamores iſtos t[am] terrificos non excitantur.

c *Senes.* i. maturi in dño, [qui] infantiam reliquiſtis ſp[iri]tuali aure intelligite my[ſte]ria quæ dicturus ſum: & vos habitatores terræ, qui ſp[em] in terrenis poñitis, ſi non poteſtis audire ſpiritualia, ſ[al]tem auribus corporis percipite literalem ſenſum. Facit aut[em] propheta exordium, in quo ex magnitudine dicen[do]rum facit auditorem attentum: quia nec in veteri hiſ[to]ria, nec in præſenti ætate talia dicit contigiſſe. Poſt ex[or]dium ſequitur narratio.

a Reſ[...]

*Incipit Poſtilla venerabilis Nicolai de Lyra in Ioelem prophetam.*

CAP. I.

C ✱ VErbum domini. *Hic in principio Ioelis prophetæ, duo ſunt præmittenda. Primum eſt, quibus prophetauerit: & dicit hic Hieronymus in primo prologo ſuper hunc prophetam quòd prophetauit a tribum Iuda & Ieruſalem, & nullam omnino fecit de decem tribubus mentionem. Sed ipſe in epiſtola ad Paulinum de ſtudio ſacræ ſcipturæ, ſeu de omnibus diuinæ ſcripturæ libris dicit contrarium, ſic dicens: Ioel filius Phatuel deſcribit terram duodecim tribuum eruca, brucho, locuſta, rubigine vaſtante conſumptam: propter quod de eius dicto ſalua ſua reuerentia parum videtur tenendum in propoſito. Ra. Sa. vero dicit, quòd prophetauit nõ ſolum contra duas tribus, ſed etiam contra alias decem, dicens quòd hæc ſterilitas terræ ex dicta corroſione fuit in diebus Ioram filij Achab, de quo habetur 4. Reg. & quod ex hoc fames fuit in Iudæa generaliter per ſeptẽ annos, ſicut denunciauit Eliſeus mulieri, cuius filium ſuſcitauerat 4. Reg. 8. a. Propter quod illa mulier cum filio ſuo iuit ad peregrinandum extra terram duodecim tribuum, ſcilicet, in terram Philiſthinorum, vt ibidem habetur: Erat etiam ipſa de decem tribubus propter quod in ſuo reditu acceſſit ad regem Iſrael petens agros ſuos ſibi reſtitui, qui in eius abſentia tanto tempore fuerant ab alijs occupati, vt ibidem dicitur. Et ſic patet, quòd illa fames non ſolum fuit in terra duarum tribuum, ſed etiam decem: propter quod aliqui expoſitores catholici ſequuntur hanc ſententiam quam etiam intendo proſequi. Secundum eſt, quo tempore prophetauit: De quo dicit Hieronymus in ſecundo prologo, quod prophetauit ijſdem temporibus quibus & Hoſee, ſcilicet, temporibus Oziæ, Ioathan, Achab, & Ezechiæ regũ Iuda: & ſecundum hoc dictum prophetauit poſt ſterilitatem dictam, quia Ozias incepit regnare per plures annos poſt mortem Iorã regis Iſrael, vt patet ex 4. Reg. & ſecundum hoc dictum Ioel non prophetauit de vaſtatione terræ cauſata ab eruca & brucho, &c. ſed ſo[lum] de vaſtatione per illã figurata, quæ facta fuit poſtea per quatuor [re]gna, vt plenius infrà eodem cap. apparebit. Ra. Sa. vero dicit, [quòd] prophetauit tempore Ioram regis Iſrael, ita quòd ſicut Eliſæus [de]nunciauit famem futuram, ita iſte expreſſit modum veniendi, ſ[cili]cet, per corroſionem erucæ, bruchi, &c. Et quia hic modus dicend[i mi]hi videtur probabilior, intendo eum ſequi, tamen ſine præiudici[o al]terius. His igitur præmiſſis ad literam accedamus, quę in duas [par]tes diuiditur, ſcilicet, in procemium & tractatum, qui incipit ibi: [Re]ſiduum. In prologo verò propheta primò notificatur ex nom[ine], cum dicitur.*

1 Verbum Domini quod factum eſt ad Ioel. *& ex ge[nere] cum dicitur.*

2 Filium Phathuel. *& fuit iſte propheta ſicut & filius, ſe[cun]dum regulam Hebræorum quam poſui in principio Hoſee. Sec[un]do audientium attentio excitatur, cum dicitur.*

3 Audite. *Primò eos alloquitur eò quòd ſunt maioris reuer[enti]ę & intelligentię, & alios conſequenter, cum dicitur.*

4 Et auribus percipite. *ſcilicet, quod poſtea ponitur in tra[cta]tu:* In diebus veſtris aut in diebus patrum veſtror[um]. *q. d. non, quia ibi accipitur ſi pro non. Sed contra hoc videtur dicitur Exod. 10. de locuſtis inductis ſuper terram Aegypti.* E[t] ce[ciderunt] in vniuerſis finibus eorum innumerabiles, [qu]ales ante illud tempus non fuerant nec poſtea fu[tur]æ ſunt. *Ad hoc reſpondet Rabbi Salo. dicens: quod licet locuſtæ [fue]rint plures & maiores quàm iſtę, tamen quatuor plagę hic p[o]ſitę, ſcilicet, de eruca, brucho, locuſta & rubigine ſimul ſumptę fu[e]runt maiores, & ſic intelligendum eſt dictum prophetę, quòd q[ua]tuor tales peſtes ſimili modo ſibi ſuccedentes non fuerant tempo[rib]us prçteritis.*

5 Super hoc filijs veſtris narrate, & filij veſtri filijs [ſui]s, &c. *quia hæc prophetia eſt memoriter tenenda, & per ſucceſſ[io]nes generationum recolenda, & hoc videmus impletum non ſol[um] in Iudæis, ſed etiam in Chriſtianis.*

MORALITER.

1 *Verbum Domini quod factum eſt.* Sequitur.

✱ 1 Re[...]

† Re[...]

a *Reſiduum*. Hieron. Eruca vermis qui in olerib. maximè [n]aſcitur. Bruchus vocatur fętus locuſtę anteꝗ̃ habeat a[las], deinde cũ incipit volare dr̃ athelabus, cũ verò pleniter [vo]lat dr̃ locuſta: et eſt bruchus multò grauior quã locuſta [ve]l athelabus: q̃a iacẽs in vno loco radicitus comedit fru[ge]s. Rubigo eſt q̃ꝛ [ae]therę fruges noxio [aë]re percutiũtur, & [ve]rtũtur tã culmus [qu]ã ſpicæ in ruborẽ [mi]nij coloris vel ſy[no]pidis. Hæc ſi ſingla veniunt, noxia [ſu]nt. Si autẽ ſimul [o]mnia venerint, om[ni]a penitus auferunt. Potuit autem hiſtorialiter contin[gere], ꝙ hæc omnia ſimul venerint temporib. Achab regis [&] Elię, quando fuit tanta fames tribus annis & ſex mẽſi[bu]s, vt matres commemorarentur filios ſuos comediſſe.

Allegorice. Per erucã Aſſyrij vel Caldæi ſignantur qui [de]cẽ trib. tẽpore Ezechię, & duas, cũ tribu ſacerdotali tem[po]re Ioachin nepotis Ioſię captiuauerũt. Per locuſtã, Me[di] & Perſę qui ſubuerſo imperio Chaldæorũ Iudæos ha[bu]ere captiuos, licet multi p̃mittẽte Cyro ex duab. tribu[bu]s cũ Zorobabel ſunt reuerſi. Per bruchũ, Macedones & [eor]ũ Alexãdri ſucceſſores, maximè Antiochus cognomẽto [E]piphanes qui more bruci ſedit in Iudæa, & oẽs reliquias [p]orũ regũ deuorauit, ſub quo fuerant bella Machabęo[rum]. Per rubiginẽ, Romani, qui penitus omnẽ Iudæã vaſtauerunt, & ſubuerſis vrbib. templum Domini ſuccẽderũt, [&] omnẽ populum fame gladio & captiuitate abſtulerũt.

* Rupertus. Quòd hęc regna ſub nominib. eiuſmodi ver[mi]um pręnunciantur, quæ apud Danielẽ per feras terribi[les], leænam, vrſum, pardum, & aliã quę ſine nomine mi[ra]bilis & fortis dr̃, dentes ferreos habens magnos, ſignifi[ca]ntur. Etenim contra hominũ, maximè Iudæorũ, imbecil[lita]tẽ, regna illa quaſi beſtię fortes atq; feroces extiterunt: [ſe]d coram omnipotentia diuinitatis infirma & fragilia, [ſi]c etiam exigua tanquam locuſta, eruca, bruchus, ſeu [ru]bigo reputata ſunt, & vana fuit oĩs pulchritudo eorũ.

* Theod. Quidã hęc tropicè de Aſſyrijs & babylonijs in[ter]pretati ſunt. Erucã, Theglatphalhaſar nũcupãtes: locu[ſtam] Salmanaſar: Sẽnacherib aũt bruchũ appellauerũt: ru[bi]ginem vero Nabuchodonoſor, qui poſtremus bellum intulit,

narrate, & filij veſtri filijs ſuis, & filij eorũ generationi alterę
a ¶ Hac peſte atteritur, qui vltra modum mærore afficitur.
b ¶ Hoc morbo laborat qui nimia lętitia Dei effluit.
a terrę. Reſiduũ erucę comedit locuſta, & reſiduũ locuſtæ co- 1
a ¶ Hoc vitium eſt, quando vltra modum aduerſa timemus. 2
b ¶ Hoc vitio de futuro bono immoderanter exultamus.
c ¶ Qui in uno vitiorum iaceris.
b medit bruchus, & reſiduũ bruci comedit † rubigo. Expergi- 3
4

intulit, funditusq; vaſtauit ac populatus eſt Iudæã, quiq; eos qui mortem effugerant, captiuos abduxit. Ego vera hæc eſſe cẽſeo, & ſine dubitatione facta eſſe arbitror, &c. D

Hier. Per hæc quatuor ſignãtur quatuor paſſiones animi. Quę ſi vltra modũ dominãtur, auferũt ſalutẽ aĩę. Duę ſunt in pręſenti, triſtitia de pręſenti aduerſitate, gaudiũ de præſenti p̃ſperitate. Duæ verò sũt de futuro, timor de futuro malo, ſpes đ futuro bono. Sed vir fortis ita debet ſe habere, vt nec p̃ſenti, vel ſperata proſperitate in aliqua mala proruat, nec pręſenti vel futura aduerſitate vltra modũ turbeẽ. Aliter: Ego reor erucã eſſe incipiẽtẽ in animo paſſionẽ, quę tarda eſt, & diſcurrere non põt, & pertinaci mora ebibit oẽm virorem. Quã ſi in nobis non occidimus, creſcit & aduolat, & nũc deuorat quidquid attingit: nũc ſemeſa dimittẽs ad alia pgit reuertenſq; ad priſtinã ſedẽ, bruchus efficitur, vt nõ ſolũ folia & cortices, ſed & medullam deuorat tarditate: Si verò quod rarũ eſt aliquis vitalis ſpiritus poſt bruchũ remanſerit rubigo omnia vaſtat, vt ſtipulam & vile fęnũ in nigredinẽ vertat, vt nõ ſolũ eſui, ſed nec fimo vtilia ſint. E

Moraliter. Animę paſſiones quatuor.

† baſil alterũ locuſtæ genus

Greg. Per erucam notat libidinẽ. Per locuſtam inanem gloriã, per bruchum ingluuiem ventris, per rubiginẽ irã. Multi.n. domant libidinem, ſed inde erigũtur in ſuperbiã. De ſuperbia ruunt in ingluuiem: De nimia comeſtione & ebrietate in iram & furorem. Qui his perturbationib. obuoluuntur, lumen ſapientiæ intueri non poſſunt.

l. 33. Moral. cap. 39.

b *Expergiſcimini*. Pręnotatis noxijs paſſionibus, cũ illi in fęce luxurię & oĩb. errorib. iacent, monet iacentes, vt ſurgãt à vitijs, & fletibus pęnitentiæ Dei miſericordiã impetrẽt, vel ſecundũ hiſtoriam ut liberentur à captiuitate hoſtiũ.

* Rupertus. Notandũ quo ſenſu dicat, *qui bibitis vinũ*, addendo, *in dulcedine*: Non.n. uini creaturã, ſed bibentiũ tali ſermone condẽnat luxuriã, eo ꝙ non tantũ ad neceſſitatẽ implẽdã, ſed ad uoluptatẽ cõcitandã, uinũ quia dulce eſt, immoderatè hauriãt. Nunquã aũt ſine doloris amaritudine amittitur, qđ cum dulcedine poſſidetur aut bibitur. F

* *Expergiſcimini*. i. hoc argumento ſinite uos perdoceri, ꝙ curæ ſit Deo de hominũ factis, & quòd in nouiſſimo die

suo ma-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Reſiduum. *Hic incipit tractatus in quo propheta primò prędi[cit] deſolatoria. Secundò denũciat cõſolatoria, ibi:* Nunc ergo. *circa [pri]ncipiũ ſecundi ca. Circa primam partem conſiderandũ, ꝙ de iſtis quatuor plagis eruca, brucho, locuſta, & rubigine dicunt expoſitores no[ſtri] cõiter, ꝙ non fuit res geſta, quia quartus liber Regum, & ſecun[dus] Paralip. nullã de hoc faciũt mentionẽ, ſed eſt tantũ parabola, ſi[cut] cũ dicitur Iudic. 9. b.* Dixerunt ligna ab rhamnũ, &c. *quia [nu]nquã fuit in rerũ natura, ſed per ligna parabolicè intelligũtur habitatores Sichẽ, per Rhamnum verò Abimelech. Sic in propoſitò per [iſt]a quatuor nomina hic poſita, ſ. eruca, &c. intelliguntur parabolicè quatuor regna ſibi ſuccedentia quæ Iudæã corroſerunt & vaſtauerunt, ſ. Aſſyriorum, Caldæorum, Gręcorum & Romanorum. Regnum verò Perſarum & Medorum ſic non legitur [I]udæam vaſtaſſe, imo plures reges fuerunt Iudęis beneuoli: vt Cyrus, Darius, Artaxerxes, & Aſſuerus. Ra. Sa. uerò econtrariò dicit, ꝙ eſt tantum res geſta ita ꝙ terrænaſcentia Iudęę ſic fuerunt quater ſucceſſiuè vaſta: & ex hoc ſequuta eſt fames quã prędixerat Eliſęus durãs ſeptem annis. & ex hoc videtur quod iſtæ quatuor peſtes non fuerunt [in] eodem anno, ſed in diuerſis aliter non videtur ꝙ fames tamdiu duraret pro ſterilitate vnius anni. Quod autem poſtea ſubditur.* Gens [n]aſcen *quaſi exponens parabolã propoſitã de eruca, brucho, &c. [di]cit quòd eruca & bruchus & locuſta hic metaphoricè dicuntur [ge]ns fortis, eò ꝙ deſtruxerant terram ad modum exercitus tranſeun[tis]: & ſic exponit illa quę ſequuntur conſimiliter de Gentib & po[pu]lis terram vaſtaturis: Sed vtrumq; dictum videtur deficere. Pri[mu]m, quia ſit hic ita expreſſa mentio de iſtis corroſionibus terręnaſcentium per erucam, bruchũ, &c. & de fame inde ſequente, ꝙ nullo [mo]do videtur eſſe tantum parabola: Nec valet argumentũ inductum, [qu]ia 4. Reg. Eliſęus pręnunciauit hanc ſterilitatem: licet non exprimat cauſam quã exprimit Ioel propheta: ſicut Ozia rege thurificãte factus fuit terręmotus magnus in Ieruſalem: cuius mentionẽ non facit 4. Re. ſed ſolũ de plaga leprę inflicta Ozię: Sed terręmotus exprimitur Amos. 1. & Zach. 14. Similiter ſecundum dictũ, quia ita fit expreſſa mentio de Gentib. terram inuaſuris, ꝙ nullo modo videtur per hoc propheta ſignificare parabolicè corroſionẽ terrę per erucam & bruchũ, &c. quia licet homines parabolicè nominib. animalium deſignãtur, ſicut vir conſtãs dicitur leo, rapax lupus & huiuſmodi: tamen non ſic inuenitur econuerſo in ſcriptura. ſ. bruta nominib. hominum vel gentium deſignari, pp quod ſaluo meliori iudicio uidetur mihi ꝙ cùm dicitur hic:* Reſiduũ erucæ, &c. *i. ſimul parabola & res geſta, ſicut Ier. 27. dicitur ꝙ portauit catenas ligneas in collo ſuo, & ſic fecit ſecundũ rei veritatẽ & rẽ geſtã: Per hoc tamen deſignatur incatenatio populi in captiuitatem ducendi, ſicut fuit poſtea impletum tẽpore Sedechię. Sic in propoſito ſecundum rem geſtã fuerunt quatuor deſtructiones terręnaſcentium per erucã, bruchũ, &c. Et per hoc ſignificabantur vaſtationes maiores futurę per quatuor regna prędicta. Igitur ſecundum hanc ſententiã reſiduum huius capituli diuiditur in duas partes, quia primo propheta prędicit vaſtationem, ſecundò, inducit ad lamentationem, ibi:* Plange. *Prima in duas: quia primò ponitur figura. ſecundò, res figurata, ibi:* Gens.n. *Figura.n. fuit quadruplex corroſio terręnaſcentiũ, vt dictũ eſt, quę fuit res in ſe & figura futuri, & quantum ad hoc dicitur:* Reſiduũ erucæ. *Eſt autem eruca propriè vermis naſcens in oleribus.*

2 Comedit locuſta. *Differũt aũt locuſta & bruchus ſicut perfectũ & imperfectum in eadem ſpecie. Fœtus.n. locuſtę anteꝗ̃ habeat alas vocatur bruchus: ſed quando eſt alatus, tunc dicitur locuſta.*

3 Et reſiduum bruci comedit rubigo, &c. *Eſt autem rubigo vitium ſegetum, quando vento vrente percuſſę non faciunt granum: & ſi faciunt eſt vanum.*

4 Expergiſcimini ebrij. *ideſt, aduertite & conſiderate imminẽs vobis malum.*

1 Flete

MORALITER.

† *Reſiduum, &c.* Per iſta quatuor corrodentia terrænaſcen[ti]a in regno Iudæę ſignificantur myſticè quatuor uaſtãtia [v]iriditatem uirtutum in regno animæ, quæ ſunt delectatio mala in appetitu, conſenſus iu opus peccati, operis conſumatio, & ſequens conſuetudo, ideo ſubditur.

4 *Expergiſcimini ebrij.* Quia ſicut ſomnus tenet ſenſus ligatos, ita ebrietas rationem: ſic conſuetudo praua tenet hominem in peccato ligatum propter malum habitum inclinantem. Ideò ſubditur.

Somnus ebrietaſque ac cõſuetudo quomodo & qualiter ligent.

☞ ſuo magno & horribili, cuncta in iudicium adducturus A ſit: quia iam partim iudicat, & partim punit, cum ab ore veſtro dulce vinum perit. Sic expergefacti, tunc demum flete & vlulate, ideſt, pœnitentiam agite, vt mala ventura, his multo maiora poſſitis euadere.

l. 33. Moral. cap. 27. ✠ Gregorius. Ebrij vocati ſunt, q huius mūdi amore cōfuſi, mala nō ſentiunt que patiūtur. Quid eſt ergo dicere. *Expergiſcimini, & flete.* niſi ſomniū veſtrę inſenſibilitatis excutite, & in deuaſtatione cordis tot ſibi ſuccedentibus vitiorū peſtibus, vigilātib. lamentis obuiate?

a ¶ Nulla res ita inebriat vt animi perturbatio. b ¶ Dulcia ſunt vitia dum fiunt: & mel de labijs meretricis diſtillat: vnde in Dei ſacrificiis mel non offertur.

a ſcimini ebrij, & flete & vlulate omnes qui bibitis vinum † in 1 †

a ¶ Præteritum pro futuro, quia tempore prophetæ ventura erat captiuitas.

b dulcedine, quoniam perijt ab ore veſtro. Gens enim aſcēdet 2

a ¶ Quibus humana induſtria non poteſt reſiſtere. b ¶ Quid locuſtis innumerabilius.
c ¶ Quos locuſtis in multitudine, leoni comparat in crudelitate, reges eorum leonibus comparat, principes catulis leonum, cum quibus innumerabilis multitudo venit.

c ſuper terram meam fortis, & innumerabilis. Dentes eius vt †

a ¶ Hæc gens. b ¶ Quam de Aegypto eduxit & plantaui. 3

dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis. Poſuit vineam 4

a ¶ Populum Iudæorum & in qua Saluator eſuriens fructum non inuenit, & ideo maledixit & areſecit. 5
b ¶ Seruat metaphoram locuſtarum. 6
c ¶ Bona eorum diripiendo: quoſdam captiuando, quoſdam interficiendo.

d meam in deſertū, & ficum meam decorticauit. Nudans ſpo- †

a ¶ O plebs Iſraelitica. †

e liauit eā & proiecit: albi facti ſunt rami eius. Plāge quaſi vir- 7

Hieron. a *Ebrij*. qui voluptatem veſtram in delectabilibus rebus ponitis. & ſenſum ab omnibus vtilibus auertitis, quia periit, ſubaudis vinum, ideſt, dulcedo, B & delectatio veſtra, Deo id faciente, vt qui non cognouerunt Deum in proſperis, cogantur cognoſcere in aduerſis: & qui diuitijs abuſi ſunt, per penuriam cogantur redire ad virtutes.

Senes debent intelligere de ſpiritali ebrietate, quæ hominem ducit ad mortem: Habitatores terræ auribus percipiant de vino in quo eſt luxuria. Qui in ebrietate ſopitus eſt euigilet, & glorietur ſe ebrium fuiſſe, vt fletus eius in riſum vertatur, & gaudeat ſe ebrietatis materiā non habere, quæ eū per abundantiam ebrium fecerat & veſanū.

b *Gens enim aſcendet ſuper terram, &c.* Oſtendit per quid perierit vinum & exultatio. ſ. per gentem locuſtarū. Et putant Iudæi tpe huius prophetæ locuſtas hiſtorialiter oīa vaſtaſſe. Per locuſtarū metaphoram, deſignat hoſtiū aduentum. ſ. Aſſyriorum & Chaldæorum & Mœdorum & Perſarū & tandem Romanorū. Et notandū, quia ſic ſub locuſtarum figura narratur feritas hoſtiū, vt ipſas locuſtas hoſtibus comparet, & cum locuſtas legeris hoſtes cogites, & cùm hoſtes cogitaueris, redeas ad locuſtas.

Hieron. Allego. Aſcendit gens principum mundi huius, & tenebrarū ſuper terram Dei. i. humanā animam, quia oīs anima hoīs, terra Dei eſt. Vnde ſicut anima patris, ita anima filij mea: Huius gentis dentes ſunt vt dentes leonis,
1. Pet. 5. b. *quia aduerſarius noſter diabolus circumit quærens, &c.* Catulus leonis, Antichriſtus, vel peruerſum dogma. Si hæc gens aſcēderit ſuper nos, ſtatim in deſertū ponit vineam. i. corde quo debet exire vinum quod lætificat: & ficus noſtras C decorticat, ne habeamus dulcedinē Spiritusſancti, ne ſanctus vir ſub ficu noſtra vel vinea requieſcat, dum aduerſariorū impetus timeat. Nec ſufficit hoc genti, niſi ſcrutetur & quidquid vitale fuerit interficiat, vt oī virore conſumpto albi & mortui remaneāt ramuſculi, & cōpleatur in nobis illud: *Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet.*

c *Dentes eius, &c.* ✠ Rupert. Fortitudinem gentis exprimit iuxta cęptam metaphorā locuſticę multitudinis. quia locuſta dēte exiguo nocere conſueuit, pulchrè g (quā per locuſtā figurauit) nō arma ferrea, ſed dentes ciuos aſcribit. ro aūt modo dē locuſtæ hic eſſe cūtur vt dētes le nis. Sic & in Ap calypſi ſimilitu nes locuſtarū ſi les dūr equis p tis in præliū, & tes eorū ſicut l num. Quàm pa corpuſcula q̄ gnos & valente ore ſuo dētes h re dicūtur? Im infirmi hoīes, c tam poteſtatē (i to Deo) contra populum peccatorem habere permittur? *Hæc gens* (inquit) *poſuit vineam meam in deſertum.* Videcet illam de qua Pſalmiſta: *Vineam de Aegypto tranſtuli*

d *Et ficum meam decorticauit*. ſ. eundem populum Iudrum, ad quem & ego tandem veni, vt ex ea comede fructus, & non inueni, maledixique ei, & aruit.

e *Plange quaſi vir.* Sicut iuuencula ſponſa, amittens ſpſum fiore pubeſcentē iuuentutis, accingit ſe ſacco & rat, ita hortatur propheta Iſraelitas, vt ſimiliter plo de amiſſione ſponſi omnipotentis quē amiſerūt, ex idola in Aegypto coluerunt: Fuit hæc plebs virgo in triarchis, & prophetis virginitate mētis, & cognition cultu veri Dei. Sed poſt idola adultera facta eſt. Sed hanc meretricem in Hoſeæ ſponſus iſte duxit vxorē, ſcilicet, de Gentium ſordibus educit. Poteſt hoc de q libet anima dici, ſi à prima ætate crediderit Deo, h ſponſum virginalem Deum. Si de Iudæis vel pagani hæreticis aliquis ad lucem fidei reuertitur, habet q ſponſum, ſed non virginalem.

✠ Rupert. Poſt regnum Aſſyriorū atque Chaldæ ſiue Babyloniorū, regnum Mędorum atque Perſa Iudæos captiuos tenuit. Sub hoc regno Neemias pla & fleuit. Hæc legentes planè animaduertimus illi te ri & rei congruere, quod hic propheta declamans, *Pl* inquit, *quaſi virgo, &c.* Quā ob cauſam? *Perijt ſacrificium* Et iſtam cauſam ſuæ mœſtitiæ idem Neemias præn rat, &c. Denique ſub eodem regno Perſarum cùm v Aman omnem Iudæorū perdere nationem, eò q̄ Ma chæus non flecteret ſibi genua: Mardochæus hoc au ſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, &c. Simi & cæteri Iudæi flebant & ieiunabant, regina Eſther cæteris hæc agente. Tunc profectò gens ipſa plang quaſi virgo ſuper virum pubertatis ſuæ, ideſt, ſuper I patrum ſuorum, quòd offendiſſet eum.

☞ a *Perij*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Flete. *Quia deficiet vobis vinum, in quo delectabamini ex vinearum corroſione.*

2 Gens enim. *Hic conſequenter ponitur res figurata, ſcilicet vaſtatio Iudææ per quatuor regna ſupradicta, cùm dicitur.* Gens enim aſcendet. *i. aſcendit: Et loquitur de futuro per modum præſentis propter certitudinem prophetiæ.*

3 Super terram meam. *i. ſuper Iudæam, quæ ſpecialiter dicitur terra domini, eò quòd ibi vigebat cultus eius.*

4 Fortis & innume. *Talis enim fuit gens Aſſyriorum Chaldæorum, Græcorum, & Romanorum, vt patet ex geſtis eorum.*

5 Dentes. *in hoc deſignatur crudelitas eorum.*

6 Poſuit vi. *iſti enim exercitus in Iudæa vineas exciderūt, & arbores fructiferas, & eas pro parte dolauerunt ad faciendum monimenta & alia exercitibus neceſſaria. Vel aliter poteſt dici, qd hic accipitur vinea domini pro populo Iſrael ſecundū illud Iſa.* Vinea. n. dn̄i exercituū domus Iſrael eſt, *quam domun exercitus ſpoliauerunt bonis, & afflixerunt in perſonis.*

7 Plange quaſi. *Hic conſequenter propheta inducit populu ad lamentationem, & primò pro vaſtatione prima, ſecūdò pro ſecu in princ. cap. ſequentis. Prima in duas: quia primò inducit ad fl populum generaliter, ſecundò ſacerdotes ſpecialiter, ibi,* Accin vos. *Circa primum dicit:* Plange quaſi vir. *Virgo enim d ſata ſi moriatur eius ſponſus antequam fruatur eius amplexib. habet materiam magni luctus, ideo ponitur hic pro exemplo ad ſignandum magnitudinem luctus imminentis, ideò ſubditur.*

✠ 1 Per

*M O R A L I T E R.*

† 1 *Flete & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine.* Per vini potationem quæ maximè decipit, intelligitur vſus indebitus aliorum delectabilium carnis & mundi.

† *Quoniam perit ab ore veſtro.* i. licet ad horam delectent, tamen in perpetuum cruciant.

2 *Gens.* i. multitudo ſpirituum malignorum. quæ dicitur gens, eò quòd Gentiles eos antiquitus in idolis colebant.

4 *Fortis.* Iob 41. d. *Non eſt poteſtas ſuper terram quæ ei comparetur.*

† *Innumerabi.* quia multitudo dæmonum eſt valde magna, dicitur enim Marc. 5. a. *quod in vno homine erat legio dæmonum.*

5 *Dentes eius.* per quod ſignificatur crudelitas dæmonum.

6 *Poſuit vineam.* Per vineam ſignificatur eccleſia qu ad clerū, & religionis ſtatus per ficum, eò quòd dulcedo deuotionis eſſe debet in religioſis.

† *Nudans ſpoliauit, &c.* videlicet bonis gratuitis.

† *Albi facti ſunt, &c.* vulnerati in naturalibus, quan ad malos clericos & religioſos. ideo ſubditur.

7 *Plange quaſi virgo, &c.* i. priuata amplexibus ſponſi Ieſu Chriſti.

† *Per*

a ¶Plangit. b ¶Cilicio. c ¶Qui in Abraham, Iſaac, & Iacob deſponſauit ſibi virginem nulla idolatria violatam. d ¶Quia multiplicar  niquitate refrigeſcet charitas.
a gō accincta ſacco ſuper virum pubertatis † ſuę. Perijt ſacri- 1
a ¶De ſimila. b ¶De vino. c ¶Eccleſia. d ¶Præcipuè, quia decimæ non offerebãtur.
ficium, & libacio de domo domini, & luxerũt ſacerdotes mi 2
¶Qui ſunt. ¶Altaris a ¶Quia ¶Vaſtata eſt terra Iudæorum in aduẽntu hoſtiũ b ¶Habitatores humi: 3
niſtri domini. Depopulata eſt regio, † luxit humus: quoniam 4
b a ¶Sublatum ab illis. b ¶De quo dicitur: Calix inebrians quam præclarus eſt. c ¶Deficit. 5
deuaſtatum eſt triticum. † Confuſum eſt vinum, & elanguit 6
a ¶De quo dicitur: Oleum de capite tuo non deficiat. b ¶Deficiente fructu virtutum c ¶Prædicatores. 7
oleum. Confuſi ſunt agricolæ: vlulauerunt vinitores ſuper 8
c a ¶Quo ſuſtentantur infirmi. b ¶Omnia quæ humus ſolet gignere. c ¶Quæ debuit facere vuas. fecit la. d ¶Calcata mu titudine hoſtium. 9
fruméto, vino & hordeo, quia perijt meſſis agri. Vinea con- †
a ¶Marcida facta eſt. ¶Sub qua Nathanael antequam crederet. b ¶Iuſtus vt palma florebit. †
c ¶Sicut malum inter ligna. †
d fuſa eſt, & ficus † elãguit. Malogranatũ, & palma, & malũ & †
e a ¶Tam ſiue fera quam inſtructuoſa. b ¶Ideſt, turbatum, & ſublatum. c ¶Iudæis
f oĩa ligna agri aruerunt, quia confuſum eſt gaudiũ a filijs ho †
a ¶Ergo. ¶Subaudi, ſacco pœnitentiæ b ¶Non ficto ſed puro corde.
minum. Accingite vos, & plangite ſacerdotes, vlulate mi- 10
g a ¶In eccleſiam per pœnitentiam, vnde & exiſtis per culpam. b ¶Diuitias quibus offudiſtis vitæ auſteritate compenſate, vt iram Dei poſſitis mitigare. Et hoc ideo præcipio, quia interijt.
niſtri altaris. Ingredimini, cubate in ſacco miniſtri Dei
a ¶Niſi pœnitueritis peribitis. b ¶Quia aliter non ſufficit accipere habitum pœnitentiæ niſi ieiunium alijs bonis operibus exornetur, & niſi abſtineatur ab omnibus illicitis.
mei, quoniam † interijt de domo Dei veſtri ſacrificium 11
¶Synodum. 12
h & libatio. † Sanctificate ieiunium, vocate cœtum 13

Perijt. Hiero. Quantum ad hiſtoriam, vaſtatis agris, & neis per Gentes (quæ in quatuor animalibus ſignãtur) ceſſauit ſacrificium, quod de ſolidiorib. eſt rebus, vt hordeo, tritico & carne, & libatio, quæ de liquoribus, vt vino oleo quib. ablatis luxerũt ſacerdotes, quia non offerebantur ea de quo m decimis viuebant.

Hier. Poſſunt vicri hæc omnia cõ tiſſe in populo Iudæorum ex peccato paſſionis Christi, quando Ieruſalem fame, & gladio vaſtata eſt a Romanis, & omne gaudium, & omnia lætitia defecerunt. Quotidie etiam, dũ eccleſia Chriſti doctrina inſtituta, a ſponſo peccando erit ſeparata, pe ibi ſacrificium ſpiritus contribulatum & vinum quod lætificat cor hominis, & abũdante iniquitate, dolent doctores eccleſię virtutes deficere, & vitia increſcere, quia deficit triticum fidei, & vinum ſpiritualis intelligentię, & oleum miſericordiæ, & hordeum ſimplicitatis vel obſeruantiæ literalis. Quę vaſtantur per quatuor prædicta, libidinem, inanẽ gloriam, ventris ingluuiem, iracundiam. Vnde plangit vniuerſalis eccleſia, vt conſolationem a Deo accipiat. Omnia vel infructuoſa fuerũt. vel ſi fructuoſa, vaſtante locuſta ſunt conſumpta: & ideo hæc omnia, vt gaudiũ auferatur a filijs hominum.

b *Depopulata eſt regio.* ✲ Ruper. Hæc omnia accidiſſe ſub dicto Babyloniorum regno, & perſeueraſſe vſque ad Perſarum imperium, illa præmemorati Neemiæ conqueſtio manifeſtat, cum dicit: Dixi regi: *Quare non mœreret vultus meus, cum ciuitas domus ſepulchrorum patris mei deſerta eſt, & portæ eius combuſtæ ſunt igni.*

✲ Theod. Latius declarat calamitatem, vt ad reſipiſcentiam excitet. Eſt autem animaduertendum, quod non terram, & poſſeſſiones, vt ratione vtentia lugere hortatur: ſed vt ratione prẹditos ex inanimis rebus excitet, & commoueat: id quod docet dum ſubiungit.

c *Vlulauerunt.* Quia dum prę manibus tenerent fruges meſſionis, & vindemię, venerunt inimicæ Gentes, & tulerunt omnia vnde deberent viuere, & ipſos fame, & gladio perdiderunt. Meſſis eccleſię, virtutes, prẹmium, opera.

d *Malogranatum.* Malogranatum cuius cortici cõparatur in Canticis genæ ſponſæ, & eſt arbor medicinalis, cuius poma rubea, & ad edendum amara. Vnde & malogranatum, eo quòd multa grana fructus eius habeat.

e *Omnia.* Omnia ſuſtinent flagellum hominis propter quem, & facta ſunt.

f *Quia confuſum eſt gaudium, &c.* ✲ Huius inquit, infœcũditatis maxima cã eſt iniquitas hominum, propter quã gaudia ceſſarunt, mœrores ſunt inducti.

✲ Greg. Inſidiantibus malignis ſpiritibus, Dei vinea in deſertum ponitur, cum plena fructibus anima, humanæ laudis cupiditate diſſipatur. Ficum Dei gens iſta decorticat, quia ſeductam mentem in fauoris appetitũ rapiens, quo hanc ad oſtentationem pertrahit, tegmen ei humilitatis tollit. Cum verò mẽs hoc quod egerit, videre ab alijs concupiſcit, quaſi expoliata ficus eum qui ſe texerat corticem amiſit, &c. 8. Mor. ca. 30.

g *Accingite* Sancti ſacerdotes qui comedunt Paſcha dñi accingantur baltheo caſtitatis. vñ: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manib. veſtris.* Peccatores quos remordet cõſcientia. cilicio induantur, vt plãgant ſua, & populi delicta. Prius monent ſacerdotes ad planctũ, vt ſicut ipſis peccantib. peccauit populus, ita pęniteat ipſis pęnitẽtibus. Luc. 12. c.

h *Sanctificate ieiunium, &c.* ✶ Ruper. Hoc tale eſt, quale apud Iſaiam, *Nolite ieiunare ſicut in hanc diem.* Et ſubinde. *Nonne hoc eſt magis ieiunium quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis, &c.* Ita ſanctificantes ideſt, ſanctum facientes ieiunium, *vocate,* inquit, *cœtum, &c.* Iſa. 58.

✲ Theodor. Ex his plane docemur, vt ieiunium animæ malè habenti ſit medicina ſalutaris: quare ieiunio ſubiunxit curationem. *Sanctificate,* inquit, *ieiunium.* Sanctificate poſuit pro ſegregate. In ieiunium inquit, vos ſegregantes, ſanctè & purè id obite, & conficite. Ieiunantes verò clamate, Heu mihi, heu mihi, heu mihi in die, hoc eſt, per diem malorum expectatum.

✲ Greg. Ieiunium ſanctificare, eſt adiunctis alijs bonis dignam Deo abſtinentiam carnis oſtendere. Admonendi ſunt abſtinentes, vt nouerint quia tunc placentem Deo abſtinentiam offerunt, cum ea quę ſibi de alimentis ſubtrahunt, indigentibus, largiuntur. Paſtoral 3. parte admonit. 20.

*Congre-*

NICOLAVS DE LYRA.

Perijt ſa. *de animalibus, & terræ naſcentibus aridis. Licet im de terrę naſcentibus auidis propriè diceretur fieri oblatio, tamen hic vocatur ſacrificium largè loquendo.*

Et libatio. *de liquidis vt vino, & oleo.*

De dom. domin. *quia propter corroſionem terrę naſcentium non habebantur, vnde talia poſſent fieri.*

Et luxe. *propter defectum diuini cultus, & etiam ſui victus qui erat de decimis, & oblationibus.* 5 Depopulata. *carens habitatoribus.* 6 Luxit humus. *priuata fructibus: Sicut econtra dicitur ridere metaphoricè quando plena eſt fructibus.*

7 Quoniam deua. eſt. *per quatuor plagas ſupradictas.*

8 Confu. ſunt. *fruſtrati ſpe ſui laboris.*

9 Vlulauerunt vinitores. *ſicut econtrario ſolent cantare in abundantia vindemiæ: Et ex hoc patet litera ſequens.*

10 Accingite. *Hic conſequenter inducit ſacerdotes ſpecialiter ad lamentum dicens:* Accingite vos. *ſ. cilicijs in ſignum humiliationis coram Deo: Et ſubditur cauſa.*

11 Quoniam interijt. *& exponatur vt ſupra.*

12 Sanctificate. *i. diſponite vos ad deuotè abſtinendum.*

13 Vocate cœtum. *Vt ex precibus multorum impetretur diuina clementia. ideo ſubditur.* ✲ Et

MORALITER.

† *Perijt ſacr. &c.* Per ſacrificiũ intelligitur corpus dñi, per libationẽ ſanguis, q̃ quantũ ad malos ſacerdotes q indignè celebrãt, & iudiciũ ſibi mãducãt, & bibũt, perit: iō ſubdit.

*Et luxerunt.* i. deberent lugere. 5 *Depopulata.* Quia licet multi ſunt de eccl'a numero, pauci tñ reſpectiuè merito.

*Quoniam de. eſt tri.* i. eccleſię debitũ nutrimentũ pp bonę prędicationis defectũ. 7 *Confuſum eſt, &c.* quia vinũ charitatiuę correctionis, & oleũ pietatis multũ deficiũt ĩ plurib. eccleſię prẹlatis, iō ſubditur. 8 *Confuſi agri.* i. prędicatores, doctores, & ſacramẽta miniſtrantes. † *Quia pe. &c.* ſ. bonorum operũ pp eorũ defectum in vita pariter, & doctrina, iō ſubditur. † *Vinea.* i. eccleſia. † *Et fi.* i. deuotio religionis euanuit. † *Malogranatum.* Per iſtas arbores ſignificantur perſonę diuerſę in bono diminutæ, ideo concluditur.

† *Confuſum eſt gau.* Hic inducuntur eccleſiæ miniſtri ad emendationem vitæ per opera pœnitentiæ, cum dicitur.

10 *Accing.* vt ſitis alijs exemplum boni, ſicut fuiſtis occaſio mali. 11 *Quoniam interijt.* ideſt, euchariſtię debita conſecratio per indeuotionem veſtram.

12 *Sanctificate ieiunium.* Per intẽtionem rectam ad Deum, & non ſicut hypocritæ. *Qui exterminant facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes.* vt dicitur Matth. 6.

13 *Vocate cœ.* i. congregate ſubditos veſtros in charitate.

† *Et*

a *Congregate ſenes.* Rectus ordo, primum ſapiẽtes, poſtea terrenis adhærentes. vnde ſup. *Audite hęc ſenes, & au. percipite, &c.* Non multò poſt, & 10. & duarum tribuum venit captiuitas per Aſſyrios, & per Chaldæos. Quæ ideo prædicitur ventura ne cum venerit, puteiur caſu accidiſſe, vel ſæuitia hoſtiũ: ſed ira, & cõminatione Dei: vel certè, vt populo agente pœnitentiam, non veniat quæ ventura erat. Poſſunt hæc omnia referri ad diẽ iudicij, de qua retributione omnes prophetæ ſcribunt. vnde Iſaias: *Ecce dies domini inſanabilis venit*, in quo æterna damnatio.

Hieron. Supra. eod. a.

† Aha.

Iſa. 13. b. † grana ſub plena litis. † deſolati ſũt theſauri.

b *Nunquid non, &c.* Frumentum ſpiritus, hordeum literæ, quia peccantes patiuntur pro qualitate peccatorum famem ſermonis Dei, & ita conſequenter perit lætitia, vt qui debuiſſent ab apoſtolo audire: *Gaudete in domino ſemper.* nunc audiant a dño: *Beati qui lugent.* Fruſtra ſunt horrea, & apothecæ vbi triticum deficit, & vinum. Hæc oĩa poſſunt intelligi ſub metaphora erucæ, locuſtæ, bruchi, rubiginis, quòd. ſ. ſublatis frugibus, & vaſtatis, fames & peſtilentia cuncta poſſederunt.

† aruit.

Philip. 4. a.

Math. 5. a.

c *Demolita ſunt horrea.* * Ruper. Cum Antiochus ciuitatem armis cepit, fueruntque toto triduo octoginta milia interfecti, & quadraginta milia vincti, deſolatio hæc facta eſt, &c. Sed quid ſibi vult quod percunctatur, & dicit.

d *Quid ingemuit animal?* * Nimirum brutis animalibus, & gregibus armenti ſimiles eos vult haberi, quamuis homines, ſint, qui ingemiſcere neſciunt, niſi pro penuria cibi, nullum habentes dolorem de peccatis ſuis, & hoc ſolum eſſe miſerum reputantes, ſi ventri quippiam deſit.

*Quid ingemuit.* Vel gemebant pecora exſiccatis omnibus propter peccata hominum.

c *Ad te clamabo domine.* ✲ Ruper. Quod ſi aliquis quærat. Tu autem quid agis, ò propheta, vt exemplum tuũ ſequatur, homo rationalis? *Ad te ait, domine, clamabo, &* Tibi domine peccata mea confitebor, ego vel omnis rationalis, quia pr pter peccata noſt traditi ſumus manu hoſtili, q terram noſtram ſtauerunt, & ſucc derũt igni Nech ſolum: ſed tanta ſiccitas, & defecti imbrium, vt exſi catis fontibus, l ſtiæ quoque a pereant, pœnam ſtinentes propi peccata homini

Hiero. Prędic malis quę erant tura, propheta ſui, & populi pe na loquitur ad I um. Notandum nec propheta i populus clama ad dñm, niſi per latione delicia Quod ad virũ q dam iuſtũ poteſ ferri, qui cum a ſtitia declinaue & malũ fecerit ſtinæ virtutes n proderũt ei, ſed dicabit eũ Deus quibus inuene

a ¶Qui morte vicini, & ſcienti maturi magis ſuſcipiunt timorem & cultum Dei. b ¶Subaudi, congregate. c ¶Quæ eſt eccleſia.

a congregate ſenes, omnes habitatores terrę in domum Dei

a ¶Omnes ſimul. ¶Ore, corde, & opere. b ¶Ter, quia trinitatem oſtenderant. c ¶Retributioni.

veſtri: & clamate ad dominum. † A, a, a, diei. quia propè eſt 1 2

a ¶A quo omnia diſpenſantur. b ¶Sperata alimenta quaſi è manibus auferuntur in præſentia veſtra in quibus viuere debuiſſetis. 3

b dies domini, & quaſi vaſtitas a potente veniet. Nunquid nõ 4

a ¶Inſuper quod grauius eſt. ¶Periit.

coram oculis veſtris alimenta perierunt de domo Dei veſtri 5

a ¶Quia iam non ibi offertur ſacrificium. b ¶Ablatis alimentis, & lætitia, illi quorum Deus venter eſt, deficiunt in ſua luxuria, & idololatria, & ingluuie ventris, & ibi vitam finiunt.

lætitia, & exultatio? Computruerunt † iumenta in ſtercore 6

a ¶Quia deeſt triticum quod reponebatur. b ¶Vbi recondebatur triticum. c ¶Cellaria. ¶Ideſt, corda vel terrena abundantia.

c ſuo demolita ſunt horrea, † diſſipatæ ſunt apothecæ, quoniã 7 8

a ¶Cum omnia fuerint tunc ingemiſcent egeſtate bonorum. b ¶Non homo non imago Dei viuentis. c ¶Et cur.

† confuſum eſt triticum. Quid ingemuit animal, † mugierũt 9

a ¶Comparatus iumentis inſipientibus ſimilis factus eſt il. ¶Vitæ æternæ.

d greges armenti? Quia non eſt paſcua eis: Sed & greges peco- 10

a ¶Populus meus per me clamabit. b ¶Quod ignis ſolet facere in ſtipula, & flamma in vepribus, hoc facit eruca, & bruchus.

rum diſperierunt. Ad te clamabo domine, quia ignis come 11

a ¶Plana camporum aut prata, vel quælibet loca herbis virentia, quæ paſcua dabant iumentis. b ¶Vt fruges, & poma interirent. 12

e dit ſpecioſa deſerti, & flamma ſuccendit omnia ligna regio- † †

a ¶Non ſolus propheta vel populus per prophetam. b ¶Non ſolum homines. c ¶Ad te, rorem miſericordiæ flagitantes:

nis. Sed & beſtiæ agri † quaſi area ſitiens imbrẽ ſuſpexerunt 13 14

a ¶Ebibit, & exhauſti a multitudine hoſtium. b ¶Me dereliquerunt fontem aquæ vi. c ¶Vaſtatio locuſtarum. 15

ad te, quoniam exſiccati ſunt fontes aquarum, & ignis de- 16

a ¶Omnem paſcuam agri.

uorauit † ſpecioſa deſerti.

Myſtice. Per deſertum figuratur Gentilitas per idololatriam flore virtutum deſtituta. Vel ſecundum illud. Q *multi filij deſertæ magis quam eius quæ habet virum.* Huius deſerti ſpecioſa, ideſt, bona opera, & virtutes, ignis, ideſt, diabolus deuorat, ſicut flamma conſumit ſtipulam. Sed contra has ſagittas diaboli debemus clamare ſicut area ſitiens, vt eas extinguat ros diuinæ miſericordię.

Iſa.

Aliter: Per fontes qui exſiccati ſunt, poteſt intelligi doctrina Chriſti, quę exſiccata eſt in illis, ex quo a Deo receſſerunt per ignem libidinis inanis gloriæ, ingluuiei & iracundiæ. Sicut area deſiderat imbrem, ſic omnes beſtiæ attritæ ſiti, & fame clamabant ad dominum.

Cap

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et clamate ad dominum A a a. *In Hebræo eſt vna dictio, & ſonat in, aha, & eſt interiectio dolentis.*

2 Quia prope. *i. dies ſuæ vindictæ inferendæ, & ideo monebat propheta ad dominũ clamare, vt ſaltẽ tẽperaretur rigor ſuę iuſtitię.*

3 Et quaſi vaſtitas a potente veniet. *ſ. a Deo, cuius vindicatio impediri non poteſt. niſi per ſuam clementiam.*

4 Nunquid &c. Alimenta perierunt. *i. citò perient.*

5 De domo Dei veſtri læt. & exultat. *quia Leuitæ non cantabant cantica lætitię, ſed magis lamentationis pro miſeria terræ.*

6 Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. *quia propter ſterilitatem terrę non habebantur ſtramenta ad ſufficiendum eis.*

7 Demolita ſunt horrea, *i. contenta in horreis.*

8 Diſſipatæ ſunt. *i. conſumpta ſunt quę erãt repoſita pro vi*

9 Quid ingemuit ani. *Reſpondet.*

10 Quia non eſt paſc &c. *Omnia enim virentia fuerunt co ſa. Ideo exclamat propheta dicens.*

11 Ad te clamabo, &c. *in oratione pro ſubleuatione noſtræ miſeriæ.* 12 Quia ignis, &c. *Ignem autem, & ignis flammam vocant ventum vrentem ſeictes rubiginantem, & etiam erucam, bruchum, & locuſtam quæ ex ſua corroſione ita reddebãt vegetabilia arida, ac ſi cucurriſſent ibi ignis, & flamma.*

13 Sed &. *ſ. ſylueſtres.* 14 Quaſi area. *i. deſiderans.*

15 Suſpexerunt ad te. *præ ſitis laſſitudine, ideo ſequitur.*

16 Quoniam exſiccati ſunt fontes aquarum. *Ex vehementia venti vrentis ſiccitatem cauſantis.*

* Cap

### MORALITER.

† 1 *Et clamate, &c.* per deuotam orationẽ. 2 *Quia prope eſt.* i. dies mortis, in qua venit dominus ad particulare iudiciũ morientis. 4 *Nunquid non.* ſ. ſacræ ſcripturę, & eucharıſtię perceptione. q. d. Sic. Nã in eccleſia primitiua fideles cõmunicabant quotidie nunc autem vix ſemel in anno. 6 *Computruerunt.* Greg. Iumenta in ſuo ſtercore putreſcere eſt carnales homines in fœtore luxurię vitam finire. 7 *Demolita.* i. doctores, & p̃dicatores per malã vitam, in quib. tñ debent reponi victualia fidelium verbo, & exemplo, ideo ſequitur. 9 *Quid ingemuit.* i. ſimplices fideles quare paſſi ſunt detrimentum boni? Et ſubditur reſponſio 10 *Quia non.* exemplum bonũ vitę, & doctrinę a ſuperi rib. ſuis, pp quod propheta recurrit ad dominum. dicens. 11 *Ad te clamabo domine.* Et ſubditur cauſa, cum dicitur 12 *Quia ignis.* ſ. auaritiæ, & laſciuię.

† *Comedit ſpecioſa.* ſ. eccleſię, qui ſunt clerici, & religioſi, & per conſequens alios: ideo ſubditur.

† *Et flamma.* Et quoniam hoc malum prouenit a maioribus, ideo ſequitur. 16 *Quoniam exſiccati.* i. prelati, doctores, & prędicatores qui per indeuotionem ſunt exſiccati, & ſic non intendunt fidelium ſaluti.

### ADDITIO I.

*In cap. 1. Ioel vbi dicitur in poſtil.* Primum eſt quibus prophetę, &c.

*Verba Hieron. in hoc prologo poſita ſanè intellecta non contrariantur verbis ſuis in epiſtola ad Paulinũ, prout Poſtillator æſtimare videtur. Pro quo ſciendum, quod ſecundum quod ponit Hiero. in hoc prologo tempora in quibus prophetauit Ioel eadem ſunt temporibus in quibus Oſeas prophetauit. ſ. in diebus Oſeæ, Ionatham & Achaz, &c. Sed Oſeas ſæpe nominat Ephraim, & Samariam, deſignandum, quòd ibi loquitur de 10. tribubus, quarum ciuitas metropolis erat Samaria, & primus rex. ſ. Ieroboam fuit de tribu Ephraim: & quandoque nominat Iudam, & Ieruſalem vt deſignet e il*

A ... loquitur de duabus trib bus. Sed propheta iſte Ioel licet iſta quæ ...pphetauit præſertim de eruca, & brucho,&c.in tota terra Iſrael. ... 2.tribuum contigiſſe intelligantur,nunquam tamen in ſua prophe... fecit mentionem de 10.tribubus.ſ.nominando Ephraim vel Sa...riam,ſicut Oſeas:ſed ſolum Iudam, Sion & Ieruſalem : vt patet ...renti per totam ſuam prophetiam,& ideo cum dicit Hier.in pro...goſuper hunc prophetam ꝙ ad tribum Iuda,& Ieruſalem prophe...uit:nullam omnino faciens de 10.tribub. mentionem, intelligendũ ... ꝙ in tota ſua prophetia non nominauit Ephraim nec Samariam ... aliquid huiuſmodi ad 10.tribus tantum pertinens. Quod autẽ di... in epiſtola ad Paulinum ꝙ Ioel deſcribit terram 12.tribuum eru... bruchо, &c. vaſtatam & conſumptam intelligendum eſt, ꝙ hæc ...latio ad totam terram 12.tribuum ſe extendit,licet non nominaſ... Samariam,& Ephraim,& huiuſmodi. Quod autem iſta contigiſ...ſe etiam in terra 10. tribuum ſatis patet ex eo quod allegatur in ... illa ex hiſtoria 4.Reg.vnde quòd poſtillator concludit, quòd de ...iis Hiero. parum videtur tenendum in propoſito , manifeſtum eſt ...ius rationabiliter eſſe dictum.

### ADDITIO II.

In eod.c.vbi dicitur in poſtil. Similiter ſecundum dictum. Secundum dictum ſeu ſecunda expoſitio non videtur rationabili-
B ...improbari a Poſtillatore:nam bruta animalia inueniuntur in ſa... ſcriptura deſignari nominibus hominum præſertim ſub nomini... collectiuis,propter certas eorum actiones ſeu proprietates quib. ...minibus aſſimilantur,vt cum dicitur Prou.30 d. Formicæ po...plus infirmus. Lepuſculus plebs inualida: ideo cũ dicitur: ...c Gens enim aſcendet ſuper terram meam. Similiter po...pus fortis,& huiuſmodi bene poteſt intelligi de locuſta quæ aſcen... ordinatè ſicut acies in bello. vnde Prou. vbi ſupra. Locuſta re... non habet, ſed egreditur per turmas. Facit etiam iſta ...oſitione ſecunda, quia in multis locis loquendo propheta de iſta ...te populo vel exercitu, adiungit hoc aduerbium ſimilitudinis.ſ. ...ſi, vt cum dicitur : Quaſi aſpectus equorum aſpectus eorum, & ...ſi equites ſic currunt. Manifeſtum eſt autem, quod in exercitibus ...ldæorum, Aſſyriorum, & huiuſmodi, veri equi erant, & veri equites, & ſic non debebant nominari per ſimilitudinem, ſed per eſ- D
ſentiam,& realitatem. Similiter quod dicit velut populus fortis præ paratus ad prælium,& quaſi fortes current,& quaſi bellatores aſcendent murum, & multa ſimilia quę hic ponuntur magis propriè dicerentur, ſine ſimilitudine, poſſet enim dicere de populo Chaldæorum, Græcorum & huiuſmodi tempore ſui dominij, quod erat populus fortis præparatus ad prælium, & quòd erant viri bellatores,& huiuſmodi. Vnde hæc ſecunda expoſitio videtur planior quantum ad ſenſum literalem. Si autem quæratur ſenſus figuratiuus,quod tamen nõ eſt præſentis ſpeculationis, per erucam notatur libido, per locuſtam inanis gloria,per bruchũ ingluuies ventris,per rubiginem ira:prout habetur in gloſſ. vbi multa alia figuratiua circa hæc traduntur.

REPLICA. In primo cap. Ioel Poſtil.inquirens quibus Ioel prophetauerit:oſtendit beatum Hieronym. variè loqui in prologo huius prophetię,& ad Paulinum de omnibus ſacræ ſcripturę libris,per conſequens eius dicta declinat. Sed Bur.ſaluans beatum Hiero.a contradictione,& bene.dicit quędam quę nõ videntur vera. Dicit namque quòd de regno decem tribuum nulla fiat ſpecialis mentio in tota prophetia Ioel cuius falſitas videri poteſt. Nam ſicut regnum decem tribuum deſignatur per Ephraim, & Samariam, ita etiam in libris Regum 3.& 4.& Paralip.2.decem tribus ſignificantur per regnum Iſrael,quia poſt receſſum decem tribuum a regno Roboam, ſemper regnum Iſrael in ſcriptura eſt diſtinctum contra regnum Iuda. Nũc E
autem in tertio cap. Ioel diſtinctè loquitur de vtroque dicens Cum conuertero captiuitatem Iuda, & Iſrael, & infra. Vocat Deus hereditatem ſuam Iſrael. Et cap. vlt. Ioel. diſtinguit inter illa duo regna dicens: Dominus de Sion rugiet, & de Ieruſalem dabit vocem ſuam : & dominus ſpes populi, & fortitudo Iſrael, &c. Patet igitur, quòd per falſum nititur defendere beatum Hiero.qui non indiget ſua defenſione,quia Poſtil. beatum Hieron. non improbat,ſed declinat : & non immoratur, nec curat propter rationes quas ponit de vidua in Iſrael,&c. quæ vide in Poſtill. Nec ponderanda eſt replicatio Burg. contra Poſtil. quia dicit de metaphoris quibus homines ſignificantur per beſtias,& econuerſo,tales enim tranſſumptiones ad diſputationem non pertinent.

### CAP. II

a Canite tuba. Vox Dei ad prophetam,& ad alios qui legem obſeruabant,& iterum pro metaphora locuſtarum deſcribitur impetus Chaldæorum.

C * Theod. Vt propheta preces adhibuit,rurſus dominus iubet tubas ex lege inſtitutas ſonare in Sion:atque per pręcones congregare omnes in montem ſacro conſecratum: quoniã inquit, appropinquat dies vltionis,quem ſi quis diem caliginis,tenebrarum,& nebulę, & turbinis vocaret non erraret. Nã adeò ingentia in eo erunt mala, ut nemo ſenſum videndi percipiat, ſed in tenebris, & caligine viuere ſuſpicetur.

Ruper. Tribus exclamationibus quæ præceſſerant, ...rior hæc quarta,multoque vehementior eſt,ſecundum ſimilitudinem quartæ beſtiæ,de qua teſtatur Daniel.

Cypr. Quod ipſe Chriſtus ſit ſponſus Eccleſiam habens ſponſam, de qua filij ſpiritualiter naſcerentur, ſcribitur apud Ioel: Canite tuba in Sion,&c.

b Quia propè eſt. In quo auferetur lumen lætitię a Iudeis per Chaldæos : quia oĩa erãt plena pœnis,& cruciatibus, vel damnatis etiam in inferno caligo tenebrarũ reſeruat. F

c Quaſi mane. Sicut aurora conſurgens primum occupat montes. ſic iudiciũ ab excelſis,& potẽtibus incipiet, vt potentes tormenta patiãtur. (Sap. 6.a.) Vel ad literã. Sicut mane citò tenebras fugat, & montes aurora colluſtrat, ita Babyloniorũ ſup terrã veſtrã fundetur exercitus.

d Populus multus, et fortis. Chaldæorũ, ne putetis turbam inualidam. Vel populus angelorum, vt reddã vnicuiq; iuxta opera ſua.

### CAP. II.

a ¶Vt omnis populus qui eſt in Ieruſalem audiat,& timeat. ¶O propheta tu, & tui ſocij manifeſtè prædicare aduentum Nabuchodonoſor vel Romanorum. a ¶In eccleſia. vnde ſupra montem excel. aſcen.&c. b ¶Templo quod mihi ſanctificaui. vel Chriſto.

C Anite tuba in Sion, † vlulate in monte 1
a ¶Vt. ¶Per pœnitentiam. †
ſancto meo. Conturbentur omnes ha- 2
a ¶Dediti terrenis. b ¶Hoc clamate;quia ve.di do. c ¶Vltimæ captiuitatis,vel iudicij, vel finis cuiuſque.
bitatores terræ, quia venit dies domi- 3
a ¶Et non differetur.
ni, quia propè eſt dies tenebrarum, & 4
caliginis, dies nubis,& † turbinis. Quaſi mane expãſum ſu- 5
a ¶Subaudi, ſic veniet, & expandetur ſuper montes, & valles Iudæorum.
per montes populus multus, & fortis. Similis ei non fuit 6

† aurora expanſa.

e Similis ei non fuit a principio, & poſt eum non erit,&c. Non fuerunt Aſſyrij fortiores Romanis, nec Nabuchodonoſor fortior Alexandro maximo rege. Sic ergo intelligendum eſt: Non fuit Gens ſimilis Aſſyriis, nec rex ſimilis Nabuchodonoſor,a principio,ſcilicet, ex quo reges eſſe cœperunt, nec erit vſque in annos generationis,i. vſque ad Alexan-

### NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

* Canite tuba. Hic conſequenter inducit propheta ad lamentum pro vaſtatione terræ fienda per quatuor regna ſupradicta, dicens.

Canite. nõ canticum lætitię,ſed triſtitię,ideo ſubditur, Vlula.

Conturbentur. i. totius Iudææ.

Quia venit dies. i. tempus ſuæ vltionis.

Quia propè eſt. i. tempus multarũ miſeriarum, & calamitatum: Quod potiſſimè habet locũ in prima deſtructione tẽpli per Chaldęos, et ſecunda per Romanos, et in eius prophanatione per Græcos quando Antiochus abominandũ idolũ poſuit in templũ Dei 1.Mac.1

5 Quaſi mane. Mane eſt principium diei, quod cum incipit luceſcere ſuper terram, ſtatim expanditur ſuper totam terram ab oriente in occidentem : & in hoc notat exercituum multitudinem, qui de quatuor regnis ſupradictis venerunt contra Iudęam.

6 Similis ei non fuit. quilibet enim in aliqua cõditione exceſſit alios,

### MORALITER.

† Canite tuba in Sion. Pręcedens capitulum expoſitum eſt myſticè de vaſtatione eccleſiæ per culpam, ideo pręſens cap. conſeq. eſt exponendum myſticè de eius expiatione per pœnam, quod maximè fiet in Antichriſti perſecutione, quæ erit ad purgationem electorum. Sic igitur dicitur: Canite tuba, ſ. prædicationis, de qua Iſaias quinquageſimooctauo a. Quaſi tuba exalta vocem tuam.

† In Sion. i. in eccleſia & quid ſit prędicandum ſubditur.

a ¶ Niſi pœnituerit. ¶ Cum Ieroboam verba Amaſię quaſi vana reſpueret, ille aſſumit authoritatem ſacerdotis dicens ad Amos, b ¶ O propheta Amos.

b bit de terra ſua. Et dixit Amaſias ad Amos: Qui vides gra-

a ¶ In qua natus es, vbi libenter, audiuntur inſani. b ¶ Exerce artem tuam ibi per quam cibos habeas. c ¶ Vt de prophetia viuas,

dere, fuge in terrā Iudā, & cōmede ibi panē & prophetabis

¶ Quia ibi habes multos quos conſueuiſti ſeducere. a ¶ Vbi ego ſum ſacerdos.

ibi, & in Bethel nō adijcies vltrà vt prophetes: quia ſancti-

a ¶ Hunc locum ſanctificauit rex hic ſanctificatur populus. b ¶ Hic rex habet regiam domum, † palatium.

c ficatio regis eſt, & domus regni eſt. Et reſpondit Amos, &

a ¶ Vel eram. b ¶ Hoc humilitatis. c ¶ Hoc veritatis.

d dixit ad Amaſiam: Nō ſum propheta, & non ſum filius ꝓ-

a ¶ Bubulcus, vel paſtor aliorum pecorum. b ¶ Decerpens frondes ſycomorum, & aliarum arborum ad paſtum pecorum.

phetę, ſed armentarius ego ſum † vellicans ſycomoros. Et

† colligens ſylueſtres ficus.

a ¶ Notat ſe ex humili, ad digni officii altitudinem per gratiam aſſumptum, vt in hoc officio magis Deo præcipienti quàm Sacerdoti prohibenti obedire debeat.

tulit me dominus Deus cum ſequerer gregem, & dicit do

e minus ad me: Vade propheta ad populum meum Iſrael. &

a ¶ Cum prohibeas prophetare.

nunc audi verbum domini. Tu dicis nō prophetabis ſuper

a ¶ Decem tribus. b ¶ Non annunciabis iram Dei cultoribus idolorum. c ¶ Ecce digna retributio.

f Iſrael, & non ſtillabis ſuper domum idoli. Propter hoc hæc

a ¶ Bethel. b ¶ Polluetur ab hoſtibus coram oculis tuis.

g dicit dominus: Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij

a ¶ Quam poſſides. b ¶ Menſurabitur ab Aſſyriis, quam dabunt ſeruis & ancillis ſuis. ¶ Hoſtium.

tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo me

a ¶ Qui nunc gloriaris in ſacerdotii dignitate vel poteſtate. b ¶ Aſſyriorum. c ¶ Idololatriis.

h tietur. Et tu in terra polluta morieris, & Iſrael captiuus mi grabit de terra ſua.

## NICOLAVS DE LYRA.

Non poterit ter. *i. non eſt dignum ipſum amplius viuere ſuper terram quia dicit hæc.*

In gladio. *Hæc accuſatio fuit falſa: Amos .n. nō dixerat hoc de Ieroboam, ſed de domo eius, ſeu poſteritate, vt patet per prædicta.*

Et dixit. *Hic conſequenter Amos moleſtatur: vidit enim iſte Amaſias, ꝙ rex parum curauit de ſua accuſatione, quia cognouit eā eſſe falſam, vel quia reputauit verba Amos friuola: ideò tentauit Amos fugare de terra illa. d.*

Qui vides. *i. tu Amos qui dicis te habere Dei viſiones.*

Fuge in terram Iuda. *Vbi audiuntur talia.*

Et come. ibi panem. *Qui dabitur tibi pro tua prophetia.*

Et in Bethel non adiicies. *i. locus dedicatus à rege pro cultu vituli, vt habetur. 3. Reg. 12.*

Et reſpondit. *Hic conſequenter prædicitur calumniatoris pœna, tamen Amos primò reſpondet ironiæ ſibi illatæ ſcilicet, ꝙ prophetaret in terra Iuda pro pane.*

Non ſum propheta. *i. Non ſum de prophetis falſis, qui prophetant pro talibus acquirendis, ſecundum quod dicitur Ezec. 13. c.* Violabant me ad populum meum propter pugillū hordei & fragmen panis, &c.

10 Sed armentarius. *i. habens animalia, quæ erat diuitiæ illius temporis. Q. d. non indigeo victu neceſſario, vt illo prophetizem mēdaciter, ſed ſum verus propheta, ideò ſubditur.*

11 Et tulit me dn̄s, &c. *Ita ꝙ loquor ex inſpiratione diuina, ſic exponit Rab. Sal. Aliqui vero exponunt ſic.* Nō ſum propheta, &c. *i. non ſum tactus actualiter ſpiritu prophetiæ. Sed hæc expoſitio nō videtur cōueniens. Primò quia in toto veteri teſt. & nouo non ſolum dicitur propheta qui actu tangitur ſpiritu prophetiæ, ſed etiā qui conſueuit tangi quamuis actu non tangatur. Secundò, quia ſtatim in eadem ſerie prędixit propheticè punitionem Amaſiæ. d.*

12 Tu dicis non prophetabis, &c. *Volens impedire verbum domini.*

13 Propter. *Hęc erit pœna tua.*

14 Vxor tua in ciuitate fornicabitur. *Ab Aſſyrijs ciuitatē capientibus, qui polluent in occulis tuis vxorem tuam, & occident prolem tuam.*

15 Et humus tua funiculo metietur. *i. extraneis Gentibus diuidetur. Rex enim Aſſyriorum captiuato regno. 10. tribuum miſit illuc Gentes alienas ad poſſidendum terram. 4. Reg. 17.*

16 Et tu in terra polluta. *i. in Aſſyriorum terra multis idololatrijs polluta. Dicit autem Hiero. in prologo huius prophetiæ. 3. quòd Amaſias ſacerdos frequenter plagis afflixit Amos, & tandem filius eius Ozias eum vectè per tempora transfixit, & ſic dolore vulneris expirauit, quod hic non exprimitur.*

CAP. VIII.

Etiam quæ d·ctatus ſum.

HÆc oſtendit mihi dñs Deus:Et ecce† vncinus 1
pomorum. Et dixit: † Quid tu vides Amos? 2
Et dixi vncinum pomorum. Et dixit do-
a Captiuitatis, & interfectionis. b Generaliter ſuper duodecim tribus.
b minus ad me : Venit finis ſuper populum meum Iſrael. 3
a Non negligam neque impunita relinqua... ſcelera eorum ſicut ſolebam.
c Non adijciam vltrà, vt pertranſeam eum. Et† ſtridebunt 4
a Cum venerint Aſſyrii. b N.. n omnes, quia multi trans montes Medorum ducentur.
cardines templi in die illa, dicit dominus Deus. Multi 5
a Terræ eorum. b Ideſt fiet, ablatis habitatoribus qui in conuiuiis ſuis ſolebant reſonare diuerſis inſtrumentis muſicæ artis. 6
morientur, in omni loco proijcietur ſilentium. Au- †
d dite hoc qui † conteritis pauperem, & deficere fa- 7 †

CAP. VIII.

A a HÆc oſtendit. Sequitur. *Vncinum.* Sicut vncino trahũtur rami arborum ad carpenda poma, ita ꝓximare facit tẽpus captiuitatis, vt apertè oſtẽdatur, quid per vncinũ ſignificetur, ſubdit. *Venit.* Per vncinum intelligitur abbreuiatum tempus captiuitatis.

Hieron. * Theodore. Viſio hæc celerem, & expeditam venationẽ Iſrael deſignat. Quẽadmodum enim aues viſco facilè capiuntur, ſic ab Aſſyrijs populus apprehendetur.

* Rupertus. Poſt malorum oſtenſiones principalem eorundem malorum cauſam oſtendi dignum erat. Hæc autem auaritia eſt, radix omnium malorũ, qua infecti Iudęi

† abſorbetis.

B ad omne ſcelus prouentus tandem ad hoc peruenerunt, vt Dominum glorię crucifigerent, ob iſtam maximè cauſam, ꝙ diſputabat contra auaritiam ipſorum, cõprobans generationis illius eſſe homines, qui domum patris feciſſent ſpeluncam latronum. Nam dum oſtenſo vncino pomorum, dicit Dominus. *Venit finis, &c.* Subaudiendum eſt propter vncinum iſtum, ſiue propter illud quod ſignificat. Hanc autem eſſe auaritiam, ſequentia declarant. *Audite, qui conteritis pauperes, &c.* Vnca profectò eſt auaritiæ manus, nec vnquam niſi ad accipiendum extenditur.

Hiero. b *Venit finis, &c.* Poſſunt hæc referri etiam ad tempus captiuitatis, quæ per Romanos facta eſt in vltionem ſanguinis Chriſti. Et hic eſt finis & vltima captiuitas, vltra q̃ non parcit eis Deus: & vlulant cardines templi ſuper occiſum populum† corruentes. Et in omni loco ſparſum eſt ſilentium Iudæis literam legentibus Moyſi, & prophetarum, ſed quia amiſerũt ſpiritum nullam ſpiritualem intelligentiam habentibus. Vbicumque fuerint Iudæi potius muſſitant, quam loquantur, & omnis interpretatio, ſcripturarum eis muta eſt, & ſilens, quia non ponunt aures ad audiendum.

† corruentis.

Dan. 9. * Rupertus. Quis vel qualis finis venit? Profectò malus, & quam malus apud Danielem reperimus his verbis. C Poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. *Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas, & ſtatuta deſolatio, &c.*

Hiero.

c *Et ſtridebunt.* Vlulabunt præ nimia miſeria habitantiũ. Et eſt hyperbolycè dictum, ꝙ cardines portarũ ſentiente põdus miſeriæ vlulent. Et quia facit mẽtionẽ tẽpli, quod erat Ieroſolymis. hoc ad duas tribus pertinere videtur.

* Ruper. Quis nõ audiuit ſtridorem cardinum illius templi, ideſt, ſubuerſionem ciuitatis & ſanctuarij, factam vincentibus Roman...

* Theodoretu... Templi laqueari... vlulatũ appella... clamorem intus... catorũ, & crepitu... lignorũ deflagra... rum. Cęterum m... ti cadentes erunt... omni loco inijci... ſilentium. Tanta... quit, erit cæſorum multitudo, adeo... altũ ſilentium, vt... vias, & vicos vac... tate habitãtium occupaturum.

* Rupertus. H... quam verum ſit... fert Ioſephus, tragædiam illam deſcribens mortuorum multitudin... refert penè incredibilem.

d *Audite hoc.* Ne ſine cauſa videatur cõminatio captiuitatis commemorat offenſas populi: ò Iuda & ò Iſrael a... te, quæ ſcelera feceritis, conteritis pauperem in iudi... vt fame & egeſtate confectus auferatur de terra.

* Rupertus. Audite hæc qui conteritis pauperem, d... tes. Qñ tranſibit meſſis. & venundabimus merces, & De vobis ſermo eſt qui eſtis auari. Dum enim inhia... deſideratis, vt conſumpta meſſe, quę pauperibus part... eſt, poſſitis merces carius vendere. Deſideratis, ſabbat... adeſſe, i. ſeptimum annum quo ſ͠m legem nec licet ſe... nare aut metere, vt tunc repoſitum frumentum ape... tes, pro libito veſtro vendatis, minuentes menſuram & augentes ſyclum, i. pretium compulſo paupere per i... piam, vt ipſas quoque frumenti veſtri quiſquilias, & mercimonio tam infœlici ſtateras quoq; ſupponatis ... loſas: dũ inquam, taliter efficitis, vt in argento poſſide... egenos fratres veſtros (vendunt. n. ſeſe vobis neceſſi... cõpulſi) & pauperes factos poſſidetis pro calceament... ꝓ precio modico, vncino doloſo poma carpitis: & id... co venit ſuper vos finis, qui à Daniele dicitur vaſtitas...

Peruerſi principes, & doctores putant quæſtũ eſſe ...tatẽ, & ſedentes in templo quaſi numularij proponũ... lũbas, non in caueis, ſed in cathedris quaſi magiſtri v... dona Spiritusſancti. Et faciũt mẽſurã minorẽ & mai... vt pauperibus, vel nihil vel parum dẽt, ſed diuitibus l... ſermone loquuntur, & propter penuriam capita pa... ru...

---

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

Diuiſio. * 1 HAec oſtendit, &c. *Poſtquam Amos paſſus fuit iniuriam. Hic conſequenter reſumit ſuam prophetiam. Et diuiditur in duas partes, quia primo denunciat populi deſtructionem, ſecundò, eius reædificationem poſt medium ſequen. ca. ibi.* In die illa. *Prima in duas, quia primò prophetat contra regnum decem tribuum, ſecũdò contra regnum duarum, cap. ſeq. Prima in tres, quia primò contra decem tribus prędicit pœnam ſuccinctè. Secundo arguit crimen auaritiæ, ibi.* Audite. *Tertiò, reſumit pœnam magis diffuſè. ibi.* Iurauit. *Circa primum dicit.*

2 Ecce vncin. *Poma quæ poſſunt manu colligi primò colliguntur, & poſtea illa quæ non poſſunt capi niſi cum vncino quo rami attrahuntur, & ideò per hanc viſionem deſignabatur diuina vltio vltimata abſque retractione, ideò ſubditur.*

3 Venit finis ſuper popu. *Vt pertranſeam eum dimittendo abſque punitione Hebræi dicunt, ꝙ hæc eſt litera. Ecce calathus fi...m ſcilicet peſſimarum quæ nihil valent, ſed proijciuntur, & per h... captiuatio populi deſignatur.*

4 Et ſtridebunt cardines. *In quo adoratur vitulus, & per ...rem cardinum intelligitur deſtructio ędificiorum. In Hebræo a... habetur.* Et ſtridebunt cardines palatij. *Ideſt, palatiorum & principum.*

5 Multi morientur. *Non tamen omnes, quia Aſſyrij aliq... ſeruauerunt vt in captiuitatem ducerentur.*

6 In omni, &c. *ideſt, ab omni loco repelletur, per clamorem ...rientium.*

7 Audite hoc qui conteritis, &c. *Hic conſequenter arg... potentibus crimen auaritiæ, dicens.*

Audite hoc qui conteritis paup. *Ideſt, pauperes ad ... redigitis.*

* Dice...

---

MORALITER.

† 1 *Hæc oſtendit mihi dominus Deus, &c.* Hic ad literã deſcribitũ punitio Iſraelitarũ: per quã myſticè ſignificatur punitio malorũ Chriſtianorũ. Circa quam ſciendum, ꝙ per vncinum fit ſecunda collectio pomorum, ſ. illorum quæ ſunt in alto: & ſic non poſſunt colligi à ſola manu. Vncinus vltimam punitionem ſignificat, & ſic dicitur.

3 *Venit finis ſuper populum meum, &c.* Scilicet peccatorem.

4 *Et ſtridebunt cardines templi, &c.* i. ꝑlati qui grauius ...cant quam alij. Et dicit ſtridebunt, quia de pœna in... dicitur Matt. 8. & 13. Ibi erit fletus & ſtridor dentium.

6 *In omni loco, &c.* Scilicet inferni.

† *Proijcietur ſilentium, &c.* Per clamorem cruciator...

7 *Audite hoc, &c.* Aure mentis, vt pœniteamini ante ...pus huius punitionis.

† *Qui conteritis, &c.* Eò quòd non poteſt ſe defendere

† Dici...

perum conculcant, & non frumentum Dei quod confirmat cor hominis, ſed viliſſimum puluerem auidis faucibus ingerunt. Hæc etiam videntes, cum dominus dicat, *gratis acce. gratis date.*

a *Et quiſquilias.* In tantam rabiem lucri proſiluiſtis, vt nō ſolum frumentum ad ſuſtentationē corporum vendatis, ſed etiam purgamenta frumenti, puluerem & paleas tritico cōmiſcentes.

b *Iurauit.* Qui non comminanti credat vel iuranti.

✱ Theodoretus. Superbiam Iacob vocat iniuſtitiam, quā petulanter in pauperes commiſerunt. Cum autem Dominum iuraſſe dixit, ſuorum verborum veritatem oſtendit. Non inquit in futurum in obliuionem veſtra impia facinora venire patiar, ſed omnem in vos cōmouebo terrā, &c.

B

c *Et Aſcendet.* Ille habitator de captiuitate, ſi egerit pœnitentiam, ſicut Nilus diſpoſitione Dei ſemel in anno irrigat totam Aegyptum, cumulis arenarum claudentibus hoſtia eius ne defluat in mare. Et ſicut poſt irrigationē ſolutis cumulis redit ad alueos, & ingreſſus mare abſorbetur: ſic populus iſte, ſi perſeuerauerit in delictis deſcendet in captiuitatem, vel etiā æternam damnationem.

C

✱ Tertullianus. Quod in paſſione Chriſti accidit, vt media dies tenebreſceret. Amos annuntiat, dicens. *Et erit in die illa occidit ſol media, &c.*

D

d *Et erit.* ✱ Idem. In morte Domini elementa concutiuntur, Dominus enim patiebatur ipſorum. Cæterum aduerſario læſo, cœlum luminibus floruiſſet, magis ſol radijs inſultaſſet, magis dies ſtetiſſet, libēter ſpectans pendentē in patibulo Chriſtum Marcionis. Hęc argumenta quoque mihi competiſſent, & ſi non fuiſſent p̄dicata. *Cælum* inquit Eſaias, *veſtram tenebris.* Hic erit dies de quo & Amos. *Occidet ſol meridie.*

li. adu Iud. cap. 10. lib. 4. adu. Marc. c. 42. Luc. 23. f. Hieronym.

Iſa. 50.

Poſſunt hæc referri ad tempus paſſionis Chriſti, quando ſexta hora ſol non ſuſtinens dominum videre in cruce, retraxit radios: & quādo obcæcatis cordibus Iudæorū in die luminis verus ſol occubuit, & aduenientibus Romanis, feſtiuitates, & cantica eorum verſa ſunt in luctum: & ex illa die omnia repleta ſunt lachrymis, & pœnitudine, & cilicio & decaluati ſunt, quia Chriſtum non habent, qui eſt operimentum omnium electorum tunc populus Iſrael quondam primogenitus Dei, æterno luctui traditus eſt.

E

e *Super om. cap.* Loquitur ſecundum conſuetudinem veterum qui poſiti in triſtitia radebant ſibi capita, vel quorum capita ab hoſtibus in captiuitate radebantur.

Mos antiquorum in triſtitia.

☞ *Ecce*

a¶ Ideſt tempus meſſionis, quo finito carius poterimus vendere merces noſtras quas in meſſe collegimus.
citis egenos terræ, dicentes: Quando tranſibit meſſis, & ve 1
a¶ Quando tranſibit vt apertis horreis liceat vendere frumentum. 2
nundabimus merces et ſabbatū, & aperiemus frumentum 3
a¶ Quia minorem in vendendis mercibus, maiorem menſuram in accipiendis faciunt. 4
b¶ Maiori precio vendamus quam emamus. 5
vt imminuamus † mēſuram, & augeamus ſiclum, & ſuppo 6
a¶ Et hoc ideo. b¶ Ideſt, per vſuram. 7
namus ſtateras doloſas: ūt † vt poſſideamus in argento ege- 8
a¶ Tam viles habetis homines, vt impleatur in vobis quod ſupra dixi: Vendidiſtis argento iuſtum, & pauperem pro calciamentis.
a nos, & pauperes pro calceamentis, & quiſquilias frumēti 9
a¶ Propter hoc. b¶ Contra. c¶ Deus ſuperbis reſiſtit. d¶ Non obliuiſcar, ſed memoriter tenebo peccato eorum, vſque ad finem & tempus iudicii. 10
b vendamus. Iurauit dominus in † ſuperbiā Iacob, ſi oblitus 11
¶ Malo quod agunt. 12
fuero vſque in finem omnia opera. Nunquid ſuper iſto 13
a¶ Contra eos a lætitia ad triſtitiam. b¶ Habitatores terræ. 14
c¶ Non colonus & aduenus, ſed habitator.
non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator e- 15
c ius? Et aſcendet quaſi fluuius vniuerſus & eijcietur, & † †
a¶ Captiuitatis decem & duarum tribuum.
d defluet quaſi riuus Aegypti. Et erit in die illa dicit domi- 16
a¶ Omnis lætitia tranſibit ab eis in aperta captiuitate.
b¶ Triſtitia replebo habitatores huius terræ manifeſtatione huius captiuitatis.
nus: occidet ſol in meridie, & tenebreſcere faciam terram 17
in die luminis. Et conuertam feſtiuitates veſtras in lu- †
a¶ Quin eratis ſoliti cantare cantica lætitiæ. †
ctum, & omnia cantica veſtra in planctum. Et inducam 18
e ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, & ſuper omne †

† per celſitudinem ſuam.

† abſorbebitur veluti fluuius Aegypti

F

NICOLAVS DE LYRA.

✱ Dicentes. *Cum deſiderio.*
Quando tranſibit meſſis. *i. abundantiæ tempus, vt ſic tempore careſtiæ blada vendamus carius.*
Et ſabbatum. *In quo fit quies à venditione.*
Et aperiemus. *Ideſt, horrea frumenti.*
Vt imminuamus menſuram. *Doloſè.*
Et augeamus ſiclum. *Ideſt, precium.*
Et ſupponamus ſtateras. *In pondere monetæ.*
Vt poſſideamus in argento egenos. *Quia compellentur nobis vendere in ſeruos.*
Et pauperes pro calciamentis. *In Hebræo habetur: Pro clauiris, & exponatur vt ſupra. 2. ca. circa medium.*
10 Et quiſquilias. *Ideſt, purgamenta, quæ non debent vendi cum frumento, ſed eijci.*
11 Iurauit. *Hic reſumit propheta pœnam populi magis diffuſè explicando: & primò quantum ad pœnam corporalem, ſecundò quantum ad ſpiritualem, ibi:* Ecce dies. *Circa primum dicitur.* Iurauit dominus. *Ideſt, firmiter diſpoſuit & irreuocabiliter.*
12 In ſuperbiam. *Ideſt, contra ſuperbiam populi. 10. tribuum.*
13 Si oblitus fuero. *Ideſt, non obliuiſcar, ſed puniam eorum opera mala.*
14 Nunquid ſuper iſto non commouebitur. *Quaſi dicat immò commouebitur afflictione magna.*
15 Aſcendet quaſi fluuius. *Per hoc deſignatur captiuitas populi futura, ſicut aquæ fluminis tranſeunt de loco ſuæ originis ad loca longinqua.*
16 Occidet in meridie. *i. tempore quo ſperabant proſperitatem ſuperueniet aduerſitas, & idem intelligitur per hoc quod ſubditur.*
17 Et tenebreſcere faciam *Eſt enim expreſſio eiuſdem ſententiæ per alia verba ad maiorem exaggerationem.*
18 Et inducam ſuper omne dorſum. *Sic enim ducebantur captiui*

*MORALITER.*

† *Dicentes quando tranſibit meſſis.* Vt ſic poſſimus mouere litem cum innocentibus, qui tempore meſſis ſunt in pace.
3 *Et ſabbatum.* In quo non licet operari.
4 *Et aperiemus frumentum.* Ideſt, exponemus venale cum multis tamen fraudibus, ideò ſubditur.
5 *Vt imminuamus menſuram.* In ſeruos & ancillas, eò quòd non poterunt ſe liberare à debito erga nos.
10 *Et quiſquilias frumenti vendamus.* Ideſt inutilia miſcendo bono frumento.
11 *Iurauit.* Hic ponitur doctorum pœna. Et primò corporalis cū dicitur: *Iurauit dominus in ſuperbiam Iacob, &c.* i. firmiter ſtatuit eam punire: & per Iacob qui ſupplantator interpretatur, ſupplantantes innocentes dictis fraudibus ſignificantur.
14 *Nunquid ſuper iſto non commouebitur terra? &c.* Q. d. ſic per guerras & peſtilentias inſurgentes ex Dei iudicio.
15 *Et aſcendet quaſi fluuius.* Superplantator malignus intumeſcens ſuperbè.
† *Et eijcietur.* De ſua poteſtate.
16 *Occidet.* i. proſperitas ſuperbi cadet in ætate ſua virili, ſicut frequenter contigit.
† *Et conuertam feſtiui.* Scilicet mundanas & ineptas.
† *In luctum.* Propter gaudium veſtrum ineptum.
18 *Et inducam ſuper omne dorſum veſtrum.* Propter curioſitatis exceſſum.
† *Et ſuper omne calui.* Pro criſpatione crinium.

A a *Ecce dies veniunt dicit dominus.* Mittit Deus in eos qui terrena ſapiunt famem audiendi verbum Dei, quando propter peccata populi deficit doctrina in eccleſijs, & à mari. Ideſt, a falſis & amaris fluctibus, veniunt rurſus vſque ad mare. Ideſt, ad amara: quia non occurrunt eis dulciſſimi fontes, & ab aquilone vſque ad ori. cupiunt deſerere aquilonem duriſſimum ventum, & peruenire ad orientem, ſed nõ poſſunt inuenire, quia non recto itinere pergunt, ſed deuijs anfractibus circumeunt.

Hieron. Remigius.

Nota de ſacra ſcriptura.

Sacra ſcriptura in quibuſdam locis aqua vbi eſt, facile pcipitur, in quibuſdã B panis, vbi difficilior intellectus, & conteri oportet.

✲ Theodoretus.

† 32.q.5.c.ſi Paulus.

Famem, & caritatẽ inueham, non frugis, aut aquæ: ſed prophetiæ, & diuinæ doctrinæ; atque aquarũ more huc illuc erroribus vagantes circuncurſabunt, verbum Dei inquirent, & deſiderato fruſtrabuntur, ſed & virgines elegantes, & cum his enutriti iuuenes ſiti oppreſſi ad necem tradentur.

b *In*

b *In illa die.* Cum aufert Deus in eccleſia intelligentiam diuini eloquij, moriuntur virgines. Ideſt, animæ ſubditorum, quæ habent prudentiam per abſtinentiam malorũ ſed ſunt fatuæ: quia non habent lumen veritatis. Subtracto verbo vitali, perit prudentia, moritur caſtitas, ceſſant virtutes: deficient bus virginibus. Et adoleſcentes. Ideſt qui fortiter vicerũ mundum deficiũt ideò, quia iurant in idolo Samariæ, i. eſt, firmãtur in dogmatibus hæreticorum qui per Samariam intelliguntur. Qui hæretici etiam deſiderant viã Berſabee, quę eſt in tribu Iuda, quia multi hæretici deſiderant imitari ſacramenta eccleſię.

c *Et viuit.* Per quam imus adorare Deum eius. Adeo errabant decem tribus, vt non ſolum adorarent vitulum in Dan, quæ eſt ciuitas in vltimis finibus eorum, ſed longo itinere ibant in Berſabee quę eſt ciuitas in termino tribus Iudę, adorare idola, quę duę tribus quondam adorauerunt.

a¶Terram. b¶Tantus erit luctus & triſtitia, vt vincat dolorem matris, quem habet de morte filij vnici.

caput caluitiũ. Et põnam eam quaſi luctum vnigeniti, & 1
a¶Nouiſſimam captiuitatem quaſi diem iudicij, alias mortis, b¶Reſurrectionis.
a nouiſſimã eius quaſi diem amarum. †Ecce dies veniunt, di 2
a¶Iudæorum. b¶Ad ſuſtentationem corporis, quæ fames cogit aliquando veſci humanis carnibus, ſed famem verbi diuini ad reſurrectionem animæ, quæ miſſa eſt in Iudæos poſt reſurrectionem domini, hæc fames grauius vrget quam illa quæ eſt corporis.
cit dominus, & mittam famem in terrãm, non famẽ panis 3
neque ſitim aquę, ſed audiendi verbum domini. Et com- 4 5
a¶Preſſi, hac fame. b¶Britannico c¶Atlanticum. d¶Toto orbe peregrini.
mouebũtur à mãri uſque ad mãre, & ab aquilõne uſque ad 6 7
a¶Legendo & meditando dicta prophetarum, & non inuenient, quia negant verbum Dei, quod factum eſt in manibus omnium prophetarum, quod erat apud patrem, & caro factum habitauit in nobis.
orientẽ circumibunt quærentes verbum domini, & non 8 9 10
a¶Cum miſero famem. b¶Synagogæ, quæ olim virgines in patribus. c¶Ideſt, doctores ſynagogarum. ¶Deficient. ¶Verbi Dei.
b inuenient. †In illa diẽ deficient uirgines pulchrę, & adoleſ- † 11
a¶Modo. b¶Ideſt, in idolo vel peccato. c¶Sicut iuramento Dei dicebatur. Viuo ego dicit dominus. Sic illi è contra. Viuit Deus tuus Dan.
ſcentes in ſiti, q iurãnt in delicto Samariæ, & dicunt. Viuit 12 13 14
a¶In captiuitatem illi qui ita iurant. b¶Non reuertentur de captiuitate ad priorem fœlicitatem.
Deus tuus Dan: uiuit uia Berſabee. Et cãdent, & nõn re- 15 16
c ſurgent ultrà.

☞CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

C ✲ *captiui induti ſacco, & capita raſi, ſecundũ quod dicitur Deut. 32.f.* De captiuitate nudati inimicorum capitis.

1 Et ponam eam, quaſi luctum vnigeniti. *ideſt, in tanta amaritudine, ſicut eſt mater lugens vnigenitum.*

2 Ecce dies. *Hic conſequenter explicatur pœna ſpiritualis, cum dicitur.*

3 Et mittam fam. in terram non famem panis, neque ſitim, &c. *Scilicet ſolum.*

4 Sed audiendi ver. *Iuſto enim Dei iudicio factum eſt, vt populus decem tribuum qui prophetas partim fugauerat, imminente tribulatione eorum per Aſſyrios, quæreret conſilium a prophetis, & non inueniret, ideo ſubditur.*

5 Et commouebuntur à mari vſque ad ma. *i. a mari mediteraneo vſque ad mare Galilææ.*

6 Et ab aquilone. *Ideſt, a termino aquilonari regni decem tribuum.*

7 Vſque ad orientem circumibunt. *Ideſt, vſque ad terminum orientalem.*

8 Quærentes verbum domini. *Per omnes partes ſui regni.*

9 Et

9 Et non inuenient. *Quia non ſunt digni ratione præcta.*

10 In die illa deficient virgines pulchræ. *A ſua pulchtudine.*

11 Et adoleſcentes. *A ſua fortitudine.*

12 In ſiti. *Scilicet corporali ex quo patet quod dictum eſt, quum defectu cibi & potus corporalis fuit etiam defectus cibi ſpiritualis.*

13 Qui iurant in delicto Samariæ. *Ideſt, in vitulo quem fi Ieroboam rex Samariæ, & in hoc faciebant ei reuerentiam, quia mines per maiorem ſui iurant ad Hebr. 7.*

14 Et dicunt. Viuit Deus tuus Dan. *Ibi enim fuit poſitus nus de duobus vitulis a Ieroboam factis. 3. Reg. 12. & ei attribbant deitatem, hoc modo iurando.*

15 Viuit viuit via Berſabee. *i. ille pro cuius adoratione in Berſabee: Ibi enim vigebat idololatria, vt dictum eſt ſupra. 5. Sciendum tamen, quòd iſta Berſabee eſt alia ab illa quæ eſt in terno auſtrali terræ promiſſionis, quæ eſt in tribu Iuda, de qua dicit 3. Reg. 19. ꝙ Elias venit in Berſabee Iuda, ad differentiam iſtius quæ non eſt in Iudæa.*

16 Et cadent & non reſurgent. *i. illa captiuitas. 10. tribu non fuit relaxata, vt frequenter ſupra dictum eſt.*

✲CAP.

*MORALITER.*

† 2 *Ecce dies veniunt, dicit dominus.* Hic ſecundò ponitur pœna ſpiritualis, cum dicitur.

3 *Et mittam famem in terram non famem panis, &c.* Quoniam propter mala potentum aliquando terra ſupponitur interdicto: & ſic ceſſat diuinorum ſolennis celebratio, verbi diuini prędicatio ſaltem in parte.

† *Deficient virgines pulchrę.* Mulieres minuentur a deuotione.

11 *Et adoleſcentes.* In ſiti ſcilicet iuſtitię.

† MORA.

## ADDITIO.

In capitulo octauo. *Vbi dicitur in Poſtilla. Quando tranſibit meſſis.*

*Hoc quod dicitur:* Quando tranſibit meſſis, & venundabimus merces & ſabbatum, & aperiemus frumentum. *exponitur a quibuſdam Hebręorum de menſe emboliſmali, qui fiebat communiter ſemel in triennio quando faciebant tredecim menſes in anno: ex quo ſumebant diuites cupidi occaſionem vendendi carius victualia ex mutatione feſtiuitatum. Similiter quod dicitur Sabbatum, intelligunt de ſabbato terrę, quod fiebat in ſeptimo anno, & tunc ceſſabant ab agricultura, vt habetur Leui. 25. ex ceſſatione carius vendebantur victualia, & tunc ſumebant cum occaſionem ad minuendum menſuram, qua talia vendebant, augendum ſiclum, ſcilicet monetæ quam in precium recipere debebant ſic dupliciter defraudabantur pauperes ementes ex tali cariſtia currente.*

C A P. IX.

• Quia velamen erat remotum ab oculis.

a Vidi dominum ſtantem ſuper altare & dixit. 1 2
Percute † cardinem, & commoueantur † 3
ſuperliminaria. † Auaricia enim in capite † 4
hominum, & nouiſſimum eorum in gladio 5 6

a ¶ Voluit Sedechias fugere in Aegyptum, nec potuit. b ¶ Il. qui peruenerunt in Aegyptum, ibi non ſunt ſaluati. 7

interficiam. Non erit fuga eis, & qui fugerit ex eis, nõ ſalua 8

a ¶ Hyperbolicè, etiam ſi hæc fecerint, non poterunt euadere. ¶ Sicut factum eſt in Dathan & Abyron, qui ante ſunt ſepulti quam mortui. b ¶ Non quod ante reſurrectionem aliquis retrahatur, ſed etiam in inferno poſiti ſunt in poteſtate Dei.

b bitur. † Si deſcenderint vſque ad infernũ, inde manus mea 9 10

a ¶ Sicut Enoch & Elias cum corporibus rapti in cœlum, Dei reſeruntur arbitrio.

educet eos, & ſi aſcẽderint vſq; in cęlũ, inde detraham eos, 11 12

a ¶ Qui denſiſſimam habet ſyluam. b ¶ Aliquid melius. 13

& ſi abſcõditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutãs au- †

a ¶ Si voluerint ſe abſcondere ab oculis meis vilſouas voluit.

ferã eos. Et ſi cęlauerint ſe ab oculis meis in profundo ma 14

a ¶ Sicut mandauerat de Iona. b ¶ Vt ſuſcipiat eos. ¶ Leuiathan, vel ceto. c ¶ Faucibus deuorabit quaſi hoſtis. d ¶ Quod ſub ænigmate dixerat, apertius ponit.

ris, ibi mãdabo ſerpenti et mordebit eos. Et ſi abierint in 15 16

a ¶ Miniſtris Sennacherib & Nabuch.

captiuitaté coram inimicis ſuis, ibi mãdabo gladio, & oc-

a ¶ Nec ſeruitus liberabit à morte. b ¶ Quaſi iratus. c ¶ Qui poterunt mortem effugere. d ¶ Vt per tormenta ad pœnitentiam compellantur.

cidet eos. Et ponam oculos meos ſuper eos in malum, & 17

¶ Faciet hoc. a ¶ Qui eſt tantæ potentiæ ne putetis inſufficientem ad hoc. 18

c non in bonũ, † & dominus Deus exercituũ, qui tangit ter- 19

C A P. IX.

Vidi domi. * Rupertus. Adhuc depromitur, & magis ac magis declaratur ſententia vindex contra prędictam ſuperbiam Iacob, cũ dicit *Auaritia in capite omnium.* Nam cum auaritia [...]e ſuperbia quoque [i]actari teſtis eſt ſapiens vir, qui cũ diceſſet. *Auaro nihil eſt [sce]leſtius,* continuò [su]biũxit. *Quid ſuperbis, terra & cinis* Diuitiarum namque comites ſuperbia eſt, id[e]ò Apoſtolus. *Diuitibus* (inquit.) *huius [mu]ndi precipe non ſublimè ſapere.*

* Remigius. Antiſiodorẽſis. *Vidi Dominum ſtantem ſuper altare & dixi*, Prophe[tæ], vel angelo: nõ ſuper altare Bethel aut [Dan] ſtabat; ſed ſuper [alt]are quod erat in [Ie]ruſalẽ. *Percute cardinem*, Ideſt, percutiẽ[d]um denũtia à Nabuchodonoſor tẽplum, i. cunctũ populũ. *Auaritia enim* [ho]c eſt, cupiditas re[ru]m temporalium, *in capite omnium*, i. in [pr]incipibus, vel in [pa]rẽte omnium, *& nouiſſimum* ſubaudi, omnium hominũ, *in gladio* Nabuchodonoſor & Chaldæorum interficiam.

[b] *Si deſcenderint vſque ad infernum, &c.* * Rabi Ionathan. [Si] aſcenderint ad ædificia alta in cœlum erecta. & ſi con[fu]gerint ad culmina turrium caſtrenſium: & ſi fugerint [a]d inſulas maris, &c.

* Theodoretus. Si inquit, in infernum deſcenderint, inde eos manu ſubtraham, ſi in cęlum aſcenderint quod [n]on fieri poteſt, hinc eos deijciens hoſtibus tradam.

Cum anima corporeis vinculis laxata propter tenuitatem ſubſtantiæ volandi habeat libertatem, vel ad inferna ducitur (de quibus ſcriptum eſt. *Conuertantur peccatores in infernum.* Et item: *in inferno quis confitebitur tibi?*) vel ad celeſtia ſubleuatur. (*Sunt enim ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus* etſi ſibi ſcientiam verę circuncißionis vendicauerunt. Hoc enim interpretatur Carmelus) & ſi humilitate contenta habitet in montibus, ibi ſcrutantem manum Dei nõ euadit. Et ſi deſperans ſalutem oculos Dei vult vitare, & in vltimos falſorum fluctuum terminos peruenire, ibi etiam mandat Deus tortuoſo ſerpenti, & ille vltor mordet. Capta quoque vicijs gladio Dei punitur, & ponit eos oculos ſuper eam in malũ & non in bonum, vt per cruciatus & ſupplicia reuertatur ad Deum. In infernum viciorum deſcenditur deſperãdo, ſed inde potentia Dei educit. In cęlum aſcenditur, ſuperbiendo, ſed inde detrahit. Duo ſunt Carmeli: vnus inter Phœnicen, & terrã promißionis vbi orauit Elias, alter in tribu Iuda ad auſtrum vbi Nabal Carmelites fuit.

D Pſal.9.b. Ibi.6.b. Ephe.6.c. † ſuperliminare. † omnium. E 1.Reg.18.g. 1.Reg.25.2. † at

c *Qui tangit terram.* * Chaldæus. Irato Deo contra terrã, deuaſtabuntur omnes habitatores eius, aſcendetque contra eam rex cum exercitu magno, & operiet eam quaſi aquis fluuij, demergeturque quaſi fluuius Aegypti.

F Hiero. Si terra inſenſibilis ſentit creatorem ſuum & ad nutũ illius concutitur, quantò magis homo fragilis, cuius anima in vaſe fictilis corporis.

☞ Alleg.

NICOLAVS DE LYRA.
C A P. IX.

Vidi dominum ſtantem. *Hic Amos prophetat contra regnum duarum tribuum. Et diuiditur in tres partes; quia primò ponitur acerbitas, ſecundò eius ineuitabilitas, ibi.* Non erit. *Tertiò rationabilitas, ibi.* Nunquid. *Circa primum dicit.*

1 Vidi dominum. *Scilicet holocauſtorum, quod erat in Ieruſalem metropoli duarum tribuum.*

2 Et dixit. *Executoribus ſuæ iuſtitiæ.*

3 Percute cardinem. *Scilicet templi.*

4 Et commoueantur ſuperliminaria. *Per quod deſignabatur deſtructio templi futura ſub rege Sedechia. Et ſubditur cauſa tamen partialis cùm dicitur.*

5 Auaritia enim in cap. hom. *Ideſt, in rege & principibus & ſacerdotibus.*

6 Et nouiſſimum. *Ideſt, minimum de populo.*

7 In gladio inter. *Per hoc deſignabatur, quod à maioribus vſque ad minimos omnes ſubijcerentur regi Babylonis armorũ violentia, & ſic adimpletum fuit ſub Sedechia. 4. Reg. vl.*

8 Non erit. *Hic conſequenter ponitur pœnæ ineuitabilitas cùm dicitur.* Non erit fu. *Scilicet ad euadendum ſimpliciter quia ſi fugerint, ad horam poſtea capientur, ideò ſubditur.* Et qui fu.

9 Si deſcen. *Id eſt, in locis ſubterraneis ſe abſcondendo.*

10 Inde manus mea, &c. *Id eſt, poteſtas mea.*

11 Educ. eos, &c. *Per Chaldæos qui quærent eos ibi & inueniẽt eos.*

12 Et ſi aſcen. &c. *Fugiendo ad montes altos quorum cacumina videntur tangere cœlos.*

13 Inde detra. eos. *Per Caldæos ibi eos inſequentes.*

14 Et ſi cælauerint. *Ideſt, ſi poſſent hoc facere.*

15 Ibi mandabo. *Ideſt, per hoc non ſaluarentur.*

16 Et ſi abierint, &c. *Ibi enim tanquam viles perſonæ & abiectæ occidebantur pro modica cauſa.*

17 Et ponam oculos, &c. *Inducendo ſuper eos malum pœnæ.*

18 Et domi. Deus. *Ideſt, angelorum ipſe ſcilicet eſt.*

19 Qui tangit. *Duarum tribuum virga iuſtitiæ ſuæ.*

*MORALITER.*

† *Vidi dominum ſtantem.* Hic Amos prophetat contra regnum duarum tribuum in quo erat domini templum. Et per hoc ſignificatur comminatio Dei ſuper miniſtros eccleſiæ militantis, cum dicitur. *Vidi dominum ſtan.* Ideſt, ſuper miniſtros eccleſiæ ad punitionem ſuæ maliciæ.

3 *Percute.* Ideſt, malum pontificem.

4 *Et commo. ſuperliminaria.* Ideſt, punientur mali clerici ab eo ſupportati, & ſubditur cauſa, cùm dicitur.

5 *Auaritia enim in ca. ho.* Qui caput eſt eorum.

6 *Et nouiſſimum, &c.* Ideſt, minimus de clero Dei vindictã non euadet.

8 *Non erit fu. eis.* Scilicet à Dei vindicta ideo ſequitur.

9 *Si deſcende. vſque ad infer.* Ideſt, ſi recurrerint ad conſulẽdũ dæmones pro ſua euaſione, ſicut fecit Saul. 1. Reg. 28.

10 *Inde manus mea,* Recurſum ſuum fruſtrando.

12 *Et ſi aſcen.* Sanctos deprecando non iuuabuntur ab eis, quia ſunt indigni.

† *Et ſi abſc.* Ideſt, ſi fuerint confuſi de orationibus religioſorum eis non valebit quia ponunt impedimentum.

14 *Et ſi cal.* Quaſi dicat hoc eſt impoſſibile, *quia nuda & aperta ſunt oculis Dei omnia,* ad Hebræos. 4. d.

16 *Et ſi abierint.* Q.d. ibi perſequar eos ſuperaddendo afflictionem.

18 *Et do.* Q.d. non poteſt effectus eius impediri.

Alleg. Cum Deus Concutit terram alicuius, concuſſus
A ſcelera ſua intelligens, vertitur in luctum, & ita aſcendit dominus quaſi fluuius cōſummationis vt opera terrena cōſumat, & deſcēdit ſuper peccatorē quaſi flumen Aegypti, vt in amaritudinē tormentorū impetu Dei trudatur.

a *Qui ædificat.* Quotidie dominus ędificat aſcenſionem in cœlo, cum ſanctos ſuos de imo trahit ad cęleſtia quibus ipſe pręſidet, & in eis aſcendit. Vocat etiā quemlibet incredulum ad fidem ſuā, & edomat et coquit ardore ſpiritusſancti, & poſtea effundit, cum ille longè lateq; prædicat magnalia Dei, *vt vbi abūdauit delictum ſuperabundet gratia.*

† profundum erit vel demergetur.

† ſuprà. 5.c.

Rom.3.d.

B b *Et faſciculum.* In gregem credētium. Iſte faſciculus vna Dei religione conſtrictus eſt: vnde & ipſa religio à religādo & in faſce domini vinciendo nomen accepit.

a ¶ Ideſt. Deficiet. b ¶ De duodecim tribubus. c ¶ De captiuitate omnis ille populus ſi pœnitentiam egerit, ſicut Nilus ad irrigandam terram aſcendit. Et ſi non pœnituerit, defluet de terra ſua ſicut Nilus cum impetu deſcendit in mare.

ram & tabeſcet, & lugebunt oēs habitantes in ea. Et aſcen-
det ſicut riuus omnis, & † defluet ſicut fluuius Ægypti. Qui 1 2

a ¶ Subaudi faciet hoc.

a ædificat in cęlo aſcenſionem ſuā, & faſciculum ſuum ſuper 3

a ¶ Fide & religione. b ¶ In aera & calore ſolis dulcoratas eff. eas ſu.fa.ter.

b c terrā fundauit, † Qui vocat aquas maris, & effundit eas ſup 4
faciem terrę, dominus nomen eius. Nunquid nō vt filij Æ- 5
d thiopum vos eſtis mihi filij Iſrael, ait dominus? Nunquid 6 †

¶ Vel Phi iſthæos. a ¶ adduxi

non Iſrael aſcendere feci de terra Ægypti, & Palęſtinos dē 7

¶ Qui modo habitant in Damaſco. a ¶ Quæ eſt ciuitas Lybiæ vltra Aegyptum. b ¶ Qui non accipit pecunias.

e Cappadocia, & Syros de Cyrēne? Ecce oculi domini Dei 8 9

a ¶ Cuiuſcumque Gentis.

ſuper regnum peccans, & conteram illud à facie terræ. 10

a ¶ Puniens omnia regna terræ. b ¶ Miſericors dominus miſericorditer loquitur de populo ſuo. 11
¶ Ita vt penitus deleatur. ſed rel quiæ ſaluæ erunt. 12

f Verumtamen conterens non conteram domum Iacob, 13

a ¶ Miniſtris meis Antiocho Epiphani, & ſucceſſoribus Alexandri. b ¶ Diſperdam.

g h dicit dominus. Ecce enim mandabo ego, & † cōcutiam 14

c *Qui vocat aquas maris, &c.* * Theodoretus. Oſtendit poteſtatis opera, vt ex his confirmet minas.

* Rupertus. Maris nomine interdum gentilitas ſignificatur, vt illic. *Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.* Ideſt. Non timebimus tribulationes futuras, quæ tunc erunt, quando turbatis & repellentibus verbum Domini Iudæis, transferentur Apoſtoli in medium gentium. Itaque *qui vocat aquas maris, & effundit, &c.* Idem eſt. Qui homines gentiles falſas & inſipidas habentes aquas ſecularis ſcientiæ ſurſum vocat & cœleſtia facit ſapere, conſtituitque doctores, vt tam loquendo, quàm ſcribendo, compluant terrā eccleſiæ. Quis hæc tanta & talia facit? *Dominus* inquit, *nomen eius*: quia reuera non poſſet talia facere, non poſſet de mortuis reſurgens in cęlo aſcenſionē ſuā ædificare, niſi eſſet Dominus.

Pſal.45.

C

d *Nunquid non vt.* Gloriabantur Iudæi quòd erant de ſtirpe patrum quibus loquutus eſt Deus, quòd etiàm de Aegypto educti contra hoc dicit dominus. Sicut creaui vos, ita & Aethiopes. Sicut eduxi vos de Aegypto, ita & iſtos alios de diuerſis partibus adduxi: ergo ne ſuperbiatis, quia æquali conditione facti, æquali ſententiæ ſubiacebunt.

Hieronym.

Iudic.2.d.

Alleg. Aethiopes nigri ſi pœnitent poſſunt verti in filios Dei: Cappadoces qui iacebant ſub frigido aquilone vertuntur in Palœſtinos, vt depoſita ſuperbia cadant bibentes. Ideſt, ſentientes iudicium Dei. Syri. Ideſt, ſublimes transferuntur de Cyrene. Ideſt, infirmo pariete, qui erant vicini amaro mari & Syrtibus, & incipiunt ſublimes eſſe in bono. Econtrà filij Dei ſi aberrāt, vertuntur in Aethiopes; quia oculi domini ſupra omnia regna peccātia, quæ oſtendit diabolus domino. Vnde Apoſtolus. *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore:*

* Theodoretus. Cum eadem ſit natura, qua Aethiopes, cæteriq; homines, maiori ſtudio tamen præter omnes curati eſtis. Id quod explanauit, ſubiunxit. *Nunquid non Iſrael, &c.* Priores patria relicta, alij in translati in alienas terras peruenerunt, vt Syri, & alienigenæ: ſed alia cōditione quam vos. Nam illorum ſoli euerſionem & commigrationem celebrat nemo, veſtrā omnes homines in ore habent. Age vero, illi quidem cum migrarunt cum alijs habitantes, ad illorum leges ſe accommodare coguntur: vos contrà indigenas ſuperaſtis, atque eos omnes funditus interemiſtis: cumque auxilio meo vteremini, terræ eorum domini effecti eſtis.

e *Ecce oculi Domini ſuper regnum peccans, &c.* * Remigius. Deus omnipotens ideo oculos dicitur habere, quia omnia videt, non ſolum præſentia, ſed etiam præterita atque futura.

* Rupertus. Quod autem, vel cuius gentis regnū tantum peccauit, quàm illius quæ prophetas occidit, & ipſum prophetarum dominum crucifixit.

f *Verumtamen conterens.* Quamuis perſeuerantes in malo conterat, illos qui ſupplantant vicia & uincunt in certamine non occidet.

g *Mandabo.* Vel mundabo. Ideſt, pro emundatione corripiam in præſenti & concutiam in die iudicij domum Iacob, ideſt, eccleſiam vbique diſperſam.

h *Et concutiam in cribro.* * Ruper. Conteram domū Iacob in reprobis, ſed non conterā in electis. Nā dū diſpergūtur, dū occiduntur, impoſſibile eſt perire Deo quemq̄ ex illis quos præſciuit, & prædeſtinauit. Pulchra aūt ſimilitudinē hic docet Prophe. Cūcta tribulatio ſiue anguſtia, qua c... tribulati Iudæi, in oēs gētes ſunt euentilati, velut cōmiſſi cribri

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et aſcendet ſicut. *Per hoc deſignabatur duarum tribuum generalis exterminatio ſcilicet per fluxum aquæ, ſicut dictum eſt ca. præcedenti de decem tribubus.*

2 Qui ædificat in cœlo aſcenſionem *Hoc dicitur, quia licet Deus ſit vbique, tamen eius maieſtas relucet in cælo.*

3 Et faſciculum. *Per faſciculum intelligitur regio elementaris, quæ modica eſt reſpectu ambitus cæleſtis.*

4 Qui vocat aquas mar. *Quia vapores humidi eleuantur inde pro maiori parte.*

5 Effundit eas. *Reſoluendo vapores in pluuias.*

6 Nunquid. *Hic conſequenter oſtenditur prędictæ punitionis rationabilitas, cum dicitur.* Nunquid non Iſrael aſcendere feci de terra. *Q.d. ſic educendo eos de dura ſeruitute ad terram fluentem lacte & melle, & ideo huius beneficij ingrati ſunt magis digni punitione.*

7 Et Palęſtinos. *Ideſt, Philiſthæos.*

8 De Cappadocia. *Quaſi dicat ſic: & hoc habetur Gen. 10.*

9 Et Sy. de Cy. *Quaſi dicat transfero Gentem de terra ad terram, prout placet voluntati meę, & aliquando propter demeritum ſuę culpę, ideo ſubditur.*

10 Ecce oculi. *Eius peccata conſiderando & puniendo, ideo ſubditur.*

11 Et conteram &c. *Totaliter deſtruendo: temperat tamen iſtum rigorem quantum ad Iudęos, dicens.*

12 Veruntamen conte. non. *Ideſt, deſtruam omnino.*

13 Domum Iacob dicit. *Sed per orbem diſpergam. Ideo ſubditur.*

14 Ecce enim. *Sicut concutit triticum in cribro. Ad hoc enim concutitur granum in cribro, vt purgetur, ſic enim, pœnę à Deo inflictę ſunt peccatorum purgatiuæ quando patienter tolerantur.*

* E

## MORALITER.

† 1 *Et aſcendet.* Exponatur ſicut in capitulo præcedenti.

2 *Qui ædifi.* Hic loquitur de bonis eccleſiæ miniſtris dicens. *Qui ædificat aſcen. ſu.* diuina contemplando.

3 *Et faſciculum.* Opera pietatis exarſcendo.

4 *Qui vocat aquas. ma.* Ideſt, vere pœnitentes ad ſui cognitionem.

5 *Et effun.* Per ſanam doctrinam, vt patet in Paulo.

6 *Nunquid non filij.* Hoc dicitur propter aliquos qui poſt diuinam uocationem ad uomitum reuertuntur, & ſic peiores fiunt quam prius.

† *Nunquid non Iſrael aſcen.* Ideſt de tenebris peccati quaſi dicat. Sic propter quod reditus ad uomitū aggrauat peccatum. Et ſequitur pœna, cum dicitur.

14 *Ecce enim mandabo ego, &c.*

5 Et

† In di

ſcribri extitit, quomodo ſi puluerulenta collapſi muri cri-
bro cōgeſta concutiantur, vt puluere in terram cadēte ſo-
li remaneant lapilli, in opus reſtaurationis conferendi.

Concutitur in cribro, ideſt concuſſio fit, vt frumentū in horrea condatur, & palea igni comburatur.

Sicut in cribro agitatos & cōcuſſos mundabo & eligā, vt qui fuerit lapis p̄ præſentiā de cribro non excidat. Qui ſi ut puluis ceciderit in terram, percutiat̄ gladio & moriatur.

Deus qui omnia pugillo concludit p̄ magnitudinem ſuā, quaſi vtraq; manu tenens margines terræ quaſi cribrū huc & illuc cōcutiet, vt paleis & ſordibus cadentibus in terram ſolum frumentum remaneat. Et hoc ideo, quia non credunt vaticinijs prophetarum quæ peccantibus pœnas comminantur.

*In die illa.* Illato terrore pœnarum promittit proſpera læta more ſcripturæ prophetarum ſcilicet.

B Iudæi omnia carnaliter intelligentes, hoc interpretantur de tempore Chriſti ſui quem expectant à quo Ieruſalem reædificandam, & Dauid regnum reſtituendū putāt. Quod cecidit & iacet in terra dicitur ſuſcitari, quia illi iacebant in terrenis.

* Theodoretus. Hæc quidam in Zorobabel attribuerunt, ei conuenire exiſtimantes, eo quòd genus è Dauid traheret, nec animaduertere voluerunt, vt exceſſit è vita, cum non parum diu regnaſſet. Propheta autem æternorum bonorum continet promiſſionem, & omnes gentes cognituras Deum; de quibus nihil in factis Zorobabel D eueniſſe inuenimus. Atqui Dominus noſter Ieſus Chriſtus quantum ad carnem pertinet, manans ex genere Dauid, quæ promiſſa ſunt compleuit. Nam verbum caro factum eſt, & diuerſatus eſt in tabernaculo apud nos, quod ex Dauid acceperat. Conueniēter igitur propheticus ſermo Dauid tabernaculū reædificatū dicit p̄manſurū in æternū. Eiuſdē modi Deus promiſit Dauid. *Ponam in ſeculum ſeculi ſemen tuum. Vſque in æternum præparabo ſemen tuum, &c.* Iā eandem promiſſionem per beatū Amos renouat Deus, pollicetur que gentibus donum recognoſcēdi Deum. Et demonſtrans dictorum veritatem, ſubdidit. *Ego Dominus faciens hæc.* Nempe qui res facit, prædixit verba. Pſal. 88.

a ¶ Ad quas diſperſus erit.
in omnibus Gentibus domū Iſrael ſicut cōcutitur triticū
a ¶ In vindicta iudicij. b ¶ Ideſt cuilibet iuſtus pondere fidei firmus.
in cribro, & nō cadet lapillus ſuper terram. In gladio mo- 1
a ¶ Perſeuerantes vſque ad mortem in peccatis. b ¶ Confiſi in dignitate generis promittunt ſibi impunitatem malorum, ideo mala ſuſtinebunt. 2
rientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: non ap- 3
a ¶ Quod prophetæ minantur. b ¶ Meæ reſurrectionis. ¶ Confuſionis alias concuſſionis
a propinquabit, & non veniet ſuper nos malum. † In die il- 4
a ¶ Populum iudaicum. b ¶ In Sinagoga negando, vel prius idololatriam c ¶ In eccleſia per apoſtolos.
b la ſuſcitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reædifi- 5
a ¶ Ideſt, illos qui diſſipauerant, alias diſſipati erant per idololatriam. b ¶ Loca. ¶ In illis. 6
c ¶ In eccleſia de Iudæis & Gentibus collecta.
cabo aperturas murorū eius, & ea q̄ corruerāt inſtaurabo. 7 8

† Act. 15. c.

* Remigius. Tabernaculum Dauid quod cecidit in ſynagogis per culturam idolorum, & per negationē Chriſti, reſtauratum eſt à Domino in Apoſtolis & credētibus, tam ex Iudæis, quàm ex gentibus: & reædificata ſunt corda hominum in fide & in baptiſmate, quæ antea deſerta, ideſt derelicta erant ab habitatore Deo: & ea quæ corruerant in illo, reſtaurata ſunt in excelſis. E

* Rupertus. Suſcitatur tabernaculum Iacob quod cecidit, quia pro Iudæis incredulis ponuntur gentiles creduli tanquam lapides viui ſuper fundamentum viuorū Apoſtolorum & prophetarum. 1. Pet. 2. Eph. 2.

b *Reædificab.* Vt ſicut eccleſia placuit in Iudeis cōſtans ex patrib. ſic placeat eccleſia de Iudæis & gentib. cōgregata. Hierony.

☞ *Ecce*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non ca. la. ſuper ter. *Ideſt, verbis meis nihil tranſibit in vacuum quin impleatur.*

2 In gladio morientur omnes peccatores. *Qui ſunt in peccatis ſuis obſtinati.*

3 Qui dicunt non appropinquabit. *Quia comminationes prophetarum friuolas reputabant.*

4 In die illa. *Poſtquam Amos denunciauit populi Iſrael deſtructionē, hic vltimò denunciat finalem reparationē per Chriſtum. Dicunt tamen aliqui expoſitores catholici, quòd propheta hic denunciat reparationem populi Iudæ quæ facta eſt in reditu captiuitatis Babylonicæ ſuper Zorobabel duce, ſed hoc non videtur verum, quia populus ille nunquam fuit in tanta proſperitate quæ hic deſcribitur, cum ſubditur: Vt poſſideant reliquias Idumææ & omnes nationes, immo ſemper fuit in ſubiectione & ſeruitute. Primò Perſarum. Secundò Græcorum. Tertiò Romanorum, propter quod beatus Iacobus. Act. 15. allegat hanc ſcripturam dictam de ædificatione eccleſiæ per fidem. Rab. Sa. etiam exponit quod dicitur hic.* Suſcitabo tabernaculū Dauid, &c. *Ideſt, regnum Dauid, quod ſecundùm omnes Hebræos intelligitur ſuſcitandum per aduentum Meſſię. Et ſic ſecundū Rab. Sa. ſcriptura hæc loquitur de tempore Chriſti, quamuis erret dicendo hoc tempus futurum, quod iam eſt præteritum. Item in libro Sanhedrin, qui apud Hebræos eſt authenticus, dicitur. Erigam tabernaculum Dauid quod cecidit. Dicit Ra. Iohannam. In generatione in qua filius Dauid. Ideſt, Meſſias venturus eſt, ſapientes magiſtri minorabuntur, & ſic fuit tempore Chriſti, quia aliqui Iudæorum erant Saducæi qui negant ſpiritum & angelum, & reſurrectionem, quod eſt maximè erroneum. Alij verò Phariſæi qui propter traditiones ſuas* irritauerant mandata Dei, *quod eſt valde fatuum. Patet etiam quod hæc ſcriptura.* Suſcitabo tabernaculum Dauid, *&c. refertur ad tempus Chriſti ſecundum Hebręos: igitur ſequendo dicta beati Iacobi, exponenda eſt hęc litera de reędificatione eccleſię per Chriſtum in vnione Gentium & Iudęorum, ſicut allegatur Act. 15. Et diuiditur in duas partes, quia primò deſcribitur hęc reędificatio. Secundò reędificationis acceleratio, ibi.* Ecce dies. *Ad intelligentiam primi ſciendum, quòd Chriſtus Dauid nominatur in ſcriptura veteris teſtamenti, Hoſeę. 3. b.* Poſt hæc reuertentur filij Iſrael & quærent dominum Deum ſuū, & Dauid regem ſuum. *Vbi habet tranſlatio Chaldaica. Reuertentur filij Iſrael & quęrunt cultum Dei ſui, & obedient Meſſię filio Dauid regi ſuo, ſicut ibidem fuit expoſitum. Et ſimiliter. Iere. 30. b.* Seruiēt domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo. *Trāſlatio Chaldaica habet: Colent coram Domino Deo ſuo: & obedient Meſſiæ filio Dauid. Item ſciendum, quòd vna eſt eccleſia quę incepit à primo Abel iuſto uſque ad ultimum electum, qui in fine mundi naſciturus eſt, ſecundum quod dicit beatus Grego. homilia 7. Et iſta eccleſia vocatur tabernaculum Dei, ſiue Chriſti, Iſa. 4. b.* Et erit tabernaculum in vmbraculum diei, &c. *Apocalyp. 21. a.* Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, &c. *Igitur tabernaculū iſtud in quo eſt verus Dei cultus, cecidit poſt diluuium, omnibus ad idololatriam declinantibus à tempore Nemroth, qui coegit homines ignē adorare, paucis tamen exceptis, vt Abraham & aliquibus alijs fidelibus. Multi etiam de illis qui deſcenderunt ab Abraham declinauerunt ad idololatriā, vt Iſmaelitę filij Cethurę, & Idumæi ab Iſaac deſcendentes. Et licet omnes filij Iacob fuerint fideles, tamen multi poſtea ab eis deſcendentes fuerunt idololatrę, vt patet Exo. 32. de adoratione vituli. Et in libris Iudicum, & Regum de cultu idolorū. Sed caſum huius tabernaculi reparauit Chriſtus & eius diſcipuli, per quorum prędicationem ceſſauit idololatria per orbem, & vocati ſunt Iudęi & Gentiles ad fidem. Et hoc eſt quod dicitur hic.* In die illa. *Id eſt, tempore gratię quod dicitur dies: ad Rom. 13. d.* Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. F

5 Suſcitabo tabernaculum Dauid. *Ideſt, eccleſiam Chriſti, qui ſecundum deitatem eſt ab ęterno, ad Heb. 13. b.* Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula.

6 Quod cecidit. *Per idololatriam modo prędicto.*

7 Et reædificabo aperturas murorum *Ideſt, ſciſſuras Gentium per diuerſos ritus, quia aliquę colebant Iouem, & alię Dianā, & alię Martem: & ſic de alijs, qui per prędicationem Chriſti & Apoſtolorum reductę ſunt ad vnum verum Dei cultum.*

8 Et ea quæ cor. *Quia multi qui corruerant à fide vnius Dei, ad eam ſunt releuati.*

* Et

*MORALITER.*

† *In die illa. &c.* Iſtud vſque ad finem capituli expoſui literaliter de aduentu Chriſti, quod alij doctores exponūt de reædificatione templi per Zorobabel & ſocios eius. Et ſic expoſitio mea literalis eſt etiam ſpiritualis reſpectu illius expoſitionis propter quod de alia pertranſeo quo ad præſens.

a ¶ Populum. Hier. Illud tabernaculum. b ¶ Ideſt, temporibus Salomonis & Dauid ſanctorum patrum. c ¶ Apoſtoli & prædicatores.
Et reædificabo eum ſicut in diebus antiquis, vt poſſideat 1
a ¶ Gentilem populum qui terrenus & ſanguinarius erat vt terrena mutentur in cœleſtia. 2
reliquias Idumæę,& omnes nationes,† eò quòd inuocatū
a ¶ Chriſto Chriſtiani.¶ De quo, pater manifeſtaui nomen tuum hominibus. ¶ Quia
ſit nomen meum ſuper eos,dicit dominus faciēs hæc. Ecce 3
a dies veniunt dicit dominus, & † comprehēdet arator meſ- 4
¶ Per hos omnes ſignificatur ordo prædicatorum. a ¶ Sapienter diſponendo. b ¶ Apoſtoli alti in virtutibus.
b ſorem, & calcator vuæ mittentē ſemen. Et ſtillabunt mon- 5
a ¶ Eloquiorum ve & no t ¶ Min. r s colendi. b ¶ Fide & confeſſione,vt nullus fructus eis deſit. 6
b ¶ Quia reliquiæ ſaluæ erunt quæ ſub diabolo captiuæ ducebantur, vt Deum mente videant. 7
tes † dulcedinem, & omnes colles † culti erunt.Et conuer- 8
a ¶ Hi montes & colles.
c tam captiuitatem populi mei Iſrael,& ædificabunt ciui- 9 10
a ¶ Multitudinem Gentium à Deo derelictarum, vt ſint eccleſia Dei. b ¶ Vt firmiter ſtent contra omnes impugnationes. c ¶ Per totum orbem alias congregationes. d ¶ Delectabuntur fide & dilectione ædificatorum. 11 12
tates deſertas,et habitabunt,& plantabūt vineas, & bibent
a ¶ Qui enim plantat & rigat ipſe comedet.
d vinū earum,& facient hortos, & comedent fructus eorum.

A a *Ecce dies veniunt.* Iuxta literam hæc omnia contigerunt Iudæis poſt reuerſionem de Babylone, quia arationi ſucceſſit meſſis & vindemiæ iactatio ſeminis, in quo oſtenditur tanta fœlicitas eis ſtata, vt omnis abundantia ſimul eis contigeret, nec eſſet dies vlla ſine frumento, vino & oleo, alias gaudio.

*Rupertus. Quæ fuit neceſſitas vt in calce ſermonis talis promeretur litera, quæ maximè carnales mulceat? Videlicet quia ſic expediebat, vt pueros illos ſeduceret ſeductione bona, ꝓpter eos quibus proficere habebant myſteria ſuo tempore reuelanda.

†accedet arator cum meſſore, & calcator vuaſi cū portante ſemen.

† muſtum.

B *Theodoretus. Quoniam verò omnes ſpirituales promiſſiones attendere non quærunt, neceſſario etiam bonorum corporeorum promittit ſuppeditationem, tantamque horum fore abundantiam præſignificat, vt præ vindemia relinquatur meſſis fructuum multitudine,&c.

Hiero.

Allego. Dies venient ſcilicet poſt aſcenſionem domini in quibus arator, ideſt ille qui ſuum & aliorum corde exarat fide & dilectione, repulſa duricia infidelitatis, vt fructum bonæ operationis afferat, apprehendit meſſorē. Ideſt, eum qui prædicando verbum Dei homines à curis ſeculi euellit, vt in eccleſia Dei recōdat. Calcator vuæ eſt martyr q morte & ipſum diabolū calcās potius q̄ recedat à fide ꝓ nomine Chriſti, patiēs muſta ſui sāguinis fundit, vt præbeat exemplū alijs. Hos omnes mittit Deus in ecc[leſiam] vt ſemen in electorum cordibus ſeminent, & à c[u]ris ſeculi ſegregent, & ipſi pro ſibi commiſſis animas p[o]nant, & apprehendit alius alium, quia alius alij ſuccedi[t].

b *Et ſtillabunt montes dulcedinem, &c.* Rupertus. Mont[es] Apoſtoli ſunt pr[o]pter excellentiā [me]ritorum, qui per t[o]tum mundū dulc[e]dinē pacis, & rem[iſ]ſionis peccatorū [ſtil]lauerunt, prædica[n]do in nomine Ie[ſu] Chriſti pœnitent[iam] & remiſſionem p[ec]catorū. Auditor[es] iuſtificati, tanqua[m] colles bene culti, [fru]ctum bonum red[di]derunt. *Et conuert[am]* ait, *captiuitatem po[pu]li mei.i.* ſoluā vinc[ula] peccatorū & dir[um] erroris ac ignorā[tiæ] carcerem quæ v[era] captiuitas erat, qua detinebar[tur] nos, q nūc dicim[ur] & ſumus Iſrael.

c *Et ædificab.* *Rupertus. Hoc expoſitione non indi[get] cum videamus ubique terrarum per deſertum gentili[ta]tis quæ prius à Deo deſerta fuerat ſurrexiſſe Chriſti ec[cle]ſias, quæ & ciuitates propter fidei firmitatem, & vin[eæ] propter ſpei quæ non confundit hilaritatem, & horti p[ro]pter charitatis delitias rectè dicuntur, &c.

d *Et facient hortos.* Ne contenti hac fęlicitate rerū, vt a[m]plioribus delicijs affluant, omnia genera virtutū in ſe[ſe] ſis adimplebunt, vt varijs floribus virtutum ornati ad [cœ]leſtem paradiſum pergant.

E[t]

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et ædificabo eum ſicut in diebus antiquis. *Id eſt, ſicut ante diluuium quando omnes communiter colebāt vnum Deum ſecūdum ipſius Adæ inſtructionem, licet poſteà corrupti fuerint communiter carnalitate & laſciuia, Gen.6.b.* Omnis quippe caro corruperat viam ſuam.

2 Vt poſſideat reliquias Idumææ, & omnes nationes.

C *Iſta autem poſſeſſio nō intelligitur per dominium temporale, ſed ſpirituale, in quantum apoſtoli & fideles alij colla Gentium ſubiecerunt fidei: ideo Act.15. vbi allegatur, hæc ſcriptura ſecundum tranſlationem. Lxx. quæ tunc multum erat authentica: pro eo quod dicitur hic.* Vt poſſideant reliquias Idumææ & omnes nationes eò ꝙ inuocatum ſit nomen meum ſuper eos, *dicitur ibi.* Vt requirant cæteri hominum dominum, & omnes Gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum. *Et ideo quod dicitur hic.* Eò quòd inuocatum ſit nomen meum ſuper eos, *refertur ad illos qui uocati ſunt ad fidem. Exprimuntur autem hic ſpecialiter Idumæi, quia ipſi & Iudæi de duobus fratribus deſcenderunt ſcilicet Iacob et Eſau: & Chriſtus ex Iudęis deſcendit ſecundùm carnem, & ſimiliter apoſtoli & primi credentes.*

Prædicatio Euangelij accelerata.

3 Ecce dies ueniunt. *Hic conſequenter deſcribitur dictæ reædificationis acceleratio, quæ facta eſt per celerem Euangelij publicationem: quia viuente adhuc beato Petro & pluribus alis apoſtolis, fides catholica fuit per totum orbem prædicata, ſicut plenius declaraui ſuper illud Pſal.18.a.* In omnem terrā exiuit ſonus eorum, &c. *Et breuiter poteſt hic reſumi. Prædicatio enim Euangelij incępit à Ieruſalem, quæ eſt in medio terræ habitabilis. Act.1. Et inde deriuata eſt circumquaque, verſus autem occidentem publicata fuit viuente Petro: quia diſcipuli ab eo miſſi in Franciam pro prædicatione Euāgelij, ædificauerunt Xenonis eccleſiam in honore beati Petri, quem credebant paſſum, ſed poſteà audientes ipſum viuum, nominauerunt dictam eccleſiam* ſancti Petri viui: *in qua pluries ego fui. Et eodem tempore fides catholica fuit prędicata per omnia loca notabilia regni Franciæ, vſque ad mare oceanum, quod eſt terminus terrę habitabilis ſecundum Aſtrologos. Et eadem ratione Euangelium tunc fuit prędicatum verſus alias partes a Ieruſalem, ſcilicet orientis, auſtri & aquilonis: immo probabilius hoc videt[ur], quia plures Apoſtoli & alij Chriſti diſcipuli diſperſi fuerunt [ad] prędicandum Euangelium verſus alias partes quàm verſus oc[ci]dentem, & ſic patet acceleratio Gentium ad fidem. Item ſciend[um], quòd conuerſio Gentium ad fidem meſſis deſignatur nomine, Lu[c.]* F 10.a. Meſſis quidem multa operarij verò pauci. *Et ſimil[ite]r calcatio vuę, & ſeminatio parabolicè dicuntur. Prophetę enim [hoc] modo frequenter loquuntur, & Chriſtus in Euangelio, Lucę. [8].* Semen eſt verbum Dei. *Eſt igitur ſenſus.* Ecce dies veniu[nt]. *Ideſt, tempus noui teſtamenti.*

9 Et comprehendet arator meſſorem. *Ideſt, prędica[to]r ſtatim attinget ad fidelium conuerſionem, ſicut patet Act.2. vb[i a]d prędicationem Petri ſtatim conuerſi ſunt tria millia, & quarto [ca]pitulo quinque milia.*

5 Et calcator vuæ. *Ideſt propinator ſacrę doctrinę.*

6 Mittentes ſemen. *Ideſt, faciet diſcipulos aptos ad prędic[an]dum, ſicut patet in Actibus Apoſtolorum in pluribus locis, quòd [a]cti ab eis prędicabant verbum Dei.*

7 Et ſtillabunt montes. *Ideſt, Apoſtoli cęteris prędemin[en]tes.*

8 Dulcedinem. *Euangelicę doctrinę.*

9 Et omnes colles. *Ideſt, minores doctores.*

10 Culti erunt. *Cultura Spiritusſancti ad proferendum fruc[tum] in eccleſia Dei.*

11 Et conuertam captiuitatem populi mei Iſrael. *Lib[eran]dò eos de ſeruitute diaboli.*

12 Et ędificabunt ciuitates deſertas & habitabūt, &c. *[Pe]r hęc intelliguntur vniuerſi ſtatus eccleſię. Per ciuitates ſtatus c[on]iugatorum, in quo requiritur conſenſus animorum. Vnde & ciuita[s d]icitur ciuium vnitas. Per vineas verò ſtatus prętatorum & doct[orum], vnde & Chriſtus dixit Apoſtolis Ioh.15.a.* Ego ſum vitis [&] vos palmites. *Per hortos verò ſtatus religioſorum, qui ſunt c[on]ſi ſub diſciplina regulari. Iſti enim ſtatus ſunt inſtituti a temp[or]ibus Apoſtolorum & diſcipulorum Chriſti. Et perceptio vtilitati[s] fructus conſequentis eſt conſequutio meriti in pręſenti, & pręm[ij] in futuro. Quod nobis concedat, &c.*

a *Et plantabo eos.* Et poſt hæc ipſos plantatores & plantatos plantabo ſuper terram viuentium, & ita radicem eorum firmabo, vt nõ poſſint amplius euelli, vel in præſenti, vel in futuro, nam contra omnes tentationes, *ero cum eis vſque in finem ſeculi.*

✠ Theod. Eſt aũt intelligẽdum, Deũ ſæpè bona polliceri, ſed excipientes promiſſiones, iniquitatibus gaudentes non ſinunt eas peruenire ad finem. Minatur verò interdum acerba, in quorum periculum non incurrunt metu pœnarum. Quamobrem Iudæi, cum contra dominum inſaniſſent cum venit in hunc mundum, ſeipſos bonis promiſſis priuarunt. Nos verò vtinam poſſimus hanc vitam ſecundum leges diuinas rectè agere; pœnitentiaque peccatorum ſordes abijcere, ne in malorum pericula incurramus: ſed conſequamur bona promiſſa p gratiam conſeruatoris Chriſti, quo cũ Patri gloria, & ſpiritui ſancto nunc, & ſemper, in ſæcula ſæculorum. Amen. D

a Et plantabo eos ſuper humum ſuam, & non euellam eos vltra de terra ſua quam dedi eis, dicit dominus Deus tuus.

ADDITIO.

In cap. 9. *Vbi dicitur in poſtill.* Nunquid. *Hic conſequenter ſubditur.*

*Poſtillator in hoc loco omiſit illud exponere quod dicitur in litera.* Nunquid non, vt filij Aethiopũ vos eſtis mihi filij Iſrael, ait dominus. *Cuius ſenſus cum continuatione ad ſequẽtia habetur Glo. vbi ſic dicitur: Gloriabantur Iudæi quia erant de ſtirpe patrum, de quib. locutus eſt Deus, & quòd etiam de Aegypto eos eduxit. Contra hoc quoq; dicit dominus. Sicut creaui vos, ita & Aethiopes, ſicut eduxi vos de Aegypto, ita & iſtos alios de diuerſis partibus adduxi: ergo non ſuperbiatis, quia æquali conditione facti æquali ſententiæ ſubiacebunt. Hæc in glo. ſecundum quam iſta dicuntur ad conterendam ſuperbiam eorum, de qua ſubditur:* Et ecce oculi domini ſuper regnum peccans, & conteram illud.

B

*Incipit Prologus Beati Hieronymi in Abdiam Prophetam.*

IAcob patriarcha fratrem habuit Eſau, qui ob ruborem corporis ſui, Edom Hebræa lingua appellatus eſt, quod Latinè ſanguineus dicitur. Is memoratum fratrem ſuum (qui Iſrael nomen acceperat) graui odio commotus interimere conatus eſt. Quã de cauſa omnes qui populum Iſrael, ideſt, filios patriarchæ Iacob, prædicti Eſau odium imitati, perſequuti ſunt, Eſau & Edom appellati ſunt. Et quia populus Iſrael de captiuitate Chaldæorum per Cyrum regem Perſarum nutu Dei reuocatus in Ieruſalem, ab illo regno grauiter afflictus atque oppreſſus eſt, ideò hoc regnum (quod more Eſau) prædictum populum perſequutum eſt, per denunciationem Abdiæ prophetæ increpatur, quòd non Dei indignatione, ſed ſua virtute populum ſuperatum gloriabatur. De quo regno olim per Dauid in Pſalmo centeſimo trigeſimo ſexto dictum eſt: Memorare dñe filiorum Edom in die Ieruſalem. Nam reliqua lectione comprehenſa futurum in Gentes iudicium ob cauſas lectione comprehenſas regnumque Dei in populo Iſrael ſignificant. † Hebræi hunc eſſe dicunt qui ſub rege Samariæ Achab, & impijſſima Iezabel, pauit centum prophetas in ſpecubus, qui non curuauerunt genu ante Baal, & de ſeptem milibus erant, quos Elias arguit ignoraſſe. Sepulchrum quoque eius vſque hodie cum mauſoleo Eliſæi prophetæ, & Baptiſtæ Ioannis in Sebaſte venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes rex Antipatris filius in honore Auguſti Cæſaris Greco nomine vocauit Sebaſten, ideſt, Auguſtam. Hic igitur quia centum prophetas pauerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus fit dux eccleſiæ. Tunc in Samaria paruum gregem pauerat, nunc in toto orbe Chriſti paſcit eccleſias. Et ſicut Stephanus coronam meruit paſſionis, ſic hic de ſeruitutis Dei cum Paulo Apoſtolo nomine gloriatur, quia Abdicis ſeruus domini in noſtro ſonat eloquio. E F

† Alij habẽt ibi duos prologos, & ſecũdum incipiũt ibi, Hebræi hunc eſſe.

*Incipit Argumentum.*

ABdias quæ interpretatur ſeruus domini, perſonat contra Edom ſanguineum, terrenumque fratrem, fratris quoque Iacob ſemper æmulum haſta percutit ſpirituali.

*Incipit Abdias Propheta.*

CAP. I.

a *Viſio Abdiæ.* Abdias quãto breuior tãto profundior, ſeruus Dei interpretatur ſicut Moyſes famulus Dei, & Apoſtolus ſeru⁹ Chriſti: & ea vidit, & audiuit quę ſunt digna prophetali ſeruitute. Eſt ergo hęc viſio Abdiæ q̃ videt in Gẽtibus,

CAP. I.

*Intellectus verborum quæ fiunt a Deo.*

a 1 VIſio Abdiæ. Hęc dicit dominus Deus ad Edom.

*Incipit poſtilla Venerabilis Patris, fratris Nicolai de Lyra ſuper Abdiam Prophetam.*

CAP. I.

✠ VIſio Abdiæ. *Secundum doctores Hebraicos, & Latinos iſte Abdias fuit diſpenſator domus Achab regis Iſrael, qui cum Iezabel interficeret prophetas domini, abſcondit ex eis quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis, & pauit eos. 3. Reg. 18. a. & ideo meruit a domino ſpiritum prophetiæ ſecundum dictum Saluatoris. Matth. 10. d.* Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. *Hic autem prophetat contra Idumæos, qui debuiſſent diligere Iudæos, eò quòd a duobus fratibus deſcendiſſent: & ipſi è contrario habuerunt eos odio, & eorum perſecutoribus auxilium præbuerunt. Diuiditur ergo eius prophetia in duas partes, quia primò nunciatur Idumæorum vaſtatio. Secundò Iudæorum conſolatio, ibi:* Et in monte. *Prima in tres, quia primò denunciatur eorum vaſtatio propter culpam ſuperbiæ. Secundò propter culpam ſuperſtitioſæ ſcientiæ, ibi:* Non eſt prudentia. *Tertiò propter culpam fraternæ inimicitiæ. ibi:* Propter interfectionem. *Circa primum dicitur.* Diuiſio.

1 Viſio Abdiæ. *Scilicet eſt hæc quæ ſequitur.*

✠ Auditum

MORALITER.

† 1 *Viſio Abdiæ, &c.* Quę literaliter intellecta eſt de deſtructione Idumææ pp tria. Scilicet propter præſumptionẽ de ſua fortitudine ſpecialiter quantũ ad ſitum terræ, & propter præſumptionem de magnitudine ſuæ ſapientiæ, ibi.

tibus, ad quas legatum miſit dominus. Deſtructio enim Idumææ viſio nationum eſt. Cum autem in titulo ponatur Viſio, non ſequitur, quòd aliquid viderit, ſed tantum audierit. Viſio ergo pro intellectu hic ponitur more prophetarum, qui quod vident & audiunt intelligunt, a qua viſione prophetæ, ideſt, videntes dicũtur. Magna autem pars huius prophetiæ continetur in libro Ieremiæ, mutatis quibuſdam verbis. Eſau fili⁹ Iſaac, frater Iacob, vocatus eſt etiã Edom, ideſt rufus, & Seyr, ideſt piloſus. Hic poſſidet regionem, quæ nunc dicitur Gebalena, vbi pri⁹ habitauerunt Horræi, qui interpretãtur liberi. Vrbs quę

Eſau

Gebalena regio.

a ¶ Iungit ſe alijs prophetis, qui ſpiritualiter diuinam ſententiam audierunt contra Idumæos.
b ¶ Legatus eſt Ieſus Chriſtus, homo qui mittitur ad Nabuchodonoſor, & exercitum eius, vt veniat ad deſtructionem Idumæorum.

1 a Auditum audiuimus a domino, & legatum ad Gẽtes miſit.
2 a ¶ Edom vel eam idumæam. ¶ Numero hominum.
3 b Surgite, & conſurgamus aduerſus eũm in prœliũ. Ecce paruu
4 c lum dedi te in Gentibus. Contemptibilis tu es valde. Super-

a ¶ Terra Idumæorum ſub nimio calore ſolis ſita eſt, & ideo in cauernis, & in ſciſſuris petrarum habitant

5 bia cordis tui extulit te habitantem in ſciſſuris petrarum,

a ¶ Tale quid, & Dauid loquitur, Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra.
b ¶ Parentheſis de præſumentibus.

6 exaltantem ſolium † tuum. Qui dicis in corde tuo: quis

¶ Q. nullus.

d detrahet me in terram? Si exaltatus fueris vt Aquila, & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detraham te, dicit do-

† ſuum.

B Hebraicè Edom, & Græcè Idumæa vocatur, a nomine conditoris viculus eſt Paleſtinæ cui dicitur per Amos: *Super tribus ſceleribus Edom, & ſuper quatuor non conuertã ego.* Cum ergo idem homo tribus nominibus vocetur, ſic & terra eiuſdem Edom dicitur, & Idumæa, & Seyr. Hæc regio non computatur inter extraneas Gentes quia poſſeſſa eſt a filio Iſaac, a fratre Iacob, nec data eſt filijs Iſrael in poſſeſſionem, ſed prohibentur filij Iſrael mouere arma, contra fratrem ſuum. Sicut autem Eſau ex odio perſequutus eſt fratrem ſuũ Iacob, ita Idumæi ſemper inimici fuerunt Iſraelitis. Cõtra Idumæos ergo loquitur hic ꝓpheta.

Amos. 2. a.

* Theod. Cum Aſſyrij, & Babylonij Iſraelitis bellum intuliſſent, incredibilibus malis eos vexauerunt Idumæi. Nam non ſolũ hoſtibus auxiliabantur, ſed etiam inſidias eis comparabant. Cumque fugere conarentur, inſidijs poſitis eos comprehendebant, eoſque partim interficiebant, partim hoſtibus venundabant. Quamobrẽ iuſtus iudex mirificum Abdiam prophetico dono cumulauit, ac prædicit mala eos apprehenſura.

4. Reg. 1. * Ruper. Hic dicitur fuiſſe tertius ille princeps quinquagenarius cui pepercit Helias, dicenti: *Obſecro vt miſerearis animæ meæ, &c.* Poſtmodum relicto regis Ochoziæ miniſterio, factus Heliſæi diſcipulus prophetauit.

* Remig. Prophetauit autem eodem tempore, & ſub eiſdem regibus quib. Iſaias, & Ioel, Amos quoque, & Micheas.

C * Theod. Non, inquit, humana ratione vtens hęc verba facio, ſed Deus omnipotens tanquam organo quodam mea lingua vſus, Idumææ futura prædicit.

Hieron. Remig. Iuxta hiſtoriam: O Edom cum ſis minimus ad comparationem cęterarum Gentium quę ſunt in circumitu, in ſuperbiam erigeris: & cum ſis contemptibilis, & pauper, nec habens tecta ędificiorum ſed habitans in ſpeluncis: quaſi aquila in ſublime eleuaris, & ita tumeſcis corde, vt intra ſidera credas te habitare, & omnes Gentes tuo ſubiugare imperio.

Tropolog. Secundum Tropologiam factus eſt ſermo contra Iudæos carnales, qui inuident Chriſtianis, & Iacob fratrem ſuum, i. populum ſupplantatorem qui illis primogenita pręripuit, perſequuntur. Vel fit contra hereticos, qui cum videantur dicere, vicina nobis contraria ſunt, & ſimplicem habitatorem de hęreditate patris nituntur expellere. Vel contra mundum qui terrenus, &

Iſ. 63. a. cruentus. Vnde Iſaias: *Quis eſt iſte qui venit de Edom tin. veſt. de Boſra?* Quidam per Idumęam intelligunt carnem, aduerſus cuius impugnationem putãt prouocari animam,

Coloſ. 3. a. vt *mortificatis membris quæ ſunt ſuper terram*, conſequamur ęternam in Chriſto gloriam, Iudæi fruſtra ſomniant hãc prophetiam dirigi contra imperium Romanum.

a *Auditum audiuim. &c.* * Rupe. Hęc ex ſua cęterorumque prophetarum perſona interloquitur, priuſquam narrare incipiat, quæ Dominus dicit ad Edom. Itaque quæreret quis tu. quomodo vel vnde ſcis quid dicat dominus ad Edom? *A domino*, inquit, *audiuimus auditum*, nos prophetæ qui ferè omnes loquimur contra Edom.

grauem pugnam, & inſolitam; me habetis primum acie: Ego qui apparui Ioſue tenens gladium, & Amalech in crucis meę vexillo Moſe pugnante ſuperaui, e vobiſcum.

c *Ecce paruu.* * Rup. Poteſt paruulus in bono interdum accipi, ſed non hic. Sequitur enim, *Contemptibilis tu es valde.* Ergo *paruulum dedi te*, i. inuidum eſſe oſtendi te, de quo rectè dixerit alia ſcriptura. *Paruulum occidit inuidia.*

* Remig. Quum ſi paruus numero comparatione cęterarum nationum, quumque non in domibus, ſed in [...]ræ, & ſaxorum ſciſſuris humilis, & pauperculus habit[...] cur te quaſi aquila in ſublime ſuſtollis, & in tantum e[...]gis te ſuperbia, vt te inter ſydera credas habitare?

Allegoricè. O heretice licet magnus videaris tibi, contemnas paucitatem eccleſię, tamẽ apud eccleſiaſtic[...] viros contemptibilis es, & tamen ſuperbia cordis tu[...] eleuat, cum ſis diuiſus a petra Chriſto, & eius eccleſia, cõfiſus in myſterijs, & ſecretis tuis repromittis tibi reg[...] cœlorum. Poſſunt etiam dici hæc aduerſus carnẽ, cu[...] vires imminutæ ſunt in aduentu Chriſti, & contempt[...]lis fit, & animę imperio ſubiecta, & fruſtra erigitur c[...] habitet in cauernis, i. ſenſibus vel cogitationibus, & v[...] dominari animę exaltans ſolium, & opera ſua non c[...]dit poſſe ſuperari.

* Theod. Altiſſimis montium faſtigijs Idumęa vn[...]quaque munita erat. Hęc conſcendentes cum ab ho[...]bus impetebantur, ſępè ex multis inſidijs euaſerunt. Q[...]niam autem his confidens, ait, inſoleſcis, & elato a[...]mo es, quòd ſis inexpugnabilis; expugnabilem te, [...] hoſtibus facilem capta efficiam, nec ex manibus [...]ſtium effugies, non ſi more aquilæ ſublimis tolla[...] & ſuper nebulas voles; atque in ipſis ſyderibus habit[...]

* Remig. Omnis regio Idumęorum ab Eleutherop[...] vſque ad Petram, quę eſt vrbs Arabiæ, Auſtralis eſt, calidiſſimo climate ſita, & ad vitandum feruorem [...]mium, non in domibus, ſed in ſubterraneis ſpecubus [...] ſaxorum cauernis habitant.

d *Si exaltatus.* Aquila altius volat cęteris auibus, & [...]bet tam acutum viſum, vt in ſublimibus volans pi[...]culos videat in mari natantes, ad quos rapiendos in [...]dum tormenti deſcendit. Promittunt ſibi heretici a[...]larum ſimilitudinem, quę ſolent ad cadauer dom[...] cum congregari. Solent etiam inter ſydera ecc[...]dum dormit paterfamilias nidum ſuum ponere, c[...]ſi magnitudine corporis, & longo ductu alarum. [...]men inde detrahit eos Deus. Hoc etiam poteſt dici [...]tra carnem quę quamuis ſe erigat, & aquile imitetu[...]celſa, & multos ſanctorum decipiat, tamen a domin[...] exuperata, & deiecta.

* Theodor. P[...] hęc autem oſtẽdi[...] vt ipſe Domin[...] contra Idumæa[...] hoſtes concitabi[...] ac inducit: *Surgi[...] & conſurgamus*, [...] Tanquam quiſp[...] belli imperator a[...]uerſus eos exercit[...] coegit, oſtendẽs [...] ipſe hæc mala e[...] ſuſtinere efficit.

b *Surgite.* Legat[...] loquitur Gentib[...] ad quas miſſus e[...] *Surgite qui dormit[...]* & ne timeatis in[...]

NICOLAVS DE LYRA.

1 Auditum audiuimus a domino. *Ego & alij prophetæ inſpirati ab eo.*

2 Et legatum ad Gen. miſit. *Iſte legatus eſt inſtinctus diuinus excitans aduerſarios Idumæorum ad deuaſtandum eos, propter peccata eorum. Ideo ſubditur confœderatio eorum ad agendum, cum dicitur:* Surgite, & conſurgamus, &c.

3 Ecce paruulum dedi te. *Verbum eſt domini loquentis de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ ſupe[...] maxam venturæ.*

4 Superbia cordis tui extulit te. *Vltra modum virtutis [...]*

5 Habitantem in ſciſſuris petrarum. *i. in locis vbi ac[...]ſus eſt difficilis, in quibus nimis confidis. Ideo ſubditur.*

6 Qui dicis in corde tuo, quis detrahet me in ter[...] *Ideſt, deijciet me a magnitudine mea, ac ſi non timens homine[...] Deum. Ideò ſubditur reſponſio diuina:* Si exaltatus fueris, & [...] *ſubditur omnium bonorum direptio totalis, cum dicitur.*

a *Si fures intr.* ✱ Remig. Hic eſt ſenſus. Si fures qui de nocte domos ſuffodere conſueuerunt, introiſſent ad te, nec illis potuiſſes reſiſtere, aliquid reliquiſſent, & ſolum abſtuliſſent quod ſufficeret eis. Sic & vindemiatores, ſaltem vel vnum racemum inter palmites latentem. Significat autem Babylonios, qui ſicut fures repente venerunt, & nihil in Idumæa reliquerunt, quod non inueſtigarent, lacerarent, & tollerent.

Fures & latrones ſunt hæretici, alii noctis, & tenebrarum qui peruerſa prædicant, & ſufficientia ſibi de eccleſia Dei furātur. Ii ingrediuntur vineam domini quā de Aegypto eduxit, & ita volunt omnia vaſtare, vt vix racemos relinquant. Sed Deus ſimū in hoc eos vincit, quòd per eccleſiaſticos viros occulta priorum hereſiarcharū (qui deſignant̄ per Eſau) aperit, & mendacia detegit. Quod cum admiratione dicit: Quō, ideſt, quod ſubtiliter ſancti viri perſcrutati ſunt occulta Eſau, vt appareat eius ſtultitia.

b *Nonne furati eſſent &c.* Quæ ſibi putarent ſufficere, & aliquid in domibus reliquiſſent, vel per ſacietatem vel ignorantiam. Sic & vindemiatores, vel hoſtili animo, vel conducti a te, ſi vellent metere vineam tuam, tamen aliquos racemos vitibus folijſque celatos relinquerent, ſed Babylonij a Deo cōtra te miſſi, omnia ſecreta tua ſcrutati ſunt, nihil in foraminibus & cauernis relinquentes.

c *Quomodo ſcru. ſunt.* Admirando dicit: Q. nihil reliquerunt. Et mirum eſt, quod homines illi in cauernis, & foraminibus habitantes propter nimium calorem, nihil abſcondere potuerunt, quod non inueniretur ab hoſtibus.

d *Vſque ad ter.* Non vna pars regionis per Babylonios vaſtata eſt, ſed vſque ad finem regni tui peruenientes emiſerunt te extra regnum tuum. *Vſque ad terminos.* Cum ſecreta hereticorum per ſanctos fuerint propalata prius decepti deſerent terminos Edom, & tranſibunt ad eccleſiam, illudentes falſis eorum ſententijs, & præualebunt credentes, conterentes argumenta eorum qui cum hæreticis comedebant panem luctus & ponent cōtra eos inſidias de autoritate ſcripturarum. Tunc apparebit, quòd in hæreticis nulla eſt uera ſcientia.

Alleg.

e *Omnes viri fœderis tui &c.* ✱ Theod. Ad hoſtes inquit, adiungentur qui non multo ante te cum coniuncti beneuolentia erant confœderati, & ſocij tui: & non vrbibus ſolum, ſed etiā regionis finibus te pellent, cum apertè bellū gerentes, tum inſidias molientes. Horum maxima cauſa eſt inſipientia tua.

f *Non eſt prudentia in eo.* ✱ Rup. Verè non eſt in eo prudentia, qui iam dictas ſuper ſe poſitas inſidias non cauit ſed fauit inſidiantibus ſicut imprudēs & improuidus. ✱ Theo. Omnis pariter, & de fortitudine glorian̄tes, & ſapientia ferociētes, & ſub his merentes funditus perdā. Et ſuæ ſententiæ æquitatem oſtendens, propter cædem, inquit, & impietatem in fratrem Iacob.

† plagam.

† ò Thema.

g *Nunquid.* Nunquid cum prius decepti reuertentur ad eccleſiam Deo pugnante, apparebunt ſtulti qui ſapientes videbantur, qui carnalia, & terrena ſapiebant, qui eleuantes ſe contra ſcientiam Dei pro Eſau pugnabant arte dialectica, & tunc magiſtri qui putabant ſe eſſe in meridie, conuicti timebunt.

h *De monte.* Mons Eſau idem eſt qui mons Seyr, in quo monte ſita eſt vrbs Idumæa. Benè ergo ab hoc monte dicitur auferri ſapientia. Vel quia omnis regio illa vergens ad auſtrum confinis eſt eremo, & prçruptis montibus edit, eadem regio Heman dicitur, id eſt, Meridies.

i *Propter interfectionem.* Hęc tibi inferentur, quia interfeciſti germanum coniunctus Babylonijs, obſidentibus Ieruſalem, & ingredientibus portas eius, & mittentibus fortem pro diuiſione prędarum, quia odium quod habuit Eſau pro benedictione contra Iacob, tu adhuc exerces in filios ipſius, quia doles te perdidiſſe quod habent Iudæi, & ideò hoſtibus eorum ſociaris. ✱ Theod.

---

a ¶Qui domos nocte fodere, & quæ in domibus ſunt rapere ſolent. ¶Abſconditi tenebris angulos domus tuæ cum circumiſſent qualiter tunc taceres, ſubaudi, ſic tacebis veniente Nabuchodonoſor non audens reſiſtere.

minus. Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem, quo 1
modo cōticuiſſes? Nōne furati eſſent ſufficientia ſibi? Si vin-
demiatores introiſſent ad te, nunquid ſaltem racemum reli
quiſſent tibi? Quomodo ſcrutati ſunt Eſau? Inueſtigauerunt

a ¶Cauernas, foramina. b ¶Moabitæ, & Ammonitæ prius fœderati tecum, coniuncti ſunt Aſſyrijs ad te captiuandum.

abſcōndita eius. Vſque ad terminos emiſerunt te, omnes vi 2

a ¶Ducendo in captiuitatem. b ¶Qui fuerant pacifici in præſidio vrbium ſuarum.

ri fœderis tui illuſerunt tibi: Inualuerunt aduerſum te viri

a ¶Qui tanta affinitate erant coniuncti, vt comederent panem tecum, inſidiantur his qui ad te pertinent ne aliquis effugiat.

pacis tuæ. Qui cōmedunt tecum, ponent † inſidias ſubter te. 3

a ¶Per hoc patet, quod ſtultus eſt Edom, qui non prauidit futuros hoſtes, quos habebat amicos. b ¶Qualis eſſe debuerat. c ¶Cum hæc contigerint i. i.

Nōn eſt prudentia in eo. Nunquid non in die illā dicit do- 4 5

a ¶Philoſophos. b ¶Edom Hebraicè Idumæa, Græcè dicitur. c ¶Vt calliditas ſtultitiæ eius appareat, cum nullum conſilium poſſit inuenire quo ſuperueniens malum poſſit vitare.

minus, perdam ſapientes de Idumæa, & prudentiā de mon- 6

a ¶Cum cœperint audiri aduentus hoſtium, & irriſio prius pacificorum, tunc fortes regni tui qui habitant in meridie, qui ſolebant pugnare pro ciuitate, & prudenter conſilia dare timebunt.

te Eſau? Et timēbunt fortes tui † a meridie, vt intereat
vir de monte Eſau? Propter interfectionem, & propter 7 8

a ¶Quando caperis ab hoſtibus.

iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te cōnfuſio, 9

---

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem, quomodo, &c. *Et patet litera vſque ibi.*

2 Omnes viri fœderis tui, &c. *In quo oſtenditur, quòd talia paſſura ſit Idumæa non ſolum ab inimicis ſuis, ſed etiam ab illis qui prius erant amici ſui, & ſibi confœderati: quod eſt ſatis grauius, ſecundum illud Pſal. 54. b.* Si inimicus meus maledixiſſet mihi ſuſtinuiſſem vtique, &c.

4 Non eſt prudentia in eo. *Hic conſequenter denunciatur vaſtatio Edom propter ſcientiam ſuperſtitioſam. Intendebant enim diuinationibus, & augurijs. Ideo ſubditur:* Non eſt prudentia in eo. *Intendentes enim talibus frequenter decipiuntur. Ideo ſubditur.*

5 Nunquid non in die illa dicit dominus. *Scilicet vaſtationis Idumææ.*

6 Perdam ſapientes de Idu. *Qui ſuis ſuperſtitionibus denunciabant ei ſecuritatem, quaſi dicat. Sic per effectum contrarium.*

7 Et timebunt for. tui. a me. *Ab illa enim parte intrauit exercitus aduerſariorum.*

8 Propter interfectionem. *Hic conſequenter denunciatur vaſtatio de Edom propter crimen inimicitiæ fraternæ, cum dicit:* Propter interfectionem, & propter iniqui. in fra. tuum. *Eſau enim perſequebatur fratrem ſuum Iacob ad mortem, Gen. 27. pro benedictione paterna, & eodem modo Idumæi ab Eſau deſcendentes perſequuti ſunt populum Iſrael a Iacob deſcendentem propter quod nominatur hic Iacob.*

9 Operiet te con fuſio. *Superueniens tibi ex omni parte.*

✱ Et

---

*MORALITER.*

† 4 *Non eſt prudentia in eo. &c.* Et propter odium fraternum, ibi.

8 *Propter interfectionem.* Myſticè verò per Edom ſignificatur oīs prçſumens de ſua fortitudine, ſimiliter præſumēs de ſua ſapientia ſęculari, & ſimiliter perſeuerans in odio fraternali. Quod eſt fatuum, & iniquum, nā in morte deficit corporalis fortitudo, in tm̄, quod moriens non pōt ſe defendere de muſca. Similiter ſapientia, quia ſicut dicit Auguſt in ſermone de Innocentibus: Hac animaduerſione percutitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei. Similiter odium fraternum multum nocet morienti, quia pp hoc pauci valde compatiuntur ſibi. Et ſic patet deſtructio prçſumentis maligni.

† *Et*

a ¶Aeterna captiuitate damnatus. b ¶In manifeſta captiuitate, cum Ioachim, & Daniel, & alijs à Nabuch. ſunt ducti in captiuitatem.

& peribis in æternum. In die cum ſtares aduerſus eum, quá- 1
a ¶A Deo, & progenie Iudæorum. 2
do capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingredieban- 3
a ¶Ciuitatis Ieruſalem. b ¶Spolia ciuitatis, quis quid tolleret. 4
tur portas eius, & ſuper Ieruſalem mittebant ſortem, tu quo 5
a ¶Cum venerit ſecunda, vel tertia captiuitas duarum tribuum, non iunges te victoribus nec irridebis captiuos, quia & tu captiuus eris. 6
7
que eras quaſi vnus ex eis. Et non † deſpicies in die fratris
tui, in die † peregrinationis eius. Et non † lętaberis ſuper 8
a ¶Duas tribus quæ regnabant in Ieruſalem, a Chaldæis captas. ¶Diſcipulos Chriſti.
b ¶Captiuitatis. c ¶Magna loquendo, quaſi vnus de victoribus. 9
filios Iuda in die perditionis eorum, & non magnificabis os 10
a ¶Corporalis, in perſequutionibus, vel ſpiritualis in peccatis. b Gratulabundus, quia tu ſimilia patieris. c ¶Quia & tu manibus Nabuchodonoſor traderis. 11
tuum in die anguſtię. Neque ingredieris portam populi mei 12
a ¶Captum a Babylonijs, nec quæ feciſti, facies, neque quæ ſequuntur.
b ¶Perſequutione, negatione, in die quando aliqui in martyrio labuntur.
in die ruinæ eorũ, neque deſpicies, & tu in malis eius in die
a ¶Cum exercitu Babyloniorum. ¶Quando ſuperatos aduerſarios fugies. b ¶Iuda.
vaſtitatis illius. Et non † emitteris aduerſus exercitum eius 13
a ¶Cum fugere cœperis per diuerticula, & calles ſibi notos ad ſolitudinem, & non ſtabis in biuijs, vt interficias venientes, vel captiuitati hoſtium referres.
in die vaſtitatis illius. Neque † ſtabis in exitibus, vt interfi- 14
a ¶In Carcere captos.
cias eos qui fugerint. Et non concludes reliquos eius in die 15
a ¶Ideo. ¶O Idumæa, hæc facere ceſſabis: quia veniet ſuper te vltio. 16
b ¶Iudicium & vltio. 17
tribulationis, quoniam iuxta eſt dies dñi ſuper oẽs Gentes. 18

✠ ✻ Theod. Alienis bellum inferre, in ſeruitutemque re-
A digere graue eſt. Vobis autem ſanguine coniunctis, ex Abrahamo profectis, nulla venia relinquitur, qui hæc in cognatos attẽtaueritis. Cum legibus cognationis ſpretis, alienis fuiſti ſubſidio, veſtros verò bello impetiſtis. Etenim tu inquit, fuiſti vt vnus ex his. Non vt facta, ſed vt futura: de more ꝑphetarũ proprio, prædicit.

✶ Remig Chaldæis inquit, & Babylonijs vaſtantib. Ieruſalem & ingre-
a dientibus portas, prędamq; ſorte diuidentibus, tu quoque eras eorum ſocius, & exultabas in perditione populi fratris tui. Ergo quia hæc feciſti, &

† alienationis.

B inique contra fratrem egiſti, idcirco interibis vir de mõte Eſau, & ſimilia ab eiſdem hoſtibus patieris.

† ſtare debebas in biuio.

Hieron. Remig.

O hæretice terrene, & crudelis prædicta patieris quia & mortifera doctrina linguæ, & odio cordis occidi-
b ſti quantum in te fuit Iacob, i. Chriſtianum populum. Ideo confuſionem patieris: & peribis in æternum Et quando aliquis violentus perſequutor nititur abrumpere pacem Ieruſalem, tu grauius quam aliquis Gentilis expugnas. Aliter, Portæ Ieruſalem, i. animæ quieſcentis, & videntis Deũ ſunt quandoque corporei ſenſus per quos intrant hoſtes, i. peſſimę cogitationes, vt diuidant ſpolia miſeræ Ieruſalem, ſicut quando aperitur oculus ad concupiſcendum. Cum verò per has portas aliquis de eccleſia corruerit, tunc Iudęus vel hęreticus gaudet, & grauius quam Ethnicus inſurgit.

Iſa. 9. a.

a *Et non deſ.* Iam apertè minatur ſermo propheticus Edom, quia cum propter malitiam quam in fratrẽ exer-
C cuit, ducetur captiuus de monte Eſau, vltra non deſpiciet fratrem euntem in captiuitatẽ, ſicut ante fecit: quia ipſe Edom prius captiuabitur, quam Iſraelitę tpe Ioachim vel tempore Sedechiæ per Nabuchodonoſor captiuentur.

✻ Remig. Improperat ſermo propheticus Idumæis ea, quæ contra filios Iuda geſſerunt. Cum. n. capta Ieruſalem vellent fugere ad notas ſibi vias, & ad montium diuerticula, ac deſertum Petræ: Idumæi ſtabant in exitibus viarum, & expectabant in compitis vt fugientes interficerẽ. Dicit ergo propheta, quod non ſic facturi ſint cum venerit tempus captiuitatis eorum: quia ſinguli pro ſe timebunt, nec alijs parabunt inſidias, quum nec ſibijpſis poterunt ſubuenire.

✻ Theodo. Quia vnquam pro dignitate commemorare poſſet iuſti iudicis incredibilẽ bonitatem, qui cum planè ſciret, quod propheticis verbis non eſſent crediturі, has propoſitas minationes adhibuit, vt hinc eos terrefaciendo, linc pelliciendo feratos molliret.

O hæretice cum videris fratrem tuum vel violentia perſequutionis, vel qua hæreſi ab eccleſia deuiare, non lętaberis in perditione eorum, quia & tu peribis, & magna loqueris per eum, quasi ille vel oppreſſus negabit, vel voluptate abſtractus rigorem mentis non ſeruabit. Solet autem hęreticus cum viderit aliquem, vel fugientem vel pœnitentia elapſum a periculo, ſtare in diuerticulis, & ſophiſmata proponere, & quaſi de ſcripturis teſtimonia proferre ad refectionem laſſorum, intantum vt qui perſequutione victus non fuerat, prauo dogmate in carcerem errorum retrudatur. Et cum ſpecie fraternitatis decipiat, grauior eſt eius perſequutio quam Gentilis.

Dum aliquis vel in anguſtia negat, vel uoluptate rigorem priſtinum perdit, tunc facile ad contraria dogmata ſolet labi, quæ non curant uulnus, ſed blandiuntur ei, & palpant.

b *Quoniam iuxta.* ✶ Theod. De omnibus gentibus impietatem exercentibus pœnas ſumo, eaſdem de te cre nolente ſumam.

Vniuerſas Gentes Herodoto teſte, uſque ad Propontidem Scythicumque mare, & Ionium uel Aegium Aſſyrij Babylonijque ſibi ſubiugauerunt. Vnde ait: Si Gentes quæ non adeo peccauerunt, biberunt de calice Dei, quõ tu quæ magis peccaſti, impunita remaneb[is]? Si

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et peribis in ęternum. *Abſque regni reparatione.*
2 In die cum ſtares ad *i. populum Iudaicum.*
3 Quando capi. *i. Aſſyrij primò, & poſtea Chaldæi.*
4 Et extra. ingre. *In Ieruſalem, & alijs ciuitatibus.*
5 Et ſuper Ie. *i. ſuper prędam Ieruſalem.*
6 Mittebant ſor. *Vt quilibet portaret partem ſuam.*
7 Tu quoque era. *Ciuitates deſtruendo, & bona rapiendo.*
8 Et non &c. *i. in die vaſtationis eius non deſpicies eum, quia tu eris magis contemptibilis.*
9 In die perd. *i. captiuationis ad terram extraneam.*
10 Et non. *Qui habens occaſionem maiorem triſtitiæ.*
11 Et non magni *Iactando te quòd fueris in templi, & ciuitatis combuſtione, ex quo contigit maxima Iudæorum anguſtia: licet enim Idumæi pluries fuiſſent contra regnum Iudaicum Aſſyrijs, & Chaldæis, vt dictum eſt: tamen ante combuſtionem ciuitatis, & templi per Nabuzardan fuerunt captiuati, vt dicunt expoſitores aliqui, & ſic non fuerunt in illa. Ideo ſubditur.*
12 Neque ingre. por. *Et patet litera.*
13 Et non emittet. *i. ad perſequendum Sedechiam fugientem cum viris bellatoribus.*
14 Neque ſtabis in exitib. *Scilicet ciuitatis ad interficiendum fugientes.*
15 Et non conclud. *Qui non poterunt effugere de ciuitate.*
16 Quoniam iuxta. *Ideſt, prope & ante dictam vaſtationem Ieruſalem.*
17 Dies domi. *i. tempus ſuæ vindictæ.*
18 Super omnes. *Scilicet regni Idumææ. Sed quia Iſa. 21. & 63. & Iere. 49. et Ezech. 35. videtur dicere textus, quòd Idumæi fuerunt cum Chaldæis in deſtructione Ieruſalem per Chaldæos ibidem fuit dictum. Et idem ſonat quod hic pręmittitur:* Et Ieruſalem mitte. *i. ſuper prędam de Ieruſalem, vt quiſque partem ſuam tolleret.* Tu quoque eras quaſi unus. *Quæ diuiſio maximè fuit in captione ciuitatis per Chaldęos.*

*Aliter exponenda eſt litera ab illo loco.* Et non deſpi. fra. *i. de vaſtatione eius facta per Chaldæos, ſicut Prouer. 17. c.* Qui in ruina lętatur alterius. *i. de ruina alterius,* non erit impunitus. *q. d. malum eueniet tibi poſt deſtructionem Ieruſalem, ita ceſſabis deſpicere populum Iudaicum.* Et non læta. *Superuenient enim tibi occaſiones triſtitiæ maioris: motus enim maiores pellunt minores.* Et non magnificabis os tuum. *Vltra te iactando, quòd fuiſti in ciuitatis, & templi captione, eadem de cauſa.* Neque ingredieris portam. *Poſt ciuitatis reædificationem per Neemiam.* Et non emitteris aduerſus exercitum. *Tunc, ſicut miſſus fuiſti ante per Nabuchodonoſor.* Neque ſtabis in exitibus. *Scilicet Ieruſalem ad interficiendum fugientes de ea, ſicut feciſti tempore obſidionis eius per Chaldæos.* Et non

✻ concludes.

a ¶ Sicut occidiſti Iudæos, ita occideris ab hoſtibus. b ¶ Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. ¶ Dies domini.
a Sicut feciſti, fiat tibi: retributionem tuã conuertet in caput 1
¶ Calcem diaboli. a ¶ Eccleſiam.
b tuum. Quomodo enim bibiſti ſuper montem ſanctũ meũ, 2
a ¶ Conuerſæ contra te.
c bibent oẽs Gentes iugiter, & bibent & abſorbebunt, & 3
a ¶ Deſtructa Idumæa ſub Zorobabel reuertentur duæ tribus ad Ieruſalem in ſua libertate.
d erũt quaſi non ſint. Et in monte Sion erit ſaluatio & erit 4
e ſanctus. Et poſſidebit domos Iacob † eos qui ſe poſſederãt. 5
f 6
g a ¶ Idumæa 7
h Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flamma, & do 8
a ¶ Quæ citò creatur. b ¶ Domus, Eſau per eos. 9
c ¶ Nec vnus vitabit ſubuerſionem. 10
mus Eſau ſtipula. Et † ſuccẽdetur in eis & deuorabũt eos, et
¶ Qui eſt veritas. a ¶ Cuius loquutio eſt operatio.
nõ erũt reliquiæ domus Eſau, quia dominus loquutus eſt.

a *Sicut feciſti fiat.* Simile legitur in Pſal. *Memor eſto Domine filiorum Edom in die Ieruſalem dicentium: Exinanite exinanite vſque ad fundamentum in ea.* Vnde & contra Babylonem imprecatur propheta: *Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuiſti nobis: Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram.*

b *Quomodo enim bibiſti ſuper montem &c.* ✠ Remigius. Ac ſi diceret. Sicut bibiſti ſuper montem Sion cum Babylonicis, ac lætatus es, ſic omnes gentes quæ erant tecum in præſidio illorum contra te bibent & lætabuntur: nec ſolum bibent, ſed & abſorbebunt vt ſint Idumæi quaſi non ſint. Vel certè ipſæ gentes cùm biberint, abſorbebuntur à Mœdis, vindicta quaſi circulo procedente. Tu enim deuoraſti Ieruſalem, te conſumet Chaldæus, Chaldæum Mędi & Perſæ vaſtabunt.

✠ Theodoretus. Vini potionem vocat vltionem, docente Hieremia, qui iuſſus eſt accipere poculum, & potare omnes gentes.

Sicut cum Babylonijs lætaberis de deſtructione Ieruſalem vbi erat templum meum & altare: ita delectabuntur in effuſione tui ſanguinis Gentes quas tunc tecum habebat Babylonius in præſidio.

c *Bibent omnes, &c.* Contrariæ fortitudines ſupplicijs deputatæ, vel quæcumque virtutes aduerſariæ.

d *Et abſor.* Nec ſolum lætabuntur in tua perditione, ſed etiam abſorbebunt occidendo, ita vt ſint Idumæi quaſi nõ ſint, vel illæ Gentes erunt, quaſi non ſint: quia qui abſorbent te, abſorbebuntur à Mœdis: quia ſicut Babylonij alias Gentes, ita Mędi Babylonios vicerunt, & Mœdos Macedones, & Macedones Romani, Romanos Chriſtus.

e *Et erunt quaſi non ſint.* Quicumque non adhæret illi qui dicit *Ego ſum*: nihil eſt. Hæretici ergo qui cum eo non ſunt, peribunt: & in die iudicij ita retribuetur eis, ſicut ipſis qui peccauerunt contra eccleſiam.

f *Et in monte Sion.* ✠ Remigius. Erit ſaluatio reliquiarum Iſrael: & erit ſanctus mons Sion, quia ibi ſancta ſanctorum ſiue erit ibi ſanctus: ipſe ſcilicet Deus reuertetur ad templum, quod propter peccata dimiſerat. *Et poſſidebit domus Iſrael.* Hoc factum eſt ſub Zorobabel, & Eſdra, & Nehemia: quando reuerſi de captiuitate poſſederunt Idumæos. D

✠ Theodoretus. Vel prænunciat ſaluationem omnibus exortam in Sion, & ſanctificationem inde in omnem orbẽ terrarum profuſam, per crucem Saluatoris.

Allego. Deſtructis operibus carnis, & terreno imperio deſolato; in eccleſia erit ſaluatio eorũ qui à matre non exierunt, & in ipſa morabitur ſpiritus ſanctorum, & domus ſupplantantiũ vitia poſſidebunt eos Chriſtianos effectos, qui ſe prius poſſederant, & domus Eſau id eſt terrenorũ nõ poterit ſuſtinere diſputationem ignitam Catholicorum, ſed deuorabuntur in ſuam ſalutem: Et non erunt reliquiæ Eſau, quando Chriſto *flectetur omne genu, cęleſtium terreſtrium & infernorum*, & cum *Deus ſit ignis conſumens*, ſui vertuntur in naturam ignis, vt conſumant ſtipulam peccatorum.

Hiero. Remig. Rupert. † poſſeſſiones ſuas. E Philip. 2. b. Deut. 4. d.

g *Et erit ſanct.* Dominus reuerſus ad templum, quod pro peccatis dimiſerat. Vel erit ſanctus, ipſe mõs Sion propter cultum Dei qui ibi celebrabitur, & tunc qui reuerſi fuerint: vel de duabus, vel de decem tribubus pariter pugnabunt contra Idumæos: quibus Idumæi non poterunt reſiſtere, ſicut nec ſtipula ignis.

h *Et erit domus Iacob.* ✠ Remig. Sicut flamma citò ſtipulam deuorat, ſic poſt reuerſionem de captiuitate, ſociata ſibi duo regna Iudá & Iſrael. i. decem tribuum, vaſtabunt Idumæam & deuorabunt eum, ita vt non remaneat qui hanc cladem poſſet cæteris gentibus annunciare.

F Per Iacob duæ tribus, per Ioſeph decem, quia Ierobοã qui primus in illis regnauit de Ioſeph fuit. Hæc omnia Iudæi de tempore Antichriſti interpretantur, quẽ pro Chriſto recipient. Et quidquid contra Idumæam dicitur ipſi de Romano imperio ſomniant dictum. Nos verò ſub Zorobabel iam factum eſſe intelligimus: vel quotidie in eccleſia, & in regno animæ contra carnem in vno quoque compleri videmus.

Hiero. Rupert. 3. Reg. 12. f.

☞ *Et*

NICOLAVS DE LYRA.

concludes. *Remanentes in ciuitate ſicut tunc feciſti.* Quoniam iuxta eſt dies domi &c. *Ideſt, prope, quia ſtatim poſt deſtructionem Ieruſalem fuerunt captiuati Idumæi.* Dies dom. *Ideſt, tempus ſuæ vindictę.* Super omnes Gentes. *Scilicet regni Idumæę, de quibus loquitur propheta.*

1 Sicut feciſti. *Perſequendo nequiter filios Iudę, ita alij perſequentur te.*

2 Quomodo enim bibiſti. *Ideſt, lautè vixiſti de bonis acceptis de templo, quod erat in monte Moria.*

3 Bibent omnes Gentes. *Hauriendo bona tua.*

4 Et abſorbebunt. *Venientes ſuper te tanta poteſtate, quòd non poteris reſiſtere.*

5 Et erunt quaſi non ſint. *Alicuius virtutis gentes tuæ. Ideò ſequitur:* Sicut feciſti: *Perſequendo nequiter filios Iudæ ſic alij perſequentur te.* Quomodo enim bibiſti. *Ideſt, lætanter feciſti.* Super montem ſanctum meum. *Ideſt, de malo venienti ſupra Ieruſalem, vbi eſt templum nomini meo dedicatum.* Bibent omnes Gentes. *Hauriendo bona tua, & lętando de tua miſeria.* Et abſorbe. *Te totaliter deuorando.* Et erunt quaſi non ſint. *Scilicet gentes tuę, vnde iſtud refertur ad illud quod ſuprà dicitur:* Dies domini ſuper omnes Gentes.

6 Et in monte. *Hic poſt deſtructionem Idumęorum nunciat propheta conſolationem Iudęorum. Et dicunt aliqui expoſitores noſtri, quòd reſiduum huius prophetię intelligitur ad literam de reditu captiuitatis Babylonicę.* Et in monte Sion erit ſaluatio. *Quia liberati de captiuitate illuc venerunt, vt habetur, primo Eſdrę 2.*

7 Et erit ſanctus. *Quia ibi reędificatum fuit templum in loco ſancto ſuo.*

8 Et poſſidebit domos Iacob eos qui poſſederant. *Quod maximè fuit impletum tempore Machabęorum, qui pugnantes viriliter ſuos aduerſarios ſibi ſubiecerunt.*

9 Et erit domus Iacob ignis &c. *Dicuntur hic domus Iacob illi de regno Iudę, qui redierunt de captiuitate, & domus Ioſeph illi de regno Iſrael, qui euadentes manus Aſſyriorum, poſteà venerunt ad habitandum in regno Iudę: & cum illis de regno Iuda captiuati fuerunt, & cum redeuntibus redierunt.*

10 Et domus Eſau ſtipula. *Ideſt, Idumęa ita faciliter deſtruetur ab eis, ſicut ſtipula ab igne.*

✠ Et

*MORALITER.*

† 7 *Et in monte Sion erit ſaluatio.* Iſtud vſque ad finem capituli literaliter expoſui de aduentu Chriſti: propter quod de alia expoſitione pertranſeo, ſicut in fine Amos prophetæ dictum eſt.

† *MO-*

a *Et hæreditabunt hi qui ad Auſtrum ſunt montem Eſau.* Reuerſo Iuda in regnum hi qui in meridie habitabant & habebant anguſtos terminos, occupabãt montana Idumæorũ, & qui de duab. tribubus prius in cãpeſtribus erant in Lydda, Emaus, Dioſpoli, Nicopoli: poſſidebũt quinque vrbes Philiſthinorum, Gazam, Aſcalonem, Azotum, Acharon, Geth, Dilatabitur etiam Iuda vſque Ephraim vbi nunc eſt Ncopolis, & ad regionem, ſcilicet vbi nunc eſt Sebaſte. Beniamin verò cui terminus eſt ab Ieruſalem contra Septemtrionem poſſidebit cunctam Arabiam quæ prius Galaad dicebatur, nunc Geraſa dicitur.

A

a Et hæreditabunt hi qui ad auſtrum ſunt montem Eſau, & 1
qui in campeſtribus Philiſthijm,& poſſidebunt regionem
Ephraim & regionẽ Samariæ.Et Beniamin poſſidebit Ga-
a ¶ Ideſt, illi qui reuerſi fuerunt de decem tribubus à captiuitate poſſidebunt omnia regna Chananæorum vſque ad Sareptam, vbi vidua quondam pauit Eliam. 2
b laad. Et traſmigratio exercitus huius filiorum Iſrael omnia 3
a ¶ Qui de ter ſ Iem metropoli ciuitate tranſlati fuerunt in Boſphorum. 4
loca Chananæorum vſq; ad Sareptam,& tranſmigratio Ie 5
a Quæ ſunt in tribu Iudæ, reuerſi enim in vrbem ſuam & loca vbi venia obtinebunt. 6
ruſalem quæ in† Boſphoro eſt,poſſidebit ciuitates auſtri.
a ¶ His expletis. b ¶ Sicut fuit Zorobabel. ¶ Sicut in libro Iudicum legitur dominus miſiſſe ſaluatores ad liberationem populi ſui.
c ¶ Venient. d ¶ Qui iudicent ac diſcernant Idumæos ſicut ſubiectos & ſeruientes.
Et aſcendent ſaluatores in montem Sion, iudicare montem
c a ¶ Omnibus ſubiugatis. b ¶ Soli. c ¶ Paratum per Apoſtolos.
¶ Mirabilis Deus in ſanctis ſuis
Eſau, et erit domino regnum. 7

† Hiſpania.

Myſtice qui ſunt in vero lumine, & qui tenent campeſtria humilitatis poſſidebunt magiſtros Gentilium qui montibus comparantur & propter prophetiam & eloquentiam, & etiam Philiſthijm diſcipulos eorum qui alienigenæ dicuntur. Poſſidebunt etiam hæreticos eccleſiæ qui fructificationem & cuſtodiam mandatorum Dei promittunt. Porrò Beniamin, ideſt, filij dexteræ, ſcilicet populus Chriſtianus poſſidebat Galaad, ideſt, Iudæos, à quibus tranſmigrauit teſtimonium ad Chriſtianos.

B

b *Et tranſmigratio.* ✻ R. Ionathan. Et captiuitas popli huius, ſcilicet filiorum Iſrael, qui ſunt in terra Chananæorũ, vſque ad Zarphat, & captiuitas Ieruſalem quæ eſt in Hiſpania, poſſidebunt ciuitates terræ meridionalis.

✻ Remig. Senſus literalis talis eſt. Illa tranſmigratio quæ reuerſa eſt ſub Eſdra, Nehemia, & Zorobabel, poſſidebit cuncta quæ prædicta ſunt, Iudas quidem ea quæ ad auſtrum & maritima occidentis: Beniamin quæ ſunt in ſeptnetrionali plaga: contra oriẽtem verò omnia quę fuerunt Chananæum vſque ad Sareptam.

C

* Theodoretus. Eſt autem animaduertendum, vt prophetiæ Ezechielis finis reſpondeat fini huius prophetiæ. Illic deſcribit terræ diuiſionem, & populi prædicit reditum: tumque poſt reditum eis datam à Deo fortitudinem, & potentiam. Hanc nos vtinam conſequamur Deo. Conſequamur autem modo non Eſau, & poſteros eius imitemur: ſed iuxta Apoſtolorum traditionem, gaudere cum gaudẽtibus, & flere cum flentibus diſcamus, atque idem inter nos ſentire velimus. Hoc genere viuendi omnium dominum obſeruantes, aſſequemur eo dona benignitate Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, cum ſancto Spiritu nunc & ſemper, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Allegoricè. Sa... pta anguſtia panis vel incendium. Chanaan motus, vel negociator, vel humilis. Quando verò tranſmigratio filiorum Iſrael dimiſſa occidente litera, venit ad Spiritum viuificantem, mouebit cuncta quæ legis ſunt, de multis margaritis vnam negociabitur humilis effectus, & v... fuit ante tribulatio panis paſtum præbebit, & vitia incendet. Tranſmigratio verò Ieruſalem vbi fuit viſio quondam pacis, nunc toto orbe diffuſa, poſſidebit eccleſias v... luminis, & tunc aſcendent ſaluatores Apoſtoli, de reliquijs Iudæorum electi, ſpeculam montis eccleſiæ, & c... ponentes Iudaicam ſuperbiam & vniuerſorum montium qui ſe aduerſus Dei ſcientiam erigunt, domino regnum parabunt.

c *Et aſcendent ſaluatores, &c.* * Remigius. Sicut à Chriſto vera luce dicuntur Apoſtoli lux mundi, & à ſummo paſtore vocantur quoque paſtores, ſic à Saluatore, dicuntur ſaluatores. Hi deſcendent de Sion, ideſt, eccléſia, vt iudicent montem Eſau, ideſt, deponant & humilient omnem ſuperbum; & erit domino regnum, quia ipſe habebitur & Dominus omnium ſęculorum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et hæreditabunt hi qui ad auſtrũ ſunt. *Quia tempore Machabæorum dilatauerunt terminos habitationis ſuæ circumquaque.*

2 Et tranſmigratio exercitus huius. *i. illi qui de regno Iudę traſmigrauerunt in Babylonem. hæreditabunt ſupple.*

3 Omnia loca Cha. *Loca quę fuerunt à Chananæis poſſeſſa antequam filij Iſræl ingrederentur terram illam.*

4 Vſque ad Sareptam. *Ciuitas eſt in qua mulier vidua pauit Eliam.*

5 Et tranſmigratio Ieruſalem quæ eſt in Boſphoro. *Nomẽ eſt loci in regno Babyloniæ ſecundum illam expoſitionem, ad quem aliqui de Ieruſalem fuerunt translati.*

6 Et aſcendant Saluatores. *i. Eſdras, & Nehemias, vel Machabæi, vt dicunt aliqui.*

7 Et erit domino regnum. *i. virtute diuina fient iſta, cui ſeruient à captiuitate liberati. In aliquibus autem libris additur in fine:* Amen: *ſed non eſt in Hebręo, nec in libris correctis. Iſta expoſitio videtur habere aliqua dubia. Primò, quia non habetur planè de ſcriptura, quòd termini Iudęorum fuerunt ita dilatati temporibus prędictis: & maximè quia dicitur hic:* Poſſidebunt regionẽ Samariæ, *quia Samaritani illuc miſſi à rege Aſſyriorum. 4. Reg. 17. habitauerunt regionem illam vſque ad tempus Chriſti. vt patet Ioan. 4. & in pluribus alijs locis ex Euangelio. Item quod dicitur:* Et erit domino regnum. *Videtur extortè exponi: quia interruptio regni Dauid, quod dicitur regnum Dei in ſcriptura à doctoribus Hebręorum, & Latinorum, dicitur reparanda per Chriſtum, & hoc videtur manifeſtè ſonare dicta prophetarum: propter quod Ra. Sal. & alij Hebręi exponunt totam partem iſtam de conſolatione Iudęorum per Chriſtum, ſed in hoc deficiunt, quòd dicunt eſſe futurum, quod iam eſt impletum. Et ideò poteſt iſta pars exponi de tempore Chriſti. Cùm dicitur:* Et monte Sion. *Quia Chriſtus Saluator noſter ibi pluries prędicauit in templo, & plures infirmos curauit ſpiritualiter, & corporaliter.* Et erit ſanctus. *Quia ibi miſſus fuit Spiritusſanctus in ſigno viſibili in die Pentecoſtes, ſecundum quod dicit Hieronymus in epiſtola ad Paulinum.* Et poſſidebit domus Iacob. *Ideſt, Apoſtoli primique credentes, qui fuerunt de domo Iacob. Et iſta poſſeſſio non eſt per temporale dominium, quia potentes huius mundi poſuerunt colla ſua ſub iugo fidei.* Et erit domo Iacob ignis &c. *quia ſuper eos apparuit Spiritusſanctus in ſpecie ignis: Act. 2. a.* Et domus Eſau. *Ideſt, generatio Gentiles, ex hoc enim quòd Eſau perſequebatur Iacob. & deſcendentes ab eo, ſcilicet Idumęi perſequebantur filios Iſrael à Iacob deſcendentes: omnes qui populum Iſrael perſequuti ſunt cuiuſmodi Gentiles. vocati ſunt nomine Edom, vt dicunt Hebręi. Et vlterius deductum eſt hoc nomen ad omnes perſequutores filiorum Iſrael. hoc. idem dicit Hieronymus in primo prologo huius prophetię. per hoc, quod dicuntur hic ſtipula, & Apoſtoli ignis, intelligitur eorum conuerſio facilis ad fidem.* Et deuorabunt eos. *i. corpori Chriſti myſtico incorporabunt. Et hoc modo dicitur ... 10. b.* Surge Petre, occide, & manduca. *ſcilicet de conuerſione Cornelij, & aliorum Gentilium cum eo exiſtentium ſtatim fut...* Et non erunt reliquiæ. *ideſt, non remanebit in eis aliquid idololatrię pręcedentis, ſicut dicitur Prouerb. 12. a.* Verte impios & non erunt, *ſcilicet amplius impij manebunt tamen ad pietatem conuerſi.* Et hæreditabunt, &c. *Act. 1. a. dixit Ieſus diſcipulis:* Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ: *quia fidem Chriſti primò prędicauerunt in Ieruſalem, & poſtea in alijs partibus circumque ſubmittentes colla Gentium iugo fidei. Et ſecundùm hoc dicitur hic aliqui hereditare terras diuerſas ad quas iuerũt: Et exprimuntur ſpecialiter aliquę terrę propinquę Ieruſalem, & Iudeę, vt Eſau, terra Philiſthijm, Samaria, & Galaad. & Sarepta Sidoniorum. Et per iſta loca intelliguntur omnia alia ad quę deriuata eſt per Apoſtolos fides Catholica. Sciendum tamen, quòd vbi translatio noſtra habet:* Vſque ad Sareptam: *In Hebręo habetur vſque Zarphat, ideſt, vſque in Franciam, vt dicit Ra. Sa. & ſecundùm hoc exponitur, quod dicitur hic:* Et traſmigratio exercitus huius. *ideſt, collectionis fidelium in Iudęa exiſtentium, qui erãt ... ci...*

*tus fortis contra diabolum & perſequutionem infidelium, quorū qui tranſmigrauerunt per varia loca infidelium, qui hic Chanan. i minantur procedentes vſque in Franciam, ſcilicet Sanctus Sauinia ͤs, qui fuit de 72. diſcipulis vnus, & conuertit ad fidem ciuitatem nonenſem, quæ tunc erat metropolis in tota Francia, & ciuitas au a vocabatur, & poſt ciuitatis cōuerſionem eam domino dedicauit, ciens cruces in muro ciuitatis cum pollice, qui cedebat lapis ſicut ra mollis: & adhuc apparent in pluribus locis, ſicut ego vidi qui c ſcripſi: & ſocij Sancti Sauiniani alias ciuitates Frãciæ plures ad em Chriſti conuerterunt, vt ex actis eorum habetur:* Et tranſmi- ratio Ieruſalem quæ in Boſphoro eſt. *In Hebræo habetur: pharad, ideſt, in Hiſpania: vt dicit Ra. Sa. quod fuit impletum per obum Apoſtolum, & eius diſcipulos ibi fidem Chriſti primitus edicantes, & colla Gentium ſubiugantes. Ideò ſubditur.* Poſſide- t ciuitates Auſtri: *licet enim Hiſpania reſpectu Ieruſalem ſit in rte occidentali: tamen reſpectu Franciæ de qua fecerat mentionē mediatè magis eſt ad Auſtrum.* Et āſcēdent Saluatores, *Ideſt, Petrus & Paulus qui dicũtur ſaluatores participatiuè, eò quòd ſunt præcipui Apoſtoli.* In montem Sion, *Ideſt, in eccleſiam quæ mōs* D *Sion dicitur. Iſa. 2. & Heb. 12. vt ibidem dictum eſt:* Iudicare mōtem Eſau, *Ideſt, Romam, vt dicit Rab. Sal quia apparentes Conſtantino, & eum arguentes de perſequutione Chriſtianorum induxerunt eum ad defenſionem Chriſtianorum, & ædificationem eccleſiarum per Romanum imperium.* Et erit domino regnum, *quia Romam caput mundi dimiſit vicario Chriſti transferens ſedem imperij Conſtantinopolim. Aliter etiam poteſt exponi de tempore futuri iudicij, cum dicitur:* Et aſcendent Saluatores, *ideſt, Apoſtoli qui erũt iudicis aſſeſſores ad perfectam ſalutem electorum tunc habendam.* In montem Sion *quia circa illum locum erit finale iudicium vt dictum eſt ſupra Ioel 3.* Iudicare montem Eſau, *ideſt, condemnare ſuperbiam infidelium, qui nomine Edom, vel Eſau deſignantur, vt dictum eſt ſuprà.* Et erit domino regnum: *quia tunc omnia perfectè ſubijcientur domino noſtro Ieſu Chriſto: Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.*

ADDITIO.

In cap. 1. Abdiæ. *vbi dicitur in Poſtilla:* Et ideò poteſt iſta rs exponi de tempore Chriſti.

*Per Idumæam de qua principaliter in prophetica Abdiæ agitur, ſe ndum Hebræos intelligitur Romanum imperium, prout in gloſſa ra in loco habetur, vbi ſic habetur: Hæc omnia Iudæi de tempo- Antichriſti interpretantur, quem pro Chriſto recipient. Et quid- d contra Idumæam dicitur, ipſi de Romano imperio ſomniant di- m. Hæc in gloſſa. Circa quod notandum, quòd per Romanum impe n intelligunt communiter Romanam eccleſiam quam dicunt de- ſtruendam per Meſſiam ab eis inaniter expectatam. Quam quidem ec iam Romanam aſſerunt præfiguratam fuiſſe per quartam beſtiã am à Daniele 7. cap. quam propheta deſtruendam per quintum cium incorruptibile à Deo ſuſcitandam, quod falſum eſt & erro- m prout in additione ſuper Danielem capitulo ſupradicto fuit ſu cienter oſtenſum. Similiter, quod aſſerunt per Idumæam intelli- gi cleſiam Chriſtianam ſeu Romanam, improbatum fuit plenè ſu- pr ſa. 34. in additione, vbi oſtenſum fuit quòd in illo loco ſicut in q uſdam alijs ſacræ ſcripturæ verificatur de eis illud Pſal.* Gladius eorum intret in corda ipſorum, *Si attentè enim conſiderentur ſcripturæ, Idumæa in illo capitulo & in alijs ſimilibus ſignificat ad literam ſynagogam Iudæorum, quæ Apoc. 2.* ſynagoga Satanæ *dicitur, quæ per negationem & occiſionem Chriſti, & perſequutionem membrorum eius facta eſt veræ eccleſiæ Dei inimica, eo modo quo Idumæa ab Eſau deſcendens ſecũdum carnem ſemper fuit* E *aduerſatrix Ieruſalem materiali. Iſta autem conſideratio plenè oſtenditur in additionibus prælibatis ſcilicet Iſa. 34. & Danielis 7. Vnde quæ in hoc capitulo continentur de Idumæa, preſertim ab illo loco:* Et in monte Sion, &c. *Intelligendum eſt de ſynagoga Iudæorum. Et quod dicitur de Sion Ioſeph & Iacob, intelligendum eſt de eccleſia & populo Chriſtiano. Et ideò concludit in fine:* Et erit domino regnum, *quia Idumæa prædicta ſeparata à conſortio fidelium poſt paſſionem legitur Matth. vlti. d.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. *Item quod dicitur hic circa finem:* Et tranſmigratio Ieruſalem quæ eſt in Sepharad, *ſcilicet in Hiſpania,* poſſidebit ciuitates Auſtri, *impletum fuit quando Hiſpani ante ortum nefandæ ſectæ Mahumeti poſſederunt multas ciuitates in Aphrica, vt in chronicis habetur. Aphrica autem eſt in parte Auſtrali terræ habitabilis.*

*Prologus Sancti Hieronymi in librum Ionæ Prophetæ.*

SAnctum Ionam Hebræi affirmant filium fuiſſe mulieris viduæ Sareptanæ, quem Elias propheta mortuum ſuſcitauit, matre poſtea dicente ad eum: †Nunc cognoui quia vir Dei es tu, & verbum Dei in ore tuo veritas eſt. Ob hanc cauſam etiam ipſum puerum ſic vocatum Amathi. Amathi enim in noſtra lingua veritatem ſonat. Et ex eo, quòd verum Elias loquutus eſt ille qui ſuſcitatus eſt, filius eſſe dicitur veritatis. Ideò de veritate columba naſcitur, quia Ionas columbam ſonat. In condemnationem autem Iſrael Ionas ad gentem mittitur, quòd Niniue agente pœnitentiam, illi in malitia perſeuerant. † Temporibus quippe Ieroboam regis Iſrael, qui Deo derelicto cum pabulo ſuo in Samaria idolis ſacrificabat, Ionam Prophetam fuiſſe, quartus liber Regum indicat. Is cum prophetia illuminate, peccatores ciuitatis Niniue Dei miſericordiam conſequuturos videret, ne falſa prædicare videretur, ad denunciandum interi- F tum eiuſdem ciuitatis ire nolebat. Nam ſicut Deus ad Abraham de impietate Sodomorum, & Gomorrhæorum loquutus eſt, † clamor Sodomorum & Gomorrhæorum peruenit ad me: † Gen. 18. c. Ita & de Niniue dicitur, eò quòd aſcenderit clamor malitiæ eius ad Deum. Et quia ſententia Dei de Sodomis facta minimè reuocata eſt, ita & Ionas aduerſum Niniuem prolatam ſententiam reuocari nolebat, diuinæ diſpenſationis ignarus, † qui ſalutem hominum ad ſe conuertentium magis vult, quàm interitum. Hoc † Eze. 33. a illi acciderat, quod & ſancto Eliſæo, † qui filium Sunamitidis mulieris mortuum ignora- † 4. Reg. c. uit. Ideò à conſpectu Dei Ionas fugere ſe putabat: humanum aliquid paſſus, dicente Dauid: † Quò ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? † Pſal. 13. b.

*Item alius Prologus.*

IOnas columba & dolens, & filius Amathi, qui fuit de Geth quæ eſt in Ophir, ad Gẽtium præconium mittitur. Miſſus contemnit, contemnens fugit, fugiẽs dormit. Propter quem periclitatur nauis, ſed ſors latentem reperit. Cetus abiectum deuorauit, & orantem reuomuit. Reiectus prędicauit ſubuerſionem, ſed contriſtatur in pœnitẽtia vrbis, & ſaluti gentium inuidet. Gaudet etiam hederæ virentis vmbraculo, & dolet ſubitò areſcentis. Cuius ſepulchrum in quadam vrbium Geth in viculo demonſtratur, qui eſt in ſecundo miliario Sephorim, itinere quo pergitur Tyberiadem.

☞ Nullus

A NVllus typi ſui melior iterpres eſt quàm ille qui prophetas inſpirauit, & veritatis futuræ in ſeruis ſuis quaſdam lineas anteſignauit. Qui ad Iudęos Chriſtum Dei filium neſcientes dixit: *Viri Niniuitæ ſurgent in iudi-cio.*

Hieron. in procemio.

Matth. 12. d.

*Incipit argumentum.*

IOnas columba pulcherrima naufragio ſuo paſſionem Domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat, & ſub nomine Niniue ſalutem Gentibus denunciat.

*cu. gr. & con. cum quia pœ. e. in præ. Io. & ecce plus quàm Iona hic.* Condamnatur carnalis Iudæus credente mundo, & Niniue agente pœnitentiam, Iſrael incredulus perijt.

CAP. I.

a ET *factum eſt, &c.* Ad ea quæ in mente prophetæ ſpiritu conuoluebantur, continuatur hæc coniunctio, ſcilicet et. *Et fact.* More prophetæ multa in ſpiritu videns de multis, in hæc verba prorumpit.

✻ Theophy. Emphaſim & latentē quandam vim habet verbum illud. *Et factum eſt, &c.* Apparet enim quòd multus eſſet
B ſermo de Niniue, quamque fama eius reliquas vrbes omnes exuperaret & regna, nimirum ꝙ opibus & potentia prægnās, multis flagitijs obnoxia eſſet, per cōſequutionem dictum, *et factum eſt verbum, &c.* Vel, quia Iſraelitæ non obſequebantur verbo Dei, hunc ad modum auſpicatus eſt, perinde ac, ſi dicat. Quoniam Iſraelitæ ſeſe perperam diuinis in rebus geſſerunt non obtemperantes verbo, in poſterum *factum eſt verbum domini ad Ionam*, vt ad gentem Niniuitarum mittatur. Adiectum eſt autem nomē patris prophetæ, propter nominis æqualitatem. Eſt enim nō
C abſimile vero, alios ſic appellatos, qui tñ ex eodē patre non fuerint propagati.
b *Ciuitatem, &c.* Mundum, vt quem contempſit Iudæus totus mundus recipiat. Quem quaſi pulchram domum fecit Deus homini ſibi ſeruituro, qui quia per ſuperbiam aberrauit ad pœnitentiam reuocatur. Ionas qui interpretatur columba, mittitur ad Niniuen, quæ ſpacioſa dicitur. Sic Chriſtus Spiritu ſancto plenus ad mundum, qui ex artificio creatoris ſecundum Græcam linguam coſmos, ideſt, ornatus & pulcher dicitur. Vnde: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Quem ergo contempſit Iſrael totus mundus exaudit vt depoſita ſuperbia qua corruit per deſcendentem Dei filium, humilis in cœlum aſcendat.

✻ Theophyl. Niniue eſt ciuitas Aſſyriorum eximia, quam Aſſur extruxit, Aſſyrij verò increduli, & fidei omninò exortes. Hanc vrbem ſeruatum iri volens Deus, ceu locum totius temporis idololatriæ, & omnis effaſcinationis & incantationis, prophetam pœnitentiæ præconem ipſis mittens, oſtendit, non ſit Iudæorum Deus tantum, ſed & gentium: & quòd non apud ipſum perſonarum reſpectus. Valdè autem accelerantia ſunt verba: *Surge, & vade.* Non enim mortem peccatoris, quin potius cupiens vt conuertens ſe ad bonum, viuat, prophetam celeriter deſtinat ad promulgationem pœnitentię. Hinc etiam apponit, *Ciuitatem magna*, vt magis ipſum inflectat ac permoueat accelerare profectionem. Non eſt inquit, exiguus locus, non vile oppidulum, ſed ciuitas non aſpernanda.

*Incipit Ionas Propheta.*



CAPVT I.

a ❡Chriſtum ſuper quem ſpiritus in ſpecie columbæ, qui & pro nobis dolens.

a ET factum eſt verbum dñi ad Ionām filium 1 2
a ❡Veritatis, Deus veritas eſt. b ❡Pater ad filium.
b Amathi, dicens: Surge & vade in ciuitatē Ni- 3 †

Cum Ionas ſecundum interpretationem, ipſius Chriſti figuram præferat, non eſt neceſſe vt totum ordinem hiſtorię ſecundum Allegoriam ad Chriſtum nitamur referre, ſed ea tantum quę ſine periculo interpretationis poſſunt intelligi. Cum enim (ſicut ait Apoſtolus) in primis parentibus ſacramentum Chriſti, & eccleſiæ præſſum ſit, non omnia quę de ipſis parentibus dicuntur hoc ſacramentum poſſunt referri.

*Incipit Poſtilla Nicolai de Lyra ſuper Prophetiam Ionæ.*

CAP. I.

Diuiſio. ✻ 1 ET factum eſt, &c. *Hic incipit Ionas propheta. Et diuiditur in duas partes: quia primò oſtenditur eius inobedientia, & ſecundò pœnitentia, ſeq. c. Prima in tres quia primò deſcribitur Ionæ rebellio, ſecundò rebellantis deprehenſio, ibi:* Dominus autem, *tertiò, cōprehenſi punitio, ibi:* Et dixerunt. *Circa primum dicitur:* Et fa. *qui prophetauit tempore Ieroboam regis Iſrael, vt habetur. 4. Reg. 14. d.*
2 Filium Amathi. *Dicunt aliqui ꝙ nomen proprium eſt patris ipſius: ſed hoc non videtur verum, quia ſecundum omnes doctores Hebraicos & Latinos, iſte Ionas fuit filius mulieris viduæ, quem ſuſcitauit Elias 3. Reg. 17. Illa autem non fuit de populo Iſrael, ſed Gentilis, vt patet per verba Saluatoris Lucæ 4. d.* Multæ viduæ erant in diebus Elię in Iſrael, & ad nullā illarum miſſus eſt Elias, &c. *Et per conſequens eius maritus fuerat Gentilis. Talibus autem non dabatur tunc ſpiritus prophetiæ: & tamen oporteret hoc dicere, ſi fuerit pater Ionæ: ſecundum regulam doctorum Heb. & Catholicorum ꝙ quando in principio alicuius prophetię exprimitur nomen patris, intelligitur fuiſſe propheta ſicut & filius. Et ideò dicendum ꝙ Amathi eſt hic nomen appellatiuum, & ſonat veritatem in Latino: Reſuſcitato. n. filio dictę viduę dixit ipſa Elię:* Nūc in iſto cognoui quoniā vir Dei es tu, & verbum domini in ore tuo verum eſt: *& ob hoc puer ſuſcitatus ex tunc vocatus eſt filius Amathi, id eſt veritatis: & hoc idem dicit Hieron. in Prologo, ſicut aliquis dicitur filius mortis, quia fecit aliquid dignum morte. 2. Reg. 12.*
3 Surge. *Quæ erat ciuitas longè poſita.*

*MORALITER.*

† 1 *Et factum eſt, &c.* Per Ionam quē dominus miſit ad prędicandum contra Niniuen, ſignificatur Euangelij prædicator, & nomen conſonat, quia Ionas interpretatur colūba, prædicator autem debet eſſe ſimplicitatis columbinæ, & carens amaritudinis felle.
2 *Filium Amathi.* Ideſt, veritatis. Sicut filius Dei dicitur qui eius inſtinctum ſequitur Rom. 8. c. *Qui ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt.* Ita filius veritatis debet eſſe prædicator, in ſimpliciter ſequendo.
† *Vade.* Quę interpretatur ſpacioſa, ideò ſignificat mundi vanitatem quæ diffuſa eſt per orbem. Vnde cuidam religioſo predicanti contra vanitates mundi quidam mercator dixit: Frater compatiamini mundo, nam emeritis ſe. Et cum frater aſſereret oppoſitum ille ſubiunxit: quia religionem intrauit, & ſic frater confuſus obm-

niuen † grandẽ:& prædica in ea,quia aſcendit malitia eius 1
a ¶Putans,quod ..am Dei vitare poſſet in alieno loco, ſi Iudæam relinquat,,in qua ſolummodo Deum notum putabat,& in hoc imitatus eſt Cain. 2
corã me.Et ſurrexit Ionas,vt fugeret in Tharſis à facie dñi.
a ¶Secundum ſitum loci. b ¶Portum Iudææ in quo vſque hodie monſtrantur ſaxa in quibus Andromeda ligata Perſæi auxilio eſt liberata. 3
Et deſcendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Thar †
a ¶Mercedem ſuoueſtionis b ¶Vt fugitiuus ſollicitè quærens latebras. 4
ſis.Et dedit naulum eius & deſcẽdit in eã , vt iret cum eis in 5

A *Quia.* ✱ Remigius. Quod dicit, Aſcendit malitia eius [c]oram me,oſtendit quia impudenter,& ſine vlla reuerẽ[ti]a,& timore peccabant.

Theod. In tantam prolapſa eſt malitiam , vt patien[ti]æ meæ fines tranſcenderit.

Theophyl.Nõ [ſe]ntiunt proprias [ſu]as iniquitates & [i]mpietates, ideo tu [ſ]eis præco,ac do[c]eos quod talia [ta]ntaq; crimina ꝑpetrauerint, vt ad [cæ]lum vſq; ipſorũ [m]agnitudo peruenerit, ac tantũ non [v]ocem ediderint aduerſus ſe perpetrantes clamantem.
Simile in Gen. *Clamor Sodomæ & Gomorræ multiplicatus* [e]t. Et ad Cain: *Vox ſangui.fra.tu.cl.a.m.d.t.*

*Et ſurrexit.* ✱ Tertul. Fugerat animoſus prophetes do[m]inum,traiecerat ab Ioppe Tarſum,quaſi & à Deo trãſ[fr]etaret,ſed illum non dico in mari & in terra,verum in [v]ero etiam beſtiæ inuenio, in quo nec mori per triduũ [p]otuit,nec vel ſic Deum euadere.

B Theod. Hoc fecit planè ſciens,& ꝙ vbique Deus ſit, [&] ꝙ nullus locus eius prouidentia vacuus ſit: ſed tamen [ar]bitrãs in ſola Hieruſalem:Deũ ſeſe oſtendere. Timuit [ſe] pro propheta,vocari mendacem, in quam opinatio[ne]m impulit eũ ipſa minarum vltionis plenę declaratio. [C]onſiderauit Deum non præſignificare, ſi punire vellet, [ſe]m vltionis minatio,ad pœnitentiam adhortatio ſit.

Thophyl. Quòd autem priſci ſancti in locis quibuſ[da]m ſeparatis apparere Deum autumarint, Iacob teſta[tu]r,quando vidit ſcalas,& angelos aſcendentes & deſcen[de]ntes. inquiens : *Dominus eſt in loco hoc,ego verò ignorabam.* [Et] & Dauid: *Elegit dominus Sion, ſecreuit ipſam in habitatio[nẽ] ſibi.* Præterea & Iudæorum accuſationem fore cogi[ta]uit Niniuitarum obedientiam , vt qui ignoto & alieni[ge]næ fidem adhibuiſſent viro , quum ipſi contribulibus [p]rophetis non crederent , qui prophetias ſuas miraculis [et]iam confirmarent.

C *Et deſcendit in Ioppen,&c.* ✱ Theophy. Per mare fugã [a]dornat,ratus q̃ celerrimè ſeſe à miniſterio prophetię er[ga] Niniuitas liberandũ. Dedit autẽ & nauigationis mer[ce]dem,vt ne vel hinc ſi non daret , eſſet quod remoraretur eũ,quò minus fugeret. Oĩa nãq; ei facilia videbãt, D patrię priuatio,maris pericula,mercedisq; abiectio, modò à graui & moleſta ꝓphetandi functione illa eripi q̃at.

Nouerat propheta reuelante ſpiritu,ꝙ pęnitentia Gentiũ ruina ſit Iudęorũ,& ideo amator patriæ,non tã inuidet Niniue,q̃ cupit non perire populũ ſuum . Sciebat.n. Moyſe orãte dñm occaſionem liberationis Iſraelitarum habuiſſe . Viderat etiã prophetas mitti ad Iudæos ad pœnitentiam prouocandos : Balaam ẽt diuinũ de ſalute Iudęorũ prophetaſſe Dolet ergo ſe ſolũ electũ,q ad hoſtiũ ciuitatem mittatur,vbi eſt idolorũ cultus & Dei contẽptus.Sciebat ẽt,ꝙ quando Gentes crederent, & Iudæa excęcaretur. Timet ergo ne ſuo tempore per occaſionem ſuæ prædicationis conuerſis Gentibus Iudæi penitus relinquerentur,& ideo fugit in Tharſis.

Hiero. Remig. Rupert.

E Tharſis ſ̃m Ioſeph. ciuitas Ciliciæ. Secundũ qđ in Paralip.legĩ,locus eſt Indiæ. Hebræi verò putãt mare gñaliter Tharſis vocari. vnde: *In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis*,i.maris. Qđ magis conuenit fugitiuo & timido,vt non certũ locum fugę eligeret,ſed ſufficeret ei quocunque eũ mare deferret. Vel ſ̃m,ꝙ Tharſis,contẽplatio dr̃ gaudij,propheta ad gaudiũ quietis ire feſtinat magis volens ſe totum tradere theoricę & perfrui pulchritudine & varietate ſcientiæ(qđ ſignificatur per Ioppen,quæ ſpecioſa dicitur) quàm occaſione ſalutis Gẽtium perire populum , de quo Chriſtus ſecundũ carnẽ erat naſciturus.

Ioſeph Antiquit.li.1.c.11. 2.Paral.9. & 20. Pſal.47.b.

Myſticè, Chriſtus aſſumpta carne quodãmodo fugiẽs patriam,ideſt,cœleſtia,venit in Tharſis,ideſt mare huius ſeculi in quo clamabat: *Pater ſi fi.p.tranſ.a m.c.iſte.* ne damnato Iudæorum populo multitudo Gentium credat, Et tantum dilexit populum illum, pro dilectione patrum, & promiſſione ad Abrahã,vt in cruce diceret: *Pater ign. il.q. n.q.f.* Hac enim dilectione in extremo littore quod pulcherrimum dicebatur,eò ꝙ in Iudæa erat, *non vult tollere panem filiorum & dare canib. Sed quia venerat ad oues Iſrael*, dat uectoribus pretium,ut qui primum populũ ſuũ venerat ſaluare , ſaluet accolas maris & inter tempeſtates,i. ſuam paſſionẽ , & crucis conuitia ſubmerſis in inferno, ſaluet

Hiero. Remig.

Marc 7.c.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et prædica in ea. *eius ſubuerſionem.*
2 Quia aſcendit. *i.malitia ĩ ea habitãtiũ meruit,ꝙ ſubuertatur.*
3 Et ſur.&c. *ciuitas ẽ Ciliciæ,de qua Paul.fuit oriũdus Act.21*
4 Et deſcen.in Iop. *portus eſt in Iudęa ſup mare mediterraneũ.*
5 Et dedit naulum. *i.pretiũ nauis pro ſua deportatione.Hic occurrũt duo dubia.Primũ quare volebat fugere. Ad cuius intellectũ ſciendum,quòd duplex eſt prophetia,quãtũ ſpectat ad propoſitum. Vna quæ dicitur prophetia prædeſtinationis,ſ. quando aliquid reuelatur futurum eo modo quo eſt in diuina pręordinatione, & illud ſemper impletur: Hoc modo reuelauit dominus Samueli deiectiorẽ Saulis 1.Reg.25.f.propter quod dixit Samuel:* Porro triumphator in Iſrael,non parcet & pęnitudine non flectetur, neq; enim homo eſt,ut agat pœnitentiam. *Alia eſt prophetia comminationis,ſ.quando aliqua punitio reuelatur futura prout eſt in cauſis ſecundum earum diſpoſitionem.& ſecundum hoc Iſaias de mandato Dei dixit Ezech.4.Reg.20.a.* Præcipe domui tuę,morieris.n.tu & non uiues. *talis.n.erat infirmitas, quòd ſecundum naturã non poterat euadere mortem: & hæc non ſemper impletur:præordinauerat.n.Deus eũ ſanare miraculosè pp eius preces & lachrymas.Itẽ ſciendum,quòd ſpiritus diuinus prout vult tangit corda prophetarũ,ſ.minus ꝑfectè,vel perfectius,ſicut Iſaię fuit reuelata mors Ezechię futura ſecundum curſum naturę. ideo dixit:* Morieris & non viues. *poſtea verò eius ſanatio miraculoſa,ſicut ibidem ſubditur:* Reuertere,dic Ezechię,&c. Audiui orationem tuã & vidi lachrymam : & ecce ſanaui te. *Prophetia aũt iſta de ſubuerſione Niniue fuit tantum cõminationis,qa tunc non fuit impleta ꝓ pęnitentiam Niniuitarum,verumtamen hoc nõ fuit reuelatũ Ionæ à principio,ſed ſolum qđ denunciaret Niniue ſubuerſionẽ. Ionas verò conſiderans diuinæ miſericordiæ magnitudinẽ,& ex altera parte coniecturans,quòd Niniuitę pęniterent ad eius denunciationẽ,timuit ne prophetia ſua non impleretur,& ſic falſus propheta diceretur:pp quod voluit mandatum domini declinare, & hoc eſt qđ dicit c.4.pp* hoc pręoccupaui,ut fugerem in Tharſis, ſcio.n.ꝙ tu Deus clemens & miſericors es,&c. *Sed contra hoc poſſet dici,quod Ionas poterat nuntiare deſtructionem Niniue conditionaliter,ſ.ſi non pœniterent , & ſic non poſſet vocari falſus propheta, pp quod hęc ratio fugę videtur nulla . Ad quod dicendum quod Ionas propheta ſciebat,quòd prolatio verbi prophetici magis ſequitur formam diuinę voluntatis quàm humanæ,ſicut patet Num.23. de Balaam,qui volebat maledicere populo Iſrael,& econtrario benedicebat. Ionas aũt ſciebat circa hoc diuinam voluntatem,ſ. quòd ſubuerſio Niniue nunciaretur abſolutè , & ideo interponere conditionem non erat poteſtatis ſuę. Secundum dubium eſt,quo voluit fugere à facie domini,quem ſciebat vbiq; pręſentem? Ad quod dicẽdum , quòd licet ſciret Deum eſſe pręſentem vbiq; per eſſentiam & potentiã,ſciebat tamẽ cum hoc ipſum eſſe ſpecialiter in aliquo loco, & nõ in alio ad aliquẽ effectum determinatum:ſicut quantum ad miſſionem Spiritusſancti in ſigno viſibili fuit in domo in qua erant diſcipuli congregati,ſ̃m qđ dicitur Act.2.a.* Et reple.totã domum vbi erãt ſedentes, *& non alia loca.Tp̃e verò Ionę prophetę ſpiritus ꝓphetiæ nõ dabatur ĩ terra Gẽtium,ſed tãtum Iudęorum: Nec valet cõtra hoc,quòd Ezechiel & Daniel ꝓphetauerunt in Chaldaica captiuitate qa hoc fuit longè poſt Ionæ tp̃a,et ideo æſtimauit,quòd ſi eſſet extra terrã Iſrael nõ fieret ſibi mãdatum diuinum de ꝓphetica nunciatione,ſicut dicitur 1.Reg.10.de Saule:ꝙ exiſtens cum ꝓphetis ꝓphetabat,& non alibi:licet hoc Deus poſſit vbiq; facere: & ideo Ionas voluit extra terrã Iſrael fugere:Hoc ẽt à Deo permiſſum eſt fieri,vt fugiẽs naufragium pateretur,et à piſce deglutiretur,in quo triduum ſepulturę Chriſti pręfiguraretur,ſecundum quod dicitur Mat. 12.c.* Sicut fuit Ionas in uẽtre ceti tribus diebus & tribus noctibus,ſic erit filius hominis in corde terrę.

F

## MORALITER.

† *Et ſur.* nã p̃dicator ex humana fragilitate declinat prędicandi laborẽ, & vt euitet magnatorum maleuolentiã.
*Et deſcendit in Ioppen.* quæ interpretatur pulchra. Nã libenter declinat ad locum vbi ſibi pulchra facies oſtenditur & bonum conuiuium præparatur.
† *Et inue.* quæ interpretatur exploratio gaudij, & ideo per hanc nauem intelliguntur perſonæ,quæ prædicatorẽ inducunt,vt tranſeat delectabilia mundi.
5 *Et dedit naulum.* ſupputando eos in aliquibus illicitis.

ſaluet eos quos quaſi in naui dormiẽdo negligebat. Per fu-
A gã prophetæ pōt ſignificari humanum genus,qũ contem-
nens præcepta Dei ab eius facie receſſit, & mundo ſe tradi
dit, & poſtea ſequente cõtra ſe mũdi naufragio cõpellitur
reuerti ad eũ quem fugiebat, & quæ ſibi ſalutaria putaue
rat vertũtur in perniciẽ, nec ſolum non prodeſt auxiliũ hominum his quibus præbetur, ſed ẽt præbentes pariter conterũtur, ſicut legimus Aegyptũ vaſtatã ab Aſſyrijs,qa cõtra volũtatẽ Dei præbebat auxilium Iſraelitis.

a *Domi.au.* ✲ Theophil. Ionas ſe effugere poſſe diuinũ illud miniſteriũ arbitrabatur:at.n.terrę mariſque dñs ſuſcitat aduerſus nauim tẽpeſtatẽ, vt diſcamus diuinã functionẽ ſubterfugere nos nõ poſ-

proprios Deos,ad contemplationẽ gaudij ire feſtinãt
poſtquam Ionas ſorte fuerit deprehenſus, & morte ill
mundi ſedata tẽpeſtas & mari tranquillitas reddita, t
vnus adorabitur Deus,& immolabuntur ſpirituales v
niæ, quas iuxta literam in medis fluctibus non habeba

a ¶ Deo aduerſante nihil ſecurum.

a Tharſis à facie domini. Dominus autem miſit magnũ ventũ 1

a ¶ Cum prius omnia eſſent tranquilla.

in mare,& facta eſt tẽpeſtas magna in mari,& nauis † pericli-

a ¶ Concutiebatur ad contritionem. ¶ Quia periclitantem ſuſceperat.

b tabatur conteri. Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad 2

a ¶ Arbitrantes nauem ſolito onere grauati neſciunt to um pondus eſſe fug t u prophetę.

Deum ſuum, et miſerunt vaſa,quæ erant in naui in mare, vt

a ¶ Vt fluctus leuior tranſiliret

c alleuiaretur ab eis. Et Ionas deſcẽdit ad interiora nauis,& dor 3

d a ¶ Naturale eſt vnumquemque in ſuo periculo plus de alio quàm de ſe ſperare. 4

b ¶ Qui alios debuit conſolari turbatus tanto diſcrimine.

e miebat ſopore graui. Et acceſſit ad eum gubernator, dixit ei:

a ¶ Stultæ ſecuritatis [illegible] b ¶ Contra commune periculum communis fiat oratio.

Quid tu † ſopore deprimeris? Surge inuoca Deũ tuum,ſi fortè

f † recogitet Deus de nobis,& non pereamus. Et dixit † vir ad 5

collegam ſuum: Venite & mittamus ſortes, & ſciamus quare 6

¶ Ideſt,afflictio.

hoc malũ ſit nobis. † Et miſerũt ſortes,& cecidit ſors ſuper Io-

† ſoporate? † placetur.

† 1.q.4.c.eccleſia. 26.q.2.c. non exemplo & c. ſtatim.

ſe. Docemur quoque, quòd nihil citra Dei prouidentiam geratur, verum tempeſtates etiam diuina voluntate,& nõ fortuitò fieri. Excitantur ſæpe natura non poſtulante tempeſtates Dei admirando conſilio, qui & naturam condidit:quã & alterare poteſt,ſecundum quòd ſibi viſum fuerit. Vtroque autem modo illi ſeruantur vel pereũt, quos diuinus calculus vel ſeruari vel interire indicauit.

✲ Remigius. Putauerat Ionas prodeſſe ſibi ſi nauim conſcenderet, ſed & ipſe & nauis propter eum periclitabatur. Quæ enim nolente Deo putantur proſpera,vertuntur in perniciem,& nihil aduerſante Deo ſecurum.

Hieron. b *Et clama.* Neſcientes veritatem:non ignorant Dei prouidentiam,& ſub errore religionis ſciunt eſſe aliquid venerandum: Iſrael contra nec bonis nec malis intelligit Deũ, & Chriſto plangente populum ſiccos habet oculos.

c *Et Ionas deſcendit,&c.* ✲ Remigius. Deſcendiſſe dicitur, vt oſtendatur, quòd ſicut fugitiuus ad interiora nauis penetrauit,latebras quærens.

C ✱ Theod. Conſcientiæ ſtimulis vexatus,meſtitiaque afflictatus, cogitationum ſuarum aculeos non ferre valens, ex ſomno ſibi moliebatur conſolationem.

Hieron. d *Et dor.* Alijs turbatis propheta ſecurus & trãquillus deſcribitur, vt in interioribus nauis placidò ſomno perfruatur. Vel poteſt dici,quòd cõſcius fugæ & peccati,alijs ignorantibus cauſam tempeſtatis,ipſe fluctus contra ſe intumeſcentes videre non audet, & dormit non ex ſecuritate,ſed ex triſtitia,ſicut Apoſtoli in paſſione domini. Grauis ſomnus prophetæ ſignificat hominem torpentem ſopore erroris cui nõ ſufficit ſurgere à facie domini,ſed inſuper quadam, vecordia obrutus ignorat Dei iram & ſecurus dormit,& profundum ſomnium rauca nare ſonat. (Math. 26.f)

Tropo Multi ſunt,qui cum Iona nauigãtes & habentes

docet. Obſerua. ꝙ etiam ſi varios Deos inuocauerint, tamen cognitionem habuerunt,vnum eſſe Deum cæ omnibus maiorem:Non enim,vt ſeruẽt nos dij,ſed D

f *Et dixit vir.* Sæpe experti naturam ventorum & temp tum,vident non ex ſolitis cauſis fluctus conſurgere.Q ſi eſſet ſorte non quærerent autorem naufragij,nec pe incertã certum periculum vitare cuperẽt. Quod Matt ſorte eligitur,& hic fugitiuus ſorte deprehenditur,nõ tur virtute ſortium, ſed voluntate Dei, qui ſortes rege incertas. Non ergo hoc exemplo debemus credere vel ſortibus, quia priuilegia ſingulorum non poſſunt leg facere communem. Voluntate Dei Pharao & Nabuc donoſor iudicio ſomniorum futura cognoſcunt,non men ideo vbique ſomnijs eſt credendum.

✲ D.Theod. Cum aliæ naues ſecundo vento curſu nerent, in hanc vnam tempeſtas maris incumbebat: alios ſine periculo mare ſecantes viderent, ſuam verò cumanis fluctibus exagitari,primum quidem ſe ad pr conuerterunt:deinde cum hinc auxilium nullum aſſe rentur,Ionam excitant. Poſtremò,cum pericula inter non deſinerent,ſorte exquirere tempeſtatum cauſas rexerunt, non ignorantes ſua peccatores manere ſu cia atque delictorum pœnas perſoluere.

✱ Theophil. Ex his intelligamus Deum à proprijs a gnitis quemlibet ad ſe adducere, perinde ac tenemus gos ſtellæ ductu perductos ad cunas Chriſti: & Azoti ſymbolũ boum arcam perferentiũ tandem ſeruatos dñs ex piſciũ piſcatoribus fecit piſcatores hoĩum con tum ipſis nomen prætendens. Cum igitur nautis con tum eſſet ſortiri, condeſcendens ipſis Deus per conſ ipſis iudicium tempeſtatis autorem ipſis notum reddi

a *Indic*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Dominus. *Hic conſequenter deſcribitur rebellantis reprehẽſio, ſcilicet,per tempeſtatẽ à Deo miſſam in mare,per quam coactus fuit ſuam inobedientiam confiteri.& patet litera.*

2 Et clamauerunt. *ideſt,quilibet eorum ad Deum quem colebat. dicit enim Ra. Sa. quod ibi erant homines de varijs Gentibus & diuerſorum rituum.*

3 Et Ionas. *horrens videre maris tempeſtatem,& maximè,quia ſciuit eam propter ſe exortam.*

4 Et dormiebat. *abſorptus præ triſtitia euentus,ſicut Apoſtoli in paſſione Chriſti. Luc.22.*

5 Et dixit. *i.viri exiſtentes in naui hoc inter ſe dixerunt.*

6 Venite. *Dicit aũt Ra.Sa. ꝙ videbant alias naues ab eis diſtantes proſperè nauigare,ita quòd tẽpeſtas erat ſolum circa nauem illam,& hoc videtur ex eo quod dicitur infrà. Et remigabant viri,vt reuerterẽtur ad aridam, & non valebant, quia mare ibat & intumeſcebat ſuper eos:ex quo videtur, ꝙ fluctus maris conueniebant ad eos ad cunq; partem ſe verterent,& ex hoc perceperunt,quòd illa temp erat exorta propter maleficium alicuius exiſtentis in naui: & miſerunt ſortes ad inueniendum ipſum. Qualiter autem licitu vti ſortibus & qualiter non,dictum fuit diffusè Num.33. Pote men hic aliquid breuiter repeti. Circa quod ſciendum,quòd dupl ſors:quædam diuiſoria, vt quando ad aliquid diuidendum mitti ſortes, vt per hoc determinetur quis quam partem accipiat com do totum euentum fortunæ:& hoc nullum eſt peccatum. Alia c toria,quia per ſortes conſulitur quid ſit agendum vel dimittẽdu ſic ſi expectetur oſtenſio per ſortes a dæmone illicitum eſt.ſimili à corpore cœleſti cuius effectus ad hoc non ſe extendit: & ideo n ret occulto pacto dæmonum. Si autem expectetur à Deo & ſancti gelis,nullũ eſt peccatum niſi in caſu,vt cũ hoc fit ſine neceſſitate tunc ad Dei tentationẽ pertinet: vel ſi in neceſſitate debita Dei rẽtia omittatur,propter quod præmiſſa oratione Apoſtoli miſerũ*

## MORALITER.

† 1 *Domi.au.mi.ventum mag.* i. contritionis ſpiritum quando talis prædicator præcipit defectum ſuum & ſic peccatum ſuum vere recognoſcens mittitur in mare.i.in amaritudinem pęnitentiæ: & piſcis ſuſcipit eum ne ſubmergat Chriſtus per piſcem ſignificatus in cuius ore ſtaterem uenit Petrus:Matth.17.d.Suſcipit pęnitentem ne deſp abſorbeatur.

## ADDITIO

*In cap.1.Ionæ.vbi dicitur in Poſtilla. Et tamen oportet hoc dicere ſi fuit pater Ionæ.*

*Et dictũ fuit ſuprà Iere.1.c. in additione & ĩ alijs additionib. nõ eſt regula apud Hebr. ꝙ qñ exprimitur in principio alicuius pphet mẽ patris,intelligitur pater fuiſſe propheta ſicut & filius:ſed eſt vnius Rabbi,quod nõ bẽt aliquã probabilitatẽ,nec authoritatis mentũ. vnde non eſt neceſſe dicere, ꝙ Amathi eſt nomen appell*

a. ¶ Quem ſors indicauerat cogunt propria voce confiteri. ¶ Quid operis agas.
a nam. Et dixerũt ad eũ: Indica nobis cuius cauſa iſtud malum
a ¶ De qua regione vel de populo cuius ciuitatis.
ſit nobis? quod eſt opus tuũ? * quæ terra tua? & quò vadis? vel
a ¶ Tranſitor, ſicut Abraham & alij patres qui fuerunt peregrini huius mundi
b ex quo populo es tu? Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum, & do
a ¶ Non deos quos colitis, ſed eum qui omnia fecit, & in omnibus potens eſt. b ¶ Ideſt, colo quem vos ignoratis, vel timeo, vt ſeruus, & ſi non diligo vt filius. c ¶ In quo fugio d ¶ De qua fugio.
¶ Ad diſtinctionem maris non terram, ſed aridam eleganter vocat.
minum Deum cęli ego timeo, qui fecit mare & aridam. Et ti
c muerunt viri timore magno, & dixerunt ad eũ: Quid hoc fe
ciſti? Cognouerunt. n. viri, quòd à facie domini fugeret, quia
d indicauerat eis: Et dixerunt ad eũ: Quid faciemus tibi, & ceſ-
¶ Eo facto. a ¶ Ecce cauſa quare hæc quærebant b ¶ Nutu Dei perſequens fugitiuũ. c ¶ Dum morantur nautæ aſperius fiebat, oſtendens ſe vltionem creatoris non poſſe differre.
ſabit mare à nobis? Quia mare ibat, & intumeſcebat ſup eos.
a ¶ Me quærit tempeſtas, me perdite, vt mea morte viuatis.
e Et dixit ad eos: Tollite me & mittite in mare & ceſſabit mare
f a ¶ Non ignoro in meam pœnam elementa turbari, ſi ſe aſſero tempeſtatem, vos recipietis tranquillitatẽ.
à vobis. Scio enim ego quoniam propter me tempeſtas hæc
a ¶ Qui me recepiſtis.
g grandis eſt ſuper vos. Et remigabant viri, vt reuerterentur ad

*Indica.* ſub mira breuitate interrogatur, perſona, regio, ciuitas, vt ex his cauſa periculi cognoſcatur.

A Theophil. Intuere hic barbarorum hominum æquitatem. Non. n. ſtatim aggreſtibus in ipſum moribus feruntur, cæterum blandè & manſuetè eum interrogant, cuius cauſa afflictio ſu(per) eos veniſſet: vt vbi dicerint delictum experiantur emendare & expiare.

Theod. Cũ ſors teſtimonio ſuo prophetã arguiſſet, in iudiciũ agitur, & nautæ iudicũ formulã ſtantes Ionam reſpſcunt rationes vitæ anteactæ. Magno ſtudiò quærebãt intelligere oĩ ex parte tempeſtatis cauſam: quare nõ modo, vñ profectus eſſet, & quorſum iret, iubent dicere, ſed & ex qua gẽte genus duceret: vt e communibus gẽtis ſtudijs & inſtitutis hominis vitã cognoſcerent.

*Hebræus ego.* Non dixit: Iudæus ſum, quod nomen impoſitum populo ſciſſura x. tribuum à duabus, ſed Hebræus quod nomen generale erat tam duabus quàm x. tribubus.

Cum indicaſſet ſe dominum timere, indicauit ſe etiam à facie ipſius domini fugiſſe, & eius præcepta non feciſſe: ideo timent viri, quòd intelligunt ſanctum, & ſanctæ gentis virum, & magnum eſſe, qui fugit, ſed maiorem eum, qui quærit non audent tradere, celare non poſſunt.

Cum confiteatur creatorem maris & aridę, cur aridam relinquens arbitratur ſe conditorem maris in mari ſe poſſe vitare?

Theodoret. Mirus profectò, & dignus, qui laudibus omnibus ornetur profecta. Capitis condemnatus, præco fit poteſtatis Dei, omnium rerum fabricatorem & dominum appellans: quoniam quidem illa ætate quamplurimi mortales idola obſeruabant, vniuerſorumque factorem neſciebant: hunc ignorantibus, cauſamque fugæ ſuæ patefecit. Quia hunc quem noſco nõ terræ ſolum & maris, ſed & cęli conditorem & dominum, inſipientia implicatus me putaui effugere poſſe.

c *Et dixerunt.* increpando: Q. Si times Deum quem tam potentem prædicas, quomodo putas te eum poſſe euadere? Vel interrogantes dicunt volentes noſſe cauſam fugæ cur relicta propria terra in mari ſalutem quærat.

Theod. Hæc inquiunt, non ignorans, cui alios docendi negocium datũ fuerat, quomodo ſperaſti Deum vbiq; præſentem, te effugere poſſe? Eouſque turpe eſt non obedire Deo, vt propheta aliorum præceptor, non ſe ab inſipientibus reprehendi recuſet.

Theophilact. Terrefacti ſunt igitur quandoquidem arbitrarentur potentem illum Deum eſſe, è cuius manib. quiſquam euadere non poſſet: iuxta metuentes, ne vnà cũ tranſfuga iſto intereant.

d *Quid faciemus.* * Theophil. Et hic demirari dignum eſt nauticorum hoĩum mãſuetos adeo mores. Neque. n. inſurrexerunt in ipſum, neq; dixerunt: O ſceleſte, & oĩum ſceleratiſſime, propter te peribimus: ſed ipſum iudicem faciunt, vt pronunciet quid ſecum faciẽdum ſit. Digni ſunt quos æmulemur, vbi in calamitates incidentes planè eſſe D
ramur aduerſus ca-
lamitatũ authores,
1 & contra ipſos fami
liares noſtros.
2 Rogant, vt ipſe ſit - & quo vadis?
3 remedio, qui fuit au
4 thor peccati. Q. Ex-
5 poſuiſti cauſã mor-
6 bi, indica & ſanita-
tis. Ex tumore maris
intelligimus irã Dei
7 contra nos, ꝙ fugiti
8 uũ ſuſcepimus. Sed
occidemus te, vt hãc
irã mitigemus? Cũ
verò cultor Dei ſis,
tuũ eſt imperare, qd
opus ſit facto: noſtrũ
eſt manus adhibere,
9 vt ſic auerſa ira Dei
eeſſet mare. E

e *Et dixit ad.* Fugitiuus deprehenſus nõ
10 diſſimulat, non negat, ſed cõfeſſus culpam libenter aſſumit pœnã, malens ex ſuo peccato ſolus perire, quàm alij ſecum peccent, & pereant. Inſtruitur etiã per ſalutem & conuerſionem nautarum, magnam Niniue multitudinem ſimili confeſſione poſſe ſaluari

Alleg. Hi venti, hi fluctus ad Chriſtum, & ad eccleſiam periclitantem referuntur, vel ad Apoſtolos ſuſcitantes, qui eum in paſſione deſerentes, in fluctibus turbantur. Dicit ergo Chriſtus, quia videt me mundus vobiſcum ad contemplationem gaudij nauigare, *vt vbi ego ſum, & vos ſitis.* idcirco fremit, & me cupit deuorare, vt vos pariter occidat, nec intelligit quia velut eſcam in hamo caput, vt mea morte moriatur. Ioan. 17 d.

f *Tollite.* Tempeſtas, quæ propter me contra vos ſæuit, me moriente ſedabitur: nõ eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatã ab alio libẽter ſuſcipere, niſi vbi caſtitas periclitatur. Hieronym.

⁜ Remig. Contra me tempeſtas exurgit, mittite me in mare, vt mea morte viuatis. Aduertenda eſt fugitiui magnanimitas. Non diſſimulat, non negat, ſed confeſſus pœnam amplectitur, ne cæteri propter ſe perirent. F

* Theophil. Talem ſe gerit bonis conſilijs prædita anima. Cognito peccato ſuo rubore quidem ſuffunditur propheta, quòd deliquerit. Non ignorans autem, ꝙ mare obtẽperet ſeruiens diuino mandato, ſeipſum inobedientẽ Deo morte cõdemnat. Atqui nos haudquaquam tales ſumus, quin potius ſciẽtes peccata noſtra ſupplicijs digna, vbi aliquam afflictionem ſuſtinuerimus, aduerſus Dei prouidentiam murmuramus, tanquam impeccabiles eſſemus: tantum abeſt, vt digna nos pęna condemnemus.

g *Et remi.* Prolata contra ſe ſententia, tamen in cultorem Dei non audent manum mittere: ideo laborant ad terrã reuerti, mallentes perire, quàm ſanguinem fundere. Remigant autem quia putant abſque ſacramento illius, qui paſſurus erat, poſſe nauem de periculo liberari: cum Ionæ ſubmerſio ſit nauis releuatio. Hiero.

☞ a *Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

*in electione Matthiæ: vel ſi electiones eccleſiaſticę, q̃ inſtinctu Spiritusſancti debent fieri, fortunæ ſortiũ cõmittatur. Rationes & authoritates omitto quia poſitæ ſunt loco ſupradicto. Iſtos tamen nõ oportet excuſare de peccato, quia ſicut dictum eſt, erant ibi diuerſi hoĩes diuerſos deos colentes: & ideò videtur, ꝙ miſerunt ſortes ſecundũ morem Gentilium, qui vtuntur ſuperſtitioſis. Deus tamen, qui elicit bona ex malis ſic ſortes tẽperauit, quòd Ionas deprehenſus fuit, & cõfiteri peccatum ſuũ cõpulſus fuit, ſecundũ quod dicitur Prou. 16. d.* Sortes mittuntur in ſinum, ſed à domino tẽperantur. *ideò ſequitur.*

1 Et dixerunt. *Et fecerunt ſibi quatuor quęſtiones, dicentes.*

2 Quod eſt opus tuum? *quia ex opere malo homo puniendus.*

3 Quæ terra tua? *quia propter malitiam terrę aliquis aliquando punitur.*

4 Et quo vadis? *quia aliquis puniẽdus eſt, qui vadit ad locum malum ſiu prohibitum. Et ad iſtam quęſtionem reſpondit ſe fugere in Tharſis, vt declinaret domini præceptum, vt habetur infra. Cognouerunt enim viri, quòd à facie domini fugeret; quia indicauerat eis, licet hic taceatur.*

5 Vel ex quo populo es tu? *quia aliquando filius punitur pro malo parentum.*

6 Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum, & dñm Deum, &c. *hoc enim nomen eſt commune omnibus deſcendentibus à Iacob patriarcha.*

7 Et timuerunt viri timore magno, &c. *propter offenſam Dei Ionæ quem confitebatur dominum maris & terrę.*

8 Et dixerunt ad eum. *Hic conſequenter ponitur Ionę deprehẽſi punitio: de qua primò quęritur:* Quid faciemus tibi & ceſſabit mare à nobis? &c. *Et ſubditur reſponſio.*

9 Tollite me & mittite in mare. *Magis enim voluit ſolus mori, quàm quòd cum eo alij morerentur occaſione ſui: volens etiam per mortem ſuam placare offenſam Dei.*

10 Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam. *tentantes ſi poſſent euadere ſine eius morte.*

a *Et clamauerunt.* ✻ Theod. Cùm planè nouiſſent Ionā
A à Deo condemnatum fuiſſe, rogant ne pœnas dent, dum
Dei iudicio ſubſeruiunt.

✻ Theophyl Non.n.hunc tanquam latrones aut ſangui nolenti homicidæ occidimus: ſed tuę obſequentes voluntati. Hic barbaros cõtemplare, q̃uo non contra hæc ogganniant: Igitur cruentus & ſãguinis & auidus ille Deus eſt: ſanguine igitur gaudet, &c. Verùm Dei voluntatem amplexantur, diligunt, & venerantur, non curioſè indagãtes cauſas cur iſta ſic fiant.

aridam & non valebãt, quia mare ibat, & intumeſcebat ſu-

a ¶Scientes mortem peccati peiorem eſſe quàm vitæ: & ex magna fide pro anima alterius precantur, cum ipſi periclitantur corpore.

a per eos. † Et clamauerunt ad dominum; & dixerũt: Quęſu- 1
mus dñe, ne pereamus in anima viri iſtius, & ne des ſuper
nos ſanguinẽ innocentem: quia tu domine ſicut voluiſti fe 2

a ¶Non rapiunt, ſed cum obſequio & honore portant. b ¶Chri u n. c ¶Non repugnantem, ſed manus per voluntatem Dei præbentem. d ¶Mare quod abſente Iona iraſcitur, iam deſideratum apprehendens, tenet, gaudet, & confouet, & ex gaudio tranquillitas redit.

b ciſti. Et tulerunt Ionam & miſerunt in mare, & ſtetit mare à 3
feruore ſuo, & timuerunt viri timore magno dominum, & 4
immolauerunt hoſtias domino, & vouerunt vota.

Hiero. Conteſtant͂ Deũ, vt quod facturi ſũt, non imputetur eis ad culpam Quaſi dicatur, nolumus in-
B terficere tuum prophetam, ſed ipſe confeſſus eſt iram tuã, & tempeſtas tua eum arguit, voluntas tua manibus noſtris expletur. Simile quid facit & dicit Pilatus, qui lauans
Matt.27.c. manus, ait: *Mundus ego ſum à ſanguine iuſti huius.* Nolunt gentes perire Chriſtum, innocentem teſtantur, & Iudæi dicũt: *Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.*

Ibidem. Daniel.3.c. Pſal.39.b. Quòd eum ſuſcepimus, quòd mare ſæuit, quòd ſorte deprehenditur, quod ipſe indicat quid de ſe fieri debeat opus eſt tuæ voluntatis. Vnde Saluatori in Pſal. *Domine, vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui.*

Ante paſſionẽ Chriſti errores & diuerſa dogmata quaſi contrarij fluctus turbabant nauiculam eccleſiæ & totum humanum genus: ſed poſt paſſionem eſt trãquill[itas] fidei, pax orbis, cõuerſio ad Deum, omnia ſecura. Ita p[oſt] præcipitationem Ionæ mare ſtat à feruore.

b *Et tulerunt Ionam, &c.* ✻ Remig. Ideſt, quaſi quodã c[um] obſequio & honore portantes, non præcipitantes, miſe[runt] in mare.

✻ Theophyl. [...] tandem audet o[...] aggredi, quo p[...] cto ſtatim mare [tran]quillum redditu[r] [...]li verò cognoſc[...] dominũ perfec[...] quam ante hac: [...] parum ipſum [...] tuunt, vt cui ne[...] ſeſe ſubducere [...] qui acriter in ip[...] peccãtes adoriri [...] ſit. Sacrificauer[unt] vbi in terram apulſi fuere. Vouerunt autem & vota, [id] eſt, promiſerunt ſe talia quædam & talia facturos vb[i in] patriam remeauerint, &c. Vides ne hic diuinam diſ[pen]ſationem? fugit Ionas vt ne ſeruentur Niniuitæ, & [...] ſeruantur nautici: dein & ipſe: & exuberantius bon[um] perficitur. Sic & noſtris diuina prouidentia delictis a[...] num vſa eſt.

Ante paſſionem timentes clamabant ad Deos ſuos, [poſt] paſſionem timent Deum venerando, & colendo, & in[...] lant hoſtias quas iuxta literam in fluctibus non habe[...] ſed ſacrificium ſpiritus cõtribulati: & vouent vota ſe[...] plius à Deo non receſſuros cernentes ex fuga tempeſ[tatis] verba prophetæ vera fuiſſe.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et clamauerunt ad dñm, &c. *ne imputaretur eis mors Ionæ.*
2 Quia tu domine ſicut voluiſti feciſti, Et tulerunt Ionã & miſe. &c. *Experientia enim tempeſtatis iam cognoſcebant poteſtatem Dei quem Ionas colebat.*
3 Et ſtetit mare à feruore ſuo, &c. *ex quo manifeſtè apparuit ipſius Ionæ tranſgreſſio, mandatum domini declinando.*
4 Et timuerunt viri timore magno, &c. *ex ſignis viſi[s fue]runt conuerſi ad colendum verum Deũ, qui habet ſuper omnem [crea]turam dominium: & hoc bonum elicuit Deus de malo Ionæ. Di[cit] Auguſt. in Enchiridio, quòd Deus adeo eſt omnipotẽs & bonus, [qu]od non ſineret mala fieri, niſi ex eis maiora bona eliceret.*

CAP. II.

Hiero. Remig. a Et *præparauit.* Vel ab initio cũ conderet, vel iuxta nauem fecit venire, vt præcipitẽ ſuſciperet & pro morte habitaculum præberet, vt qui in naue iratum ſenſerat Deum, in morte ſentiret propitium.

✻ Theophyl. Non quemadmodum hominibus aut angelis
C præcipit Deus, ipſis in mentem inſonãs quid agẽdum ſit, ſic ceto nunc demandauit: ſed velle aliqđ Deum, lex eſt & mãdatum neceſſariò cõplendum. Atque hic obedientiæ modus eſt inexplicabilis quidem nobis, ipſi verò cognitus.

# CAPVT II.

a ¶Morti & inferno præcipit, vt prophetam ſuſcipiant, ſed quantum gaudent in deuoratione, tantum lugent in vomitu.

a Et præparauit dominus piſcem grandẽ,

a ¶Sicut fuit Ionas tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti, ſic erit filius hominis tribus di. & tribus nocti. &c. 1

b vt deglutiret Ionam. † Et erãt Ionas in
ventre piſcis tribus diebus & tribus no- 2

a ¶Poſtquam ſe ſoſpitem ſenſit in vtero ceti: conuertitur ad exorandum miſericordiam Dei. 3

ctibus. Et orãuit Ionas ad dominũ Deum

✻ Theod. Venter verò grandis piſcis habitatio prophetæ tres dies & noctes extitit, viſque alui cibos concoquere ſolita, prohibebatur Ionam conficere. In tanta ergo laxitate propheta degebat, vt etiam precationes ad Deum adhibere potuerit.

Hiero. b *Et erat Io.* Sicut Ionas per hoc, quòd fuit tribus diebus, & tribus noctibus in ventre ceti, indicat Chriſti paſſionẽ; ſic & oratio eius typus eſt orationis Chriſti.

Qui credit tres pueros ita de incendio liberatos, v[t n]ec veſtimenta eorum ardor ignis attingeret, non debet [du]bitare de ſalute Ionæ in ventre ceti.

Dicunt quidã in paraſceue, quando ſole fugiente [ſ]exta hora vſq; ad [...] nonã nox ſuc[ceſ]ſit [...] dici: duas noct[es] & dies ibi comp[u]tandas vſque ad [...] ſabbati, & opp[...] ſabbato cum [...] ſequenti tres d[ies] & noctes cõputa[...] intelligunt ſinec[...] chicos, ideſt, à [...] totum.

c *Et orauit ad dominũ, &c.* ✻ Tertul. Cũ modeſtia & humilitate adorante[s ma]gis cõmẽdamus Deo preces noſtras, ne ipſis quidẽ m[...] ſublimius elatis, ſed tẽperatè ac probè. Ne vultu qu[i]dem audaciã erecto Sonos ẽt vocis ſubiectos eſſe oportet. [Deus] .n. non vocis, ſed cordis auditor eſt ſicut conſpector. [...] aures ſonũ expectant? Quomodo ergo oratio Ionæ e [ven]tre ceti per tantæ beſtiæ viſcera, ab ipſis abyſſis, per ta[m] æquoris molem, ad cœlum potuit coadere?

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

Diuiſio. ✻ ET præparauit. *Hic conſequenter oſtenditur ipſius Ionę pœnitẽtia: Et hoc ex duobus. Primò ex eius oratione, ſecundò ex mandati diuini proſecutione, c. ſeq. Prima in tres, quia primò ponitur orantis locus, ſecundò orationis modus, ibi:* Et orauit, *tertiò exitus, ibi:* Et dixit. *Circa primum dicitur.*

1 Et præparauit dominus piſcem. *quia ei obedit omni[s crea]tura ad nutum.*
2 Et erat. *Nec mirum, ſi tamdiu ibi vixit, quia hoc fuit di[uina vir]tute, quia poteſt vbi vult, & quomodo vult ſaluare.*
3 Et orauit Ionas. *Hic conſequenter deſcribitur orationis [mo]dus cum ſubditur:* Clamaui ad do. *Erat quidem valde horridu[m] [...] glutiri, & in ventre piſcis detineri.*

MORALITER.

1 *Et preparauit.* 2 *Et erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus.* Per quos ſignificantur amara contritio, integra confeſſio, & debita ſatisfactio.

f *Et non afflig. &c.* Scilicet hoc tempore, & per hos ho a quibus modo obſideris. Nam ſępiſſimè per alios p modum afflicti ſunt.

g *Et nunc conter. &c.* i. oēm poteſtatem q̃ habet, & in q gloriatur, ſiue vincula quæ præparabat, vt captos ligar

✠ Theop. Virgā qua caſtigatur Iſrael, cōterā abs te, ò niui, vt eā porrò non teneas, quo per eā Iſraelē caſtig Rurſus ad Iudā & Ieruſalē ſermo dirigitur, qb. Deus perpetuā, ſed illius tpis, & ab illis hoſtibus a quib. obſi bātur, ſecuritatē polli:cet. *Si perfecti, &c.* Benigna Dei c hereticos cōminatio, q etſi fortes & multi atterētur & ſibi t eorū impetus, ſequitur & pmiſſio, permiſi te aſ poteſtate diaboli. quo autore tanta cōfixeras, & vinc ad colligandas aīas peccantium cōtexueras. Sed hæc mō dirūpam: dicens his qui in vinculis tenebātur. Exi

✠ E

✠ NICOLAVS DE LYRA.

1 Quid cogitatis contra dominū? *Tu Sennacherib. & exercitus tuus, q.d. vos cogitatis contra dominū deſtructionē ciuitatis domini & tēpli, ſed nō poteritis. Et ſubditur cauſa.* 2 Conſummat. &c. *Exercitus veſtri.* 3 Non conſurget, &c. *Id eſt, Sennacherib. non tribulabit regnū Iuda, ipſum captiuando, ſicut Salmanaſar pater ſuus regnum Iſrael tribulauit.* 4 Quia ſicut ſpi. *Et ſic inuicem comburuntur.* 5 Sic conui. *In veſpere enim noctis in qua angelus percuſſit exercitum redigendo in cineres corpora bellatorum, rex fecerat principibus exercitus conuiuium.* 6 Ex te enim. *Iſte fuit Rabſaces miſſus à rege ad terrendum Ezechiam & populum ſuum, vt ſic ſe redderent, & ducerentur in terrā idololatriæ* *vel ſubiectam.* 7 Si perfe. &c. *Ideſt, ſi bellatores fuerint pe cti in fortitudine, & multitudine.* 8 Sic quoq. at. *Ideſt, ab gelo percutientur, quæ percuſſio vocatur raſio ſiue attonſio Iſa.* Indie illa radet dominus in nouacula acuta in rege A riorum caput & pilos pedum & barbam vniuerſam 9 Afflixi te. *Verbum eſt domini ad Ezechiam, & populū qui fuerunt afflicti per regem Aſſyriorum.* 10 Et non af. *licet per Aſſyrios, tamen poſtea tempore Sedechiæ populus fuit a ctus per Chaldæos.*
11 Et nunc con. &c. *Ideſt, poteſtatem.*
12 Et vin. tua, &c. *Quia cum exercitu poteris ire liberè per dæam.*

✠ E

MORALITER.

† *Et inimicos eius.* Scilicet Chriſti & eccleſiæ.
† *Perſequentur.* Scilicet inferni in quibus punientur Antichriſtus & ſatellites ſui.
1 *Quia cog. cō. do. &c.* Scilicet tu Antichriſte & miniſtri tui.
2 *Conſummationem ipſe.* Ideſt. deſtructionem tuæ poteſtatis & imperij.
3 *Non conſurget du. tri.* Quia poſt perſecutionem Antichriſti alia non ſuccedet.
4 *Quia ſicut ſpinæ ſe inuicem, &c.* Id eſt, ſimul comburū r, ſic erit de Antichriſto & adhærentibus ſibi, quia ſim ter comburentur igne infernali.
6 *Ex te enim exibit cogitans contra dominum ma.* Hoc dic ur denuncijs ab Antichriſto præmiſſis.
† *Hęc dicit dominus. Si perfe.* Si potentiores & plures e ſtruentur.
10 *Et non affligam te vltra.* Quia poſt mortem Antich ſti non affligetur eccleſia.

4 *Quia* † *Et præcipi*

a *Et præcipiet.* O Aſſur quod paſſurus es ne putes fortuito, & ſine iudice contingere, quia Deo præcipiente omnia fient.

* Theophylactus. Hoc ciuitati Niniue dicit, Quoniam de te dominus Cyro imperabit, vt copias ſuas aduerſum te armet. Manebit porrò non prophetas mittendo, ſed animum eius inuiſibiliter per ſua quæ nouit iuditia cōtingendo, maximè cū idololatra eſſet, & indignus quem per ſuos prophetas conueniret.

*Nō ſeminabitur, &c.*

* Remigius. Ideſt, nullus naſcetur ex te, qui tuo nomine vocetur, & hæres tuus appelletur: vt enim liber Eſaiæ declarat, ſtatim vt euerſus eſt, interfectus eſt a filijs ſuis, & cum adoraret in templo Neſrach Deum ſuum, & hoc eſt quod ſequitur.

*De domo Dei tui, &c.* Vt inde puniaris, vnde ſperabas auxilium.

O hæretice animæ per te deceptorum non ſuſcipient nomina quæ prius inuocauerant ſuper terras ſuas: ſed ceſſabunt ſectæ hæreticorum, ne ab eis alij nominentur. Morientur ergo tibi errorum dogmata, ſed & tu qui tibi viuere videbaris, morieris erroi, & bono tuo mortuus, idola quæ colebas habebis ſepulchrum: & de pectore tuo D auferentur errores, in quo prius erat templum Dei tui, quem ſimulabas, quem inhonoratus es dum colis vana idola, quæ rationalis es.

b *Ecce ſuper mon.* Legitur in Paralipomenon, ꝙ Sennacherib obſidente Ieruſalem primo mēſe nō potuit Paſcha fieri, ſed cæſo exercitu, & nunciata morte Sennacherib, ſecūdo menſe Paſcha celebratum eſt. Inde ait: O Iuda ne ſis ſollicitus occiſo hoſte tuo in templo Dei ſui, ecce venit tibi nuncius tranſcurrēs montes, & colles, & quaſi de ſpecula nūcians tibi morte Sen E nacherib liberatam vrbem. Celebra Iuda. fe. t. & re. vota. tua, quæ pollicitus es Deo, redde pro nece inimici, quia Belial. Ideſt, præuaricator ille non pertranſibit te, quia totus interijt exercitus, & rex, & imperium Aſſyriorum penitus conciderunt.

2. Par 32 a.

† vocabitur ſemen.

† nihil reputatus.

Iſa. 37 g.

† impius.

Si qn̄ fuerit grauis perſecutio, & Dei vltio in eius aduerſarios apparuerit, dicamus ad eccleſiā. Celebra Iuda, &c.

Alleg. Deſtructis hæreſibus inducitur vox eccleſiaſtici prædicatoris qui hortatur ad gaudium animas Deum cōfitentes, pro diabolo in idolis deſtructo.

a ¶ Contra te, Aſſur. ¶ Facta promiſſione liberationis ad Iſraelitas, conuertit verba ad Aſſyrios comminans eis pœnam. b ¶ Ideſt non fiet ſeminatio.

1 Et præcipiet ſuper te Dn̄s. Non † ſeminabitur ex nomine
2 a ¶ Quia reuerſus Sennacherib Niniuen, ſtatim a filijs occiſus eſt in domo Dei ſui adorans. Ibi punitus vnde ſperabat auxilium. ¶ Te. b ¶ Inter aras, & puluinaria adorantis idola, ſanguis nefarius effundetur
3 tuo amplius de domo Dei tui interficiam. Sculptile, & con †
4 flatile ponā ſepulchrum tuum, quia † inhonoratus es. Ecce
5 ſuper montes pedes Euangelizantis, & annunciantis pa-
a ¶ Cum angelis domino canens.
6 cē. Celebra Iuda feſtiuitates tuas, & redde vota tua, qa non
a ¶ Vnde Apoſtolus. Quæ conuentio Chriſti ad Belial? b ¶ Præuaricator. c ¶ Quia. ¶ Subuerſa Niniue.
7 adijciet vltrà, vt pertrāſeat in te † Belial: vniuerſus interijt.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et percipiet, &c. *Verbum eſt prophetæ ad Sennacherib, de quo præcipit dominus angelo, vt percuteret exercitum eius.*

2 Non ſeminabitur. *i. non naſcentur vltrà tibi filij, quia fugiēs ad terram ſuam, cito fuit interfectus a filijs ſuis. ſ. poſt 45. dies a fuga ſua, Tobiæ 1.*

3 De do. Dei tui inter. *Quia in templo idoli ſui fuit interfectus. 4. Reg. 19. ideo ſubditur.*

4 Sculptile & con. po. ſe. &c. *Quia inter idola fuit occiſus, nec in ſepultura factus eſt ei honor regius, eo ꝙ factus erat toti populo exoſus imputanti deſtructionem exercitus prædictam ſuperbiæ Sennacherib, Deum Iſrael blaſphemantis. 4. Reg. 19.*

5 Ecce ſuper mon. *Hic conſequenter ponitur exultatio populi Iudæ, cum dicitur.* Ecce ſuper montes, &c. *Quia percuſſo exercitu, & Sennacherib fugiente, ſtatim Ezechias miſit curſores ad denunciandum Dei auxilium ſibi factum, & vt omnes venirent in Ieruſalem ad reddendum gratias Deo de tanto beneficio.*

6 Quia non adijc. &c. *i. abſque iugo, per quod intelligitur Sennacherib, qui nec Deum nec homines reuerebatur.*

7 Vniuerſus. *Qui poſt mortē ſui exercitus occiſus fuit, vt dictū ē.*

## MORALITER.

*Et præcipiet ſuper te dominus.* i. ſuper Antichriſtum quē Michael Archangelus de præcepto domini fulminabit.

*Non ſeminabitur ex nomine tuo amp.* Nam Antichriſtus non relinquet ſemen ad eccleſiæ perſecutionem.

*De domo Dei tui.* i. idoli tui.

*Interficiam.* ſ. idololatras.

*Sculptile, & conflatile ponam ſepulchrum tuum.* Nam Antichriſtus morietur in idololatria dæmonis ſibi priuati.

5 *Ecce ſuper montes, &c.* Sicut Sennacherib debellato per angelum, nuncij Ezechiæ diſcurrerunt ad congregan- F dum populum in Ieruſalem vt de tāto beneficio gratias agerent Deo: ſic Antichriſto per angelum fulminato congregabuntur fideles ad celebrandum ſolenniter Euchariſtiæ ſacramentum. Ideò ſubditur. *Celebra Iuda feſtiuitates tuas, & redde vota tua, quia non adijciet, &c.*

## ADDITIO

In cap. 1. *Naum vbi dicitur in poſtil.* Non conſurget duplex tribulatio.

*Hoc quod dicitur.* Non conſurget duplex tribulatio. *videtur continuari cum hoc quod immediatè dixerat.* Conſummationem ipſe faciet. *Et eſt ſenſus, ꝙ Deus decreuerat conſummare exercitum Sennacherib, ſic totaliter, ꝙ iterum non poſſent tribulare regnum Iuda: & ſic dicit.* Non conſurget. *ſ. in regna Iuda* duplex tribulatio. *ex parte Aſſyriorum.*

# CAP. II.

CAP. II.

A *Scendit qui, &c.*

* Theophy. Aſcendit contra Niniue Currus, qui inſufflans faciei tuæ eripuit te ex afflictione. Inſufflare autem ex Iudaica conſuetudine dixit, quorum exorciſtæ in languentium vultus inſufflabant.

Remigius. Abſque dubio veniet Nabuchodonoſor qui te deſtruat ò Niniue, & agros tuos deuaſtet. Quia igitur incurabile tibi imminet bellum, prædico tibi, contemplare viam diligenter, & iter per quod venturus eſt, &c.

Nunciato interitu Niniue, ſupponit per quem implendus ſit, dirigens verba ad ipſam Niniuen.

a ¶ Quia. ¶ Nabuchodonoſor qui ante os tuum vaſtet agros, perſequatur agricolas, te clauſum teneat

1 A Scēdit qui † diſpergat corā te, q cuſtodiat obſidionē
2
3

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

* A Scendit. *Poſt quam propheta denunciauit percuſſionem Sennacherib regis Aſſyriorum, hic conſequenter denunciat deſtructionem regni, in quo metropolis erat Niniue, quæ deſtructio facta eſt per Nabuchodonoſor regem Babylonis poſt Sennacherib. Et primo ponitur hæc deſtructio, ſecundo deſtructionis ratio cōpit. ſeq. Prima in tres, quia primo ponitur Niniue obſidio, ſecundò obſeſſæ captio, ibi.* Portæ flu. *tertiò captæ deprædatio, ibi.* Diripitæ. *Circa primum alloquitur regem Aſſyriorum, dicens.* Aſcendit, *i. aſcendet currus, & equos ſcilicet exercitus Chaldæorum.*

2 Qui diſpergat coram te. *Vaſtando terram tuam in oculis tuis, & non poteris reſiſtere.*

3 Qui cuſtodiat. *Circa Niniuen vſquequo capiat eam.*

## MORALITER.

† *Aſcendit qui diſpergat coram te, &c.* Hic ad literam deſcribitur deſtructio Niniue per Babylonios, per quam myſticè pōt intelligi deſtructio Iudeæ per Romanos, & nomina

A a *Contemplare.* Videns propheta imminere bellum Nini ue iam gaudens inſultat ruituræ.

* Theophylactus. Ad Iudam hæc dicit, præcipiens ipſi circumſpicere per vias, & expectare nuncios, ac bonas ab illis accipere annunciationes. *Conforta lumbos, &c.* Pro eo quod eſt, priorem depone formidine, & confortare lumbis tuis eos circumcingens. Sic eſto Dominus ait. *Succinge te vt vir lumbos tuos.* Et Paulus. *Circumcingite lumbos veſtros in veritate.* Proinde, & hic eos fortes eſſe, & confidentes iubet.

a ¶ Triſtiſſo. ¶ O Niniue quæ prædico ſibi ventura. b ¶ Accingere. c ¶ Congrega exercitus. 1
a contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem val 2
a ¶ Sicut vindicauit Deus Iudam de ſuperbia Sennacherib, ſic vindicauit. 10. tribus quæ a Niniue poſſidebantur. b ¶ Quam in Iudam exercuit. 3
b de: quia ſicut reddidit dñs ſuperbiam Iacob, ſic ſuperbiã 4
a ¶ Aſſyrij b ¶ Iudam, & Iſrael. ¶ Metaphoricè. 5 6
c Iſrael: quia vaſtatores diſſipauerunt eos, & propagines 7
a ¶ Iudæ, & Iſrael. b ¶ Quia Niniuitæ vaſtauerunt Iſrael, ideo clypeus idest fortitudo Babyloniorum ardeſcet contra Niniuen. 8
d eorũ corruperũt. Clypeus fortiũ eius † ignit⁹, viri exercitus ĩ 9
a ¶ Parati ad effuſionem ſanguinis erant. ¶ Alias. 10
e coccineis. † igneæ habenæ currus in die præparationis eius † 11

† Sicut faces ignis. Hiero. Ioan. 14. a.

Alleg. Tria præcipiuntur Iudæ. Primum, vt aſpiciat viam per quam ambulet ad eum qui dicit. *Ego ſum via.* Deinde, vt teneat lumbum. i. mortificet B carnem, tertio, vt aſſumat virtutem ne deficiat in bello contra hoſtes. In quo bello ne deficiat in bello, ſupponit in qua te ſpem poſſit habere: ſ. quod Deus reddidit ſuper Iacob iniurias quas ſolebat ſuperbus alijs inferre: modo Dei gratia humiliatus ab Aſſyrijs patienter ſuſtinet, Iacob ſupplantator, Iſrael videns Deum. Sicut ergo videns Deum, & ſemper cogitans de Deo, neſcit alijs facere iniuriam, ſic in luctamine ſupplantans inimicos deſiſtit alijs inferre iniuriam, per hoc ꝙ vaſtatores. *Ideſt, angeli ſingulorum qui ſemper vident faciem patris,* diſſipauerunt in Iacob, & Iſrael quidquid pulueris eis inhæſerat, & mentem quę ad prius contumeliam prompta erat a vero Iacob, & Iſrael auerterunt, & quidquid mali in cogitationibus eorum propagabatur, extinxerunt.

Matt. 8. b.

b *Quaſi ſicut.* Lxx. Qm̃ auertit dñs captiuitatẽ Iacob ſicut ꝯtumeliã Iſrael. Vtrũq; & Iudã & Iſrael vaſtauerũt Aſſy.

* Remigius. Ideſt, ſicut vltus eſt Dominus Iudam de ſuperbia Sennacherib, ſic vlciſcetur decem tribus, quæ in Niniue captæ tenentur. Hoc eſt. n. quod dicit. Sicut reddidit Dominus ſuperbiam quam exercuerant Aſſyrij cõtra Iacob. i. Iudam: ſic reddet ſuperbiam Iſrael. i. quam fecerunt ipſi Aſſyrij contra decem tribus.

C c *Quia vaſtatores.* Iuxta hiſtoriam cõtra Niniuen loquitur, & deſcribitur Babyloniorum exercitus contra eã veniens.

d *Clypeus fortium, &c.* * Remigius. Narratur pompa præparantium ſe Chaldæorum contra Niniuen ad bellum. Clypeus ignitus, ideſt, vibrans, & quaſi fulgurans vim in coccineis. ideſt, veſtibus coccinei coloris, vt ipſa veſtium ſimilitudo terrorem ignis & ſanguinis præſentaret ſpeciem. Igneæ habenæ ob nimiam præparantium ad bellum feſtinationem: agitatores, ideſt rectores vel Iſrael, vel Aſſyriorum conſopiti ſunt. Tanta eſt etiam multitudo commixti agminis, vt quadrigæ in plateis dum viam præ multitudine nequeunt reperire, inter ſe collidantur. Aſpectus eorum. ſ. Babyloniorum, quaſi lampades, vt arte ſolo viſu aduerſarios terreant, quam mucrone feriant.

Tunc recordabitur populus Aſſyriorum fortium ſuorum & quæret eos qui in itineribus corruerunt. Velociter aſcendent muros Niniue ad defendendum, & propter longam obſidionem præparabunt ſibi vmbraculum ad æſtus pellendos, &c.

Allego. Clypeum. Ideſt arma diaboli, & membrorũ eius ſunt accenſa igne inuidiæ, iræ, furoris, & vi. exerci. in cocci. ſunt rubri ſanguine martyrum. Igneæ. ha. cur. qui ferunt diabolum per mundum ſuccenſæ ſunt igne gehennæ. Agitatores qui venantur diabolo prædam, conſopiuntur & delectantur, & quaſi dormiunt capta præda, ſed iſti omnes pro malis ſuis itineribus conturbabuntur in die iudicij, & quadri col. ſunt in pla. Quãuis ſpacioſa via ſit quæ ducit ad mortem, tamen preſſura temporis coartati, rectum iter inuenire non poterunt, ſed in ſe inuicem collidentur. Ibi tamen ſpirabunt veterem furorem, & ſicut fulgura huc lucq; diſcurrent. Et recordabitur, ad pœnam ſuam diabolus, & membra eius, eorum qui fortiter, & violenter egerunt contra eccleſiam: & ruent in itinere nõ ualentes implere conatus ſuos, & velo. aſcendet mu. eius. Terrore venientis iudicis infirmati, fugient ad terminos mundi, quibus quaſi muris mundus includitur, & ambitur, & vlt. non valentes progredi quaſi ex neceſſitate cogentur contra inſtantem repugnare. Sed illis hæc cogitantibus, cuncta quæ ab eis obtẽta fuerant diſſipabunt, & aperient portæ quæ clauſæ fuerant, i. conſcientię ſingulorũ reuelabuntur, & regna impiorum corruent, & miles diabolus, ancillę eius. i. molles, ſub illo ducentur in tartara, gementes, & indignantes contra ſe pro malis quę geſſerunt, tamen murmurantes, & indignantes contra Deum pro pœnis quas patientur nollent eum Deum habere putorem.

e *Igneæ habenæ curris in die præparationis, &c.* In ardentibus loris, velocitas properantium ſignatur, & præparantium ſe ad bellum pompa narratur, & commixtim nunc de Iſrael, quę olim paſſus ſit, nunc de Aſſyrio, quid ferit, nunc de Babylonijs quid in Aſſyrios exerceant ſcriptura contexitur.

Hie. Re.

E F

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Contemplare. *i. diſpone te ad occurendum ei, tuos bellatores confortando: quaſi diceret. Hoc erit pro nihilo, vt habetur infra. Et ſubditur cauſa.*

2 Quia ſi. reddidit dominus ſuperbiam Iacob, &c. *Deijciendo Sennacherib, eò quòd ſuperbè egerit contra duas tribus.*

3 Sic ſuperbiam Iſrael. *Supple citò reddet deſtruendo totum regnum Aſſyriorum eò quòd ſuperbe egerit contra regnum decem tribuum, ipſum viriliter captiuando.*

4 Quia vaſtatores. *i. Chaldæi venientes.*

5 Diſſipauerunt eos. *i. diſſipabunt Aſſyrios.*

6 Et propagines eorum. *i. filios, & filias.*

7 Clypeus fortium. *ſ. Nabuchodonoſor.*

8 Ignitus. *Erant. n. ibi laminæ æreæ ad ſolis radios refulgentes ſicut ignis ad terrorem Aſſyriorum, & ad offuſcandum oculos eo...*

9 Viri exercitus in. *Habebant enim ſuper arma ornamenta ... bea, ne ſi aliquis eorum vulneraretur ex apparentia ſanguinis ... terrerentur.*

10 Igneæ haben. cur. *i. curruum. Erant enim ibi habenæ lim... & ſic in radio ſolis fulgebant ſicut ignis.*

11 In die. *ſ. ad prælium. Et econuerſo erat de Aſſyrijs, de qui... dicitur.*

* E

## MORALITER.

† conſonant. Nam Niniue germen pulchritudinis interpretatur: ideò per ipſam Iudęa ſignificatur, eò ꝙ in ipſa natus fuit Chriſtus: de quo dicitur Ierem. 23. a. *Ecce dies venit dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, &c.* Similiter per Babylonios ſignificantur Romani, vnde. 1. Pet. 5. d. *Roma Babylon vocatur.* Ibi enim dicitur. *Salutat vos eccleſia in Babylone collecta.* Ideſt, in Roma. Secundum hoc ergo primò ponitur Iudęę vaſtatio, cùm dicitur. *Aſcendat qui diſperdat te, &c.* Quia Romani veniendo verſus Ieruſalem deſtruxerunt terram, & poſt obſederunt Ieruſalem.

1 *Contemplare viam, &c.* Iudæi. n. conſiderabant qualiter poſſent Romanos impedire in via, & ſeipſos fortificare: ſed eis non valuit. Et ſubditur cauſa cùm dicitur.

2 *Quia ſicut reddidit do. ſu. ia. &c.* Propter duplicem. n. ſuperbiam. ſ. contra Chriſtum, & contra Romanum imperium vaſtati fuerunt.

7 *Clypeus fortium eius, &c.* ſ Romani exercitus.

8 *Ignitus, &c.* i. refulgens ad ſolem, & ad Iudęorum terrorem.

9 *Viri exercitus in coccineis, &c.* i. rubeis ex ſanguine Iudęorum.

10 *Igneæ habenæ, &c.* i, refulgentes.

† *Currus.* i. curruum.

† E

a *In itineribus, &c.* Rurſus redit ad ordinem deſcriptionis. Tanta eſt multitudo venientium, vt ſit mixtum agmen in itinere nec diſcerni poſſit. Quadrigæ etiam præ multitudine inter ſe collidentur in plateis.

b *Portæ fluuiorum apertæ.* Quamuis Niniuitæ claudant portas domino reſerantes apertæ ſunt Babylonijs, quæ ad inſtar fluminis, quæ habebant ciuiũ multitudinem, & templum .i. regnum eſt deſtructum, ſub metaphora mulieris captiuæ vaſtitas Niniue deſcribitur.

Theophylactus. Quaſi intueatur propheta Niniue quomodo in captiuitatem abducatur, hęc dicit. Aſcendebat veluti in Perſiden abducenda, cumque ipſa municipia, & ſubiectæ ei ciuitates in cordibus ſuis gementes, hoc eſt, clandeſtinum murmur, & gemitum columbarum imitantes.

*Et Niniue.* Filia-
us. Ideſt minorib. vrbibus deſtructis, ipſe populus Niniue qui pro multitudine comparatur piſcinis aquarum ita inutilis erit, vt reſiſtere non valens hoſtibus fugiat.

Alleg. Aquæ Niniuæ. Ideſt, mundi, ſunt illi qui altitudinem cœli relinquẽtes, in ima lapſi ſunt, quia omnia dogmata mundi quæ ſunt extra hortum ſignatum quamuis magna videantur, anguſto tamen fine coartantur.

*State.* Fugientibus populis inertibus clamat Niniue quaſi mater State ſtate, claudite portas, ſaltem in muris reſiſtite hoſtibus. Sed nullus ex pietate matris reuertitur, ſed iam deſerunt prædam hoſtibus. Vnde vox ad Babylonios dirigitur, diripite argentum.

Alleg. Primũ eſt, vt habitatores mundi a Deo peccãdo non fugiant, ꝙ ſi fugerit ad vocem Dei vel matris eccleſiæ reuocantis, & dicentis; peccaſti, quieſce, dẽt ceſſare a fuga .i. culpa. ſed obſtinatus non vult redire. Cur a diabolo dr̃: Defer tecum argentum mundani eloquij, & aurum mũdanæ ſapientiæ, dogmata tua omnium ſenſuum verborumq; compone flores. Sed vaſa. Ideſt corda eorum adeò ſunt profunda in cupiditate, vt quantalibet multitudo diuitiarum ea non poſſit ſatiare. D

Eccle.21.a.

e *Diripite argentum.* ✱ Theophylactus. Priorem Niniuitarum explicat iniuriam, & circumſcriptionem quodq; ex rapinis eas collegerint. Neque poteſt quiſquam eorũ dicere, ꝙ propter penuriam ea diripuerint, tolerabilius .n. hoc fuiſſet malum, ſed per iniuriam, & quia voluerint habere diuerſos coſq; pretioſos ornatus. Nam, & fœminarũ inſtar viri propter mollitiem, & ſtultitiam ornabantur. E

f *Diſſipata.* ✱ Remigius. Sub figura mulieris diſſipatæ, & dilaceratæ deſcribitur qualis fuerit Niniue tempore captiuitatis ſ. tabeſcens corde, & diſſolutis genibus, & præ terroris magnitudine facies pallore deformes, ollæ combuſtæ ſimilitudinem videbantur habere: quæ omnia iuxta literam completa ſunt in Niniue, quando a Nabuchodonoſor capta eſt.

Hoc de his qui ad Deũ cõuertuntur, qui diſſipãtur calore fidei, prius infidelitate gelati, & ſcindũt corda cõfitẽdo & dilacerãt pęnitẽdo, & cor prius durũ tabeſcit calore Spiritusſancti, & genua prius rigida flectunt Leo, & deficiũt oẽs voluptates carnis. Quod aũt ſequitur. *Et facies omnium &c.* ad illos pertinet, qui nolunt reuerti, & quorum facies operientur cõfuſione in ſimilitudinem fuliginoſæ ollę. F

*Vbi eſt.*

a ¶Non mirum ſi Babylonij tam velociter veniunt ad vaſtandum, quia Iſraelitæ vel Niniuæ prius aliorum agitatores modo inutiles erant. b ¶Commixti.

a & agitatores eius conſopiti ſunt. In itineribus † conturbati

¶Ideſt colliſæ ad inuicem.

ſunt, quadrigæ conuulſæ ſunt in plateis, Aſpectus eorum

a ¶Tunc.

quaſi lãpades, quaſi fulgura diſcurrẽtia. Recordabitur for

¶Aſſur fugiens. a ¶Requiret eos qui in fuga corruerunt. b ¶Prius. c ¶Non ſuſtinentes vim hoſtium, intrabunt muros Niniue.

tiũm ſuorum, ruent in itineribus ſuis. Velociter aſcendent

b muros eius, & præparabitur vmbraculũ. Portæ fluuiorum

a ¶Omnes ducti ſunt in Babylonem.

apertæ ſunt, & templum ad ſolum dirutũ Et † miles capti-

a ¶Captiuæ mulieres. ¶Minores vrbes, & caſtella. b ¶A victoribus. c ¶Tantus erit terror, vt nec ſingultus erumpat, ſed more muſſitantium columbarum obſcuro murmure lachrymas deuorabunt.

uus ductus eſt, & ancillæ eius minabantur gementes vt co

¶Mundus.

c lumbæ, † murmurantes in cordib ſuis. Et Niniue quaſi pi-

d ſcina aquarum † aquæ eius, ipſi verò fugerũt. State ſtate, &

a ¶Adclamantem matrem. b ¶O Babylonij. ¶Quia Niniuitæ fugerunt. c ¶Tanto tempore congregata ſubito rapite.

e non eſt qui reuertatur. Diripite argentum, diripite aurũ: &

a ¶Non potentis tantum rapere, quantum ad illa rapiendum præbet.

non eſt finis diuitiarum † ex omnibus vaſis deſiderabilib.

¶Niniue. ¶Eius. ¶In ea eſt

f † Diſſipata eſt ſciſſa, & dilacerata, & cor tabeſcens, &

a ¶Confractio.

diſſolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus,

†infanient a... ſplore ... quoru ... ſeſti... ... anter ambulãbũt per plateas.

†Hoſſab regina captiua ducta eſt, iuſſa eſt aſcendere

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ Et agitatores. *i. aurigæ. Propheta .n. de vno exercitu loquendo tranſit ad alium, & è conuerſo ſicut ſolet fieri in deſcriptione bellorum.*

Conſopiti ſunt. *i. attoniti præ ſtupore, ideo ſubditur.*

In itin. cont. *Neſcientes currus ducere, ideò ſubditur.*

Quadrigæ colliſæ. *Ex defectu ductionis. Et ſubditur cauſa huius ſtuporis, cum dicitur.*

Aſpectus. *i. Chaldæorum.*

Quaſi lampa. *Propter refulgentiam armorum, vt prædictum eſt.*

Quaſi fulgura diſcur. *i. velociter, & audacter currentes contra Aſſyrios.*

Recordabi. *ſ. rex Aſſyriorum.*

Fortium ſuorum. *Qui ſolebant eſſe conſtantes, & animoſi, & facti ſunt pauidi: ideò ſubditur.*

Ruent in itineribus. *Non potentes reſiſtere in campo Chaldæis, ideò ſubditur.*

Velo aſc. mu. *In Heb. habetur.* Feſtinabunt ad muros eos. *vt qui non poterant reſiſtere in campo, defenderent ſe in muro.*

12 Et præparabitur vmbra. *i. tentoria Chaldęorum in circuitu ciuitatis ponentur ad eam obſidendum, & ſic patet ciuitatis obſidio.*

13 Por. flu. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius captio, cum dicitur* Por. flu. *i. portę Niniue, quę confidebat in munitione fluuiorum.*

14 Apertæ ſunt. *i. fractę per impetum Chaldęorum.*

15 Et temp. *ſ. templum idoli Neſrach, quod colebant reges Aſſyriorum. 4. Reg. 19. In Heb. habetur. Et palatium. ſ. regis. ad ſolum dirutum, in regni contemptum.*

16 Et miles. *i. milites regni Aſſyriorum. In ſcriptura .n. frequenter ponitur ſingulare pro plurali. In Hebræo habetur. Et aſtans captiua adducta eſt. Et dicitur hic aſtans regina, vt dicit Ra. Sa. ſecundum illud Pſal. c.* Aſtitit regina a dextris tuis, *& litera ſequens concordat cum dicitur.*

17 Et an. eius mi. *Captiuę a Chaldęis.*

18 Gementes, &c. *Non audentes altè clamare prę timore.*

19 Et Niniue quaſi piſ. &c. *i. munitio fluuiorum de qua confidebant, non reſiſtit aduerſarijs, ſicut aquę piſcinę reſiſtere non poſſunt prę ſui paucitate.*

20 Diripite. *Hic conſequenter deſcribitur ciuitatis captę deprędatio cum dicitur.* Diripite. *vos Chaldęi.*

21 Argen. *i. quęcumque pretioſa.* 22 Diſſip a. *ſ. Niniue.*

23 Et ſciſſa. *Per fractionem murorum in pluribus locis.*

24 Et cor. *i. deficiens factum eſt bellatoribus viris.*

25 Et diſſo. *i. genuum, quę tremunt ex timore, & ideò dicũtur genicula diminutiuè.*

26 Et defectio. *Ita quòd non poterant ſtare.*

✱ *Et*

## MORALITER.

*Et agitatores, &c.* Nam currus in quibus portabantur arma Romanorum, & vectualia, erant in tanta multitudine, ꝙ aliquando adinuicem colludebantur: & ductores ebrij videbantur.

*Aſpectus eorum quaſi lampades.* i. terribiles.

12 *Et pręparabitur, &c.* i. tentoria Romanorum circa Ieruſalem, & ſic patet obſidio.

13 *Portę fluuiorum.* Ezechias rex Ieruſalem fecit tibi duplicem piſcinam aquarum ad fortificationem ciuitatis, quæ dicuntur hic fluuij, ſed non obſtiterunt Romanis ideò dicitur. *Portę fluuiorum.* in quo notatur captio ciuitatis, & captiuatio populi, & deprædatio bonorum cum dicitur *omnia.*

20 *Diripite argen.* Nam Romani rapuerunt.

a *Vbi eſt.* ✱ Remigius. Niniues aulam dicit, in qua leones .i. potentiſſimi, & crudeliſſimi morati fuerant, ad quã iuit leo rex Babylonis, & catulus leonis .i. ſubregulus eius & non fuit qui reſiſteret.

Allego. Cum tranſierit Niniue .i. mundus, tunc ſancti admirantes, & gaudentes dicent. Vbi eſt habitatio leonũ ad quam iuit diabolus, & etiã catulus. Ideſt, Antichriſtus, & omnis peruerſæ doctrinæ ſermo? Quem ante aduentum Chriſti nemo exterruit, ſed necauit plurimos ſuis de monibus & ſpeluncas impleuit. Ideſt, eccleſias ſuas cadaueribus, & ſanguine mortuorum.

†fumum.

b *Leo cepit ſuf.* Nabuchodonoſor iure victoriæ cuncta poſſidet, & vrbibus vel vxoribus ſuis captiuos in ſeruitutem tradidit, & rapinis, & ornatu Niniue impleuit theſauros, & ciuitates ſuas.

c *Ecce ego ad te dicit dominus exercituum, &c.* ✱ Theophyla. Quandoquidem ò Niniue, diripuiſti omnia regna ideo ecce ego protinus aduerſum te exurgo, tametſi hactenus ſim cunctas. Quòd ſi cuncta exupero, te ſuperior ẽt cr[...] Poſtquam metaphoricè leonum, catulorum, venatior[...] & paſcui meminit, meritò etiam iſtorum ſublationen[...] & interemptionem tropicè prædicit. Quia .n. in latibul[...] abditas feras mouere ſeſe nolentes, venatores prodire c[...]gunt fumo ſpelu[...]ca ori appoſito, greſſuſque excipi[...] haſtis, & enſibus, l[...]tho ita demittente ait. Multitudine[...] populi tui exutai[...] in fumo, populoſi[...]mam vrbem flan[...]mis tradam, ince[...]dam, regeſque ei[...] & principes mac[...]tioni dedam, vt le[...]ſalem incendio t[...]didi. Nequaquam tra venaberis, nequ[...] diripies gentes, & [...]gna. &c.

Alleg. Commi[...]tur Deus mundo multitudinem q[...] lata via ad mortem vadit, ſuccẽdet & fumo maliciæ ſ[...] ſuffocabit, & per bonitatem ſuam ẽt leones gladius. Id[...] ſermo Dei comedet, intantũ vt nemo exinde per eos mortem capiatur, & comprimet omnẽ ſtrepitum mal[...]rum operum, qui mortem hominibus nunciare ſoleb[...] All. poſsũt hæc oĩa de ꝯfuſione futura dãnadorũ ĩtell[...]

a ¶Præ magnitudine metus facies habitatorum, in ſimilitudinem ollarum videbuntur exuſtæ, & deformes. b ¶Ad Niniuen verba exprobantis diriguntur. c ¶Niniue tu iſti habitatio regum, & refectio nobilium, ſed iam non es, quia inuaſit te rex Babylonis.

a & facies omnium ſicut nigredo ollæ. Vbi eſt habitaculum

a ¶Expugnandam b ¶Nabuchodonoſor.

leonum, & paſcua catulorum leonum? Ad quam iuit leo: †

a ¶Nullo reſiſtente. b ¶Sub regulis eius.

vt ingrederetur illuc, catulus leonis, & nõ eſt qui exterreat.

b Leo cepit ſufficienter catulis ſuis, & necauit leænis ſuis. Et

a ¶Ecce ego ad te mitto Babylonios. ¶Niniue cuncta quæ ſunt dicta me autore patieris.

impleuit præda ſpeluncas ſuas, & cubile ſuũ rapina. Ecce

¶Cuius dicere eſt facere. a ¶Conſummationem.

c ego ad te, dicit dominus exercituum, & ſuccẽdam vſq; ad

a ¶Currus. ¶Nobiles & ſubregulos gladio interficiam. ¶Non vltra vaſtabis terram, nec tributa exiges.

† ſummum quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gla

a ¶Nec audientur emiſſarij tui, per prouincias vel non audiam angelos qui præſident tibi pro te deprecantes.

dius. Et exterminabo de terra prædam tuam, & non audie

tur vltrà vox nunciorum tuorum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et facies. *Ex fame, & ex fumo incendij Niniue, ideo ſubditur de ſiſorie.*

2 Vbi eſt ha. *i. Niniue, vbi ſolebant reges & principes habitare qui erant feroces vt leones.*

3 Et paſcua. *i. filiorum.*

C 4 Ad quam. *i. rex. i. quam ciuitatem ingreſſus eſt, vt ibi habitet ſecurè cum catulis ſuis. i. filijs, & famulis q. d. nulla eſt quia non habet refugium a facie Chaldæorum.*

5 Leo. *i. abundanter bona multorum regnorum ſibi diripiendo, ſecundum quod dicitur. 4. Reg. 19. d.* Verè domine diſſipauerunt reges Aſſyriorum Gentes & terras omnium.

6 Et neca. *i. interfecit reges terræ, vt eorum precioſa afferret vxoribus, & concubinis ſuis.*

7 Et impleuit. *i. domos ſuas, ideò ſubditur vltio diuina.*

8 Ecce ego ad te. *Cuius virtuti non poteſt reſiſti.*

9 Et ſuccendam vſque ad ſummum. *i. totaliter.*

10 Quadrigas tuas. *In quibus alia regna deuaſtaſti.*

11 Et leunculos tuos, &c. *i. filij tui occidentur.*

12 Et extermina. *ſ. tua.*

13 Prædam tuam. *Dando eam Chaldæis.*

14 Et non audietur vltrà vox nuncio. *Ad blaſphemand[um] Deum ſicut Rabſaces a te miſſus blaſphemauit. 4. Reg. 18. f.* Ste[tit] itaq; Rabſaces, & exclamauit voce magna Iudaicè, & *Et ſequitur ibidem.* Nolite audire Ezechiam qui vos decip[it] dicens. Dominus liberabit nos. Nũquid liberauerunt Gentium, &c. *q. d. nec Deus veſter poterit vos liberare.*

MORALITER.

1 *Et facies omn.* ſ. Iudæorum.

† *Sicut nigre.* Ex fumo incendij, & fame.

4 *Ad quam iuit.* Ideſt, abundantiam prædæ iuit Titus [li]ber abſque impedimento, quia tamen poſtea diſſipatu[m] eſt imperium Romanorum ex ſua ſuperbia, ſubditur. *Ecce ad te di. &c.*

*Ad*

## CAP. III.

Ezec. 24. d. Habac. 2. c.

a *Væ ciuitas.* Deſcribitur potentia Niniue, & ſub lamentatione crudelitatis arguitur. *Væ ciuitas ſan.* ✱ Remig. Væ inquit, ciuitas ſanguinum, & homicidiorum, in qua nulla eſt veritas, ſed omne mendaciũ, plena rapina, & lacerati[o]ne prædarum, a q[ua] rapina nũqu[am] diſceſſit.

✱ Theophylact. Amantes bellorũ Niniuitæ, & ſanguine gaudentes era[nt]. Tota mendax ideo vocatur, ꝙ omnes planè idololat[ræ] erant, vanos Deos colentes tum pauperes cum diuites.

☞ Alleg.

## CAP. III.

¶Tibi. a In qua nulla veritas, ſed omne mendacium, tu dico plena rapina, & prædarum laceratione.

VÆ † ciuitas ſanguinũ vniuerſa † mendacij dilaceratione

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

✱ 1 VAe ciuitas. *Poſt ciuitatis Niniue deſtructionem, hic propheta declarat deſtructionis rationem quæ fuit ciuitatis malicia, cum hoc tamen interponitur de pena. Et diuiditur in duas partes, quia primò propter maliciam nunciatur eius depopulatio, & ſecundò eius multiplex confuſio, ibi.* Ecce ego. *Circa primum dicitur.* Væ ciuit[as]. *Cuius populus fuit effuſor multi ſanguinis.*

Diuiſio.

2 Vniuer. *i. tota dedita mendacio, quos enim non poterat ſup[era]re virtute, niſus eſt decipere fraude.*

3 Dilace. *ideſt, diuiſionibus intrinſecis, quod eſt ſignum prop[in]quæ ſubuerſionis, Matth. 12. b.* Omne regnum in ſeipſum [di]ui. deſola.

✱ Non

MORALITER.

† 1 *Væ ciuitas.* Sicut dictum eſt Niniue, de qua loquitur ad literam propheta, ſignificatur Ieruſalem, quæ bene dicitur ciuitas ſanguinum, eò ꝙ effudit ſanguinem Chriſti, & diſcipulorum eius.

2 *Vniuerſa mendac.* Nam occidit Chriſtum qui eſt i[pſa] veritas.

3 *Dilaceratione plena.* Quia ſicut dicit Ioſephus lib. de bel. Ante aduentum Romanorum erat plena inteſti[nis] diſcenſionibus.

† No[n]

Alleg. Mundus qui *in maligno poſitus* linguis ſuis homines interficit. Ciuitas ſangui. dicitur qui eſt mendax per uerſitate doctrinarum, quibus multos dilacerat & rapit. In mundo etiam eſt vox flagellorum, ideſt, tribulationũ, quibus iuſti afflicti clamat, quando alius ira, alius libidine, alius odio vel inuidia torquetur, flagellum Aſſyrij regis in eis ſonat. Quandoq; in morbis corporeis flagellum diaboli ſentitur. Immittitur enĩ aliquando non ex natura elementorum, ſed ex diabolo percutiente vel regius morbus, vel hydropis vel labor calculi, & huiuſmodi. Eſt in mũdo etiam impetus rotæ, cum homines ignari vbi ſalus, vbi periculum, huc & illuc diſcurrũt. Eſt & equus fremens, ideſt, diabolus, qui fugientes acriter inſequitur, conculcat & illudit. Eſt & quadriga feruens, quæ cum Pharaone ſubmergitur, quæ quatuor equis trahitur, i. quatuor animi paſſionibus, vnde: Hi cupiunt metuuntque, dolentq; gaudẽtque. Sonat & in Niniue eques aſcendens, ideſt, diabolus, cuius gladius dialectica arte fulgidus, & haſta fulgida dum transfert ſe in angelum lucis, & his armis multi interficiuntur qui niſi ſtatim per gratiam curentur, fit grauis ruina in qua non eſt finis, quia malitia non habet finem. Hæc mala corruunt, ideſt, contingunt in corporibus mortuorum, quę multiplicatione fornicationis proſtrata ſunt. Eſt autem in Niniue meretrix ſpecioſa, & grata: quæ ad amorem ſui penè cunctos diuerſis maleficijs trahit. Hęc vendit Gentes in fornicationibus, ſcilicet dum amore temporalium, & tædio bonorum qui fuerant membra Chriſti, fiunt membra meretricis, & alios ſecum trahunt.

a *Vox.* Deſcribitur exercitus Niniue preparãtis ſe ad bellum. Quot ſunt ſpecies peccatorum, tot Gentes Niniue.

Theophylactus. Tanquam audire videbatur, & intueri propheta imminentia belli mala ſic ea denarrat, perinde quaſi iam præſentia eſſent. Veluti enim vocem vel ſonitum exprimit flagellorum, quibus equi ad acriorem curſum excitantur, & motui rotarum aſſimilari dit ſtrepitum.

* *Et equi frementis.* Repete, *vox.* Vt enim audire equi inſequentis hinnitũ, qui animaduerſa velut victoria, ceu pro epinicio, hinnitũ edat. Superbũ. n. quiddam equis. Cum dixiſſet, *Vox flagrorum*, indicauit iuxta quis eſſet qui flagris cæderetur, equus videlicet, vt vehemẽtius perſequeretur.

c ✣ *Vox equitis aſcenden.* Hoc eſt turbulenta, & alacris vociferatio: quippe quia equites aſcenſuri equos vel plauſtra, tumultuantur, & vociferantur alacriter, ſeſe inuicem adhortantes.

d ✣ *Et micantis gla.* † ſaltantis. Non amplius hic *Vox* ſubaudienda eſt, ſed *viſio*. Videtur enim intueri fulgentes gladios, præterea & alia corruſcãtia arma multitudinem etiam virorũ partim vulnera infligentium, partim cadentium cum pondere armorum. † populos.

e *Et corruent.* Et aĩa pereunt luxurioſi, & corpore cui ſeruiunt debilitantur in præſenti. † fimbrias tuas.

a ¶Sæuientis imperij. ¶O Niniue eſt in te. b ¶Sonitus. c ¶Per diuerſa diſcurſus.

a plena. Non recedet a te rapina. Vox flagelli, & vox impetus 1 2

a ¶Vox.

b Rotæ, & equi frementis et quadrigæ † feruentis, & equitis

¶Vox a ¶Vox aduerſariorum a Niniuitis interfectorum.

c d aſcendentis, & micantis gladij, & fulgurantis haſtę, & multi 3 4

¶Vox.

tudinis interfectæ, & grauis ruinæ: nec eſt finis cadauerum. 5 †

a ¶Vel cadent in ſua multitudine, dum ad ſe inuicem conſtipantur, vel in cadaueribus interfectorum corruent. b ¶Ecce cauſa. ¶Quia cum multis Gentibus fornicata eſt, & totius orbis, quem ſubie erat ſibi: colebat idola.

e Et corruent in corporibus ſuis propter multitudinẽ forni- 6

¶Magos ſignificat.

f cationum meretricis † ſpecioſæ, & gratæ & habentis malefi- 7 †

a ¶Ideſt, in omnibus Gentibus poteſtatem habuit 8

cia, quæ vendidit Gentes in fornicationibus ſuis, & † fami- 9

a ¶O Niniue, quia te quaſi pul l cum proſtibulum cunctis fornicationibus præparaſti. 10

b ¶Veniam. c ¶Subuerte dam. †

g lia in maleficijs ſuis. Ecce ego ad te, dicit dominus exerci- 11

a ¶Non angelis vel cuiquam alij committam iudicium tuum, ſed ipſe diſcoop e iam pu tua.

b ¶Vt quæ prius non videbas ante oculos ponantur.

h tuum, & † reuelabo pudenda † tua in facie tua, & oſtendam 1 2

f *Propter multitudinem forn. &c.* ✣ Remig. Meretricem Niniuen. dixit vel propter idololatriam, vel quia omnium gentium erat emporium, & negociatores vel mercedes earum ſuſcipiebat, & idcirco cum omnibus gentib. fornicabatur, & omnium gentium ſcortum erat, ſpecioſa & grata, & habens maleficia, ideſt, ſtudebat artibus magicis, & multas gentes ſub ſua ditione tenebat.

✣ Theophyla. Corporali etiam fornicatione meretrix erat Niniue, ob delitiarum affluxum impudicè viuens. Deinde etiam propter idololatriam ſcortum appellatur. Pulchra, & iucunda, ideò meretrix, quòd excellentiæ, gloriæ, opum, aliorumque bonorum cauſa pręclara ſit, nec paucis amabilibus, & vrbanis rebus exuberet veluti aliarum ciuitatum regina. Magia item, & incantamentis, alijs Aſſyrij præeminebant.

g *Ecce eg.* Loquitur ſub metaphora mulieris adulteræ quæ deprehenſa producetur in medium, & ante oculos omnium depompatur.

Loquitur medicus veniens è cœlo ad ſanandum mundum, qui vniuerſos poteſt curare morbos.

h *Reuelabo.* Ideſt, faciam te intelligere errores tuos, quos ante putabas eſſe virtutes, & Gentibus, quas vendidiſti in fornicatione tua, oſtendam nuditatem tuam, vt deſinant fornicari tecum videntes turpe corpus tuum, cuius ſuperficie prius ducebantur, & regnis, quæ maiora quam Gentes ignominiam quam tibi intuliſti, & proijciam ☞ ſuper

## NICOLAVS DE LYRA.

* Non recedet a te ra. *Ideſt, Chaldæi te obſidentes non recedent à te donec rapuerint omnia bona tua.*

Vox fla. *Ideſt, ſonus flagelli incitantis equos currum & equitum ſuper te uenientium.*

Et micantis. *Ad te occidendum.*

Et ful. *Ideſt, velociter vibratæ ad modum fulguris.*

Et mul. *De ciuibus tuis.*

Et cor. in cor. *Q. d. tanta erit multitudo interfectorum, quod vnus interfectus cadet ſuper alium. Et ſubditur cauſa.*

Propter. *Spiritualium quæ ſunt idololatriæ, & corporalium.*

Mere. ſpe. *Ideſt, Niniue attrahentis alias Gentes ad ſuas idololatrias per multas vias*

9 Et ha. *Ideſt, habentis in ſe maleficos & incantatores magicis artibus vtentes.*

10 Quæ uen. *Quia pulchras puellas aliarum Gẽtium captas exponebant Niniuitæ proſtibulis pro precio, & idem faciebant de pulchris iuuenibus in vitio Sodomitico.*

11 Ecce ego. *Hic conſequenter oſtenditur ipſius Niniue deriſio, & ſub nomine Niniue totius regni Aſſyriorum: Et diuiditur in duas partes quia primò oſtenditur propoſitum ſub parabola fornicariæ, ſecundò ſub parabola locuſtæ ibi:* Congregare. *Prima in duas, quia primò ponitur parabola: ſecũdò exemplum de ciuitate alia ibi:* Nunquid. *Circa primum dicitur in perſona Dei:* Ecce. *Ponendam in vituperium & deriſionem.*

12 Et re. pu. *Loquitur de ea ſicut de muliere fornicaria deprehenſa, cuius turpitudo omnibus manifeſtatur.*

## MORALITER.

† *Non recederet.* Quia maiores rapiebant minorum bona. Et ſubditur pœna per Romanos inflicta, cum dicitur.

*Vox*, in quo deſcribitur multitudo & fortitudo exercitus Romani, & multitudo interfectionis populi Iudaici, ideo ſubditur.

*Nec eſt.* Et ſubditur cauſa cum dicitur.

*Propter.* Ideſt, Ieruſalem, quæ non ſolum ſponſum ſuum Chriſtum negauit, ſed etiam occidit.

*Specio.* Hoc dicitur, quia Deus illam ciuitatem ſuis gratijs ante decorauerant, & in ipſa ipſum inhonorauit, ideo ſubditur.

9 *Et ha.* Contra ſponſum ſuum Chriſtum.

10 *Quæ ven.* Dicitur enim. 2. Mach. 4. quod optimos Epheborum lupanaribus poſuerunt.

† *Et fami.* Quia ſacerdotes docuerunt filios tranſgredi mandatum Dei de honore parentum ex cupiditate ſua.

11 *Ecce ego.* Scilicet puniendum propter dicta flagitia.

12 *Et reue. pu. tua.* Nam poſt cædem Iudæorum per Romanos remanebant corpora nuda.

† *Et*

ſuper te abominationes,ideſt,oſtendam quam abominabilis eſſe debeas illis qui tecum prius vnum corpus efficiebantur,& ponam te in exemplum, vt ſimilitudo pœnæ deterreat a ſimilitudine culpæ.

A

✲ Remig. Adhuc Niniue comminatur Dominus,quòd oſtendent gentibus ignominiam ſuam illi qui cum ea fornicati ſunt, ipſi eã deſpiciant, contumelijs afficiant ſitque omnib. exemplum.

† turpitudinem.

† tanquam inquinamentum.

✲ Theophyl. Ne putes inquit hominem bellum aduerſus te moturũ, ſed enim ego exurgo aduerſum te, Dominus omnipotẽs: itaque ingentẽ aduerſarium accipe. Retegam ò Niniue poſtrema tua, hoc eſt,quantum deformitatis in te ante hac occultatũ fuerit nunc in propatulum collocabo, vt videatur ante conſpectum tuum: vtque contumelia,pro gloria te comprehendat,&c.Hæc & ad futurum iudiciũ referri queant,quando cuiuslibet peccatorum in faciẽ reteguntur,quæ ipſe clam peregerit,&c.

B

a *Et erit.* Myſticè qui falſa pulchritudine mundi non irretitur,& turpitudinem eius intrinſecus videt,reſilit ab eo.& omnia terrena bona digna planctu iudicans dicet: Miſer eſt mũdus,qui tot homines alligat vitijs,& retinet. Sed quis intelligens hanc miſeriam condolet mundo? Quaſi pauci ſunt, qui etiam in morte ſua a complexib. ſpecioſæ meretricis poſſunt auelli.

b *Vnde quæram.* Quis diſputans de conuerſatione tua inſtabili in qua omnia fluctuantia poſſunt in te aliquid inuenire, vnde conſolationem tibi queat adhibere? vnde: Quis tuus poterit eſſe conſolator,quando in tua poteſtate nullius miſerebaris, nec ſocium tui luctus præparaſti, quæ noluiſti conſortem habere regnandi.

C c *Nunquid.* Nunquid meliores Alexandria,aut populoſior aut potentior? ipſa quoque capietur a rege Babylonis Nabuchodonoſor ſicut,& tu.Poſt hoc deſcribitur ſitus Alexandriæ,quę ſuper Nilum,& mare poſita hincinde aquis ambitur.

Ciuitas quę nũc Alexandria vocatur,ab Alexãdro Magno prius No appellabat metropolis Aegypti,& ꝓpheta iſte antiquo noĩe vocauit eam No,ſed translator vocauit eam Alexandriam:quæ hoc noĩe ſuo tempore vocabat

✲ Theophyl. Hæc plurimum malorum a Niniuitis ſuſtinuit ſiquidem bellum geſſerunt aduerſus totam Aegyptum, vnde inuentos illic Iſraelitas transfugas indigni admodum modi acceperunt. Præcipit itaque ipſi, v aptet chordam pa retque citharam tanquam voluptatem capiens Nin uitarũ ex pernici ideoq; feſtum di inſtituens:& quer admodum & dur ſupra demandab Iudę,vt ferias celebraret.

*Nunquid me.* Aleg. Increpat amat rem mundi. Vid quot populos cor tinet eccleſia qu habitat ſuper flun na prophetarum & habet in circumitu doctores de quorũ ventre mana flumina, quę ditantur ſpirituali ſenſu legis,quæ ſine fi Chriſti amara eſt,quę habet muros,multitudinem pop lorum vel ſcripturarũ quam firmant prius nigri, & te broſi,& aridi.Sed etiam hęc ſi non attenderit ſe, & cu dierit cor ſuũ, captiua ducetur: & planget filios ſuos q allidentur antequam veniant ad mediũ itineris,& hoſ diaboli, quęque pręclara eius ſorte ſibi diuidere feſtin bunt,& optimates,i.prępoſiti in compedib. peccatoru ligabuntur. Quantò magis ergo vos infideles,& mun hęrentes,ſentietis ſupplicia,& deſpecti eritis.Et quęres xiliũ ab inimicis vt vitia,& dęmones deſiſtant te perſeq ſed oẽs,mu.tu.dulcedo ſecularis potentia,dogmata de rabũtur a comedente diabolo prima cõcuſſione arbor

E

d *Aethiopia fortitudo eius, &c.* ✻ Remig. Quòd Aethiopia, Aegyptus, & cętere quas deſcribit nationes, in pręſidio fuerint Alexandrię,ipſe prouinciarum ſitus oſtend Sed & ipſa inquit,in tranſmigrationem ducetur,paru eius eludentur, & cætera quę latius deſcribit, oſtende quę,& quam crudelia victores victus faciant mala, nu ætati,nulli ſexui,nulli parcentes conditioni. Cum er hęc paſſura ſit Alexãdria potẽtiſſima ciuitas, quid mi ris ò Niniue,ſi etiam tibi ipſa euenerint? Et tu ergo bi de eodem calice,& ad tantam venies ignominiam,& ceſſitatem,vt etiam ab hoſtibus tuis poſtules auxilium

F

Et

---

¶Vt qui tecum fornicati ſunt,ipſi te deſpiciant,& irrideant & contumelijs afficiant,& eis in exemplum omnibus videntibus

in Gentibus † nuditatem tuam,& regnis ignominiã tuam. †
Et proijciam ſuper te abominationes, & cõtumelijs te affi-
¶Qui viderit Niniuen poſitam in exemplum, pauebit & mirabitur. 1
a ciam,& ponam te † in exemplum. Et erit omnis qui viderit 2
a ¶Quis dolebit ſuper te? 3
te,reſiliet a te & dicet: Vaſtata eſt Niniue,quis † commoue- 4
b bit ſuper te caput? Vnde quęram conſolatorem tibi? Nun- 5
c quid melior es Alexandria populorum, quæ habitat in flu- 6 7
a ¶Hinc enim riuo Nili, inde Lacu m r otico,ex altera parte mari cingitur. b ¶Eſt. c ¶Sunt. 8
minibus? Aquę in circumitu eius,cuius † diuitiæ mare,aquę 9
a. ¶Quod Aethiopia, & Aegyptus, & Aphrica ſunt in præſidio Alexandriæ,i ſe ſitus prouinciarum. & vrbis oſtendit. 10
¶Hi popul. fuerunt confœderati. 11
d muri eius. Æthiopia fortitudo eius,& Ægyptus,& non eſt 12
¶Fortitudinis vel ſubſtantiæ eius. a ¶O Alexandria b ¶Vrbs quam deſcribo capietur a Rege Babylonio.& idem tuus,& illius vaſtator eris. 13
finis. Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio tuo, ſed & ipſa in 14
15

---

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et proijciam. *Quia faciam te deſpici factis,& verbis,ſicut vilem,& abominabilem.*

2 Et po.te in ex. *Scilicet correctionis aliorum tuam punitionem videntium:ideò ſubditur.*

3 Omnis qui vi.te reſi.a te. *Ideſt, a maleficijs tuis,ne ſimiliter puniatur.*

4 Quis commo. *Tibi compatiendo.q.d. nullus,ſed dicent omnes,iuſtum Dei ſuper te iudicium.*

5 Nunquid. *Hic conſequenter ponitur exemplum de alia ciuitate deſtructa per Nabuchodonoſor in Aegypto qui prius vaſtauit Aegyptum quam regnum Aſſyriorum,cũ dicitur:* Nunquid me. es Alexand. *q.d.nõ.& ideò ſtare contra Nabucho.non potes,ſicut nec illa. In Hebræo habetur:* Nunquid melior es No nutrice: *Hæc enim ciuitas vocabatur No quando deſtruxit eam Nabuchodonoſor:& dicebatur nutrix,quia ibi nutriebantur pueri regis propter pulchritudinem,& bonitatem ſitus, ſicut dicit Rab. Sal. poſtea per magnum tempus Alexander magnus intrauit Aegyptum,& reædificauit hanc ciuitatem,vocans eam nomine ſuo Alexandriam.Tranſlator autem noſter dimiſit nomen antiquũ,quod iam erat quaſi obliuioni datum:et loco huius poſuit nomen nouum,quod erat famoſum*

6 Alexandria populo. *i. quæ populos habuit ſub ſe.*

7 Quę habitat in flumini. *Per hoc deſignatur amœnitas ſitus & fortitudo.*

8 Cuius di.mare. *i. diuitiæ ibi apportantur per mare.*

9 Aquę muri eius. *i. circundant muros eius ad maiorem fortitudinem.*

10 Aethiopia fortitudo. *i. confœderata ad eius fortificatio*

11 Aegyptus. *Cuius tunc erat Metropolis.*

12 Et non eſt fi. *Diuitiarum ſuarum,& fortitudinis.*

13 Aphrica & Libyes. *ſ.in auxilio Alexandriæ:Mutatur enim modus loquendi de tertia perſona ad ſecundam.*

14 Sed & ipſa. *Non obſtantibus prædictis.*

15 In tranſmigratione. *Per Nabuchodonoſor.*

✻ Paruul

---

*MORALITER.*

†† *Et regnis igno.* Quia venditi,& ducti fuerunt per diuerſa regna.

3 *Et erit omnis qui vi.* Tanquam ab abominatione.Chriſtiani enim & Saraceni abominantur eos ſicut viles.

4 *Quis com.ſuper te ca.* Compatiendo tibi. q. d.pauci aut nulli.

5 *Nunquid melior es.* Ideſt,fortior.

6 *Alexandria populorum,&c.* Quaſi dicat:non:ideò ſubditur de fortitudine Alexandrię.

7 *Quæ habitat, &c.* Tamen per Romanos fuit captiua: ideò ſubditur.

14 *Sed & ipſa in tranſ.* q. d. multò minus tu poteris reſiſtere Romanis:ideò dicitur.

† I

A *Et tu ergo.* Cum Alexandria hæc ſit paſſura tu etiam ò Niniue quondam diues, & ſpecioſa de eodem calice bibens inebriaberis, & conſopita iacens ab omnibus deſpicieris,& in tantam veniens neceſſitatem a Babylonijs,ſiue contra Babylonios, ab inimicis tuis auxilium rogabis.

*Omnes munitiones,&c.* ✻ Remig. Omnia inquit, firmamenta, muri videlicet, & bellatores tui fuerunt ſicut ficus primitiuç quæ concuſſæ leuiter arbore defluūt, & cadunt in os comedentis; pari modo, & tu facillimè capieris, nec multus erit labor militibus in capiendo.

*Ecce populus tuus.* Moralit. Niniue quæ ſpecioſa dicitur, animam notat,natura pulchrā, quæ voluptatibus B ærens effœminatur, & portas ſenſuum aperit vitijs, & dæmonibus: Si quis enim eſt amator voluptatū potiusquam Dei portas terræ ſuæ aperuit inimicis,& vectes huius Babyloniæ igne conſumentur,ideſt,naturale bonum animæ per quod poſſe claudere hoſtibus iter corporeorum ſenſuum, huic dicitur vt attrahat ſibi aquam diuini ſermonis quaſi murum, & obtineat quaſi naturale bonum animæ ne hoſtis ad interiora prorumpat.Sequitur intra lutum,ideſt,quæ diuerſis malis te implicuiſti, patienter tolera iniurias tentationis,alioquin peribis,& omne naturale bonū tuum amittes: Contra hæc multiplicare tanto numero virtutum, quantus eſt numerus bruchorum.

*Ecce po.* ✻ Remig. Adhuc ad Niniuen ſermo dirigitur. Non mirum inquit,ſi tam facilis eſt ſubuerſio tua, quum omnis populus effœminatus ſit,& nequeat reſiſtere. Pandentur ergo portæ non amicis,ſed inimicis,vectes quibus claudebantur ignis conſumet. Quia ergo longa erit obſidio.

d *Hauri tibi aquam.* Et cura ne potus deſit obſeſſis.

C *Munitiones tuas extrue, intra in lutum.* Nudis pedibus, & calca illud macerans,& compingens:& cum inde conficeris lateres,tene illos, & obſtrue interrupta murorū, procedit enim obſeſſio. Sed cum hęc omnia feceris,gladio peribis, & tam velociter ſicut bruchus vel attelabus ſole incaleſcente auolant nec reperiuntur.

Alleg. O Niniue populus tuus i.omnes ſeculares ita vitijs ſuis ſunt eneruati,vt nihil virile habeant. Vnde inimici, D ſ. dæmones, vel vicia per apertos corporeos ſenſus introgreſſi ſunt, qui etiam ſicut ignis deuorant naturalē virtutem cognoſcendi Deum, quæ portas ſenſuum affirmare debuiſſet Cōtra hæc mala hauri tibi aquam,aſperge te ſermone,& ratione,exercere te ad cognitionem Dei per virtutes tibi inſitas, & de hoc ꝙ corruiſti age pœnitentiam.Hoc eſt qđ dicit: *Intra in lutum:* patienter tolera iniuriam,& neceſſitatē corporis quo inuoluta es,& ſubigēs ideſt,in ſeruitutem redigens laterem,i. corpus,calca, & tene: ne tibi dominetur; quia ſi ibi,i, in corpore remanſeris, viuax flamma, vel hic vitiorum, vel in futuro gehēnæ te conſumet, & peribis gladio,i.violenta diaboli impu E gnatione.Et ſimilitudine locuſtarum quidquid in te virens videbatur, & naturæ bonū ſponte germinans a brucho comedente cōſumitur. Sed ne hoc fiat multiplicare in virtutib. tam innumerabilibus, vt bruchi ſunt. Quæ omnes pœnas ideò perpeſſa es,quia Plu.fe.ne.t.quam ſt.ſi.cæ. quia diuitias perituras per nefas, & fas tibi congregaſti, vel diuerſa dogmata clariora ſtellis putaſti,& per latam viam gradiens, leuitate ſententiæ huc illucque diſcurrens ad ſublimia te erexiſti: Et cuſtodes, ideſt: prępoſiti tui fuerunt quaſi locuſtæ erigentes ſe ad volatum hęreſis; ſed citò decidentes, & paruuli tui,ideſt geniti a locuſtis,fuerunt quaſi athelabus parum a terra ſe ſubleuantes, vt tandem creſcant in locuſtam. Qui carentes calore veri ſolis ſedent in ſpinoſis ſepibus.i. horridis Philoſophorum ſententijs Sed cum venerit ortus ſolis ideſt,iudicium verę cognitionis,relinquunt ſpinas ſuas, & tranſeunt in purum, & liberum volatum.

Hieron. f *Congregare.* Et cū multiplicata fueris,vt bruchus,& vt locuſta in vnum congregata, & congregaueris diuitias ſicut aſtra cœli,ſicut locuſta & bruchus, & athelabus (qui eſt fœtus locuſtæ) caleſcente ſole auolant nec reperiuntur. ſic tu diſpergeris,& fugies. F

Natura locuſtarum eſt, vt in frigore torpeant, in calore volitent,

Porrò athelabus modicis pennis potius reptens quam volans, vbicumque oritur vſque ad puluerem cuncta conſumit,quia donec creſcant pennæ,abire non poteſt.

a Qui ingredi non poterant. b ¶Alexandriæ. c ¶Ab hoſtibus
tranſmigratione ducta eſt in captiuitatem Paruuli eius eliſi 1
a ¶Ante ora patrum. ¶In compitis. b ¶Nobiles ſorte victorum diuidentur.
ſunt in capite omnium viarum, & ſuper inclytos eius miſe- 2
a ¶Nullus de principibus.
runt ſortem,& omnes optimates eius † confixi ſunt in com- 3
a pedibus. Et tu ergo inebriaberis, & eris † deſpecta, & tu 4
a ¶Quia portas inexpugnabiles, & viri fortes primitiuis ficubus comparantur, quæ leui tactu motæ ſine labore cadunt in os deuorantis, ne ſi in terram caderent laborem inferant colligenti. 5 †
b quæres † ab inimico. Omnes munitiones tuæ ſicut ficus cū 6
groſſis ſuis,ſi concuſſæ fuerint cadent in os comedentis. Ec- 7
a ¶O Niniue, non m rum ſi ita deuo ra beris, cum populus ita effœminatus reſiſtere non valeat hoſtibus.
c ce populus tuus, mulieres in medio tui. Inimicis tuis † ad 8
¶Vi. ¶Vt ita debiles. ¶Ideo. ¶Hoſtibus pandetur ciuitas. a ¶Quibus claudebantur portæ.
apertionem pandentur portæ terræ tuæ,deuorabit ignis ve- 9
¶Fg›. [illegible] a ¶Ne deſit potus obſeſſis.
d ctes tuos. Aquam propter obſidionem hauri tibi, † extrue 10
¶Muros,turres.
e munitiones tuas.Intra in lutum & calca,ſubigens † tene late 11
rem. Ibi comedet te ignis,peribis gladio,deuorabit te vt bru- 12
¶Sicut.
f chus. Congregare ergo vt bruchus,multiplicare vt locuſta: 13
¶Et. ¶Sunt.
Plures feciſti negociationes tuas, quam ſtellæ ſint cœli.

† alligati.

† abſcondita.

† aperiendo.

† fortifica.

† robora fornacem.

*Dormita-*

NICOLAVS DE LYRA:

✻ Paruuli eius. *Quibus conſuetum eſt ſemper parci in bellis: Et in hoc notatur crudelitas Chaldęorum.*

2 Et ſuper inclytos eius miſerunt ſortem. *Ad determinandum quis quos haberet captiuos.*

3 Et omnes optimates eius,&c. *Qui tamen ſolent honeſtius tractari propter reuerentiam ſtatus.*

4 Et tu ergo. *Niniue.*

5 Inebriaberis. *i. ſimilibus pœnis vel maioribus repleberis.*

6 Et tu quæres auxilium ab inimico. *i. illi a quibus ſperas habere auxilium,fient tibi inimici.*

7 Omnes munitiones tuæ ſicut ficus,&c. *Citò deijcientur ad terram,quantumcumque ſint fortes.*

8 Ecce populus tuus mulieres. *i. factus eſt pauidus,& impotens ad reſiſtendum,& ſic intrabunt hoſtes.*

9 Deuorabit ignis ve.tuos. *i. tanta erit vehementia incendij,quòd faciet ferrum portarum liquefieri.*

10 Aquam propter obſidionem. *Ironicè loquitur.q. d. nulla munitio valebit tibi victualium vel fortalitiorum:ideo ſubditur.*

11 Peribis gladio. *Scilicet Chaldęorum.*

12 Deuorabit te. *Idem ita faciliter ducet te ad mortem, ſicut bruchus moritur adueniente frigore.*

13 Congregare,&c. *Hic conſequenter oſtenditur eius deriſio,& deſtructio ſub Metaphora locuſtæ cum dicitur:* Congregare,&c. *Ideſt,ſicut bruchus,& locuſta congregantur in maxima multitudine: ita quantumcumque magnam multitudinem bellatorum aggregaueris tibi,tamen non poteris te defendere:idcò ſubditur.*

8 Ecce

✻ Bruchus

*MORALITER.*

† *Et tu ergo inebria.* Ideſt, miſerijs repleberis. Quę deſcribuntur cum ſubditur.

† *Et eris deſpec.* Vſque ad finem capituli per eorum miſerias ſignificantur miſerię.

† *Et*

† *MORA-*

a *Dormitauerunt, &c.* Quia populus tuus vt mulieres, &
A portæ inimicis apertæ, & omnis multitudo ſuper murũ
Hieron. ſedens ſicut locuſtæ, quę quaſi illucente ſole, aduenìente
Nabuchodonoſor fugit de propugnaculis, & non reuerſa eſt ad locum ſuum, quæ omnia tibi intulit Deus iratus pro vaſtatione populi ſui: ideò deſtructa eſt ciuitas tua.

† graſſatus. Hiero. † præfecti.

*Dormitauerunt, &c.* Cum hucuſque de mũdi ruina dictum ſit: in fine de vulnere ipſius diaboli dicitur, q princeps fuit mundi, & in illo te gloriabatur dominari ad quem ſic fit Apoſtropha. O lucifer contriuiſses, deſtructa eſt. Niniue ciuitas tua ſpecioſa, & potens, in qua etiam filio Dei aduerſabaris: paſtores qui nutriebant populum, non in ſalutem, ſed

† quieſcẽt: fortes.

B

† curata. † id dici de te, complofeſerunt manus.

¶ Ad volandum natis aliis. ¶ Ita.
Bruchus † expanſus eſt, & auolauit. † Cuſtodes tui quaſi lo- 1
¶ Eo quod auol... e nequeunt. 2
cuſtæ, & † paruuli tui quaſi locuſtæ locuſtarũ, quę confidũt 3
¶ Sed cum ¶ Ad alias regiones. a ¶ Calefactæ.
in ſepibus in die frigoris. Sol ortus eſt, & auolauerunt, &
a ¶ Non meminerunt ſepis in qua tempore frigoris ſederant. ¶ Torpore Ignauiæ. 4
nõn eſt cognitus locus earum, vbi fuerint. Dormitauerunt 5
a ¶ Reges qui tibi ſeruie un... x alijs Gentibus te poterant, populus in bellis diſperſus eſt, b ¶ Et interfectis principibus, qui reſiſte... & nullus de ducibus potuit eos congregare, & iterum in bellum reducere.
paſtores tui rex Aſſur, † ſepelientur principes tui, † latitauit 6
populus tuus in montibus, & non eſt qui congreget. Non 7
a ¶ Quia manu medici non poteſt curari. 8
eſt † obſcura cõtritio tua † peſſima eſt plaga tua. Omnes qui
audiuerunt † auditionem tuam compreſſerunt manum ſu- 9 10 11
a ¶ Nullas tuo vulneri donabit lachrymas, quia nullus eſt ſuper quem non fuerat tua malitia, quæ non eſt manens ſed tranſitoria.
per te, quia ſuper quem non tranſijt malitia tua ſemper? 12 13

vt eos deuorares defecerunt. Turba populi quæ te colebat, te & vrbem tuam deferens ad latibula montium, Apoſtolorum cõfugit, & nullus eſt tuorum ducum qui turbam olim tuam ad ſe reuocet, Plaga tua toto orbe ſonuit: Omnes inſultant tibi, tua ſupplantatione prius cepti. Quia vel nullus vel rarus eſt qui tu aliqñ nõ deceperis. Ille in quo non ſtat, ſed trãſit malitia diaboli, põte inſultare, & bon operib. quaſi di... ctis manibus ſuper eum concrepare.

b *Omnes qui adi...* Gẽtes a te oppreſſ... audita morte ſu... bi Aſſyrij, & deſtructione potentis v... bis, prę admiratione inſpirati nũcij comptiment manus, vel ex gaudio inſultãtes tibi, plaudent manibus.

D

E

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Bruchus expanſus eſt. *Ideſt, exercitus tuus fugiet a facie Chaldæorum.*

2 Cuſtodes tui quaſi locuſtæ. *Ideſt, bellatores tui impotentes te cuſtodire.*

3 Quæ confidunt. *Ideſt, ſimul ſedent.*

4 In ſepibus. *Modus eſt enim locuſtarum adueniente frigore ſe in ſepibus congregare, & ibi ſe occultare, quantum poſſunt contra frigus, ſed ſi ſuperueniat ortus ſolis antequam ſint mortuæ, ſtatim euolant inde: & per hoc deſignatur Metaphoricè, quod Aſſyrij timore Nabuchodonoſor in fortalitijs congregarentur, & poſtea extra terram ſuam in captiuitatem ducerentur.*

5 Dormierunt paſtores tui. *Ideſt, conſiliarij tui neſcientes conſulere tibi.*

C

6 Sepelientur principes tui. *Sepultura aſini: Ieremiæ 22.*

7 Latitauit populus tuus in montibus. *Fugiens ad loca inacceſſibilia equitibus.*

8 Non eſt obſcura. *Ideſt, occulta.*

9 Contritio tua. *Sed omnibus manifeſta.*

10 Peſſima eſt plaga tua. *Quia nullus apponet remedium. Ide... ſubditur.*

11 Omnes qui audiuerunt auditionem tuam. *Malum ve... niet ſuper te quod audietur vbique.*

12 Compreſſerunt manus ſuper te. *Ideſt, magis ſtuduerunt aggrauare quam alleuiare. Cuius cauſa ſubditur.*

13 Quia ſuper quem non tranſ. ma. tua. ſemper? *Q. d. nu... ſunt populi, qui non fuerunt a te afflicti, & oppreſſi: propter quod gaudent de tua oppreſſione, in hoc etiam applaudentes iuſtitiæ Dei: Qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum: Amen.*

## ADDITIO.

In cap. 3. *Vbi dicitur in Poſtilla.* Sepelientur principes tui. *Vbi dicitur:* Sepelientur principes tui. *In Hebræo habetur: Sepulti ſunt, ſeu habitauerunt in ſepulchris principes tui, & eſt ſenſus quod principes erant non ſolum dormientes, ſed quaſi mortui ſepulti, qui non poſſunt ſe iuuare.*

### *Incipit Prologus Sancti Hieronymi: In Habacuch Prophetam.*

Quatuor prophetæ in duodecim prophetarum volumine ſunt, è quibus tres in principio, λῆμμα ideſt, pondus titulum habent. Naũ, Habacuch & Malachias Porrò Zacharias in medio, & circa finem duos huiuſcemodi ponit titulos, è quib. vnus eſt, † onus verbi domini in terra Adrach, & Damaſci requiei eius, alter in fine, ſcilicet † onus verbi domini ſuper Iſrael, De Naum orationibus tuis iam liber vnus æditus eſt. De Zacharia, & Malachia, ſi vita comes fuerit, diſſeretur. Nunc Habacuch habemus in manibus, qui vel ex eo quòd amabilis domini eſt, vocatur amplexatio, vel quòd in certamen, & luctam (& vt ita dicam) amplexum cum Deo congreditur: amplexantis, ideſt, luctantis: ſortitus eſt nomen. Nullus enim tam audaci voce auſus eſt Deum ad diſceptationem iuſtitiæ prouocare, & dicere ei. Cur in rebus humanis, & mundi iſtius pompa tanta rerum verſatur iniquitas? † Vociferabor ad te vim patiens & non ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatem, & laborem videre? Lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem iudicium, quia impius præualet aduerſus iuſtum, ideò egredietur iudicium peruerſum. Vides quam temeraria vox ſit, & quodammodo blaſphemantis, creatorem ſuum ad iudicium prouocare, & vas fragile aduerſus figulum cur tale vel tale fictum ſit, diſputare? Nec non & hoc animaduertendum, quod aſſumptio vel pondus, quę grauia iam eſſe diximus, prophetæ viſio eſt, & aduerſum Montani dogma peruerſum intelligit: quod videt: nec vt amens loquitur, nec more inſanientium fœminarum

† Zach. 9. a.

† Ibi. 12. a.

A ninarum dat ſine mente ſonum. Vnde & Apoſtolus iubet, † [Corinth.] vt ſi prophetantib. alijs alij fuerit reuelatum, taceant qui prius loquebantur. Et ſtatim: Non eſt, inquit, diſſenſionis Deus, ſed pacis. Ex quo intelligitur, cùm quis ex voluntate reticet, & alteri locum dat ad loquendum, poſſe & loqui, & tacere cùm velit. Qui autem in extaſi, ideſt, inuitus loquitur, nec tacere, nec loqui in ſua poteſtate habet. Illud quoque diſce, quia ſemel à me violenter exigis, vt quaſi gradus quoſdam & ſcalas ad altiora nitenti hiſtoriam tibi interpreter: prophetiam eſſe contra Babylonem, & Nabuchodonoſor regem Chaldæorum: vt quomodo prior propheta Naum quem Habacuc ſequitur, vaticinium habuit contra Niniuen & Aſſyrios qui vaſtauerunt decem tribus quæ vocantur B Iſrael: ita Habacuc prophetiam habeat aduerſus Babylonem & Nabuchodonoſor, à quibus Iudas & Ieruſalem templumque ſubuerſa ſunt. Et vt ſcias eo tempore fuiſſe Habacuc, quo iam duæ tribus (quæ vocabantur Iuda) ductæ erant in captiuitatem, Daniel te docere poterit, † ad quem in lacum leonum Habacuc cum prandio mittitur: quamquam apud Hebræos hæc ipſa non legatur hiſtoria. Igitur ſiue quis recipit ſcripturam illam, ſiue non recipiat, vtrumque pro nobis eſt. Aut enim recipit, & iam poſt factam rem liber Habacuc texitur: aut non recipit, & quaſi propheta ſcribit quæ ventura cognoſcit. Interim ſecùndum literam cauſatur aduerſum Deum propheta cur Nabu-C chodonoſor templum Dei vaſtet & Iudam, cur Ieruſalem quondam vrbs domini deſtruatur, quare clamet populus & non audiatur, vociferatur ad dominum oppreſſus à Chaldęis & nō eruetur, quare etiam ipſe propheta vel populus ex cuius perſona loquitur ad hoc vixerit, & hucuſque perductus ſit, vt iniquitatem hoſtium & ſuum viderit laborem, cur iniuſtitia D præualeat aduerſum ſe. Et hæc dicit præ mentis anguſtia, neſciens aurum in igne conflari, † & tres pueros de camino ignis puriores exiſſe [† Dan.3.g.] quàm intrauerant. Sed & hoc generaliter accipere poſſumus, quòd ex perſona humanę impatientiæ loquatur, vt in querulam vocem & plenam doloris erumpat, dicens: † Quare reſpicis contemptores, [† infra 3.a.] & taces conculcante impio iuſtiorem ſe? Hæc autem loquitur neſciens iudicia Dei inueſtigabilia, † & profundum diuitiarum [† Ro.11.d.] ſapientiæ & ſcientiæ eius, quòd non ita videat Deus, vt videt homo. Homo tantùm præſentia reſpicit, Deus futura & æterna cognoſcit. Et quomodo ſi ægrotans & ęſtuans febribus, aquam frigidam poſtulet, & dicat ad E medicum: Vim patior, crucior, vror, exanimor: vſquequo medice clamabo & non exaudies? & reſpondeat ei ſapientiſſimus & clementiſſimus medicus: ſcio quo tempore debeam quod poſtulas dare. Non miſereor modo, quia miſericordia iſta crudelitas eſt, & voluntas tua contra te petit. Ita & Deus noſter ſciens clementiæ ſuæ pondera atque menſuras, interdum non exaudit clamantem, vt eum probet & magis eum prouocet ad rogandum, & quaſi igne excoctum iuſtiorem & puriorem faciat. Quod intelligens Apoſtolus, ſecundum id quod miſericordiam eſt conſecutus à domino, ait: Sed non deficimus. † Et benedicimus dominum in [† 2.Corin.4.a] omni tempore: † Et ſcit, quod qui perſeuerauerit [† Mat.10.c.] vſque in finem, hic ſaluus erit & gloriatur F in labore & dolore: Et cum Ieremia dicit: † Tribulationem [† Ier 20.a. ſecundum. LXX.] & miſeriam inuocabo: vt quomodo alius inuocat Deum, ſic ſanctus vir & bellator inuictus ad exercendum ſe & probandum tribulationem & miſeriam inuenire deſiderat.

*Incipit Argumentum.*

HAbacuc luctator & fortis rigidus ſtat ſuper cuſtodiam ſuam, & figit gradū ſuper munitionem, vt Chriſtū in cruce contempletur, & dicat: Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra. Splendor eius, ut lux erit, cornua in manibus eius. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius.

CAP. I.

a A Nus quod vid. &c. Maſa apud Hebræos ponitur, id eſt, graue onus, eò quòd eos aduerſus quos videtur præmat, nec ceruicem eleuare ſinat.

Hieronym.

✱ Athanaſius. Onus & hic vidit & prophetauit, de captiuitate quidem Hieroſolymæ præcatus eſt, ac interim de aduentu Seruatoris prænunciauit. Inuchitur autem & prophetat cõtra contemptores, deinde immixta eſt precatio prophetæ, odam adiunctam habens, in qua tria ſunt diapſalmata, canente propheta de aduentu Seruatoris & victoria mortis.

In Synopſi.

B ✱ Remigius. Nullus propheta tam audacter ad diſceptationem præſumpſit dominum prouocare, & dicere, *Vſquequo clamabo, & non exaudies? &c.* Plenus dolore cauſatur contra dominum cur templum ſibi conſecratum, & ciuitatem Ieruſalem, quæ quondam ciuitas Dei ſpecialiter appellabatur, à Chaldæis permiſerit deſtrui: cur etiam populũ ad ſe clamantem non exaudiat & vociferantem prophetam præ vi hoſtium

† peruerſitatem.

† Iere. 13. a.

*Incipit Habacuc Propheta.*




CAPVT I.

a ¶ Vel aſſumptio. b ¶ Intellexit.
a O Nus quod uidit Haba- 1
a ¶ Amplexus vel amplexatio. 2
cuc propheta: Vſque- 3
quo Domine clamabo,
a ¶ Clamantes. b ¶ Quod plus eſt.
& non exaudies? Voci- 4
a ¶ Qui liberare potes.
ferabor ad te † vim pa-
a ¶ Nabuchodonoſor & impiorum. b ¶ Tamen. c ¶ Cum poſſis.
d ¶ Ergo. ¶ Quare tamdiu viuo, vt videam innumera mala?
b tiens et non ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi 5
¶ Malorum. a ¶ Bonorum. 6
iniquitatem & † laborem, † uidere prædam 7
a ¶ Iniquorum bonos opprimentium. b ¶ Innocentem. 8
c ¶ Qui reſpicis omnia ſolus.
& iniuſticiam contra me? † Quare reſpicis 9
c ¶ Non vindicas qui iuſtus eſt. a ¶ Nec etiam corripis. 10
¶ Ab increpatione. b ¶ Quaſi lutum.
c ¶ Nabuchodonoſor vel quacumque.
contemptores, & taces conculcante impio 11

non ſaluaret.

b *Quare oſtendiſti mihi &c.*

✱ Theophylactus. Miſerationis affectu permoti & compatientes Sancti, propter vtroſque lugent, cùm iniuria preſſos & afflictos, tum lædentes & ad calamitatem perducentes. Et fortaſſe propter iniurios maiori mœrore conficiuntur quanto magis ad animam precioſiſſimam rem, noxa pertinet. Dixit igitur. Cur mihi oſtendiſti labores & defatigationes iniuſtè oppreſſorum hominum vt intuear in ærumnam ipſorum, & impietatem iniuſtè agentium cũ eis? An quia veluti ſecedat Deus, propter longanimitatem eius talia fiũt nec excindunt &c.

c *Quare reſpicis contempt. &c.*

✱ Remigius. Hæc dicebat præ anguſtia mẽtis turbatus: velut ignorãs Sãctos tribulationibus probari & proficere, ſicut aurũ in igne proficit ad claritatem. Tale quid & Pſalmiſta deplorat dicens. *Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias. &c.* Iob quoq;, enumeratis felicitatibus, quibus reprobi ſtipantur in mũdo ita concluſit. *Ducunt in bonis dies ſuos & in puncto ad inferna deſcendunt.*

Et

*Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Habacuc Prophetam incipit.*

CAP. I.

✱ C O Nus quod vid. *Hic incipit ipſius Habacuc prophetia, Et diuiditur in duas partes, ſcilicet in proœmium & tractatum: qui incipit ibi:* Vſquequo. *In proœmio primò tangitur breuiter materia huius prophetiæ, cùm dicitur.*

Diuiſio.

1 Onus. *Id eſt, prophetia de malo pœnæ venturo ſuper regnum Babyloniæ. Sicut enim Naum prophetauit contra Aſſyrios, qui captiuauerunt regnum decem tribuum. 4. Regum 17. ſic iſte prophetat contra Babylonios, qui captiuauerunt regnum duarum tribuum. 4. Regum vlt. & hoc erat ad conſolationem earum, quia deſtructo per Cyrum & Darium Babyloniorum regno duæ tribus fuerunt de captiuitate liberatæ. 1. Eſdræ 1. Secundò notificatur autor ex nomine, cùm dicitur: Habacuc. Et ex officio, cùm dicitur.*

2 Quod vidit &c. *Scilicet prophetice. De tempore verò huius prophetiæ dicit Hieronym. in Prologo, & expoſitores noſtri communiter, quòd Habacuc prophetauit deſtructionem Babyloniæ poſt deſtructionem templi & ciuitatis Ieruſalem per Chaldæos.*

Diuiſio.

3 Vſquequo. *Hic incipit tractatus. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur prophetæ denunciatio, ſecundò eiuſdem oratio, cap. 3. Circa primum propheta admirans proſperitatem Nabuchodonoſor temporalem, cùm ipſe eſſet idololatra peſſimus, & eius populus. Circa hoc primò mouet domino queſtionem, ſecundò audit eius reſponſionem, cap. ſequenti. Prima in duas: quia primò ponitur ipſius Nabuchodonoſor proſperatio, ſecundò huius proſperitatis abuſio, ibi:* Hæc eſt fortitudo. *Prima in duas: quia primò queritur propheta de proſperitate Nabuchodonoſor contra Iudæos, ſecundò contra populos alios, ibi:* Aſpicite. *Circa primum dicit propheta non ſolum in perſona ſua, ſed aliorum iuſtorum ſui populi, dicens* Vſquequo clamabo domine. *In oratione contra Nabuchodonoſor, templi & ciuitatis deſtructorem & populi in captiuitate detentorem.*

4 Vociferabor ad te vim patiens. *Id eſt, anguſtiam de oppreſſione populi mei.*

5 Et non ſaluabis. *Q. d. multum tardas ſaluare nos.*

6 Quare oſtendiſti mihi iniqui. *Nabuchodonoſor & exercitus ſui.*

7 Et laborem. *Id eſt, anguſtiam populi mei.*

8 Videre prædam. *Quia Chaldæi ſecum portauerunt de Iudæa quæcunque precioſa.*

9 Et iniuſticiam contra me. *Licet enim Iudæi iuſtè punirentur ex parte Dei, tamen Nabuchodonoſor & eius exercitus hoc exequebantur iniuſta voluntate & iniqua.*

10 Quare reſpicis contemptores. *Id eſt, Chaldæos, qui ſunt tui nominis contemptores, & tamen reſpicis eos conferẽdo eis poteſtatem & gloriam temporalem.*

11 Et taces conculcante impio &c. *Id eſt, Nabuchodonoſor, & eius exercitu.*

† Iuſtiorem

MORALITER.

† 1 *Onus quod uidit Habacuc &c.* Secundum ſenſum literalem propheta denunciat regni Babylonis deſtructionẽ, eò quòd abuſus fuerat à Deo ſibi data poteſtate, ſubiiciens ſibi regnum Iuda & alia plura nequiter & ſuperbè. Moraliter autem exponi poteſt de quolibet potente poteſtate ſua abutente. Et primò propheta quæſtionem mouet loquẽs in perſona iuſti à ſuperbo tribulati, quare Deus hoc promittit dicens.

3 *Vſquequo &c.* Et patet ſententia.

10 *Quare reſpi. con.* Eos temporaliter exaltando.

† *Et facie.*

*Et factum eſt iudicium.* Adhuc loquitur propheta vel po-
A pulus, quòd contrà ſe non veritate ſed potentia iudicatur.
m. Communis ſanctorum quærela ad Deum: Cur iudi-
ces ſeculares acceptis muneribus damnent inſontem, &
liberent reum? Sed & principes eccleſiæ, propter munera
lacerant legē. Sed
non debemus ſuper
hoc turbari. Vidē-
tur à principio mū-
di ab impio Cain
occiſum Abel iu-
ſtum, exultante Ia-
cob, regnāte in do-
mo patris Eſau Ip-
ſe quoque contra
quem hæc quere-
la dirigitur à Iu-
dæis crucifigitur, b
& Barrabas latro
dimittitur.

b *Iudicium per.* Peruerſum videtur, vt Ioſias rex iuſtus à rege Aegyptio trucidetur: Vt Daniel & tres pueri ſeruiant, & Babylonis imperet: Et Balthaſar inter cōcubinas potet in vaſis Dei.

¶ Q. quam male conuenit hoc. a ¶ Iudam vel quemlibet. b ¶ Dimittes ſine cura, ſine prouidentia ¶ Vnde Boetius. Hominum ſolos reſpuis actus.

iuſtiorem ſe? Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi 1

¶ Sic mentiuntur hæretici. ¶ Perue ſum.

a reptilia non habentia ducem? Et factum eſt iudiciū & cō- 2

a ¶ Quam iuſticia. b ¶ Acceptis muneribus contra inſontes, vt magis peccatum diuitis quam 3
veritas pauperis defendatur. 4

tradictio potentior? Propter hoc † lacerata eſt lex, & non 5

a ¶ Finis iudicii eſt iuſtè iudicare. b ¶ Ecce cauſa quare hoc audeat loqui. 6
¶ Nabuchodonoſor. 7

peruenit vſque ad † finem iudiciū: quia impius † præualet 8

¶ Iudam. ¶ Ideo dico quia. 9

b aduerſus iuſtum: propterea egreditur iudicium peruerſum. 10

¶ Quæ fiunt. ¶ Illa præ veſtris. 11

c † Aſpicite in Gētibus, & videte & admiramini, & obſtupe †

a ¶ Præ magnitudine miraculi. b ¶ Tam grande, vt veſtram opprimat cauſationem. 12
¶ Fiet in contritione aliarum Gentium per Chaldæos. c ¶ Vt videre poſſitis. 13
d ¶ Tam magnum.

ſcite, quia opus factū eſt in diebus veſtris quod nemo cre- 14

¶ Futurum. ¶ A quocumque. a ¶ Ecce opus quod facturum ſe dixerat. 15
b ¶ Angelos malos, vel homines qui meritò cruciant.

det cū narrabitur. Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gen- 16

a ¶ Quorum rex Nabuch. b ¶ Crudelem. c ¶ Quia non contenta ſuis finibus. 17
d ¶ Ad implenda præcepta Dei. e ¶ Non tantum ſuper Iudæos.

têm amaram & velocem, ambulantem ſuper latitudinem 18
†

brietate, vt obſtupeſcant & formident minas. Admirāda inquit facturus ſum vobiſcum. Etenim gentem ſanctā primogenitum meum filium, traditurus ſum hoſtibus.

Hieronym. Allegorice. Minatur Deus contra contemptores ſuæ prouidentiæ ſe ſuſcitaturum angelos peſſimos, per quos infert cruciatus vel peccā tibus hominibus vel animabus peſſimorū hominum. Hi ſunt amari, & nulli parcentes, & veloces, citò quod imperatur implentes, & † debilitata ambulabant ſuper latit ter. Latitudo † corona cingit: terræ ſunt carnales, quia lata uia ad mortem tendunt. Hos calcant dæmones, vt poſſideant animas quæ merito rationis Dei ſunt, ſed per F culpam fiunt dæmonis, qui eſt terribilis propter multa & varia ſupplicia quæ infert: ſed ex ſeipſo, ideſt, ex propria iniquitate

c *Aſpicite in.* Vox domini reſpondentis contra prædicta. q. d. Ne putetis ſoli Iſraeli hanc iniquitatem à Chaldæis inferri: ſed etiam omnibus nationibus per circumitum, & ipſos Chaldæos videte tantum valituros & poſtea ruituros. Vt ſi quis prædixerit quod futurum eſt, pro rei magnitudine videatur incredulum.

*Theophylact. Enarrans quæ de tranſgredientibus legem in Hieruſalem explicuit, ſuccēſentis perſonæ præpoſitis ſermonibus, reſponſum ceu acceptum à domino edit: medelam ita admouens prouidentiæ diuinæ obmurmurantibus perinde quaſi lento admodum greſſu procedat. Ad hæc Iſraelitis ſubindicat, quod quæ iſtis mala Deus adducet, iure adducet tanquam prævaricatoribus & contemptoribus ſui. Iubet vt aduertant animis quæ dicantur, & conſiderent cum inſtantia & ſobrietate,

damnabitur. Sed ſi aliquis per pœnitentiā ab eo ad Deū conuerſus fuerit, onus ideſt, iugum diaboli effugiet, & præbens tergum Deo ceſſori, erit velocior lupis, & pardis, ideſt, hæreticis & raptoribus: Et equites, ideſt, ipſi dæmones (quos prius ferebat) depoſiti, allidentur, quia ipſi equites, ideſt, diaboli de longè venerant, rem non ſuam vſurpantes, quibus deiectis equi liberati non contenti curſu aſſument volatum aquilæ, vt carnibus ſermonis Dei veſcantur, & alios ſibi incorporent, facies eorum, q. ven. v. quia nullam malicia ei reſiſtere poterit. Tunc ſermo diuinus congregabit ad vnam fidem omnes qui quaſi arena à Chaldæis captiuabuntur, & triumphabit de diabolo, vel prauis hominibus à regno ſuo deiectis, & tyranni ri. e. c. potentia malorū ſuperata vertitur in deriſum. Ipſe ſuper omnem munitionē ri. Quid-

quid

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Iuſtiorem ſe. *Ideſt, populum Iudaicum colentem te.*
2 Et facies hominis quaſi. *Permittendo, quòd maiores deuorent minores, ſicut eſt in piſcibus maris.*
C 3 Et quaſi reptilia non habentia ducem. *Id eſt, per hoc videtur quod non habeas curam plus de hominibus quam de beſtijs irrationabilibus, de quibus dicit Apoſtolus. 1. ad Corinth. 9. b.* Nunquid eſt cura Deo debobus?
4 Et factum eſt iudicium. *Scilicet peruerſum.*
5 Et contradictio. *Veritatis.*
6 Potentior. *Quia veritas ſuccumbit.*
7 Propter hoc lacerata eſt. *Quia fit contra dictamen legis naturæ. Poteſt etiam hoc referri ad legem Moſaicam, quam combuſſerunt Chaldæi.*
8 Et non peruenit vſque ad finem. *Scilicet debitum.*
9 Iudicium. *Ideſt, executio iuſticiæ, ſed magis eius contrariū.*
10 Quia impius. *Ideſt, Nabuchodonoſor.*
11 Præualet aduerſus iuſtum. *Iudææ populum, in quo erant iuſti multi, in populo autem Nabuchodonoſor nulli, cùm omnes eſſent idololatræ.*
12 Propterea egredietur iudicium peruerſum. *Iudæi enim in Babyloniam ducti frequenter iniuſtè condemnabantur ad facultatum ſuarum amiſſionem, & aliquando ad mortem. Hoc etiā aliter exponitur referendo ad Deum.* Propterea &c. *Ideſt, propter prædicta videtur quòd à te egrediatur iudicium peruerſum: & hoc coram hominibus profunditatem iudiciorum tuorum conſiderare neſcientibus.*
13 Aſpicite &c. *Hic conſequenter admiratur propheta potentiam Nabuchodonoſor contra alias Gentes, cùm dicitur:* Aſpicite in Gentibus & videte &c. *Id eſt, videbitis mirabilia.*
14 Quia opus factum eſt in diebus veſtris. *Id eſt, citò fiet.*
15 Quod nemo credet cum narrabitur. *Nulli enim videbatur credibile, quòd regnum Nabuchodonoſor ita dilataretur in tam paruo tempore, ideò ſubditur.*
16 Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos. *q. d. iſtud mirabile non fiet humana virtute, ſed mea.*
17 Gentem amaram. *Ideſt. valde crudelem.*
18 Et velocem. *Ad ambulandum & pugnandum, & ſic ad regna multa ſibi ſubijciendum.*

*Horri-

## MORALITER.

2 *Et facies.* Fieri permittes.
† *Quaſi piſces ma.* Quorum maiores deuorant minores.
3 *Et quaſi re.* Ex hoc enim videtur ſimplicibus & infirmis, quod Deus nō habeat de ominibus curam ſpecialē.
7 *Propter hoc.* Per aduocatos doloſos & iudices iniquos
8 *Et non per. &c.* Ideſt, ad finem debitum.
1 *Quia impius &c.* Ecce iniquitas exaltata.
† *Aduerſus iu.* Ecce bonitas conculcata.
1 *Propterea egre.* Ecce æquitas condemnata, propter quod quæſitum eſt; quare Deus cum ſit iuſtus talia permittit, poteſt autem ad hoc reſponderi ex pluribus ſacræ ſcripturæ locis, quòd Deus permittit, hoc propter exercitium patientiæ bonorum, quod vlterius valet ad augmentum gloriæ ipſorum: & cedit ſimiliter ad honorem diuinum ad quem principaliter omnia ordinātur: Prouerb. 16. a. *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus.*
13 *Aſpicite Gen. & vi.* q. d. In omnibus Gentibus uidebitis ſuperbiam iniquorum temporaliter proſperari ex diuina permiſſione. Ideò ſubditur.
16 *Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos.* Qui interpretantur feroces: quod competit ſuperbis, quia neſciunt pacificè viuere cùm alijs.
17 *Gentem amaram.* In conuerſatione.
18 *Et velocem.* Ad malè agendum.
† *Ambulātē ſuper latitudinē terræ: &c.* Quia ſuperbis nihil † ſufficit, cò

quid in ſermonibus vel diuitijs ſeculi altum,& forte lau
A datur,ſermo Dei deſtruet & illudet, & mittet aggerē fragilitatis arguendo. Tunc mutabitur ſpiritus,ne puniat ſicut punierat, ſed pertranſibit peccatores rogans pro eis & reconcilians Deo. Hæc eſt fortitudo eius diuini ſermonis vel Christi, quā habet à Deo ſuo deijciendo omnia mala.

Hieronym. Nemo miretur,ſi quę ſuper Chaldęis iuxta literā in malū interpretati ſumus, iuxta tropologiam videantur ſonare clementiam: hiſtoria ſtricta eſt,& euagandi non habet facultatem. Tropologia eſt libera & his tantùm legibus circumſcripta, vt pietatem ſequatur intelligentiæ, ſermoniſq; contextum:
B Nec in rebus multum inter ſe cōtrarijs violenta ſic copulandis.

† acuriores acriores

† rapinam.

Tropologiæ diffinitio.

† ridebit

† delinquet

¶ Spacioſa eſt via quæ ducit ad mortem, non enim ambulant Chaldæi per anguſtam viam quæ ducit ad vitam. a ¶ Pœnas horrendas inferens. b ¶ Antequam inferat bellum, terrorem portat in vultu.

a terræ,vt poſſideat tabernacula nō ſua. Horribilis & terribi- 1
b lis eſt, ex ſemetipſa iudicium,& onus eius egredietur. Le- 2 3

a ¶ Ad perſequendum. b ¶ Lupi ſæuiores ſunt vicina nocte ad rabiem concitati fame diurna.

c uiores pardis equi eius,& † velociores lupis veſpertinis: & 4

a ¶ Non ad repugnandum,quia nemo reſiſtet,ſed ad diſcurrendum.

diffundentur equites eius. Equites namque eius de longè

a ¶ Cui in volando omnia ſubiacent

venient, volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendū. 5

¶ Non ad pugnam. 6

d Omnes ad † prædam venient,facies eorū ventus vrens. Et 7

a ¶ Tantus erit numerus captiuorum & prædæ vt hyperbolicè arenæ poſſit æquari. 8
b ¶ Quia Nabuch in vniuerſo orbe regnabit, & reges ante currum ductos deriſui habebit & inter delicias computabit. 9

congregabit quaſi arenam captiuitatem, & ipſe de re- 10
gibus † triumphabit: & † tyranni ridiculi eius erunt. Ip- 11 †
e

a ¶ Vrbes, natura locorum,& viribus hominum munitas. b ¶ Fortis. †

ſe ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit †

¶ Apud Tyrum iacto aggere in mari, de inſula peninſulam fecit. a ¶ Munitionem, vel Tyrum. 12
b ¶ Cum nihil ei obſtiterit. c ¶ Poſt hæc omnia.

f aggerem, & capiet eam. Tunc mutabitur ſpiritus, et per- 13

a ¶ In figuram beſtiæ. †

g tranſibit & † corruet. Hæc eſt fortitudo eius Dei ſui. 14
15

a *Tabernacula.* Non eſt opus eius arare terram,ſed viuere rapto,& poſſidere vrbes non ſuas.

* Remigius. Gentem Chaldæorum fuiſſe pugnaciſſimam & velocem, & robuſtiſſimam, teſtes ſunt Trogus Pōpeius:& cęteri qui barbaras cōſcripſerūt hiſtorias: nec vnquam contenta ſuis finibus, huc illucque diſcurrens vagabatur ſuper latitudinē terræ,rapto viuens & gladio.

Hieronym.

b *Ex ſemetipſa.* De ſua gente,non de aliena cōſtituet principes & poteſtates, & gladius eius non habebit ſatellites alienarum Gentium. Vel ſicut fecit fiet ei: ſicut vaſtabit vaſtabitur.

✻ Theophylactus. Celeres ſunt Chaldæi: equites enim ſunt,vt ne tantillum vobis temporis permittant, quo veſtras in eos copias armare poſſitis voſque ad pugna[m] parare. Adhæc aſſueti ſunt bellis,& in ijs educati. Nec al[ie]nis tantum prouincias diripiunt ac reuertuntur, vt [in] ſpem veniatis vos patriam veſtram denuò recepturo[s] verum hic eis ſcopus, hæc mens eſt, vt hæreditariò te[r]ras occupent.

c *Leuiores pard. &c.* * Remigius. I[d] eſt, velociores ſu[nt] pardis, quod a[ni]mal eſt velociſſimum, & pulch[ra] varietate diſtinct[um]. lupis quoque ve[ſ]pertinis eorum [e]quos cōparat, q[uia] ſæuiores eſſe dic[un]tur vicina noct[e] diurna fame in [ra]biem concitati. C[om]parantur quoq[ue] aquilæ quæ velo[ci]ſimè feſtinat ad d[e]uorandum.

d *Ventus vrens.* [...] cuius flatum vi[...]tia cuncta mar[ce]ſcunt, ſic ad aſpe[ctum] Chaldæorū om[nia] vaſtabuntur.

e *Ipſe ſuper om[nem].* Tantæ erit ſup[er]biæ vt naturam locorum & robora exercituum ſupe[ra]re contendant. Hoc apud Ezechielem latius legitur.

f *Tunc mutabitur &c.* ✻ Remigius. Hoc eſt,in ſuperbi[am] erigetur,credens ſe eſſe Deum: vnde & ſtatuam aure[am] fecit ſibi: eamque omnes gentes adorare præcepit & hoc fecerit *pertranſibit*, id eſt, ſenſum humanum amitt[et] & proijcietur ab hominibus; & poſt hoc, *corruet*, id [eſt] eſſe deſinet.

g *Hæc eſt fortitudo eius Dei ſui.* Ironicè. Quaſi. Hæc eſt fo[r]titudo eius quam dedit ei Bel Deus ſuus, ad cuius cul[tu]ram omnes cogebat.

Nunquid

NICOLAVS DE LYRA.

✻
1 Horribilis. *Ex aſpectu.*
2 Et terribilis eſt. *Ex actu.*
3 Ex ſemetipſa iudicium & onus eius egre. *Id eſt, ex actibus ſuis crudelibus merebitur finaliter à domino iudicari & puniri, prout exprimitur diffuſe cap. ſequenti.*
4 Leuiores pardis equi eius &c. *Locutio eſt hyperbolica ad deſignandum velocitatem equorum & equitum,*
5 Omnes ad prædam venient. *Id eſt, ad capiendum omnia pretioſa aliorum.*
6 Facies eorum ventus vrens. *Id eſt, ſicut ventus vrens velociter conſumit ſegetes, ſic Chaldæi ſuo impetu ſubijciēt ſibi Gentes: ideò ſubditur.*
7 Et congregabit quaſi arenam captiuitatem. *Id eſt, multitudinem captiuorum innumerabilem.*
8 Et ipſe de regibus triumphabit. *Et per conſequens de ſubiectis eorum.*

9 Et

9 Et tyranni. *Qui alijs formidabiles & duri ſunt.*
10 Ridiculi eius erunt. *Id eſt, materia deriſionis, quia fa[cie]bat eos duci in catenis ad oſtentationem ſuæ victoriæ.*
11 Ipſe ſuper omnem munitionem ridebit. *Reputa[bat] poſſe eam faciliter capere: ideo ſubditur:* Et comportabit ag[ge]rem &c.
12 Tunc mutabitur ſpiritus. *Quia Nabuchodonoſor [poſt] multas victorias incurrit amentiam, & inter feras habitauit, [æſti]mans ſe beſtiam eſſe, ideò ſubditur.*
13 Et pertranſibit. *Scilicet à dignitate regni, Danielis 4. [v]bi dicitur Nabuchodonoſor, regnū tuum tranſibit à [te].*
14 Hæc eſt fortitudo eius. *Hic conſequenter deſcribitur [...] datæ poteſtatis abuſus, quia victorias ſibi conceſſas diuina vir[tute] ad puniendum peccata multarum Gentium non atribuebat Deo [ſed] idolo ſuo: ideò ſubditur:* Hæc eſt forti. &c. *ſecundum ſuam r[epu]tationem.*
15 Dei ſui. *Id eſt, quod ſibi peruenerit à Deo ſuo falſo,*

* Nunqui[d]

*MORALITER.*

† ſufficit, eò quòd ſuperbiæ ambitio ſit annexa.
1 *Horribilis.* Auditu.
2 *Terribilis.* Aſpectu.
3 *Ex ſemetipſa iudicium, & onus eius egredietur.* Nam ex ſuis operibus finaliter condemnabitur.
4 *Leuiores pardis equi eius &c.* Per hæc omnia ſignificatur promptitudo eorum & familiæ ſuæ ad male agendum.
6 *Facies eorum ventus vrens.* Id eſt, ſimplices pro poſſe ſuo annihilans. Et quoniam diabolus *eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ*, vt dicitur Iob 41.d. ideò de ſuperbis tranſit ad eorum regem & caput diabolum, dicens.
7 *Et congregabit quaſi arenam captiuitatem.* Scilicet pecatorum quia ſicut dicitur Matth. 7.b. *Spacioſa eſt porta quæ ducit ad perditionem, & multi intrant per eam.*

8 Et

8 *Et ipſe de regibus triumphabit &c.* Eos ad tyrannidem inducendo.
9 *Et tyranni ridi. eius erunt.* In inferno.
11 *Ipſe ſuper omnem munitionem.* Scilicet virtutum.
† *Ridebit.* Sperans, quòd eam deſtruere poſſit, ideò [ſub]ditur.
† *Et comportabit aggerem.* Per quod ſignificatur [eius] ſtudium ad uirtuoſos deijciēdum, quorum aliquos [de]icit, ideò ſubditur.
† *Et capiet eam. Tunc mu.* Non de malicia ad bonitate[m], quia peccatum eius eſt irremediabile, ſed hoc dici[tur], quia in fine temporis ceſſabit actus ſuæ tentationis.
13 *Et pertranſibit.* Ad locum gehennæ.
† *Et corruet.* In profundum pœnæ.
14 *Hæc eſt fortitudo eius.* Id eſt, nihil potuit facere niſi [per]miſus Dei uoluntate propter quod ſubdit propheta

† Nunqui[d]

a *Nunquid non tu a principio &c.* ✻ Theophyl. Et ſi.n.nos præuaricati ſumus, tu multis tamen retro ſæculis, & a principio patrum noſtrorum dominus eras Deus ſanctus, qui nihil immūdum recipis, & propterea nos ſicut inmundos repuliſti. Poſtquam igitur te priſcum dominum noſtrum habemus ne quæſo, penitus excindamur. Vide autem quomodo Deū veteris ſuæ proprietatis cōmonefaciat, quod & Paulus de Iſraelitis affirmat, quoniam hoſtes inquit, propter Euangelium, dilecti autē propter patres.

b *Domine in iu.&c.* Aliter: Suſcitatē cōtra incredulos natio dęmonū amara ad puniēdū, & vbique præſens ambulat vbicunque eſt latitudo terræ, vt poſſideat in quibus Chriſtus debuit habitare, ex ſemetipſa iudicium & onus eius egredietur. Non autem frangitur, niſi cum magnitudine iniquitatis, & pondere grauata ad cōſummationem venerit. Equi eius & equites ſicut lupi & pardi ſanguinem ſitiunt & prædas deſiderant, & dum non ſperantur de longe cito veniunt volant vt aquila quæ inter ſydere ponere vult nidum & feſtinat ad prædam. Nullus enim dęmonum parcit, quidquid aſpexerint uolunt vrere, & congregabit quaſi aquila princeps dęmonū deceptos a ſuis: hinc inde ſuſcipet quaſi arenam, & multos qui potenter videbantur cōtra eū exercere tyrannidē eijciendo ab obſeſſis corporibus ſubijciet ſibi, & ridebit, & quidquid munitū & forte videbitur, nitetur euertere. Comportabit ag.in, geſtis terrenis operibus facile euertet munitionem. Poſt hanc victoriā commu.ſpiri.eius, & pertranſiſros eius vſq; ad cælum quia faciet ſe Deum & poſt corruet, & ruina eius oſtendet quam fortis eius diuinitas fuerit. Audiens ergo hæc propheta, quod tantus ſic ſit deſtruendus, cum ſe vel eos ex quorum perſona propheta loquebatur conquerens iuſtos eſſe memoraſſet, nūc blandiens dicit: *Ergo ne tu à principio es domine*, quod nō capimur à tanto hoſte tuæ eſt clemētiæ. Tu.n. domine conſtituiſti eum quaſi carnificē & fortē feciſti, vt vel null', vel rarus ei poſſit reſiſtere.

Ex reſponſione domini intelligens propheta ideo Nabuchodonoſor contra Iudam, vel diabolum contra credentes accipere poteſtatem, vt corripiat eos, & poſt correptionem ipſe quoque puniatur in fine reſpondet domino blā dientis & penitētis affectu, Domine neſciebam Nabuchodonoſor vel diabolum tantam in mundo accepiſſe poteſtatem, quorum viribus nemo poteſt reſiſtere, ſed tamē inter eos dat nobis miſericordia tua viuere.

a ¶Ergo ne tu es domine Deus meus autor horum. b ¶Qui nos creaſti. c ¶Cuius clementia ſubſiſtimus.

Nunquid non tu à principio domine Deus meus, ſancte 1
¶Sub tanto hoſte. a ¶Te protegente. b ¶Ad iudicandum, ut ipſe ſit inimicus, & ulter & per illum corripias quicumque peccauerint tibi. 2
meus, & non moriemur? Domine in iudiciū poſuiſti eum 3 4
a ¶N buch. vel diabolum. ¶Quaſi carnificem. b ¶Quibus nihil immundum placet. 5
& forte vt corriperes fundaſti eum. Mundi ſunt oculi tui, 6
ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatē non poteris. 7 8
† Quare non reſpicis ſuper † iniqua agentes, & taces deuo 9
rante impio iuſtiorem ſe? Et facies hoīs quaſi piſces ma- 10
a ¶Gen is humanum in Adam. 11
ris, & quaſi reptile nō hn̄s principem. Totū in hamo ſub 12
a ¶Nabuch. ¶Diabolus b ¶A Paradiſo. ¶Varia & multiplici fallacia. 13
leuauit, & traxit illud in ſagena ſua, & cōgregauit in rete
a ¶Nabuchod. vel diabolus. b ¶Idolo quod fecit in campo Duran, & ſimulacro Belis, cui quaſi grandi ſagenæ immolauit pingues victimas, ideſt, omnes Gentes victas ad cultum eius cogens. 14
ſuū. Sup hoc lętabitur & exaltabit, ppea immolabit ſagē- 15

Allegor. Redit ad generalem querimoniam, cur Deo prouidente diabolus in mundo tātum dominetur, cum ſuperioribus ſic iūgitur. Noui domine quia te protegente non morimur, & per aduerſarium quaſi per carnificem corripis, non occidis, nec placeat tibi aliquid iniuſti, ſed tamen inuenire non poſſum cauſam, cur iniuſtus Caim iuſtum Abel occiderit, cur cetus non ſolū minores piſces, ſed ēt Ionam prophetam deuorauit. Nec dico aliquem in tuo conſpectu iuſtum, ſed tamē iuſtior eſt qui affligitur, quā qui affligit. Debuiſſet igitur iuſtiori ſubiici. Cum autē ſis omnium dominus, neceſſe eſt vt facias quod ſine te fieri non poteſt.

*Gen.4.b* *Ionæ 2.a* *† iniquè.*

c *Mundi.* Scio, quia malum non libenter aſpicis, nec poteſt quiſque de tua dubitare iuſticia, ſed tamen cur pateris ab impio Nabuch. opprimi iuſtū Iſrael? qui & ſi non ex toto iuſtus, tamen iuſtior eſt opprimente. Sicut piſces & irrationabilia animalia, quę non habent ducem ſubiacent viribus fortiorū, ſic homo rationalis ad imaginem tuam factus non valet reſiſtere corporeis viribus idololatrarū. Scit propheta, quod angeli ſingulorū quotidie vidēt faciem patris, nec de Deo aliquid mali ſentit, ſed humanam impatientiam in ſe exprimit.

d *Quare non reſpicis &c.* ✻ Rupert. Quid aliud iſte dicit & clamat, quam dicunt & clamant ſubtus altare animę interfectorū propter verbum Dei &c. dicentes: *Vſquequo Domine, ſanctus & verus non iudicas & vindicas &c.* Denique quod dictum eſt illis, *vt requieſceret adhuc tempus modicum, &c.* nonne ſimile eſt ei quod reſponſum eſt huic, *Apparebit in finem, & non mentietur, ſi moram fecerit &c.*?

*Apoc.6.*

✻ Theoph. Iam nunc propter Chaldęos pendet animi propheta. Nec fit quod dilutionis indigeat, qui ut alijs indicet formatus eſt. At enim quia animaduertit apud pleroſque de his naſcituram quæſtionem, ideo hæc adducit. Ambigent enim cur Chaldæis longe nequioribus Iſraelitas minus impiè agentes Deus tradiderit. Ecquur igitur inquit, contemptores, ideſt, arrogantes, oſtentatores, & legum tuarū deſpectores Chaldæos intueris? Cur mitiore & manſuetiores in eos affectu imbueris? Cur lętos dies illos trāſigere ſinis? Deuorat impius Babylonius iuſtū Iſraelitā, tuq; iterim ſiles. Quare hoc fit. Iuſtū dicit Iſraelitā reſpectu Babylonij. Ex lōganimitate, hac nihil diſcrepare facies mortales a piſcib. quib. neq; leges ſunt, neq; iudices, ſed cibi loco potētiorib. imbecilliores abiiciūt.

e *Totum &c.* Quia piſces noīauerat. Metaphoram piſciū.

*Hieronym. Remig.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunquid nō tu a prin. *Ideſt, ab eterno ſolus es Deus tu q es.*
2 Deus meus. *Verbū eſt prophetę cōfitentis veritatē diuinę naturę iuxta falſitatē idoli, ut oppoſita iuxta ſe poſita magis elucescāt.*
3 Et non. *ſ. per poteſtatē regis Babylonis, ſi ſaluare nos volueris.*
4 Domine. *Ideſt, executionem tuæ iuſticiæ.*
5 Poſuiſti. *Ideſt, diſpoſuiſti.*
6 Et for. *i. dans ei fortitudinem.*
7 Vt corriperes. *Multos peccatores per eum.*
8 Mundi ſunt. *Quia nulla immundicia poteſt in te eſſe.*
9 Ne vi.ma. *Approbando, ideo ſubditur.*
10 Et reſpi.ad iniquit. *eam approbando. Ex quo concluditur.*
11 Quare non reſp.ſuper iniqua. *Ideſt, ſuper Chaldæos iniqua voluntate nos opprimentes, eorum maliciam reprimendo.*
12 Et tac. *Exponatur ſicut ſupra.*
13 Totum in hamo. *Loquitur hic de rege Babylonis ſub metaphora piſcatoris, qui cū hamo paucos piſces capit, & patres in ſagena & reti, ſic rex Babylonis in principio paucos ſibi ſubiecit, poſtea multos valde.*
14 Super hoc. *Ideſt, ſuper victorias multas & magnas.*
15 Propterea immol.ſa. *Ideſt, idolo ſuo, quod vocatur hic ſagena ſua & rete ſuum: quia victorias ſibi conceſſas à Deo attribuebat idolo ſuo, vt prædictum eſt.*

✻ Quia

MORALITER.

1 *Nunquid.* Q d. non poterit nobis nocere, quando volueris prohibere.
4 *Domine in iudicium.* Hic oſtenditur ad quid & quomodo Deus vtitur dæmonibus. ſ. ad executionem ſuæ iuſticiæ Ideo dicitur.
† *In iu.po.* Iudicium enim eſt executio iuſticiæ quam Deus approbat, non tamen malam dæmonum voluntatem qua hæc exequuntur, ideo ſequitur.
8 *Multi ſunt.* Et quoniam homines mali ſunt inſtrumēta diaboli, ideo ſubditur de eis.
11 *Quare non reſpi.* Ad hoc autem reſponſum eſt ſupra.
13 *Totum in hamo.* Scilicet diabolus per ſe & miniſtros eius. Et fit hic mentio de tribus modis capiendi piſces, p quos ſignificantur homines. Hamo capiuntur magni, ſcilicet principes & prelati. Principes capiuntur hamo tyrannidis & ſuperbię. Prelati hamo ſimonię. Reti capiuntur mediocres, dolum & fraudem (quæ p rete ſignificātur) in mutuis commutationibus exercētes. Sagena vero indifferenter capiuntur omnes ideo ſignificat luxuriam per quam aliqui de quolibet ſtatu capiuntur. Et quia diabolus gaudet de tali captione. Sequitur.
14 *Super hoc lætabitur, & exultabit, propterea immolabit ſagena, &c.* Diligendo & colendo.

13 Totum

ſeruat,vt quomodo piſcator mittit hamum,rete,& ſage
A nam,vt quod hamus non capit rete capiat,& quod rete euadit ſagena latiori circumdetur,ita Babylonij, humanum genus prædam ſuam fecerunt.

Allegorice. Diabolus qui cuncta vaſtat,miſit hamum cui adhæſit Adam, & ita traxit eum de paradiſo reti ſuo & cooperuit eum ſagenis ſuis, ideſt, varijs fallacijs. Ideo lætabitur eſſe aliud quam præceptum domini & immolabit nō hamo qui peruerſus ſermo intelligitur,& adhuc in principio conſtitutus, ſed reti ſuo, quia in ipſo pingues hoſtias comprehendit,quia per vnum hominem peccatores conſtituti ſunt plurimi,& cum Adam etiam ſancti de Paradiſo eiecti ſunt.

† pinguis

B Vnde & cibi eius electi ſunt. Et quia primum hominem decepit, vniuerſum genus humanum interficere non ceſſat.

Rom.5.d.

lib.32. Mora. c.10.

✠ Gregor. Neque enim ſe eos gaudet rapere, quos prauis ac ſordidis actionibus implicatos in imis ſecū reſpicit voluntariè iacere. Fœnum ergo vt bos comedere appetit, quia ſuggeſtionis ſuæ dentes conterere mundā vitam ſpiritualium quærit:

a ¶ Idolis ſuis. b ¶ Opinione ſua, putabit enim ſe habere diuitias, quando principes & reges ſuo ſubiugauit imperio, quas eſcas electas vocat.

næ ſuæ,& ſacrificabit reti ſuo. Quia in ipſis incraſſata eſt 1

a ¶ Quia ſemel opulenta piſcatione ſaturatus eſt,& ſuam ſagenam,ideſt, ſuum exercitum repleuit non ceſſat Gentes impugnare & iugulare

pars eius, & cib.eius † electus. Propter hoc ergo expandit 2 3

ſagenam ſuam,& ſemper interficere Gentes non ceſſat. 4

✠ Idem. Antiquus hoſtis, hoc pro magno non habet, quod ſub iure ſuæ tyrannidis terrena quærentes teneat. Propheta namque atteſtāte cognouimus, quia eſca eius electa: Neq; enim mirum deputat, ſi eos abſorbeat quos ſuperbia erigit, auaritia tabefacit, voluptas dilatat, malicia anguſtat: ira inflammat, diſcordia ſeparat, inuidia exulcerat, luxuria inquinans necat. Sed illos magnopere rapere nititur, quos deſpectis terrenis ſtudijs, iungi iam cœleſtibus contemplatur.

Poteſt & de hæreticis accipi, qui peruerſa multiplicique doctrina quaſi hamo, & reti, & ſagenis multos piſces capiunt,& multa reptilia comprehendunt,vnde lætantur,& ſermonem ſuum quo decipere & ſuadere potuerunt quaſi Deum adorant,colunt & poliunt,per quē ſciunt a ſe tantas victimas interfectas,& tot potentes deceptos,quos pinguem partem & electas eſcas noīat.Ideo ſic beſtiæ quæ ſemel guſtatum ſanguinem ſemper ſitiūt expandunt rete,i. totū ſtudiū ſuū,vt plures interficiant

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia in ip.incraſ.eſt pars. *Ideſt, ſua poteſtas magnificata.*

2 Et cibus eius. *Ideſt, diuitiæ in quibus delectabatur ſicut gluto in cibis & potibus.*

3 Propter hoc ergo expan.ſa.ſuam. *Ideſt poteſtatem ſuam quam eſtimabat ab idolo ſuo ſibi conceſſam.*

4 Et ſemper interficere. *Vnam gētem ſibi ſubijcēdo poſt aliā*

MORALITER.

1 *Quia in ipſis incraſſata eſt pars eius.* Ideſt multiplicatio peccantium.

2 *Et cibus eius electus.* Quia mali incorporantur ſibi per mortale peccatum.

CAPVT II.

Hieron.

a SVper cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum &c. Primæ cauſationi reſpondeat dominus. Aſpicite in Gentibus,& videte,& admiramini,& obſtupeſcite. Ad quæ verba propheta quaſi agens pœnitentiam tēperauit quæſtionem ſuā, d. Domine Deus meus ſā. meus, & nō mo. ſed non minus cū veneratione & laudib. Dei ſciſcitabatur. Mūdi ſunt ocu. tui, ne vi. ma. & reſpi. ad ini. non po. Quare nō reſp. ſu. ini. Et q̄ eſſet deuotio iuſti in quibus partibus exequebatur, vt fierent homines quaſi piſces maris &c. Nunc ergo quia propheta eſt, & propterea ſe dubitare dicit, vt quod ſibi reſpondetur omnibus dicatur: Stabo inquit ſu.cu.me. in ſublimitate meæ prophetiæ, vt videam quid ſequatur poſt euerſionem populi & templi.

C

ſupra.1.ca.

lib 22.mor.c. 10.

✠ Gregorius. Stat ſuper cuſtodiam ſuam, qui per ſolertiam diſciplinæ terrenis deſiderijs nō ſuccumbit, ſed ſupeminet, vt dū ſemper ſtantē appetit æternitatē, infra ſe ſit ei omne quod tranſit &c.

CAPVT II.

a ¶ Omni diligentia cuſtodiam cor meum. b ¶ Stabilitatem animi.

a S Vper cuſtodiam meam ſtabo, & figam gra- 1 †

a ¶ Chriſtum.

dum ſuper munitionem: & contemplabor, † †

a ¶ Prophetica viſio, non exterius fit ad prophetas, ſed in interiori homine.

b c vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad 2

✠ Theoph. Cōſuetudo ſanctorum eſt, ſi quid ex Deo diſcere cupiant, omni cuſtodia ſeruare cor ſuum a mundanis ſollicitudinibus,& ad ſolum Deum intentos eſſe aſcendereque veluti ſuper rupem quādam mentis, hoc eſt, a terrenis rebus exaltationem. Ait ergo vates. Vt excubitores excelſum quempiam locum ſcandentes, ita ſpeculantur, non diſſimiliter, & ego ſpeculabor qd loquatur in me Deus de his rebus, ob quas propter Babylonios dubitaui, qui fiat, quod non pœnas luant ob commiſſa ſua, vt ſciam quid reſpondeam volentibus me ſuper hiſce interrogare ac diſcere diuinæ adminiſtrationis conſilium.

Hieron.

b *Et contempla.* Et ſic videbo quid mihi poſt ſecundam quæſtionem reſpondeat Deus, & poſtquam mihi reſponderit, & me corripuerit male fuiſſe conqueſtum: quid ergo quoque debeam ei reſpondere videbo.

c *Vt videam,&c.* Elegāter deſcribit humana impatientiam quam

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

Diuiſio.

B Ioſia rege prophetauit. Factum eſt autem ad eum verbū domini, & prophetauit in Ieruſalem & vniuerſa Iudæa, prædixitq; diem in quo demolienda eſſent omnia idola, & nemora, futuruſque eſſet fletus multus ac planctus. Prophetat quoque & a de Saluatore, & de reſurrectione eius quam noſtri gratia fecit. Deinde & cō b tra Gazam & Aſcalon, & Azoton, & Accaron, & contra Moab, & Ammon, & Damaſcū et Niniuen, & Aethiopas. c

In titulo generatio prophetæ & tempus notatur. Inter nomina patrum ponitur etiam Chuſi quod interpretatur Aethiops meus: in quo notatur quòd ille qui quon
C dam fuit Aethiops verſus eſt in pœnitentiam. Iuxta illud: Aethiopia pueniet manus eius Deo. Et rectè Sophonias quaſi filius Aethiopis In conſequentib. de pęnitētia ſcribit Aethiopū, dicens: Trans flumina Aethiopiæ inde ferent hoſtias mihi in dieb. Ioſię, ſicut dicūtur dies Eliæ hi qi ab eo illuminati ſunt: ita & dies Ioſię q ſe leuauerunt ad Deū: quia Ioſias eleuatio domini dr. & fuit vir iuſtus. Simulque notandum ꝙ hic non ponuntur reges Iſrael ſed reges Iuda tantum: quia iam decem tribus ſub Ezechia ab Aſſyrijs captiuatæ erant.

Prophetatur de euerſione Ieruſalem & de captiuitate Iudæ & Beniamin per Nabuchodonoſor, quæ captiuitas interfecto Ioſia, viſa eſt incœpiſſe: quia filij eius, & nepo E
tes non tam regnaſſe credendi ſunt, quam ludibrio habiti ab Aegyptio rege & Chaldæis & diuerſis caſibus cruciati. Et cum hęc captiuitas pro ſceleribus populi immineret: ne populus dicat ſe per malos reges ad idololatriā cogi: datus eſt ei rex iuſtus: quo zelante zelū domini & populo in cultu idolorum perſeuerāte iuſta iræ cauſa profertur à domino.

*Incipit Sophonias propheta.*

CAPVT I.

¶ Hoc eſt.
VErbū domini quod factū eſt ad Sophoniam 1
a ¶ Aethiops meus vel humilitas b ¶ Magnitudo Dei. c ¶ Sermo dñi.
filium Chuſi, filij Godolię, filij Amariæ filij 2
a ¶ Fortitudo domini. b ¶ Eleuatio domini. c ¶ Fides.
Ezechię, in diebus Ioſię filij Amon regis Iu- 3
a ¶ Non vltra tribuam locum pœnitentiæ, ſed a facie terræ conſumam omnia.
da. † Congregans congregabo omnia à facie terræ, dicit do 4
a ¶ Homines & pecus congregans.
minus: cōgregans hominem & pecus: cōgregans volatilia 5

a Sophonias ſpecula vel arcanū. In ſpecula enim & in ſublimi conſtitutus erat ſecundum illud: Fili hominis ſpeculatorem poſui te domui Iſrael. Et myſteria Dei nouerat. Vnde, Non faciet dominus quidquam niſi reuelauerit prophetis ſuis. Ezec 3.d. F Amos.3.b.

b *Amon re. Iu.* Ideſt fides. Manaſſes poſt multa ſcelera, & poſt captiuitatem in Babyloniam egit pœnitentiā: vnde conſecutus eſt Dei miſericordiam, & ideo in argumentū fidei ſuæ qua crediderat Deo filium ſuū vocauit Amon.

c *Congregans ho.* ✠ Remigius. Diu expectauerat Dominus pęnitentiam Iudæ ſub malis regibus & quaſi aliquam poterant habere excuſationem & dicere: Volumus ſeruire Domino, ſed prohibemur à regibus noſtris. Vnde dedit illis

*Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Sophoniam Prophetam incipit.*

CAP. I.

VErbum domini. *Prophetia Sophoniæ in duas partes diuiditur: in proœmium, & tractatum: qui incipit, ibi. Congregans. In proœmio notificatur Sophoniæ ſtatus genus, & tempus. Status cum dicitur: Verbum domini quod factum eſt. &c. Per hoc enim oſtenditur ipſum fuiſſe prophetam. 2. Petri. 1. Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia: ſed Spirituſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Et iſte ſtatus eſt quaſi medius inter Deum & communem populum: propter quod prophetæ dicuntur dij participatiuè: ſecundum quod exponit Saluator illud Pſalm. Ego dixi dij eſtis, dicens Ioan. 10. g. Illos dixit Deos ad quos factus eſt ſermo Dei. Secundo: notificatur eius genus, cùm dicitur.*

2 Filium Chu. &c. *Secundum regulam Hebræorum iſte fuit propheta: eò quod exprimitur nomen eius in principio prophetiæ filij ſui: ſicut dictum eſt Iſa. 1. Et idem eſt inteligendum de alijs tribubus hic nominatis: licet non habeantur eorum prophetiæ. Et ſic patet quod iſte Sophonias nō ſolum fuit propheta: ſed de genere prophetali: quia pater eius, auus, & proauus, & atauus fuerunt prophetæ. Tertio: notificatur tempus, cum dicitur.*

3 In diebus Io. *Ex quo patet quod iſte prophetauit ante tempus Babylonicæ captiuitatis.* 4 Congregans. *Hic conſequēter ponitur tractatus: Qui diuiditur in duas partes, ſcilicet in partem comminatoriam, & conſolatoriam quæ incipit in 3. ca. Prima in duas: quia primò comminatur peccatoribus generaliter. Secundò: magis ſpecialiter, ibi. Et extendam. Circa primum dicit propheta in perſona domini:* Congregans congre. *Et iſta congregatio non eſt ad ſalutem, ſed ad pœnam, quod patet ex fine huius patris, vbi dicitur.* Et diſper. *Et hoc modo accipitur congregatio ab Habacuc. 1. d. Totum in hamo ſubleuauit, & congregauit in rete ſuum. Et ſic comminatur pœnam peccatoribus generaliter, cum dicitur.* Diuiſio.

5 Congregans. *Ideſt, hoīes peccatores ad pœnā, & qa bruta* † *propter*

*MORALITER.*

† 1 *Verbum do. quod, &c.* Qui primò comminatur peccatoribus generaliter, di. *Congregans cong.* Per hominem ratione abutentem. intelliguntur contentioſi. 1. Cor. 3. a. Cum zelus & contentio ſit inter vos: nonne homines eſtis & ſecundum hominem ambulatis: Per pecus voluptuoſi ſignificātur. Vnde. 1. Eth. Vita voluptuoſa vita pecudum appellatur. Per uolatilia vana glorioſi qui petunt alta. Per piſces maris (quorum maiores deuorant minores) ſignificantur homicidæ & raptores: & omnes iſti congregabūtur in iudicio, vt comburantur in inferno, Iſa. 24. d. *Congregabuntur congregatione vnius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere.*

† *Et*

cęli & piſces maris.Et † ruinæ impiorum erunt,& diſperdā
a ¶ Extenſio manus geſtum percutientis oſtendit.
a homines à facie terræ, dicit dominus. Et extendam manū 1
meā ſuper Iudā,& ſuper omnes habitantes Ieruſalē: & di- 2
3
a ¶ Auferam. b ¶ Cuſtodes Baal qui pauci de cede hoſtium remanſe unt. c ¶ Idolum Sidoniorum. d ¶ Qui fuerunt autores idololatriæ.
ſperdām de loco hoc reliquias Baal,& nomina † ædituorū 4
a ¶ Ideſt illos deſtruam qui quondam ſacerdotes domini, modo ſimul Deum & idola coluntꝫ. b ¶ Solem & lunam & alia aſtra.
cum ſacerdotibus,& eos qui adorant ſuper tecta militiam 5
cœli, & adorant & iurant in domino, & iurant in Mel- 6
¶ Simul. a ¶ Idolo Ammonitarum,& illos etiam deſtruam.
b chon, & qui auertuntur de poſt tergum domini, & qui 7
non quæſierunt dominum, nec inueſtigauerunt eum.
¶ Timore. a ¶ Ab imminente captiuitate. b ¶ Prope eſt captiuitas prophetata ſub Ioſia. c ¶ Captiuitatis & vltionis.
c Silete à facie domini Dei, quia iuxta eſt dies do- 8
a ¶ Subuerſionem Ieruſalem. b ¶ Vt ſibi immolentur quos dedicauit ad mortem quaſi hæc hoſtia placet mihi. 9
mini. Quia præparauit dominus hoſtiam, † ſancti- 10
11

illis iuſtiſſimum regem Ioſiam, qui eos exemplis & mo- A nitis voluit reducere ad cultum Dei:ſed ipſi nihilominus in idololatria permanſerunt.Quapropter iuſtè propheta-tur eis, confuſio Ieruſalem, captiuitas populi & victoria Nabuchodonoſor.Non vltra inquit, ad pęnitentiam ex-pectabo, ſed omnia congregans conſu-mam. Non homo, non pecus,nō vola-tilia aut piſces re-manebunt, iram meam etiam bruta ſentient animalia.

† oſtendicula.

Hiero. Etiam bruta ani-malia ſentient irā Dei, & ſubuerſis vr-bibus & interfectis hominibus ſolitu-do erit & raritas be-ſtiarum et volucrū. Et hoc ideò, qa im-piorum fuit nimia B multitudo, ideo va-ſtabuntur.Poteſt & de cōſummatione ſeculi accipi quādo homines & pecora & vniuerſa deficiēt & tolletur iniquitas à facie terræ.

a *Et extendam.* * Rupertus. Hoc ut dictum,ita & factum eſt poſtmodum per regem Nabuchodonoſor & exerci-tum Chaldæorum. Septem autem ſunt enunciationes, quo numero plerumq; vniuerſitas ſignificari ſolet,qua-rum prima eſt. *Et diſpergam de loco reliquias Baal.* Septima. *Nec inueſtigauerunt Dominum.*Et ſi reciprocato ordine con-ſiderentur,hoc modo.Non inueſtigauerunt Dominum, & non quæſierunt eum: & auerterunt de poſt tergū Do-mini;& iurant in Domino,& in Melchon & adorant ſu-per tecta militiam cœli: & nomina habent ædituorum, & colunt Baal. Semper malo præcedenti, id quod ſequi-tur deterius eſt. Septem igitur enunciationibus malorū C omnium, maiorum atque minorum declamata eſt vni-uerſitas atque diuerſitas, propterq; tunc iram Iuda & Ie-ruſalem commeruit, vt ſuper habitatores eius manum ſuam extenderet Dominus,qui hæc dicit.

Hieron. Remig. Poſt ruinas impiorum & iniquorum ablationes con-tra Iudā & Ieruſalem dominus loquitur: Iudas enim & Beniamin in templo domini ſtatuam Baal poſuerunt,& in eodē ſanctuario, idola ſimiliter & Deū venerati ſunt, vnde idolorum ſacerdotes, non ſacerdotes ſed ædituos & phanaticos appellat. Per Iudam & Ieruſalem ſecun-dum interpretationem poteſt accipi anima cuiuſque à qua aufert dominus omnia prædicta, vel in conſumma-tione ſeculi, vel in fine cuiuſque cum videretur Deū cō-fiteri,& ſenſum pacis habuiſſe. De tali Ieruſalem diſper-det Deus omnem ſuperbiam, & falſos cultus in Deum & variorum errores dogmatum & mundo & Deo pa-riter ſeruientem: & per quotidiana peccata auerſionem, a domino,& neglectum in Deum.

Alleg. Quando refrigeſcet charitas multorum,& ita a-būdabit iniquitas, vt filius hominis veniens vix inue-niet fidem in terra, tūc Deus percutiet eos qui videtur ſi-bi nomen domini confiteri,et eccleſiā quæ à pace nomen hēt, & auferet Baa-lim qui interpreta-tur in ſublimiorib. Ideſt, tollet vanam gloriā quę verſatur in eccleſia, & nomi-na eorum qui ſolent nomine dici epiſco-pi & presbyteri glo-riantur,& qui ado-rant ſuper tecta m[...]cæ.qui eleuantur contra ſcientiam Dei, quidquid in mi[...]do geritur ad ortus & ad occaſus ſtellarum referentes, & eos qui adorant dominum & Melchon qui duobus do-minis ſimul volunt placere Deo & mundo: qui perdito rege Deo, habent regem mundum & hominem & ec[...] qui per mala opera declinant a domino,& non requirūt eum per pœnitentiam.

b *Auertuntur de poſt.* Qui relinquentes cultum eius, iur[...] in Melchon, & adorant militiam cœli.

c *Silete a facie.* Iam prophetata captiuitate, cunctis imp[...]rat ſilentium incurrens maiorem timorem ex vicinita-te ipſius captiuitatis.

* Remig. Omnis terra ſileat,reuereatur, contremiſc[...] diē Domini. Iuxta literā intelligimus tēpus captiuitat[...] & vltionis in populū Iudæorū. Præparatum autē popu-lū *hoſtiam* dicit qui in tempore vindictæ velut hoſtia m[...]ctandus erat. Vocatos autem Nabuchodonoſor & Ch[...]dæos debemus accipere,quos vocabat ad puniendos p[...]catores. Nam & per Ieremiam eum ſeruum ſuum dic[...]

Tropol. Omne tempus ad comparationem æterni-tis breue eſt, vel exitus ſingulorum citò venit, ait erg[...] Timeant omnes ne irata Dei facies puniat eos vel exitu cuiuſque,vel in communi iudicio:& ſi iuſti volu-ritis eſſe,non eſt vobis timendum quia imperauit do[...]nus & in veteri teſtamento figurales hoſtias ad rem[...]dium & in nouo ſanguinem Chriſti mundatorē om[...] per

NICOLAVS DE LYRA.

*propter hominem facta ſunt,ideò comminatur quod hæc pœna ex-tendi debeat ad ipſa,cum dicitur.*Et pecus,&c.

1 Et extendam, *Hic conſequenter comminatur peccatoribus ſpecialiter.Et primò Iudæis.Secundo populis extraneis:capitulo ſe-quenti.Prima diuiditur in quinque partes: quia primò fit commina tio ſacerdotibus. Secundò principibus. Tertiò. vulgaribus. Quarto ſe occultantibus. Quintò concluditur tribulationis pondus. Partes patebunt proſequendo.Iſta tamen diuiſio non eſt ita præciſa quin de ſententia vnius partis ponatur aliquid in alia:ſicut fit cōmuniter in diuiſionibus alijs prophetarum. Circa primum dicitur in perſona Dei:*Et extendam manum meam ſuper Iudam.*Ad punien dum eius populum peccatorem.*

Diuiſio.

2 Et ſuper omnes habitāt. Ieru.*Quæ erat metropolis Iudæ. & ibi vigebat uicium idololotriæ, in quo magis erant culpabiles ſacerdotes, qui tenebantur illud extirpare & diuino cultui intende re. Ideò ſubditur.*

3 Et diſperdam de.*Ideſt, idololatriæ cultum.*

4 Et nomina ædituorum. *Aeditui dicuntur cuſtodes loci [ido]lolatriæ quaſi ædem tuentes.*

5 Et eos qui adorant. *Ideſt, ſolem & lunam alioſque pla[ne]tas.Tecta enim domorum illius terræ erant plana,ideò ibi aſce[nde]bant idololatræ ad videndum & colendum plenius ſydera.*

6 Et iurant in. *Quia ſimul cū domino colebant idola, & in [eo]rum reuerentiam iurabant per ipſa.*

7 Et qui auertuntur.*Eius legem & cultum dimittentes.*

8 Scilete à facie, &c.*Ideſt,ſilebitis ſicut deiecti & confuſi*

9 Quia iuxta eſt dies domini.*Ideſt, tempus ſuæ vindict[æ]*

10 Quia præparauit dominus hoſtiam. *Ideſt,populum [Iu]dæ ad occiſionem.*

11 Sanctificauit uoca.*In Hebræo habetur.Præparauit,verb[um] enim Hebraicum hic poſitum æquiuocum eſt ad præparare, & [ſan]ctificare:Hebræi ſequuntur vnam ſignificationem,& tranſlati[o no]ſtra aliam Poſſunt etiam dici iſti uocati à Deo ſanctificati,ideſt [ap]plicati ad executionem diuinę iuſtitiæ & iſti fuerunt Chaldæi.*

MORALITER.

1 *Et extendam.* Hic propheta comminatur peccatori-bus ſpecialiter. Et primo ſacerdotibus,cùm dicitur.*Et ex tendam manum meam.* Ad puniendum.

3 *Et diſperdam &c.* Per Baal qui deuorator interpreta-tur, gula ſignificatur Per reliquias eius luxuria: quia ſe-men coitus eſt de ſuperfluo alimēti:ideò dicit Hier. Ven ter & genitalia ſunt membra propinqua,& ex vicinitate membrorum deſignatur vicinitas viciorum.

4 *Et nomina &c.* Aeditui dicuntur quaſi tuentes æd[...] Et ideo ſignificāt caupones & lenones qui præbēt æ[...] guloſis & luxurioſis. Per ſacerdotes intelliguntur m[...]tores & mediatrices fornicarię communionis.

5 *Et eos qui ador. &c.* Iſti ſunt uanè glorioſi ſemper [...]dentes ad ſuperiora.

6 *Et iurant, &c.* Iſti ſunt falſi & duplices duabus vij[s in]gredientes.

7 *Et qui auertuntur.* Iſti ſunt apoſtatæ à fide vel religio[ne].

4 Et † Et eri

per quem ſaluantur, & ſanctificantur vocati ab æterno, vel per ſanguinem Chriſti ſanctificantur apoſtoli & cęteri qui per eos ſunt vocati.

Poteſt dici quod ſanctificauit Babylonios in vltionē peccantis populi, vindicantes Dei iniuriam.

c *Et erit die illa dicit dominus, vox cla. a por. piſ. & vlu.* Porta piſcium vocatur quæ ducit Dioſpolim & Ioppem & vicinior eſt mari, a ſecunda ſignat portam ſecundi muri in eodem climate a collibus de monte Sion, & de excelſiori parte vrbis, qua ab hoſtibus occupata facilior deſcenſus erit ad prona. Multi ad Babyloniorum tēpora hęc referunt. (D) (1.Reg.5 b) (Porta piſciū.) (Hieron. Remig.)

a ¶Captiuitatis Iudaicæ quando totus populus immolandus eſt.
ficauit vocatos ſuos. Et erit in die hoſtiæ dñi viſitabo ſup 1
a ¶Qui mane bibebant ſiceram. b ¶Vel omnes de regia ſtirpe, vel propriè filios Ioſiæ. 2
c ¶Qui pro cultu Dei venerati ſunt idola.
principes & ſup filios regis, & ſuper oēs qui induti ſunt ve 3 †
a ¶Superbos qui quodam faſtu & dignitatis ſupercilio gradus templi, & ſanctuarii limen aſcēdunt.
ſte peregrina. Et viſitabo ſuper omnē qui arroganter in- 4
a ¶Lxx. qui ſunt in veſtibulis, i. qui egreſſi ſunt de eccleſia propter peccata.
b ¶Non ſolum idolorum cultu, ſed & etiam omni genere propriæ iniquitatis & dolo ad decipiēdos ſubiectos implent domum Dei.
greditur ſuper limen in die illa, qui complent domū † dñi 5
a ¶Quando extenta manu Dei ſuper Ieruſalem hoſtilis exercitus eam vallauerit.
Dei ſui iniquitate & dolo. Et erit in die illa dicit dominus,
a Propter clamorem d centium, Sanguis eius ſuper nos & ſuper fil. no. circundata eſt a Romanis Ieruſalem cuius captiuitatis typum præceſſerat captiuitas per Nabuchodonoſor. 6
vox clamoris à porta piſciū, & vlulatus a † ſecūda, & cōtri 7 8
tio magna a collibus. Vlulate habitatores † pilæ. Cōticuit 9
a ¶Peribunt qui tantas habent diuitias vt eis putent ſe indutos & ſeptos. 10
oīs populus Chanaā, diſperierunt oēs inuoluti argento. 11

a *Et erit in die domini, viſitabo ſuper principes. &c.* ✻ Remig. Dies hoſtię domini tempus eſt Iudaicæ captiuitatis, quādo omnis populus immolandus erat ab hoſtib. Tunc viſitauit dominus ſuper principes, & ſuper filios regis Ioſiæ, quos omnes, vel conſtat captos fuiſſe, vel occiſos. *Et ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina*, i. exotica vel pretioſa.

Myſticè. viſitabit Deus in die hoſtiæ filij ſui ſuper pontifices Iudæorum, & ſuper regiam domum, quia vſque ad illud tempus fuerunt reges de Dauid, ſed poſt hanc hoſtiam defecerunt, quia induti ſunt veſte peregrina qui receſſerunt a protectione & indumēto Dei errore ſuo operti. Poſſunt hæc de die iudicii accipi quo puniet dominus principes qui lac comedunt, nec ſalutē gregis curāt, & qui iactant ſe eſſe filios regis Chriſti, & qui induti ſunt nō Chriſto, ſed indumento veteris hominis, i. vicijs, & per hoc eiecerunt ſe de eccleſia traditi Sathanæ & omnes qui ſceleribus contaminant eccleſiam. Poſſunt hæc etiam de anima cuiuſque intelligi, cuius ſenſus & cogitatio debet eſſe hoſpitium regis Dei qui induit ſe veſtimentis diuerſorum vitiorū, & implet templum corporis ſui iniquitate & dolo.

b *Ingreditur ſuper limen.* Iuxta Hebraicam veritatem, qui tranſiliunt limen quod hyſtorice ſic dicitur, puniam illos qui iuxta, librum regum non calcant limen idolorū ſuperſtitionibus ſeruientes.

Prima porta oculorum qui aperiuntur ad concupiſcendum. In iudicio ergo cum aperientur libri tota imago antiquorū ſcelerum exhibebitur ante oculos eorum. Poſt clamorē huius portæ ſequitur vlulatus ſecundæ, ideſt, aurium. In his duobus ſenſibus maximè peccat homo & punietur videns & audiēs totum ordinem ſuorum malorum, hoc terrore conteretur quidquid in homine fuerit excelſum. (Porta oculorum & aurium.) († dominorum ſuorum.) († ſchola.) (E)

Vel in fine mūdi. A prima porta piſciū lugebunt, qui ſuū nō ſeruauerūt baptiſma, a ſecūda qui nō egerūt pænitentiam de peccatis, & tunc conterentur, quia noluerunt humiliari. Per has duas portas introitur, vel reditur ad eccleſiam.

d *Vlulate habitatores.* ✻ Remig. Pilam vocat Ieruſalem, quia ſicut in pilo vi & impetu frumenta feriente deſuper vecte tunduntur, ita de porta piſcium, & de ſecunda atque de collibus promens deterrebit Romanorū aut Chaldæorum exercitus, & comminuet omnia. Venientibus itaque hoſtibus, conticeſcent magno metu, & ſuorum ſcelerum conſcientia exagitati, nec ſaltem dominū quem offenderunt, inuocare audebunt.

Deſcripto clamore q erit ī ſupiori porta vrbis, ſupponit & de valle Siloe, q̄ cōparat pilę. i. vaſi ī quo tūduntur ☞ frumen- (Hieronym.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et erit. *Hæc eſt ſecunda pars, in qua comminatur principibus cum dicitur.* Et erit in die hoſtiæ do. *ideſt occiſionis peccatorū ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ.*
2 Viſitabo ſuper principes & ſuper filios. *Principes. n. Sedechiæ & filios eius fecit Nabuchodonoſor occidi, & oculos eius erui. 4. Regum vltimo.*
3 Et ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina. *Ideſt veſtibus cultui alienorum deorum deputatis, talibus enim vtebantur ſacerdotes Iudæorum aliquando, quia cum domino etiam idola colebant, vt prædictum eſt.*
4 Et viſitabo ſuper omnes qui ar. ingre. ſup. *Ingrediēs domū domini magis ad ſuā pompā quā ad Dei reuerentiā. In Hebręo tamen habetur, Super oēm tranſilientem limen. quia aliqui volentes ſacerdotes Dagon, & eius cultores imitari, qui nō calcant ſuper limen templi Dagon. i. Reg. v. Sic ingredientes templum domini limen tranſiliebant abſque eius calcatione, ſcđm q dicit hic Ra. Sa.*
5 Qui complent domum domini. *Ibi tractantes negociationes, & conſimilia, vt patet Ioh. y. quę habent iniquitatem & dolum annexa.*
6 Et erit. *Hęc eſt tertia pars in qua cōminatur vulgaribus dicēs.* Vox
7 Vox cla. a por. pi. *ſic nominata, quia reſpiciebat mare & per illam piſces inferebantur in Ieruſalem & erat in muro exteriori.*
8 Et ululatus a ſecunda. *ideſt, a porta ſibi correſpondente in muro ſecundo.*
9 Et contritio magna a collibus. *i. a monte Sion, in quo erat templum & domus regia, quæ claudebantur tertio muro. Triplicem enim clauſuram fecit Salomon in Ieruſalem, & per iſta oſtenditur q totus populus ciuitatis eſſet affligendus in omni parte.*
10 Vlulate habitatores. *ideſt Ieruſalem, vt dicunt expoſitores noſtri cōmuniter, quæ dicitur pila, eo quod eſt in medio Iudæę, ſicut pes ponti qui pila dicitur in medio eius. Vnde verſus,* Eſt pila pes pontis, pila ludus, pila taberna. *In Hebræo habetur, Habitatores hamachthes & ſonat profundum in Latino. Et dicit Ra. Sa. q̄ illa eſt ciuitas quę vocatur Tyberias, nominata profunda, eo quod eſt in demiſſiori loco Iudęę.*
11 Conticuit omnis populus Chanaan. *i. Iudęorum ſiue Iudęę, quia ibi habitauerunt Chananęi ante filios Iſrael, & quia filij Iſrael ſecuti ſunt mores Chananęorum.*
12 Diſperierunt omes inuoluti. *i. pleni diuitijs male acquiſitis, quæ inuoluunt homines peccatis, ſecundum illud. i. Timo. vi. b.* Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum & tentationem diaboli & deſideria multa. &c.

✻ Et

*MORALITER.*

† 1 *Et erit in.* Hic comminatur principibus mūdi, per quos ſignificantur ſpiritus maligni qui dicuntur principes & poteſtates: Eph. 6. *Et erit in die hoſtię domini.* Hæc dies Paraſceue poteſt dici, in qua Chriſtus fuit immolatus qui bene fuit hoſtia domini.
2 *Viſitabo ſuper principes.* ſcilicet, tenebrarum, qui tunc fuerunt debellati.
† *Et ſuper filios regis.* ſcilicet, æterni, qui tunc de limbo fuerunt liberati.
3 *Et ſuper omnes, &c. veſt. pere.* i. alienati a fide Chriſtiana.
4 *Et vi ſuper om.* ſcilicet, eccleſiæ intruſus per potētiam ſecularem, de quibus ſubditur.
5 *Qui complent domum.* Quia malè intrant, & peſſimè gubernant, Et quoniam dolent boni de malis, ſubditur:
6 *Et e. vox cla.* ſic nominata, eo quod erat verſus mare & ideo ſignificat amaritudinem doloris.
8 *Et vlulatus a ſecunda.* Quia quanto magis reiterantur & multiplicantur, tanto magis dolor augetur.
10 *Vlulate habitatores Pilę.* ideſt, tabernæ, vnde verſus.
*Eſt pila pes pontis, pila ludus, pila taberna.*
Per iſtos ſignificantur ebrioſi, quibus niſi pæniteant, reſeruatur pæna inferni.
11 *Conticuit omnis populus Chanaan, &c.* Quæ interpretatur mercatio. Ideo per hoc ſignificantur ſimoniaci qui non habent frontem coram Deo loquendi.
12 *Diſperierūt omnes inuoluti argēto.* ſcilicet, male acquiſito.

frumenta quia de porta piſcium & de ſecunda,& de col
A libus proruens exercitu contundet inferiora loca. Chanaã vocat populũ Iudæorum,vñ, *Semen Chanaan,& non Iuda. Vlulate.* Vocantur ad planctum qui in ima ſcelerũ ſuorũ ſunt demerſi. Quod dicitur, *Conticuit omnis popu.* ſignat in die iudicij ceſſaturam plaſphemiã eorum qui in cęlũ poſuerunt os ſuum Chanaan cõmotio. hoc nomine vocantur Iudæi, quorum pedes nũquam fixi ſunt ſuper petram.

Dan. 13. f.
pſal 72. b

a *Et erit &c.* Captiuitatis per Babylonios vel Romanos, quãdo nullum peccatum eorum qui
B legem Dei dimiſerunt impunitum remanebit, quia nullus remanebit abſcõditus, nec in cloacis, nec in ſpeluncis in quibus reges & ſacerdotes ſe timore mortis abſconderunt.

†ſubſtantia.
† Amos 5. c.
† Iere. 30 a
Iohel. 1. a.
Amos. 5. a.

b *Scrutabor Ieruſalem.* Tempore iudicij ſcrutabitur Deus cum lucerna eccleſiam ſuam, & puniet contemptores mandatorum ſuorum,(qui quaſi cum ratione ſe peccare dicentes) blaſphemant Deum, dicentes, quod nec præmia, nec pœnas poſſit reddere, & illis in cęcitate depreſſis apponet lucernam verbi ſui & rationis, quia omnia in medium vitia proferet.

a Et erit in tempore illo, ſcrutabor Ieruſalẽ in lucernis, & vi-
 a ¶Confiuentes in uiribus ſuis quæ fecibus comparantur vel peccatis.
 b ¶Calumniant Dei prouidentiam dicentes quod nec bonis bona, nec malis mala poſſit reddere ſed omnia caſu regantur.
b ſitabo ſuper viros defixos in fecib. ſuis, qui dicunt in cor-
c dibus ſuis, Non faciet bene dominus, & nõ faciet malè. Et
d  a ¶Si quis latronis vel furis vel piratæ fortitudinem diripit, dum infirmos reddit, prodeſt illis ſua infirmitas.
erit† fortitudo eorũ in direptionem, & domus eorũ in de-
 a ¶Immundas, & ideo non habitabunt.
ſertum.† Et ædificabunt domos, & non habitabũt & plan-
 ¶ Sodomorum.
tabunt vineas, & non bibent vinũ earum. Iuxta eſt dies do-
 a ¶ Cui nullus poteſt reſiſtere.
e mini magnus, iuxta eſt & velox nimis. Vox diei dñi amara
† tribulabitur ibi fortis.† Dies iræ, dies illa, dies tribulatio-
nis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarũ
 ¶ Erit.
& caliginis, dies nebulę & turbinis, & dies tubę & clãgo-
 a ¶ Vbi uix ſunt parua veſtigia ruinarum.
ris, ſup ciuitates munitas, & ſup† angulos excelſos. Et tribu-
 a ¶Præ magnitudine preſſuræ ignorabunt quid agent. b ¶Et hoc ideo.
 c ¶Propter crucem domini ſuſtinuit Ieruſalem hæc mala.
f labo homines, & ambulabunt ut cæci, quia domino pec-

* Remig. Quum Chaldæi vel Romani venerint, ceperintque Ieruſalem, tunc ſcrutabuntur lucerna omnia loca ciuitatis in quib. abſcondi potuerunt et cloacas & obſcuras ſpelũcas, vt nullus poſſit effugere. Hoc qui ſubuerſionem factam a Romanis legerint, ita factũ inuenient.

Ser. 15. in Cã.

* Bernardus. Dabo operam, nec lolia pro granis, nec paleas cum granis offerre. Scrutabor ego uias meas & ſtudia mea, quo is qui ſcrutaturus eſt Hieruſalem in lucernis, nihil inſcrutatum in me ſiue indiſcuſſum inueniat. Neque enim iudicaturus eſt bis in idipſum.

Hiero.

c *Qui di.* In die iudicij vel morte cuiuſque, quod malè erigebatur contra Deum uaſtabitur, ut ceſſent a malo opere membra quibus prius non bene vtebantur, & domos quas ędificabant in ſanguine deſtruentur, & non in
C leproſa domo, ſed in bene ædificata habitabitur. Et quia plantabant vineam Sodomorum & non Dei, ideo non bibent in uinum earũ, vt inebrientur cũ Ioſeph in meridie, his prope eſt dies dñi ad comparationem ęternitatis, vel quia mors vniuſcuiuſq; conſummationẽ mundi facit. In utraq; captiuitate exercitus Iudæorũ cæſus eſt, domus dirutæ ſunt, agri in uineęq; vaſtatæ. Et cũ diceret ad prophetas, Quod vos comminamini poſt lõgum tẽpus eueniet, dominus veloci plaga cito eos percuſſit.

d *Et erit fortitudo eorum, &c.* ✻ Remigius. Manifeſte de Iudęis dicitur, quorũ fortitudo & omnis exercitus captiuitatis tempore in direptionẽ data ſunt, & domus deſtructæ, & agri & vineæ vaſtatæ. Nec prolongata eſt vltio, aut ſemper expectauit patiẽtia Dei, ſed velociter reſtituit eis quod merebantur.

e *Iuxta eſt dies do.* In cõſummatione ſeculi, vel in exitu cuiuſq; dies domini erit amara his q male fortes fuerũt (cũ etiam iuſti per ignem ſaluentur) dies miſeriæ, cũ dicẽt, Væ nobis, quia miſeri ſumus. dies tenebrarum, qa eos qui lucem oderunt tenebræ ſequentur, dies nebulæ & tur. veniet ſuper eos tẽpeſtas Dei. vnde & nouiſſima tuba Dei terrebit eos. Super ciuitates quas munierunt multitudine peccatorum, & ſuper angulos, i. peruerſa opera & erecta erit ira Dei. unde & arguũtur Phariſæi qui adorant in angulis platearum, a uia Dei quæ arcta & directa eſt declinantes & tortuoſos angulos ſectantes. *Iuxta eſt dies domini.* Dies utriuſque captiuitatis amara, quia ad amaritudinem Deum prouocauerũt, & ideo nõ ſolum imbecilles, ſed fortiſſimi viri deprimentur & qui lumen Deo reſpuerunt tenebris obuoluentur, & qui noluerunt ſolenniũ dierũ audire tubas, audiẽt tubas bellantiũ. De excidio munitarũ ciuitatum & excelſorũ angulorum Iudææ. plus oculis quam ſcriptis poteſt cognoſci.

Rubertus. O quantus clamor & exclamatio, quam vehemens omni homini, niſi ei qui ſurdus eſt, qui non habet aures audiendi. Qualis erat uiſio mentis, cuius tanta eſt acrimonia vocis? Beatus papa Gregorius rectè ad vim clamoris huius attonitus. Penſate inquit, fratres Chariſſimi, ad conſpectum tanti iudicis, quis in illo die terror erit, quando iam pœna remedium non erit. Quæ illa confuſio, cui reatu ſuo exigente contigit, in conuentu oĩum hominum angelorumque erubeſcere. Qui pauor, eum quem tranquillum mens humana capere non valet, & iratũ videre. Quem diẽ intuens propheta, ait, *Dies iræ dies illa, &c.* Penſate ergo fratres extremi iudicij diem, ſuper corda reproborum, qua aſperitate propheta uidit amareſcere, quem tot appellationib. non valet explicare, &c.

f *Et tribula. homines.* In fine ſeculi uel cuiuſq;. Tribulabũtur, q ut hoies uixerunt, & hoĩes mortui ſunt, & qui per

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et erit. *Hęc eſt quarta pars in qua comminatur propheta latẽtibus, dicens.*

2 Scrutabor Ieruſa. *quia capta ciuitate Chaldæi cum luminaribus quęrebant abſconditos in locis ſubterraneis & obſtructis.*

3 Et uiſitabo. *inferendo pænam.*

4 Super uiros defi. in fe ſuis. *i. obſtinatos in peccatis ſuis.*

5 Qui dicunt in cordibus ſuis. *male de Deo ſentiendo.*

6 Non faciet bene dominus. *ſuis cultoribus.*

7 Et non faciet male. *ſuis contemporibus. Ceciderant enim in errorem illum qui dicunt prouidentiam diuinam non extendi ad hæc inferiora ex quorum perſona dicitur Iob. xxij. b.* Circa cardines celi perambulat, nec noſtra conſiderat.

8 Erit fortitudo eorum. *ideſt, diuitię eorũ. Vnde in Hebręo habetur, Subſtantia eorum.* In direptionem. *Chaldęis.*

9 Et domus eorum in deſertum. *Habitatoribus eorum occiſis vel captiuatis. Ideo ſubditur,* Edificabunt do. &c.

10 Iuxta eſt. *Hæc eſt pars quinta, in qua concluditur pondus tribulationis imminẽtis, cum dicitur.* Iuxta eſt dies domini mag. *magnitudine ſuę uindictę.*

11 Vox diei. *quia omnes clamabunt prę amaritudine anguſtię.*

12 Tribulabitur. *Et multo magis alij.*

13 Dies iræ, *ideſt, dies vindictę.*

14 Dies. *Exterius.*

15 Et angu. *interius.*

16 Dies. *ideſt, luctus.*

17 Et miſe. *ideſt, cuiuslibet boni defectus.*

18 Dies tene. *q. d. tanta erit tribulatio, quod nullus poterit videre locum fugiendi ſeu abſcondendi ſe.*

19 Et turbi. *i. impetus Chaldæorum omnia rapientis.*

20 Dies. *Chaldęos ad bellum incitantis.*

21 Et ſu. *Ideſt. turres excelſas, quę ſolent fieri in murorum angulis.*

22 Et am. *i. incidentes in periculis vndique, ſicut cęcus ambulans cadit in foueam, & impingit ad lapidem. Et ſubdit cauſam.*

23 Quia. d. *Multipliciter, vt patet per ſupradicta.*

## MORALITER.

2 *Scrutabor Ieruſalem in lucernis,* qa nuda & aperta ſunt omnia Dei oculis, propter quod nullum bonum remanebit irremuneratum, nec malum aliquod impunitum

3 *Et viſitabo ſuper viros defi. &c.* ideſt obſtinatos in malis.

5 *Qui dicunt in cordibus ſu. &c.* Credunt. n. qđ Dei prouidentia ſe non extendat ad hæc inferiora. Ideo ſubditur eorum pæna, & primo temporalis, cum dicitur.

8 *Et erit fortitudo eorum in di.* Et ſecũdo æterna, cum di.

10 *Iuxta eſt dies domini.* Ideſt condẽnationis æternæ, qu particulariter in morte cuiuslibet, & fiet generaliter in iudicio generali. Et acerbitas pœnæ cum ſubditur.

† *Dies illa.* vſq; ad finẽ c. Et applicari põt litera de facil.

† Mo-

diderunt lumen virtutum, ibunt vt cæci, non inuenientes lumen pœnitentiæ. Qui peccauerunt domino dum relinquentes iuſticiam, & alias virtutes quæ Dei ſunt, & iniuſtitiam & alia vitia ſecuti ſunt.

a *Et ef.* Per ſanguinē accipitur vitalis anima, qua vegetatur & ſuſtentatur & viuit homo, quā qui effundit vel per ſcandalum, vel per peruerſam doctrinā, in iudicio effundetur ab eo & cogetur amittere ꝙ ſibi videbatur hēre vitale. Ridiculū aūt videretur ſi in reſurrectione ſanguis cuiuſquā effundendus diceretur. In conſūmatione ergo vel gñali vel ſpeciali ſanguis qui effuſus eſt clamabit ad Deū, & apparebit in medio, & opera ſanguinis, & terrena ſicut puluis iacebunt & ſtercora in illo die quo diuites coguntur ex neceſſitate diuitias amittere per eas liberari non poterunt, quia omnia terrena zelo Dei deuorabuntur.

a ¶ Prius fundendo ſanguinem prophetarum, poſtea Chriſti, & ideo ſanguis eorum effundetur in tota regione. b ¶ Ita viliter quaſi puluis. c ¶ Inſepulta ſuper faciem terræ.

a cauerunt, Et effundetur ſanguis corū ſicut humus, & cor- 1
pora eorum ſicut ſtercora. Sed & argentum corū & aurum 2
non poterit liberare eos in die irę domini. In igne zeli eius 3
deuorabitur omnis terra, quia conſummationem cum fe 4

a ¶ Qui ſe totos terrenitati dederunt, nec ſunt aduenæ & peregrini in mundo.

ſtinatione faciet cunctis habitantibus terram.

Diuites qui magna iniquitate congregauerunt diuitias per eas non poterunt liberari, quia ignis zeli Dei ſuccēſus contra eos totā terrā deuorabit, nec longū tp̄s in medio ꝗa poſt. xlij. annos facta eſt cōſummatio nō ſolū in Ieruſalē, ſed cūctis Iudeę terrā inhabitātibus. D

Dum ex zelo punit Deus, oſtēdit ſe amare humanam animam, niſi enim amaret nō eam zelaret, ſed nec in ſimilitudine mariti peccatum vxoris vlciſceretur.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et effun. *ideſt, quod tota erit operta ſanguine.*

2 Et cor. *ideſt, dimittentur inſepulta.*

3 In igne. *ideſt, vindictæ Dei.*

4 Deuo. *ſcilicet, Iudææ, de qua loquitur propheta.* E

## CAPVT II.

a 1 Conuenit, cong. Poſt deſcriptionem malorum futurorum in vtraque captiuitate prouocatur populus ad pœnitentiam.

Vide clementiam Dei. poſt comminationē prouocat ad pœnitentiam, ne faciat quod comminatus eſt.

a * Ruper. Hoc officium, & hic mos eſt ſpeculatoris fidei, legati fidelis, vt non cōtentus ſit clamaſſe quod viderit, vel nūciaſſe cui rei legationē ſuſceperit, verum etiam ſuperintendat ſpontaneum quippiā ſermonis hortatorij, per quod auditorē faciendo beneuolū, ad cautelam neceſſariam properet excitare, quæ magna pars eſt boni adiutorij. Sic Paulus, *Adiuuantes* (inquit) *exhortamur, ne in vacuū gratiam Dei recipiatis, &c.* Sic iſte, ubi ſpeculatoribus more prophetico ore clamauit, quę uidiſſet mala uentura, primum in partibus, deinde in uniuerſitate mundi, quaſi demiſſi paululum declamationis uehementia, ſuauius incipit, & hortatur his verbis, *Conuenite, & congregamini*, ſubauditur, conuentu & congregatione qua Deo creatori coniungi poſſumus & debemus, &c.

## CAPVT II.

a ¶ In vnum locum. b ¶ In vnam voluntatem eadem charitate copulati. ¶ Non digna Dei amore. 1

a Conuenite, congregamini gens non a- 2 3

a Antequam impleatur quod prophetatum eſt, antequam præceptum Dei præparet ſibi diem in quo effectus præcepti ſequatur, qui tam facile veniet ſicut puluis pertranſiens.

mabilis, priuſquam pariat iuſſio qua- 4
ſi puluerem tranſeuntem diem, ante- 5
quam veniat ſuper vos ira furoris domini, antequam ve- 6

a ¶ Ideo hoc vt aliquo modo poſſitis vitare vos manſueti & iuſti captiuitatem quæ per Nabuch. vel Romanos inferenda eſt Iudæis quæ tanta erit vt potentiſſimas vrbes Philiſthinorum vobiſcum opprimat.

b niat ſuper vos ira indignationis domini. Quærite dominū 7
omnes manſueti terræ, qui iudicium eius eſtis operati, quærite iuſtum, quærite manſuetum, ſi quomodo 8

† deſiderata. † uiſio. † humiles. † humilitatē.

Allegorice. Multitudini credentium dicitur: Conuenite in eccleſiam, ſociamini charitate & pace o Gentes, quæ non placetis Deo cum diſciplina, & mandata eius vobis non placeant, ſed agite pœnitentiam antequā ex præceptione Dei veniat dies iudicij, in quo erāt mali ſicut puluis pertranſiens, quo tempore non erit locus pœnitendi ſed recipiēdi quod Deus intulerit iratus. Poteſt etiam hæc aptari vnicuique de ſecundo tranſeunti. — Alleg. — Remig.

b *Quæri.* O cuſtodes meorū prę ceptorum, qui ad mei imitationē in mūdo humiliati eſtis, qui iudicium Dei in manſuetudine operati eſtis quærit iuſtum, *cui pater dedit omne iudicium*, quærite manſuetum, vt quidquid in veſtra manſuetudine minus eſt, ab eo qui fons māſuetudinis eſt, impleatur. — Ioh. 5 d. F

*Quæri.* Allegorice. Quærant manſueti eccleſiæ dominum, vt in conſummatione mundi, vel exitu vniuſcuiuſque protegantur contra iram Dei, quia diuerſi mali diuerſis malis punientur. Hoc dicit Gaza, quod dicitur fortitudo eius, ideſt, omnes qui de fortitudine corporis gloriantur, in die iræ Dei ad nihilum redigentur. Aſcalon, ideſt, ponderata vel ignis homicida, in ira Dei — Allego. — Gaza.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

Conuenite. *Poſtquam comminatus eſt Iudæis, hic conſequenter comminatur extraneis. Et diuiditur in duas, quia primo continuat ſe ad dicta. Secundo exequitur dicenda ibi.* Quia Gaza. *Circa primum poſt comminationem capituli pręcedentis poſitam, inducit populum ſuum ad pœnitentiam, vt euadat pœnam cōminatam, dicens.*

Conuenite. *Per mutuam dilectionem.*

Congrega. *In locum diuini cultus ad impetrandum peccatorum veſtrorum remiſſionem.*

3 Gens non amabilis *ideſt, Deo odibilis propter peccatorum multiplicationem.*

4 Priuſquam pariat viſio. *ideſt, antequam pœna mihi oſtēſa reuelatione diuina ſuper vos veniat in effectu.* Quaſi puluerem tranſeuntem diem. *Iſta litera apud Hebræos dicitur decurtata quia ad eius intellectum, oportet ſupplere aliqua. Et cōtinuatur ſic præcedenti litera.* Priuſquam pariat iuſſio. *i. pœna præmiſſa tollat vos de terra veſtra, ita velociter ſicut ventus tollit puluerem, & ſicut ſol ſuo tranſitu veloci facit diem.*

5 Antequam veniat ſuper vos ira furoris, &c. *ideſt, pœna ſuæ vindictæ.*

6 Antequā veniat ſuper vos ira indig. domin. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem aſſertionē, & ſic eſt in Hebræo, propter quod aliqui male corrigunt detrahentes, quaſi iſtud non ſit de textu.*

7 Quærite dominum omnes manſueti terræ. *Vt per veſtram iuſtitiam & orationem alijs parcatur à pœna comminatæ, ſicut Geneſ. 18. dixit dominus ſe velle parcere toti ciuitati Sodomorum pro decem iuſtis ſi ibi inuenirentur.*

8 Quærite iuſtum &c. *i. ipſum Deum, conſiderando eius iuſtitiam & manſuetudinem, quaſi dicat: Sicut comminatus eſt pœnam peccatoribus ex ſua iuſtitia, ſic paratus eſt parcere pœnitentibus ex ſua miſericordia.*

*MORALITER.*

*Conuenite, congregamini.* Quoniam Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Ideo dicitur. *Conuenite & congregamini.* Ad Dei miſericordiam implorandam.

3 *Gens non amabili.* ideſt, peccatrix.

4 *Priuſquam pariat.* ideſt, antequam pœna vobis debita * Quia ponatur in effectu. Sed quia cum Dei miſericordia ſemper currit eius iuſticia. Ideo ſequitur.

8 *Quærite iuſtum, quærite &c.* ideſt, confidentes de Dei miſericordia ſimul timeatis eius iuſtitiam contra illos qui ſemper cogitant de Dei miſericordia tantum, & ſic licentius declinant ad peccatum.

menſuram ſui ſceleris ſentient. Et quia exarſit ad effun-
A dendum ſanguinem,non diripietur vt Gaza,ſed in ſoli-
tudinem redacta ignibus gehennæ vſque ad puluerem
cremabitur. Et Azotus,i. ignis generationis,ſ.qui ardent
libidine, & incendio generationis,non occulto iudicio,
ſed in meridie quo ſancti plenam recipient claritatem in tenebras proijcientur. Et Acharon i. ſterilitas vel eradicatio.ſ. qui fructũ nõ ferũt, ſed praua doctrina plurimos eradicant, ipſi quoque eradicabuntur.

a *Quia Gaza deſtructa erit,&c.*

✱ Remig. Tanta inquit, erit fortitudo Chaldęorũ exercitus, vt potentiſſimas vrbes Philiſthinorũ, quæ vob s ſæquo certamine reſtiterunt,eadẽ captiuitas apprehendat.

a abſcõdamini in die furoris dñi,quia Gaza deſtructa erit, 1
a ¶Non furto,ſed manifeſta luce. b ¶In captiuitate trahent.
& Aſcalõ in deſertũ,Azotũ in meridiẽ eijcient, & Acharõ †
a ¶Hoc iuſtinebit:quod vocabulum ſonat:interpretatur enim eradicatio. b ¶Quorum poſſeſſio iuxta mare extenditur. c ¶Perditioni dedita.
b eradicabitur. Væ qui habitatis † funiculũ maris, gens † p- 2
¶ Comminatio. a ¶O. b ¶Quod terra Philiſthinorum terra Chanaan ſit,nulli dubium eſt.
ditorũ. Verbum dñi ſuper vos Chanaan, terra Philiſthino 3
rũ, & diſperdam te, ita vt non ſit inhabitator. Et erit funi- 4
a ¶Maritimo regio poſſeſſio eorum qui de captiuitate Babylonis reuertentur.
c culus maris requies paſtorũ, & caulæ pecorũ. Et erit † fu- 5 6
a ¶Poſt captiuitatem. b ¶De duabus tribubus. c ¶Greges pecorum.
niculus eius qui remãſerit de domo Iuda. Ibi paſcentur in
a ¶Quondam nobilis & ſuperbæ. b ¶Poſt meridiem paſtores facient greges ſuos accubare. ¶Et hoc ideo.
domib. Aſcalonis ad veſperam requieſcent, quia viſitabit
¶ Iudæos. a ¶Sub Zorobabel ſub quo templum & ciuitas reſtituta eſt.
d cos dñs Deus eorum, & auertet captiuitatem eorũ. Audi- 7 8
a ¶Quæ vrbs Arabiæ ſecunda poſt Philadelphiam dicitur.
ui opprobrium Moab, & blaſphemias filiorum Ammon, 9

Hieron. b *Væ qui habitatis fu.* Prædicta vaſtitate quatuor magnarum vrbium Paleſtinæ,ad ipſam prouinciam generaliter ſermo dirigitur,& prædicit eis. Væ in aduentu Babyloniorum,quia etiam illi qui iuxta mare habitant,tollentur per eos.

Tropo. *Væ qui.* Tropol. vel in conſummatione mũdi, vel quotidie fit per eccleſiaſticos viros comminatio Dei ad illos corrigendos qui cum deberent habitare in Iudæa, ideſt terra promiſſionis vel confeſſionis, malunt habitare in mari & fluctibus ſeculi contundi. Et dicuntur etiam terra Chanaan ſemper in motu ſuo, & Philiſthæi cadentes potione. Hos diſperdit Deus de priori habitatione, vt regio quę prius continebat gregem perditum,incipiat eſſe ouile pecorum Chriſti, & Iudas,i. vera confeſſio habi-
Matth 22.b tet in funiculo maris,& cum mundi veſpera aduenerit, de multis vocatis pauci electi, qui nunc reliqui vocãtur de domo Iuda,paſcent eos qui prius in mari paſcebãtur,
C & qui prius erant in Aſcalone, i. in quib. prius manabat cruor interfectorũ. Aſcalon.n. ignis homicida dr. Et hoc ideo,quia Deus viſitauit populum ſuum,& eos qui facile ſophiſmatibus hæreticorum decipiebantur,ad veritatis cognitionem reductos facit inimicorum victores.

c *Requies paſtorum.* In tantam venies vaſtitatem quæletabaris in euerſione Iudææ, vt omnes vrbes tuę munitiſſimæ etiam ouilia paſtorum ſint.

d *Audiui.* Poſt cõminationem, quæ facta eſt contra Philiſthijn, nunc aduerſus Moab & filios Ammõ prophetia texitur, eo quod iuncti Babylonijs vaſtauerũt ſanctuariũ Dei, & ſubiugato populo Iſrael, Deũ blaſphemauerunt. Nabucho.enim ſubruta Iudæa, circumiacentes vrbes Gentesque oppreſſit, & qui putabat Iudam ſe habere ſubiectũ, habuere conſeruũ. Sub Ioſia ergo dũ adhuc ſtaret templum, dirigitur prophetia contra inſultatores, vt mala quondam populi Dei cæterarum Gentium malo alleuiarentur.

*Audiui.* ✱ Remig. Prædicta clade Paleſtinorũ,& exciſione ciuitatũ eius, nũc contra Moab & filios Ammon cõuertitur propheta, & eorũ pronunciat mala ventura,eo quod Babylonijs auxiliũ præbuerint contra populũ Dei, & cũ eis ciuitatẽ templũq; ſubruerint, & inſultantes captis Iudæis,Deũ blaſphemarint. *Audiui opprobriũ Moab.* Hęc eſt ciuitas Arabiæ & nũc Areopolis,i. Martis ciuitas dr,&c.

Alleg. Per filios Ammon & Moab Iudæi & hæretici notantur,& ipſi enim videntur eſſe de genere Abrahæ, & effugiſſe incendium Sodomę & Gomorræ, & habitare in Segor parua. Sed quia generatio eorum in tenebris eſt,& filij Loth. i.a Deo declinantes, & de inceſtis nuptiis,ideo filiis Iudæ ideſt,veris confeſſoribus inſultãtes ſuper poſſeſſionem illorum,ſuos terminos cupiunt magnificare. Confidentes enim in ſophiſmatum ſubtilitate eccleſiaſticam ruſticitatẽ cõtemnunt, quaſi indignã ſuis myſterijs,quæ quaſi idola ſibi confinxerunt, ideo ipſi

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Quia Gaza. *Hic conſequenter propheta, exequitur dicẽda extraneis comminando. Et primò, Philiſthæis. Secundo Moabitis & Ammonitis, ibi,* Audiui *Tertio Aethiopibus & Aſſyrijs, ibi,* Sed & vos. *Circa primũ dicit,* Quia Gaza deſtructa erit. *q.d. propter hoc monui vos ad pœnitentiam, quia terra Philiſthinorum quæ eſt veſtra fortior, deſtruetur propter ſui obſtinationem in peccato. Et exprimit hic nomina quatuor ciuitatum principalium. Conſequenter toti populo comminatur, dicens.*

2 Væ qui habitatis funiculũ maris. *i. partẽ terrę ſitã ſupra mare. Terra.n. Philiſthinorũ ſita eſt ſupra mare mediterraneũ.*

3 Verbum domini ſuper vos Chanaan. *Terra enim Philiſthinorum dicitur Chanaan, quia erat vna portio regnorum Chanaan, vt patet in libro Ioſue.*

4 Et erit funiculus maris. *ideſt, terra Philiſthinorum.*

5 Requies paſtorum. *Quia deſtructis ciuitatibus & eiectis habitatoribus terra manebit inculta, & ſic ſolis paſcuis animalium apta.*

6 Et erit funiculus eius qui remãſerit de domo Iuda. Ibi paſcentur in domibus,&c. *ideſt. reuertentes de Babylone ibi paſcent animalia ſua.*

7 Ad veſperam requieſcent. *cum animalibus ſuis in caulis*

8 Qui viſitabit eos dominus. *Liberando eos de captiuitate Babylonica per eorum pœnitentiam.*

9 Audiui. *Hic conſequenter cõminatur Moabitis & Ammonitis, dicens in perſona Dei.* Audiui opprobrium Moab &c. *Dicit hic Ra.Sa. quod Iudæi cum ducerentur in Babylonem captiui gemẽtes & flentes, Moabitę & Ammonitę per quorum terrã ducebantur, deriſoriè eis dicebãt, Quare lugetis & triſtamini, quia ad terram veſtrã ducimini? Inde.n. natus fuit Abraham pater veſter, Gen.x*

✱ Et

## MORALITER.

✱ 1 *Quia Gaza.* Hic prædicitur ſecundum literalẽ ſenſum deſtructio terræ Philiſthinorum, Moral autem per Philiſthæam quæ potione cadens interpretatur, ebrietas bene ſignificatur ad quod ſequitur deſtructio fortitudinis corporalis, Prou.xxiij.c. *Cui væ, cuius patri væ, cuius rixæ, cui foueæ, cui ſine cã vulnera, cui ſuffoſſio oculorũ, nonne his qui commorantur in vino & ſtudent calicibus epotandis?* Et hoc ſignificatur per deſtructionem Gazæ, quæ fortitudo interpretatur. Itẽ ad ebrietatem ſequitur hebetatio diſcretionis quæ ſignificatur, cum ſubditur,

† *Et Aſcalon in deſer.* nam Aſcalon interpretatur ponderatio. actus autem humani debent diſcretionis iudicio ponderari. Item per ebrietatem deſtruitur amicitia charitatis. ij. Eſdræ. iij.a. *Et non meminerunt cum biberint amicitiã nec fraternitatem, ſed poſt non modicum ſumunt gladios.* Et hoc ſignificatur per deſtructionem Azoti. cum dicitur.

† *Azotum in meridie.* Nam communiter circa meridiẽ incurrunt homines ebrietatem. Item per ebrietatem conſumitur ſubſtantia corporalis, Eccl. xix.a. *Operarius ebrioſus non ditabitur.* Et hoc ſignificatur, cum dicitur.

† *Et Acharon eradicabitur.* Acharon enim paſcua gregis interpretatur, & cõuenit ſubſtantiæ temporali, per quam omnia ad victum pertinentia habentur.

9 *Audiui oppro.* Hic deſcribitur deſtructio quatuor Gentium. Primi, ſunt Moabitæ, qui interpretantur ex patre ideo ſignificant blaſphemos, quibus dicitur Ioel. viij. *Vos ex patre diabolo eſtis,* Secundi ſunt Ammonitæ, qui interpretantur populi idolorũ, ideo ſignificant inuidos dolent de bonis aliorum. Tertii ſunt Aethiopes, qui tenebroſi interpretantur, & ideo ſignificant hæreticos, qui tenebris errorum obfuſcantur. Quarti ſunt Aſſyrij, qui interpretantur facturæ vigilantes, ideo ſignificant latrones, qui de nocte vigilant ad malefaciendum. Iſti vero quatuor hominum modi ſunt per diuinum iudicium (niſi pœniteant) æternaliter condemnandi.

a ¶Eiectis Iudæis in terram eorum dilatauerunt fines ſuos.
quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati ſunt ſu 1
a ¶Quia me blaſphemauerunt b ¶Per ſeipſum iurat qui viuus Deus, cum alij mortui. c ¶Qui poſſum implere quod comminor. ¶Qui in populo meo patior iniuriam.
per terminos eorū. Proptèrea viuo ego, dicit dn̄s exerci- 2
¶Faciam vt Moab
a tuū Deus Iſraël, quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammō 3
a ¶Deſtructionem regni eorum ſignificat, quia a Chaldæis ſubuerſi, poſtea ab Antiochis vel Ptolemæis vel tandem Romanis, perpetuo iure ſeruierunt. 4 5
quaſi Gomorra, † ſiccitas ſpinarum, & acerui ſalis, & deſer 6
tum vſq; in æternū. Reliquiæ populi mei diripiēt eos, reſi- 7 8
dui gētis meæ poſſidebūt illos. Hoc illis euenit pro ſuper- 9
b bia ſua, qua † blaſphemauerūt & magnificati ſunt ſup po 10
c pulū dn̄i exercituum. Horribilis dn̄s ſuper eos, & attenua- 11
d bit omnes deos terræ. Et adorabunt eum viri de loco ſuo, 12 13
a ¶Non ſolum ſuperiores Gentes, ſed & Aethiopes & Aſſyrij & Niniue, quæ ſpecioſa dicitur, in tempore venturi Meſſiæ ponentur in ſolitudinem, & ibi accubabunt. 14 15
omnes inſulæ Gentium. Sed & vos Aethiopes interfecti 16
¶Dominus. ¶Aquilonarem partem. 17
e gladio meo eritis. Et extendet manū ſuam ſuper aquilonē 18
¶Niniuen. 19
f & perdet Aſſur. Et ponet ſpecioſam in ſolitudinē, & in in- 20
uiū, & quaſi deſertū. Et accubabunt in medio eius greges, 21

ipſi erunt ſicut Sodoma & Gomorra. Videntur quidem in hoc quod Gentiles nō ſunt de Sodomis exiſſe, ſed qa blaſphemant, in Sodomam relabuntur, & ſunt ſpinæ ariditatis vitiorū incendio præparatæ. Sunt etiam multiplicate vitiorum aceruus infatuati ſalis. Quæ ergo terrā eccleſiæ noluerūt poſſidere, in æternum erunt deſtitutæ.

a *Quia Moab.* Vaſtatæ quidem ſunt vrbes Moabitarum & filiorū Ammō, ſed non poſſunt dicere Iudæi, quod ſuper eos deciderint pluuiæ ſulphuris, vel quod redactæ ſint in fauillam & cinerem. Sed Iudæi quando in hiſtoria artātur, ſolēt ad tempus ſui Meſſiæ referre, vel refugere. Quoties Sodoma & Gomorra & Aegyptus & Damaſcus nominātur, nō de his dicitur prouincijs quas oculis cernimus, ſed de aliis ſpiritualib. quibus ſermo propheticus comminatur.

b *Magnificati ſunt.* Magna clementia Dei, contemnitur, blaſphematur, termini eius peruaduntur. Ipſe ecōtra mittit reliquias populi ſui & in poſſeſſionem ſuam traducit, diſperdēs omnia dogmata eorum, quibus deſtructis omnes Gentes cōuertentur ad dominum, & adorabunt quē neſciebant vnuſquiſque in loco ſuo.

c *Horribilis dominus ſu.* Non terreat hic horror, quia non fundet ſanguinem ſuperborū & blaſphemantium, ſed attenuabit idola, vt qui prius in errore Dei beneficia non ſenſerant, depreſſi neceſſitate ſciant idola nil prodeſſe, & ſic adorent eum & omnes remotiſſimæ inſulæ Gētium.

d *Et adorabunt eum viri de loco ſuo, &c.* ✠ Augu. Tanquam diceret, etiam omnes inſulæ, hinc oſtendens quādo nulla pars relinquatur orbis terrarū, vbi non ſit Eccleſia, quando nulla relinquitur inſularum quarum nōnullæ etiam in Oceano ſunt cōſtitutæ & quaſdam earum iam Euangelium ſuſcepiſſe didicimus, atque ita & in inſulis ſingulis quibuſque impletur quod dictum eſt, *Dominabitur a mari vſque ad mare*, quo vnaquæque inſula cingitur, ſicut in vniuerſo orbe terrarum, quæ tanquam omniū maxima eſt inſula, quia & ipſam cingit Oceanus, ad cuius litora in occidentalibus partibus Eccleſiam perueniſſe iā nouimus, & quocunque littorum nondū peruenit, peruentura eſt vtique fructificando atque creſcendo.

e *Sed & vos.* Duo ſuperiora capitula, & hoc tertium referunt Iudæi ad aduentum ſui Chriſti quem putant futurum, vt extruat Ieruſalem, & liberet populum ſuum de manu Gentium, a quibus modo tenentur.

Alleg. Aethiopes ſunt qui in vitia ſunt demerſi, qui etiam poſſunt ad meliora cōuerti, vt nullus deſperet de ſalute q pænitere voluerit. Vnde & Moyſes Aethiopiſſam duxit vxorē. Cōminatur autē ſermo propheticus his q in vitijs permanentes tenebrarum colorem nolūt abluere, quod interficiendi ſunt illo gladio, qui vertitur ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. Hæc cōminatio fit vt timētes pœnam pœniteant, ne quod commina tur ſuſtineāt. Vnde in ſequentib. dicet, *Vltra flumina Aethiopiæ inde ſupplices mei deferent munus mihi.* Extendet autē Deus manum inferētem ſupplicia, vt aquilo .i. frigidi & duri ſentiant pœnas. Percutiet etiā Aſſur, i. diabolum arguentem, atque conuincentem. Suggerit enim peccata, & poſtea arguit peccatores qui eſt princeps Aſſyriorum, & habet metropolim Niniuen. Perdito autem principe mundi, etiam Niniue, i. mundus cum ſuo principe in ſolitudinem redigetur, & nulli miſerabilis erit, ſed omnes ad ruinam eius ſibilabunt & mouebunt manus.

D, Alleg. — Exod. 2. d — † magnificatunt os ſuum Gen. 3. d — Sophon. 3. — † exitus vitię. — E

f *Et ponet ſpecioſam in ſolitudinem, &c.* ✠ Remig. Niniuen Babylonem volunt intelligi propter ſimilitudinem mōſtruorum Onocrotali & Heritij, quæ Eſaias propheta in Babylonia fuiſſe deſcribit poſt eius vaſtationem. Sciendum verò Onocrotalorum duo eſſe genera, vnum aquatile, aliud ſolitudinis, dictus Onocrotalus, quia κρόταλον Græce crepitaculū vocatur. Et hæc auis quia voce caret, roſtrum in modum cymbalorū repercutiens, vocis ſimilitudinem reddit. Et quod dicitur: *Vox cantantis in feneſtra.* Dæmones volunt intelligi, vel variarum voces auiū quæ ſolent in deſertis vrbib. morari, ſicut vlulæ bubones, ſtryges, aliaque plurima, quæ omnia indicia ſunt ſolitudinis.

Si quis per Niniuen eccleſiā accipiat, de vltimis temporib. hæc dici intelligat quando regnante Antichriſto redigenda eſt in ſolitudinē & tradenda beſtijs, & paſſura quę propheta deſcribit, qn̄ erunt homines ſe amantes, &c.

Hodie fruſtra quidā iactant ſe eſſe de ſpecioſa eccleſia, ſed factis negāt in qb vitiorū greges habitāt, & aīalia vētri ſeruiētia, & beſtiæ quæ corda eorū comedant, & Onocrotalus vel cameleōtes q habēt varios colores, i. diuerſis diuitijs inhærētes, & ericius ſpinoſum aīal habitat in cordib. eorū. Coruus eſt immunda auis in feneſtra, i. in corporeis ſenſib. vt ſemp audiāt uel loquātur mala. Hæc oīa ideo patiētur, quia cū ſint dediti malis operibus promit-

Iſa. 34. — F — 2. Timo. 3. a. Titum 1. d. — Exo. 14. b.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et magnificati ſunt ſuper terminos eorum. *quia Iudæis in captiuitatem ductis Moabitæ & Ammonitæ occupauerunt partem terræ eorum. Et ſubditur pœna.*

2 Propterea viuo ego dicit dominus. *i. ſicut verum eſt, qd ego ſum vita per eſſentiam, ſic punientur Moabitę & Ammonitę.*

3 Quia Moab vt Sodoma erit, &c. *Ly, vt non dicit hic æqualitatem, quia iſtæ terrę non fuerunt ſubuerſæ, ſed ad tempus fuerunt deſertæ, habitatoribus eius & cultoribus partim occiſis & partim captiuatis.*

4 Siccitas ſpina. *ideſt, non creſcent ibi niſi ſpinæ.*

5 Et acerui. ſal. *Sal enim reddit terram ſterilē. Et ideo per hoc deſignatur ſterilitas terræ popter defectum culturæ, vt dictum eſt.*

6 Vſque in æternum. *In Hebræo habetur. Vſque in ſeculum. Et ideo æternum non importat hic perpetuitatem a parte finis, ſed longitudinem temporis.*

7 Reliquiæ populi mei. *i. reuertentes de Babylonia.*

8 Diripient eos. *quod fuit impletum tempore Machabęorum. Et cauſa huius replicatur, cum dicitur.*

9 Hoc eis eue. pro. ſu. &c *Et exponatur vt ſupra.*

10 Horribilis domi. *Eos grauiter puniendo.*

11 Et atte. omnes *idola Moabitarū & Ammonitarū cōterēdo.*

12 Et ado. eum. *ideſt, dominum.*

13 Viri. *ideſt, Iudæ.*

14 De loco. *ideſt de templo in Ieruſalem per Zorobabel reædificando.*

15 Omnes inſu. *i. aliqui de omnibus inſulis, quia propter ſanctitatem templi multi Gentiles de diuerſis partibus veniebant adorare dominum in Ieruſalem, vt habetur. iij. Regum. viij. & Ioan. xij. Vel poteſt iſtud.* Et attenuabit. *exponi, vt ſit de tempore Chriſti prophetia, in quo deſtructa eſt idololatria, & omnes Gētes adorant vnum Deum, licet diuerſimode exceptis aliquibus barbaris in quibus dicitur ab aliquibus adhuc manere idololatriam.*

16 Sed & vos. *Hic vltimo comminatur Aethiopibus & Aſſyrijs: dicens,* Sed & vos Aethio. *Qui frequenter populo meo moleſti fuiſtis. ij. Paralip. xiiij.*

17 Interfe. *Gladium ſuum dicit gladium regis Baby. qui in hoc erat executor diuinæ iuſtitiæ, & victorias agebat diuina virtute.*

18 Et extendet. *ideſt, vindictæ ſuę poteſtatem.*

19 Super aquil. *In illa enim parte eſt regnum Aſſyriorum reſpectu Ieruſalem.*

20 Et po. *ideſt, Niniuen quæ erat metropolis in illo regno, vnde ſuperius Naum. ij. aſſimilatur meretrici ſpecioſæ.*

21 Et accubabunt *q. d. ita diu manebit eius deſtructio quod in plateis eius creſcent herbæ animalium paſcuæ aptæ.*

☞ tunt ſibi beatitudinem & alios deſpiciunt, & ideò cubile
A fiunt beſtiarum, & vbi prius habitabant Pater, & Filius, & Spiritusſanctus, & angeli adminiſtratorij, modò habēt dæmones locum, & angeli prius manentes in illis, ſed modo tranſeuntes mirabuntur, & ſtupebunt, nec ſuſtentabūt ruentem, ſed leuabunt manus remouendo a ſuſtentatione eorum.

Si quis quærat quomodo iuxta hiſtoriam ad tēpora Nabuchodonoſor hæc prophetia referatur Aethiopibus etiam nuncupatis, & Aſſyrijs quibus Medi & Perſę nihil fecerunt, legat hiſtorias, & inueniet Aſſyrios quoque & Aethiopes Mædis fuiſſe ſubiectos, & Cambyſis regnum, & Cyri potentiam & omnia quæ deinceps ſecuta ſunt.

a *Omnis qui tranſit per eam ſibilabit*. De diabolo, & angelis eius hæc poſſunt accipi, quia vaſtauerunt vineam, quæ de Aegypto tranſlata fuerat. Tranſeūt ergo per animam quę templum Dei fuerat, & eſſe deſijt, & ſerpens ſibilādo venena ſuę malitię in eam euomit, & manus, i. opera mouet. Vndè Salomon, *Mors, & vita in manibus linguæ*, ideſt in operibus.

† noctua

† quis cantabit. Hieron.

† quæ exultabat.

omnes beſtiæ Gentiū, & onocrotalus & † ericius in limini- 1
bus eius morabūtur. † Vox cantantis in feneſtra, † coruus in
¶ Loquax mundus.
ſuperliminari, quoniam attenuabo robur eius. Hæc eſt ci- 2
a ¶ Nimium, quamuis quidam Iudæorum ad Babylonem hæc referunt.
uitas † glorioſa habitās in cōfidentia, quę dicebat in corde 3
a ¶ Vel vere in deſerta vrbe habitabant beſtiæ vel per beſtias variæ nationes ſignantur. 4
ſuo, Ego ſum & extra me non eſt alia amplius, quomodo 5
facta eſt in deſertum, cubile beſtiæ? Omnis qui tranſit per 6 7
a eam ſibilabit, & mouebit manum ſuam. 8

☞ Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et onocro. *tales enim aues, & beſtiæ ſolent in ædificijs deſtructis habitare.*
2 Hæc eſt. *ideſt, ſuperba.*
B 3 Habitās. *quia propter magnitudinē ſuæ potētiæ nullū timebat.*
4 Quæ dicebat. *præ nimia ſuperbia.*
5 Ego ſum. *ſ. ſola potens. Alię autem ciuitates nullius reputationis ſunt reſpectu mei. Et per ciuitatē metropolim intelligitur regnū.*
6 Quomo. *q. d. nō eſt factū ſola uirtute humana, ſed magis diuina.*
7 Omnis. *Deſignans quod eius poteſtas ſicut ſibilus tranſiit.*
8 Et mo. *notando mala quæ regnis alijs fecit.*

*CAP.

CAP. III.

a V*Ae prouocatrix*. * Remigius. *Prouocatrix*. dicitur, ideſt, ad amaritudinem ſuis ſceleribus perducens dominum, ſiue *prouocatrix*, quia poſt acceptam pietatis notitiam ad impietatem conuerſa eſt. Prouocare enim Deum, eſt ſciendo peccare.

Sermo contra Ieruſalem dirigitur, a quæ quondam columba poſtea, ſemper peccans, & captiuitatibus tradita, rurſumque à domino redempta.

Alleg. Eccleſia ciuitas eſt redempta ſanguine Chriſti, & colūba propter ſimplicitatem, & multitudinē credētium, cui fit comminatio, quia procaciter egit in Deū, nec voluit audire legem Dei, nec ſuſcipere diſciplinam, nec confiſa eſt in domino, quia noluit appropinquare ad eū bene operādo, dum Deo & ſeculo ſe poſ-
C ſe ſeruire credit. Cuius princeps dū deſæuiūt in ſubiectos, magis leones quā paſtores vocandi ſunt. Iudices etiam ſicut lupi occidentes, ſemper in veſpera tenebrarū manētes, nec reſpicientes ad ortū ſolis quaſi in nocte nemine vidente populantur poſſeſſiones eccleſiæ, vt non habeant pauperes quid comedant in mane veræ lucis: quia nec parui cibi relinquebantur egentibus. Prophetæ etiam ideſt magiſtri, qui debent alios docere de ſcripturis, veſani ſunt in fide, & quaſi infideles dum fidem quam aſtruunt, factis deſtruūt. Sacerdotes etiam qui ſanguinem domini populis diuidunt, impiè agunt in legem Chriſti, putantes in adminiſtratione euchariſtiæ non eſſe inquirendā vitā ſacerdotum, ſed tantum ſolennem orationem, de quibus dicitur, *Sacerdos in quacumque fuerit macula, non accedat oblationem offerre Deo*. Et cū hæc mala ſint in eccleſia, dominus clemens in hoc quod non recedit ab eccleſia & iuſtus in hoc quod reddit vnicuiq; iuxta merita ſua, cum poſt mortē huius ſeculi mane aduenerit, dabit in luce iudiciū, & non abſcondetur vel ipſe vel iudiciū eius. Et cum exiget à ſingulis commiſſam pecuniam, non inique aget: ſed ſuperbos principes deſtruet, & de cathedris detrahet, & diſſipabuntur anguli. i. tortuoſæ cogitationes in quib. Phariſæi orāt contento angulari lapide Deſertæ etiam fient viæ. Iuxta illud, Iter impiorum peribit, ne ambulent in ſuperbia & prauitate, & vrbes corū malè ædificatæ deſtruentur ne habeant malos habitatores. Hæc omnia comminatus ſum ò eccleſia, vt ſuſcipiens diſciplinam ex toto non pereas.

b *Principes eius &c.* * Remig. Deſcribit propheta, quales principes, iudices, ſiue ſacerdotes habuerit. *Nam Principes quaſi leones*, verſabātur in prędis, & proni erāt ad effundendū ſanguinē ſubiectorū. Iudices verò adeò rapaces, vt nō dimitterent alijs quod rapere poſſent. *Prophetæ veſani*. ideſt, inſani-

† fœdatæ & inquinatæ ciuitati quod te ſpoliat.

† attendit.

† Eze. 22. f. Mich. 3. d.

CAP. III.

a ¶ Quæ Deum dulcem & miſereri volentem in amaritudinē tibi conuertis, & punire cogis. b ¶ A domino. ¶ Olim ſimplex.
VÆ † prouocatrix & redēpta ciuitas, co- 1
a ¶ Præceptum Dei. 2
lumba. Non † audiuit vocem & nō ſu- 3
a ¶ Cum corrigeretur. 4
ſcēpit diſciplinam. In domino non eſt
a ¶ Etiam prementibus malis. b ¶ Cum dicat, Ego ſum Deus appropinquans. c ¶ Poſt tergum eius non fuit.
confiſa, ad Deum ſuum non appropin 5 6
a ¶ Poſt generalem increpationem deſcribit etiam vitia prælatorū. b ¶ Semper verſantur in prædam ſanguinem ſubiectorum.
quauit. † Principēs eius in medio eius, quaſi leones rugiētes. 7

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. III.

* 1 VAe prouo. *Hæc eſt ſecūda pars principalis, quæ eſt populi Iſrael conſolatoria. Et exponunt aliqui conſolationem iſtā pro reditu de captiuitate Baby. ſed aliqua ponūtur hic quæ nō uidētur huic intellectui cōſona, vt videbitur proſequendo, propter quod mihi videtur ſine præiudicio, quòd iſtud ſit referendū ad conſolationē factam & fiendā per Chriſtum. Sciendū tamen, quòd licet aduētus Chriſti fuerit oībus conſolabilis quantū eſt de ſe, factus eſt tamē triſtabilis pluribus Iudæorū pro ſua incredulitate. Et ideò præſēs capitulū in duas partes diuiditur, qa primò ponitur incredulorū increpatio. Secundò credētiū conſolatio, ibi,* In die illa. *Prima in duas qa primò increpatur incredulitas Iudæorū. Secundò ponitur cōuerſio finalis eorū, ibi,* Dixi. *Prima adhuc in duas, qa primò increpatur culpa. Secūdò ſubditur pœna. ibi,* Dominus iuſtus. *Circa primū aī,* Væ prouocatrix & redēpta ciuitas columba, &c. *iſta ciuitas intelligitur Ieruſalē ſecundum oēs expoſitores Hebraicos, & Latinos, quæ dicitur prouocatrix iræ diuinæ, propter malitiam ſacerdotum & Scribarū contra Chriſtum inſurgentium. Et redēpta quantùm ad bonos per Chriſti aduentum. Et columba propter ſimplices qui impetendo mortem Chriſti fuerunt decepti per ſacerdotes. Mat. xxvij.*
2 Non audiuit uocem. *ſcilicet. Chriſti prædicantis.*
3 Et non ſuſcepit diſciplinam, &c. *Recedendo à peccatis.*
4 In domino non eſt confiſa. *ſed magis in hominibus. Vnde Iohan. xj. ſ. conſenſerunt conſilio Caiphæ de morte Chriſti, ne uenirēt Romani, & tollerent locum & gentem.*
5 Ad Deum ſuum. *ſcilicet, Chriſtum.*
6 Nō appropinquauit. *Per imitationē, ſed ſe magis elōgauit.*
7 Principes eius in medio eius, &c. *Populus. n. Iudaicus tūc per ſacerdotes regebatur, & ſecūdū hoc erāt principes & iudices populi*

MORALITER.

1 *Væ prouocatrix*. Superius Sophonias prophetauit Iudæis
† aduerſa, hic prophetat eis proſpera. Et ponitur communiter de proſperitate eorum in reditu de Babylonica captiuitate. Ego autem oſtendi in expoſitione mea literali quod non poteſt ſic conuenienter exponi, ſed de proſperitate ſpirituali futura tempore Chriſti, & ſic literaliter expoſui, quæ quidem expoſitio non ſolum literalis eſt, ſed etiā ſpiritualis reſpectu aliarum, propter quod de alia pertranſeo ad præſens.

ſanientes. Viri infideles, qui loquuntur quaſi ex ore Domini, ſed omnia ficta & falſa proferebant. *Sacerdotes polluerunt ſanctum.* committentes ſacrilegium in loco ſanctuarij dicentes ſecundum legem facere, quum agerent omnia contra legem. Quia ergo illi egerunt iniuſtè, *Dominus iuſtus in medio eius non facit iniquitatem*, ſed reſtituet illi quod meretur. *mane*, i. manifeſtè iudicium ſuum dabit.

a *Mane mane, &c.* ✠ Ruper. Vos iudicium veſtrum dedi ſtis nocte ſuper Sanctum, clamando ꝙ eſſet reus mortis, pro eo quòd non negauit ſe eſſe Sanctum Dei, quòd vobis interrogantibus confeſſus eſt ſe eſſe Chriſtum filium Dei benedicti, Dominus autem manè dabit, manè manifeſtum faciet iudicium ſuum, de illo Sancto quale ſit. Dicet. n. illi. *Exurge gloria mea. exurge pſalterium, & cythara.* atque illi reſpõdebit. *Exurgam diluculo*, & ita fiet.

b *Neſciuit autem iniquus, &c.* ✠ Ruper. Et hoc admiratiuè dictum eſt, & reuera miranda eſt impudentia non erubeſcere vel confundi, in tam manifeſto iudicio Dei de cauſa illius Sancti, iuxta quod cecinit Pſalmiſta. *Iudica me Deus, de gente non ſancta, &c.* Et apud Hieremiam. *frons meretricis facta eſt tibi, erubeſcere noluiſti.*

c *Diſperdidi.* Aliter diſperdidi ò Iuda omnes ciuitates tuas & omnes pagos tibi ſubiectos, & tribus, & diuerſa confinia, & tanta fuit hominum vaſtitas, vt non eſſet qui habitaret in tuis vrbibus.

d *Verumtamen diluculo.* Sed econtra habitantes Ieruſalem quaſi ex induſtria, & ex contentione, diluculò ſurrexerunt, vt in feſtinatione qua ad me redire debuerant, opere demonſtrarent quod mente malè conceperant.

e *Qua propter.* Iudæi dicunt in aduentu Chriſti quem expectant vniuerſis Gentibus congre. & effuſo ſuper eas furore Dei igne zeli eius terram deuorandam: & ſicut ante ædificationem turris omnes vna lingua loquebantur, ita omnibus conuerſis ad cultum Dei veri omnes locuturus Hebraicè, & totum orbem domino ſeruiturum. Allego. Expecta me, vt paratus dicas *Paratum cor meum Deus, &c.* Poſſunt autem hæc de primo aduentu legi, quando dæmone calcato & omni errore ſublato, terrenis etiam operibus deſtructis, omnibus linguis apoſtoli locuti ſunt, quando poſt vitia, & peccata, Deus in nobis reſurgere viſus eſt, quando etiã omnes Gentes congregãtur ad fidem, & timore irę Dei accendũtur igne Dei, quo igne deuorantur in illis omnia terrena opera, & reſtituitur omnibus vna lingua, vt vnuſquiſque depoſito ſuo errore ad antiquum eloquium confeſſionis Dei reuertatur, vno ore inuocent Deum confitendo ꝙ *dominus Ieſus eſt in gloria Dei patris, in cuius nomine omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Poſſunt etiam, & hæc de ſecundo aduentu dici quando poſt vitia præſentis ſeculi eccleſia expectante aduentum ſponſi, Gentes congregabuntur ad iudicium & reges colligentur in locum ſupliciorum, & tunc effundetur furor Dei puniens omnia mala, vbi *potentes potenter tormenta ſuſtinebunt*, & qui minus peccauit citò veniam meretur.

f *Et effundam ſuper eos, &c.* ✠ Ruper. Poſtquã ſuper impios & peccatores ſæueritatẽ diuini iudicij declamauit, nũc tãdem

¶Rapaces. a ¶Alij quod poſſent rapere.
¶Loquebantur quaſi ex ore Dei, & econtraria ei prædicabant.
Iudices eius lupi † veſpere, non relinquebant in mane. Pro 1
phetæ eius veſani, viri infideles. † Sacerdotes eius pol- 2
a ¶In loco ſanctuarij commiſerunt ſacrilegium, & cum facerent contra legem, extra legem, victimas offerebant.
luerunt ſanctum, iniuſtè egerunt contra legem. Dominus 3
a ¶Quia illi iniuſtè egerunt. dominus non erit iniuſtus retribuendo peſſimæ vrbi quæ meruit.
b ¶Cito, & manifeſte faciet iudicium de ea, nec erit quod ab eo poſſit abſcondi. 4
a iuſtus in medio eius, non faciet iniquitatẽ. † Mane mane iu 5
a ¶Hoc faciet Deus, vt impia ciuitas conuertatur ad melius, ſed iniquus Iſrael non cognouit confuſionem ſuam, nec intellexit ideo illatas plagas vt ageret pœnitentiam. 6
b dicium ſuũ dabit in luce, † & nõ abſcondetur. Neſciuit au 7 8
a ¶Poſtea vindicaui te de Gentibus, & deſtruxi imperium eorum, vt quæ me per plagas non ſenſeras, ſaltem per beneficia ſcires
c tem iniquus confuſionem. Diſperdidi Gentes, & diſſipati 9 10
ſunt anguli eorum. Deſertas feci vias eorum, † dum non eſt 11 12
qui tranſeat. Deſolatę ſunt ciuitates eorũ, nõ remanente vi 13
¶Et poſtquam hæc feci, miſi prophetas meos, ad pœnitentiam prouocans, & dixi, O Ieruſalem feci quidem hæc tibi, ſed feci vt timeres me, & ſuſciperes diſciplinam ne periret pro ſcelere tuo habitaculum, ideſt, templum. 14 15
ro, neq; vllo habitatore. Dixi. attamẽ timebis me, ſuſcipies 16 17
d diſciplinã. Et nõ peribit habitaculũ eius, † propter omnia 18
in quib. viſitaui eam. Verumtamen diluculò ſurgentes cor 19
e ruperunt † omnes cogitationes ſuas. Qua propter expecta 20 21
me, dicit dñs † in die reſurrectionis meæ in futurum, quia 22
f ¶Ad fidem. a ¶Principes peruerſorum dogmatum, qui diuino ardore conſumentur. 23
iudicium meũ, vt congregem Gentes, & colligam regna. Et 24
effundã ſuper eos indignationem meam, omnem irã furo 25 26

† 81. d. cooportet, ibi ſacerdotes contamnant &c.

† omnia opera ſita.

† ad diẽ quo exurgam ad prædam.

## NICOLAVS DE LYRA.

*puli. Qui dicuntur hic leones rugientes, propter crudelitatem contra Chriſtũ. Et lupi erga populum, cuius bona partim violentia, partim fraudulẽtia rapiebant, quia valde auari, & cupidi erant, vt patet ex Euangelio. Et Ioſeph. hoc declarat multipliciter libro de Iud. bello.*

1 Prophe. eius veſani. *ſicut patet de Caipha, qui prophetauit de morte Chriſti. Io. 11. & tamen fuit peſſimus, & infidelis. Licet. n. prophetia ſua vera fuerit, hanc tamen nõ intellexit, vt ibi declarabitur.*

2 Sacerdotes eius, &c. *i. legem, & templum, quia legem Dei irritauerunt propter ſuas traditiones, Matth. 15. & templum polluerunt permittendo, & faciendo ibi ſeculares negociationes, Io. 2. quæ tamen habent annexa mendacia, & doloſitates.*

3 Dominus iuſt. *Hic conſequenter ponitur debita pœna, circa quam primò ponitur Chriſti iuſtitia ex qua proceſſit punitio iſta, cũ dicitur,* Dominus iuſtus in me. *i. dominus Ieſus Chriſtus, qui fuit in medio populi non ſolum deitate, ſed & aſſumpta humanitate*

4 Nõ faci. ini. *in perſona propria, nec dimittet impunitatẽ in alia.*

5 Mane mane. *i. celeriter.*

6 Iudicium ſuum da. *i. punitionem ſuam contra ciuitatem, & populum incredulum. Quadrageſimoſecundo enim anno a paſſione Chriſti per Romanos fuit Ieruſalem deſtructa, & populus incredulus partim occiſus, & partim captiuatus.*

7 In luce. *quia punitio iſta toti orbi fuit manifeſta.*

8 Neſciuit. *i. populus incredulus.*

9 Confuſio. *ſibi venturam pro morte Chriſti, quia ſi præſciuiſſet, non eam petiuiſſet.*

10 Diſperdidi. *de Iudæa.*

11 Et diſſipati. *i. principes quibus adhærebant ſicut parietes angulo. Vel quia tota terra Iudææ fuit diſſipata per Romanos vſque ad extremos eius angulos.*

12 Deſertas. *populo Iudæ captiuato. Ideò ſubditur.*

13 Deſolatæ ſunt ciuitates, &c. *Et patet litera.*

14 Dixi. *Hic conſequenter ponitur primò Iudæorũ finalis cõuerſio Secundò circa hoc remouetur dubitatio, ibi.* Veruntamen. *Circa primum dicitur.*

15 Attamen. time. me. *timore filiali pro tempore iſto.*

16 Suſcipies diſciplinam. *ſ. Chriſti, detecta per Enoch, & Eliam falſitate Antichriſti.*

17 Et non peribit ha. eius. *i. habitaculum bonorum non tolletur a conuerſis.*

18 Propter omnia in quibus viſitaui eam. *i. propter longam captiuitatem, quam induxi ſuper gentem Iudaicam, ex qua videbatur a Deo totaliter reprobata.*

19 Veruntamen. *Hic remouetur dubiũ. Poſſet. n. aliquis credere, ꝙ Iudæi eſſent generaliter ad Deum conuertendi tempore ſuæ prædicationis, ideò hoc remouet oſtendens, ꝙ erit hoc circa finẽ mũdi. Ad cuius intellectum ſciendum, ꝙ ſecundum gloſſam ſuper illud Marci.* 12. a. Hic eſt hæres. *principes ſacerdotũ cognouerunt Ieſũ Nazarenum eſſe Chriſtũ, ſed quia poſtea manifeſtè prędicauit contra eorum vitia, inuidiã, & odiũ conceperunt contra ipſum, propter quod præcedens cognitio fuit ſubuerſa, & excęcatio ſecuta, & excęcatio ſacerdotũ cauſa fuit excęcationis aliorũ, & ex hoc cõuerſio generalis Iudęorũ eſt dilatata, & Gẽtilitas ad fidẽ vocata, ſecũdũ ꝙ dicit apoſto. ad* Ro. 11. c. Cæcitas ex parte cõtigit in Iſrael donec plenitudo Gentium intraret, &c. *Et hoc eſt ꝙ dicitur hic.* Verũtamẽ dilu. *i. tempore prędicationis Chriſti, ꝙ dicitur diluculũ ſu. r. i. Hoſeę.* 6. a. Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius, &c.

Quòd principes Iudæorũ cognouerunt Chriſtum.

20 Surgentes. *ſ. Iudæi contra Chriſtum.*

21 Corruperunt om. *i. cogitationes quas habebant de Chriſto.*

22 Qua propter expecta. *i. expectabis manens in tua cęcitate.*

23 In die reſur. meæ. *i. vſq; prope finem mundi, in quo reſurgent mortui quæ dicitur hic reſurrectio domini: quia fiet virtute diuina.*

24 Quia iudicium. *ſ. finale.*

25 Vt congregem Gentes. *generaliter.*

26 Et effundam ſuper eos indignationẽ meã. ꝙ *intelligi-*

dem ad eam conuertitur quæ hẽt aurẽ fidei, & ea q̃ ſunt
A gr̃æ quę ſunt miſericordię,familiariter inſinuat. *Lauda.* in
quiẽs, *filia Sion, iubila Iſrael, &c.* Cũ hæc oĩa quæ dicta ſunt
faciã ſuper eos qui me non expectãt,nec in me credũt. *tu*
*expecta me.* tu crede, & ſpera in me, *in die reſurrectionis meæ.* i.
ex qua die reſurgã
a mortuis, vſque in
diem nouiſſimũ, q̃a
tunc faciã iudiciũ,
& colligam regna.
*Tunc .n. ſedebit filius*
*hoĩs in ſede maieſtatis*
*ſuæ, & congregabuntur*
*coram eo oẽs gentes.* Se
quitur. *Et effundam,*
*&c.* dum dicam eis.
*Diſcedite a me maledi*
*cti, &c.*

a *In igne.* quia Gen-
tib ad iudicium cõ
gregaris & regib. ad
ſupplicia, conſume
tur in toto orbe qd
quid terrenũ eſt, &
ad opera carnis per
tinet, vt in ſaluãdis
omnib. vepribus, &
ſpinis combuſtis, v-
nuſquiſq; eorũ ad
antiquũ confeſſio-
nis Dei reuertat̃ e-
loquiũ, in ſeculã ſe-
culorũ laudãs Deũ,
& cõiuncto ſtudio
ſeruiant ei aſſiduè
in templo eius.

b *Quia tũc.* Reddito
labio oĩs nigredo
aĩæ, & teter color, & venenũ draconis, quo tincti eramus
relinquet̃, & in fluminib. Aethiopiæ magiſtris peruerſorũ
dogmatũ quibus antè irrigabamur relictis, diſperſi Iſrael
Chr̃o munera offerẽt. In die, qua lumẽ Chr̃i fuerit exor-
tũ dicet̃ ſingulis, nõ cõfunderis ſuper cunctis adinuẽtioni
bus cogitationib. ſ. peſſimis quib. operabaris contra Deũ
& tolletur ſuperbia quæ erigebatur contra Deũ, & con-
tra montẽ ſanctum eius. i. Chriſtum. Et pro ſuperbis re-
linquetur populus humilis, qui nihil cogitet q̃ Deo diſpli
ceat. Et nota q̃ in conſummatione mundi oĩa nomina di
gnitatũ tollent̃, & vnus grex humilis ſub manſueto paſto
re manebit, tunc reliquiæ Iſrael non negabũt dñm, nec lo
C quẽtur mendaciũ. i. ineptas fabulas, & nõ inuenief in ore
eorũ lingua doloſa, Chriſto pro eis loquente q eſt veritas
Qũt ipſi paſtores in vno grege i in eccleſia accubabunt, &
inde non exterrebi t eos Nabuch. i. Diaboli impetus.

c *Et ſeruiant ei humero vno.* ✻Ruper Quidnam hoc eſt, niſi,
corde indiuiſo? Nõ ita in iſto exilio. Multę nãq; huius mũ
di varietates, & animus mortaliũ quantũuis iuſtorũ atq;
perfectorũ, vix vna hora ſecũ totus eſt. Non ergo eſſe põt
hic q̃ promittit illic. Ciuitatis. n. & regni illius rex vnus D
& ſolus eſt, vnus Deus, Pater, & Filius, & Spiritusſanctus,
idẽ p̃manẽs incõmutabilis, & ĩuariabilis ſubſtãtiæ ac aĩi.

d *Vltra flumina Aethiopię.* ✻Ruper Ne ꝓtendat Iudęus hęc
de ſe tantũmodo dicta eſſe, quaſi ſit. *Iudæorum Deus tantum,*
*& non & Gentium.* ad
dit, vltrà flumina
Aethiopiæ, &c. i. in
fines orbis terrę exi
bit ſonus prædica-
tionis euãgelicę, &
inde, ô filia cui lo-
quor, expecta me, lę
tare, & exulta. Deĩñ
de *de finib. terrę ſuppli*
*ces mei.* ſ. Apoſtoli,
*deferent mihi munus*
*diſperſorũ meorũ.* i. di-
ſperſos meos con-
gregabunt in vnũ:
quod mihi vtique
erit munus magnũ.
*Quia tunc.* Cũ red
dito labio oẽs inuo
cauerint nomẽ dñi
& portauerint iugũ
eius, tunc ô filia. i. o
ſynagoga quondã
filia, quam toto or-
be diſperſi, licet in-
uideas, tunc tamen
de Aethiopia. i. po-
pulo Gentilium in
die illa cũ credide-
rit multitudo gẽtiũ
deferentur mihi vi
ctimæ, & vero legi-
fero nubet Aethio-
piſſa, & tunc etiam tu non confunderis penitus ſuper er-
roribus tuis.

e *Quoniam ipſi.* Hæc de primo aduentu intelliguntur: ſed
Iudæi fingunt ſe in fine habitaturos Ieruſalem, & more
pecorum herbis virentib. paſcendos, & cunctis Gentib. de
letis, & ſibi ſubiectis, non poſſe eſſe qui eos exterreat.

f *Lauda.* Iudæi cum Chriſto ſuo venturo hæc omnia ſibi
repromittũt, quæ nos cum Chriſto iã ſumus conſecuti.

Poſtquam dixit iudicium meum, vt congregem Gen-
tes, & ſupponit etiam de Aethiopia venturos ad fidem,
reliquias etiam Iſrael credituras, & ſaluandas, nunc agit
de generali conſummatione mundi.

Eccleſia, vel quælibet aĩa in ſpecula conſtituta, lætatur
iniquitates a ſe ſublatas, & ſe redẽptã ab eo qui omnia re
demit. Poſſunt hęc omnia de ſecundo aduentu accipi: ſed
cum in Aggæo, & Zacharia & Sophonia ſimilis prophe
tia ſit, & Matthæus prophetiam Zachariæ in primo aduẽ
tu completam teſtetur, qua dicitur. *Exulta ſatis filia Sion, iu-*
*bila filia Ieruſalem, ecce rex tuus venit tibi iuſtus, & Saluator.* or-
dine veritatis ducimur non futurum ſperare, ſed factũ.

Margin: † ſupra. i. d. † dabo. — Matth. — Hieron. — † exaltantem ſuperbiã tuã. — Nota. Dignitatum nomina in ſeculi fine tollentur.

[Text:]

ris mei. † In igne. n. zeli mei deuorabitur omnis terra. Quia 1 2
tunc † reddã populis labium electum, vt inuocent omnes 3
(a ¶ Vnde Lxx. ſub vno iugo. b ¶ Vnito, & non differenti labore. c ¶ Vnde Regina Saba venit audire ſapientiam Salomonis) 4
nomen dñi, & ſeruiant ei † humero vno. Vltra flumina Æ- 5 6
(a ¶ Aethiopia præueniet muit us date domino.) 7
thiopiæ, inde ſupplices mei, filij diſperſorũ meorũ deferant 8
(a ¶ Cum multitudo gentium crediderit. b ¶ Omnino o Iudæa)
munus mihi. In die illa non confunderis ſuper cũctis adin 9 10
(a ¶ Quia ¶ Barrabam eligen lo, ſie filium crucifigendo.)
uentionib. tuis, quibus præuaricata es in me. Quia tunc au 11
(¶ Excæcando. ¶ Quidem. a ¶ Scribas, Phariſæos, Sacerdotes.)
ferã de medio tui † magniloquos ſuperbiæ tuæ, & nõ adij
(¶ Superbire. ¶ Sed tamen)
cies exaltari amplius in mõte ſancto meo. Et derelinquã in 12
(a ¶ Homines illiteratos, & piſcatores.) 13
medio tui populũ pauperem, & egenũ, & ſperabunt in no 14
(a ¶ Non multitudo, quæ clamauit crucifige, non optimates, non pontifices. b ¶ Etiſti.) 15
mine dñi. Reliquiæ Iſrael non facient iniquitatem, nec lo-
(a ¶ In Chriſti veritate credentes b ¶ Quia ſcient omne mendacium ex diabolo eſſe)
quentur mendaciũ, & non inuenietur in ore eorũ lingua 16
(a ¶ Dicentes, Dominus regit me, & nihil mihi, &c.)
c doloſa. Quoniam ipſi paſcentur, & accubabunt, & non 17
(a ¶ Fidelium credentium vincente ſuperbiam hæreticorum etiam perſecutorum. b ¶ Dimiſſa iniquitate.) 18
f erit qui exterreat. Lauda filia Siõ, iubila Iſrael. Lætare, & e- 19
(a ¶ Redempta domino. b ¶ Non tam voce. c ¶ Cui dictum eſt, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. d ¶ In fine auferet) 20
xulta in omni corde filiã Ieruſalẽ. Abſtulit dominus iudi- 21 22
(a ¶ Damnationem. ¶ Non iam iudicans ſed ſaluans. b ¶ A te. c ¶ Dæmones d ¶ Ad eum veniemus, & manſi apud eum faciemus.) 23
cium tuum, auertit inimicos tuos. Rex Iſrael dñs in me- 24

✠ Nugas

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *tur quantum ad malos in maiori numero, totum autem a maiore par*
*te determinatur.*

1 In igne enim. *i. zelo meo accenſo.*

2 Deuora. o. ter. *Iſte erit ignis cõflagrationis præcedens iudiciũ*

3 Quia tunc. *tempore præcedenti iudicium Antichr. interfecto.*

4 Reddam po. *quia omnes confitebuntur Chriſtum.*

5 Vt inuo. omnes no. do. *ſ. Ieſu Chriſti.*

6 Et ſer. ci. hu. vno. *i. vno cultu Chriſtiano, & q̃ hoc intelligatur*
*de Chriſto ſecundum doctores antiquos Hebræorum, patet per glo. ſu*
*per Gen. 41. vbi allegatur hæc ſcriptura, ſicut ſcriptũ eſt.* Tunc cõ
uertam ad populos labium electum ad inuocandũ nomẽ
dñi, & ad colendũ cũ humero vno. *Et ſequitur exponendo, nõ*
*eſt autem dictum hic nomen domini, niſi rex Meſſias, & ad colendũ*
*eum humero vno, quia erit principatus ſuper humerum eius.*

7 Vltra flu. *i. omnes Gentes quantumcunque longinquæ deuotè*
*credent Chriſto, & ſeruient.*

8 In die illa. *Poſt increpationem incredulorum Iudæorum, hic cõ*
*ſequenter ponitur conſolatio credentium, qui in aduentu Chriſti fue-*
*rint pauci comparatiuè, vt prædictum eſt, cũ dicitur.* In die illa. *hoc*
*non refertur ad literam immediatè præcedentem, ſed ad illud quod*
*ſuprà dictum eſt de tẽpore prędicationis Chriſti in quo principes Iu-*
*dæorum fuerunt prędicto modo excęcati, & conſequenter multitudo*
*populi. Apoſtoli verò & alij credẽtes illuminati, de quib. dicitur hic.*

9 Nõ cõ. *i. peccatis prǣteritis per paſſione Chriſti totaliter deletis.*

10 Quia tunc. *i. principes ſacerdotum, & Scribas ſuperbos, qui in*
*vltionem mortis Chriſti ſimiliter cum populo eis adhærente fuerunt*
*deſtructi per Romanos.*

11 Et non adij. *i. ſuperbè eleuari.*

12 In monte ſancto meo. *i. in monte Sion, vbi erat templum*
*quod fuit per Romanos deſtructum, & ante eius deſtructionem mul-*
*tum gloriabantur Iudęi de ipſo.*

13 Et derel. in me. tu. *ſ. apoſto. & alios fideles cõęptores terrenorũ*

14 Et ſpera in no. do. *non potentia mundi, vt patet in Actibus*
*Apoſtolorum in pluribus locis.*

15 Non fa. iniq. & c. *quia valdè mundè, & iuſtè viuebant in pri-*
*mitiua eccleſia.* 16 Quoniam ipſi paſce. *apoſtolorum doctrina.*

17 Et accu. *in vnitate eccleſiaſtica.*

18 Et non. *terrore deijciente a fide vera. Et quia multi eorum non*
*timebant tormenta. Ideo ſubditur.*

19 Lauda filia Sion. *i. eccleſia militans.*

20 Iubila. *Repetitio eſt eiuſdem ſententię ad maiorem expreſſionẽ*

21 Abſtulit. *i. pœnam pro peccato Adę inflictam quantum ad di*
*ſcenſum in infernum.*

22 Auertit ini. *Reprimendo potentiam dæmonum.*

23 Rex Iſrael. *ſ. Ieſus Chriſtus.*

24 In me. t. *ſecundum quod dicit Matth. vlt. d.* Ecce ego vob
ſum omni. di. vſque ad conſ. ſeculi. ✻ In die

a *Nugas*. Sciamus in Hebræo eandem eſſe vocem: & ideo ſicut eſt in Hebræo, hic ponitur, vt appareat Hebræā linguam matrem eſſe omnium linguarum.

✤ Remig. Nugas i. homines inutiles, & leues, qui legem præuaricando a ſinu tuo receſſerunt, *congregabo*, quia ex te erant. Nam ſecūdum Apoſtolum: *Non repulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit*. Hos congregabo, & reducam ad te, liberās eos de poteſtate dęmonū, vt non amplius de eorū perditione ſuſtineas opprobriū.

b *Ecce ego*. Hoc promittunt ſibi Iudæi in aduentu Chriſti ſui, & putant omnes Gentes interficiendas a domino quæ afflixerunt Iſrael, & ſynagogam ſaluandam: & quæ libellū repudij acceperat, colligēdam: & ponendo eos in laudē, & in nomen in omni terra in qua fuerāt ante captiui, & confuſi: & hoc fore cum Ieruſalem reædificata fuerit, & templum & omnis ordo ceremoniarum reſtitutus: & ideo non agunt pœnitentiā: Nec mirum, quia lippiſcit Lia, nec amatur a Iacob, ſed Rachel ſuccedente negligitur.

Videtur nos Deus repellere, & eijcere, quando relinquit tentationi.

✤ Rup. Non eos tantum qui ex te erant, & ex te exierunt congregabo: ſed & omnes qui te afflixerunt, ſiue in lege, ſiue ſine, peccantes, interficiam in tempore illo, eos qui ſine lege peccauerunt, ſine lege perditioni dando, & eos qui in lege peccauerunt, per legem iudicando.

¶In te non ſpe. a ¶Quia priora tranſierunt. b ¶Liberæ quæ eſt mater ſanctorum.
dio tui, nō timebis malum vltra. In die illa dicetur Ieruſalē:
a ¶Amplius. b ¶Non facias vt eos quos poſt diſſolutas pœnitendo. c ¶Operi. ¶Quia.
Noli timere, Sion non † diſſoluantur manus tuæ. Dn̄s Deus
a ¶Cui reſiſtere nemo poteſt. b ¶Gaudium domini fortitudo noſtra eſt.
tuus in medio tui fortis, ipſe ſaluabit. Gaudebit ſup te in læ-
a ¶Reddet tibi lætitiam quam perdidiſti. b ¶Non inferens pœnam pro peccato. c ¶Non tuo merito. d ¶Habita de te.
e ¶Accipiet laudem a te quaſi pinguiſſimam hoſtiam, vel gaudebit te eſſe laudabilem.
titia, ſilebit † in dilectione tua, & exultabit ſuper te in laude.
a ¶Ipſe dico dicens. ¶Vanos. b ¶Peccando. c ¶Ad te pertinebant ſecundum prædeſtinationem.
a † Nugas qui a lege receſſerant congregabo: quia ex te erant,
¶De eis perditis. a ¶Et eos qui prius tibi improperabant, damnando
b vt non vltra habeas ſuper eis opprobrium. Ecce ego inter-
a ¶Homines, vel dæmones. ¶In fine. b ¶Olim a via Dei.
c ficiam omnes qui afflixerūt te in tēpore illo, & ſaluabo clau
a ¶Eccleſiam b ¶In tentationibus. ¶Opinione. c ¶Suſcipiam in fine.
dicantem, & eam quæ eiecta fuerat congregabo. Et ponam
a ¶Vt laudetur, & nomen eorum magnificetur.
b ¶Vnde, Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum.
eos in laudem, & in nomen in omni terra cōfuſionis eorū,
a ¶Quando ſuſcipient electa.
in tempore illo quo adducam vos, & in tempore quo con-
¶Gloriatur Deus in Athletis ſuis cum eos viderit coronari.
d gregabo vos. Dabo enim vos in nomen, & laudem omnib.
a ¶In patriam. b ¶Qui mundi miſerijs vinculis carnis tenebatur, vnde, Cum conuerterit dominus cap. ple. ſuæ, exultabit Iacob, & læ Iſrael.
e populis terrę, cum conuertero captiuitatem veſtram coram
a ¶Spiritualibus, & carnalibus. ¶Non dubiè, non ſpe, ſed in re.
oculis veſtris, dicit dominus.

c *Et ſalua. claudi. &c.* ∗ Magna dignatio, quam oēs nouimus, excelſi Domini, q humilia reſpicit. Quæ ſtulta ſunt mundo elegit, vt confundat ſapientes. Nā per claudicantem, & eiectam, cuncta infirma, impotentia, ſtulta, ignobilia, & contemptibilia ſermo propheticus deſignat. Ideſt, hos faciam laudabiles atq; nominatos illic, vbi erant ſine nomine, videlicet confundendo per ipſos potentes illos atque fortes, quorum in oculis habebantur ignobiles. Sed Moyſen conſtituit Deum Pharaonis. D Pſal. 112. 1. Cor. 1. Exod. 7.

d *Dabo enim vos, etc.* ∗ Ruper. Omnes populos terræ hic intelligim' electos de omnibus populis terrę, qui dicunt in Apoc. Redemiſti nos ex omni tribu & lingua, & populo, & natione. Hos inq̄, quorū labore, & induſtria, cooperante eis Dei gr̄a factū eſt hoc ipſum qđ cōuertitur & couertetur captiuitas populorum multorū ad Deum verum, & viuū, &c. Apoc. 7. E

✤ Remig. Dati in nomen, & in laudem ſunt Petrus, Paulus, & reliqui ſancti, quorum nomina cum gloria magnificantur toto orbe terrarum diffuſa. Hoc autem fiet cum adducet filios afflictæ, & cum de eorum gloria, & triumphis Dominus fuerit glorificatus. Tunc videbunt eſſe fœlices, qui in præſenti putabant miſeros, &c.

e *Cum conuer.* Cernent captiuitatem eorum per quam in hoc ſæculo duro fuerant imperio ſubiugati, reduci in cœleſtem Ieruſalem, ſeque reſurgere in confuſionem æternam. Hieron. Remig.

c Et

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In die illa, &c. *i. eccleſiæ militanti, quæ nomine Ieruſalem deſignatur, Iſa. 2. Et hoc per Apoſtolos, & alios prędicatores confortando fideles infirmiores.*
2 Nolite ti. *A perſecutionibus Iudæorum, & tyrannorum.*
3 Non diſſo. manus tu. *Retrahendo a te a bono opere.*
4 Dominus Deus. *ſ. Ieſus Chriſtus.*
5 In medio. *Sicut iam expoſitum eſt.*
6 Ipſe ſaluabit. *Te in preſſuris.*
7 Gaudebit ſuper te. *propter perſeuerantiam in fide.*
8 Silebit in di. *ſ. peccata tua pręterita.*
9 Nugas. *i. homines vanos.*
10 Qui a lege re *i. a fide Chriſti, & deuotione, decepti per ſacerdotes, & ſcribas, vt prędictum eſt.*
11 Congregabo. *ad fidē Chriſti reducendo: vnde prędicante Petro ſic reducti ſunt ex illis tria milia die vna, Act. 2. & alia die quinque milia, Act. 4.*
12 Quia ex te erant. *i. de numero prędeſtinatorum ad fidem.*
13 Vt non vl. ha. ſuper eis op. *ſ. ſuæ infidelitatis.*
14 Ecce ego, &c. *Primitiua enim eccleſia valde afflicta fuit a Iudęis in perſecutione quæ facta eſt ſub Stephano Act. 8. & ibi fuerūt omnes interfecti per Romanos, vel in ſeruitutem redacti per captiuitatem, quæ ſeruitus eſt mors ciuilis.*
15 Et ſaluabo clau. *In perſecutione enim ſub Stephano credentes pro maiori parte diſperſi fuerunt per regiones, apoſtolis in Ieruſalem remanentibus, qui erant fortiores: & ſic eccleſia videbatur quodammodo claudicare in debiliori parte.*
16 Et eam quę eiecta fu. *per diſperſionem prędictam.*
17 Congregabo vni. &c. *Vel quia poſt deſtructionem Ieruſalem per Titum, Aelius Adrianus eam reędificauit, & ſolis Chriſtianis habitare conceſſit: & ſic multi de Chriſtianis qui erant diſperſi per regiones, ibi fuerunt iterum congregati.*
18 Et ponam eos in lau. *quod maximè fuit impletum a tempore Conſtantini, & citra.*
19 In omni terra, &c. *i. vbi prius fuerant confuſi, quia ante reputabantur malefici, & ſacrilegi, vt patet ex geſtis apoſtolorum, & martyrum.*
20 In tempore, &c. *de locis occultis ad publicum, ſicut patet de ſancto Silueſtro, & multis alijs latentibus propter rabiem perſecutionis, qui per Conſtantinum, & alios principes fideles fuerunt aſſecurati, & valde exaltati.*
21 Cum conuertero, &c. *Prius enim illi qui deprehendebantur tanquam Chriſtiani, occidebantur vel damnabantur ſicut captiui, ad fodiendum arenam, & alia opera ſeruilia, & dura, vt patet ex geſtis multorum martyrum.*
22 Dicit domi. *qui eſt ipſa veritas, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.*

F

## ADDITIO I.

*In cap. 3. Sophoniæ. vbi dicitur in Poſtil. Vę prouocatrix, & redempta ciuitas columba.*

*Vbi in translatione noſtra dicitur redempta: in Hebręo ponitur quædam dictio æquiuoca, quæ vno modo ſignat redemptam, & alio modo ſignat pollutam. Similiter enim dictio ponitur hic, & Malac. 1. vbi dicitur:* Offertis ſuper altare meum pollutum panem. *vnde & in ſecunda ſignificatione accipiunt hic Hebræi iſtam dictionem, quod videtur magis conſonum literæ.*

## ADDITIO II.

*In eodem cap. vbi dicitur in poſtil. Diſperdidi Gentes, &c.*

*Hoc quod dicitur hic, Diſperdidi Gentes, &c. aliter poſſet exponi, & forte melius. Ad quod ſciendum, quòd prout prouerbialiter dicitur: Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum: Sic Deus intendens correctionem populi Iſraelitici, puniebat alias Gentes manifeſte pro peccatis eorum, vt inde ſumeret populus ille eruditionem ad timendum Deum, ne ſimiliter eis contingeret, & hoc eſt quod dicit propheta in perſona Dei:* Diſperdidi Gentes. *ſ. alias nationes.* Diſſipati ſunt anguli eorum, *ad oſtendendum, quòd acriter fuerunt puniti, & totaliter deſolati, ſic quòd nullus remaneret ibi. vnde dicit:* Nō remanente viro nec vllo habitatore. *Et quia ex hoc exemplo debuiſſent erudiri ad timendum Deum, ſaltem timore ſeruili, ne eis* Poeta.

*Hoc* *ſimilia*

*ſimilia contingerent. Ideo ſubdit in perſona Dei:* Dixi attamen ti-
A mebis me, ſuſcipies diſciplinam. *ſ. ex flagellis aliorum.* Et nõ peribit habitaculum eius, &c. *Sed quia talem diſciplinam non ſuſceperunt, ſed magis obdurati ſunt, ideo ſubdit.* Diluculò ſurgẽtes *.i. ſollicitè.* Corruperũt omnes cogitationes ſuas. *Et quia talium obſtinatorum pœna correſpondens precipuè ad finale iudicium reſeruatur, ideò ſubdit:* Quapropter expecta me in die reſurrectionis meæ in futurum. *ſ. in die reſurrectionis generalis, quæ dicitur reſurrectio Dei inquantum a Deo mirificè efficitur. Et exponantur cætera, prout in Poſtil.*

## ADDITIO III.

*In eod. cap. vbi dicitur in poſtil. Vltra flumina Aethiopiæ.*

*Hoc quod dicitur hic: Vltra flumina Aethiopiæ propriè dicitur de terra illa vbi decem tribus fuerunt transmigratę per Salmanaſar regem Aſſyriorum, qui poſuit eos iuxta fluuiũ Gozam, vt habetur. 4. Reg. 17. qui tempore Alexandri magni recluſi fuerũt miraculosè, creditur tamen ipſos egreſſuros circa finem mundi, prout habetur in hiſtoria Scholaſtica, & tunc reducendi ſunt ad verum cultum diuinum, ſicut & alię Gentes remanentes, ſicut dicitur ſupra. Tunc reddam omnibus labium electum, vt inuocent omnes in nomine domi-*
B
*ni. Qui quidem ſic transmigrati dicuntur hic* ſupplices mei. *ſ. Dei, inquantum per pœnitentiam de preteritis humiliabuntur. Dicuntur etiam* filij diſperſorũ meorũ, *eò quod deſcenderũt ab illis qui diſperſi fuerunt per diuinam ſententiam. De iſtis ergo concludit, hic propheta,* quòd deferent Deo munera, *ſicut ſupra Iſa. 18. dicitur de eiſdem.* In tempore illo deferetur munus domino exercituum a populo diuulſo, &c. *Quod intelligitur de prędictis, vt ibidem fuit largius in additione declaratum.*

*REPLICA. In tertio cap. Sophoniæ vbi dicitur: diſperdidi Gentes, &c. Poſtilla exponit de Iudęa, ſicut totum capitulum de ea loquitur. Burg. autem per viam digreſſionis exponit pro cautela Iudęorũ de punitione Gentilium, iuxta illud: Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. Sed modicum colorem habet illa digreſſio, quia per oppoſitum Iudęi ex punitione Gentium raro vel nunquam facti ſunt cautiores, ſed ſecuriores, per conſequens ad vitia procaces. iuxta illud Deut. 32. b.* Incraſſatus populus recalcitrauit. *Et ſequitur:* Dereliquit Deum factorem ſuum, &c. *tempore enim proſperitatis quę ortum habuit ex Gentium deſtitutione, ad vitia defluentes, in tribulationibus ad Deum recurrerunt, prout videri poterit ex ſerie veteris teſtamenti.*

---

### *Incipit Prologus ſancti Hieronymi in Aggæum prophetam.*

IEremias propheta ob cauſam periurij Sedechiæ regis: vt hiſtoria ſecundi libri Paralipomenõ indicat, qui fidẽ promiſſam Nabuchodonoſor regi Chaldęorum non ſeruauerat, populũ Iſ-
C rael refert cum memorato rege Ieruſalem, expugnata Ieruſalem captiuum in Babylonem fuiſſe perductum. Sed cum memoratus populus multis temporibus idolis ſeruiendo, etiam effuſione ſanguinis innocentum, ſe grauiter impiaſſet, volens Deus generationem vniuerſam eiuſdem populi ob cauſas memoratas penitus deperire, ſeptuaginta annorum captiuitatem eundem populum in regno Chaldæorum ſtatuit ſuſtinere: hac ratione, vt completo numero annorum, nouus populus, à memoratis peccatis immunis, ad renouationem Ieruſalem perueniret. Sexageſimo itaque ſecundo anno regni Chaldæorum ſubuerſo, cui adhuc octo anni ad regnandum reſtabant, quod etiam ſexta viſio Danielis oſtendit, cum propter cauſam ſacrilegij quę in eadem viſione continetur, fuiſſe extinctum, Darius qui Mœdis imperabat (vt ſeptima viſio Danielis oſtendit) memoratus in regno ſucceſſit. Cuius primo anno regni (vt decima viſio Danielis manifeſtat) Daniel ſupputatis annis, videns appropinquare tempus reuerſionis quę per Ieremiam fuerat promiſſa, orans tam pro ſe, quam pro populo, eandem promiſſionem a Deo poſtulabat impleri, cui per archangelum Gabrielem in eadem viſione iuxta preces eiuſdem, vniuerſa eſſe completa Deus dixit. Nam moriente ſupradicto Dario rege Mœdorum, & ſuccedente in regno Cyro, rege Perſarum, promiſſione Dei completa per eundem regem populumq; Iſrael in Ieruſalem reductum, hiſtoria ſecundi libri Paralipomenon, & initium Eſdræ prophetę confirmant. Cumque a populo Iſrael, & a ſenioribus templũ Dei ædificari cœpiſſet, mortuo Cyro rege, ac regnante Dario rege Perſarum, qui memorato Cyro ſucceſſerat, vicinæ Gentes ciuitatis Ieruſalem (vt idem Eſdras refert) reſtaurationem templi, & ciuitatis reſiſtendo impedire cœperunt. Qua ratione deterritus populus Iſrael, reparationem ſupradicti templi domini, necdũ iuxta promiſſionem conceſſam eſſe credebat. Propter quod in ſecundo anno regni memorati Darij regis Perſarum, Aggæus propheta a Deo miſſus ad Zorobabel, qui de tribu Iuda erat, qui poteſtatem regni ſuſcepturus erat, & Ieſum filium Ioſedech ſummum ſacerdotem, admonet, vt credant completo numero annorum, tempus reſtaurationis Ieruſalem aduenisse: hoc etiam addito, ne incredulitatem populi vellent imitari, de quo Deus dixit per eum: Populus hic dicit: nõdum venit tempus vt ędificetur domus Dei. Omnia autem quæ in textu huius prophetiæ continentur, reuerſionem populi, ædificationem templi, renouationem ciuitatis, obſeruantiam ſacerdotalem, & interitum regnorum Gentium exterarum ſignificant.

---

### *Incipit Argumentum.*

AGgæus feſtiuus, & lætus, qui ſeminauit in lachrymis vt in gaudio meteret, deſtructum templum reædificat, Deumque patrem inducit loquentem: Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cœlum, & terram, mare, & aridam, & mouebo omnes Gentes, & deſideratus veniet cunctis Gentibus.

# Incipit Aggæus Propheta.

CAP. I.

a I N anno ſecundo Darij regis in menſe 1
a ¶Quærens ad quem veniret & quem doceret.
ſexto in die vna menſis, factum eſt ver- 2
¶Inſpirat Deus prophetam bona opera habentem vt per eum doceatur populi princeps. 3
bum domini in manu Aggæi prophetæ,
a ¶Qui natus eſt in Babylone, & Chriſtus in mundi confuſione.
b ¶Quia de ſtirpe erat Dauid.
ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iu- 4 5
a ¶Qui de tribu ſacerdotali.
¶In his duobus vnus Chriſtus ſignatur rex, & pontifex.
da, & ad Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem magnum dicēs: 6
a ¶Non Zorobabel, non Ieſus, ſed populus dicit, qui ſub Dario iugum ſeruitutis nondum recuſat.
b Hæc ait dominus exercituū dicens. Populus iſte dicit: Non- 7 8
c dum venit tempus domus dñi ædificandæ. Et factum eſt ver
d bum dñi in manu Aggęi prophetæ: dicens: Nūquid tempus 9
a ¶LXX. concauis.
vobis eſt, vt habitetis in domibus laqueatis: & domus iſta 10

CAP. I.

A a IN anno ſecun. Cum Cyrus rex Perſarum, occiſo Balthaſar occupaſſet regnum Babyloniorū cum Dario patruo ſuo rege Medorum primo anno regni ſui remiſit in Ieruſalem circiter 50. milia Iudęorum quib. præfecit Zorobabel, & Ieſu filium Ioſedech, & precepit, vt reædificarent templū dñi. Illi aūt extructo altari, fundamenta tēpli fecerunt. Sed interea mortuo Cyro, Artaxerxes illi ſuccedens, mandauit Gētib. quæ erāt circa Ieruſalem ne templū reędificari permitterent. Remanſit itaque opus interfectum vſque ad annum 2m Darij filij Hyſtaſpis. Hoc anno Aggæus & Zacharias pphetæ, non timētes edictum regis nec inimicitias circumiacentium populorum, hortati ſunt Zorobabel, & populū qui cum eo erat, vt templum reędificarent, quia iam erat tempus quo Ieremias prophetauerat, templum eſſe reędificandum. Zorobabel autē, & populus magis obedierunt prophetis hortantib. quā regi vel populis prohibentibus.

Darius interpretatur generationes, & ſignat amatorem coitus, & carnalis gñationis. Congruè ergo tpe Darij hæc viſio cernitur populo, qui reuerſus de captiuitate, nondū extruxerat templum, nec habebat gloriam priſtinæ Ieruſalem: ſed habitabat in domib. concauis & depreſſis. Meritò ēt cernitur in anno ſecundo: quia binarius immundus numerus eſt, qui primus a virginitate vnitatis diſcedens, princeps eſt totius alternitatis. Vnde in Geneſi non dicitur poſt conſummationē operū ſecundæ diei, quod addit poſt cōſummationem operum aliorum dierum. *Et vidit Deus quòd eſſet bonum.* Menſis ēt ſextus congruit, quia hic menſis nō habet aliquas ſolennitates Dei ſicut ſeptimus: ſimilis eſt ſex dierum quib. factus eſt mundus, in quo laboratur, & panis ſub ſudore comeditur. Sed quia altare iā erat extructum, in vna die fit verbū, vt populus deſerens phanū Darij, & ſextū mēſem reuertatur ad vnitatē fidei.

Aggęus ſolennis, in manu cuius fit ſermo Dei in azymis ſinceritatis, pōt recipere ſermonem Dei. Non fit ad eos ſermo Dei qui occiderunt ſermonem, i. filium Dei: quia manus eorum plenæ ſunt ſanguine. D

Zorobabel typus eſt Saluatoris: qui deſtructum patri ædificat tabernaculum, tam de reliquijs Iudæorum, quā de multitudine Gentiū, Zo, iſte: ro, magiſter: Babel. i. Babyloniæ, i. iſte magiſter Babyloniç qui natus eſt in Babylone. De Babylone reducit populum in terram promiſſionis, de qua fuerant abducti captiui. Vel Zorobabel, fluxus expoſitus. Hic eſt fluxus Ieſu, qui nobis delargiſſimo fonte expoſitus eſt ad bibendum. Vnde ipſe ait: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Ioan. 7. f. Hunc fontem concipimus pijs petitionibus. E Vñ Zorobabel filius eſt Salathiel, qui interpretatur petitio Dei.

Ioſedech, iuſtus dñs, i. Deus pater, cuius filius eius Ieſus, i. Saluator ad cuius cōparationem omnes ſacerdotes minimi inueniūtur.

✠ Remig. Zorobabel, & Ieſus duo fuerunt homines, vnus de tribu Iuda, & regia, alter de ſtirpe ſacerdotali. Myſticè verò vnum, & eundem deſignant Chriſtum, qui eſt verus rex, & magnus ſacerdos. *Nondum venit tempus, &c.* Non hoc Zorobabel aut Ieſus ſacerdos dicebant, ſed populus, qui de captiuitate reuerſus, adhuc ſub Dario erat.

b *Populus iſte dicit.* Qui captiui tenentur extra Ieruſalem, differunt ædificare templum domini, & dicunt: *Nondum venit tempus domus domini ædi.*

Cum aliquis per vitium egreſſus de eccleſia diſponit reædificare templum Dei in ſe, & tamen de die in diem protrahit, de eo poteſt dici. Iſte dicit, Nondum tempus eſt ædificandæ domus Dei. Sed omne tempus ædificationi eſt congruum. Nec poſſunt hoſtes impedire eum qui conuerſus ad Deum clamauerit.

c *Et fac. eſt ver.* In eadē die qua ſupra rurſus videtur hæc viſio: & proficientibus prophetæ operibus, prophetiæ quoque dona ſuccreſcunt, & habito pauliſper ſilentio quaſi cogitata domini fit reſponſio. F

d *Nunquid.* Ergo ne tēpus eſt, vt vos habitetis in domib.

☞ in valle

*Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Aggæum prophetam incipit.*

CAP. I.

1 IN anno ſecundo. *Incipit prophetia Aggęi, quæ diuiditur in duas partes. ſ. in proœmium, & tractatum: quæ incipit, ibi:* Hęc dicit. *In proœmio verò ponitur primò huius prophetiæ tempus cum dicitur.* In anno ſecundo Darij regis. *Secundum Ioſephum 11. lib. antiquitatis Iudaicæ: iſte Darius fuit filius Hyſtaſpis, & fuit amicus Zorobabel, & fauorabilis Iudęis, vt patet. 1. Eſdr. 6. Et hoc maximè fuit vt dicit Ioſephus, quia antequam promoueretur ad regnum Perſarum, fecit votum, quòd ſi contingeret eum ſic promoueri, faceret templum in Ieruſalem ędificari, & ibi vaſa deferri. Secundum verò Rab. Sal. iſte Darius fuit filius Aſſueri regis, & Eſther reginæ: & ſic fuit fauorabilis Iudęis ratione matris ſuæ quę fuit Iudęa. Et iſtud ſecundò dictum videtur mihi probabilius: ſicut declaraui diffuſius ſuper primum capitulum libri Eſther: tamen ſecūdum vtrumq; dictum Aggęus prophetauit poſt reditum captiuitatis Babylonicę: quoniā vterque (ſi tamē duo fuerunt) regnauit poſt Cyrū.*

2 In die vna men. *i. prima die illius menſis, eo modo loquendi, quo dicitur Gen. 1. a.* Et factū eſt veſpere, & mane dies vnus. *id eſt, primus. Secundò ponitur nomen prophetæ, cum dicitur.*

3 Et factum eſt verbum, &c. *i. per ipſum Aggęum tanquam per Dei miniſtrum. Iſte enim eſt modus loquendi Hebraicus. Poteſt etiam dici q; in hoc exprimitur donum prophetiæ datū Aggæo per ſimilitudinem doni corporalis, quod ponitur in manu recipientis.* Tertiò

*Tertiò ponitur quibus prophetauit, cum dicitur.*

4 Ad Zorobabel, &c. *Et ſic iſte Zorobabel fuit nepos Ioachin, Matth. 1. quem Euilmerodach leuauit de carcere, & poſuit thronum eius ſuper thronum regum, qui erant cum eo in Babylone. 4. Reg. vl.*

5 Ducem Iuda. *eò quod erat de tribu Iuda.*

6 Et Ieſum, &c. *Iſti enim duo erant principaliores in populo, & ideò prophetia Aggæi dicitur eis facta principaliter, & reliquo populo conſequenter.* 7 Hæc ait. *Hic conſequenter incipit tractatus. Circa quod ſciendum, q; populus rediens de Babylone, ſtatim fundauit templum in Ieruſalem. 1. Eſd. 3. ſed ſtatim fuit impeditus a vicinis Gentibus: propter quod dicebat nondum aduenisse tempus reædificandi templum. Si enim placeret domino pro tunc illa ædificatio tolleret impedimenta, vt dicebat: propter quod fuit negligēs de illa ędificatione, vſq; ad 2m Darij regis, in quo Aggęus Spirituſancto illuſtratus, reprehendit eorum negligentiam, exhortans ad templi ędificationem: quod completum fuit ſexto Darij anno. 1. Eſdr. 6. Secundū Ioſephum verò anno eius. 8. quia fuerunt diligentes in operando. Sic igitur iſte tractatus in duas partes diuiditur, quia primò arguitur pręcedens negligentia, ſecundò, confortatur ſequens diligentia, ca. ſeq. Prima in duas, quia primò ponitur argutionis actus. ſecūdò, eius effectus, ibi:* Et audiuit. *Circa primū dicitur.* 8 Popul⁹ iſte dicit, &c. *Hoc dicebant pp impedimenta ſuperuenientia a Deo permiſſa, vt dictū eſt: ſed hoc nō valebat. Deus. n. aliquando permittit in opere ſibi placito impedimenta occurrere, vt maius meritū habeatur in maiori labore. Iō ſubditur.* 9 Nunquid tēp. &c. *i. vt faciatis ędificia curioſa.* 10 Et domus, &c. *Quaſi diceret: Nō: quod probat per effectū.*

Tēpli reſtauratio.

Ioſephus.

✠ Ponite

MORALITER.

8 *Populus iſte dicit, &c.* Prophetat ad literam contra eos q negligebant opus domus domini, & de proprijs negotijs erant valde ſolliciti: per quos myſticè ſignificantur illi prelati qui de ſpirituali ędificio eccleſię, quod fit per ſanam doctrinam, & bonam vitam, parum curant: & de leuandis pecunijs magnam ſollicitudinem habēt. Sed quoniam aliqui doctrinæ, & prædicationi intendunt ſollicitè, principaliter propter quęſtum vel famam hominum, ideò ipſis dicitur. † Semi-

in valle poſitis, & mea domus quæ in monte eſt deſerta
A erit? Vel, *vt habitetis in domibus laquea*. i. ornatis, & delitioſis, & ſanctaſanctorum pluuijs, & iniurijs omnib. patebunt.
✠ Remig. Contra hoc quod populus dicebat, profertur reſponſio, dicẽdum ergo quod nec tempus eſt, vt vos habitetis in compoſitis, & ornatis domibus, quæ non ſolũ ad vſum ſunt, ſed etiam ad delitias: & dicitis nondum eſſe tempus, vt mea domus reædificet, in qua fuerant, & ſanctaſanctorũ, & Cherubin, quę tũc ſqualet ſolitudine, torretur æſtu, perfunditur pluuijs.

vel ſuauitate. Sanctus vero vſque ad ſatietatem comedet.
c *Operuiſtis vos, &c.* Qui habet pallium, i. occultam ſcientiam myſteriorum Dei, ſenſibus verbiſque contextum, non ſinit feruentes ſpiritu amittere dilectionis calorẽ, & pati frigus. Qui verò adeo feruet, habet quidem pallium ſenſuum, & operũ ſuorum, ſed nõ calefit, nec totus cooperitur. Qui verò propter animę paupertatem non habet pallium: quia ex multiplicata iniquitate charitas in eo refrixit, ideò frigore perit.

a ¶Abſque mora præcepta mea in opus vertite. ¶ b Cuius non leue eſt imperium. c ¶ Quæ hucuſque per diuerſa vitia diſtrahebantur.
deſerta? Et nunc hęc dicit dominus exercituum: Ponite cor- 1
a ¶ In memoriam reducite quæ feciſtis, & quæ paſſi eſtis. b ¶ In horrea
da veſtra ſuper vias veſtras. † Seminaſtis multum, & intuliſtis 2
a ¶ Minus recepiſtis quam ſeminaſtis. b ¶ Ne quis dicat voluntarium fuiſſe ieiunium. c ¶ Quia paruos fructus habuiſtis.
parum. Comediſtis, & non eſtis ſatiati. Bibiſtis, & non eſtis †
a ¶ Exhilarati. b ¶ Habuiſtis pallium, ſed quod nec repelleret frigus, vel ſeruaret calorem. c ¶ Si quis, vel negotiatione, vel mercenaria manu mercedes congregauit, illæ pecuniæ ita defluunt, ac ſi mitterentur in ſaccum pertuſum
inebriati. Operuiſtis vos, & non eſtis calefacti. Et † qui mer- † † † 3
a ¶ Idem dominus ad idem quod ſupra is hortatur.
cedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum. Hæc di- 4 †
cit dominus exercituum: Ponite corda veſtra ſuper vias ve- †
ſtras. Aſcẽdite in montem, portate ligna, & ædificate domũ, 5 †
& acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit dñs. Reſpexi- †
ſtis ad amplius, & ecce factũ eſt minus. Et intuliſtis ĩ domũ & †

Hieron. Remig. Omne tempus quo in valle, i. in vitijs, & luxu ſæculi
B habitare eligimus, quaſi nihilum reputatur, & nõ inuenit in nobis Deus vbi caput ſuum reclinet.

+Deut. 13. d. Mich. 6. d. — Luc. 9 g. — Eccl. 31. d.

d *Et qui mercedes congregauit, &c.* Qui operatur bona quę remuneratione digna ſunt, & bona bonis adiungere non deſiſtit, mittit mercedes in ſaccũ non pertuſum. Qui verò priora bona vitijs ſequentib. ſordidat, in ſaccum congregat pertuſum.
e *Ponite corda veſtra, &c.* Mentiũtur Hebræi ſola tantum ligna ad congregandum fuiſſe neceſſaria, ſtantibus muris templi poſt incendium.

a *Ponite corda.* Nihil ſine conſilio, & præcogitatione faciatis, ſed lux diuinæ legis luceat ante pedes veſtros.
✠ Remig. Quia dicitis: *Nondum venit tempus, &c.* conſiderate quæ feciſtis, & quæ paſſi eſtis. Omnis enim labor veſter nullum potuit habere prouentum. Multominus quã ſeminaſtis collegiſtis. *Comediſtis, & non eſtis ſaturati.* Nõ tantum poteſtis dicere voluntarium fuiſſe ieiunium: ſed quia paruos fructus congregaueratis in horrea. Vinum bibiſtis, ſed non tantum quod ſuffecerit ad exhilaranda corda potantium. Ipſe quoque veſtitus nõ potuit pellere frigus, aut calefacere. Si quis etiam mercedes congregaſſe, ſiue negotiatione, ſiue mercenaria manu fruſtra laborauerat, quia omnes pecuniæ defluxerunt, veluti in ſacculum pertuſum miſſæ.
C
Paſtoralis 3. parte admonitione 22. ✱ Grego. Plerunque quanta tribuunt quidam penſant, quanta autem rapiunt conſiderare diſſimulant. Quaſi mercedem numerant, & perpendere culpas recuſant. Audiant quod ſcriptum eſt: *Qui mercedes congregauit, &c.* In ſacculo quippe pertuſo videtur quãdo pecunia mittitur, ſed quando amittitur non videtur. Qui ergo quanta largiuntur aſpiciunt, ſed quanta rapiunt non perpendunt, in pertuſo ſacculo mercedes mittũt: quia profectò has in ſpem ſuæ fiduciæ intuentes congerũt, ſed nõ intuentes perdũt.
Hieron. Remig. b *Seminaſtis multum.* Non ideò venit fames, quòd agricola ceſſauerit ab agricultura.
Myſticè. Qui de Babylone reuerſi ſunt, & ædificationẽ domus Dñi differunt, dicentes: Nondum eſt tempus ædificandæ domus domini, nec captiui ſunt, nec plenè liberi, ſed velut in medio poſiti. Seminant & parum metunt, quia ſi inter multa peccata aliqua iuſta opera faciunt, nõ eſt Deus iniuſtus, vt propter multa mala paucorum bonorum obliuiſcatur, ſed faciet eum metere, & in horrea congregare, quæ in bona terra ſeminauit. Qui penitus nihil operatur, nil comedit, ſed fame perit. Qui verò ſeminat multa, & infert pauca, parũ comedet non in ſatietate vel

Myſticè. Poſtquam poſita ſunt corda ſuper vias præcipimur aſcendere in montem, i. in altitudinem diuini ſermonis, vt ex eo prędicamus nobis ligna, i. teſtimonia, & varia virtutum genera, ad ædificandam in nobis domum ſapientię, vt Deo placeat, & glorificetur in nobis.
Conſiderate cuncta quæ geritis, & relinquentes ſtudiũ domorum veſtrarum humilium, aſcendite in montem, vbi ſunt ligna quæ non comburantur, ſed ad opera domus meæ proficiant, & vt hoc libentius agatis, ſcitote quòd in his mihi placebitis.
✠ Remig. Aſcendite in montem Libanum, præſcidite ligna, & ædificate domum meam: & erit mihi acceptabilis. Dicam, & aliud quod vobis accidit. Quum iam metẽdi tempus extaret, & frumenta vos in manib. tenere putaretis, meſſuiſtis vacuos culmos, & inanes ſtipulas ſine granis congregaſtis. Sed & hoc quod de magnis aceruis modicum fuerat electum, quum intuliſſetis in domos veſtras, *ex ſufflaui*. ideſt, mea virtute diſperſum, & ad nihilum redactum eſt.
f *Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum, &c.* Sæpe multa bona de multis ſperantur, quorum doctrina, & conuerſatio bona videtur. Sed vbi tempus meſſium venerit, i. cum tempus docendi habent, & exemplo vitæ alios inſtruendi oportunitatem conſequuntur, vel parum vel nihil eſt in eis inuentum, & ſurrepente paulatim negligentia, hoc parum quod videbantur habere, perdunt. Quod ideò eis euenit, quia in priſtinis domibus ſuis ſecuri fuerunt, & non aſcenderunt in montem ſcripturarum, nec ſe in domum domini extruxerunt.
g *Et intuliſtis domũ, &c.* Ecce aliud incõmodum quod cõtigit differentib. ędificationem, cum iam tẽpore meſſis putarẽt ſe tenere frumẽta in manibus, vacuos culmos ſine frugibus

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. *i. cogitate de operibus pro veſtris neceſſitatibus, & iumentis defectum notabilem propter operis templi negligentiam, vt habetur infra. ideò ſequitur.*
2 Seminaſtis multum. *ſ. reſpectu fructus inde ſequentis, ita quod non habuiſtis cibum ad ſufficientium, nec potum, nec operimentum.*
3 Et qui mercedes congregauit. *vt inde lucraretur.*
4 Miſit eas in ſacculum pertuſum. *i. parum aut nihil habuit inde lucrum propter negligentiam ædificandi domini templi Ideo conſequenter inducit ad hoc ædicandum dicens.*
5 Aſcendite in montem, &c. *ſ. Libani, vbi erant ligna huic ædificio apta. Cætera patent in litera vſque ibi.*
✠ Et

MORALITER.

† 2 *Seminaſtis multum, & intuliſtis parum.* quia cupiditas, & vana gloria abſtulerunt fructum.
† *Comediſtis, & non eſtis ſatiati.* in comparando vobis curioſa, auditoribus placita, quę mentem non reficiunt, ſed famelicam relinquunt: eò quòd talis ſcientia inflat, & non ędificat.
† *Bibiſtis, & non eſtis inebriati.* nam aqua ſapientiæ terrenæ ſitim non ſedat, ſed magis augmentat.
† *Operuiſtis vos.* verborum curioſitate.
† *Et non eſtis calefacti.* charitate.
† *Et qui mercedes congregauit.* i. opera bona de genere.
4 *Miſit eas in ſacculum.* propter defectũ intentionis rectæ
† *Hæc dicit do.* Hic inducit ad ſpirituale ędificium domus Dei di.
† *Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras.* ad Dei opera dirigedo. Et ſubdit modum di.
5 *Aſcendite in montem.* ſ. perfectionis vitæ.
† *Portate ligna.* ideſt ſacra verba & exempla ad ædificationem eccleſię.
† *Et acceptabilis mihi erit.* ſ. ędificatio veſtra. Et reuertitur ad arguendum negligentiam priſtinandi.
† *Reſpexiſtis, &c.* Et eſt eadem ſententia cum illa quę poſita eſt parte pręcedenti. Et ſubditur pœna cum dicitur.
† Pro

a ¶Hæc mala contingunt vobis.
exſufflaui illud: quam ob cauſā dicit dominus exercituū.
a ¶Et vos habitatis vnuſquiſque in domo ſua.
Quia domus mea deſerta eſt, & vos † feſtinatis vnuſquiſq; 1
a ¶Non ſolum non dant pluuiam ſuam, ſed nec nocturnum rorem vt ſaltem modico humore, agri temperentur.
in domum ſuā. Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cęli 2 3
a ¶Quæ ſponte ſolet gignere, auaro ſinu credita retinet.
a ne darēt rorem, & terra prohibita eſt ne daret germē ſuū. †
a ¶Vrentem ventum. Lxx gladium, quod melius.
b ¶Super montes vocatur ſiccitas, ne proferant triticum, vinum & oleum, vel quæcunque humus ſponte generat.
b Et vocaui ſiccitatē ſuper terram & ſuper montes, & ſuper †
triticum, & ſuper vinum, & ſuper oleum, & quæcūq; pro-
a ¶Præcedente fame, conſequenter ſuper homines, & iumenta mors venit.
b ¶Idest, vrens ventus omnia conſumit, quæ manus hominum laborauerunt.
fert humus, & ſuper homines, & ſuper iumēta, & ſup om- 4
a ¶Illi qui veniūt in virū perfectū, audiūt, obediunt, non timent, quia charitas foras mittit timorē.
c nem laborem manuum. Et audiuit Zorobabel filius Sala- 5
thiel, & Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus, & oēs reli-
quiæ populi vocem Dei ſui, & verba Aggæi prophetæ, ſi-
a ¶Qui non peruenerunt in virum perfectum.
cut miſit eum dn̄s Deus eorum ad eos, & timuit populus
a ¶Sciens quia facies domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoria eorum.
b ¶Vnus de nuncijs, propheta de prophetis.
d a faciē dn̄i. Et dixit Aggæus nuncius dn̄i de nuncijs dn̄i 6
a ¶Non loquitur ad Zorobabel, vel Ieſum, cum quibus & in quibus ſemper erat, ſed populo timenti qui accepit mercedem pro timore Dei, vt dn̄s ſit cum eis.
e f populo, dicēs: Ego vobiſcum ſum, dicit dominus. Et ſuſci
a ¶Quaſi prius dormientem. 7
b ¶Non corpus, non animam, ſed ſpiritum, qui magis ſcit ædificare templum domino. 8
tauit dn̄s ſpiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, &
¶Vt regnum & ſacerdotium Deo ædificarent templum.
ſpiritū Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni, & ſpiritū reli-

frugibus congregabant, & illud tantillum quod ſupererat inferebāt in domum, ſed Dei virtus exſufflabat. i. ad nihilum redigebat, quia folliculi vacui, & frumentū vacuum farinam non habebat.

a *Rorem.* Myſticè. Ros eſt cæleſtis gratiæ benedictio, quę nō de aere, vbi multæ perturbationes ſunt, ſed de celo deſcendit ad rigandas animas iaculo diaboli vulneratas, vel in perſecutione æſtuantes.

b *Et vocauit ſiccitatē ſuper ter.* quidquid ſine autoritate ſcripturæ, quaſi apoſtolica traditione ſpōte confingunt hæretici, percutit gladius Dei.

✠ Remig. Non ſolum inquit, cæli nō dederunt pluuiam ſuā, ſed ne rorē matutinū quidem, vt arētes agri modico ſaltē humore tēperarentur. Vocatur aūt inde ſiccitas primo ſuper terrā, deinde ſuper oīa quæ profert humus, ad vltimū ſuper hoīes & ſuper iumenta: Quia pręcedente fame profectò ſuper homines, & ſuper iumēta mors venit, ſicq; idem gladius quæcunque manus hominum laborauerat, conſumit.

Myſticè. Gladius vel vrens ventus, ſermo Dei, acutior omni gladio, qui aridam terram. i. negligentem animā, & in concauis habitantem, ne fructū ferat, diſpergit. Vocatur & ſuper montes, qui contra ſcientiam Dei ſe eleuant. Deſtruit etiam triticum vinum oleum, quib. quaſi cibo & potu hæretici deceptis populis blandiūtur: Panis eorum panis doloris, vinum eorum fel draconū, oleum eorum quod impinguat caput peccatoris. Per homines & cogitationes eorum, vel per homines docti, per iumēta indocti, qui cum operibus manuum. i. ieiuniis & varijs obſeruationibus pereūt. Poſſunt hæc intelligi de malis doctoribus eccleſię, qui carnalia quærentes, nec in ſe nec in alijs domum Dei dirutam quærunt reædificare, ſed multos verbo & exemplo ſcandalizant.

c *Et audiuit.* Per Zorobabel & Ieſum ſignatur vnus Chriſtus rex & ſacerdos, & ideo illi non timent, ſed ſolus populus, timet.

d *Et dixit Aggæus.* Hierony. Quidam putant Ioannem Baptiſtam, & Malachiam, qui angelus domini interpretatur, & Aggæum fuiſſe angelos, & ob diſpenſationem iuſſu Dei aſſumpſiſſe humana corpora, & inter homines conuerſatos. vnde dicunt Ioannem Baptiſtam ad vocem Mariæ in vtero matris exultaſſe. Nos verò dicimus nuncium Dei, i. angelū, qui Hebraicè Malachi dr̄, prophetam appellari quia Dei voluntatem nūciat hominibus. Luc. 1. d

e *Ego vobiſcum ſum dicit dominus.* Ego ero veſter adiutor: Aedificate domum meā quæ in vobis eſt deſtructa, me in medio veſtri conſtituite, nemo ędificationem veſtram poterit prohibere. † feſtinaſtis.

f *Et ſuſcitauit dominus ſpiritum, &c.*

✠ Remig. Suſcitatur ſpiritus Zorobabel, & Ieſu ſpiritus, vt regnum & ſacerdotium ędificarent tēplum. Suſcitatur ſpiritus populi, i. deuotio animi & voluntas, vt faceret quod præceperat Dominus. Ingreſſi ſunt, quia foras exierāt, ideſt, ſuimet obliti erant, ſicut prodigus filius, de quo dicitur, quod in ſe reuerſus eſt, quando decreuit ad patrem redire. † reliqui. Luc. 15.

Iam verus Zorobabel de genere Dauid, & Ieſus ſacerdos in æternum, ſuſcitatus eſt virtute patris, quo adiuuante debemus ſuſcitari ad ædificandam ſpiritualem domum Dei. In quam ingreſſi ſpirituales hoſtias offerre debemus, & opera digna templo Dei facere debemus, quæ tamen facere non poſſumus, niſi prius dominum timuerimus. Quia verò in ſeculo ſumus, & ſub Dario generationi coniugijſq; ſeruientes ædificamus, ideo ſex 10 numero quo factus eſt mundus, & ſecundo anno qui diuiditur ab vnitate, ingredimur domū Dei. Cum vero in ſenario factus ſit mundus, duplicari oportet ſenariū, vt reędificetur mundus, & ſic in duo denario eſt ſobolis humanæ reparatio, quę vt de vtroq; populo facta oſtendatur, duodenarium duplicamus, & ſic in viceſimaquarta die ædificata eſt eccleſia, tam de Gentib. quam de circūciſione. Vel octonarius ad circuncisionem, ternarius ad fidem trinitatis refertur. Per fidem trinitatis fit vera circunciſio viciorum. Ideo multiplicato octonario per Hieron. Ruper.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vos feſtinatis vnuſquiſque in domum ſuam, *ideſt, cum magna diligentia intenditis vtilitatibus veſtris. Et quia non valet talis diligentia ſine Dei prouidentia, ideo ſubditur.*

2 Propter hoc. *ideſt, propter nimiam diligentiam in operibus veſtris & negligentiam in diuinis.*

3 Super vos. prohibi. ſunt cæli, &c. *ſufficientem ad terræ fæcundationem, & per conſequens impedita ſunt terræ naſcentia, & per conſequens homines, & iumenta ſufficiens nutrimentum non habentia: quod requiritur ad multiplicationem hominum & iumētorum, quia ſemen eorum eſt de ſuperfluo alimenti. Virtus enim nutritiua materiam miniſtrat generatiuæ, 2. de anima.*

4 Et ſuper omnem labo. &c. *quia homines non poſſunt bene laborare niſi habeant ſufficiens nutrimentum.*

5 Et exaudiuit Zoro. *Hic conſequenter ponitur argutionis effectus, quia ad vocem prophetæ dux populi & ſacerdos magnus, & conſequenter totus populus conceperunt voluntatem & conſtantiam ædificandi domum domini. Et patet litera paucis exceptis quæ diſcurrentur.*

6 Et dixit Ag. *i. de numero prophetarum à Deo miſſorum.*

7 Ego vobiſcum ſum. *paratus vos auxiliari in ędificio tēpli.*

8 Et ſuſcitauit dominus ſpiritum. *ideſt, voluntatem & conſtantiam ad ædificandum.*

✠ In

MORALITER.

† 2 *Propter hoc ſuper vos prohibiti, &c.* ideſt, angeli, qui ſunt ciues cæli retraxerunt a nobis auxilium ſuū, ſicut Ierem. lj. dicitur in perſona angelorum. *Curauimus Babylonem, & non eſt curata: derelinquamus eam.*

† *Et terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum.* Per terram ſignificantur laici terrenis intenti, ipſi vero frequenter retrahuntur a bono propter malitiam cleri.

*Et vocaui ſiccitatem ſuper terram & ſuper montes, &c.* quaſi dicat, propter hoc venit defectus deuotionis in paruis, mediocribus & magnis.

5 *Et audiuit Zorobabel, &c.* Per hoc autem qđ principes & pōtifex primò acquieuerunt monitioni prophetę, & alij conſequenter, vt hic dicitur, oſtenditur, quod quando principes & plati incipiunt bonū opus, alij de facili eos conſequuntur ideo ſequitur: *Et faciebant opus in domo domini.*

*Et* † *In*

per ternarium in viceſima quarta die ædificamus domũ.

a *In die viceſima*. Eodem anno Darij & eodem mẽſe qui in principio poſitus eſt, ſed nõ eodẽ die. Ibi enim dr̃: In vna

a ¶ Fortes enim fuerant. b ¶ Quod dignum erat penetralibus domus Dei.

quorũ de omni populo, & ingreſſi ſunt, & faciebãt opus
a in domo domini exercituũ Dei ſui, in die viceſima & quar 1
ta menſis, in ſexto menſe, in anno ſecundo Darij regis. 2

die mẽſis: hic dr̃ in viceſimaquarta: vt iter primũ diẽ quo dñs loquitur per Aggeũ, et viceſimũ quartũ, quo ingreſſi ſunt. 22. dies medij fuerint quib. timuit populus dñm

NICOLAVS DE LYRA.

1 In die viceſima. *Poſtquam reprehenſa eſt populi negligentia, hic conſequenter confortatur eius ſequens diligentia. Et diuiditur in duas partes. quia primo confortatur de operis profectu, ſecundò, de Chriſti aduentu, ibi:* Nolite timere. *Circa primum ponitur primò cõtinuatio reſpectu prædict, ſecundò executio propoſiti, ibi:* In ſeptimo. *Circa primũ dicitur:* In die viceſima & quarta, &c. *Immediatè enim præmiſerat propheta:* Et faciebãt opus in domo dñi exercituum Dei ſui. *& non dixerat quo tempore incœperant illud opus, ideo hic manifeſtat quantum ad annum, cum dicitur.* In anno ſecundo Darij: *& quantum ad menſem, cum dicitur.*

2 In ſexto menſe. *Et dicunt aliqui, quòd iſte fuit menſis Septembris, quia ſecundum eos primus menſis apud Hebræos eſt Aprilis. Sed vt ſupra fuit Gen. 7. & Exo. quòd primus menſis apud Hebræos eſt Martius, tamen aliquando concurrit cum Aprili noſtro, quia faciunt menſes per lunationes: & ſecundum hoc iſte menſis eſſet Auguſtus, qui eſt ſextus à Martio. Sed quia 24. dies Auguſti non eſt tempus in quo ſolent ædificia magna inchoari. ſed magis circa principiũ veris: & adhuc minus eſt apta. 23. dies menſis Septembris, ideo aliter dicendum, quòd licet Martius ſit primus menſis apud Hebræos, ſecundum ordinem feſtorum per anni circulum, tamen September eſt primus ſecundũ ordinem negociorum: quia eſt primus ſimpliciter ſecundum eos, eo quòd in ipſo fuit creatus mundus, ſicut declaratum fuit diffuſius Gen. 7. Et ſecundum hoc menſis ſextus hic accipitur Februarius, cuius 24. dies eſt in principio veris, quæ eſt tertia dies eius, et in illo tẽpore ſolet materia diſponi ædificiorũ in vere exequẽdorũ*

CAP. II.

a C A P. I I.

IN ſeptimo menſe viceſima & prima men 1
a ¶ Operando merebatur, vt in co ſermo Dei amplius fieret.
ſis, factum eſt verbum domini in manu
Aggæi prophetæ, dicens: Loquere ad Zo- 2
robabel filium Salathiel ducem Iuda, &
ad Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem ma-
a ¶ Qui viderunt antiquam domum Dei, & nunc intereſſunt reſtaurationi.
b gnum, & ad reliquos populi dicens: Quis in vobis eſt dere- 3
lictus, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima? Et † 4
a ¶ Quaſi nihil ad comparationem prioris.
quid vos videtis hanc nunc? Nunquid non eſt ita, quaſi non 5
a ¶ Sed nolite deſperare.
ſit in oculis veſtris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit
dñs, & confortare Ieſu fili Ioſedech ſacerdos magne, & con- 6
fortare omnis populus terræ, dicit dñs exercituum, & faci-
a ¶ Opus in mea domo b ¶ Pater
tẽ: quoniam ego vobiſcũ ſum, dicit dominus exercituum.

Hieronym. Remig. Ruper.

IN *ſeptimo mẽſe*. Eodem anno, ſed in menſe ſeptimo in quo ſũt ſolẽnitates Dei viceſimaprima die mẽſis. i. trib. hebdomadib. cõpletis, B & perfecta reqe in myſterio trinitatis, tertiò fit verbũ Dei † qualem ad Aggeũ qui ſemp ad hoc laborabat, vt ſermo domini in eo fieret. Fit ſermo Dei ad eos qui cœperãt operari in domo Dei iam in requie, i. in mẽſe ſeptimo, & in pleno Trinitatis ſacramẽto. i. 21. menſis ad Aggæum feſta Dei celebrantem: ad Zorobabel filium Salathiel, qui pro nobis homo fieri dignatus eſt, & ſacerdos, & ad reliquos populi. Ad comparationem totius mundi, parua pars fuit in principio credentium.

b *Quis in vobis*. * Remig. Clementiſſimè cõſolatur Deus populum, qui priorem domum in ſua gloria viderant, in cuius cõparatione hęc videbatur quaſi non eſſe. Cõfortamini inquit, & nolite manus ſubmittere. *Ego enim vobiſcum ſum*. Ego omnipotens locutus ſum, cuius dixiſſe feciſſe eſt: & illa implebo quæ vobiſcum pepigi, cum vos de Aegypto eduxi: *& Spiritus meus*, ideſt, maieſtas diuinitatis meæ: ſiue Spirituſſanctus, cuius eſt omnis conſolatio, vnde & paraclitus vocatur, *erit in medio veſtrum*. Eſt autem hic cõmemorata Trinitas. Filius enim eſt qui dicit: C *Ego ſum vobiſcum*. Pater: *Ego omnipotens loquutus ſum. Spiritus:* inquit, *meus erit in medio veſtrum*.

L. ad Serapionem. Iſa. 45.

* Athanaſius. En tibi apud Eſaiam ſcriptum eſt, *Dominus miſit me; & Spiritus eius*. Atque itidem apud Aggæum, Ego vobiſcum ſum ait Dominus omnipotens, & Spiritus meus in medio veſtri. Hic apud vtrumque prophetam de ſolo Domino, & Spiritu mentio habita eſt. Quid mihi iam dicent? &c. Sancta enim & beata Trinitas, indiuiſa eſt, & vnita in ſe & vbicunque pater dicitur, vna eſt cum eo & ipſius verbũ, & in filio Spiritus. Quon-

Quondã fuit Iudæa domus Dei ſeruiens vni Deo ſecũdũ præcepta legis & dilecta ĩ patribus Abraham, Dauid & cæteris: ſed iã excæcata cępit eſſe nõ dilecta, nec populus Dei. Hæc domus in cõſpectu Chriſti & populi credentis reputatur quaſi non ſit. Prouocatur ergo Chriſtus, vt regnũ ſuũ et ſacerdotium corroboret. Vocat ergo et populus qui cõcauis terrenorũ habitabat, vt faciat opus ſpirituale ĩ domo Dei, et ſciat Deum eſſe præſentem ſibi, & facientem ſpiritualiter in ipſis: quod quondam in figura paciſcebatur de Aegypto egredientibus. Promittit etiam ſpiritum ſuum adiutorem eorum qui operantur in domo ſua, implent ſermonem pacti ſui. Moui cælum, quando de cælo audita eſt vox mea: & terram, quando priori populo dedi teſtamentum: & in aduentu meo caligo, turbo, tenebrę, cernebatur. Moui mare, quando præſtiti viam populo tranſeunti. Moui aridam. i. Aegytum per plagas, cùm eſſet à cultu Dei vacua, vel ſolitudinem quam populus 40. annis circumiuit. Et qui hæc feci in datione veteris legis, adhuc mouebo cœlum & terram tempore paſſionis. Cęlum quando ſole obſcurato, *tenebræ factæ ſunt*. Terram, *quando petræ ſciſſę ſunt, & monumenta aperta ſunt*. Mare, interfecto dracone qui in eo erat. Aridam, infructuoſam Gentium multitudinem: Et illis commotis mouebo ad fidem omnes Gentes, quia *in omnem terram exiuit ſonus eorum*. Et hoc erit, quando veniet deſideratus cunctis Gentibus. In cuius aduentu implebitur eccleſia gloria maiore quã fuit in ſynagoga, ſicut maior eſt Chriſtus filius in eccleſia, quã Moyſes ſeruus in ſynagoga. Et hæc gloria dabitur per argentum. i. eloquia ſcripturarum, & aurum, ideſt, occultũ ſenſum, qui verſatur in pectore ſanctorum.

*Quis in vobis eſt, &c*. Fuit olim in Iſrael domus Dei, quã tũ ita

NICOLAVS DE LYRA.
CAP II.

* IN ſeptimo menſe. *Hic conſequenter exequitur propoſitum, circa quod primò ponitur tempus cum dicitur,* In ſeptimo mẽſe *ſecundò ſubditur confortatio operantium, cum dicitur.*

2 Loquere ad Zoro. *dirigendo primò ſermonem ad principales, & ſecundò ad totum populum.* 3 Quis in vo. &c. *ſ. in vita. Qui vidit domũ iſtam à Salomone ædificata, nunc tamẽ deſtructã?*

4 In gloria &c. *ſ. tempore Sedechiæ. Viuebant enim adhuc aliqui reuerſi de captiuitate Babylonica, qui tempore Sedechiæ viderant templum à Salomone ædificatum, antequam deſtrueretur per Nabuzardam, vt habetur. j. Eſd. iij.* 5 Nũquid nõ eſt ita. *q.d. Sic, quia redeuntes de Babylone, ſtatim incœperunt reædificare templum, ſed impediti ab aduerſarijs modicum fecerunt vſque ad ſecundum Darij annum, ita quòd illud quaſi nihil erat computandum.* 6 Et nũc cõf. *quaſi diceret proficientis in opere mea aſſiſtentia*

*M O R A L I T E R.*

† 1 *In ſeptimo men.* In hoc capitulo ſecundum ſenſum literalem deſcribitur profectus ædificationis domus Dei per Zorobabel & ſocios eius. Myſticè verò ſignificatur profectus eccleſiæ per Chriſtum, qui vocatur Zorobabel in fine huius capituli, & per Chriſti diſcipulos. Circa quod ſciendum, quòd domus prima ædificata per Salomonem, ſignificauit ſynagogam, cuius legiſlator fuit Moyſes. Secundo vero domus ædificata per Zorobabel ſignificat eccleſiam, cuius legiſlator fuit Chriſtus: propter quod eccleſia dignior eſt ſynagoga, quantò Chriſtus dignior eſt Moyſe. Et hoc declarat apoſtolus Hebr. iij. a. *Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus habitus eſt, &c*. Et ideo de aduentu eius ſubditur.

ita deſerta erat, vt in aſpectu videtium reputaretur quaſi non fuerit. Quod non ſolū de ædificijs templi dēt accipi, ſed de omnibus quæ quondam præclara habuerūt Iudei.
a *Et ego mouebo cælum & te.* Quando dedi primū teſtamē tum in Sina, Moui celū & terrā, & mare rubrum & deſertū, vt vobiſcū ponerē teſtamentū: nunc aũt polliceor, ꝙ adhuc ſemel mouebo cœlum & terram, vt illis commotis moueantur omnes Gētes: & tūc veniet deſideratus cūctis Gētibus .i. Saluator: & tūc implebo domū iſtā maiore gloria quàm prius.

✻ Remig. Ego itaque q illa feci tunc, adhuc mouebo ipſa elementa, ꝙ factū eſt in aduentu Domini: nā tēpore paſſionis eius motū eſt celū, qñ Sol obſcuratus eſt, & tenebræ factæ sūt ab hora ſexta vſq; in horā nonā. Terra mota eſt cū ſaxa ſcinderentur, ſepulchra pateſcerent, ipſa quoq; terra tremuit.
b *Et veniet deſideratus cunctis gentibus, &c.* ✻ Remig. Manifeſtum eſt aduentum Chriſti prænunciari, qui deſiderabatur & expectabatur vt redimeret gentes in quem vt apoſtolus Petrus inquit, *angeli deſiderant proſpicere.*
c *Et in loco iſto.* Quia ad ædificationē inclytæ domus nihil tantum valet quantū pax. ſpondeo pacem dandā in loco iſto: *quæ exuperat omnem ſenſum*, ſit locus meus.
d *Noni menſis.* Hic numerus nunquam in bono accipitur: Omnis ſolennitas finitur octauo die, nec ad nonū peruenit. Ieruſalē apud Ieremiā nono menſe à Babylonijs expugnaē. Quia ergo de immūdicia populi, prophetia erat futura, ſecundo anno Darij iūgitur nonus mēſis: ſed quia datur locus pœnitētię poſt correctionē immūditiæ, die 24. fit ſermo dñi ad Aggæum, vt quaſi ex perſona domini q̄ſtionē à ſacerdotib. ſciſcitetur ex lege venientem.

Phil. 4. d.

Nonus numerus.

Heb. 12. g.

Viginti ꝑ quaternariū multiplica & erūt octoginta, qui numerus bis hēt 40 quadragenarius verò pœnitētiā notat, quę non ſolū debet eſſe corporis, ſed et ſpiritus, ꝙ octogenarius prætendit.
e *Ad Aggæum.* Non in manu Aggæi vt ſuprà. Ibi. n. profectū habebat & tū munda opera, Cor verò eius necdū plenam ſapientiā receperat. Vel quia adhuc habitabat inter eos qui dicebāt: *Nōdum venit tempus do. do. ædi.* In operib. tamen eius factus eſt ſermo dñi. Nunc verò iacta ſunt fundamenta tēpli: & ingreſſus populus cum principibus, facit opus Dei, & audit myſteria. Mouebo omnes Gentes, & plenus eſt vaticinio, & ideò ad totum Aggæum fit ſermo.

¶ Filios.
Verbum quod pepigi vobiſcū cùm egrederemini de terra 1
a ¶ Sanctus. ¶ Ego qui iubeo omnipotens ſum cui id d cere eſt facere. 2
b ¶ Medius veſtrum ſteti, quem vos neſcitis.
Aegypti & ſpiritus meus erit in medio veſtrū. Nolite time- 3
re: quia hæc dicit dñs exercituū: † Adhuc vnum modicum 4
a ¶ Tempore paſſionis ſol obſcuratus eſt.
a eſt, et ego commouebo cęlū & terram & mare & aridā, & 5
a ¶ Contrarias pote tates ſp'e idorem domini ſuſtine e non valentes. 6
b moue bo omnes Gentes, & veniet deſideratus cunctis Gen- 7
a ¶ Ne puteris ſponſorem in numum. 8
tibus. Et implebo domū iſtam gloria, dicit dñs exercituū. 9
a ¶ Idest, omnes ope, quas ego donabo vobis in ornamentum templi, vt gloria huius domus ſit maior quam prioris.
Meum eſt argentum, & meū eſt aurū, dicit dñs exercituū. 10
Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſq̄ primę di 11
¶ Quæ exuperat omnem ſenſum 12
c cit dñs exercituū. Et in loco iſto dabo pacē, dicit dñs exer- 13
¶ Vt ſupra ¶ Vt ſupra.
d cituū. In viceſima & quarta noni mēſis in anno ſcdo Darij 14
e regis factū eſt verbū dñi ad Aggæum prophetā, dicēs: Hæc
a ¶ Sacerdotis eſt, legem domini ſcir. & ad interrogationem domini de lege reſpondere, ſi ſacerdos eſt, legē ſciat domini, ſi igno at legē, ipſe ſe arguit nō eſſe ſacerdotē domini.
dicit dñs Deus exercituū: Interrogā ſacerdotes legē, dicens: 15

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Verbum quod pepigi vobiſcum. *cum patribus veſtris.*
2 Cum egrederemini de ter. Aegypti. *in ipſis: qa filij præexiſtūt in parētib. virtualiter ſeu originaliter. Promiſit. n. populo aſſiſtere, dū tamē ſeruiret ei fidel. ter, vt patet in Exo. & Deut. in plurib. locis.* 3 Nolite. ti. *Hic conſequenter ponitur populi conſolatio de aduentu Chriſti. Et diuiditur in duas partes, qa primò ponitur conſolatio populi de Chriſti aduentu. ſecundò, de multiplici terræ fructus, ibi.* In viceſima. *Circa primū dicitur.* 4 Adhuc v. *tēpus breue reſpectu precedentis durationis mundi.* 5 Et ego, &c. *iſtud fuit impletum, quādo ſtella noua in natiuitate Chriſti apparuit: Matth. 2.* 6 Et terrā, *ꝙ fuit impletum per victoriam Romanorū in omni terra, & in inſulis maris.* 7 Et mouebo, *& hoc fuit impletū imminente Chriſti natiuitate: propter ꝙ tunc exijt edictum à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis redactus ſub dominio Romani imperatoris, propter ꝙ ibant ſinguli ad ciuitatē ſuā, & tūc Chriſtus fuit natus, Luc. 2. ideo ſubditur.* 8 Et veniet. *i. Chriſtus pro ſalute omnium Gentium mittendus.* 9 Et implebo, *quia in templo per Zorobabel reædificato Chriſtus fuit à matre oblatus, & ibi plu ries prædicauit & multa miracula fecit: ex quib. domus illa fuit ſummè glorificata. Et huic dicto cōcordat expoſitio Rabbi Aaquiba, de quo dicitur in libro Canhedrin, qui apud Hebræos autenticus eſt: qui ſic exponebat paſſum iſtum.* Adhuc vnū modicum *eſt, ſ. regni venturi Iſrael poſt deſtructionē primę domus: & poſt illud regnū:* Commouebo cęlum & terrā, & mouebo omnes Gentes, & veniet *Meſſias: qa poſt paucos reges de genere Machabęorū Chriſtus venit tēpore Herodis, omnib. terris ſub dominio Romani imperatoris redactis. Ioannes. n. Hircanus Simonis Machabęi filius impoſuit ſibi diademа regiū: & durauit illud regnū vſq; ad Herodē, qui fuit alienigena: prout diffuſè declaratur in Scholaſtica hiſtoria.* 10 Meum eſt, *q. d. vobis prouidebo expenſis pro ędificio domus meę.* 11 Magna erit. *quā incœpiſtis reędificare.* 12 Pluſquam primæ. *per Salomonē ædificatæ: iſta verò gloria maior non pōt intelligi de ędificijs, nec de ornamentis ſeu diuitijs: iſta. n. modica fuerunt in ſecūda domo reſpectu primæ. Arca enim teſtamenti de qua ſummè gloriabātur Iudęi, fuit in prima & nō in ſecunda, ſecundū catholicos & Hebræos: & ideò in nullo pot. it dici gloria domus ſecūdę, maior gloria domus primę, niſi ex preſentia Chriſti, vt prędictū eſt qui eſt ſanctuſſanctorum. Dan. 9.* 13 Et in lo. *vnde nato Chriſto angeli cantauerunt:* Gloria in altiſſimis Deo, & in terra, *Luc. 2. Reſpondēt tamē aliqui Hebręi ad hoc, ꝙ iſta maior gloria intelligitur de annis, quia iſta ſecunda durauit. 410. annis, prima verò 410. Sed hoc non ualet: quia ſi computētur anni per tempora regū ab anno in quo Salomon cōſummauit tēplū vſq; ad deſtructionē eius per Nabuzardan, inuenitur an. 422. & ſic prima domus plus durauit quā ſecūda duob. annis. Deductionē autem huius omitto propter prolixitatē: Et quia poteſt faciliter videri diſcurrēdo per 3. & 4. Reg. quantum ad annos intermedios regū Iuda. Pręterea dato, ꝙ ſecūda domus duraſſet plus quā prima 10. an. vt iſti dicunt, iſta gloria quaſi nulla eſſet reputāda, maximè quia ꝑ plures annos iſta domus fuit vilificata tempore Antiochi, qui poſuit ibi abominādū idolū, vt habetur. 1. Mach. Et ideo alij exponūt de tēplo per regē Meſſiā ędificādo, quē Iudęi expectāt venturū. Sed patet falſum per hoc ꝙ hic dicitur:* Et implebo domū iſtā gloria. *Ex quo patet, ꝙ propheta loquebatur de domo quę ędificabatur, & quā digito oſtēdebat. Itē per hoc ꝙ ſubditur:* Iſtius domus nouiſſimæ: *ex quo patet ꝙ nō eſt alia tertia domus materialis expectāda. Ex hoc manifeſtè oſtēditur primus aduētus Chriſti cōpletus, qui prophetatur hic venturus domo illa ſtante & cū ſua preſentia glorificaturus. Ipſa autē deſtructa fuit per Romanos iam diu eſt. ſ. ano 42. poſt paſſionem Chriſti.* 14. In viceſima, *Hic conſequēter ponitur populi conſolatio de multiplicatione fructuū terrę: Et diuiditur in duas partes, quia primò oſtendit multiplicationē fructuum: ſecundo redit ad denunciandū Chriſti aduentum, ibi:* Et factum eſt. *Prima in duas, quia primò quędā parabola ponitur: ſecundo ad propoſitū applicatur ibi:* Et reſpondit. *Circa primum ponitur primò tempus determinatum, cum dicitur:* In viceſima & quar. die men. & c. *ſecūdò ſubditur parabola per modum interrogationis, cum dicitur.*
15 Interroga. & c. *quia ex officio tenentur ſcire eam.*

Diuiſio.

## MORALITER.

8 *Et veniet &c.* Quod fuit impletum, quando Chriſtus fuit oblatus in ea: & ſic modò impletur eccleſia gloria quotidie per oblationē Chriſti in ſacramēto euchariſtiæ.
10 *Meum eſt, &c.* Per aurum ſapientia, per argentum eloquentia deſignatur: quibus ornata fuit eccleſia in ſui principio, quando Spirituſſanctus deſcendit ſigno viſibili ſuper centū viginti credentes, replens eos auro ſapientiæ: & argento eloquentiæ, inta ntùm, quòd intelligebant ſacras ſcripturas lucidè, & loquebantur omnibus idiomate, vt habetur Act. ij. ideò ſubditur.
11 *Magna erit, &c. i. eccleſiæ.* 13 *Et in loco &c.* propter quod Chriſto nato pacem iſtam angeli clamauerunt dicentes: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*
15 *Interro. &c.* Hic ſecundum ſenſum literalem ponitur interrogatio & duplex reſponſio facta ad oſtendēdum, quod nulla oblatio extra domum ædificatam per Zorobabel eſſet Deo accepta: ideò ſequitur.

a Si tulerit homo carnē ſanctificatam in ora veſtimenti ſui, 1
a ¶ Aliquem coctum cibum ad comedendum.
& tetigerit de ſummitate eius panem, aut pulmentum,
aut vinum, aut oleum, aut omnē cibum, nunquid ſanctifi-
¶ Sanctificabitur, ſed ita manet vtrumque done, vt fuerat.
cabitur? Reſpondentes autem ſacerdotes dixerunt: Non. Et
a ¶ Qui contagione mortui immundus effectus eſt.
b dixit Aggęus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnib. his, 2
a ¶ Quorum princeps Ieſus per quem legem [illegible]uerant.
nunquid contaminabitur? Et reſponderūt ſacerdotes & di 3
a ¶ Polluitur tactu polluti. b ¶ Qui ſcit ſoleunitatum differentias, & ideo feſtinus appellatur.
c xerunt: Contaminabitur. Et reſpondit Aggęus & dixit? †Sic 4
a ¶ Qui immundus eſt in anima omne quod tangit, & quod offert mihi immundum erit. 5
b ¶ Gentiles & hæretici. c ¶ Quamuis hominibus ſui ſpecie ſancta videatur.
populus iſte, & ſic gens iſta ante faciem meam, dicit domi 6
a ¶ Vota, preces, ieiunium, eleemoſynæ, continentia etiam in corpore.
¶ Supradicta.
nus: & ſic omne opus manuū eorum, & omnia quæ obtu- 7
¶ Ad cogitandum.
d lerunt ibi, cōtaminata erunt: Et nunc ponite corda veſtra à 8
a ¶ Viceſimaquarta noni menſis. 9
b ¶ Cogitate etiam quæ retro geſta ſunt, quæ & quanta ſuſtinueritis vt cum poſtea proſpera euenerint, cauſam ipſorum per oppoſitum cognoſcere poſſitis.
diē hac & ſupra antequam poneretur lapis ſuper lapidē in
¶ Scilicet hoc cogitate.
a ¶ Vbi putabatis eſſe xx modios, vix mediam partem colligere poteſtis.
templo domini, † cum accederetis ad aceruū viginti mo- 10
a ¶ Viſis vineis oculis i. amphoras pollicebantur ſed nec medium habuiſtis. 11
diorum & fierent decem & intraretis ad torcular, vt ex-
primeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti.

a *Si tulerit.* Carnes oblatas in altari, alias ſacerdotes in abditis templi comedebant, alias propinqui eorum domi, alias qui de ſacerdotibus videbantur maculati, alias Iſraelitæ qui nullā habebant immundiciā. Immūdus verò dicebatur qui hominem mortuum tetigerat. Quamdiu.n. aīa eſt in corpore, corpus humanū nō eſt immundū, ſed quā cito anima recedit. Quærit autē propheta, ſi qlibet homo tulerit carnē ſanctificatā, & ligauerit eā in ſummitate veſtimēti, & ipſa ſūmitas tetigerit panē, vel aliqd quo poſſit homo veſci, nunqd ex illo tactu cib. ille ſanctificari B pōt? Reſpondetur, ꝙ nō ſanctificatur. Anagogice. Vir eccleſiaſticus q immolat agnū immaculatum & indutus eſt Chriſto, ligat ſāctā carnē in pallio, qn̄ de exteriorib. ſacramētis auditores informare intēdit. Et hoc pallio cōtingit, exponēdo diuinam ſcripturam. Quę eſt panis, cōfirmās cor hominis, & eſt pulmētum.i. coctio, ſicut ſunt apoſtolicæ epulæ, quæ condiunt, & decoquunt carnes veteris legis & conditas præbent eſui. Eſt etiā ſcriptura, *vinum lætificans cor hominis.* Eſt etiam oleum, *exhilarās faciem.* Eſt etiam cibus lactis, quo alūtur & paruuli, & alia huiuſmodi. Sed dum auditores per ſcripturam de exterioribus ſacramentis erudiuntur, non vt ſanctificatū cibum comedunt, quia interiori pinguedine ſacramentorum intus non reficiuntur. Ecōtra autor peruerſę doctrinæ quemcumque doctrina ſua inficit, immundum reddit. Habent autem & mali in doctrina ſua panem, ſed lu- C ctus: & vinū, ſed inſanæ ebrietatis, & oleum adulationis. Habent & pulmentum dum ad confirmationē ſuæ peruerſitatis, quaſi ad cōdimentum myſtica de ſcripturis interſerunt: Habent & alios cibos, i. diuerſos tractatus, quos quia ab immundis ſunt ſcripti, & immundo ore prolati, qui tetigerit immundus fit, & in eorum ducetur errorē.

† cum accederet quiſpiam ad aceruum frumenti quē putabat redditurū viginti modios, & reddebat tātum decem. Pſal. 103.b.

Alia quæſtio. b *Si tetigerit, &c.* Aliam quæſtionem proponit, quia ad priorem bene reſponderunt: & in hac facile poteſt capi imperitus: Poteſt enim videri vt ſicut nō ſanctificatur, ita nec contaminetur.

Hieron.

Remigi.

c *Et reſpondit.* De ſuperiori quæſtione tacens, de ſecunda ſui ſermonis contexit occaſionem: Sic populus iſte.

Iuxta literam o popule qui adhuc diruta domo in iā extructo altari offers hoſtias, & illis carnib. ſanctificari putas, ſcito te non tam his ſanctificari quam oīa opera cōtaminari, ex eo quòd tuam domum magis quam meā conaris conſtruere. Nec putat te ſanctum in altari oblatū dum in conuallibus habitas & mortuis operib. pollueris.

d *Et nunc po.* Quaſi dicat. Licet hęc polluta ſint q̄ obtuliſtis in altari nondū edificato templo, tamen ò popule hortor te vt ſenſu ad p̄terita reuertaris, q̄tis malis te afflixi antequā inciperes iacere fundamenta tēpli, vt cum recogitaueris mala quæ paſſus es pp deſtructionem tēpli, E poſtea ponas cor ad cogitāda bona quæ cęperis habere à prima die ędificationis, & q̄ in futurū plenius ſunt tibi danda poſt plenā ædificationem templi.

G Alleg. Vos qui credidiſtis in Ieſū conſiderate tempus quo in Gentilitate vitijs ſeruiuiſtis: nunc in vobis templum ædificaſtis, cuius fundamentum eſt Chriſtus, ſuper quod videat vnuſquiſque quomodo ſuperædificet. Cōſiderate quę antea paſſi eſtis cum accederetis ad aceruum 20. modiorū, quidquid ante Chriſtum videbamini habere virtutum & bonorum operum, præter veſtrā ſpem erat infœcundum, vt vobis poſſet dici: Quanta paſſi eſtis ſine cauſa? Et cùm ex vineis quinquaginta lagenas expectaretis qui numerus cōpletis 7. hebdomadibus vnione diuinitatis perficitur & putaretis vos habere vinum ꝙ lætificat cor hominis, ſubtracti F eſt ſacer numerus 30. in quo baptizatus eſt Chriſtus: & in quo ſacerdotes accedunt ad myſterium Dei, & relinquuntur 20. Quem numerum videns Iacob diligi ab Eſau, mittit ei animalia numero 20. & 20. Cū apud incredulos nullus in æternū ſit fructus bonorum operum, tamen mediam partem laboris percipere dicuntur, dum ſperant viginti decē inueniunt, i. fructum & gloriam in præſenti tempore pro expenſo labore & hoc ideò ne penitus deperent, ſed aliquando conuerſi ponant lapidem ſuper lapidem, alioqui etiam medium perdant. Vnde ſequitur: *Percuſſi vos vento vrente.* Quidquid vrente vento & vrudine & grandine percutitur, in puluerem & fauillam redigitur, nihilque in eo vtile inuenitur: & hoc ideo quia ad Deum non reuertuntur. Reuerſi vero, a domino benedicentur. Vnde ſequitur: *A die iſta benedicam*

*Per*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Si tulerit, &c. *& patet litera. Et ſubditur reſponſio, Dixerunt Non: Et ſubditur ſecunda quæſtio de oppoſito, cùm dicitur.*

2 Si tetigerit pollutus in anima. *ideſt, qui incurrit pollutionem ex tactu mortui, vel aliquid huiuſmodi. Et ſubditur reſponſio.*

3 Contaminabitur. *Ratio verò quare pannus ex tactu carnis ſanctificatæ ſanctificatus, per tactum ſuum non ſanctificat aliud ad cibum vel potum pertinens: & tamen homo pollutus ex tactu rei immundæ polluit illud: poteſt cauſa duplex aſsignari: Vna quia ſicut facilius eſt deſtruere quàm conſtruere, ita facilius eſt polluere quā ſanctificare. Alia, quia homo eſt magis ſuſceptiuus ſanctificationis & pollutionis: quàm res inanimata, quæ non eſt ſuſceptiua vitij, & virtutis ſicut homo: propter quod homo pollutus modo prædicto magis polluit aliud tactu ſuo quam pannus ſanctificatus aliud ſanctificet.*

4 Et reſpondit. *Hic applicatur ad propoſitum, cùm dicitur.*

5 Sic populus iſte. *qui eſt virtutis & vitij ſuſceptiuus.*

6 Ante faciem meam. *pollutus reputatur, vſquequò templ. ædificetur.*

7 Et omnia quæ obtulerunt ibi. *extra locum templi.*

8 Contaminata erunt. *quod ſtatim declarat per effectum cùm dicit.*

9 Et nunc ponite corda veſtra. *ideſt, diligenter conſiderate tempus præcedens inchoationem ædificationis templi.*

10 Cum accederetis ad aceruum. *ſcilicet ſegetum.*

11 Viginti modiorum, *ideſt, quæ ſecundum humanam æſtimationem deberent facere xx. modios, & faciebant tantum decem, ita de vuis in torculari.*

✻ Per

*MORALITER.*

† 7 *Et omnia quæ obtulerunt, &c.* Per hoc autem ſignificatur, quòd omnis oblatio extra eccleſiam Chriſti facta coram Deo eſt immunda, cuiuſmodi eſt oblatio infidelium & hæreticorum. Sed oblatio intra Chriſti eccleſiā facta per fidem charitate formatam eſt Deo accepta: ideò concluditur poſtea.

† *Ex die*

a *Percuſſi nos*. Fruſtra putat ſe aliquis poſſe Deum eleemoſynis & oblationibus placare, cum ipſe non inſtruxerit in ſe templum Spiritui ſancto.
A

b *Ponite corda*. Expoſui quæ paſſi eſtis ante quam ædificare cœperitis. nunc exponam quę bona vobis danda ſunt, poſtquam ædificare cœpiſtis.

Nonus mēſis ab Aprili (qui primus eſt apud Hebræos) December eſt apud nos. Hoc menſe ſemina latitant in terra, nec futura fœcūditas coniectari poteſt.

Nonum mēſem non accipi in bonā partem, & liber Regū, & Ieremiæ narrat hiſtoria, in quo Ieruſalem obſeſſa fuit, quia tamen in fine noni mēſis fundamenta templi iacta ſunt, intelligimus, quod in nobis domus Dei non ædificetur, niſi prius mala opera finiantur. Quicumque verò ſe cultui Dei dedicauerit ſtudioſè iſte neſciat menſuram frugū & mercedis ſuæ, quia in Spirituſancto ſeminans, de Spirituſancto metet vitam æternam.
B

c *Nunquid iam*. Ne dicatis me prudenti rōne hoc conijcere, & futuram fœcunditatem de floribus arborū herbiſque ſegetum ſuſpicari, quia in hoc menſe nulla ſigna ſunt & tamen prædico vobis, quia cœpiſtis templum meum ædificare, ad benedictionem meam omniū frugum fœcunditatem.

Vinea, ſermo domini, cuius pater agricola eſt. Ficus, Spiritusſancti dona dulciſſima. Malogranatum, eccleſiaſtica dogmata, & ſcripturarum ſcientia, quæ omnia in Canticis ſponſæ genis comparantur. Lignum oliuæ dat refectionem & illuminationem his qui cæperūt ædificare templum Dei in vinea Saluatoris, in ficu Spiritusſancti, in oliua perſona patris intelligitur. Sicut in
C

a ¶ Et hoc feci percutientes vos ven. tren. & auru. vt malorum pondere ad notitiam mei vos prouocarem. ſed nec ſic voluiſtis reuerti.
a Percuſſi uos uento urēte & † aurugine & grandine oīa 1
opera manuum ueſtrarum, & nō fuit in uobis qui reuer
a ¶ Conſiderate quæ abundantia futura ſit.
b teretur ad me, dicit dn̄s. Ponite corda ueſtra ex die iſta, & 2
in futurū a die uiceſima & quarta noni menſis, a die qua 3
fundamenta † iactata ſunt tēpli domini, ponite ſuper cor 4 5
a ¶ Hoc me ſ. de grano emittitur germen. b ¶ Q. Non. c ¶ Hoc menſe.
c ueſtiū. Nunquid iā ſemen in † germine eſt? Et adhuc ui-
a ¶ vt ex flore intelligitur fructus. 6
nea, & ficus & malo granatum & lignum oliuę non flo- 7
ruit? Ex die iſta benedicā. Et factum eſt uerbum dn̄i ſcd̄o 8
d ad Aggęum in uiceſima & quarta menſis, d. Loquere ad 9
e f Zorobabel ducē Iuda, dicens. Ego mouebo cęlum pariter 10 11
a ¶ ſedes regum.
& terrā, & ſubuertam ſolium regnorum & conterā forti- 12
a ¶ Contraria. vt ipſis quoque qui ante regnauerant proſit regni eorum deſtructio. b ¶ Omni præliandi ſtudio diſſipato ſequitur pax. c ¶ Principatum, poteſtatem, uirtutem.
tudinē regni Gentium. Et ſubuertā quadrigam & aſcēſorē
a ¶ Vt hoc fit b ¶ Finito ſtudio bellandi fiet vnum ouile & vnus paſtor, utrumque agmen tam de Gentibus quam de Iudæis ſub pacifico paſtore tenebitur. c ¶ Id eſt, ſermone Dei acutiſſimo conſurget aduerſus fratrem ſuum amputans omne contrarium.
eius, et deſcendent equi & aſcēſores eorum, uir in gladio 13
a ¶ Ecce finis omnium optimus. 14
fratris ſui. In die illo, dicit dominus exercituum, aſſu- 15

libro Iudicum legitur, vbi infructuoſa ligna rogant vitem & ficum & oliuam, vt regnēt ſuper ſe: ſed recuſant imperium ſuper infructuoſa. Vnde illa veniūt ad rhamnum fruticem ſpinoſum. Qui quidquid attigerit quaſi vncis affligit & vulnerat, & ſub igne ſubditos cōſumit. i. diabolus qui in ſterilibus regnat. Pater & filius, & Spirituſſanctus, ibi regnant, vbi malogranatum fuerit. Quæ arbor propter nimiā multitudinem granorū, & inter textis membranis diuerſas cellas, ſed omnes vno cortice comprehenſas, ſemper i ſcripturis ſanctis in perſona eccleſiæ ponitur.
D Iudi. 9. b. † erugine. † horreo.

d *Ad Aggęum, &c.* Non in manu ſicut prius, neque ad Aggæum prophetam, ſicut in viſione quarta, ſed tantum ad Aggæum. i. domini feſta celebrantem, qui non venturum, ſed venientem nunciat, & cernit. Quomodo Abraham vidit diem Chriſti, & lætatus eſt, & Ioannes agnum Dei digito demonſtrauit, Sic & Aggæus vidēs regnum filii Dei, habet in ſe vniuerſas ſolennitates.
E Ioan. 8. g Ioan. 1. d

e *Vicesima & quarta*. Notandum quod in eadē die, hoc eſt viceſima & quarta noni menſis, tacito menſis numero, quia de Chriſti prophetatur aduentu, & de regno eius.

f *Loquere ad, &c.* De vtroque aduentu hæc poſſunt dici, quia regnauit Chriſtus cum venit, & regnabit cū venerit. Si de fine mundi voluerimus accipere, dicemus deſtruēdum omnem principatum & omnem poteſtatem, & virtutem, vt ſit Deus omnia in omnibus. Quia myſticum eſt quod dr̄, & ad finem rerum pertinet, ideo iubetur propheta ad ſolū Zorobabel loqui (qui ſignat Chriſtū qui eſt de ſemine Dauid) quomodo tranſeat figura huius mundi, & faciat cælum nouum & terram nouā.
Nota. 2 Cor. 15. d. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Percuſſi vos *i. immiſi peſtilētias ꝑ magna parte vaſtates vel impediētes terrę naſcētia: & iſta ſunt diuinę irę cōtra populū ſigna.*

2 Ponite corda veſtra ex die iſta, &c. *& ſubditur.*

3 A die qua fundamenta. *Circa quod ſciendū, quod redeūtes de Babylone ſtatim fundauerunt templum vt ſupra dictum eſt, ſed propter impedientes opus fuit intermiſſum vſque ad ſecundū Darij annū: & ideo cum dicitur hic:* A die qua fundamenta iactata ſunt templi domini. &c. *non eſt intelligendū de fundamētis inferioribus & primis, quæ iam ante facta fuerant. Sed dicuntur hic fundamenta illa quæ ſupra prius ædificata primo poſita fuerunt: quia reſpectu ſuperiorum artium habebant rationem fundamenti.*

4 Ponite ſuper. *i. attēdite diligēter mutationē terrę naſcentiū.*

5 Nunquid iam. *ita quod non poteſt videri ſequens fertilitas vel ſterilitas: & idem de fructu arborum.*

6 Ex die iſta. *i. a die reſumptionis ędificij templi operando in tēpli muro, quod fuit menſe ix. tamen antea xxiiij. die menſis vj. operari cœperant materiam præparando, vt dictum eſt in principio huius capituli.*

7 Benedicam. *i. multiplicabo fructus terræ. q. d. hoc erit vobis ſignum manifeſtum acceptationis meæ.*

8 Et factum eſt. *Hic vltimo redit propheta ad denunciandum Chriſti aduentum, quod erat principale propoſitum: quia ſicut dicit Ra. Sa. Vniuerſi prophetæ non ſunt locuti niſi ad dies Meſſiæ, quod eſt intelligendum de principali intentione, ſicut plenus fuit dictum in principio Iſai. & Iere. Primo igitur ponitur tempus huius reuelationis, cum dicitur:*

9 In viceſima & quar. *Scd̄o explicatur reuelatio, cū dicitur:*

10 Loquere ad. *q̄a de ipſo erat Chriſtus naſciturus ſcd̄m carnē.*

11 Ego mouebo, &c. *exponatur ſicut ſupra.*

12 Sub

12 Subuertam ſolum. *ſubijcendo regno Romanorum & quia tunc venit Chriſtus, vt ſupra dictum eſt, ideo ſubditur.*

13 In die illo. *i. tempore gratiæ quod dicitur dies, ad Rom. xiij. d.* Nox præceſſit: dies autem appropinquauit. *Aſſumam te Zorobabel Ra. Sa. exponit hoc ad literam de ipſo Zorobabel, Et cum ſubditur: Et ponam te quaſi ſignaculum, hoc dicitur ſecundū ipſum contra illud quod de Iechonia auo ipſius dicitur, Iere. xxij. f.* Viuo ego dicit dominus, q̄a ſi fuerit Iechonias filius Ioakim regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. *Hic autem accipitur ſignaculum pro annulo, quia antiquitus ſignabantur literæ principum annulis ſuis, vt habetur Eſther viij. Eſt igitur ſenſus ſecundum Ra. Sa. quod ſicut Iechonias fuit a Deo repulſus propter eius malitiam, ſic Zorobabel nepos eius a Deo acceptus propter ſuam iuſtitiam. Quia te elegi, ſcilicet ad opus reædificationis templi. Sed hæc expoſitio non videtur conueniens, quia illud quod præmittitur:* Ecce ego mouebo cælū pariter & terram, &c. *ab omnibus doctoribus Latinis & Hebræis exponitur de mutatione regnorum longè poſt tempus Zorobabel. vnde & ipſe Ra. Sa. exponit hoc de terminatione regni Gręcorum, quod per longum tempus fuit poſt tempus zorobabel: & ideo quod immediate ſubditur:* In die illo dicit dominus exercituum. Aſſu te. Zor. *non uidetur conuenienter exponi de ipſo in perſona propria: ſed de Chriſto vt dictum eſt, qui deſignatur hic nom. Zorobabel, eo quod deſcendit ab eo ſecundum carnem: & in eo fuit figuratus, ſicut Iere. xxx. nominatur Dauid, vbi dicitur,* Seruient domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo, *& ſimiliter Hoſee iii. f.* Reuertētur filij Iſrael & quęrent dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, *ſicut ibidē fuit plenū declaratū.* Dicit ergo.

4 Aſſumam te Zorobabel. *quia humana natura Chriſti aſſumpta fuit a verbo diuino in vnitate perſonæ.*

✠ 1 Fili

*MORALITER.*

6 *Ex die iſta benedicā,* Reſiduū huius capituli intelligitur ad literam de Chriſto propter quod pertranſeo.

A a *Et ponã.* Et cũ hoc fuerit impletũ, ponã te ò Chriſte fili ĩ manu mea, quaſi ſignaculũ. Hunc ſignauit Deus

a ¶Seruus patris Chriſtus ſecundum carnem.

mam te Zorobabel fili Salathiel ſerue meus dicit dominus,& ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi, dicit dominus exercituum.

1 Deus pater,& hic eſt
2 imago Dei inuiſibi-
3 lis,& forma ſubſtan
4 tiæ ei⁹ vt qcũq; credi
5 derit ĩ Deũ, hoc quaſi annulo cõſignet.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Fili Salathiel *Chriſtus.n.ſecundum carnem dicitur filius Salathiel,ſicut & Dauid & aliorũ in genealogia Chriſti poſitorum.*
2 Serue.*ſecundum humanam naturam,in qua minor eſt patre.*
3 Et ponam te.*i.ſignum fæderis inter Deum & genus humanum,propter quod ſanctus Symeon dixit de eo Luc.ij.c.* Ecce poſitus eſt hic in ruinã & reſurrectionẽ multorũ in Iſrael,& inſignũ cui contradicetur.*ſ.a Sacerdotibus & Scribis.*
4 Quia te elegi.*ad opus redemptionis humanæ.*
5 Dicit.*q eſt ipſa veritas,et viuit & regnat ĩ ſecula ſeculo. Amẽ.*

ADDITIO I.

*In c.ij. Aggæi,vbi dicitur in Poſtil. Ideo aliter dicendum,quod licet Martius ſit primus menſis.*

*Apud Hebræos non eſt ſolũ vnum principiũ anni,ſed plura. Primus.n.menſis ſecundum ordinem feſtorũ eſt menſis nouarũ frugũ. qui ſemper eſt circa æquinoctiũ vernale in quo tempore exierunt de Aegypto. Alius menſis primus eſt ſecundum computationẽ iubi-*
B *læi, & eſt menſis ſeptimus a prædicto primo menſe, & iſte menſis cõiter eſt circa equinoctium autumnale. Ratio autẽ diuerſitatis horum principiorum declaratur ſupra in additione ſuper Exod.xij.*

ADDITIO II.

*In eod.cap.vbi dicitur in Poſtilla.* Et ego mouebo cælum.

*Quod dicitur hic:* Mouebo cælum & terrã,&c. *Poteſt intelligi de terræmotu magno qui ſcdm Ioſephum tpe Herodis ſub quo natus eſt dominus,cõtigit. Et qa cũ terra mouetur, totum mũdum eſtimãt homines moueri,ideo dicit.* Mouebo cælum & ter.

ADDITIO III.

*In eod.ca.vbi dr̃ in Poſtil.* Meũ eſt argentũ, & meũ eſt aurũ.

*Per hoc ꝙ dicitur.* Meum eſt argentum,&c. *intelligitur, qđ maioritas gloriæ ſecundi templi non eſt accipiẽda ſecundũ diuitias temporales,ſed qa prędixerat immediatè:* Implebo domũ iſtã gloria, *ne forte aliquis intelligeret eſſe dictum de gloria diuitiarũ: ideo ſubdit:* Meum eſt argentũ & meũ eſt aurũ,&c. *eo modo quo Pſalmiſta dixit:* Non in ſacrificijs tuis arguam te.&c. Meæ enim ſunt omnes beſtiæ ſiluarum, &c. *quaſi diceret, non eſt intelligenda hæc gloria de multitudine diuitiarum,quia talem gloriam non reputo nec requiro,quia meum eſt argentum.*

ADDITIO IIII.

C *In eodem c.vbi dicitur in Poſtil. Alia:quia homo eſt magis ſuſceptiuus ſanctificationis & pollutionis.*

*Sicut pannus ſanctificatus non ſanctificat ex tactu ſuo id quod tangit,ita nec homo ſanctificatus ſolo tactu ſanctificat illud quod tangit. Vnde hæc ratio ſecunda Poſtillatoris nõ videtur valere, nec etiam ad intentum prophetę pertinere videtur. Intendit enim propheta ex reſponſionibus ſacerdotum oſtendere populo, quod licet facerent aliqua bona ex genere. tamen ex quo ipſi non erant boni,quod ſua opera non debebant cenſeri bona, ſicut per primam reſponſionem ſacerdotes dixerunt,quod caro ſanctificata tangens aliquem cibum,non ſanctificabat eum,& non ſolum debebant cenſeri bona,ſed potius debebant cenſeri mala,inquantũ ipſi erant mali,quod patet per ſecundam reſponſionem ſacerdotum,vbi dixerunt:* Si tetigerit pollutus,&c. *Et ideo propheta applicans reſpõſiones ſacerdotum ad ſuũ propoſitum dicit:* Sic populus iſte,&c. *vſque ibi:* & omnia quæ obtulerint mihi contaminata erunt. *q.d. Sicut homo pollutus tangens rem mundam contaminat eam,ſic quia populus iſte pollutus eſt,ideo omne opus manuum eorũ & omnia quæ obtulerint contaminata erunt,cuius contrarium ipſi putabant,ſcilicet,quod ex tactu bonarum ſeu ſanctarum rerum ſanctificabantur,quod excludit per primam reſponſionem ſacerdotum.* E

REPLICA.

*In ca.ij. Aggæi Poſtil. reddit rationes,quare ſanctificatum ex tactu ſacræ rei non ſanctificat vlterius,ſed pollutum ex tactu rei pollutæ polluit vlterius: Prima quia facilius eſt deſtruere quam conſtruere. Secunda quia homo plus eſt ſuſceptiuus ſanctificationis & pollutionis quam res inanimata. Contra quam rationẽ obijcit Burg. quaſi non voluiſſet intelligere Poſti. putãs,ꝙ voluit dicere hominẽ ſanctificatum ſolo tactu ſanctificare,ſicut pollutus ſolo tactu polluit. Sed hoc non dicit vt patet,ſed ſolum comparat pollutionem animatæ rei ad ſanctificationẽ inanimatæ. Ideo in litera in q̃ſtione de ſanctificatione fit mentio de reb. inanimatis. In quæſtione autem de pollutione fit mẽtio de reb. animatis quia dicitur. Si quis pollutus in anima,talis.n.pollutio eſt formaliter in aĩa,ideo magis cõtagioſa. In reb. aũt inanimatis nõ eſt formaliter illa pollutio vel ſanctificatio ſed ſolum ex legis dictamine. in reb. aũt rationalib. aĩatis ex legis obſeruãtia.*

## *Incipit Prologus ſancti Hieronymi in Zachariam prophetam.*

IN anno ſecundo Darij regis Mœdorum, Aggæum & Zachariam propheta ſſe, lectiones eorundem declarant. Sed hac de cauſa Aggeus Zachariæ in ordine prophetarum prælatus eſſe videtur, quod eum duob. menſibus (vt prædictorum lectiones oſtendũt) in prophetia præceſſiſſe inuenitur,& ad reparationem templi pręcepto Dei populũ animaſſe, vt Eſdras refert, dicens: In ſecundo anno Darij regis Perſarum prophetarũt Aggæus & Zacharias filius Addo prophetæ ſuper Iudęos qui erãt in Iudæa & Ieruſalem, ſuper Iſrael in nomine Dei ſuper eos. Tunc ſurrexerunt Zorobabel filius Salathiel,& Ieſus filius Ioſedech, & principes eius, inchoaueruntq; ędificare domum Dei quæ eſt in Ieruſalem. Quib. cum † adeſſent prophetæ, exhortatione ſua adiuuerunt eos. Nã & populum Iſrael ab imitatione paternorum delictorum, per ſuam admonitionẽ idẽ propheta cupiens reuocare, verbis lectione comprehẽſis vſus eſt. † Vidi nocte,& ecce vir aſcenderat ſuper equum rubeum,&c. Vidit propheta virum equo rubeo ſedentem, & ſtãtem in medio myrteti vmbroſi. Cuius uiſionis hæc ſolutio eſt ſecundũ Hebræorum traditionem. Vir aſcendẽs ſuper equũ rubeum, licet angelus intelligatur, tamen quia prædicti coloris equum conſcendere viſus eſt, uindicta ſanguinis in eam Gentem ſignificat afferendam, quæ populum Iſrael in captiuitatem redegerat. Nam & Iſaias propheta per ruborem ueſtimentorum inter Gentes uindictam cum ſanguine a Deo proferendam demonſtrans, his verbis vſus eſt dicens: † Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? &c. Stante verò in medio myrteti umbrantis quod dixit lætitiam populo affuturam, per myrteti ſignificationem voluit deſignari: Eius ligni Moyſes † in Leuitico cum faceret mentionem, ait: Accipietis die prima fructus ligni ſpecioſi, vt lætitiam populi per bene olentis ligni & ſpecioſi umbraculum demonſtraret: Sed hanc uiſionem, quæ liberationem populi, & uindictam de aduerſarijs affuturam demonſtrat, ob hoc noctu propheta ſe uidiſſe memorauit: quia populum Iſrael in prima liberatione de terra Aegypti, noctu diſceſſiſſe conſtabat. Cuius exempli, quia preſens populus, aliquam partem in ſe retinere uidebatur, liberatio eiuſdem ac reditus captiuitatis de terra Chaldęorum per noctem prophetę eſt reuelata.

† audiſſent.

† infra 1.b

*Incipit Argumentum.*

ZAcharias memor domini ſui, multiplex in prophetia, Ieſum cum veſtib. ſordidis veſtitum, & lapidem oculorum ſeptẽ, candelabrumq; aureum cum totidem lucernis quot oculis, duas quoque oliuas a ſiniſtris lampadis cernit, & a dextris: & poſt equos rufos, varios, & albos, & diſſipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Ieruſalem pauperem regem vaticinatur, & prædicit regem ſedentẽ ſuper pullum aſinæ filium ſubiugalis. D

CAPVT I.

IN *menſe octauo*. Cyrus rex Perſarum qui Chaldæorum imperium deſtruxit, primo anno regni ſui. 50. circiter milia hominum captiuorum de Babylone remiſit in Iudæam, & vaſa quæ Nabuchod. abſtulerat reddidit; & templum reædificare præcepit, principeſque reuertẽtium cõſtituit Zorobabel & Ieſum magnum a ſacerdotẽ. Cyro (qui triginta annis regnauit Perſis) apud Maſ b ſagetas interfecto a Tamyride regina Maſſagetarum: Cãbyſes filius Cyri ſucc c ceſſit in regnũ, qui expletis octo annis, duos magos fratres habuit ſucceſſores, d quibus occiſis a populo, Darius filius Hyſtaſpis rex Perſarum conſtitutus eſt. e Cuius regni anno ſecundo factus eſt ſermo domini ad Zachariam Barachiæ, filii Addo. Ergo a primo anno Cyri vſque ad ſecundum annum Darij ſupputantur anni quadraginta in quibus tantum altare fuerat extructum, & iacta fundamenta templi, vicinis in circumitu nationib. & Cambiſe rege Perſarum opus prohibentibus, ſicut Eſdras ſcribit. Secundo ergo anno Darij Aggæus & Zacharias cœperunt exhortari populum ad reſtaurationẽ templi tanto tempore intermiſſam.

a *In menſe octauo*. Nouembri, qui conſumpto calore æſtatis, initium eſt hyemis, quo tempore ex lege nulla ſolemnitas celebratur. Erant ſiquidem tres celebres ſolemnitates, prima quę dicitur Paſcha, ſecunda Pentecoſtes, tertia menſe Septembri, ſolemnitas Tabernaculorum. Menſe ergo Nouẽbri hyemali mittitur propheta ad populum adhuc frigore tribulationum depreſſum.

Zacharias memoria dñi, Barachia benedictio dñi, Addo teſtimoniũ eius. Quoniam ergo populus ab ædificatione templi præpeditus, memoriam tamẽ Dei habebat, & pp memoriam benedictionem, & propter benedictionẽ teſtimoniũ, ideo Zacharias filius Barachię filius Addo ad conſolationẽ populi mittitur.

b *Addo &c*. Ipſe eſt Ananias qui miſſus eſt ad Ieroboam filium Nabaioth, ſub quo altare dirutum eſt, & manus eius aruit, rurſumque ei reſtituta eſt ad preces eius. 3. Reg. 13 b

E

Ira Dei.

c *Iratus*. Ira Dei nõ perturbationẽ eius, ſed merita & peccata puniendorum ſignat, qui ideo puniũtur a Deo, vt emendentur; *Iratus eſt do*. Ira Dei non perturbationem eius ſignificat qui non iraſcitur, ſed eorum peccata in quos deſęuit nec iratus vlciſcitur, ſed corripit vt emendet, vnde: *Domine ne in furore tuo arguas me, &c*. Et alibi. *Corripe nos domine, verumtamen non in furore tuo, ſed in miſericordia.* Hieron. Remig. pſal. 6. a Ierem. 10. d

d *Hæc dicit do*. Notandum quod in paucis verſiculis & breuibus ſententiis in Aggęo & Zacharia ſuperadditur. *Hęc dicit dominus exercituum*, vt ſciant Deum eſſe qui præcipit, & aduerſus regis imperium & hoſtes circumfrementes ad ædificationem templi hac fiducia concitentur. Hiero. Remig.

F

e *Conuertimi*. Præcipit ut reuerſi de Babylonia conuertantur ad Deũ, & Deus conuertatur ad eos ne ſuſtineant filii quod patres pro peccatis eorum ſuſtinuerunt.

* Greg. Deus qui abijcit delinquentẽ, cõuertitur ad pœnitentem, uocat etiam auerſos, donat peccata conuerſis, hortamur. In pſal. 7. pœnitentia. De libero arbitrio.

*Incipit Zacharias Propheta.*

CAPVT I.

IN menſe octauo in anno ſecundo Da 1
¶ In Zacharia. a ¶ Quod erat in principio apud Deum. 2
rij regis factum eſt verbũ domini ad
a ¶ Memoria domini interpretatur. b ¶ Benedicti domini interpretatur.
c ¶ Myſticè qui Addo teſtimonium eius interpretatur.
Zachariã filiũ Barachiæ † filij Addo
a ¶ Puniuit illos qui per prophetã admoniti noluerunt corrigi.
prophetã, dicens: Iratus eſt dominus
a ¶ Qui non corripiuntur.
¶ Tamen. b ¶ O Zacharia. c ¶ Quamuis iratus. 3
ſuper patres veſtros iracundia. Et dicẽs ad eos: Hæc dicit
a ¶ Non homo, non Zacharias. b ¶ Qui timendus eſt. ¶ In Hebræo Sabaoth.
c ¶ Vnde; Accedite ad dominum, & accedet ad vos, & ecõtra receſſiſtis a me, & ego receſſi a vobis.
¶ Reuerſi de Babylone.
dominus exercituũ: Conuertimini ad me, ait dñs exerci- 4
tuum: Et conuertar ad vos, dicit dominus exercituum. 5
a ¶ Similes in pœna ſi in culpa Q facite vobis periculum in aliis. b ¶ Corrigendos.
c ¶ Apertè. d ¶ Quia tunc temporis, Iſaias, Hoſee, Ioel, & alij.
Ne ſitis ſicut patres veſtri ad quos clamabant prophetæ 6
a ¶ Hoc ſ. b ¶ Cui reſiſtere inſanire eſt. c ¶ Ad dominum. 7
priores, dicentes: Hęc dicit dominus exercituũ: Conuer-

*Poſtil. Nicolai de Lyra ſuper Zachariam Prophetam incipit.*

CAP. I.

IN menſe. *Hic incipit prophetia Zachariæ: Et diuiditur in duas partes. ſ. In proœmiũ & tractatũ. qui incipit ibi:* Iratus eſt. *Circa primũ primò ponitur huius prophetię tempus cum dicitur:* In menſe. *& ſic patet quod hoc fuit poſtquam reſumpſerat opus templi domini, quia reſumpſerunt illud ann. ij. Darij vj. menſe 24. die menſis, vt habetur Aggæi j.*

2 In anno. *ſecundum Ioſephum iſte fuit Darius filius Hyſtaſpis & fuit fauorabilis Iudæis, eo quod antequam promoueretur ad regnum fuit familiaris Zorobabel, & fecit votũ de reædificatione tẽpli in Ieruſalem ſi eum promoueri contingeret ad regnũ. Secũdum vero Ra. Sa. iſte Darius fuit filius* Aſſueri *& Eſther reginę & ideo fuit fauorabilis Iudæis rõne matris ſuæ. Quæ aũt iſtarũ opinionum ſit veriſimilior, tractaui diffuſius in principio libri Eſther, tenendo ꝙ ſecunda. Secundo hic in prologo notificatur autor inſtrumentalis huius prophetiæ, & primo ex prophetiæ dono, cum dicitur:* Factũ eſt uerbum domini, *Secũdo ex nomine proprio, cũ dicitur.* Ad Zachariã, *qui interpretatur memor Dei. Tertio, ex patre & auo cũ dicitur.* Filiũ Barachiæ, &c. *& ſcdm regulã Hebręorũ iſti duo fuerũt prophetæ ſicut & Zacharias, licet non habeatur eorum prophetiæ. Dicunt autem hic aliqui, ꝙ iſte Addo fuit ille propheta qui miſſus fuit ad Ieroboam iij. Re. xiij. & ſecundum hic non fuit auus Zachariæ, ſed magis remotus: quia inter illum & Zachariam fluxit valde longum tempus. Dicitur tamen filius eius, quia fuit de genere ipſius, ſicut Chriſtus in Euangelio dicitur filiu David, quia de eius genere deſcendit ſecundum carnem. Sed hoc dictũ de ſcriptura non habet autoritatem: quia iij. Re. xiij. non exprimitur quod ille fuerit vocatus Addo. nec ij. Paral. xij. niſi coniecturaliter, ſed non certitudinaliter, Et dato quod ſic exprimeretur. adhuc non valeret, quia plures prophetę nominati ſunt eodem nomine ſicut Zacharias filius Ioiadæ, & Zacharias filius Barachiæ, & ſic iſte Addo videtur eſſe alius ab illo etiam ſi vocatus fuerit Addo, non enim conſuetum eſt, quod prophetæ ſic genealogizentur, videlicet per patrem, & per auum ſic remotum a patre intermedijs omiſſis.*

3 Iratus. *Hic conſequenter ponitur tractatus, in quo primo agitur de templi & ciuitatis reædificatione. Secundo de reædificata habitatione ca. v. Prima in duas, quia primo agitur de dicta reædificatione, ſecundo de ędificantiũ cõſolatione c. iij. Prima adhuc in duas quia primo agitur de templi reædificatione, ſecundo, de ciuitatis operatione ca. ij. Prima adhuc in duas quia primo ponitur populi monitio. ſecundo eiuſdem conſolatio ibi.* In die uiceſima. *Monitio autem in hoc conſiſtit, quod non ſint increduli verbo domini, & in peccatis obſtinati ſicut fuerunt patres eorum: propter quod dominus permiſit deſtrui ciuitatem & templum, & hoc eſt quod dicitur,* Iratus eſt dominus ſuper patres ueſtros, *permittẽdo eos captiuari & ciuitatem & templum vaſtari propter eorum peccata ideo ſubditur in perſona Dei.*

4 Conuertimini ad me. *Per veram pœnitentiam.* 5 Et cõuertar ad uos. *Per clementiã.* 6 Ne ſitis. *in peccatis obſtinati.*

7 Ad quos clama. *tempore Sedechię & ante.*

MORALITER.

1 *In mẽſe octauo*. In hoc c. ponuntur duæ uiſiones. Prima præmiſſis quibuſdam præambulis incipit ibi.

A hortatur pigros,cōſolatur afflictos,docet ſtudioſos, adiuuat dimicantes,confirmat laborantes,exaudit corde clamantes.Ipſe per prophetam dicit: *Conuertimini ad me,& ego conuertar ad vos*. Sed quia conuerti ad eum ſine ipſo non poſſumus,quotidie cum propheta clamemus: *Ne auertas faciem tuam a me,&c.*

De libero arbit. io.

a ¶ Actionum.
timini de uijs veſtris malis,& † cogitationib veſtris peſſi-
a ¶ Non loquentes prophetas, ſed me qui eram in prophetis,contemnebant.
mis,& non audierunt,neq; attenderunt ad me dicit dñs.
a ¶ Qui noluerunt conuerti. b ¶ Pſeudo qui deceperunt eos.
Patres veſtri vbi ſunt,& Prophetæ? Nunquid in ſempiter
num viuent? Verumtamen verba mea & † legitima mea,
quæ mandaui ſeruis meis prophetis,nunquid non cōpre
henderunt patres veſtros? Et conuerſi ſunt,& dixerūt : Si-
cut cogitauit dñs exercituum facere nobis , ſecundū vias
¶ Sic.
noſtras,& ſecundum adinuentiones noſtras fecit nobis.
a ¶ Tertio ſ.poſt octauum in quo prima viſio facta eſt.
In die viceſima & quarta † vndecimo mēſe Sabat,in anno
¶ Iterum.
b ſecundo Darij,factum eſt verbum dñi ad Zachariā filium
c Barachiæ filij Addo prophetam,dicens: Vidi per noctem

† operibus.

Auertente Dño faciem, peccator in lacum deſcendit:quia niſi illum Deus miſericorditer reſpexerit, poſt multa pperpetrata ſcelera ī deſperatiōnis foueam cadit.

a

L. 3. Dialog. cont.Pelag. cap.1.

∗ Hier Iuſtitia,labore,induſtria ac diligentia noſtra , ſup omnia Dei clementia cuſtoditur, vt noſtrum ſit rogare, illius tribuere ꝙ rogatur,noſtrū incipere, illius perficere, noſtrum offerre quod poſſumus, illius implere quod non poſ

† vndecimi menſis.

B

Pſal.126. 1.Cor.9

ſumus. *Niſi enim Dominus ædificauerit domum in vanum,&c.* Et Apoſtolus præcipit: *Sic currite,vt comprehendatis.*

Com. in 55. capitul.Iſa. Matth.7

∗ Idem.Scribitur, *Aut facite arborem bonam,& fructus eius bonos.* Ex quo perſpicuum eſt,vnumquemq; propria voluntate facere animæ ſuæ bonam & malam arborē, cuius fructus varij ſunt.

Com.in 1.c. ad Epheſ.1. Tim.2.

∗ Idem . Vult quidē Deus ſaluari oēs,& in agnitionē veritatis venire. Sed qa nullus abſq; propria volūtate ſaluatur(liberi n.arbitrij ſumus)vult nos bonū velle,& cū voluerimus,velit in nobis & ipſe ſuum implere cōſiliū.

L.2.de peccat.merit. remiſſ. cap.5. Pſalm.26.

∗ Aug. Adiutor noſter Deus dr̃. Nec adiuuari pōt niſi qui aliqd ſponte conatur:qa non ſicut in lapidib. inſenſatis,aut ſicut in eis in quorum natura rōnem volūtatēq; non condidit,ſalutem noſtram Deus operatur in nobis.

Serm.15.de verb.Apoſt.

∗ Idem.Sine volūtate tua non erit in te iuſtitia Dei.Eſſe qdē pōt iuſtitia Dei ſine volūtate tua, ſed in te eſſe nō pōt,niſi per voluntatē tuā, &c. Qui fecit te ſine te,non te iuſtificabit ſine te.Ergo fecit neſcientē,iuſtificat volentē.

L.de grat.& lib.arb.ca.15.

∗ Idem. Ne putetur in iuſtificatione nihil facere ipſos homines per liberum arbitriū , ideo in Pſalmo dicitur : *Nolite obdurare corda veſtra.* Et per Ezechielem : *Proijcite à vobis omnes impietates veſtras & facite vobis cor nouum,& ſpiritum nouum,& facite mandata mea,&c.*

Hieron. Remig.

a *Veruntamen.* Et his qui conuerti noluerunt & his qui falſis pollicitationibus deceperunt morte ſubtractis, verba quæ per prophetas meos locutus ſum, permanent in

C æternum , quæ comprehenderunt patres veſtros ,& oſtenderunt vera eſſe quæ dixi & veſtri patres exitu rerum vaticinia mea vera in ſe comprobantes pœnitentes, dixerunt : *ſecundum opera noſtra, & peccata noſtra reddidit nobis Deus,& iuſtè acciderunt quæ patimur.*

b *Vndecimo menſe.* Vndenarius immundus eſt,& ad carnis coniunctionem pertinet.Merito autem hoc mēſe videntur conuenire Iudaico populo,quæ ſequuntur:quia ſicut Februarius eſt acerrimus in frigore hyemis,& ſicut viceſimaquarta dies
1 menſis luna deficiē-
te ī tenebras,obſcu-
riorem hẽt noctem,
2 ſic populus cui hæc
3 annunciabantur ex
4 maiore parte ſui , in
5 Mędis & ī Chaldæis
6 & Aſſyriis exulabat
7 quaſi cæco & perpe
8 tuo noctis & frigo-
ris horrore depreſ-
9 ſus . Sabat interpre-
10 tatur virga,& ſignat
11 auſterā correptionē
12 qua populus adhuc
13 deprimebatur .
14 c *Vidi per.* Antequā
15 populus Dei ducere
16 rur in captiuitatē,&
Ieruſalem deſtrueretur,Moyſes facie ad faciem : Iſaias ſuper thronum excelſum & eleuatum dominum videbant,ſed populo ſub graui ſeruitute conſtituto,hęc viſio nocte facta refertur.

Alleg. Per noctem in qua cernitur viſio, ſignificatur myſticorum obſcuritas. Vir ſuper equum rufum Saluator eſt,cuius ueſtimenta.i.caro rubea eſt ſanguine paſſionis,qui captiuo populo in equo rufo oſtenditur. In Apocalypſi Ioannis iam liberato populo in albis mōſtratur . Hic ſtat inter myrteta.i. angelicas poteſtates , quæ ei etiā in profundo.i.in carne poſito miniſtrabant,& poſt eum equi rufi & varij et albi.ſ. apoſtoli & apoſtolici viri q totum mundū peragrant,quorum & alij martyrio rufi, alii operibus,& doctrina & diuerſitate ſignorū varij , alij uirginitate,& doctrinæ integritate,& cordis puritate albi.Cum uero propheta interrogaret Saluatorē de reuelatione ſecretorū prophetalis ſenſus, promittit ſe oſtenſurū quod cernit illud promittente non ipſe,ſed ſtās inter myrteta reſpondet.Iſti ſunt apoſtoli qui a dño mittūtur,vt ſua doctrina totū orbē repleāt,q expleto officio redeūt ad magni conſilij angelū cū gratiarum actione, dicentes : Impleuimus opus iniunctū & terra ante deſerta habitatur a Deo & quieſcit a bellis uitiorum. Quod aūt plena miſericordia poſtulatur,ad hoc refertur, ꝙ nec Ieruſalem,i eccleſia,nec vrbes Iudæ i. aīæ Deū confitentes recipient veram libertatē donec trāſanctis lxx. annis huius ſeculi,vera pax veniat & ſabbatiſmus impleatur.Deniq; dñs reſpondet verba bona & conſolatoria , ꝙ :ſ. ex parte cognoſcimus,& ex parte prophetamus . *Cum autem venerit quod perfe.eſt e.q. ex parte eſt* , & liberati de Babylone huius ſeculi clamabimus: *In conuertendo dominus cap. ſion.*

a *Et*

∗ NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non audie.*ſed magis contempſerunt , propter quod iuſte puniti fuerunt,ideo ſubditur:*

2 Patres veſtri.*q.d.partim fuerunt occiſi a Chaldæis , partim in captiuitate mortui.*

3 Et prophe.*ſ.falſi promittentes eis pacem & victoriam.q.d. incurrerunt eandem ſententiam.Ra.Sa.aliter exponit de prophetis domini,vt ſit quædam obiectio contra dicta:quia poſſent dicere illi quibus loquebatur propheta:ſicut patres noſtri ſunt mortui,ita & prophetæ domini:& ſic non habuerunt aliquam prærogatiuam ante patres ſuo propter ſuam iuſtitiam . Et ſubditur reſpōſio domini.*

4 Nunquid in ſempiternum.*q.d.Natura mortalis nō permittit quod ſemper viuant.*

5 Veruntamen verba mea.*quantum ad mores.*

6 Et legitima mea.*quantum ad legem.*

7 Quæ man.*vt dicerent patribus veſtris,quod captiuarentur & interficerentur,niſi ſe corrigerent a moribus malis,& tranſgreſſionibus legis.*

8 Nunquid non comprehen *q.d.Sic:quia ſic accidit eis vt prædixerunt,& per conſequens fuerunt veri prophetæ:& ideo viuunt in anima,licet mortui ſint corpore.*

9 Et conuerſi ſunt.*ſcilicet aliqui de patribus veſtris in captiuitatem ducti,afflictione dante eis intellectum.*

Et

10 Et dixerunt.*confitentes Dei iuſtitiam in ſua punitione.*

11 Sicut cogitauit domi.exerc.*ſcđm ordinē ſapientiæ ſuæ.*

12 Facere nobis.*ſecundū ordinem ſuæ iuſtitię , ideo ſubditur.*

13 Secundum vias noſtras.*Et dicuntur hic uiæ,peccata cōſueta:Adinuentiones autē,enormia & inſolita , quæ adinuenit humana malitia.*

14 In die.*Hic conſequēter ponitur populi conſolatio:* Et diuiditur *in duas partes,ſecundum duplicem viſionē conſolatoriam,ſecūda ibi:*Et leuaui.*Prima in duas,quia primo ponitur viſio,ſecundo,eius expoſitio,ibi:*Et dixi.*Circa primum ponitur tempus huius viſionis,cum dicitur:*in die xx.& iiij.menſis xj *ſic iſta viſio facta eſt poſt præcedentem,q̄ facta fuit menſe viij.anno ij.Darij regis.*

15 Sabat.*In Hebræo habetur Sebeth,& reſpondet Ianuario.expoſitores tamen dicunt communiter,quod Februario,& hoc eſt,qa aliquando concurrit cum eo in parte vel in toto:Iudęi enim faciunt menſes per lunationes:& ideo in tertio anno menſis duodecimus qui dicitur Adar duplicatur.Martius enim ſecundum curſum feſtorum eſt primus apud Hebræos,vt diffuſius declaraui Gen. vij. & Exod xij.Primus.n.menſis ſcđm ordinem feſtorū ſemper incipit apud Hebræos a prima lunatione quæ eſt propinquior æquinoctio vernali,ſiue ſit ante, ſiue poſt,ſiue in ipſo æquinoctio: Qđ quidem æquinoctium modo eſt xij.die Martij.Conſequenter ponitur ipſa viſio,cū dicitur*

16 Vidi per noctem.*Quæ rōne quietis eſt magis apta reuelationibus*

*MORALITER.*

† 16 *Vidi per noctem,& ecce vir.*i.angelus in ſpecie uiri, p quē myſtice ſignificatur Chriſtus, q dicitur magni cō

† ſilij,

A a *Et ecce vir.* Hunc virum putant Hebræi Michaelem angelum, qui vltor ſit peccatorum in Iſrael: & ſtabat inter myrteta quæ erant in profundo. ſ. inter prophetas, & ſanctos qui erant in profundo captiuitatis populi. Hunc virũ ſequebantur equi rufi, varij & albi. Quidam ordine mutato per albos ſignificant Perſas, & Medos ſub quibus captiuitas dimiſſa, & templum inſtauratum eſt. Per varios, Macedones quorũ quidam amici, alij perſecutores fuerunt. Per rufos, Romanos ſanguineos, & cruentos qui populum occiderunt, & templũ ſubuerterũt. Alij ſequentes ordinem literæ, virum qui aſcendit ſuper equum Rufum, & ceteros qui ſequũtur, quatuor regna interpretantur. Primum, & ſecundum ſanguinarium, Aſſyrios, & Chaldæos quorum primi decem tribus ſub Salmanaſar duxere captiuas, ſecundi Iudam, & Beniamin incenſa Ieruſalem, & templo ſubuerſo. Tertios, & quartos varios, & albos, Medos & Perſas, quorum alij clementes vt Cyrus, & Darius filius Hiſtaſpis, & Aſſuerus quem Græci Artaxerxem vocant. Alij crudeles, vt Cambyſes, & cæteri.

✠ Ambroſ. Quod in Zacharia dicitur. Quia ſequebantur eum equi variorum colorum, &c. id eſt, qui vel in martyrio rubri, vel ſturmini in violatul, vel varij in virtutibus, vel candidi in virginitate monſtrantur. Quod aũt equus iſte rufus. i. Chriſtus, ob corpus ſanctum paſſione purpuratum, albus denuò a ſancto Ioanne deſcribitur, diuinitatis immortalitas, & incorruptio eius oſtenditur.

b *Angelus qui loquebatur in me.* ✠ Tertulia. Chriſtus qua ſpiritus Dei, & virtus altiſſimi non poteſt infra angelos haberi, Deus ſ. & Dei filius. Nunquam. n. ab eo dictum eſt, quemadmodum a Zacharia. *Ait mihi angelus qui in me loquebatur.* Sed nec quotidianum illud Prophetarum. *Hæc dicit dominus.* Ipſe n. erat Dominus coram, & ſua auctoritate pronuntians. *Ego autem dico vobis.* (L. de carne Chriſti c. 14.)

✠ Greg. Nonnunquã humanis cordibus etiam per angelos, Deus, ſecreta eorũ præſentia virtutum ſuæ aſpirationis infundit. Vnde Zacharias. *Dixit ad me angelus qui loquebatur in me.* Dum ad ſe quidem, ſed in ſe tamen loqui angelum dicit, liquidò oſtendit, quod is qui ad ipſum verba faceret, per corpoream ſpeciem extra non eſſet. Vnde ſubdit. *Angelus qui loquebatur in me egrediebatur.* Sepe enim non exterius apparent, ſed ſicut ſunt angelici ſpiritus, qui voluntatem Dei prophetarum ſenſibus innoteſcunt, atque eos ita ad ſublimia ſubleuant, & quæque in rebus futura ſunt, in cauſis originalibus præſentia demonſtrant. (L. 28. mo. c. 2)

c *Et ecce omnis terr.* Omnia ſub nobis regna tuta ſunt, & pacata, nec aliqua præmuntur anguſtia. Ex reſponſione illorum, Angelus qui interpellat pro Iſrael, accipit occaſionem præcandi pro populo, & dicit: cum totus orbis quietus ſit, & pacatus quare domine non misereris Ieruſalem, maximè cum ſecundum promiſſa (Hiero. Remig. Angeli præcantur pro nobis.)

a & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum: & ipſe ſtabit in- 1
ter myrteta, quæ erant in profundo, & poſt eum equi rufi, 2
a ¶ Ignorans quid viderim, volebam ſcire rationem meæ viſionis. 3
varij & albi. Et dixi. Qui ſunt iſti domine mi? Et dixit ad me 4 5
angelus domini, qui loquebatur in me. Ego oſtẽdam tibi, 6
b a ¶ Angelo, qui loquebatur mecum, reticente. 7
† quid ſint hæc. Et reſpõdit vir qui ſtabat inter myrteta, & 8
a ¶ Iſta ſunt regna quibus præcepit dominus, vt terram ſuæ ſubijcerent poteſtati. 9
dixit. Iſti ſunt quos miſit dominus, vt perambulent terram. 10
a ¶ Angeli qui regnis, & nationibus præſidebant. 11
Et reſponderũt angelo domini, qui ſtabat inter myrteta, & 12
¶ Plena hominibus
c dixerunt. Perambulauimus terram: & ecce omnis terra ha 13
bitatur: & quieſcit. Et reſpondit angelus domini, & dixit: 14
Domine exercituum, vſquequo tu miſereberis Ieruſalẽ, & 15 16
vrbium Iuda quibus iratus es? Iſte iã ſeptuageſimus annus 17
eſt. Et reſpondit dominus angelo, qui loquebatur in me 18

## NICOLAVS DE LYRA.

*nibus propheticis quam dies.*

1 Et ecce vir, &c. *i. angelus in ſpecie viri.*

2 Aſcendens ſuper equum. *In Heb. habetur: Rubeum, & per hoc deſignabatur vindicta diuina de aduerſarijs Iudæorum per colorem ſanguineum.*

3 Et ipſe ſtabit. *Eſt autem Myrtetum locus in quo creſcunt myrti. Eſt autem myrtus arbor faciens pulcherrima, & odorifera poma. vnde & Leui. 23. g. vbi tranſlatio noſtra habet.* Fructus arboris pulcherrimæ, *loco,* arboris pulcherrimæ, *in Hebræo ponitur eadem dictio quæ & hic habetur, & idem ſignificat. Hiero. in prologo huius prophetiæ dicit, quod per pulchritudinem ligni, & odorem fructus deſignatur gaudium affuturum de reædificatione templi, & ciuitatis, & de repreſſione aduerſariorum ſuorum.*

4 Quæ erant in prof. *i. in valle. In valibus enim magis creſcũt myrti, & pulchriores, & fœcundiores quàm alibi.*

5 Et poſt eum. *Per hoc intelliguntur Perſæ Græci, & Romani, qui afflixerunt populum Iudæorum ſecundum ſucceſſionem regnorũ, ita quod per equos intelliguntur iſti populi, per aſcenſores eorum angeli eis prælati, vt dicunt expoſitores communiter. Ra. Sa. vero dicit quod per hoc intelliguntur angeli diuerſorum ordinum parati ad exequendum voluntatem domini. Et huic dicto videtur litera ſequens cõcordare, vt videbitur.*

6 Et dixit ad me. *Hic ponitur dictæ viſionis quantum ad aliquam partẽ expoſitio. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur hæc expoſitio, ſecundò ex hoc ſubditur angeli deprecatio, ibi.* Domine exercituum. *Circa primum dicitur.* Et dixi. *Ego Zacharias.*

7 Qui ſunt iſti. *i. quid ſignificant iſti equi rufi, & varij, & albi?*

8 Et dixit ad me. *i. mihi deputatus ad cuſtodiam.*

9 Ego oſtendam tibi. *i. faciam oſtendi per angelum ſuperiorẽ, qui præeſt toti populo Iudæorum: & iſte dicitur eſſe Michael, Dan. 10. ideo ſubditur.*

10 Et reſpondit vir. *i. angelus toti populo prælatus.*

11 Iſti ſunt quos. *ad exequendum ſuam voluntatem.*

12 Et reſponderunt. *Tanquam ſuperiori.*

13 Perambulauimus terram. *Conſiderando ſtatum regnorum.* F

14 Et ecce omnis. *Illo enim tempore non erant bella notabilia in regnis prædictis.*

15 Et reſpondit. *Hic conſequenter ponitur angeli Iudæis prælati deprecatio, cum dicitur.*

16 Domine exercituum. *q. d. ex quo aliæ terræ ſunt in pace, in quib. ſunt Gentes, & idololatræ: quare tardas reſtituere Ieruſalẽ, & templũ, & alia loca Iudææ in ſtatũ ſuum? Et ad hoc inducit rõnem ex promiſſione Dei, quæ habetur Iere. 29. c.* Cum cœperint impleri in Babylone 70. anni, viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum bonum. *quod tempus erat iam tranſactum a tẽpore Cyri regis Perſarũ, qui dedit populo licentiã redeundi. Ideo dicit.*

17 Iſte iam. *ſupple diu tranſactus: & tamen Ieruſalem, & templũ adhuc non ſunt reædificata.*

18 Et reſpondit. *vt mihi denunciaret bonũ nuntiũ. Ideo ſequitur.*

✠ 1 Hæc

## MORALITER.

† filij angelus. *Iſa. 9.* ſecundum tranſlationem Lxx. & vl. Luc. dicitur. *Vir potens in opere, & ſermone.*

2 *Aſcendens ſuper equum rufum.* In Hebræo habetur Rubeum. igitur per equum rubeũ ſignificatur corpus Chriſti in ſuo ſanguine rubricatum.

3 *Et ipſe ſtabat inter myrteta quæ erant in profun.* i. inter ſanctos patres ad quos deſcendit in limbo, & tranſtulit ad cœleſtia.

5 *Et poſt eum equi rufi.* Hebræus habet, rubei.

† *Varij, & albi.* De quibus dicitur poſtea.

11 *Iſti ſunt quos miſit Dominus.* Ideo per iſtos ſignificantur apoſtoli alijq; diſcipuli quos miſit Dominus ad prædicandum per orbem vniuerſum, vt habetur Matth. vlt. d. *Euntes ergo docete omnes Gentes, &c.* & Act. 1. a. *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.* Iſtorum autem ſic miſſorum aliqui fuerunt per martyrium ſuo ſanguine rubricati: propter quod ſignificantur per equos rubeos. Alij verò varijs Spiritusſancti donis decorati, & ſignificantur per equos varios. Alij verò candore virginitatis dealbati Et ſignificantur per equos albos. In iſtorum autem perſonis ſubditur.

13 *Perambulauimus terram.* exequentes prædicationem.

14 *Et ecce omnis.* ſub cultu vnius Dei, diuerſimodè tamen. Nam idololatria ceſſauit per orbem exceptis paucis barbaris in aquilonem habitantibus. Secunda viſio ponitur hic.

missa tua tempus captiuitatis expletum ſit?

A ✱ Bernard. Dicitur vulgari prouerbio. Qui me amat, amat,& canem meum. Nos verò ò beati angeli, catelli ſumus Domini illius quem tanto affectu diligitis, cupientes ſaturari de micis, quæ cadunt de menſa dominorum noſtrorū, qui eſtis vos. Et hęc dixerim fratres, vt ampliorem erga angelos ſidem habeatis, ac perinde familiarius ī omni neceſſitate veſtra, eorum innocetis auxilia: ſed & dignius in corū præſentia conuerſari, & magis ac magis eorum vobis conciliare gratiam, captare beneuolentiā exorare clementiā ſtudeatis.

✱ Ambroſius. Obſecrādi a nobis ſunt angeli, præſertim qui ad præſidium nobis dati ſunt &c.

B ✱ Chryſoſt. Tempore illo (quo ſacra myſteria celebrantur) non ſolum homines clamorem illum horribilem reddunt: ſed etiam angeli Domino genuflectunt,& archangeli rogant pro genere humano. Quaſi dicant: Pro his Dominė, rogamus, quos tu adeo dilexiſti, vt pro eorum ſalute mortem obires, animam in cruce efflares. Pro his ſupplicamus, pro quibus tuum largitus es ſanguinem. Pro his oramus pro quibus hoc corpus immolaſti.

✱ Origenes. Veni angele, ſuſcipe ſermone conuerſum ab errore priſtino, a doctrina dæmoniorum, ab iniquitate in altum loquente: & ſuſcipiens eum, quaſi medicus bonus confoue atque inſtitue,&c.

a ¶De futurorum promiſſione. ¶De præſentium neceſſitate.

verba bona verba, cōſolatoria. Et dixit ad me angelus qui 1

a loquebatur in me. Clama, dicens: Hæc dicit dn̄s exercituū: 2

b † Zelatus ſum Ieruſalem,& Sion zelo magno,& ira magna 3 4

c ego iraſcor ſuper Gentes † opulentas, quia ego iratus ſum 5

parum, ipſi verò adiuuerunt in malum. Propterea hæc

a ¶Quia aduerſarij plus quàm volueram depreſſerunt quam zelabam, ideo Reuertar.

b ¶Non in vna miſericordia, ſed in multis.

dicit dominus. Reuertar ad Ieruſalem in miſericordijs: & 6

a ¶Idest, templum. b ¶Sub Zorobabel,& Ieſu filio Ioſedech. ¶Cementariorum.

domus mea ædificabitur in ea, ait dominus exercituum,& 7

a ¶Non vocis intentione, ſed mentis.

d perpendiculum extendetur ſuper Ieruſalem. Adhuc clama 8

dicens. Hæc dicit dominus exercituum. Adhuc † affluent 9 10

a ¶Quas vides Babylonio igne vaſtatas: ſed rurſum omnibus bonis abundabunt, & præſentibus bonis præteritam miſeriam conſolabitur Deus.

ciuitates meæ † bonis,& conſolabitur adhuc dn̄s Sion, & 11

e ¶Quam paulo ante proiecerat.

eliget adhuc Ieruſalem. † Et leuaui oculos meos,& vidi,& 12 13 14

f ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelum qui loquebatur 15

in me. Quid ſunt hæc? Et dixit ad me. Hęc sūt cornua quæ 16

†infra 8. a.

† quietas.

†diſpergētur †præ multitudine bonorū.

†infra 2. a. & 5. a. & 9. a.

Hiero.

a *Clama dicens.* Ecce verba bona, & conſolatoria quibus præcipitur propheta clamare.

b *Zelatus ſum.* Cum Ieruſalem ab amore meo deficeret, ego ſicut ſponſus amator caſtitatis per moderata flagella eam ad caſtitatem meæ dilectionis reuocare volebam, ſi non amaſſem non zelaſſem. Vnde ex oppoſito ſuper Ezechielem dicitur ex toto deſpicienti virum. *Iam non irraſcar tibi,& zelus meus receſſit a te. Zela. ſum Ier.* Ieruſalem, viſio pacis, Sion, ſpeculatio ſiue ſpecula. Hæc eſt quæ non bella ſeculi, nec humana, & terrena: ſed pacem, & concordiam ſanctorū: celorumq; excelſa deſiderat. Cui propter vitia & refrigeſcentē charitatem quotidie iraſcēs do-

Ezech. 16. e.

C minus tradit eam perſecutoribus. Aduerſarij verò adimplentes ſuam crudelitatem, non Dei voluntatem, a porta vſq; ad portam implent eam cruore occiſorum. Sed dn̄s ex miſericordia ſe eam reædificaturum promittit: & perpendiculum vel funiculum ſecundum menſuram, & ordines ſingulorū in ea eſſe tēdendum. Templum autē eſt corpus domini, qđ in paſſione deſtruxerunt impij, ſed in reſurrectione ſuſcitatū eſt, quod fuit ſeminariū, & exordium omnium domorum, de quibus apoſtolus loquitur. *Vos eſtis templum Dei & Spirituſſanctus habitat in vobis.*

c *Super gentes, &c.* Iſti ſunt equi quos ſuprà nominauit e quos rufos, albos, varios, quibus tradidit Iudæos ad corripiendum, ſicut pędagogo filium. Illæ verò Gentes Dei cōſilium ignorantes, punierunt vt hoſtes, ſeuieruntque in traditos.

d *Adhuc cla.* Angelus qui dixerat prophetæ. *Clama.* adhuc impellit ad clamandum.

e *Ciuitates.* Allego. Ciuitates, eccleſiæ, vel aīæ ſanctorum, quib. vera bona. vnde. *Credo videre bona domini in terra viuentium.* His bonis poſt incendia perſecutionis quæ a Gentilibus vel hæreticis eccleſiæ pertulerūt pace reddita affluūt in multitudine virtutū, & q̄ abiectæ erāt pro culpa, nunc ædificatæ in virtutib. conſolationē habent ſpe æternorū.

f *Et ecce quatuor.* ✱Remigius Daniel quoque ſub figura leenæ,& pardi,& vrſi,& alterius beſtię quam nominatim non exprimit, manifeſtè quatuor regna deſcribit. i. Babyloniorum, Medorum ac Perſarum, Macedonum, & Romanorum. Cornua autem potentiam regni ſignificare vſitatiſſimum eſt in Sacra Scriptura, vt illud. *Sublimabit cornu Chriſti ſui.* Item. *Erexit cornu ſalutis nobis.*

Cōſuetudo ſcripturarū eſt, p̄ cornua regna ſignificare. Hæc quatuor cornua intelligunt̄ quatuor Gentiū regna. Vnū, Babyloniorū, ꝙ iam prætererat, qn̄ hæc viſio cernebat̄. Secundum, Mędorum,& Perſarum, quod tunc inſtabat. Tertiū, Græcorum,& Macedonū. Quartū, Romanorū. Iſta cornua ventilauerūt,& diſperſerūt Iudā. Quatuor fabri intelliguntur angeli, qui obedientes Deo reædificāt

quod

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Hæc dicit dominus. *Cuius verbum non poteſt eſſe falſum.*

2 Zelatus ſum. *i. in montem, in quo erat templum.*

3 Zelo magno. *Eſt autem propriè zelus amor ſingularis, quo vir diligit vxorem, nolens in ea habere participem, & ideo quando in hoc delinquit, aſperè eam caſtigat. Et per hoc inſinuatur quod dominus caſtigauerat populum Iudaicum, non ex odio, ſed ex amore, vt reduceretur ad cultum latriæ: & ſic factum fuit: quia poſt reditum captiuitatis Babylonicæ non legitur populus Iudaicus ad idololatriā declinaſſe, niſi aliqui pauci tempore Antiochi illuſtris.*

4 Et ira magna. *i. regna vos affligentia. Et dicit.* Ira magna. *quia fuerunt puniti a Deo, non tantùm temporaliter, ſed etiam æternaliter.*

5 Quia ego iratus ſum. *ſ. vobis Iudæis, punīendo vos pœna temporali.*

Ipſi verò, &c. *i. Aſſyrij, & Chaldæi.*

Adiuuerunt in malum. *ſ. pœnæ veſtræ. quia fuerunt in hoc executores diuinæ iuſtitiæ.*

Propterea hæc. *ſ. quia fuiſtis puniti ſecundum ordinem meæ iuſtitiæ.*

6 Reuertar ad Ieruſalem. *per viam miſericordiæ.*

7 Et domus mea. *quod fuit impletum ſub Zorobabel duce, & Dario regnante.*

8 Et perpendiculum. *i. inſtrumentum lignum, in cuius medio pendet chorda habens plumbum in extremitate ſua, cum quo perpēditur ſi murus directè ædificatur.*

9 Adhuc clama. *non ſolum de ædificatione templi, ſed etiam de proſperitate populi.*

10 Adhuc affluent ciuitates. *i. Iudææ.*

11 Bonis,& conſolabitur. *quod in parte fuit impletum tempore Zorobabel, & Neemiæ, & Machabæi: ſed perfectius tempore Chriſti ibi prædicantis, & miracula facientis, & plenitudinem Spirituſſancti concedentis.*

12 Et leuaui. *Hic ponitur ſecūda viſio de deiectione aduerſariorum populi Iudaici, cum dicitur.* Et leuaui oculos. *imaginaria viſione.*

13 Et ecce quatuor. *Sic. n. videbatur ei imaginaria viſione.*

14 Et dixi ad angelum. *meæ cuſtodiæ deputatum.*

15 Quid ſunt hæc? *i. quid ſignificant hęc quatuor cornua.*

16 Hæc ſunt cor. *i. quatuor regna quæ afflixerunt Iudęos ſucceſſiuè. ſ. Chaldæorū, Perſarū, Gręcorum, & Romanorū, vt cōiter exponitur. Ra. Sa. per quatuor cornua intelligit aduerſarios Iudęorum ſecundum quatuor partes mundi: quia ab Oriente fuerūt afflicti, & ab Occidente, a Meridie, & ab Aquilone, & hoc per diuerſas Gentes circa Iudęam habitantes, vt patet ex 4. Reg. & 2. Paralipom.*

✱ 1. Et

## MORALITER.

†† *Et leuaui oculos, &c.* per quæ myſticè ſignificantur quatuor impugnantia moralem Ieruſalem quæ eſt rationalis anima. Primum autem eſt delectatio praua mulcens animum. Secundum, eſt conſenſus in peccatum. Tertium, operis executio. Quartum conſuetudo. Hæc autem quatuor impugnant animam,& ducunt eam captiuam.

MORA-

quod Gentes diſperſerant.

A Alleg. Per quatuor cornua quæ regnant contra populũ Dei, quatuor paſſiones, & perturbationes animi ſignant. vnde. *Hinc metuunt, cupiuntq;, dolentq;, gaudentq;.* Contra has, quatuor fabri, & quaſi boni medici nõ cernũtur a propheta. Per ſe enim videre non poterat, ſed oſtenduntur a Deo, quatuor ſcilicet virtutes, prudentia, iuſtitia, fortitudo, temperantia. Hæ virtutes ædificãt qdquid vitia deſtruunt. Sãcti quoq; qui hæc remedia poſſidentes eccleſiã inſtaurãt, fabri appellant. vnde Apoſto. *Vt ſapiens architector fundamẽtum poſui.* Vel, quatuor fabri, Euãgeliſtæ, qui oppreſſum Iſrael .i. ſenſum videntem Deum, & Iudam .i. Deum cõfitentem, & Ieruſalem .i. pacis viſionẽ, in priſtinam ſedem reſtituunt: & quos Gentes vitiorum diſperſerant, retrahunt ad ſalutem. D

1.Cor.3.b.

a Non omnes ſimul, ſed ſibi inuicem ſuccedendo. b Ego non conſpexi.
ventilauerunt Iudam, & Iſrael, & Ieruſalem. Et oſtendit mi-
a Deſtructores malorum, ædificatores bonorum.
hi dominus quatuor fabros, & dixi. Quid iſti veniũt face- 1
Quidem.
re? Qui ait, dicens. Hæc ſunt cornua quæ ventilauerunt Iu-
a Intantum quod nemo. Tanto malorum pondere depreſſus.
dam † per ſingulos viros, & nemo eorum leuauit caput ſuũ. 2
Scilicet Fabri. Regna. Subijciant Deo.
Et venerunt iſti deterrere ea, vt deijciant cornua Gentium, 3
Super populum Dei.
quæ leuauerunt cornua ſuper terrã Iuda, vt diſpergerẽt eã. 4 5 6

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et oſtendit mihi, &c. *i. quatuor angelos paratos frangere dicta cornua, quia ſunt executores diuinæ iuſtitiæ.*
2 Et nemo eorum. *i. Iudæorum.*
3 Leuauit ca. &c. *i. potuit reſiſtere aduerſarijs prædictis.*
4 Et ve. iſti. *i. dicti fabri.*
5 Deterrere ea. *i. prædicta regna: vel aduerſarios ſecundum quatuor partes mundi, vt dictum eſt.*
6 Vt deijciant, &c. *i. poteſtates earum, quod in Chriſto videmus impletum. cuius imperio ſubmiſerunt colla principes Gentium.*

MORALITER.

B 1 *Et oſtendit mihi.* De quibus ſubditur.
6 *Vt deijciant.* per iſtos fabros cornua deijciẽtes ſignificatur prędicationes, ad quas oportet quatuor cõcurrere, ſicut in corporali fabricatione. Ad quã requirũtur, artifex, materia dura, ignis & malleus. Artifex eſt prædicator, materia dura, peccator, malleus aũt verbũ diuinũ. quod *eſt malleus conterens petras,* vt dicitur Iere. 23. Ignis autem eſt Spiritusſanctus qui mollificat corda dura. Iſtis autem in prædicatione concurrentibus deijciuntur cornua prædicta. E

ADDITIO I.

*In cap. 1. Zachariæ vbi dicitur in poſtil. Et ſecundum regulam Hebræorum iſti duo fuerunt prophetæ.*
*Sicut dictum fuit in additione Iere. 1. cap. & Hoſeæ. 1. cap. hoc dictum quod dicit Poſtillator eſſe regulã apud Heb. non eſt regula, ſed dictum vnius ſingularis qui non habet autoritatẽ, & inquirere circa hoc videtur magis curioſum quã vtile: cũ prophetię de huiuſmodi patribus prophetarũ non inueniatur, vt dictũ fuit in prædictis additionib.*

ADDITIO II.

*In eodem capitulo vbi dicitur in poſtilla. Eſt autem myrtus arbor faciens pulcherrima poma.*
*Licet myrtus ſit arbor pulchra, & faciat folia, et grana odorifera non tamen facit fructũ pulchrum, ſed quædam grana minuta nigra. vnde Leui. 23. g. vbi dicitur.* Fructus arboris pulcherrimæ, *nõ ponitur in Hebraico dictio ſignificans myrtũ, ſed alia quæ ſignificat citrũ, quod eſt pomum pulcherrimum. Et in eodem loco, vbi ponitur eadem dictio, quæ hic habetur in tranſlatione noſtra dicitur.* Lignũ denſarum frondium, *quod pertinet propriè ad myrtum. vnde in dicto Hiero. in prologo allegato a Poſtilla. non dicitur de myrto, quod habet fructum pulchrum, ſed odoriferum, quia (vt dictum eſt) grana myrti, quæ ſunt eius fructus, non ſunt pulchra, ſed odorifera: ligno verò attribuit pulchritudinem, quia ſic eſt in re.*

CAP. II.

ET *leuaui oculos.* ✠ Remigius. Semper ſcriptura prophetica triſtib. læta ſubiungit. Nã qui prius leuauit oculos vt videret triſtia in cornib. nunc itẽ leuat oculos vt videat virum metientẽ Ieruſalem. Hic eſt ille vir de quo ſcriptũ eſt. *Ecce vir Oriens nomen eius.* Et in Ezechielis libro cernitur, habẽs funiculũ & calamũ in manu eius, vt metiret ciuitatem Dei Ieruſalẽ, *cuius artifex & conditor eſt Deus.* a C

Quidã putãt hoc ex parte cõpletum ſub Zorobabel, & alijs ducib. qui vſq; ad aduentũ Saluatoris populũ Iſrael rexerunt. Iudæi in mille annorũ fabulã interpretant, corporales corporalia requirẽtes. Hæretici ſuſpicant cęleſtẽ Ieruſalẽ quæ paſſa erat ruinam peccatricũ animarum, de eis eſſe reſtituendã. Sed melius intelligit per Ieruſalẽ eccleſia quę in paſſione, & reſurrectione Chriſti, & quotidie ædificatur ab eo qui nouit mẽſuras, & merita ſingulorũ, qui prius eleuatis oculis in quatuor cornib. triſtia vidit, nunc rurſum leuat oculos, vt videat virum cui oriens nomen eſt, de quo ſuprà *Ecce vir aſ. &c.* ſupra 1.b. b

Hoc moraliter de animab. credentium põt accipi, quæ quotidie ædificantur a dño, & cernũt eius pacem.

Alleg. Ieruſalem eſt eccleſia, *de qua dicta ſunt glorioſa, in qua magnus domin[us], & laudabilis nimis.* Hęc habitatur ab hominibus .i. populo legis ad fidẽ cõuerſo, & à iumẽtis .i. Gentib. ab idololatria ad fidem conuerſis. Vel per homines rõnales, & eruditi in ſcripturis, per iumenta ſimplices intelliguntur. Iſtis Chriſtus eſt murus, ignis in circumitu, vt habitantes in medio caleſiant, qui prius tepidi, & per illum comburantur aduerſarij.

Pſal. 86 a. Ibid. 95. a. F † Iudæam.

b *Et ecce ange.* Hũc Hebræi putant Michaelẽ, aliũ qui occurrit,

CAP. II.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce 1
a Chriſtus. b Operatione, & poteſtate. 2
c Menſuram diuidens ſingulis prout vult. 3
uir, & in manu eius funiculus mẽſorũ, 4
& dixi. Quo tu vadis? Et dixit ad me:
a Apparere faciam.
Vt metiar Ieruſalẽ, & † videam quan- 5
Charitas quæ vſque ad inimicorum dilectionem extenditur. 6
a Perſeuerantia eius vſque in finem. 7
ta ſit latitudo eius, & quanta lõgitudo 8
eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur, 9
a Qui loquebatur ad Michaelem, vt loquatur prophetæ.
& alius angelus egrediebatur in occurſum eius, & dixit ad

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

1 ET leuaui, &c. *Hic conſequenter denũciatur reædificatio ciuitatis Ieruſalẽ. Circa quod ſciendum quod illa ędificatio, quæ facta eſt per Zorobabel fuit figura ædificationis eccleſiæ per Chriſtum quę dicitur ſpiritualis Ieruſalẽ, vt frequenter ſuprà dictum eſt: & ideo de vno ędificio fit tranſitus ad aliud: igitur primò nuntiatur materiale, ſecundò ſpirituale, ibi.* Et ecce. *Circa primũ dicitur.* 2 Vidi. *viſione imaginaria, & intellectuali.* 3 Et ecce vir. *i. ange. in ſpecie viri.* 4 Et in ma. &c. *i. aptus ad menſurandũ loca in quib. debent fieri ędificia. Ideò ſubditur.* 5 Vt metiar Ieruſalem. *quantũ ad ciuitatem Metropolim.* 6 Et Iudæam. *quantũ ad alia loca in Iudęa.* 7 Quanta ſit, &c. *Ante quam. n. ędificentur ciuitates, & loca accipiuntur menſurę ędificiorum ſecundum longitudinem, & latitudinẽ vt exponunt aliqui, & malè: quia in Hebręo habetur, & videam, quia angelus ſolum loquitur de Ieruſalem.* 8 Et ecce, &c. *Hic conſequenter intendit vt metiatur ędificium ſpiritualis Ieruſalem, illa quę ſequuntur nunquam fuerunt in Ieruſalem per Neemiam reędificata: ſed ſemper fuit in timore aduerſariorum, & ſubiectione extraneorum vſque ad eius deſtructionem per exercitum Romanorum, dicit ergo.* Et ecce angelus. *mihi pro cuſtodia deputatus.* 9 Egrediebatur. *Ad habendũ reuelationem nouam de futuris ab angelo* ✠

MORALITER.

1 *Et le.* Capitulum iſtud exponunt Hebræi, & catholici communiter ad literam de ædificatione domus Dei, per Zorobabel, & eius ſocios ædificatæ in reditu captiuitatis Babylonicæ. Ego autem expoſui ad literam de ſpirituali ædificatione eccleſiæ per Chriſtum: propter quod de alia ſpirituali expoſitione pertranſeo, & quia mihi non occurrit alia melior hic ponenda.

a ¶Ad comparationem angelorum omn's humana natura vel ſcientia pueritia dicitur, quia non angeli in nos, ſed nos in angelis proficimus 1
cum: Curre, loquere ad [a] puerum iſtum dicens: Abſque mu- 2
ro habitabitur Ieruſalem præ multitudine hominum, & iu 3 4
mentorum in medio eius. Et ego ero ei, ait dominus, murus 5
a ¶Tertia vocatio, crebra admonitio eſt ad fugam. 6
a ignis in circumitu, & in gloria ero in medio eius. O [a] o o fu- 7
gite de terra aquilonis dicit dominus: quoniam in quatuor 8 9
ventos cœli diſperſi vos, dicit dominus. O Sion † fuge quæ 10
habitas apud filiā Babylonis, quia hæc dicit dominus exer- 11 12
b cituum: Poſt gloriam miſit me ad Gentes, quæ ſpoliauerūt 13
c vos. † Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi † mei. 14

currit, Gabrielē, qui loquitur ad Michaelē, vt loquaꝛ pro-
A phetæ, quantū abūdantiam oīum rerum, & multitudinē hoīum, & iumētorū, & firmitatē murorū ſit habitura Ieruſalē, quę in p̄ſenti vſq; ad fauillas, & cinerē deſtructa ſit.

Lib. 28. mor. cap. 2. ✻ Greg. Non eſt Deus angelus qui mittitur, cui verba ab angelo quæ dicere debeat rubentur. Sed quia in cōſpectu conditoris angelica miniſteria ordinata graduum poſitione diſtincta ſunt, vt & pro cōi fœlicitate beatitudinis opificem ſuū ſimul videntes gaudeant, & tamē ꝓ diſpoſitione dignitatis alijs alij ſubminiſtrēt, ad prophetā angelus angelum mittit, & quem ſe-
B cum de Deo gaudere cōiter conſpicit, & docet, & dirigit: quia eum, & per ſuperiorem ſcientiam virtute cognitionis, & per præſtantiorē grām culmine poteſtatis excedit.

† erue te.

† 2. q. 7. c. accuſatio 1.

✻ Idem. Hoc certiſſimè ſcimus, quia ad explendum de ſupernis miniſterium alij ſpiritus alios mittunt Zacharia teſtante. *Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, &c.* Dū enim angelus ad angelum dicit: *Curre, & loquere*, dubium non eſt quia alius alium mittit. Minora verò ſunt quæ mittuntur, maiora quæ mittunt. Sed hoc quoque de ipſis agminibus, quæ mittuntur, certum tenemus: quia & cū ad nos veniunt, ſic exterius implent miniſterium, vt tamē nunquam deſint interius per contemplationem. Et mittuntur igitur, & aſſiſtunt, quia & ſi circumſcriptus eſt angelicus ſpiritus ſummus tamē Spiritus ipſe qui Deus eſt, circumſcriptus non eſt. Angeli itaque & miſſi, & ante ipſum ſunt: quia quolibet miſſi veniāt, intro ipſū currunt.

Homil. 34. in Euangelia, & li. 4. mor. c. 27

Hieron. Hæc omnia Iudæi ad literam futura fabulantur, vt pre multitudine hominum, & iumentorum Ieruſalem non poſſit habere murum, ſed murus illius Domini ſit defenſio, & illius in medio habitantis perfruatur gloria.

a *O o o fugite.* Iuxta ſitum Ieruſalem, Aſſyrij, & Babylonij qui Dei populum viſitauerunt, in terra aquilonis habitabant, Angelus qui loquebatur ad angelū prophetātem in Zacharia, nūc loquitur ad illos qui habitabant in Babylone
D vt a quatuor ventis in quos fuerant toto orbe diſperſi, reuertantur in Sion: & ò Sion quæ nunc habitas in Babylone, reuertere ad priſtinam ſedem.

✻ Rup. Hoc quod dicitur, *o o o fugite, &c.* ſic intelligitur. Ecce quō pœnitet Dominum mali quod fecit nobis, quō dolet ſuper ciuitate inclita, & tēplo nobili, in qua ſola ciuitate glorificabatur, in quo templo vnico nomen eius inuocabatur. Nec mirum, magnū.n. illic erat nomen eius, magn᷑ honor impendebātur nomini eius. Cyrus illuc nos redire non compulit, ſed tantummodo redeundi licentiam dedit. Quantopere verò
E nos inuitat Dominus, vt properanter velimus exire de terra iſta immunda?

† te

H Aquilo ventus frigidiſſimus, qui corda quæ afflat dura reddit. Præcipitur his qui ierant ad frigus aquilonis, & in toto orbe diſperſi erant, & in nocte huius ſæculi verſabantur, vt fugiant ad eccleſiam, & humilia relinquentes, in ſublimitate dogmatum conſiſtant.

b *Poſt gloriā miſit me ad Gen.* Vox Saluatoris miſſi a patre inducitur, qui aſſumpta carne poſt gloriā diuinæ maieſtatis mittitur ad Gentes, quę ſpoliauerunt populū Dei, vt q ante eos fuerāt p̄dati, prędæ ſint ſeruientib. ſibi: & cognoſcet turba ſeruiētium, quod Deus oīpotens miſerit eum.

c *Tetigerit vos.* Tactus pro vexatione accipitur: Qui ergo ſanctos Dei tangit, ſic eſt quaſi vexare cupiat pupillam eius oculi, vt illum priuet clara luce: vnde in Euangelio: *Vos eſtis lux mundi.*

M ✻ Rup. Deus quō cogitauit, ita & fecit, leuauit manum ſuam ſuper Romanos qui ſpoliauerūt Iudæos ornatu ciuitatis, & templi: & ecce ipſi ſunt prædæ Iudæis, ſ. Apoſtolis, qui ſunt ex Iudæis eo modo quo ſunt piſcatoribus piſciculi. Sic enim quibuſdam dixit: *Venite poſt me faciam vos piſcatores hominis.* Iſti & ſimiles illis, ſunt, quos, *qui tetigerit, tanget pupillam oculi mei:* non vt ego cæcus fiam, ſed vt cæci ſint ipſi qui tetigerunt, *& ego abſcondam faciem meam ab eis.*

Didymus

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *angelo ſuperiori: quia ſecundum ordinem hierarchicum ſuperiores angeli illuminant medios, & medij inferiores, & ex hoc patet quòd hæc reuelatio eſt de alia re quam præcedens: quia eſt de Ieruſalem ſpirituali. Ideo ſequitur.*

1 Abſque muro, &c. *Quia eccleſia non confidit in murorum fortitudine, ſed in diuina protectione.*

2 Prę multitudine. *Quod impletum videtur in fidelium multiplicatione per orbem vniuerſum.*

3 Hominum & iumentorum. *Quia credentium aliqui ſunt ſapientes, & literati qui homines dicuntur, alij verò ſimplices, & illiterati, qui iumenta nominantur, Pſalm. 72. d.* Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.

4 Et ego ero ei. *i. protector, & defenſor.*

5 Et in gloria. *Quia Deus in eccleſia honoratur, & ideo ad eam homines inuitantur, cum ſubditur.*

6 O o o fugite de terra. *i. de poteſtate diaboli.*

7 Quoniam in quatuor. *i. ſpargi permiſi per varios errores ante aduentum Chriſti.*

8 O Sion. *i. populus præuiſus ad fidem: Nomine enim Ieruſalē, & nomine Sion intelligitur eccleſia, vt declaratū fuit Iſa. 2. quæ eſt idē quod fidelis populus, quia eccleſia non eſt ipſi parietes, ſed fideles.*

9 Fuge. *De poteſtate diaboli.*

10 Quę habitas. *i. cultum idololatriæ: non enim poteſt hic intelligi conuenienter per filiam Babylonis ciuitas vel terra Babyloniæ, quia longè ante tempus huius prophetiæ ciuitas Babylonis fuerat deſtructa per Cyrum, & Darium: & Iudæi remiſſi in Iudæam, vt habetur 1. Eſd. Et licet aliqui remanſerunt in terra Babylonis detenti amore vxorum quas ibi acceperant, & prolis quā ibi ſecerant, vt dictū fuit ibidem, tamen illi videntur probabiliter fuiſſe pauci comparatiuè, quia oēs naturaliter inclinantur ad reuertendum in terram originis ſuæ, & maximè de terra in qua detinentur in captiuitate, & ſeruitute. Nec rationabiliter poteſt dici, ꝙ illi qui remanſerunt moneantur hic fugere propter vaſtationem imminentem illi terræ: quia a tempore Cyri legitur regnū eius, & ſucceſſorum ſuorum ſatis quietum fuiſſe vſque ad tempus Alexandri magni, qui regnum illud, vt armorū ſubiecit ſibi. Itē quia terra quę hic dicitur filia Babylonis, immediatè ſupra dicitur terra aquilonis Babylonia verū non eſt ad aquilonem reſpectu Iudeę ſed magis ad orientem: Et ideo per Babylonem quę confuſio interpretatur: et per aquilonē de quo dicitur Iere. 1. c.* Ab aquilone pandetur oē malum: *poteſtas dęmonis metaphoricè ſeu figuraliter deſignatur, ſicut et beatus Petrus in fine primæ canonicæ ſuę dicit:* Salutat vos eccleſia in Babylone collecta. *ideſt, in Roma: quia tunc tp̄e Neronis ibi vigebat poteſtas dęmonis.*

11 Quia hęc: *i. angelorum. vnde in Hebręo ponitur hic nomen domini tetragrammaton ſoli Deo appropriatum: vbi tranſlatio noſtra habet dominus.*

12 Poſt gloriam miſit me, &c. *Secundum ſeriem textus nō eſt verbum Zacharię, ſed Dei dicentis ſe mitti: quod verificatur in Chriſto, qui eſt verus Deus a patre miſſus pro ſalute generis humani, & huic conſonat quędā glo. Hebraica hic a Ra. Sa. inducta, quę talis eſt.* Poſt gloriam miſit me. *Glo. poſt honorē redditum Eſau veniet Meſſias. In antiquis ēt gloſſis Hebraicis princeps Romanus frequenter Eſau, & Roma mons Seir nominantur: & ſic impletum eſt in domino Ieſu Chriſto, quia poſt gloriam monarchiæ adeptam a Romano principe Cęſare Auguſto. Propter quod fecit deſcribi orbē vniuerſū tanquam ſibi ſubiectum, natus fuit Chriſtus, vt patet Lucę ſecundo.*

13 Ad Gentes quę. *i. ad Iudæos qui fideles primitiuæ eccleſię grauiter tractauerunt. Act. 8. quibus prędicauit dominus in perſona propria. Et dicuntur hic Gentes, quia tūc non viuebant ſecundum legem vt Iudæi, ſed tranſgredientes propter mandata hominum, vt patet in Euangelio.* Vel, ad Gentes. *i. Romanos principes qui in primitiua eccleſia fideles perſequebantur in corporibus ſuis, & bonis: quibus prędicauit Chriſtus per apoſtolos Petrum, & Paulum, et alios doctores ſequentes.*

14 Qui enim. *i. ſolicitè vos cuſtodiant: ſicut cuſtoditur oculi pupilla licet. n. tunc Chriſtus permiſerit fideles corporaliter perturbari, tamen cuſtodiuit eos ſollicite in ſpiritualibus bonis in quibus tunc creuit eccleſia, merito & numero fidelium magis quam tempore pacis Quod fuit figuratum in filijs Iſrael.* qui quanto magis affligebātur ab Aegyptijs, tanto magis multiplicabantur, & creſcebant, *Exod. 1. Ideo ſubditur.*

✻ 1 Quia

✠ Didymus Alex. Si quis ſemetipſum ſeruat, orat diuinitus cuſtodiri, vt intactus permaneat a maligno. Cuſtodiæ autem diuinæ exemplum eſt, quo ait: *Dominus, ſeruabis nos, & cuſtodies nos.* Et illud: *Sub vmbra alarum tuarum protege nos*: Et illud: *Pater ſancte, cuſtodi eos.* Tangit autem aliquem malignus lædens, & affligẽs eũ, quod manifeſtum eſt ex eo qđ ait: *Non cõtinget te malum*: & ex eo qđ dictũ eſt a Deo benefacientibus: Qui tetigit vos, tãgit pupillam oculi mei. Lege Euſebium Cæſ. lib. 6. de demonſtratione euangelica, cap. 16.

a *Quia ecce ego leuo manum* Leuat Deus manũ, vt percutiat Gẽtes aduerſarias, & populum ſuũ ad Ieruſalem reducat vel in eccleſiam: & nunc intelliguntur per Gentes contrariæ fortitudines, quæ peccatores quotidie ſuę ſubijciuntur poteſtati.

b *Lauda & lætare filia Sion.* Rectè poſt captiuitatem filia Sion prouocatur ad gaudium, vnde dicitur: *Cum conuerterit dominus cap. &c.* Pſal. 52. d.

Adhuc verba dñi hortantis populum, vt poſt captiuitatem in ſede priſtina reſtitutus gaudeat, & laudet Deum habitantem in medio eius, in quẽ Gentes ſunt crediturę.

c *Ieruſalem.* Quã tẽtationi dereliquerat in perſecutionibus Iudęorũ: Alij putant ſub Zorobabel, & Ieſu hæc eſſe completa, quando duæ tribus (quę dicuntur Iuda) reuerſæ ſunt de captiuitate Babylonis, decẽ retentis in perpetuo exilio.

d *Quia conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo.* Surgere dicitur Deus, quãdo quaſi de ſomno euigilat ad vindictam populi ſui & hoc de habitaculo, ideſt, patriarchis, prophetis, & apoſtolis, in quibus, & cum quibus dominus ad iudicium ad vindictam ſe venturum teſtatur.

Surgere quãdo Deus dicatur.

a Quia ecce ego leuo manum meã ſuper eos, & erunt prędæ 1
his, qui ſeruiebant ſibi, & cognoſcetis, quia dominus exerci 2 3
b tuũ miſit me. Lauda & lætare filia Sion quia ecce ego venio 4 5
& habitabo in medio tui, ait dominus. Et applicabũtur Gen 6 7
tes multæ ad dominũ in die illa, & erunt mihi in populũ, & 8 9
habitabo in medio tui, & ſcies quia dominus exercituũ mi- 10
ſit me ad te. Et poſſidebit dñs Iudam partem ſuam in terram ſanctificatã, & eliget adhuc Ieruſalem. Sileat omnis caro a facie domini: quia cõſurrexit de habitaculo ſancto ſuo. 11 12 13 14 15 16

(Interlinear: ¶ Sic. ¶ Qui me miſit mecum eſt. ¶ Ergo. ¶ Eccleſia. a ¶ A ... patre, & veni in mundum. a ¶ Cum hominibus conuerſatus eſt. b ¶ ... & dabo tibi Gentes hæreditatem. ¶ Patrem ¶ Tunc. ¶ Sicut patri ... a ¶ Hoc iam quia ¶ Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. b ¶ Ex hoc ¶ Pater ¶ In mundũ. a ¶ Filium b ¶ O eccleſia c ¶ Confitentes, & credentes in ſe. d ¶ Eccleſiam. a ¶ Non alibi. b ¶ A malis c ¶ Pacem ... d ¶ Cum dominus ſit ... Titus Iudæã, & eſſ... ¶ Ieſu ... omne genus hominum timeat ...)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia ecce ego leuo &c. ideſt, virtutem.
2 Super eos. *i. principes Romanos, & eorum miniſtros.*
3 Et erunt prędæ. *quia principes Romani, & alij ei ſubiecti, qui in primitiua eccleſia affligebant fideles ſeruitute dura, & eis abſtulerunt bona ſua, modo ſuppoſuerunt colla ſua iugo Chriſti, & eius miniſtris, dotantes eccleſias temporalibus bonis.*
4 Et cognoſcetis. *per experientiam bonorum, & miraculorum.*
5 Quia dominus, &c. *i. Deus pater dominus angelorum.*
6 Miſit me. *pro generis humani ſalute: et ideo pro tãto beneficio inuitatur eccleſia ad laudẽ diuinã, cum dicitur:* Lauda & læ. &c.
7 Quia ecce ego ve. *per carnis aſſumptionem.*
8 Et habita. in medio tui. *conuerſando, et prædicando. Ioa. 1. a.* Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.
9 Et appli. Gen. mul. ad dominum. *quod patet implẽtum per conuerſionem Gentium ad fidem Chriſti per orbem vniuerſum.*
10 Et erunt mihi in po. *Quia inter credẽtes.* non eſt diſtinctio Iudæi, & Grȩci: nam idem dñs omnium. ad Rom. 10. c.
11 Et poſſide. do. Iudam. *i. confitentes Deum:* quia corde creditur ad iuſtitiam: & ore confeſſio fit ad ſalutem. *Et quòd per dominum Iudę tales intelligantur, etiam ſecundum doctores Hebręorum, fuit oſtenſum Iere. 23. & 34.*
12 Partem ſuam. *i. premium ſuum.*
13 In terram ſanct. *i. in cœlo, quod vocatur terra viuentium.*
14 Et eliget adhuc Ieruſalem. *cæleſtem.*
15 Sileat om. ca. *a blaſphemiis domini Ieſu Chriſti.*
16 Quia conſur. de ha. ſan. &c. *i. conſurget in finali iudicio ad mala puniendum, & bona præmiandum.*

## ADDITIO.

*In cap. 2. vbi dicitur in poſt.* Et ego ero, &c. *Super hoc quod dicitur: Et ego ero ei, ait dominus, murus ignis Gloſſa interlinearis. Murus, i. defenſio ſuis, ignis hoſtibus.*

## CAP. III.

a *Et oſtendit mihi.* Prophetata reſtauratione Ieruſalẽ cuius miniſter erat Ieſus ſacerdos, & pro qua etiã ipſe Deum exorabat, inducitur diabolus aduerſarius, volens populum retinere in captiuitate, ſed nõ potuit pręualere.

Dñs Ieſus Chriſtus *ſacerdos eſt in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Qui qm̃ per ſe videri non poteſt, a domino ꝑphetę oſtenditur per carnis aſſumptionem, ſtans coram angelo, per quẽ angelus magni conſilij intelligitur, non ꝙ duas perſonas in filio precipiamus, ſed ꝙ vnus, & idem quaſi homo ſordidatus oſtendatur, & quaſi angelus mediator Dei, & hominum apparere dicatur. Stat autẽ, qui ſtabili conſiſtit gradu, *Et Satan ſtabat a dex. &c.* quia dominus tentatus eſt per omnia abſque peccato, & tentator a dextris ſtat: quia virtutibus Chriſti contraire conatur. Increpet in te dominus pater: non quòd ipſe, qui loquitur increpare non poſſit, ſed quia ex vnitate naturæ, cum alter increpauerit, increpet & ipſe, qui loquitur quia pater, & filius vnus eſt dominus. vnde: *Qui videt me, vid. & pa.* Iſte eligit eccleſiã, quę Dei pacẽ contemplatur. Hic eſt torris erutus ab igne, quia in ſeculo fuit, nec eius incẽdio eſt attactus. *Ardet eum rubus, & nõ comburitur.* Hic eſt ẽt indutus ſordidis veſtibus: quia. *Qui peccatum non fecit, pro nobis peccatum factus eſt.* Sed hęc ſordida veſtis eſt ei ablata, cum noſtra deleuit peccata, vt quia ille ſordidis indutus eſt veſtibus, nos reſurgẽtes in eo ſemper candida habeamus veſtimẽta. Mutatoria. ſunt caro iã immortalis, & impaſſibilis. Cidaris ſuꝑ caput, ſplẽdor eſt diuinę maieſtatis, vt idẽ hõ, & Deus intelligatur.

Exod. 3. d. 2. Cor. 5. d.

## CAP. III.

a E T oſtendit mihi ſacerdotem magnum Ieſum ſtantem corã angelo domini, 1

(Interlinear: a ¶ Orantem pro reditu populi. a ¶ Filium Ioſedech, qui cum Zorobabel præfuit populo. b ¶ Qui & ipſe de reditu populi laborabat.)

✠ Clemens Rom. Diabolus inuidens ſanctę Dei eccleſię, excitauit in nos (apoſtolos, & apoſtolicos viros) erumnas, perſecutiones, perturbationes, blaſphemias, ſchiſmata, hæreſes. Nam populum illum propter Chriſtum interfectum ſibi ſubegit: nos qui ab eius vanitate receſſimus, varijs modis tentat, vt olim beatum Iob: nam & ſummo pontifici Ieſu filio Ioſedech reſtitit, & nos ſæpe cribrare voluit, vt deficeret fides noſtra: ſed magiſter noſter illum in iudicium adducẽs dicebat Increpet in te dominus, qui eligit Iſraelem. Nonne hic eſt auulſus tanquam titio? ✠ Tertul.

Lib. 6. conſt. Apoſt. c. 5.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

E T oſtendit. *Poſt ciuitatis, & templi reædificationem, hic propheta conſequenter denunciat ędificantium conſolationem, & primò Ieſu ſummi ſacerdotis, ſecundò Zorobabel ducis. cap. ſeq. Circa quod ſciendum, quòd ſicut dicit Ra. Sal. Prophetæ principaliter locuti ſunt de diebus Meſſiæ: Ideo propheta primò denuntiat conſolationem ſummi ſacerdotis de eius emendatione, ſecundò de Chriſti incarnatione, ibi.* Audi Ieſu. *Circa primum ſciendum, quòd Iudæi redeuntes de Babylone pręcceperunt grauiter accipiendo alienigenas vxores, vt habetur 1. Eſdr. 10. Et ſacerdotes ſicut alij in hoc peccauerũt, & cum eis Ieſus filius Ioſedech ſacerdos ſummus, ſed ad exhortationem Eſdræ eiecerunt eas, & hoc eſt quod dicitur.*

1 Et oſtendit mihi, &c. co. an. *ſ. Michaele prælato toti Iudæorum populo, vt prędictum eſt.* ✠ 1 Et

## MORALITER.

1 *Et oſtendit mihi ſacerdotem magnum.* Ad literam iſte fuit Ieſus filius Ioſedech, qui fuit bonę vitę: ſed negligens in regimine, quia filij ſui ipſo ſciente acceperunt vxores alienigenas: propter quod imputatum fuit ſibi in peccatum, nam hoc erat contra diuinę legis pręceptum, Exod. 34. Igitur per iſtum ſignificatur prȩlatus bonę vitæ, ſed negligens in ſubditorum correptione: propter quod peccata, quę per ſuam negligentiam committuntur ſibi imputantur. vnde Hiero. dicit de Eli, qui ſimiliter fuit negligens in correctione filiorum: Eli pro iniquitate filiorum ſuorum damnatus eſt. Corripuit quidem eos, ſed lenitate patris non autem autoritate pontificis. Et hoc notatur de iſto cum dicitur. † MORA-

✠ Tertull. Apud Zachariam in perſona Chriſti, imo & A in ipſius nominis ſacramento, verus ſummus ſacerdos patris Ieſus duplici habitu in duos aduentus deliniatur. Primò ſordidis indutus eſt, ideſt carnis paſſibilis, & mortalis indignitate, cum & diabolus aduerſabatur ei, autor, ſcilicet, Iudæ traditoris, qui eum etiã poſt baptiſmum tẽtauerat. De hinc ſpoliatus priſtinas ſordes, exornatus podere, & mitra, & cidari munda, i. ſecundi aduentus: quoniam gloriã, & honorem adeptus demonſtratur, &c.

*Lib. aduerſ. Iudæos, cap. 14. & lib. 3. adue. Marc. cap. 7.*

✠ Iuſtin. Martyr. Sicut per Ieſum filium Naue actiones prænunciantes olim gerenda per noſtrum dominũ editæ ſunt, ita reue B lationem factã in Babylonia ſub Ieſu ſacerdote veſtri populi, me poſſe referre ad Chriſtum noſtrum contẽdo, &c. Quemadmodũ .n. ille dicitur ſordidatus, eo ꝙ vxorem meretricem duxiſſe narratur, ſic nos omnes Chriſtiani ſordidis veſtibus, i. peccatis exuti, ignique per verbum vocationis eius, verè pontifices Dei red dimur, &c.

*Dialog. cum Tryph.*

a ¶Aduerſarius diabolus. b ¶Non à ſiniſtris, quia vera erat eius accuſatio. c ¶Vt quaſi indignum dicens, qui exaudiatur.

a & Satan ſtabat a dextris eius, vt aduerſaretur ei. Et dixit dñs 1
a ¶Accuſatorem. b ¶Increpatio Dei: tuæ malæ voluntati effectum auferat. ¶Deus de ſe per tertiam perſonam loquitur. 2
b ad Satan: Increpet dominus in te Satã, & increpet dominus
in te, qui elegit Ieruſalem. Nunquid non iſte torris eſt eru- 3 4
a ¶Te obſecra ignem. ¶Iſte tam, vel pro peccat s populi, vel pro ſqualore captiuitatis
tus de igne? Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis, & ſtabat 5
a ¶Accip eius ex perſona domini. ¶Alijs angelis.
ante faciem angeli. Qui reſpõdit, & ait ad eos, qui ſtabãt co- 6 7
¶De quibus ſupra dixerat. a ¶Cum ii præceptum opere complerent, idem angelus di. a I eum.
ram, ſe dicens: Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad 8
a ¶Hæc ſunt ſordida veſtimenta. b ¶Iſraelitem coniugem tibi copulaui.
eum. Ecce abſtuli a te iniquitatẽ tuã, & indui tẽ mutatorijs. 9
a ¶Ideſt, mitram per quam ſacerdotij dignitas intelligitur, quia ablatis ſordibus peccatorum, iam mundum habet ſacerdotium.
Et dixit: Ponite cidarim mundam ſuper caput eius. Et poſue 10
a ¶Filium Ioſedech.
runt cidarim mundam ſuper caput eius, & induerunt eum
veſtibus. Et angelus domini ſtabat, & cõteſtabatur angelus 11 12
a ¶Filium Ioſedech ¶Chriſtum. ¶In me.
domini Ieſum, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: 13
a ¶Ecce ſanus factus es: iam no pec ne deterius ali con. b ¶Ambulauerint membra tua. ¶Præcepta mea cuſtodienda.
c Si in vijs meis ambulaueris, & cuſtodiam meam cuſto- 14 15
a ¶In perfectis hoc eſt præmium tuum. ¶Tanquam pontifex.
dieris, tu quoque iudicabis domum meam, & cuſtodies 16

alienigenam duxit vxorem, vnde verè accuſatur. Cum ergo de cunctis Iudææ vrbibus nunc Ieruſalem ſit electa, Deo nõ imputante ei peccata, quæ fecit: cur Ieſum conaris obruere, qui quaſi ticio ſemiuſtus de Babylonia euaſit?

c *Si in vijs meis.* Poſt ablutionem ſordidę veſtis, & reſtitutam dignitatẽ mundi ſacerdotij, præcipitur Ieſu filio Ioſedech, vt cuſtodiat vias Dei, & præponitur præmium; ideo ſit perſeueraturus iudex, & pontifex in tẽplo Dei, & habiturus de numero angelorum, qui eo tempore ibi aſtabant, quorũ auxilia contra hoſtes circumuallaretur.

✠ Ruper. Iſti duo Zorobabel, & Ieſus filius Ioſedech, multum in hac parte mundo profuerũt, quia in reuerſione de Babylonia principes extiterunt, tẽplumque fundauerũt, & perfecerũt, loco vel genti recuperandæ ſtudentes, vnde ſalus veniret, *quia ſalus ex Iudæis eſt*. Honorauit igitur eos Spiritusſanctus, vt in nominibus vel figuris eorum, venturi Chriſti myſteria ſignificarẽtur, pro eo quòd eius aduentu, vel regno labor, & opuſeorum famulabatur.

Alleg. Dirigitur ſermo ad Chriſtum pro nobis in carne pauperem factum, ad quem refertur ſicut ad caput, quidquid de membris eius dicitur, & noſter profectus, eius eſt victoria. *Cum ergo peruenerimus in virum perfectum in men. æta. pl. Chriſti.* ille iudicabit domum Dei, ideſt, nos, qui ſumus eccleſia, pro meritis ſingulorum conſtituens in eccleſijs prophetas, apoſtolos, doctores, & huiuſmodi. Vnde: *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in me. autem de. di. diuidẽs ſingulis prout vult.* Et tunc dabuntur ei angeli ad miniſtrandum, ideſt homines, qui in carne conſtituti angelicam vitam ducent: qui non fluctuabunt, ſed aſſiſtent ei in eccleſia cum Ieſu ſtante ſtabiles.

*Si in vijs meis ambulaueris, &c.* ✠ Rup. Hæc ad illum hominem Ieſum eſſe dicta, rectè intelligimus abſque ſignificationis vel myſterij clauſura, quod ex eo vel maximè cõſtat, quòd præmiſſo, *ſi in vijs meis ambulaueris*, ita perſonam vel cauſam illius hominis determinat, *tu quoque iudicabis domum meam, &c.* Cum enim dicit. *Tu quoque*, ſatis innuit ea, quæ præmiſſa ſunt, & quæ ſequentur, de alio dicta, & propter alium eſſe facta vel oſtenſa, &c.

✠ Greg. Satan a dextris Ieſu ſtetit, quia illũ ei populum rapuit qui dudum dilectus fuit. Sed quia in fine Iudaicus populus eſt crediturus (*reliquię*, ait, *ſaluę fient.*) Satan a dextris dominus remouit, dicens: *Increpet dominus in te Satan*, & eiuſdem populi liberationem indicans ſubdit, *quia elegit Ieruſalem*. Qui nimirum populus quia ad gehennæ incendia perfidia duce defluebat, ſed dum ad fidẽ reducitur, ab eadem æterno ignis incendio liberatur, ſtatim de eo illic ſubditur: *Nunquid non eſt iſte torris erutus de igne?* Vide Euſebium Cæſar. lib. 5. Demonſtrationis euang. cap. 27.

*Lib 20. mor. cap. 18.*

*Hieron.* a *Satan ſtabat a dex. eius.* Allegorice. Quia illum populum ei rapuit, qui dudum ei dilectus fuit. Gentilitas, quæ C pro ſiniſtro habita fuerat, credidit: & Iudaicus populus, qui pro dextro, ad perfidiam declinauit: Sed quia reliquię in fine ſaluę fient, dominus remouet Satan a dextris ſuis dicens.

*Rom. 9. f.* b *Increpet do. &c. i. Ie.* Eiuſdem populi liberationem indicat, qui elegit Ieruſalem. *Iſte eſt tor. eru.* i. ab æterni ignis incendio liberatus, in quem duce perfidia defluebat.

*1. Eſdr. 14. e.* Legitur in Eſdr. & in Malach. quòd Ieſus cum cæteris alieni-

a *Audi*

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et Sa. ſta. &c. vt ad. *accuſando eum de tranſgreſſione filiorum ſuorum: ſicut Eli fuit reprehenſus a domino, & punitus de tranſgreſſione filiorum ſuorum 1. Reg. 3. non enim legitur, quod iſte Ieſus in perſona propria vxorem alienigenam acceperit.*

2 Et dixit domi. &c. *Hic in Hebræo habetur nomen domini Tetragrammaton ſoli Deo appropriatum, vbi translatio noſtra habet:* dominus. *Et quia ponitur hic ter, & loquendo quaſi de perſona alia, ſatis apertè oſtenditur in Deo Trinitas perſonarum.*

3 Nunquid non iſte. *ſ. Ieſus.*

4 Torris eſt erutus de igne. *i. quaſi titio ſemi combuſtus in tribulatione captiuitatis Babylonicæ, quaſi diceret, Sic: & adhuc vis eum totaliter totum comburrere?*

5 Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis. *quia culpam incurrerat ex negligentia arguendi filios ſuos, & etiam alios ad quod tenebatur ex officio, cum eſſet pontifex ſummus.*

6 Et ait. *ſ. Michael.*

7 Ad eos, &c. *i. alijs angelis ſuperioribus.*

8 Auferte veſtimenta ſordida ab eo. *Per hoc deſignabatur remiſſio culpę de qua pœnituit: & filios ſuos, & populum ad abijciendum vxores alienigenas induxit.*

9 Et indui te mutatorijs. *i. gratia & virtutum indumentis.*

10 Ponite cidarim. *i. mitram, qua vtebatur ſummus pontifex: & per hoc deſignatur, quod dignè exerceret officium, culpa per gratiam deleta.*

11 Et angelus domini *ſ. Michael.*

12 Conteſtabatur Ieſum. *in bono ipſum confirmando.*

13 Hæc dicit dominus. *qui eſt ipſa veritas.*

14 Si in vijs meis ambu. *legem meam cuſtodiendo.*

15 Et cuſtodiam, &c. *reuerenter & debitè officium pontifici exercendo.*

16 Tu quoq; iudicabis, &c. *i. in officio pontificis perſeuerabis.*

## MORALITER.

† 5 *Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis.* Sed quia Ieſus iſte correctionem adhibuit ad monitionem Eſdræ: Ideo ſequitur.

8 *Auferte veſtimenta, &c.* Et per hoc ſignificatur, quòd prælatus bonæ vitæ ſi fuerit benè correctus de defectibus negligentiæ, veſtimenta recuperat virtutis, & gratiæ. cum hoc promittitur ſibi directio diuina, & angelorum cuſtodia, cum dicitur.

11 *Et angelus domini ſtabat, & conteſtabatur.* & patet ſententia.

† MORA-

¶ a ¶Vnde: Adorate dominum in atrio ſancto eius. Illo ſecurus non times, hoſtes. b ¶Te.um qui te cuſtodiunt, quorum auxi- c ¶Angelis vel ſanctis ¶In conſpectu tuo ¶Ad lucem. ¶Iuſtum.

ätria mea, & dabo tibi † ambulantes de his, qui nunc hic aſ- 1
a ſiſtunt. Audi Ieſu ſacerdos magne, tu & amici tui, qui ha- 2
bitant coram te, quia viri† portendentes ſunt. Ecce enim ego 3 4
b adducam ſeruum meum †Orientem: quia ecce lapis quẽ dedi 5 6
coram Ieſu, ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt. Et ecce 7 8
ego † cælabo ſculpturam eius, ait dominus exercituum. & 9
auferam iniquitatem terræ illius in die vna. In die illa, dicit 10 11
dominus exercituum. vocabit vir amicum ſuum ſubter vi- 12
neam, & ſubter ficum. 13 14

A a *Audi Ieſu ſacerdos magnę.* Promiſerat Ieſu filio Ioſedech quòd iudicaret, & domum eius, & cuſtodiret atria, & haberet angelos miniſtros angelicæ dignitatis. Nunc dicit ei & amicis eius, i. diſcipulis eius, & prophetis qui ſunt viri portendentes, i. poſiti in ſignum futurorum, quòd plenã fœlicitatem, & perfectam beatitudinem ſint habituri, quãdo ille venerit cui nomen eſt Oriens. Qui ẽt lapis angularis dr, coniungens duos parietes in vnũ: Super quẽ ſeptẽ oculi, de quibus Iſa. *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & repleuit eum ſpiritus timoris domine.*

B b *Adducam ſeruũ meum Orientem, &c.* * R. Ionathan. Ecce adduco ſeruum meum Meſſiam, & reuelabitur.

* Rup. Inde Oriens dicitur, quia lux vera eſt, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: & inde ſeruus, quia *ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens.*

Alleg. Ieſus magnus ſacerdos, dominus Saluator: Amici eius, apoſtoli, qui ſunt portendentes viri, ideſt, facta eius myſticè accipientes vel aſpicientes, & de præſentibus futura cognoſcentes, qui cæcum natum ſub populo Gentilium interpretatur. Qui etiam ſecundum aliam figuram Oriens dicitur pro lumine, & lapis, qui ſecundum Danielem de monte abſciſus eſt pro robore, quo omnia regna conterit. Dicitur ergo Chriſto: Tu & apoſtoli tui, audite promiſſiones quas feci implendas in vobis: & ſtatim vertitur ſermo ad auditores loquens de ipſo Chriſto: *Ecce enim ego addu. ſer. meum,* dominum, ſcilicet, Chriſtum: Qui etiam lapis eſt conterens inimicos. Quem ego de. co. Ieſu filio Ioſedech, quia poſt illum venit, & in facie eius datus eſt, quia per ſe intelligebat illum

D illum præfigurari: In quo vno ſeptem oculi, quia in illo fuit plenitudo totius gratiæ ſpiritualis.

* Greg. Nullus hominum operatione ſancti Spiritus operationes ſeptiformes ſimul omnes habuit, niſi ſolus mediator Dei, & hominum, cuius eſt idẽ Spiritus, qui de patre ante ſecula procedit. Bene ergo dicitur, *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt.* Huic enim lapidi ſeptem oculos habere, eſt ſimul omnem virtutem Spiritus ſeptiformis grę in operatione retinere. Alius namq; prophetiã, alius ſcientiã, alius virtutes, alius genera linguarum, &c. accipit: ad habenda verò cuncta eiuſdẽ Spirit⁹ munera nemo pertingit. At verò conditor noſter infirma noſtra ſuſcipiens, quia per diuinitatis ſuæ potentiã ſimul ſe habere omnes ſancti Spiritus virtutes edocuit, micantes proculdubio pleiades iunxit, &c. E

Lib. 28 mora cap. 16.

† germen.

Seruat metaphoram lapidis: q.d. Hunc lapidem clauis crucis, & lancea militis faciam vulnerari: Et in eius paſſione delebitur iniquitas terræ, in vna die, de qua dicitur: *Hæc eſt dies quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea.* Et in illa die paſſionis vocabit vir, i. perfectus vir in Chriſto, amicum ſuum, ideſt credentes ex Iudæis vel Gentibus, vt ſint ſub vinea, cuius fructus *lætificat cor hominis,* & qui ait: *Ego ſum vitis,* & ſubter ficum, ideſt, dulciſſimam refectionem Spirituſſancti.

Hieron. Remig. Rupe. t. Pſal. 117.d. Ibid. 103. b. Ioan. 15.a.

LXX. Ecce ego foueam fodiam. Hoc Iudæi ad finem mundi referunt, quando veniet iudicaturus Chriſtus, qui fodiet, ideſt, in medium proferet opera ſingulorum, & in illa die vocabit vnuſquiſque ſanctorum amicos, ideſt, alios ſanctos ad requiem, vt operum ſuorum virtute gaudeant.

Cap. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dabo tibi am. de his, qui nunc hic aſſi. *i. de angelis hic aſſiſtentibus dabo tibi adiutores, & directores in officio tuo.*

2 Audi Ieſu. *Hic conſequenter ponitur conſolatio Ieſu ſacerdotis de Chriſti incarnatione, quam ſummè deſiderabant patres veteris teſta. Ideo ſubditur:* Audi Ieſu. *q. d. rem valde grandem ego ſum tibi dicturus.*

3 Tu & amici tui. *i. illi, qui ſunt parati ad abijciendum alienigenas vxores, & legem ſeruare.*

4 Quia viri por. ſunt. *i. in futurum expectantes ſcilicet, Chriſti myſterium. Dicitur enim portendens a portendo, dis: quod eſt aliquid in longinquum deſignare vel expectare. Rab. Sal. dicit, quòd iſti fuerunt Ananias, Miſael, & Azarias, qui de Babylone redierunt cum Zorobabel, & Ieſu ſacerdote, & erant ei familiares, & amici. Et dicuntur hic viri portendentes, quia in eis fuit factum portentum, ideſt, mirabile ſignum, quando de camino ignis exierant illæſi, vt habetur Dan. 3.*

5 Ecce enim ego addu. ſer. me. Orien. *In Hebræo habetur, germinantem, & exponit hoc Rab. Sal. de Zorobabel, qui dicitur hic germinans, eò quòd genuit Neemiam, vt ipſe dicit, qui ædificauit ciuitatem Ieruſalem, ſicut pater ſuus templum ante conſtruxerat. Sed hoc non videtur verum, quia 2. Macha. dicitur quod iſte Neemias erat ſacerdos, & ſic de tribu Leuitica. Zorobabel autem fuit de tribu Iuda, vt patet Matth. 1. Et ideo aliqui expoſitores catholici dicentes cum Rab. Sal. quòd hæc ſcriptura intelligitur ad literam de Zorobabel, dicunt, quòd hic vocatur Oriẽs, quia fuit ortus de tribu regia, & quia proſperatus fuit in ædificio templi: ſed iſti cum Rab. Sal. videntur Iudaizare, & magis quam antiqui Hebræi, vbi tranſlatio noſtra habet:* Ecce enim ego adducam ſeruum meum Orien. &c. *tranſlatio Chaldaica apud Iudæos autentica ſic habet:* Ecce ego adducam ſeruum meum Meſſiam, & reuelabitur. *Ex quo patet, quod de Chriſto ad literam intelligitur.*

6 Quia ecce lapis. *ideſt, Chriſtus, qui dicitur* lapis abſciſus de monte ſine manibus, Daniel. 2.e.

7 Quem dedi coram Ieſu. *Quia vidit eum per fidem futurum ſicut Saluator dicit Ioa. 8.g.* Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit & gauiſus eſt.

8 Super lapidem vnum. *i. Chriſtum, qui eſt vnus in perſona, licet in eo ſit duplex natura.*

9 Septem oculi ſunt. *i. ſeptem dona Spirituſſancti, quę in plenitudine quieuerunt in Chriſto homine, ſecundum q̃ dicitur. Eſa. 11.a.* Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, &c. *Quod ad literam intelligitur de Chriſto etiam ſecundum dicta Hebræorum, vt ibidem fuit diffuſius declaratum.*

10 Ecce ego cælabo ſculp. eius. *quia corpus Chriſti fuit formatum, & figuratum in vtero virginis virtute diuina.*

11 Et auferam iniqui. terræ illius. *i. mundi totius. Vel per ſeptem oculos vniuerſitas angelorum deſignatur. vnde Dan. 4. angeli dicuntur vigiles, & Matth. 18.b.* Angeli eorum ſemper vident faciem patris. *Et iſti ſeptem oculi ſunt ſuper Chriſtum, quia ſemper ſunt attenti ad exequendum eius mandatum quia ipſe eſt rex angelorum, & hęc expoſitio magis concordat literæ ſequenti.*

12 In die vna. *i. in die paſſionis ſuæ. ſecundũ quod dicitur Io. 1.d.* Ecce agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi. *Conſiderandum autem, quod hic dicit Rab. Sa. quòd ipſe neſcit, quę ſit iſta dies, quia non poteſt aſſignare aliquam diem, ſuper perfidiam Iudaicam (quæ negat Chriſtum veniſſe) in qua terra Iudeę fuerit abſque iniquitate, & ideo ex hoc quòd confitetur hanc ignorantiam, pręter eius intentionem confirmat catholicam veritatem.*

13 In die illa. *i. tempore Chriſti.*

14 Vocabit vir. ami. ſuum. *Per talem modum loquendi ſignificatur tempus magnę pacis in pluribus locis ſacrę ſcripturę: & ſic fuit in natiuitate Chriſti propter quod tunc deſcriptus fuit orbis, vt dictum eſt ſupra omnibus terris ſub imperio Romanorum pacatis.*

* Cap.

## MORALITER.

2 *Audi Ieſu ſacerdos magne.* Per hoc oſtenditur, quòd bonus prelatus per Ieſum ſignificatus habere debet amicos, & familiares, qui ſunt viri portendentes, ideſt, aliquid in longum expectantes: & tales ſunt illi, qui non ponunt finem ſuum in bonis prȩſentibus, & tranſitorijs, ſed in futuris, & æternis.

5 *Ecce enim ego adducam, &c.* Hic ad literam ponitur reuelatio de aduentu Chriſti primo: propter quod de alia expoſitione pertranſeo.

† MORA-

CAP. IIII.

A a ET reuerſus eſt. Nunquam videtur abijſſe qui loquebatur in propheta: ſed ſciendum quoties humana fragilitas ſuæ relinquitur imbecillitati, Deum a nobis, & angelorum eius auxilium abire. Ergo & propheta ſtupore magnę viſionis attonitus tota mente torpebat, & clarũ lumen veritatis videre non poterat. Vnde ad aliam viſionem cernẽdam quaſi de ſomno excitatur. Qui dormit illo ſomno, de quo dicitur: *Si dormit, ſaluus erit*: poteſt cantare cum ſponſa: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Ideo angelus interrogat excitatũ, vt illo reſpondente ſe neſcire, nos ab angelo diſcamus.

Hieron. Remig. Ioan. 11. b. Cant. 5. a.

B b *Et ecce candelabrũ.* Hebræus dicit, per candelabrum aureum, legem ſignificari. Per lampadem (quę eſt in capite) Chriſtũ, qui eſt caput legis, & illuminat mundũ. Per ſeptẽ lucernas, quę in Chriſto plenę, quę ſuper candelabrũ, q̃a dictante Spirituſancto lex ſcripta eſt. Per ſeptem infuſoria (quib. mittitur oleum in lucernas, vt luceant in candelabro) intelligitur, quod per legem ſeptem gratię de cœlo deſcendunt ad hoĩes. Per duas oliuas, quę a dextris, & a ſiniſtris: inter quas media lampas lucet, legem & prophetas interpretatur: Angelum quem propheta interrogat, ſenſum intelligit a Deo illuminatum, qui nobis voluntatem Dei indicat, qui non reſpondet, ſed interrogat: nõ ex ignorantia, ſed vt ad intelligendũ excitet. Non in exercitu, nec in robore verbũ dñi ad Zorobabel; ipſe eſt interpretatio viſionis de reductione populi, quæ non fiet multitudine bellatorum, ſed ſpiritu Dei reductus eſt populus, & aduerſarij deuaſtati. Per montem magnum, qui ſtat coram Zorobabel, diabolus interpretatur, q aduerſatur Ieſu, & eleuatur contra Zorobabel, & populum Iudæorum: ſed vr in plano, quia proſtratus, & humiliatus ſub pedib. Iſrael, quo inuito educit Deus lapidem primarium, i. Chriſtum filium ſuum, qui ſemper auxilium fuit populo Iſrael: &

Allego.

C gratia eius lapidis, in eos quos eduxit de captiuitate, exæquauit gratiam quam in patres eorum exercuit. D
* Ruper. Sicut in præcedentibus humilitatem paſſionis, ita in præſentib. gloriam intelligimus reſurrectionis eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti. Quid .n. eſt candelabrũ aureum totũ, & lampas ſuper caput ipſius, niſi Chriſtus ipſe decus & lumẽ omnium angelorũ & hominum, lampade ſuæ diuinitatis, quæ ex virtute reſurrectionis mũdo innotuit, illuminans, quæ in tenebris ſunt vel fuerũt? Lãpas ſuper ipſum eſt Spiritusſanctus ex quo reſurrexit magis in eo manifeſtus: cuius ſeptẽ dona ſeptem lucernæ dicuntur. Et ſicut ſingula infuſoria ſingulas agunt lucernas, ita ſinguli ſpiritus ꝓpria quædam efficiunt opera, de quib. hi, qui Spiritumſanctũ acceperunt, ſua menſura clarifiunt, vt videant homines, & bono exemplo ędificati glorificent Deum. E

c *Et reſpondit angelus, qui loquebatur, &c.* * Greg. Ne quis prædictis Zachariæ verbis Angeli deſignatũ nomine vel Patrem, vel Filium, vel Spiritumſanctum putet, ſi textum ſcripturæ ſacrę conſiderat, quod ſentit velociter emẽdat, quæ nunquam Patrem, nunquam Spiritumſanctum, & non niſi per incarnationis ſuę prędicationem Filium vocat angelum. Vnde in Zachariæ verbis oſtẽditur, quod verè angelus, id eſt, creatura loqueretur. L
* Athana. Quę eſt iſta tam impotens (hereticorum) vecordia? Vbi ſcripturarum inuenerunt, angelum eſſe Spiritumſanctum? Iam cum ſcripturę nuſquam Spiritumſanctum nuncupent angelum, quid habent, quo ſe in tã bruta temeritate excuſent? Ecce inquiunt, in Zacharia ſcriptũ eſt: *Hæc dicit angelus, qui loquitur in me.* & certum eſt hic angelum Spiritum ſignificare in eo loquentem. Hoc nunquã dicerent, ſi quod legunt attenderent. Ipſe enim Zacharias cum viſionem de candelabro vidiſſet, ita ait. *Ecce reſpondit angelus, qui loquebatur in me. Non cognoſcis iſta, quæ ſint?* Ex quibus verbis angelum illum loquentem prophetæ non eſſe Spiritumſanctum, ſed angelum duntaxat: Spiritum autem

CAP. IIII.

ET reuerſus eſt angelus, qui loquebatur 1
in me, & ſuſcitauit me quaſi virũ, qui 2
a Quietis vel ignorantiæ.
ſuſcitat de ſomno ſuo. Et dixit ad me:
a
† Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce cã 3
b
delabrũ aureũ totum, & † lampas eius 4
Candelabri. a Lampadis.
ſup caput ipſius, & ſeptẽ lucernæ eius 5
a Candelabrum. b Erant Quibus oleum infunditur in lucernis. †
ſuper illud, & ſeptem infuſoria lucernis, quæ erant ſuper ca- 6
Erant. Euangelium.
put eius: & duæ oliuæ ſuper illud: vna a dextris lampadis, & 7
Lex. Lampadis
vna a ſiniſtris eius. Et reſpõdi, & aio ad angelũ, q loquebatur 8
in me, dicens. Quid ſunt hæc domine mi? Et reſpondit an-
c
gelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me: Nunquid neſcis
quid ſunt hæc? Et dixi: Non domine mi. Et reſpondit, & ait

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

* ET reuer. eſt. *Hic conſequenter ponitur conſolatio Zorobabel ducis de conſummatione templi futura quod ipſe fundauerat: ſed poſtea opus impeditum fuerat vſque ad ſecundum annum Darij regis Perſarum, in quo Zorobabel, & ei adhærentes reſumpſerũt opus, vt dictum eſt ſupra Aggę.1. Igitur preſens capitulũ in duas partes diuiditur: quia primò huius conſũmationis ponitur ꝓphetica viſio. ſecũdò, huius viſionis expoſitio, ibi:* Et reſpõdi. *Circa primũ dicitur.*

Diuiſio.

1 Et reuerſus eſt angelus. *mihi pro cuſtodia deputatus, qui ad horam diſparuerat.*

2 Et ſuſcitauit me. *Ad viſionem enim propheticam oportet excitari, & eleuari mentem, & ſequitur viſio, cum dicitur.*

3 Vidi & ecce candelabrum aureum. *Videbat.n. viſione imaginaria candelabrum aureum ſimile illi, quod fuerat in tabernaculo Moyſi, de cuius materia, & forma dictũ fuit plenariè. Exo.25.*

4 Et lampas eius. *i. ſedes lucernæ, quę erat de auro mundiſſimo.*

5 Super caput ipſius. *i. in humanitate candelabri: Et accipitur hic lampas in ſingulari pro plurali, ſicut Exod. 8. f.* Venit muſca grauiſſima, *i. multitudo muſcarum, quia ſeptem erant ſedes lucernarum, ſicut & ſeptem lucernæ. Vel poteſt dici, quòd hic ſit ſpecialis mentio de vna illarum, quę erat in medio ſtipitis candelabri: et tres hinc, & tres inde ſuper ſex calamos eius.*

6 Et ſeptem infuſoria. *i. vaſa aurea cum quibus infundebatur oleum in lucernis.*

7 Et duæ oliuę. *i. rami oliuarum in ſuperiori parte quaſi formam ſpicarum habentes.*

8 Et reſpon. *Hic ponitur prędictæ viſionis expoſitio: Et primò de ſignificatione candelabri. ſecundò: de ſpicis oliuarum, ibi:* Et reſpon. *Circa primum ſciendum, ꝙ candelabrum erat vnum de principalib. ornamentis templi: & ideo non ponebatur ibi niſi poſt completionem ipſius, & ideo per viſionẽ cãdelabri deſignatur futura conſummatio templi ſub Zorobabel. a quo fuerat inchoatũ: & hoc eſt qd dicitur.*

MORALITER.

† 1 *Et reuerſus eſt angelus, &c.* Sequitur.

3 *Vidi & ecce. &c.* Per quod ſignificatur vniuerſalis eccleſia, & etiam quęlibet cathedralis, Apoc. 1. d. *Septem candelabra aurea, ſeptem eccleſię ſunt.*

4 *Et lampas eius.* i. lampades: quia ponitur ſingulare pro plurali, ſicut Exod. 8. f. *Venit muſca grauiſſima*, i. multitudo muſcarũ. Et ponit hic lampas pro ſede lucernę: & iõ ſicut erant ſeptẽ lucernę ita ſeptẽ lãpades: per quas ſignificatur vniuerſitas doctorũ, & prędicatorũ eccleſię, qui non docent vel prędicant ꝑꝑ quæſtũ vel laudis humane applauſum, ſed propter honorem Dei, & ſalutem animarum. Et de iſtis ſedib. lucernarum dr̃: *Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ.*

† *Et ſeptem lucernæ.* per quas ſignificantur 7. virtutes, tres theologicæ, & quatuor cardinales.

6 *Et ſeptem infu. in lu.* per quę ſignificãtur ſeptẽ dona Spirituſſancti: Et iſta ſunt in doctorib. & p̃dicatoribus bonis.

7 *Et duæ oliuę ſuper il.* per quas ſignificantur dilectio Dei & proximi: quę debet eſſe in prędicatoribus, quod dominus deſignauit Luc. 10. quando miſit diſcipulos binos ad prędicandum: Quod exponens Greg. dicit: Binos ergo diſcipulos mittit in prędicationẽ, vt per hoc tacitus innuat quod qui erga alterum charitatem non habet, prędicationis officium nullatenus ſuſcipere debet.

8 *Et reſpondi, &c.* Ab hoc loco vſq; ad finẽ capituli ponitur expoſitio literalis dictę viſionis Ego aũt in hoc opere non ago de expoſitione literali, ſed tm̃ de myſtica vel morali: & ego iam ipſam poſui, vt patet: & iõ pertranſeo

* 1 Hoc † MORA-

autem fuiſſe ſpiritum omnipotentis Dei, cuius miniſte-
A rium obibat, famulabaturque hic angelus: Spiritumque eſſe indiuiſum à deitate, &c.

Alleg. Candelabrum, eccleſia aurea, propter ſpiritalem intelligentiam ſcripturarum. Lampas Chriſtus, qui in eccleſia fulget. Septē lucernę & infuſoria earũ, gratię Spiritusſancti, per quas oleũ miſericordiæ Dei ſuſcipit eccleſia. Duæ oliuæ, Moyſes & Elias, id eſt, lex & prophetiæ, quæ de Chriſti paſſione prædicabant. Vel, oliuæ Euāgelium, quod à dextris, & lex, quæ à ſiniſtris. Mons, diabolus, & Antichriſtus, qui audet ſe erigere contra Chriſtum, ad Zorobabel dicens: *Hæc omnia tibi dabo: ſi procidens adoraueris me:* B quē dñs calcauit. dicēs: *Vade retro Satana: Scriptum eſt enim: Dominum Deũ tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Lapis primarius verbum quod eſt in principio apud patrem, quod educitur de ſinu patris in carne, qui ęquat gratiam legis gratię Euāgelij, vt æquale munus accipiant, & credentes ex Iſrael & populus Gentium.

b *Quis enim.* Verè Zorobabel & ſocij eius cõfiſi de auxilio Dei, pro nihilo habebũt dies regũ opus Dei impedire volētium: quia quamuis in purpura videant illos ſplendere, & exercitu circundatos, tñ intelligent vitam eorũ paruā, & malā, & nihil cõtra Deũ poſſe: & ideo lætabunt in expletione operis & videbũt auxilium Saluatoris, qui de ſtirpe Zorobabel promittitur, qui lapis pro fortitudine ſtāneus, murus fortis & robuſtus: Sicut .n. ſtannũ alia metalla ab igne defendit: Et cũ ſit æs vel ferrũ natura duriſſimum, ſi abſq; ſtāno fuerit vrit & crematur: ſic omnis angelorũ & hominum fortitudo, ſi nō hẽt auxiliũ Saluatoris ībecilla eſt, & fragilis. E

Hieron.

Stanni natura.

† omnes dicent Gratia gratia illi .i. hei quā pulcher eſt ille?

c *Septem ſunt iſti oculi domini, qui diſcur. &c.*

a ¶ Hæc eſt interpretatio viſionis quam Deus reuelat. ¶ Iſtud.
ad me, dicens: Hoc eſt verbũ domini ad Zorobabel, dicēs: 1
a ¶ id eſt multitudine. b ¶ Bellatorum. c ¶ Fiet ductio p[er] pl[?] & viſ[?]a io inimicorum.
Non in exercitu nec in robore, ſed in ſpiritũ meo, dicit do- 2
¶ Sed ¶ Es ¶ Alias contra
minus exercituum. Quis tu mons magne corā Zorobabel 3 4
a ¶ Proſtratus ab alto b ¶ Dominus c ¶ Chriſtum qui primogenitus mortuorum
in planum? & educet lapidē primarium, & † exęquabit gra 5 6
tiam gratię eius. Et factũ eſt verbum domini ad me, dicens: 7
a Manus Zorobabel fundauerunt domũ iſtā, & manus eius 8
¶ Tunc a ¶ Zacha iam
perficiēt eā, & ſcietis quia dominus exercituũ miſit mē ad 9 10.
a ¶ Q. Pauci ſunt qui deſpiciunt regale faſtigium, ſed Zorobabel deſpexit & ſocij eius.
¶ Deſcriptio humanæ i r.
b vos. Quis .n. deſpexit dies paruos? Et lætabuntur & videbũt 11 12
¶ Lt. a ¶ Quos vid[?] iſti in lapide.
c lapidē ſtanneũ in manu Zorobabel. Septē sũt iſti oculi dñi 13 14
¶ Illo nihil reſpondente.
q diſcurrũt in vniuerſam terrā. Et reſpondi, & dixi ad eũ: 15 16
d Quid ſunt duę oliuę iſtę ad dexterā cādelabri & ad ſiniſtrā 17 18
¶ Illo nihil reſpondente. a ¶ Metaphora è [?] a in ſimi[?] iu[?] dinem ſpicarum rectæ erant arbores, & ſicut ſupra ſpica ariſtis, ſic iſtæ vallatæ ramis & folijs tectæ, ſurgebant in ſublime ¶ De ſpicis ſuprà nō quæſierat.
¶ Alias rami.
eius? Et reſpōdi ſecundò & dixi ad eũ: Quid ſunt duæ ſpicæ

✻ Rupertus. Lapis ſtanneus in manu Zorobabel, eſt Chriſtus natus ex eius genere. Stanneus autē quia gloria humanitatis eius vſque ad paſſionem mortis longè minor exiſtit, quàm eſſe cœpit ex virtute reſurrectionis. Erat etiam ante paſſionem habitans in illo omnis plenitudo diuinitatis, requieſcebatque ſuper eum Spiritus ſeptiformis, hic deſignatus per ſeptem oculos domini: ſed quanto pretioſius ſtanno aurum, tanto glorioſior eſt poſt reſurrectionem, quàm fuit ante paſſionem humanitas eiuſdem mediatoris Dei & hominum. E

a *Manus Zorobabel.* Principes reuertentium fundamentũ templi iecerunt & conſummauerunt: & cum videritis in templo quòd nunc ædificatis culmen impoſitum, vos qui tunc dubitatis, nunc ſcietis, quòd ego Zacharias quidquid dixi, Deo inſpirante annunciaui.

Allegorice. Zorobabel, Chriſtus: qui fundat & perficit eccleſiam, in cuius manu corpus ipſius non plumbeum, ſed ſtanneum, & ab omni peccato puriſſimum. Septem oculi, qui diſcurrunt in vniuerſam terram, ſeptem ſunt ſpiritus: quia nihil latet dominum: ſed præteritorum & futurorum & præſentium conſcius eſt, & *reddet vnicuique ſecundum opera ſua.*

C ✻ Rupertus. Senſus eſt. Domum iſtam manu factam, quā in metu & retardatione ædificare cœpiſtis, impedientibus aduerſarijs in breui completam videbitis, ità vt ex ipſa velocitate operis ſcire debeatis, quòd dominus exercituum miſerit me ad vos. *Quis enim deſpexit dies paruos?* Quod eſt dicere. Cui non mirum viſum eſt, aliquando grande opus fieri intra dies paruos ſiue paucos? Sunt autem pauci dies ab anno ſecundo Darij regis, à viceſima quarta vndecimi menſis eiuſdem anni, qua videlicet die ego loquor vobis in verbo domini, vſque ad tertium diem menſis Adar huius anni, qui ſextus eſt Darij regis. Nimirum pauci dies ad tantum opus, videlicet tantum quatuor anni computantur, & tam paucis diebus opus illud completum fuiſſe ſcriptura Eſdræ teſtatur.

d *Quid ſunt duæ o.* Quia hoc quod quæſieram, non reſpondit, quia ſupra me erat & audire non merui, minora interrogaui, ſecundum illud: *Pulſate & aperietur vobis.* Superius dictum erat de duabus oliuis, quod quia propheta non retinuit, hic interrogans audire non meretur: vel quod ibi obſcurius dictum eſt, hic manifeſtius audire deſiderat. Vel certè ſilentio angeli confutatur eius audacia, quia maiora ſe ſcire contendat. Hebræi dicunt, quia non totum quæſierat quod ſcire debuerat: ideo nihil hic reſpondetur ei de oliuis, ſed ipſe plenius quærit addens ſpicas, vel ramos oliuarum, de quibus ſuprà tacuerat. F

Hiero.

Luce 11.b.

ſuprà eod. a.

✻ Rupertus. Alij duas oliuas Moſen & Heliam ſignificare volunt, alij legem & euangelium. Nos poſtremi quid dicemus? Nihil poſſe intelligi conuenientius, quàm duo data Spiritusſancti. Bis namque datus eſt. Primò in remiſſionē peccatorum per paſſionem Chriſti. Secundò in diuiſiones gratiarum, per gloriam eiuſdem Chriſti reſurrectione & aſcenſione glorificati & ſedentis ad dexteram maieſtatis in excelſis. Vna oliua à ſiniſtris, quia datum primum ab humilitate paſſionis: & vna à dextris candelabri, quia diuiſio gratiarum à gloria paterni conſeſſus, credentibus in ipſum prouenit. ☞ Tertul.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Hoc eſt verbum domini ad Zorobabel. *id eſt, viſio prædicta eſt ſignificatiua conſummationis templi, ſicut & verbum ſenſibile eſt ſignum rei ſignificatæ.* 2 Non in exerci. *id eſt, non virtute humana conſummabitur templum, ſed diuina. ideo ſubditur.* 3 Sed in ſpiritu meo. *quia Deus inſpirauit Dario conſummare templum in Ieruſalem inchoatũ: & ad hoc præbere neceſſaria, & remouere impedimenta, vt habetur 1. Eſdr. 6.* 4 Quis tu mons magne? *id eſt, diabole per ſuperbiam eleuate, qui opus templi impediſti, incitando ad hoc Gentiles & Cambyſem filiũ Cyri.* 5 Corā Zorobabel in planum, *id eſt, deijcieris ab intento, ita quòd amplius impedire nō poteris.* 6 Et educet lapi. primarium: *id eſt, Zorobabel ſuper lapidem fundamenti iam ante poſitum, educet ædificium in altum.* 7 Et exæqua. gra. *id eſt, ſicut Cyrus dedit licentiam ædificandi, ita per impetrationem Zorobabel Darius dabit gratiam conſummandi. Ideo ſequitur.* 8 Manus Zorobabel fun. domum iſtam. *ſub Cyro.* 9 Et manus eius perfi. eam. *ſub Dario.* 10 Et ſcietis. *per impletionem verbi mei.* 11 Quia dominus ex. mi. me ad uos. *de ædificatione templi exhortando, p[er] impletionem enim ſuæ prophetiæ apparuit manifeſtè, quòd fuerat à Deo miſſus ſicut propheta verus.*

12 Quis enim deſpe. dies par. *id eſt, ſtatum redeuntium de Babilone, qui deſpiciebātur & affligebantur a Gentibus circumſtantibus, vt patet. 1. Eſdræ 4. quia tamen his non obſtātibus templũ fuit per Zorobabel conſummatum ideo ſubditur.* 13 Et lætabun. *ſcilicet, Iudæi prius deſpecti & impediti.* 14 Et vide. la. ſtan. *In Hebræ. habetur, plumbatũ, per q[uod] deſignatur ædificiũ tēpli rectè ſublimatũ.* 15 In ma. Zoro. *i. per ſollicitudinē & diligentiam eius. Conſequenter exponit quod dictum eſt ſuprà de oculis ſuper lapidem vnum. cum dicitur.* 16 Septem ſunt iſti ocu. *i. vniuerſitas angelorum deſignata per ſeptenarium, eo modo loquendi quo dixit Raphael angelus, Tobi. 12. c.* Ego ſum vnus ex ſeptem, qui ſtamus ante dominum: *omnes enim angeli aſſiſtunt coram Deo inquantum faciem eius clarè vident & omnes mittuntur in miniſteriũ, ſecundum quod dicitur Heb. 1. d.* Omnes adminiſtratorij ſpiritus ſunt, &c. *inquantum voluntatem eius exequũtur: licet enim ſuperiores angeli nō mittātur ad exteriora exequenda, propter quod dicuntur aſſiſtētes, alij adminiſtrantes, tamen etiā ſuperiores mittuntur ad inferiora: quia ſuperiores illuminãt medios, & medij inferiores de agendis ſecundum ordinē diuinæ voluntatis. Ideo ſubditur.* 17 Qui diſcurrunt, &c. *qua omnes agunt ad ea, quæ fiunt circa humanā naturā.* 18 Et reſpondi. *Hic cõſequēter ponitur expoſitio de duabus oliuis & ſpicis earũ, & roſtris cādelabri, & quia eadē eſt eorũ ſignificatio: iō datur una reſpōſio cũ ſubdit in fine ca. cũ dr.*

* 1 Iſti

☞ * Tertull. Moſen & Heliam Zacharias vidit in figura dua
A rum olearum,& duorum ramulorum oleæ. Nam hi ſunt
Li. 4. adu. Marc. c. 22. de quibus dictum eſt: Illi duo filij opimitatis aſſiſtunt domino vniuerſæ terræ.

Hiero. Remig. Allegorice. Per duas oliuas, duo teſtamenta. Euangelium ſpirituale à dextris, lex corporalis à ſiniſtris: & quia nec totum Euangelium, nec totam legem explanare poſſumus, quaſi ramuſculos, ex eis excerpimus, quia D ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Alij duos ramos oliuarum, vel ſpicas & filios olei, ideſt, pinguedinis vel ſplendoris, ſacerdotium interpretantur, & legem, quæ præbeant gaudium vniuerſæ terræ. Alij Enoch & Eliam: quorum alter in præputio, alter in circuncisione placuit Deo, & cum corpore raptus eſt in cælum.

† in medio duarũ fiſtula rũ aureatum, quæ à ſeipſis effundunt in aurum.

a ¶ Lxx duo rami, qui in manibus ſunt duarum narium.

oliuarum: quæ ſunt † iuxta duo roſtra aurea, in quib. ſunt
ſuffuſoria ex auro? Et ait ad me, dicẽs: Nunquid neſcis qd
ſunt hęc? Et dixi: Non domine mi. Et dixit: Iſti ſunt duo fi- 1
lij olei: qui aſſiſtunt dominatori vniuerſæ terræ. 2

NICOLAVS DE LYRA.

1 Iſti ſunt duo filij, &c. *ideſt, Zorobabel & Ieſus pontifex, qui dicuntur filij olei, quia Zorobabel erat de tribu regia, Ieſus autem de ſacerdotali, dignitas autem vtriuſque officij per inunctionem debebat conferri tamen iſta vnctio non fuit tempore ſecundi templi ſecundum Hebræos.*

2 Qui aſſiſtunt dominatori vniuerſæ terræ. *fideliter inſiſtentes operi eius in templi ædificatione. Roſtra aurea ſecundum viſionem imaginariam erant duę recuruationes in cãdelabro, in quib. pendebant infuſoria. De oliuis autem & ſpicis earũ dictum eſt ſuprà.*

CAP. V.

a E*T conuer.* Superius viderat ædificationem templi, aduentum Chriſti, populum de Babylone liberatum nunciauerat: ſed ne ex viſa fœlicitate extolleretur: videt & triſtia, vt humilietur ex triſtium comminatione.

B b *Volumen vo.* In quo omnium peccata deſcripta ſunt, vt vnuſquiſq; recipiat ſecundũ peccata ſua, ſiue bonũ ſiue malum, vnde dicitur. *libri aperti ſunt.*

Dan. 7. c.

Li. 15. Moral. c. 8. c *Ecce ego.* Gregor. Quid eſt volumẽ volans, niſi ſcriptura ſacra? quæ dum de cęleſtibus loquitur, ad ſuperiora mentis noſtræ intentionem leuat. Quia dum illam ſuper nos eſſe aſpicimus, † vana attẽdere, i. concupiſcere deuitamus. Quæ latitudinem cubitorũ 10. lõgitudinẽ verò 20. habere

† ima.

C perhibetur, qa latitudo operationis noſtræ ſimpla eſt, & longanimitas ſpei in duplum tenditur: quando pro bono opere, & hic nobis requies mentis, & illic gaudia æterna preparãtur: atteſtante veritate, quæ ait:

Matth. 19. *Si quis reliquerit domos aut agros, &c. cẽtuplũ in hoc ſeculo & in. ſ. &c.* Centenarius numerus, decemplicato denario fit perfectus: Hic itaque centuplum accipit, qui & ſi nihil habuerit, ipſa tamen perfectione mentis iam in hoc ſeculo nihil habere quærit. Quia ergo per hanc duplũ pro ſimplo nobis redditur, rectè hoc volumen per 20. cubitos in lõgum tendit ꝙ per 20. dilatatur. Sed quia hęc ipſa ſacra eloquia ad ęternã damnationẽ ſunt eis, qui illa vel ſcire nolunt, vel certè ſciendo cõtemnunt, rectè de hoc volumine dicitur.

d *Hæc eſt ma.* Et cur maledictio dicatur, adiungit: *quia omnis fur ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur.*

Dicũt quidã viginti & 10. q̃ ſunt 30. ad ætatẽ Chriſti referri, qa *pater non iudicat quenquã: ſed omne iudicium dedit filio.*

In viginti, q ex duab. decadibus efficitur, auſtera & triſtia nunciãtur. In 10. E ideſt, vna decade meliora & proſpera. In his ergo omnib. numeris prius triſtia & poſteà læta dicũtur, quia ad hoc corripit Deus, vt emendet, & per omnia ſupplicia eruditur Iſrael. Hæc eſt maledictio cõtra eos, qui putãt furtũ, & periuriũ eſſe parua crimina. Dicitur, quòd maledictio, q̃ in volumine vel falce deſcripta eſt, veniat ſuper domum furis & periuri, ibi commorans, & omnia deuaſtans: quid ergo de his, quæ maiora reputantur crimina, ſicut adulterium, homicidium, ſacrilegium?

e *Et egreſſus eſt angelus.* Angelus, qui loquebat̃ in propheta eſt egreſſus de eo, & quaſi dominus loquens præcipit, vt leuatis oculis videat peccata plurium, menſuram coaceruatam, perfecta & impleta delicta cunctorum, hæc amphorã eſt oculus, ideſt, oſtenſio peccatorum, vt quorum vitia primitus latitabant diſperſa, in vnum coaceruata oculis omnium panderetur. Quia dum egreditur. Iſrael de loco ſuo per captiuitatem cunctis Gentibus, qualis in terra ſua fuerit monſtratur. Per maſſam plũbi ſignificatur grauiſſimũ pondus peccatorũ, & ſuper hãc amphorã omniũ delictorũ, media ſedebat impietas, i. idololatria, quæ exce-

CAPVT V.

a ¶ Ad aliam viſionem à lætis ad triſtia.

ET cõuerſus ſum, & † leuaui oculos meos, 1
a ¶ Lxx Falcem volantem. i. iudiciariam Dei ſententiam, quæ cunctorum delicta ſuccidit.
a & vidi: & ecce volumen volans. Et dixit 2
b ad me: Quid tu vides? Et dixi: Ecce ego 3
c video volumen volans: lõgitudo eius vi- 4
ginti cubitorum, & latitudo eius decem 5
d cubitorum, & dixit ad me: Hæc eſt maledictio, quę egredi- 6
tur ſuper faciem omnis terræ, quia omnis fur, ſicut ibi ſcri 7 8
¶ In volumine. ¶ Damnabitur. ¶ Quia.
ptum eſt, † iudicabitur, & omnis iurans ex hoc ſimiliter iu 9 10
dicabitur. Educam illud, dicit dominus exercituum, & ue- 11
niet ad domum furis, & ad domũ iurantis in nomine meo 12
¶ Diu. ¶ Interius.
mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & 13
¶ Per ſimile.
e conſumet eam & ligna eius, & lapides eius. Et egreſſus eſt 14

NICOLAVS DE LYRA CAP. V.

1 ET conuer. *Hæc eſt ſecunda pars principalis huius prophetiæ in qua ponũtur prophetiæ ſpectantes ad tempus habitationis ciuitatis iam reædificatæ, & primò ſub regno Perſarũ, ſecundo, Græcorum, cap. 9. tertiò Romanorum. cap. 11. Sciendum tamen, qđ hæc diuiſio non eſt præciſa: ſed frequenter de alio tempore inuenitur in una parte, & econuerſo: quia ſicut frequenter dictũ eſt ſuprà, talis diuiſio ſic præciſa non inuenitur in prophetis, qui ſecundum tactum varium Spiritusſancti de uno tranſeunt ad aliud, aliqua occaſione habita. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur expulſio multiplicis vitij, ſecundò, ſucceſſio quadruplicis imperij ca. ſequẽ. tertiò, ſolutio dubij. c. 7. Prima in duas ſecũdum duplicem viſionẽ. ſecunda ibi:* Et egreſſus eſt. *Circa primum dicitur:* Et conuer. *ad capiẽdũ diuinam reuelationem.* 2 Et vidi. *viſione imaginaria.* 3 Et ecce. *ideſt, exiens de templo & ciuitate, cuius quantitas ſubditur.* 4 Longi. *ſecundum latitudinem templi.*

Diuiſio.

Diuiſio.

5 Et latitu. eius x. *ante faciẽ templi, ita quòd volumen illud videbatur de templo egredi.* 6 Et dixit ad me. *exponendo ſignificationẽ voluminis.* 7 Hæc eſt maledictio. *i. pœna pro peccatis inflicta, ſicut Ezech. 2. vidit librum in quo erant ſcriptæ lamentationes.* 8 Quæ egr. ſu. fa. &c. *cum Iudæis peccatoribus de Ieruſalem & Iudæa captiuitatis ad diuerſas partes orbis propter peccata furti & periurij, quæ ante deſtructionem ciuitatis vigebant ibi: unde & Sedechias rex traditus fuit in manus Nabuchodonoſor propter peccatum periurij quod incurrerat erga ipſum, vt habetur. 2. Paral. vlt.* 9 Quia omnis fur. &c. *ideſt, in uolumine volante.* 10 Iudicabitur *ideſt, punietur.* 11 Educam il. *extra Ieruſalẽ & Iudæam: & per hoc ſignatur, ꝙ reædificata Ieruſalem talia peccata non abundauerunt in iudæa.* 12 Et veni. &c. *i. vltio diuina veniet ſuper Iudæos captiuatos propter peccata iſta.* 13 Et conſumet. *i. totam progeniem tranſgreſſorum.* 14 Et egreſſus eſt angelus, qui loque. *Hic ponitur ſecunda viſio.*

MORALITER.

† 1 *Et conuerſus ſum, &c.* Sequitur. 3 *Et ecce vol.* Per quod ſignificatur ſacra ſcriptura, quæ modo loquitur de diuinis, modò de humanis, modò de virtutibus, modo de diuitijs, modò de præmijs, modò de ſupplicijs, quaſi volãs de uno ad aliud. 4 *Longitu. &c.* Per longitudinem verò uita futura, quæ æterna eſt ſignificatur. Per latitudinẽ verò vita præſens, quę tẽporalis eſt. Et quia pro opere virtuoſo vel vitioſo ꝙ tẽporaliter tranſit præmium vel pęna protenditur in æternũ. Et qui in ea benedicuntur adimplentes eã, & trãſgredientes maledicuntur, qui ſunt multò plures, ſecundũ ꝙ dicitur Eccle. 1. d. *Stultorũ infinitus eſt numerus,* & Matt. 7. b. *Lata eſt via & ſpatioſa eſt porta, quæ ducit ad perditionem: & multi intrant per eam.* Ideò ſubditur. 7 *Hæc eſt male. &c.* i. omnis viuentis in terrenis cupiditatibus: & ideo ſubditur.

9 *Quia oĩs fur. &c.* Exprimit aũt punitionẽ furti & periurij, quę cõmunius accidunt inter homines. & p hoc deſignat aliorũ punitio peccatorũ. 14 *Et egreſſus eſt ang. &c.* Sequit.

dit omnia peccata Iſrael, & in ſuo ſcelere gloriabatur, ſed
A mittitur in medio Babylonis,& malo captiuitatis premitur ab angelo Dei, ut quæ prius lætabatur in ſcelere, æterno ſilentio conticeſcat.

a *Leua.ocu.* Volẽs Deus oſtẽdere prophetæ humanũ genus ex qua culpa maximè à Deo dilabatur, ꝑ imaginẽ amphorę quaſi patens os auaritiæ deſignauit. Auaritia quippe velut amphora eſt, quę os cordis in ambitu apertum tenet.

✻ Origenes. Iniquitas ſuper talentũ plũbi ſedere mõſtratur, ſicut Zacharias propheta dicit. Idcirco, qui ſaluus fit, per
B ignem ſaluus fit, vt ſi quid fortè de ſpecie plumbi habuerit admixtũ, id ignis decoquat, & reſoluat, vt efficiãtur omnes aurum bonum.

a angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me, Leua oculos tuos, & vide. Quid eſt hoc quod egreditur? & dixi: Quidnã
¶ Alias me ſua. a ¶ Per hanc amphoram ... ubi peccata populi.
b eſt? Et ait: Hęc eſt amphora egrediens. Et dixit: Hęc eſt ocu †
c lus eorum in vniuerſa terra. Et ecce talentum plũbi portabat, & ecce mulier vna ſedens in medio amphorę. Et dixit: † †
¶ Lxx. iniquitas.
¶ Angelus
Hęc eſt ĩpietas. Et proiecit eã in medio amphorę, & miſit †
¶ Quo autem & quibus portetur conclusa ſequens lectio docet. ¶ Amphoræ
d maſſam plũbeã in os eius. Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duę mulieres egrediẽtes, & ſpirit⁹ in alis earũ Et habebãt alas quaſi alas milui, & leuauerũt amphorã inter terrã & cęlũ. Et dixi ad angelũ, q loquebatur in me Quo iſtę deferunt amphorã? Et dixit ad me. Vt ędificetur ei domus in 1 2
¶ Excidii dentium. b ¶ Vt ibi æterna damnatione quieſcat.
terra Sennãar, & ſtabiliat & ponatur ſibi ſuper baſem ſuã. 3 4

afflixit populũ Babyloniũ, & ibi impietas eorũ ſedem poſuit: hoc fingunt ne quod de ſe dictum eſt, in ſe intelligatur. D

Duæ mulieres, quæ egrediuntur de terra ſua Iuda ſunt decẽ trib. quæ ab Aſſyrijs, & duæ q a Chaldæis captæ ſunt. In alis quarum erat ſpiritus i. poteſtas diaboli qui à ſpiritu malo quaſi vento flatuque raptæ celeri volatu ferebãtur. Miluus auis rapaciſſima, per quẽ diabolus ſignat, cuius poteſtati traditur Iuda & Iſrael, vt ab eo in captiuitatem ducantur. Et illæ mulieres tulerunt amphoram vel mẽſuram, in qua clauſa tenebatur impietas ſub maſſa plũbi depreſſa per aerẽ inter cęlum & terram. Supra autẽ eruditus propheta de amphora, nõ quęrit quid portent, videns amphoram deferri, ſed quo portent: Et reſpõdetur ab angelo, vt ædificetur ei domus in terra Sennaar. Sennar campus Chaldæorum, vbi ædificata eſt Babylon. In Babylonem ergo deferunt hæ mulieres impietatem, vt ibi ædificetur ei certa domus. Verè enim in Babylone certa ſedes eſt impietatis. E Geneſ.11.a.

✻ Hieronymus. Ex Iſaia intelligimus altare Dei plenũ eſſe carbunculis, hoc eſt, ignitis calculis, & prunis peccata purgantibus. Vnde ſcriptum legimus: *carbones ſuccenſi ſunt ab eo*. Et de ipſo domino dicitur: quod *ignis conſumens ſit*. Et Saluator in euangelio: *Ignem veni mittere ſuper terram*, vt baptizaret in Spiritu ſancto & igni. *Vniuſcuiuſque enim opus quale ſit ignis probabit*. Et qui ſaluandus eſt, ſic ſaluabitur, quaſi per ignem tranſierit.

b *Hæc eſt amphora egrediens.* Amphora vel menſura ferebatur in aere, cui ipſe angelus nomen impoſuit: hic eſt oculus, i. oſtenſio omnium peccatorũ: & ecce mulier ſedẽs in medio amphoræ vel menſuræ, quæ eſt impietas: & cũ hęc ita cerneret, ecce maſſa plumbi inſtar lapidis ferebatur, vel ſuo impetu, vel Dei iuſſione, vel ab alio cuius nomen tacetur. Angelus autem, qui loquebatur in propheta exiens ab eo vniuerſa monſtrabat, qui mulierem præcipitẽ miſit in medio amphoræ, quæ prius ferebatur liberè, & ſuper amphoram ſedens omnibus apparebat: & ne fortè rurſus eleuaret caput & de ſua impietate gauderet, talentum plumbi in modum lapidis mittit in os amphoræ opprimens impietatem, & concludens ne poſſit erumpere.

c *Et dixit: Hæc eſt oculus eorum in vniuerſa terra.* Multos obtuſi ſenſus homines cernimus, & tamen in his, quæ appetunt auaritiæ ſtimulis excitantur: & qui ad bona videnda cæci ſunt, excitantibus præmijs ad peragenda vigilantes fiunt. *Et ecce talentum plumbi portabatur.* Quid eſt talẽtum plumbi, niſi eadẽ auaritia pondus peccati? Impietas in medio amphoræ proijcitur, quia nimirum in auaritia ſemper impietas tenetur. Maſſa plũbi in os mulieris mittitur, quia, ſ. impietas auaritiæ peccati ſui pondere grauatur.

d *Et ecce duæ mulieres.* Per duas mulieres, Iudæi interpretãtur regnum Mœdorum & Macedonum, quorũ vtrumq; afflixit

Greg. Quid aliud in his duabus mulieribus accipimus, niſi duo principalia vitia, ſuperbiam, ſ. & inanem gloriã, quæ impietati abſq; vlla dubitatione coniuncta ſunt? Quę & in alis ſuis ſpiritum habere narrantur, quia in nationib. ſuis Satanę voluntati deſeruiunt. Spiritũ appellant de quo in Euangelio: *Cum immun. ſ. exi. &c. Et habebant alas quaſi alas milui.* Miluus ſemper rapturæ ſtudet pullorũ. Iſtę mulieres ergo alas habent quaſi alas milui, quia actiones eius diabolo procuIdubio ſimiles ſunt: quia inſidiantur ſemper rapturæ paruulorũ. *Et leuauerunt am. t. & cę.* Superbia & vanagloria habent hoc proprium, vt eũ quem infecerunt in cogitatione ſua, ſuper cęteros extollant: & modo per ambitum rerũ, modo per deſiderium dignitatũ quem ſemel captum tenuerint, in honoris altitudinẽ eleuent. Qui aũt inter cęlum & terram eſt in ima deſerit, & ad ſuperna minimè pertingit. Iſtæ mulieres, ſ. ſuperbia & inanis gloria mentem captam ita leuant, vt quoslibet proximos quaſi deſpicientes deſerant, & alta gloriantes petant: ſic nec ęqualitatem fraternitatis in proximis, nec tamen ſumma pertingere præualent. Senaar fœtor eorum: ſicut bonus odor ex virtute, ita econtrario fœtor ex vitio. *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas*: & quia quodlibet malum per auaritiã generatur, dignum eſt, vt domus auaritiæ in fœtore conſtruatur. Sennaar vallis eſt latiſſima, quæ pro confuſione mentium atque linguarum Babylon dicta eſt: & quia per auaritiam, & impietatem certum eſt omnia mala exurgere, meritò hæ in confuſione perhibentur habitare. Li. 14 Moral. c. 26. Lucæ 11.c. F 1.Tim.6.b

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

*videbat enim propheta viſione imaginaria quãdam amphoram de tẽplo & ciuitate egredientem. in qua ſedebat quædam mulier ita, quod per os amphoræ apparebat deſuper. Videbat etiã talentũ plũbi portari ab angelo, qui depreſſit mulierem intra amphoram, oppilans os amphoræ talento vel maſſa plũbi: ne mulier poſſet egredi inde & deſuper apparere. Videbat vlterius duas mulieres alatas portantes illã amphoram ad Babylonis terrã. Per amphorã autẽ, quæ eſt genus mẽſuræ deſignabatur, quod populus regni Iudæ doloſè egerat in mẽſurãdo ea, quæ uidebat: & propter hoc ductus fuit captiuus in Babylone. vt dicit Ra. Sa. ſed quia principaliter fuit ibi ductus propter idololatriã vt patet. 4. Reg. & 2. Paralip. in pluribus locis, ideò alij dicunt, & melius vt videtur quod per amphorã, quæ genus eſt menſuræ, intelligitur multiplicatio peccatorũ in regno Iuda: & in tanta menſura, quod diuina iuſtitia exigebat, vt vltio inferretur ſecundum menſurã peccatorum, ſecundũ illud Deut. 25. a.* Secundũ mẽſurã peccati erit & plagarum modus. *Per mulierẽ in amphora ſedentẽ & de ſuper apparentẽ, intelligitur idololatria, quæ eſt recte contra Deũ: & ideo excepit peccata quæ ſunt contra proximum ideo vocatur impietas: quia ſicut cultus Dei vocatur pietas ſecundum Tullium: ita & idololatria impietas. Talentũ verò plũbi ſignat grauitatẽ peccati. Duæ mulieres amphorã portãtes in terrã Sennaar, quæ eſt eadem cum terra Babyl. vt patet Gen. 11. ſignificant duas tribus à quibus regnum Iuda nominatur regnum duarum tribuum, quæ propter peccatum idololatrię principaliter & alia conſequenter fuerunt captiuatæ & ductæ in Babylonẽ, & his dictis patet litera vſq; ibi.* 1 Vt ædifi. *i. idololatrię & cęteræ malitię.* 2 Domus. *i. manſio.* 3 Inter. Sen. *i. Babylonis cum peccatoribus ibi captiuatis.* 4 Et ponatur ibi ſuper baſem. *i. ſic ſituetur, quod non reuertatur in Iudã, & ſic factum fuit, quia poſt reditum captiuitatis Babylonicę non legitur iſte populus ad idololatriam declinaſſe, niſi aliqui pauci tempore Antiochi, & magis timore tormenti, quam libidine peccandi.* ✻ CAP

MORALITER.

† *Et ait hęc eſt am. &c.* Per amphoram, quæ habet os latum & apertum, ſignificatur gula, ideò ſubditur.
† *Hęc eſt ocu. &c.* nã oẽs oculũ habent ad cibũ, & ad potũ.
† *Et ec. mulier, &c.* per quam ſignificatur luxuria: quia vẽter & genitalia membra ſunt vicina, & ex vicinitate membrorum deſignatur propinquitas vitiorum.
† *Et dixit: hęc eſt.* nam immunditia luxurię & gulę repugnat diuino cultui, qui pietas nominatur.
† *Et mi. maſ.* per quod ſignificatur falſitas, quod luxurię eſt annexa.
† *Et ec. duę mu.* per quas ſignificatur copia tẽporaliũ & libertas ad libitũ, quæ gulam & luxuriã portãt per mundum.

ADDI-

ADDITIO.

A In cap.5.vbi dicitur in poſtilla: Ecce volumen volans, &c.

Expoſitio Poſtillatoris de duabus viſionibus in hoc c. contentis non videtur conſonare rationi nec literæ. Tum quia populi peccata, quæ iam tranſierant in præteritum, ſimiliter & pœnæ, quæ pro eiſdem peccatis fuerunt populo iam publicè inflictæ, irrationabile videtur, quòd propheta ea denunciaret ſub viſione imaginaria ſeu ænigmatica: cum iam eſſent omnibus quibus loquebatur patenter nota. Tum quia captiuitas Babylonica non legitur fuiſſe facta in pœnam furti, ſed potius idololatriæ & homicidij, vt patet 4.Reg. & 2.Para. Tum quia illa, quæ ſequuntur de amphora & de muliere & de alijs in ſecunda viſione contentis impropriæ applicantur propoſito & inutiliter traderētur obſcuræ, cum iam omnibus erant maximè manifeſta. Vnde ad huiuſmodi viſiones propriè exponendas quædam vidētur eſſe præmittenda.

Primum eſt, quòd Iudæi durante templo ſecundo, & poſt tempus Machabæorum cum incœpit ſecta Phariſaica oriri, finxerunt, quòd Deus dederat Moyſi in monte Sinai duas leges. Vnam, ſcilicet ſcriptam, quę continetur in duabus tabulis & in toto Pentateucho: & aliam quam dederat Moyſi non in ſcriptis ſed oretenus: Et hæc lex oretenus (vt dicunt) data, vocatur apud eos ſecunda lex: & in ea continentur traditiones Phariſaicæ, quas dicunt deuteroſas, tanquam
† prætenſa. in ſecunda lege prædicta contentas: Quæ quidem † peruerſa lex fuit redacta in ſcriptis poſt deſtructionem templi ſecundi per centum an-
† Monoa. nos ferè per quēdam, qui dicitur Rab. Iuda † Naa. per quem fuit col-
B lecta ſeu cōpillata in quodam volumi. in multis libris diuiſo: Quod quidem, volumen vocatur apud eos Myſtia, ideſt, ſecunda lex. Poſt verò per trecentos annos fere prædictum volumen ſcilicet, illa Myſtia fuit expoſitum valdè prolixè & diſpendioſè per multos libros, qui communiter dicitur Thalmud. Et eſt duplex. Primum dicitur Ieroſolymitanum: quia fuit compoſitum Ieroſolymis: & ſecundum dicitur Babylonicum: quia fuit cōpoſitum in terra Babylonis: & iſtud ſecundum eſt magioris autoritatis quàm primum: & tenetur communiter apud Hebræos tanquam expoſitio vera & irrefragabilis diuinæ, quæ continetur in Pentateucho & in prædicta Myſtia.

Secundum præmitendum eſt, quòd in quolibet prædictorum operum præſertim in ſecundo continētur multa falſa & † erronea & ini-
† enormia. qua & etiam abſurda: quæ repugnant non ſolum diuinæ legi, ſed etiā naturali: & quantum poſſunt nituntur doctrinæ Chriſti (quæ cæleſtis & immaculata eſt) repugnare & eam deputare.

De ortu prædictæ falſæ doctrinæ, & quanta ſit autoritas eius apud Hebræos diffusè habetur in libris eorum: ſed breuiter & determinatè habetur in prologo. 14. librorum Rab. Moy. Aegyptij.

Tertium præmittendum eſt, quòd prædictum Thalmud continet multas abſurdas doctrinas circa credibilia, prout dictum fuit ſuprà
C in additione circa Iſaiam 34.

Quartum præmittendum eſt, quòd in dicto Thalmud continentur multa iniqua & enormia & inimica iuri et rationi circa agibilia. de quibus infrà aliquid dicetur.

Conſequenter circa expoſitionem harum viſionum dicendum, q̄d poſtquam propheta oſtenderat propheticè regimen ſecundi templi in ſuo primordio eſſe bonum ſub Zorobabel duce & Ieſu pontifice: de quibus dixerat: Iſti ſunt duo filij oliuæ, qui aſſiſtunt dominatori vniuerſæ terræ Scilicet, iuſtè & fideliter operando in ædificatione templi, & in regimine populi: nunc autem prophetat quomodo circa finem durationis huius templi deteriorandus erat ſtatus populi per doctrinam legis nefandam, quæ in illis temporibus debebat oriri, & poſt deſtructionem templi in ſcriptis redigi: & ideo hoc dicit; Et cōuerſus ſum. ſ. ad videndum nouiſſima huius tēpli. Et leuaui oculos meos: tanquā reſpiciens a longè. Et vidi. imaginaria viſione. Et ecce volumen: per quod intelligitur illud volumen de quo ſupra dictum eſt, quod vocatur falsè apud Hebręos lex ſecunda: Et quia nullam habet autoritatem in ſcriptura ſacra, ideo ſubdit: Volans. q.d. nullum habet fundamentum. Vel quia in ſcriptura dæmones volucres dicuntur, vt in c.7. Luc. ideò illud volumē dicitur volare quaſi habens motum dęmoniacum. Fuit enim hoc opus nefandum per dęmones ſemel recuperatum, vt dictum fuit in prædicta additione Iſa. 34. Et quia hoc volumen pręter præcepta decalogi vera lege Moſaica contenta addit alia ficta, aſſerens fuiſſe à Deo data Moyſi oretenus: & à Moyſe alijs ſucceſſoribus, ideò dicit: Longitudo eius 20. cubitorum, & latitudo eius 10. cubitorum per ꝙ intelligitur ꝙ licet in tota latitudine legis diuinæ decem pręcepta continentur principalia: tamen hoc volumen ſe extendit vſque ad decem alia: quia in quolibet pręcepto dicit eſſe aliquid de lege ſcripta per Moſen, & aliquid additum de lege oretenus data: & ſecundum hoc pręcepta dicūtur eſſe duplicata. Sequitur: Hæc eſt maledictio quæ egredietur ſuper faciē omnis terræ. Vocatur enim hęc doctrina nefanda maledictio: quia vt dicitur Iere. 48.b. Maledictus q facit opus domini fraudulenter. Conſtat aūt ꝙ huius voluminis ſeu doctrinæ fabricatores opus domini, ſ. legem eius fraudulenter faciunt, fingentes pręcepta ſeu expoſitiones pręceptorum legis non ſicut Deus pręceperat: ideò ipsū opus dicitur maledictio. Quæ egredietur ſuper faciem omnis terræ. quia hęc doctrina vbiq; terrarum infunditur: vbi Iudęi ſunt diſperſi. Qualiter autē maledictio hęc defraudat diuinam legē oſtēdit in duobus, dicens: Quia omnis fur (ſicut ibi ſcriptum eſt) iudicabitur, &c. Ad ꝙ ſciendum, ꝙ licet furtum fuit generaliter prohibitum inter præcepta decalogi Exod. 22. tamen in hac falſa doctrina continetur, ꝙ licitum eſt furari à Paganis ſeu Gētilibus: & ſic exponunt verbum iſtud Abacuc 3.b. vidit & diſſoluit Gentes. Similiter licet periurium ſit à Deo prohibitū inter pręcepta in decalogo vbi ſuprà, & iterum Num. 30. de hoc amplius dicitur: Vir cum iurauerit iuramentum ad obligandū obligationem ſuper animam ſuam, non irritabit verbum ſuum totum: ſed quod egreſſum fuerit ex ore ſuo faciet: tamen iſti falſi interpretatores dicunt, ꝙ quicunq; vnus ſapiens, vel tres idiotæ poſſunt abſoluere hominem a voto vel iuramento, quod eſt manifeſtè contra diuinam legem, vnde qui faceret ſecundum falſam interpretationē committendo furtum, eſſet damnatus: & hoc eſt ꝙ dicitur: Quia omnis fur ſicut ibi ſcriptum eſt, ſ. in volumine nefando predicto, iudicabitur i. damnabitur. Similiter dicendum eſt de periurio: & de hoc dicit: Et omnis iurans, &c. Et ſequitur de damnatione furis & periuri prędictorum: Educam illud dicit dominus, ſ. illud volumen: Et veniet ad domum furis & ad domum iurantis, &c. ideſt, iſtud volumen erit cauſa deſtructionis illorum, qui talia fingunt & ſequuntur., vnde prout ipſi tradunt ſuper illud verbum furis, & Thren. 2.c. Sedebunt ad terram ſeniores filiæ Sion, tota ordinatio magna iudicum illius populi, qui dicuntur Canhedica, fuerunt interfecti à Nabuchodonoſor, tempore Sedechię, eò quòd abſoluerunt Sedechiam à iuramento, quod iurauit ipſi Nabuchodonoſor de quo iuramento habetur 4. Regum 24. Similiter propter fraudes & vſuras quas committunt contra Chriſtianos, & etiam Paganos, inter quos commorantur, frequenter occiduntur & deuaſtantur in diuerſis regionibus: & de hoc dicit: Et conſumet eum & ligna eius & lapides.

Conſequenter agit propheta in ſecunda viſione de ſecundo opere nefando, ſ. Thalmud, de quo dicit: Et egreſſus eſt angelus & dixit: Leua oculos tuos: quia (vt dictum eſt) per longum tēpus poſt compilationem prędicti voluminis fuit Thalmud compoſitū. De quo ſubdit: Hæc eſt amphora egrediens, & ubi translatio noſtra habet, amphora, in Hebręo habetur Ephi. eadem enim dictio ponitur hic & Exod. 17. vbi dicitur: Gomor decima pars eſt Ephi: & ſic hęc amphora ſeu Ephi eſt quędam menſura, & eſt ſenſus: quia Thalmud iſtud eſt expoſitio voluminis ſupradicti, vt dictum eſt, & ſic eſt menſura qua contenta in illo volumine menſurantur, & ſequitur: Hæc eſt oculus eorum in vniuerſa terra. Et notandum, quòd vbi nos habemus in hoc loco Oculus: in Hebręo habetur quędam dictio, quę vno modo ſignificat idem quod oculus, & alio modo ſignificat idem quod color: & alio modo ſignificat idem quod iniquitas. Et iſto tertio modo intelligitur ſecundum. Lxx. interpretes, & ſic eſt ſenſus, quòd ſicut angelus dixerat, quòd ſupra dictum volumen erat maledictio, ſic de iſta amphora ſeu menſura ſeu ephi, angelus declarat, quòd eſt quędam iniquitas ſicut prima: ideo poſt pauca dicit: Hæc eſt impietas, &c. & eſt quia hęc doctrina Thalmudica continet multas iniquitates inquantum ponit multa iura iniqua inter proximos, & multo magis inter extraneos. Eſt etiam impia erga Deum & parentes, quod propriè dicitur impietas, vt in ſecunda ſecundę quęſt. 111. per totum.

De iniquitate iurium Thalmudicorum, quę quaſi innumerabilia ſunt ponam quędam, quę occurrunt: ex quibus poteſt legens de alijs aliquid ęſtimare. Dicunt enim in libro, qui dicitur Canhedrin, vbi agitur de teſtibus, quòd cum aliqui teſtes teſtantur falſum contra proximum, ſic, quòd ſi non conſtaret de falſitate eorum coram iudice, proximus occideretur per iuſtitiam, ꝙ tunc ſi proximus fuerit occiſus per falſa teſtimonia prædictorum, non ſunt occidendi teſtes: ſed ſi reperta fuerit falſitas eorum per iudices antequam occideretur reus, tunc occidendi ſunt teſtes falſi. Et hęc nituntur probare per literam Deut. 19.d. vbi dicitur: Si ſteterit teſtis mendax cōtra hominem, &c. & infra. Cumq; diligentiſſimè perſcrutātes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mēdacium reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit. Hęc in litera: Ex qua arguunt, ꝙ reddendū eſt falſo teſti ſicut facere cogitauit. Non aūt reddendum eſt ei ſicut fecit, & ideo ſi cogitauit, ſed ēt fecit ſic ꝙ occiſus fuit ille contra quem mendaciū teſtatus: eſt tūc nō eſt occidendus teſtis falſus. Ex quo poteſt lector conſiderare quāta ſit inſania fabricantium hanc doctrinam qui aſſerunt maiorem pœnam deberi cogitanti aliquod malum tantum, ſeu loquenti, quam cogitāti, & loquenti, & explenti: cum tamen à fortiori poſſunt contrariū deducere: quia ſi cogitanti tantum & loquenti pœna talionis debetur, multo magis cogitanti loquenti & explenti, pręſertim cum in eodem loco ſcriptura de huiuſmodi teſte falſo dicit: Non miſereberis eius ſed animam pro anima, oculum pro oculo, &c. Ex quo patet manifeſtè, quòd ſi per falſum teſtimonium proximus perdidit oculum, quòd falſus teſtis debet pati ſimiliter.

Item in libro Canhedrin vbi de homicidijs agitur determinant, ꝙ crimen homicidij debet diffiniri per certū numerum iudicū qui dicūtur Canhedrin, quod ſi non fuerint concordes in condemnando vel liberando

A *liberando reum,ſicut contingit in multis cauſis inter iudices,quod tunc ſtabitur iudicio maioris partis,ſic quod ſi maior pars condemnauerit reum,tunc reus eſt occidendus,& econtra. Dicunt tamen ibidem,quod ſi omnes canhedrin,ſcilicet,iudices ordinarij concorditer condemnauerint reum ad mortem, quod in illo caſu reus eſt liberandus. Ad quod arguunt de quodam textu friuole ſicut in præcedēti. Ex quo habetur maxima inſania prædictorum hoc Thalmud fabricantium,qui maiorem autoritatem dant parti quam toti,contra illud principium indemonſtrabile,ſcilicet , quod totum ſua parte eſt maius.*

I. *Item determinant in libro qui dicitur Babaineccia , quod ſi aliquis inuenit rem a proximo ſuo perditam in loco vbi rationabiliter preſumendum eſt,quod dominus illius rei deſperat de recuperatione eius,vt puta cum perdit eam in loco in quo concurrit magna multitudo hominum & huiuſmodi,quod, tunc inuentor non tenetur reſtituere rem inuentam domino ſuo,cum tamen litera generaliter mandat reſtitui res perditas diligenter;Deuter.22.* Etiā ex dictamine naturalis rationis: *quæ dictat:* Quod tibi nō vis fieri,alteri facere noli: *talis reſtitutio eſt facienda.*

L. *Contra alienigenas etiam habent iura iniquiſſima: Determinãt enim,quod ſi coram aliquo iudice Hebræo Gentilis ſeu paganus cō-*
B *tendat in iudicio cum aliquo Iudæo,quod tūc ſi iudex per aliquam legem Iudaicam poſſet Iudæum liberare ſeu ei fauere , quod faciat dicendo: Iſta eſt lex noſtra . Si autem hoc non poſſet niſi per leges paganorum,tunc iudicet cum ſecundum leges paganorum dicendo: Hæc eſt lex veſtra. Si autem nec ſic nec ſic poſſet Iudæo fauere, dicunt quod tunc Iudex debet quærere cauillationes:ſeu dilationes taliter quod nunquam ſententiam ferat contra Iudæum in cauſis Gentilium.*

V *Item quod deterius eſt,determinant , quod ſicut bonum eſt,vt homo conterat caput ſerpentis quātumcunque ſerpens ſit pulcher, ſic bonum eſt occidere Gentilem ſeu Paganum quantumcunque bonus videatur:hoc ius tamen non exequuntur propter timorem periculi. Quanta ſit iniquitas huius iuris,ſatis notum eſt de ſe:& repugnat etiam manifeſte iuri diuino. In decalogo enim homicidium prohibetur ſimpliciter ſeu indifferenter , non excipiendo Gentiles nec Paganos Item Geneſ.9.a.* Quicunque effuderit humanū ſanguinem fundetur ſanguis eius ad imaginem quippe Dei factus eſt homo *Conſtat autem quod quilibet homo factus eſt ad imaginem Dei,ſiue Hebræus,ſiue Gentilis.*

I. *De impietate vero huius doctrinæ erga diuinum honorem & reuerentiam,patet ex his quæ dicta fuerunt in additione ſupradicta ſcilicet, Iſaiæ.34.* vbi inter alia dictum fuit, *quod ipſi aſſerūt in libro qui dicitur Barahoth, alias Bambot , quod Deus in certis temporibus dolens de deſtructione Ieruſalem & diſperſione popu-*
C *lis Iſraelitici dicit:* Væ mihi,quia deſtruxi ciuitatem meam & combuſi templum meū,et tranſmigrare feci filios meos inter natio nes: *Quod maxime inſanum eſt. Væ.n. miſeriam ſignificat,quę nullo modo attribuenda eſt Deo,nec plane,nec metaphorice. Miſeria.n. nedum Deo,ſed nec etiam beatis attribuitur.*

II *Erga parentes vero patet impiet as eorum per hoc quod dicitur Matth.15.a.* Munus quodcumque ex me eſt proderit tibi &c. *vbi Chriſtus confutat Phariſæos de inhonoratione parentum propter ſuas traditiones,vt ibidem in additione fuit ſufficienter expoſitum. Ex quibus & alijs quam plurimis quæ valde difficile eſſet enarrare in huiuſmodi doctrina contentis , de Phariſæis & Scribis,qui mendaciter eam finxerunt proprie verificatur illud Ieremiæ 8.c.* Quomodo dicitis ſapientes ſumus , & lex Domini nobiſcum eſt? Vere mendacium eſt operatus ſtylus mendax Scribarum *Et ad inſinuandum cauſam ſuæ tantæ inſaniæ ſubdit.* Verbum Domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis. *Nam poſtquam verbum Domini,ſcilicet,filium Dei proiecerunt,intantum caruerunt vera ſapientia , quod ad huiuſmodi nefandam doctrinam in ſcriptis ponendam modo prędicto proceſſerunt.*

*Si autem obyciatur contra prædicta de hoc quod Dominus dicit Matt.vigeſimotertio.a.* Super cathedram Moyſi ſederūt Phariſæi & Scribæ,quidquid dixerit vobis facite. *Ex quo videtur ꝙ doctrina eorū ſana erat:ex quo erat opere adimplenda, dicendum,quod illud verbum Domini intelligitur de doctrina Moſaicæ legis inquantum eam non excedebant nec mutabant per eorum traditiones: non autem de lege ſecunda per eos ficta, vt ſupra* D
*dictum eſt,unde notanter dixit.* Super cathedram Moyſi, *vt deſignaret quod loquitur de doctrina in lege Moſaica contenta.*

*Sequitur in litera:* Et ecce talentum plumbi portabitur &c. *vſque ibi:* In eos eius . *Ad quod ſciendum, quod hæc doctrina Thalmudica a Phariſæis inuenta ſeu ſcripta non ſolum in ſententia habet magnos defectus,vt dictum eſt,ſed etiam in modo tradendi: Et hoc dupliciter. Vno modo, quia valde obſcure & obfuſcate tradit ea quæ ibi continentur,vnde quidam eorum de ipſa dicebat intelligendum eſſe illud quod dicitur in Pſalm.142.a.* Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi. *Secundo quia rationes & motiua ſua vt plurimum ſunt inualida & infirma,prout habetur ex ſupradictis eorum argumentis. Et ideo ad oſtendendum primum dicit propheta:* Ecce talentum plumbi portabatur: *Et infra:* Miſit maſſam plumbeam in os eius. *q.d. Sic obſcure & obfuſcate loquitur,ac ſi haberet magnum pondus plum* E
*bi in ore. Secundum aūt oſtendit d.* quod mulier ſedebat in medio amphorę. *Et infra.* Et proiecit eam in medio eius, *per quod deſignatur quod eius rationes & motiua quæ ſunt media ex quibus deducuntur concluſiones ſunt infirma & inualida ſicut mulier detenta & proiecta.*

*Sequitur:* Et leuaui oculos meos, & vidi , & ecce duæ mulieres,&c *Pro quo ſciendum , quod per iſtas duas mulieres intelliguntur prædictę duæ expoſitiones quarum quælibet dicitur Thalmud quod intelligitur per amphoram modo prædicto: Quę quidem mulieres dicuntur egredientes,ſcilicet de templo: quia ibi habuit primordium hæc doctrina,vt dictum eſt. Dicitur autem quod* habebant alas quaſi milui. *Miluus autem eſt auis fraudulenta:& rapax impotentium auium,quod pertinet ad hanc doctrinā quæ homines imbecilles in potentia intellectiua fraudulenter decipit. Dicitur autem quod* leuauerunt amphoram inter terram & cælum. *Nam vt dicitur in glo. Qui inter cælum & terram eſt,ima deſerit & ad ſuperna minime pertingit,& ſic doctrina Phariſaica per inanem gloriam mētem eleuat,vt proximos quaſi deſpiciens deſerat,nec tamen ſumma pertingere valet. Et ſequitur in litera:* Et dixi ad angelum : Quo iſtæ deferunt amphoram? &c. *vſque in finem capituli. Per quod oſtēditur,quod hæc Thalmudica & Phariſaica doctrina fuit ſtabilita in terra Babylonis quæ eſt terra Sennaar,vbi tanquam ſuper baſem ſuam quieſcit,Thalmud enim licet duplex ſit,vt dictum eſt, Babylonicum tamen eſt principalius & maioris autoritatis tanquam ab omnibus Hebræis vniuerſaliter approbatum,vt dictum eſt.*

*Et notandum,quod Iudæi qui ſępe in ſuis ſcripturis prophetant neſcientes exponunt iſtud verbum,* Ecce duæ mulieres, *de duobus vitijs,quibus Phariſæi erant maxime implicati, quorum vnū dicunt eſſe hypocriſim,aliud vero elationem ſeu ſuperbiam mentis De quibus quidem duobus vitijs confutabat eos Chriſtus in Euangelio. De hypocriſi enim Matt.23.b.* Væ uobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ,&c. *& ſic in multis alijs locis. De elatione ſeu ſuperbia mentis,Lucæ 18.b. vbi dicitur:* Duo homines aſcenderunt in templum,unus Phariſæus,&c. *vbi Phariſæos increpat tanquam confidentes de ſua iuſtitia,& alios ſpernentes:& ſic notantur de elatione ſuperba mentis: vnde ibidem concludit:* Qui ſe exaltat humiliabitur.

*Replica. In cap. 5.Zachariæ,vbi Poſtilla.exponit ad literam viſiones ibi contentas ſecundum intentionem gloſæ ordinariæ. Burgen. derelicta gloſ. quam contra Poſtilla. grandipendere conſueuit, mira imaginatur de Thalmudicis literis de quibus hic facit longum tractatum : quę quia fidei fauent, & traditiones contra legem reprobant,nō reycio: ſed ſolum ad eius obiectiones contra Poſtilla. verius contra glo. dico. Cum enim primo arguit quod non videtur congrue tradi ſub figuris & ænigmatibus obſcuris quę tranſierūt in præteritum. Dico quod in multis ſacræ ſcripturę paſſibus preterita traduntur obſcure ſicut Moyſes in Gen. Nathā propheta preteritū peccatū Dauid ſub metaph. diuitis,& pauperis & ouiculę tractauit,vt patet. 2.Reg.12.& in multis alys locis. Et cum ſecundo arguit quod captiuitas Babylonica non fuit facta in penam furti,de quo hic dicitur in litera. Reſpondeo quod Iſaias a principio ſuę prophetię dixit:* Principes tui ſocij furum, *& generaliter idololatria furtum dici poteſt , quia per ipſam ſubtrahitur Deo ſibi debitus cultus,&c.*

A Hiro. Remig.

## CAPVT VI.

a Et conuerſus ſum, &c. Iſti ſunt, &c. Notandum. ꝙ climata mũdi in ſcripturis ſanctis ſ'm ſitum Ieruſalem & templi appellantur.

Quidam dicũt quatuor quadrigas, quatuor Euangelia, equos apoſtolos, quorum alii rufi martyrio, alij obſcuri & nigri profunditate & cognitione myſterij, alij albi gratia virginali, alij varij & fortes, gratiam curationum & diuerſarum virtutũ habentes. (a † ſupra.1.b.& 2.a.) Hæ quadrigæ mittuntur in quatuor mũdi cardines ad explendam Dei volũtatem, quibus dicitur ab angelo. B Ite & perambulate terram, in cũctis terræ finibus Euangelium ſeminate. Ecce qui egre. in ter. aq. (b † a loco ubi ſteterunt.) requieuiſſe dicitur ſpiritus domini vel angeli, quando in terra aquilonis duriſſima diaboli regna apoſtolica prędicatione ſubuerſa ſunt.

* Ruper. Leuemus cum propheta oculos noſtros & proſpectum extendamus per mũdum vniuerſum. Et ecce mundus plenus eſt, & ex quo Apoſtoli de candelabro illo ſunt illuminati cæpit impleri quadrigis feruẽtibus, & equis currentibus, de quibus & in Abacuc dicitur. (Abac.3.) *Aſcendes ſuper equos tuos, &c.* Quadriga prima, in qua equi rufi, apoſtolorum eſt & martyrum. Secunda, in qua equi nigri, pœnitentiũ eſt, qui ab Apoſtolorum temporibus incipientes, in his qui ſanguinẽ Chriſti fuderãt, vitã nobis cænobialem ſanxerunt, quæ vſque hodie perſeuerat. Quadriga tertia, in qua erant equi albi, ordo eſt virginũ vtriuſque ſexus, totum candore ſuo perornans equitatum Ieſu Chriſti. D Quadriga quarta, in qua equi varii & fortes, paſtorum atq; doctorũ eſt, & omniũ in quib. eminent illæ gratiarum diuiſiones quas enumerat Apoſtol. (1.C 12.) Nũ paruũ hoc eſt, aut indignum inter illa magna quæ ventura erant, & de quib. dicẽdum eſt?
1 Iſtos Eccleſiæ gen-
2 tiũ ordines prophe
3 tica viſione demon
† ſtrari? Imo quis ꝓ-
4 phetarũ de huiuſ-
5 modi tacuit, & gen
† tes ſaluandas? Duo
6 porro montes quo
† rum de medio vi- E
7 dentur egredi duo
8 teſtamẽta ſunt, lex
9 & Euangeliũ, dicũ
10 turque montes ꝑ
11 altitudinem, ſiue
12 dignitatem cæle-
13 ſtiũ quę continent
14 ſacramentorum.
15 Aerei aũt dicũtur
16 propter ſonoritatẽ
17 atque diuturnitatẽ
18 vtriuſque, quia nõ
19 poteſt ſolui ſcriptu
ra. De medio horũ quadrigæ egreſſæ ſunt, quia vtrumque teſtamentũ quatuor iam dicti ordines Eccleſiæ recipiunt. Hæ quatuor quadrigæ, quatuor venti cæli dicuntur eſſe, qa ſicut venti perflando nebulas ſiue pruinas euertunt, & aerẽ ſaniorem efficiũt, ſic ordines iſti in ſuis officijs ſtando, ſuſcitant homines ad cognoſcendum Deũ creatorẽ ſuũ, &c.

b *In qua erant equi nigri.* Prima quadriga in qua equi rufi quid egerint, non dicitur: Quando enim propheta hoc referebat, iam Babyloniorum regnum præterierat, & totam Aſiam Mœdi poſſidebant, ſub quorum rege Dario anno eius ſecundo omnia uiſa ſunt quæ ſupra expoſuimus. Nigri ergo equi egrediebantur in terram aquilonis ad euertendum, ſcilicet regnum Chaldæorum. (Hiro. Reg.)

## CAP. VI.

¶ Tranſiui ad aliam uiſionem. a ¶ Altius ad celũ. b ¶ Cordis.

a ET conuerſus ſum, † & leuaui oculos meos, & uidi, et ecce quatuor quadrigę egrediẽtes de medio duorũ mon-

¶ Quod ſupra myrteta ſiue montes vmbroſos, hic æreos uocat
a ¶ Illi b ¶ Erant. c ¶ Qui nulla vetuſtate poſſunt cõſumi.

tiũ, & mõntes, mõtes ærei. In quadri-

a ¶ Cruẽti & ſanguinarij erãt & Babylonica crudelitate terribiles.
b ¶ Regnũ Mædorũ & Perſarũ ꝙ egrediens per Aſſueri regis ædictum mortem omnium Iudæorum triſti nuncio præferebat.

ga prima eq. rufi, in quadriga ſcd̃a equi nigri, & in quadri

a ¶ Macedones ſub quorum rege Antiocho Machabæorum victoriam legimus.
b ¶ Romani reges quorũ alii clementes in Iudæos, vt Iulius Cæſar, alii perſecutores, ut Veſpaſianus.

ga tertia equi albi, et ĩ quadriga quarta eq. varij et fortes.

a ¶ Quid ſignificant

Et rñdi et dixi ad angelũ qui loquebatur in me: Quid ſũt hęc dñe mi? Et rñdit angelus, et ait ad me: Iſti ſũt quatuor

a ¶ Id eſt, quatuor plagæ mundi, quæ aſſiſtunt & parent domino, nihil enim hæc quatuor regna abſque Dei fecerunt uolontate

b vẽnti cæli, qui egrediũtur † vt ſtent coram dominatore oĩs terræ. In qua erant equi nigri egrediebantur in terram

## NICOLAVS DE LYRA.

C 1 ET conuerſus ſum, &c. *Hic ponitur ſucceſſio quadruplicis regni, cui ſucceſſiue ſeruierunt Iudæi. ſ. regni Chaldæorum, Perſarum, Græcorum & Romanorum. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur dicta ſucceſſio, ſecundo Iudæorum proſperatio, tamen ſub ſeruitute, ſecunda ibi:* Et factum eſt. *Prima in duas: qa primo ponitur regnorum conditio, ſecundo eorum dilatatio, ibi:* In qua. *Circa primum dicitur.* (Diuiſio.)

2 Vidi. *viſione imaginaria.* 3 Et ecce. *i. quatuor regna p̃ dicta.*

4 Egredientes. *i. ſuccedentes ſibi in orbe ſecundum dicta prophetarum ſanctorum qui de ipſis prophetauerunt, vt patet hic & Dan. 2. & in pluribus alijs locis. Et dicuntur iſti prophetæ, montes, propter altitudinem contemplationis, & ærei propter ſtabilitatem virtutis: & duo quia fuerunt de duobus regnis. Aliqui. n. fuerunt de regno Iudę: & aliq de regno Iſrael, ut patet in libris. Reg. & Paralip.*

5 In qua. *i. in regno Chaldęorum.*

6 Equi rufi. *in Hebręo habetur Rubei: quia Chaldęi multũ ſanguinem effuderunt, quia potiſſime de Iudæis in obſidione Ieruſalem & eius captione.*

7 In qua. *i. regno Perſarum & Mœdorum.*

8 Equi. *propter horrorem, quem incuſſerunt Perſę & Mœdi Iudęis tempore Aſſueri, quia ſuadente Aman pręcepit omnes Iudæos per totum regnum ſuum interfici.*

9 In quadriga tertia. *ideſt, in regno Gręcorum.*

10 Equi albi. *quia primus rex Alexander magnus licet veniret contra Ieruſalem ad deſtruendum eam, tamen verſus fuit in manſuetudinem, eo quod ſummus ſacerdos, & alii ſacerdotes ex reuelatione diuina exierunt obuiam ſibi in pontificalibus & ſacerdotalibus indumentis: & deſcendens de equo Deum cæli in ſummo pontifice adorauit, dicens: quod cum adhuc eſſet in terra ſua Deus apparuit ſibi in tali effigie, promittẽs ei victorias de regibus terrę, vt habetur in Scholaſtica hiſtoria.* (Ioſeph li.11. antiqui.c.8.)

11 Et in quadriga quarta. *i. in regno Romanorum.*

12 Equi varij. *quia aliqui imperatores fuerunt Iudęis manſueti, vt Auguſtus & Tyberius, & aliqui feroces, vt Caius, Nero, & Veſpaſianus.*

13 Et fortes. *quia regnũ Romanorũ in fortitudine exceſſit pręcedentia regna.*

14 Quid ſunt hæc domine mi? &c. *i. quid ſignificant hę quadrigę & equi.* 15 Et ait ad me. *viſionem exponendo.*

16 Iſti ſunt quatuor. ven. cæ. *i. quatuor regna ad modum ventorum per terras diſcurrentia, vel quia orta fuerunt in quatuor partibus mundi, vnde oriuntur venti.*

17 Vt ſtent. *in poteſtate & dominio temporibus ſibi pręfixis a Deo a quo eſt omnis poteſtas terrena.*

18 In qua *Hic conſequenter oſtenditur vbi incęperunt bellare ad ſe dilatandum, tamen de quadriga prima in qua erant equi rufi non fit hic mentio, quia regnum Chaldęorum iam erat deſtructum per Cyrũ et Dariũ. In qua erant equi nigri. i. Perſæ & Mœdi, vt dictũ eſt.*

19 Egrediebantur in terram. *licet enim Chaldęa non eſſet in aquilonari parte reſpectu Mœdię & Perſidis, vt in ſuperiorib. dictum eſt. tamen regnum Chaldęorum extendebatur vſque ad partes aquilonares, vnde & ex illa parte collegit Nabuchodonoſor exercitum ad veniendum contra Ieruſalem, vt dictum fuit Iere. j. & in illis partibus quę ſunt propinquę Mœdię & Perſidi. incœperũt Perſę & Mœdi impugnare regnum Chaldęorum.*

## MORALITER.

* 1 *Et conuerſus ſum, &c.* Sequitur.

† *Ecce quatuor quadri.* Per quas myſtice quatuor Euãgelia deſignantur, & per equos Euangelii prędicatores, qui dicuntur egredi de medio duorum mõtium de i. ſtudio diligenti duorum teſtamentorum.

† *Et montes.* per quod ſignificatur ſtabilitas & ſonoritas vtriusque teſtamenti.

5 *In quadriga prima.* In Heb. habetur rubei, per quos ſignificantur prædicatores Euangelii temporibus primitiuæ eccleſiæ, qui pro maiore parte fuerunt per martyriũ ſuo ſanguine rubricati.

† *In quad.* per quos ſignificantur prædicatores Euãgelii tanquam malefici reputati, & ſic in fama denigrati & in exilium deportati.

9 *In quadriga.* per quos ſignificantur prædicatores tempore pacis puritate mentis & corporis dealbati.

11 *In quadriga quarta.* per quos ſignificantur doctores eccleſiaſtici varijs Spirituſſancti donis dotati. Et de iſtis quatuor modis ſubditur.

16 *Iſti ſunt quat.* ſic nominati non a uanitate ſed ab obediendi uelocitate.

18 *In qua erant equi.* i. idololatriæ ſubditam, ſecundum illud Iere. j. c. *Ab aquilone pandetur omne malum.* Idololatria vero maximum malum. Et de iſtis dicitur infra.

19 *Ecce qui egre.* idololatria inde ſublata.

A a *Et varij egreſſi.* Reges Macedonum ſequuntur veſtigia Mædorum,& ſicuti Mędi Chaldæos, ita Macedones Mędos & Perſas,& Chaldæos ſibi ſubiugauerunt.

b *Ecce qui egrediuntur.* Tradunt Hebręi quod albi equi.i. Alexãder & Macedones, qui poſt Mœdos ſunt egreſſi in terrã aquilonis, requieſcere fecerunt ſpiritũ prophetalẽ in terra aquilonis, eo φ contra Mędos Dei impleuerũt voluntatem,& in breui imperium Mœdorum & Perſarũ a Macedonibus ſit deletum. Grandis.n.illorum qui premuntur conſolatio eſt ſi ſcient hoſtes ſuos citoeſſe perituros.

B

c *Sume.* Munera q̃ offerunt aurum, & argentum.

✱ Ruper. Ipſos sãctæ Eccleſiæ quatuor ordines, quos in quatuor quadrigis intelligendos eſſe diximus, ĩ gloria reſurrecturos. & ex ipſis ſiue propter ipſorũ ſaluationem coronãdum eſſe dominum Ieſum, quatuor viri iſti portendunt Oldai, Tobias, Idaia, & Hen. *Ab iſtis* (ait) *ſumes argentum & aurum, & facies coronas, & pones in capite Ieſu, &c.* quia per ſingulas virtutes electorum ſuorum Dominus coronatur, imo in illis omnibus coronatis Saluator coronam accipit: quia ipſius gratia ipſius eſt opus omnis ſanctorum corona. Locus vero in quo coronæ iſtæ fiant, domus eſt Ioſiæ, ideſt, ſaluati: filii Sophonię, ideſt, uiſitationis Domini, quo nomine recte intelligitur Eccleſia, quam Dominus ſua viſitatione ſaluauit,&c.

C

Hieron. Oldai deprecatio Domini. Tobias bonus Domini. Idaia notus Domini. Pro Oldai poſtea ponetur Helem, ideſt, ſomnium:& in quarto loco addentur Hen, id eſt gratia. Captiuitas autem Iudæorum, ideſt, populi Deũ confitentis, ſunt uitia & peccata. Qui vero penitent reuertuntur in Ieruſalem, ideſt, eccleſiam, ab his in pænitentia Deum deprecantibus & beneplacentibus Deo, & notis, ideſt approbatis a Deo, offertur aurum & argentum, de quibus fiunt coronæ in domo Ioſiæ, qui dicitur ſaluatus & eſt filius Sophoniæ, i. viſitationis domini quia viſitatur a domino q prius ægrotauerat & ſaluatur. Hæ coronæ imponuntur Ieſu, i. Chriſto, qui in mẽbris reuertentib. coronatur q, eſt filius Ioſedech, qui interpretatur do

a ¶ Ideſt, Romani fortes & robuſti egreſſi ſunt ad auſtralem plagam,& totam terram celeri impetu vaſtauerant.

a aquilonis,& albi egreſſi ſunt poſt eos, & vãrij egreſſi ſunt 1
ad terrã auſtri Qui aũt erant robuſtiſſimi exierunt,& q̃re 2

a ¶ Alias diſcedere. ¶ Angelus qui loquebatur in me clamat ad Romanum imperium.

bant ire & diſcurrẽre per omnẽ terram. Et dixit: Ite & pe- 3 4

a ¶ Veſtris pedibus cuncta ſubſternite.

b rãmbulate terram. Et perambulauerunt terram. Et voca- 5 6
c uit me,& locutus eſt ad me,d. Ecce qui egrediuntur in ter 7 8
ram aquilonis, requieſcere fecerunt ſpũm meum in terra 9
aquilonis. Et factum eſt verbum dñi ad me d. Sume a trãſ 10

a ¶ Ab illis qui de tranſmigratione redierunt. ab Oldai & ab aliis. b ¶ Deprecatio domini.

migrãtione ab Oldãi & a Tobia & ab Idaia, & venies tu 11

a ¶ Qui cuſtos & æditus erat templi domini, & ibi coronæ æterna ſtatione quieſcent.

in die illa,& intrabis domũ Iõſiæ filij Sophoniæ, qui ve-

a ¶ In domo Ioſiæ.

nerunt de Babylone,& ſumes aurũ & argentũ, & fãcies †

a ¶ Non vnam ſed duas auri & argenti varietates diſtinctas.
¶ Vnam ex illis.

coronãs & pones ĩ capite Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis ma †
gni,& loqueris ad eum dicens: Hęc dicit dominus exerci

a ¶ Ideſt, Zorobabel qui ideo vocatur oriens, quod ex humili & captiuo in ducem populi cõſurget.
b ¶ Multitudo fidelium.

tuum d: Ecce uĩr † oriens nomen eius. Et ſubter eũ † oriẽ- 12 13

minus iuſtitiæ, quia Chriſtus *reddit vnicuiq; iuxta opera ſua.* D Ipſi dicitur: *Ecce vir oriens nomen eius.* Matt.16.d

✣ Rabbi Ionathan. Ecce vir, cuius nomen eſt Meſſias, futurus eſt vt reueletur,& magnificetur,& ipſe ædificabit templum domini.

✱ Iuſtinus Martyr. Propter nomen Ieſu videmus ex quouis hominum genere multos ſuſtinere omnia, potius quã id abnegent. Feruidior enim eſt ſermo veritatis, & illuſtrat efficacius, quam ſolaris vis, intimos mentis cordiſque ſinus penetrans, & hoc eſt quod Zacharias dicit: *Oriens nomen eius.* Dialogo cum Tryph.

✱ Athanaſ. Sicut ex peccato Adę moriebatur homo, ſic Chriſti viuificatu ĩtegritatem ſuam recuperauit. Ideoque cum creaturam intra ſex dies conditã renouatione interpellaſſet, diem illam huic inſtaurationi cõſecratam voluit, quam in pſalmo Spiritus prænunciat: *Hęc eſt dies quam fecit Dominus, &c.* Solis.n. inſtar Deus exoritur, illuſtrans vniuſcuiuſque animum. Hanc cum vidiſſet propheta ita locutus eſt: *Ecce vir Oriens illi cognomen, &c.* In illud. Oĩa mihi tradita ſunt a pat. E † germinabit pſal.117.

✣ Greg. Bene ipſa eccleſia dextra Orientis vocatur, de ipſo quippe eiuſdem capite ſcriptum eſt: *Oriens eſt nomen eius.* Nam quia ab oriente lux ſurgit, rectè Oriẽs dicitur, cuius iuſtitiæ lumine noſtræ iuſtitiæ nox illuſtratur. l.20.mor.c.18

✱ Rupertus. Nullus virorum pręter ipſum iure ſic nominatur, quia ſolus hic ſemper eſt in ortu, & nullus vnquam illi eſt occaſus. Cum occidere putabitur, maximè orietur, i. cum fuerit ſecundum carnem huic mũdo moriturus, tunc apud inferos timentibus Deum orietur, moxque ſuper occaſum aſcendens, cælo & terræ orietur viuus,& nunquam moriturus. Oriens ſubter eum orietur, i. per eum in multitudine credentium dilatabitur,& in gloria reſurgentium clarificabitur.

F Hieronimus. Non Ieſum diuidimus nec duas perſonas de vna facimus. Sed qui Ieſus dicitur, quia ſeruat, ipſe eſt oriens, quia in diebus eius orta eſt iuſtitia. Sub hoc oriente orietur multitudo credentium, quæ ædificabit eccleſiam Deo, & ipſe in ſingulis membris coronatus portabit gloriam illorum & ipſe rex & pontifex pſal.71.b

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et albi. *ideſt, Græci.*

2 Egreſſi ſunt poſt eos. *quia Alexander magnus ibi debellauit Darium regem Perſarum, & Porum regem Indorum.*

3 Et varij. *ideſt. Romani.*

4 Egreſſi ſunt ad terram au. *ibi ſe dilatantes reſpectu ſitus Romæ.*

5 Qui autem erant robuſt. *iſti ſunt etiam Romani, qui ſupra dicti ſunt varij & fortes.*

6 Exierunt & quære.&c. *quia ſe non dilatauerunt tãtum ad vnam partem, ſed ad omnes partes orbis, ideo ſequitur.*

7 Et dixit. *ſ. dominus a quo eſt omnis poteſtas.*

8 Ite,& perambulate ter. *ex omni parte ſubiugando eam.*

9 Ecce qui egrediuntur. *impugnando regem Chaldæorum.*

10 Requieſcere,&c. *Iram meam. Loquitur enim Deus de ſeipſo ad modum hominis irati, cuius ira quieſcit quando punit. Deus autẽ puniuit Chaldæos per Perſas & Mœdos qui Baltbaſar regem interfecerunt, & regnum eius occupauerunt. Dan. 5.b.*

11 Et factum. *Hic conſequenter ponitur Iudæorum conſolatio de ædificatione templi, & honore ædificati. Circa quod ſciendum, quod aliqui Iudæi de Babylone venerant apportantes munera auri, & argenti pro templi ædificatione & eius veneratione, & in reuelatione diuina preceptum eſt Zachariæ, quod ex illo auro & argento faceret coronas & poneret eas in capite Ieſu pontificis, ad denotãdum profectum in ędificatione templi: & adminiſtratione pontificalis officij, & quod poſtea illæ coronę ſuſpenderentur in templo ædificato, in loco patenti ad templi decorem, & offerentium memoriam. Ex his dictis patet litera paucis exceptis, quę diſcutientur.*

12 Ecce vir oriens. *i. Ieſus pontifex in bono proficiens.*

13 Et ſubter eum orietur. *i. ſub eo ædificiũ tẽpli pſperabitur.*

MORALITER.

1 *Et albi, &c.* nam vbi idololatria remota eſt, pax eſt ibi reddita:& ſic doctores caſtitate dealbati ibi pacifice habitauerunt.

3 *Et varij.* ideſt, ad Gentem iam illuminatam luce fidei, vt eam in ueritate fidei firmarent,& iſti fuerũt quatuor principales doctores. ſ. Ambroſius, Hieron. Auguſtin. & Greg. qui dicuntur equi varij quia fuerunt variis Spiritus ſancti gratijs decorati.

5 *Qui autem erant, &c.* Iſti fuerunt appoſtolici viri, de quibus ſcribitur Pſal. xviij.a. *In omnem terram exiuit ſonus eorum.*

11 *Et factum, &c.* Per viros hic nominatos qui attulerũt aurum & argentum in templo domini offerẽdum ſignificantur doctores eccleſiæ qui offerunt in ea aurum ſapientiæ ſcribendo,& argentum eloquentiæ docendo in ſcholis & populis prædicando.

† *Et facies co. &c.* Ex doctrina enim eorum facti ſunt,& fient opera perfectionis, quæ coronæ dicuntur, eo quod per figuram circularem perfectio ſignificatur,& quia ꝓpter opera perfectionis coronæ cæleſtes redduntur:& totum hoc cedet ad honorem Ieſu Chriſti põtificis ſummi & ad ædificationem eccleſiæ ſuæ ſanctę.

A ſedebit in throno, tam regali quam pontificali, & conſilium pacis erit inter vtrumque, quia vtraque gloria conſentiet in domino Ieſu. Poſt coronatum Chriſtum promittitur corona etiam his qui ſomniant eum per ſpeculum in ænigmate, & quibus bonus eſt dominus, qui noti ſunt a Deo, & eius gratia repleti viſitātur ab eo, & q prius in Babylone gemebant, longè a Iudæa per ſingulos profectus ædificabunt domum Dei, & omnes pari mente cognoſcēt quod Deus miſerit prophetam ad eos.

Hieron. Ruper. a *Et coronæ erunt.* Hebræi dicunt Ananiam Azariam, & Miſaelem de captiuitate B reuertētes aurum & argētum in munera templi, & coronas pontificis, & ducis attuliſſe, & Hen quē ſupra non dixerat, i. gratiam, Danielem, ſ. cū munere veniſſe, & ideo Helem pro Oldai poſitū eſt, vt ex interpretatione noīs quod ſomnium dr̄, oſtendatur Danielem in captiuitate poſitū, & tres pueros regalis ſomnij myſteria cognouiſſe. Ipſe enim Daniel & tres pueri orauerunt dominum, & ita

& ita conſecutus eſt Daniel interpretationem ſomnij: D

*Et coronę erunt.* * Tertull. Tolerantia iuſtorum non periet in finem. Quia & alibi: Honorabilis mors iuſtorum ex tolerantia ſine dubio, quia & Zacharias. Corona (inquit) erit eis qui tolerauerint.

tur, & ædificabit templum dño, & ipſe extruet templum

a ¶ Poſt extructum templum. b ¶ Alteram coronam. ¶ Per principis poteſtatem.

dño. Et ipſe portabit gloriam & ſedebit, & dominabitur

a ¶ ... & Ieſus filius Ioſedech ſedebit ſuper ſacerdotali ſede. b ¶ Iunctis animis & conſiliis populum Dei gubernabit.

ſuper ſolio ſuo. Et erit ſacerdos ſup ſolio ſuo, & cōſilium 1

a ¶ Qui de regia & Leuitica tribu deſcenderunt. b ¶ Pro Oldai Helem ponitur. ¶ Alias Heleti.

pacis erit inter illos duos, & coronæ erūt Helem & Tobiæ

a ¶ Notus domini. b ¶ Gratia. ¶ Hic quartum additur cum tria tantum poſuit. c ¶ Viſitatio domini. d ¶ Et hoc erit. ¶ In ſempiternum.

& Idaiæ & Hen filio Sophoniæ memoriale in tēplo dñi.

a ¶ A Deo per peccata. b ¶ Vbi habitat Deus.

Et qui procul ſunt venient, & ędificabunt in templo Do- 2

a ¶ Tunc ex euentu rerum & proſperitate cognoſcetis, quod domino iubente omnia prædixi.

mini, & ſcietis, quia dominus exercituum miſit me ad 3 4

¶ Hæc omnia erunt ſi præceptis domini obedieritis. 5

vos. Erit autem hoc, ſi auditu audieritis vocem Domini 6

Dei veſtri.

Hieron. Coronæ prius impoſitæ capitibus duorum nominibus illorum a quibus oblatæ ſunt conſecrabuntur in templo Dei in ſempiternam memoriam, & tunc de toto orbe Gentes quæ procul poſitæ ſunt venient & ædificabunt in templo domini vnuſquiſque pro viribus ſuis.

b *Et qui procul ſunt.* * Rupert. Videmus quia hoc factū E eſt, & fit, & fiet vſque in finem ſeculi, & nos maximè qui de gentibus aduenimus contingent, quia procul eramus, quod meminiſſe nos vult Apoſtolus, ubi ad Epheſios loquitur, *Memores eſtote, quod vos qui eratis ſine Chriſto, & ſine Deo in hoc mundo, nunc in Chriſto Ieſu, vos qui eratis longè, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti.* Eph.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et conſilium pacis erit inter illos duos. *ideſt, inter Ieſum pontificem & Zorobabel ducem.*

2 Et qui procul ſunt. *non ſolum Iudæi ſed etiam Gentiles.*

3 Venient. *in Ieruſalem ex deuotione.*

4 Et ædificabunt in templo domini. *offerendo munera pretioſa ad templi ædificationem neceſſaria, ſecundum quod habetur 2. Machabæorū. 3.* Fiebat vt & ipſi reges & principes locum ſummo honore dignum ducerent, & tēplum maximis muneribus illuſtrarent. C

5 Et ſcietis. *per impletionem prophetiæ meę, & ſic eſt verbum Zachariæ.*

6 Erit autem hoc ſi auditu audieritis. *Per hoc patet quod hæc promiſſio de bono futuro & aliæ conſimiles frequenter intelliguntur in ſcriptura tali conditione, ſcilicet, ſi illi quibus fiunt, in bono perſeuerent. Et ſimiliter comminationes de malo panę ſi permaneant in peccatis. Sciendum autem, quod vbi translatio noſtra hic habet:* Ecce vir oriens nomen eius. *Translatio Chaldaica apud Hebræos autentica ſic habet: Ecce vir Meſſias nomen eius, & ſic intelligitur ad literam de Ieſu Nazareno, qui eſt vere Meſſias in lege & prophetis promiſſus. Qui dicitur hic oriens: quia ſecundum Deitatem æternaliter oritur a patre.* Et ſubter eum orietur. *quia tunc erat naſciturus ſecūdum humanitatem temporaliter de matre.* Et ipſe ædificabit templum Domini. *ideſt, eccleſiam de fidelibus ſuis tanquam de lapidibus viuis.* Et ipſe ex. tem. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem aſſertionem.* Et ipſe por. *in ſua reſurrectione.* Et ſe. & do. &c. *in ſua Aſcenſione ad dexteram Dei patris, ut dicitur Mar. vlt. d.* Aſſumptus eſt in cœlum & ſedet a dextris Dei Et erit ſacerdos. *vnde dicitur de eo ad Hebr. 7. d.* Hic autē eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium. Et conſilium pacis erit inter, &c. *ideſt, inter Iudęos & Gentiles ex quibus facta eſt vna eccleſia ſub vno paſtore Ieſu Chriſto. Cętera exponantur ſicut prius. Nec mirādum, quod in principio huius partis loquitur ſcriptura de Ieſu filio Ioſedech, qui fuit figura re & nomine Ieſu Chriſti filij Dei: quia propter ſimilitudinē figuræ ad figuratum ſacra ſcriptura frequenter tranſit ſub vno contextu de vno ad alterum, ſicut dictum fuit Iſa. xiiij. quod, ſcriptura loquendo de rege Babylonis tranſit ad loquendum de dæmone per eū figurato, & ſimiliter fit in pluribus alijs locis.* F

* CAP.

### *ADDITIO.*

* *In cap. 6. vbi dicitur in Poſtilla.* Hic ponitur ſucceſſio quadruplicis regni.

*Hoc capitulum ſextum ſecundum cōtinuationem ad prædicta videtur ſic exponendum, Nam poſtquam propheta ſcripſerat de bono regimine ſecundi templi in ſuo principio, & hoc in. 4. capit. vbi dixit,* Iſti ſunt duo filij oliuæ, &c. *vt ſupra expoſitum eſt, & conſequenter in 5. cap. tractauit de doctrina Phariſaica ſeu Thalmudica nefanda, ſub qua regimen ſecundi templi fuit poſt tempus Machab. vſque in finem: in hoc cap. ij. agit de regimine populi Dei per veram Euangelicam legem quæ diuulgata fuit prope deſtructionem templi, & poſtea, de quo dicit.* Et conuerſus ſum & leuaui oculos meos, *ideſt, trāſiui ad aliam viſionem altiorē,* & ecce quatuor quadrigæ. *ſ. quatuor Euangelia.* Quorum equi alij rufi, *ſcilicet martyrio.* Alij nigri. *ideſt, obſcuri profunditate myſterij.* Alij albi *gratia uirginali.* Alij varij & fortes, *gratiam curationum & diuerſarum virtutum habentes. Dicuntur autem iſtæ quadrigæ* egredi de medio duorum montium. *ſcilicet, de medio duorum teſtamentorum. Qui montes ex firmitate & ſoliditate ſuę doctrinę ærei dicuntur: & quia nulla vetuſtate conſumi poſſunt. Et hi dicuntur* quatuor venti, egredientes vt ſtent coram dominatore vniuerſæ terræ, *quia ad quatuor partes mūdi prędicatio Euangelica diſcurrit, quia* in omnem terram exiuit ſonus eorum, &c. *Sed robuſtiſſimus eorum dixit* quod perambulauerunt terram & requieuerunt ſeu requieſcere fecerunt ſpiritum in terra aquilonis, *per quod deſignatur quod ſedes apoſtolica in qua reſidet plenitudo eccleſiaſticę roboris debebat quieſcere, ideſt, ſedere Romæ quæ eſt in terra aquilonis, ſcilicet, reſpectu Ieruſalem: vel quia licet in omnem terram exiuit Euangelica prædicatio: tamē in Europa quę eſt aquilonaris reſpectu terrę habitabilis requieuit ſpiritus Domini, ſcilicet, eccleſiaſtica poteſtas quę per ſpiritum Domini exercetur. Et notandum quod licet hæc expoſitio uideatur eſſe allegorica, præſuppoſito tamen ſecūdum continuationem ad pręcedentia, quod in hoc cap. loquitur propheta de regimine eccleſię poſt deſtructionem templi, vt dictum eſt, literalis debet cenſeri ſecundum regulas ſupra in quæſtione ſuper prologum Gene. poſitas.*

Eph. 18. a

*Replica. In cap. ſexto, quatuor quadrigas Burgen. exponit ex quatuor Euangelijs, quę & ſi pro myſtica expoſitione ſuſtineri poteſt, tamen ſecundum literam non poſſunt reddi ſingula ſingulis. Nam non eſt ratio, quare vnum Euangelium habuerit equos rufos, aliud albos, aliud nigros, aliud varios, quia quamuis Euangelia ſunt in ſtylo diuerſa, eſt tamē vna omnium materia, vt patet per beatū Auguſtinum de concordia Euangeliſtarum, & per beatum Gregor. ſuper Ezech. Et ſpecialiter quadriga cum rubeis equis non dicitur proceſſiſſe alijs procedentibus quaſi per martyres equis rubeis ſignificatus Euangelium non ſic proſperatum. Aliæ enim quadrigę cum ſuis equis ad diuerſas mundi partes dicuntur in litera proceſſiſſe, tū tamē Euangelium & eius ſonus in omnem terram per has & illas indiſferenter exiuit. Vnde ſi expoſitio Burgen. accipitur vt myſtica, non oportet figuram & figuratum per omnia concordare, vt dictum eſt ſupra circa capitulum primum Hoſeę.*

## C A P. VII.



a ET factum eſt in anno quarto Darij regis, 1
factū eſt verbū Domini ad Zachariam,
in quarta noni menſis, qui eſt Casleu. Et 2
a ¶ Ideſt, ad templum quod iam erat inſtauratum 3
miſerunt ad domum Dei Saraſar & Ro-
gomelech, & viri qui erant cum † eis ad 4 5
a ¶ Sciſcitarentur a ſacerdotibus.
precandum faciem Domini, vt dicerent ſacerdotibus do- 6
mus Domini exercituum & prophetis loquentes: Nun-
a ¶ Modo cum reſtituta eſt Ieruſalem; ¶ Propter memoriam deſtructionis. b ¶ Qui appellatur Iulius.
quid flendum eſt mihi in menſe quinto, vel † ſanctifi- 7
a ¶ Fletus & ieiunium ſanctificatio dicitur quia per abſtinentiam curati ſanctificantur. 8
care me debeo ſicut feci iam multis annis? Et factum eſt 9
a ¶ Tu propheta ex perſona mea.
verbū Domini exercituū ad me dicens: Loquere ad omnē
a ¶ Qui terreno affectu ieiunat vel comedit. b ¶ Abſtineretis à cibis.
b populum terrę, & ad Sacerdotes dicēs, Cum ieiunaretis & 10
a ¶ Planctu exteriori amiſſa temporali lætitia. b ¶ Quando capta Ieruſalem.
c Quando Godolias occiſus eſt ab Iſmaele. d ¶ Deſolationis templi & ſubuerſionis Ieruſalem.
plāgeretis in quinto & ſeptimo p hos ſeptuaginta annos, 11
a ¶ Nunquid proderat mihi quod ieiunabatis. b ¶ E contrario ſi quando comediſtis vel manducaſtis. 12
nūquid ieiuniū ieiunaſtis mihi? Et cū comediſtis & bibi- 13
a ¶ Non mihi: neque enim his rebus placatur Deus, ſed bonis operibus. quia eſca non commendat nos 14
Deo. ſed præcepta faciamus.
ſtis, nūquid nō vobis comediſtis & vobiſmetipſis bibiſtis? 15
a ¶ Q. Non muto ſententiam, quæ dixi adhuc ſtante Ieruſalem, dico poſt reædificatam 16
c Nunquid nō † ſunt verba q̄ locutus eſt Dominus in manu 17

C A P. VII.

A ET factum eſt. ✻ Ruper. Duo fermè intra hanc & præſentem viſionē tranſierant anni. *Siquidem in anno ſecundo Darij, decimo menſe, viceſima & quarta mēſis, vidi* (ait) *per noctē, &c.* & hic in anno quarto Darij, in quarta menſis noni, verbū Domini ad ſe factū dicit, cauſam protinus inſerens, propter quam anno ſiue die illo factum fuerit.

Hebræi autumant Saraſar & Rogomelech & cęteros, qui cum eis erant, fuiſſe Perſas & duces regis Darij timentes Deū, qui audientes tem-
B plum eſſe conſtructū per legatos quęrebāt à ſacerdotib. & prophetis ſi ſecundum priorem conſuetudinē quinto mēſe, quo à Nabuchodonoſor Ieruſalē ſubuerſa eſt, adhuc duraret cauſa ieiunij & fletus: cùm iam eſſet reſtituta Ieruſalē, an potius cauſa reſtitutionis mutaſſent triſtitiā in gaudium. Vt Perſę timētes Deum ſicut cum flentibus Iudæis fleuerunt, ita cum gaudētibus gaudeāt. Poſt
C quam autem ſciſcitātium expleta eſt legatio, fit ſermo Dei ad Zachariā, imperans, vt loquatur ad vulgus & ad ſacerdotes quid reſpondere debeant legatis.

b *Cum ieiunaretis.* ✻ Greg. Solerter audiendum eſt quod per prophetam Dominus redarguit. *Cùm ieiunaretis, &c.* Non enim Deo, ſed ſibi quiſque ieiunat, ſi ea quæ ventri ad tēpus ſubtrahit, non egenis tribuit, ſed ventri poſtmodum offerenda cuſtodit.

✻ Idem. Illud ieiuniū Deus approbat, quod ad eius oculos manus eleemoſynarum leuat, quod cū proximi dilectione agitur, quod cum pietate conditur. Hoc ergo quod tibi ſubtrahis, alteri largire: vt vnde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro reparetur. Hinc etenim per prophetam Dominus dicit. *Cùm ieiunaretis, &c.* Sibi enim comedit & bibit, qui alimenta corporis, quæ ſunt communia dona conditoris, ſine indigentibus percipit.
D

✻ Ruper. Qui ieiunat vt per hunc pœnitentiæ laborem omnipotenti Deo de peccatis ſuis ſatisfaciat, & vitæ æternæ fructum recipiat, ille ieiuniū Domino ieiunat, ille Domino non manducat. Qui aūt idcirco ieiunat, vt vel temporalē pęnam euadat ſicut Achab, vel trāſitoriam laudē recipiat, ſicut hypocritæ, ille non Domino, ſed ſibi ieiunat. Dicat igitur. *Nunquid ieiunaſtis mihi?* Et ſubauditur, non quia non ieiunaſtis propter regnū Dei, vel vt cæleſtem Ieruſalem quam in Adā perdidiſtis, in aduentu ſeminis Abrahæ, Chriſti, recuperare mereamini.
E
[3. Reg. 21.] [† ſeparare. ſ. cibis.] [Matt. 6.]

✻ Tertul. Iuſtitia, cōtinentia, & reliquis virtutibus Deus colitur. Deus gaudet fide noſtra, innocentia, veritate, ſolis virtutibus noſtris, quæ habitant non in ventre, ſed in animo, quaſq; nobis acquirit diuinus timor & cęleſtis metus, non terrenus cibus. Nā & Zacharias refert: Si manducetis aut bibatis, nonne vobis manducatis, &c.
[Tract. de cibis Iudaicis.]
F

c *Nunquid non ſunt.* Q. Cur tanta ſcrupuloſitate quæritis, quā debeatis ieiunare & plangere: cum ego iam per Iſaiam & per alios prophetas mandaui omni tempore eſſe ieiunandum a malis, & ſtudendum in operibus miſericordiæ. [Hieron.] [Iſaiæ 58. a.]

✻ Ruper. Priores prophetas illos dicit, qui ante captiuitatē extiterūt, quorum de præcipuis vnus Eſaias erat, per quē ita locutus eſt. *Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. Si uolueritis, & audieritis, &c.* Illi autem [Iſa. 1.]
☞ non

### NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. VII.

✻ 1 ET factum eſt. *Hic interponitur ſolutio cuiuſdam dubij, & diuiditur in duas, quia primò queſtio proponitur: & ſecundò ſoluitur, ibi.* Et factum eſt. *Circa primum ſciendum, quòd poſt deſtructionem ciuitatis & templi tempore Sedechiæ, Iudæi poſtea ieiunauerunt annuatim illa die: & quia populus redierat de captiuitate, & templū erat prope conſummationem, ideo Iudæi qui remanſerant in Babylone miſerunt nuncios in Ieruſalem ad prophetas & ſacerdotes, quærēdo ſi deberēt ab illo ieiunio ceſſare, & hoc eſt quod dicitur.* Et factum eſt, *in cuius anno ſexto templum fuit conſummatum.*

2 In quarta. *ſ. die menſis 9. qui eſt Casleu, cui apud nos correſpondet. Nouember: Et ſic accipitur hic nonus menſis ſecundum ordinem feſtorum, in quo ordine Martius eſt primus: vt declaratū fuit diffuſè. Gen. 7. & Exod. 12.* 3 Et miſerunt. *de Babylone.*

4 Ad domum Dei Saraſar. *Iſte principalis erat inter nuncios.*

5 Ad precandū. *quia omni bono negotio præmittenda eſt oratio.*

6 Vt dicerēt &c. *qui debēt reſpondere de lege & de alijs dubijs.*

7 Nunquid flendum eſt mihi. *ideſt, populo Iudaico.*

8 In quinto mēſe. *licet enim ciuitas fuerit capta quarto menſe, tamen non fuit combuſta vſque ad menſem quintum, vt dictum eſt ſupra. Iere. 39. & habetur. 4. Reg. vlt.*

9 Et factum eſt. *Hic conſequenter quæſtio propoſita ſoluitur, in qua ſolutione ſic proceditur: quia primo increpantur de modo ieiunandi præterito. ſecundò conſolātur de bono futuro. cap. ſeq. tertiò completur quæſtionis ſolutio, verſus finem eiuſdem cap. ibi:* Et factū eſt. *Prima in duas: quia primò propheta arguit modum indebitum ieiunandi, ſecundò inducit ad rectum modum uiuendi ibi:* Et factum eſt. *Circa primū ſciendum quòd licet Iudæi in diebus ieiuniorū ſuorū abſtinerent ab aliquibus cibis, non tamen abſtinebant à uitijs: propter quod erat reprehenſibiles, ſecundum quod diffusè oſtenditur Iſa. 58. a. ideo ibidem dicitur:* Nolite ieiunari ſicut ad hanc diem: *Et hoc modo arguit eos prophetas dicens.*

10 Cum ieiunaretis & plange. in quinto. *ſ. menſe pro ciuitatis & templi deſtructione.*

11 Et ſeptimo. *pro interfectione Godoliæ, ad quam ſecuta eſt diſperſio reliquiarum populi iudæ.*

12 Per hos LXX. annos. *ſcilicet captiuitatis.*

13 Nunquid ieiunium. *ideſt, ad honorem meum: q. d. non: quia non abſtinuiſtis à peccatis.*

14 Et cum come. & bi. *lautè poſt ieiunium.*

15 Nunquid non vobis comediſtis. *ideſt, ad veſtram voluntatem? quaſi diceret: Sic, & nihil pauperibus dediſtis.*

16 Nunquid non ſunt, &c. *de modo ieiunandi indebito:*

17 In manu prophetarum. *ſicut allegatum eſt de Iſaia: qui ſuo tempore arguit ieiunantes malè.*

### MORALITER.

† 1 *Et factum eſt, &c.* Sequitur.

6 *Vt dicerent.* Per hoc oſtenditur, quòd illi qui ſunt diuinæ legis ignari recurrere debent ad prælatos & doctores ad quærendum in dubijs veritatem, & illi tenentur reſpōdere, Malach. 2. d. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam.*

9 *Et factum eſt verbum, &c.* Sequitur: *Nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi?* q. d. Non. Et per hoc oſtenditur quòd abſtinentia à cibis non eſt Deo accepta, niſi cum hoc ſit abſtinentia à vitijs, & ieiunium comitētur opera pietatis. Ideo ſubditur.

15 *Nunquid non vobis,* poſt ieiuniū vos lautè reficiendo & nihil pauperibus conferendo.

16 *Nunquid non ſunt verba, &c.* q. d. Non: immo contrariū vnde Iſaiæ 58. a. *Quare ieiunauimus & non aſpexiſti?* Et ſubdit.

prophetarum priorum cũ adhuc Ieruſalẽ habitaretur: &
a ¶ In montana regione.
eſſet † opulẽta, & ipſa & vrbes in circumitu eius, & ad au-
ſtrum & in campeſtrib. habitaretur? Et factum eſt verbum 1
Domini ad Zachariam, dicens: Hæc ait Dominus exerci-
a ¶ Ne vobis improperetur. Vſquequo iudicatis iniquitatem.
b ¶ Poſt iudicij veritatem ſequatur clementia in cunctos, maxime in fratres, vel eiuſdem ſanguinis, vel eiuſdem fidei.
a tuum, dicens: † Iudicium verum iudicate, & miſericordiam 2 3
& miſerationes facite, vnuſquiſque cum fratre ſuo. Et † vi- 4
a ¶ Quorum cura a Deo vobis committitur. 5
b ¶ Hunc peregrinatio, hunc egeſtas humilem facit.
duam, & pupillum, & aduenam & pauperem nolite † ca-
a ¶ Omnis homo frater, quia omnes ex vno patre.
b ¶ Nedum faciat.
lumniari: et malum vir fratri ſuo nõ cogitet in corde ſuo. 6 7
a ¶ Cum hæc præceperam illi non attende.
b ¶ Ex habitu corporis mea imperia reſpuentes.
b Et noluerunt attendere, et verterunt ſcapulam recedẽtes: 8
a ¶ Sicut aſpis ſurda, & obturans aures ſuas.
b ¶ Non Dei. c ¶ Onere. d ¶ Deum præcipientem.
¶ Cordis. ¶ Sponte. ¶ Quaſi.
et aures ſuas aggrauauerunt ne audirent, et cor ſuũ poſue-
¶ Durum lapidem.
c runt vt adamantẽ ne audirent legem: et verba quæ miſit
Dominus exercituũ in ſpiritu ſuo ſancto per manum pro-
a Iſaiæ, Hoſeę, qui mundas habuerunt manus.
¶ Ideo. ¶ Pro magnis peccatis.
phetarum priorũ. Et facta eſt indignatio magna à Domi- 9
a ¶ Completa ſunt verba Domini par pari referentis, vt ſicut illi ambulauerunt ad eum peruerſi, & ipſe ad eos peruerſus incederet.
b ¶ Dominus pręmiando.
no exercituum. Et factum eſt ſicut locutus ſum, et ſicut nõ
a ¶ Me. ¶ Ad me. ¶ Eos.
audierunt, ſic clamabũt et non audiã, dicit Dominus exer-
¶ Immo. a ¶ Aſſyriorum, Mœdorum, Chaldæorum, Perſarum & aliorum.
cituum. Et diſperſi eos per omnia regna quę neſciũt, et ter- 10
a ¶ Omnis Iudæa. b ¶ A ſuis habitationibus. 11
¶ Regnis.
rã deſolata eſt † ab eis, eò quòd non eſſet tranſiens et reuer-
a ¶ Quæ ad comparationem aliarum propter abundantiæ multitudinem, lacte & melle manabat verterunt in ſolitudinem.
tens: et poſuerunt terram deſiderabilem in deſertum. 12

non ſolum non audierunt, verumetiam clamantes, pro-
A phetas occiderunt, duro corde, &c. Itaque Dominus iu-
ſtus ad cognoſcendum, ipſi autem inexcuſabiles: quia quod factum illis non eſt factum per properantem Domini impatiẽtiã, ſed p ipſorũ perſeuerãtẽ impœnitẽtiã.

Hieron. Remig. Leuit. 19. c. a *Iudicium verum iudicate. &c.* Moyſes. *Sic magnũ iudicabis vt paruum, nec accipies perſonam, & pauperi nõ miſereberis in iudicio, quia iudicium Dei eſt.* Hæc magis uolui, hęc q̃ſiui: hæc faciũt commendabile ieiuniũ, † Leu. 19. c. † Exo. 22. c. Iere. 22. a. quæ non faciẽtes tradit eſtis captiuitati: Non quęro ieiuniũ deſolationis, & mortis quinti & ſeptimi menſis.

l. 4. ad. Mar. cap. 16. ✣ Tertullian. Chriſtus adiecit ſuplemẽta cõſentanea diſciplinæ creatoris. Atque adeo hoc ſtatim renuciandum eſt,
B an diſciplina patientiæ p̃dicatur penes Creatorem. Sic per Zachariã præcepit, ne vnuſquiſque malitiæ fratris ſui meminerit, ſed nec proximi. Nã & rurſus: Zach. 8. *Malitiam, inquit, proximi ſui vnuſquiſq; non recogitet.* Multo magis patientiam indixit iniuriæ, qui indixit obliuionem, &c.

l. 4. cap. 2. & 70. ✣ Irenæus. Zacharias in duodecim prophetis ſignificãs Iudeis volũtarẽ Dei, ait: Hæc dicit Dominus, iuſtum iudiciũ iudicate, & ex quibus manifeſtum eſt,
C quia non ſacrificia & holocauſtomata quærebat ab eis Deus, ſed fidem, & obedientiam, & iuſtitiam propter illorum ſalutem.

b *Et noluerunt attendere.* Poſſunt hæc referri ad eos qui in eccleſia nolunt audire Deum, ſed cor aggrauãt, & ideo delin-

delinquentes in eccleſia proijciuntur de terra confeſſio- nis, & fit indignatio Dei ſuper eos, & diſperſi ſunt per omnia regna vitiorum: & deſolata eſt terra eorum. Vel anima vel corpus non habens Deum habitatorem, nec in ſe ſpiritum reuertentem & terra quõdam deſiderabilis, quæ erat hoſpitium Trinitatis, verſa eſt in deſertum & habitationem draconum.

c *Vt adamantem, &c.* Adamas lapis fortiſſimus, qui omnia metalla confringit, & à nullo confringitur: vnde indomabilis dicitur.

✣ Rupertus. De adamante illud mirandum, quòd cum tantę ſit duritiæ, ſolo perfuſus ſanguine hirci, quod animal libidinoſum eſt, ſtatim diſſoluitur. Vnde congrua ſimilitudo eſt valde, *& cor ſuum poſuerunt adamantem*, quia cum duriſſimæ ceruicis & cordis indomabilis eſſent contra Dominum, molliſſimi erant in omnium libidinum fluxum. Quam verò acerba eſt infelicium ſuggillatio dicere: *Et terra deſolata eſt ab eis, &c.* Nam verè infœliciſſimũ eſt, & infœlicitatem deſolationis pati, & inſuper criminis argui, quòd ipſi deſolationem ipſam fecerint, & quòd ipſa contra illos terra iuſtè videatur deflere, & conqueri, & dicere illis. Non Deus qui hoc fieri iudicauit, non Nabuchodonoſor qui iudicio Dei ſuper me aſcendit, ſed vos coloni peſſimi, vos feciſtis, & ex vobis cauſa eſt, quòd deſolata & in deſertum poſita ſum ego terra deſiderabilis.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et factum eſt. *Hic conſequenter inducit. populum ad debitum viuendi modum, cum ſubditur.*
2 Iudicium uerum. *non deferentes alicui contra iuſtitiam timore aut fauore.*
3 Et miſericordiam. *quantum ad mentis affectum.*
4 Et miſerationes. *quantum ad multiplicem effectum.*
5 Facite, &c. *cum perſonis indigentibus cuiuſcunque conditionis aut ſexus.*
6 Vir fratri ſuo. *ideſt, proximo ſuo.*
7 Non cogitet in corde ſuo. *malum. Ex quo patet falſitas Ioſephi dicentis lib. antiquitatum. 12. quòd cogitatio non eſt peccatum, niſi procedat ad effectum.*
8 Et noluerunt attendere. *ad verba prophetarum patres veſtri qui erant in Ieruſalem & regno Iudæ ante deſtructionem Ieruſalem: ſed magis prophetas perſecuti ſunt ad mortem.*
9 Et facta eſt indignatio magna. *qui per Chaldæos ciuitatem & templum deſtruxit, populum partim occidendo & partim captiuando, ideo ſequitur.*
10 Et diſperſi eos per omnia. *per multa, vt per regna Aſſyriorum Chaldæorum, Perſarum & Mœdorum.*
11 Et terra deſolata eſt ab eis, eò quòd non eſſet. *ideſt, propter eorum demerita.*
12 Et poſuerunt. *ideſt, Iudæam, quæ fuit deſiderabilis patribus ſanctis, nõ tam propter eius fertilitatem, quia terra Aegypti eſt fertilior, quàm propter mundi redẽptorẽ, quia in ea operatus eſt ſalutẽ.*

✱ CAP.

*MORALITER.*

† ibidem ratio cum dicitur: *Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis: Ecce, ad lites & ad contentiones ieiunaſtis, & percutitis pugno impiè:* ideo ſubditur de operibus iuſtitiæ & miſericordiæ.
2 *Iudiciũ verum iudicate, & miſericordiam & miſerationes, &c.* Et patet litera.

## CAPVT VIII.

a E T factum eſt verbũ Domini exercituum 1
ad me, dicens Hæc dicit Dominus exer- †
a ¶ Afflixi Iudæos qui me dimiſſo, idola coluerunt.
b ¶ Quia magna peccata eorum.
b cituum: Zelatus ſum Sion zelo magno, 2
a ¶ Quia cum multis amatoribus proſtituta maculauit thorum meum.
& indignatione magna zelatus ſum eã.
a ¶ Sed quia pœnituit. ¶ Sed.
c Hęc dicit Dominus exercituum: Reuer- 3
a ¶ In templo ædificato.
ſus ſum ad Sion, & habitabo in medio Ieruſalẽ. Et vocabi- 4
a ¶ Quæ ante erat vrbs mendacij.
tur Ieruſalem ciuitas veritatis, & mons Domini exercituũ †
d a ¶ In quo immolantur victimæ & ceremoniarum ordo ſeruatur.
mons ſanctificatus. Hæc dicit Dominus exercituũ: Adhuc 5
habitabunt ſenes & anus in plateis Ieruſalem, & viri bacu †
lus in manu eius præ multitudine dierũ. Et plateæ ciuitatis †
a ¶ In pace vrbium tot fieri, vt laſciua ætas luſibus & choris gaudia concelebret.
b ¶ Geſtu corporis mentis lætitiam indicantes.
complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis †
a ¶ Ab his qui vident vrbem penitus deſtructam.
e eius. Hæc dicit Dominus exercituum. Si videbitur diffici- 6
a ¶ Et quaſi impoſſibile eſt quod ſpondeo. b ¶ Puſillanimis c ¶ Quando ædificata eſt Ieruſalem. 7
le in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis: nun- 8
a ¶ Qui ore meo promitto cui nihil impoſſibile.
quid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituũ?

CAP VIII.

A a E T factum eſt. Iſraeliticus populus in captiuitate cum Aſſyrijs & Chaldæis fornicatus eſt: ſed poſtquã ab amatoribus ſuis illuſus, & priſtino decore nudatus eſt, memor priſtinæ felicitatis dicit: *Reuertar ad virum meum priorẽ*, & ille ſuſcipiens in coniugio dicit.

b *Zelatus ſum*. Quanto prius indignatus ſum, quòd à multis amatoribus deturpata maculauerit thorũ meum, tãtò amplius nũc zelo eam quòd egit pęnitentiam, & ædificauit templũ in quo habitabo in medio eius.

✻ Ambroſi. Quia Deus magnus, ideo

B et zelus eius magnus eſt, & pro vniuſcuiuſq; potẽtiæ qualitate, ita & zelus aut mediocris aut magnus eſt. Zelo vindicatur Ieruſalẽ, zelo Eccleſia cõgregatur, zelo fides acquiritur, zelo pudicitia poſſidetur. Dominus quoque ait: *zelus domus tuæ comedit me*, increpãs Iudæos quòd domũ orationis fecerint ſpeluncã latronum.

✻ Anaſtaſius Nicenus. Benignus quidem & iuſtus index Deus, nobis peccantibus nos ſæpe tradit aduerſarijs, non ad interitum, ſed ad caſtigationem ac diſciplinam, vt per Hieremiam dicit. Et per Zachariam de Aſſyrijs: *Aemulatus ſum Sion zelo magno, & ego iraſcor ira magna aduerſus eos qui vos*

C *inuadunt, &c.* Hic ergo diſcimus, quod qui belligerantur & nos iniuria afficiunt, vltimum ſubibunt ſupplicium.

✻ Remigius. Loquitur de Ieruſalem quaſi vir de adultera vxore. Dilexit enim plebem Iſraeliticam, eamque caſto amore dote fidei ſibi ſociauit, ſicut Ezechiel pleniſſime declarat. Quæ poſtea relicto Deo fornicata eſt cum idolis diuerſarum gentium, propter quod tradita eſt in captiuitate, &c.

c *Reuerſus ſum*. Per Sion & Ieruſalẽ accipiũtur animę fidelium: ſpeculantes Deũ, & videntes pacẽ, quibus peccantibus iraſcitur Deus, tradens eas captiuitati, vt Deũ per mala ſentiant, quẽ per proſpera & bona non ſenſerãt. Et cũ ipſi pęnitentiã egerint dñs ad eos reuertetur, & in quibus prius regnabant mẽdacia vitiorũ, habitabit Chriſtus veritas, & vocabũtur mons domus Domini.

d *Adhuc habitabunt*. Tãta erit proſperitas omniũ rerũ, vt nullo hoſte remanente vterque ſexus vſque ad vltimã perueniat ætatem: & tremẽtes artus baculo regẽte ſuſtentẽt. Plateæ Ieruſalem, i. eccleſiæ ſunt virtutes in quibus habitãt ſenes, nõ ętate ſed *quorum cani* Sap.4.b.
*ſunt ſenſus*: Hi habent E
& baculos in manibus. i. correptionẽ dicẽtes diſcipulis ſuis: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in ſpiritu lenitatis?* 1.Cor 4.d. Et cum ſenibus habitabunt anus, de quibus Paulus: *Honora viduas, quæ veræ viduæ ſunt.* 1.Tim.5.a. Implebitur ẽt ciuitas pueris & puellis ludentibus, quos Pſalmiſta ad canendũ Domino hortatur dicens: *Iuuenes, & virgines ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini.* Pſal.148.b

e *Si videbitur*. ✻ Remig. Quia magna & incredibilia promittebantur ipſi Iſraeli, dubitare fortaſſis poterãt prę rerũ magnitudine. Idcirco nũc loquitur propheta ex perſona Dñi: Si vobis ò reliquię populi mei difficile videtur eſſe quòd ſpõdeo, nunquid mihi difficile erit qui omnipotens ſum?

Cum tempore perſecutionis conciliabula Chriſtianorum deſtruerentur, inſulæ exilijs fidelium implerentur, F
diuini libri cremabantur: quis tunc crederet eccleſias cõſtruendas ab ipſis qui eas deſtruxerunt?

Cum reliquijs populi, qui de captiuitate venerant tantam fœlicitatem prophetaſſet, videbatur incredibile. Cõtra quod propheta: Non ſunt mea quę reſpõdeo, nec mea voce vtor, Dei ſunt promiſſa quæ replico. Hieron. Remig.

a *Ecce*

## ✻ NICOLAVS DE LYRA CAP. VIII.

1 E T factum eſt. *Hic poſt populi increpationem ponit propheta boni promiſſionem, vt bonus Samaritanus poſt vinum mordicatiuum infundens oleum lenitiuum. Et diuiditur in duas partes. quia primò ponitur dicta promiſſio. ſecundò, promiſſionis confirmatio, ibi:* Hæc dicit. *Promiſſio verò iſta eſt de proſpera habitatione ciuitatis Ieruſalem reædificatæ. Præmittitur tamen præterita caſtigatio, cum dicitur in perſona Dei.*

2 Zelatus ſum Sion. *ſicut vir vxorem, qui acriter corripit eã delinquentem. Et accipitur hic Sion pro populo qui ibi conueniebãt ad templum, & etiam pro templo, quia populus caſtigatus fuit per captiuitatem, & templum incenſum propter populi malitiam.*

3 Reuerſus ſum ad Sion. *in dulcedine clementiæ.*

4 Et habitabo in medio Ieruſalem. *quia poſt reædificationem templi ibi uiguit cultus Dei, & etiam ibi erat multitudo populi: ideo ſequitur.*

5 Adhuc habitabunt ſenes & anus, &c. *Quia non interficientur in iuuentute ſicut antea. Cætera patent in litera.*

6 Hæc dicit. *Hic conſequenter ſequitur dictæ promiſſionis confirmatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò confirmatur ratione, ſecundò exemplo, ibi:* Hæc dicit. *Ratio autem accipitur ex Dei potentia, cui nihil eſt difficile: & hoc eſt quod dicitur.*

7 Si videbitur di. *propter paucitatem enim plebis tempore Zachariæ videbatur hominibus, quòd de cætero Ieruſalem non poſſent ſufficienter populari: ſed hoc non obſtat potentiæ Dei, ideo ſubditur.*

8 Nunqd in oculis. *Et ſubditur modus populationis, cũ dicitur.*

✻ Ecce

### MORALITER.

† 1 *Et factum eſt verbum domini, &c.* Sequitur.

† *Hæc dicit dominus*. Nominibus Sion & Ieruſalem ſecundum ſenſum allegoricum ſignificatur eccleſia, vt frequenter dictum eſt ſuprà, quę dupliciter poteſt accipi. Vno modo pro eccleſia vniuerſali: & ſic Deus non recedet ab ea, Matth. vlt. d. *Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Alio modo pro aliqua particulari eccleſia: & ſic Deus dicitur recedere ab ea, quando propter defectum boni prælati vitia multiplicantur: Et ad eam reuertitur, quando prouidet ei de bono pręlato per cuius ſollicitudinem reſecantur vitia, & virtutes reformantur, & tunc illa eccleſia dicitur ciuitas veritatis, quia bonus pręlatus ſtudet ibi ſtabilire triplicem veritatem, ſcilicet vitæ, iuſtitiæ, & doctrinæ.

† *Et mons.* nam ibi debitè celebratur officium diuinum.

5 *Adhuc ha. &c.* nam viri & mulieres morum maturitatem habentes habitant in diœceſi illa. Et de tali vera ſenectute dicitur Sapien. iiij. b. *Aetas ſenectutis vita immaculata.*

† *Et viri ba. &c.* Vir dicitur a uirtute, ideo ſignificat in moribus virtuoſum: Baculus in manu ſignificat poteſtatem iudicandi: tales autem iudices ſtatuit bonus prælatus in ſua diœceſi.

† *Præ mu.* id eſt, notitiarum diuinæ legis & humanæ, quę debent in bonis iudicibus eſſe.

† *Et plateæ.* i. iuuenibus taciturni & modeſtis Eccl. xxxij. b. *Adoleſcens loquere in cauſa tua vix.* Ideo tales dicuntur infantes, quaſi non fantes.

† *Et puellis ludentibus.* id eſt, Deum deuotè laudantibus. De tali ludo dixit dauid ij. Reg. vj. d. *Viuit dominus, quia ludam ante dominum, &c.*

† *Et*

Hæc dicit Dñs exercituum. Ecce ego ſaluabo populum 1
a ¶Multi venient ab oriente,& occidente,& recumbent cũ Abrahã,& Iſaac, & Iacob in regno cęlorũ. b ¶Veniet ex Sion,qui eripiat & auertat iniquitatem a Iacob.
meum de terra orientis,& de terra occaſus ſolis,& adducã
¶Eccleſiæ.
eos,& habitabunt in medio Ieruſalem;& erunt mihi in po
a ¶Obedientes b ¶Erit vnus grex,& vnus paſtor. c ¶Protectorem
pulũ,& ego ero eis in Deum in veritate,& in iuſtitia. Hæc 2
¶Ad extera.
dicit Dominus exercituum.Confortentur manus veſtrę q 3
a ¶Quarto anno Darij,quarto die menſis,qui dicitur Caſleu. 4
b ¶De promiſſione futurorum. c ¶Qui cœperunt loqui a die quo fundari cœpit domus Domini.
auditis in dieb. his ſermones iſtos per os prophetarum:in
¶Qui prophetauerunt vt tem.ædifi
die qua fundata eſt domus Domini exercituum,vt templũ
a ¶Audire debetis quia ... b ¶Antequam ædificaretur domus Dei omnis labor veſter irritus,& tam homines quam iumenta in diuerſis operibus caſſis conatibus fruſtrabantur, foris aduerſarij, domi ſeditio frater fratri inſidiabatur: per hæc omnia pax rumpebatur.
ædificaretur. Si quidem ante dies illos merces hoĩum non 5
erat,nec merces iumentorum erat,neque introeunti,& ex- 6
a ¶Omnes inter ſe hoſtili odio diſſidebant.
eunti erat pax præ tribulatione; & dimiſi omnes homines
a ¶Quia iam domus domini fundamenta ſunt iacta,& templum ædificatum.
vnumquemque contra proximum ſuum. Nunc autem nõ 7
a ¶Reuerſis de captiuitate Babylonis. 8
iuxta dies priores ego faciam reliquijs populi huius, dicit
a ¶Chriſtus. b ¶Quæ prius ſterilis. ¶Ariditatẽ,& famem priſtini temporis futura abũdãtia cõpenſabit. 9
dñs exercituum; ſed ſemen pacis erit. Vinea dabit fru- †
a ¶Salutem humani generis. b ¶Quæ prius auferebat. c ¶Contra priorem ariditatem.
ctum ſuum,& terra dabit germen ſuum.Et cęli dabunt ro- †
a ¶Pro ædificatione. ¶Irrigatione pluuiarum, & rore nocturno omnia pullulabunt. †
rem ſuum,& poſſidere faciam reliquias populi huius vni-
¶Quæ dixi
uerſa hæc. Et erit, ſicut eratis maledictio in Gentibus do- 10
¶O duæ tribus. ¶Decem tribus.
mus Iuda,& domus Iſrael,ſic ſaluabo vos,& eritis benedi 11
a ¶Aduerſarios rebellantes. b ¶Promiſſione Dei. c ¶Vt impleant opera quæ cœperunt. 12
ctio.Nolite timere: Confortentur manus veſtræ,quia hæc
¶Qui poteſt implere quæ promittit. a ¶Captiuitati traderem.
dicit Dominus exercituum. Sicut cogitaui, vt affligerem

A a *Ecce ego ſal.* Quidam Iudæorum dicunt hæc eſſe completa ſub Zorobabel,& Neemia ædificato templo,& muris ciuitatis extructis, & ſtatu Iudaici populi reſtituto a Machabæis,·& diuerſis principibus qui vſq; ad Herodem rexere Iudæam. Alij ad conſummationem ſeculi referũt & ſub Chriſto quẽ fruſtra præſtolantur explenda commemorant.

Poſſumus dicere hæc ex parte eſſe cõpleta tempore Zorobabel, quando reducto populo ſub figura futuri, Deus habitauit in Ieruſalem. Vnde appella- B tus eſt populus Dei, & Dñs appellatus eſt Deus eorum:nõ in mendacio,& iniquitate,ſed in veritate,& iuſtitia. Et in eccleſia ſub Chriſto maximè implẽtur, qñ *multi de oriente, & occidente veniunt, & accumbunt cum Abraham,& Iſaac, & Iacob in regno cęlorum,* (Matth.8.d.) & diſcedente vmbra veteris legis, veritas Euangeli & iuſtitia Chriſti declaratur.

b *Confortentur man.* Cũ Aggæus, & Zacharias iam exhortati fuiſſent populum ad ædificandũ nunciam ſecundũ admonitionẽ eorũ extructo templo, C hortantur nunc iterũ, & duces, & populum, vt experti veritatẽ in his quæ prius audierant, nunc etiam accõmodent fidem his quæ modo promittuntur:nec timeant impetum Mœdorum, nec inſidias nationum per circumitum impedire volentium:ſed confortentur per os prophetarum ex die quo iacta ſunt fundamenta templi, vſq; ad diem quo ſuperædificatum eſt templum, & audiant quæ ſequuntur, dicitur eccleſiæ.*Confortentur manus,&c.* per bona opera in quibus fundatur domus Dei,quando iaciuntur fundamenta fidei,& extruitur templum,quando multitudo fideliũ roboratur,& ita viuit,vt templũ Dei eſſe mereatur. Sed hanc ædificationem quidquid boni operis habere videbantur, vel homines.i.rationabiles,vel iumenta.i. ſimplices, inde nullam mercedem apud Deũ conſequebantur: ſed erant in eis bella,& diſcordiæ,& tribulatio: frater fratrem ſupplantabat,*& inimici hominis domeſtici eius* (Mich.7.b.):quia carebant pace, quã Chriſtus vadens ad patrem reliquit apoſtolis (Io.14.d.).Quidquid boni operis facit,vel Iudæus, vel hæreticus,vel Gentilis abſq; fide Chriſti,ſine mercede agit: ſed recepta fide Chriſti q̃ pro peccatis captiui tenebãtur in mũdo,& Babylonio igne vrebantur,iam habent fructum vi- D neæ quæ dicit. *Ego ſum vitis vera.* (Io.15.a.) His dat terra fructum,vt qui in lachrymis ſeminauerunt,in gaudio metant,& cęli qui enarrãt gloriam Dei,dabunt rorem diuini eloquij, (Pſ.18.a.) & hæc omnia i.pacem,& abundantiam terræ,habebunt reliquiæ populi, quas reliquit nobis Dominus Sabaoth.

c *Nunc autem,&c.* ⁂ Remig. Quia inquit, iam templum ædificatum eſt, nequaquam faciam ſicut prius feci huic populo, affligendo eum, ſed dabo illis pacem: & famem priſtini tẽporis futura abundantia cõpenſabo.

* Ruper. Nam qui tunc erat maledictio, ita vt diceret, E vel dici poſſet quippiam illi quem perire vellet. Sic tibi eueniat quomodo euenit miſerabili populo, q̃ terra ſua in deſertum redacta,& ciuitate Ieruſalẽ cremata igne, captiuus abductus eſt ipſe idem populus nunc eſt benedictio per Chriſtum G ſemen pacis,quia *in ipſo benedicentur omnes gentes.* Ad hoc ipſum pertinet hoc quoq; quod protinus dicit. *Sicut cogitaui vt affligerem vos, &c.* Nam reuera ad F iracundiam prouocauerunt Dominũ patres noſtri Adã, & Eua, non ſolum tranſgrediendo præceptum, verumetiam defendendo peccatum, & propter hoc cogitauit, vt affligeret nos,& modo quodam non eſt miſertus,quatenus alio modo melius miſereretur.

d *Et erit,ſicut era.* Promittit quæ ventura erant poſt ędificationem templi,vt ſicut prius inter Gentes erant in maledictione, & ſibilo, ſic ſaluatæ, & reuerſæ in Iudæam, erunt in benedictione.

Tempore perſecutionis, Chriſtiani Gentibus per circumitum ſunt in maledictum,& in exemplum quia, offenderunt in Deum ſuum,ſed poſtea reddita pace ſunt in benedictione, quia Deus miſeretur Ieruſalem .i. viſioni pacis:& Iudæ.i.fidem Domini confitentibus,Singuli etiã credentium qui propter vitia traduntur Sathanæ, cũ egerint pęnitentiã,reuertentur in priſtinum ſtatum,& videbunt pacem Dei,& confeſſionis ſuæ gloriam poſſidebũt.

e *Sicut cogitaui.* Iratus 12.tribub.tradidit captiuitati;conuerſus ad miſericordiam,relicto Iſrael in captiuitate benefacit Ieruſalem,& domui Iuda.

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Ecce ego ſalua.*quia reædificata ciuitate,& ſtatu eius proſperante multi Iudæi de diuerſis partibus mundi inſtinctu Dei venerũt ad habitandum ibi.*

2 Hæc dicit. *Hic conſequenter confirmatur exemplo per hoc q̃ antequam reſumeretur reædificatio templi, populus erat in miſero ſtatu:& opere reſumpto cœpit meliorari,ideo dicitur.*

3 Confortentur.*in templi opere.* 4 Qui auditis,&c.per os prophetarum.*ſ.Aggæi,& Zachariæ ad ædificiũ tẽpli exhortãtiũ* 5 Si quidem ante,&c.*i.homines,& iumẽta laborabãt quaſi fruſtra:quia non cedebat eis ad lucrum.* 6 Neque introeunti,&c. ☞ *Cogitaui propter inſidias aduerſariorum.* 7 Nunc autem.*i.poſt operis reſumptionem.* 8 Non iuxta dies.*in quib.populus erat in miſeria magna.* 9 Sed ſemen pacis erit.*i.populus poterit pacificè ſeminare,& metere,& erit etiam abundantia fructuum, ideo ſubditur.* Vinea dabit fructũ ſuum,&c. 10 Et erit ſicut eratis,&c. *quia quando Gentiles maledicebant alicui,dicebant.* Sic tibi contingat.*ſicut miſeris Iudæis.* 11 Sic ſaluabo.*de malis.*

12 Et eritis bene.*quia benedicens alicui dicet. Fiat tibi ſicut Iudæis.Licet aũt iſtud aliqualiter fuerit impletũ tpe templi cõſummati, & ciuitatis reædificatæ;tamen multò perfectius impletũ fuit tempore Chriſti,& Apoſtolorum.Cętera patent vſq; ibi.* ⁂ Hec

*MORALITER.*

† 7 *Nunc autem,&c.*Sequitur.
9 *Sed ſemen pacis.*ſ.internæ,& fraternæ:& poſtea ſupernę
† *Vinea dabit fructum.*i.eccleſia quantum ad clerum.
† *Et terra dabit.*quantum ad communem populum.
† *Et cœli dabunt rorem ſuum,& poſſidere faciam reliquias, &c.* .i.doctores dabunt ſalutiferam doctrinam.
10 *Et erit,ſicut eratis maledictio.*ſ. tempore mali prælati.
11 *Sic ſaluabo vos, & eritis benedictio.*ſ. tpe boni. Reſiduum huius capituli exponatur,ſicut in expoſitione literali.

*MORA-*

*Cogitaui vt benefaciam*: vt igitur permaneat mea ſententia:& non fiat irrita pollicitatio, facite hæc quę pręcipio.

a *Veritatem & iudicium*. In iudicio prima eſt veritas,& iuſtitia: deinde ſequitur miſericordia hoc enim eſt iudiciũ pacis, vt iudex propoſitum habeat pacificare diſcordes. In pręceptis quę ad vitam pertinent,& ſunt perſpicua: nõ debemus quærere allegoriã, ne iuxta Comicũ quæram⁹ nodum in ſcirpo.

✲ Remig. Quia inquit, vobis bona promiſi, vt mea permaneat promiſſio, facite quæ præcipio. *Loquimini veritatem, &c.* Proximũ oẽm hominem accipimus,qa ex vno parente omnes geniti ſumus.Si enim ſolis carne proximis veritatẽ loqui præcipimur, ergo peregrinis, & alienigenis licebit mentiri. Quia verò conſuetudinis illorũ fuit, vt in portis ciuitatis iudices ſederẽt, & cauſas ſingulorũ diſcernerent, ne cogerentur agricolæ intrare vrbem, & diſpendium ſuſtinerent, ſequitur. *Iudicium iudicate in portis veſtris, &c,*

b *Et factum eſt ver.* Ad id quod ſupra Saraſar,& Rogomelech per legatos quæſierant vtrum in menſe 5.& 7.deberent ieiunare, & plangere: an poſt ædificationem templi finire ieiuniũ, luctumq; deponere multis in medio poſitis quę facere proſpera deberent: Tandẽ ex perſona dñi reſpondet propheta. Ieiunium quarti menſis Iudæ arbitrantur, i. Iulij eſſe die ſeptimo,& decima eiuſdẽ mẽſis,qñ Moyſes de monte deſcẽdens tabula legis fregit:& iuxta Ieremiã muri ciuitatis tunc primũ ſunt rupti. In quinto,i. in Auguſto, pp exploratores terrę ſanctæ orta eſt ſeditio in populo,& iuſſi ſunt montẽ non aſcendere:ſed per quadraginta annos longis a terra ſancta circumire diſpendijs, vt exceptis duob. Ioſue,& Caleb,oẽs in deſerto morerentur. In hoc etiã menſe, prius Nabuchodonoſor,& poſtea Titus templũ Ieroſolymis deſtruxit, & vrbẽ Bethel cepit: ad quam confugerant multa milia Iudæorũ, Aratũ etiam templum in ignominiã oppreſſæ Gentis a Tito Annio Ruſo. In ſeptimo,i. Octobri, occiſus eſt Godolias, & trib. Iudę,& Ieruſalem reliquię diſſipatę. Decimo,i. Ianuario Ezechiel in captiuitate poſitus, & populus captiuorũ audiuit templũ eſſe ſubuerſum. 5. menſe, Hæ ſunt cauſę luctus,& ieiuniorum, quæ hactenus habuerunt: ſed Deus pollicetur hos dies vertendos in gaudium, & ſolennitates,ſi pacem, & virtutem dilexerint.

vos, cum ad iracundiam me prouocaſſent patres veſtri di-
¶ Vt vel ſic vos erudirem ¶ In præſenti tempore.
cit dominus, & non ſum miſertus: ſic conuerſus cogitaui
in diebus iſtis, vt benefaciam Ieruſalem,& domui Iuda. No-
lite timere. Hęc ſunt ergo verba quæ facietis. Loquimini ve- 1
a ¶ Proximus omnis homo. 2
a ritatẽ vnuſquiſque cum proximo ſuo. Veritatem & iudiciũ 3
a ¶ Vbi ſedebant ad iudicandum b ¶ Qui ſanctus eſt nec affligit amicum, nec contra eum malignitatem machinatur in corde.
pacis iudicate in portis veſtris, & vnuſquiſque malum con- 4
tra amicum ſuum ne cogitetis in cordib. veſtris,& iuramen 5
tum mendax ne diligatis. Omnia enim hęc ſunt quę odi, di-
b cit dominus. Et factũ eſt verbum domini exercituum ad me
dicẽs: Hæc dicit dñs exercituum: Ieiunium quarti,& ieiuniũ 6
¶ Vertetur. 7
quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit domui 8
¶ Hoc tantum quærit Deus. 9
Iudę in gaudiũ,& in lętitiã,& ſolennitates præclaras. Veri- 10 11
tatem tantum,& pacem diligite. Hęc dicit dominus exerci- 12
¶ Vndique. ¶ Eccleſijs prius deſolatis.
c tuum. Vſquequo veniant populi,& habitent in ciuitatibus 13
multis,& vadant habitatores vnus ad alterum,dicentes: Ea- 14
¶ Qui audit dicat veni. a ¶ Filium quærimus patris. Qui videt me, videt & patrem. ¶ Bene operando. 15
mus & deprecemur faciem domini, & quæramus domi-
¶ Prece, fide, opere. a ¶ Vt martyres.
num exercituum. Vadam etiam ego. Et venient populi mul 16
a ¶ Immolando.
ti, & Gentes robuſtæ ad quærendum dominum exerci-
a ¶ Non eſt locus veri ſacrificij extra eccleſiam.
tuum in Ieruſalem, & deprecandam faciem domini. Hæc
¶ Hæc prædicta fient
d dicit dominus exercituum: In diebus illis, in quibus 17

Ieiunium quarti,& quinti, ſeptimi,& decimi vertetur in ſolennitates, in tantum vt ciuitates Iudææ quæ prius deſertæ frequenti habitatione celebrẽtur, & vna ciuitas pergat ad alterã, & ſe mutuò cohortẽtur dicentes: Per ſeptuaginta annos Ieruſalẽ eſt oppreſſa luctu,& amaritudine: ſed nunc pace reddita pergamus Ieruſalem,& iuxta pręceptum legis victimas immolem⁹. Et reſpõdet alia ciuitas: *Vadam etiam.* & tunc populi multi coniuncti,& Gẽtes innumerabiles, & fortes adorabũt dominum.

✲ Clemens Alex. Chriſtianus vtitur hac vita tanquam aliena, quantum requirit neceſſitas. Nouit ipſe ieiunij quoque ænigmata horum dierũ quarti inquam, & ſexti: dr̃ autem ille quidem, Mercurij, hic verò Veneris. Ecce enim ieiunat in vita,& ab auaritia, & a libidine, ex quib. omnia oriuntur vitia. Ieiunat ergo etiam ex lege a malis actionibus,& ex euangelij perfectione a malis cogitationibus. Li.7. Stromat.

Myſticè tũc ieiunamus, *quando aufertur a nobis ſponſus*. nec meremur eius pręſentiã: ſed cũ reuerſus cogitat benefacere, triſtitia vertit ĩ gaudiũ, & fames priſtina ſermonis Dei pſentia doctrinę eius,& cęleſtis panis ſaturitate pẽſabat. Hieron. Matth. 9.

c *Vſquequo.* Quod ſecũdum literam de Ieruſalem & Zorobabel dicitur, ad Chriſtum, & eccleſiam refertur: ad quam de toto orbe populi concurrunt, vt offerant in templo ſacrificia Deo, & tempore perſecutionis magiſtri eccleſiæ promittunt credentibus, quòd rurſum ædificandæ ſint porchiæ, & pax reddẽda, & facies domini deprecãda.

d *In dieb. illis in quibus*, i. in aduẽtu Chriſti decẽ viri quos requirit dñs in Sodomis, apprehendent Chriſtũ in carne cupientes hærere eius veſtigijs quia Deus eſt cũ eo. Vel quicunq; de linguis, & nationib. crediderint, apprehendent apoſtolos qui de Iudęis ſunt & dicẽt: Ibimus vobiſcum, quia audiuimus p prophetas, ꝙ Chriſtus Dei filius vobiſcũ eſt. Quòd in Iſaia legitur: *Septẽ mulieres apprehendẽt virum* Iſa. 4. a.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Hæc ſunt ergo verba quę facietis. *Vbi concludit, quòd promiſſio dictorum bonorum implebitur in eis, ſi permaneant in iuſtitia, ideò ſubditur,*

2 Loquimini veritatem. *ſine dolo & deceptione.*

3 Veritatem & iudicium pacis iudicate. *ſine perſonarum acceptione,*

4 In portis veſtris. *In portis enim ciuitatis ſedebant antiquitus iudices, vt omnes tam indigenæ quam aduenę in promptu poſſent eos inuenire. Cætera patent.*

5 Et factum eſt. *Hic conſequenter ponitur impletio ſolutionis quæſtione ſupra poſita. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur ſolutionis completio, ſecundò aduentus Chriſti denuntiatio, ibi:* Hæc di. *quia principalis intentio prophetarum eſt nunciare dies Meſſiæ, vt dicit Rab. Sal. infra ſeq. a. & alij doctores Hebræi: ideò frequenter loquendo de alijs interſerunt de pertinentibus ad aduentũ Chriſti. Circa primum ſciendum, quòd quæſtio fuit mota de ieiunijs quinto menſe, & ſeptimo: & occaſione huius fit mentio de alijs ieiunijs quæ apud Iudęos fiebant per anni circulum: cum dicitur.*

6 Ieiunium. *ſ. menſis in quo capta fuit ciuitas Ieruſalem, vt patet 4. Reg. vlt.*

7 Et ieiu. *in quo templum, & ciuitas Ieruſalem fuerunt combuſta.*

8 Et ieiu. ſep. *in die expiationis: & propter mortem Godoliæ, vt prędictum eſt.*

9 Et ieiu. de. *quia tunc Ezechiel, & populus exiſtens in Babylonia, audierunt rumores de ſubuerſione Ieruſalem, & templi.*

10 Erit domui Iudæ. *i. vertetur ad eorum proſperitatem, & ſolatium, ſi tamen ieiunent debitè. ſ. a vitijs abſtinendo, & opera iuſtitię faciendo, ideò ſequitur.*

11 Veritatem tantum. *iuſtè & pacificè cũ proximo cõuerſando.*

12 Hęc di. *Hic conſequenter denuntiatur multiplicatio fidelium in aduẽtu Chriſti: cum dicitur in perſona Dei.*

13 Vſquequo. *Continuatur ſic cum pręcedenti litera:* Veritatem tantum,& pa. *iuſtè & pacificè cõuerſando.* Vſquequo ve. *multi ad fidem Chriſti in lege, & prophetis promiſſi.*

14 Et habi. in ci. *per orbem diffuſis, ſicut videmus impletum per orbem vniuerſum.*

15 Et vadant ha. &c. *ſe inuicem exhortantes ad bona opera.*

16 Vadam etiam ego. *Quia Deus in humana natura aſſumpta venit in Ieruſalem, vbi oblatus fuit in templo, & frequenter orauit, & prędicauit populum exhortando.*

17 In diebus illis in quibus, &c. *Et quia ſunt 70. linguę, quę*

A *virum vnum*.i. eccleſiæ Chriſtum: in Zacharia per decem viros idem ſignificatur: Per ſeptem intelligitur eccleſia ſeptiformi gratia plena. Per decem eccleſia eadem, quia quinque ſenſus carnis,& ſpiritus mundat, vt cum lampadibus bonorum operum Chriſto occurrat. Iota etiam litera, ex qua nomē Saluatoris exordiū ſumit, non ſolum apud Gręcos, ſed ēt apud Hebræos denarium numerum ſignificat. Qui ergo Chriſtiano nomine cenſentur,& Chriſto adhærent, per denarium numerum ſignantur. Quidam ex Iudæis hæc ſub Zorobabel dicunt eſſe completa, alij ſub Chriſto ſuo implenda, quem venturum expectant.

Hieron. Remig. a *Decem homines*, i. eccleſiæ, quæ comparātur virginibus, quia quinarium numerum duplicant, & ſunt ſanctę corpore,& ſpiritu, qui etiā in præſenti bene regit ſenſus corporis, duplicato numero accipiet in futuro decē ciuitates. Matth. 25.

a apprehendent decem homines ex omnib. linguis Gētium, 1

a ¶Ieſu qui de Iuda,& Apoſtolorum qui de Iudæis. b ¶Ad patriam cæleſtem de virtute in virtutem. 2

& apprehendent fimbriam viri Iudæi dicentes: ibimus vobiſcum. Audiuimus enim quoniam Deus vobiſcum eſt.

a ¶A prophetis a ¶Ego vobiſcum ſum vſque ad conſumma. ſæculi.

* Remig. Poſſumus quoque per fimbriam viri Iudæi Paulum intelligere, nam fimbriæ pars minima eſt veſtis, & ipſe de ſe dicit, *Ego ſum minimus Apoſtolorum, &c.* Hanc fimbriam apprehenderunt decem homines, quia doctrinam eius ſequuntur omnes in Chriſtum credentes iuxta id quod ipſe dicit: *Imitatores mei eſtote.*

* Ruper. Verum cum credentes de gentibus multi, & nobis innumerabiles ſint, cur dixit, *decem viri*, cum dicere potuiſſet, multi ex omnibus linguis? Ad hæc breuiter dicendum, quia tantis miſericordia Dei contenta fuiſſet, ſi iuſtos in Sodomis inueniſſet. Tantos ergo vult intelligi, quantos, ideo vir Ieſus Chriſtus ſecundum carnem Iudæus ex omnibus linguis gentium vocare, iuſtificare,& magnificare venit quantos ante ſæcula præſciuit & *prædeſtinauit Deus conformes fieri imaginis filij ſui.*

NICOLAVS DE LYRA.

* *multiplicatæ per decem faciunt ſeptingentos, & iterum in pallijs Iudæorum erant quatuor fimbriç per quatuor angulos. Septingenti verò ducti per quaternariū faciunt duo milia octingentos. Et dicit hic.* B *Rab. Sal. q tot Gentiles de omnib. linguis ſequenter quemlibet Iudęū conuerſi ad Iudaiſmum. Et quia hoc non fuit impletum a reditu captiuitatis Babylonicę vſq; ad tempus iſtud ſecundum ipſum, ideo cogitur hoc reducere ad tempus futurum, in quo dicit Meſſiam futurum: quod dicit implendum, iam impletum eſt a tempore apoſtolorū qui fuerunt Iudæi natione, quia ad prędicationem eorū in ſortib. ſuis non ſolum de Gentilib. adhęſerunt vni apoſtolo duo milia octingenti ſed etiam multo plures ad fidem Chriſti conuerſi. dicitur tamē hic.* E

1 Appre. *Quia denarius eſt primus limes numerorum, vt habetur. 3. Phyſi.& ſequentis numeri ſunt replicationes denarij, vt 20. bis decem. 30. ter decem: & conſequenter: et ideo per denarium notatur multitudo adhærentium apoſtolis ad ſequendum Chriſtum.*

2 Ex om. *Propter hoc donum linguarum in die Pentecoſtes fuit datum apoſtolis, vt fidem Chriſti prędicare poſſent in omnib. linguis.*

## CAP. IX.

Com. in c. 7. Cantic. a ONus *verbi domi.* * Rab. Ioan. Futurum eſt vt Ieruſalē pertingat vſque ad portas Damaſci. Quę eſt huius rei probatio? Quod ſcriptum eſt Zacharię 9. *Onus verbi Dei in terra Hadrach. Et Damaſcus erit requies eius.* Quid eſt Hadrach? R. Iudas & R. Nahmias ſunt in hoc loco diſcordes. Nam R. Iudas quidem dicit quod eſt locus Damaſci qui Hadrach vocatur, R. verò Nahmias ait, quòd hic eſt rex Meſſias, qui eſt *Had*, ideſt, acutus gentibus ſęculi: & *Rach*, i. tenet Iſraeli. Alia expoſitio dicit, quod Hadrach eſt rex Meſſias, qui futurus eſt *Ichadrich*, ideſt, ad dirigendum vel adducendum vniuerſum mundum per pœnitentiam ad faciem Dei C ſancti,& benedicti,&c.

Hieron. Remig. Lxx. aſſumpto. Oīs hęc viſio, ſiue pōdus,& onus verbi Dei, pertinet ad vocationem Gentiū, & extractionem eccleſię: Et eſt ordo verborum: Hoc onus verbi dñi, eſt in terra Adrach. Ad acutum. Rach. molle. Notat ergo verbū domini, auſterum non credentibus: Molle & Clemens iuſtis de Iudæa aſſumptis. Quidam Adrach, ad Iudæos excęcatos, Damaſcum ad Gentes aſſumptas referunt. Super Adrach ergo onus eſt auſteritatis, in Damaſco clemens, requies domini. Quia quæ ante conuerſionem bibens ſanguinem interpretatur, iam conuerſa ad pœnitentiam requies domini dicitur. Ideo autē de vtroque populo conſtruetur templum, quia domini eſt, quicunque de Gentibus, vel de Iudęis reſpicit Deum, & credit in eum.

## CAP. IX.

a ¶Eſt.

ONVS Verbi domini in terra Adrach,& 1

a ¶In terra. b ¶Scilicet. 2

Damaſci requiei eius: quia † dominus eſt 3

oculus hominis, & omnium tribuum Iſ- 4

¶Indignatio. ¶Erit. a ¶Damaſci vel terræ Adrach vt credant in domino Saluatore. 5

rael: Emath quoq; in terminis eius,& Ty 6

b *Quia dominus, &c.* Lxx. Quia dñs reſpicit homines, & omnes trib. Iſrael: qui dñs,& fidem Gentium,& perfidiā Iudæorum abſque perſonarum acceptione reſpicit: illi ſententiæ pondus imponens in credentiū fide quieſcens.

c *Emath quoque, &c.* Emath ipſa eſt eadē quę Anthiochia ciuitas

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IX.

* 1 ONus ver. *Poſtquam poſitæ ſunt prophetiæ reſpicientes tēpus Ieruſalem reædificatę ſub dominatu Perſarum, hic ponuntur prophetiæ ad idem ſub tempore regni Gręcorū: & diuiditur in duas partes, quia primo nunciatur conſolatio Iudeis ex aduerſariorum deiectione. ſecundò, ex Chriſti miſſione, ibi:* Exulta ſatis. *Tertiò, ex bonorum multiplicatione ſeq. cap. Primò verò partem exponit Rab. Sal. de ſubiectione terrarum,& ciuitatum quę nominantur hic tempore Meſſię, quem expectant Iudęi venturum: ſed quia iam hoc tranſiit in pręteritum, ideo alij exponunt de victorijs Machabęorum. Sed quia victorię eorum non videntur aliqualiter tantum ſe extendiſſe, vt litera ſonat, ideo alij exponunt, & melius vt credo de victorijs Alexandri magni, qui fuit primus rex in monarchia Gręcorum: & deſtruxit monarchiam Perſarum,& Mædorum: igitur ſecundum hanc ſententiam exponitur ſic litera,* Onus ver. *i. prophetia de malo pœnæ ſuperuenturo terris infra nominatis, & deijciente earum poteſtatem, ſicut onus graue deijcit hominis portantis virtutem.*

2 In terra Adrach ... *Syriæ.*

3 Et Damaſci re. *Quia Damaſcus erat caput Syriæ, vt habetur Iſa. 6. & ideo in ipſa quieſcebat Syria ſicut in metropoli, & fortiori ciuitate.*

4 Quia domi. *i. quia dominus prouidet, & diſponit omnia ſuper homines ventura, & potiſſimè reſpicit populum Iſrael inquantum aſſumpturus erat humanam naturam de eo. Hoc autem hic introducitur ad ſignificandum, quòd tribulationes hic nunciatę ſuper terras iſtas venturę per Alexandrum magnum, venerunt propter mala quæ fecerunt populo Iudæorum, ſaltem pro parte.*

5 Emath quoq;. *Nomē eſt ciuitatis Syriæ prope terminos Iudęa.*

6 Et Tyrus,& Sidon. *Similiter vt patet ex. 3. Reg.*

* Aſſum-

*MORALITER.*

† 1 *Onus verbi domini.* Secundum ſenſum literalem hic deſcribitur deſtructio trium ciuitatum in Syria, per Alexandrum magnum, per quem ſignificatur Deus ratione regiæ maieſtatis, & literalitatis, quia ſicut dicitur Iaco. 1. a. *Ipſe dat omnibus affluenter, & non improperat.* & Apocal. 19. c. dicitur, quòd *eſt rex regum, & dominus dominantium.* Et ſicut Alexander pugnauit contra Syriam, ſic Deus contra ſuperbiam Sic ergo dicitur: *Onus verbi domi.* ideſt, pondus punitionis eius.

2 *In terra Adrach.* i. in Syria, quæ ſublimis interpretatur. ideo ſuperbiam ſignificat, quę ſemper tendere facit ad ſublimiora quam debeat.

3 *Et Damaſci.* quę interpretatur bibens ſanguinem, quod etiam competit ſuperbiæ, quia facit ſanguinem inferiorum bibere.

4 *Emath.* Quę interpretatur indignans quę proprietas eſt ſuperbię.

6 *Et Tyrus.* Quę interpretatur, anguſtia. Superbus enim anguſtiatur de hoc, quòd non poteſt attingere excellentiam maiorum.

2 *In* † *Et*

tas Syriæ. Vt impleatur hoc. *Adorabũt eũ filiæ Tyri in muneri*
A *bus.* Et mulier Chananæa a finibus Tyri, & Sidonis egreſ-
ſa eſt occurrens domino. Iudæi dicunt oẽs populos hic
nominatos magno regi ſuo Chriſto quem expectant, ſer-
uituros, ita vt nullus audeat eleuare manum contra, om
nibus in circumitu
pacatis.

vſq; ad menſuram, & pondus peccatorum excreuerat, & D
Gaza quę fortis, & indomabilis, imperium ſibi oĩum ꝑ-
mittebat, & Accaron, quæ ſterilis, & abſque lege videbũt
percuſſas Emath, & alias ciuitates prędictas, & dolebunt,
& terrebunt agentes pœnitentiam, quia ſpes eorum de-
ſtruetur: & nõ erit

✲ Ruper. Cuncta a hæc cum ſignificẽt grariam, tamen in litera videtur ſonare iram, ꝙ nimirũ. Spiritus propheticus per magnã pro a curauit ſapiẽtiam. Iudęos namq; conſtat ſemper odiſſe ſalutem, & idcirco vtile tũc erat verbis obſcuris ac dubijs ſalutis gẽtium promiſſiones inuolui, ne Iudęis ipſa ſcri-
B ptura propter gẽtes fieret odibilis, quos c oportebat eam cu- d ſtodiri profuturã venturis ſeculis, vt e nunc videmus, qa f cuſtodita ab illis vſque ad nos peruenit.

a ¶Anguſtia b ¶Venatio c ¶Quia antequam crederent. ¶Mundanam.
rus & Sidon. Aſſumpſerunt quippe ſibi ſapientiam valde. Et
ędificauit Tyrus munitionẽ ſuam, & † coaceruauit argẽtum
quaſi humum, & aurum vt lutum platearum. Ecce dominus
† poſſidebit eam, & percutiet in mari fortitudinẽ eius, & hęc
a ¶Ignis ignobilis vel ponderata. b ¶Fortis vel imperium.
igni deuorabitur. Videbit Aſcalõ, & timebit, & Gaza, & dole
a ¶Sterilis vel eradicata.
bit nimis, & Acharon quoniã † confuſa eſt ſpes eius, & peri
bit rex de Gaza, & Aſcalon non habitabitur. Et ſedebit † ſepa
a ¶Azotum, ignis generans, vel ignis patrui, vel ignis mammillæ.
rator in Azoto, & diſperdã ſuperbiam Philiſthinorũ. Et aufe
ram ſanguinẽ eius de ore eius, & abominationes eius de me
dio dentium eius. Et relinquetur etiam ipſa Deo noſtro, &
¶Conculcata.
erit quaſi dux in Iuda, & Accaron quaſi Iebuſæus. Et
† circundabo domum meam ex his qui militant mihi eun-
tes, & reuertentes, & non tranſibit ſuper eos vltra exa-
a ¶Quia per meam operationem mala iſta ſunt in te ceſſatura. Exulta.
ctor, quia nunc vidi in oculis meis. Exulta ſatis filia

† rex in Gaza, & A-
1 ſcalon habitatores
2 non habebit, & ſe-
3 debit ſeparator, i.
4 dominus qui ſepa-
5 rat grana a paleis in
6 Azoto, vbi ignis Luc. 12. f.
† quẽ dominus mit-
† tit in terrã, generat
7 baptizatos in Spiri
8 tuſſancto, vbi eſt et
9 fratruelis, & patru⁹,
10 quem in Cantico
11 ſponſa deſiderat.
12 Vbi eſt etiam ignis
13 mammillę. Vnde
14 apoſtolus: *Lac vobis* E
15 *po. de. non eſcam.* His 1. Cor. 3. a.
16 expletis.
17 *Diſperdam ſu.* Phi-
18 liſthijm cadẽtes po
16 culo, qui inebrati
20 erãt calice Babylo-
21 nis: ſed in aduentu

Chriſti depoſita ſuperbia humilem Ieſum ſequentes, de quorum ore auferetur ſanguis, i. verba blaſphemiæ, & abominationes, i. cultura idolorum, & eſus idololaticorum de medio dentium: Et his ablatis ipſe populus Philiſthijm relinquetur domino, vt repudiatis Iudęis, ipſe ſit dux in Iuda i. in populo cõfitente & Accaron quondam ſterilis, & eradicata erit ſicut Iebuſęus, i. Ieruſalem. Eadem ciuitas tribus nominibus dicitur.

c *Et cir.* inquit, *domum meam,* i. eccleſiam munitam per hos qui militant mihi varijs miniſterijs, & ad meũ imperium huc illucq; diſcurrũt, vel muniã auxilio angelorũ.

d *Et non tran. ſu. eos. vl.* i. qui foras ſeducit, & victos trahit in captiuitatem.

e *Quia nunc vi.* i. per prophetas, & ſanctos vidi Gentium ad vocationem: & eccleſiæ ſecuritatem. Matth. 21. a

f *Exulta ſatis.* Hoc impletum eſt qñ exierunt Chriſto obuiam cum ramis palmarum clamando. *Benedictus qui venit in no. do. oſa. in ex.* Sion & Ieruſalem eadem ciuitas, qa Sion arx eſt in Ieruſalem. F Matth. 21. a.

☞ Remig.

✲ Ire. Si Iudęi cognouiſſent nos futuros. & vſuros his teſtimonijs quę ſunt ex ſcripturis, non dubitaſſent ipſi ſuas comburere ſcripturas, quę & reliquas oẽs gentes manifeſtant participare vitę, & eos qui gloriantur domũ ſe eſſe Iacob, & domũ Iſrael, exhęreditari oſtendũt a gratia Dei.

a *Aſſump. quip.* Intantum, vt ſophiſmatibus & dialecticis argumentationib. reſiſterent verbis veri pacifici Chriſti: & argentum, i. nitorem eloquentię, & aurum, i. ſenſuum calliditatem (quę comparantur pulueri, & luto cõculcato) congregauit vt regnum idololatrię qđ munierat firmiter poſſideret. Sed nihil contra veritatem poſſunt: quia: Ecce dominus poſſidebat eam, euertens omnem altitudinem erigentem ſe contra ſcientiam Dei, & in amariſ-
C ſimo mari huius ſeculi percutiet, vt nihil priſtinæ ſapientię, & tumoris in ea remaneat: ſed excoquetur, & mundabitur igne quem dominus venit mittere in terram.

b *Videbit Aſca.* Aſcalon quę prius erat ignis ignobilis, & vſque

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Aſſumpſerunt. *ſ. terrenam, ideo ſubditur.*
✲ 2 Et ædifica. Ty. *Vt non timeret hominem.*
3 Et coaceruauit. *i. magna valde abundantia, & hoc ex mercibus quæ afferebantur ibi per mare ex terris diuerſarum Gentium, vt habetur Ezech. 28. Sed quia ſapientia terrena. non valet contra dominum, ideo ſubditur.* 4 Ecce do. *Per Alexandrum.*
5 Et percutiet. *Tyrus enim erat vndique mari circunclauſa: ſed Alexander magnus, lignis & lapidibus, & terra impoſitis continguauit eam propinquo littori, & ſic cœpit eam, & combuſſit.*
6 Videbit Aſcalon. *Iſtæ enim ciuitates Philiſthinorum erant ſitæ ſuper mare Mediterraneum, & propinquæ Tyro, & ei confœderatæ: & ideo videntes deſtructionem eius timuerunt deſtructionem propriam, ideo ſubditur.*
7 Quoniam confuſ. *Quã habebat in fortitudine, et auxilio Tyri.*
8 Et ſe. ſe. *Quæ ciuitas Philiſthinorum. Et dicitur hic ſeparator Alexander, qui bona terræ ſeparauit, & diuiſit ſuis bellatoribus: In Hebręo habetur. Et ſedebit ſpurius in Azoto: & hoc conuenit Alexandro qui fuit natus de adulterio. Nectanebus enim per illuſiones magicas ſub ſpecie Ammonis Dei Libiæ cognouit matrem Alexandri, & eum genuit, vt habetur in hiſtoria Alexandri.*
9 Et auferam: &c. *ſ. Alexandri, qui indignatus contra Iudæos dixit ſe velle deſtruere Ieruſalem, & Iudęorũ effundere ſanguinẽ: ſed viſo ſummo ſacerdote verſus fuit in manſuetudinẽ: vt dictũ eſt ſu. c. 6.*
10 Et abomi. *i. blaſphemias de Deo Iſrael, quibus dicebat ipſum impotentem ad defendendum populum Iſrael contra ipſum.*
11 De medio den. *i. de lingua eius quæ eſt in medio dentium.*
12 Et relinquetur. *i. ſeruabitur.*
13 Etiam ipſe. *quia Alexander Deo ſacrificauit in Ieruſalẽ ſecundum pontificis oſtenſionem, prout dicit Ioſephus lib. antiquitatũ 11.*
14 Et erit. *quia libertates populo dedit, vt ibidem habetur.*
15 Et Accaron qua. *quia illã ciuitatẽ ſubiecit Iudęis, ſicut Ieb. fuit ſubdita per expugnationem Dauid. 2. Reg. 5.* 16 Et circun. do. *ideſt, templum.* 17 Ex his. *i. ex Iuda Machabæo, & fratrib. eius, qui templum contra duces Antiochi illuſtris recuperauerunt, & mũdauerunt 1. Mac. 4.* 18 Euntes. *i. ad bella contra aduerſarios inſurgentes: & hoc fuit poſt tempus Alexandri. vt patet. 1. Mach. 1.*
19 Et non, &c. *ſ. tributi. vnde 1. Mach. 13. dicitur anno 170. ablatum eſt iugum Gentium ab Iſrael.*
20 Quia nunc vi. in. *clementiæ afflictionem populi, & dicitur in perſona Dei.* 21 Exulta. *Hic conſequenter annunciatur aduentus Chriſti, quem ſummè deſiderabant patres antiqui: Et diuiditur in duas: quia primò denuntiatur aduentus Chriſti, ſecundò multiplicatio fidelis populi, ibi.* Conuertimini. *Circa primum dicitur:* Exulta ſatis filia Sion. *quod patet impletum de domino Ieſu Chriſto. Matth. 21. vbi allegatur hæc autoritas tunc impleta, quando Chriſtus veniens in Ieruſalem ad paſſionem ſuam fuit receptus in ciuitate, & in templo cum lætitia, & exultatione populi.* Diuiſio.

✲ Ecce

## MORALITER.

† *Et Sidon.* Quę venatio interpretatur. nam excellentiam maiorum attingere in quantum poteſt conatur.
6 *Videbit Aſcalon.* Quæ interpretatur ignobilis. ſuperbia verò omnẽ deſtruit nobilitatem. Vnde verſus: *Si tibi copia, ſi ſapientia formaq; detur, Deſtruit omnia ſola ſuperbia ſi comitetur.*
† *Et Gaza.* Quę interpretatur fortitudo. Superbus enim fortiorem ſe ęſtimat, quam ſit in veritate.
† *Et Acharon, &c.* Quę interpretatur turbans populũ, qđ facit
facit ſuperbia. Prouerb. 13. b. *Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt.*
8 *Et ſedebit, &c. in Azo.* Quę interpretatur incendium, & hoc competit ſuperbię quę ſemper accendit animum ſuperbi, per iram, & inuidiam: & ipſum finaliter inducit in gehennę flammam. Iſtas ſuperbiæ conditiones dictas deſtruit Deus qui eſt noſter Alexander magnus.
21 *Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieru. &c.* Iſtud literaliter expoſui ab aduentu primo Chriſti. ideo de alia expoſitione pertranſeo.

† MOR.

Sion, iubila filia Ieruſalem. † Eccè rex tuus veniet tibi iu-

a ¶Omnium prophetarum vaticinijs repromiſſus.

ſtus, & ſaluator, ipſe † pauper, & aſcendens ſuper † aſinam, &

a ¶Dominus iuſtus, & iuſtitias dilexit, æquitatem vi. vul. eius b ¶Ieſus. c ¶Cum diues eſſet. d ¶Populum circumciſionis iugo legis preſſum.

ſuper pullum filiũ aſinæ. Et diſperdã quadrigã ex Ephraim,

a ¶Populum Gentium nulla lege gubernatum, ſed in præcipitia idololatriæ eliſum, ſed modo ſeſſione domini rectos greſſus facientem.

& equum de Ieruſalẽ, & diſſipabitur arcus belli. Et loquetur

a ¶Vt non mittantur ignita iacula ad percutienda corpora voluptuoſorum. b ¶Filius

pacem Gentibus, & poteſtas eius a mari vſque ad mare, & a

a ¶Pacem do vobis, pacem relinquo vobis.

flumine vſque ad fines terrę. Tu† verò in ſanguine teſtamẽti

a ¶Alias fluminibus. ¶O Chriſte fili. b ¶Paſſionis tuæ eos qui tenebantur vincti in carceribus inferni, in quo non eſt vlla refrigerans miſericordia, quam diues quærebat, liberaſti tua miſericordia.

tui† emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo nõ eſt aqua. Cõuer

¶Huius mundi.

timini ad munitionẽ vincti ſpei. Hodie quoq; annuncians duplicia reddã tibi, quoniã † extendã mihi Iudã quaſi arcũ,

a ¶Ergo. ¶Rurſus dirigitur ſermo ad eos qui vincti erant, & Chriſti miſericordia liberandi. ¶Qui nunc tenemini terribili inferno, qui in aduentu Chriſti ſperatis ſolutionem peccatorum. Conuer. ad mu. id eſt, habitationem Paradiſi, vt pro breui tribulatione æternã recipiatis præmia.

A ✻ Remig. Dicitur, *Exulta filia Sion, iubila filia Ieruſalem*, quę cum ea vna eſt ciuitas; *ecce rex tuus*, omnium prophetarũ vocibus promiſſus: *venit tibi*, i. pro te vt te liberet: *iuſtus, & Saluator.* qui Hebraicè dr̃ Ieſus, quoniam ipſe ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorũ. *Ipſe pauper* qui cũ diues eſſet, pro nobis pauper fieri dignatꝰ eſt: *aſcendens ſuper aſinam, & pullum* ſuper vtrumque videlicet populum.

✻ Rab. Sal. Impoſſibile eſt vt interpreteris de alio q̃ de Meſſia cũ in nullo alio hoc videamus impletũ: *Dominabitur a mari vſque ad mare.*

Cõm. in ca. 1 Eccle. ✻ Rab. Berachias, Sicut fuit redẽptor meus primus (Moyſes, ita erit redemptor vltimus Meſſias. Qualis autem fuit redemptor primus: Talis vt dictũ B eſt Exo. 4. Et accepit Moyſes vxorẽ ſuã, & filios ſuos, & equitare fecit eos ſuper aſinum. Sic facturus eſt redemptor vltimus, ſicut dictum eſt Zachar. 9. Pauper, & equitans ſuper pullum filium aſinarum.

In. c. 49. Ge. ✻ R. Moyſes Hadarſan. Cum venerit Meſſias in Ieruſalem, ipſe erit cingens aſinum ſuum, & equitabit, & ſuper eum veniet in Ieruſalem vt ducat ſeipſum in paupertate vel humilitate, ſicut ſcriptum eſt Zachariæ. 9.

Dialogo cũ Tryph. ✻ Iuſtin martyr. Chriſtus Hieroſolymã petiturus iuſſit ſibi adduci per diſcipulos aſinam, & pullum. & ſic inuectus eſt in eam vrbem quemadmodum de illo fuerat prophetatum, quo magis hoc facto Chriſtus eſſe agnoſceretur. Prædixerat id ita fore Zacharias Quemadmodũ autẽ Gentes ſignificabãt pullus indomitus, ſic aſina clitellata veſtrũ populum: geſtatis. n. legem a prophetis impoſitam.

Lib. 4. c. 45. ✻ Iren. martyr. Iudæi iudicabuntur. non cognoſcentes neque intelligere volentes, qm̃ duos aduentus Chriſti oẽs annunciauerunt prophetę: vnum quidem in quo homo in plaga factus eſt ſciens ferre imbecillitatẽ, & in pullo aſini ſedens, &c. ſm̃ autem in quo ſuper nubes veniet, &c.

C In illud Ite in pagũ qui. ✻ Athan. Veriſſimum eſt Chriſtum dñm in ſenſibili aſino ſediſſe cum ex Bethania Hieroſolymã proficiſceref: de ea. n. Zacharias in oraculis dixit. Salua igitur hiſtoria, perſcrutor quę in ea defoſſa ſunt. Ridebũt quidẽ ethnici nobis obtrectãtes, q̃ Deus Chriſtianorũ Chriſtus in aſello cõſederit, ſed nobis nequaq̃ in dubio verſatur eũ in carne veniſſe. Ideo. n. in carne peregrinatus eſt, vt quod perierat reduceret. Aſinus hic filius iunior appellatur, ſciamuſque nos hũc pullũ eſſe quẽ abigei vinculis indiſſolubilib. obligauerũt. Verũ, filiꝰ Dei amator hoĩum imperat diſcipulis: *Soluite et adducite, &c.* Vide Auguſtinũ li. 28. de ciu. c. 35. ac Euſ. Cæſar. lib. 9. demonſtrationis euangelicæ, cap. 17.

Hieron. a *Et diſper.* Iuxta literam promittit Deus pater, quod nõ erunt prælia, omnibus in Chriſti natiuitate pacatis.

b *Ephraim.* fructificatio: & ſignat multitudinẽ hæreticorũ de quib. dr̃: *Filij Ephraim inten. & mitten. ar. con. ſunt in di.* D De his etiam dr̃: *Hi in curribus, & hi in equis, n. a. in n. Dei noſtri.* Sed equus eorũ fallax. iõ diſpergitur de Ieruſalẽ, & vocatur ad pñam per dicẽtes: *Nolite fieri ſicut equus, et mulus.* Hoc nõ eſt extenuandũ per allegoriã, ſed credendũ eſt verè eſſe cõpletũ, iuxta illud: *Poſtula a me, & dabo tibi Gen. h. e. t. & p. t. ter. t.*

Pſal. Ibi. Ibi. Pſal.

✻ Remig. Nũc facit ꝓpheta apoſtrophen, imò Deus ipſe loquitur ad filiũ ſuũ, & dicit: *Tu quoque, &c.* Denique in reſurrectione Dñi multi ſanctorũ qui in inferno vinculis peccati originalis tenebantur, ſurrexerunt cum eo, &c.

✻ Hebr. Deus ſanctus, & benedictus ꝓmiſit nobis, q̃ eriperet nos de gehenna p meritũ circũciſionis. Et vbi hoc dixit? Apud Zachariã Etiã tu p ſanguinẽ pacti tui, emiſiſti captiuos de puteo in quo nõ ſunt aq̃. E

✻ Aug. Quid per hunc lacum velit intelligi poſſunt diuerſa ſentiri, etiam ſm̃ rectam fidem. Mihi tamen videtur non eo ſignificari melius, niſi humanæ miſerię ſiccã profunditatem quodammodo, & ſterilem, vbi non ſunt fluenta iuſtitiæ, ſed iniquitatis lutum. De quo etiam in Pſal. dicitur: *Et eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis.*

Poſtquam pater nunciauit Sion Ieruſalem de aduẽtu Chriſti, quòd mitis, & potens eſſet aduenturus, facit apoſtropham ad ipſum Chriſtum, de quo eſt vaticinium.

Iudęi ita dicunt: O Chriſte quẽ expectamus venturũ, q regnaturus es in oĩ terra in ſang. teſ. tui, hoſtiarum. ſ. quæ ex pręcepto legis pręcipiebantur offerri, in qua lege teſtabaris bona danda filijs tuis, emiſiſti Iſrael populũ tuũ de lacu captiuitatis Chaldęorũ, in quib. nulla miſericordia. Propterea ò Iſraelitæ q vincti eratis, & ſperabatis in domino reuertimini ad munitiſſimã Ieruſalẽ, qm̃ hodie habetis dñm pollicentem vobis, q̃ pro breui iniuria captiuitatis oĩa duplicia recipiatis. *Quoniã extendam mihi Iudam*: hoc ad Machabęorũ tpa referunt, qui vicerunt Macedones, F & templum ſordidatum idololatria poſt tres annos & dimidiũ mundauerunt. *Quaſi arcũ impleui Ephraim*, eos hic ſignificari putant, qui de decẽ tribub. quæ dñr Iſrael, venerunt ſub Ezechia, quib. etiam Ioſias regnaſſe memoratur.

In reſurrectione Chriſti, iuſti qui pro peccato Adę vincti in inferno tenebantur, reſurrexerunt, & apparuerunt in Ieruſalem multis. In ſignum huius laci Ioſeph a fratribus miſſus eſt in lacum, vbi nõ erat aqua. Daniel a Chaldæis, Ieremias a Iudæis, Banaias quoque tempore niuis, & frigoris deſcendit in lacum, vt ibi leones interficeret.

c *Dupl.* In terra ſua duplicia poſſidebunt. Et Apoſtolus: *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad fu. g. quæ r. in n.*

d *Quoniam extendam mihi.* per Iudam Saluator, qui a patre mittitur in mũdũ: qui eſt Sagittaruis, & arcus. Vñ: *ſagittę tuæ*

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Ecce rex tu. ve. ti. *i. ad ſalutem tuam. vnde dicit hic Rab. Sal. quòd ſcriptura iſta non poteſt intelligi, niſi de rege Meſſia.*

2 Iuſtus & ſal. *Saluauit enim nos per viam iuſtitię, ſeipſum morti offerendo.*

3 Ipſe pau. *Pauperem enim vitam duxit a principio natiuitatis ſuę, vſque ad horam mortis, vt patet ex decurſu Euangelij.*

4 Et aſcen. ſuper aſi. & ſuper pul. *ſuper vtrumq; enim aſcendit ſucceſſiuè tunc veniens in Ieruſalem, vt patet Matth. 21.*

5 Et diſper. quadrig. ex. *quia nõ vi armorum triumphauit, ſed euidentia miraculorum, vnde dicit hic Rab. Sal. q̃ Meſſias non indigebit bellatorib. ad ſubiugandum ſibi multitudinem Gentium. Sed erroneè dicit futurum quod iam eſt præteritum per prædicationem apoſtolorum: ideo ſubditur.* 6 Et loque. pa. *quę conuerſę ſunt, nõ violentia de perſuaſione pacifica.* 7 Et pot. eius. *quia in omnibus partibus orbis ſunt aliqui fideles Chriſtum confitentes: & Mat. vl. d. dicit:* Data eſt mihi o. pot. in cæ. & in ter.

8 Tu verò. *o Chriſte: Et mutatur modus loquendi de tertia perſona ad ſecundam.*

9 In ſanguine. *i. in virtute ſanguinis tui in cruce effuſi.*

10 Teſtamenti tui. *quia ſanguis ille eſt cõfirmatio noui te. Mat. 26*

11 Emiſiſti vi. tu. &c. *i. patres in inferni limbo detentos eduxiſti.*

12 Conuertimini. *Hic conſequenter inducuntur populi ad fidem Chriſti. Aliqui tamen exponunt reſiduum huius c. de Iudæis qui fugerant tempore perſecutionis regis Antiochi: ſed audito, q̃ Iudas Machabęus, & fratres eius pręualuerunt aduerſus duces Antiochi, redierunt de diuerſis partibus cum Iuda fortiter contra aduerſarios pręliantes: & ad hoc ſatis poteſt applicari litera. Sed ſaluo meliori iudicio, mihi videtur melius exponi conſequenter ad literam pręcedentem de vocatione ad Chriſti fidem, cum dicitur:* Conuertimini ad munitionem, *i. ad Chriſti fidem quæ eſt tanquam fortalitium credentibus, ſecundum illud Prou. 18. b.* Turris fortiſſima nomen do. ad ipſam currit iuſtus, & ſaluabitur.

13 Vinct. *i. vincti ad inuicem charitate ſpe retributionis æternæ.*

15 Hodie quoque. *i. noui teſt. tempore: quod dicitur dies, ad Roma. 12. d.* Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.

16 Annuncians dupli. *Tempore enim noui teſt. prędicatur publicè duplex gloria fidelibus reddendi, ſ. animæ & corporis.*

17 Qm̃. *i. Ieſum Chriſtum de tribu Iuda ſecundum carnem natum.*

18 Quaſi arcum. *In cruce: quo arcu eſt percuſſus dæmon.*

tuæ accut r po. Ipſe eſt & ſagitta, vnde: *Poſuit ſagittã lectam, et in pharetra ſua abſcondit me*, i. verbũ in carne. Hac impletur Ephraim, vt cũ armatus fuerit ad bellũ, ipſe cũ Gentib. domini ſagittis vulneret. Ex cuius tribu primus Ieroboã populũ ſcidit q hereticos ſignat, & ò Sion, i. eccleſia *ſuſcitabo fi. tu.* ad vigiliã ſuper eccleſiã, per quos cõtraria dogmata & Gentilium Philoſophorum aſſertio deſtruetur: qa ipſe dñs gladius fortium eſt, quo vulnerati inimici, fiũt amici. *Quoniam extendam.* Exteſo Iuda in arcum: & Gentibus & hereticis occiſis à filijs Siõ apparet gloria domini, *& egredietur vt ful. ia. e.* Hic fulgur & ſplendor, & tuba & clangor dicitur quo excitantur ad audiendũ aures prius ſurdæ. Et vadet in. t. a. terret & comminatur, vt pęnitentia miſereatur, & poſtea ꝓtegit quos prius terruerat.

a ¶ Catholicos qui ecclefiam defendant. b ¶ Philoſophos praui dogmatis magiſtros.

impleui Ephraim. Et ſuſcitabo filios tuos ſuper filios tuos

¶ O Sion.

a Gręcia, & ponam te quaſi gladiũ fortiũ. ¶ & dominus Deus

a ¶ Incendens & lucens.

b ſuper eos videbitur, & exibit ut fulgur iaculũ eius. Et domi

¶ Non Aquilonis.

nus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Auſtri. Dñs

a ¶ Hebræi Græcos. ¶ Struituri

c exercituũ proteget eos, & deuorabunt, & ſubijcient lapidi

a ¶ Victores quaſi ebrij etiam deſperatione pugnabunt.

d bus fundę. Et bibentes † inebriabuntur quaſi vino, & reple

a ¶ Sic placebunt domino vt libatio ſuper altare, phialis enim ſuper altare libamina fundebantur.
b ¶ Non vt armatus exercitus, & inſtructus a tebel a idi contra Macedones pugnabit, ſed veniet quaſi grex paratus ad mortem, & domino auxiliante ſuperabit.

buntur vt phialę, & quaſi cornua altaris. Et ſaluabit eos do

e minus Deus eorũ in die illa, vt gregem populi ſui quaſi la

a ¶ Qui licet ſancti, duri, ſed tamen conculcati eleuabuntur in dehonoratione ſua, vt ſint gloriofi in terra illius.

pides ſancti eleuabuntur ſuper terrã eius. † Quid enim bo

¶ Dei. a ¶ Ideſt, Lex quæ iuuat erud tos & delectat, vt eius auctoritate viuant ad colendum vnum Deum.

f num eius eſt, et quid pulchrum eius, niſi frumentũ electorum, et uinum germinans virgines?

toris ſequentur, & per infirmitatẽ quidẽ carnis teneri vt ouiũ grex, ſed per patiẽtię virtutem duri vt lapides, & per obedientiã volubiles, & ad iuſſa peragenda currentes, &c. Vide Tertullianum lib. 4. aduerſus Marcionem capite 39. **D**

b *Et do.* Hæc ẽt referunt Iudæi ad tempora Machabæorũ, qb. vincẽtib. Antiochũ, dñi fuit pugna & victoria, cui⁹ potẽtia ſicut fulgur apparuit, & victis hoſtib. more turbinis diſpſis protexit Iudæos. *Hiero.*

c *Et de.* Protectis filijs Sion & dño terrẽte aduerſarios tanta erit ruina Græcorũ, vt nõ tantũ gladijs, ſed iactib. lapidũ obruant, & fiant pda hoſtiũ. Filij Siõ, i. gratiæ protecti à Deo ſuo deuorabunt inimicos, & ſubijciẽt la. fun. comminationibus ſcripturæ rotatu oris emiſſis, de ſuper bis humiles faciunt. **E**

d *Et bibent.* amore æternorũ obliuiſcẽtur terrena & ſeipſos. Ebrietaſq; illa placebit Deo, ſicut ſacrificium altaris.

† Quanta bonitas eius & q̃ta pulchritudo eius fru mentũ iuuenes & vinum nouum creſcere faciet virgines.

a *Et ponam te quaſi gladiũ fortium, &c.* ✠ Ruper. Ex quo Chriſtus emiſit vinctos ſuos de lacu, i. ex quo mortuus infernũ ſpoliauit, filios ſuos, i. Apoſtolos ſuſcitauit Deus pater ſuper filios Gręciæ, eo dicente: *Euntes docete omnes gentes, &c.* Poſuit Chriſtũ quaſi gladium fortiũ, vt fieret illud q̃ eſt fortiſſimũ: *Veni ſeparare hominẽ aduerſus patrẽ ſuum, &c.* Hoc per miniſteriũ filiorũ Sion, i. per prædicationẽ Apoſtolorũ factum eſt. Vnde prædicationis illorũ tanta vis, tantus effectus? *Dominus Deus*, ait, *ſuper eos videbitur, & exibit vt fulgur iaculũ eius.* Quod eſt dicere. Illis proficiſcentib. & prædicãtib. vbiq; Dominus cooperabitur, & ſermonẽ cõfirmabit ſequentib. ſignis. *Nam exire vt fulgur iaculũ eius*, hoc eſt coruſcare miraculis euãgeliũ eius. *Et Dominus in tuba canet, & vadet in turbine auſtri.* Quid eſt tuba canere, niſi futurũ iudiciũ audiente mũdo vniuerſo declamare? *Et deuorabunt eos*, ait, &c. Bona deuoratio, qua traijciunt in corpus Eccleſiæ: & *boni lapides ſunda*, q̃ ſunt reuelata eis ſacramẽta ſanctæ ſcripturæ, quib auditis ſiue intellectis, Grecia ſe ſubiecit, gẽtilitas quaſi lapidata cõticuit, victa acqeuit. *Et bibentes*, ait, *inebriabũtur, &c.* Nõne Apoſtoli biberũt, et inebriati sũt? Cũ n. accepiſſent Spiritũſanctũ, & loquerent varijs linguis, ſtupebãt dicẽtes, *Muſto pleni sũt.* Et verè muſto pleni, ſed nõ quali muſto putabãt iſti: *Et replebũtur vt phialæ*, i. plenã habebũt facultatẽ non ſolũ ſcientię, verumetiã eloquentiæ. *Et ſaluabit eos.* Senſus hic eſt. Sicut paſtor gregẽ ſuũ, ita ſaluabit multitudinẽ credentiũ, & hoc inde proueniet, qa ſicut lapides rotundi facilè volui poſſunt, & cuius mouentur fmi voluntatẽ eius qui vſpiã illos ducere vult, ita illi imperium Saluatoris

e *Saluabit eos.* i. ſancti quamuis graues onere carnis, ita alleuiabuntur, vt in alto poſſunt poni in ædificio Chriſti.

f *Frumentum electorum.* Frumentũ, Saluator, quia ipſe eſt *panis qui de cœlo deſcendit*, & confirmat cor electorum qui bibitur ab his q ſancti ſunt corpore & ſpiritu, q introducti in cellã vinariam gaudentes ſequũtur agnum quocũq; ierit. *Ioan. 6. d. Can. 2. a. Apo. 14 a.*

✠ Remigius. Hoc vinum germinat virgines, quia quos amor Chriſti inebriat, omnia mundi oblectamenta ſpernunt, & quaſi ebrij & inſenſibiles mundo fiunt ac ſolum Chriſtum diligunt. Et dicunt cum Apoſtolo: *Itaque nos ex hoc neminem nouimus ſuper terram.* **F**

* Paſchaſ. Magnũ bonum & ſummæ benedictionis arcanũ in Euchariſtia Chriſti eccleſiæ præparatur, vbi Chriſtus eſt cõuiua delitiarũ & conuiuiũ. De hoc olim repromiſſo Zacharias admirãs ait: *Et quid bonũ eſt, & quid pulchrũ eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Vbi notãdũ q̃ non niſi electorũ eſt cibus, ex quo bonũ ſalutis eccleſiæ, & pulchritudo decoris præſtatur: qa & ſi quotidie ſordeſcit, exinde reparat, vt ſpõſa Chriſti ſine macula & ruga talib. inueniat reſperſa munerib. fœlix fructus vbertatis, ex quo virginitas germinatur, nã in hoc noſtri germinis vino, caſtitas corrumpitur, & ab iſto virgines procreantur. *2. Cor. 5. L de corpore & ſa. Domi. c. 21.*

Ideo Machabæi auxiliante Deo eijcient Macedones de terra Iſrael, vt mundetur templum, & legis præcepta ſeruentur, & cruditio ſcripturarum rurſus germinet virgines, i. populum credentem in vnum Deum, qui prius cultibus idololatriæ conſtuprabatur.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

*1 Impleui Ephraim. *i. apoſtolos, qui omnes vel ferè omnes fuerunt de regno decem tribuum, quod vocatur Ephraim frequenter in ſcriptura veteris teſtamẽti, eò q̃ Ieroboam primus rex fuit de tribu Ephraim. Hos aũt apoſtolos impleuit dominus Spirituſancto. Act. 2.*

2 Et ſuſci fi. tu. Sion. *ideſt, apoſtolos.*

3 Super fili. tu. *In qua plures apoſtoli prædicauerunt fidem Chriſti, ideò ſequitur.*

4 Et po. te. &c. *Prædicando Dei verbum*, quod eſt gladius ſpiritus, *Epheſ. vj. c.*

5 Et do. Deus ſu. *In miraculis viſibilibus diuina uirtute fiendis ad inuocationem apoſtolorum.*

6 Et exibit vt ful. &c. *ideſt, effectus ſuæ poteſtatis ita manifeſtabitur, ſicut fulgur egrediens de nubibus.*

7 Et domi. Deus in tu. *In tuba ſ. prædicationis per apoſtolos, de qua dicitur Iſa. lviij. a.* Quaſi tuba exal. vocem tuam.

8 Et uadet in tur. auſtri. *i. idola auferet, ſicut ventus turbinis ſtipulam.*

9 Dominus exerci. *i. angelorum.*

10 Proteget eos. *Dando eis conſtantiam contra perſecutiones tyrannorum.*

11 Et deuorabunt. *i. incorporabunt Chriſto gentes per ſuſceptionem fidei.*

12 Et ſubiicient, &c. *Iugo Chriſti.*

13 Lapidibus fundæ. *ideſt prædicationibus procedentibus ex charitate quæ per fundam deſignatur, eò quòd de chorda efficitur.*

14 Et biben. *ideſt, delectabuntur in conuerſione Gentium, ſicut illi delectantur qui bibunt vinum.*

15 Et repl. vt phia. *Meritis in dicta conuerſione.*

16 Et Quaſi cor. *ſcilicet holocauſtorum, vbi inter cornua ponebãtur carnes concremandæ ad honorem diuinum.*

17 Et ſal. in die illa. *i. tempore noui teſta. vt prædictum eſt.*

18 Vt gre. &c. *i. ſicut bonus paſtor diligenter cuſtodit gregem ſuũ.*

19 Quia la. ſancti. *ideſt, electi Dei.*

20 Eleuabuntur ſuper terram. *Primò, per meritum gratiæ, & poſtea per præmium gloriæ. Ex hoc autem quod dicitur hic:* Lapi. ſancti. *apparet manifeſtè, quòd propheta loquitur metaphoricè: quia lapides materiales non ſunt ſanctitatis vel vitij capaces. ideò ſubditur adhuc metaphoricè.*

21 Quid enim bo. *ideſt, quid eſt placens coram Deo?*

22 Niſi fru. ele. *ideſt, corpus Chriſti conſecratum in pane frumenti, quo nutriuntur ſpiritualiter electi.*

23 Et vinum. *ideſt, ſanguis Chriſti ſub ſpecie vini.*

24 Germinas vir. *ideſt, multiplicans virgines in Eccleſia Dei, ſequentes veſtigia Chriſti paſſi.*

* CAP.

CAP. X.

Hieron. Remig.

A a P*Etit.Plu.* Promittitur magna fœlicitas quæ tempore Machabæorum videtur impleta quando lex Iſraelitica creuit in maius, & dominus cuncta proſpera conceſſit deſtructis idolis, & ſacerdotibus eorum falſitatis. Alij Iudæi dicunt hęc eſſe implenda tempore Chriſti ſui.

## CAP. X.

a P Etite pluuiam à domino in tēpore ſeroti
no:& dominus faciet niues & pluuiā im
¶ Sic.
bris. Et dabit eis ſingulis herbā in agro.
a ¶ Hæretici qui attendunt.
b Quia ſimulacrā locuta sūt inutile,& diui
¶ Populo. a ¶ Alias ſeminatores.
ni viderunt mendacium,& ſeminatores
a ¶ Vana promittebant. b ¶ A diabolo in captiuitatem Babylonis quaſi grex ci b...
locuti sūt fruſtra,& vanè cōſolabātur. Idcirco abducti sūt
a ¶ ... poſiti ſunt. b ¶ Qui dicit: Ego ſum paſtor bonus.
c quaſi grex: affligentur quia non eſt eis paſtor. Sup paſtores
a ¶ Qui ... peccatis paſtorum. ¶ Petulcos, luxurioſos ¶ Puniam. ¶ Poſtea verè.
iratus eſt furor meus,& † ſup hircos viſitabo. Quia viſita-
uit dn̄s exercituum gregem ſuum domum Iuda,& poſuit
eos quaſi equū gloriæ ſuæ in † bello. Ex ipſo † angulus, ex
d ipſo paxillus,ex ipſo arcus prelij,ex ipſo egredietur omnis
exactor ſimul Et erūt quaſi fortes † conculcantes lutū † via-

*Peti. plu.* Extremo a tempore iam mūdo declinante ad finem, quando iam debent impleri promiſſa prophetarū: *Peti.* à Deo b patre, *plu.* ideſt, Chriſtum cuius doctrina corda nutriuntur: & ipſe dominus Chriſtus miſſus à patre fa B ciet niues ad refrige- c rādum: & pluuiam, ideſt, abundantiam Euāgelici imbris ad irrigandam ſiccitatē terræ: per quā dabit ſingulis fidelib. her- d bam boni operis in agro mundi, & tunc credentes in Chriſtū tam de Gentibus quam de Iudæis intelligent ſe fruſtra coluiſſe ſimulacra & diuinorum vel ſomniantium fruſtrà audiſſe mendacia: & ideo a diabolo ducti ſunt in captiuitatem & afflicti, non habentes Deum paſtorem.

†proelio! † angelus!

† conculcatores.

*Petite pluuiam*: Poteſt dici, quòd credentes in Chriſtum adhortatur Deus, vt petant pluuiam in conſummatione ſeculi, quando plenitudo gratiæ danda eſt, quia tunc deſtruenda ſunt omnia ſimulacra. Quod de hæreticis etiam intelligitur & eorum dogmatibus, qui cum Chriſti nomen habeant, tamen non habent Chriſtum paſtorem: & ideo affligentur diabolica captiuitate.

C b *Quia ſimulacra*,&c. ⁂ Remig. Hoc de hæreticis dicitur, q maximè in mundi termino abundabunt. Hi enim ſub nomine Chriſtiano decipient homines, attendentes ſpiritib. erroris & dæmoniorum. in hypocriſi loquentium mēdacia: qui vanè cōſolantur, quia falſum ſibi ſuiſq; promittūt: & quia hoc faciunt, abducti & captiuati ſunt à diabolo, & traditi Satanæ in interitum carnis, & affligentur, quia nō habent

habent paſtorem Chriſtū, quē ſe habere falſo promittūt.

c *Super paſtor.* Quidā Iudæi hęc in aduētu Chriſti implēda dicunt. Alij tēpore Machabæorum dicūt impleta hoc modo. Vitio ſacerdotū populus ille traditus fuerat in manus perſecutorū: ſed poſtea ſuſcitauit Deus Iudā Machabæū, & alios quos poſuit
1 quaſi equi glorię in
2 prælio. Ex ipſo Iuda, i.
3 ex ſtirpe illius fuerūt
4 duces in populo qui
5 erant angulus, quia
6 regia poteſtate popu
7 lum continebant: &
8 erant paxillus, i. ſacer
9 dotes fixi in domini
10 templo, & arcus prę
11 lij quia primi ad prę-
12 lium proſiliebant.
13 ⁂ Remigi. Sæpè con-
14 tingit vt pro peccatis
15 paſtorum, populus
16 affligatur, & tradat
17 aduerſarijs. Nā Da-
18 uid peccante, multa
19 millia Iudaici populi
20 peſtilētia deleta ſunt.
21 Itaque propheta di-
22 cit iratum Dominū
23 ſuper paſtores, viſitare ſuper hircos, i. ſuper populum, quia & ipſi magiſtros in culpa ſequuntur, & quum poſtea in peccantes vltionem fecerit, viſitabit in bono gregem ſuum domum Iuda, i. eos qui voce & moribus Deum confitentur. *Et ponet eos quaſi arcum gloriæ*, quia præſidebit eis & reget illos, & in illis mirabilis apparebit.

d *Ex ipſo egre. omnis exa.* Nulla dignitas erit in exercitu, quæ non illius arbitrio diſponatur: & ipſi fortes conculcabunt Macedones in bello quaſi lutum viarum, & hoc potuerunt, quia dominus erit cum eis. *Super paſto.* Noſtri hæc referūt ad tempora perſecutionis: quia pro vitijs ſacerdotū ſæpe traditur populus aduerſarijs: & tamen poſtea miſeretur domui Iuda, i. ore & corde confitentibus Deum, quos facit equos qui Deū ferant contra hoſtes in bellū & angelos nūcios diuinæ voluntatis, & paxillum columnam & firmamentum in domo Dei: per quos etiam diſponetur omnis eccleſiaſtica dignitas, & ipſi in martyrio conculcāt aduerſarios dicendo: *Non timebo quid faciat mihi homo.*

Et

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. X.

Diuiſio.

⁂ P Etite pluuiam. *Hic conſequenter cōſolatur populum de bonorum multiplicatione: Et diuiditur in duas partes: quia primò propheta denunciat bonorum multiplicationē. ſecundò diſperſorum congregationem, ibi:* Sibilabo eis. *Prima pars ab Hebræis expoſitoribus & catholicis communiter exponitur de abundantia terrænaſcentium, & de victorijs Machabæorum: & ſatis poteſt ad hoc applicari litera: ſed ſaluo meliori iudicio videtur mihi exponenda de bonis ſpiritualibus hic per corporalia metaphoricè deſignatis, diccendo conſequenter ad præcedētia & ſubſequentia, vt videbitur. In parte enim immediate præcedenti locutus fuerat propheta de uocatione ad fidem Chriſti & nutritione in ea, cibo & potu ſacramentali, ad quæ diſponit verbum diuinum. Ideo conſequenter dicit propheta.*

1 Peti. *ideſt, doctrinam Euangelicam, ſicut dicitur Deu. 32.a.* Concreſcat vt pluuia doctrina mea; fluat vt ros eloquiū meum. &c.

2 In tem. ſe. *ideſt, tempore noui teſta. quod dicitur ſerotinum reſpectu temporis vete. teſta. vnde dicitur. j. Io. ij. c.* Nouiſſima hora eſt: *per hoc quod dicitur hic.* In tempore ſer. *videtur, quod non loquatur de pluuia materiali pro terrænaſcentibus, quibus pluuia primitiui temporis eſt tantum vel plus neceſſaria.*

3 Et dominus faciet ni. & plu. *ideſt, doctrinā Euangelicam, quæ dicitur nix, quia refrigerat concupiſcentię æſtum, & pluuia, quia multiplicat boni operis fructum.*

4 Dabit eis ſin. her. *Sicut enim frumentū primò facit herba, poſtea ſpicam, & vltimò granum: ſic fructificatio ſpiritualis de minus perfecto procedit ad debitum augmentum.*

5 In

5 In agro. *ſcilicet dominico, qui eſt eccleſia. Matth. xiij.*

6 Quia ſimula. locu. ſunt inuti. *Gentilibus enim ante conuerſionem in idolis dabantur reſponſa, quæ non ſolum erant inutilia, ſed etiam nociua.*

7 Et. &c. *talibus enim erant intenti Gentiles ante conuerſionem ad fidem.*

8 Idcirco abducti ſunt. *à recta via per varios errores.*

9 affligentur. *remanentes in erroribus.*

10 Quia non. *ideſt, doctor verus ſed falſus. ideo ſubditur:*

11 Supra pa. *ideſt, ſacerdotes idolorum & doctores Gentium.*

12 Iratus eſt furor me. *quia non ſolum ſunt mali, ſed etiā alios pertrahunt ad malum de quibus ſubditur.*

13 Et ſuper. *ideſt, ſup reprobos qui dicūtur. hœdi vel hirci. Matt. xxv. Et accipitur hic viſitatio pro malo pœnæ. Quod autē ſubditur.*

14 Quia viſi. do. *accipitur viſitatio in bonum: Vtroq; modò frequenter accipitur viſitatio in ſcriptura.*

15 Domum Iu. *ideſt cœtum apoſtolorum Chriſtum confitentiū, quia per domum Iuda intelliguntur Chriſtum confitentes, etiam ſecundum Hebræos: vt dictum fuit Ierem. xx ij. & xxiij.*

16 Et poſu. eos &c. *quia deduxit eos pro ſua uoluntate ad declarandum gloriam maieſtatis ſuę per opera miraculoſa.*

17 In bello. *contra humani generis inimicum.*

18 Ex ipſo. *ideſt, apoſtolorum cœtu & ſucceſſorum ſuorum.*

19 Angulus. *coniungens Iudeos & Gentiles in una eccleſia.*

20 Ex ipſo. *ſuſtentans debiles & infirmos.*

21 Ex ipſo ar. *contra hęreſes & errores inſurgentes, & maximè tempore Antichriſti.*

22 Ex ipſo egre. *ideſt, abijcietur.*

23 Omnis exa. *i. Antichriſtus cū ſuis ſatellitib. qui à domino I...*

* ſu

*MORALITER.*

1 *Peti. plu.* Capitulum iſtud exponunt ad literam Iudæi & aliqui doctores chatolici de multiplicatione bonorum temporalium in Iudæa poſt reditum de captiuitate Babylonica. Ego autem literaliter expoſui de multiplicatione bonorum ſpiritualium in aduentu Chriſti, propter quod expoſitio mea literalis eſt etiam ſpiritualis reſpectu aliarum. ideo de illa pertranſeo.

† Moral.

rum in prælio. Et bellabunt, quia dñs cum eis, & confun- 1
dentur aſcenſores equorum. Et confortabo domum Iu- 2
a ¶Chriſti qui de Iuda. b ¶Cũ illi qui famem mundi ſua ſaciauit præſentia, ſicut Ioſeph famem. 3
Aegypti c ¶De captiuitate. 4
dã, & domum Ioſeph ſaluabo. Et conuertam eos, quia miſe
a ¶Vnum in fide. ¶Hæc omnia in perſecutionibus poſſunt ac ipi Q deſpe-
ratis omnibus ſeruos tuos exaudit Deus. 5
rebor eorum, & erunt ſicut fuerunt, qñ non proieceram eos. 6
Ego n. dominus Deus eorũ & exaudiam eos. Et erunt quaſi
a ¶Qui prius infirmi & debiles, ſicut fortes fruſtrabuntur b ¶Cum biberint vinum de ſo...
fortes Ephraim & lætabitur cor eorum quaſi a vino. Et filij
¶Imitatores eorum.
eorum videbunt & lætabuntur, & exultabit cor eorũ in do 7
a ¶Qui præbet omnia bona. b ¶Qualis paſtor. c ¶De captiuitate. ¶Ad fidem. d ¶Operes. 8
e ¶Sanguine agni. ¶Extento brachio. 9
mino. Sibilabo eis, & cõgregabo illos quia redemi eos. Et 10
a ¶Sic erit ſemen tuum ſicut ſtellæ cæli. 11
multiplicabo eos, ſicut ante fuerãt multiplicati, & ſemina- 12
bo eis in populis Et de lõge recordabuntur mei, & viuent 13
cũ filijs ſuis, & reuertẽtur. Et reducã eos de terra Aegypti, & 14 15
de Aſſyrijs cõgregabo eos. Et ad terrã Galaad & Libani ad- 16
ducã eos, & nõ inuenietur eis locus: Et trãſibit in maris fre- 17 18
a ¶Minas perſecutoris b ¶Sic. 19
to, & percutiet in mari fluctus, & confundẽtur oĩa ꝓfunda, 20
¶Tunc ¶Diaboli. 21
fluminis. Et humiliabitur ſuperbia Aſſur, & ſceptrum Ae- 22
¶Et ſic. a ¶Fortitudo mea & laus mea do ¶Filio. b ¶Chriſtiano.
c ¶Cum domino ſicut Enoch. ¶De virtute in virtutem. 23
gypti recedet. † Confortabo eos in domino, & in nomine 24 25
eius ambulabunt, dicit dominus. 26

a *Et erunt.* Hæc quoq; Iudæi vel ſub Machabæis dicunt tranſacta, vel ſub Chriſto implenda. cũ Iudas ita conculcauerit aduerſarios tũc oĩs equitatus Græciæ corruet, & domus Iuda, i. tribuũ duarũ, & Ioſeph, i. decẽ conuertentur de captiuitate in qua fuerãt, & erũt ſicut ante captiuitatẽ per hoc ꝙ exaudiam deprecãtes & Ephraim q nũc captiui tenẽtur. poſtea laxati ad tantã lætitiam venient vt eos vino madidos, arbitreris & filij eorũ cernentes triumphos patrum lætabuntur in domino per quẽ victoriam conſecuti ſunt.

* Ambroſius. De Aſcenſore manifeſtum eſt iudicium, ꝙ reprehēſibilis habeatur qn̄ Moyſes ait in cantico. *Equū,& aſcenſorem proiecit in mare*. Et in Zacharia loquutus eſt Dominus dicens: percutiam omnem equum in amentia, & aſcenſorem eius in inſipientia. Non dixit ſolum equum ſed, & aſſenſorem. Vbi eſt.n. aſsenſor, qui non poteſt equum proprium gubernare? equus fertur in præceps, & indomito furore ſe in prærupta,& periculoſa raptatur. Quid igitur vobis in equis confiditis diuites. Mendax eſt equus ad ſalutem. Quid in curribus vobis plauditis.

L. de Nabuthe, cap. 15. E

Alleg. Ecce laceratio lapidis quā in aduerſarios (qui Ieruſalem vexare conati ſunt) dn̄s comminatur: ꝙ & equos malos qui proni ſunt ad currendum in malum, & aſcenſores.i. dæmones, vel falſos magiſtros vertet in ſtuporem & in amentiam, vt nihil ſapere conuincantur: ſed palpabiles premant eos tenebræ, quales fuerunt qn̄ Aegyptiorum primitiua percuſſa ſunt. Sed ſuper populum confitētē qui timore videbatur eſſe in numero perſequentiū, aperiet oculos vt electos reſpiciat, & ſit eis lumen æternum.

Hieronī. Exo. 10. c.

d *Et dicent duces*. Apertis oculis domini ſuper Iudā,& hoſtibus percuſſis cæcitate: duces Iuda qui cogebātur pugnare contra Ieruſalem, facient vota in cordib. vt Ieruſalem vincat, & ipſi victi cum hoſtibus vincant cum ſuis ciuib. F

Myſticè. Duces,& tribuni ſunt apoſtoli, & apoſtolici viri, qui nolunt ſibi coniungi, niſi habitantes Ieruſalem.i. in viſione pacis, & habitant in domino Deo ſuo.

Myſticè. Hiero. Remig.

In

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et fundans terram. *Quia nihil eſt ſub ea, cum ſit infimum elementum.* 2 Et fingens. *Quia anima a Deo creatur,& infunditur corpori organizato.*

3 Ecce ego ponam.*i. eccleſiam, quæ vocatur Ieruſalem. Iſa. 2. vt ibid. dictum fuit diffusè,& Apoc. 21. a.* Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem deſcendentem de cęlo ſicut ſponſam,&c.

4 Super. *Ad ꝙ Hebræi impingunt, quia Antichriſtus,& eius exercitus poſt perſecutionē eccleſiæ deijcitur, vt dictum eſt. In Heb. habetur. Bacinum amaritudinis, quia eccleſia amaricabitur in perſecutione Antichriſti:& poſtea ipſe & eius exercitus. Ideo ſubditur.*

5 Omnib. pop. *Quia de omnib. populis aliqui adhærebunt Antichriſto. Ideo ſubditur.* 6 Sed,& Iuda. *Quia tunc aliqui Chriſtiani timore ducti erunt in exercitu Antichriſti.* 7 Et erit in illa die. *Lapis.n. ponderoſus quando mouetur de loco ſuo affligit motores, ſic Antichriſtus,& eius exercitus quærentes tollere ſtabilitatem eccleſiæ, affligent,& turbabunt fideles. Et hoc eſt quod ſubditur.* Omnes qui leuabunt,&c. 8 Et colligentur aduerſus,&c.*i. aliqui de omnibus regnis adhærentes Antichriſto.* 9 In die illa. *Hic conſequenter ponitur Antichriſti & ſui exercitus deiectio, cum dicitur.* 10 Percutiam. *Quia ipſe fulminabitur, vt dictum eſt,& magna pars ſui exercitus peribit.* 11 Et ſuper domum Iuda.*i. ſuper Chriſtianos in eius exercitu exiſtente ex timore.*

12 Aperiam oculos meos. *Miſericordiæ: quia non peribunt cū cæteris, Antichriſto adhærentibus voluntariè. Ideo ſubditur.*

13 Et dicent duces Iuda.*i. principales in illis Chriſtianis niſi Antichriſto timore adhærentibus.* 14 Confortentur mihi habitato. Ieruſalē. *Quia Chriſtiani timore Antichriſti in eius exercitu futuri, deſiderabunt corde proſperitatē Chriſtianorum obſeſſorū, licet hoc oſtendere non audeant manifeſtè. Hęc autem litera videtur diſſona illi expoſitioni, quæ exponit paſſum iſtum de perſecutione primitiuę eccleſię per principes Iudęorum, vt patet in Actibus*

* *apoſtolorum*

## MORALITER.

† 3 *Ecce ego ponam Ieruſalem*.i. eccleſiam pro clero acceptā.
4 *Super limi*.i. exceſſiuam in cibis,& potibus manifeſtè.
6 *Sed,& Iuda erit in obſidione,&c*.i. contra clerum. Poteſt etiam hoc dicere quilibet confitens veritatem.
7 *Et erit in die illa*. Tantum.n. pondus citationum, excommunicationem, interdictorum, & aliorum grauaminum ponitur ſuper populum Chriſtianum, quòd ſub onere iacet depreſſus. Vnde dicit Auguſtinus ad inquiſitiones Ianuarij. Ipſam religionem noſtram quam in pauciſſimis celebrationibus Dominus voluit eſſe liberam, quidam adeo ſeruilibus premunt oneribus, vt tolerabilior fit conditio Iudæorum qui non humanis præſumptionibus, ſed diuinis ſubijciuntur inſtitutis.
9 *In die illa dicit dominus*.ſ. mortis, quæ dicitur dies illa quia debet eſſe cunctis memorabilis.
10 *Percutiam om*.i. brutaliter viuentem, ſicut equus,& mulus.
† *Et aſcenſorem eius*.i. inducentem eum ad vilia.
11 *Et ſuper domum*.i. confitentium veritatē verbo & facto
12 *Aperiam oculos meos*.ſ. clementiæ.
13 *Et dicent duces Iuda in corde ſuo confortentur,&c.* Hoc fit quando boni religioſi, & alij deuoti orant deuotè pro emendatione cleri.

a ¶Quando hæc dicent duces Iuda.

a exercituum Deo eorum. In die illa ponam duces Iuda ſicut 1

a ¶Vt deuorent aduerſarios quibus ſimulata amicicia iungebantur. ¶Vel ſtipula. ¶Viri Iuda.

caminum ignis in lignis: & ſicut † facem ignis fœno: & †

¶Eos qui declinauerunt ad dexteram.

deuorabunt ad dexteram, & ad ſiniſtrã omnes populos in

a ¶Vltra non timens hoſtiles impetus.

circuitu. Et habitabitur Ieruſalẽ rurſus in loco ſuo in Ie- 2

a ¶Vrbes, & oppida & villas tribus Iuda quæ vaſtatæ fuerant inſtaurabit, ſicut fuerant antequam vaſtarentur.

ruſalem: & ſaluabit dñs tabernacula Iuda ſicut in princi- 3

b pio: vt nõ † magnificè glorietur domus Dauid, & gloria habi 4 5

¶Subiectam plebem.

c tantium Ieruſalem contra Iudam. In die illa proteget dñs 6 7

d habitatores Ieruſalem. Et erit qui † offenderit ex eis in die 8

illa quaſi Dauid, & domus Dauid quaſi † Dei: ſicut ange- 9 †

e lus domini in conſpectu † eius. Et erit in die illa quæram 10

contererẽ omnes Gentes, quæ venient contra Ieruſalem, 11

f & effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores 12

A a *In die illa ponam duces Iuda.* Cum dominus interfecto aduerſario ſpiritu oris ſui, pacem reddiderit eccleſiæ, tunc duces Chriſtiani nominis deuorabunr infructuoſas arbores, ſicut caminus ligna: & ſicut fax ſtipulam quæ caret fructu. & omni vento circũfertur a dextera, & a ſiniſtra. Via dextera parcitas q̃ φιλαργυρία Græcè, ſiniſtra luxuries, media rectaq; frugalitas. Omnes ergo quales in dextra, vel in ſiniſtra ſunt flamma conſumet, quibus ſublatis eccleſia ad priſtinum redibit ſtatũ: & Tabernacula .i. conciliabula Chriſtianorum, toto orbe diſperſa, ſaluabit Deus, de quibus quaſi tentorijs cupimus ire ad Ieruſalem nõ manufactam.

2.Teſſ.2.b.

B b *Vt non magnificè glorietur.* Non poteſt dicere domus regia & inclyti, & magnifici de tribu Iuda, & habitatore Ieruſalem quòd ſuo conſilio vel virtute gurbernetur tota tribus Iudæ, ſed ſciant quòd domini ſit in vtriuſque victoria.

† magnificetur gloria.

Ideo obſeſſis principibus eccleſiæ, & in fugam verſis, ſaluat Deus omnes qui Chriſtiano cenſentur nomine, ne putent doctores eccleſiæ ſua ſapientia, ſed Dei auxilio pacem eccleſiis redditam.

Hieron. c *In die illa, &c.* In illo tempore, quando domino protegente Iudas a dextris, & a ſiniſtris percutiet aduerſarios, proteget Deus obſeſſos Ieruſalem, & tantam proſperitatem dabit, vt qui viliſſimus putabatur, ſit quaſi domus regia: & qui de domo regia erit, quaſi de domo Dei, quaſi nuncius Dei, & angelicæ dignitatis in conſpectu eorũ qui eo tempore erunt ſaluati.

C Proteget Deus habitatores eccleſiæ, pace poſt perſecutionem reddita, & ita glorificabit eos qui pro eccleſia militauerunt, vt etiam minimus qui quaſi homo in aliquo ſuo facto, vel verbo offendit, in ordine magiſtrorum ponatur: & magiſtri qui ſuum ſeruauerunt gradum ſint quaſi domus Dei, & quaſi angeli Dei: hoc.n. in terra poſiti omni ſtudio q̃rimus vt angelis in cęlis æquales ſimus. D

d *Et erit qui offenderit, &c.* * Greg Hæc dies miſericordiæ, quæ nobis de aduentu Redemptoris noſtri promiſſa eſt. Qui itaque offenderit, erit quaſi Dauid: quia peccator ad pęnitentiam redit. Domus autẽ Dauid quaſi Dei: quia reuerſus quiſque ad iuſticiam. Habitatio efficitur creatoris ſui, vt ſit ſicut angelus in conſpectu eius, quia miſericordiæ viſcera quæ in ſe expertus eſt, annunciando, & alijs propinat.

e *Et erit: in die.* Hęc Iudæi ex parte iam facta, & plenius in cõſummatione mũdi futura commemorant.

Quãdo Chriſtus protegit eccleſiam, quærit etiam conterere Gentes aduerſarias, vt incipiant eſſe de eccleſia, quia creator diligit creaturam, & copioſè illuminat ſenſum eorum per Spiritumſanctum quem diffundit in cordibus eorum qui ſunt domus Dei: per quem multas gratias, & effectum orandi præſtat. Vnde. *Qui poſtulat pro ſanctis gemitibus inenarrabilibus.*

* Remigius. Quod dicit. Quæram conterere omnes gentes, in bonam partem accipiendum eſt. Conterit enim Dominus non ad perditionem, ſed ad emendationem, vt deſiſtant perſequi Ieruſalem, & ex hoſtibus fiant oues.

f *Et effundam ſuper domum Dauid, &c.* * Remigius. Verbo effuſionis largitatem dantis oſtendit, qua Deus gratiam Spiritusſancti tribuit. De qua Paulus. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritumſanctum qui datus eſt nobis.* Et per alium prophetam. *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.* Benè autem addidit. *Et precum.* Quia quos Spirituſſanctus repleuerit, eos ſtatim ad orandum accendit.

Didymus.

NICOLAVS DE LYRA.

*apoſtolorum. Item illud quod poſtea dicitur hic.* Et ſaluabit dominus Tabernaculum Iuda. *Quia Iudæi perſequentes eccleſiam primitiuam, non deſiderauerunt proſperitatem Chriſtianorum, nec fuerunt ſaluati aduenientibus Romanis contra Ieruſalem: ſed magis occiſi, & deſtructi.*

1 In die illa ponam duces Iuda, &c. *Quia Chriſtiani exiſtentes in exercitu Antichriſti, Antichriſto fulminato, & pereunte exercitus eius parte, timore depoſito contra reliquos remanentes de parte Antichriſti pugnabunt.*

2 Et habitabitur Ieruſalem rurſus. *A Chriſtianis pacificè mortuo Antichriſto, & eius exercitu diſſipato. Et accipitur hic Ieruſalem non ſolum pro eccleſia militante, ſed etiam pro ipſa ciuitate ad literam, in quantum Antichriſtus veniet ante ipſam, & ibidem interficietur, obtenta tamen prius ciuitate, & templo.*

3 Et ſaluabit dominus Tabernaculum Iuda. *i. res, & corpora Chriſtianorum cum Antichriſto timore exiſtentium, vt prædictum eſt.*

4 Sicut in principio. *i. antequam eſſent cum Antichriſto.*

5 Vt non magnificè glorietur domus Dauid, &c. *i. ne fideles impugnat ab Antichriſto ex timore ſequentes Antichriſtum deſpiciant Chriſtianos, dicendo ꝙ meritò periſſent ſicut infideles, ſi fuiſſent mortui cum alia Gente Antichriſti: non .n. contra ſuos venient voluntariè: ſed coacti timore: quo remoto ad ſuos reuertentur. Ideo ſequitur.*

6 In die, &c. *Ab impugnatione Antichriſti.*

7 Et erit. *Qui timore ductus modo prædicto, vel deceptus ab Antichriſto: quia multi Chriſtiani tunc decipientur, credentes ipſum eſſe verè Chriſtum.*

8 Quaſi. *i. citò miſericordiam conſequentur, ſicut Dauid ſi verè pœniteat ſicut ipſe Dauid, vt patet. 2. Reg. 12. d. vbi dicitur, quòd ipſo confitente peccatum perpetratum cum Bethſabee, Natham propheta ſtatim dixit ei.* Dominus tranſtulit peccatum tuum.

9 Et do. *i. ſicut illi qui ſtabunt in fide Chriſti.*

10 Et erit in die illa quæ. conte. omnes. *i. Antichriſtum, & ei adhærentes, ita ꝙ eſt repetitio eius, quod ſupra dictum eſt ad maiorem aſſertionem.*

11 Et effu. *Hic conſequenter deſcribitur Iudæorum conuerſio. Et ſecundò eorum regeneratio, in principio capituli ſequentis. Circa primum ſciendum, quòd ſicut dicit ſanctus Methodius martyr, detecta falſitate Antichriſti per Enoch, & Eliam, Iudęi qui prius adhæſerunt ſibi conuertentur ad Chriſtum fideliter parati pro eius fide mori, ita quòd 144. milia coronabuntur martyrio ex omni tribu filiorum Iſrael, dicitur Apocalip. ſeptimo, a. Et hoc eſt quod dicitur.* Et effun. ſuper. *ideſt, Iudæos reuertentes ad Chriſtum.*

12 Et ſuper habitatores Ieruſalem. *i. ſuper omnes generaliter credentes in Chriſtum.*

* Spiritum.

MORALITER.

1 † *In die illa ponam duces Iuda ſicut caminum ignis.* i. prædicatores ex feruore Charitatis.

† *Et deuorabunt ad dexteram, & ad ſiniſtram* .i. indifferenter ſine acceptione deſtruent vicia.

2 *Et habitabitur Ieruſalem rurſus in loco ſuo.* Nam per bonam emendationem cleri reſtituitur eccleſia ad ſtatum debitum.

7 *Et erit* .i. remiſſionem inueniet per ſuam pœnitentiã ſicut Dauid qui grauem incurrerat offenſam.

9 *Et do.* i. pęnitentium.

† *Sicut.* Nam verè pœnitentes erunt angeli in cęlo quod eſt domus Dei.

10 *Et erit.* i. dæmones. Qui Gentes dicuntur eo quòd in idololatris a Gentibus colebantur: ipſi verò per opera bona pœnitentium affliguntur.

11 *Et eſu.* Quia preces infuſionem gratiæ ſequentes ſunt efficaces.

† *Et*

☞ ⁘ Didimus Alex. Ipſe Spiritusſanctus dictus eſt gratia,
A ſecundum illud. Et Spiritui gratiæ iniuriã faciens,in quo ſanctificatus eſt.In Zacharia quoque repromittit Deus eſ fuſurum ſe,ideſt,abũdantiſſimè tributurum Hieruſalem Spiritum grati æ,& miſerationis.

dicimus Iudæis. Vos occidiſtis Chriſtum,quamuis,hoc D parentes eorum fecerint,ſic & iſti ſe dolebunt feciſſe quodammodo quod fecerunt illi ex quorum ſtirpe deſcendunt. Non dolebunt reatu criminis,ſed pietatis affecti.

Adadremmon

b *In die illa.* Adadremmon vrbs eſt iuxtà Iezrael quæ

Adadremmon. 4.Reg.23.f. 2.Pa.35.d. Io.16 g.

* Irenæus. Quidã prophetæ Chriſtũ in gloria videntes, glorioſam eius apud patrem a dextris conuerſationẽ prædicebant; alij ſuper nubes,vt filium hominis veniẽtẽ, & dicentes de eo. *Videbunt in quem compunxerunt*, aduẽtum eius ſignificabant.

a *Et aſpicient ad me.* Cum Iudæi videbunt Chriſtum regnantem in ſua, &
B patris claritate; dolebunt a ſe crucifixum, intelligentes fuiſſe vnigenitum, & primogenitum totius creaturæ.

Ieruſalem ſpiritum gratiæ,& precum.† Et aſpicient ad me 1
a quem confixerunt,& plangent eũ planctu quaſi ſuper vni 2
genitum, & dolebunt ſuper eum, vt doleri ſolet in morte 3 4
primogeniti. In die illa magnus erit plãctus in Ieruſalem, 5 6
b ſicut planctus Adadremmon in campo Mageddon. Et plã 7
a ¶ Quæ dicebat.Sanguis eius ſuper nos:ſuper nos, & ſuper, &c. b ¶ Tribus c ¶ Tribus d ¶ Diuiſa alia ab aliis ¶ Viri de tribu Dauid plangent. 8
gẽt terræ† familiæ,& familiæ ſeorſũ. Familiæ domus Dauid †
¶ Viri de tribu Nathan. 9
ſeorſum,& mulieres eorũ ſeorſum.Familiæ domus Nathã 10
a ¶ Viri de tribu Leui.
c ſeorſum,& mulieres eorum ſeorſum Familiæ domus Leui
a ¶ Viri de tribu Semei.
ſeorſum,& mulieres eorũ ſeorſum.Familiæ Semei ſeorſum †
a ¶ Diuerſæ tribus.
& mulieres eorum ſeorſum Omnes familiæ reliquæ fami
a ¶ Tribus a tribu. b ¶ Singularum tribuum diuiſæ a viris ſuarum tribuum.
liæ, & familiæ ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum.

Maximianopolis hodie vocatur in cãpo Mageddon. In quo Ioſias rex iuſtus a Pharaone Nechao vulneratus eſt ſuper quo lamentationes ſcribit Ieremias. Sicut ergo eo tempore poſt reges peccatores, omnis ſpes populi erat in Ioſia, & illo occiſo magnus planctus in vrbe commotus eſt, ita crucifixo Saluatore renouabitur planctus in Ieruſalẽ.

In die iudicij, E quando omnia nomina dignitatum deponentur, & impletum fuerit quod

Matc.

* Auguſtinus. Ex perſona Dei dicitur per prophetam. *Effundam ſuper domum Dauid, &c.* & tamen hunc Deum tã magna,& diuina facientem,ſeſe Chriſtus oſtendit,adiungendo. *Et aſpicient ad me pro eo quod inſultauerunt,& plangent ſuper eos planctum, &c.* Penitebit quippe in die illa Iudæos, etiam eos qui accepturi ſunt. Spiritum gratiæ, & miſericordiæ, quod in eius paſſione inſultauerunt Chriſto,cũ ad eum aſpexerint in ſua maieſtate venientem, eumque eſſe cognouerint, quem prius humilem in ſuis parentibus illuſerunt,quamuis & ipſi parentes eorum tantæ illius impietatis authores reſurgentes videbunt eum, ſed puniendi iam non adhuc corrigendi. Non itaque hoc loco ipſi intelligendi ſunt,vbi dictum eſt. *Et effundam Spiritum gratiæ,& miſericordiæ,&c.* Sed de illorum ſtirpe veniẽ
C tes, qui per Heliam illo tempore ſunt credituri. Et ſicut dicimus

ſcriptum eſt, Ecce homo & opera eius: & palææ a tritico erunt ſeparatæ,tunc erit planctus magnus non in alio loco,ſed in Ieruſalem. Plaga.n. a ſanctis incipiet, & reges & ſacerdotes,& prophetæ,& doctores tundent pectora manibus cum viderint eum quem crucifixerunt,regnantem in ſua,& patris maieſtate.

c *Familiæ domus.* In Dauid trib.regia accipit. *In Nathan,propphetalis ordo.* In Leui,ſacerdotes.In Semei doctores.Ex hac .n.tribu magiſtrorum agmina pullularunt: reliquæ trib. tacentur,quę non habent aliquod priuilegium dignitatis.

Quod verò ſeorſum plangunt,ſignificat quia tempore tribulationis non debemus ſeruire cõiugijs,& operib.nuptiarum.Igitur nunc trib.domus Dauid:& aliæ trib.ſeparantur ab vxoribus ſuis, vt plangant dominum Ieſum, de quo dixerant: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.*

Quando abſtinẽdum ab vxoribus. Matth.27.c.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

⁕ 1 Spiritum. *Inquantum illos reducet ad fidem veram.*

2 Et precum. *Quia alios fideles proteget ab impugnatione Antichriſti exaudiens preces eorum.*

3 Et aſpicient. *ſ. Iudæi qui tunc verè conuertentur.*

4 Quem confi. *Tunc.n. confitebuntur, quod Ieſus Nazarenus ab eis crucifixus.i. a patribus eorum fuit,& eſt verus Chriſtus in lege,& prophetis promiſſus.*

5 Et plangent eum. *i. dolebunt de hoc,ꝙ eum offenderunt in opere. Et mutatur hic modus loquendi de prima perſona ad tertiam,ꝙ frequenter fit in prophetis,vt ſupra viſum eſt.*

6 Quaſi ſuper vnige. *i. ita dolebunt ex vera contritione, ſicut ſolet homo dolere de primogeniti ſui morte, qui dolor apud homines ſolet eſſe maximus.*

7 Et dolebunt ſuper. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſſionem. Et quia tunc in eccleſia non ſolum erit planctus de Chriſto modo prædicto, ſed etiam de Iudæis martyrizatis ab Antichriſto, qui plangentur a contribulibus ſuis remanentibus,ideò ſequitur.*

8 In die illa magnus erit planctus. *Sicut planctus Adadremmon nomen eſt ciuitatis propinquæ campo Mageddon,in quo fuit Ioſias occiſus,de cuius morte fuit magnus planctus in tota terra Iſrael, vt patet 2. Paralip.35.d. & incepit in illa ciuitate Adadremmon,* F *quæ erat propinqua loco occiſionis.*

9 Et plangent terræ familiæ, &c. *i. quælibet tribus mortuos de ſua tribu. Ra. Sa. verò dicit hic,ꝙ quælibet tribus planget ſpecialiter mortuos ſuos in bello Gog, & Magog, & in hoc conuenit mecum quantum ad aliquid,quia per Gog,& Magog intelligo Antichriſtum & eius exercitum,vt dictum eſt ſupra.*

10 Familiæ domus Dauid. *Quia in loco orationis vbi ſolet fieri talis planctus,mulieres erant ſegregatę a viris apud Hebræos. Et ſimiliter eſt apud Chriſtianos in eccleſia propter honeſtatem ſeruandam:& nominantur hic expreſſæ familiæ principaliores. Primò Regum cum dicitur.* Familiæ domus Dauid ſeorſum,&c. *Secundò prophetarum,ibi:* Familiæ domus Nathan,&c. *tertiò ſacerdotum,& Leuitarum, ibi.* Familiæ domus Leui. *Et quartò cuiuſdam notabilis viri,ibi.* Familiæ Semei. *Quintò,reliquæ in generali ibi.* Omnes familiæ,&c.

⁘ CAP.

*MORALITER.*

†3 *Et aſpicient.* Deuotè prædicando.

4 *Quem conſtruxerunt.ſ.* prius peccatis offendendo. *Et plangent.* Propter offenſas præteritas.

† *Sicut planctus Adadremmon.* Ideſt, ſicut planctus pro morte Ioſiæ.

9 *Et plangent terræ.* Per hoc notatur quod planctus pro peccatis eſſe debet in locis occultis,& ſequeſtratis.

† *Et mulieres.* Tempore namque planctus ab amplexibus eſt cauendum.

CAP. XIII.

A a IN die illa &c. Vt omnes renaſcamur in Chriſto, & in aqua baptiſmatis nobis peccata condonentur, & in aqua ſpiritualis doctrinæ ſciētia ſcripturarum tribuatur. (Hieron.)

* Gregorius. Fons occultus eſt vnigenitus patris inuiſibilis Deus. Fons patens eſt idem Deus incarnatus. Domus Dauid rectè dicitur, quia ex Dauid genere redemptor noſter proceſſit. Hi autem Hieruſalem habitāt qui in viſione pacis intimè mentem figunt. Peccator vero & menſtruata eſt vel is qui deliquit in opere, vel mens quæ labitur in praua cogitatione. Dicatur ergo: *In die illa erit fons patens, &c.* Quia apertus iam nobis eſt fons miſericordiæ redemptor noſter, qui in domo Dauid incarnari dignatus eſt, vt peccatorem lauet à peruerſo opere, & menſtruatam mentē diluat ab immunda cogitatione. Patet fons, curramus cū lachrimis, lauemus hoc fonte pietatis. In hoc fonte Dauid lotus eſt, cum rediijt ad lamenta pœnitentię: lota eſt Maria Magdalena: lotus Petrus à negatione: lotus latro qui ſemetipſum in morte reprehendens, à culpa ſua ablutus eſt confeſſione veritatis, &c. (Homil. 20. in Ezech.) (B) († peccati & menſtrui.) († Ezech. 30. d)

b *Diſperdam nomina idolorum, &c.* * Auguſtinus. Idola vana, deceptoria, pernicioſa, ſacrilega Hermes triſmegiſtus Aegyptius quia tempus quo auferrentur venturum ſciebat, dolebat: ſed tam impudenter dolebat, quam imprudenter ſciebat. Non enim hoc ei reuelauerat Spiritusſanctus, ſicut prophetis ſanctis qui hæc præuidentes cum exultatione dicebant: *Si faciet homo Deos & ecce ipſi non ſunt dij.* Et in alio loco: *Erit in die illo dicit Dominus, exterminabo nomina ſimulachrorum a terra, & non erit eorum memoria, &c.* Vide eundem Auguſtinum de eadem libro de diuinatione demonum, cap. 7. 8. & 9. Et libro primo de conſenſu Euangeliſtarum, cap. 19. 20. 21. 26. 27. 28. Item Euſeb. l. 4. & 5. de præpa rat. euangelica. (l. 8. de ciui. c. 23.) (C) (D)

* Cyrillus. Alex. Miſertus nobis vniuerſitatis opifex, miſit è cœlo redemptorem qui demolitus eſt idololatriam velut ciuitatem ſuperbam & inſolentem, opem ſuam conferentibus bellatoribus ſuis, idest, ſanctis Apoſtolis, &c. (E)

* R. Moſel. Solus Ieſus Nazarenus deſtruxit & abſtulit à mundo idololatriam.

c *Et erit cum proph.ta, &c.* Sublatis nominibus idolorum de terra & immundo ſpiritu qui loquebatur in pſeudoprophetis ſi quis illorum amplius aliquid ex perſona domini voluerit prophetare, parentes ipſius proferant in illum ſententiam mortis.

Nec

CAPVT XIII.

a ¶ Poſt Aſcenſionem Chriſti. ¶ Omnibus ſitientibus b ¶ Ecc eliæ Chriſti.

a IN die illa erit † fons patens domui Dauid 1
2
& habitantibus Ieruſalem, in ablutionem 3

a ¶ Minorum peccatorum. b ¶ Maiorum: nihil enim immundius menſtruata, quæ quidquid attigerit immundum facit: & huius tamen ſordes abluuntur in Chriſti baptiſmate. c ¶ Quam ceremonias libro commemoraui.

† peccatoris & menſtruatę. Et erit in die illa, dicit dominus 4

a ¶ Simulacra idolorum vel figmenta hæreticorum. Sicut enim Idola manu artificis fiunt, ita peruerſa doctrina hæreticorum quidquid ſimulat vertit in idolum & facit pro Chriſto adorari Antichriſtum

b exercituum, † diſperdam nomina idolorum de terra, & nō 5

a ¶ Pſeudo, & ab ethnicis ſacerdotes idolorum prophetæ vocantur.

memorabuntur vltrà. Et pſeudo prophetas & ſpiritū im- 6

¶ Pſeudo. 7

c mundum auferam de terra. Et erit cū prophetauerit quiſ- 8
9

a ¶ Obliti paternæ pietatis & ardore diuinæ ſeruitutis, non expectantes publicum iudicium.

piam vltrà, dicent ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum: Non uiues: quia mendacium locutus es in

a Quaſi eo autore: b ¶ Verberibus & compedibus.

nomine domini. Et configent eum pater eius & mater

a ¶ Cum falſo prophetans iudicio parentum condemnabitur, confundetur ex mendacio falſæ viſionis.

eius, genitores eius cum prophetauerit. Et erit in 10

lis, &c.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIII.

* IN die illa. *Hic conſequenter deſcribitur Iudæorum regeneratio per baptiſmum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur hæc regeneratio. Secundò. idololatriæ & falſitatis remotio. ibi:* Et erit. *Circa primum dicitur.* (Diuiſio.)

1 In die illa. *In qua tetegitur falſitas Antichriſti.*

2 Erit fons. *Quia omnes Iudæi tunc confluent ad baptiſmum.*

3 In ablutionem peccato. &c. *Per menſtruatam intelligitur peccatum originale, quod contrahitur in matris ventre. Per peccatorē, peccatum veniale, vtcunque enim lauat baptiſmus in adultis ad baptiſmum venientibus quales erunt tunc venientes pro maiori parte, vt patet ex prædictis.*

4 Et erit in die illa dicit do. *Hic conſequenter ponitur abiectio idololatriæ. Et ſecundò falſę prophetiæ. ibi:* Et erit. *Circa primum ſciendum, quod licet per prædicationem apoſtolorum aliorumque ſuccedentium doctorum idololatria ceſſauerit per mundum pro maiori parte, vt frequenter ſupradictum eſt, tamen adhuc aliquid remanſit: quia in partibus aquilonaribus ſunt aliqui populi & in magna multitudine, qui dicuntur Viuitarij, & illud viuum quod eis primò occurit qualibet die venerantur, vt Deum ſuum pro illa die: ſicut relatione fide digna intellexi. Antichriſtus etiam faciet ſe adorari ſicut Deum ut habetur. 2. ad Teſſal. 2. Et ideo vſque poſt mortem eius nō ceſſabit totaliter idololatria, tunc enim omnes viuent in fide catholica. Et hoc eſt quod dicitur:* Et erit in die illa. *Scilicet, mortis Antichriſti.* (Diuiſio.) (Viuitarij vbi & qualis Gēs ſit.)

5 Diſperdam nomina idolorum de ter. *Quia ſicut dictum eſt, tunc omnino ceſſabit idololatria. Et ſecundum iſta, illud quod ego dixi in aliquibus locis ſuprà, ſcilicet, quòd ad prædicationem apoſtolorum & aliorum doctorum ſequentium ceſſauit idololatria per mundū, intelligendum eſt ſimpliciter, non tamen totaliter ſicut æthiops dicitur niger ſimpliciter, quamuis ſit albus ſecundum dentes: quæ albedo eſt modica reſpectu nigredinis: & ideo quaſi nihil computatur ſecundum ſententiam Phi. 2. Phyſicorum, vbi dicitur, quod illud quod eſt modicum, quaſi nihil reputatur. Et etiam ſecundum communem modum loquendi: Illud quod eſt modicum, nihil dicitur. Et ſic eſt in propoſito, quia illa idolatria quæ remanſit in aliquibus Gentibus barbaris, vt aſſeritur: illa eſt modica & quaſi, pro nihilo computanda reſpectu illius quæ ceſſauit per alias partes orbis.*

6 Et pſeudoprophetas. *Hic conſequenter ponitur ceſſatio falſæ prophetiæ, cùm dicitur:* Et pſeudoprophetas. *Ideſt, falſos, qui per ſuam maliciam fingunt ſe eſſe prophetas propter quæſtum.*

7 Et ſpiritum immundum. *ideſt, prophetantes per prophetias à dæmone acceptas, & oībus aliis modis per reſponſa dæmonum.*

8 Auferam. *Quia nihil remanebit de tali prophetia.*

9 Et erit cum prophetauc. &c. *Ideſt, ſi aliquis vellet prædicto modo prophetare, amici ſui etiam intimi non permitterent, ſed ipſum grauiter punirent, Ideo ſequitur.*

10 In die illa confun.pro. *Quia nullus audebit prophetam ſe dicere, nec etiam oſtendere, ideo ſubditur.*

* Nec

MORALITER.

† 1 *In die illa erit. fons.* Per fontem iſtum intelligitur largitas miſericordiæ diuinæ. quæ aperitur omnibus ad Deum reuertentibus per opera pœnitentiæ.

4 *Et erit in die illa, dicit dominus exercituum, diſperdam nomina idolorum.* ideſt, viciorum quorum nomina à verè pęnitentibus ſunt excluſa. Epheſi. quinto. a. *Fornicatio autem & omnis immundicia, aut auaricia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, &c.*

6 *Et pſeudoprophetas & ſpiritum immundum auferam de ter.* Per iſtos ſignificantur hæretici, qui cum deprehenduntur à patre ſpirituali, & à matre grauiter puniuntur: & ſi fuerint obſtinati traduntur iuſticiæ ſeculari: & ſi reuertantur ad veritatem eccleſiæ, confitentur ſe fuiſſe punitos nō ex odio, ſed ex charitate.

† Framea

a *Nec cooperientur ſacco.* Mos erat prophetis indui ſacco, A quando populum ad pœnitentiam prouocabant, vñ Iſaię præcipitur vt auferat ſaccum de lumbis. & nudus incedat, quia non erat tempus pœnitentiæ, imminente iam captiuitate. Non ergo prophetali habitu ſimplices decipiet, ſed agriculturæ deditus probabit ſe ſubiectum Dei ſententiæ qua Adæ dicitur: *Maledicta terra in operibus tuis.*

b *His plagatus ſum.* Non mirum ſi pater oblitus carnalis affectus profert ſententiam mortis cõtra peccantem filiũ cum ex voluntate Dei patris vnicus filius, licet immunis a malo, traditus fuit in mortem pro B delictis hominum.

* Ruper. Ab eo quod dixerat *Tu autem in ſanguine teſtamenti tui, &c.* Vſque ad planctum iam dictum, ſermo proceſſit quo ordine res erant gerendæ a paſſione Chriſti vſque ad finem ſæculi: fons autem patẽs domus Dauid eſt baptiſmi ſacramentum, in remiſſione peccatorum credentis ex circunciſione, & gentilitate. Eiuſmodi autem prophetas qualis fuit Caiphas pontifex anni illius, & ſpiritus immundos abſtulit Deus de terra, ſua poteſtate, & per aduenientem exercitum Romanorũ. *Et erit cum prophetauerit vltra, &c.* Propheta eximius ſurget, & de ſeipſo prophetabit D. *Soluite templum hoc, &c.* Pater eius Iudaicus populus, & mater eius ſynagoga, qui ſecundum carnem genuerunt eum, falſis teſtibus ſubmiſſis accuſabunt eum, & clamabunt: *Reus eſt mortis.* Quod eſt dicere, *Non viues, quia locutus es in nomine Domini.* Dicendo te Chriſtum filium Dei eſſe. Vt dictum, ita factum eſt, quia crucifixerunt eum. Deinde confuſi ſunt illi prophetæ, qui D. *Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, &c.* Ex conſilio ſuo, quia miro modo cum non ſit factum qđ cogitauerunt, factum eſt quod dixerunt, *Omnes rident in* C *eum, &c.* Hinc illis cõfuſio magna, nobis autem credentib. honor. Et quomodo tunc operti fuerunt pallio ſaccino? Nimirum ſicut hypocritę triſtes, imò pluſquam hypocritæ, pluſquam triſtes, quia homicidæ, & crudeles. Pauor ille quem ſimulauerunt corã populo ad eum exaſperandum, *Venient Romani, & tollent, &c.* Pallium fuit ſaccinum, quo operti occiderunt illum. *Sed dicet: Non ſum propheta, &c.* Ironia grauiſſima eſt, aut etiam ſarcaſmos, ideſt, hoſtilis irriſio, iuxta illud: *Ego in interitu veſtro ridebo.* Non ſum propheta, homo agricola ego ſum, &c. ſubauditur, D æſtimatione veſtra, quia ſic dixiſtis. *Quia propheta a Galilæa non ſurget.* Nunc patet, vtrum ego tanquam homo agricola, aut faber, literas ſcire non debuerim, cum econtra tot prophetas, & ſapientes fecerim, & miſerim ad vos: nunc inquam patet, vtrũ homo fuerim, ſecũdum exemplum Adam, cum vos talem ac tantam propter iſtum ſanguinem meum receperitis vindictã. Hæc inquit dicet cum fixus, & mortuꝰ fuerit, & reſurrexerit, & dicetur ei: *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* Quandiu, & quomodo, a quo, vel a quibus dicetur ei? E Nimirum in ſæcula ſæculorum admiratione ineffabili, & a Deo patre (cui factus eſt obediens vſq; ad mortem) & a ſanctis angelis qui in eum deſiderant proſpicere, dicetur ei: & ab omnibus quos ſua morte redemit. Non dicet, his plagatus ſum ab his qui diligebant me, ſed in domo eorum qui diligebant me: nam qui plagas intulerunt, non dilexerunt me, erãt autem domus Abraham, Iſaac, Iacob, & Dauid, & talium qui diligentes expectabãt me ſibi promiſſum. Rurſum, quæritis. *Quid ſunt plagæ iſtæ?* Ego dico vobis quia teſtimonia ſunt obedientiæ, ſigna voluntatis, & iuſſionis paternæ. Pater mihi proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro vobis omnibus tradidit me, dicens: *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, &c.* Quod eſt dicere? O mors, conualeſce ſuper filium meum, paſtorem bonum in vnitate perſonæ coniunctum Verbo, quod conſubſtantiale mihi eſt, &c.

c *Framea ſuſcitare, &c.* Prophetata deſtructione idolorũ, & pſeudo prophetarum, & totius mendacij, ſubiungit de paſſione Chriſti, quæ patris voluntate adimpleta eſt, per quam paſſionem reprobatio falſitatis, & illuminatio facta eſt credentium.

d *Percute paſtorem, & diſpergentur oues.* Cum paſſione do- F mini territi fugerunt apoſtoli, vt dicit Matthæus: tunc prophetiam iſtam impletam fuiſſe inducens Deum patrem loquentem: *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis.* Voluntate enim Dei patris, celebrata eſt paſſio Chriſti, in quo & iſte propheta conſentit dicens ex voce Dei, O framea percute paſtorem, & diſpergentur oues gregis.

Gen. 3. Matth 26. Iſaiæ. Ioan. 7. Rom. 8. Hieron. Matth. 26.

a die illa, confundetur prophetæ vnuſquiſque ex viſione ſua, 1
cum Prophetauerint, nec cooperientur pallio † ſaccino, vt
¶ Ipſe conuictus.
mentiantur. Sed dicet: non ſum propheta. Homo agricola
a ¶ Humani generis princeps. b ¶ Vt comederem panem meum in ſudore vultus, &c.
ego ſum, quoniam Adam † exemplum meum ab adoleſcen- 2
a ¶ Ab alijs. b ¶ Cum ille oſtenderit ſe natum ad hoc, vt in ſudore comedat panem.
¶ Quid commiſiſti, vt manus tuæ configerentur clauis?
tia mea. Et dicetur ei: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio ma-
a ¶ In tantum fugabitur mendacium, & veritas obtinebit locum, vt etiam ipſe qui ſuo punitus eſt vitio, ſe multa perpeſſum fateatur. ¶ Hæc vulnera accepi iudicio parentum condemnatus, qui non oderunt me, ſed diligebant etiam dum punirem.
b nuum tuarum? Et dicet: His plagatus ſum in domo eo 3
a ¶ Anguſtia mortis. ¶ Quæ occidit ſeruos, occidat, & hæredem. b ¶ Qui dicit, Ego ſum paſtor bonus.
c rum qui diligebant me. † Framea ſuſcitare ſuper paſtorem 4
¶ Qui idem mecum. Vnde: Ego in patre, & pater in me. 5
meum, & ſuper virũ cohærentem mihi, dicit dominus exer 6
a ¶ Ita ſuſcitare ¶ Vt percutias paſtorem, & occidas. ¶ Sic fugerunt b ¶ Diſcipuli omnes relicto eo c ¶ ... ſuperbis Iudæis humilis magiſter colligam humiles diſcipulos. 7
d cituũ. † Percute paſtorẽ, & diſpergentur oues. Et conuertam 8

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Nec cooperientur pallio sac. *i. veſte aſpera, Tali enim veſte vtebantur antiquitus prophetæ ſaltem aliqui, vt patet de Elia 4. Reg. 1. b. Et conſimilem habitum accipiebant falſi prophetæ, vt magis crederetur eis.*

2 Adam exemplum meum. *i. intentus agriculturæ exemplo ipſius Adę, de quo dicitur. Geneſis tertio.* Emiſitque eum dominus Deus de Paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua ſumptus eſt. *In Hebręo habetur: Homo pecudauit me, ideſt, conduxit me ad cuſtodiendum pecora, quaſi dicat:* Non ſum propheta. Quid ſunt in domo eorum qui diligebant me plagæ iſtæ?

3 Et dicet: His plagatus ſum, &c. *i. iſta non ſunt mihi facta ex odio, ſed ex amore pro mea correctione.*

4 Framea. *Hic ſoluitur tacita quęſtio. Et primò quęſtio ſoluitur. Secundò, ex hoc multiplicatio fidelium concluditur, ibi:* Et erunt. *Quæſtio verò ortum habet ex premiſſis: Quia dictum eſt quod fideles grauiter affligentur ab Antichriſto, & ſatellitibus ſuis: ex hoc poſſet aliquis admirari, & quęrere: quomodo Deus ſic permittet iuſtos affligi ab iniquiſſimo homine? Et reſpondetur quòd non eſt mirandum:* Quia proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. *Morte acerbiſſima condemnandum. Et hoc eſt quod dicitur:* Framea. *i. gladius acerbę afflictionis.* Rom. 8.

5 Suſcitare ſuper paſtorem meum. *i. ſuper Chriſtum qui dicit de ſeipſo Ioan. 10. c.* Ego ſum paſtor bonus, &c.

6 Et ſuper virum cohærentem mihi. *Quia humanitas Chriſti inſeparabiliter iuncta eſt deitati. Rab. Sal. hoc exponit de imperio Romano per Meſſiam deſtruendo: propter mala quę fecit Romanum imperium populo Iudaico: & apparet quòd valde extortè, & malè exponit: quia imperatorem Romanum vocat nequam, & peſſimum, & ſic ſecundum eum non poteſt dici paſtor Dei, nec inhęrens ſibi: quia talis inherentia amicitiam ſignificat. Vnde in Hebręo dicitur: Super virum mihi aſſociatum quod de Chriſto optimè exponitur, vt dictum eſt.*

7 Percute paſto. *Hoc fuit impletum quando Apoſtoli in paſſione reliquerunt Chriſtum, vt dicit Saluator Matth. 26. ex quo patet quod hic paſſus intelligitur de Chriſto.*

8 Et conuertam manum meam. *i. poteſtatem meam.*

* Ad

MORALITER.

† 4 *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi.* Hoc ad literam exponitur de Chriſto Matthæi vigeſimoſexto. c. Moraliter autem poteſt exponi de bono prelato, quem Deus aliquando permittit temporaliter affligi ad augmentum ſui meriti. Quia tamen ad hoc ſequitur frequenter diſperſio gregis per diuerſa vitia. Sequitur.

2 Et

* R Samuel. Marrochianus. Timeo, Domine mi, quod
A illud quod Zacharias dixit. Percutiam paſtorē, & diſpergentur oues gregis fuit completum, quando nos percuſſimus paſtorem iſtorum puerorum (Chriſtianorum) & ſanctorum Apoſtolorum: ex tunc enim diſperſi ſumus per vniuerſum orbem, & iſti filij noſtri Apoſtoli, ſurrexerūt loco prophetarum, quod apparet ex hoc, qđ Deus poſt illos non miſit nobis prophetā, nec notificauit aliquid per viſionem Legatur Euſebius Cæſarienſis lib. 6. de Demonſtratione euangelica, cap. 18. & libro decimo, cap. 7.

Lib. de aduentu Meſſiæ, ad R Iſaac, c. 19.

† cōflabo eos ſicut conflatur.

mittere in terram. & Apoſtoli baptizati in ſpiritu Dei, & D igne dicunt, *Probaſti nos Deus, igne nos examinaſti.*

* R. Alſeci. Tria hominum genera ſiſtentur in iudicio: perfectè iuſti, omnino impij, & mediam ſortem tenētes. Primi ad vitam futuri ſęculi ſubitò obſignātur: ſecundi perinde ad gehennam, iuxta Danielis verba: medij deſcendunt in gehennam, ibique ex pectantes clamant, & aſcendunt ſicut ſcriptum eſt: *Et adduxi tertiam partem ad ignem, ibique expurgaui eos, vt purgatur argentum, &c.*

De rio Ros nah.

Iſai.

In S cap.

* Tertullianus. Solum autem Deus iugulat ſuos, an E & torquet? Audio & alibi eum dicentem; Vram, illos, ſicuti vritur argentum, & probabo illos, ſicuti probatur aurum. Vtique per tormenta ignium, ſuppliciorum, per martyria fidei examinatoria.

manum meam ad paruulos. Et erunt in omni terra, dicit 1

a ¶ Iudæorum, & Gentilium. b ¶ Quæ pariter pereunt in paſſione Chriſti 2
¶ Alias diſperdentur. c ¶ Pereuntibus incredulis Iudæis, & Gentibus, tertius populus Chriſtianorum ſucceſſit, & ſolus vitæ virtutum, & habitationi eccleſiæ reſeruatur.

dominus, partes duæ in ea diſpergentur, & deficient: & ter- 3 4

a ¶ Et ne iſta tertia pars ſit ſelicat, & ſecura, per ignem tribulationis probatur. 5

a tia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per 6
ignem: & † vram eos, ſicut vritur argentum, & probabo eos, 7

a ¶ Cum ſi probati erunt paruuli ſuper quos Deus manum conuerit, & per eos turba nationum crediderit, tunc credens populus vocabit Chriſtum ſuo nomine, & illo dicente: Tu es populus meus, reſpondebit Tu es Deus meus. 8

ſicut probatur aurum. Ipſe vocabit nomen meum, & ego 9
exaudiam eum. Et dicam, populus meus es: & ipſe dicet do- 10
minus Deus meus.

Hieron.

a *Et ducam.* Iudæi
B hæc ad Chriſtum referunt, & in vltimo tempore futura contendunt. Sed hoc inter nos, & illos eſt, quia nos iam expleta dicimus illi explenda commemorant. *Ignem veni mittere*

Luc. 12. f.

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Ad paruu. *id eſt ad Apoſtolos qui dicuntur hic paruuli, eò quòd timore fugerunt in paſſione Chriſti, qui poſtea virtute diuina ſic fuerunt firmati, & ſolidati, quòd gaudebant in tormentis, ſecundum quod dicitur Act. 5. g.* Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

2 Et erunt. *Hic incipit verſus in Hebræo, vbi agitur de fidelium multiplicatione ad paſſionem Chriſti ſequente, ſecundum quod dicitur Ioan. 12. d.* Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autē mortuum fuerit, multum fructum affert. *Sciendum igitur, quod poſt paſſionē Chriſti, & publicationem Euangelij, populum totius mundi in tres partes diuiſus eſt: quarum vna eſt Iudæorum obſtinatorum, alia eſt Gentilium in infidelitate remanentium: Et de iſtis dicitur.*

3 Partes duæ. i. in terra.

4 Diſpergentur. *Et hic defectus poteſt dupliciter intelligi. Vno modo de defectu gratię, & virtutis, & ſic a tempore publicationis*
C *Euangelij, in quo omnes tenentur ad fidem Catholicam, defecerunt duę partes iſtæ. Alio modo de ceſſatione vtriuſque ſectæ, & ſic deficient in morte Antichriſti, quando omnes Iudęi, & Gentiles conuertentur ad fidem Chriſti: Tertiò verò pars eſt Chriſtianorum, de qua dicitur.*

5 Et tertia. *Id eſt, in terra alijs duabus deficientibus modis prædictis.*

6 Et ducam ter. *Scilicet acerbæ tribulationis quia Chriſtiani primò fuerunt afflicti a Iudæis, vt patet in Actibus Apoſtolorum in pluribus locis, & poſtea a Romanis principibus, & alijs tyrannis: & grauius affligentur in perſecutione Antichriſti. Veruntamen quia hæc tribulatio eſt ad probationem electorum, & augmentum gloriæ ipſorum, ideò ſubditur.*

7 Et vram, &c. *Vt nulla in eis remaneat immunditia: Et quia preces talium, ſunt exaudibiles, ideo ſequitur.*

8 Ipſe vocabit nomem meum. *Id eſt, innocauit me in oratione deuota.*

9 Et ego, &c. *Ad nutum.*

10 Et ipſe dicet. *Quia confitebitur me per fidem, & ego eum per approbationem.*

*MORALITER.*

† 2 *Et erunt in omni terra.* ſ. diœceſi dicti prælati.

3 *Partes duæ in ea diſ. & defi.* Quia maior pars populi dimittit prælatum in perſecutione tyranni.

5 *Et tertia pars, &c.* i. minor pars adherens ſibi, quæ cum eo vritur igne tribulationis, ſicut contigit de ſancto Thoma Cantuarienſe, cuius cognatio tota poſt ipſum de Anglia fuit crudeliter reiecta. F

ADDITIO.

Quomodo idololatria ceſſauit.

In c. 13. vbi dicitur in poſtil. *Perdam nomina idolorum, &c. Quod autem idololatria poſt aduentum Chriſti primum ceſſauit per mundum, non ſolum ſimpliciter, ſed etiam totaliter, ſatis habetur in multis locis, ſpecialiter Iſa. 2. d. vbi dicitur:* Et idola penitus conterentur. *Nec obſtat quod dicitur de aliquibus Barbaris, quia hęc ceſſatio intelligitur ſecundum conſtitutiones, ſeu conſuetudines reipublicæ: quia nulla eſt Gens quę cogat colere idola, ſicut fiebat ante aduentum Chriſti, licet in multis partib. remaneant aliqui non ſolum apud Barbaros ſed etiam apud alias nationes peccantes in idololatria, ſicut etiam inter fideles multi erant ſuperſtitioſa faciẽtes: cum hoc tamen ſtat quod idololatria penitus ceſſauit, cum nullus ſit rex, nec aliqua poteſtas publica quæ ad cultum idolorum compellat, ſicut ante aduentum Chriſti.*

*Rep. In c. 13. vbi dicitur* :Perdam nomina idolorum. *Exponit Poſtillator de tempore Antichriſti, ante cuius mortem non ceſſabit in tota idololatria. Burg. autem per modum redargutionis dicit, quod poſt aduentum Chriſti primum ceſſauerit omnis idololatria non ſolum ſimpliciter, ſed etiam totaliter. Sed illud non videtur verum ante tempora Syluestri, & Conſtantini, quando tota Reſpublica Romana fuit idololatriæ dedita, & cogebat ad idololatrandum: cui compulſioni reſtiterunt Sancti martyres vſque ad mortem incluſiuè. Vide huius materię correctionem ſup. Dan. 2. & 7. de ſtatua percuſſa.*

CAP. XIIII.

a *Ecce dies domini, &c.*

* Remigius. Poſtquam propheta introduxit Deum patrē loquētē de paſſione filij Domini,

CAP. XIIII.

a ¶ Ciuitatis.

a ECCE dies domini veniunt, dicit dominus, 1

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIIII.

Diuiſio.

* 1 Ecce dies domini veniunt. *Hic conſequenter reſumitur perſecutio Antichriſti ad hoc quòd aliquid explicetur quod non eſt ſupra explicatum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur dicta perſecutio. Secundò: ponuntur aliqua ad ipſam ſequentia, ibi:* Et veniet. *Circa primum dicitur:* Ecce dies domini veniunt. *Id eſt a Deo diſpoſiti, & preuiſi.*

*MORALITER.*

† 1 *Ecce dies domini veniunt.* Iſtud capitulum ad literam expoſui, de Antichriſti perſecutione, cuius figura fuit, & eſt omnium fidelium perſecutor propter quod exponi poteſt de perſecutione facta ſub Coſdroe rege Perſarum,

Domini noſtri, conſequenter & de excidio Ieruſalem ex
A voce eiuſdem Domini loqui incipit, vt oſtendat ſubuerſionem illam propter necem Domini eueniſſe. Dies autē quos venturos comminatur, tempus illud eſt de quo dicit Iſaias: Dies Domini indignatione plenus. &c.

✠ Ruper. Aduerſus Ieruſalem illā terrenam congregatæ ſunt in prœliū omnes Gentes ſcilicet, Romani omnium Gentiū principes, & capta eſt ciuitas, & vaſtatæ ſūt domus, &c. Qui ceciderunt in ore gladij, qui fame perierunt intus concluſi multò plures fuerunt, quam qui abducti ſunt captiui, ſed non omnes fuerunt populus ciuitatis. A totis enim regionib. (vt refert Ioſephus) ad azymorum diem feſtum congregati fuerant, & bello ſubito circumfuſi ſunt. Et captiuorum quidem numerus qui in toto bello comprehenſi ſunt, nonaginta ſeptem millia: collectus eſt occiſorum vero per omne tempus obſidionis, vndecies centum millia.

a ¶O Ieruſalem. b ¶Quia Iudæi contra Chriſtum aſtiterunt, & in vnum conuenerunt ad eum crucifigendum, & poſt paſſionem indulto tempore ad pœnitentiam, penitere noluerunt, ideo dominus hæc mala ſuper eos induxit.
& diuidentur ſpolia tua in medio tui. Et cōgregabo omnes 1
a Gentes ad Ieruſalem in prælium, & capietur ciuitas, & va- 2
¶Magna miſeria Iudæorum 3
b ſtabuntur domus, & mulieres violabuntur. Et egredietur 4
¶Templum, & mons Sion. 5
media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi 6
c non auferetur ex vrbe. Et egredietur dominus, & præliabi- 7 8
a ¶Quæ vaſtauerunt Ieruſalem. b ¶Quando Pharaonem in mari ſubmerſit, & pro populo ſuo dimicauit. 9
tur contra Gentes illas, ſicut prœliatus eſt in die certaminis. 10
a ¶Non mouebuntur hi quibus dominus miſertus fuit. b ¶Non in tenebris, non ſole declinante poſt meridiem.
d Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarū, qui 11
a ¶Vnde oritur ſol iuſtitiæ.
e eſt contra Ieruſalem ad orientē. Et ſcindetur mons oliuarū 12

B Solet accidere, vt quæ ſubitò impetu ciuitate Dei ſunt direpta: extra ciuitatem Dei ſunt direpta, extra ciuitatem diuidantur ne fortè hoſtes ſuperueniant. Hic autem tanta depreſſio incumbit, vt rapina raptoribus in medio ciuitatis diuidatur, pro ſecuritate victoriæ.

Iudæi hæc ſub Gog, & Magog dicunt eſſe complenda: Alij temporibus Macedonum, & Aegyptiorum, & aliarum Gentium ex parte eſſe tranſacta.

a *Et vaſtabun.* Non ſolum capietur Ieruſalem, cunctis Gentibus contra eam in prælium ſuſcitatis, ſed etiam domus in dolore dominorum vaſtabuntur, & mulieres in dolore maritorum pollueritur: quia ita timebunt mortem: vt nec ſalutem puerorum, nec pudicitiam vxorum defendere audeant.

b *Et egredietur media.* In captiuitate quę per Romanos, & in alijs captiuitatibus ſeptentrionalis inferiorque pars vrbis capta eſt. Mons verò templi, & Sion, in quo arx erat regni integra manſit.

C c *Et egredietur dominus.* Egredietur dn̄s de loco quietis, & clementiæ ſuæ, quando exigentib. meritis quietem interrumpere, & flagella ad emendationem inſerre cogitur. D

d *Et ſtabunt pe. eius.* Iudei literam ſequentes dicunt dominum ſtare ſuper montem Oliueti, & ipſum montem in duas partes eſſe diuiſum, vt contra Orientem vnius partis ſciſſura habeat principiū, & altera pars ſidem tēdat ad occidentē. Et in media valle præcipiti, alia pars montis ad aquilonem, alia ad auſtrum diuidatur. Rurſus alia ſciſſura fiet ab aquilone in auſtrū, & quatuor plagas oriētis, occidentis, aquilonis, & auſtri ſciſſura tēdatur & ita mōte Oliueti in quatuor partib. diuiſo, fugietis inquit, ad vallem quę eſt inter templum, & Sion. E Hi enim duo montes templi, & Sion appellantur montes Dei, quia illa vallis montis Oliueti quæ præruptis hinc, & inde montibus cingitur, vſque ad montem templi qui ſanctus eſt ſciſſuram ſuam tendit. [Mons Oliueti in quatuor diuiſus.]

R. Samuel Marrochianus. De ſecundo aduentu Meſſię loquitur Zacharias, cum dicit, Imprimunt veſtigia pedes eius, ſuper montem oliuarum, &c. Et nos domine, non dicimus quod Deus in eſſentia ſua, & natura habet pedes, nec carnem, nec iſta quæ corporis ſunt, ſed habere pedes conuenit naturæ corporeę. [L. de aduentu Meſſiæ cap. 10.]

✠ Remig. Cum Dominus in ſcripturis ſtare, vel ambulare, vel membra humana habere deſcribitur, pro cauſarum varietate accipi debet. Egredi enim dicitur vel exurgere, quum ſanctos in tribulatione poſitos liberat, vel quum perſequutores eorum iuſta vltione condemnat. Stare autem pugnantis, & adiuuantis eſt? Stant itaque pedes dn̄i illis pro quibus pugnat. Ambulat quoque, & mouetur illis, quib. iratus eſt. Sicut Adam legimus poſt cuius peccatum deambulat dominus ad aurā poſt meridiem. [Gen. 3.]

*Et ſtabunt.* Cum ſteterit: non ſtabit in valle, & locis humentibus, ſed in monte qui non infructuoſas arbores habet: ſed oliueta in quibus lumen æternum alitur, & ſoluitur infirmitas, & requies lapſis datur. [Hieron.]

e *Et ſcinde. mons.* Scindetur media pars mōtis ad oriētē, in qua F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et di. *Ab Antichriſto, & exercitu eius.*
2 In medio. *Capta, ſ. ciuitate, De quo ſubditur.*
3 Et congregabo omnes Gentes, &c. *Quia de omnibus Gentibus aliqui erunt in exercitu Antichriſti.*
4 Et vaſtabuntur domus. *Quia inde bona rapientur.*
5 Et mulieres. *Antichriſtus enim adhærentibus ſibi laxabit habenas concupiſcentiæ.*
6 Et egredietur pars ciuitatis. *Vendita per ſatellites Antichriſti.*
7 Et reliquum populi non auferetur ex vrbe. *Quia aliqui ibi morientur, & aliqui obedient Antichriſto, partim timore, et partim decepti ab eo, vt dictum eſt ſupra. Et quoniam vbi deficit humanum remedium, ſolet adeſſe diuinum, ideo ſubditur.*
8 Et egredietur dominus. *Per effectum ſuæ iuſtitię.*
9 Et pręliabitur contra Gentes illas. *i. contra Antichriſtum & eius exercitum.*
10 Sicut præliatus eſt in die certaminis. *Quando regem Aegypti Pharaonem cum exercitu ſuo filios Iſrael inſequentem ſubmerſit in mari rubro. Exod. 14.*
11 Et ſtabunt pedes eius in die illa, &c. *Quia in monte Oliueti fulminabitur Antichriſtus, vt dictum eſt ſupra. Et quia talibus Dei vindictis ſolet cum fulgure eſſe terræmotus, ideò probabiliter poteſt dici, quòd in fulminatione Antichriſti erit etiam terræmotus, quo peribit aliqua pars ſui exercitus, ideò ſubditur.*
12 Et ſcindetur mons Oliuarum ex media parte, &c. *Exponunt aliqui hanc ſciſſionē in quatuor partes fieri, ſcilicet, ad Orientem, Occidentem, Aquilonem, & Meridiem. Rab. Sal. verò dicit ipſam fieri in duas partes, ita quòd vna pars montis inclinabitur ad Aquilonem, alia ad Meridiem: & ſciſſura erit intermedia, ita quòd longitudo eius erit ab Oriente in Occidentem: & hoc conſonat ei, quòd poſtea ſubditur.*
✠ Quoniam

MORALITER.

† rum, & de perſecutione Homar rege Arabum: nam vterque cœpit Ieruſalem ſucceſſiuè tamen, & populum bonis ſpoliauit, & partim occidit, & captiuauit, partem tamen in ciuitate dimiſit ſub afflictione graui, & ſeruitute, ideo ſequitur.
7 *Et reliquum populi non auferetur, &c.* Et hęc ſeruitus grauis durauit vſque ad tp̄s Godefridi de Bullone, & aliorū principum qui ciuitatem, & populum liberauerūt a ſeruitute dicta cum auxilio diuino vi armorum. iō ſubditur.
8 *Et egredietur, &c.* i. Saracenicas quas debellauit per principes Chriſtianos.
10 *Sicut prę.* Quando in vltionem mortis Chriſti capta fuit Ieruſalem a Romanis.
11 *Et ſta.* Illa namque die qua dicti principes Chriſtiani ceperunt Ieruſalem, & præ labore fatigati vellet ceſſare ab inſultu, viſus fuit vnus in ſpecie militis ſuper mōtem Oliueti, qui cum clypeo faciebat ſignum ne diſcederent ſed fortius inſultarent. Et illud ſignum fuit a Deo datū, nam eadem die ciuitas fuit capta.
12 *Et ſcindetur.* Iſtud poteſt exponi de ſchiſmate Gręcorū. Per montem enim Oliuarum poteſt eccleſia militans intelligi de qua dicitur Iſa. 2. a. *In nouiſſimis diebus erit mons domus domini ſuper verticem montium, &c.* Et ſic dicitur. *Et ſcindetur mons, &c.* In qua parte habitant Græci.

10 *Sicut* † *Et*

☞ qua ſunt arbores plantatæ de gentibus, de quibus vna lo-
A quitur. *Ego autem ſicut oliua fructificaui in domo domini.* & alia
Pſal. 51.b. media pars quæ eſt circuncisionis incredulæ, ſcindetur ad
Occidentem, ipſa dico diuiſa valdè grande præruptione.
a *Et ſeparabitur montis.* Poſtquam mons oliuarum, ad
orientē, & occidentem vocatione Gētium, & abiectione Judæorum fuerit ſeparatus, fiet alia ſciſſura aquilonis, & auſtri, vt circuncisio quæ in occidēte eſt, ſtet ad aquilonem, ideſt, ſiniſtra parte, & Christianus populus qui in Oriente, ſtet ad auſtrum, i. ad dexteram partem.
b *Et fugietis ad vallem, &c.* Cum tanta
B erit duorum populorum in toto orbe diuiſio, vt alij ad dextram, alij ad ſiniſtram ſeparentur, tunc quicunq; ſanctus eſt, fugiet ad vallem montium Dei, ideſt, duorum teſtamentorum, quia illa vallis ideſt quiete ſedes, & concordia duorum teſtamentorum tenditur non vſq: adeo vt idem ſunt, ſed vſque ad proximum. Duo enim teſtamenta magis vicina, & conuenientia quam vnita, multa enim veteris amiſimus, & nouæ gratiæ multa ſuſcepimus.
2.Par.26.c. c *Et fugietis.* Sicut ſub Ozia terræmotus mortaliū corda perterruit, & territos huc illucque diſperſit: ſic duorū
C populorum ſeparatio, & rurſum in vnam fidem ſocietas cre-
dentium inter duos montes placabili ſede requieſcet, D
quia vetus, & nouum teſtamentum, ſibi coniungentur.
d *Et veniet dominus.* Poſt impletionem horum veniet dominus ad iudicium & ſancti (qui alibi nubes vocantur) cum ipſo. Cum dies aduentus eius fuerit impletus, non erit lux impijs, ſed
† frigus, & gelu, pro refrigerata charitate, & malorū multitudine: quibus depreſſis erit iuſtis vna, & ppetua dies nequaquā luce, & tenebris ſibi ſuccedēribus: ſed dominus erit lux oīum.
e *Et erit dies vna.* Quaſi vna dies, & vnum tempus eſt a primo aduentu vſque ad ſecundum.
✻ Remig. Illa dies
E nota eſt domino. Non.n. poteſt ignorare, qđ ipſe creauit. Cū aūt dicit. Nota eſt dño, oſtendit ignotā eſſe hoībus,
M ipſiſque angelis: dicente Domino: De die illa nemo nouit, &c.
f *Et erit in die.* Aquæ quæ de Ieruſalem ideſt, eccleſia exeunt doctrina eſt Saluatoris: & baptiſmus quarum vna pars, vadit ad mare Orientale: ideſt, populum circuncisionis, qui in Apoſtolis, & per Apoſtolos electus eſt, & pars ad mare nouiſſi. *quia ab Oriente, & ab Occidente venient* M
*qui recumbent cum Abraham, & Iſa. & Iacob.* Hæ aquæ nec æſtate proſperitatis, nec hyeme perſecutionis ceſſabunt.
Cum tales aquæ vtrumque mare fuerit ingreſſæ, & amaras aquas F

ex media parte ſui ad Orientem, & ad Occidentem, † præ-
a rupto grandi valdè. Et ſeparabitur montis medium ad aqui
b lonem, & medium eius ad meridiem. Et fugietis ad vallem
montium eorum, quoniam coniungetur vallis montiū vſ-
a ¶Proximitate et parum differant.
c que ad proximum[a]. Et fugietis ſicut fugiſtis a facie terræmo-
a ¶Qui vſurpans ſacerdotium lepra percuſſus eſt: ad cuius impietatem tota terra mota eſt.
d tus in diebus Oziæ[a] regis Iuda. Et veniet dominus Deus
meus omneſque ſancti cū eo. Et erit, in die illa non erit lux,
a ¶Iudicij non hominis, non enim poterit ignorare quam creauit.
e †ſed frigus, & gelu. Et erit dies vna quæ nota eſt domino[a], nō
a ¶Non viciſſitudo diei nec noctis. b ¶Cum impijs obtenebreſcet.
c ¶Veſpere. d ¶ſanctis e ¶Quæ ſoli Deo nota eſt.
f dies neq; nox, & in tēpore[b] veſperi[c] erit lux[d]. Et erit in die[e] illa:
a ¶Quæ dant vitam b ¶Quod mortuum dicitur, eo quod in eis aqui. nihil poſſit viuere.
exibunt[a] aquæ viuæ de Ieruſalem medium earum ad[b] mare
a ¶Quod ducit ad Aegyptum. b ¶Nec calore ſiccabuntur. nec hyeme conſtringentur.
Orientale, & medium earum ad[a] mare nouiſſimum. In æſtate[b]
a ¶Tunc cog noſcetur Dominus Deus noſter quam admirabile eſt nomen tuum.
& in hyeme erunt, & erit dominus[a] rex ſuper omnē terram.

† Aſal.
† precioſa, & nox coagulata. i. tenebroſa.
† vgoa
Pla

## NICOLAVS DE LYRA:

✻ 1 Quoniam coniungetur vallis mon. *i. vallis Ioſaphat quæ eſt inter montem Sion, & montem Oliueti, ita quod habet montem Oliueti ab Oriente, & montem Sion ab Occidente.*

2 Vſque ad proxi. *ſ. locum dictæ ſciſſuræ: quæ ſciſſio montis Oliueti iunget valli Ioſaphat.*

3 Et fugietis. *Timore ducti.*

4 Sicut fugiſtis, &c. *Qui ſecundum quod habetur 2. Paral. 26. voluit ſibi vſurpare Pontificis officium, & tunc fuit percuſſus lepra, & factus eſt terręmotus, vt de tali pręſumptione oſtenderetur ira diuina.*

Diuiſio. 5 Et veniet. *Hic conſequenter ponuntur tria ſequentia mortem Antichriſti, ſ. finale iudicium, & bonorum præmium, ibi:* Et erit, *&* *ſtatus eccleſiæ poſt Antichriſti exterminium, ibi:* Et reuertetur. *Circa primum dicitur:* Et veniet do. De. me. *Scilicet, ad iudicium, non tamen immediatè poſt mortem Antichriſti, ſed erit ibi tempus medium, vt plenius dixi Ezech. 39.*

6 Omneſque ſancti. *Quia cum ipſo iudicabunt reprobos, & maximè apoſtoli quibus dicitur Matth. 19. d.* Sedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes, &c.

7 In die il. *Scilicet, iudicij.*

8 Non erit lux. *Scilicet, reprobis, quorum erit maior numerus, ſecundum quod dicitur Matth. 7. b.* Lata eſt via quæ ducit ad perditionem, & multi intrant per eam.

9 Sed frigus. *i. horror, & timor, quæ per gelu, & frigus deſignantur, eò quòd ex frigore timor cauſatur, refugiente ſanguine ad cor: & ſic membra exteriora redduntur frigida, & trementia.*

10 Et erit. *Scilicet, iudicij.*

11 Quæ nota eſt. *Secundum quòd dicitur Matth. 24. c.* De die illa, & hora nemo ſcit, neque angeli in cœlo, ſed pater ſolus: *per hoc tamen non excluduntur filius, & Spirituſſanctus, quorum eſt vna notitia cum patre.*

12 Non dies neque nox. *Scilicet, propriè. Dies enim propriè eſt latio ſolis ſuper terram, & nox latio eius ſub terra. In generali vero reſurrectione mortuorum corpora erunt incorruptibilia, & ſic ceſſabit generatio, & corruptio in elementis: & motus cæli qui eſt cauſa generationis, & corruptionis, & ſic non erit dies, & nox propriè, quę cauſantur ex motu ſolis.*

13 Et in tempore ve. erit lux. *i. ceſſante tempore, quod cauſantur ex motu cæli, erit lux perfecta beatis in gloria cæleſti, ſicut dictum eſt de reprobis, quod non erit eis lux, ſed frigus, & gelu.*

14 Et erit. *Hic ponitur ſecundum, ſcilicet retributio pręmij, cum dicitur.*

15 In die illa exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem. *Scilicet, cæleſti, cum dicitur Heb. 12. f.* Acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cœleſtem. *Et per aquas viuas intelligitur hic vita beata, ſecūdum quod dicitur Apoc. 7. d.* Agnus qui reget eos, deducet eos ad vitę fontes aquarum. *Quæ dicuntur hic exire de Ieruſalem, quia deriuabuntur ad omnes beatos, ideo ſubditur.*

16 Medium earum, &c. *Quia beata vita deriuabitur æqualiter, ſuppoſita ęqualitate meritorum ad electos qui in principio mundi nati ſunt, & ad alios qui in fine mundi ſunt naſcituri. Quod autem per mare intelligatur congregatio hominum patet Apoc. 17. vbi dicitur,* quòd per aquas multas intelliguntur populi multi. *Mare vero dicitur congregatio aquarum, Gen. 1.* Congregationeſque aquarum appellauit maria.

17 In æſtate. *ideſt perpetuo. Duratio enim perpetua a parte finis eſt de ratione beatitudinis, quę perpetuitas hic deſignatur per ſucceſſionem ęſtatis, & hyemis. Non quia tunc ſint propriè, cum ſint differentię temporis quod tunc ceſſabit. ſed quia perpetuitas non poteſt ſignificari a nobis niſi per partes temporis. Sic enim dicitur de æternitate diuina, Apoc. 1.* Qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt.

18 Et erit do. *Quia tunc ceſſabit pręlatio, & dominium, non ſolum in hominibus, ſed etiam in angelis, in quantum reſpicit officium adminiſtrationis, ſecundum quod dicitur 1. ad Cor. 15.* quòd Chriſtus euacuabit omnem principatum, & poteſtatem, cum tradiderit regnum Deo, & patri ideò ſubditur.

✻ In

## MORALITER.

†† *Et ad occi.* Vbi ſunt Latini.

3 *Et fugietis ad vallem montium meorum, &c.* i. fugere debetis ad obedientiam eccleſię Romanę, cuius mōtes magni ſ. Petrus, & Paulus ſunt patroni.

5 *Et veniet dominus Deus meus, & omnes ſancti eius cum eo, &c.* Hoc ad literam exponitur de aduentu Chriſti ad iudicium finale. Nec occurrit mihi alia ſpiritualis expoſitio conuenientior hic ponenda.

† MORA-

Tras aquas dulci flumine mitigauerint, tunc dominus erit A rex ſu.o.t.

Vel per duo maria duo teſtamenta, quæ niſi flumine ſpiritalis intelligentiæ fuerint dulcorata amara ſunt, litera occidente & ſpiritu viuificante.

*Aug. Qđ legimus, credimus, et q̃ credimus p̄dicamus. Audi ergo quę ſit origo noſtra, & vbi eius aqua diffuſa, in Zacharia ſic habes: Exibunt aquæ viuæ de Hieruſalem, mediũ earum ad mare orientale, &c. Hæc eſt poſſeſſio, hæc hæreditas Chriſti, quæ à ſanctis colitur, & B perenni fonte rigatur, de qua ei dictum eſt: *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Qui in ipſa eſt hæres aſcriptus eſt: qui in ipſa nõ eſt, iam damnatus, & morti deſtinatus eſt, dicente ſcriptura. Qui egreſſus fuerit fores domus tuæ: ipſe ſibi reus erit, &c.

a In die illa erit dominus vnus: & erit nomen eius vnum Et 1
† reuertetur omnis terra † vſque ad deſertum, de colle ad 2
a ¶ Vbi eſt arbor mali granati. b ¶ Vſque auſtralem plagam c ¶ Extendetur 3
d ¶ In loco ſitu ... 4
b Remmon ad auſtrum. Ieruſalẽ exaltabitur, & habitabitur 5
¶ Orientalis. 6
in loco ſuo à porta Beniamin vſque ad locũ portę prioris,
& vſque ad portam angulorum, & à turre Ananehel vſq;
Ieruſalem. a ¶ Nullus impetus hoſtis, nulla trepidatio.
ad torcularia regis. Et habitabunt in ea: & † anathema non 7
c erit amplius, ſed † ſedebit Ieruſalẽ ſecura: Et hęc erit plaga 8
qua percutiet dominus omnes gentes quę pugnauerũt ad- 9
10

a *In die illa erit.* dicunt Iudæi quando Chriſtus in aurea Ieruſalem regnabit non erunt idola, nec diuerſa cultura, ſed vnus dominus: & reuertetur omnis terra ad hoc quod deſeruerat, vt omnes vnum Deum colant: & ponit nomina locorum, à quo loco vſque ad quem locum Ieruſalẽ ſit ædificanda. In qua dicunt circumciſionem exercendã, & legales hoſtias offerendas.

✠ Idacius. Clarus. Pater filius & Spiritusſanctus vnus dicitur, & non diuiſus in tribus, vt ipſe ſacrilega mente adfirmare conaris, ſed in tribus perſonis & nominibus, vna probatur ſubſtantia Deitatis, Zacharia propheta dicẽte, In die illa erit dominus vnus & nomen eius, vnum diẽ hanc quam deſignat futuri eſſe iudicii nemo eſt qui neſciat. Requiro à te quis erit rex, quis dominus vnus, aut quis nomen deitatis ſortitur ex tribus, ſi pater, & ipſe ſolus vnus dicitur Deus? Ab ipſo ergo deitatis vocabulo filius, & Spiritusſanctus alieni, quod abſit à nobis fuiſſe probantur, quia ſcriptum eſt, *erit Dominus vnus, & nomen eius vnum?* Si verò vt res eſt, vnum nomen eſt Trinitatis quid me perſuades credere, quod Prophetas & Apoſtolos non video prędicaſſe.

Allegoricè. Cum dominus Ieſus rex fuerit ſuper omnem terram, tunc erit vnus dominus: de quo ſcribitur: *Scitote quoniam dominus ipſe eſt Deus*, & vnum nomen omnium, praua religione calcata, tunc reuertetur omnis terra in qua habitauerunt Iudæi, vſque ad deſertum, ideſt, vſque ad populum Gentium, qui prius deſertus erat: quia ſine noticia legis. & de colle ad Remmon, ideſt, ad excelſum: quia de terra & de deſerto ad colles, & de collibus vſque ad montana conſurgemus: & idem vſque ad auſtrum, plenæ lucis, & ſic exaltabitur, aſcendendo eccleſia, & habitabit in loco, vbi ſcriptum eſt: *In loto paſcuæ ibi me coll.* & à porta Ben. incipiendo à virtute quam dextra ſignificat, peruenient ad portam priorem, vt per eam ingrediantur ad cæteras. Poſt occurrit porta angu. vbi eſt lapis angularis, qui coniungit duos parietes in vnum. Poſt occurit turris Ananahel, qui dicitur gratiſſimus Dei. De hac turre dicit ſanctus ad dominum: *Factus es ſpes mea, turris for. a fa. in.* qua turre nihil gratius eſt homini de laboribus mundi ad Deum ſuſpiranti. Inde venitur ad torcularia regis, vt imitatores paſſionis Chriſti bibant vinum quod lætificat cor, introducti in cellã vinariam Dei. † Et qui huiuſmodi torcularibus inebriabuntur, habitabunt in cœleſti Ieruſalem, in qua nõ erit anathema, ideſt, maledictio & ſeparatio à Deo, ſed ſecura quies confidentibus in Deo. E

† veluti planicies.

† occiſio.

b *Ieruſalem exaltabitur & habitabitur, &c.* ✠ Remigius. Hæc omnia de extructione Ieruſalem terrenæ Iudæi, & iudaizantes Chiliaſtę à numero mille annorum, quibus ſe putant cum Chriſto ſuo fœliciter regnaturos in fine ſeculi, ſibi repromittunt. Dicunt enim quod cum Chriſtus in Ieruſalem aurea & gemmata regnauerit iam non ſunt futura idola, nec diuerſa cultura, ſed erit dominus vnus, & ipſe ſolus nominabitur: & omnis terra reuertetur in antiquum ſtatum, Ponitque vocabula locorum, a quo loco, vſq; ad quẽ locum ædificanda ſit ipſa Ieruſalem &c. *Et anathema*, inquit, *non erit*, ideſt, nullus metus, nullus hoſtiũ impetus. Ἀνάθεμα Græcũ verbũ eſt, Latinè alienatio Dei dici poteſt. Tractus aũt ſermo eſt à reb. quas homines vota facientes, templo affigebãt, & à ſe alienas faciebat, videlicet ab ἀνατιθένα i. a ſurſum ponendo vel ſuſpendendo. Hæc illi futura ad literã ſuſpicantur: nos ſenſum myſticũ perſcrutamur, & quæ illi de terrena Ieruſalẽ cõfingũt, interpretamur de cęleſti.

c *Et hæc erit pla.* Deſcribit pœnas quas paſſuri ſunt qui contra vrbem Dei pugnabunt, ſtabunt ſuper pedes, & caro eorum tabeſcet & defluet, & oculi eorum putridi de ſuis foraminibus excident & lingua, quæ Dei populum blaſphemabat, intra dentes computreſcet. Arbitrantur Iudæi Gentes quæ Ieruſalem impugnabunt tẽpore Chriſti ſui, talia mala paſſuras. F

Hieron.

Iuxta literam in hiſtorijs legimus hæc mala perſecutoribus Eccleſiæ contigiſſe. Caro Herodis & oculi eius cõtabuerunt linguæ multorum in fœtorem & ſaniem diſſolutę ſunt: prætcrea reſtant eis tormenta in futuro.

Act. 12.

✠ Remigius. Hic perſpicuè oſtendit vana eſſe omnia quæ Iudæi de terrena Ieruſalem opinantur Nam Romani nouiſſimè pugnauerunt contra Ieruſalem, eamq; funditus deleuerunt, nec quicquam tale paſſi ſunt Cęterũm, de perſequutoribus Eccleſiæ intelliguntur, qui omni inſtantia aduerſus eam pugnauerunt, in quibus etiam corporaliter, hæc ſæpiſſimè impleta ſunt.

✠ Tertul. Dolemus q̃ nulla ciuitas impunè latura ſit noſtrum ſanguinis noſtri effuſionem. Sub Hilariano præſide cum de areis ſepulturarũ noſtrarũ adclamaſſent: Areę non ſint: areæ ipſorũ non fuerunt Meſſes. n. ſuas non egerũt. Imbre anni pręteriti apparuit quid cõmeruerit genus humanum.

L. ad Scapulam.

## NICOLAVS DE LYRA.

*1 In die il. *Hominum & angelorum.*

2 Et erit nomen eius. *In præſenti enim nominatur à nobis pluribus nominibus, quia nominamus eum ſicut cognoſcimus. In cognitionem autem Dei deuenimus ex perfectionibus creaturarum, quæ ſunt plures & diſtinctæ, ſed in patria videtur per ſe ipſum immediatè, & ſic nominatur uno ſimplici nomine ab vna ſimplici perfectione.*

3 Et reuer. *Hic conſequenter ponitur tertium, ſcilicet ſtatus Eccleſiæ poſt mortem Antichriſti qui licet præcedat iudicium & beatorum præmium, tamen ponitur hic poſt, quia ſacra ſcriptura non ſemper ſequitur ordinem temporis, ſed frequenter priùs facta ultimo narrantur. Et diuiditur in tres partes: quia primò propheta deſcribit hunc ſtatum. Secundò, reſumit pœnam, Antichriſti. & ſui exercitus: vt addat aliquid q̃ ſuprà non eſt explicatũ, ibi.* Et hæc erit plaga. *Tertiò, redit ad propoſitum. ibi:* Et omnes. *Circa primum dicit:* Et reuertetur omnis terra. *Ideſt, omnes habitantes in terra ad dominum Ieſum Chriſtum mortuo Antichriſto, vt ſupra dictum eſt.*

4 Vſque ad deſertum. *Ideſt, à quacunque loco quantumcunque parum ab hominibus habitato.*

5 Exaltabitur. *Scilicet, ab Eccleſia. quæ fuerat ab Antichriſto & ſuis depreſſa, vt ſupra dictum eſt. Poteſt etiam intelligi de Ieruſalem ad literam, quæ capietur & deprimetur ab Antichriſto, vt prædictum eſt, & poſt mortem eius exaltabitur.*

6 Et habitabitur in loco ſuo. &c. *Quia multi de Ieruſalem captiuabuntur Antichriſtum: & timore eius fugient multi, qui ipſo mortuo reuertentur, ita quod ciuitas in omnibus ſuis partibus habitabitur.*

7 Et anathema. *Ideſt, maledictio.*

8 Non erit amplius. *Qualis fuit tempore Antichriſti.*

9 Sed ſedebit Ieruſalem ſecul. *Quia perſecutio Antichriſti erit vltima.*

10 Et hęc erit pla. &c. *Hic propheta reſumit exercitus Antichriſti exterminium, cum dicitur:* Et hæc erit pla. &c. *ſcilicet Antichriſti & ſui exercitus, qui pugnabunt contra Ieruſalem, vt dictum eſt ſuprà in principio huius capituli.*

*Tabeſcet

uerſus Ieruſalem, Tabeſcet caro vniuſcuiuſq; ſtantis ſuper 1
pedes ſuos, & oculi eius cōtabeſcēt in foraminibus ſuis, & 2 3
a ¶ Cum hæc mir. c la in confuſione hoſtium fuerit t x leta. b ¶ Alias ſtupore n.
a lingua eorum contabeſcet in ore ſuo. In die illa erit † tu- 4
multus domini magnus in eis, & apprehendet vir manum 5
a ¶ Præ formidine malorum pondere quæ ſuperuenient
proximi ſui, & conſeretur manus eius ſup manū proximi
a ¶ Contra metropolim ſuam, de quo ſupra dictum eſt. b ¶ A domino conceſſa victoria.
ſui. Sed & Iudas pugnabit aduerſus Ieruſalem, & congrega- 6
a ¶ Quæ militauerant contra Ieruſalem. b ¶ Hæc in vitiis pretioſiora reputabuntur. 7
buntur diuitiæ omnium Gentiū in circumitu, aurū & ar-
¶ Et.
b gentum, & veſtes multę ſatis. Sic erit ruina equi & muli & 8
a ¶ Populus Iudæorum eſt camelus, qui legem Dei ruminat ſed non findit vngulam, vt credat in patrem & Filium, nec diuidit literam à ſpiritu, & onere legis premitur.
cameli & aſini & omnium iumentorum quæ fuerint in ca
¶ Hominum.
ſtris illis, ſicut ruina hęc. Et oēs qui reliqui fuerint de vni- 9
uerſis Gentibus, quę venerunt contra Ieruſalem, aſcen- 10
a ¶ Per ſingulos annos.
dent ab anno in annum, vt adorent regem dominū exerci 11
c
d tuum, & celebrent feſtiuitatem Tabernaculorum. Et erit: 12
qui non aſcenderint de familijs terræ ad Ieruſalem, vt 13

A humanū. Ignes ſuper mœnia Carthaginis proximè dederunt Priſtina tonitrua ſonauerūt: Poſſumus exitus quorūdā præſidiū tibi proponere, q in fine vitæ ſuæ recordati ſūt delinquiſſe, q vexaſſent Chriſtianos, Vigellius Saturninus q primus hic gladiū ī nos egit lumina amiſit. Claud' Herminianus in Capadocia, ſolus in prætorio ſuo vaſtatus peſte, cùm viuus vermibus ebuliſſet: Nemo ſciat, aiebat ne ſpe gaudeant Chriſtiani. Sed & qui videntur ſibi impunè tuliſſe, venient † in diem diuini iudicij. &c.

† veniunt.

Hieron. Allegorice. Deficientibus malis. ſuccreſcunt bona. Qui ſtant cum Deo: illis defluunt carnalia, oriuntur ſpiritualia.

B Defluentibus oculis qui terrena concupierant, ponuntur alij, quos propheta leuat ad habitantem in cęlis. Putreſcente lingua blaſphema, naſcitur illa quæ tota die meditabitur iuſticiam Dei & laudē.

a *In die illa erit tumultus Domini magnus in eis, &c.* Cuncti qui in Eccleſia fuerint, mirabuntur ſubiectionem hoſtium & ſuam fęlicitatem, & manus mutua fide & neceſſitudine copulabunt., & Iudas qui prius cōfeſſus nomen Dei, & poſtea coactus à perſecutoribus Dei populū eſt perſecutus, & ipſe poſtea vertetur ad læticiam, & congregabit diuitias Gentium aurum ſenſus ſpiritualis, argentum diuinæ eloquentiæ, & veſtes diuerſarum virtutum, quibus induas populum Dei.

C Hæc ſibi infœlix Iudæa promittit: ſperans accipere aurum, quæ dominum triginta argenteis appreciauit.

b *Sic erit ruina equi.* Hæc Iudæi carnaliter implenda contendunt, q per domini victoriam admirabilem, ſicut homines corruerunt, ſic etiam bruta animalia in caſtris ſuperentur.

Iumenta quæ vno nomine comprehendit, pro ſingulorum peccantium natura interpretanda ſunt.

Corruentib. à priori ſtatu, & in meliorem cōſurgentib. qui prius erat equus hinniēs ad vxorē proximi ſui, pbebit mollia terga Chriſto equiti. Qui mulus, i. ſterilis virgo carne, non ſpiritu: conuerſus ad Deū non erit lignū aridū, ſed habebit locū in domo Dei & muris eius. Qui camelus. i. grauibus peccatis depreſſus, meditans legē Dei, Sed qa vngulam non findit negligēs quæ legit, portabit onera Chriſti. Qui aſinus in frenis multos dominos prius ferebat, ſtratus veſtibus apoſtolorum Saluatorem portat in Ieruſalē. D

c *Et celebrent f. Ta.* Hęc quoq; Iudæi mille annorū regno futura promittūt, q debeat celebrari feſtiuitas Tabernaculorum in memoriā beneficiorum Dei, quæ facta patribus eorū ſunt habitantibus in Tabernaculis in deſerto. Qui eſt in profectu & certamine, habitat in Tabernaculo, tanquam aduena & peregrinus: ſed ſubmerſo Pharaone perueniet in terram promiſſionis, hic debet celebrare ſolennitatem Tabernaculorum, vt de Tabernaculo ad atria Dei, & de atrijs ad domum, & à domo ad templum feſtinet. E

* Remig. Feſtiuitas tabernaculorū agebatur mēſe ſeptimo, decimoquinto die menſis; in memoriā illius temporis quando in deſerto, ubi non erant domus, in tabernaculis hoſpitabantur per ſeptuaginta annos. Et nos myſticè quamdiu ſumus in certamine, & nouimus nos eſſe peregrinos, & hoſpites ſuper terram, habitamus in tabernaculis, confitentes quia non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus, & ad eum toto deſiderio ſuſpiramus, dicentes cum Pſalmiſta. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, &c.*

d *Et erit qui non aſcen.* Ieruſalem, ideſt, Eccleſia, non eſt in locis humilibus, ſed in monte ſita, vt vndecunque poſſit videri, qui ergo vult adorare dominum aſcendat ad montana. Qui verò de familijs terræ eſt, ideſt, aliqua occupatione terrenæ vitæ depreſſus, & ideò Deum non poteſt adorare in montibus, terra illius non irrigatur celi imbribus.

* Remig. De Ieruſalem cęleſti ait Apoſtolus, *Illa quę ſurſum eſt Ieruſalem mater noſtra, libera eſt.* Ad hanc quicunque vult venire, neceſſe eſt aſcendere de virtute in uirtutē: eſt enim ciuitas ſuprà montem poſita. Qui nō ſunt huius ciues quales ſunt Iudæi & hæretici iſti non aſcendunt; & idcircò non venit ſuper eos imber pdicationis apoſtolicę; de qua dictū eſt; *Nubibus mandabo ne pluant ſuper eos imbrem.*

☞ *Quod*

## NICOLAVS DE LYRA.

*1 Tabeſcet caro vniuſcuiuſq; *i. deficiet peſtilentia & morte.*

2 Et oculi eius contabeſcent. *Deficiente virtute viſiua.*

3 In fora. *in locis ſuis, quæ ſunt quædam foramina in capite.*

4 In die illa erit. *immiſſus à domino & quis ille ſit, ſubditur.*

5 Et apprehendet vir ma. proxi. ſui, *quia mutuis gladijs ſe interficient quantum ad aliquam partem illius exercitus, ſicut de Philiſtæis turbatis dicitur 1. Re. 14.*

6 Sed & Iudas &c. *Exponatur, vt ſuprà 12. cap.*

7 Et congrega. &c. *ſcilicet Ieruſalem ibi enim apportabuntur diuitiæ quas alibi rapiet Antichriſtus & eius exercitus: & ibi erit vitæ ſuæ terminus, vt dictum eſt.*

8 Sic erit ruina. *Quia animalia exercitus Antichriſti percutientur peſtilentia. ſicut & homines & iſta duo non fuerunt ſuperius explicata.*

9 Et omnes. *Hic prophetę reſumit propoſitum. ſ. ſtatum Eccleſiæ poſt Antichriſtum, quando omnes generaliter conuertentur ad Chriſtum, vt ſuprà dictum eſt: & ideo dicitur: Et omnes quia aliqui venient cum Antichriſto magis coacti quam voluntarie: & iſti conuertentur ad Chriſtum viſa aliorum morte, ideo ſubditur.*

10 Et aſcendent ab an. *Ideſt, in ſingularis annis, diebus ſolennis ad hoc ſtatutis ab eccleſia.*

11 Vt adorent regem. *Ideſt, Chriſtum, qui eſt rex non ſolum hominum, ſed etiam angelorum.*

12 Et celebrent feſtiui. Tabernaculorū. *Non accipitur hic feſtum Tabernaculorum prout Iudæi celebrabant, quia cultus ille ceſſauit à tempore publicationis Euangelij, ex tunc enim ille cultus fuit mortiferus: & eſt in cultum ſpiritualem mutatus: Illa autem feſtiuitas Tabernaculorum fiebat in lege in memoriam quod filij Iſrael in deſerto habitauerunt in tabernaculis: & ſic procedendo intrauerunt terram promiſſionis, & figurabatur per hoc futurum tempore nouę legis, quòd fideles procedendo de virtute in virtutem tempore peregrinationis huius vitę intrarent terram viuentium aperta ianua per Chriſtū, et hoc modo celebrant boni Chriſtiani per hunc mundum trāſeuntes tanquam peregrini, vt deueniant ad patriam paradiſi, & magis celebrabitur poſt mortem Antichriſti omnibus Gentibus ad fidē Chriſti conuerſis, poteſt etiam dici quod ſicut Chriſtiani celebrant feſtum paſchę & pentecoſtes alio tamen modo quam Iudęi, ſic etiā feſtum Tabernaculorum celebrando, officium & ieiunia quatuor tēporum in ſeptembri: in quo menſe à Iudęis celebrabatur feſtum Tabernaculorum 15. die menſis. Et iſta obſeruatio Chriſtianorum magis vigebit poſt mortem Antichriſti. ſicut & alię obſeruantię nouę legis, vt dictum eſt.*

13 Et erit qui non aſcen de familiis ter. *patet quod non loquitur hic de Ieruſalem hiſtoricè, ſed metaphoricè, inquantum per Ieruſalem ſignificatur militans Eccleſia, ſicut dictum fuit diffuſe Iſa. 2. Non enim poterunt conuenire omnes familię terræ in ciuitate Ieruſalem hiſtoricè quia de omnibus partibus mundi non poſſent ſic ſingulis annis conuenire, nec etiam ibi capi, propter quod quendam glo. Hebraica ſuper illud capitulum dicit: quod ciuitas in aduentu Meſſię dilatabitur vſque ad fines terrę. Quod non poteſt intelligi de aliqua ciuitate materiali, ſed iam eſt adimpletum, quia Eccleſia nomine Ieruſalem eſt ſignificata. & vſque ad fines terrę eſt dilatata: quia in omnibus terrę partibus ſunt aliqui Chriſtiani, & magis implebitur mortuo Antichriſto, quia tunc oēs veniunt ad fidē Chriſti.*

*Non

adorent regē dominū exercituū, non erit ſuper eos imber. 1
a Quod etſi familia Ægypti non aſcenderit, & non venerit, 2
nec ſuper eos erit. Sed erit ruina qua percutiet dn̄s omnes 3
Gentes quę non aſcenderint ad celebrandam feſtiuitatem
tabernaculorū. † Hoc erit peccatum Aegypti, & hoc pec- 4
catum omniū Gētium quę non aſcenderint ad celebran-
b dam feſtiuitatem Tabernaculorum, In die illa erit † ꝙ ſu- 5
per frenum equi eſt ſanctum domino, & erunt lebetes in 6
domo domini quaſi † phialæ coram altari. Et erit omnis 7
lebes in Ieruſalem & in Iuda ſanctificatus domino exerci- 8
tuum. Et venient omnes immolantes, & ſument ex eis, & 9
c coquent in eis. Et non erit † mercator vltrà in domo do- 10
mini exercituum in die illa.

*Finit Zacharias Propheta.*

a ¶ Dominicæ benedictionis

a ¶ Imber. b ¶ Reputabitur.

¶ Reputabitur.

a ¶ Aurum & argentum quo frenum ſolet ornari. b ¶ Mentes prius ſacrificia legalia carnaliter affectantes, pro ꝑ ulentia carnium guſtabunt flores virtutum, & ita conſecrabuntur domino in viſione pacis & confeſſione veritatis.

¶ Lebetibus.

a *Quod etſi familia.* Hæc omnia Iudęi carnaliter ſperant futura, circunciſionem ſibi & coniugia in mille annorū imperio promittentes, ne impleatur in illis maledictio ſterilibus quæ per legem indicitur. Quandiu aliquis permanet Aegyptius vel Ethnicus, non poteſt ſubrigere gradum ad excelſa, ideò caret imbre Dei: & hoc peccatū erit maximum Aegyptio & Aſſyrio, Chaldæo, Syro, Moabitæ, & cęteris Gentibus, ſi noluerint exire de terris ſuis vt deſiſtant eſſe homines, & effecti Iſraelitę in quib. dolus nō eſt, aſcendant in Ieruſalem vt per tabernacula veniant ad domum æternam.

b *In die illa, &c.* Iuxta literam tempore perpetuę ſolennitatis & regni Ieruſalem pacatis omnibus non erit opus equitatui, ſed omnis ornatus & decor phalerarū ad cultū Dei eſt cōferendus, & multis vndique confluentibus ad ſacrificia aſſiduè erunt lebetes in cultu ſacrificiorum: ſicut phialæ ſolēt aſſiduè lucere coram altari, nec erit aliquis lebes ad alium vſum dedicatus.

* Remig. Quod in libello exaltationis ſanctæ crucis legitur, hoc tunc impletum fuiſſe, quando Helena Auguſta mater Conſtantini imperatoris clauos Dominicæ crucis iuſſit fieri ſalutares in freno equi regis, beatus Hieronymus pro quodam affectu ſed ridiculo dicit cōfictum eſſe.

Cum lebetes fuerint verſi in phialis, tunc qui relicti fuerint de vniuerſis Gentib. carnes coquent victimarum, ne crudā comedant carnē, ſed oīs humor excoquatur, nec erit neceſſarius mercator qui de loco ad locū merces deferat. Per equos inſania libidinis intelligitur: ꝑ frenos ſermo Dei, auro ſapiētię argento eloquij cōpoſitus. Hoc freno retinetur libidinoſus, ne in ꝑceps corruat: ſed recto itinere ꝑgens, mollia terga domino ad ſedendū ꝑbeat, & cultui illius pronè ſit conſecratus, et lebetes in qbus coquebanī carnes ſacrificiorū vertuntur in phialas, quia illi q carnaliter intelligebant de ſacrificijs legalibus verſi in ſpiritualem intelligentiā, fiunt lampades ardētes & lucentes in domo Dei.

E

† frontale equi

E

Cum mentes credentium erunt verſæ in ſpirituales phialas ad ſuſcipienda diuerſa aromata virtutum tūc immolātes Deo ſacrificiū laudis, coquēt illud igne Spiritusſancti, nec erit in domo orationis mercator, quia dominus de Eccleſia ſua ementes & vendentes eiecit, &c. Apoc. 4. b.

c *Et non erit mercator, &c.* * Ruper. Nomine mercatoris grauiter denotandū ſe eſſe nouerit à Spiritusſancto, quiſquis in domo Domini, i. in propoſito ſpirituali propriū quid poſſidere præſumpſerit, & delectari huic vitio nequiſſimo: *Non erit*, i. eſſe non debebit vltra talis mercator in domo Domini ne fortè pœnam quam Ananias & Saphira in corpore pertulerunt, ipſe in anima patiatur. Matt. 21. b.

☞ CAP.

F

Act. 5.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nō erit ſup eos imber. *Scilicet diuinæ gratiæ & Euāgelicæ doctrinæ eo modo loquendi quo dicit Deute. 32. a.* Cōcreſcat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquiū meum, quaſi imber ſuper terrā, &c. 2 Quod etſi fa. *Ideſt Gentiles, quia per Aegyptios intelliguntur etiam alij.* 3 Sed erit. *Scilicet, imbris prædicti carentia & per Aegyptios intelligantur Gentiles ſubditur.*

4 Hoc erit peccatū. Aegypti, & hoc peccatū. Gēti. *Quaſi dicat, Hoc quod dicta eſt de Aegypto, extenditur ad alias Gentes.*

5 In die illa, &c. *Quod exponit gloſſa quia mortuo Antichriſto tanta erit pax, quòd non erit neceſſarius vſus armorum & equorū & ideo aurū & argentū ꝙ ante ponebatur in frenis, offeretur ad cultū diuinum, q valde augmentabitur mortuo Antichriſto, vt dictū eſt.*

6 Et erunt lebetes in domo do. *i. vaſa ad diuinum cultum apta, vt calices & huiuſmodi, qui hic vocantur lebetes, quia hic propheta metaphoricè loquens exprimit cultum noui teſtamenti per ea quæ erant in cultu veteris teſtamenti, vt dictum eſt de feſto Tabernaculorum Ieruſalem: Et ad hoc deſignandum ſubditur.*

7 Quaſi phialæ corā. *Phialæ ſunt vaſa ad vini poculum apta. Amos. 5. b.* Bibentes in phialis vinum.

8 Et veniēt omnes. *immolantes. ſacrificium nouæ legis, ꝙ eſt eucharistia.*

9 Et coquent in eis. *i. hoc ſacrificium offerent in ardore charitatis, qui tunc vigebit in Chriſtianis, & eſt hic metaphorica locutio, ſicut & ſupra.*

10 Et non erit. *Quia viciū ſimoniæ totaliter ceſſabit in Eccleſia. Sciendū autē, quod expoſitores noſtri communiter tres vltimas partes huius ca. exponūt aliter. Ab illo enim loco:* Et reuertet omnis terra &c. *vſque ibi:* Sed ſedebit Ieruſalē ſecura: *incluſiuè exponunt de præmio beatorū poſt iudicium, coniungendo literæ præcedēti. Et quod ſubditur:* Et hæc erit plaga, *vſq; ad illū locū incluſiuè,* Sicut ruina. *Exponunt de ſupplicio reproborū. Et quod ſubditur:* Et omnes qui reliqui fuerint, &c. *vſque ad finē cap. exponunt de profectu Eccleſiæ poſt mortē Chriſti, ita quod illud quod dicitur:* In die illa erit quod ſuper frenū equi eſt, ſanctū domino, *exponūt de tempore Conſtantini, in quo multū fuit dilatata eccleſia: in cuius freno, mater eius Helena dicitur feciſſe vnum de clauis Chriſti, & aliū in eius galea, vt ſic eſſet ſecurus inter præliorū pericula. Iſtas expoſitiones nō proſequor in particulari, quia in gloſſis & aliorum poſtillis poſſunt à quolibet videri: videtur tamē mihi ſaluo meliori iudicio, quod expoſitiō quam poſui ſuper iſtas tres partes, magis literæ iſtarum partium conſonat, & etiam præcedenti.*

## ADDITIO.

In cap. 14. *vbi dicitur in Poſtilla,* Et ſcindet mons Oliuarū, *Prout litera ſonat planè: Sciſſura mōtis Oliueti in quatuor partes eſt intelligenda. Dicit. n.* Scindet mōs oliuarū ex media parte ſui ad orientē & ad occidētē. *Et ſic in hac prima ſciſſura, media pars mōtis Olieueti erit Orietalis & media pars Occidētalis. Nō. n. dixit ab Oriente in occidētē, ſed ad Orientem & ad Occidētē, & ſequitur:* Separabit montis mediū ad Aquilonē & mediū eius ad Meridiē. *Ex quo habetur alia ſciſſura, ſecundū quā media pars mōtis erit Aquilonaris, & media Meridionalis, & ſic patet manifeſtè, ꝙ hæc diuiſio fiet in quatuor partes ad modū crucis Ra. Sa. verò fugit hanc planā expoſitionē, ne intelligatur mons Oliueti in forma crucis ſcindi: fugit enim ſignum crucis: ſicut & diabolus pater eius.*

## ADDITIO II.

In eodem cap. *vbi dicitur in Poſtilla. Poteſt etiā dici, ꝙ ſicut Chriſtiani celebrant feſta Paſchæ.*

*Quidam expoſitores Hebræorū dicūt, quod bellū de quo hic loquitur, erit, tēpore feſti Tabernaculorū: & propter hoc illud feſtū celebrabit poſtea cū multo maiori ſolēnitate q̄ antea: & hoc poteſt applicari ad propoſitū noſtrū, quia ſi iſta miracula fiēt tēpore huius feſti. fideles remanētes inter tēpus huius belli, & diē iudicij. rationabiliter debēt ſtatuere quod fiat illud feſtū de nouo celeberrimū, ſic quòd omnes teneātur ad eccleſiam venire quæ eſt Ieruſalē ſpiritualis, &c.*

Repl. In cap. 14. *vbi dicitur:* Et ſcindet mōs Oliuarum, *vbi Poſtillator allegat quoſdam qui exponūt de ſciſſura mōtis in quatuor partes per modum crucis. Allegat etiā Ra. Sa. qui dicit ſciſſuram ſolum fieri ab Oriente in Occidentē. Cum videtur litera conſonare, vt patet in poſtil. Sed Bur. motus contra Ra. Sa. dicit eū fugere planam expoſitionem, quia fugit ſignum crucis ſicut & diabolus pater eius. Sed tamen intentioni Burg. videtur obuiare fuga de qua dicitur in litera, quia crucis myſterium quod ad literam putat Burg. deſcribere, non eſt materia fugæ ſed refugij.*

A

*Incipit prologus in Malachiam prophetam.*

† Leu. 21. d. & 22. a.

DEus per Moyſen populo Iſrael præceperat ſacerdotes tabernaculi ſui omni corporali vicio liberos, hoſtias omni vicio vacuas ſibi offerre. Quibus legem ſuam ad regendum populum ob hoc dederat, vt per ſacrificiorum oblationem internuncij Dei & hominum facti, populum præceptis cęleſtibus facerent obedire. † Vnde ſacerdotes angelos Dei eſſe, hoc in loco ſcriptura teſtatur Sed quia tanti muneris gratiam contemnentes, ſupradictus populus ac ſacerdotes ſacrificia vicio deturpata: ipſi criminibus atq; impietatibus maculati Deo offerre cęperunt Ideò per Malachiam prophetã Deus populum ſuum Iſrael increpãs ait. † Dilexi vos dicit dominus. Et dixiſtis: In quo dilexiſti nos? Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit dominus: & dilexi Iacob, Eſau autem odio habui. Eſau autem fratrem Iacob non iniqua aut ſpontanea voluntate odio habitũ à Deo, vel ſine meriti gratia Iacob dilectum manifeſtum eſt: cum ſecundum præſcientiam ſuam Eſau quidem effuſionem fraterni ſanguinis concupiſcere, Iacob autem ſui cognitione obſeruandam legem deſiderare cognoſceret. Cuius rei gratia, ſupra dicto vſus eſt exemplo, dicens. Dilexi Iacob, Eſau autem odio habui. Quamuis ex operibus memoratorum quorum liber Geneſeos meminit, in quo vnuſquiſque eorum futurus erat propoſito manifeſtè conſtet, vt ſcriptum eſt. Creuerunt pueri, & erat Eſau homo agreſtis, ſciens uenari: Iacob autem homo ſimplex manens in Tabernaculo. Nam reliqua quæ lectione comprehenſa ſunt præuaricationem populi Iſrael in obſeruandis ſacrificijs Dei increpationem quę in eundem (quod Deos alienos coluerit) ſignificant.

†infra. 8. 2. 5

† infra 1. a.

B

D

C

*Incipit argumentum.*

E

MAlachias apertè, & in fine omnium prophetarum dicit de abiectione Iſrael, & vocatione Gentium. Non eſt mihi, ait, voluntas in vobis, dicit dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in Gentibus & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

CAP. I.

Hieron. procemio ad Mineriũ & Alex. Remig. Ruper. Strabus. Matt. 11. b.

a ONus verbi. Malachi interpretatur angelus meus, vnde Origenes eum angelum fuiſſe putat, ſecundum quod de Ioanne dicitur. *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam:* quod nos omnino non recipimus, vt angelus de cœlo veniens aſſumpſerit corpus humanum, vt Iſraeli q̃ à domino mandata ſunt loqueretur. Dicunt vero Hebræi hunc fuiſſe Eſdram ſacerdotem & poſt Aggæum & Zachariam propheraſſe: & ideo non habere titulum quia liber Eſdræ dicit ipſum. Eſd ram & alios ſecum aſcendiſſe de Babylone anno 7. Artaxerxis regis Perſarum. Et ideo putant ipſum Eſdram (q & Malachias) ſub Artaxerxe hãc prophetiã cõtexuiſſe.

C

✠ Aug. Propheta Malachiel ſiue Malachias, qui & angelus dictus eſt, qui etiam Eſdras ſacerdos, cuius alia in canonem ſcripta recepta ſunt, ab aliquibus creditur, nã de illo hanc eſſe Hebræorum opinionem dicit Hieronymus.

L. 20. de ciu. c. 5.

✠ Dorotheus Martyr. Hic Malachias poſt reditum populi è Babylone naſcitur in Supha, & cum adhuc adoleſcens eſſet, vel alimoniam nutricem habuit admirabilẽ, & vitam honeſtam. Et quoniam vniuerſus eum populus velut ſanctum ac manſuetum venerabatur, vocarunt eũ Malachiam, quod idem eſt, atque angelus. Erat enim & ſpecie corporis eleganti, imò quæcunque in prophetia dixit eo ipſe die ſecundo viſus eſt Angelus domini, ſicut factũ eſt in dieb. quib. nullus erat princeps, vt ſcriptũ eſt in libro Iudicum Mortuus eſt autem cum adhuc adoleſcẽs eſſet, & appoſitus patribus in agro ipſius. Eadẽ habet Epiphanius libello de prophetarum vita & interitu.

In ſynopſi

*Incipit Malachias Propheta.*

CAPVT I.

¶ Alij ſic, Onus verbi domini ad Iſrael in manu Malachiæ prophetæ
a ¶ Iudam & Beniamin ad quos ſolebat fieri ſermo & viſio Dei.

a ONus verbi domini ad Iſrael in manu Malachiæ 1
a ¶ Dum bonis à malis amorem remoui. b ¶ Temeritate qua peccant obliti beneficiorum Dei reſpondent. 2
3
prophetæ. Dilexi vos dicit dominus. Et dixiſtis: 4

R. Ioathan. Onus verbi Domini ſuper Iſrael, in manu Malachi, cuius nomen vocatur Ezra Scriba.

Malachias Latinè interpretatur angelus, ideſt, nuncius. Quidquid enim dicebat, quaſi à domino eſſet mandatum ita credebatur, & ita nomen eius ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt, dicentes: Aſſumptio verbi domini ſuper Iſrael in manu angeli eius. Prophetauit autem nouiſſimus in Babylone, quando & Aggæus.

Sciendum quod abducto Iſrael, ideſt, decem tribubus in captiuitate, indifferenter priſtino nomine & duę trib. (ideſt, Iudas & Beniamin) appellantur Iſrael.

Hic prophetatur graue pondus, quod Iudas pro peccatis portare compellitur, vt grauiora peccata deponat, vt ſentiat per tormenta quem non ſenſerat per beneficia: & ne pęna videatur in ſuos iniuſta ſubijcit dominus. *Dilexi vos.* & ex dilectione corripio vos.

b *Ad Iſrael in manu.* Quia pondus appellat, graue quidem ſignificat. Sed quia ſubditur, ad Iſrael, ideſt, ad emendationem

*Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Malachiam prophetam incipit.*

CAP. I.

Diuiſio.

✠ ONus ver. *Hic incipit prophetia Malachiæ. Et diuiditur in duas partes, ſcilicet in procemium & tractatum. Tractatus incipit ibi:* Dilexi vos, &c. *In prima parte deſcribitur impoſitio officij prophetandi ipſi Malachiæ, cùm dicitur.*

1 Onus ver. *Ideſt, officium denunciandi verbum diuinum, Officium enim alicui impoſitum dicitur onus eius ſecundum communem modum loquendi quo frequenter vtuntur prophetæ. Secundò oſtenditur cui verbum domini ſit denunciandum, cùm dicitur.*

2 Ad Iſrael. *Poſt reditum enim captiuitatis Babylonicæ quo tempore prophetauit Malachias, populus rediens nomen Iſrael obtinuit quia captiuitas decẽ tribuum non redit. Tertiò notificatur propheta, ex nomine, cùm dicitur.*

3 In manu Ma. *Ideſt, per ipſum Malachiam. Malachias autem interpretatur angelus domini. Ex hoc autem dixerunt, aliqui quòd fuit angelus in corpore aſſumpto, alij verò, quòd fuit Eſdras ſcriba: Sed iſti non habent autoritatem ex ſcriptura, ideò eadem facilitate contemnuntur, quia probantur.*

4 Dilexi vos dicit dominus. *Hic incipit tractatus. Circa quod ſciendum, quod principalis intentio prophetarum fuit denunciare Chriſti aduentũ, vt diffuſius dictũ fuit in principio Ieremiæ: & ideo* ✠ *Malachias*

†

*MORALITER.*

1 *Onus verbi domini ad Iſrael.* Sequitur.

† *Nonne*

A tionem illius populi, in altero aperte inimicitiarum cō feſſio eſt, in altero conſolationis pars & amicitiæ. In manu, id eſt, operibus. In quorum enim manibus eſt iniquitas, & quorum manus plenæ ſunt ſanguine, in his non fit ſermo Dei, ſed in his qui lauant manus inter innocē- tes, unde dicitur: *Sermo Dei factus eſt in manu Aggei vel Ieremię*, vt cętera taceā. Et quod de Babylonica captiuitate nũ ꝑ reduxi, tractabo nũc quæ operatus ſum in vobis ab ipſis cunabulis. Ante quam Rebecca Eſau & Iacob peperiſſet. In Iacob nos dilexi, in Eſau Idumæos odio habui. Nec ſolum dilexi Iacob, & Eſau odio habui antequā naſcerentur, ſed in poſteros corũ amorē, B & odium reſeruaui. Quia montes Eſau qui dicuntur Seir redegi in ſolitudinem, & urbes deſertas a ſerpentibus & beſtiis obtinere feci.

a *Dilexi Iacob, Eſau autem odio habui, &c.* + Auguſtin. Ambo gemini, natura filii iræ naſcebantur, nullis quidē operibus propriis, ſed originaliter ex Adam uinculo damnationis obſtricti. Sed qui dixit, Miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſericors fuero, Iacob dilexit per miſericordiam gratuitam, Eſau autem odio habuit per iudicium debitum. Quod cum deberetur ambobus, in altero alter agnouit non de ſuis diſtantibus meritis ſibi eſſe gloriandum. quod in eadem cauſa idem ſupplicium non incurrit, ſed de diuinæ gratiæ largitate quia *Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*. Legatur rurſum idem Auguſt. tom. 4. lib. 1. ad Simplicianum, quæſtione ſecunda.

Dilectio & odium Dei vel ex præſcientia naſcitur futurorū, vel ex operibus, alioq diligit Deus cũcta ꝙ creauit, ſed eos propriè diligit, qui viciorum ſunt hoſtes, & illos odit qui vicia amant, & deſtructa a Deo reædificare laborant. D

Iudæi falſo ſibi blandiuntur, per Edom Romanos, per Iſrael ſe prophetari, ꝙ in cōſummatione ſæculi deſtructo Romano imperio, id eſt, Idumęo, regnum orbis ueniat ad Iudæos.

In quo dilexiſti nos? Nõne frater erat Eſau Iacob dicit dñs 1
a † & dilexi Iacob, Eſau autem odio habui? Et poſui † mon 2
tes eius in ſolitudinem, & hæreditatem eius in dracones 3 4
deſerti. † Quod ſi dixerit Idumæa, † d[a]eſtructi ſumus, 5 6

a Quidem. b Rurſum. c Ciuitates. d Domino prædicente, ſciatis quod iram meam æterna eorum uaſtitas approbabit. a Ad iram Dei.

ſ[a]ed reuertentes ædifica[b]bimus quæ d[c]eſtructa ſunt, hæ[d]c di 7 8
cit dñs exercituum: Iſti ædificabunt, & ego deſtruam. Et 9 10

a Odio meo rebus in Eſau oſtenſo, amorem in uos, i. in Iacob factis approbabo, quia illis deſtructis uidebunt oculi ueſtri, & ex comparatione malorum quæ frater ueſter patitur, Dei in uobis beneficia ſentietis.

vocabuntur termini impietatis, & populu[a]s † cui iratus eſt 11 12
dominus vſq; in æternum. Et oculi veſtri videbũt, & vos 13 14
b dicetis, Magnificetur dñs ſuper terminum Iſrael. Filius 15

Alleg. Iſrael, vir, vel ſenſus cernens Deum, vel directus cum Deo. A Deo diligitur, qui uult dilectionis Dei in ſe ſcire rationē. Cui reſpondet Deus Eſau, id eſt, uicia, & Iacob, id eſt, uirtutes ex uno cordis fonte procedere, quia ex libertate arbitrii in utramq. partem ut uolumus declinamus, ſed priora naſcuntur uicia per infantiam & pueritiam & iuuentutem, quę poſt ſequens ętas corripit & ſupplantat. Maior frater hiſpidus, ſanguinarius, venatione ſyluis & beſtiis delectatur. Minor. n. ſimplex innocenter habitat domũ. Deus fines Idumęæ, id eſt, terrenæ mentis & ſanguineæ redigit in ſolitudinem, & nihil de terra ſinit creſcere & eſſe perpetuum. Quod ſi impudens malicia quæ ſunt Dei ſermone deſtructa, rurſus ædificare velit Deus inſtaurata a viciis deſtruit, & terminis hoſtium ſubuerſis, tunc videt oculus Iſraelis & ſancti qui dicunt: *Magnificetur dominus in terminis eorum*: qui Deũ mente cōſpiciunt. E

Ipſis.

† pauperes facti ſumus.

† quem deteſtatus eſt.

b *Filius honorat pat.* Loquitur ad eos qui reuerſi de Babylone, nondum ædificato tēplo, nec extructa ciuitate permanebāt in priſtinis peccatis, Deum nec amore, nec timore uenerantes. Vult autem primum Deus, ut filii eius ſimus, & bonum uoluntate faciamus. quod conſequi uolumus, Si. n. hoc uolumus, ſaltē ut ſeruo nos habeat, & a malis ꝑ tormētorum formidinē recedamus. Per

Mich. 5. b Dei filii ipſi ſe- ruſque quõ efficiatur.

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Malachias primo arguit multiplex peccatum populi. Secundo denunciat aduentum Chriſti. cap. 3. Et quia pænitentia de peccatis eſt diſpoſitio ad receptionem redemptoris, ſecũdum quod dicitur Matth. 3. a.* Penitentiam agite appropinquauit enim regnum cælorum. *Ideo prima diuiditur in duas partes, quia primo propheta arguit ſacerdotes & populum coniunctim. Secundo magis diuiſim, ibi.* Filius. *Igitur primo arguit omnes ſimul de ingratitudine, in perſona Dei di.* Dilexi vos. *Et hec ingratitudo patet ex reſponſione populi, cum dicitur.*

1 In quo dilexiſti nos? *Quaſi dicant: Non apparet erga nos tua dilectio ſpecialis præ cæteris. Sed hæc reſponſio tanquam falſa excluditur, cum ſubditur in perſona Dei.*

2 Nonne frater, &c. *Quaſi dicat, Sic: quia fuerunt filii eiuſdem patris & matris, vt patet Geneſis 25. f.*

3 Et dilexi Ia. *Dando ei benedictionem paternam, & hæreditatis promiſſionē, quæ tamē annexæ erāt tunc tēporis primogeniturę.*

4 Eſau autem. *Denegando iſta ſibi cum tamen eſſet primogenitus, vt patet Gen. 25. & 27. Hec autem dilectio Iacob & odium Eſau, fuerant ſigna electionis & reprobationis ęternæ. Et ſic allegat apoſtolus Rom. 9. Et in hoc apparet dilectio Dei ſpecialis ad populum Iſrael, qui deſcēdit a Iacob, & alio nomine dictus eſt Iſrael, Gene. 32. Secundo oſtenditur ſpecialis dilectio ad Iſrael, & odium ad populum deſcendentem ab Eſau per effectum.* F

5 Et poſui montes eius. *i. terram Eſau montuoſam.*

6 In ſolitudinem. *Per Nabuchodonoſor regem.*

7 Et hęreditatem eius, &c. *Talia enim animalia ſolent habitare in terra deſerta & etiam in ruinis ædificiorum.*

8 Quod ſi dix. Idu. *i. populus Idumeæ.* Diuiſio.

9 Deſtructi ſumus, &c. *Terram noſtram melius quam Iudęi reuerſi ędificauerũt ſuam. Hoc excluditur cũ ſubdit in perſona Dei.*

10 Iſti ædifica. & ego deſtruam, & vocabuntur termini impietatis. *i. terra in qua viguit impietas: propter quam iratus eſt dominus contra terram & populum in ea habitantem.*

11 Et oculi veſtri. *O Iudæi.*

12 Videbunt. *Vindictam meam in Idumæis, qui ſemper fuerũt vobis moleſti.*

13 Et vos dicetis magnificetur dominus. *i. appareat magnitudo eius.*

14 Super terminum Iſrael. *i. ſuper terram Iſrael, ipſam & habitatores eius ab hoſtibus protegendo, & in bonis multiplicādo.*

15 Filius. &c. *Hic conſequēter arguit ſacerdotes & populum diuiſim, & primo de peccatis in Deũ, ſecundo in proximũ. c. ſequenti.*

✠ *Prima*

*M O R A L I T E R.*

1 *Nonne frater erat Eſau Iacob, &c.* Per Eſau qui vanus interpretatur, homo vaneglorioſus, & virtutibus vacuus ſignificatur, Iob 11. c. *Vir vanus in ſuperbiam erigitur &c.* Per Iacob qui interpretatur ſupplantator, intelligitur vir virtutis, qui ſenſualitatem ponit ſub planta rationis. Primũ Deus odit, & ſecundum diligit, Iac. 4. b. *Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam.* Dicuntur tamen fratres quantum ad naturam, nam vterque eſt ad Dei imaginē. Propter qđ natura eſt diligenda, ſed vicia deteſtanda.

5 *Et poſui montes eius in ſolitudinem.* Conatus ſuæ ſuperbiæ fruſtrando.

7 *Et hæreditatem eius in dracones.* i. in dæmones, cum quibus ſuperbus ęternaliter damnabitur.

8 *Quod ſi dixerit Idumęa &c.* Hic ponitur ſi pro quia qa ſuperbus deiectus nititur reſurgere, & contra ſtimulum calcitrare.

† *Et vocabuntur termini eius impietatis, & populus cui. &c.* Nam ſitis ſuperbię eſt iniquitas.

15 *Filius honorat pa. &c.* Licet omnes Chriſtiani ſint Dei filii per baptiſmum, tamē ſacerdotes dicuntur eius filii ſpeciales propter ꝙ debēt prę cæteris Deum patrē honorare, & frequēter præ cæteris eũ in horis orāt: ideo ſubdit.

a ¶Quamuis priuſquam naſceremini,in Iacob ſicut filios vos amare cœpi,tamē eligite quo vocabulo me nominetis,an pater veſter ſim,an dominus.Si pater veſter ſum,offerte honorem & pietatem. Si dominus, ne contemnatis,ſed timete. 1

honorat patrem,& ſeruus dominū ſuū. Si ergo pater ego 2
ſum,vbi eſt honor meus,& ſi dominus ego ſum,vbi eſt ti 3 4
a mor me⁹,dicit dominus exercituū?† Ad vos ò ſacerdotes 5

¶Sermo dirigitur. ¶Qui paſſi ſeruitutem debueratis ad Deum tota mente conuerti,& nunc contemnitis,& eum quem occulta non fallunt, ſuſcitamini quaſi ignarum, vt vultus conſcientiæ impudenter diſſimuletis,vultis autem ſcire in quo deſpexiſtis:Offertis ſuper al. meū pa pol. 6

qui deſpiciſtis nomē meū,& dixiſtis, in quo deſpeximus

a ¶Propoſitionis. 7

nomen tuū?Offertis ſuper altare meum panem pollutum 8

¶Polluites. ¶Opere. 9

b Et dicitis:In quo polluimus te? In eo ꝙ dicitis,menſa dñi 10 †

¶O miniſtri altaris.

c † deſpecta eſt.Si offeratis cęcū ad immolandū,nōne malū 11

a ¶Quacunque debilitate confectum.

eſt?† Et ſi offeratis claudū & languidū,nonne malū eſt?Of 12 13

a ¶Potius reſpueret,& ſibi factam iniuriam putaret.& offers Deo quod non auderes homini offerre.

fer illud duci tuo,ſi placuerit ei,aut ſi ſuſceperit faciē tuā

A Per hoſpitium adoptionis efficitur homo filius Dei per ſpūm ſeruitutis in timore fit Dei ſeruus. Filius honorat patrem,ſicut ſcriptū eſt: *Sic luceat lux veſtra coram hominib.vt videant opera veſtra bona & glorificent patrē veſtrū,q in cælis eſt.* (Matth.5.b) Seruus ēt honorat dominū non eadem charitate qua filius.Sed Deus ſciens differentiam ſerui & filii, a filio gloriā,a ſeruo timorem qui eſt initium ſapientiæ expetit, vt de timore ſerui ad gloriam filii tranſeamus.

* Clemens Rom. Ter in die orate, præparantes voſipſos, vt ſitis adoptione filiorum patris, ne ſi indignè vos illum patrem vocetis exprobretur vobis id, quod Iſrael filius primogenitus audiuit.Si ſum pater vbi eſt gloria mea? Et ſi ſum dominus, vbi eſt timor meus?Gloria enim patrum eſt filiorum ſanctitas,& honor dominorum, timor ſeruorum,quemadmodum quod eſt horum contrariū,ignominia eſt,& domini expulſio *Propter vos*, inquit, *nomen meum blaſphematur inter gentes*. (li.7.conſt. Apoſt.c.35.) (B) († uilis.) († 49.diſt.c.Sacerdotes.) (Iſai.) (Rom 2.)

* Bern. Confundor,confundor audire, *Si ergo pater, vbi eſt honor meus?* Sed & ſi pater non eſſet, obrueret me beneficiis.Inſtaurat aduerſum me teſtes huius corporis victum, & vſum temporis huius, & ſuper omnia ſanguinem dilecti filii clamantem de terra. Pudet igitur ingratitudinis.Quamquam ad confuſionis cumulum, arguar etiam reddidiſſe mala pro bonis, & odium pro dilectione,&c. (Serm. 17.in Cantica.)

* Idem.Honorem vult Deus qui ait: Si ego pater,vbi eſt,honor meus? Verum,id pater. Sed ſi ſponſum exhibeat,puto quia mutabit vocem,& dicet, Si ego ſpōſus, vbi eſt amor meus?Exigit ergo Deus timeri ut dominus honorari,vt pater,vt ſponſus amari. (Ser. 83. Cantica.)

a *Ad vos ò ſacerdotes.* Corripit ſermo diuinus epiſcopos & miniſtros eccleſiæ negligentes, vel oēs qui in Chriſto baptizati Chriſti noīe cenſentur, cur nomen eius deſpiciant,quib.aperit cauſas offenſæ,polluit panem,i.corpus Chriſti,qui indignus accedit ad altare,& mēſam dñi, & ſi non ſcelerata voce,ſcelerato opere deſpicit,vel,doctor eccleſiæ menſam diuinæ ſcripturæ polluit,ſi vel pro humana gloria,vel pro lucro temporali, vel fauore ſeculi auditorib.illā expendit. (D)

Iuxta traditionem Hebræorum debebant ſacerdotes panem propoſitionis ſerere,merere,molere,coquere,& nunc ſumitis quoſcūque de medio, & temerariè dicitis.

b *In quo polluimus.* Sed dum ſacramenta violantur,ipſe cuius eſt ſacramētum violatur.

Vel poteſt dici,ꝙ reuerſi de Babylone nondum extructo templo habitantes in ruinis Ieruſalem, nō habentes altare prioris gloriæ,putabant deeſſe ſanctimoniam religionis,quia deerat ambitio ſanctificationis.

c *Si offeratis cæcum ad immo.* Reuerſi de Babylone illicitas Deo victimas offerebant, cæcas & claudas,quæ in Leuitico prohibebantur offerri.

* Aug. Iudæi ſæpè reprehenſi ſunt, cum munera ſua improuidè Dei altari offerent, quæ nec hominib. digna viderentur,dicente domino: Cæcas & luſcas offertis mihi,non hæc ſuſcipiam de manibus veſtris. Offers præpoſito,aut duci tuo,ſi acceperit ea.Cum conſtet apud omnes perſonæ ſublimi maxima offerri debere munera, Ideoque Caim munera refutata ſunt.Incurrit enim peccatum,dum non æſtimans quid Deo dignum eſſet, potiora reſeruauit ſuis vſibus. Itaque non quia obtulit reprehenſus eſt,ſed quia indigna obtulit.

Alleg. Cæca eſt aīæ victima q̄ non illuſtratur Chri lumine.Claude eſt rogantis oratio, q̄ duplici mēte accedit ad

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Prima in duas,quia primo arguit ſacerdotes,ſecūdo populares ibi:* Et vos.*Prima adhuc in duas:quia primo ſacrificium ſacerdotum excluditur tanquam malum,ſecundo ſacrificium nouæ legis concluditur tanquam Deo acceptiſſimum ibi:*Non eſt.*Circa primū ſciendum,quod licet totus populus Iſrael diceretur Dei filius, Exod.4.ſ.* Filius meus primogenitus Iſrael, *tamen ſacerdotes ad eius miniſterium deputati dicebantur Dei filij,& ſerui modo ſpeciali,& ſic loquitur hic.*Filius honorat patrem.*i.tenetur honorare,quia habet ab eo eſſe,nutrimentum & documentum.* (C)

1 Et ſeruus dominum ſuum.*Supple timebit, quia non eſt in Hebræo nec in libris correctis,ſed ſubintelligitur.*

2 Si ergo pater ego ſum.*Et accipitur hic eſt,pro quia: quia Deus eſt pater omnium per creationem, & ſpecialiter Iudæorum per legis dationem,quæ non fuit data alijs populis,Pſal.147.*Non fecit,taliter omni nationi,& iudicia ſua non manifeſtauit eis:*& adhuc ſpecialis ſacerdotum quos elegit ad ſuum miniſterium.*

3 Vbi eſt honor meus.*Quaſi diceret, non defertis mihi honorem vt debetis.*

4 Et ſi dominus ego ſum.*ſ. per gubernationem veſtri ſpecialem.*

5 Vbi eſt timor meus?*Quaſi dicat non apparet in vobis.Et ſciendum quod vbi dicitur hic:*Et ſi dominus ego ſum. *In Hebreo habetur:Si domini,pluraliter:*Ego ſum.*In quo deſignatur in Deo pluralitas perſonarum in vnitate eſſentię quia nomen plurale coniungitur cum pronomine ſingulari.*

6 Dicit dominus exercituum ad vos ò ſacerdotes qui deſpicitis nomen meum.*Ab illo enim loco:*Filius honorat &c.*vſq; ibi incluſiue.* In quo deſpeximus nomen tuum.*totum eſt vno verſu in Hebræo.Ex quo patet,quod ab illo loco incipit arguere ſacerdotes:Et ſubditur reſponſio domini.*

7 Offertis ſuper altare meum panem pollutum.*Panes enim propoſitionis debebant per manus ſacerdotum piſtari,formari, & decoqui,& ipſi ad euitandum laborem faciebant per alios hoc fieri, vt dicunt aliqui,Alij vero dicunt,quod dicitur hic panis pollutus,eo quod erat de tritico per rapinam acquiſito formatus.*

8 Et dicitis.*Vos male excuſando.* In quo polluimus te? *Et ſubditur domini reſponſio.*

9 In eo quod dicitis.*i.facto oſtendiſtis.*

10 Menſa domini.&c.*Per hoc.n.qđ ponitis ibi panē prædicto modo formatū,dehonoratis eā. Et ad hoc inducit exēplum, dicens.*

11 Et ſi offeratis claudum & lan.*ſ.animal indebitum ſuper altare holocauſtorum.*

12 Nonne malum eſt,*Q.d.Sic:quia hoc eſt probibitū in lege.*

13 Offer illud du.tuo &c.*Q.d.ſi offeres illud principi terreno qui eſt cinis & puluis,non placeret ſibi: nec propter hoc exaudiret preces tuas,& multo minus debent talia Deo offerri, ideo ducit eos ad pœnitentiam,dicens:*Et nunc deprecamini vultum Dei,&c.

*MORALITER.*

6 *Dicit dominus exer.ad vos.&c.*Inquantum pollutus labiis nominant ipſum & deſpici faciūt ab alii, per ſuum malum exemplum.

7 *Et dixiſtis,&c.*Nam ſacerdotes mali nituntur excuſare peccatum ſuum.Et ſubditur Dei reſpōſio,cū dicitur.

8 *Offertis ſuper alt.&c.*i.Euchariſtiam,quæ licet in ſe ſit mundiſſima,tamen indigne offerēti cedit ad graue peccatum.Vel per panem poteſt hic accipi Dei verbum, quod ab eis propoſitum dicitur pollutum,quia ſicut dicit Gregor.Cuius vita deſpicitur, reſtat ut eius prædicatio contemnatur.

† *Si offeratis cęcum,&c.*Cæcum offerre, eſt facere bonū opus de genere,tamen indiſcrete. Claudum offerre eſt facere bonum opus praua intentione,ſicut eleemoſynā dare pauperi mulieri, vt ſcilicet ad fornicationem pertrahatur. Languidum offerre,eſt bonum opus de genere facere,tamen cum hoc viuere luxurioſe.Talis autem oblatio non eſt accepta coram Deo ideo ſequitur.

† Et

A adorandum. Languida & omni infirmitate depreſſa, quę non habet Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam. Huiuſmodi preces ſi offerant eccleſiarum principi, aut cuilibet erudito ſapientique doctori, nònne repudiabuntur?

a *Et nunc &c.* Quia obtuliſtis debiles hoſtias, & omnia quæ dixi feciſtis, agite pœnitentiam, ſi quomodo misereat̃ noſtri Deus. Nullus enim ex miniſtris meis eſt, à maiore vſque ad minimum qui non accipiat à me mercedem laboris ſui de decimis & de his quæ à populo offeruntur.

b *Non eſt, &c.* Regula ſcripturarum eſt, vbi manifeſtiſſima prophetia de futuris texitur, per in certa Allegoriæ non extenuare quæ ſcripta ſun t. Increpat ergò ſacerdotes Iudæorum, qui offerunt non idonea ad immolandum, vt ſciãt carnalibus victimis ſpirituales ſucceſſuras.

a dicit dñs exercituum. Et nunc deprecamini vultum *Dei, vt miſereatur † veſtri: de manu enim veſtra factũ eſt hoc:

¶ Quod improperaui vobis.

† ſi quomodo ſuſcipiat facies veſtras, dicit dñs exerci-

a ¶ Ex hoc oſtenditur acceptior Deo eſſe ſeruitus illa quæ in præſenti mercedem non poſtulat.

b tuũ. † Quis eſt in vobis qui claudat oſtia, & incẽdat altare 1

¶ Qui munus offertis.

meum gratuito? Nõ eſt mihi voluntas in vobis, dicit domi 2

a ¶ Sanguinem hircorum & taurorum, ſed thymiama orationum.

nus exercituũ: & munus non ſuſcipiã de mãnu veſtra. † Ab 3

a ¶ Non in una Iudæa vel ſola Ieruſalem, vnde Saluator. Pater manifeſtaui nomem tuum hominibus, quos dediſti mihi.

ortũ enim ſolis vſque ad occaſum magnũ eſt nomen meũ 4

5

*quæſo

† Pſal. 49. a. & 112. 2.

B *DE ABROGATIONE ſacrificiorum legalium, & inſtitutione Miſſæ, ideſt, ſacrificij corporis & ſanguinis Chriſti, ſub nouo teſtamento, ex hoc loco Malachiæ.*

*Ex teſtimonijs Hebræorum.*

1 *R. Samuel Marrochianus. Timeo domine mi, quod Deus eiecit nos à ſe, & ſacrificium noſtrum, & acceptauit ſacrificium gentium, ſicut dixit per os Malachiæ. *Non eſt mihi voluntas in vobis, &c.* Ergo apud Deum ſacrificium gentium eſt mundius quàm noſtrum. Et vnde eſt nobis domine mi, quod nos deteſtamur in gentibus ſacrificium panis & vini, quod ſtatuit Deus, & in nullo reprobat, ſicut reprobat ſacrificiũ carnium? Nam in pluribus ſcripturæ locis Deus præcepit fieri ſacrificium de pane, & farina puriſſima, & acceptabit illud, & tale ſacrificiũ eſt hodie gentium.

2 *R. Pinhas filius Iahir. Tempore Meſſiæ omnia ſacrificia ceſſabunt, & ſacrificium panis & vini nunquam ceſſabit, ſicut dictum eſt, *Melchiſedech obtulit panem & vinum*, Melchiſedech, ideſt, Meſſias rex totius mundi, iuſtiſſimus, *excepit panem & vinum*, hoc eſt, ſeparabit à ceſſatione ſacrificiorum, ſacrificium panis & vini, vt dictum eſt Pſalmo 110. *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.*

3 *R. Iochai. Tempore Meſſiæ omnia ſacrificia deficiẽt, ſacrificium verò panis & uini nunquam deficiet, ſicut ſcriptum eſt: *Ligans ad vitem ciuitatem ſuam.* Ideſt, corpus ſuum. Corpus enim ciuitas eſt animæ. Item: *Nunquid poſſum deſerere vinum meum quod lætificat Deum & homines?* Et homines quidem lætificat: Deo autem in quo lætitiam adfert? In ſacrificio quod de ipſo fiet.

4 *R. Ionathan filius Vzielis. Et erit ſacrificium panis in terra, in capite montium eccleſiæ. Videat q habet oculos quod (ſicut dictum eſt) ille eſt Meſſias, de quo loquitur totus Pſalmus 72. Cum ergo Dauid ait: *Et erit placenta frumenti in terra, in capite montium*, vult dicere: quòd placenta panis fiet ſacrificiũ in capitib. ſacerdotũ, q ſũt in eccleſia.

* R. Caha

*R. Cahana. Hæc verba: *Ligans ad vitem ciuitatem ſuam &c. Lauabit in vino veſtem ſuam.* oſtendunt quod ſacrificiũ qđ fiet ex vino, non ſolum trãſmutabitur in ſubſtantiam ſanguinis Meſſiæ, ſed etiã conuertetur in ſubſtãtiã corporis eius, & in ſacrificio qđ fiet ex pane, non obſtante qđ album ſit velut lac, conuertetur ſubſtantia in ſuſtantiam corporis Meſſię, erit que in ipſo ſacrificio ſubſtãtia ſanguinis Meſſiæ rubra, vt vinum. Erunt item in ſacrificio vini ſanguis & caro Meſſiæ, & eadem erunt in pane. Quoniam corpus Meſſiæ non poteſt diuidi. Præterea, caro ſine ſanguine, & è cõuerſo, ſunt res mortuæ: corpus verò Meſſiæ poſt reſurrectionem, quia glorificatum erit, ſemper viuet. 5 In cap. 49. Geneſ. Gen. 49.

D

*Iudas, Quare Num. 28. Dicatur *panis facierum*, ratio eſt quia tranſmutabitur, cùm ſacrificabitur, in ſubſtantiam corporis Meſſiæ, qui deſcẽdet de cęlis. Et ipſe idem erit ſacrificium. Et magiſtri dicunt, eam ob rem dictum eſſe *panem facierum*, quia in ipſo ſacrificio erunt duæ ſubſtantiæ, diuinitas & humanitas. 6 In cap. 25. Exod & 28. Num.

E

*Rabbenu Haccados, ex R. Simeone. Hoc eſt ſacrificium, quòd poſtquàm venerit Meſſias facient ſacerdotes coram Deo ſancto & benedicto. Tunc enim ceſſabunt, omnia ſacra quæ prius fiebant. Facient autẽ ſacrificium illud ex pane & vino. Tunc Deus miſericordia implebitur, & virtute ingenti ſanctorum verborum quæ ab ore ſacerdotum manabunt, illud & omne ſacrificium quod in vnaquaque ara celebrabitur in corpus Meſſiæ conuertetur. 7 lib. Reuela. ſecretorum.

*Ex teſtimonijs Græcorum patrum.*

*Clemens Rom. Die reſurrectionis conuenire aſſiduè gratias agentes Deo, & confidentes de beneficijs quæ in nos contulit per Chriſtum, liberans nos ab ignorantia, errore, vinculis vt careat reprehenſione ſacrificium noſtrũ, & facilè aſcendat in Deum, qui de œcumenica ſua Eccleſia dixit: In omni loco offertur mihi incenſum, & ſacrificium mundum, quoniam rex magnus ego ſum, & dominus omnipotens, & nomen meum admirabile inter gentes. 1 lib. 7. con Apoſt. c. 31. traſl. Oſtum.

*Iuſtinus Martyr. Verè pontifices Dei reddimur, ſicut ipſe Deus teſtatur dicens: quod vbique gentium offeruntur ei puræ gratæque victimæ. A nemine autem Deus victimas, niſi per ſacerdotes ſuos accipit. Vnde certò conſtat, quòd huius nominis ſacrificia quæ Ieſus Chriſtus tradidit, hoc eſt, Euchariſtiam panis & poculi, vbique terrarum apud Chriſtianos fiant, Deus accipiat. & grata ſibi eſſe teſtetur. Veſtra verò & à veſtris oblata recuſat dicens; *Victimas veſtras non accipiam de manibus veſtris: quoniam à ſolis ortu uſque ad occaſum, &c.* 2 Dialogum cũ Triph.

F

*Ireneus

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quis eſt in vo. *Quaſi diceret: Nullus de vobis impendit mihi officia iſta gratis, quia oſtiarij templi & illi qui nutriebant ignem in altari, habebant inde magnum emolumentum.*

2 Non eſt mihi. *Hic conſequenter concluditur ſacrificium Deo gratum, excludendo prædictum offerendi modum, cùm dicitur:* Non eſt mihi. *Ideſt, beneplacitum propter malum veſtrum.*

3 Et munus nõ ſuſcipiã de manu veſtra. *Quia ſacrificia veteris legis non erant accepta, niſi ex bonitate offerentis, sicò dicitur Gen. 4. a.* Reſpexit dominus ad Abel & ad munera eius, *Ideſt, ad bonitatẽ Abel principaliter, & ad eius munera cõſequẽter.*

4 Ab ortu enim ſolis, vſque ad occaſum, &c. *Ideſt, per orbem vniuerſum.*

5 Magnum eſt nomen meum in Gen. *Quod exponit Ra. Sa. dupliciter. Vno modo, quia licet Gentiles adorarẽt idola vt Deos, tamen dicebant Deum cæli & terræ excellentiorem illis dijs: ſed ab hac expoſitione diſcordat quod ſubditur.*

* Et in omnibus

## MORALITER.

† *Et nunc depre.* Vt miſereatur veſtri, & patet.

1 *Quis eſt in &c.* Hic arguit ingratitudinem ſacerdotũ, di. *Quis eſt in vo.* Ideſt, ſeruiat in eccleſia gratis, quaſi diceret nullus, quia de patrimonio crucifixi lautè viuunt, & pauci officium debitum faciunt, ideò de ipſis ſubditur.

2 *Non eſt mihi voluntas in uobis, &c.* Ideſt officium veſtrum non eſt mihi gratum.

3 *Et munus.* Ideſt, inquantum eſt à vobis: tamen acceptum eſt inquantum eſt à Deo, ſicut euchariſtia eſt accepta Deo, licet ſit à malo ſacerdote oblata.

4 *Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, &c.* Ideſt, orationes ſimpliciũ bene viuentiũ acceptæ mihi ſunt ubiq; terrarũ

A 3 lib. 4. adu. hæreſ. c. 32. * Iren. Martyr. Chriſtus diſcipulis ſuis dans cõſilium primitias Deo offerre ex ſuis creaturis, non quaſi indigenti, ſed vt ipſi nec infructuoſi, nec ingrati ſint, eũ qui ex creatura panis eſt, accepit, & gratias egit d. Hoc meũ eſt corpus. Et calicẽ ſimiliter, qui eſt ex ea creatura quæ eſt ſecundũ nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt. & noui teſtamenti nouam docuit oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens, in vniuerſo mundo offert Deo ei qui alimenta nobis præſtat, primitias ſuorum munerũ in nouo teſtamento de quo in duodecim prophetis Malachias ſic preſignificauit: *Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus. & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris: quoniam a ſolis ortu, &c.*

4 li. i dem Euã. c. 10. ✠ Euſeb. Cæſarienſ. Ab ortu ſolis vſque ad occaſum, nomen meum glorificatum eſt in gentibus, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & hoſtia munda, &c. Igitur & ſacrificamus, & incendimus, alias quidem memoriam magni illius ſacrificij, ſecundum ea, quæ ab ipſo tradita ſunt myſteria celebrãtes, & gratias Deo pro ſalute noſtra agentes, religioſoſque hymnos, & orationes ſanctas illi offerentes, &c. Sacrificamus igitur Deo altiſſimo ſacrificium laudis, & ſacrificium Deo plenũ odorem afferens. Sacrificamus nouo more, ſecundum nouum teſtamentum, hoſtiam mundam.

5 in pſal. 95. * Chryſoſt. Eccleſia quæ Chriſtum vbiq; Chriſtũ circumfert, a nullo prohibetur loco, ſed in omni loco ſunt B altaria, in omni loco doctrina. Hæc prędixit Deus p propheram. Nam & eccleſiam exprimẽs ſynceritatem & alterius populi ingratitudinem traducens, ad illos loqtur: *Non eſt voluntas mea in vobis, nec accipiam victimas de manibus veſtris, quoniam &c.* Vide quam luculenter, quamque dilucidè myſticam interpretatus eſt menſam, quæ eſt incruẽta hoſtia. Thymiama vero purum appellat ſacras preces quæ poſt hoſtiam offeruntur. Eſt igitur hoſtia pura, prima quidem myſtica menſa, cœleſte ſummeq; venerandum ſacrificium.

6 Com. in hunc locum. ✠ Theodor. Nam omnium habitatores terrarũ, quas ſol exoriens & occidens ſuis radiis illuſtrat, cum vbique incenſum offerent, tum etiam Sacrum purum, & mihi gratum conficient.

7 li. 4. de fid. orth. c. 14. * Damaſc. Hoc illud (Euchariſtia) eſt purũ, & incruentum ſacrificium, quod dominus a ſolis ortu vſque ad occaſum oblatum iri per prophetam prædixit. Corpus ac ſanguis Chriſti eſt, ad animæ & corporis noſtri incolumitatem tendens, quod nec conſumitur nec corrumpitur, verum ad noſtram ſubſtantiam & conſeruationẽ tendit, atque omne incommodum propulſat, eamque vim habet, vt ſpurcitiem omnem abſtergat.

*Ex teſtimoniis patrum Latinorum.*

1 Epiſt. ad Burdeg. c. 3. ✠ Martial. Diſcipulus Chriſti Ieſu. Dum altaria dęmonum in puluerem redigerentur, aram ignoti Dei ad conſecrationem reſeruari iuſſimus, qua dedicata in nomine Domini Dei Iſrael, & ipſius teſtis Stephani, cultum C Dei in ea frequentari. Sacrificium. n. Deo Creatori offertur in ara, nõ homini nec angelo. Nec ſolum in ara ſanctificata, ſed vbique offertur Deo oblatio munda, ſicut teſtatus eſt, cuius corpus & ſanguinẽ in vitam ęternam Malac. i offerimus. Quod Iudęi per inuidiam immolauerũt nos cã ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus, ſciẽtes hoc ſolo remedio nobis vitã præſtandam & mortẽ effugandã: hoc. n. ipſe dñs noſter iuſſit nos agere in ſui commemorationem. Luc. 22. Matth. 26. Mar. 14. 1. Cor. 11.

2 lib. 3. adu. Marc. c. 22. ✠ Tertull. Concurrit Malachiæ prophetia; Non eſt voluntas mea dicit dominus, & ſacrificia veſtra non accipiam, quoniam ab ortu ſolis vſque ad occaſum, nomen meum glorificatum eſt in nationibus, & in omni loco ſacrificium nomini meo offertur, & ſacrificium mundũ, gloriæ, ſ. relatio, & benedictio, & laus & hymni. Quę omnia quum in te quoque deprehendantur, & ſignaculum frontium, & Eccleſiarum ſacramenta, & munditiæ ſacrificiorum, debet iam erumpere vbi dicas Spiritum creatoris tuo Chriſto prophetaſſe. *Idem ſacrificium Euchariſtiæ aperte confirmat, lib. de cultu fœminarum. cap. 11. lib. de corona militis: l. de vellandis virginib. lib. de exhortatione ad caſtitatem, lib. de oratione, lib. ad Scapulam, &c.*

3 lib. i. teſtimoniorum adu. Iudæos. c. 16. & 17. ✠ Cyprianus Martyr. Quod ſacrificium vetus euacuaretur & nouum celebraretur, apud Eſaiam. cap. 1. Item in Pſalmo 4. Item in Pſalmo quarto. Item apud Malachiam. *Non eſt mihi voluntas circa vos dixit Dominus &c.* Qđ ſacerdotium vetus ceſſaret, & nouus ſacerdos veniret qui in æternum futurus eſſet, in Pſalmo 109.

Ser. de cœna dom. * Idem. Propter mal ignantium inſolẽtia altare ſuum Deus repellit, & ſanctificationibus maledicit, odit ſabbata, abominatur ſolemnia, odoramenta fætent, diſplicẽt D holocauſta. In his omnibus laborare ſe dicit Deus, nec eſſe uoluntatem ſuam in miniſtris impuris indignatione diſtricta teſtatur. Sed hierarcha pius quem Spiritusſanctus compungit, excitat, inhabitat & ſanctificat, eleuatione manuum crucis myſterium repræſentans, confidenter orat pro ſua & populi ignorantia, &c.

✠ Auguſtinus. Malachias prophetãs eccleſiam quam per Chriſtum iam cernimus propagatam, Iudæis apertiſſime dicit ex perſona Dei. *Non eſt voluntas mea, &c. In omni loco ſacrificabitur & offeretur nomini meo oblatio munda, &c.* Hoc ſacrificium per ſacerdotium Chriſti ſecũdum ordinem Melchiſedech, cum in omni loco a ſolis ortu vſque ad occaſum iam videamus offerri. ſacrificium autem Iudæorum ceſſaſſe negare non poſſunt, quid adhuc expectant alium Chriſtum, &c. 4 li. 18. c. 35.

* Idem. Ceſſaturas uictimas, quas in vmbra futuri offerebant Iudæi, & vnum ſacrificium gentes *a ſolis ortu vſque ad occaſum* ſicut iam fieri cernimus, oblaturas, per prophetas Hebræos oracula increpuere diuina. lib. 17. c. 23.

* Idem. Nouerunt qui legunt, qui protulerit Melchiſedech, quando benedixit Abraham, & iam ſunt participes eius, vident tale ſacrificium nũc offerri Deo toto orbe terrarum Dei autem iuratio (Pſal. 109.) incredulorum eſt increpatio. Et quod Deum non pænitebit, ſignificatio eſt, quia hoc ſacerdotium non mutabit. Mutauit qppe ſacerdotium ſecundum ordinem Aaron. Vnde propheta. *Non eſt mihi uoluntas in vobis, & hoſtiam non accipiam de manibus veſtris.* Ecce quod eſt ſecũdum ordinẽ Aaron. Cur autem hoc non accipiat, addit: *Quia a ſolis ortu vſq. ad occaſum, in omni loco incenſum offertur nomini meo, & hoſtia pura.* Ecce quod eſt ſecundum ordinem Melchiſedech. li. i. c. legis E

* Idem. Aperite oculos (ò Iudæi) & videte ab oriente ſole vſque ad occidentem non in vno, ſicut vobis fuerat conſtitutum, ſed in omni loco offerri ſacrificium Chriſtianorum, non cuilibet Deo, ſed ei qui iſta prædixit, Deo Iſrael. Or. dæ

✠ Hieronymus. In omnem terram exiuit ſonus Apoſtolorum & in terminos orbis terræ verba eorum, & in omni loco offertur Deo ſacrificium, incenſum, & hoſtia munda, quod propheticus ſermo completus eſt. 5 In c

* Idem. Scient Iudæi nequaquam taurorumque, hircorum ſanguinem, ſed thymiama, hoc eſt, ſanctorũ orationes Domino offerendas, & non in vna orbis prouincia Iudęa, nec in vna vrbe Hieruſalem, ſed in omni loco offerri oblationem nequaquam immũdam, vt a populo Iſrael, ſed mũdam, vt in ceremoniis Chriſtianorũ. In c

F ✠ Remigius. *Non eſt mihi voluntas, &c.* Loquitur ad ſacerdotes qui illicitas victimas offerebant, & ideo voluntas Dei quem exacerbabant non erat in eis. Simile etiam docet carnalibus eorum victimis, ſpirituales victimas ſucceſſuras, nec in vna tantum prouincia Iudæorum, ſed in omni loco offerri, Deo mundam oblationem. Hoc eſt ſacrificium quod nunc frequentat Eccleſia. 6 Co loc

* Iulianus Pomerius, Archiepiſ. Tolet. Ecce dies quæ prænunciati ſunt, iam venerunt. nulluſque ſacerdos eſt ſecundum ordinem Aaron. Et quicumque ex eius genere eſt homo, cum videt ſacrificium Chriſtianorum toto orbe pollere, ſibi autem honorem illum magnũ ſubſtractum fuiſſe deficiunt oculi tabe mœroris, & prælo amaritudinis. De hac reprobatione Malach. dicit. *Munus non ſuſcipiam (dicit dominus) de manu veſtra, &c. In omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, &c.* 7 lib. de pol

* Iſidorus. Hiſpal. Sacrificium quod a Chriſtianis Deo offertur, primum Chriſtus inſtituit, qñ cõmẽdauit Apoſtolis corpus & ſanguinẽ ſuum, priuſquam traderetur, ſicut legitur in Euãgelio. Hoc Melchiſedech figuraliter in typum corporis & ſanguinis Chriſti primus obtulit, primuſque myſterium tanti ſacrificii imaginarie expreſſit, præferens ſimilitudinem Domini ſacerdoti ęterni, cui dicitur: *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Hoc ergo ſacrificiũ celebrare Chriſtianis præceptũ eſt. relictis ac finitis Iudaicis victimis, &c. li. i. eccl.

* Beda Venerabilis. Chriſtus legalia ſacrificia ſecundum ordinem Aaron prius inſtituta, conuertit in ſacrificia panis & vini ſecundum ordinem Melchiſedech qui primus ea obtulit. 9 In

* Petrus Venerabilis. Vide Iudæe, quomodo in loco offertur Deo oblatio munda. Vide extructas per uniuerſum orbem Chriſti eccleſias, altaria in omni loco ſacrata, agnum Dei quem in cruci peremiſti, ſuper eadem altaria, in eiſdem eccleſiis, omnipotenti patri inceſſanter pro mundi ſalute offerri, &c. 10 li.

Et

a *Et vos polluiſtis illud.* Propterea ò ſacerdotes Iudæorum
A in omni loco offertur mihi oblatio munda, & eſt magnum nomen in Gentibus quia dicitis, Menſa domini cõta. eſt, quia deerat ornatus templi. Putabant reuerſi de Babylone minorem eſſe cultum religionis, quos dominus redarguit. Vel ita põt dici. Polluiſtis nomẽ meum in eo ꝙ dicitis. Quid prodeſt ſi offeramus optima? qualiacumque offerãtur, igne ſunt deuoranda.

b *Et dixiſtis.* Dixiſtis de captiuitate reuerſi ſumus, prædæ hoſtibus fuimus, labore viæ, & paupertate attriti ſumus, qualiacumq; habemus offerimus, & hoc dicendo exufflaſtis. i. per exufflationem indigna feciſtis veſtra ſacrificia: & ideo non ſuſcipiam.

B c *Maledictus.* Quidquid humanus animus in excuſatione ſui peccati poteſt inuenire, & falſa ſatisfactione defendere. hoc prouidens diuinus ſermo, corrigit. & condemnat. Q. Quia offertis languida, & hæc de rapinis, & fletibus miſerorum, & inſuper dicitis de labore, & paupertate offerimus quod habemus, propterea audite quod infero. D
*Maledictus doloſus, &c.* His verbis oſtendit habere eos quæ E optima ſunt, & offerre quæ mala ſunt.

Alle. Poteſt per male dictum, & doloſum deſignari populus Iudæorum, qui de grege ſuæ gentis habebat maſculum agnum ſcilicet qui tollit peccata mundi de quo fecerat votum, quòd venientem ſuſciperet. Sed quando vidit hęrentem cornibus inter virgulta, noluit eum immolare, ſcilicet ſuſcipere, ſed obtulit debile eligens Barrabam: per quem ſignatur diabolus. Sed quia Chriſtus erat rex magnus ſuper omnia, ideò Gentes nomen eius cum formidoloſo honore venerantur E Aliter. Aliquando homo bene creatus a Deo habet ingenium aptum ſacris diſciplinis, ſed tradit luxuriæ, & inertiæ, & habens maſculum, offert debile, ideſt, orationem aliqua animi perturbatione corruptam: hic ſentiet in ſe eſſe completum quod ſcriptum eſt. *Potentes potenter tormenta patientur.*

Io. 1. d. Gen. 22. b. Mat. 27. c. — † cibus eius contemptibilis eſt ad manducandum. — † Amo. 5. E — Sap. 6. a.

CAP.

a ¶ In ceremoniis Chriſtianorum.
in Gẽtibus, & in omni loco † ſacrificatur, & offertur[a] nomi 1
ni meo * oblatio munda, quia magnum eſt nomen meũ in 2
a ¶ Et cum nomen meum ſit ita magnum futurum in Gentibus, vos principes Iudæorum illud polluiſtis. Sic enim vaticinium futurorum texit, vt præſens tempus non deſerat
a Gentibus, dicit dñs exercituum. Et vos[a] polluiſtis illud in 3
a ¶ Altare pollutum putatis, & holocauſta ſuperpoſita, & ignem qui deuorat, Nec intelligitis Deum non quærere aurum, & gemmas, & multitudinem hoſtiarum, ſed offerentis deuotionem.
eo quod dicitis, mẽnſa[a] dñi contaminata eſt, & † quod ſu- 4 5
perponitur contemptibile eſt cum igne qui illud deuorat: 6
b ¶ Nec ſufficit prioris ſermonis impietas, ſed dixiſtis etiam
& dixiſtis: Ecce de labore, & exufflaſtis illud, dicit dñs exer 7
cituum. Et intuliſtis de rapinis claudum, & languidum, & 8 9
¶ Ergo ¶ Tale.
intuliſtis munus. † Nunquid ſuſcipiam illud de manu ve-
c ſtra, dicit dominus exercituum. Maledictus doloſus qui ha 10 11
a ¶ Si non habes maſculum, non nocet tibi maledictio. 12
bet in grege ſuo[a] maſculum, & votum faciens immolat de 13
bile domino. Quia rex magnus ego, dicit dominus exerci- 14 15
a ¶ Etſi Iudæi contemnunt.
tuum, & nõmen[a] meum horribile in Gentibus. 16

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in omni lo. *Quia ſi Gentiles cum Deo cœli idola colentes* * *Deo facerent oblationem, illa non eſſet munda coram Deo, quia ab idololatris eſſet oblata, & ideò cùm hoc ponit aliam expoſitionem dicens, ꝙ iſte paſſus intelligitur de Iudæis inter Gentiles per orbem diſperſis, Deum adorantibus deuotè, quorum oratio dicitur hic munda* C *oblatio, & per eos nomen domini prædicatur magnum in terris Gentilium. Sed iſtud non videtur verum. Non.n. eſt veriſimile, ꝙ illi qui erant diſperſi inter Gentiles idololatras, tempore Malachiæ eſſent iuſtiores, & mundiores quam illi ſacerdotes, qui redierant de Babylonica captiuitate: quos hic arguit, vt dictum eſt: ſed magis ſequebantur mores Gentilium inter quos habitabant. Propter quod dicendum ꝙ iſte paſſus loquitur ad literam de ſacrificio nouæ legis quod eſt Euchariſtia, quod eſt mundiſſimum, & Deo acceptiſſimum. In omnibus etiam terræ nationibus ſunt aliqui Chriſtiani hoc ſacrificium offerentes, & cum dicitur hic.*

2 Quia ma. eſt. *Loquitur propheta de futuro per modum præſentis propter certitudinem prophetiæ.*

3 Et vos pol. *Hic conſequenter propheta arguit populares, quia illi qui debebant offerre oblationes mundas, & electas, offerebant de peioribus, vt videbitur infrà, & ideò hic arguuntur, cùm dicitur.* Et vos polluiſtis illud. *ſ. nomen meum, quantum in vobis eſt.*

4 In eo quod dicitis. *Sicut, & ſacerdotes.*

5 Menſa domini conta. eſt. *i. poteſt ibi fieri licitè oblatio de minoribus bonis.*

6 Cum igne qui il. deuo. *i. cum igne qui ſeruatur ſemper in altari holocauſtarum ad cremandum adipes ſacrificiorum, qui poterat fieri ex quibuſcunque lignis. Et eodem modo arguebant de ſacrificijs ibi offerendis.*

7 Et dixiſtis. *Vos mendaciter excuſando.*

8 Ecce de la. *i. cum magno labore potuimus talia ſacrificia offerre propter paupertatem noſtram.*

9 Et exuf. il. *i. bonum quòd debebat offerri, reduxiſtis quaſi ad nihilum.*

10 Et intu, de ra. &c. *Ita quod erat ibi duplex peccatum, vnum contra proximum. ſ. rapina, & aliud contra Deum. ſ. offerendo lege prohibitum, ideò ſequitur.*

11 Nunquid ſuſcipiam. *Acceptando. Et quod iſta intelligantur de popularibus offerentibus, oſtènditur per hoc quod ſubditur.*

12 Maledictus dolo. &c. maſ. *i. animal bonum, & aptum ad ſacrificandum Deo.*

13 Et vo. fa. *De ſacrificio Deo offerendo.*

14 Immolat debile. *i. animal languidum, vel alias ineptum ad offerendum.*

15 Quia rex ma. ego. *ſ. ſuper omnem creaturam.*

16 Et nomen meum hor. *i. timendum.*

* NICO-

*MORALITER.*

3 *Et vos polluiſtis.* Exponatur, vt ſupra.

*MORA-*

## ADDITIO I.

In cap. 1. Malachiæ, *vbi dicitur in Poſtilla.* Ego autem dilexi Iacob, &c.

*Per dilectionem Iacob, videtur intelligi potius in hoc loco ipſa electio Iacob ſeu prædeſtinatio quæ fuit ab æterno. Similiter per odiũ Eſau intelligitur eius reprobatio æterna ſeu ab æterno, & hoc videtur ex verbis Apoſtoli ad Rom. 9. c. dicentis.* Cum enim nondũ nati fuiſſent, aut aliquid boni aut mali egiſſent, &c. *Et ſic dilectio Iacob, & odium Eſau in hoc loco non videtur dicenda ſigna electionis, & reprobationis, prout in poſtill. ſed potius per eam intelliguntur ipſa electio, & reprobatio.*

## ADDITIO II.

In eo. c. *Vbi dicitur in poſtil.* Quid in vobis claudat oſtia? &c. *Litera Hebraica ſic habet in hoc loco. Quis in vobis qui claudat oſtia, & non incendatis altare meum gratis ſeu fruſtrà? non.n. eſt mihi voluntas in vobis, &c. quod quia ex demeritis eorum munera ſua, & ſacrificia non erant Deo grata, ideò Deus quaſi appetebat ꝙ aliquis clauderet oſtia templi: ſic quod nullus intraret ad incendendum altare. ſ. cum ſacrificijs, & hoc eſt quod dicit litera. Quis in vobis qui claudat oſtia? i. vtinam eſſet in vobis qui clauderet oſtia templi. Et non incendatis altare meum. i. ſic clauſo templo, non incendetur ſuper altare meum aliquid gratis. i. fruſtra. Ratio autem quare Deus volebat, ꝙ clauderentur oſtia templi, ſubditur cum dicit.* Non eſt mihi voluntas in vo. & munus non accipiam de manu veſtra. *Q. d. non ſunt accepti offerentes, nec oblata.*

*REPL. In principio Malachiæ, vbi dicitur: Iacob dilexi, &c. Poſtil. exponit vt aſſumptam a Deo ad probandum ingratitudinẽ filiorum Iſrael. Aſſumptum aũt illud exponit per modum effectus manifeſti. ſ. quia Iacob obtinuit benedictionẽ paternã, & hæreditatis promiſ-*

A

ADDITIO.

ſionem, quæ erant annexa primogenituræ Eſau abiecto, quod ſine Dei dilectione ex parte vna, & odio ex parte altera fieri non potuit: qui ſunt effectus dilectionis Dei manifeſti, Burgen. autem vult ꝙ dilectio & odium debeant hic recipi pro prædeſtinatione, & reprobatione, nõ pro eorum effectibus, vt Poſtilla. Ad probandum ſuum propoſitum. Burgen. adducit apoſtolum ad Ro. 9. Ibi dico, ꝙ apoſtolus adducit hoc dictum non quod ad effectum, ſed admirans de cauſa: oſtendens per proceſſum quòd illius non ſit cauſa quærenda. Sic in propoſito: ſi propheta in perſona Dei volens populo oſtendere, quòd eum diligeret: oſtenderet per talia occulta ſapientiæ Dei, qualia ſunt prędeſtinatio, & reprobatio, probaſſet populo dubium, & ignotum per ignotius: ſicut ſi hodie ingratis, & de dilectione Dei dubitantibus: dilectio Dei per viam prædeſtinationis perſuaderi deberet, plus dubitarent de antecedente quam de conſequente. D

CAP. II.

¶Igitur ¶O ſacerdotes. ¶Eſt. a ¶Qui maioris dignitatis, & cui plus committitur, plus ab eo exigitur.

a ET nunc ad vos mandatum ô ſacerdotes. Si 1
nolueritis audire, † & ſi nolueritis ponere 2
a ¶Bene viuendo. b ¶Quod magnum in Genib s.
ſuper cor, vt detis gloriam nomini meo, ait
dominus exercituum, † mittam in vos 3
a ¶Bonorum operum. b ¶His quæ meis benedictionibus poſſidetis. vel quidquid a vobis benedicitur, a me erit maledictum. c ¶His veſtris benedictionibus.
b † egeſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris, & ma- 4
¶Ideo. a ¶Ideſt, noluiſtis intelligere quæ dicuntur.
c ledicam illis, quoniam non poſuiſtis ſuper cor. Ecce ego 5 6
† proijciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum ve 7
ſtrum ſtercus ſolennitatum veſtrarum, & aſſumet vos ſe- 8
cum. Et ſcietis quia miſi ad vos mandatum iſtud, vt 9 10
a ¶Per Leui intelligamus Aaron & alios qui de ſtirpe Leui deſcenderant.
d eſſet pactum meum cum Leui, dicit dominus exercituum, 11 12

CAP. II.

Ezech. 18 g. Hiero. Remig.

a ET nunc, &c. Feciſtis quod impium eſt ad contẽptum mei. Sed quia malo pęnitentiam peccatoris quam mortem, etiam nunc per comminationẽ vos reuoco. Sed ſi nolueritis, po. ſu. cor. mittam in vos veram penuriã, vt non mentientes, ſed omnium rerũ egeſtate coacti, dicatis vos non habere optima quæ offeratis. B Vnde propriè ſacerdotibus dicitur, ꝙ ſi non dederint gloriam nomini domini per ſuam bonam conuerſationem patientur egeſtatem omnium bonorum. Hi quia nõ benedicunt ſanctis ex vero corde, ſed per dulces ſermones ſeducunt corda innocentium, non merentur Dei benedictionem.

† etiam maledixi vix.

† corrumpam vobis ſemen.

✻ Rupertus Senſus eſt. Quoniam noluiſtis audire, aut ponere ſuper cor veſtrum veritatem, miſit Deus in vos egeſtatem, mandando nubibus ſuis ne pluant ſuper vos imbrem, ſicut nunc patet, quia neque prophetiam, neque aliam gratiam cęleſtem habetis. Et maledixit benedictionibus veſtris, & iuxta prophetam alium duplici contritione vos contriuit, vt non ſolum Romani tollerent locum veſtrum, & gẽtem: verumetiam maligni ſpiritus animas auferrent.

1. quæſt. 1. c. Maledicam.

b *Et maledicam benedictionibus, &c.* ✻ Hieronymus. Hoc eſt, quicquid a vobis benedicetur, per me erit maledictũ. Hoc ergo intelligendum eſt de hæretico: illud autem ad Luciferianum de eccleſiaſtico peccatore.

1. quæſt. 1. c. Multi.

✻ Gregorius. Siue per bonos, ſiue per malos miniſtros diſpenſetur, ſacramentum tamen eſt, quia Spiritusſanctus myſticè illud viuificat, qui quondam apoſtolico in C tempore viſibilibus apparebat operibus. Nec bonorum meritis diſpenſatorum ampliatur, nec malorum attenuatur: quia *neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ſed qui incrementum dat Deus*. Hoc de corpore, & ſanguine domini noſtri, hoc etiã de baptiſmate, & chryſmate ſentiendum eſt, & tenendum: quia virtus diuina ſecretius operatur in eis, & diuina ſolummodo hæc eſt virtus ſiue poteſtas, non humanæ efficaciæ, &c. Maledicam aũt benedictionibus veſtris, hoc eſt, his quæ nũc meis benedictionibus poſſidetis: ſeu, quicquid a vobis benedicitur, maledicam: vel, quoniã non benedicũt ſanctis ex vero corde: vel, quia qui iniquè agunt benedicuntur ab eis, adulanturq́; peccatoribus, dummodo diuites ſint.

† Lei

† mal nem

E Hier

c *Ecce ego pro.* Pro peccatis ô ſacerdotes auferam a vobis quæ ſecundum legem ex hiſtorijs accipiebatis; ſ. brachiũ .i. armum animalis dextrum, & diſper. ſu. vul. ideſt, facies veſtras fœtentes reddam putrida commixtione ſtercoris, vt tales ſitis qualia ſunt illa, quæ offeruntur, & ipſum ſtercus aſſumet vos: ſic vt non differatis ab ipſo ſtercore, & ex eo ꝙ vos abijcio, intelligetis me eſſe qui quondam elegi patrem veſtrum Leui: & per Leui Aaron, & dedi vobis gloriam ſacerdotis, vt firmo pacto mihi in æternum miniſtraretis. Voluit Deus homines, & maximè ſacerdotes maculam non habere, & brachium bonis operibus ornare. Sed quia nos omnia contrarium vertimus, proijcit, & ſeparat Deus brachium .i. opera noſtra a ſanctorum operibus: & cum præcipiatur nobis *vngere caput, & lauare faciem*. vel lauatis oculis Deum videamus: habemus facies pollutas ſtercore viciorum, & illud ſtercus quo litæ ſunt facies aſſumit nos ſecum: quia oĩa noſtra ẽt in ſtercus verſa ſunt, cum debuiſſemus mundi eſſe in ſolennitatib. Dei, & carnes agni comedere calciati. Ma

d *Pactum*. Deſcribit Deus quale habeat officium, & qualis debeat eſſe ſacerdos. Hi F

✻ Remigius.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. II.

✻ 1 ET nunc ad. *Hic conſequenter arguit propheta ſacerdotes, & populum de peccatis contra proximum licet cum hoc aliquid ponatur de peccatis contra Deum. Et diuiditur in duas partes, quia primò arguit ſacerdotes, ſecundò populares, ibi.* Nunquid. *Circa primum ponitur monitio. cùm dicitur.* Et nunc ad vos. *q. d. debetis diligenter attendere.*

2 Et ſi no. *Puniam vos, ideò ſequitur.*

3 Mittam in vos ege. *Quam ſupra modum timebant, quia auari & cupidi erant.*

4 Et ma. &c. *i. illis quæ conſueuiſtis benedicere, ſcilicet vineis, & bladis, & huiuſmodi, ita quòd erit penuria, ita exponit Ra. Sa. Et ſubditur cauſa.*

5 Quoniam non potuiſtis, &c. *ſ. exercere officium veſtrum: debito modo colendo Deum, & populum inſtruendo.*

6 Ecce ego proijciam, &c. *Auferendo a vobis virtutem, & ſuſtentationem.*

7 Et diſpergam ſuper vultum &c. *i. ex celebrationibus huiuſmodi non reportabitis honorem: ſed confuſionem.*

8 Et aſſumet vos ſecum. *ſ. ſtercus, ita quòd eritis contemptibiles, ſicut & ipſum.*

9 Et ſcietis, &c. *Per experientiam meæ punitionis.*

10 Quia miſi ad vos *Sacerdotes, & Leuitas.*

11 Mandatum iſtud. *De cultu Dei & doctrina populi.*

12 Vt eſſet pactum &c. *i. cum tribu Leui, quæ fuit ad hoc electa a Deo Num. 2.*

✻ Pactum

MORALITER.

† 1 *Et nunc ad vos.* Secundùm ſenſum literalem hic arguit propheta ſacerdotes Iudæorum de negligentia diuini cultus, & regiminis ſubditorum, quod nunc contingit in prælatis, & curatis pluribus Chriſtianorum: propter ꝙ eis dicitur in pœnam.

3 *Mittam.* i. carentiam ſcientiæ, & gratię; propter ingratitudinem enim Deus iuſtè ſubtrahit dona ſua a promotis in eccleſia, quando negligunt officia diuina.

4 *Et ma. &c.* Frequenter. n. abſoluunt ab illis de quibus non poſſunt propter ignorantiam, vel quod peius eſt; propter quæſtum, vel fauorem.

6 *Ecce.* Subtrahendo a vobis protectionem angelicam.

7 *Et diſpergam, &c.* Quia ſolennitates eorum hodie ſunt communiter in conuiuijs, & potationibus exceſſiuis, & diſſolutionibus ineptis.

9 *Et ſcietis.* Per experientiam pœnæ gehennalis.

10 *Quia.* Quod tamen non ſeruaſtis: & quid ſit iſtud, oſtẽditur cum dicitur.

12 *Vt eſſet.* i. cum Gente ſacerdotali.

† Pactum

✠ ✠ Remigius. Pactum enim fuit cum Leui patriarcha,
A ex Leui peruenit ad Aaron, & poſteros eius. Pactum aũt vitæ non intelligas vitæ iſtius, quæ nobis & cunctis animantibus communis eſt, ſed illius qui dicit. *Ego ſum via, veritas, & vita. Dedi*, inquit, *ei timorem*, qui eſt initium ſapientiæ: *& a facie nominis mei pauebit*, mentis habitu tremorem exagitati corporis oſtendens, tremenſque ſermones meos. *Lex veritas fuit in ore eius*, hoc eſt doctrina ſimplex, & nulla mendacii macula fuſcata, &c.

a *Labia .n. ſacerdotis, &c.* ✠ Remig. Hoc, & in Aggæo legimus. *Interroga ſacerdotes legem*. Ad ſacerdotes.n. diſciplina pertinet, vt interroganti de lege, reſpondeat. Hinc Paulus ad Titum formam deſcribens ſacerdotis. *Vt potens*, inquit, *ſit exortari in doctrina ſana, & contradicentes reuincere.*

B ✠ Dionyſius. Areopag. Quæri ſolet ab his qui diuinorum librorum ſtudio, & amore flagrant, ſi extrema integrè non communicant ſummis, quam ob cauſam Sacerdos

D Sacerdos homo inter homines, Domini omnipotẽtis angelus a Sacra Scriptura nominatur? &c. Nihil (vt reor) abſurdum eſt, ſi Sacerdotem quoq; hominem Theologia angelum vocat, qui pro viribus angelicæ proprietati docendo participat, atq; ad angelorum ſimilitudinem (vt homini poſſibile eſt) per nunciandi officium nititur. Hieron. * cas ob.

b *Vos autem, &c.* Ego volui, vt haberetis doctrinam, & veritatem. *Vos autem receſſiſtis.* Quidquid dictum eſt priori populo, nobis dictum putemus: vt qui fuimus cultores Dei, veritatẽ mẽdaciũ nõ pferamus.

c *Nunquid.* Sicut ex lectionibus Eſdræ colligitur, reuerſi de Babylonia tam principes, & ſacerdotes quaſi reliquus populus, vxores ſui generis quæ paupertate, & labore viæ infirmitatem contraxerunt, eiecerũt, & filiabus alienigenarum ætate, & diuitiis florentibus ſe copulauerunt. Sicut ergo Eſdras corripiebat peccantes, ſic iſte Malachias eos prouocat, vt eiectis alienigenis antiquas vxores recipiant. Eſdr. 9. a. E 1. Eſd. 10. b.

Tranſgreſſus

Pactum meum fuit cum eo vitæ, & pacis: & dedi ei * timo- 1
a ¶ .i doctrina Apoſtolorum nullo polluta mendacio, ſed tota de fonte veritatis procedens. 2
rem, & timuit me, & a facie nominis mei pauebat. Lex veri 3
a ¶ Qui imitatur eum qui peccatum non fecit inuentus dolus in ore eius. 4
tatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuẽta in labijs e- 5
a ¶ Quia, & ipſe in ſe habuit pacem, & alios pacificauit. b ¶ Sicut Enoch qui tranſlatus eſt.
ius. In pace, & in æquitate ambulauit mecum, & multos a- 6
a ¶ Si ſacerdos non corripit delinquentes ſacerdotis officium prætedit.
b ¶ Donec congruo tempore proferunt. 7
a uertit ab iniquitate. Labia .n. ſacerdotis cuſtodiunt ſcien- 8
a ¶ Si ſacerdos de lege interrogetur, doceat, reſiſtentes conuincat, alioqui fruſtra dignitatẽ iactat, cuius non exhibet operationem. b ¶ Subditi. c ¶ Exponit nomen ſuum Eſdras ſacerdos Dei, ideſt, Malachi qui angelus domini appellatur, voluntatem Dei nuncians hominibus. †
tiam, & legem requirẽt ex ore eius, quia angelus dominus 9
a ¶ Recta quam monſtrabam. b ¶ mala conuerſatione veſtra.
exercituum eſt. Vos aũt receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis 10
a ¶ Vitæ, & pacis, & cæterorum quæ pertinent ad officium ſacerdotis. 11
b plurimos in lege. Irritum feciſtis pactum Leui, dicit dñs 12
a ¶ Qui prius glorioſi, & reuerendi. 13
exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles 14
a ¶ Viles, b ¶ Inter omnia peccata ſacerdotum quaſi maximum notatur, quia non cauſas ſed perſonas conſiderent, & deſpecto paupere iuſto, diuites honorent.
& humiles omnib. populis, ſicut nõ ſeruaſtis vias meas, &
a ¶ Perſonarum b ¶ Abraham, a quo omnes Iudæi originem habent.
accepiſtis faciem in lege. Nunquid non pater vnus omniũ 15
c a ¶ Qui ex Abraham omnium noſtrum genus edigit. 16
b ¶ Quare fratrum noſtrorum abijcimus filias, & relicto pacto patrum accipimus vxores non ex lege? 17
noſtrũ? Nunquid non vnus Deus creauit nos? Quare ergo 18

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Pactum meum. *i. lex.*
✠ 2 Fuit cum eo vitæ, & pacis, &c. *Fuit enim promiſſum a Deo quòd populus in pace viueret ſi legem ſeruaret, & ſic fuit adimpletum quandiu hoc ſeruauit, vt patet ex decurſu veteris teſtamenti.*
C 3 Et dedi ei timorem. *ſ. Moyſi, & Aaron, & pluribus ab eis deſcendentibus, qui Deum timuerunt.*
4 Lex veritatis fuit, &c. *Ad docendum populum.*
5 Et iniquitas non eſt inuenta, &c. *Quod enim Aaron fecit vitulum conflatilem, fuit ex timore mortis vt dictum fuit plenius, Exod. 32. nec ipſi, nec alij Leuitæ crediderunt, quod in vitulo eſſet aliquid numinis. Quod patet ex hoc quòd tota tribus Leui iunxit ſe Moyſi ad interficiendum illos qui peccauerunt in idololatria vituli. Exod. 32.*
6 In pace, & in æquitate, &c. *Iuſtè, viuendo, & me deuotè colendo.*
7 Et mul. &c. *Populum docendo: hoc.n. pertinet ad officium Leuiticum, & potiſſimè ſacerdotum, ideo ſubditur.*
8 Labia enim ſa. *Et ſubditur cauſa.*
9 Quia an. &c. *Habet enim officium angelicum ſcilicet colere Deum, & diligere populum, ſicut angeli in miniſterium miſſi propter ſalutem electorum,* ſemper vident faciem patris qui eſt in cœlis Matth. 18.
10 Vos autem. *Sacerdotes, & Leuitæ huius temporis.*
11 Receſſ. *Quam tenuerunt Moyſes, & Aaron, & alij iuſti.*
12 Et ſcandalizaſ. *i. fuiſtis eis occaſio delinquendi. Eſt.n. ſcandalum impactio pedis ad aliquid, quod facit incedentem ruere: malicia autem ſacerdotum, & doctorum facit errare populum: vnde dicit Saluator.* Cæci ſunt, & duces cæcorum: ſi autem cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. *Propter quod dicit Greg. in paſtoral. Cum paſtor per abrupta graditur, conſequens eſt vt grex ad præcipitium ſequatur.* Matth. 15. b. F
13 Irritum fe. pa. *De officio ſacerdotij.*
14 Propter quod &c contempt. &c. *i. abiectos.*
15 Et ac. fa. in le. *Iuſtificantes impium pro munere, ſacerdotes.n. iudicabant populum maximè poſt reditum de Babylone.*
16 Nunquid. *Poſtquam reprehendit ſacerdotes, & Leuitas de malo regimine populi, hic conſequenter arguit cęteros de contemptu proximi, & primò in generali, cum dicitur.* Nunquid non. *q.d. Sic ſ. Adam, vt dicunt aliqui, vel Abraham ſecundum alios, & eſt verbum prophetæ.*
17 Nunquid non vnus. *q.d. Sic: quia omnes animæ humanæ creãtur a Deo immediatè.*
18 Quare ergo deſpi. *Propter paupertatem ſuam. q.d. non habemus cauſam.*

✠ Violans

## MORALITER.

† 1 *Pactum.* i. exemplaris vitæ, & pacis fraternæ, & hoc fuit obſeruatum a ſacerdotibus primitiuæ Eccleſiæ, & poſtea longo tempore, de quibus adhuc ſubditur.
3 *Et dedi, &c.* ſ. filialem qui cauet Dei offenſa.
4 *Lex.* Docendo populum publicè, & ſecretè.
5 *Et iniquit. &c.* Per viam exemplarem, & ſanam doctrinam.
8 *Labia.* Ideſt, ſacerdotum accipiendo ſingulare pro plurali.
† *Cuſtodi.* i. cuſtodire debent ſcientiam ad ſalutem animę pertinentem, & ſubditur cauſa, cum dicitur.
9 *Quia an.* i. medius inter Deum, & populum: quia pro populo debet Deum exorare, & Dei mandata populo nũciare, & ſic fuit temporibus præteritis. Et conſequenter oſtenditur quid ſit modernis, cum dicitur.
10 *Vos.* ſ. mandatorum Dei.
12 *Et ſcand.* Ex modo veſtro viuendi. Gregor. in paſtorali. Cum paſtor per abrupta graditur, conſequens eſt vt ad præcipitium grex ſequatur.
14 *Propter quod.* Idem grauius, & abiectius puniendo in gehennam.
16 *Nunquid.* Hic ſecundum ſenſum literalem arguuntur ſacerdotes, & populus ſimiliter de contemptu proximi, quod vicium etiam ſatis viget tempore præſenti. Et arguitur primò iſtud vicium, generaliter cum dicitur. *Nunquid non pat.* q.d. Sic. ſ. finem.
17 *Nunquid non vnus Deus creauit nos.* Quaſi diceret. Sic, Et ad imaginem ſuam, ideò concludit.
18 *Quare ergo deſpicit vnuſquiſque fratrem ſuum.* Quia non habetur cauſa ex parte principij naturalis nec ſupernaturalis.

deſpicit vnuſquiſq; noſtrum fratrem ſuum, violans pactũ 1
a ¶Hoc peccato contaminatur tribus Iudæ quæ cum ſacerdotibus, & Leuitis reuerſa eſt de Babylone, decem tribubus retentis in captiuitate æterna.
a patrum noſtrorum. Tranſgreſſus eſt Iuda, & abominatio fa 2
a ¶Miſcendo ſe gen Iſrael cum filiabus Gentilium idolis ſeruientibus.
cta eſt in Iſrael, & in Ieruſalẽ: quia contaminauit Iudas ſan 3
¶Dominus.
ctificationem domini quam dilexit, &† habuit filiã Dei a- 4
a ¶Ad eos qui hoc fecerunt ſermo prophetæ dirigitur vt a peccato maledictionis retrahantur. 5
b ¶Siue ſit ſacerdos ſiue laicus, vna maledictione ferientur qui vno peccato tenentur. 6
b lieni. Diſperdat dominus virum qui fecerit hoc magiſtrũ †
a ¶Diſperdat dominus. b ¶Qui pro huiuſmodi hominibus voluerit ad altare munus offerre quorum ſolum remedium eſt, non facere quod fecerunt 7
& diſcipulum de tabernaculo Iacob, et offerentiũ munus 8
c domini exercituũ. Et hoc rurſum feciſtis. † Operiebatis la- †
a ¶Obſtrictus lachrymis, & planctu miſerorum. 9
chrymis altare domini fletu & mugitu, ita vt vltrà nõ reſpi
a ¶Sacerdotum qui illa commiſerunt, vel facientibus conſenſerunt.
ciam ad ſacrificiũ, nec accipiam † placabile quid de manu
a ¶Non accipis b ¶Ideo non accipio c ¶Commẽdauit tibi matrimonium legitimæ coniugis teſtimonio ſcripturæ dicentis. Propter hoc relinquat homo patrem, & mat. & ad vx. ſuæ, et c. d in c. v
veſtra. Et dixiſtis. Quam ob cauſam? Quia dominus teſti- 10
a ¶Coniunctam tibi in iuuentute, modo deſertam in ſenectute. 11
ficatus eſt inter te, & vxorem pubertatis tuæ, quam tu 12
¶Deberet eſſe. a ¶Ideſt, coniunctionis a Deo inſtitutæ qui de coſta viri mulierem fecit & ideo non licet diſiungi, quod Deo ex vno placuit inſtitui:
deſpexiſti. Et hæc † particeps tua, & vxor fœderis tui. 13
a ¶Vtrumque, virum & fœminam. ¶Mariti vel Dei. 14
Nonne vnus † fecit, & reſiduum ſpiritus eius eſt? Et quid 15
a ¶Ne vincamini libidine, & alienigenarum amore. 16
d vnus † quærit niſi ſemen Dei? Cuſtodite ergo ſpiritum 17

† gemitu. †ſocia. †.ſ. Abrahã. Io. 11. †ſub. fecit quæſiuit ſemen Dei.

a *Tranſgreſſus eſt Iuda, &c.* ✱ Ruper. Parum eſt ad iſtam
A declamationem ſolum illud reſpicere, quòd reuerſi de Babylone in eo tranſgreſſi ſunt, quòd quidam ſacerdotes ac leuitæ tulerunt de filiabus Chananæorum cæterarumque gentium, & commiſcuerunt ſe populis terrarum. Decet itaq; maieſtatem loquentis Spiritus loquentis de ſpiritalibus attendere. Quomodo habuit Iudas filiam Dei alieni? Profectò lex cærimoniarum ſine lege fidei, filia eſt Dei alieni. Vbi Iudas hanc contempſit, & legem cerimoniarum in cibis & potibus, & iuſtitijs carnis retinuit ibi tranſgreſſus eſt:
B & ex tunc habuit filiam Dei alieni, ex quo Chriſtum occidit, quia quidquid ex tũc obſeruare vĩ in cerimonijs huiuſmodi, non eſt religio veri Dei, ſed religio alieni, abominatio & contaminatio ſanctificationis domini quam dilexit peruerſa dilectione, vt mallet Chriſtum occidere, quã ſanctificationem loci vel gentis amittere ſecundum timorem quem finxit dicens. *Si dimittimus eũ ſic, venient Romani, & tollent, &c.* Et diſperſi ſunt tam magiſter quàm diſcipulus, & offerens munus Domini. i. tam ſeniores quàm populus: tam Phariſæi quam pontifices, tam de terrenis quã de cęleſtibus tabernaculis Iacob.

Hieron.
b *Qui fecerit, &c.* Non ait, qui fecit, ne abſcidat veniam
C errori ſed qui deinceps fecerit, vt timore maledictionis peccatores reuocet ad pœnitentiam. D
c *Et hoc rurſum feciſtis.* Operuiſtis altare meum lachrymis innocentium: dum offerebatis hoſtias de rapina lugentiũ pauperum. Similiter nunc eſtis cauſa, quare altare meum lachrymis cooperiatur, quia relictæ dum viderent alienigenas in thoris ſuis collocatas, ad auxilium Dei confugiebant, lachrymis & gemitu Deo inuidiam faciẽtes: quòd humana non reſpiceret, & miſerias non iuuaret. Quidã putant hæc eſſe dicta generaliter contra eos qui aliena rapiunt & diuitias cõgregat, de quibus & offerunt Deo munera, ſed Deus non ſuſcipit prohibitus lachrymis ſpoliatorum. Poſſunt & hęc
E dici contra eos qui propter amiſſionẽ temporalium rerũ non dirigunt ſpem in Deum nec quærunt æterna, ſed indecoris, & fęmineis plãctibus orationẽ ſuam deturpant, ne a Deo ſuſcipiãt. Iſti habẽt vxorem adoleſcentiæ. i. naturalem legem ſcriptã in corde, quę etiam incredulos impellit dicere: Deus iudicet, Deus videat: & ipſi cũcta inter me, & te dijudicãda permitto. Hęc vxor reſiduũ ſpiritus noſtri, qa noſtro ſpiritui sẽper copulatẽ, quę ſi recedet a nobis, ſtatim offendimus Deũ, vñ ingeminat. Cuſtodite, non carnẽ quæ Deo plocere non pōt, non animalem animam, quæ non percipit quę ſunt Dei: ſed rationalem ſpiritum. qui interpellat gemitib. inenarrabilibus.
d *Et quid vnus.* Cũ vnus vtrũq; fecerit, iō ẽt iũxit vt liberi naſcantur

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Violans pactum pa. no. *i. legem datam patribus noſtris, quę præcipit proximum diligere, ſecundò in ſpeciali arguit contemptum vxoris, quæ debet eſſe vna caro cum viro dicitur.*
2 Tranſgreſſus &c. *Et iſta tranſgreſſio ſpecificatur, cũ ſubditur.*
3 Quia contaminauit Iudas ſanctif. dom. *ſ. latriam.*
4 Quam di. *ſ. dominus.*
5 Et habuit. *ſ. Iudas. i. illi de regno Iudæ.*
6 Fili. Dei alie. *Reuertentes. n. de Babylone contempſerunt vxores ſuas Iudæas, quæ ex frequenti partu, & labore itineris erant deturpatæ, & duxerunt vxores alienigenas, vt patet primi Eſdræ 9. & primas tenebant in domibus ſuis quaſi ancillas, mulieres verò docẽt pueros ſuos proprios mores, & ſic alienigenæ vxores docebant filios a Iudęis genitos idololatrare, quod erat peſſimum, ideò ſequitur.* Diſperdet dominus virum qui fe. hoc.
7 Magiſtrum & diſcipu. *i. magnum ſiue paruum.*
8 Et offerentium mu. *i. de tribu ſacerdotali, quia in illa tribu inuenti ſunt viri qui acceperant vxores alienigenas. 1. Eſdræ 10. Et hoc rurſum feciſtis.*
9 Operiebatis la. &c. *Credentes expiare hoc peccatum abſque emiſſione alienigenarum, quod tamen eſt falſum, ideò ſubditur. Ita vt non reſpiciam, &c.*
10 Et dixiſti &c. *Quam ob cauſam non dimittitur iſtud delictum per ſolum ſacrificium. Ad quod reſpondetur, cum dicitur.* F
11 Quia dominus te. eſt inter te, & vxo. *De mutua cohabitatione, & dilectione, dicens per Adam propheticè Gene. 2. vt ibidem fuit declaratum: quam ob rem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.*
12 Quam tu deſp. *Tenendo eam vt ancillam.*
12 Et hæc particeps tua. *i. ſocia, non ancilla.*
14 Et vxor fœ. &c. *cōſenſum animorũ qui facit matrimonium.*
15 Nonne vnus fe. *q. d. Sic quia vnus Deus fecit Adam, & Euã*
16 Et reſiduum. *Ad hoc enim fecit Deus mulierem de coſta viri, vt ſicut vna caro ſunt, ita ſunt vnus ſpiritus, & vna anima per verã dilectionem.*
17 Et quid vnus. *q. d. Ad hoc eſt vnitio ſeu coniunctio matrimonij, vt inde procreetur ſemen ad cultum Dei, ideò ſubditur.*
18 Cuſtodite. *i. bonam voluntatem ad vxorem.*

✱ Cum

## MORALITER.

1 *Violans pactum patrum noſtrorum.* Nam in veteri teſta-
Matth. 19. † mento præceptum eſt. *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* & in nouo replicatur.
3 *Quia contaminauit, &c.* Hic ſecundò arguitur contemptus proximi ſpiritualiter, ſcilicet vxoris ideò ſubditur.
5 *Et habuit filiam Dei alieni.* Hoc ad literam dicitur de reuerſis a captiuitate Babylonis qui acceperunt vxores alienigenas, vt dicitur Eſdræ 1. & ſuas Hebræas contemnebãt. Et idem fit hodie quia multi Chriſtiani ſunt adulteri vxores proprias contemnentes. Et idem myſticè fit in prælatis, & curatis, qui circa negocia principum, & magnatum ſunt occupati, ſuas eccleſias, & parochias ſine ſufficienti regimine relinquentes, ideò ſubditur pœna cùm dicitur.
† *Diſperdat do. &c.* Siue paruus fuerit, ſiue magnus.
† *Et hoc rurſum, &c.* Hoc dicitur propter aliquos qui ad horam pœnitent, ſed de facto non emendant.
15 *Nonne vnus fecit &c.* q. d. Sicut Deus eſt vnitatis, & pacis, fecit virum, & vxorem vt ſint duo in carne vna, ſic ordinauit, quòd vnus epiſcopus habeat vnam eccleſiam: & ſacerdos, vnam parochiam; cui totaliter inhæreat cuſtodiens ipſam, ideò ſubditur.
17 *Et quid vnus quærit, &c.* i. vnus epiſcopus in diocęſi ſua,
† & ſacer-

A naſcantur,& filij Dei de ſtirpe Iſraelitica.Cũ ergo fœcun das vxores habeatis & liberis gaudeatis cur pulchritudi nẽ vxorũ quęritis quę meretricib. apta eſt,non vxoribus.

a *Et vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere.* ✻ Tertul. Præter ex cauſa adulterij, nec creator diſiungit, quod ipſe coniunxit, Moyſe conſtituente, eum qui ex compreſſio ne matrimonium fecerat, non poſſe dimittere vxorem in omne tempus. Quod ſi ex violentia coactum matrimoniũ ſtabit,quan tomagis ex conuenientia voluntarium? Sicut & prophetiæ auctoritate. *Vxorem iuuentutis tuæ non dimittes.*

✻ Clemens.Rom. A Domino iũgitur viro mulier,quia Dominus dicit: *Relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Neque verò poſt nuptias licet eam indemnatam eijcere: *Cuſtodiet*, inquit, *ſpiritu tuo, & vxorem iuuentutis tuæ ne reliqueris.* Mulier enim eſt vitæ conſors ac ſocia, in vnum corpus a Deo D conflata. Qui verò contra ſcindit id in duo, quod eſt in vnum a Deo concretum, rationem rerum a Deo conditarum euertit, & illius prouidentiæ aduerſatur.

✻ Idem. Vir igitur, & vxor iuſtis nuptijs coniuncti, mutuò ſe excitantes, ſine obſeruationibus orent,& quã uis non lauent, tamen erunt luſtrati,&c.

b *Cum odio habueris, &c.* Quaſi dicat. Sed dices: mihi: Præcipitur in lege, cum odio habuimus vxores, dimittamus eas. Ad quod reſpondeo tibi, non eſſe pręceptum, ſed propter duritiam cordis tui permiſſum, quia quicunque excepta cauſa fornicationis iniquæ dimiſerit vxorem, veſtimentum eius ideſt,corpus quo anima veſtitur operiet iniquitas, ideſt, pœna peccati, vt in quo peccauit, in ipſo moriatur. Hieron. Deut. 24.a. Matth. 19.a.

Ca.

lu. c.4. h. t.2

a ¶Quæ tibi virginali iuncta eſt matrimonio, perſeueret vſque ad ſenectutem.

a veſtrum, & vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. Cum 1

a ¶Alias. Cum odio habueris eam, dimitte di.

b odio habueris eam,dimitte,dicit dominus Deus Iſrael.Ope 2

rietautem iniquitas veſtimentum eius dicit dominus exer- †

a ¶Soluta obiectione, replicat quod dixerat. b ¶Cuſtodiam ſpiritus veſtri, v l certe vxorem.

cituum. Cuſtodite ſpiritum veſtrum, & nolite deſpicere. †

6.Conſt. t.c.4. c.29.

B — E

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Cum odio habueris eam dimitte,&c. *Dando ei libellum repudij,vt poſſit alteri nubere: & non ſicut ancilla a te violenter teneri:hoc enim eſt minus malum, quam affligere vxorem ſine cauſa, vt ancillam. Libellus enim repudij non fuit conceſſus,vt per ſe eſſet licitus,ſed ad maius malum euitandum,vt diffusè declaraui Deuteronom.24.a.*

2 Operiet autem iniquitas veſtimentum eius dicit dominus,&c. *Ideſt,veſtimentum viri. Sic enim ſonat litera Hebraica, quæ non poteſt referri niſi ad maſculum,& non ad fœminam ſecundum modum loquendi Hebraicum: & eſt ſenſus.* Operiet autem iniquitas,&c. *Quaſi dicat per Dei vindictam ſic apparebit iniquitas viri deſpicientis vxorem modo prędicto ſicut apparet illud quod ponitur ſuper veſtimentum eius.*

✻ Cap.

## MORALITER.

† & ſacerdos in parrochia:non enim debet quęrere extraneam occupationem, ſed ſuos ſubditos facere Dei filios per deuotionem,ideo ſubditur.

† *Vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere,&c.* Ideſt, curam eccleſię tuæ noli negligere.

1 *Cum odio eam habueris,&c.* In ea nolendo morari.

† *Dimitte eam dicit dominus Deus Iſrael,&c.* Reſignando ſuperiori,vt ſic alteri detur, qui fructificet ibi.

† *Cuſtodite ſpiritum veſtrum.* ſ.a Deo blaſphemia,ideo ſubditur: *Laborare feciſti dominum in ſermonibus veſtris,&c.*

† MORA-

C — F

## ADDITIO I.

In cap.2. *vbi dicitur in poſtil.* Et maledicam benedictionibus veſtris.

*Hoc quod dicitur hic: Et maledicam benedictionibus veſtris, ſecundum magiſtrum in 4. diſt. 19. quidam referunt ad hereticos qui ſunt ab eccleſia præciſi, & ad excommunicatos, quorum bnedictiones fiunt maledictiones his qui eorum ſequuntur errores. Aliam etiam expoſitionem ponit, quam credo eſſe Græ. & eſt talis ſcilicet, quod qui a malis ſacerdotib. benedicitur, a Deo erit maledictus: quia benedicunt iniquè agentibus,& adulantur peccantibus, dum modo diuites ſint. Hęc ille.*

## ADDITIO II.

In eodem cap. *vbi dicitur in poſtilla. Nonne vnus fecit.*

*Hoc quod dicitur hic. Nonne vnus fecit,&c. aliter dicitur exponitur ſecundum quoſdam Hebręorum expoſitores,& magis conſonum literæ,vt videtur. Ad quod ſciendum, quòd Abraham habens in vxorem liberam Saram de genere ſuo, accepit tamen aliam vxorem alienigenam.ſ. Agar ancillam Aegyptiacam Gen.16. ex quo volebãt ſe excuſare a peccato illi qui alienigenas vxores acceperãt habentes alias proprias: & hoc eſt quod dicitur.* Nonne vnus fecit. *Scilicet Abraham qui erat vnus pater omnium Iſraelitarum.* Et reſiduum ſpiritus eius: *per hoc quod dicitur: Reſiduum intelligitur ſuperabundans,eò quòd reſiduum cuiuſcunque rei ſuperabundat ſuper ipſam rem. Q.d. non ſumus inculpandi propter vxores alienigenas,eò quòd Abraham hoc fecit vt dictum eſt: & tamen ſpiritus eius ſ. prophetiæ, & ſanctitatis, ſuperabundans fuit: & ſic geſta eius ſunt trahenda ad conſequentiam. Ad quod reſpondetur per prophetam. Et quid vnus quęrit niſi ſemen Dei? Q.d. ille vnus hoc fecit non ex libidine carnali,ſed quia Sara erit ſterilis,ipſamet procurãte hoc fecit Abraham cauſa prolis habendæ,vt in c. Ge. ſupradicto. Et quia non fecit hoc Abrahã ſolum ad inſtantiam Saræ,vt dictum eſt:ſed etiam nutu ſeu inſpiratione diuina,ideo dicit.* Et quid vnus quærit niſi ſemen Dei? *hoc eſt dicere illud quod quęrebat Abraham non eſt intelligendum ſemen, ſeu prolem ſimpliciter: ſed ſemen Dei, quia a Deo inſpiratus hoc faciebat: & ſic oſtendit quòd non erant excuſati per exemplum Abrahæ: & ideo hortatur eos:* Cuſtodite ergo ſpiritum veſtrum, & vxorem adoleſcentię tuæ noli deſpicere: *quia Abraham non fecit hoc deſpiciendo vxorem,ſed rationibus prędictis. Et ſequitur.* Cum odio habueris dimitte per libellum repudij *qui erat ſimpliciter licitus tempore veter. teſt. vt declaratum fuit in additione. Deut. 24.*

Replic. In cap. 2. *vbi dicitur.* Nonne vnus fecit, &c. *Burg. aſſumit contra poſtill. & glo. quam aliquando non ſcit nimis ponderare,quod ille paſſus debeat exponi de Abraham contra excuſationem friuolam populi in litera poſitam, vt ſit verbum populi contra Deum arguentis. Nonne ſcilicet Abraham habuit alienigenam vxorem ſine reprehenſione, quaſi dicat quare reprehenditur in nobis? Sed in litera, & in eius proceſſu eſt verbum prophetæ in perſona Dei arguentis populum,& ita dicit glo. vnde poſſet hic Bur. multipliciter culpari: ſed non eſt pœnitentis propoſiti niſi oſtendere, eum malè contra Poſtillatorem moueri. Sed circa illum paſſum eiuſdem cap.* Si odio habueris vxorem,dimitte Burg. *de materia illa ſe remittit ad 24.c. Deut. & ibi vide correctorium ſatis latum dirigi ad cap. 19. Matthæi.*

A

Hieron.

Remig.

Proſperitate malorum Iudæorum populus omnia caſu agi non Dei iudicio æſtimabat.

## CAP. III.

a Ⓛ *Aborare feci.* Populus autem reuerſus de Babylone videns Babylonios, & cæteras Gentes idololatras valere corporum ſanitate, & omnium mundana proſperitate affluere, ſe autem cultores vnius Dei infirmos eſſe corpore, nec habere etiã quæ ad cibum neceſſaria ſunt, dicebat nõ eſſe Dei prouidentiam in reb. humanis, ſed omnia caſu agi, nõ Dei iudicio cui placent mali: & diſplicẽt boni, aut ſi Deus cuncta diiudicat, vbi eſt illius æquum, & iuſtum iudicium.

†Alioqui vbi

B b *Ecce.* Iudæi hoc de Elia propheta dictum intelligũt. Et quod ſequitur. *Et ſtatim veniet ad te.* ſ. ad ſuum Chriſtum referunt in vltimo tẽpore vẽturum, ſed quod templum inueniet? Iam enim deſtructum eſt omnino, aut ſi alius ante eum reſtituet, quid Chriſtus eorum amplius facturus eſt cum ab alio reſtituta ſunt omnia? Quidam ex perſona Chriſti legunt, ꝙ mittat angelum. ideſt, Ioannem prædicare baptiſmum pœnitentię, qui Chriſtus ſtatim de ſe quaſi de alio ſubdit? Et ſtatim veniet. Alij ex perſona patris legunt. *Ecce ego mitto angelum meum qui præ. v.* & quod ſequitur: ſtatim veniet ad templum ſanctum, ſcilicet de Saluatore intelligunt, cui Ioannes præparat viam in cordibus credentium, in quibus non poterat prius Deus ambulare propter prauitatem, & incredulitatem.

† nuncium

† expurgabit.

† fœderis.

Matth. 1 2.

## CAP. III.

¶ Præter ſupradicta.

a L Aborare feciſtis dominum in ſermonibus 1

¶ ſententia horum verborũ latius tractatur in Pſ. Quã bonus Iſrael Deus.

veſtris, & dixiſtis: In quo fecimus cũ labo- 2

rare? In eo quod dicitis: Oĩs qui facit ma- 3

lum, bonus eſt in conſpectu dñi, & tales

a ¶ Vos laborare fecitis dominum, & quæritis vbi eſt Deus iudicij? ſed ego manifeſtum eum faciam, & in primo, & in ſecundo aduentu

ei placent: † Aut certe vbi eſt Deus iudicij? † Ecce ego mit- 4

a ¶ Hoc interpretatur dominus in Euangelio de Ioanne Baptiſta, qui etiam de ſe dicit. Elias iam venit. 5

tam † angelum meum, et † præparabit viã ante faciem meã.

a ¶ Ad eccleſiam, vel vnumquemque credentium. b ¶ Saluator qui omnium creator.

Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominator quem vos 6

¶ Deſideratis. a ¶ Magni conſilij. b ¶ Qui iuſtè iudicat, qui perſonam non accipiat. 7

c ¶ Ecce inquam veniet, qui iuſtè iudicabit, cui pater dedit omne iudicium. 8

b quæritis, & angelus † teſtamenti quem vos vultis. Ecce venit 9

a ¶ Nullus humanus ſenſus poterat cogitare, quando venturus vel qualis futurus erit.

dicit dominus exercituũ. Et quis poterit † cogitare diem ad- 10

Notan-

Notandum quòd dominus vel euangeliſtæ vel Apoſtoli alij, cum de hoc propheta vel de alijs teſtimonia proſerant, non ſequuntur verba vulgatarum tranſlationũ, ſed habentes ſcientiã Hebrææ linguę ex Hebræo transferunt, non curantes de ſyllabis, & punctis verborum, dummodo ſentẽtiarum veritas transferatur.

D

✻ Tertul. Moyſes angelum quidem dixit Chriſtum, ob magnitudinem virtutum quas erat æditurus, & officium prophetæ, nũciantis ſcilicet diuinam voluntatem, ſicuti, & præcurſorem, futurum angelum appellat, per prophetam Spiritus dicens: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, ideſt, Chriſti.

† Ma. Mar. Luc.

E

✻ Euſebius. Cæſar. Significat porrò Deum verbum, quem angelum teſtamenti nominat, quemque etiam ipſe Dominus omnipotens docet ſe mittere ante faciem ſuam dicens: *Ecce ego mitto angelum, &c.* Atqui eundem hunc quem angelum meum vocauit, rurſus deinceps Dominum appellat, vbi adiungit illud. *Et repente veniet Dominus, & angelus teſtamenti.* Vnum verò, & eundem cum produxit, tum addit. *Ecce venit, & quis ſuſtinebit, &c.* Quibus verbis ſecundum, & glorioſum illius aduentum ſignificat. Sed qui omnia hæc canit, Dominus eſt omnipotens vniuerſi Deus.

Ⓛ Athanaſ.

C F

## NICOLAVS DE LYRA.

## CAP. III.

✻ Ⓛ Aborare feciſtis dominũ in ſermonibus, &c. *Hic incipit ca. in Hebręo vbi incipit aduentus Chriſti denunciatio. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur occaſio huius denunciationis: ſecundò ipſa denunciatio ſubditur, ibi.* Ecce ego mittam angelũ. *Circa primum ſciendum, quòd populus Iudæorum ſaltem pro magna parte videns alias Gentes in hoc mundo proſperari, vt Chaldæos, & Perſas, & Medos qui erant idololatræ, & ſe frequenter deprimi, & captiuari dicebat quòd Deus diligebat malos: & de ſeruitorib. ſuis non curabat, vel quòd de iſtis inferioribus prouidentiam non habebat: ex quo ſeruientes ſibi ſic negligebantur, & alij exaltabantur, & ſic Deo imponebat malitiam malos diligendo, vel ignorantiam, merita, & demerita hominum non videndo: & vtrum quòd eſt erroneum, & Deo odioſum, ideo dicitur.*

1 Laborare feciſtis dominum in ſermonibus, &c. *Blaſphematoris. Et loquitur ſcriptura de Deo quaſi de homine afflicto de malo quod audit.*

2 In eo quod dicitis. *Erroneè.*

3 Omnis qui facit malum, bonus eſt, &c. *Ex dictis patet ſententia.*

4 Aut certe vbi eſt Deus iudicij. *Ideſt, dijudicans inter bonos, & malos.*

5 Ecce ego mittam angelum meum. *Hic conſequenter denunciatur Chriſti aduentus, in quo fit bonorum, & malorum diſcretio: quia in primo aduentu Chriſti factum eſt iudicium diſcretionis, vocando aliquos ad gratiam, cæteris dimiſſis iuſto Dei iudicio, licet nobis occulto, ſed in ſecundo aduentu fiet iudicium diſcuſſionis, malos puniendo, & bonos præmiando. Sic ergo proceditur: quia primò vterque aduentus denunciatur, & ſecundo prædictus error euacuatur, ibi:* Inualuerunt. *Prima in duas: quia primò ponitur dicta denunciatio: ſecundò, populi monitio, ibi.* Ego enim. *Prima adhuc in duas: quia primò nunciatur vterque aduentus, ſecundò vtriuſque eſſectus, ibi:* Ipſe enim. *Circa primum primò denunciatur primus aduentus Chriſti, cum dicitur in perſona Chriſti.* Ecce ego mittam angelum meum. *i. Ioannem Baptiſtam, qui magis duxit in terris vitam angelicam, quam humanam. Quia enim hęc ſcriptura dicatur de ipſo ad literam patet Matth. 11. b. vbi dicit Saluator de Ioanne.* Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto ang. &c. Et præparabit *quia prædicatio, & baptiſmus Ioannis fuerunt quędã præparationes ad baptiſmum, & prędicationem Chriſti.*

6 Et ſtatim veniet ad templum ſuum. *Quia ibi Chriſtus oblatus fuit, & ibi plures prædicauit, & miracula fecit.*

7 Dominator quem vos queritis. *i. Chriſtus cuius aduentum ſummè deſiderabant patres antiqui.*

8 Et angelus teſtamenti. *Quia Chriſtus fuit nuncius noui teſtamenti, vt prędixerat Ieremiæ 31. Secundò denunciatur aduentus Chriſti ſecundus, cum dicitur.*

9 Ecce venit. *i. veniet certitudinaliter ad iudicium.*

10 Et quis poterit. *Q. d. nullus, vnde dicitur Matth. 24. c.* De dic illa, & hora, &c.

Di

✻ Et

## MORALITER.

† 1 *Laborare feciſtis dominum in ſermonibus veſtris.* Contra ipſum. Et qui ſint ſermones illi, ſubditur.

2 *In eo quod dicitis omnis: qui facit malum bonus eſt.* Multi namque videntes malos homines temporaliter proſperari, & bonos affligi, dicunt Deum delirare vel dormire, quod eſt falſum, nam iudicia eius vera ſunt ſemper, & iuſta, licet nobis ſint occulta.

5 *Ecce.* Iſtud literaliter exponitur de Ioanne Baptiſta. Moraliter autem exponi poteſt de bono prędicatore qui dicitur Dei angelus ideſt, eius nuncius, qui preparat mentes audientium ad hoc, quòd vbi veniat Chriſtus tãquam ad templum ſuum. 1. Cor. 3. d. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.

† Et

A ✻ Athanaſ. Aduerſus eos qui dicunt filium non eſſe ſubſtantiæ Patris, quodque vna eademque ſit authoritas, potentia regnum & diuinitas Patris, & Filij, dicit Propheta: De repente veniet Dominus ad templum ſanctum ſuum Dominus quem vos quæritis. Dei igitur templum eſt, quod & ſuum Filium eſſe dicit, ne exiſtimaretur diuerſa eſſe Patris dominatio, & diuerſum Filij regnum. Templum quod Salomon dedicauit Deo, hoc ipſum Filij templum nuncupauit propheta, cū ait: Subito ad templum ſuum veniet Dominus: ideoque & Seruator loquitur: *Domus mea dom⁹ orationis vocabitur, &c.*

B a *Ipſe enim* Dominus eſt ignis conſumens, lignum, fœnum, ſtipulam, grauia peccata grauiter puniens: & his qui parua, & leuia committunt, eſt herba fullonum, vt lotis munditiam reſtituat, & lauet ſordes filiorum Sion. Per filios Leui ſacerdotalis intelligitur dignitas, & ſi ſacerdotes colandi ſunt, & purgandi, quid de cæteris dicēdum eſt, cum iudicium incipiat a domo Dei.

✻ Aug. Ex his videtur euidentius apparere, in iudicio quaſdam quorundam purgatorias pœnas futuras. Vbi enim dicitur: *Quis ſuſtinebit diem introitus eius, quia ingredietur quaſi ignis conflatorij, &c.* Quid aliud intelligendum eſt? Niſi fortè, ſic eos dicendum eſt emundari a ſordibus, & eliquari quodammodo, cum ab eis mali per pœnale iudicium ſeparantur. Sed cum dicit: *Et erunt Domino offerentes, &c.* Vtique oſtendit eos ipſos qui emundabūtur deinceps in ſacrificijs iuſtitiæ Domino eſſe placituros, ac per hoc ipſi a ſua iniuſtitia mundabuntur, in qua domino hoſtiæ diſplicebant.

✻ Ambroſius. Si pro otioſo ſermone redditurus eſt vnuſquiſque rationem, quanto magis verba ſacrilega grauibus ſupplicijs expiabit? *Igne nos examinaſti*, inquit Dauid. Ergo omnes igne examinabimur. Et Malachias dicit: *Dominus introibit ſicut ignis conflatorij, & ſicut herba lauantium, & ſedebit conflans, &c.* Igne ergo purgabuntur filij Leui, igne Ezechiel, igne Daniel. Sed hi etſi per ignem exami-

C nabuntur, dicent tamen. Tranſiuimus per ignem, & aquam.

D aquam. Alij in igne, alijs rorabit ignis, vt Hebræis pueris. Væ mihi ſi opus meum arſerit, & laboris huius patiar detrimentum. Et ſi ſaluos faciet Dominus ſeruos ſuos, ſalui erimus per fidem, ſic tamen ſalui quaſi per ignem. Et ſi non exuremur, tamen vremur, &c.

a ¶Si nemo poteſt cogitare pro potentia maieſtatis eius, quis cum poterit lippientibus oculis in ſua claritate conſpicere, qui eſt ſol iuſtitiæ.

a uentus eius? Et quis ſtabit † ad videndum eum? Ipſe enim 1
quaſi ignis conflans, & quaſi † herba fullonum. Et ſedebit 2 3

a ¶Quidquid in auro idest, ſenſu noſtro, & argento, ideſt, eloquio commixtum eſt ære, ſtanno, plumbo, camino Dei excoquitur, vt purum remaneat aurum, & argentum. 4

conflans, & emundans argentum † & purgabit filios Leui. Et † 5
colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentū, & erunt domino 6

a ¶Et cum colati fuerint, offerent Deo iuſta ſacrificia b ¶Eorum qui offerunt, ideſt, Deum confitentibus, & pro Ieruſalem pacem Dei conſpicientibus. 7

offerentes † ſacrificia in iuſtitia. Et placebit dn̄o ſacrificium 8

¶Placuerunt. ¶Quomodo in principio placuere Deo, ſic poſt peccatum, & pœnitentiam placere incipient omni ſorde peccatorum purgata.

a ¶Magna fortitudo iudicij, cum ipſe ſit teſtis, & iudex.

b Iuda, & Ieruſalē, ſicut dies ſęculi, & ſicut anni antiqui. Et ac- 9

a ¶Qui modo tardus videor, dum differo. b ¶Hæc omnia fiunt occultè, ſed a Deo proferuntur in medium ne diu lateant. 10

cedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & 11 12

✻ Remig. Qui habent ſordes leuium peccatorū, ſpiritu iudicij purgantur: qui verò ſanguinē hoc eſt grauib. peccatis infecti sūt, ſpiritu ardoris exurētur, & purgabūtur.

Com. in hūc locum.

† 50. diſt c. purgabit.
† conflabit.

✻ Cyprianus. Fidelem emēdari, & reſeruari in Pſal. 115. docemur: *Emendans emendauit me Dominus, & morti non tradidit me.* Item apud Malachiam. *Sedebit conflans, & expurgans ſicut aurum, & argen-* E *tum, & emundabit filios Leui, &c.*

Lib. 3. teſtim. adu Iudæos cap. 57.

✻ Occumenius. Seruabitur homo dolorem paſſus, ſicut veriſimile eſt de eo qui per ignem tranſierit, ſibique vnitas modicas ſordes expurgarit. Solius namque Dei eſt perfectè peccato carere: homines verò & ſi quā maximè iuſti fuerint, non perfectè puri ſunt. Siquidem in multis labimur omnes. Et: Nullus purus eſt a peccato, ne ſi vnius quidem diei ſit vita eius. Nam Malachiæ dictū eſt, quòd tamquam aurum in fornace, & tanquam herbam fullonum quoſdam abluet Deus, & purificabit.

Com. in 3. c. epiſt. 1. ad Cor.

✻ Orig. Veniendum eſt omnib. ad ignem. veniēdum eſt ad conflatorium. Sedet enim Dn̄s, & conflat, & purgat filios. Iuda. Si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud tanquam plumbum igni reſoluitur, ac purgatur, & totum remanet aurum purū. Et ſi quis plus detulerit, plus exuritur, vt amplius decoquatur, &c.

Hom. 6. in Exod.

✻ Theod. Quod ait, emundans ſicut argentum, & aurū: ſic etiam per beatus Paulus. *Quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit, &c.* Hoc enim loco propheticus ſermo nobis Dominum, tanquam quendam opificem oſtendit, ſordes peccatorum velut herba quadā expurgantem, & ceu igne quodam animas noſtras eiuſmodi veneno liberantem, &c.

Com. in hūc locum.

Vide Augu. lib. 20. ciuit c. 25. 26. 27 & li. 18. c. 35.

b *Et accedam ad vos.* Quę illo tp̄e dicebantur ad principes Iudęorum, nunc verò dicuntur ad principes eccleſiarum.

F ☞ *Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et quis ſtabit. *Ideſt, poterit ſtare.*

2 Ad videndum eum. *quia ſicut primus eius aduentus fuit in humilitate, & manſuetudine, ita ſecundus erit in poteſtate, & terrore.*

3 Ipſe enim quaſi ignis conflans. *Hic conſequenter ponitur effectus vtriuſque aduentus, tamen in quodam generali, & primò primi, ſecundò ſecundi, ibi:* Et accedam. *Effectus autem primi fuit vocatio aliquorum ad fidem, quos in primitiua eccleſia probauit quaſi aurum in fornace per tribulationes in Iudæa, vt patet in Actibus Apoſtolorum in pluribus locis: & poſtea per tyrannos in omnibus partibus orbis, & hoc eſt quod dicitur.* Ipſe enim, &c. *Ad probationem electorum.*

4 Et quaſi herba fullonum. *Qua vtuntur fullones ad purificandas veſtes, & eas nitidas fiendas.*

5 Et purgauit filios Leu. *i. Apoſtolos quorum aliqui fuerunt de tribu Leui, & omnes fuerunt nouæ legis epiſcopi.*

6 Et

6 Et colabit. *Ad perfectam mundiciam deducendo.*

7 Et erunt domino of. *i. eucharistiam, per varia legis ſacrificia figuratam, ſicut perfectum per plura imperfecta.*

8 Et placebit domino. *Quia iſtud ſacrificium eſt Deo acceptiſſimum.*

9 Sicut dies, &c. *Vnde in canone Miſſæ dicitur. Sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech. Sciendum tamen quòd iſtud: ſicut non deſignat æqualitatem, ſed correſpondet iam rei figuratæ ad figuram. Sicut enim res figurata excellit figuram, ſic ſacrificium nouæ legis quod eſt eucharistia, excellit omnia veteris legis ſacrificia.*

10 Et accedam. *Hic ponitur effectus aduentus ſecundi, cum dicitur.* Et accedam ad vos in iu. *Quia Chriſtus veniet in iudicium forma humana tamen glorioſa.*

11 Et ero, &c. *Quia illud iudicium breui tempore expedietur.*

12 Maleficis, &c. *i. quibuſcunque peccatoribus: quia virtute Chriſti nota fient omnibus eorum peccata, & ſententia iudicis iuſta,*

✻ *iſta*

*MORALITER.*

† 1 *Et quis ſtabit ad vi. eum.* Quaſi dicat nullus in præſenti: quia nemo ſcit vtrum amore vel odio dignus ſit: & ſic in ſeipſo non videt Deum.

3 *Ipſe enim.* i. peccata conſumens.

4 *Et quaſi.* Præbens nitorem virtutum.

5 *Et purgabit.* De quibus dicitur Deut. 33. a. qui dixerunt patri ſuo, & matri ſuæ, neſcio vos. & iſti ſunt boni religioſi omnia dimittentes amore Chriſti: ideo debent eſſe purgati, & colati ab omni puritate peccati, ideo ſubditur.

7 *Et erunt domino, &c.* i. euchariſtiam virtutes omnium ſacrificiorum continentem.

8 *Et placebit dominus, &c.* i. Eccleſiæ.

9 *Sicut*

9 *Sicut dies ſe. & ſicut anni an.* Vnde in canone miſſæ dicitur. Sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech. Sciendum tamen, quòd *li, ſicut*, non importat ęqualitatem, ſed correſpondentiā figurę ad rem figuratam. Sicut enim res figurata precellit figuram, & veritas vmbrā, ſic eucharistia quæ ſacrificium eſt nouæ legis præcellit omnia veteris teſtamenti ſacrificia.

10 *Et accedam, &c.* Hoc fit in morte quia tunc venit Deus ad iudicium cuiuslibet particulare.

11 *Et ero, &c.* Hoc dicitur, quia vita talium Dei iudicio communiter breuiatur.

† *Ego*

A a *Et qui calumniantur.* Pari ordine poſt maleficia,& adulteria, & periuria ponuntur,qui non reddunt mercedem mercenarijs,vel qui opprimunt pupillum,& viduam: ne ergo parua crimina putentur,quæ periurio, & adulterio comparantur.

d *Si affigit hom.&c.* Lxx.ſupplantat,alij:Si fraudat:quod D ſecundum hiſtoriam ſanè de decimis poteſt accipi.Sed ſecundum quod ponitur affligit homo Deum , poteſt ad myſterium paſſionis dominicæ referri:configitis me cruci qui modo decimas ſubtrahitis.

Lib.de Trin. apud. Tertul. c 4. † vt retinent. † opprimunt.

b *Ego.* * Nouatianus. Deus id qđ eſt,id ſemper eſt & qui eſt, ſemper ipſe eſt:&qualis eſt ſemper talis eſt. Nã & incrementa originem monſtrant,& detrimẽta mortem atque interitum ꝓbant. Et ideo, ego (ait) ſum Deus, & non ſum mutatus: ſtatum ſuum tenẽs ſemper,dũ id quod natum non eſt conuerti non poteſt.

B Quia dixerat,dñs eſt quaſi ignis conflatus, & quaſi her. f. cũ pro nobis nominetur angelus, vel ignis, vel aliud, ne ideo putetur aliquid mutabilitatis eſſe in natura ipſiꝰ, inde dicit. *Ego enim.* Q. Vos quotidie mutamini ꝑ adulteria, & per cætera mala veſtra:ego verò in iudicio nulla perſonarum varietate commutor, & cum ſeuerum, & iuſtum iudicem me eſſe fatear, tamen ò filij Iacob; nec diuerſitate tormentorum eſtis conſumpti in malitia, quia per pœnam malitia in vobis non eſt purgata, ſed ſine cauſa percuſſi vos diſciplinam non recipientes.

Hieron. † Debet ne rapere homo quæ ſũ quod vos ca p os mea. Et dixiſtis , in quo rapimꝰ tua. In decimis,&c. †pro. er ma ledictione m. *exercituum † donec ſufficiat.

¶ Nolentes reddere.

a adulteris,& periuris,& qui † calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant viduas, & pupillos, & opprimunt pe-

a ¶Aduenam vel cathecumenum, qui nondum effectus eſt ciuis in ciuitate Chriſti. b ¶Quod ſolum ſufficit ad damnationem.

b regrinum , nec timuerunt me, dicit dominus exercituum. 1
Ego enim dominus, & non mutor, & vos filij Iacob nõ eſtis 2 3

a ¶Nec ſemel nec nrp r h c tacitis. vt erroris veniam mereamini. Sed hæreditatem habetis patrum impietatem recedendo a meis legitimis,nec cuſtodiendo quæ præcepi

conſumpti. A diebus enim patrum veſtrorum receſſiſtis † à 4

¶Sed nunc ſaltem

c legitimis meis,& non cuſtodiſtis. Reuertimini ad me,& re 5 6
uertar ad vos dicit dominus exercituum. Et dixiſtis in 7 8

a ¶Non intelligentes ſe receſſiſſe,impudenter quærunt. b ¶Q.Qui non diſceſſimus. c ¶In hoc receſſiſtis a me,quia configitis me,ſi homo poteſt Deum configere. d ¶ Non reddendo decimas nec dico miniſtris femini quę præcepi dari.

d quo reuertemur? Si affigit homo Deum,quia vos configitis 9

a ¶Quia non reddidiſtis decimas,& primitias ideo in fame, & penuria maledicti eſtis,ideſt, amicti,& dum parua ſubtrahitis vbertatem poſſeſſionum veſtrarum,& totam abundantiam frugum perdidiſtis.

e me.Et dixiſtis:In quo configimus te?In decimis,& in primi 10 11
tijs.† Et in penuria vos maledicti eſtis,& me vos† configitis 12

a ¶Non pauci ſed omnes communiter. b ¶In theſauris templi vt habeant miniſtri mei cibos.

f gens tota. Inferte omnem decimam in † horreum meum,vt 13
ſit cibus in domo mea:& probate me ſuper hoc dicit domi- 14

a ¶Tantas pluuias effundam vt cataractæ cœli credantur apertæ. ¶Et ſic. ¶Latè & latè.

nus.* Si nõ aperuero vobis cataractas cœli,& effudero vobis 15 16

a ¶Ad ſufficientiam. b ¶Poſſet fieri vt magis per pluuias eſſet fœcunditas ſed locuſta vt Bruchus poſſet corrumpere ideo addit,increpabo.

benedictionẽ † vſq; ad abundantiã, & increpabo pro vobis 17

e *Configitis.* Tempore Eſdrę tãta fuit fames,& multi pro penuria filios,& filias vendentes, & frumenta emẽtes, Leuitis decimas nõ ſoluerent. Qui etiã fruges in horreis congeſſerunt ꝑ magnitudine pręcij decimas nõ ſoluebãt vnde compulſi miniſtri tẽpli fugerũt vnuſquiſque in regionẽ ſuam. Vnde dicit dominus ſe in ſuis afflictũ,& non accepiſſe decimas.

f *Inferte.* Vt ſciatis vos ideo perdidiſſe abundantiam,quia fraudaſtis me parte mea, moneo, vt reddatis mihi mea, & ego reſtituã vobis veſtra. Quod dictũ eſt de decimis, põt intelligi in populis Eccleſię,quib. pręcipitur non ſolum dare decimas, ſed & omnia vendere, & dare pauperibus.Quod ſi facere nolumus,ſaltem in hoc Iudęos imitemur, vt pauperibus ſaltem aliquam partem demus, & ſacerdotibus,& viduis debitum honorẽ deferamus:hoc qui non fecerit,dñm ſupplantare conuincitur.Si quando fames, & egeſtas omnium rerum opprimit mundũ , hoc ex ira Dei ſciamus deſcẽdere,qui in pauperibus ſi eleemoſynas non accipiat, ſe priuari affirmat ſua poſſeſſione.

Poſſumus,& ſic interpretari decimas,& primitias. Si quis doctus in lege põt alios erudire, nõ dẽt ſibi attribuere; ſed primũ grãs agat Deo a quo oĩa:deinde ſacerdotib. eius,ac magiſtris a quib. doctꝰ eſt:alioq penuria maledicetur.Si

Myſticè. Per filios Iacob qui ſequuntur mala patrum, nec cuſtodiunt mandata Dei,ſignificantur illi qui conſtituti in eccleſia non recedunt a vitijs, ſed falſum nomen Chriſtianitatis ſibi aſſumunt.

C c *Reuertimini.* Magna clementia,eos qui a ſe receſſerant, ad reditum prouocat,vt ipſe quoque ad eos redeat.

d *Si*

Nō ire de

Diu ſab 1 16. ſeu

Hi E †d ni. †c ſau

Nc ire de

D pr de ne & ſi Ec F

## NICOLAVS DE LYRA.

* *iſta tamen peccata ſpecialiter exprimuntur quæ crudelitatem importãt,ſicut et Matt.25.Vbi proceſſus illius iudicij ponitur a Saluatore.*

1 Ego enim dominus. *Hic conſequenter poſt effectum extremi iudicij ponitur monitio populi, quæ tunc non habebit locum, ſed ante. Dicit igitur.*Ego enim dominus.*Ad quem ſpectat omnium generale iudicium.*

2 Et non mutor. *In meipſo,licet ſit mutatio in effectibus meis ſecundum varietatem meritorum,& demeritorum hominum.*

3 Et vos filij Iacob non eſtis conſumpti . *Licet hoc meruiſſent mala veſtra tamen ſaluaui aliquos ex mea miſericordia.*

4 A diebus enim patrum, &c. *Quia citò poſt dationem legis in monte Sinai peccauerunt in adoratione vituli, Exod.32.*

5 Reuerti.ad me. *Per veram pœnitentiam.*

6 Et reuertar ad vos. *Per clementiam.*

7 Et dixiſtis. *Vos malè excuſando.*

8 In quo reuerte. *Q.d.Non declinauimus a Deo.Cuius contrarium oſtenditur,cum ſubditur.*

9 Si affigit homo Deum,&c. *In Hebręo habetur.Si violentabit homo Deum,quia vos violentatis me. Loquitur enim ſcriptura* de

*de Deo ſicut de homine,cuius bona per violentiam capiuntur. Decimæ verò ipſius Dei , ſunt pro ſuſtentatione miniſtrorum ſuorum quæ retinebantur iniuſtè a Iudæis laicis,ideo ſubditur.*

10 In decimis. *Quæ debebantur Leuitis.*

11 Et in primitijs. *Quę debebantur ſacerdotibus:& ad hanc ſententiã reducitur trãſlatio noſtra. Homo enim dicto modo violentatus ſecundum communem modum loquendi dicitur vſque ad cor cõfixus.*

12 Et in penuria ,&c. *In pœnam enim dicti peccati Deus immittebat ſterilitatem terrę naſcentium, ideo ſubditur.*

13 Inferte omnem decimam in horreum meum, vt ſit cibus in domo mea.*ſ.Leuitarum.*

14 Et probate me. *i.effectum bonitatis meę, ſi de dictis decimis feceritis quod debetis:ideo ſubditur.*

15 Si non aperuero vo. &c. *Dando vobis pluuias , & rores ad fœcundationem terrę conuenientes.*

16 Et effudero vobis,&c. *i.bonorum temporalium multiplicationem.*

17 Et increpabo pro vobis deuorantem. *i.faciam quod ventus vrens,locuſtæ,& huiuſmodi non deuorabunt ſeu peiorabunt terræ naſcentia.*

* Et

## MORALITER.

† 1 *Ego enim dominus,&c.* A rectitudine iuſtitiæ.

3 *Et vos filij,&c.* i.a veſtra malignitate conſumpti.Per talem modum dicitur Prou. 12. a. *Verte impios, & non erunt.* Scilicet impij.Sed ècontrario iſti manentes in ſua malitia dicuntur non conſumpti,ideo ſubditur.

4 *A diebus.* Quia tamen Deus ſemper ſuſcipit pœnitentem ſubditur.

5 *Reuertimini,&.* Ecce magna Dei clementia qui cum ſit omnipotens,tamen rogat peccatores de concordia.

13 *Inferte.*

13 *Inferte.* Decimare eſt decimam partem dare,& nouem ſibi retinere: Denarius autem numerus eſt perfectus, & ideo ſignificat perfectionem,nouenarius autem imperfectus,& ideo ſignificat imperfectionem. Igitur ille moraliter infert omnem decimationem in horreum Dei, qui de omnibus operibus ſuis quidquid eſt ibi perfectionis attribuit diuinæ bonitati , & quidquid eſt defectus, propriè fragilitati, & iſtis tanquam gratis Deus aperit cataractas ſuę gratię : quouſque det eis abundantiam ſuę glorię, & tunc increpat vermen deuorantem: quia nihil triſtabile poterit ibi eſſe.

† MORA-

A tur. Si autem Deum largitorem intellexerit, & his per quos a Deo eruditus eſt ſe humiliauerit, & in horreum Dei cibos intulerit, i. ſcripturæ alimenta populis miniſtrauerit, mādabit Deus nubib. ſuis, vt pluant ſuper eum imbrem. Increpabit ēt pro eo contrarias poteſtates, nec erit ſterilis vinea, il. le. ſ. qui dicit: Ego sū vitis vera. Et afferet ei fœcunditatem, & tantam ex merito humilitatis beatitudinem cōſequetur, ut omnes Gētes dicant eum beatū, & in terra, i doctrinā illius deſiderent habitare.

B

*Theodor. Cum lex definiat primitias & decimas primas Deo offerēdas, deinde reliqua ſumenda eſſe, vos contra, omnia pariter in veſtra granaria intuliſtis, nec vobis venit in mentem cogitare pauperum eſſe rapinam, primitiarum, & decimarum fraudationem ſacerdotibus. Ideo non terræ conditionem dedi, quia aſſiſtentes rebus ſacris conficiendis, & pro vobis hoſtias offerētes, ex oblatis mihi primitiis & decimis alātur, & in diuino templo aſſidentibus pauperib. ex his adminiſtrent. Idcirco hac auaritia reſtincta, reddite legitima

C ſacerdotibus, experimento cognoſcite vobis bonorum maiorem copiam fore.

a *Et beatos.* Cūctæ nationes p circumitū mirabuntur fertilitatē terræ veſtrę, intantū vt oēs habitare in ea deſiderent

a ¶ Vermes vel vicium aeris.

dēuorantem, & non corrumpet fructum terræ ueſtræ, nec

a ¶ Sed implebu torcularia.

a erit ſterilis vinea in agro, dicit dominus exercituū. Et bea 1
tos vos dicent omnes Gentes. Eritis. n. vos terra deſidera-

a ¶ Semper plus & plus accuſatis Deum, quo eu tres ſuos neglıgat. ¶ Non intelligentes quam grauis eſt ueſtra blaſphemia.

b bilis dicit dominus exercituū. Inualuerunt ſuper me verba 2
veſtra dicit dominus. Et dixiſtis, quid locuti ſumus contra

¶ Reſpondens. a ¶ Ab utilitate b ¶ Obſeruando legem. c ¶ In præſenti pro Dei ſeruitute exigun mercedem. e non recipimus.

te? Dixiſtis. † Vānus eſt qui ſeruīit Deo: Et quod emōlumen 3 4

a ¶ Contritione cordi, vnde Tota die contriſtatus ingredi

c tū, quia cuſtodiuimus præcepta eius, quia ambulāuimus 5 6
triſtēs corā dn̄o exercituū? Ergo nunc beatos dicimus arro 7

a ¶ Qui contra Deū ſuper unt & blaſphemant. b ¶ Po ſcelera & blaſphemias proſperis pfruuntur. 8

gantēs. Siquidē ædificati ſunt facientes impietates, & † ten 9

a ¶ Fœlicitate præſentis ſeculi. b ¶ Verba prophetæ. ¶ Non dicit quid locuti ſunt ſed ex eo quod addit timentes Deum, datur intelligi quid ſunt locuti, ſ. quod ad timorem Dei pertinet.

d tauerunt Deum, & ſalūi facti ſunt. Tunc lōcuti ſunt timē- 10 11

a ¶ Iuſtis loquentibus & cohortantibus ſe contra blaſphemias attendo.

tes Deū, unuſquiſq; cum proximo ſuo. Et attēndit dn̄s & 12 13

a ¶ Verba quæ dicunt hi contra blaſphemias, id eſt Deum timentes, ſcripta ſunt ut ſint in memoria præſcientiæ Dei, vt in die iudicii blaſphemis pœnas, & timentibus præmia reddat.

audiuit & ſcriptus eſt libēr monimenti coram eo timen-

a ¶ Timentes me quid reſponderunt ad uerba blaſphemiæ 14

tib. dominum, & cogitantibus nomen eius. Et ērunt mihi 15

a ¶ Iudicium. b ¶ Peculiarem populum.

āit dn̄s exercituum in die qua ego fāciam in peculium, & 16

a ¶ Quia omnis homo ſub peccato. b ¶ In quo duplex affectus eſt & pietatis in filium & ſeruitutis in famulum c ¶ Per pœnitentiam. 17

& pārcam eis ſicut parcit uir filio ſuo ſeruiēti ſibi. Et con-

a ¶ Qui nunc blaſphematis, ex beatitudine timentium & veſtra miſeria cognoſcetis, quid ſit inter iuſtum & impium 18 19

uertimini, & uidēbitis quid ſit inter iuſtum & impium, & 20
inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei. 21

D rent, & abundantiæ rerum oīum Gentib. exemplo ſitis.

b *Inualuerunt.* Repetit plenius q̄ dixerat. *Laborare ſeci ſi s do. in ſer.* Et exponit latius querimoniam populi reuerſi de captiuitate, qui exiſtens in cultu vnius Dei multis miſeriis affligebatur, videns idololatras in omnib. proſperari. Infirmato ergo & dicēti, fruſtra colo Deū, occurrit propheta in perſona domini & reſcidit verba plaſphemiæ quæ ab infirmis dicūtur in creatorem. (ſup. eo. a.)

*Theodor. Rurſus morbum alium eos vexātem curat. Præpoſtera n. mente prædicti obſeruātiam erga me inutilem, & infructuosā duxiſtis: & ſceleratē viuentes diuitiis redundare & voluptatibus diffluere dixiſtis, atq; cum mea prouidētia curemini, me omni fœlicitate carere exiſtimatis, & beatam iudicatis aliorū felicitatē. († probauerunt.)

c *Ergo nunc beatos:* Poſſunt hæc de hereticis intelligi, Martione & Valentino, & cunctis qui non recipientes vetus teſta. contra creatorē loquuntur. & profitiunt in ſua impietate, & multos ſocios ſceleris habent. (Hieron.)

d *Tunc locuti ſunt, &c.* Verba prophetæ. Quaſi dicat Illis blaſphemātibus de iudicio Dei, iuſti qui caſto timore Deum timēt loquentur adinuicem, cohortātes ſe, quod retributio bonorum vel malorum nō ſit in præſenti, ſed in futuro, & qđ hō non poſſit ſcire iudicia Dei, & de ęquitate eius diſputare. E

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et beatos vos, &c. *Quæ ſunt in circumitu veſtro ex bonorū veſtrorum multiplicatione, iſta tamen promiſſio eſt ſub conditione ſcilicet, ſi fecerint bene, quod quia non fecerunt, promiſſio non fuit impleta.*

2 Inualuerunt. *Hic error ſupra poſitus remouetur. Et diuiditur in duas partes, quia primo dictus error repetitur, vt aliquid addatur, & ſecundo euacuatur, ibi:* Tunc locuti ſunt timentes. *Circa primum dicitur, in perſona Dei:* Inualuerunt ſuper me ver. *contra me ſunt multiplicata. Et quæ ſint illa, ſubditur.*

3 Vanus eſt qui ſeruit Deo. *Quia ad hoc non ſequitur aliqua eius retributio, quia ſicut dictum eſt ſuperius, negabant Deum habere prouidentiam de actibus humanis, vel iuſtitiam. Et ad vtrumque ſequitur defectus bonæ retributionis, ideo ſubditur in perſona talium.*

4 Et quod emolu. &c. *Quaſi dicat. Nullum.*

5 Quia ambulauimus, &c. *i. ieiuniis afflicti, vnde ī Hebręo habet. Et qa ambulauimus denigrati, & ideo vlterius cōcludebat.*

6 Ergo nunc. *i. in preſenti vita.*

7 Beatos dicimus ar. *i. eleuatos in pompa & potentia, quia bene eſt eis in hac vita, nec expectatur alia.*

8 Siquidem. *In domibus & poſſeſſionibus.*

9 Et tentauerunt Deum. *ipſum prouocando & contemnēdo.* (Diuiſio.)

10 Et ſalui fac ſunt. *Ex quo concluditur quod non habeat de malis curā aliquā, vel ſi habet quod de talibus non fecit iuſticiam.*

11 Tunc locuti ſunt. *Hic conſequenter dictus error tollitur, & primo ſuccincte, ſecundo magis diffuſe cap. vlt. Circa primum dicitur.* Tunc locuti ſunt timentes Deum. *Qui confitentur diuinam prouidentiam & eius iuſtitiam ad omnia ſe extendere.* F

11 Vnuſquiſque cum proximo ſuo. *De præmiatione bonorum & punitione malorum in ſeculo futuro, & ſubditur.*

13 Et attendit dominus, &c. *Hic accipitur &, pro id eſt. Si enim loquebantur ad inuicem.* Attendit dominus. *ſ. bona & mala quæ fiunt in præſenti vita.*

14 Et ſcriptus, &c. *i. iſta ſunt in diuina ſcientia indelebiliter.*

15 Et. *Qui non poteſt mentiri.*

16 In die. *i. in die iudicij.*

17 In pecu. *i. in populum amicabilem & familiarem.*

18 Et parcam. *A pœnis æternis.*

19 Sicut parcit. *Qui caſtigat eum ne incurrat maius malum.*

20 Et conuer. *Iam me vos qui eſtis in ſupradicto errore.*

21 Et *Quia licet iuſtus in præſenti caſtigetur, tamen per hoc conſeruatur in bonis gratiæ, & poſtea in bona gloriæ deducetur.*

⁜ NI-

## ADDITIO

In cap. 3. *Vbi dicitur in poſtil. Iſta tamen peccata ſpecialiter exprimuntur.*

*Ratio quare exprimuntur iſta peccata ſcilicet maleficium & adulterium & periurium ſecundum glo. quia communiter iſta peccata fiunt occulte, ſed a Deo proferuntur in medium ne diu lateant, & ideo premiſit. Et ero teſtis. Quaſi dicat. Licet de ſimilibus peccatis non inueniantur, vt in plurimum teſtes, tamen ego ero teſtis. Adiungit etiam prædictis peccatis iſta quæ ſequuntur, ſcilicet qui non reddunt mercedem mercenarij, & viduas & pupillos opprimunt & peregrinum: ne parua putentur quæ periurio & adulterio comparantur, vt in gloſſa.*

CAP. IIII.

A a ECce enim di. * Augu. Hoc ad nouiſſimum iudicium pertinet: Dies venit ardens ſicut clibanus, &c. Hæc diſtantia præmiorum atque pœnarum iuſtos dirimens ab iniuſtis, quę ſub iſto ſole in huius vitæ vanitate non cernitur, quādo ſub illo ſole iuſtitiæ in illius vitæ manifeſtatione clarebit. Tunc profecto erit iudiciū, quale nunquam fuit.

li. 20. ciu. cap. 27.

*Theodor. Tum inquit, noſcetis, quātum diſcrimen inter iuſtum, & iniuſtum, & quantum differat Deo ſeruiēs ab eo qui non ſeruit, ne arbitremini pręſentem in omne tempus duraturum B hæc enim extinguetur, & veniet dies aliqua ardēs, ſicut clibanus, & comburet eos.

† creſcetis ī pinguamini. lib. 5. dem. euang. c. 29.

b *Et orietur vobis, &c.* * Euſeb. Cæſar. Qui ſæpe nominatus eſt dominus, & Deus, & angelus, & princeps imperatorum, & Chriſtus, & ſacerdos, & verbum, & ſapientia Dei. & imago, nunc idem Sol iuſtitiæ dicitur. Hunc ipſum igitur is qui genuit pater non omnibus oriturum promittit, ſed ſolis nomen ſuum timentibus, vt ſic illis timoris erga ſe præmium Solis iuſtitiæ det lumen. Erit autem hic Deus verbum a quo illud dictum eſt. *Ego ſum lux mundi, &c.*

Io. 1. & 8.

c *Egrediemini & ſalietis, &c.* *Remigius. Sol iuſtitiæ Chriſtus eſt, cui Deus pater dedit iudiciū quique omnia iuſte iudicabit, vt nec uitia nec uirtutes latere patiatur. Hic orietur timentibus Deum occidet autem & obſcurabitur plaſphemis. Vnde dicent. *Lumen iuſtitiæ non luxit nobis, & Sol non eſt ortus nobis.* In aliis eius eſt ſanitas, vt ſanatos per penitentiam protegat, & ad caulas gregis ſui in hu- C meris ſuis reportet. Tunc egredientur qui in huius ſeculi carcere clauſi tenebantur, & ſalient quaſi vituli de armento, placentes Deo renouati & nitidi, ſqualore mortalitatis obiecto.

Sap. 5.

*Tertullianus. Reuelatio oſſium arefactorum facta Ezechieli, accipienda eſt in teſtationē reſurrectionis, vt D Deus in illam ſpem erigeret Hebręos, æternę. ſ. ſalutis & neceſſarioris reſtitutionis, & auerteret a reſpectu præſentium rerum. Ad hoc enim & alibi prophetes: Exibitis de ſepulchris velut vituli de uinculis ſoluti, & conculcabitis inimicos. In sūma, ſi propriè in Iſraelis ſtatū reſurgentium oſſiū imago contēditur, cur etiam non Iſraeli tātummodo, verū & omnibus gentib. eadem ſpes annunciatur, & recorporandarum & redanimandarum reliquiarū, & de ſepulchris reſuſcitandorum mortuorum.

lib. de Reſur. car. c. 31. Ezech. 37.

CAPVT IIII.

¶Plenius inculcat de pœnis blaſphemantium, & de præmiis timentium. a ¶Iudicii, quæ ſanctis lux, peccatoribus tenebra. b ¶Ad cremandos malos ut ſtipulam.

a ECce enim dies[a] ueniet ſuccenſa[b] quaſi † cami- 1
nus & erunt omnes ſuperbi, & omnes fa- 2 3
cientes impietatem ſtipula. Et inflammabit, 4

¶Cum combuſſerit eos, non relinquet in eis radicem maliciæ.

eos dies ueniens, dicit dominus exercituum, quæ non de-

a ¶Alia impiis e contrario. 5

b relinquet eis radicem & † germen. † Et orietur[a] uobis ti- †

a ¶Qui vere omnia iudicabit, nec bona nec mala, nec uirtutes nec vicia latere patietur. b ¶Vt ſanatos per pœnitentiam iu humeris ſuis portet. 6 7

mentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas[b] in pennis 8

¶Tunc. a ¶Qui nunc ſeculo, quaſi carcere incluſi eſtis. b ¶Vnde Cupio diſ. & eſſe cū Chriſto. ¶Vel de uinculis relaxari. 9

c eius. Egrediemini[a] & † ſalietis[b] ſicut † uitulus de armento, & † 10

a ¶Nec hoc tunc lætitia contenti calcabitis impios. ¶Diſſoluti, aridi impotentes reſiſtere. 11

d calcabitis[a] impios cū fuerint cinis ſub plāta pedū ueſtrorū, 12

a ¶Ad ſpiritualem intelligentiam inuitat. ¶In futuro iuxta merita erit retributio, ergo dum eſt tempus metendi obſeruate legem.

e in die qua ego facio dicit dominus exercituū. Mēmētote 13

† di

d *Cum ſu.* Abrahā cooperatione diuinæ maieſtatis dicit. *Ego ſū terra & cinis*, ideo uidit ſolē iuſtitiæ. Qui vero ſupbe dixit. *Ponam ſuper ſide. ſe. &c.* Deducetur ad terrā, & erit cinis ſub pedibus ſanctorum in die iudicii.

E Hier. Gen. † ra 24 veri ſe. d que Iſa. † v nat Luc

* Theodore. Siro, ſicerunt iniucut erat diues Lazaria affectis, iniuriam facientes, ſic ſanctis martyribus, tyranni & perſequutores iniqui. Deinde in memoriam redigit quæ de Domino Chriſto Moſes prædixit, atque iubet ſumo ſtudio legem legere, atque ei obtemperare, & nequaquam contradicere.

*Auguſtin. Hæc oportune commemorat, poſt declaratum tam magnum futurum inter obſeruatores legis contemptoreſque diſcrimen. ſimul etiam vt diſcant legem ſpiritualiter intelligere, & inueniāt in ea Chriſtum per quem iudicem facienda eſt inter bonos & malos ipſa diſcretio. Non enim fruſtra dicitur. Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi. De me enim ille ſcripſit, Carnaliter quippe accipiendo legem, & eius promiſſa terrena rerum cæleſtium figuras eſſe neſcientes, in illa murmura corruerunt, *Vanus eſt qui ſeruit Deo, &c.*

lib. 20.

c *Mementote legis. Moyſi ſerui mei.* Loquitur ad Iſrael, id eſt, ad omnes qui Deum ſenſu cernunt, vnde Beati mundo corde. q. ip. Deum uid.

Mal. Hie. Mat.

Oreb

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

* ECce enim. *Hic prædictus error remouetur magis explicitè ex præmiatione bonorū & punitione malorū & primò, ponitur malorum punitio: ſecūdo, honorum retributio ibi:* Et orietur. *Circa primum dicitur.*

1 Ecce. *Scilicet iudicij.*

2 Succenſa. *Quia illam diem præcedet ignis conflagrationis ad purgationem elementorum, & eam ſequetur ignis gehennę ad punitionem reproborum, ideo ſubditur.*

3 Et erunt. *Peccantes contra Deum.*

4 Et om. ſa. im. *Per peccata contra proximum.*

5 Stipu. *Incendio gehennę deputata.*

6 Quæ non dere. *Quia poſt finalem ſententiam non erit tempus vel locus reuertendi ad gratiam.*

7 Et orietur. *Hic conſequēter ponitur bonorum retributio. cum dicitur.* Et orietur, &c. *Timore filiali, quia habet charitatem, annexam.*

8 Sol iuſtitiæ. *i. Chriſtus qui tunc apparebit electis retributor & ſaluator iuſtus.*

9 Et ſa. ſ. *orietur. quia per ipſum electi gloriam animæ & corporis conſequentur.* F

10 Egre. *Ad conſiderationem pœnæ reproborum quam euadetis.*

11 Et ſalietis. *Quia talis viſio erit eis exultationis occaſio. Tum propter eius euaſionem. Tum propter diuinæ iuſtitię impletionem, ſecundum quod dicitur Pſal. 57. b.* Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, &c.

12 Et calcabitis imp. cum fue. ci. *i. afflicti pęna ignis gehennalis, quia corpora damnatorum non incinerabuntur, ſed ſemper viuent & ſemper crucientur.*

13 Mementote. *Hic conſequenter ponitur generalis monitio & maxime Iudæorum quorum plures conuertētur ante iudicium, ideo dicitur.* Mementote legis Moyſi. *In qua fit mentio de aduentu Chriſti ſecundum quod dicit Saluator Ioann. 5. g.* Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi.

* Quam

MORALITER

1 *Ecce enim.* Hoc ad literam exponitur de die iudicij generalis. Moraliter autem poteſt exponi de die mortis, quæ eſt dies iudicii particularis: ideo ſubditur.

2 *Succenſa.* ſ. reprobis qui ſtatim portantur ad pœnam ignis infernalis, ideo ſubditur.

3 *Et erunt, &c. quæ non dere.* i. ſpem reuertendi ad vitam pręſentem.

† *Et germen.* i. merendi virtutem.

7 *Et orietur vo.* ſ. electis.

8 *Sol iuſtitiæ.* i. lumē glorię perfecta tamen purgatione.

9 *Et ſani.* Per dotem impaſſibilitatis in corporibus reſumptis.

† *In pennis eius.* Per dotem agilitatis, ideo ſubditur.

10 *Egrediemini.* Hoc dicitur, quia damnatorum pęna electis eſt conſolationis materia, Et quoniam ad gloriā conſequendā requiritur præcedēs meritum, ideo ſubditur.

13 *Mementote leg. Moyſi.* i. Chriſti per Moyſen figurati.

Et

† Q. am

a legis Moyſi ſerui mei, q̃ mandaui ei in Oreb ad omnem
b Iſrael præcepta & iudicia. Ecce ego † mittam vobis Eliam
prophetã, antequam veniat dies domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte † veniam & percutiam terram † anathemate.

a ¶Quæ eſt Sina. b ¶Diligendam.

a ¶In qua ſunt. ¶Quid agant. b ¶Recipiant.

a ¶Si Elias non ante cor patrum conuerteret ad filium & cor filium ad patrem eorum, cum ueniet dies domini magnus iuſtis, horribilis impiis percutiet unus iudex non cœlum, nõ eos qui in cœlo ſe ſantur, ſed terram anathemat, id eſt, eos qui faciunt opera terrena.

a ¶Iudicaturus. ¶Separando oues ab hœdis.

*Finit Malachias Propheta.*

A a *Oreb ſic.* Quia per legem omnium viciorum humor excoquitur.

b. *Ecce.* Iudæi dicunt ante ſuum Chriſtum Eliam eſſe venturum, & omnia reſtauraturum. Vnde & Chriſto in Euãgelio proponitur quæſtio. *Quid eſt quod Phariſæi dicunt quod Elias venturus eſt.* Cui ipſe reſpondit. *Elias quidem veniet, & iam venit*, in Elia Iohannem intelligens. Poſt Moyſen, i. legem ſpiritualiter ſeruandam

B dicit mittendum Eliam in quo prophetia ſignatur, quia antequã dominus in iudicio percutiat terram anathemate, mittet chorum prophetarum, qui ſignificatur in Elia qui interpretatur Deus meus. & eſt de oppido Thesbi, quod ſonat conuerſio ad pœnitentiam, hic Elias conuertet cor patrum Abraham, Iſaac & Iacob, & cæterorum prophetarum ad inſtructionem poſterorum de fide Saluatoris, in quẽ & ipſi crediderunt, & cor filiorũ ad patrem eorum, quia ſuſcipient fidem quam habuerunt. Vel cor patris ad filium, id eſt, Dei ad omnes qui ſpiritum adoptionis acceperint, & cor filiorum ad patres eorum. Vnde Iudæi & Chriſtiani, qui nunc inter ſe diſcrepãt, pari in Chriſtum religione conſentient.

* Auguſtinus. Per hunc, Eliam magnum mirabilemque prophetam expoſita ſibi lege, vltimo tempore ante iudicium, Iudæos in Chriſtum verum eſſe credituros, celeberrimum eſt in ſermonibus, cordibuſque fidelium. Ipſe quippe ante aduentum iudicis Saluatoris non immerito ſperatur eſſe venturus, qui etiam nunc viuere non immerito creditur. Cum venerit ergo, exponendo legem ſpiritaliter, quam nunc Iudæi carnaliter ſapiunt, conuertet cor patris ad filium, id eſt, cor patrum ad filios, vt etiam filii ſic intelligant legẽ, quemadmodum patres, id eſt, prophetæ intellexerunt. Vel, docendo, quod Pater diligat Filium, vt & Iudæi, quem prius oderant, diligant eundem, qui noſter eſt Chriſtus. Hæc ergo faciet Helias. *Ne forte*, inquit, *veniam, & percutiam terram penitus*. Terra ſunt enim qui terrena ſapiunt, ſicut Iudæi carnales vſque nunc, ex quo vitio contra Deum murmura illa venerunt. *Quia mala ei placent, &c.* Hãc candem D. Auguſtini ſententiam de veri Heliæ vero aduentu ad finem ſeculi confirmant alii patres Latini Rupertus & Remigius com. in hunc locum, Anſelmus in vndecimo, ad Heb. Beda in cap. primo Lucæ, & lib. de temporum ratione, cap. 68 Gregorius lib 14. Moral. cap. 11. & lib. 9. cap. quarto, & lib. vndecimo, cap. decimo, & lib. 20. capit. 26. Proſper in dimidio temporis capit. 13. Ambroſius in cap. 1. Lucæ Lactantius libro ſeptimo, cap. 17. Tertullianus lib. de reſurr. carnis. cap. 22. lib. de anima. c. trigeſimoquinto, & libro tertio carn. aduerſus Marcionem, Græci quoque patres Damaſcenus libro quarto, capitu. 27. Aretas in vndecimo Apocal. Theodoretus in decimo Danielis: Chryſoſtomus in 2. Theſſal. ſecundo, Dorotheus in Synopſi. Ephrem Syrus, & Hypolit. martyr orat de Antichriſto, &c.

D E F

† mitto. Mala. 2. & 3.

*Epiſtola*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Quam mandaui. *Et Oreb. Exo. 20.*
2 Præcepta. *ſcilicet decalogi, quæ ſeruanda ſunt tempore noteſta.*
3 Et iudicia. *i. illa quæ continent iuſtum modum viuendi ad proximum: quæ ſimiliter ſeruantur in noua lege: licet nõ eodem modo quantum ad omnia, quia præcepta iudicialia quæ ſeruantur in noua lege obligant vt de nouo inſtituta. De ceremonialibus vero nõ fit hic mentio: quia illa ſunt totaliter excluſa in noua lege: ita quod non poſſunt licite, eo quod erant reſpectu no. teſtam. figuræ, & ideo ceſſauerunt adueniente veritate.*
4 Ecce ego mittam. *Eliam prophetam qui ad hoc reſeruatur in vita cum Enoch, vt prædicent contra perfidiam Antichriſti ideo ſubditur.*
5 Antequam veniat dies. *i. dies iudicij, quam diem præcedet perſecutio Antichriſti.*
6 Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum, &c. *Reducendo illos qui tunc erunt increduli ad fidem Chriſti, in quem crediderunt patres antiqui, & ſic illi patres diligunt filios, & e conuerſo in charitate Chriſti.*
7 Ne forte veniam. *In Hebræo, non eſt forte, qui aduentus Chriſti ad iudicium certus eſt. Poteſt etiam dici ſecundum tranſlationem noſtram, quod non ponitur hic forte propter incertitudinem aduentus, ſed propter incertitudinem determinati temporis, vnde Chriſtus dicit Act. 1. a.* Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, &c.
8 Et percutiam terram. *id eſt, habitantes in terra generaliter.*
9 Anathemate. *i. ſempiterna ſeparatione ab ea, quia nullus homo habitabit terram vltra, ſed aliqui ſcilicet electi adhærebũt Deo ſempiterna fruitione. Quam nobis concedat qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum Amen.*

## MORALITER.

1 *Quam mandaui, &c.* Ibi enim audiente populo Deus decem præcepta dedit, quæ Chriſtus in Euangelio repetit, etiam ad eorum obſeruantiam inducit di. Mat. 19. ca. *ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata.* Et ad idem faciendum inſtituit Apoſtolos & alios diſcipulos & ſucceſſores eorum, ideo ſubditur.
4 *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam.* Quilibet enim prædicator habẽs Dei zelum & ſalutis animarum Elias ſpiritualiter poteſt dici.
5 *Antequam veniet dies dominus magnus.* Id eſt, ante diẽ iudicij generalis, qui magnus erit electis propter magnitudinem boni quod tunc cõſequentur, & horribilis reprobis propter horrorem pœnæ ad quam damnabuntur.
6 *Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum, &c.* Multi enim patres conuerſi ſunt ad fidem catholicam per filios, & e conuerſo multi filii per patres, & ſic erit de futuro ante iudicium generale.
7 *Ne forte veniam.* Iſtud forte non importat dubiũ de aduentu Chriſti ad iudicium, quia certum eſt, quod veniet, ſed importat dubium temporis iudicii, quod omnibus eſt ignotum.
8 *Et percutiam terram anathemate.* Per terram intelliguntur homines terreni in amore terrenorum totaliter fixi, qui tunc excommunicabuntur penitus a Dei ſocietate & electorum.

*MO-*

## ADDITIO

In cap. 4. *Vbi dicitur in poſtil. Præcepta ſcilicet decalogi. Vbi nos habemus in hoc loco pręcepta & iudicia, in Hebręo habetur ceremonias & iudicia, vnde ex hoc loco eſtimãt Hebræi habere cõtra nos validũ argumentũ ad probandum, quod ceremonialia non debẽt ceſſare tẽpore Meſſiæ, vt habetur cõmuniter in expoſitionibus eorũ ſed bene aſpicienti verã & propriã literę ſignificationem ex*

*ac*

A *hac autoritate non habent intentum,ſed forte ex ea poteſt oppoſitum. probari. Ad quod ſciendum quod aliud eſt dicere.* Mementote legis Moyſi, *& aliud eſt dicere: Seruate legem Moyſi, &c. Nam ad ſeruandam legem requiritur facere ea quæ in lege præcipiuntur, & vitare ea quæ in lege prohibentur. Ad memoriam verò legis habendam hoc non requiritur:ſed ſufficit habere memoriam de lege in mēte ad eius ſpiritualem intelligentiam percipiendam.Vnde in hoc loco propheta ad ſpiritualem legis intelligentiam inuitat ſecundum gloſſ. interlinearem, non autem exhortatur ad obſeruantiam legis: & ſic ex iſta autoritate habetur quòd ceremonialia & iudicialia legis Moſaicæ de quibus hic tantum fit mentio ſunt habenda in memoria modo prædicto, non autem ſeruanda ,quòd eſt contra eos. Si enim propheta intenderet exhortari populum ad legem Moſaicam perpetuò obſeruandam, vtique dixiſſet:Seruate,ſeu cuſtodite legem Moyſi: ſed hoc non dixit : ſed,* mementote legis,*ad innuendum quod ſupradictum eſt: Et notandum ,quòd hanc differentiam inter cuſtodire præceptum,& memoriam habere de præcepto ſeu de lege,ponit Ra. Moyſes Gerundien. in expoſitione ſuper Pentateuch.ſuper illud verbum Exod.20.b.* Memento vt diem ſabbati ſanctifices: *& illud verbum Deut.5.* Obſerua diem ſabbati, *dicens quòd primum verbum importat præceptum affirmatiuum ſolum de memoria ſabbati habenda:& ſecundum verbum importat præceptum de cuſtodiendis omnibus quæ cuſtodienda ſunt in ſabbato.*

ADDITIO III.

B In eodem cap. *Vbi dicitur in poſtill.* Et conuertet cor patrum ad filios.

*Hoc quod dicitur de Elia: Et conuertet cor patrum ad filios, &* D *cor filiorum ad patres eorum: videtur propriè exponendum de ſancto Ioanne Baptiſta qui præceſſit Chriſtum in ſpiritu et virtute Eliæ,* Luc.1. *Iſte enim conuertit cor patrum ad filios, inquantum digito demonſtrauit filijs Chriſtum in quem cor patrum fide & deſiderio tendebat: ſed hoc in ſingulari vago, non autem in ſingulari demonſtrato. Similiter conuertit cor filiorum ad patres eorum inquantum Chriſtus quem filijs digito demonſtrauit, eſt ille in quem patrum fides & deſiderium tendebat ſaltem in ſingulari vago, & ſequitur.* Ne forte veniam & percutiam terram anathemate. *Quaſi dicat ſi ſine præcurſore precedente veniſſem deficiente demonſtrante me deficeret fides mea:& ſic terra eſſet percutiēda anathemate, &c.*

Replic. In cap.4.*Vbi dicitur.* Et conuertet cor patrum ad filios: *poſtill.exponit de Elia: quia hoc faciet precurrendo ſecundum aduentum Chriſti. Bur. autem exponit de ſancto Ioanne Baptiſta. Sed illa expoſitio eſt myſtica, ſicut Ioannes fuit myſticus Elias: quia uenit in ſpiritu & virtute Eliæ: Expoſitioni etiam Bur.ſi literalis eſſe debeat occurrunt inconuenientia. Primum quia in litera dicitur de die preuenienda magna & horribili: Ioannes autem non preuenit diem horribilem,ſed deſiderabilem. Item dicitur de non conuerſis per Eliam comminatoriè.* Ne fortè veniam & percutiam terram anathemate, *Ioannes autem non precurrit talem percuſſorem, quia Chriſtus non uenit poſt Ioannem iudicare, ſed iudicari. Nec venit ut iudicet terram vel percutiat ,ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Huius ſalutis participes nos faciat Chriſtus ipſe Ieſus in* E *ſecula ſeculorum benedictus, Amen.*

---

*Epiſtola Rabani ad Ludouicum regem.*

DOmino excellentiſſimo & in cultu Chriſtianæ religionis ſtrenuiſſimo Ludouico regi:Rabanus viliſſimus ſeruorum Dei in dño dñorum perpetuam optat ſalutem:Cum ſim prōptus animo ad parēdum atque ſeruiendū veſtrę voluntati, quotidie cogito qd honorificentiæ veſtræ gratū exhibeam vt mei memoria ſedulò apud vos mane
C at: & deuotio mētis meæ erga obſequiū veſtrum appareat. Vnde grandis mihi quæſtionis anguſtia in animo verſatur. cogitandi quid potiſſimum reuerētiæ veſtræ offeram: quādo alij iuxta id quod ſibi condecet,& opulentia rerum vires illis miniſtrat, multiplicia munera vobis deferunt. Ego autem ita per me hoc non efficere poſſe ſentio, ſed tamen vacuus à munere penitus non ero:quia iuxta paupertatem virium mearum,& ingenij tenuitatem , ea quæ in meditatione sāctarū ſcripturarū elaboraui offerre decerno:quæ licet nō ſunt cōdigna prudētiæ veſtrę tñ credo nō ſunt vbique ſpernēda.Præterito ſiquidē anno trāſmiſi vobis tractatū in Danielem prophetam,quē nō ſolum ex dictis maiorū,quinetiā ex noſtrę paruitatis ſēſu cōfecerā. Nunc verò quia tempus eſt illud quo Romana eccleſia cōſtituit libros legi Machabæorum in eccleſia: eorundē librorum expoſitionem quam ante annos aliquot rogantibus amicis ſenſu hyſtorico ſimul,& allegorico dictau[illegible] ram, excellentiæ veſtræ defero, vt ſi aliquando ſenſum myſticum in eis vos dignoſcere delectet, habeatis in prōptu quo illum explicitū īuenire valeatis; nō dico valde diſertè & oratione rethorica, ſed lucido ſermone & catholica fide. Vos quoque ſi qd in prædicto opere reperiatis vobis gratū & ritè prolatū, eius gratię hoc deputetis à quo eſt omne bonum. Siquid autem minus rectè vel incōuenienter poſitū vobis ibidē videatur; imperitiæ meæ magis deputetis quam malitiæ : q quandiu in hoc corpuſculo vixero, in Chriſti ſeruitio prout poſſibilitas fuerit laborare cōtēdo ipſius.n. eſt miſericordiæ,vt q mihi in animo hoc dedit velle ipſū, me bono opere faciat cōſummare.De quo propheta ait: *Propè eſt dominus omnibus inuocantibus ſe in veritate,& nō derelinquet omnes qui ſperant in ſe.* Diuinitas domini noſtri Ieſu Chriſti diu vos hic incolumes, & legis Dei veritatē amātes ad multorum ſalutem cuſtodiat; & poſt huius vitæ curſum ad verā & ęternā beatitudinē peruenire cōcedat.

*Incipit prologus beati Hieron. presbyteri in libros Machabæorum.*

MAchabæorum libri duo prænotant prælia inter Hebræorum duces gentèmque Perſarum: pugnam quoque ſabbatorum,& nobiles Machabæi ducis triumphos: ex cuius nomine & libri iidem ſunt nuncupati.Hæc quoque hiſtoria. continet etiam inclyta illa geſta Machabæorum fratrum, qui ſub Antiocho rege pro ſacris legibus dira tormenta perpeſſi ſunt. Quos mater pia dum diuerſis ſupplicijs vrgerentur, non ſolùm non fleuit, ſed & gaudens hortabatur ad gloriam paſſionis.

---

*Item alia epiſtola ad Rabani.*

REuerendiſſimo & omni charitatis officio digniſſimo Geroldo ſacri palatij archidiacono, Rabanus vilis ſeruorū Dei ſeruus in Chro ſalutē.Memini me in palatio Vāgionum ciuitatis cōſtitutū, tecum habere ſermonem de eminentia ſcripturarum ſanctarū, & de difficultate diuinarum hiſtoriarum:in quibus nō ſolum per aliquanta loca propter varietatē rerum & ſitum prouinciarū obſcurus eſt ſenſus, quinetiā pro tropos figurarum occultus eſt intellectus.Et quia eodē tempore commentarios in libros Regū nuper à nobis editos venerabili abbati Hilduino tradiderā:tu quidem prauitatem meam exhortatus es quatenus in lib. Paralipom. atque Macha. commētarios iuxta veſtigia maiorū pari ſtudio conderem: feci

*Item alius prologus.*

MAchabæorum libri, licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab eccleſia inter diuinorum

voluminum annotantur hiſtorias. Prenotant autem præ lia inter Hebręorum duces, Genteſque Perſarũ, pugnam quoque ſabbathorum, & nobiles Machabęi triumphos, fœdus quoque amicitiarum cum Romanorum ducibus, atque legationum. Machabęi ſeptem fratres ab una matre Machabęa nomine geniti, cuſtodientes legem, patris traditionem, non manducãtes carnem porcinam, ob hoc ab Antiocho Rege ſęuiſſimo in Antiochia martyrii gloria coronati ſunt, cum matre ſua, atque ſepulti cum magna veneratione ibi quieſcunt.

A feci quãtum potui, & prioris libri expoſitionem, Ludouico Regi æditã dedi, ſequentis vero tuæ ſanctitati tradẽdã reſeruaui, vt petitio tua non eſſet vana, neq; haberes me ſuggillandũm, quaſi tibi roganti nollem conferre, quod alijs gratis contulerim. Proinde quia iam confectũ opus habes, vtere eo ſicut decet ſeruũ Chriſti cum cõione multorum, & quod ſolus impetraueras, ad plurimorum vtilitatem peruenire facias. De cætero quoque volo ſcire Sanctitatẽ tuã quoniã ipſum opus ideo partim de diuina hiſtoria, partim de Ioſephi Iudęorũ B hiſtorici traditione, partim verò de aliarum Gentium hiſtoriis contexui, vt quia non tantum gentis Iudeæ, ac principum eius, ſed & aliarum Gentium ſimiliter in ipſo lib. mentio fit, ex multorum lib. collatione veritas ſacrę hiſtorię pateat, & ſenſus narrationis eius lectori lucidior fiat. Tu verò ſi quid in memorato tempore tibi gratum, atque vtile inueneris, largitori omnium bonorum gratias referas. Si quid aũt reprehenſibile in eo eſſe proſpexeris, noſtrę infirmitati, & imperitiæ deputes, & apud clementem iudicẽ veniam impetrare nobis per ſacras orationes feſtines. Sicq; optimo largitori dignum honorem, & fragili opifici oportunum conferes ſolatium. Fraternitatem tuam diuina maieſtas proſperis ſucceſſibus pollentem, & æternæ beatitudinis gaudia promerẽtem, omni tempore noſtri memorem conſeruare dignetur.

*Hos Machabæorum libros Canonicos eſſe probatur.*

Canon 84. Apoſt. Sunt oĩb. vobis clericis ſimul, & laicis venerandi, ac ſacri libri, veteris quidẽ teſtamenti, Moſis quinq; &c. De Machabęorũ geſtis tres, Iob vnus, &c.

✻ Auguſtinus. Machabæorum libros non quidem Iudęi, Iudæi, ſed Eccleſia pro canonicis habet, propter quorun- D dam martyrum paſſiones vehementes, atque mirabiles, qui pro lege Dei ante aduentum Chriſti certauerunt

✻ Idem. Totus canon diuinarum ſcripturarum his libris continetur. Quinque Moyſis, i. Geneſi, Exodo, &c. Iob, Tobias, & Heſter, & Iudith, & Machabæorũ libri duo, & Eſdræ duo, &c. L. de doctr. Chriſt. c. 8.

✻ Idem. Hanc ſcripturam, quæ appellatur Machabæorum non habent Iudæi ſicut legem, & Prophetas, & Pſalmos, &c. ſed recepta eſt ab Eccleſia non inutiliter, ſi ſobriè legatur, vel audiatur, maximè propter illos Machabæos, qui pro Dei lege ſicut veri martyres a perſequutoribus tam indigna, atque horrenda perpeſſi ſunt. E Lib. 2. cont. ſecund epiſt. Gaudentii cap. 23.

✻ Innocen. Papa huius nominis primus. Qui libri recipiantur in canone ſanctarum ſcripturarum, breuis annexus oſtendit. Hæc ſunt ergo quæ deſiderata moneri voce voluiſti: Moyſi libri quinque, &c. item hiſtoriarum Iob, Heſter, Iudith, Machabęorum, Eſdrę, &c. Epiſt. ad Exuper. Tholoſ.

✻ Concil. Carthag. 3. confirmatum a ſexta ſynodo vniuerſali: Placuit vt præter ſcripturas canonicas, nihil in Eccleſia legatur ſub nomine diuinarum ſcripturarum. Sunt autẽ ſcripturæ canonicę Geneſis, Exodus, Leuiticus, &c. Heſter, Eſdrę libri duo, Machabæorum libri duo, &c. Cap 47.

✻ Hier. Machabęorum libri licet non habeantur in canone Hebręorum, tamen ab Eccleſia inter diuinorũ voluminum annotantur hiſtorias. Prologo. 2. in li. Mach.

F ✻ Hegeſippus. Machabęorum res geſtas propheticus ſermo paucis abſoluit, reliquorum vſque ad incendium templi, & manubias Titi Cæſaris relator egregius hiſtorico ſtilo Ioſephus. Prologo in li. 1. de excid. vrb.

*Incipit liber primus Machabæorum.*

CAPVT I.

a ET factum eſt poſtquam percuſſit Alexander 1

C A P. I.

C ET *factum eſt*. Initium libri Machab. ſimile eſt principio libri Ezechielis prophetæ, vbi ſcriptum eſt: *Et factum eſt in triceſimo anno in quarto menſe, &c.* Vnde primum nobis queſtio oritur. Cur is qui adhuc nihil dixerat, ita exorſus eſt dicens.

a *Et factum eſt poſtquam, &c.* Et namque ſermo coniunctionis eſt, & ſcimus quia non coniungitur ſermo ſubſequens, niſi ſermoni præcedenti. Qui igitur nihil dixerat, cur dicit: *Et factũ eſt.* cum non ſit ſermo, cui hoc quod incipit ſubiungatur? Qua in re intuendũ eſt, qa ſicut nos corporalia, ſic ꝓphetæ, & ſcriptores diuinorũ librorũ ſenſu ſpiritualia aſpiciunt: eiſq; & illa ſunt præſentiæ, quæ noſtræ ignorantiæ abſentia videntur. Vnde fit ut in mẽte prophetarum ita coniuncta ſint exterioribus interiora, quatenus ſimul vtraque uideãt, ſimulque in eis fiat, & intus verbũ qđ audiunt, & foris ꝙ dicũt. Patet igitur cauſa cur qui nihil dixerat, inchoauit dicẽs: *Et factum eſt.* Deinde ſubiungit.

*Poſtquam percuſſit Alexan. Philippi Rex Macedo, qui primus regna.* Itaque Alexandrum Philippi, & Olympiadis filiũ, Darium Regem Perſarum, atque Mædorum occidiſſe omnibus manifeſtum eſt. Quod & Daniel in uiſione ſua, qua hircum caprarum arietem ventilantem cornibus contriuiſſe deſcribit, euidenter expreſſit. Sed quæritur quomodo dicatur Alexãder primus regnaſſe in Gręcia, cum multi ibidem in diuerſis locis antea regnaſſe reperiantur? Multo enim ante Argiuis, Athenienſibus, Lacedæmonijs, Corinthijs, & Lydis Reges præfuerunt, necnon in Macedonia, non primus Rex eſſe Alexander inuenitur, ſed viceſimuſquartus. Primus. n. Rex Macedonum Carranus erat, eo tempore quo Hebræorum Iuda Azarias, qui & Ozias Rex fuit, & Hebr. Iſrael Rex Ierobo am, Latinorum quoque Procas Siluius, & Lacedæmoniorum Alcameus. Corinthiorũq; Alexander, & Athenienſium Theſeus. Sed ideo primus regnaſſe dicitur in Græcia Alexander, quia cæteris Regibus in ſingulis partibus antea regnantibus, primus ipſe, & ſolus in tota Græcia regnauit. Nam ſubuerſis Thebis, in Perſas arma corripiens apud Granicum fluuiũ inito certamine Darii duces ſuperauit, & ad extremũ ipſum pcuſſit arietẽ. & duo eius cornua cõfregit Medos, atque Perſas, miſitque eum ſub pedibus, & vtrũque cornu ſuo ſubiugauit imperio. 4. Re 14. c. Ibidem.

Quod autem dicitur egreſſus de Cethim, de ipſa Græcia ſignat. Cethim enim fuit de poſteris Noe, hoc eſt de filiis Iauam, filii Iaphet, fili Noe, Et Scythima inſulam habuit, quę nunc dicitur Cyprus, ut Ioſephus teſtis eſt, & ab ea omnes inſulæ, & maritima loca Cethim Hebraicè, nominantur. Legamus Varronis de antiquitatibus libros: & Siſinii Capitonis, & Græcum Flegonta, cæteroſque eruditiſſimos uiros, & uidebimus omnes pene inſulas, & totius orbis littora, & terras mari uicinas, a Græcis accolis occupatas, qui ab Amano, & Tauro montibus omnia maritima loca uſque ad oceanum poſſedere Britannicum.

*Poſtilla venerabilis patris, fratris Nicolai de Lyra ſuper libros Machabæorum, incipit.*

C A P. I.

✻ 1 ET factum eſt poſtquam. *Poſt hiſtoriam Iudith quãtum ad hiſtorias in ſacra ſcriptura contentas ſequitur hiſtoria in libro in libro Machabæorum deſcripta ratione dicta in principio libri Thobiæ, licet per magnum tempus contigerit poſtea, nam hiſtoria lib. Iudith contigit tempore Cambyſis filij Cyri, ſecundum communem expoſitionem doctorum noſtrorum, quam ſecutus ſum exponendo libr. illum, hiſtoria vero Machabæorum contigit tempore Antiochi Epiphanis Regis Syrię vt patet in princip. 1. libr. Veruntamen hiſtoria uidetur intricata propter duos fratres, ſcilicet, Seleucum*

*M O R A L I T E R.*

† 1 *Et factum.* Per iſtũ Alexãdrũ q largiſſimus fuit, & de terrę principib. triũphauit, Myſticè ſignificari põt Dñs noſter Ieſus Chriſtus, qui ex liberalitate maxima nõ ſolum ſua,

A a *Conſtituit*, inquit, *prælia mul. & omnium obti. muni. & interfecit reges ter. & accepit ſpolia multitu. gē. & ſiluit ter. in conſpe.* c. Igitur Alexander magnus (ſicut tradunt hiſtoriæ) poſt Darij mortem Hircanos, ac Gyrodomanos ſubegit. Poſt hęc Parthorum pugnam aggreſſus eſt, quos diu renitentes deleuit propemodum, atq; vicit. Inde Thraces euertit, atq; Apamenos, ac Sopios, cęteroſque populos, qui in Caucaſi radice morabātur ſubegit, vrbe ibi Alexandria ſuper amnem Thanaim conſtituta. Sed humani ſanguinis inexaturabilis, ſiue hoſtium, ſiue ēt ſociorum, recentem tamen ſemper ſitiebat cruorem. Itaque pertinaci impetu in bella procurrēs, Choroaſmos, & Aciaras B indomitam gentem in deditionem accepit. Caliſthenem philoſophum, ſibique apud Ariſtotelem condiſcipulum cum plurimis aliis principibus, cum eum depoſito ſalutandi more, vt Deum non adoraret, occidit. Poſt hæc Indiam petit, vt Oceano, vltimoque oriente finiret imperium Niſan vrbem abijt, Dedalos montes, regnaq; Theophilis Reginæ expugnauit. Quæ cū ſe dediſſet cōcubitui regio, regnum redemit. Peragrata, perdomitaq; Alexander India, cū ad ſaxum miræ aſperitatis & altitudinis in quo multi populi loci eo confugerāt, perueniſſet, cognouit Herculem, ab impugnatione eiuſdē ſaxi terremotu prohibitum, æmulatione permotus, vt Herculis acta ſuperaret, cum ſummo labore ac periculo ſaxo potitus, omnes loci eius gentes in deditionem accepit. Cum Poro fortiſſimo Indorum Rege cruētiſſimum bellum geſſit. Poſtea cum orientales populos ſingularum prouinciarum non ſine cruenta victoria cępiſſet conſcēſis nauibus cum Oceani littora peragraret, ad vrbem quandā, cui Rex Ambira pręerat peruenit. Sed in expugnatione ciuitatis magnam partem exercitus, ſagittis hoſtium veneno illitis, amiſit. Ac poſt herba, quæ per ſomnium ſibi oſtenſa eſt, in potum ſauciis data cum reliquis ſubueniretur, vrbem expugnauit, & cępit. Poſtquam circumactam ad Oceanum, & Indum flumen ingreſſus Babyloniam celeriter rediit, vbi eum cum exterritarum totius orbis prouintiarum legati expectarent, hoc eſt Carthaginenſium, & totius Aphricæ ciuitatum, ſed & Hiſpanorum, Gallorum, Siciliæ, Sardinięque plurimæ pręterea partis Italiæ, tantus E timor in ſummo Oriente conſtituti ducis populos vltimi occidentis inuaſerat, ut inde peregrinam cerneres toto mundo legationem, quo vix crederes perueniſſe rumorem, vnde bene ſcriptum eſt.

Alexandri prælia. Quin. Cu t. Plutarc. Paulus Oroſius. lib.3.c.16.

P. u. Oroſ li. 3.c.17.& 18.

Pau 3.c.

D

Philippi Rex Macedo, qui primus regnauit in Gręcia, egreſſus de terra Cethim, Darium Regem Perſa- 1 2
a rum, & Mœdorum, conſtituit prœlia multa, & om- 3 4
nium obtinuit munitiones, & interfecit Reges terrę. 5

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *& Antiochum Epiphanem, & eorum poſteros, qui ſe mutuo expulerūt de regno, guerra inter eos quaſi implacabili cōmota. Ad euidētiā igitur hiſtoriæ aliqd eſt hic pmittendū de dicti regni ſucceſſione.*

*Sciendum igitur, quod poſt mortem Alexandri magni eius monarchia in quatuor regna fuit diuiſa, ſ. Macedoniæ, Aſiæ, Aegypti, & Syriæ, ſicut Dan. 8. fuerat prophetatum, ſed de duobus primis regnis non fit mentio in* C *1. Machab. lib. ſed procedit ſecundum proceſſum regni Syriæ. quod multum Iudæā afflixit reſiſtentibus prout poterant Machabæis, & aliqua regno Aegypti occaſionaliter interponit. Sciendum igitur, quod mortuo Alexandro magno primus regnauit in Syria Seleucus, & alii quatuor poſt ipſum & ſextus fuit Antiochus magnus qui duos habuit filios. ſ. Seleucum Philopatorem, qui ſibi ſucceſſit in regno tanquā primogenitus, & Antiochum Epiphanē qui traditus fuit Romanis Obſes, & audita morte patris, & inertia Seleuci ſui fratris uenit in Syriam, & ab aliquibus ciuitatibus receptus fuit, & tādem Syriæ regnum obtinuit, propter quod inter poſteros eius & poſteros fratris ſui de Syriæ regno fuit longa concertatio, & aliquādo pualebat una pars, aliquando vero altera, & Syria de una poteſtate ad aliam tranſibat, ut patet in figura hic poſita, in cuius ſūmitate ponitur Antioch. magnus, & eius duo filij in duob. laterib. deſcēdēdo, & ſub eis corū poſteri, pceſſus vero regni incipiendo ab Antiocho magno de poſteritate uni⁹ filij ad alterius poſteritatē vel in eadem poſteritate de patre ad filium, uel alium ſucceſſorē, patet in linea tranſuerſali de minimo facta. Et ad maiorem euidentiam ſuper quemlibet ſucceſſiuè regnum obtinentem poſui literas alphabeti ſecundum proceſſus ordinem dicti regni: Et quoniam de ſummis Sacerdotibus Iudæorum in lib. Mach. fit mentio, ideo ſciendū, quod Iudas Alexandri tempore fuit Sacerdos ſummus, poſt eum Onias ſub quo Ptolemaus Sother Rex Aegypti multos Iudęos captiuauit, poſt eum Simō iuſtus, deinde Eleazarus frater eius: deinde Onias Simonis iuſti filius, qui vſque tunc fuerat puer, poſt eum Simon filius eius, deinde Onias filius eius tempore Antiochi magni, & Seleuci eius filij, cuius tempore Heliodorus ad ſpoliandum ærarium in Ieruſalem fuit miſſus, & hic Onias ſecundum Ioſephum li. 12. antiquitatis Iudaicę c. 6 habuit duos fratres. ſ. Iaſonē & Menelaū qui ſucceſſiuè licet uſurpatiuè tenuerunt ſummū Sacerdotium, quibus ſucceſſit Alchimus per inſtitutionē violentā Antiochi Epiphanis, quia nō erat de linea ſacerdotali licet deſcēdiſſet ab Aarō, vt habetur infra c. 7. & tūc Sacerdotiū deuenit ad Machabęos, q Antiocho Regi, & eius factis quantum poterant reſiſtebant. Habebant etiam ibi*

Quid poſt mortē Alexādri magni.

Sūmi Sacerdotis Iudæorum.

Ioſephus.

*Sequitur figura Regum cum ſuis attinentijs.*




*aliquid iuris. nam Matathias pater eorum deſcenderat de illis 24. quos Dauid inſtituerat ad deſeruiendum templo Domini, per uices ſuas, 1. Paral. Sed quia huius primi libri, & ſecundi Machabæorum maior eſt auctoritas quā Ioſephi, cum ab Eccleſia recepti ſint ad legendum, ideo non eſt dimittendus textus propter Ioſephum, ſed magis è conuerſo. Secūdo uero li. 4. c. dicitur expreſsè quod Iaſon fuerit frater Onię, & q Meneluas, & Lyſimachus fuerit frater Symeonis præpoſiti templi, & de tribu Beniamin, ſicut et iſte Symeon, vt hētur 2. li. c. 3. De Alchimo uero hētur 2. li. c. 4. q fuerat ſūmus ſacerdos tpe Antiochi Epiphanis, ſed eiectus fuit inde, eo q ritu Gentilium fuerat inquinatus, quē tamen reſtituit Demetrius Seleuci, ut habetur ibi, & 7. c. primi libri, & ideò ſecundum textum intendo exponere libros Machabæorum.* F

*Per figurā igitur præpoſitam patet proceſſus regni Syrię quantum ad principes, qui Iudæorū populum afflixerunt. Diuiſio tamen libri accipienda eſt ſecundū duces, qui populum Iſrael liberauerunt, tamē liber totalis primo in duas partes diuiditur ſecūdum duos libros partiales, primū, ſ. & ſecundum. Primus aūt liber diuiditur in quatuor partes, quia primo ponitur liberatio populi ſub Matathia, ſecundo ſub Iuda 3. capit. tertio ſub Ionatha. nono, cap. quarto, ſub Symeone, 13. Prima in duas, quia primo ponitur deiectio populi, & templi facta per Antiochum Epiphanem. ſecundo, defenſio facta per Matathiam c. ſeq. Prima adhuc in tres ſecundum triplicem percuſſionem per Antiochum factā, prima facta fuit per ipſum perſonaliter, ſecunda per eius ducem ibi,* Et poſt duos annos. *tertia per eius nuntios, & ſcripturam, ibi,* Et ſcripſit. *Circa primū primo deſcribitur, affligentis origo, ſecundo, afflictionis occaſio, ibi:* In diebus illis, *tertio afflictionis tempus, & ordo, ibi:* Et præparatū eſt. *quarto multiplex afflictorum oppreſſio, ibi:* Et conuertit. *Circa primum dicitur.*

Diu.

Et fact. eſt poſtquam. *ſ. magnus.*

1 Philippi rex Macedo. *ſ. nam in tota Macedonia, quæ eſt quędam pars Græciæ, prius regnauerat pater eius, & plures alij, ſed iſtæ fuit prius monarcha non ſolum Græciæ, ſed etiam totius orientis, propter quod ab eo incipit Regnum Græcorum.*

2 Darium Regem. *Iſte Darius ſecundum Hebręos fuit filius Aſſueri, & Eſther reginæ, ſicut dictum eſt in principio libri Eſther & Daniel, & pluribus alijs locis, ſecundum alios vero hiſtoriographos fuit alius Darius, qui poſtea regnauit per longum tempus.*

3 Conſtituit prœlia. *Contra regna ſibi inſiſtentia.*

4 Et omnium. *Sibi reſiſtentium.*

5 Munitiones. *i. caſtra & fortalia & bona in eis repoſita.*

*M O R A L I T E R.*

ſua, ſed etiam ſeipſum, nobis donauit, & de principibus & de poteſtatibus malignis potēter triumphauit, Coloſ. 2. c. *Expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo.*

&

† Deci-

Et pertranſiit vſque ad fines terræ, & accepit ſpolia mul- 1
titudinis gentium, & ſiluit terra in conſpectu eius. Et 2
congregauit virtutem & exercitum fortem nimis, & exal- 3
tatum eſt & eleuatum cor eius, & obtinuit regiones gen-
tium, & tyrannos, & facti ſunt illi in tributum. Et poſt de- 4
cidit in lectum, & cognouit quia moreretur. Et uoca- 5 6
uit pueros ſuos nobiles, qui ſecum erant nutriti a iu- 7
uentute ſua, & diuiſit illis regnum ſuum, cum ad- †
huc viueret. Et regnauit Alexander annis duodecim †

A a *Et ſiluit terra in con.* Eius, quia nullus ei rebellare audebat.

b *Et poſt dec.* Deuictis vbique gentibus vndiq. theſauros & opes earum Alexander abſtulit. Vnde eo mortuo ſatellites atque milites eius propter opū magnitudinem quas congregatas habebat, ac potentiam regni, ab inuicem diſſentiebant, a ſicut Pōpeius Trogus eiuſque breuiator Iuſtinus in libris hiſtoriarū ſuarum oſtendūt, ſcribentes quod defuncto Alexandro in theſauris eius centum milia talenta auri reperta ſunt, B & in annuo vectigalis tributo trecenta milia. Denique Alexāder inter pericula præliorum Dei nutu ſeruatus, ad extremū cū in Babylone vrbe moraretur per inſidias ſuorū interfectus eſt, & maxime factione Antipatris ducis eius, qui p Caſſandrum filium ſuum eius veneno extinxit, ſicut prædictus Pompeius Trogus narrat dicens: Quia cum Babylonem reuertens multis dieb. otio datis intermiſſum olim conuiuium ſolerter Alexander inſtitueret, totuſque in lætitiam effuſus, cum diei noctem peruigilem iunxiſſet, recedentem iam a conuiuio medicus Theſſalus inſtaurata commeſſatione, & ipſum ac ſoboles eius inuitauit, vbi accepto poculo media potione repente velut telo confixus ingemuit, elatuſque a conuiuio ſemianimis ita excruciatus eſt, vt ferrū in remedia poſceret, tactumque hominum velut vulnera indoleſceret, amici cauſas morbi intemperiem ebrietatis diſſeminauerunt. Reuera autem inſidiæ fuerunt. Nam memoratus Antipater cum chariſſimos amicos ſuos interfectos videret ab Alexādro, ſeque magnis rebus in Grecia geſtis, non tam gratum apud regem quam inuidioſum eſſe, a matre quoque eius Olympiade variis ſe criminationibus vexatum, ad occupādum regem, Caſſandrum filiū dato veneno ſubornat, qui cum fratribus Philippo & C Iolla miniſtrare regi ſolebat, cuius veneni tanta vis fuit, vt non ære, non ferro, non teſta contineretur, nec aliter ferri niſi in vngula equi potuerit, præmonito filio, ne alij quam Theſſalo, & fratribus crederet. Hac igitur cauſa apud Theſſalum paratum repetitumque conuiuium eſt. Philippus & Iollas prægustare ac tentare potum regis ſoliti, in aqua frigida venenum habuerunt quā prægustatæ iam potioni ſupermiſerunt. Quarta die Alexander indubitatam mortem ſentiens agnoſcere ſe fatum domus maiorum ſuorum ait: Nam pleroſque Aeacidarum intra triceſimum annum defunctos. Tumultuātes deinde milites inſidiiſque perire regem ſuſpicantes ipſe ſedauit, eoſque omnes cum prolatus in editiſſimū locum vrbis eſſet ad conſpectum ſuum admiſit, oſculandamque dexteram ſuam flentibus porrexit. Cum lachrymarentur omnes, ipſe vero ſine lachrymis tantum verum ſine vllo triſtioris mentis argumento fuit, vt quoſdam impatientius dolentes conſolatus ſit, quibus mādata ad parētes eorū dedit, adeo ſicut in hoſtes, ita & in morte inuictus ei animus fuit. Cū deficere eum amici viderent, quærunt quem imperii faciant hæredem: D Reſpondit: Digniſſimum. Tanta illi magnitudo animi fuit, vt cum Herculem filium, cum fratrem Arideū, cū Roxanem vxorem prægnantem relinqueret oblitus neceſſitudinem, digniſſimum nuncupauit hæredem prorſus quaſi nefas eſſet viro forti aliū, quam virū fortem ſuccedere, aut tanti regni opes aliis, q̄ probatis relinqui. Hac voce veluti bellicū inter amicos cecinisset, aut malum diſcordiæ miſiſſet, ita vt omnes in æmulationē conſurgunt, & am- E bitione vulgi tacitum ſermonem & fauorem militum quærunt. Sexta die præcluſa voce exemptum digito annulum Perdicæ tradidit. Quæ res gliſcentem amicorum diſſenſionem ſedauit. Nam etſi non voce nuncupatus eſt hæres, indicio tamen electus videbatur. Deceſſit Alexander habens annos triginta tres & vnum menſem.

Hæc autē quia in hiſtoria Machabæorum regni Alexandri mentio eſt facta, ideo ex libris Gentilium interpoſui, vt lector agnoſceret non fruſtra virtutem Alexādri enarrari, ſed magnanimitate atque actione eſſe ipſū præcipuum. Quod autem Alexander dicitur diuiſiſſe regnum ſuum, cum adhuc viueret pueris ſuis qui ſecū erant a iuuentute nutriti non tam ipſe hoc diuiſit, quā illis diuidendum reliquit. Igitur Alexander per 12. annos trementem ſub ſe orbem ferro preſſit, principes vero eius 14. dominati ſunt, & velut optimam prædam a magno leone proſtratam auidi diſcerpſere catuli, ſeque ipſos in rixam irritatos prædæ æmulatione fregerunt. Itaq. Ptolemæo primo Aegyptus & Aphricæ Arabiæque pars ſorte prouenit. Confinem huic prouinciæ Syriam Laomedon Mytelenæus. Ciliciam, Philotas & Philo Illyrios accipiunt: Mediæ maiori, Acropatos, minori ſocer, Perdice preponitur. Suſiania gens Syno, Phrygia maior Antigono Philippi filio aſſignatur. Lytiā & Pamphiliam Learchus, Cariam Caſſander, Lydiam Menander ſortiuntur, Leonato minor Phrygia euenit. Thracia & regiones pontici maris Lyſimacho, Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni datur. ſummus caſtrorū tribunatus Seleuco Antiochi filio ceſſit Stipatoribus regis ſatellitibuſq; Caſſander filius Antipatri præficitur. In Bactriana vlteriore, & Indię regionib. prefecti priores qui ſub Alexandro eſſe cœperunt, permanſerunt. Seres inter duos amnes Hydaſpem & Indū conſtitutos ✲ Thaxiles habebat, in Colonias in nudis conditas Phiton Agenoris filius mittitur, Parapomenos fines Caucaſi mōtis Axiarches accepit. Draicas & Argeos Statanor, Bactrianos Amyntas ſortitur. Sagilianos Scytheus, Nicanor Parthos, Philippus Hircanos † Phrataſernes Armenios, Neoptolemus Perſas Peuteſtes, Babilonios. † Arthous Pelaſgos Archeſilaus Meſopotamiā, adepti ſunt. Sed tamen inter cetera hęc regna quatuor tantum eminebant, hoc eſt Aegypti quod tenebat Ptolemæus Lagi filius Macedonū quod Philippus, qui & Arideus frater Alc

Iuſt. hiſt. lib. 13 Pau. Oroſius li. 3. c. 21.

✲ Taxillas.

† Phratapharnes.

† Arthonus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et pertrāſiit vſq; ad fines ter. *Habitabilis ex parte Orietis.*
2 Et ſiluit terra in con. *Quia nullus audebat ſibi reſiſtere verbo vel facto.* 3 Et congregauit virtu. *Hoc ponitur ad reſpondendum tacitæ quæſtioni, quia poſſet quæri: Quomodo fecit tanta cum paruum eſſet regnum Macedoniæ? & reſpondetur, quod congregauit ſibi exercitum valde fortem non ſolum de Macedonia, ſed etiam de alijs locis, & bellatores undecumque ſibi libenter adhærebat, nam in victoriys non retinebat ſibi niſi bonum honorabile concedens alijs bonum vtile ex ſua liberalitate.*
4 Et facti ſunt. *Ad ſui exercitus ſuſtentamentum.*
5 Et poſt hæc decidit in lectum. *Aegritudine, valida.*
6 Et cognouit quia moreretur. *Habuerat enim de hoc reſponſum ab arboribus ſolis & lunæ conſecratis, a quibus quæſierat deuicto orbe terrarum rediret ad matrem ſuam & ſorores chariſſimas, & reſponſum eſt quod non, quia cito eſſet moriturus.*
7 Et vocauit pueros ſuos nobiles. *i. ſocios familiares nullus .n. de filijs ſuis ſi tamen aliquos habuit, legitur poſt eum regnaſſe.* ✲ Et

MORALITER.

5 *Decidit in lectum*, Aſſumēs noſtrę poſſibilitatis defectū
6 *Et cognouit quia moreretur.* Nam ante mortem ſuam pluries prædixit, & voluntarie ſuſcepit.
7 *Et vocauit pueros ſuos nobiles.* ſ. apoſtolos, qui licet de humili plebe fuerunt progeniti, tamē fuerunt nobiles virtute & ſpiritusſancti chariſmatibus adornati, de qua nobilitate dicitur: Nobilitas ſola eſt animum quæ moribus ornat.
† *Qui ſecum erant nutriti.* Pabulo verbi diuini.
† *Ediuiſit illis regnum ſuum, dum adhuc viueret.* Nam imminente paſſione ſua dixit eis Lucæ vigeſimo ſecundo. c. *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum.* Item illud: *Et diuiſit illis regnum ſuum.* Dicit glo. i. diuidendum tradidit. Et hoc modo poteſt exponi de eccleſia militante, quæ frequenter dicitur Chriſti regnum, cuius ordinationem & diſtinctionem per diuerſos ſtatus & diœceſes Chriſtus apoſtolis & eorum ſucceſſoribus cōmiſit.

*Qui*

Alexandri poſſedit. Syriæ & Babylonis, quod Seleucus
A Nicanor ſibi vendicauit. Aſiæ, quod tenuit Antigonus, ſicut in viſione Danielis præmõſtratum eſt, quod facto vno cornu maiore in capite hirci illius īſignis, orta ſint pro eo quatuor cornua minora.

Dan. 8. c.

a & mortuus eſt. Et obtinuerunt pueri eius regnũ vnuſquiſ †
que in loco ſuo, & impoſuerunt ſibi omnes diademata poſt †
mortem eius; & filij eorum poſt eos annis multis, & multi † 1
b plicata ſunt mala in terra. Et exiit ex eis radix peccati. An 2 3
tioch⁹ illuſtris, filius Antiochi regis qui fuerat Romæ obſes 4 5 6
c

In 2. capitul. Zach.

✠ Rupert. Cornu magnũ de quatuor cornibus, quę vidit Zacharias, vnum fuit regnum Græcorum, ſed diuiſum eſt contra ſe met ipſum, quia de regno vno regna quatuor facta ſunt
B quando Alexandro mortuo obtinuerunt pueri eius regnum vnuſquiſque in loco ſuo. Attende nunc Si regnũ illud integrum permanſiſſet, & vnum, nunquid contra illud Iudas Machabæus leuaſſet caput ſuum? Equidem potuiſſet hoc fieri per Dei auxilium, ſed placuit Deo tali ordine fieri hoc ipſum, vt regnum diuiſum infirmius exiſteret, & Romani imperii principatus eidem ſuperueniret ſuoque illud malleo tunderet ac deterreret.

In 12. capitu. Apoc.

✠ Idem. Mortuo Alexandro, ſurrexerunt pro eo quatuor duces eius, qui ſibi imperium diuiſerunt. Hoc eſt quod in Daniele legimus. c. 8. Scriptum quoque in libro Machab. Obtinuerunt pueri eius regnum vnuſquiſque in loco ſuo. Quamuis autem vnius capitis quatuor cornua, id eſt, uni⁹ regni Macedonici reges quatuor fuerint, vno tantum ex illis aduerſus prægnantem Draco rufus vſus eſt, ſ. poſteritate Seleuci, cuius in parte Syria, in qua continebatur Iudæa, obuenit. Ex illis namque qui regnauerunt in Syria exiuit radix peccati Antiochus Epiphanes, i. illuſtris. Hoc vnum diadema ex illis quatuor, Draco rufus in ſua cauſa contra mulierem induit, & illud ſanguine ſanctorum ſæuus homicida cruentauit.

Rabanus.

a *Et obtinuerunt.* Decedente igitur Alexandro magno totum corpus regni Macedonum quod ipſe non ſine grandi labore coadunauerat, pueri eius per tyrannidem diripuerunt, & multis atque grauibus prœliis dilaniauerunt, ſicut in hiſtoriis gentium copioſiſſimè ſcriptũ inuenitur. Sed ex his plurimis omiſſis ſcriptor præſentis hiſtoriæ ad Antiochum Epiphanem peruenit, qui plurima in Iudæos commiſit mala, & locum ſanctũ polluit
C ac legem prophanauit. De quo ſequitur.

Rabanus. Rupertus Lib. 9. de vict. verbi. Dei capi. 15. † Callinicus

b *Et exiit ex eis ra. pec.* Primus itaque poſt Alexandrum magnum regnauit in Syria Seleucus cognomento Nicanor annis. 32. Secundus Antiochus, qui vocabatur ſother annis. 19. Tertius Antiochus, qui vocabatur Theos annis. 15. Quartus Seleucus, qui cognominatus eſt † Gallericus filius Antiochi annis. 20. Quintus Seleucus Ceraunos filius Seleuci Gallerici, annis trib. Sextus Antiochus magnus, quẽ ſcriptura hic dicit Antiochi illuſtris patrẽ eſſe, q frater erat Seleuci Cerauni & filius Seleuci Gallerici regnauit annis triginta ſex. Septimus Seleucus qui & Philopator nominatus eſt annis 12. Poſt quẽ Antiochus Epiphanes, qui & præclarus ſiue nobilis dicitur, frater Seleuci Philopatoris, & filius Antiochi magni annis 11. De quo modo ſcriptura narrat, quod ex eis exierit radix peccatrix, Antiochus illuſtris filius Antiochi regis qui fuerat Romæ obſes. Qui merito radix peccati dicitur qui ſtirpis inutilis, ad peccata procliuis, & ad impietatem erat prõptiſſimus, ſub quo legis Dei perſecutio, & Machabæorũ bella narrãtur. Colligitur enim omne tempus regni Græcorum a primo anno Seleuci Nicanoris vſque ad initiũ regni Antiochi Epiphanis anni 137.

c *Qui fuerat Romæ obſes, &c.* Seuer. Sulpitius. Scipio Africani frater bellauit aduerſus Antiochum, quo bello victus imperii parte multatus eſt. Hic duos filios habuit, Seleucum & Antiochum quem obſidem Romanis dederat. Ita Antiocho magno mortuo, Seleucus eius filius natu minor regnum adeptus eſt. Tum Antiochus a Romanis dimiſſus, datuſq; in locum eius obſes Demetrius Seleuci regis qui eo tẽpore regnabat filius Seleuco mortuo, anno imperii duodecimo, regnũ frater Antiochus qui Romę obſes fuerat, occupauit. Is poſt quinquenniũ quam regnare cœperat Hieroſolymam depopulatus eſt. Etenim Romanis graue ſtipendium penſitans, ipſe immenſis ſumptibus pæne neceſſario cogebatur pecunias rapto quærere, neque vllam prædandi occaſionẽ omittere.

✠ Euſebius. Poſt prælium quo in Termopylis eſt victus Antiochus, inter Romanos & eum cõuenit, vt mille talenta per annos ſingulos vectigalis noīe ſolueret.

* Rupertus. *Ex te.* Inquit Naum propheta, *Exibit cogitans Dominum malitiam mẽte pertractans præuaricationem.* Non vnus quilibet homo tantum, ſed multitudo hominum præuaricatorum, ſicut in Machabęis habemus ſcriptũ: *In diebus illis exierunt ex Iſrael viri iniqui, &c.* Hoc fuit initiũ dolorum.

* Idem. Multos fuiſſe in populo Iudæorum, etiã ante vltimam impietatem qua Chriſtum occiderunt; & Apoſtolos eius perſequentes verbum eius repulerunt, qui dicerent: *Omnis qui malum facit, bonus eſt in conſpectu Domini, &c.* Illud indicat de libro Machabęorum taliter dictum: *In diebus illis exierunt ex Iſrael &c.*

✠ Hegeſippus. Rex Antiochus cui nomẽ illuſtris, Antiochi regis filius vbi Aegyptum ſuo imperio adiunxit, in ſuperbiam elatus, quod ei incerta bellorum proſperauiſſent, ritus Hebræorum negligi, miniſteriaque prophanari iuſſerat, idque poſtulantibus pleriſque Iudæis, ſtatuere auſus.

In

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et multiplicata ſunt mala in terra. *Quia regnum Syriæ & regnum Aegypti ab Alexandro deſcendentia affixerunt populum Iſrael colentem dominum, & quia præmiſſa dicta ſunt vt ad Antiochum illuſtrem deueniretur, ideo ſubditur.*

2 Et exiit ex eis. *ſ. a regibus Syriæ, vt patet in figura ſupra poſita.*

3 Radix pec. *Nam ex eo pullulauerunt plura mala quam ex aliis præcedentibus.*

4 Antiochus illuſt. *i. preclarus ſeu nobilis, & ſignat idẽ quod Epiphanes, quod eſt nomen Græcum, & dicitur ab Epi quod eſt ſupra & phanes, quod apparitio, quaſi ſuper alios eminens vel apparens.*

5 Filius Antiochi. *Magni.*

6 Qui fuerat Romæ obſes. *Nam Antiochus magnus pater eius per Romanos fuit repreſſus ab infeſtatione vicinarum ſibi gẽtium Romanis fœderatarum, & ad maiorem ſecuritatem accepẽrũt obſidem filium ſuum iuniorem, qui audita morte ſui patris & inertia Seleuci ſui fratris: de Roma clam receſſit, & in Syriam veniens aliquas ciuitates maritimas habuit, & tandẽ regnũ, ideo ſubditur.*

✠ Et

## MORALITER.

† † *Et obtinuerunt pueri eius regnum vnuſquiſque in loco ſuo.* Nam quilibet regimen ſpirituale accepit in ſorte ſua.

† *Et impoſuerunt ſibi omnes diademata.* ſ. diademata martirij, & doctrinæ.

† *Et filij eorum poſt eos.* Quia poſt apoſtolos fuerũt multi epiſcopi, qui ſunt ſucceſſores apoſtolorum, qui meruerunt diademata martyrum & doctorum.

† *Annis multis.* Hoc dicitur, quia poſtea per longum tẽpus paulatim refrigiut Charitas, in miniſtris eccleſiæ, in tantum, quod multi ſunt magis intẽti pompis & carnalitatibus, quam defenſioni ſui gregis & doctrinæ, ideo ſubditur,

1 *Et multiplicata ſunt mala in terra.* In populis ex ſuperiorum malis exemplis. Gregor. in paſto. Cum paſtor per abrupta graditur, conſequẽs eſt vt ad præcipitium grex ſequatur.

2 *Et exijt ex eis radix peccati Antioc.* i. prælatus cupidus & ſuperbus. *Nam cupiditas eſt radix omnium malorum.* Vt dicitur. 1. ad Timot. 6. b. & Eccl. 10. b. *Initium omnis peccati eſt ſuperbia.* Et radix iſta multum diabolo procurante germinauit in eccleſia.

4 *Antiochus illuſtris.* Tales enim quia promouẽtur ad eccleſiæ dignitates, licet ſint de infimo genere, tamen reputari volunt nobiles & illuſtres. Bernardin. ſuper *Miſſus eſt.* Videas pleroſque in eccleſia Dei de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos ſubito intumeſcere, priſtinæ abiectionis obliuiſci, genus quoque ſuum erubeſcere, & infimos dedignari parentes.

† In

a *In diebus illis exierunt*. Græca ac Romana narrat hiſtoria, A quod Antiochus Epiphanes contra Ptolemæum Philometorem Cleopatræ ſororis ſuæ filium, cuius ipſe auunculus erat dolos conſtruxerit, vt eum regno Aegypti priuaret. Et cum poſt mortē Cleopatræ Alauius eunuchus nutritius Philometoris, & Leneus Aegyptum regerēt, & repeterent Syriam quam Antiochus fraude occupauerat ortū eſt inter auunculum, & puerum Ptolomæum prælium. Cumq; inter Peluſium, & mon- B tem Caſſium prælium commiſiſſent victi ſunt duces Ptolemæi. Porrò Antiochus parcēs puero, & amicitias ſimulans, aſcendit Memphis, & ibi ex morte Aegypti regnum accipiēs, pueriq; rebus prouidere ſe dicens, cum modico populo omnem Aegyptum ſubiugauit, & abundantes atque vberrimas ingreſſus eſt ciuitates, fecitque quæ non fecerant partes eius, & partes partum illius, ſicut in Danie. de eo ſcriptum eſt Nullus enim in regno Syriæ ita vaſtauit Aegyptum, & D omnes diuitias eorum diſſipauit, & ita callidus fuit vt prudentes cogitationes eorum qui duces pueri erant ſua fraude ſubuerteret.

b *Et ædificauerunt gymnaſium in Hieroſolymis, &c.* ✠ Ioſephus Menelaus, & filij Tobię ad Antiochū diſceſſerunt dicentes, quod vellēt patrias relinquere leges, & conuerſationem legeſq; obſeruare Gręcorum. Rogauerūt ergo eum vt permitteret eis Hieroſolymis edificare gymnaſium cumq; conceſſiſſet circunciſionem ſuam velauerunt, vt non apparerent in denudatione Græcis eſſe diſſimiles: cæteraq; omnia relinquentes, quę in illis mos patrius imponebat, aliarum facta gentium ritusque ſequebantur. E

L 12. antiq. c. 6.

* Rup Eſt aūt gymnaſium nudorū exercitium quo iuuenes nudi luctantes ſe exercebant Velando aūt circunciſionem, receſſerunt a teſtamento ſancto, ꝙ pepigit Deus cū Abraham

L 5. de victoria verbi Dei c. 18.

& regnauit in anno centeſimo trigeſimo & ſeptimo regni 1
Græcorum. In diebus illis exierunt ex Iſrael filij iniqui: & 2
ſuaſerunt multis dicentes. Eamus & diſponamus teſtamē- 3
tum cum gentibus, quæ circa nos ſunt: quia ex quo receſſi- 4
mus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus viſus 5 6
eſt ſermo in oculis eorum. Et deſtinauerunt aliqui de 7 8
populo, & abierunt ad regem, & dedit illis poteſta- 9
tem, vt facerent iuſtitiam gentium. Et ædificauerunt 10
gymnaſium in Hieroſolimis ſecundum leges natio- 11 12
num: & fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt a teſta- 13 †
mento ſancto, & iuncti ſunt nationibus, & venundati 14
ſunt, vt facerent malum. Et paratum eſt regnum in 15 16
conſpectu Antiochi, & cępit regnare in terra Ægypti, †
vt regnaret ſuper duo regna. Et intrauit in Ægyptum in 17

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et regnauit in anno centeſimo. *Quod incepit ab Alexandro Magno, vt dictum eſt ſuprà. Dicunt tamen aliqui quod hæc numeratio incipit a primo anno Seleuci, qui immediatè ſucceſſit Alixandro Magno in Syria. Sed hoc non videtur bene dictum: quia hic, & infra 6. cap. & Dan. 8. Alexander dicitur primus in regno Gręcorū. Non obſtat quod ipſi per tempora regum intermediorum numerant 137. annos a primo anno Seleuci vſque ad primum annum Antio-* C *chi Epiphanis, quia idem annus dicitus vltimus regis præcedentis, & primus immediatè ſequentis: & ſic bis computatur. Antiochus autem Epiphanes fuit nonus ab Alexandro Magno: & ſic per talem computationem vnius anni bis computati habentur nouem anni minus ſecundum veritatem, qui fuerunt de tempore Alexandri Magni poſtquam regnauit in tota Græcia. Duodecim autem anni quibus dicitur regnaſſe incipiunt a tempore quo poſt patrem immediatè regnauit in Macedonia tantum: & ſic regnum Gracia inchoandum eſt ab eo.*

2 In dieb. illis. *Poſita origine perſecutoris, hic conſequenter ponitur occaſio perſecutionis quæ proceſſit ex malicia aliquorum de populo Iſrael: ideo dicitur.* In dieb. illis exierunt ex Iſrael filij ini. *Non ſolum in ſeipſis formaliter, ſed etiam in alijs effectiue: ideò ſubditur.*

3 Et ſuaſerunt multis dicentes, eamus & diſponamus teſta. *i. fœdus ſocietatis.*

4 Cum gentibus. *Incircunciſis, & idolatris nos eis conformando, & ſubditur ratio.*

5 Quia ex quo receſſimus ab eis. *Iſtud dictum videbatur habere colorem, quia ante captiuitatem Babylonicam populus Iſrael multum declinauit ad idololatriam, vt patet 3. & 4. reg. & tamen habuit reges potentes. ſ. in Samaria, & Ieruſalem. Poſt reditum verò captiuitatis Babylonicæ vſque ad hoc tempus, ad idolatriam non declinauerat, & tamen regem non habuerat: & ſub tributo regum aliorum ſeruiebat. Sed iſti tacebant illud ex quo perſuaſio talis erat iniqua. ſ. quod propter idololatriam regum Iſrael, & Iuda, & ſubditorum ſuorum dicta regna fuerant deſtructa, & reges Iſrael, & Iuda cum ſuis populis captiuati.*

6 Et bonus viſus eſt. ſ. in oculis eorum. *Quia reſpiciebant quantum, ad illud quod proponebatur, & non quantum ad illud quod tacebatur.*

7 Et deſtinaue. *i. firmiter ordinauerunt.*

8 Aliqui de populo. *i. pauci reſpectu aliorum.*

9 Et abierunt ad regem. *ſ. Antiochum idolatram.* F

10 Et dedit illis poteſtatem, vt facerent iuſtitiam gentium *i. vt ſecundum ritum incircunciſorum viuerent, & adhoc alios libere poſſent inducere.*

11 Et ędificauerunt gymnaſi. *i. ſcholam, in qua docerentur, & addiſcerent leges, & ſtatuta Gentilium. Et dicitur gymnaſium, nam in ſchola diſputat vnus contra alium ſicut in gymnaſio exercentur homines ad luctam corporalem.*

12 Et fecer. ſibi præ. *Dimittendo filios ſuos incircunciſos.*

13 Et iuncti ſunt nati. *Conformando ſe eis in vita, & moribus.*

14 Et venundati ſunt. *i. totaliter dediti.*

15 Vt facerent malum. *Sicut de Achab dicitur 3. Reg. 21.* Eò ꝙ venundatus ſis, vt faceres malum in conſpectu domini.

16 Et paratum eſt regnum in conſpectu Antiochi. *Hic cōſequenter ponitur afflictionis tempus & ordo. Nam eam fecit Antiochus in egreſſu de Aegypto. Ad cuius intellectum ſciendum, quod ſicut dixi ſuper Danie. 10. Antiochus magnus ad confœderationē ipſius cum rege Aegypti, & econuerſo, dedit filiam ſuam Cleopatram Ptolemæo Epiphani, ex quib. natus fuit Ptolemæus Philometor: igitur mortuo Ptolemæo Epiphane Antiochus illuſtris rex Syriæ accepit aliquas ciuitates regni Aegypti regno ſuo propinquas, quaſi tutor nepotis ſui, qui puer adhuc erat: quas cum duces Aegypti repeterēt pro puero, & ipſe nollet reddere, motum fuit bellū inter ipſos, & Antiochum: in quo deuicti fuerunt duces Aegypti: & per cōſequens Ptolemæus Philometor cum eis qui erat adhuc multum iuuenis, & Aegypto ſpoliata Antiochus venit in Ieruſalem, vbi fecit multa, mala vt habetur in parte ſequenti. In hac aūt parte deſcribitur bellum dictū, cum dicitur.* Et paratum eſt re. in conſpe. An. *ſ. regnum Aegypti modo iam dicto: & patet litera paucis exceptis.*

17 Et intrauit in Aegyptum in multitudine gra. *ſ. ad ſuſtinendum.*

* In

## MORALITER.

2 *In diebus illis exierunt ex Iſrael filij iniqui.* Iſrael interpretatur videns Deum ideo per iſtos ſignificantur mali religioſi, qui per vitam contemplatiuam eſſe debent incluſi, ſed diſcurrere quærunt, & diſſolutis ſæcularibus familiaritate coniungi, & per conſequens in moribus conformari ſicut dicitur Pſal. 105. f. *Et commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum.* Ideo ſequitur.

† *Et receſſerunt a teſta. ſancto.* i. a religionis voto.

14 *Et venundati ſunt, vt facerent malum.* i. totaliter dedidit. Vnde dicit Auguſt. Sicut non inueni meliores illis qui in monaſterijs profecerunt, ita non inueni deteriores, qui in eis defecerunt. Auguſt.

16 *Et paratum eſt re. in conſpe. Antio.* Sicut dictum eſt per Antiochum ſignificatur prælatus cupidus, & ſuperbus. Etiam in tantum aliqui ſunt cupidi, & ſuperbi, qui volunt tenere plures eccleſias ideo ſubditur.

† *Vt regnaret ſuper duo re.* Vnde contingunt contentiones & prælia.

A Abraham, in quo eſt promiſſio ſeminis qđ eſt Chriſtus: cuius promiſſionis fidem in eo negauerunt quod circū-ciſionem ſignaculum fidei velando, præpu ia ſibi fecerunt. & ita veraciter a teſtamento ſancto receſſerunt.

✱ Idem. De regno Grecorum nemo neſcit quia blaſphemauit, & blaſphemiæ notam ſibi iniuſſit quando Antiochus aſcendens Hieroſolym. multitudine graui, intrauit in ſanctificationē cum ſuperbia. (In 13.c. Apoc.) De hac præuidens Daniel. *Et magnificatus eſt*, inquit, *vſq; ad fortitudinem cœli, & decidit de ſtellis, & conculcauit eas, &c.* (Dan. 8.)

multitudine graui, in curribus, et elephantis, et equitib. et 1
copioſa nauiū multitudine. Et conſtituit bellum aduerſus 2 3
Ptolemæum regem Ægypti, et veritus eſt Ptolemæus a fa 4
cie eius, et fugit, et ceciderunt vulnerati multi. Et cōprehen 5 6
dit ciuitates munitas in terra Ægypti, et accepit ſpolia terrę 7
a Ægypti. Et conuertit Antiochus, poſtquam percuſſit Æ- 8 9
gyptum in centeſimo et quadrageſimo et tertio anno, et 10
aſcendit ad Iſrael, et aſcendit Ieroſolymam in multitudi- 11
b ne graui. Et intrauit in ſanctificationem cū ſuperbia, et ac 12 13
cepit altare aureum, et candelabrum luminis, et vniuerſa 14

(Rabanus.) a *Et con. Antio.* Cōſequenter autē de eodem rege in prædictis hiſtorijs narratur, quod poſtquā B reuerſus eſt expulſus ab Aegyptijs veniſſe eum in Iudæā: hoc eſt aduerſus teſtamentum ſanctum, & ſpoliaſſe templum, & aurum tuliſſe quam plurimum. Poſitoque in arce præſidio Macedonum, reuerſum in terram ſuam, & poſt biennium rurſum contra Ptolemæum exercitum congregaſſe ad Auſtrum. Cumque duo fratres Ptolemei Cleopatræ filij, quorum auunculus erat Antiochus, obſiderentur Alexandriæ legatos veniſſe Romanos, quorum vnus Marcus Publius Leuinas, cum eum ſtantem inueniſſet in littore, & ſenatuſconſultum dediſſet quo iubebatur ab amicis populi Romani recedere, & ſuo imperio contentum eſſe: & ille reſponſum ad amicorum conſiliū detuliſſet, orbem dicitur feciſſe Marcus in arenis baculo quem tenebat manu, & circunſcripſiſſe regem atq; dixiſſe: Senatus, & populus Romanus præcipiunt, vt in iſto loco reſpondeas quid cōſilij geras. Quibus dictis ille perterritus ait. Si hoc placet ſenatui, & populo Romano, recedendum eſt hinc atq; ita ſtatim mouit exercitum. His cōſentanea Ioſephus ſcripſit: quod reuerſus propter Romanorum timorem ab Aegypto rex Antiochus ad Ieroſolymam duxerit exercitum, quo perueniens anno. 143. poſt (Ioſephus antiquita. lib. 12. c.6.) C regnum primi Seleuci centeſima quinquageſima tertia Olympiade, die vigeſima, & quarta mēſis Caſleu, quē Macedones Appelleon nominant ceperit eam ſine conflictione cuiuſpiam, aperientibus ei portas his qui voluntati eius conſentiebant, ingreſſuſq; ciuitatem Ieroſolymarum multos interemit, ſibi contraria ſapientes. Necnon etiam eos qui portam aperientes ciuitatem ei tradiderūt propter templi diuitias interfecerit, multaſque auferens ab eo pecunias ad Antiochiam reuerſus ſit poſtquam autem ſpoliauit templum, ita vt vaſa Dei, & lucernas aureas aſportaret, & aram auream, & menſam, & ſacrariū, neque de velis abſtinuerit, quæ ex byſſo, & cocco erant: exhauriens autem & theſauros nil penitus derelinquens ad maximum Iudæos luctum propter hæc vſque perduxerit, nam & quotidianas immolationes quas Deo ſecundum leges offerebant celebrare prohibuit. Depredans autem totam ciuitatem quoſdam interfecit, alios captiuos cum vxoribus & filijs deduxit, ita vt numerus multitudinis captiuorum vſq; decemmilia exiſtere videretur. D

b *Et accepit a ta e aureum, &c.* ✱ Beda. Poſt annos ferè trecentos quadraginta ab inſtauratione Ieruſalem per Eſdram, & Nehemiam, rex Græcorum nefandiſſimus Antiochus fraude capta ciuitate templū ſordibus idolorum profanauit, auferēs inde, & confringēs altare Domini aureum, menſam propoſitionis, candelabrum luminis, & cætera templi vaſa aurea, quæ inueniri potuit. (Ho. eccl.)

✱ Euſebius. Cæſar. Quæ a Pſal. 78. accepimus, completa ſunt in Antiochi temporibus qui vocatus eſt illuſtris: qui cum in Syria regnaret, irrumpit quidem in vrbem Ieroſolymam, fœdauit templum, & ſanctuarium euertit. (L. 10 euan.) E

✱ Chryſoſtomus. Daniel has præuidens Iudæorum calamitates, repetit hanc quæ ſub Antiocho illuſtri facta eſt captiuitatem excidiumq; atq; deſolationem templi, etiā ipſum tempus addidit: Machabæorum res ſignificans, quæ acciderunt ſub Iuda, Simeone, & Ioanne. (Or. Iud.)

Myſticè. Autem Antiochus hic qui intrauit in terram ſanctam cum ſuperbia, & deuaſtauit templum, & locum ſanctum polluit ſuperſtitione Gentili, Typum tenet Antichriſti, qui contra eccleſiam Chriſti crudeliter bellum gerit, & animas credentium (quæ verè templum Dei ſunt) errore ſuo polluere contendit. (Rab.) De quo in Danielis prophetia ſub figura iſtius Antiochi ita ſcriptum eſt. *Cor eius aduerſus teſtamentum ſanctuarij, & faciet ac reuertetur: & cogitabit aduerſus eos qui dereliquerunt teſtamentum, brachia ex eo ſtabūt & polluent ſanctuarium fortitudinis, & auferent iuge ſacrificium, & dabunt abominationem in deſolationem, & impij teſtamenta ſimulabunt fraudulenter, populus autem ſciens Deum ſuum obtinebit, & faciet, & reliqua.* (Dan.) Nulli dubium eſt quin hæc quæ ſub Antiocho Epiphane in imagine præceſſerunt, hoc eſt vt rex ſceleratiſſimus perſecutus ſit populum Dei, ſæuitiam prę figurent Antichriſti, qui Chriſti populum perſequetur, F qui indignabitur contra teſtamentum Dei: & cogitabit aduerſus illos quos vult legem Dei relinquere, polluetq; ſanctuarium Dei homines videlicet ad imaginem Dei creatos diuerſis vitijs corrumpendo. auferet iuge ſacrificium quando hoſtiam laudis Chriſto Dei filio offerre in eccleſia prohibebit abominationem deſolationis in loco ſancto ſtatuet, quando diuinum cultum a Chriſtianis ſibi extorquebit exhiberi, ita vt in templo Dei ſedens oſtendat ſe tanquam ipſe ſit Deus Vnde multi noſtrorum putant ob ſæuitię, & turpitudinis magnitudinem Domicianum ſiue Neronem Antichriſtum fore. Sed licet ipſi Antichriſti fuerint, quantum ad eius corpus pertinent & mēbra ipſius ſunt: tñ ipſe omnium iniquorum caput iuxta finem mundi venturus eſt, qñ iuxta veritatis ſñiam. *Erit tribulatio talis qualis nō fuit ab initio mundi vſq; modo, nec fiet poſtea.*

Verum

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 In cur. *In quibus pugnabant reges antiquitus.* 2 Et eleph. *Portantibus caſtra lignea, in quibus erant homines armati deſuper proijcientes iacula.* 3 Et equi. *Circa elephantos ordinatis, ne occiderētur ab aduerſarijs.* 4 Et copioſa nauium multitudine. *Inuadens Aegyptum per terram, & per mare.* 5 Et conuertit. *Hic conſequenter ponitur Iudæorum multiplex oppreſſio, cum dicitur*
6 Et conuertit Antiochus. *Iter ſuum.*
7 Poſtquam percuſſit Aegyp. *Modo dicto.*
8 In centeſimo & quadrageſimo & tertio. *ſ. regni Græcorum, & per conſequens anno ſexto regis Antiochi, vt patet ex prædictis.*
9 Et aſcendit ad Iſrael. *Quia parata erat ad faciendum mala.*
10 Et intrauit in ſanctificationem. *i. in templum quod tamdiu erat per Zorobabel, & ſocios eius reædificatum.*
11 Cum ſuper. *Tractans contēptibiliter vaſa ſacra: ideo ſubditur*
12 Et accepit. *In quo cremabatur thymiama ad honorē diuinum.*
13 Et candelabrum. *Nam ſuper illo erant ſeptē lucernæ aureæ.*
14 Et vniuerſa vaſa eius. *ſ. forcipes, & emunctoria, quæ omnia erant aurea, Exo. 25.*

✱ Et

## MORALITER.

† 6 *Et conuertit Antiochus.* Sequitur.
9 *Et aſcendit ad Iſrael.* Per quod ſignificatur clauſtrum religionis, vt dictum eſt. Dicit autem Gregorius homil. 10. Certe iniquorum omnium diabolus caput eſt: propter qꝺ caput eſt iniqui prælati, & ideo de vno fit tranſitus ad alium propter connexionem eorum. Ideo Antiochus qui prius ſignificauit prelatum iniquum, hic ſignificare poteſt diabolum, qui aſcendit ad Iſrael ſubuertendo ſtatum religioſum, ideo ſequitur.
12 *Et accepit altare aureum.* In quo cremabatur incenſum: ideo ſignificat orationem deuotā, ſicut dicitur Pſ. 140. a. *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Quę multū eſt diminuta in locis religioſorum.
13 *Et candelabrum luminis.* Per quod ſignificatur Sacrę Scripturę ſtudium, ſicut dicitur Pſ. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* Quod eſt multum diminutum in religione, & quaſi ablatum Nam multi libentius ſtudent iura ciuilia, & aliqui philoſophica, & aliqui curioſa, & inutilia. Et quod deterius eſt ſuperſtitioſa.

† *Et*

☞ Verum iuxta Ioannis vocē. *Antichriſti iam multi ſunt.* Quia
A per membra ſua idem malignus hoſtis iam miſterium
operatur iniquitatis, per hæreticos videlicet ſchiſmaticos atq; paganos, & ſeducit multos: tunc ēt ſi fieri pōt ipſe ſcādalizat electos, quia ſoluitur Satanas de carcere ſuo & totum furorem ſuum quātum per mittitur, in Chriſti colas pfundit. Tollit ergo Antiochus de Ieruſalem altare aureum: quādo eos qui perfectiores eſſe videbātur, & pro populi ſtatu nō mediocriter dominū exorare, ſuaſu maligno euellit de eccleſia. Tollit & candelabrum luminis, & vniuerſa vaſa eius, quādo eos qui prędicationis officio fugebantur, & veluti luminaria per diuerſas ſpecies dogmatū in populo Dei lucere debuerunt,
B ſiue per metum ſiue per cupiditatem terrenam de ordine ſuo præcipitauit. Tollit ergo menſam propoſitionis ac vaſa eius, quando ſcripturas ſacras cum iniqua interpretatione confundere per hæreticos ſatagit, & eos qui in meditatione legis Dei velut vaſa menſæ Dei, ac panes propoſitionis commanere videbantur, aſtutia nequitiæ ſuæ corrumpere, atq; in errorem ſeducere contendit. Velū quoque, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat, idem antiquus hoſtis tollit: & cōminuit omnia quando literam legis Dei (in qua ſapientia diuina ac myſteria cęleſtia latēt, & vbi corona perpetuæ mercedis, & bene laborantibus, & præcepta Dei ſeruantibus, in regno cœleſti, ac claritate perpetua percipienda promittitur) contritis ſententijs ac ſenſu deprauato in alienum intellectum conuertit, animaſq; ſibi obedientes hoc modo decipit. Nam aurum argentumq; & theſauros occultos nihil aliud intelligo quam eloquij venuſtatē ac ſenſuum puritatem, cum theſauro virtutum quæ in occultis cordis apud fideles collocantur. Hæc omnia diabolus de regno Chriſti auferre molitur, cum poſſeſſores eorum his
C bonis ſpoliatos in baratrum ſuæ perditionis ſecum trahere conatur. Hinc quotidie planctus, & gemitus in eccleſia naſcitur cum de caſu proximorum per compaſſionem cœtus fidelium, non mediocriter contriſtatur.

vaſa eius, & menſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, 1
& mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentū au 2
reū, quod in facie tēpli erat, & cōminuit omnia, & accepit 3
argētū, & aurū, & vaſa cōcupiſcibilia, & accepit theſauros 4 5
occultos quos inuenit, & ſublatis omnib. abijt in terrā ſuā. 6 7
a Et fecit cędē hoīum, & locutus ē ſuperbia magna. Et factus 8
† †

✠ Euſebius. Cæſarius Antiochus Epiphane cum de regione Ptolemæorum, quam ſubito inuaſerat, Romani ſenatus præcepto receſſiſſet, in Iudæam venit, ibique Iaſoni pontificatū tradidit: quo deinde expulſo Menælaum ſucceſſorem ei dedit. Deinde legem impugnat Iudæorū, primum quidem omnem eorum prouinciam ad idololatriam compellens: qui parere noluerant, enecat. Poſtea Hieroſolyman aſcendens, templum, & vaſa Dei, quæ miniſterio fuerant conſeruata, vaſtat in templo, Iouis Olympij ſimulachrum ponit, &c.

✠ Ioſephus. Heb In dieb. illis cęperunt prælia magna, & horrenda graſſari contra populū Iudaicum. Nam cū Antiochus regnaret in terra Aegypti, eleuatū eſt cor eius ſuper modū, miſitq; per totū dominiū ſuū ad oēs populos, vt adorarent imaginē quę ſuā exprimebat effigiē. Et conſentientibus cunctis adorantibuſq; venerunt quidam, in
D quit de populo noſtro, Menelaus f. Simeon, & Alchimus, atq; alij multi impij gentis noſtræ homines, & incitauerunt Antiochum vt mala inferret populo Iſraelitico.

✠ Rupertus. Dicendum quibus peccatis populus meruerit vt Deus per Antiochum eos affligeret. Malum ipſorum primum ab ipſis proceſſit, ita vt exigeret iuſtitia fieri quod faciendum dixerat in Dauid: Deus, *Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.* Iaſon itaq; & Menelaus, qui patrijs nominibus Ieſu, & Oniæ relictis hæc græca nomina ſumpſerant, egerāt
E vt occideretur Onyas pontifex prius, propter quem leges optimè cuſtodiebantur. Occiſus itaq; eſt propter iuſtitiā primus in acie ſanctorum martyrum Machabæorū, vir in vita ſua, & poſt mortem venerabile habens teſtimonium. &c. Hoc initium ſtatim ſequutus eſt profectus, & ſucceſſit incrementum. Etenim ſub ipſa arce Sion gymnaſium conſtituerunt: deinde optimos quoſq; ephebōrū in lupanaribus poſuerunt. Propter impij Iaſonis nefariū ſcelus, Sacerdotes iā non circa altaris officia dediti erant,
F ſed contempto templo, & ſacrificijs neglectis, feſtinabant participes fieri paleſtræ, & præbitionis eius iniuſtæ, & in exercitijs diſci, & patrios honores nihil habentes græcas glorias optimas arbitrabantur. Vbi tales erant Sacerdotes qualis putas erat populus. Qualis iuuentus, talis pſeudopontificis alumna? Iam vtiq; locus, & tempus erat, vt veniret ſuper eos ſententia maledictionum quæ in Deuteronomio recitantur: quatenus fierent in exemplum ſubuerſionis Sodomæ, & Gomorrhæ, &c Hæc idcirco dicta ſunt, vt appareat æquitas iuſti iudicij Dei, quia niſi ſola gratia reſeruare voluiſſet gentem illam propter adimplēdam promiſſionis de Chriſto veritatem non tantum ſcęleſtis manibus impij Antiochi, verumetiam tali pœnæ iuſtum fuiſſet illos ſubijci, quali Sodoma, vel Gomorrha ſuccubuit. Nam grauius erat peccatum iſtorum ſcriptam legem habentium, quam Sodomorum non habentium.

a *Et fecit cędem.* Omnis dignitas, & omnis ætas atq; omnis ſexus dolet tumultuante perſecutore, quia nulla perſona immunis eſt a perſecutione. Gemit quiſque tam pro ſuæ tranquillitatis detrimento, quam etiam de fide cadentium damno. Quia ſicut Paulus ait. *Sollicita ſunt in Chriſti corpore pro ſe inuicem membra, & ſi patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra.* Vnde, & idem apoſtolus contra eos ſcribens, qui vanam gloriam amabant enumeratis laboribus ſuis quos ipſe corporaliter ſufferebat, ſubiunxit dicens. *Propter illa quæ intrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana ſolicitudo omnium eccleſiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt, glorïabor.* Et alibi. *Gaudete ait cum gaudentibus, flete cum flentibus, idipſum inuicem ſentientes, non alta ſapientes ſed humilibus conſentientes.*

☞ Rupertus.

Marginalia: Matth. 24.b. — 2.Theſ.2. — Apoc.2. — L.9. de vict. verb. cap. 17. 18.19. — Pſal.88. — Deut.28. Gen.19. — Iſa.1. — Raban. — 1.Cor.12.d. — 2.Cor.11.d. — Rom.12.c.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et menſam propoſitionis. *Super quam ponebantur duodecim panes calidi in die ſabbathi pro duodecim tribubus Iſrael, & in hoc ſignabatur quod ſacerdotibus debebatur a populo victus.*

2 Et libatoria. *i. vaſa, in quibus probabantur liquida, de quibus fiebant libamina, quæ ſunt oblationes de liquidis.*

3 Et phialas. *i. vaſa in quibus reponebantur vnguenta, & thymiamata.*

4 Et mortariola aurea. *In quibus terebantur illa: ex quibus componebantur.*

5 Et velum. *Diuidentes inter ſanctum, & ſanctumſanctorum.*

6 Et coronas. *Exiſtentes ibi ad ornamentum templi.*

7 Et ornamentum aureum. *i. cortinam aurifrigiatam.*

8 Et comminuit omnia, & accepit. *i. in puluerem redegit, vt dicunt aliqui expoſitores, ſed non eſt veriſimile, quod tam precioſa vellet ſic contererere: ideo dicitur quod comminuit, ideſt, a propria forma tranſmutauit, materiam retinens ad alios vſus ad ſuam vtilitatem.*

✠ Et

## MORALITER.

† 1 *Et menſam propoſitionis.* In qua ponebantur panes ideo ſignificat celebrationem Miſſæ in qua conſecratur panis vitæ. Hæc autem eſt oblata pro magna parte, quia ſacerdotes religioſi ſolebant celebrare quaſi quotidie: nunc autem multi celebrant valde raro, & ſine debita præparatione.

2 *Et libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum.* Per iſta ſignificantur illa quæ valent ad tria prædicta. ſ. orationem, Sacræ Scripturæ lectionem, & Miſſæ celebrationem.

8 *Et accepit argentum.* Locutionis mundæ. Pſal. 11.b. *Eloquia domini eloquia caſta, argentum igne examinatum.*

† *Et aurum.* Charitatis fraternæ, quę tanquam aurum, eſt precioſior inter virtutes ad proximum.

† *Occultos theſauros.* ſ. pœnitentiæ occultæ & orationes priuatæ. Iſta namque nititur diabolus a religioſis auferre, & abſtulit pro magna parte.

est planctus magnus in Iſrael,& in omni loco eorum.Et in 1
gemuerunt principes:& ſeniores,& iuuenes,& virgines in-
firmati ſunt,& ſpecioſitas mulierum immutata eſt.Omnis
maritus ſumpſit lamentum,& quæ ſedebāt in thoro mari 2
tali,lugebant. Et cōmota eſt terra ſuper habitātes in ea,& 3
a vniuerſa domus Iacob induit confuſionē.Et poſt duos an-
nos dierum miſit rex principem tributorum in ciuitates
Iuda, & venit Ieruſalem cum turba magna. Et loquutus 4
eſt ad eos verba pacifica in dolo,& crediderunt ei.Et irruit 5 6
ſuper ciuitatem repentè,& percuſſit eam plaga magna,&
perdidit populum multum ex Iſrael. Et accepit ſpolia ciui 7
tatis,& ſuccendit eam igni,& deſtruxit domos eius,& mu 8
ros eius in circumitu,& captiuas duxerunt mulieres,& na
b tos,& pecora poſſederunt.Et ædificauerunt ciuitatem Da- 9
uid muro magno,& firmo,& turrib.firmis,& facta eſt illis 10
in arcem. Et poſuerunt illic gentem peccatricem, viros
iniquos, & conualuerunt in ea. Et poſuerunt arma, &
eſcas, & congregauerunt ſpolia Ieruſalem, & repoſue-
runt illic: & facti ſunt in laqueum magnum. Et factum 11
c hoc ad inſidias ſanctificationi, & in diabolum malum in 12 13
Iſrael. Et effuderunt ſanguinem innocentem per cir-
cumitum ſanctificationis. Et contaminauerunt ſanctifi-
cationem, & fugerunt habitatores Ieruſalem propter
eos, & facta eſt habitatio exterorum, & facta eſt extra 14

✠ Rupertus. Quis dubitet totum hoc additum eſſe iu-
A per iram Domini,& patris,ſeruos aut filios ſuos non per
L.9.de vict. verbi c.4. dere,ſed corripere volentis? *Ego enim, inquit, iratus ſum pa-*
Zach.1. *rum*.ſ.viſitando in virga iniquitates eorum & in verberi-
Pſal.88. bus peccata eorum. Ipſi verò addiderunt malum,ad hoc tendente diabolo agitatore eorum, vt miſericordiā meā auferrem ab eis, & irritum facerē verbum promiſſionis, tollendo legem,auferendo teſtamentum, & libros teſtamēti,& ipſam quoque gentem, vt dū non ſupereſſet gens vnde ſalus futura
B ſperabatur, conſequenter nec ipſa ſalus mundi Chriſtus naſceretur.

Raban. a *Et poſt duos annos dierum miſit rex principem.* Diximus ſuperius, ꝙ Antiochus teneret Typum Antichriſti: ſimiliter idem perditionis filius hoc ī loco, princeps tributorum accipi poteſt quē princeps huius mundi, & rector tenebrarū harum diabolus ad hoc incitat,vt in ciuitatibus Iudæ(hoc eſt in eccleſiis Chriſti)tributum peccatorum ſibi ſoluere exigat. Tamen hoc non vbique vim agendo perſecutionum expoſtulat, ſed aliquando tormentis: aliquando blandimentis, aliquando minis & aperta ſæuitia,aliquādo autem fraude & do-
C lo.Vnde ſcriptum eſt.*Locutus eſt ad eos ver.pa.in do.*Sed qui crediderit ei ſibimetipſi perditionem præparat. Agit .n. hoc idem hoſtis nefandiſſimus ſuaſu maligno & ſignis atque prodigijs mendacibus, vt eum homines Deum eſſe credant,& diuinum cultum illi exhibeant. Qui ergo ſibi credūt hos in anima ſpiritualiter occidit. Qui autem reſiſtunt corporali cruciatu eos affligit. Vnde euenit,qđ cum magno dolore mentis legendum eſt, vt perdat populum multum ex Iſrael,cum plurimos de Chriſtiana religione in apoſtaſiam conuertit. Accipit ſpolia ciuitatis, cum ornamenta eccleſiæ tollit. Succenditq; eam igne,cū perſecutione deuaſtat. Deſtruit domos eius,& muros in circumitu, cum plebes credentium diſſipat ac defenſores eorum: hoc eſt doctores enecat: captiuaſque ducit mulieres,

D mulieres,& natos,& pecora:quia illi qui mollicie animi habēt & pueri ſunt ſenſibus: ac carnalib.deſiderijs ſeruientes more brutorum animalium viuunt,captiuati ac laqueo antiqui hoſtis maximè patent. Deuaſtatis eccleſijs Chriſti, & diſperſis propter perſecutionē miniſtris ipſius hoſtis malignus in loco eorum arcem impietatis erigere, blaſphemos cultores ſubſtituere molitur quatenus ſi poſſibili ſit per prauos homines nomen Chriſtianum(quod ſolum in orbe præualuit) funditus deleatur,& diaboli voluntas in pollutione idolorū, & multiplicitate peccatorum expleatur.

b *Et ædificauerunt ciuitatem,&c.* ✠ Ioſephus. Incendit optima ciuitatis loca,&
L. c.6. deponens muros,arcem ædificauit in interiori parte ciuitatis. (Nam alta, &
E eminētior pars erat a tēplo) & propter hoc muniens eam muris altis, & turribus, cuſtodiam Macedonum ibi diſpoſuit.Manebant ergo in arce homines impij,& moribus maligni,a quibus ciues multa acerba ſubinde patrabantur.

Ra. c *Et effuderunt.* Igitur habitatores Ieruſalem fugiunt qñ perſecutione feruente alij corporaliter fugiunt, vt nō ſcā-
F dalizentur,alij mente fugiunt, & ſcandalum graue in animabus ſuis patiuntur:alij vſq; ad mortem in confeſſione Chriſti perſeuerant,& liberi a perſecutorum manibus in cœlos effugiunt vt remunerentur. Fitq; terra ſancta habitatio exterorum, qñ membris Chriſti per martyrium coronandis in toto mundo multiplicatur numerus perſecutorum,dies feſti eius conuertuntur in luctum qñ ritus celeberimus religionis Chriſtianæ nō permittit habere ſui fulgoris ornatum. Et Sabata eius in opprobrium,cū ſpes quam habet in futura animarum requie aboletur, vel ab hoſte eliditur fidelium. *Secundum gloriam eius multiplicata eſt ignominia eius.* Fœdatur.n.gloria eccleſiæ infidelium ignominia, quando inimico dominante gloria cœleſtium ſacramentorum,& honeſtas diuinorum officiorum impijs blaſphemantibus maximum ſuſtinet opprobrium. ✠ Et

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et ingemue.prin.& ſe.*Tantis malis occurrere non valētes.*
2 Et commota eſt terra ſuper habitantes in ea.*i.ſuo decore tranſmutata propter miſeriam habitantium in ea.*
3 Et poſt du.an.*Hic conſequenter ponitur perſecutio quam fecit Antiochus per ſuum ducem fallacem ideo ſubditur.*
4 Et loqu. *Significans ei quòd veniſſet pro bono ſtatu ciuitatis reformando.*
5 Et cre.ei.*Eum intra recipiendo.*
6 Et irruit ſuper ciuitatem repentè. *Ciuibus non cogitantibus de defenſione.*
7 Et deſtruxit.*Notabiles, & fortes ne poſt eius receſſum Iudæi poſſent ibi tueri.*
8 Et muros eius in circumitu.& captiuas duxer.*Faciendo ibi multas aperturas,per quas equites,& pedites multi poſſent ingredi liberè ſi Iudæi vellent in aliquo rebellare.*
9 Et ædifi.ci.Da. *i.arcem Sion.*
10 Et facta eſt illis in arcem.*i. in fortalitium contra ciuitatis populum,ideo ſubditur poſtea.*
11 Et fa.ſunt in la.ma.*Ad capiendum ciues,& ſpoliandum.*
12 Et factum eſt hoc ad inſidias ſanctificationis. *id eſt,loco templi, cultus diuinus ibi poſſet exerceri. Nam de arce poterant ſuper Deus colentes iacula proijcere eò quòd erat prope templum.*
A
13 Et in diabolum malum alias magnum. *Homines.n.peſſimi dicuntur diaboli per quandam ſimilitudinem, & accipitur hic ſingulare pro plurali,diabolum.i.diabolos.*
14 Et fa.eſt.ha.exte.*i.extraneorum.*

✠ Sanctificatio

MORALITER.

† 1 *Et ingemuerunt principes, & ſeniores.* Nam valentes viri qui viderunt in religione ſua feruorem deuotionis, & modo vident temporem relaxationis, moleſtè ferunt in cordibus ſuis.

3 *Et poſt duos annos dierum miſit rex principem tributo.* Per iſtum principem tributorū ſignificatur princeps, vel prælatus, qui ſtudet vi vel fraude rapere bona ſubditorum. Et iſte mittitur a diabolo, qui dicitur rex ſuper omnes filios ſuperbiæ:quia promouetur vel inſtituitur ipſo procurante. Et ad hoc ſubditur deſtructio cultus diuini, & pacis populi,ſicut deſcribitur hic diffuſè.

† Et

A a *Et ſcripſit.* ✠ Ioſephus. Heb. Nec ſatis erat quod rex Antiochus quoſdam occidit. & quoſdam captiuos abduxit: ſed dimiſit quoque prefectos in terra Iuda, qui affligerent populum. Dimiſit & Philippum, qui prælium gereret aduerſus populum Iſrael. Nam præceperat ei. Quicunque voluerit adorare ſtatuam meam quam erexi, & veſci carne ſuilla, hũc permittes viuere: qui autem renuerit, illum abſque vlla miſeratione interficies. Prohibuit quoque ne populus Domini obſeruaret ſabbatũ, & ne circunciderẽt filios ſuos. Porrò Philippus erat vir animoſus, fecitque iuxta verba regis. Nam prohibuit fieri vniuerſam legẽ a populo Iudaico, fouit iniquos, & impios populi noſtri, & occidit B multos quis erant de cœtu piorum.

Scriptura, & epiſtola ſpiritualis Antiochi, Philoſophi ſunt Gentilium, & hæretici atq; ſchiſmatici Chriſtianorum, qui veritatẽ legis Chriſti atq; ſtatum catholicę fidei ſubuertere cupiũt, quib. dolor eſt cultus diuinus, & religio Chriſtiana ſed quo magis errorẽ ſtudent ſibi homines adunare, eo magis faciunt illos ab C inuicem diſcordare quia nec ipſi inter ſe inuicem cõcordant, ſed varijs ſectis diſſentientes diſcrepant: & ideò minus ſe obſequentes, & in vnitate conſotiare prędualent. *Inter ſuperbos enim* (ſcriptura teſtante) *ſemper iurgia ſunt.* Et iuxta veritatis ſententiam. *Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſuper domum cadet.* Mandant libri, & epiſtolæ Antiochi, in Ieruſalem, & in ciuitatibus Iudæ, vt ſequantur leges Gentium terræ, & deſinant holocauſta, & ſacrificia, & placationes facere in templo Dei: quia maxima cura maximumque ſtudium eſt hæreticis atque paganis, vt in Eccleſia Chriſti cultum diuinum, ſeu D confundunt, ſeu penitus extinguant, ne ſynceritas rectæ fidei per dilectionem operatur, in ara cordis credentis gratum holocauſtum Deo offeratur: nec ſacrificia myſtica corporis, & ſanguinis domini, cũ ſacra fidelium oratione atq; placatione bonorũ actuum in vero templo Dei omnium creatori, & bonorũ largitori dignè exhibeantur. Prohibent celebrare Sabbathũ quia negant in cęleſti regno ſanctarum requiẽ futuram eſſe animarum. Iubent ædificari aras, & tẽpla, & idola, quia mentes fideliũ malignorum ſpirituũ cupiunt efficere vaſa. Immolari carnes ſuillas, & pecora communia: hoc E eſt immundã ducere vitam, & brutorum animaliũ more in luxuria atq; concupiſcẽtijs carnis conuerſari. Relinquere filios ſuos incircunciſos: hoc eſt nulla cuſtodia, nulla continentia, nullaque diſcretio ne cogitationes ſermones atque opera temperare, ita vt obliuiſcãtur legem diuinam, & immutent iuſtificationes Dei in diuerſorum ſcelerum facturã. F Et hæc omnia non ſolum ſermonum, ſed etiam diuerſarum pœnarum fieri cogunt tormento, vnde ſequitur.

b *Et quicunque.* Incandeſcit crudelitas quando feruet impietas ſæuit immanitas: quando æſtuat cupiditas. Omni regno ſuo Antiochus per ſcripturas indicit tormenta, & mortem ingerere cultoribus Dei. Sic & Antichriſtus per miniſtros ſuos ſceleſtiſſimos varia exquiret pœnarum genera, quatenus Chriſti colas a ſtatu religionis ſanctiſſimę euellat, conterat atque diſperdat.

c *Die quintadecima menſis Casleu.* Idem eſt apud Græcos qui apud Latinos dicitur December. In huius menſis die quinta-

ſemini ſuo, & nati eius reliquerunt eam. Sanctificatio eius
deſolata eſt, ſicut ſolitudo: † dies feſti eius conuerſi ſunt in lu
ctum. Sabbatha eius in opprobriũ, honores eius in nihilum.
Secundum gloriam eius multiplicata eſt ignominia eius, & 1
a ſublimitas eius conuerſa eſt in luctum. Et ſcripſit rex Antio- 2 3
chus omni regno ſuo, vt eſſet omnis populus vnus. Et reli- 4
querunt vnuſquiſque legem ſuam, & conſenſerunt omnes 5
gentes ſecundum verbum regis Antiochi. Et multi ex Iſrael 6 7
conſenſerunt ei, & ſacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt 8
Sabbathum. Et miſit rex Antiochus libros per manus nun- 9
tiorum in Ieruſalem, & in omnes ciuitates Iudæ, vt ſequeren- 10
tur leges gentium terræ, & prohiberent holocauſta, & ſacri- 11 12
ficia, & placationes fieri in templo Dei, & prohiberent cele- 13
brari Sabbathum, & dies ſolennes. Et iuſſit coinquinari ſan- 14
cta, & ſanctum populum Iſrael. Et iuſſit ędificari aras, & tem- 15 16
pla, & idola, & immolari carnes ſuillas, & pecora communia, 17
& relinquere filios ſuos incircũciſos, & coinquinari animas 18
eorum in omnibus immunditijs, & abominationibus, ita vt 19
obliuiſcerentur legem, & immutarent omnes iuſtificationes 20 21
b Dei. Et quicunque non feciſſent ſecundum verbum regis 22
Antiochi morerentur. Secundum omnia verba hæc ſcripſit
omni regno ſuo, & præpoſuit principes populo qui hæc fieri
cogerent. Et iuſſerunt ciuitatib. Iudę ſacrificare. Et congrega-
ti ſunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legem domi
ni, & fecerunt mala ſuper terram, & effugauerunt populum 23
c Iſrael in abditis, & in abſcõditis fugitiuorũ locis. Die quinta-

† Tob. 2.b.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sanctific. *In toto enim templi creuerunt arbuſta, vt dicitur infra 4.c.*
2 Secundum gloriam. *Tempore Salomonis.*
3 Multiplicata. *Antiochi illuſtris.*
4 Et ſcri. rex. *Hic conſequenter deſcribitur perſecutio regis Antiochi per nuntios, et ſcripturam: In qua primo præcepit legem Moſaicam aboleri, ideo dicitur:* Et ſcripſit rex. *per decretum firmum.*
5 Vt eſſet omnis populus. *Regni ſui.*
6 Vnus. *i. vnitus legis, & ritus.*
7 Et reli. vnuſ. *Gentilium, alium ritum habentium quam Antiochus.*
8 Et multi ex Iſrael con. ei. *Aliqui timore, aliqui fauore.*
9 Et miſit rex Antiochus libros. *i. epiſtolas decretum ſuum continentes.*
10 Vt ſequerentur le. gen. *Idololatrum.*
11 Et pro. *Quæ totaliter incendebantur ad honorem diuinum.*
12 Et ſacrificia. *Pro peccatis oblata.*
13 Et placa. *i. ſacrificia pacifica, de quibus habetur in Leuit.*
14 Et prohi. *Pro beneficio creationis omnium.*
15 Et dies ſo. *Vt Paſchæ, Pentecoſtes, & huiuſmodi.*
16 Et iuſſit. *i. templi loca.*
17 Et ſanctum. *Qui dicitur ſanctus, quia prę cęteris populis erat ad diuinum cultum deputatus, vnde & res inanimatæ quæ diuino cultui deputantur, dicuntur ſanctæ, vt veſtes, & vaſa, & ſimilia.*
18 Et pecora. *i. immunda ſecundum legem Moyſi.*
19 Et coinquina. anim. eo. in omni. immun. *ideſt, cibis lege prohibitis.*
20 Et abominationibus. *i. idololatrijs, quæ abominationes dicuntur in ve. teſt.*
21 Ita vt obliuiſceren. *Per conſuetudinem legi contrariam.*
22 Et immutarent. *i. oblationes, & ſacrificia quæ offerebantur Deo cæli. Cætera patent vſque ibi.*
23 Et effugauerunt populum. *Quia nolentes idololatrare fugiebant occultè ad ſpeluncas montium, vt habetur inf. ſe. c. Secundò, pręcepit idololatriam profiteri: ideo dicitur.*
24 Die quinta. menſis. *i. Decembris, vt dicunt aliqui: ſed melius videtur quod correſpondet Nouembri: nam apud Heb. eſt tertius a ſeptimo menſe computato vtroque, qui ſeptimus correſpondet Septẽbri noſtro, aliquando tamen pro parte concurrit cum Octobri noſtro, & per conſequens Casleu ſimiliter cum Decembri. Et ratio huius eſt, quia Iudæi faciunt menſes lunationes, ſicut plenius declaraui Gen. 7. & Exod. 12.*

✠ Quinto

*MORALITER.*

† 4 *Et ſcripſit.* Iſta diaboli ſcriptura eſt infideliũ & hæreticorum peruerſa doctrina: qua ſi quis imbuitur, de populo diaboli efficitur, & ad hoc diuinæ legis deſtructio ſequitur, & eius obſeruatores miſerabiliter affliguntur.

1 *Aedific*

decima menſis Caſleu,quinto & quadrageſimo,& centeſi- 1
mo anno: ædificauit rex Antiochus abominandum idolū 2
3
deſolationis ſuper altare Dei, et per vniuerſas ciuitates Iudę 4
in circumitu ædificauerunt aras, & ante ianuas domorum,
a et in plateis incendebant thura,et ſacrificabant. Et libros le 5
gis Dei combuſſerunt igni ſcindentes eos, et apud quicun-
que inueniebantur libri teſtamenti domini, et quicunque 6
obſeruabat legem domini, ſecundum ædictum regis truci-
dabant eum. In virtute ſua faciebant hęc populo iſrael,qui
b inueniebantur in omni menſe in ciuitatibus. Et quinta et
viceſima die menſis ſacrificabant ſuper aram quę erat† con- 7
8
c tra altare. Et mulieres quæ circuncidebant filios ſuos truci-

quintadecima,anno centeſimoquadrageſimo quinto re-
A gni Græcorū, quod a primo anno Seleuci cōputare inci-
piunt,Antiochus Epiphanes abominādū idolū deſolatio
nis,in tēplo ſtatuit Dei,hoc eſt ſimulachrū Iouis Olympi.
In c.1.Ioelis. ✻ Rup.Cornu paruum magnificatum vſque ad fortitu
dinem cœli, &c. a Daniele prædictū fuit. Antiochus il-
Dan.8. luſtris, filius Antiochi regis, qui ædificauit abominandū idolum deſolationis ſup altare Dei, & tanta fecit quanta legentes horremus,tam in primo q̄ in ſecundo Machabęorum libris.
✻ Ioſeph. Coegit
L.12.ant.c.6 eos relinquētes patriam religionem, idolum venerari: ædificare etiam in vnaquaque ciuita-
B te,& vico templa Deorum,& aras collocantes immolare ſuper eas porcos omni die præcepit.& ne quis circuncideretur,aut ne filij eorum. Inſuper interminatus eſt tormenta grauiſſima, ſi quis preter hæc facere inueniretur.

Principatus aūt ſui anno octauo quo videlicet anno in
Rabanus Ioſeph.l.12. antiq.c.6. Samaria ſuper verticem montis Garizim, Iouis peregrini ſiue hoſpitalis delubrū ædificauit,ipſis Samaritanis, vt id faceret per epiſtolā precātibus,ſicut Ioſephus teſtis eſt. Sed legimus in Euangelio ſ'm Matthæum, Saluatorē diſcipulis interrogantib. de ſigno aduentus ſui, & conſummatione ſęculi,inter alia reſpondiſſe. *Cum ergo videritis deſolationis abominationem quæ dicta eſt a Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto,qui legit intelligat,* qn̄ ad intelligentiam prouocamur myſticum,monſtrat eſſe quod dictum eſt.Scriptū eſt autem in Daniele hoc modo: *Et in medio hebdomadis auferetur ſacrificium meum, & Libamina, & in templo deſolationum abominatio erit vſque ad conſummationem temporis:& conſummatio dabitur ſuper ſolitudinem.* De hoc apoſtolus loquitur qđ homo iniquitatis aduerſarius *eleuandus ſit contra omne quod dicitur Deus,& colitur,ita vt audeat ſtare in templo Dei,et oſtendere quod ipſe dominus ſit:cuius aduentus ſecundum operationem Sathanæ deſtruet eos,& ad ſolitudinem red[i]g[e]t qui ſuſceperint.* Poteſt
Hieron. in 24. Matt. autem ſimpliciter aut de Antichriſto accipi,aut de imagine Cæſaris quam Pilatus poſuit in tēplo, aut de Adriani equeſtri ſtatua,quæ in ipſo ſanctoſanctorum loco vſque in præſentem diem ſtetit. Abominatio quoque ſecūdum veritatem ſcripturarum idolum nuncupatur: & idcircò
C additur deſolatio, quod in deſolato templo atque deſerto idolum poſitum ſit. Statuto autem idolo zeli in templo Dei per vniuerſas ciuitates Iudæ, miniſtri regis nequiſſimi ædificant aras in circumitu, & ante ianuas domorum,& in plateis incendunt thura.& ſacrificant quia regnante in mūdo Antichriſto, ſtipulatores eius, & oēs iniqui reiecto verò vnius Dei cultu, & ſpreta Dei domo quæ eſt ſancta eccleſia,confuſa mente turbatoq; ordine, in diuerſis locis variorū errorum, & multipliciū ſcelerū, dæmonis funeſta deferrent ſacrificia. Et bene dr̄,quòd in circumitu ædificauero aras,quia ſimplicitate veritatis re-
Pſal.11.b. licta erroneas impietatis ſequūtur ſectas. *In circumitu enim* (vt pſalmiſta teſtatur) *omnes impij ambulant*,& ante ianuas ędiculorum, atque in plateis incendunt thura, & ſacrificant qui introire ad altare Dei, ibidemq; incenſum puræ
Math.7.b. orationis Deo inferre non merentur, *ſed in lata,& ſpacioſa via quæ ducit ad mortē*,actus ſuos ac verba ſecū hoſti deferūt maligno.Et libros ait legis Dei combuſſerunt igni ſcindētes eos. Libros Dei ſcindunt cōburuntq; igni,qui per cupiditatis ignem legis Dei ſinceritatē, hæretica prauitate a rectitudinis ſuæ ſtatu diſcindere cupiunt, ſanctoſque præ D dicatores quibus theſaurus teſtamentorum Dei commēdatus eſt malitie ſuæ mucrone trucidare geſtiunt.

In ca. Apo. Dan. ✻ Rup. De his Daniel prædixerat, reuelante angelo. *Cum creuerint iniquitates, conſurget rex impudens facie:intelligens propoſitiones, & roborabitur fortitudo eius, &c.* Iſte rex Antiochus extitit, qui vſque ad fortirudinē cęli,i. filios Iſrael qui angelorū vallabantur auxilio, erexit magnificentiā ſuam ita,vt de ſanctis plurimos idolatrię ſubijceret,& velut ſtellas cœli cōculcaret pedib. ſuis. Quod ait: *& vſque ad principem fortitudinis* †Sup. *magnificatus eſt*,ſignificat quod erectus ſit E contra Deū, & ſanctos illius perſecutus,& ab eo tulerit iuge ſacrificium quod mane,& veſpere offerebatur,& polluerit atque deiecerit locum ſanctificationis eius,& hoc non ſua virtute,ſed pp peccata populi. Atque ita factum eſt,vt veritas proſterneretur in terrā, & cultu idolorum florente, Dei religio conquieſceret.

L.12. a *Et libros legis Dei combuſſ.* ✻ Ioſeph. Si apud aliquem volumen inuentum fuiſſet ſacrum,aut lex,is quoque crudeli ſorte moriebatur.

L. ... ✻ Optatus Mileuitanus.Leuior culpa eſt tradentis timore ac violentia libros ſacros perſecutoribus, quam negligentis qui ante mures poſuit, aut ſub ſtillicidio reliquit, nam voluntate negligens fuit. Et qui in fluuio perdidit, de temeritate peccauit,qui aūt metu mortis tradidit, homo homini dedit,integrum erat apud dantem,integrum apud recipientem. Si qui accipit,flammis tradidit,peccatum eſt accendentis nō tradentis.Hęc ſi a maiorib. veſtris Donatiſtis dicerentur,qn̄ illos repellere a noſtra communione poſſemus?Si etiam Antiochi tempora commemorare voluiſſent,quibus Iudęi coacti ſunt,vt libros in incēdium darent,de Iudęis in illo tempore nemo dānatus eſt, nec a Deo, vel ab aliquo angelo in quemquam Iudæum vlla dicta eſt ſententia, quia peccatum fuerat imperantis, & minantis,non populi cum timore,& tremore tradētis.

Rab. b *Et quin.* Quid per vicenariū numerū, & quintū niſi illi deſignant qui quinq; ſenſib. corporis,& carnalib. deſiderijs impliciti,legi Dei quę in duob. teſtamētis,& in duob. pręceptis,dilectione videlicet Dei,& ꝓximi conſtat cōtra F ria faciūt ac ſapiūt? Viginti ergo,& quinque,quinario numero in ſemetipſo multiplicato cōficiunt. Meritoq; hic numerus deſertorib. legis Dei cōparatur, qui per vnumquemq; ſenſū corporis,hoc eſt ꝑ viſum,auditū,guſtum, odoratū,& tactū ꝓceptis diuinis q̄ in Pentateucho cōſcripta ſunt aduerſantur, & iō dr̄ ꝙ ſacrificauerunt ſuꝑ arā quę erat contra altare.quia in altari impietatis(qđ ſuperbia erexerat cōtra altare fidei Catholicę)oēs iniqui actuū ac verborum ſuorū diabolo infauſta immolāt ſacrificia.

c *Et mulie.* Patet hiſtorię ſenſus qui exponit tormenta quę perſecutores nefandi,& tunc in veteri teſtamento,& nunc ſimiliter in nouo cultorib. Dei ingerunt.Nec facile eſt cuiquam enumerare omnia ſuppliciorum genera,quę tortores nequiſſimi martyribus Chriſti inſligebant. Sed
All. Rab. iuxta allegoriam qui per mulieres quę circuncidebant filios ſuos niſi honeſtæ fidelium perſonæ monſtrātur?quæ actus ſuos,& ſermones atque cogitatus ſumma diſcretione circunſpicientes, quidquid in eis ſuperfluum reperiūt gladio ſpiritus amputare feſtināt. Has ſpiritalis Antioch' trucidare deſiderat, quia aut corporaliter eas ꝑ tormēta

ferire,

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quinto,& quadrageſimo,& centeſimo. *ſ.regni Grętorū.*
2 Aedificauit. *ſtatui fecit.* 3 Abo. *ſ.Iouis olympij.*
4 Deſola. *Quia erat ſignum deſolationis templi. Tertiò præcepit legem Moſaicam deſtrui, ideo dicitur.* 5 Et li. *Quarto præcepit omnes legis obſeruatores trucidari, ideo dicitur.* 6 Et qui. *Et patet litera vſque ibi.* 7 Et quin.& vi. *die men.Caſlei.*
8 Sacri. ſuper aram quę erat con. alta. *ſ. Dei ſuper quod*

✻ *erat*

MORALITER.

† 1 *Aedificauit.* Per quod ſignificatur prelatus abominabilis propter defectum ſcientię,& vite qui diaboli procuratione ponitur ſuper eccleſiā Dei, de quo dicitur Zac. 1.d. *O paſtor, & idolum derelin. grę.* ideo dicitur idolum deſolationis,nam per eum deſolatur eccleſia in ſpiritualibus,& temporalibus bonis, & huic idolo ſacrificant ſuſtinentes eum, & miniſtrantes ſibi in operibus malis qui renuunt ſacrificare,occiduntur,quia bona de quibus debent viuere, vi vel fraude rapiuntur.

† MORA-

ferire,aut ſpiritualiter per abnegationem in anima neca-
A re decertat. Interpretatur autem Antiochus pauperratis ſilentium. Et merito hoc nomine cenſetur qui expers ſpiritalis ſcientiæ,inops ſacrarum virtutum eſt:hoc quod ipſe minimè in ſe habet per inuidentiam in alijs perſequitur, vnde bene ſubiungitur.

a *Et ſuſpendebant* (inquit) *pueros ſuos.* &c. Quia illos qui non ſenſu,ſed malitia ſunt paruuli, & humiles ſpiritu:ꝓpter confeſſionem fidei interimere nõ tardãt. Similiter & illos qui circunciderunt eos trucidabãt quia prędicatores ſanctos qui cultro pietatis ac verbo Euangelicę doctrinę ſubditos ſuos coercẽtes caſtigãt:maximè pſecutionũ moleſtijs infeſtãt.

✠ Ioſephus. Conſtituit Antiochus præpoſitos,qui cogerent Iudæos imperialia mandata perficere. Et multi quidem Iudęorum ſponte, alij verò propter timorem præcepta eius ſequebantur. Probatiſſimi autem,& generoſi deteſtabile facinus execrantes, patrijs legibus adhæſerunt:
B propterea diebus ſingulis pœnis afflicti, & amara paſſi tormenta trucidabantur. Nam & verberati, & diuerſis cruciatibus fatigati, adhuc viuentes crucis patibulo figebantur. D
Vxores verò,& filios quos circunciderunt præter voluntatem regis,laqueis ſuffocabant, parentum eos ceruicibus illigantes.

b *Et multi,*&c. Nulla perſecutio nullaque tribulatio ſanctos Dei: qui prędeſtinati ſunt,& vocati ſm pręſcientiam Dei patris, a fide Chriſti vnquã euellere potuit, ſed in veritate perſiſtẽtes, nec idolothita mãducabant, nec immunditia peccatorum coinquinari conſentiebant,nec etiam legem Dei ſanctam hæretica prauitate infringere atque corrumpere patiebantur, ſed magis eligebant pro nomine Chriſti mori, quam conſentire impietati Vnde quidam illorum hac confidentia fretus ad diſcipulos ſcribens ita teſtatus eſt,dicens; *Certus ſum enim quia neque mors, neque vita,neque angelus,neque principatus,neque inſtantia, neque futura,neque virtus,neque altitudo,neque profundum,neque creatura alia poterit nos ſeparare a Charitate Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.* Sed quę conſolatio laborantibus ſeruis Dei miſſa ſit,videamus. E

1. Cor.8.g. Rom.8.g.

a dabantur ſecundum iuſſum regis Antiochi, & ſuſpendebãt 1
pueros a ceruicibus per vniuerſas domos eorum, & eos qui
b circunciderant illos trucidabant. Et multi de populo Iſrael
diffinierunt apud ſe,vt non manducarent immunda, & elegerunt magis mori,quam cibis coinquinari immundis. Et
noluerunt infringere legem Dei ſanctam, & trucidati ſunt.
Et facta eſt ira magna ſuper populum valde.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *erat idolum poſitum, & ſic ara in qua ſacrificabant idolo erat poſita contra altare Dei.*

1 Et ſuſpendebant pue.a.cer. *i.per colla funibus iuxta ceruices tranſeuntibus, Cætera patent.*

CAP. II.

a IN *diebus illis.* In libro Danielis (vbi huius loci mentio ſub ænigmate facta eſt) ita ſcriptum reperitur; *Et impij in teſtamentum ſimulabunt fraudulenter. Populus autem ſciens Deum ſuum obtinebit,& faciet, & docti in populo docebunt plurimos:& ruent etiã gladio,& in flammã,et in captiuitate,& in rapi-*
C *na dierum:Cumque corruerint ſubleuabuntur auxilio paruulo:& applicabuntur eis plurimi fraudulenter: & de eruditis ruent, vt conflentur,& eligantur,et dealbentur vſque ad tempus præfinitum: quia adhuc aliud tempus erit.* Quanta Iudęi ab Antiocho paſſi ſunt pręſens hiſtoria Machabęorum refert, & triumphi eorum teſtimonio ſunt, qui per cuſtodia legis Dei flammas, & gladios, & ſeruitutem ac rapinas, & pœnas vltimas ſuſtinuerunt,quæ futura ſub Antichriſto nemo eſt qui dubitet, multis reſiſtentibus potentiæ eius, & in diuerſa fugientibus. Quę Hebræi in vltima euerſione templi quæ ſub Veſpaſiano,& Tito accidit interpretatur,fuiſſe de populo plurimo qui ſcirent Deum ſuum,& pro cuſtodia legis Dei interfecti ſunt. *Cumque corruerint*(inquit)*ſubleuabuntur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter, & de eruditis ruent,vt conflentur,& eligantur, & dealbentur vſque ad præfinitũ tempus, quia adhuc aliud tẽpus erit.* Paruum auxilium Mathathia hiſtorialiter ſignificat, de vico Modim, quiadverſum duces Antiochi rebellauit, & cultum veri Dei ſeruare conatus eſt. F
Parum autem auxilium inde vocat, quia non longo tẽpore poſt inchoatam defenſionem vixit,ſed vno euoluto anno defunctus eſt. Et poſtea Iudas filius eius qui vocabatur Machabęus,pugnans cecidit,& cęteri fratres eius aduerſariorum fraude decepti ſunt.

✠ Ioſeph. Heb. Mathatias non ferens opprobriũ incircunciſorũ, fugit cum multis in montẽ Modaith, & zelũ habens ꝓ Deo ſuo flens dixi: Heu mihi mater mea,quare me genuiſti,

L.3.hiſtor. Iud.c.7.

CAP. II.

a IN diebus illis ſurrexit Matathias filius Ioan- 1
nis, filij Simonis ſacerdos ex filijs Ioarim ab 2
Ieruſalem: & conſedit in monde Modin. Et 3
habebat filios quinque. Iohannan qui co- 4 5
gnominabatur Gaddis, & Simeonem: qui †
cognominabatur Thaſi, & Iudam, qui vocabatur Macha- †
bæus, & Eleazarum qui cognominabatur Abbaron, †

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

✠ IN diebus illis ſur.Mata. *Poſita deiectione populi per Antiochum Epiphanem. Hic conſequenter ponitur aliqualis eius releuatio per Matathiam,vbi primò ponitur audacia zelantis. Secundò conſtantia tolerantis,ibi:*Et exclamauit. *Tertiò prouidentia morientis,ibi:*Et appropinquauerunt. *Circa primum: Primo ponitur planctus humiliationis. Secundò auſus confeſſionis,ibi:*Et venerunt illud. *Tertiò zelus æmulationis,ibi:*Et vt ceſſauit. *Circa primum præmittitur genus Matathi cum dicitur.*

1 In diebus illis ſurrexit Matathias filius Ioannis. *Et eius officium cum dicitur.*

2 Sacerdos ex filijs Ioarim. *Iſte fuit vnus de viginti quatuor ſacerdotib. quos inſtituit Dauid ad augmentationem diuini cultus primo Paralipomenon 14.ca. Et dicunt aliqui quod iſte vocatur ibi Ioachin qui habuit ſortem vigeſimam primam. Videtur tamẽ mihi quod melius dicitur ibi* † *Ioarib qui habuit ſortem primam. Nomina enim Hebręa frequenter mutantur in vltima litera ſicut, & latina: & hoc patet ex hoc quod infra 14.cap. dicitur quod Matathias fuerit ex filijs Iarib,quod idem nomen eſt quod Ioarib.* † Ioarib.

3 Ab Ieruſalem. *Iſtud refertur ad illud quod ſupra ponitur. Surrexit nam inde receſſit propter templi contaminationem.*

4 Et conſe.in mon.Mo. *Vnde erat oriundus. Conſequenter deſcribitur proles eius, cum dicitur.*

5 Et ha.fi.quin.&c. *Interpretationes cognominum hic omitto: quia Hiero.in libro ſuo de interpretationibus nominum Hebręorum nonnullas ponit de libris Machabæorum: Et iſtæ quę ſunt Remigij, & in fine Bibliæ communiter ponuntur ſunt in pluribus improprię, & frequenter ab Hieronymo reprobatæ.*

✠ Hi

MORALITER.

† 1 *In diebus illis ſurrexit Matathias.*&c. Matathias qui interpretatur Deo datus vel domum Dei,bonum prelatum ſignificat qui datus eſt a Deo per ſanctam voluntatẽ,& donum Dei:quia promotus eſt per inſtinctũ Spiritusſancti.

5 *Et habebat filios quinque,*&c. Qui interpretatur in quo eſt gratia,ſ. Dei bonorum.

† *Et Symeo.* Qui interpretatur audiens; mœrorem aure cordis,& corporis,afflictionem innocentum audiens per veram compaſſionem.

† *Et Iudam.* Qui interpretatur confitens vel gloriãs, intentus ad diuinam laudem.

† *Et Eleazarum.* Qui interpretatur Dei mei adiutorium, & ſignificat deuotum prædicatorem, vnde dicit Paulus de ſe,& alijs prędicatoribus 1. Cor.3.c. *Dei ſumus adiutores.*

† Et † Et

& Ionathan qui cognominabatur Apphus Hi viderũt ma- † 1
la quę fiebant in populo Iuda,& in Ieruſalem.Et dixit Mata 2
thias. Væ mihi. Vt quid natus ſum videre contritionem po-
puli mei, & contritionem ciuitatis ſanctæ, & ſedere illic, 3 4
cum datur in manibus inimicorum? Sancta in manu extra 5
neorum facta ſunt, templũ eius ſicut homo ignobilis. Vaſa 6
glorię eius captiua adducta ſunt, trucidati ſunt ſenes eius 7 8
in plateis,& iuuenes eius acciderunt in gladio inimicorum. 9
Quæ gens non hæreditauit regnum eius, & non obtinuit 10 11
ſpolia eius? Omnis compoſitio eius ablata eſt. Quæ erat libe 12
ra facta eſt ancilla. Et ecce ſancta noſtra,& pulchritudo no- 13 14
ſtra,& claritas noſtra deſolata eſt, & coinquinauerunt eam

A me genuiſti,vt viderem contritionem populi mei: Miſit autem Iudam filium ſuum ad omnes ciuitates Iudaicas ſecretò dicens. Qui eſt in vobis,qui eſt Domini congregata eſt itaque turba piorum, & dixit ad eos Matathias: Vt quid multiplicamus verba? Hic aliud nihil agendum,quã orandũ & prælian dum. Viriliter agite. Aggrediamur rẽ ipſam fortiter, & moriamur in prælio. Cõfortati ſunt omnes,& dixit vnꝰ ad alterum. Ad tabernacula tua ò Iuda. Iam dominium ſibi vendicauit in terra tua gens Macedonũ,& rex Antiochus. Multum id tibi eſt. Acue gladium tuum Iuda, B & ſerua animam tuam a Gente Macedonum, &c.

Li.9. de vict. verb.cap.28. ✠ Rup. Clamabat mulier in vtero habens,& parturiẽs, clamabat Eccleſia temporis illius fidem & ſpem in verbo promiſſionis habens; & cruciabatur vt pareret,i. deſiderabat, & deſiderando fatigabatur, vt promiſſiones ſuas de ſemine Abrahæ Deus adimpleret. Quis clamores temporis illius non audiuit? Væ mihi,inquit Matathias,vt quid natus ſum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis ſanctæ, & ſedere illic. &c.

Rabbanus. Myſticè autem Matathias dum Saluatorẽ ſignificat, qui princeps eſt populi Dei,& defenſor electorum ſuorũ cuius filij pugnant pro domo Iſrael,defenderunt ſanctuarium Dei ac legem diuinam. Interpretatur autem Matathias, donum Dei, cuius nominis arcanum ipſius incarnationis nobis pateſecit ſacramentum. Vnde & ipſe ait in Euangelio. *Sic enim Deus dilexit mundum,vt filium ſuum vnigenitum daret,vt omnis qui credit in eum non pereat ſed habeat vitam æternam.* (Ioan. 3.b.) Qui enim datus a Deo eſt, profectò Dei donũ eſt. Sed hęc de incarnatione ipſius tantum dicta ſunt. Ceterum de diuinitate eius, qua æqualis eſt patri, & Spiritui ſancto: ſimul cum patre,& Spirituſancto ipſam diſpenſationẽ facere credi oportet, ſicut & Spirituſſanctus donũ Dei legitur,ſed tamen cum patre,& filio vnus Deus creditur atque adoratur. C Vnde in Euangelio,& miſſus legitur, & ſponte veniſſe,vt eſt illud dominicum; *Rogabo patrem,et alium paracletum dabit vobis.* (Ioan. 14.b.) Et item. *Cum autem venerit,*ait,*paracletus,quem ego mittam vobis a patre ſpiritum veritatis,qui a patre procedit,ille teſtimonium probibebit de me.* (Ibid. 15.d.) Et alibi ipſa veritas ad Nicodemum ait: *Spiritus vbi vult ſpirat,& vocem eius audis,& neſcis vnde veniat,aut quo vadat.* (Ioan 3.a.) Hic ergo Matathias narratur filius eſſe Ioannis filij Simeonis, ſacerdos ex filijs Ioarim. Ioannes interpretatur gratia Dei Simeon audiens, Ioarim dñs exaltans. Rectè ergo hę interpretationes huic myſterio competunt,quia mediator Dei, & hominum gratia Dei dici poteſt. Vt eſt illud Apoſtoli: *Gratia Dei pro omnis guſtauit mortem.* (Ebre. 2. c.) Et audiẽs quia ipſe in Euangelio ait: *Quę audiui a patre,hec loquor in mundo.* (Ioan. 8 d.) Et dñs exaltans de quo propheta ait: *Exaltare domine in virtute tua.* (Pſal. 20.c.) Ipſe enim merito ſacerdos nominatur de quo ſcriptum eſt: *Iurauit dominus,et nõ penitebit eum,tu es ſacerdos in æternum,&c.* (Ibi.109.a.)

Quare quinque filij Matathiæ.

Huius Matathię filij ſunt omnes ſancti, q & corpus eius, D & membra dicuntur. Sed quomodo quinario numero deſignari poſſint nõ inconuenienter quæritur. Tot enim leguntur filij Matathiæ hiſtoricè fuiſſe, hoc eſt Ioannam qui cognominabatur Gaddis, & Simeon qui cognominabatur Thaſi; & Iudas qui cognominabatur Machabæus, & Eleazar q cognominabatur Abbaron, & Ionathas qui cognominabatur Apphus. Videamus ergo ſi alicubi iſte numerus in nouo teſtamento eãdem rem exprimere inueniatur. Legimus quoque Paulum Apoſtolum ad Epheſios de Chriſto ita dicẽ- E tem; *Qui deſcendit ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cælos,vt impleret omnia,& ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos,quoſdam autẽ prophetas,alia verò Euangeliſtas,alios autem paſtores,& doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij ad ædificationem corporis Chriſti.* (Ep...) Ecce hic quinque ſpecies denotantur in illis perſonis quas diuina vocatio ad magiſterium ordinauit eccleſiæ. Sed conſideremus,quõ ipſi filij Matathię cum interpretationib. nominum ſuorũ his ſpeciebus poſſint aptari. Primus ergo filiorum illius nuncupationis Ioannam, qui cognominabatur Gaddis, Ioannam quoque dñs gratia eius. Gaddi autem hœdus ſiue tentatio mea. Bene ergo hęc nomina ordini apoſtolorum (niſi fallor) conueniunt, qui per domini gratiam ad culmen honoris huius electi sũt, ſed tñ a peccatorib. multas perpeſſi ſunt tentationes,atque iniurias,quod idẽ Saluator prædicere eis videtur,cum in Euangelio ait: *Ego vos elegi de mundo,vt eatis,& fructum plurimum afferatis, & fru. ve. maneat.* (Ioa...) Et iterum. *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio lupo. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ,et reliqua.* (Ma...) Ecce qui gratia domini ſunt repleti malorum omnium demonſtrantur contumelijs non mediocriter afflicti. Secundus autem filiorum Matathię fuit Simeon,qui cognominabatur Thaſi,qui in ſequentib. pleriſque locis Simon nominatur. Simon ergo ſiue Symeon interpretatur audiens ſiue audiuit triſtitiam. F Thaſi exploratio gaudij. Nec inconuenienter hęc prophetarum ordini conueniunt,qui Spirituſſancti gratia illuminati,& futuras pœnas malorum præuident,& ventura præmia ſanctorum conſolatione interna guſtando prænoſcunt, alijſque, & futura mala præcauere, & futura bona appetere perſuadent. Tertius in ordine filius Iudas Machabæus fuit. Iudas .n. confitens vel glorificans interpretatur, & Machabæus bellator. Satiſq; bene hęc denominatio conuenit euangeliſtis,qui Euangeliũ pacis,& glorię Chriſti prędicant toto orbe terrarũ expugnantque errores nefandos paganorũ atque hęreticorũ. Quartus autẽ filius hoc eſt Eleazar,qui cognominabatur Abaron,& in priore nomine Dei adiutoriũ,in ſequenti verò generationẽ excelſam ſonat. nõ immeritò paſtorib. per figurã aſſimilatur, q adiutorio Dei ſatis roborati,excelſiq; fide ac virtutib. ꝓpoſiti in eccleſia constituuntur,

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Hi viderunt mala. *Oculo compaſſionis, & dolor.*

2 Et dixit Matathias: Vę mihi,&c. *Q.d. Minus malum eſſet mihi ſimpliciter non eſſe, quam tanta mala populi, & contemptum cultus diuini videre.*

3 Sancta. *ſ. loca,& vaſa.*

4 In manu extraneo. *i. gentilium idololatrarum.*

5 Templum eius ſicut homo ign. *Ignobiles enim vilibus operibus deputantur,& ſic templum idololatria,& luxuria erat plenum,vt habetur infra 2.lib.6.cap.*

6 Vaſa glorię eius captiua abdu. ſunt. *Nam Antiochus ea aſportauerat, vt dictum eſt cap. præc.*

7 Quę gen. non hære. &c. *Hoc dicitur, eò quòd in exercitu Antiochi erant multi ac diuerſis nationibus collecti.*

8 Omnis compoſitio eius. *Tam ſpiritualis quam corporalis.*

9 Quę erat libera. *Tempore Dauid, & Salomonis,& plurium regum aliorum.*

10 Facta eſt anci. *ſub Antiocho peruerſo.*

11 Et ec. ſancta noſtra. *Quantum ad Dei cultum.*

12 Et pulchritudo no. *Quantum ad templi ornatum.*

13 Et clari. no. *Quantum ad legem,quę illuminat intellectum.*

14 Deſolata eſt. *Hæc enim tria diſſipauerat Antiochus per ſuum decretum,vt patet cap. pręcedenti.*

✠ Quo

## *MORALITER.*

† † *Et Ionathan.* Qui interpretatur columba veniens. Ideò per ipſum ſignificatur in vera ſimplicitate cordis ambulans,& amaritudinis felle carens: Et omnes iſtos habet bonus prelatus tanquam filios chariſſimos.

2 *Et dixit Matathias,&c.* Bonus enim prelatus cum filijs prędictis plangit mala quæ fiunt in eccleſia per inſtinctum dæmonis: & per malos homines qui ſunt eius membra.

† Et

a gentes. Quo ergo nobis adhuc viuere? Et ſcidit Matathias 1
& filij eius veſtimenta ſua, & operuerunt ſe cilicijs, & plā 2 3
b xerūt valde. Et uenerunt illuc qui miſſi erant à rege Antio 4
cho, vt cogerent eos qui confugerant in ciuitatē Modin 5
immolare & accendere thura, & à lege Dei diſcedere. Et 6
multi de populo Iſrael conſentientes acceſſerunt ad eos,
ſed Matathias & filij eius conſtanter ſteterunt: Et reſpon- 7 8
c dentes q miſſi erant ab Antiocho, dixerūt Matathiæ prin 9 10
ceps & clariſſimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus 11
filijs & fratribus. Ergo accede prior & fac iuſsū regis ſicut 12
fecerunt omnes gentes & viri Iuda, & qui remanſerunt in 13 14
Ieruſalem, & eris tu & filij tui inter amicos regis, & ampli 15
d ficatus auro & argento & muneribus multis. Et reſpōdit 16 17

con ſtituuntur, vt oues Dei ſana fide boniſq; exemplis ad A viriditatem cœleſtis patriæ ritè paſcendo perducant. Nouiſſimus autem horum filiorum vocatus eſt Ionathas, cognomen habēs Apphus, optimè ſanctis doctoribus iuxtà interpretationem nominum ſuorum conueniens: Interpretatur enim Ionathas, colūbæ donū, ſiue domini ſpontaneus, Apphus autē fugitiuus ſiue milleſimus. Et bene his nominib. doctores Chriſti exprimūtur qui Spiritusſancti gratia repleti mente ſpontanea domino ſe ſubijciunt, vt eius vice legatione functi, legem Dei prædicent in mundo, & B homines terrena deſideria fugere, atque ſempiterna gaudia quęrere doceāt: quatenus ibi iuxta millenarij numeri ſignificantiam Deo retribuente & plenitudinem mercedis accipiāt, vt verā beatitudinem cum Chriſto & angelis eius ſine fine poſſideant. Sequitur, *Hi uiderunt mala quæ fiebant in populo Iuda & Ieruſalem* Quia iſti vtique ſcandala diuerſa quæ ab iniquis in eccleſia Dei perpetrantur condolendo agnoſcunt, ac mucrone ſpiritali vindicare geſtiūt, ſemetipſos hoſtiam ponere, ac per ſuorum ſalutē orti tradere non metuunt, vnde ſequitur.

a *Et ſcidit Mata. ve. &c.* Quid eſt ergo veſtimēta ſcindere, C niſi corpora ſupplicijs tradere? Et quid operiri cilicio, niſi iuſtos quaſi peccatores puniri tormento? Cilicium quoq; fit ex hœdis aſperum ſetigerumq; tegumentum. Nā hœdi ad delicta iure referuntur, quoniam & in iudicio domini in peccatorū partes ſunt poſiti. Ergo dominus, quia carnē peccati aſſumpſit, cilicium ſe induiſſe commemorat. Nā ſi hiſtoricè accipimus nuſquam eum legimus vſum fuiſſe cilicio. Ergo dum Iudæi per contumelias, & inſidias eſſent moleſti, ille diuinitatem ſuam carnis velamine tenebroſis mētibus occultabat, quia non merebantur agnoſcere, quē tali impietate tractabant: Propter enim peccata populorum redemptor humani generis carnem ſuam tradidit ad mortem, & condoluit noſtræ infirmitati. De quo ipſe dominus per Iſaiam ait: *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Et iniquitates eorum ipſe portabit, ideo diſpartiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia: pro eo quod tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis deputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit.* Similiter & filij eius, hoc eſt Apoſtoli & martyres, ipſius exemplo edocti non dubitabant pro legitimis Dei, & fratrum ſuorum ſalute temporaliter mori, quatenus regni cœleſtis gaudia cum ſanctis Angelis pro hoc poſſent mereri. Vnde Ioan. Apoſtolus ait; *In hoc cognoſcimus charitatem Dei: quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere.*

b *Et ve. &c.* Mittit namq; Antiochus ſpiritualē in ciuitatē Modin quæ interpretat iudiciū, in eccleſiā videlicet ſāctā, vbi iudicia legis Dei diligentiſſimè cuſtodiūtur, vt eos qui confugerant illuc remedium animarum ſuarum q̄ D rentes à lege Dei diſcedere cogant: peccatorūmque victimā & cultum impietatis diabolo exoluant. Sed hoc quod ſubiungitur, non ſine gemitu lugere poſſumus: quia multi de populo Iſrael conſentientes acceſſerunt ad eos, cum alios videmus tormentis coactos à religione pietatis apoſtatare, alios cupiditate iſti⁹ mundi illectos retrorsū relabi; alios hęreticorū aſtutia ſeductos decipi, alios etiā luxuria atque libidine propria ad priſtinas vitiorū ſordes reuerti. Attamen illud valdè lætificat, quod ſequitur, quia *Matathias & filij eius con. ſtetetūt.* cum ſine dubio E illi in veritate atque iuſtitia perſiſtunt, qui veri Matathiæ, hoc eſt Ieſu Chriſti filij eſſe meruerunt, eiūſque fidem atque mandata ſeruātes, æternæ vitæ præmia conſtanti animo per eius gratiā adipiſci concupiſcunt.

*quæſo

∴ Ioſephus Heb. Principes regis procedentes ad Matathiā inuenerunt eū in monte Modaith accinctū armis bellicis, erantq; cū eo fratres eius, & filij eius, & quidā alii pauci viri, ex cœtu eorum qui zelum habuerunt pro lege Domini. Et cœperūt primū pacificè loqui cum Matathia dicentes: Matathia, vir honorabilis in populo tuo, fac præceptū regis & viues. Reſpondit magnifico ſpiritu ſuo. Præceptū regis mei ego facio. Et illi obſtupeſcentes ſiluerunt, F & inſidiabantur quomodo caperēt, & interficerent eum.

Lib. 3. hiſt. Iud. cap. 8.

c *Et reſ. &c. & am. eris.* Siue per dolum, ſiue per vim ſemper machinatur antiquus hoſtis quomodo euertat cultū pietatis in eccleſia Chriſti. Ipſe. n. qui ad tentandum redēptorem noſtrum in deſerto acceſſit, dicens; *Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* Et poſtquam eum ſuper pinnaculum templi in ſanctam ciuitatem conſtituit, dixit; *Si filius Dei es, mitte te deorſum. Scriptum eſt enim, quia angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Indèque eum transferens in montem excelſum, oſtendit ei omnia regna mundi ac gloriam eorum, & dixit ei: *Hæc omnia tibi dabo procidens ſi adoraueris me.* Idem quotidie mēbris eius per miniſtros ſuos doloſè ſuggerit, quatenus pro ambitione ſeculari deferant viam iuſticiæ, & faciant iuſſum regis nequiſſimi, qui regnat ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.

Rabanus. Matt. 4. a. Pſal. 90. a.

d *Et reſpondit, &c.* Cōſtātia Matathiæ cōfortabat animos filiorū ſuorū, ſic & patiētia & lōganimitas dn̄i noſtri Ieſu Chriſti omniū credētiū corroborat fidē. Vnde diſcipulis ſuis, ait: *Nolite mirari, ſi odit vos mūdus, ſcitote q̄a me priorē vobis odio habuit. Neq; timeatis eos qui occidūt corpus, aīam autē occidere nō poſſunt. Sed potius timete eū qui poteſt aīam & corpus pdere in gehennā. In patiētia veſtra poſidebitis aīas veſtras, & erit merces veſtra multa in cœlo. Qui autem pſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*

1 Ioan. 3. c. Matt. 10. c. Luc. 21. d.

*Et vt ceſſa*

## NICOLAVS DE LYRA.

*

1 Quo ergo no. *Quaſi dicat, melius eſt nobis mori quam talia videre.*
2 Et ſcidit ma. & fi. e. veſtimenta ſua &c. *In ſignum doloris.*
3 Et ope. ſe cili. *In ſignum humiliationis.*
4 Et planxerunt valde. *Pro malis prædictis.*
5 Et venerunt illuc. *Hic conſequenter ponitur auſus conſeſſionis Dei cultus, & diuinæ legis: & hoc praſentibus aduerſarijs, ideò dicitur:* Et venerunt illuc qui miſſi erant à rege, *& patet.*
6 Et mult. de populo Iſrael conſentientes. *Timore mortis.*
7 Sed Matathi. & fi. eius cōſtāter. *In confeſſione Dei & legis.*

8 Dixerunt

8 Dixerunt. *Volentes eum primo verbis adulatorijs ſubuertere.*
9 Princeps. *Dignitate.*
10 Et clariſſimus. *Famæ celebritate.*
11 Et magnus es *Poteſtate.*
12 Et ornatus filijs. *Quinque.*
13 Et fratribus. *Ideſt, magna cognatione.*
14 Ergo ac. *Q. d. decet te. Secundò verbis promiſſorijs, cum dicitur.*
15 Et eris tu & fi. tui. *Quantum ad bonum honorabile.*
16 Et am. auro & ar. *Quantum ad bonum vtile.*
17 Et fes. &c. *Vt magis appareret eius conſtantia, Et ſi omnes Gentes &c. Sequitur.*

∴ Ego &

## MORALITER.

† 2 *Et ſcidit Mata. &c.* Quia bonus prælatus & fideles ſui creſcentibus malis debent affligere corpora ſua pro Dei miſericordia impetranda, & ſtare viriliter in veritate diuina, ideò ſequitur.

7 *Matathias & filij eius, &c. Princeps clariſſimus, &c.* Per hoc ſignificatur diaboli malitia, qui non potens per apertas tentationes eos deijcere in peccata per quādam adulationēm quærit eos ſubuertere infigendo eorum memoriæ ſua merita, ſicut legitur in Collationibus patrum de quodā quem induxit ad proijciendum ſe in puteum aſſerens, quod tanti erat meriti apud Deum, quod non lædere, ut propter caſum.

† *Et reſpondit.*

Matathias,& dixit magna voce: Et ſi omnes gentes regi †
Antiocho obediunt,vt diſcedant vnuſquiſque a ſeruitu-
te legis patrum ſuorũ,& conſentiant mandatis eius,ego 1
& filii mei & fratres mei obediemus legi patrũ noſtrorũ, 2
Propitius ſit nobis Deus , non eſt nobis utile relinquere
legẽ & iuſtitias Dei Non audiemus verba regis Antiochi-
nec ſacrificabimus tranſgredientes legis noſtræ mãdata, 3
a vt eamus altera uia. Et vt ceſſauit loqui verba hæc acce-
ſit quidam Iudæus in omnium oculis ſacrificare idolis
ſuper aram in ciuitate Modin ſecundum iuſſum regis.
b Et vidit Matathias, & doluit, & contremuerunt renes e- 4
ius. Et accenſus eſt furor eius ſecundum iudicium legis, 5
& inſiliens trucidauit eum ſuper aram. Sed & uirum quẽ 6
rex Antiochus miſerat,qui cogebat immolare, occidit in
ipſo tempore, & aram deſtruxit, & zelatus eſt legem,
ſicut fecit Phinees Zambri filio Salomi. Et exclamauit 7
Matathias uoce magna in ciuitate, dicens: Omnis qui 8
zelum habet legis ſtatuens teſtamentũ exeat poſt me . Et
fugit ipſe & filii eius in montes & reliquerunt quęcunq; 9

A a *Et vt ceſſa.&c.* Reſpondens autem vnus ex Iudæis illis iniquis & filijs Belial,qui erant cum principibus Antiochi,ait:Miror de vobis o principes q̃diu non ſiunitis ultionẽ de Matathia.Cumque ſic loqueretur, extraxit gladium ſuum & præſcidit caput porci, ſumenſque illud, portauit ad altare quod extruxerũt in templo regis Antiochi,& poſuit illud ſuper ipſum, incẽditque thimiamam in honorẽ ſculptilium Antiochi. Quod videns Matathias, cõmotus zelo Dei ſui, & indignatione accenſus, exemit gladiũ ſuũ inſilienſq. in Iudeã illũ, abſcidit illius B caput, corpus autẽ truncum cecidit ſuper altare. Trucidauit quoque principẽ unũ gladio ſuo, effugauitque reliquosq aderant,&c.

Rabanus. Ioſep.Heb. li.3.capit.8.

Iudęus hic qui ſacrificauit corã oculis omnium idolis ſignificat malos Catholicos quod prauis operibus & peccatorum nota ſcandalizant proximos ſuos. In eo enim idolis ſacrificare probantur, quo principalibus vitiis captiuati eſſe maniſeſtatur. Vnde auaritiam Paulus Apoſtolus idolorum ſeruitutẽ appellat. Sed hos gladius Ma C tathiæ trucidat ſuper Aram quia vltio æquiſſimi iudicis iuſtam in talibus exercet uindictam, Nec non & virum quem miſerat Antiochus,qui cogebat immolare in ipſo tempore occidit, quia in die extremi examinis non ſolum peccatores homines, ſed peccatorum inſtigatores maligni videlicet ſpiritus æternæ damnationis meritam recipient pęnam. Simul & ara impietatis deſtruetur,quia poſt peractum iudicium vlterius peccandi facultas vlla non tribuetur iniquis. Quod autem ſequitur, *Zelatus eſt legem ſicut fecit Phinees Zambri filio Salomi.* oſtendit quod fortia facta ſanctorum patrum præfigurabant redemptoris noſtri in nouiſſimis temporibus nobiliſſimum actum.

Eph.5.b

Num.25.b

*Ambroſius. Zelũ debet habere ſacerdos, qui incorrupta ſtudet ſeruare Eccleſiæ caſtitatem. Et ideo princeps ſacerdotum dicit: *Zelus domus tuæ deuorauit m.c.* Et Phinees ſacerdos,erat & nepos ſacerdotis, & filius ſacerdotis. Bonus zelus & vtilis in ſacerdote, ne neglegẽs,n eremiſſus ſit.Zelus Dei gratia eſt, qui exquirit qui ſuperuenit,qui ſe iuſti infundit pectori. Zelus Dei vita eſt. Zelum habuit Elias,& ideo raptus eſt ad cœlum. D Zelum habuit Matathias bar Ioannis,qui aduerſus ſacrilegia Antiochi excitauit Dei plebem Zelum qui habẽt, omnes ſibi inimicos ſuos putant, qui ſunt hoſtes Dei, quamuis patrem,fratres,ſorores. De omnibus dicit ſicut Dauid: *Hoſtes facti ſunt mihi.*

Octon. 18. in pſal. 118.

3.Reg.19. 4.Reg.2.

Pſal. L.de tat. cap.

b *Et accenſus eſt furor eius.* Cyprianus. Quod ſic idololatriæ indignetur Deus, ut præceperit etiam eos interfici, qui ſacrificare & ſeruire idolis ſuaſerint,in Deuteronom. inquit. Q̃d ſi rogauerit te frater tuus, aut filius, E aut filia, aut vxor, aut amicus,dicens, Eamus & ſeruiamus, diis alienis, &c.manus tua erit ſuper eum,&c. Cuius præcepti, & vigoris memor Matathias, interfecit eũ qui ad arã ſacrificaturus acceſſerat. Q̃d ſi ante aduẽtũ Chriſti circa Deũ colendũ hęc præcepta ſeruata ſunt,q̃to magis poſt aduentum ſeruanda.

c *Et exclamauit Ma. voce magna in ciuitate.* Hæc verba Matathię præfigurabant domini noſtri Ieſu Chriſti doctrinam qua exhortatur nos quotidie relinquere vanitatem huius mundi,& quærere gaudia cæleſtis regni. Dicit enim ipſe in Euangelio, *Qui non renuntiauerit omnibus quæ poſſidet non poteſt eſſe meus diſcipulus. Qui amat patrem ſuum aut matrem plus quam me,non eſt me dignus, Et qui nõ baiulat crucem ſuam quotidie & ſequitur me,nõ eſt me dignus. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere,perdet eam. Qui autem perdiderit animam ſuam propter me.inueniet eam. Quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuę detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo commentationem pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum Angelis ſuis,& reddet vnicuique ſecũdum opera ſua.* Fugit enim redemptor noſter, & filii eius in montes, & relinquunt quæcunque habent in ciuitate, quando per ducatum ipſius veritatis altitudinem virtutum aſcende F re cupimus,& ea quę ad luxum ſeculi pertinent, quaſi ſuperflua ſpernentes abiicimus. Inde eſt quod legitur in Euangelio, idem dominus duxiſſe diſcipulos ſuos in mõtes,& ibi ſediſſe,ibique docere eos, ibi orabat,ibique paſcebat turbas,ut ſemper ad altiora & perfectiora ſuis exemplis nos prouocaret.

Rab. Luc. Ma. Luc. Ma. Lu. Ma.

*Tunc*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ego & fi.&c. & fr. *Ideſt, cognati.*

✲ 2 Obediemus legi patrum noſtrorum. *Colentes vnum Deum verum. Cætera patent.*

3 Et vt ceſ. *Hic conſequenter ponitur zelus ęmulationis,quo interfecit Iudæum idolis immolantem. Et patet litera vſque ibi:*

4 Et contremuerunt renes: *Quia fortis motus cordis redundat ad corpus.*

5 Et accenſus eſt fur. *Ideſt ira per zelum quia tamen excitabatur ſecundum rationis iudicium, ideo ſubditur.*

6 Secundum

6 Secundum iud.le. *ſicut fortis, iræ paſſione vtitur laudabiliter ad promptius exequendum actum virtutis.4. Ethic.*

7 Et zelatus eſt le. ſi fe. Phi. *Qui ex zelo legis interfecit Zambri cum ſcorto Madianitide, Num.25.*

8 Et exclamauit Mat. voce mã. *Poſtquam deſcripta eſt zelãtis audacia, hic conſequenter deſcribitur ipſius tolerantis conſtantia, quæ primò declaratur in hoc quod Matathias cum filiis ſuis non fuit fractus rigore aſperitatis, magis eligens herbis viuere in deſerto, quam legem tranſgredi,ideò ſubditur.*

9 Et fugit ipſe & filij eius in montes. *Bona ſua temporalia propter zelum Dei contemnentes.*

✲Tunc

*MORALITER.*

† *Matathias,&c.* Per hoc ſignificatur, quòd vir ſapiens & bonus non acquieſcit dæmonis perſuaſionibus, ſed magis repellit, ſicut legitur de beato Martino,quod diabolus apparuit ei in ſpecie regis magnificè adornati,ſuadens Martino,vt adoraret eum eò quòd eſſet Chriſtus. Cui reſpondit, Chriſtus nõ purpuratũ, nec diademate renitẽtẽ, ſe venturũ eſſe prædixit, & tũc diabolus cõfuſus receſſit.

3 *Et ut ceſ.loqui,&c.* Per hoc ꝙ Matathias Iudæũ idolis ſacrificantem interfecit, ſignificatur quòd bonus prælatus debet Chriſtianum à veritate fidei declinantem ferire gladio ſpirituali,& ſi pertinax fuerit, tradere iuſtitiæ ſeculari,feriendum gladio materiali,& ſimiliter infidelem Chriſtianum ſeducentem populum debet iudex ſecularis ad inſinuationem eccleſiæ exterminare.

8 *Et excla.* Quia paſtor eccleſiæ debet fideles in fide confirmare, & cum eis diuinum auxilium,& ſanctorum implorare,ideò ſubditur.

9 *Et fugit ipſe & fi.e.* De quibus dicitur Pſal.120.a. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi,&c.*

† *Tunc*

A a *Tunc deſcenderunt.* Iſtos, qui non cum Matathia, & filijs eius aſcendebãt in montes,ſed deſcenderunt in deſertum, vt ibi ſedentes quærerent iudicium,& iuſtitiam,quos melius per allegoriam accipere poſſumus quàm Iudæos,qui poſt acceptam gratiam baptiſmatis Chriſti, circumciſionem ; & legem veterem obſeruandã putabãt. Et bene hi in deſertũ eſſe memorantur,qui luceſcẽte Euãgelij veritate, deſertam legis vmbram,quaſi adhuc ſibi neceſſariã repetebant. Sabbathũ legale obſeruari debere prædicabant. Cum omnia hęc tẽporibus legis in figura præceſſerint,& ſpiritualiter B in nouo teſtamẽto obſeruãda ſint. Cõtra quos Apoſtolus in epiſtolis ſuis copioſiſſimè diſputat, aſſerẽs *finẽ legis eſſe Chriſtum ad iuſtitiã omni credenti.* Iſti ergo ſpiritualiũ hoſtium gladio meritò feriuntur, qui Chriſti gratiã ſufficere ſibi ad ſalutẽ non arbitrantur.

Poſſunt quoque iuxta tropologiã, in ipſis appetitorib. deſerti deſidioſi q; que intelligi,q̃ poſt perceptam gratiam Chriſtianæ religionis ſatis ſibi fieri æſtimant, quod perceperunt chariſmata diuina, & inundationem baptiſmatis: nec volunt poſt ablutionem ſordium,opera exercere virtutũ. Neque recordantur illius Euangelicæ parabolæ,qua ſaluator in Euangelio de immundo ſpiritu narrando diſſerebat,vbi dicit ſpiritum immundum exiſſe de homine, *& ambulaſſe per loca inaquoſa quærendo requiem, & non inueniſſe. Iterum cum ſeptem ſpiritibus nequioribus ſe priſtinam domum vacantem,ac ſcopis mundatam,& ornatam repetiſſe.* Tales quippe ab hoſtibus ſpiritualibus facilè obruuntur, quia ſcuto fidei,galea ſalutis,lorica iuſtitiæ,& gladio ſpiritus,cum quibus,inimicis reſiſtere debuerant,armari nõ curabant. Vnde ſubiungitur,quod *Matathias, & amici eius luctum habuer. ſuper horum inter.* quia grandi dolore afficitur Eccleſia quando aliquos de numero ſuorum per inſidias,atque perſecutionem malignorum hoſtium in peccatorum præcipitiũ agnoſcit corruiſſe.

*Moriamur*

a habebant in ciuitate. Tunc deſcenderunt multi quærentes 1
iudicium,& iuſtitiam in deſertum,& ſederũt ibi ipſi, & filij
eorũ,& mulieres eorum,& pecora eorum,quoniam inunda
uerunt ſuper eos mala.Et renuntiatũ eſt viris Regis,& exer-
citui,qui erãt in Ieruſalẽ in ciuitate Dauid,quoniam diſceſ-
ſiſſent viri quidam qui diſſipauerunt mandatũ Regis in lo- 2
ca occulta in deſerto: & abijſſent poſt illos multi. Et ſtatim
perrexerunt ad eos, & conſtituerunt aduerſus eos prælium
in die ſabbathorum,& dixerunt ad eos: Reſiſtitis & nũc ad-
huc? Exite, & facite ſecundum verbum Regis Antiochi, &
viuetis. Et dixerunt:Non exibimus, neq; faciemus verbum
Regis vt polluamus diem ſabbathorum : Et concitauerunt
aduerſus eos prælium. Et non reſponderunt eis, nec lapi- 3
dem miſerunt in eos:nec oppilauerunt loca occulta, dicen- 4 5
b tes:Moriamur omnes in ſimplicitate noſtra, & teſtes erunt 6
ſuper nos cęlum,& terra,quòd iniuſtè perditis nos.Et intu-
lerunt illis bellũ in ſabbathis, & mortui ſunt ipſi, & vxores
eorum,& filij eorum, & pecora eorum vſq; ad mille animas
hominum.Et cognouit Matathias,& amici eius, & luctum 7
c habuerunt ſuper eos valde.Et dixit vir proximo ſuo.Si om- 8
nes fecerimus,ſicut fratres noſtri fecerunt,& non pugnaue- 9
rimus aduerſus gentes pro animabus noſtris,& iuſtificatio 10 11
d nibus noſtris,citius diſperdent nos à terra.Et cogitauerunt 12
die illa, dicentes : Omnis homo quicunq; venerit ad nos in 13

D b *Moriamur omnes in ſimplicitate,&c.* ✠ Ruper. Qui vnctionẽ habet ex Deo, congemiſcere didicit, & congemiſcit ſanctis egentibus,anguſtiatis, afflictis,in ſolitudinibus errantibus in montibus,quia multa mala ſunt experti. Vna die vſque ad mille animas hominum in deſerto interfecti ſunt in die ſabbathorum, eo q; vere bantur propter religionẽ,& obſeruãtiã manu ſibimet auxiliũ ferre. Moriamur, dixerũt, in ſimplicitate noſtra, & teſtes erunt ſuper nos cœlũ, & terra, q; iniuſtè perditis nos. Sed quid ſequitur? Et dixit vir proximo ſuo: Si omnes fecerimus, ſicut fratres noſtri &c. Et hactenus (inquit Ioſephus) manet nobis conſuetudo pugnãdi, etiam ſi tali die bella conſurgant.

L. 10. de vict. verb. c. 2.

E L. 12. antiq. cap. 7.

c *Et dixit vir.* Valde igitur deteſtantur boni otioſitatẽ, q̃ inimica eſt animę, & ideo potius eligũt cõtra inimicos ſpirituales quotidie virtutib confligere, q̃ deſidia inerti otioſè torpore, maximè cũ ſpem victoriæ non à ſe, ſed per auxiliũ pſũmant hẽre diuinũ. Nec ſibi ſecuritatẽ in pſenti,ſed in futuro promittunt,qñ deſtructis cunctis aduerſitatib. *Nouiſſimè ipſa deſtruetur mors, nec erit vltrà luctus, neque clamor,neq; dolor,quoniam prima abierunt.* qñ lætificabũtur Sancti in gaudio vultus Dei,& delectatione ſaluberrima fruẽtur in dextera eius vſq; ad finẽ.

F Act. 1. c. 1. Cor. 15. g. Apoc. 21.

d *Et cogitauerunt die illa, dicentes, &c.* ✠ Tertullianus. Septẽ dies vndecunque initium acceperint, ſabbathi diem ſecum concludant neceſſe eſt,quo die non tantum Sacerdotes ſint operati, ſed & in ore gladij præda facta ſit ciuitas ab omni populo Iſrael. Nec dubium eſt opus ſeruile eos operatos,cum prædas belli agerent ex Dei præcepto Nam & temporibus Machabæorum ſabbathis pugnando fortiter fecerunt, & hoſtes Allophylos expugnauerunt, legemque paternam ad priſtinum vitæ ſtatum pugnando ſabbathis reuocauerunt. Nec puto aliam eos legem defendiſſe, niſi in qua de die ſabbathorum meminerant eſſe præſcriptum. Vnde manifeſtum eſt ad tempus & præ-

L. adu. Iudæos, cap. 4.

ſentis

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Tunc deſcenderunt multi, &c. *Qui iam ante fugerant ad loca magis montuoſa.*

2 Qui diſſipauerunt mandatum Regis, &c. *Ipſum implere denegando, & virum inducentem ad Regis obedientiam occidendo. Cætera patent vſque ibi.*

3 Et non reſponderunt eis ad votum. *Scilicet eorum, ſed ad contrarium, ideo præmittitur:* Et dixerunt: non exibimus, &c.

4 Nec lap. mi. in eos. *Ad ſui defenſionem.*

5 Nec oppila. lo. *Ne quietem ſabbathi violarent.*

6 Dicẽtes: Moria. omnes in ſimp. no. *Et ſine dubio iſtud proceſſit ex quadam ſimplici deuotione, quia licitum erat eis in die ſabbathi ſe defendere, vnde & Ioſue 6. dicitur, quòd cuncti bellatores de voluntate Domini circumierunt vrbem Iericho ſemel in die, & hoc ſeptem diebus in quibus dies ſabbathi erat incluſus: propter quod Matathias, qui erat in lege peritus, declarauit, quòd licitum erat Iudæis in ſabbato pugnare in neceſſitatis caſibus.*

7 Et cognouit Matathias, &c. *Hic oſtenditur ſecundò conſtantia Matathiæ, & eorum, qui cum eo erant, in hoc, quòd non fuerunt fracti terrore aduerſitatis audita morte mille hominum, ideo ſubditur:* Et cognouit Matathias, & amici eius, *Mortem prædictorum.*

8 Et luctum habuerunt, &c. *Quia mortui erant ex indiſcreta deuotione: ideo ſubditur.*

9 Et dixit vir proxi. ſuo, &c.

10 Pro animabus noſtris. *Ideſt, pro vitis noſtris, vt ita liceat loqui.*

11 Et iuſtificationibus noſtris. *Ideſt, legis obſeruationibus.*

12 Citius diſperdent nos, &c. *& ſic ſequentur maiora mala.*

13 Et cogitauerunt, &c. *Iſtud ordinauerunt de conſilio Matathiæ, vt dictum eſt.*

✠ Tunc

### MORALITER.

*Tunc deſcenderunt multi, &c.* Per quos ſignificantur ſimplices Chriſtiani habentes zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam: & per hoc incurrunt damnum temporale, & aliquando ſpirituale.

† *Tunc con-*

ſentis cauſæ neceſſitatem conualuiſſe. vt non ad perpetui
A temporis obſeruationem huiuſmodi legem eis Deus ante dediſſet.

Lib. 1. offic. c.40. ⁂ Ambroſius. Cum Iudæi eſſent parati ad repugnandum pro templo Dei, & pro legitimis ſuis, dolo hoſtium die laceſſiti ſabbathi, maluerunt vulneribus offerre nuda corpora, quã repugnare, ne violarẽt ſabbathum. Itaque omnes læti ſe obtulerũt morti. Sed Machabæi conſiderantes quod hoc exemplo gens omnis poſſet perire, ſabbatho etiam cum ipſi in bellum prouocarentur, vlti ſunt innocẽtium necem fratrũ
B ſuorum. Vnde poſtea ſtimulatus Rex Antiochus, cum bellum accenderet per duces ſuos Lyſiam, Nicanorem, Gordiam, ita cum orientalibus ſuis, & Aſſyrijs attritus eſt copijs; vt quadraginta, & octo millia in medio campi à tribus millibus proſternerentur.

bello die ſabbathorũ pugnemus aduerſus eum, & nõ mo
riemur omnes ſicut mortui ſũt fratres noſtri in occultis.
a Tunc congregata eſt ad eos ſynagoga Iudæorũ fortis viri 1
bus ex Iſrael, omnis voluntarius in lege, & oẽs qui fugie- 2 3
bãt à malis, additi ſũt ad eos, & facti ſunt illis ad firmamẽ 4
tum. Et collegerunt exercitum, & percuſſerunt peccatores 5
in ira ſua, & viros iniquos in indignatione ſua, et cęteri fu 6
gerũt ad nationes, vt euaderent. Et circuiuit Matathias, & 7
amici eius, & deſtruxerũt aras, & circũciderũt pueros in- 8
circũciſos quotquot inuenerũt in finib. Iſrael in fortitu 9 10
dine. Et perſecuti ſunt filios ſuperbiæ, & proſperatũ eſt o- 11 12
b pus in manib. eorum. Et obtinuerunt legem de manibus 13
gẽtium, de manib. Regum, & non dederunt cornu pecca- 14
c tori. Et appropinquauerũt dies Matathię moriẽdi, & dixit 15 16
filijs ſuis: Nũc confortata eſt ſuperbia, & caſtigatio, & tẽ- 17
pus euerſionis, & ira indignationis. Nũc ergo filij æmula 18 19
tores eſtote legis, & date aĩas veſtras pro teſtamento pa- 20
trũ, & mementote operũ patrũ, quæ fecerunt in generatio 21
nib. ſuis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æter- 22 23
d num. † Abrahã nonne in tentatione inuentus eſt fidelis, 24 25

† Gen.22.c. Raban. a *Tunc congre. &c.* Narrante ſcriptura manifeſtũ eſt, quòd Saluatore & Apoſtolis eius prædicantib. Euangeliũ, multi de Iudæorũ populo veniebãt ad fidem credentes legi, & prophetis de aduentu Chriſti teſtantib. necnon de proſelytis, atq; de adue nis plurimi relinquentes idola ſua, ac ſuperſtitionem gentilitatis confluebant vndiq; ad audiendum verbum Dei, & additi ſunt ad numerum credentium; percuſſeruntq; peccatores in ira ſua, & viros iniquos in ĩdignatione ſua, cum zelo fidei inſtigati, malignos ſpiritus ab obſeſſis per
C errorem hominibus eijcientes, expulerunt, & fraudis ſuæ
Matth.8.d venena ipſis patefecerunt Inde quoque compulſi fugerũt ad nationes, iuxta illud Euangelij, quod ſanatis hominib. dæmones permiſſi ſunt à Saluatore ire in porcos, vt im- D mundi poſſeſſores vaſa immunditiæ poſſiderent.

b *Et obtinue. &c.* Obtinebant milites Chriſti legem de manibus gentium & de manibus Regum, quando in veritate Euangelij perſiſtentes nullo credebant errori: quin potius errantes prædicatione ſua, ſubijciebant veritati. Inde factum eſt, quòd plurimi eorum, qui per faſtum mundanum elati perſecutores antè fuerant Chriſtianæ religionis, ijdem poſtmodum conuerſi, eſſent aſſertores firmiſſimæ ueritatis. Et nõ dederunt cornu peccatori: quia non conſentiebant iniquitati. Iuxta il- E lud Eſther quod in oratione ſua dicit: Ne tradas Domine ſceptrum tuum his, qui non ſunt.

c *Et appro. &c.* Exhortatio hæc Matathiæ, qua exhortabatur filios ſuos, vt æmulatores eſſent legis Dei, & darent animas ſuas pro teſtamento patrũ, bene conuenit Euangelicæ doctrinæ, quia ipſa veritas diſcipulos ſuos verbis, & exemplis inſtruebat, quomodo reſiſterent vniuerſis erroribus Iudæorum, paganorum, atque hæreticorum, & mundum prædicationibus ſuis ad fidem conuerterẽt. Ipſamque doctrinam ſuam atteſtatione legis, & prophetarum affirmabat, oſtendens eundem eſſe auctorem noui, qui & veteris teſtamenti.

d *Abraham nonne, &c.* ⁂ Cyprianus. Ad hoc tentari homines a Deo, vt probentur, in Geneſi ſcriptum eſt. *Tentauit Deus Abraham, &c.* Et in Deuteronomio. *Tentat vos Deus, veſter, &c.* De hoc ipſo in Machabæis: Abraham nonne in tentatione inuentus eſt fidelis, &c.

*Vos ergo*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Tunc congregata eſt. *Hic tertio declaratur eorum conſtantia, quia non fuerunt fracti labore anxietatis, quo viriliter hoſtibus reſtiterunt. ideo dicitur.* Tunc congreg. eſt ad eos. *Scilicet ad Matathiam, & eius amicos.*

2 Synago. Iu. for. viri. *Quantum ad robur corporis, & ſpiritus, ideo ſubditur.*

3 Omnis volun. in lege. *Ideſt, habens voluntatem ſeruandi legem.*

4 Et facti ſunt, &c. *Eligentes Matathiam in principem ſuum.*

5 Et percuſſ. &c. *Per zelum legis excitata.*

6 Et cæt. fu. ad natio. *Gentilium extra Iudæam exiſtentes.*

7 Et circui. &c. *Per loca Iudææ idololatria polluta.*

8 Et circum. pue. incircum. *Quos parentes eorum non fuerant* * *auſi circumcidere mortis timore.*

9 Et perſe. ſunt fi. ſuperbiæ. *Ideſt, homines valdè ſuperbos, ſicut homines digni morte dicuntur filij mortis* 1. Reg. 21.

10 Et proſpe. eſt opus in ma. eorum. *Ideſt, Matathiæ, & filiorum ſuorum.*

11 Et obtinuerunt legem. *Ideſt, legis obſeruantiam.*

12 De manibus gentium. *Ideſt, repreſſa eorum potentia.*

13 Et non dederunt, &c. *Sed magis repreſſerunt, & ſic minus dicendo plus ſignificat.*

14 Et appropinquauerunt, &c. *Deſcripta Matathiæ conſtantia, hic conſequenter deſcribitur eius prouidentia: nam videns appropinquare tempus ſuæ mortis, ordinauit in poſterum de defenſione legis: & primò ad eam filios ſuos animat, dicens.*

15 Nunc conforta. eſt ſuperb. *Scilicet Antiochi Regis, vt patet ex prædictis.*

16 Et caſtigatio. *Noſtra pro peccatis noſtris.*

17 Et tempus euerſionis. *Diuini cultus, & legis.*

18 Et ira. *Ideſt, pœna.*

19 Indignationis. *Scilicet diuinæ ſuo iuſto iudicio, licet nobis occulto.*

20 Nunc ergo fi. æm. eſto. legis. *Ideſt, zelatores, & defenſores ipſius, quia nunc eſt neceſſitatis tempus.*

21 Date animas, &c. *Periculo mortis vos exponendo.*

22 Pro teſtamento patrum. *Ideſt, patribus dato, Exo. 20. Secundò exempla patrum allegat, & primò in generali dicens.* Et mementote operum patrum, &c.

23 Et accipietis glo. magnam. *Ideſt, virtutis famam in præſenti, & nomen æternum in futuro. Conſequenter ponit exempla in particulari, dicens.*

24 Abraham nonne in ten. *Immolationis Iſaac Geneſ. 22.c.*

25 Inuentus eſt fide. *Quaſi dicat, ſic: quia paratus fuit ipſum immolare propter bonum obedientię.*

*Et repu-

## MORALITER.

† 1 *Tunc congre. eſt ad eos ſyn. Iudęorum fortis, &c.* Scilicet ad Matathiam, & filios eius, per quos ſignificatur ꝙ ad bonũ prelatum, & ſocios eius debent fideles per charitatem, & obedientiam ſuam adunari, & cum ipſis contra fidei, & morum impugnatores fideliter præliari.

14 *Et appropinq. dies, &c.* Per hoc dedit exemplum principibus, & prælatis, vt faciant teſtamentum de obſeruantia fidei, & morum poſteris ſuis, & amicis.

MORA-

& reputatū eſt ei ad iuſtitiam? † Ioſeph in tempore angu- 1
ſtiæ ſuæ cuſtodiuit mandatum,& factus eſt dn̄s Aegypti. 2 3
Phinees pater noſter zelando zelum Dei accepit teſtamē- 4 5
tum ſacerdotii æterni. † Ieſus dum impleuit verbum fa- 6
ctus eſt dux in Iſrael. Caleb dum teſtificatur, in eccleſia ac 7 8
cepit hæreditatem, † Dauid in ſua miſericordia conſecu- 9 10
tus eſt ſedem regni in ſecula. † Elias dum zelat zelum le- 11 12 13
gis receptus eſt in cœlum. † Ananias, Azarias, & Miſaël cre 14 15
a dentes liberati ſunt de flamma. † Daniel in ſua ſimplici- 16
tate liberatus eſt de ore leonum. Et ita cogitate generatio- 17 18
b nem & generationem, qua oēs qui ſperant in eum, non in 19 20
firmantur. Et a verbis viri peccatoris ne timueritis, quia 21
gloria eius ſtercus & vermis eſt. Hodie extollitur, & cras 22 23 24
non inuenietur, q̄a conuerſus eſt in terrā ſuā, & cogitatio 25 26
c eius periit. Vos ergo filii confortamini, et uiriliter agite in 27
lege, quia cum feceritis quæ uobis pręcepta ſunt in lege a 28
dn̄o Deo veſtro, in ipſo glorioſi eritis. Et ecce Simō frater 29 30
d veſter, ſcio quod uir conſilii eſt. Ipſum audite ſemp, et ip- 31 32 33
ſe erit uobis pater. Et Iudas Machab. fortis uirib. a iuuen- 34
tute ſua ſit uobis princeps militiæ, et ipſe aget bellum po- 35
e puli. Et adducetis ad uos omnes factores legis, et uindica- 36
te uindictā populi ueſtri. Retribuite retributionem genti
f bus, et intendite in præceptū legis. Et benedixit eos, et ap-

a *Daniel in ſua ſimplicitate, &c.* *Cyprian. Dei arcana perſpici non poſſe, & ideo fidem noſtram ſimplicem eſſe debere, dicitur. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, &c.* Item apud Salomonem *In ſimplicitate cordis quærite illum, &c.* Item in Machabeis, Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum, &c.

b *Et a verbis viri peccatoris, &c.*
* Cypria. Conuicia impiorum nō timemus, fuſtes & lapides, & gladios, quos verbis parricidalibus iactitāt, nō perhorreſcimus. Quod in illis eſt, homicidæ ſunt apud Deū tales, necare tamen nō poſſunt, niſi dominus permiſerit. Et cum nobis ſemel moriēdum ſit, illi tamen & odio, & verbis ſuis quotidie periunt. Scribit vero *Verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in ſtercora erit, &c.*

c *Vos ergo.* Legimus in Euangelio Iohannis, quod ſaluator ad paſſionē properans eadem nocte qua traditus eſt, poſt cænam myſticam & lauationem pedum quam diſcipulis ſuis præcinctus lintheo exhibuit, plurima exhortationis ſuæ præbuerit documenta, inter quę & paſſionem quæ eis in mundo erat futura prædixit, & gloriam futuri regni ac gaudium cæleſtis patrię promiſit. Sed quia mors Matathiæ paſſionem præfigurat redēptoris, quomodo eccleſiæ magiſterium ordinauerit per omne tempus præſentis vitæ audiamus. C

d *Et ecce Si.* Supra diximus q̄ † Simeon. audiēs interpretatur. Et bene dixit Simonē virū eſſe conſilii, q̄a qui Spiritusſancti gratia docēte auditu inſtruūtur īterno, utiles per oīa atq; habiles ſūt cōſilio. vnde pſalmiſta ait, *Audiā quid loquatur dominus in me, quoniā lo. p. in p. ſ. &c.* Et in Apoc. *Qui audit (inquit) dicat veni.* Hortat̄ nos magr̄ cæleſtis, quatenus illos audiamus, quos ipſe interius docēs ſalubres nobis eſſe fecit magiſtros. D

c *Et Iudas* (inquit) *Mach. for. viri ſit vo. pr. mi. ip. age.*
*Ioſep. Heb. Matathias dixit Iudæ. Scio fili, quod tu vir bellicoſus, & Deus dedit tibi vires, & robur, atq; cor quaſi leonis, & idcirco debes honorare dominum de ſubſtātia quam dedit tibi, & præliari prælia eius, &c. His dictis, protulit cornu cum oleo, & effundēs ſuper caput eius, vnxit eum ad prælia, uociferanſq. vniuerſus populus, & clangentes tuba dixerunt. Viuat unctus, &c. Apoc. 22. d li. 3. hiſt. Iudai. c. 9. † Nu. 25. c

Quid per Iudam Machabæum, niſi primi prædicatores deſignantur euangelii, qui ab ipſo ſaluatore eruditi, idonei fuerunt ad agēdum bellum Chriſtiani populi. Sed quia Iudas confeſſio interpretatur, & pleriſq. in locis typū tenet ipſius ſaluatoris ſciamus tunc ordinaliter agi bellum noſtrum, quando ipſe dignatur dirigere cōſilium, & actum noſtrum. Vnde ipſa veritas diſcipulis ait: *Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me māſeritis, quia ſine me nihil poteſtis facere. Et ecce ego ſum vobiſcum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Raban. E Iohan. 15. a F

f *Et benedixit.* Scriptum inuenitur in euāgelio, quomodo Saluator poſtquam finiuit cœnam (quam cum diſcipulis ſuis ante paſſionem ſuam habuit) vltimam prędicationem qua inſtruebat ipſa nocte diſcipulos ad extremum orationem ad patrem directa finierit, ſuoſque diſcipulos ipſi ſeruandos commendauerit, dicens. *Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos.* & paulo poſt, *Sanctifica* (inquit) *eos in veritate, ſermo tuus veritas eſt, ſicut me miſiſti in mūdum, & ego miſi eos in mundum, & pro eis ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate* Mat. 28. 34.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et reputatum eſt, &c. *propter bonam voluntatem.*
2 Ioſeph in tempore, &c. *quia tunc erat venditus in ſeruum.*
3 Cuſtodiuit man. *rennuens adulterium, Gen. xxxix. e.*
4 Et fa. eſt d. Aeg. *Gen. xlj. e.*
5 Phinees pa. no. &c. *ſicut dictum eſt ſupra.*
6 Ieſus. *i. Ioſue.*
7 Dum impleuit, &c. *per Moyſen ſibi dictum.*
8 Factus eſt dux in Iſ. *Ioſue. i.*
9 Caleb dum teſt. in ec. *virtutem Dei contra alios exploratores, Nu. xiij.*
10 Acce. hęred. *Ioſue. xiiij. c.*
11 Dauid in ſua. miſ. *qua pepercit Sauli qui bis cecidit in manu ſua. j. Reg. xxiij. & xxvi.*
12 Conſe. eſt ſe. reg. in ſe *ij. Reg. vij.*
13 Elias dum zelat. ze. le. *occidendo prophetas Baal. iij. Reg. xviij. f.*
14 Ana. Az Mi. cre. *corde vnū verū Deum & confitentes ore.*
15 Libe. ſunt de flamma. *Danielis. iij.*
16 Daniel in ſua ſimp. *i. orans Deum ſimplici corde.*
17 Libe. eſt de ore leo. *Dan. vj. Cætera patent vſque ibi.*
18 Et aner. *ſ. comminatorijs.*
19 Viri pecc. *ſ. Antiochi regis.*
20 Ne ti. *timore veſtros animo deijciente.*
21 Quia glo. eius ſtercus & vermis eſt. *i. in ſtercus & vermē conuertetur. Et videtur hic Matathias prophetice loqui, nam in longum: poſtea poſito Antiocho vermes viuentes de carne eius exercitus grauabatur, infra li. ij. c. ix.*
22 Hodie exto. *potentia regni.*
23 Et cras non inue. *i. cito morietur.*
24 Quia conu. in terram ſuam. *i. reuerſus, vt dictum ſupra cap. i.*
25 Et cogitatio eius. *quia non potuit perficere quod cogitabat de Iudæorum deſtructione.*
26 Vos erg. *Hic tertio filios ſuos ad defenſionē legis ordinat, d.* Vos ergo filii conforta. *in domino & in potentia uirtutis eius.*
27 Et viriliter agite in lege quia cum feceritis. *pugnando pro eius defenſione.*
28 In ip. *ſeruanda & implenda.*
29 Glorioſi e. *primo in ſpe, poſtea in re. Quod autem in aliquibus libris interponitur,* Cum feceritis. *non eſt de textu, nec habetur in libris correctis.*
30 Et ecce Simon frater veſter ſcio quod vir conſilii eſt. *i. prudens in dandis conſilijs.*
31 Ipſum audite ſem. *eius ſequendo conſilium.*
32 Et ipſe. vo. erit pa. *quia prudentia in bellis eſt magis neceſſaria quam fortitudo.*
33 Et iu. M. fo. vi. *ideo ad principatum militiæ aptus.*
34 Et ipſe a. *de conſilio tamen Simonis.*
35 Et ad. *quia virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa.*
36 Retributionem gentibus. *ipſas puniendo pro malis illatis fidelibus. Cætera patent.*

A ritate, Et reliqua. Talibus enim locutionibus Matathias noſter ſuos alumnos inſtruxit ac benedixit. Sicque poſitus eſt ad patres ſuos, quia omnia ſicut de eo ſcriptum erat, ſanctorum patrũ dicta paſſione ſua ac reſurrectione, atque aſcenſione, implendo confirmauit.

a *Et defu.* Supra dictum eſt, quod Matathias in cxlv. anno gentibus templum Dei prophanantibus ſurrexerit, & filii eius zelare legem Dei & vindicare ſancta. Nunc quoque ſcriptura refert eundem Matathiam. cxlvj. anno defunctum eſſe. Vnde apparet, quod non amplius quam vno anno cum filiis ſuis poſt inceptã vltionẽ pariter vixerit, ſicque defunctus eſt. Iſte enim numerus annorum bene cõuenit per myſterium D dominicæ paſſioni, quia poſt plenitudinẽ temporis, qua Deus filium mittere decreuit, ſecundum atteſtationem legis & euangelii ſexta ætate ſeculi, hominem qui ſexto die creatus eſt ſexta die paſſus ſanguinis ſui prætio pfectè redemit ac reparauit. Quod autem ſepultus dicitur a filiis in ſepulchro patrũ ſuorum in Modin, ſignificat paſſionis ſuæ memoriã quotidie a fidelib. in ſancta eccleſia, vbi iudicii & æquitatis locus eſt congruè venerari planctumque ſalubrem ibidem celebrari, quia æternę vitę deſiderio ſancti viri accenſi pro eius adeptu in cordium ſuorum cubiculis ſtudent ſalutiferis lachrymus compungi.

Ioſeph. li. 12. antiquita. c. 7 & 8.

a poſitus eſt ad patres ſuos. Et defunctus eſt centeſimo quadrageſimoſexto anno, & ſepultus eſt a filiis ſuis in ſepulchis patrum ſuorum in Modin, & planxerũt eum omnis Iſrael planctu magno.

---

B

CAP. III.

Rabbanus. a ET ſurrexit Iud. * Rab. Iſaac. Ben Shola. Machabęorum nomen fluxit, quod Mathathiæ filius, Iudas, militibus ſuis belli teſſeram dediſſet Moſis hanc ſententiam, mi Chamoca Belim Iehoua. Ideſt, *Quis ſimilis tui in dijs*, uel, *in fortibus Domine*. Nã cum eam in ſingulis ordinum vexillis, tanquam certæ victoriæ omen, per quatuor has literas Men, Caph, Beth, Ioth, inſcribi iuſſiſſet, populo breuitatis cauſa legente Machabæi, paulatim obtinuit, vt huius teſſeræ auctor Iudas, fratres, eorũ Machabæi dicerentur.

Exod. 15.

C

li. 2. breuiari temporum. *Philo Iudæus. Iudam Machabæum præceſſerũt vndecim duces de domo Dauid per annos 163. Ioſeph primus annis ſeptem. Abner annis vndecim. Eli Matathias annis duodecim. Aſar Maac nouem. Nagid decem. Agai Heli decem. Maſlot Nahum ſeptem. Amos Syrach quatuordecim. Mathathias Siloa decẽ. Ioſephus iunior Arſes ſexaginta. Ianneus vel Iãna ultimus princeps Iudæorum de tribu Dauid annis ſexdecim. Hunc ſequitur Iudas Machabeus Aſmonęorum primus.

Matathia decedente Iudas Machabæus filius eius ſucceſſit in locum ipſius, quem adiuuabant omnes fratres eius & uniuerſi qui ſe iunxerant patri eius. Quid ergo in hoc facto nobis innuitur, niſi quod redemptor noſter poſtquam paſſione ac reſurrectione ſua completa aſcendit in cælos, ſucceſſores ſibi in euangelica prædicatione miſſo de celo Spiritusſancto apoſtolos primum ordinauit, qui merito Iudæ nomine, hoc eſt, confitentes cẽſentur: quia de ipſis Lucas in Euangelio ait: *Erãt ſemper in templo laudantes & benedicentes Deum.* Hos ergo omnes fratres ſui, & vniuerſi q ſe coniunxerant patri eius adiuuabant qa minoris ordinis uiri, & oẽs credentes, qui dogmate Chriſti ad fidẽ eius cõuenerũt, in atteſtatione euãgelij pro viribus choro apoſtolorum collaborabant.

Luc. 24. g

b *Et præliabantur præ. Iſr. cum læ. & di. glo. po. ſuo.* Quia ipſe apoſtolicus cœtus, Spiritusſancti gratia repletus, inſtanter vbique verbum Dei prædicabant gaudentes in tribulationibus, in neceſſitatibus, & in preſſuris augendo & multiplicando vbique numerum in domino credẽtiũ.

CAP. III.

a ET ſurrexit Iudas qui uocabatur Macha- 1
baæus filius eius pro eo, & adiuuabant 2
eum oẽs fratres eius, & vniuerſi qui ſe
b coniunxerant patri eius, & pliabantur 3
prælium Iſrael cum lætitia. Et dilatauit 4
gloriã populo ſuo, & induit ſe loricã 5
ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma bellica ſua in plijs, & pro- 6
c tegebat caſtra gladio ſuo. Similis factus eſt leoni in operi 7
bus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiẽs in uenatione Et pſe 8 9
cutus eſt iniquos pſcrutãs eos, & qui conturbabant popu 10

*Induit ſe loricam ſicut gigas*, quia fortitudine fidei vndique ſe muniebat. *Succinxit ſe arma bellica*, iuxta illud Pauli apoſtoli quo docuit d. *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate & induti lorica iuſtitiæ & calceati pedes in præparatione euangelij pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus quod eſt verbum Dei.* Sicque contra hoſtes pugnabat, & protegebat caſtra eccleſiæ.

Ephe. E

c *Et ſimilis factus eſt leoni in ope. ſu. & ſicut ca. leo. rug. in venatione.*

Rabi. l. 3. h 9. * Ioſephus. Hebr. Poſtquam Iudas ſepeliuit patrem ſuum honorifice, induit loricam vt Gigas, & ſuccinxit ſe armis bellicis ſuis, deſcendenſque contra eos qui caſtra poſuerũt per circumitum montis in quem confugerant, percuſſit ex eis octo millia & ducentos. Cum clamaret voce ſua, reſonabat uox eius inſtar rugitus leonis qui rugit in tempore quo inhiat prędę, &c.

*Rupertus. In rebus bellicis regnum quorum Dauid primus extitit, de quo Sapiẽtia dicit, quia cum leonibus luſit quaſi cum agnis & ab iſto quoque vſque ad Iudam Machabæum, de quo ſcriptum eſt, Similis factus eſt leoni in operibus ſuis. nonne rota iſta faciem habet leonis. F Narrat quippe fortitudinem tantam Regum Ducumque fidelium, quanta ſufficere potuit aut debuit, quanta pro tempore & re, neceſſaria fuit contra leones, cæteraſque feras diaboli, ſcilicet, primo contra gentes quæ in circumitu erant, deinde contra Aſſyrios, Perſas Græcos per quos diabolus deliberauit extirpare arborem feracem

---

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. III.

* ET ſurrexit Iudas qui vo. *Poſt liberationem populi ſub Matathia, conſequenter deſcribitur eiuſdem liberatio ſub Iuda. Circa quam primo deſcribitur virtus ducis. ſecũdo conflictus eius, cum aduerſarijs, ibi,* Et perſecutus eſt. *Circa primũ dicitur.*

1 Et ſurre. Iudas. *ad populi defenſionem poſt ſuum patrem.*

2 Et adiuuabant eum. *obedientes ei tanquam exercitus duci.*

3 Et præliaban. præl. Iſrael cum lætitia. *Signum enim habitus generati eſt delectatio in oper. ij. Ethic. & per hoc patet, quod habebat habitum fortitudinis.*

4 Et dilatauit gloriam po. *ad facta patris ſui notabiliter addendo.*

5 Et induit ſe loricam ſicut gi. *i. fortiter & audacter.*

6 Et ſuccinxit ſe. *nam agilis erat & expeditus ad bellandum ſicut homo ſuccinctus ad ambulandum.*

7 Et protegebat caſtra. *ſ. Iſrael*

8 Similis factus eſt leoni, *de quo ſcribitur Prouerb. xxx. d.* Leo fortiſſimus beſtiarũ, ad nullius pauebit occurſum.

9 Et ſicut catulus leonis rugiens in vena. *Cuius rugitu terrẽtur beſtię & fiunt ſtupidæ, & ſic gentes idololatræ audito nomine Iudæ.*

10 Et perſec. eſt iniq. *Hic conſequenter deſcribitur conflictus Iudæ cum aduerſarijs, & primo in generali, ſecundo in ſpeciali, ibi,* Et congregauit Apollonius. *Circa primum dicitur.* Et perſ. eſt iniq. p. e. *In locis abditis vbi ſe abſconderant fugiendo,*

MORALITER.

1 *Et ſurre. Iu.* Per quem ſignificatur ſucceſſor idoneus boni principis vel prælati malos viriliter impugnando.

A cem fructus æterni, delere gentem de qua Chriſtũ oportebat naſci ſecundum promiſſionem Dei, firmatam iuramento ad Abraham & Dauid.

Illi videlicet leoni admodum ſimilia. de quo ſcriptũ eſt, *Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid.* Et de quo Iacob patriarcha per figurã in benedictione myſtica filiorũ ſuorũ inter cetera ait, *Catulus leonis Iuda ad prędam fili mi aſcendiſti, requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum?* Venatio itaque illa ſpiritalis fuit, quando ſpiritales venatores retibus euãgelii homines ad fidem rapiebant. Taliter er- B go Iudas myſticus perſecutus, eſt iniquos, & qui conturbabant populũ ſuũ, ſuccendit flammis, quia ſiue perſecutores homines, ſiue ẽt malignos ſpiritus tali ſtudio taliq. actu pſequendo conturbationem non minimam flammis inuidiæ ſuccenſis ingerebat.

a *Et repulſi ſunt. &c. Et exace. re. m.* Illos uidelicet qui reſiſtere euangelio Chriſti moliebantur.

b *Et lætifica. Ia. in operi. ſuis.* quando credentium populũ confortauit verbo & exemplis, & in ſeculum miſericordia eius in benedictione, ſecundum illud Sap. *Sapiẽtiam,* inquit, *ſanctorum narrabunt omnes populi, & laudem eorũ pronuntiabit omnis eccleſia ſanctorum.*

c *Et perambu. ciui. & perdi. impi. ex eis.* Quia explorando eccleſiarum fidem hæreticos qui contraria rectę fidei ſapiebant anathemate perculerat, & nominatus eſt vſque ad nouiſſimum terræ, *quia in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum.*

d *Et congregauit.* * Ioſep. Apollonius dux Samariæ colligens exercitum, egreſſus eſt contra Iudam, ille autẽ oc- C currit ei, & committens cum eo pugnam, vicit, & multos eorum interfecit. Inter quos & ducem Appolloniũ armis exuens interemit, multamque prædam ab exercitu hoſtium auferens diſceſſit.

Quid

a lum ſuũ eos ſuccẽdit flammis, & repulſi ſunt inimici eius,
prę timore eius, & omnes operarii iniquitatis conturbati
ſũt, & directa eſt ſalus in manu eius. Et exacerbabat reges 1
b multos, & lætificabat Iacob in operibus ſuis, & in ſeculũ 2 3
c memoria eius in benedictione. Et perãbulabat ciuitates 4
Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Iſrael. Et 5 6
noĩatus eſt vſque ad nouiſſimum terræ, & cõgregauit per
euntes. Et congregauit Apollonius gentes, & a Samariã 7
d virtutẽ multã & magnã ad bellandum cõtra Iſrael Et co- 8
gnouit Iudas, & exiit obuiã illi, et percuſſit et occidit illũ, 9
e et ceciderunt vulnerati multi, et reliqui fugerũt, et accepit
f ſpolia eorum. Et gladium Apollonii abſtulit Iudas, et erat 10
g pugnans in eo omnib. diebus. Et audiuit Seron princeps 11
exercitus Syriæ, ꝙ congregauit Iudas congregationem et 12
eccleſiã fidelium ſecũ, et ait, Faciam mihi nomen et glori-
ficabor in regno, et debellabo Iudã et eos qui cũ ipſo ſunt,
quia ſpernebant verbũ regis. Et præparauit ſe, et aſcende

Quid per Apollonium, niſi Iudæorum ſęuitia exprimitur qui ex Samaria virtutem multam contra Iſrael congregauerant, quia per obſeruantiam literæ legalis fidem Chriſti quaſi contrariam præceptis Dei debellare certabãt. Sed obuiam Apollonio Iuda exiit, percuſſitq & occidit eũ, quia Chriſtus in apoſtolis ſuis Iudæorũ errorem atteſtatione ipſius legis, & prophetarum debellãs contriuit, oſtendendo quod vmbra legis, & prophetarũ præfigurabat veritatem euangelii.

D Myſtice Ioſephus antiquita. libr. 12 ca. 9. Rabban.

e *Ceciderũtque ex eis vuln. mul.* Quia p inuidiam ſauciati multi ex Iudęis corruerũt. Reliqui vero fugerũt, hoc eſt ſalutẽ ſibi ab eccleſiaſtico dogmate requiſierunt. Quorũ ſpolia accepit Iudas, cũ oẽs ceremonias legis quas illi carnaliter habuerant, diſcipuli Chriſti ad ſpiritalem ſenſum conuertebant. E

f *Et gla. Apollonij abſtulit Iudas, & erat pugnans in eo omnib. diebus.* Gladium Apollonii non alium intelligimus quã ſermonem legis & prophetarũ, quem prædicatores ſancti tollentes omnibus in eo pugnant, cum a carnali populo hiſtoriam diuinę legis ſpiritali ſenſu apoſtolica traditione interpretatam auferẽtes omnium gentiũ debellãt errores, omnibuſque diebus ſeculi huius gaudii virtus ſanctæ eccleſiæ glorioſiſſimam parit uictoriam.

g *Et au. Seron.* Per Seron principem exercitus Syriæ, ſignificatur potentatus iſtius mundi, qui bene nomine Syriæ cenſetur. Syria enim interpretatur ſublimis ſiue humectans, quia mundus iſte ſuperbia extollitur, luxuriaque grauatur: Diſponit itaque Seron debellare Iudã, & eos qui cum ipſo ſunt, cum faſtus mundanus doctoribus ſanctis & fideliũ populo inſidias molitur, caſtraque impiorũ ad hoc congregat, ut per plurimorũ ſolatium, opprimat innocentes, confidẽs magis in potentia regni quã in uirtute Dei. Sed contra opinionẽ ſuam ſubuenit, *quia lapis abſciſſus de monte ſine manibus conteret ſtatua ſuperbã*

Seron princeps Syriæ

Dan. 2. e

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et directa eſt ſa. *ſ. Iſrael.*

2 In manu eius. *i. in potentia eius.*

3 Et exacerbat. r. mul. *Eorum gentes debellando.*

4 Et lætifica. Iacob. *i. populum Iſrael ipſum liberando.*

5 Et in ſeculum m. e. *Quod patet adimpletum, nam ad eius commendationem narrantur eius facta per orbem vniuerſum.*

6 Et con. pereuntes. *ſ. factores legis quos interficiebant Gentiles.*

7 Et cong. Apol. *Hic conſequenter deſcribitur eius conflictus cum aduerſarijs magis in ſpeciali. Et primo, tempore Antiochi, Epiphanis, ſecundo, tempore filij ſui Antiochi Eupatoris. ca. xj. tertio tempore Demetrij filij alterius fratris, ſcilicet, Seleuci primogeniti Antiochi magni. vij. cap. Prima in tres ſecundum triplex bellum quod habuit Iudas tempore Antiochi. Primum fuit cum regni ducibus. Secundum cum regis principibus, ibi,* Vt audiuit autem rex. *Tertium cum finitimis gentibus, cap. v. Prima adhuc in duas, quia primo ponitur bellum Iudæ cum Apollonio duce Samariæ, ſecundo, cum Seron duce Syriæ, ibi.* Et audiuit Seron. *Circa primum dicitur,* Et congreg. Apol. gentes. *Vt faceret ſibi nomen, debellando Iudam.*

8 Et cogno. Iu. *Per exploratores ſuos.*

9 Et exiit obuiam illi. *Non permittens ei fine ſuos ingredi.*

10 Et gladium Apo. abſtu. *In ſignum victoriæ, ſicut Dauid gladium Goliæ. j. Reg. xvij.*

11 Et erat pu. in eo omnibus diebus. *Hoc dicitur ad denotandum gladij bonitatem:*

12 Et audiuit Seron. *Hic conſequenter deſcribitur belum Iudæ cum Seron duce Syrię. Circa quod primo ponitur ipſius Seron apparatus, & patet litera. Secundo Iudæorum metus, ibi,* Et exiuit Iudas obuiam illis cum paucis, *ideo timuerunt ſcilicet multitudinem fortem contra ſe venientem. Tertio ponitur per verba Iudę populi conſolatio, ibi,* Et ait Iudas, Facile eſt concludi multos in manu paucorum, *& hoc virtute Dei cui non poteſt reſiſti, quam eis aſſiſtere affirmat, dicens.* Diuiſio

* Ipſi

## MORALITER.

7 *Et cong. Ap. gen.* Per Samaritanos qui partim legem tenebant, & partim repudiabant, ſignificãtur hæretici qui partim tenent legem Chriſti, & partim contemnũt. hos autem congregat. Apollonius, ideſt, diabolus ad impugnandum bonum pręlatum & eius populum de fide & moribus, ſicut legitur eſſe factum temporibus Arrii & alium hæreticorum, ſed bonus prælatus eis occurrit gladio uerbi Dei & excommunicationis ſententia eos diſcerpens. Accipit autem gladium Apollonii, & cum eo pugnat contra cæteros hęreticos. Eſt enim gladius iſte ſacra ſcriptura, intellectu falſo deprauata quam bonus prę latus accepit ſecundum intellectum, & ſic confutat errores hæreticorum.

12 *Audiuit Seron princeps exercitus Syriæ.* Per Syriam quæ ſublimitas interpretatur, ſuperbia ſignificatur, unde de diabolo quia ex eſt ſuper filios ſuperbiæ, dicitur Iob. xlj. d. *Omne ſublime videt, &c.* ideo per Seron principem exercitus Syriæ ſignificatur ſpiritus malignus qui ſpecialiter tentat de uitio ſuperbiæ. Et iſte inſurgit contra bonum prælatum nitens ex cõuerſatione morũ & fidei & hereticorũ cõfutatione eũ inducere in elationis faſtum ſed bonus prælatus eũ debellat per humilitatis uirtutẽ

Apoc.5.b Mat.28.d ❧ *comminuet que aurum argentum æs & ferrum, dabitur regnum populo ſanctorum. Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, cui omnis poteſtas in cælo da:a & in terra.*

a *Et appropin. vſque Bethoron, & exiuit Iudas obuiam illi cum pau.* Bene dicitur quod exercitus Seron appropinquaret Bethoron, quia vniuerſum ſuũ actum profert cũ tumultu. Bethorõ n. interpretat̃ domus iræ. Cui Iudas obuiauit cum paucis, quia cœtus ſanctorum non per iram, B ſed per patientiam atque humilitatem reſpondet inimicis cui, præceptum eſt a domino dicente, *Eſto conſentiens aduerſario tuo cito cum es in via cum eo. Ego autem dico vobis non reſiſtere malo. Sed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe ei & alterã. Et ei qui vult tecum contendere in iudicio, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* (Matt.5.d Ibidem.f Ibidem.)

b *Vt vid:runt, &c.* Verba timentium fragilitatem exprimunt quorundam ſubditorũ, qui magis imbecillitatem ſuam conſiderãtes pertimeſcunt caſũ quam per robur fidei fiduciam habeant in Deum. Sed talium formidinem doctorum ſolertia piis exhortationibus compeſcens de futuro Dei adiutorio certã illis tribuit ſpem, qui protector eſt omnium fideliter in ſe ſperantium.

D inediam pluſquam vnius diei victoris exercitus protelauit. Saul maledixit ei qui ante victoriã ſumeret cibũ. Elias 40. dierum ieiunio vidit Deum in Horeb. Congregatum Samuel populum in Maſphat, indicto ieiunio roborauit, & fecit hoſtib. fortiorem. Daniel, Machabæi, Iudith, & Eſther ieiunio de hoſtibus triumpharunt, &c.

d *Et contrit. eſt.* quia ſæpe patientia ſanctorum furorẽ mitigat perſequentiũ, & manſuetudo humilium proſternit audaciam ſuperborum. Inde eſt quod Paulus docet, d. *Si eſurierit inimicus tuus ciba illum. Si ſitit, potum da illi. Hæc.n. faciens carbones ignis cõgeres ſuper caput eius. Noli uinci a malo, ſed uince in bono malum.* (Raba. Rom.)

e *Et cecide.* Bene octonarium numerum ſumma cõcluditur ſalubriter cadentium, quia illi E qui voluntariè cedunt veritati, & circuncißione ſpiritali omnes a ſe abſcidũt ſpiritaliter voluptates, & octo beatitudinum ſtudent in ſe recolligere virtutes. Cæteri antẽ qui F fugerunt, venerunt in terrã Philiſthijm, quia cum quidam perſecutorũ licet reſiſtere nullo modo veritati poſſint, tamen magis eligunt confugere ad latibula errorũ ſuorũ quam † eccleſiæ; atq; obedire vtili conſilio ſpiritalium magiſtrorũ. Et bene dictũ eſt fugiſſe eos in terram Philiſthiim Philiſthijm.n. ĩterpretatur ruina duplex. Duplicẽ.n. habet ruinam is qui primum cõcidit peccato, & deinde per ſemetipſum deſperans perſeuerat in malo. († ered vel ce) (Ibide)

a runt cum eo caſtra impiorũ fortes auxiliarij, vt facerent
b vindictã in filios Iſrael. Et appropinquauerunt vſq; Bethoron, & exiuit Iudas obuiã illi cum paucis. Vt autem viderunt exercitum venientem ſibi obuiã, dixerũt Iudæ, Qũo poterimus pauci pugnare contra multitudinem hãc tantam,
c & tam fortem? Et nos fatigati ſumus ieiunio hodie. Et ait Iudas, Facile eſt cõcludi multos in manu paucorũ, & non eſt differentia in cõſpectu Dei cęli liberare in multis, & in paucis, quoniam nõ in multitudine exercitus vi- †
ctoria belli, ſed de cælo fortitudo eſt. Ipſi veniunt ad nos 1
in multitudine contumaci & ſuperbia, ut diſperdant nos 2 3
& vxores noſtras, & filios noſtros, & ut ſpolient nos Nos 4 5
verò pugnabimus pro aĩab. noſtris, & legibus noſtris, & ipſe dñs conteret eos ante faciem noſtram. Vos aũt ne ti
d mueritis eos. Vt ceſſauit aũt loqui, inſiluit in eos ſubito. 6
Et contritus eſt Seron, & exercitus eius in cõſpectu ipſius,
e & perſecutus eſt eũ in deſcenſu Bethoron vſq; in cãpum. Et ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui aũt fugerunt
f in terrã Philiſthiim. Et cecidit timor Iudę ac fratrũ eius, & formido ſuper oẽs gentes in circumitu eorũ, & peruenit
ad regẽ nomen eius, & de præliis Iudæ narrabant omnes 7
g gentes. Vt audiuit autẽ Antiochus rex ſermones iſtos, ira 8

li.12.ant.c.9 ✶ Ioſeph. Seron autem dux inferioris Syrię, audiens ꝙ multi tranſirent ad Iudam, & multa iam virtute circumſeptus ad bellum accederet, ſtatuit contra eũ dimicare, & colligens milites ſub ſe cõſtitutos. vel trãſgreſſores Iudæos, cõtra Machab. produxit exercitũ. Perueniẽs autem vſque ad Bettoram vi cum Iudæę, ibi exercitum locauit. Iudas autem occurens ei, & confligere diſponens, quia milites ad pugnam videbat propter paucitatem & ieiuniũ deſides, hortabatur dicens. Non per multitudinem vincendos hoſtes, aut expugnando eſſe credatis, ſed pietate. & hoc euidentiſſimum habemus exemplum, maiores noſtros, qui propter iuſtitiam, & ſobrietatẽ, propriaſque leges certantes, multa ſæpius millia deuincerunt, Nam nullum læſiſſe maxima virtus extitit. Hæc dicens ſuaſit eis contemnere multitudinem, & cõfligens cum Syriis, duce eorum interfecto, conuertit cũ C ctos ad fugam. Secutus autem eos vſque ad campum, occidit octo millia, reliqui autem fugati, ad maritima loca diſceſſerunt.

l.2.adu.Iou. c *Et nos fatigati ſumus ieiunio, &c.* ✶ Hieronymus. Patres veteris teſtamenti in afflictione conſtituti ſemper per ieiunium miſericordiam & conſolationem inuenerunt. In Exodo aduerſus Amalec oratione Moyſi & totius populi vſque ad veſperam dimicatum eſt. Ieſus filius Naue ſtationem impetrauit ſolis, & lunæ, &

f *Et cecid.ti.* Timor Iudæ & fratrũ eius ſuper omnes gẽtes: cecidit cum potentia Chriſti per virtutes atque miracula in membris eius emicuit. Et peruenit ad regem nomen eius, quia potẽtatui prędicatio euangelii eius, & de præliis Iudæ narrabant omnes gentes cum victoriam redemptoris noſtri, de morte ac mortis autore totius orbis prædicant nationes. (Myſti)

g *Vt autem aud.* Antiochi huius hiſtorici affectus quibus non mediocriter æſtuabat, hoc eſt ira & ſuperbia: bene exprimunt Antiochi ſpiritalis mores, quibus validiſſime totum infeſtat mundum, ſed nunc per membra ſua, iuxta autem finem mundi per ſemetipſum quando *tribulatio talis erit qualis non fuit ante, nec poſt futura erit.* Iraſcitur autem quando audit gloriam ſanctorum & uirtutem atque cõſtantiam eorum. Congregat autem exercitum, dans illi ſtipendia in annum, cum per præſentis uitæ commoda & honores, ambitioſos quoſque incitat ad perſecutionem fidelium. Intentuſque faſtu mundano ac cupiditate optimates ſuos eligit, ut prouideant regni negocia, quando miniſtros ſuos atque ſequaces ad hoc ordinat, ut potentium rerum illecebras ſuggerant, ac prouocando ad uoluptates terrenas conſentiens ſi- (Matth.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ipſi uenũt ad nos in multitudine cõ. *i. in malis obſtinati.*

2 Et ſuperbia. *quam Deus a principio mundi deiecit in angelis ſup:rbientibus.*

3 Vt diſperdant nos & uxores noſtras. *iniuſte nocumentũ nobis inferẽdo in pſonis ꝓprijs & nobis coniũctis & rebus poſſeſſis pp quod habẽt iniuſtum bellum, nos autem iuſtum: ideo ſubditur.* ✶

4 Nos vero pugnabimus pro animabus noſtris. *i. vitis noſtris defendendis.*

5 Et legi. noſtris *à Deo datis, ideo concludit:* Et ipſe dominus. *Quarto ponitur aduerſariorum debellatio cum dicitur.*

6 Vt ceſſauit au. lo. *& patet litera vſque ibi.*

7 Et peruenit ad re. *ſ. Antiochum Epiphanem.*

8 Vt audi. *Hic conſequẽter deſcribitur bellũ Iudæ cũ regis principibus ad hoc ſpecialiter deſtinatis, ꝓcedẽtes vero nõ fuerũt ad bellandũ miſſi, ſed cũ eſſent poſiti ad cuſtodiã terrarum Iudææ propinquarũ, intulerũt Iudęis bellum, vt ſic oſtenderẽt ſe zelare pro rege. Et diuiditur in duas partes, qa primo ponitur belli apparatus. Secũdo cõflictus ca. ſe. Prima in duas qa primo ponitur apparatus ex parte regaliũ, ſecũdo, ex parte Iudęorũ, ibi. Et vidit Iudas. Et notandũ ꝙ apparatus ex parte regaliũ ſemper eſt cũ ira & cupiditate, cum multitudine ſupba & poteſtate, ex parte vero Iudæorũ cũ oratione* (Diuiſio)

MORALITER.

Deo attribuens totam victoriam, dicens quod ſequitur.

† *Non in multitudine ex. &c. Sequitur.*

† *Vt audiuit autẽ Antiochus rex ſermo. iſtos iratus eſt animo.* qa diabolus qui per Antiochũ ſignificatur, vt ſup. dictũ eſt, qñ cognoſcit victoriam iuſtorũ, & confuſionem ſuorũ.

† *Vt*

val-

A bi pertrahant. Filiorum enim nomine illi cenſentur qui imitatores ſunt Antichriſti. Hos .n. per optimates ſuos nutrit, cum per ſceleſtiſſimos quoſque varijs vitijs corrūpendo pabulum ignis æterni efficit. Hocq; præcipuè ſuis magiſtratibus præcipit, vt extirpent virtutem Iſrael, & reliquias Ieruſalem, & conſtituant alienigenas pro eis, quia nulla intentio nullumq; ſtudium magis diaboli eſt, quā vt euertat eccleſiā Chriſti, & robur fidei in electis mollificet, atque in loco virtutum vitia ſub introducat.

q.c.9 B ✠ Ioſeph. Audiēs rex Antiochus, maximo furore commotus omnem propriam virtutem cōgregans, & multos ab inſulis mercede conducens, parabat circa veris initium dimicare contra Iudam. At verò militibus ſtipendia diſtribuens, vidit theſauros deficere. Non .n. omnia vectigalia reddebātur propter ſeditiones gētium. Nam cum magnanimus eſſet, ei non ſufficiebant quę dudum collegerat. Deliberauit itaque primum ire ad Perſidē, tributaq; prouinciæ congregare. &c.

riſt. ✠ Seue. Sulpitius. Etenim tū præcipuè grauiter pecuniæ inopia affectus erat. Nā deficiētib. Iudęis ab eo, qui ei vltra trecenta argenti talenta annua penſitauerant, præterea Græcis vrbib. multiſq; regionib. perſecu- C tionis malo turbatis, ne gentilibus quidem pepercerat, D quos deſerere inueteratas ſuperſtitiones, & ad vnum ritū deducere tentauerat, illis quidem quibus nihil ſancti erat facilè relinquentibus, ſed tamen omnibus metu ac clade affectis, vectigalia ceſſauerāt. Quib. rebus æſtuant (etenim ipſe olim omnibus regibus opulentior, ſuomet ſcelere inopiā perſenſerat) copias cum Lyſias partitur, eiq; Syriā, & bellum aduerſus Iudæos cōmittit. &c.

a *Et elegit Li.* Quid per Lyſiam niſi faſtus mundanus deſignatur: qui per tres viros hoc eſt, p tres ordines perſecutorum bellum Chriſti eccleſiæ ingerit hoc eſt per paganos, per hæreticos, & per falſos Chriſtianos, quibus ſubrogātur quadraginta milia virorum, & ſeptem milia equitum, vt diſperdant Iudam ſecūdum verbum regis. Quid per quadragenarium numerum, niſi vniuerſitas temporis deſignatur, quo perſecutionem in mundo tollera eccleſia? Quatuor .n. principales partes ſunt orbis, hoc eſt oriens, occaſus, ſeptētrio, & meridies in quib. dilatata cōſiſtit eccl'a, E ꝗ vt cōgregaret fili⁹ F Dei deſcēdit in mūdū, vbi ante paſſionē ſuā *quadraginta diebus, & quadraginta noctib. ieiunauit*, vt oſtēderet tētationē noſtrā in carne ſua (ꝗ de nr̄a mortalitate aſſumere dignat⁹ ē per-

Rabanus.

Allego.

Quadragenarius numerus & quaternarius quid myſtice ſignificent.

Mat.4.2.

tus eſt animo, & miſit, & congregauit exercitum vniuer- †
ſi regni ſui: caſtra fortia valde. Et aperuit ærarium ſuum, &
dedit ſtipēdia exercitui in annū, & mandauit illis, vt eſſent
parati ad omnia. Et vidit ꝙ defecit pecunia de theſauris 1
ſuis, & tributa regionis modica propter diſſenſionem, & 2
plagam quam fecit in terra, vt tolleret legitima quæ erant
a primis diebus. Et timuit ne non haberet, & ſemel, & bis in 3
ſumptus, & donaria quæ dederat antè larga manu, & abū-
dauerat ſuper reges qui ante eū fuerāt. Et cōſternatus erat
animo valde, & cogitauit ire in Perſidē, & accipere tributa 4
regionum, & congregare argentum multū. Et reliquit Ly- 5
ſiam hominē nobilē de genere regali ſuper negotia regia a
flumine Euphrate vſq; ad flumē Ægypti, & vt nutriret An
tiochum filium ſuum donec rediret. Et tradidit ei mediū 6
exercitum, & elephantos, & mandauit de omnib. quæ vole
bat, & de inhabitantib. Iudæam, & Ieruſalem, & vt mitte-
ret ad eos exercitum ad conterendam, et extirpandā virtu
tem Iſrael, et reliquias Ieruſalem, et auferendam memoriā
eorum de loco, et vt conſtitueret habitatores filios alienige
nas in omnibus finibus eorū, et ſorte diſtribueret terram
eorū. Et rex aſſumpſit partem exercitus reſidui, et exiuit ab 7
Antiochia ciuitate regni ſui, anno cēteſimo et quadrageſi 8
moſeptimo, et transfretauit Euphratē flumen, et perambu 9
labat ſuperiores regiones. Et elegit Lyſias Ptolemęū filium † †
a Dorymini, et Nicanorē, et Gorgiam, viros potentes ex ami †
cis regis, et miſit cum eis quadraginta milia virorū, et ſep- 10 11

## NICOLAVS DE LYRA.

* *humilitate, cum Dei fiducia, & pietate. Circa primum primò ponitur regis ordinatio, ſecūdò, ordinationis executio, ibi.* Et rex aſſumpſit. *Circa primum dicitur.* Vt audiuit autem rex. *duces ſuos a Iudęis deuictos. Cætera patent vſque ibi.*

1 Et vidit quòd defecit pecunia de theſau. ſu. *Quia non ſufficiebat ad tantum exercitum diu ſuſtinendum.*

2 Et tributa regio. mo. propter diſ. *Non .n. ſoli Iudæi rebellauerant, eò ꝙ cogebat eos ad colendum Iouis idolum, vt ſupra dictum eſt, ſed etiam multi Gentiles alium ritum habentes, quorum aliqui colebant Herculem, alij Dianam, & ſic de alijs quibus ſcripſerat per decretum, vt dimitterent ritus ſuos propter Antiochi cultum, vt eſſet populus vnus, vt dictum eſt ſupra 1. cap. quod erat eis graue, ideò negauerant Antiocho tributa conſueta.*

3 Et timuit ne n. ha. & ſemel, & bis. *i. vt non poſſet continuare ſumptus militum ſicut prius.*

4 Et cogitauit ire in Perſid. *in qua erant diuitiæ multæ, vt poſſet inde defectum ſuum ſupplere: dimiſit tamen in Antiochia quæ erat metropolis regni, Lyſiam ad deſtruendum habitatores Iudææ, & populandum eam alienigenis gentibus: hæc autem ordinauit, ſed non in omnibus ſic euenit, & his dictis patet litera, paucis exceptis quę diſcurrentur.*

5 Et reliquit Lyſiam hominem nobilem de ge. re. *in quo notatur eius aptitudo ad cuſtodiam regni.*

6 Et tradidit ei medium exercitum, & elephan. *quia tradidit ſibi medietatem exercitus tam in hominibus quam in animalibus, aliam verò medietatem ſecum duxit.*

7 Et rex aſſumpſit partem. *Hic conſequenter ponitur ordinationis regis executio, & primò ex parte regis, cum dicitur.*

8 Et exiuit ab An. ciuita. regni ſui. *ſ. metropoli.*

9 Anno centeſimo, & quadrageſimo ſeptimo. *ſ. regni Græcorum, regni verò ſui anno decimo, quia cœpit regnare anno centeſimo trigeſimo ſeptimo regni Græcorum, vt dictum eſt ſuprà cap. 1. Secundò ponitur executio ex parte Lyſiæ cuſtodis regni, cum dicitur. Et elegit Lyſias, &c.*

10 Viros potentes ex amic. *Vt ſic eſſent magis voluntarij ordinationem regis exequi.*

11 Et miſit cum eis quadra. *ſ. peditum. Cætera patent vſq; ibi.* * Et

## *MORALITER.*

† valdè turbatur, & quærit vias per quas poſſit iuſtos deijcere, & ſuorum debellationem vindicare, ideo ſubditur.

† *Et congregauit exercitum vniuerſi regni ſui, &c. Et reliquit Lyſi.* Per iſtum quem reliquit Antiochus ſuper negotia regia, ſignificatur tyrannus per procurationem diaboli cōſtitutus in poteſtate terrena, & perſequitur Iudam, & eius exercitum .i. bonum prælatum, & eius populum in bonis ſpiritualibus, & temporalibus, & etiam in corporibus, & hoc ſignificatur per hoc quod ſubditur.

† *Et elegit Lyſias Ptole.* Qui interpretatur ſuſpendens aquas, ideo per ipſum ſignificatur perſecutio in ſpiritualibus impediendo ſtudium vel doctrinam Sacræ Scripturæ: quod legitur Iulianus apoſtata Chriſtianis feciſſe.

† *Et Nicanorem.* Qui interpretatur ſtans lucerna, per quam ſignificatur intelligentia tyranni ad malum intenta, ſecundum illud Prouer. 21. a. *Lucerna impiorum peccatum,* per hoc ſignificatur aſtutia tyranni, in temporalibus rapiendis, ſicut legitur de Iuliano apoſtata, ꝙ facultates, & patrimonia auferebat Chriſtianis ſub colore verbi Chriſti, Luc. 14. *Niſi quis renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

Eccleſia bona diſtrahere cupientes quo colore attentent.

† *Et Gorg.* Qui interpretatur diuiſio, & ſignificat perſecutionem in corporalibus, per quam paſſi diuiduntur a præſenti vita.

participari voluiſſe. Vnde ab hora mortis eius vſque ad
A diluculum reſurrectionis conſtant horæ, quadraginta ſi
ipſa nona connumeretur. Poſt reſurrectionem quoque
Act. 1. a. non amplius quam dies quadraginta cum diſcipulis in
hac terra eſſe voluit huic eorum vitæ adhuc humana cõ
uerſatione commi-
ſtus, & cum illis ali-
menta mortalium
(quamuis iam non
moriturus) accipiẽs
vt per ipſos quadra
ginta dies ſignifica-
ret ſe occulta præ-
ſentia quod promi
ſit impleturum quã
Mat 28. do ait. *Ecce ego ſum*
Septenarius numerus. *vobiſcum omnibus die*
*bus vſque ad cõſumma*
*tionem ſæculi.* Per ſe-
B ptenarium verò nu
merum quo equi-
tum milia deſcribũ
tur, non aliud quã
plenitudo perſecu-
tionum demonſtra
tur, quia ſicut per ſe
ptenarium nume-
rũ ſeptiformis gra-
tia Spiritusſancti o-
ſtenditur, ſic & ecõ-
trario legitur in e-
uangelio: ꝙ ſpiritus
nequam in homi-
Mat. 12. d. Luc. 8. nem ſecum *introdu*
*xerat ſeptem ſpiritus ne*
*quiores ſe.* Et alibi, A muliere peccatrice legitur dominus
ſeptem dæmonia eieciſſe Omnes ergo perſecutores rectè
diabolo inſtigante ad hoc coadunãtur, vt eccleſiam Chri
ſti deſtruant, & cõfeſſores omnipotẽtis Dei blaſphemare
cõpellant, & hoc non ſegniter, ſed tota virtute perficiũt.
a *Et p.* Quid per Ammaum niſi amatores mundi expri-
muntur, qui per cupiditatem ſeculi negligãt habere ami-
Iacob. 4. a. citiam Dei? Vnde ſcriptum eſt. *Qui vult amicus eſſe huius ſecu*
1. Io. 2. c. *li, inimicus Dei conſtituitur.* Et Ioannes inquit, *Qui diligit mun-*
*dum, non eſt charitas Dei in eo.* Et merito hoc nomine tales nũ
cupãtur. Interpretatur enim Ammaus populus abiectus.
Abiectione quippe digni ſunt, qui amorem præſentis ſe-
culi præferunt dilectioni Dei. Vnde ipſa veritas in euan-
Mat. 10. d. gelio ait. *Qui amat patrem ſuum aut matrem ſuam plus quam me,*
Ibidem 7. b. *non eſt me dignus* Nec incongruè Ammaus in terra campe
C ſtri eſſe dicitur, quia lata ac ſpatioſa eſt via quæ ducit ad
mortem, & multi intrant per eam.
Myſtice. b *Et audie.* Mercatores iſtos qui ambiunt ſeruitium
Hebræorum non alios melius ſignificare arbitror quam
malignos ſpiritus, qui deſiderant interitum fidelium,
& hoc geſtiunt, vt per cupiditatem terrenam cœleſtem
nobis auferant gloriam, & libertatem quam habemus
in gratia Chriſti, in cultum ac ſeruitutem conuertant
diaboli. Vnde in euangelio legitur, quod ipſe diabo-
lus caput noſtrum, mediatorem videlicet Dei, & homi- D
num, *ducens in montem excelſum, oſtenderit ei omnia regna mun di*
*ac gloriam eorum, atque tentando dixerit. Hæc omnia tibi dabo, ſi*
*procidens adoraueris me.* Et bene dicitur, quod additi ſunt
ad eos exercitus Syriæ, & terræ alienigenarum, quia luxu
rioſi quique, & alie
ni a vero Dei cultu
iunguntur inimicis
noſtris; & moliẽdo
interitum noſtrum
cooperatores ſunt
immundorum ſpi-
rituum.
c *Et vi. Iu.* Aeſtuan
tibus perſecutorib.
& pugnam contra
fideles diſponenti-
bus ipſi magis ad E
exemplum Iudæ ac
fratrum eius incitã
tur ad augmentum
fidei, & profectum
virtutum, iuxta il-
lud Pſalmiſtæ, qui
ait. *Dum ſuperbit im-* Pſal.
*pius, incenditur pauper*
Talis ergo intentio
debet eſſe ſeruorũ
Dei, vt pugnent pro
populo, & ſanctis
ſuis, quia pro ſtatu
fidei Chriſtianæ re-
ligionis, atque pro-
fraterna ſalute debẽt
contra ſpiritales ne
quitias, & contra prauos homines inſtanter dimicare ad
iutoriumq́; Dei aſſidua oratione implorare, quia ipſe eſt
de quo ſcriptum eſt, *Adiutor in opportunitatib. in tribulatione,* Pſal.
*cui ſoli derelictus eſt pauper, & pupillo tu eris adiutor,* quia pater
na pietate laborem, & dolorem conſiderat ſuorum. *conte*
*re brachium peccatoris, & maligni, iudicat pupillo, & humili, vt*
*non apponat vltrà magnificare ſe homo ſuper terram.*
d *Et congregati ſunt.* Illi qui ad dimicandum contra Ral.
hoſtes congregati fuerant, venerunt in Maſphat contra
Ieruſalem. Et quid per Maſphat (qui iudicium inter-
pretatur) niſi vetus teſtamen. ſignificatur, locus oratio-
nis erat in Maſphat, quod proſpicit ſemper ad nouum te
ſtamentum, & teſtimonium præbet euangelio Chriſti. Il-
luc enim neceſſe eſt vt ſpiritales milites Dei cordis inten-
tionem vertant, quatenus ex lectione diuina inſtruan-
tur, qualiter contra hoſtes ſpiritales præliari debeant.
Locus enim orationis erat in Maſphat ante in Iſrael, quia
oracula diuina per libros legis, & prophetarum nobis in
notuerunt, deinde per euangelium.
* Rupertus. Poſt regnum Perſarum atque Mœdo- In
rum, talia Iudæis acciderunt, ſub regno Græcorum
propter quæ inclamare debuit Spiritus propheticus. Ioe.
*Accingite vos, & plangite ſacerdotes, vlulate miniſtri al-* F
*taris, cubate in ſacco, &c.* Tunc enim ſecundum pro-
phe-

tem milia equitũ, vt venirent in terrã Iuda, & diſperderent
a eam ſecundũ verbum regis. Et proceſſerunt, vt irent cum
vniuerſa virtute ſua, & venerunt, & applicuerũt Emmaum
b in terra cãpeſtri. Et audierunt mercatores regionũ nomen
eorum, & acceperunt argentũ, & aurum multum valde, & 1
pueros, & venerunt in caſtra vt acciperẽt filios Iſrael in ſer
uos, & additi ſunt ad eos exercitus Syriæ, & terræ alienige-
narũ. Et vidit Iudas, & fratres eius, q̃a multiplicata sũt ma- 2
c la, & exercitus applicabat ad fines eorũ, et cognouerũt ver-
ba regis, quę mandauit populo facere in interitũ, et cõſum
mationẽ. Et dixerunt vnuſquiſq; ad proximum ſuum. Eri
gamus deiectionẽ populi noſtri, et pugnemus pro populo
noſtro, et ſanctis noſtris. Et congregatus eſt cõuentus, vt eſ- †
ſent parati in præliũ, vt orarent, et peterent miſericordiã
et miſerationes. Et Ieruſalẽ non habitabatur, ſed erat ſicut 3
deſertũ. Non erat qui ingrederetur, et egrederetur de natis
eius, et ſanctũ conculcabatur. Et filij alienigenarũ erant in 4
arce, ibi erat habitatio gẽtiũ. Et ablata eſt voluptas a Iacob 5 6
et defecit ibi tibia, et cithara. Et cõgregati ſunt et venerunt 7 8
d in Maſphat cõtra Ieruſalẽ quia locus erat orationis in Maſ- 9

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et audi. mer. no. eo. *In multitudine, & fortitudine, & creden tes ꝙ ſtatim deberent Iudæos capere, præparauerunt ſe ad emendum illos in ſeruos, & ancillas, propter quod venerunt ad caſtra eorum.*

2 Et vidit Iudas. *Hic conſequenter ponitur apparatus belli ex parte Iudæorum, & primò per humilem & deuotam orationem, ſecundò per bellatorum diſpoſitionem, ibi.* Et poſt hæc. *Circa primũ patet litera ex prædictis vſque ibi.*

3 Et Ieruſalem non habitabatur, ſed erat ſicut deſertum. *Hoc interponitur ad reddendum cauſam quare non iuerunt in Ieruſalem ad orandum, cum ibi eſſet locus diuini cultus.*

4 Et ſanctum *.i. templi locus.*

5 Conculcaba *Et ſubditur a quibus.*

6 Et filij alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio gen. *Propinqua templo.*

7 Et congregati ſunt. *Iudæi.*

8 Et venerunt in Maſphat contra Ieruſalem *.i. venerunt adorare ibi verſa facie ad Ieruſalem, ſicut dicitur de Daniele quod orabat verſus Ieruſalem, Dan. 6. Et ſubditur cauſa orandi in Maſphat, cum dicitur.*

9 Quia locus erat orationis in Maſphat an *.i. prioribus tẽporibus.*

* In

## MORALITER.

† 1 *Et audierunt merca. re.* Per quos ſignificantur illi qui tyrannos excitant ad affligendum populum exactionibus, & alijs grauaminibus, ſperantes inde reportare temporalia lucra. quod frequenter contingit, quia multa de talibus detinentur a miniſtris, & non veniunt ad manum tyrannicè præſidentis.

2 *Et vidit Iudas, & fratres eius.* Hic ponitur defenſio boni prælati, & populi deuoti, ideo ſubditur.

† *Et congregatus eſt conuentus vt eſſent parati in prælium, vt orarent, & peterent, &c.* Orationibus deuotis implorantes auxilium diuinum.

7 *Et congregati ſunt, & venerunt in Maſphat.* qui interpretatur iudicium, nam homines boni in tribulatione poſiti iudicio Dei iuſto reputant ſe pati.

† Et

phetiam Danielis, egreſſum eſt vnum cornu modicum,
A & tulit iuge ſacrificium Hic fuit Antiochus illuſtris,&c. Tunc vtique interijt de domo Dei ſacrificium,& libatio, & propter hoc accinxerunt ſe. & planxerunt ſacerdotes, & vlulauerũt miniſtri altaris,& cubauerunt in ſacco miniſtri domini. Exẽpli gratia. *Et congregati ſunt* (inquit) *& venerunt in Maſphat, & ieiunauerunt, & induerunt ſe cilicijs: & cinere in capite ſuo, &c.* Hos propheta proſpiciens ieiunantes, & ieiunandi neceſſitatẽ habentes. Sanctificat (inquit) *ieiunium, vocate cœtũ &c.*

des ſanctorum quæ per dilectionem operatur, maieſtatem diuinam in omni tempore placat. D

c *De quib. ſcrutabantur gentes, &c.* * Ruper. Sara a regibus expetita, ſignificat pulchritudinem diuinę religionis, quæ etiam captiuis Iudæis, videbatur inter gentium errores imitabilis, & æmulabantur eam, quamuis non caſtè gentes quæ erant in circuitu eorum. Vnde ſcriptum eſt, de libris legis ſcrutabãtur gentes ſimilitudinem ſimulachrorum ſuorum, videlicet, vt more diuinæ legis exhiberent ſimulachris ſuis ritum, vel ordinem ſacrificiorum, &c. (In 20 c.Gen.)

a phat antè in Iſrael. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt ſe
cilicijs, & cinerem impoſuerunt capiti ſuo, & † diſſuerunt
b veſtimenta ſua. Et expanderunt † libros legis, de quibus
c ſcrutabantur gentes ſimilitudinem ſimulachrorum ſuorũ
& attulerũt ornaméta, & ſacerdotalia, & primitias, & decimas, & ſuſcitauerũt Nazaręos qui impleuerãt dies. Et clamauerunt voce magna in cęlum dicentes. Quid faciemus
iſtis, & quò eos ducemus? Et ſancta tua conculcata ſunt, &
contaminata ſunt, & ſacerdotes tui facti ſunt in luctũ, &
in humilitatem. Et ecce nationes conuenerunt aduerſum
nos, vt nos diſperdant. Tu ſcis quæ cogitãt in nos. Quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem illorum, niſi tu Deus
adiuues nos? Et tubis exclamauerunt voce magna Et poſt
d hæc conſtituit Iudas duces populi, tribunos & centurio-
e nes, et pentacontarchos et decuriones. Et dixit his qui ædi

(† deſtitueſit. † librum.)

a *Ieiunau. il. d.* quia
B continentiæ operã dabant. Induerunt ſe cilicijs, & cinere in capite ſuo, quia pœnitentiã pro peccatis ſuis, quæ per carnis fragilitatem contraxerunt agere Deo dignè decernunt. Et † ſciderunt veſtimenta ſua cum corpus caſtigant, & carnalia in ſe deſideria mortificant. Quod autem ſequitur, quia

b *Expanderunt. lib. le. de qui. ſcru. gent. ſimi.* Oſtenditur ꝙ memoriam diuinorum præceptorum bonis actibus demonſtrent. qui dignè militare probantur. Lex enim domini irreprehenſibilis, conuertens animas electorum, exprobat malefacta perfidiorum, & deteſtatur idolorum culturam, & omnem contradicit impietatis facturam. Attollunt ſacerdotalia inſtrumenta, qui ſacerdotij eccleſiaſtici
C dignè faciunt officia. Primitias, & decimas donant, qui initium, & perfectionem boni operis Deo deputant. Suſcitant Nazaræos, qui impleuerunt dies, qui per caſtitatis munditiam gratam vitam omni tempore Deo exhibere ſtudent. Et clamant voce magna in cęlum, qui diuinitatẽ pijs precibus ac bonis actibus per miſericordiam prouocant. Sicut. n. clamor impiorum quem blaſphemia, & prauis operibus proferunt: Deum irritat, ſic confeſſio, & fides

* Ruper. Ambitioſius in calamitate ſua Deum deprecabantur, tales habẽtes patronos, ſcilicet Nazaræos qui plurimum merebantur de clementiſſimo Deo, quia impleuerant dies ſuos, afflicti ſacra continentia, votiua abſtinentia. E (In 6.c.Num.) (Rabanus.)

d *Et poſt hęc.* Tribunos appellat eos qui militibus mille præerant. quos Græci χιλιάρχους, vocant. Centuriones qui centum, πεντακοντάρχους. qui quinquaginta, & decuriones, qui decem. ordinant enim prædicatores ſancti ſubiectos ſuos quatenus nil in eis inordinatum reperiatur, ſed militia Chriſti rationabiliter perfungantur. Vnde Paulus auditoribus ſuis ait. *Omnia autem honeſtè, & ſecundum ordinem fiant.* Et iterum. *Nemo, inquit, coronabitur, niſi qui legitimè certauerit.* (1. Cor. 14.g. 2.Tim 2 a.)

e *Et dixit his.* Scriptum eſt. n. in Deuter. *Homo formidoloſus, & corde pauido non egrediatur ad bellum: vadat & reuertatur in domum ſuam, ne pauere faciat corda fratrum ſuorum, ſicut & ipſe timore perterritus eſt.* Quib. verbis edocet non poſſe quenquã profeſſionẽ contẽplationis, vel ſpiritalis militiæ arripere exercitũ, qui adhuc nudari terrenis opib pertimeſcit. Ne F (Deut. 20.b.)

rurſus

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 In Iſrael. *Ibi. n. congregabatur populus Iſrael ad orandum dominum, vt habetur 1. Reg. 7.*

2 Et ieiunauerunt die illa. *ad ſe corã domino affligẽdũ in victu*

3 Et induerunt ſe cili. *id ſe affligendum in veſtitu.*

4 Et cinerem impoſuerũt capiti ſuo. *in ſignũ humiliationis.*

5 Et diſſuerunt veſtimenta ſua. *i. ſciderunt in ſignum afflictionis.*

6 Et expanderunt libros legis. *ad oſtendendum: ꝙ parati erãt pro lege ſe exponere periculis mortis.*

7 De quibus ſcrutabantur gentes ſimilitudinem ſimulacrorum ſuo. *Aliqui. n. Gentiles magis ſubtiles, & literati volebant arguere cultũ idolorũ ex libris Moyſi, nam Exo. 25. præcipitur quod intra ſanctumſanctorũ ponerentur imagines cherubim. Sed hoc non valet, quia non ponebatur ibi ad hoc quod colerentur, ſed oſtenderetur quod angeli per cherubim repræſentati ſeruiũt Deo, cuius ſedes figurabatur per propitiatorium quod remanebat vacuum, ad ſignificãdũ, ꝙ deitas nõ põt ꝑ imaginẽ repſẽtari, vt diffuſius dictũ fuit ibid.*

8 Et attulerunt ornamenta ſacerdotalia. *Et ſubditur cauſa quare iſta adduxerunt ad illum locum, cum dicitur.*

9 Et clamauerũt voce magna. *ad impetrãdũ Dei miſericordiã*

10 Quid faciemus iſtis. *nam extra Ieruſalem non erat locus ſacrificij. Nazaræi verò tenebantur offerre ſacrificia in expletione voti ſui, Num. 6. Similiter ſacerdotes non poterant vti veſtibus ſacerdotalibus, niſi in miniſterio tẽpli, ad quod non poterant accedere propter Gentiles qui erant in arce, vt prædictum eſt, ideo ſubditur.*

11 Et quo eos ducemus. *q. d. non eſt alius locus.*

12 Et ſancta tua. *i. templi loca.*

13 Conculcata ſunt. *a Gentilibus.*

14 Et conta. *ſ. ex luxurijs, & idololatrijs ibidem exercitus.*

15 Et ſacerdotes tui facti ſunt in luctum. *non potentes tibi miniſtrare, ſed ſolum miſeriam ſuam lugere.*

16 Et in humilitatem. *i. deiectionem.*

17 Et ecce nationes con. &c. vt nos diſperdant. *q. d. non ſufficiunt eis mala nobis illata, niſi nos penitus deleant de terra.*

18 Et tubis exclamauerũt voce magna. *vt miſericordiam implorarent, non ſolum vocibus humanis, ſed etiam muſicis inſtrumentis, ſicut aliquando repulſantur eccleſiæ campanæ contra periculum fulguris & tempeſtatis.*

19 Et poſt hæc conſtituit Iudas duces populi. *Hic conſequenter ponitur apparatus Iudæorum per exercitus diſpoſitionem, cum dicitur.* Et poſt hæc conſtituit Iudas duces populi. *nam in periculis non eſt omittendum ſcienter, quod ſecundum humanam prouidentiam poteſt fieri, aliter videretur quædam tentatio Dei.*

20 Tribunos. *qui præeſſent mille bellatoribus.*

21 Et centuriones. *qui centum.*

22 Et pentacontarchos. *qui quinquaginta, & dicitur a penta, quod eſt quinque, & coſtes decem, & archos princeps, quia quinque decennarijs præſidebant.*

23 Et decuriones. *qui decem præeſſent.*

24 Et dixit his qui ædificabant dom. &c. *Sequitur ſecundũ legem, quæ habetur Deu. 20. Et horum ratio fuit ibi dicta.*

* Et

*MORALITER.*

† 2 *Et ieiunauerunt.* ſe affligendo.

4 *Et cinerẽ impoſuerunt ſuper capita ſua.* ſe humiliando. Hæc enim debent fieri tempore tribulationis, vt oratio de liberatione populi apud Deum, ſit magis exaudibilis.

† *Et ſuſcitauerunt Nazaręos.* Per quos ſignificantur religioſi qui ſeparati ab alijs in modo viuendi, & tempore tribulationis dẽnt ad orandũ ꝑ cęteris excitari. Et ideò ſubdit.

9 *Clamauerunt voce magna in cœlum.*

19 *Poſt hæc conſtituit Iudas duces populi.* Quia non ſolum debent eſſe orationibus intenti, ſed etiam in ſtatibus ſuis bene ordinati.

24 *Et dixit his qui ędificabant domos.* Per iſtos ſignificantur illi qui ſunt temporalibus nimis intenti, & in delectatione carnali nimis effuſi, propter quod ad ſpirituale prœliũ non ſunt apti, &c.

☞ rurſus infirmitate mentis ad priſtinas ſordes reuertatur,
A ſuoque exemplo alios ab euangelica perfectione reuocet & fidelium vigorem infirmet. Iubentur itaq; tales, vt diſcedentes a pugna reuertantur in domum ſuam, quia nõ poſſunt duplici corde bella domini præliari. *Vir enim duplex animo inconſtans eſt in omnib. vijs ſuis.* Tales quippe oportet, vt nec initium † renouationis arripiant, quibus melius eſt in actiua vita conſiſtant, quam tepidè contemplationem exequentes maiori diſcrimine ſeipſos inuoluant. *Melius eſt.n.non vouere quam vouere, & non reddere.* Similiter, & ille a tali militia ſuſpenditur, qui vxorem duxerit, qui plantauerit vineam velut propagines filiorum. Nõ enim poteſt ſeruire diuinæ militiæ ſeruus vxoris. Nec poteſt aſſequi ſtudium contemplationis, qui adhuc in delectatione configitur carnis, *Nemo,* inquit Apoſtolus, *militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus vt ei placeat cui ſe probauit.*

Iacob.1.b.

†renuntiationis.

Eccl.5.a.

Actiuam uitam contemplatiua præeligere quibuſdam conſulendũ eſt.

2.Tim.2.a.

B a *Et mouerunt caſtra, & colloca.* Rectè exercitus Iudæ ad auſtrum Emmaum caſtra collocare dicuntur, quia milites Chriſti cum contra hoſtes ſuos præliari diſponunt, calore fidei magis ſe animare quam frigore infidelitatis torpere eligunt.

ficabant domos, & ſponſabant vxores, & plantabant vi-
neas, & formidoloſis, vt redirent vnuſquiſque in domum
ſuam ſecundum legem. Et mouerunt caſtra, & collocaue-
runt ad auſtrum Emmaum. Et ait Iudas, Accingimini, & 1
a eſtote filij potentes, & eſtote parati in mane, vt pugnetis
b aduerſus nationes has quæ conuenerunt diſperdere nos,
& ſancta noſtra, quoniam melius eſt nos mori in bello, 2
quãm videre mala gentis noſtræ, & ſanctorum. Sicut au- 3
tem fuerit voluntas in cęlo, ſic fiat.

b *Et ait Iudas, Accingimini.* ✻ Ioſeph. Suos talibus hortabatur affatibus. Tempus quidem vobis non aliud neceſſarium eſt ò ſocij, niſi vt fortiter pericula contemnatis. Nunc.n.licet viriliter certando accipere libertatem, quam & propter ſeipſam vobis charam, & pro diligentia colendi Deum plus deſiderabilem eſſe confido. Tanquam ergo in hoc ſolo vobis poſitis, vt accipiẽtes eam, felicem & beatam renouetis vitam, quaſi vt ſecundum leges, & cõſuetudines conuerſemur. Agite, ne fortè per negligentiã noſtrã Iudaicæ gentis ſemen intereat. Ita ergo pugnate, mortem pro maximo lucro putantes, vt ſi viceritis, cum libertate & patrijs legibus æternam gloriam poſſideatis. Parate ergo vos craſtina die audacibus animis, vt bellum pro lege patria committatis. Iudas quidem incitãs ſocios ita loquutus eſt. D

Talis debet eſſe doctrina ſanctorum prædicatorum, taliſque exhortatio, vt incitent animos auditorum ſuorum, roborentque corda illorum ad reſiſtendum diabolo, & exercitui eius, ſpem quoque victoriæ ſoli Deo committant. E

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et colloc *Ioſephus dicit Emmaus quæ diſtat a Ieruſalem ſexaginta ſtadijs, vt habetur Lucæ vltimo.*

Ioſephus.

2 Melius eſt.nos.mo. in b. *Iuſto, quæ mors eſt virtuoſa.*

3 Quam videre mala gentis noſtræ, & ſanctorum. *Quæ eſt vita probroſa, cui bona mors eſt præeligenda.*

C A P. IIII.

Rabanus. Miſticè.

a E*T aſſum. Gorg.* Gorgias quinque milia in exercitum ſuum aſſumit, cum diabolus carnales quinque ſenſibus corporis debitos illecebra voluptatem ſibi adunare contendit. Mille equites ſecum tollit, cum omne bellum ſuum in ſuperbia, & contemptu mandatorum Dei agere diſponit, quatenus contrariæ partis in hoc agmina ſuperet cum eos præuaricare præcepta Dei ſuadet. *Initium enim omnis peccati ſuperbia eſt,* vbi autor mortis ſibi, & ſequacib. ſuis inuenit ruinam. Et benedicitur, *quod nocte promouerit caſtra.* quia totam nequitiam ſuam per cæcitatem mentis in ſibi ſubiectis explere concupiſcit, vt nullo modo præuideant, qualis ſibi ruina ex conſenſu peccati immineat.

Eccl.20.b.

C b *Et fi. qui e. ex ar.* Arx hic non altitudinem virtutum, ſed extollentiam vanæ gloriæ ſignificat. Illæ enim peccatoribus ducatum præbent, qui in ſuperbiam ſe erigere audent. Poſſunt, & maligni ſpiritus in his ducibus aduerti, quia ad eius partem pertinet qui dixit. *In cęlum aſcendã, & ponam ſolium meum ad aquilonem, & ero ſimilis altiſſimo.* Iſti.n duces iniquitatis in foueam, & voraginem ſcelerum conſentientes ſibi nunquam trahere deſiſtunt.

Iſ.

C A P. IV.

a ET aſſumpſit Gorgias quinque milia viro 1
rũ, & mille equites electos. Et mouerunt
caſtra nocte, vt adplicarent ad caſtra Iu-
dæorum, & percuterent eos ſubitò. Et fi 2
b lij q erãt ex arce, erãt illis duces. Et audi- 3 4
c uit Iudas, & ſurrexit ipſe, & potentes per 5

c *Et audiuit Iudas, & ſurrexit ipſe.* ✻ Ioſeph. Gorgias ꝓuios duceſq; itineris ſui habebat aliquos de fugientibus Iudæis. Caſtris aũt in Emmaus luceſcente die apparuit Iudas cũ tribus millibus plus minus armatis, vt cũque propter paupertatem. Qui reſpiciens aduerſarios optimè ſeptos, & ſtudio militari diſpoſitos, inuitauit ſuos dicens. Etiam nudis corporibus pugnare debemus, & Deum inuocare, qui ſæpius nos inermes contra plures, & armatos fecit habere victoriam, &c.

Nota lector, ꝙ pars aduerſa quæ iuncta fuit Gorgiæ totam diſpoſitionem ſui belli in nocte facit, & Iudas atque ſui ſequaces in die, quia operatores ſcelerum, & F
☞ executores

NICOLAVS DE LYRA.
C A P. IIII.

Diuiſio.

✻ 1 ET aſſum Gorgias.q. mi. *Poſtquam deſcriptus eſt pugnæ apparatus, hic conſequenter deſcribitur conflictus. Circa quẽ primo ponitur Iudę decertatio, ſecundò deuictis aduerſarijs templi purificatio, ibi,* Dixit autem Iudas. *Prima in duas, quia primò ponitur conflictus Iudæ cum exercitu miſſo a Lyſia. Secundò cum ipſo in perſona propria, ibi.* Quicunque autem alienigenarum. *Prima adhuc in tres, quia primò ponitur Gorgiæ inſidiatio. Secundò inſidiantis deluſio, ibi.* Et audiuit Iudas. *Tertio deluſi fugientis confuſio, ibi.* Et adhuc loquente. *Inſidiatio verò Gorgiæ fuit, quia diſpoſuit de nocte venire ad caſtra Iudæorum, & eos occidere ex improuiſo. Et patet litera vſque ibi.*

2 Et filij.*ſ.alienigenarum.*

3 Qui erant ex arc.*i.numero illorum qui erant in arce Sion ad nocendum Iudæis quantumcunque poterant.*

4 Erant illis duces. *Quia ſciebant loca circa Ieruſalem per quæ frequenter diſcurrebant ad deprædandum Iudæos.*

5 Et audiuit Iudas, & ſurrexit ipſe, & potentes percutere virtutem exercituum regis. *Hic conſequenter ponitur inſidiantis deluſio, quia fraus Gorgiæ fuit reuelata Iudę, & tunc cum omnibus bellatoribus ſuis exiuit de tentorijs ad percutiendum partem exercitus regis, quæ remanſerat in caſtris antequam Gorgias cum alia parte rediret, qui credens fugiſſe Iudęos in montibus, quærebat eos, & interim Iudas aliam partem exercitus debellauit, & ſic artem arte deluſit, & his dictis patet litera paucis exceptis quæ diſcurrentur.*

MORALITER.

† 1 *Aſſum. Gor. q. m.* Qui interpretatur diuiſio, & ideo ſignificat dęmonem, qui per ſe, & per homines malos diſſenſionem ponere nititur inter bonos, ſed cum bonus prælatus hoc audit, debet velociter occurrere ad remedium ad ✻ *Adhibendum* ne diſſenſionis ignis creſcat, intantum quòd non poſſit extingui. Ideo ſequitur.

5 *Et audiuit Iudas, & ſurrexit ipſe, & potentes percutere virtutem exercituum regis.* Ad tollendum diſſenſiones, quo facilius fieri poteſt in principio, quod ſignificatur per hoc quod ſubditur.

† *Ad*

executores errorum comitantur ſemper rectores tenebra
A rum,lucem odiendo diuinorum præceptorum,& obſcu
ſ5. d. ritatem diligendo ſecularium voluptatum. Vnde per Paulum dicitur: *Qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. Nos autem qui diei ſumus, non ſumus noctis filij, neque tenebrarum*. Verum Iudas hoc eſt confeſſor Dei omnem apparatū belli in luce fidei, atq; meditatione legis Dei ordinat. Vnde cum tribus milib. virorum tātum in campo apparet, cū illis videlicet qui non in mundana potentia, ſed in fide patris, & filii, & Spiritusſancti fiducialiter agētes cum ſim-
14.g. plicitate mentis vitam honeſtam in hoc mundo ducere ſtudent.

a *Et nunc clamemus in cælum, &c.* ✻ Bernardus. Nunc filioli, clamemus in cœlū, & miſerebitur noſtri Deus noſter. Clamemus in cœ-
B lum, quia ſub cælo omnia labor, & dolor, vanitas, & afflictio ſpiritus. Denique prauū eſt cor hominis, & imperſcrutabile: proni ſēſus eius in malum.

✻ Rup. Conuenerant exercitus multorum millium in terra Iuda, ipſi autem Iudæi cum pauci eſſent, & nunc clamemus (dixerūt) in cœlum, & miſerebitur noſtri Deus, & conteret iſtos an-
C te faciem noſtram hodie. Plena eſt hiſtoria dierum illorum, rerumque geſtarum ſeries clamoribus huiuſmodi, qui verè ſecundum prǽſcriptum myſterium, clamores erant mulieris in vtero habentis, & parturientis, & in pariendo magnum cruciatum habentis.

✻ Chryſ. Nihil fortius homine legitimè orante. Nam ſi ſæuum principem quendam qui neque Deum timebat, nec hominē reuerebatur placare potuit mulier, multomagis Deum alliciet qui ei iugiter aſſiſtit, vincit ventrem, & delitias eliminat. Si verò corpus tuum infirmum eſt ad ieiunium, non tamen eſt infirmum ad orandum, nec ad ventris deſpectum imbecille, &c.

b *Et*

cutere virtutem exercituum regis, quæ erat in Emmaum.
Adhuc enim diſperſus erat exercitus a caſtris. Et venit Gor- 1
gias in caſtra Iudæ noctu, & neminem inuenit. Et quærebat
eos in montibus, quoniam dixit: Fugiunt hi a nobis Et cum †
dies factus eſſet, apparuit Iudas in campo cum tribus mili-
bus virorum tantum, quia tegumenta, & gladios non habe 2
bant. Et viderunt caſtra gentium valida, & loricatos, & equi- 3
tatus in circuitu eorum: & hi docti ad prælium. Et ait Iu- 4
das viris qui ſecum erant: Ne timueritis multitudinem eo-
rum, & impetum eorum ne formidetis. † Mementote quali- 5
ter ſalui facti ſunt patres noſtri in mari rubro, cum ſequere-
a tur eos Pharao cum exercitu multo. Et nunc clamemus in
cœlum, & miſerebitur noſtri dominus: & memor erit teſta-
menti patrum noſtrorum, & conteret exercitum iſtum ante
faciem noſtram hodie: & ſcient omnes gentes, quia eſt Deus
b qui redimat, & liberet Iſrael. † Et leuauerunt alienigenæ ocu
los ſuos, & viderunt eos venientes ex aduerſo. Et exierunt
de caſtris in prælium, & tuba cecinerunt hi qui erant cum 6
Iuda. Et congreſſi ſunt, & contritæ ſunt gentes, & fugerunt †
c in campum. Nouiſſimi autem ceciderunt in gladio, & per-
ſecuti ſunt eos vſque Gazerō, & vſque in campos Idumææ,
d & Azoti, & Iamniæ: & ceciderunt ex illis vſque ad tria milia
e virorum. Et reuerſus eſt Iudas, & exercitus eius ſequens †
eum. Dixitque ad populum: Non concupiſcatis ſpolia, †

b *Et leuauerunt alienigenæ oculos ſuos, & viderunt eos venien-* D
*tes, &c.* Venientibus ex aduerſo hoſtibus in prælium ſocij Iudæ tuba canunt. & conteruntur gentes, quia per tubæ ſonitum vox prǽdicationis exprimitur. Milites Iudæ tuba canunt, cum prǽdicatores Chriſti euangeliū in mundo annuntiant. Vñ conterūtur hoſtes, qa huic fidei Chriſti ſubijciuntur gētes, necnon, & ſpiritales inimici virtute conterūtur Chriſti, atque gladio Spiritusſancti trucidati merguntur in profundum abyſſi.

c *Et perſecuti ſunt eos vſque Ga.* Nomina locorum vſque quo perſecutus eſt Iudas hoſtes ſuos, demonſtrant virtutis ſuæ efficaciam. Allego.
Gazeron enim interpretatur iuxta lumen meum. Idumea rufa ſiue terrena. Azotus ignis patruelis. Iamnia mare ſiue dextera eius. E
Et qd per Gazeron, niſi lumen fidei: & quid p Idumæam, niſi Gentilitas? Quid aūt per ignē patruelem niſi ardor charitatis? & quid per Iamniā niſi profunditas ſciētiæ, & effectus boni operis demonſtratur? Tamdiu ergo perſequitur chorus ſanctorum doctorū Gentilem populum, donec illum ab errore Gentilita-
tis ad lumen fidei perducat, & ignem charitatis in eo acce F
dat, prouocetque eum ad meditationem diuinæ legis, atq; ad ſtudium boni operis Hæc enim perſecutio ſalutifera eſt, & interfectio ſalubris Vnde ſubiungitur.

d *Et ceciderunt ex illis vſque ad tria milia vir. &c.* Sicut enim tria milia fuerunt ſociorum Iudę qui perſequebantur: ſic & ceciderunt ex hoſtium parte tria milia virorum. Ceciderunt enim non vt funditus interirent, ſed vt poſt caſum erecti melius ſtarent: quia imbuti ſanctæ trinitatis fide ad eorum ſocietatem pertingere ſtudebant, quos ſe pio animo perſecutos eſſe agnoſcebant.

e *Et reuerſus eſt Iudas, & exercitus eius, &c.* Milites quoque Chriſti nequam imminente bello citò debent eſſe ſecuri de victo-

Vita præſens bello continuo peragitur, aliter in futura.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Adhuc enim diſperſus erat exercitus a caſtris. *Quia illa pars exercitus quam Gorgias ſecum duxerat, adhuc non redierat ad caſtra regis.*

2 Quia tegumenta. *i. arma ad ſe protegendum.*

3 Et gladios. *Ad inuadendum.*

4 Non habebant. *Propter inopiam, vt dicunt aliqui. Sed hoc non videtur verum: quia de ſpolijs exercitus Apollonij, & exercitus Seron acquiſierant arma in bona quantitate, vt patet capite præcedenti, & ideo libri correcti ſic habent:* quia tegumenta, & gladios non habebant, *& in hoc redditur cauſa quare Iudas apparuit in campo cum tribus milibus tantum: quia licet acquiſiuiſſent arma in præcedentibus victorijs, non tamen in tanta copia, quod poſſent armare vltra tria milia virorum bellatorum, & ſic eſt ſenſus, quia tegumenta, & gladios non habebant, ſ. ad armandum plures quam tria milia.*

5 Mementote qualiter ſalui facti ſunt patres noſtri in mari rubro, cum ſequeretur e. *Exod. 14.g.*

6 Et tuba ceci. qui erant cum Iud. *ad animandum bellatores ſuos ad prælium. Cætera patent.*

✻ Et

*MORALITER.*

1 *Adhuc enim erat diſperſus exercitus.* Et ſubditur pugnādi modus, cum dicitur.

† *Et cum dies factus eſſet apparuit Iudas in campo cum tribus milibus.* Per quod ſignificatur, quòd talis pugna debet eſſe in confidentia ſanctiſſimę trinitatis corde credendo, & ore confitendo. ideò ſubditur.

† *Et tuba.* Per quod ſignificatur clamor fidelis confeſſionis, & deuotę orationis. Et ſequitur effectus debellationis, cum ſubditur.

† *Et contritæ ſunt gen.* Verè namque conteruntur, quando de malis ſuis pœnitent, & conſilio pacis acquieſcunt.

† *Dixitque ad po.* ſ. Iudas.

† *Non concupiſcatis ſpo.* Per hoc ſignificatur, quod prǽlatus bonus debet inducere populum ſuum, vt non quęrat in vita prǽſenti prǽmium debellatione aliquorum vitiorum: nam adhuc imminet bellum: ſed finito bello contra vitia recipietur prǽmium in ſecuritate magna, quod quidem bellum in morte iuſti finitur, & tunc prǽmium ſecurè accipitur.

† *Et*

quia bellum contra nos eſt:& Gorgias,& exercitus eius pro-
pe nos in montibus,ſed ſtate nunc contra inimicos noſtros,
& expugnate eos,& poſt hæc ſumetis ſpolia ſecuri. Et adhuc 1
loquente Iuda hæc,ecce apparuit pars quædam proſpiciens 2
de monte. Et vidit Gorgias quòd in fugam cõuerſi ſunt ſui, 3 4
& ſuccenſa ſunt caſtra. Fumus enim qui videbatur declara- 5
bat quod factum eſt. Quibus illi conſpectis timuerunt val- 6
dè,aſpicientes ſimul, & Iudam, & exercitum in campo pa-
ratum ad prelium. Et fugerunt omnes in campo alienigena-
rum,& Iudas reuerſus eſt ad ſpolia caſtrorum. Et acceperunt †
aurum multum,& argentum,& hiacynthum,& purpuram
a marinam,& opes magnas. Et conuerſi hymnum canebant, †
& benedicebant Deum in cœlum,quoniam bonus eſt, quo
b niam in ſeculum miſericordia eius. Et facta eſt ſalus magna
c in Iſrael in die illa. Quicunque autem alienigenarum euaſe 7
runt, venerunt & nuntiauerunt Lyſiæ vniuerſa quæ accide-
rant. Quibus auditis ille cõſternatus animo deficiebat,quia †
non qualia voluit,talia contigerunt in Iſrael,& qualia man
d dauit rex. Et ſequenti anno congregauit Lyſias electorum † 8
virorum ſexaginta milia,& equitum quinque milia, vt de-
bellaret eos. Et venerunt in Iudæam,& caſtra poſuerunt in
† Bethoron, & occurrit illis Iudas cum decem milibus
viris. Et viderunt exercitum fortem, & orauit, & di-
xit: Benedictus es Saluator Iſrael, qui contriuiſti impe- 9
tum potentis in manu ſerui tui Dauid, & tradidiſti ca- 10

de victoria,ſed tandiu debent præliari,donec certi ſint de A conuerſione hoſtium ſpiritualium. Cum enim perſequẽdo hoĩes peccatores ſeu infideles,eos conuerterint ad pœnitentiam peccatorum,& ad fidem Chriſti quæ per dilectionem operatur bona opera, tunc oportet,vt eorũ colligant ſpolia, hoc eſt eorum vtantur ſcientia, ac pij laboris communicent induſtria. In auro enim poſſumus accipere ſapientiam. In argento, eloquentiam. In hiacyntho, cœleſtem conuerſationem. In purpura, per martyrium ſanguinis effuſionem. Tunc enim fructuoſè colligimus has opes cum in fide recta inuenimus eas eſſe acce- B ptabiles. Si autẽ ad ſpiritales hoſtes hãc transferimus victoriam,tũc debemus eſſe ſecuri, cũ poſt finem præſentis vitę non eſt neceſſe hoſtiũ inſidias vereri. Tunc enim ſalubriter colligimus ſpolia,quãdo laboris noſtri a Chriſto condigna accipiemus præmia. Vnde bene dicitur Iudas ſuos exhortari, vt non concupiſcerẽt ſpolia, cum inimicorum ſęua imminebant bella. Cum penitus inimici ſuperati erant, tunc C cum ſuis reuerſus eſt ad ſpolia caſtrorum colligẽda:quia neceſſe eſt, vt prędicator quiſque admoneat auditores ſuos vt inimicorum pręcaueant iacula,quandiu tempus eſt belli. Cum autem peruenerit tempus pacis ipſius videlicet pacis,quam Saluator diſcipulis ſuis promiſit dicens: *Pacem meam do vobis*: tunc prelati ſimul,& ſubditi gaudiũ æternum habebunt de percepta remuneratione,quia nequaquam vltra pertimeſcent de ſequẽti laborum lachrymarum dolore: Tuncque Deo adiutori ſuo laudes canendi tempus eſt. Vnde ſcriptum eſt.

† Bethſoris.

Ioan. 14. d.

Deus quomodo agnoſcitur, & glorificatur.

a *Et conuerſi hymnum.* Salus magna eſt in Iſrael, quando numerus credentium multiplicatur in domino populorum,qui Saluatorem agnoſcunt fide, confitentur ore, atque in bona glorificãt operatione. Siue aliter: Tunc in Iſrael ſalus erit magna, quando in eccleſia Chriſti aduerſitas erit nulla. Et ſignanter additum eſt.

b *In die il.* In die vtique reſurrectionis,qñ ſponſa nobiliſſima in cęleſti regno ſuperno iungetur ſponſo,qñ omnes ſancti in conſpectu Dei non ſolum de animarum requie D ſuarum, ſed & de corporum gaudebunt immortalitate.

c *Quicunque autem alie.* Denique alienigenæ euadentes victoriam Iudæ annuntiant Lyſiæ,quia qui non per ſanctorum doctorum miniſteria Chriſti ſaluberrima capiũtur prędа pręceptorib. ſuis a quib. nutriuntur ad mortem (licet inuiti,quia veritate coacti) gloriam annuntiant Chriſti. Lyſias enim qui interpretatur generans,ſignificat mũdi potentes, qui licet ſint generati,nõ tñ baptiſmate Chriſti meruerunt regenerari. Hi ergo militum Chriſti audientes victoriam, conſternuntur,aĩo deficiuntque, quia non qualia voluerunt, talia contige- E runt in Iſrael. Et qualia mandauit rex, corũ enim voluntas talis erat, vt nõ pręualeret euangelij per ſanctos doctores prędicatio: neque in domino credentium augeretur multitudo. Et talia etiam ſuis rectoribus hoc eſt immundis ſpiritibus placere ſciebant:qa in prophanis idolorum ſimulachris diuino cultu ab hominibus venerati, hoc eis perſuadebant, vt fidem Chriſti non reciperent, ſed non pręualebant. quia pater gloriam filij ſui in vniuerſis nationib. longè lateq; manifeſtabat. F

† Idu

d *Et ſequenti anno congregauit Lyſias electorum virorum ſexaginta milia equitum, &c.* Eligit Lyſias ſexaginta milia virorum,& equitum quinque milia ad bellandum contra Iſrael:cum omni tempore iſtius mundi(quod ſex ætatibus diſtinguitur per quinque ſenſus corporeos, princeps huius ſęculi incitantibus tenebrarum harum rectorib. milites Chriſti diuerſis vitijs laniando ſuperare contendit: ac per malos homines bonorum meditatur necem. Sed occurrit illis Iudas cum decem milibus virorum, quia regis noſtri exercitus in hoc eſt validior cęteris,quòd per omnia ſtudet diuinis obtemperare pręceptis, aſſiduaſque preces ad dominum mittens eius confortatur manu, in cuius maximè confidit potentatu, & tamdiu inſiſtit prelio donec inimici ſui atque aduerſaria turma ſpiritali ad perfectum iugulentur gladio. vnde in prece Iudæ ſubiungitur.

Deiice-

## NICOLAVS DE LYRA.

*1 Et adhuc lo. Iuda. *Hic conſequenter ponitur Gorgię deluſi confuſio,quia fugit timẽs confligere cum exercitu Iudę,ideo dicitur.*

2 Ec. apparuit pars quędam. *ſ. illa pars exercitus regis quam ſecum duxerat Gorgias, vt prędictum eſt.*

3 Proſpiciens de monte,&cæt. *in quo Gorgias quæſierat Iudæos.*

4 Et vidit Gorgias,quod in fugam,&c. *ſ. illi quos reliquerat in caſtris.*

5 Et ſuccenſa ſunt caſtra. *eorum a Iudæis.*

6 Quibus ille conſpectis,&c. Et fuger. *non audentes cum Iudæis confligere. Cætera patent.*

7 Quicunque autem. *Deſcripto conflictu Iudę cum exercitu miſſo a Lyſia,hic conſequenter ponitur eius conflictus cum exercitu Lyſię in perſona propria. circa quod primò ponitur motiuum Lyſię. Et patet eius apparatus cum ſubditur.*

8 Congrega. Lyſias.ele.vi. *ſ. peditum. Secundò ponitur Iudę occurſus,ibi: Et occurrit eis Iudas, &c. & oratio eius, cum ſubditur.*

9 Benedictus es Saluator,&c *i. Golię. hoc habetur. 1. Reg. 17.*

10 Et tradidiſti caſtra alienigenarum. *1. Reg. 14. Tertio ponitur vtrorumque conflictus, cum dicitur:* Et commiſerunt prelium,&c. *& patet litera.*

* Dixit

## MORALITER.

† *Et acceperunt aurum multum.* per quod ſignificatur remuneratio Dei pretioſa.

† *Et conuerſi hymnum canebant.* nam in remuneratione patrię eſt laus perpetua.

† *Quibus auditis ille conſternatus animo deficiebat.* Sicut dictum eſt ſupra p Lyſiã ſignificatur tyrannus,qui de victoria bonorum turbatur: & ideo quęrit vias, quomodo poſſit eis amplius nocere:quod ſignificatur cum dicitur,

† *Et ſequenti anno congrega. Lyſias.* ſed Iudas eum debellabat cum decem milibus virorum per quod ſignificatur obſeruatio decem decalogi mandatorum,per quam conteritur exercitus vitiorum.

† Dixit

ſtra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul, & armigeri
eius. Conclude exercitum iſtū in manu populi tui Iſrael,&
cōfundantur in exercitu ſuo, & equitibus. Da illis formidi-
nem,& tabefac audaciam virtutis eorum, & commoueātur
a contritione ſua: Deijce illos gladio diligentium te,& collau-
dent te omnes qui nouerunt nomen tuum in hymnis. Et
commiſerunt prælium,& ceciderūt de exercitu Lyſiæ quin-
b que milia virorum. Videns autem Lyſias ſuarum fugam, &
Iudæorum audaciam,& quòd parati ſunt aut viuere, aut mo
ri fortiter, abijt Antiochiam, et elegit milites, vt multiplicati
rurſus venirent in Iudæam. Dixit autem Iudas, et fratres 1
ejus: Ecce contriti ſunt inimici noſtri, aſcēdamus nunc mun †
dare ſancta, et renouare Et congregatus eſt omnis exercitus,
et aſcenderunt in montem Sion. Et viderunt ſanctificatio- † 2
nem deſertam, et altare prophanatum, et portas exuſtas, et 3
c in atrijs virgulta nata ſicut in ſaltu vel in montibus, et pa- 4 †
ſtophoria diruta. Et ſciderunt veſtimenta ſua, et plan- 5
xerunt planctu magno, et impoſuerunt cinerem ſuper ca- 6
d put ſuum, et ceciderunt in faciem ſuper terram, et exclama- 7 8

a *Duce eos.* Quinque ſunt libri legis Dei,& quinq; ſunt ſenſus (vt prediximus) corporei: Qui enim ſecundum doctrinam legis reſtringit concupiſcentiam carnis *auertendo oculos ſuos, ne videant vanitatem*, obturando aures ſuas ne audiant linguam detrahētem, & obſcena carmina ac luſus mundanos, quibus frequenter auditis inquinatū interior homo, qui odoratum atque guſtum ſuum continet, ne illecebra vtatur voluptatum, qui *coercet linguā ſuam a malo, & labia ſua ne loquantur dolum. Diuertit a malo, & facit bonum, inquirit pacem, & perſequitur eam.* Iſte inimicos ſuos ſuperās victoriam capiet ſaluberrimā, & triumpho gaudebit largiſſimo. Sed Lyſias ſpiritalis licet ſemel, bis, terque contritus fugā inierit, tñ non deſiſtit a cœpta nequitia, ſed rediuiua iterū reſuſcitat prælia.

✻ Chryſ. Ad bellum euntes nō tragœdias excitabant nō pęnas canebāt., ſicut nonnulli faciunt: non adſciuerunt tibicines, vt fit in alijs caſtris: ſed Dei supernè auxilium inuocabant, vt adeſſet, opem ferret,& manum præberet, propter quem bellum gerebant, pro cuius gloria decertabant. Videamus ergo quid hæc caſtra Dei loquantur cum ſint hoſtes aggreſſura. Quia enim nonnulli imbecillitatem,& paucitatem conſiderantes molliores erāt, eorum animos ſpiritusque excitans, inſtar precationis compoſitam exhortationem facit ad comilitones, & Deum alloquens, eos promptiores reddit, & alacriores. Neque enim tantum virium habuiſſet ad eos conuerſa oratio, ſicut ad Deum directa.

b *Videns au. Lyſias.* Bene dicitur, quòd Iudas contritis hoſtibus atque ſopitis ad tempus bellis. hortatur ſuos, quòd mundarent ſancta ac renouarent: quia maximum ſtudium habent ſancti doctores, vt in quibuſcunque læſa ab hoſtibus ſubiectorum ſibi fuerit eccleſia, ad priſtinum ſtatum ſanctæ conuerſationis iterum reſtauretur. Iuxta tropologiam autem neceſſe eſt, vt vnuſquiſque fidelis mentem ſuam quam bene montis Sion vocabulo deſignatam poſſumus accipere, quia Sion ſpeculum interpretatur. Et *beati ſunt mundi corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Matth. 5. a. Si aliquid per fraudem hoſtis in eo pollutum eſt factum inſtanti niſu expurget, donec ad integrum renouetur. Ibi enim,& deſertam ſanctificationem & altare prophanatum, & portas exuſtas intelligere poſſumus, quia ibi laudis hoſtia in altare fidei Deo immolabatur, & ingreſſus cœleſtis vitæ meditabantur. In atrijs verò virgulta naſcuntur: cū in cordibus humanis ſuperfluarum cogitationum multitudo generatur.

c *Paſtophoria* (ait) *vide. di.* Paſtophoria Græcè dicūtur thalami vel cubicula, in quibus Leuitæ excubabāt in atrijs domus domini, quorum commemoratio fit in vltima viſione Ezechielis prophetæ. Paſtophoria ergo diruūtur cū ſecreta mentis per deſideria illicita dilanianrur. Sed hæc omnia maximè opus eſt, vt per pœnitentiam peccatorum, & emundationem morum, ac pias preces ad dominum inſtantiſſimè purificentur. Vnde rectè de exercitu Iudæ ſcriptum eſt: *Quod cum viderent ſanctificationē deſertam, ſciderunt veſtimenta ſua, & planxerunt planctu magno.* Supr. 2. b.

d *Et exclamauerunt, &c. Tunc ordinauit Iudas vi.* Aptè dictum eſt, quod ordinauerit Iudas viros, vt pugnarent aduerſus eos qui erant in arce, donec emundarent ſancta: quia hoc ordinat redēptor noſter per prędicatores ſuos, quatenus milites ipſius aduerſus eos qui inhabitant in arce ſuperbiæ, hoc eſt homines inflationis ſpiritu elatos vel etiam malignos ſpiritus ſuperbia tumentes inſtanter pugnent donec corda electorum ab omni labe iniquitatis expurgent.

✻ Seuerus Sulpit. Iudas pulſis hoſtibus, Hieroſolymam regreſſus, purgare templum. & reſtituere, animum intendit: quod euerſum ab Antiocho, profanatumque a gentibus, fœdam ſui ſpeciem præbebat. Sed Syris arcem tenentibus, quæ continua templo, & loci natura ſuperior atque inexpugnabilis erat, adiri ſubiecta non poterant, Lib. 2. ſacræ hiſt.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Dixit autem Iudas, & fratres eius. *Poſtquam deſcripta eſt Iudæ decertatio, hic conſequenter repreſſis hoſtibus deſcribitur templi purificatio. Et ſecundò purificatæ renouatio, ibi:* Et acceperunt lapides. *Tertiò, altaris dedicatio, ibi:* Et fecerunt dedicationem. *Circa primum primò ponitur lamentum deſtructionis, cum dicitur.*

2 Et vide. ſancti. *ſ. ipſum templum.*

3 Et alta. *ſ. holocauſtorum.*

4 Prophanatum, & portas exuſtas, &c. *Nam ibi poſitum fuerat idolum, vt dictum eſt ſupra 1. i.*

5 Et in atrijs. *ſ. in atrio ſacerdotum, & in atrio virorum mundorum, & in atrio immundorum.*

6 Et paſtophoria diruta. *i. domunculas circa atria ſacerdotum ædificatas, in quibus offerentes hoſtias pacificas comedebant coram domino partem ſibi contingentem. Nam de hoſtijs pacificis vna pars incendebatur ad honorem diuinum, alia cedebat in vſus ſacerdotum. Tertia in vſus offerentium.*

7 Et ſci. veſti ſua. *In ſignum doloris, & humiliationis.*

8 Et exclamauerunt, &c. *De quibus habetur Num. 10. Et dicuntur tubæ ſignorum, quia per illas ſignificabantur plura. ſ. conuocatio ad conſilium, & congregatio ad feſtum, & motio caſtrorum, et exercitatio ad bellum.*

✻ Tunc

## MORALITER.

† 1 *Dixit autem Iudas.* Sequitur.

† *Aſcendamus nunc.* Bonus enim prælatus videns eccleſiam vitijs deformatam habito competenti tempore, debet ſtatim eam viſitare,& eius reformationi inſtare. ideo ſubditur.

† *Et aſcenderunt in montem Sion, &c.* per quem ſignificatur eccleſia malè frequentatur.

2 *Et viderunt ſancti. deſe.* Tunc enim ſanctificatio deſerta efficitur cum eccleſia malè frequentatur.

3 *Et altare.* Per quod ſignificatur ſacerdotium, quia ſicut munus ſuper altare offertur, ſic euchariſtia quæ eſt ſacrificium nouæ legis ſuper caput ſacerdotum eleuatur: ſic ergo altare prophanatur, quando ſacerdotium carnis vitio polluitur.

† *Et portas exuſtas.* Quod fit, quando per cupiditatem ſimoniacam aliqui ingrediuntur.

5 *Et in atrijs, &c. ſicut in ſal.* In quo naſcuntur arbores infructuoſę. Igitur per hęc virgulta ſignificantur infructuoſi clerici, non facientes fructum in eccleſia Dei propter defectum ſcientię & vitę.

6 *Et paſtophoria diruta.* Loca erant in quibus offerentes comedebant de ſacrificijs pacificis coram domino, & ideo per ipſa ſignificatur fidelium communio, quę tunc diruitur, quando Chriſti corpus indignè ſumitur.

7 *Et ſcide. veſtimenta ſua.* Quia boni talia videntes in eccleſia triſtantur,& lamentantur.

† *Tunc*

rant,crebris eruptionibus prohibentibus. Aduerſus hos A Iudas validiſſimam ſuorum aciem obiecit. Ita opus ſacrę ædis curatum,templumq; muro circundatum,conſtitutiq; qui perpetuum præſidium armati agitarent.

uerunt tubis ſignorum,& clamauerunt in cœlum. Tunc or 1
dinauit Iudas viros, vt pugnarent aduerſus eos qui erant in
a arce,donec emundarēt ſancta. Et elegit ſacerdotes ſine ma- 2
cula voluntatem habentes in lege Dei,& mundauerunt ſan †
cta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immun- 3
b dum.Et cogitauit de altari holocauſtorum,quod prophana 4 †
tum erat,quid de eo faceret. Et incidit illi cōſilium bonum,
vt deſtrueret illud,ne fortè eſſet illis in opprobrium:quia cō
taminauerunt illud gentes,& demoliti ſunt illud. Et repo- 5
ſuerunt lapides in monte domus in loco apto,quo ad vſque 6
veniret propheta,& reſponderet de eis. Et acceperunt lapi- 7 8
des integros ſecundum legem, & ædificauerunt altare no- 9 10
c uum ſecundum illud quod fuit prius, & ædificauerunt ſan- 11
cta,& quæ intra domum erant intrinſecus,& ædem,& atria 11 12
ſanctificauerunt.Et fecerunt vaſa ſancta noua,& intulerunt 13
candelbrū,& altare incenſorum,& menſam in templum.Et †
incenſum poſuerūt ſuper altare,& accenderūt lucernas quę † 14

Rabbanus. a *Et elegit ſacerd. ſine ma. volun. habe. in lege Dei, & mundaue. ſancti.* Quia electis his de officio eccleſiaſtico qui erroris lepram,vel ſcelerum maculam in ſe habebant, voluntarios atque moribus probos in fidē Dei elegit adminiſtratores verbi, vt ſanctæ eccleſię conuenticula ab omni erroris contagione efficiat aliena. Ideo ſubiunctum eſt,qđ *tulerit lapides cōtami. in locū immund.* quia hęreticos qui noluerunt per † conuerſationem rectæ B fidei,& ſanæ doctrinæ lapides pretioſi fieri: anathemate perculſos atque de communione eccleſiæ eiectos omnibus patefecit,quod eſſent reprobi. († conſeruatione.)

b *Et cogitauit.* Altare holocauſtorum eſt fides pura, doctrina recta, & conuerſatio munda Chriſti miniſtrorum. Sed hoc altare ſi prophanatum fuerit hęretica prauitate, vel ſcelerum immanitate iam deſtruendum erit: hoc eſt a ſacerdotij dignitate deponendum, ne fortè opprobrium ſit ſanctæ eccleſiæ, quòd habeat prauos, & facinoroſos doctores, qui diabolica aſtutia ſeducti ſunt. Vnde dominus in euangelio diſcipulis ſuis ait: *Vos eſtis ſal terræ: Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur: ad nihilum valet vltra niſi, vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* (Matth.5.) De quo, & Paulus ſcribens ad Titum ait: *Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam increpationem deuita. Sciens quia ſubuerſus eſt qui huiuſmodi eſt, & deliquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus.* (Titum.3 c.) Hinc, & ad quoſdā delinquētes ait: *Per vos nomen Dei blaſphematur inter gētes.* (Rom.2.d.) Taliter ergo depoſito altari C myſtico,reponi debēt lapides iſti, *in mōte domus, in loco apto, quoadusq; e ve. prophe. reſpondeat de eis.* D Quia peccantes redigi debent ſub pœnitentia, donec per ſanctos doctores dijudicetur pro cōmiſſo crimine conueniens ſatisfactio perpetrata. In loco aūt eorum lapides integri ſēm legem ſubſtitui debent, vt fiat altare nouum ſēm illud quod fuit prius: quia homines fide catholica ſani ſcientia ſanctarū ſcripturarum imbuti: bonis moribus religioſi, in locū regiminis vnde ceciderunt prę uaricatores ſurrogari debent ſecundum autoritates vtiq; diuinę legis, vt ſine reprehenſione in nouitate vitę, & norma iuſtitię exhibeatur miniſterium Deo in ſancta eccleſia, quā ſibi acquiſiuit Chriſtus pretio ſanguinis E ſui ſponſam, non habentem maculam neque rugam.

c *Et ædifi. ſan.* Aedificant ſancti prędicatores ſancta intra domum intrinſecus,& ædem, qn̄ ſubiectam plebem, & intrinſecus ornant ſcientia ſanæ fidei, & forinſecus honeſta conuerſatione. Atrium ſanctificant quando nouiter venientes ad fidem ſacramentis diuinis imbuendo dedicant. Faciunt vaſa ſancta noua qn̄ corda hominum ad accipiendum verbum Dei reddūt habilia. Inferunt candelabrum, & altare incenſorum, & mēſam in templum, quando doctrinę ſpiritalis lucem, ſanctæ orationis puritatem,& ſcripturarum ſanctarum meditationem in eccleſia Dei exuſcitant. In candelabro ergo in qua lucere debent lucernæ, rectè ſermonem euangelicæ doctrinę poſſumus aduertere, in quo ſancti doctores igne ſancti ſpiritus accenſi lucere debent, *vt qui ingrediuntur lumen videant.* Vnde veritas ipſa in euangelio ait: *Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt.* Per altare incenſorum ni- F

hil

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Tunc ordinauit. *Hic ſecundò tollitur impedimentum purificationis, cum dicitur:* Tunc ordinauit Iudas, &c. *Vt ſic eſſent occupati in ſua defenſione, vt non poſſent proijcere ſagittas vel ſpicula ad eos qui emundabant loca ſancta. Et conſequenter ponitur ipſa purificatio, cum dicitur.*

2 Et elegit ſacerdo. *i. ſanctæ vitæ, & integrę famæ.*

3 Et tulerunt lapides contamina. *i. lapides altaris, quod fecerant Gentiles ad immolandum idolo ſuper altare holocauſtorum poſito, vt dictum eſt ſupra 1. cap.*

4 In locū immundū. *Lapides aūt altaris domini contaminatos poſuerūt in loco mūdo ſicut ſubditur:* Et cogitauit de altari, &c.

5 Et repoſuerunt lapides in monte domus. *i. in monte Sion vbi erat domus domini.*

6 Quoaduſque veniret propheta. *docens quid eſſet agendum de illis.*

7 Et acceperunt lapides integros ſecundum legem. *Hic conſequenter deſcribitur templi purificati renouatio, & primò quantum ad altare holocauſtorum, cum dicitur:* Et acceperunt lapides integr. ſe. legem. *quæ habetur Exod. 20. & Deut. 27.*

8 Et ædificauerunt altare nouum ſecundum illud. *i. ad ſimilitudinem illius quod fuerat diſſipatum.*

9 Et ędificauerunt ſancta. *reparando ruinas quæ erant in prima parte templi, quæ vocabatur ſancta.*

10 Et quę intra d. erant int. *reparando defectus exiſtentes in ſecunda parte templi, quę dicebatur ſanctaſanctorum.*

11 Et ædem, &c. *i. ædificia quæ erant extra pro habitaculis ſacerdotum.*

12 Et atria ſanctificauerunt. *eradicando virgulta, & aſpergentes luſtrationis aqua.*

13 Et intulerunt candela. & alta. incen. *Hęc. n. tria erant in prima parte templi, menſa propoſitionis in parte Aquilonari, candelabrum in Auſtrali, altare incenſi in medio contra ſanctumſanctorū.*

14 Et incenſum poſuerunt. *i. cremauerunt ſuper altare.*

* Et

## *MORALITER.*

† 1 *Tunc ordinauit Iudas.* Bonus enim prelatus non ſolum debet eccleſiæ diſſipationem lamentari, ſed etiam inſiſtere eius reformationi: in quo primò ſunt impedimenta remouenda, & hoc ſignificatur per hoc quod Iudas ordinauit bellatores contra illos qui in arce erant, per quos ſignificantur dęmones, qui ſunt in arce ſuperbię: & quantum poſſunt impediunt reformationem eccleſię, contra quos pugnatur continua, & feruida oratione.

2 *Et ele. ſacerdotes ſine macula.* Culpę grauis, & infamię.

† *Voluntatem habentes in lege Dei.* Tales enim debent eſſe confeſſores, & prędicatores euāgelij, vt apti ſint ad emundationem populi Chriſtiani.

3 *Et tule. conta.* i. altaris ab idololatris ędificati.

4 *In loc. immund.* quia quicquid ad idololatriā pertinet, eſt abominandum, lapides autem altaris templi repoſuerunt in loco mundo, vt dicitur hic conſequenter.

† *Et cogitauit de alta. holo.* quouſq; ſurgeret propheta qui diceret quid agendum eſſet de ipſis, per quod ſignificatur quod ſi aliqui Chriſtiani contaminentur aliquo peccato publico, & enormi recludendi ſunt in clauſtro ad agendū pœnitentiam ſēm determinationem ſapientis prelati.

7 *Et acceperunt lapi. integros.* i. integrę famæ clericos, ex talibus enim debet eccleſia reformari.

9 *Et ædificaue. ſanct. quæ intra domum erant.* Sequitur.

12 *Et atria, &c.* quæ erant extra templum, per quod ſignificatur, quòd in viris eccleſiaſticis requiritur munditia mentis interioris, & conuerſationis exterioris.

13 *Et intulerunt candelabrum, & alta. incen. &c.* i. ſanctę prædicationis verbum.

† *Et altare incenſorum.* i. celebrationem diuinorum.

† *Et menſam.* i. eucharistiæ conſecrationem.

† Et

hic melius, quàm perfectam ſanctorum vitam accipere
A poſſumus, vnde quotidie fragrat odor virtutum & ſacri orationis in conſpectu altiſſimi. Menſam ergo domini non aliam quàm ſacram ſcripturam intelligimus, in qua refectio animarum conſiſtit. Quod autem dicitur quod.

rò ſolenniū poſt multū tēpus inſperata religione, recepto D
res legis poſuerūt vt poſteri per octo dies hāc renouationē tēpli celebrarent. Vnde & ab illo tēpore hactenus hāc feſtiuitatē celebramus, vocātes eā lumina, eò qđ præter ſpē hoc nobis ſplēdidū lumē colēdæ religionis apparuit.

a *Appenderunt vela, & conſum. omnia opera quæ fece.* In appenſione velorum exprimitur occultatio myſteriorum. Nō n. omnibus omnia patefaciēda ſunt diuinæ legis myſteria, ſed pro captu ingenij quorū libet & profectu ſciētiæ atque virtutum. Vnde dominus apoſtolis præcepit dicēs: *Nolite ſanctum dare ca*
B *nibus, neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos.* Et Paulus rudib. diſcipulis ait: *Lac vobis dedi potū, nō eſcam. Nondū enim poteratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis.* De perfectorū ergo ſciētia alibi ait: *Et nos reuelata facie gloriam Dei contēplamur in eandem imaginem transformati tanquā a domini ſpiritu.* Conſummant ergo omnia opera quæ faciēda ſunt in domo Dei, qui fide, ſermone & opere ſtudent ſecundum ordinem implere omnia mādata domini: Nec deeſt quicquam in perfectione, vbi humana voluntas diuinæ per omnia obtemperat voluntati.

ſuper candelabrum erant, & lucebant in templo. Et poſue
a runt ſuper menſam panes, & appenderūt † vela, & cōſum
b mauerunt omnia opera quæ fecerāt. Et ante matutinū ſur 1
rexerunt quinta & viceſima die menſis noni: hic eſt mēſis †
Caſleu, centeſimi quadrageſimi octaui anni, & obtulerūt
ſacrificium ſecundum legem ſuper altare holocauſtorum 2
nouum quod fecerunt. Secundū tempus & ſecundū diem
in qua contaminauerunt illud gentes, in ipſa renouatū eſt 3
in cāticis & citharis & cinaris & cymbalis. Et cecidit oīs †
populus in faciē, & adorauerunt, et benedixerūt in cælum eum qui proſperauit eis. Et fecerunt dedicationē alta 4
ris diebus octo, et obtulerunt holocauſta cum lætitia, et
c ſalutaria laudis. Et ornauerunt faciem templi coronis au
reis et ſcutulis, et dedicauerunt portas et paſtophoria, 5 †
d et impoſuerunt eis ianuas. Et facta eſt lætitia in populo magna valde, et auerſum eſt opprobrium gentium. † †

Myſticè autem renouatio templi, conuerſio ex hoīum ad pœnitentiam peccatorum, qui aliquib. erroribus atque facinoribus contaminati erāt. Tunc enim cātandum, gaudendū, lætādum, atque iubilandum, atq; laudandum quibúſq; fidelibus eſt, quādo viderint proximos ſuos p correctionē morū atque meditationē legis Dei in ſemetipſis inſtaurare, quod antè iā p negligētiā deciderat. Vnde etiā ſacrū euangeliū narrat ſaluatorē dixiſſe, *in cœlis, gaudiū naſci ſuper vno peccatore pœnitētiam agēte.* Si de vno, quantò magis de multis exultatio erit conuerſis ad veracem cultum Dei? quia ſicut ſcriptum eſt: *In multitudine plebis dignitas eſt principis*: illius videlicet principis, *qui vult omnes homines ſaluos eſſe, & ad agnitionem veritatis peruenire.* E

Feſtum luminum. Rabbanus. Myſticè. † velamina. Luc. 15. Prou. 14. d. Tim. 2. a.

C b *Et ante matuti. &c.* ✱ Ioſephus Heb. Cumque compoſuiſſent ligna, non inuenerunt ignem ſanctum, ſed clamauerunt ad Dominum, & exilijt ignis è lapide qui erat altari ſuperpoſitus, adijcienteſq; ei ligna, durauit ignis ille vſq; ad tertiam captiuitatem.

De hac autem renouatione Ioſephus ita narrat dicens: Quinta verò & viceſima menſis Caſleu, quem Macedones Appelleon vocant, accenderunt lumina ſuper candelabrum & adoleuerunt holocauſta quæ obtulerunt in nouo altari. Hæc aūt facta ſunt poſt tres annos eodē die quo mutata eſt eorū religio ad prophanam idolorum conſuetudinē. Nam templum deſtructū ab Antiocho ſic trib. annis permanſit. Quinto enim anno & quadrageſimo & cēteſimo in templo facta ſunt. Quinta & viceſima die Appellei mēſis Olympiade centeſima quinquageſimatertia. Renouatum verò eſt eodem die quinta & viceſima Appellei menſis, octauo & quadrageſimo ac cēteſimo anno, olympiade centeſima & quinquageſimaquarta. Deſolationem vero templi contigit fieri ſecundum Danielis præfationē, quam ante quadringenteſimo & octauo prædixerat anno, per quam ſignificauit quod Macedones illud deſtruerent. Celebrauit autem Iudas cum ciuibus ſuis pro renouatione templi ſacrificia per dies octo, nullum genus delitiarum relinquens, ſed pretioſiſſimis dapibus eos paſcens. Deum autem laudibus & pſalmis glorificabant, ſeſeque mutuò cantibus delectabant. Pro renouatione ve

ro

c *Et ornauerunt faciem templi coronis.* ✱ Chryſoſt. Non eſt res noua templa habere ornata, & altaria Deo conſecrare. Dic enim oro, ſi rex tibi præcepiſſet domum extruere, vt illic habitet, nonne omnia feciſſes? Nunc igitur regia eſt Chriſti eccleſiæ conſtructio: ne ſumptum ſpectes, ſed fructūm computa. Hom. 18. in Actu. Apoſt.

✱ Hieronym. Multi ædificant parietes, & columnas Eccleſiæ ſubſtruunt, marmore nitent, auro ſplendent laquearia, gemmis altare diſtinguitur, & miniſtrorum Chriſti nulla electio eſt. Epiſt. ad Nepotianum. F

✱ Idem. Nepotianus erat ſollicitus ſi niteret altare, ſi parietes abſque fuligine, ſi terſa pauimenta, ſi ianitor creber in porta, vel a ſemper in oſtijs, ſi ſacrarium mundum, ſi vaſa luculenta, & in omnes cærimonias pia ſollicitudo diſpoſita: non minus, non maius negligebat officium, vbicunque eum quæreres, in Eccleſia inuenires. Baſilicas eccleſiæ, & martyrum conciliabula, diuerſis floribus, & arborum comis, vitiumque pampinis abumbrabat, vt quicquid placebat in Eccleſia tam diſpoſitione quam viſu, presbyteri laborem & ſtudium teſtaretur. Epiſt. ad Heliod. de obitu Nepotia.

d *Et facta eſt lætitia magna, &c.* ✱ Bernardus. Iudas Machabæus multis inclytus victorijs, cùm frequenter exultanti populo pacem fortiter pugnando tribuiſſet, nunquid gloriam quandoque partitus eſt alicui? Denique, *& facta eſt*, inquit, non gloria, ſed *lætitia magna in populo.* Quid minus ab his omnibus fecit conditor omnium, quo minus & ipſe debeat gloriari ſingulariter? Ser. 13. d. Cantic.

Et

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et appenderunt vela. *vnum in introitu templi, aliud ante ſanctum ſanctorum.*
2 Cente. quadra. an. *regni Græcorum.*
3 Secund. tem. & ſec. diem, in qua contami. il. *nam anno centeſimo quadrageſimoquinto, die viceſimaquinta menſis Caſleu ſacrificauerunt idololatræ ſuper aram vt habetur ſupra 1. ca. & anno 148. di. 25. menſis Caſleu obtulerunt Iudæi ſacrificium in templo purificato: & ſic reuolutis tribus annis eadem die renouatum eſt templum qua fuerat ante contaminatum: ſicut fuerat ante prophetatum, Dan. 8.*
4 Et fece. ded. al. dieb. o. *Hic conſequenter deſcribitur templi renouati dedicatio. Et primò quantum ad altare, cum dicitur:* Et fecerunt ded. al. die. oct. *Et inde tractum fuit, quòd feſta ſolennia octauam habent in nouo teſtamento.*
5 Et ornauerunt faciem templi coronis aur. & ſcutu. *Pro victorijs à Deo ſibi datis.*

✱ Et

## MORALITER.

† 1 *Et appenderunt vela.* cauendo ab elatione ſurgente ex laude humana.
† *Et ante matuti. ſurre.* quia non ſolum de die, ſed etiam de nocte celebrandæ ſunt laudes diuinæ.
† *Et citharis & cynaris & cym.* per quæ ſignificantur variæ deuotiones mentis, quæ ſunt in eccleſia.
5 *Et ornauerunt fa. tem.* Ideſt, aureolis martyrum virginū & doctorum.
† *Et dedic. por.* ingreſſum ſimoniacum auferendo.
† *Et paſtophoria, & impoſuerunt eis ianuas.* Ad communionē deuotam inducendo.
† *Et facta eſt lætitia in po. ma.* Nam ex talibus debet gaudere populus Chriſtianus.

5 Et †Et

a Et ſtatuit Iudas & fratres eius & vniuerſa eccleſia Iſrael, vt 1
agatur dies dedicationis altaris in tēporibus ſuis ab anno
in annum per octo dies, à quinta & viceſima die mēſis Caſ
b leu cum lætitia & gaudio. Et ædificauerūt in tempore illo
montem Sion, & per circumitū muros altos & turres fir-
c mas: ne quando venirent gentes & conculcarent eū ſicut
antea fecerunt. Et collocauit illic exercitū, vt ſeruarent eū,
d & muniuit eum ad cuſtodiendam Bethſuram, vt haberet 2
populus munitionem contra faciem Idumææ.

a *Et ſtatuit Iudas.* Hanc quidem ſolennitatem ipſe ſaluator A in euangelio prædicatione ſua legitur decoraſſe, vbi ſcriptū eſt: Facta ſunt encenia in Ieroſolymis, & hyems erat, & ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis, &c. Vnde ſciendū eſt, ꝙ encenia hæc quæ lectioni euangelicæ facta cognouimus, nō ad primā templi dedicationē, ſed ad vltimam pertinent, ꝙ ex eo facile colligitur, qa hyeme facta referūtur. Prima ſiquidē eius dedicatio à Salomone tempore autumni. Media à Zorobabel & Ieſu ſacerdote tēpore veris. Vltima à Iuda Machabæo tempore hyemis eſt facta, quā ſpecialiter conſtitutū eſſe legitur, vt eadem dedicatio per omnes annos in memoriam ſolennibus reuocaretur officijs, iuxta quod vſque ad tempus dominicæ incarnationis obſeruatum fuiſſe ſupradicta ſententia euangelij agnouimus. Hæc autē fuit cauſa ſecundæ & tertiæ dedicationis, quia Salomon quidem templi opus quod domino cōdidit, ſeptem annis perfecit octauo autem anno decima die ſeptimi menſis (qui à nobis October appellatur) in magna B gloria dedicauit. Sed hoc templum poſt annos quadringētos triginta incenderunt Chaldæi, & Ieroſolymorum vrbe deſtructa, populum Iſrael in Babyloniam adduxere captiuum, qui poſt annos ſeptuaginta regnantibus Perſis in patriam eſt remiſſus. Rurſuſq; ædificatum eſt templū per annos quadragintaſex, & tertia die mēſis duodecimi, quē nos vocamus Martiū, opus ad finem vſq; perductum. Cui videlicet tunc operi præfuere duces plebis ſtrenuiſſimi vt diximus, Zorobabel de regio genere, & Ieſus ſacerdos magnus, ſed & prophetæ Aggæus & Zacharias adiuuantes eos atque aduerſus inſidias impedientium opus hoſtium, cor populi roborantes. Inde poſt annos fer mè trecētos & quinquagintaſex nefandiſſimus Græcorum Antiochus, fraude capta Ieruſalem templum idem ſordibus idolorū prophanauit, auferens inde & confringens altare domini aureū, menſam propoſitionis, candelabrū luminis, &c. q̄ ſupra commemorata ſunt. Sed & Iudas Machabæus cum eſſet de genere ſacerdotali collecto exercitu † Iudæorum aduerſus Antiochi duces arma corripiens, eoſq; de Iudæa expellens, perſecutioni ſæuiſſimæ finem impoſuit, ac templum ab idolorum imaginibus emundans, noua rurſus altaria & cætera vaſa vel ornamēta faciens, atque in tēplo reponens, dedicauit ea ſimul cum templo. Quod purificauit & renouauit. 25. die menſis noni, qui apud nos appellatur December, & ad hyemem pertinere nulli dubium conſtat. Statuitque decretum, vt prædiximus annis omnibus diem enceniorum, ideſt, innouationis ac dedicationis templi feſta deuotione celebrari ſicut locus iſte nunc teſtatur.

Beda in c. 10. Io. — Ioann 10.c. — Encenia. — † iuſtorum — Rabbanus. — Rom. 15.a. — Iſaiæ 9.b.

Quæ profectò omnia ſicut Apoſtolus docet in figura facta ſunt noſtri: & propter nos vtique ſcripta Ideoq; nobis ſolertius ſpiritali ratione diſcutienda. Salomon quip- C pe rex qui interpretatur pacificus ipſum redemptorē noſtrum typicè deſignat. De quo Iſaias ait: *Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis.* Templum quod ædificauit catholica eius eccleſia eſt, quam de vniuerſis per orbem credentibus, quaſi de viuis lapidibus in vnam ſuæ fidei, & charitatis compagem aggregat. Quòd autem ſeptem annis ædificatum eſt templum, ſignificat, quia per totum huius ſeculi tempus ꝙ ſeptem diebus euoluitur) ſanctæ ſtructura eccleſiæ nūquam creſcere deſinit. Quòd octauo anno dedicatum eſt, & celeberrima illa ac maxima ſolennitas à Salomone rege cunctis filijs Iſrael tēpore completæ dedicationis exhibita, inſinuat myſticè, quia profecto in fine mundi numero electorum, diu deſideratæ immortalitatis ſecura eſt feſtiuitas, & peracto vniuerſalis reſurrectionis miraculo, mox oēs qui ad pacifici veri regis. ſ. Salomonis regnū ptinēt, æterna cū eo gaudia patriæ cæleſtis intrabunt. Nā quia dn̄s noſter octaua die, i. poſt ſeptimā ſabbati reſuſcitari à morte voluit: rectè numerus octonarius noſtræ quoque reſurrectionis feſta ventura deſignat. Quod templum ab hoſtibus incenſum, rurſum domino miſerante conſtruitur. Quòd ab idololatris coinquinatū denuo ſupernæ pietatis auxilio mundatur, varios ſanctę eccleſię inſinuat euentus, quæ nunc infidelium perſecutione præmitur, nunc à perſecutoribus reddita liberior tranquilla domino ſeruitute famulatur. Nunc in quibuſdam ſuis membris hoſtis antiqui periclitatur inſidijs. Nunc inſtante E ſolertia doctorum fidelium, quos ad horam perdere videbatur, per pœnitentiam caſtigatos recipit. Quòd verò templum ſecundò quadraginta & ſex annis ædificatū eſt, ad ſignificationem dominici corporis ꝙ de virgine aſſumptū ſit, ſpiritualiter reſpicit. De quo ipſe Iudæis ait: *ſoluite* (inquit) *templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud;* quia videlicet ſolutum paſſione corpus ſuum, ipſe tertia die reſuſcitauit ad vitam. Ferunt ſiquidem phyſici, quod corpus hominis quadrageſimo ſexto die poſt conceptionis initium in membrorum diſtinctione formetur, atque ideo non caſu geſtum, ſed diuinitus procuratum eſt, vt eo annorū templum ædificaretur, quo dierum numero corpus dominicum quod per templum figurabatur in vtero virginali perfici oportebat. Quòd autem encenia per omnes annos celebrare ſancitum eſt, hoc profectò nos admonet, vt memoriam dominicæ reſurrectionis quam iam factā credimus, ſemper animo retinentes, noſtram reſurrectionē futuram ſperando taliter agamus, vt non ad iudiciū, ſed ſicut dominus his, qui bona egerint promiſit, reſurgere mereamur ad vitam.

b *Et ædificauerunt in te.* Aedificant ſancti doctores montē Sion, qn̄ ſanctam eccleſiam verbo, atque exemplo ad profectum virtutum prouocant. Per circumitū muros altos cōſtruunt, qn̄ eam tutamine catholicæ fidei ac opere præcum vndique muniunt. Turres firmas erigunt, quando ſpem totam in Dei bonitate eam ponere præcipiunt.

c *Ne quando gen.* Eam more priſtino conculcent, vt nō malignorum. ſ. ſpirituum nequitia: vel prauorum hominū malitia eos amplius nocere preualeat. *Et collocauit* (ait) *illic exer. vt ſeru. eum.* exercitus in Sion ad ſeruandum eam locatur, F cum miniſtrorum turba, ad ſeruandæ legis Dei, ac ſacramentorum cęleſtium ritum in eccleſia ſubminiſtratur. *Muniunt eam ad cu. Beth.* cum exhortationibus validis incitant eccleſiaſticos vt regulariter culturam obſeruent diuinam. Bethſura enim domus robuſti interpretatur.

c *Vt haberet po. mu. con. fa. Idu.* hoc eſt vt fidei conſtantiam ſeruet aduerſus hoſtes ſpiritales, & contra furentis mundi pertinaciam.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et ſtatuit Iudas & fratres eius vniuerſa eccleſia Iſr. vt ag. di. ded. *Iſte eſt dies de quo dicitur, Io. x. c.* Encenia facta ſunt in Ieroſolymis & hyems erat. *Incipiebat enim hæc ſolennitas à viceſimaquinta die Caſleu, cui reſpondet Nouember, & aliquando December in parte. Prima namque dedicatio tempore Salomonis facta fuit in Septembri. 3. Reg. 8. Alia in reditu Babylonicæ captiuitatis fuit in vere. Cætera patent vſque ibi.*

2 Vt haberet po. mu. con. *Sicut enim Eſau perſequebatur Iacob, Gene. xxvij. ſic Idumæi ab Eſau deſcendentes ſemper moleſti fuerunt Iudæis deſcendentibus a Iacob.*

* CAP.

*MORALITER.*

†† *Et ædificauerunt.* Per muros altos circa montem Sion ſignificantur virtutes excellentes, quæ a philoſ. dicuntur hæc hæroicæ, a theologis diuinæ, quæ debent eſſe in prælatis eccleſiæ, per turres firmas, ſanæ doctrinæ, ad defenſionem fidei Chriſtianæ.

† *Et*

## CAP. V.

A ET factum eſt. Irritantur gentes cū viderint culturę Dei renouari facturā quā ſiue hoſtes viſibiles ſeu etiā inuiſibiles, q inuidiæ æſtibus cōtra fidei ac virtutū ꝓfectū anhelant, iraſcunt̄, cruciātur, ac perſequūtur ſeruos Dei ad nihilum eos redigere volentes, quando cōſiderant illos in altari rectæ fidei bonorū operū reſtaurare velle obſeruantiā. Inde dicitur quod. b *Cogitabant t. genus, &c.* quia clareſcente in mūdo euangelio Chriſti, & hominib. fidē Dei recipientib. torquebantur perſecutores, & pœnis eos tractantes inde auertere ſtudebāt. B Similiter & hoſtes ſpirituales cū viderunt aliquos ex deſidia negligētiæ ſe reſtaurari velle in cultu pietatis moliunt̄ eos gladio impietatis occidere, ac morte peccatorū trucidare. Sed Iudas fortiter cū ſcuto fidei hoſtibus reſiſtēs debellat filios Eſau in Idumęa, qui chorus ſanctorum doctorum idololatras qui ſpinetis vitiorum ſunt aſperrimi, & funeſtis ſacrificiis atque luxuria mundana fœdiſſimi, gladio ſpiritus interimens, de contrariis efficit ſubiectos, ac de hoſtibus facit amicos.

* Ioſephus Heb. Factum eſt dedicationem, vt abiret Iudas ad terram Aedom, & egreſſus eſt contra illum Gorgias & exercitus eius, & cùm fugerent, à facie eius, perſecutus eſt eos Iudas & commilitones eius, ſtrauitque in die illa de Idumæis viginti milia corporum.

C c *Et eos qui e.* Hi qui in memoratis locis, hoc eſt in Arabathane & Bean habitabant & circūſedentes filios Iſrael in laqueū & ſcādalū fuerūt īſidiātes eis, ſignificāt Iudæos atq; hęreticos, qui cōtra eccleſiā Dei ſcādala & inſidias ſemꝑ diſponūt. Sed tales à Iuda & ſociis eius in turrib. ſuis cōcludunt̄, cū in ſuperbiæ ſuæ machinationib ꝑ doctorū induſtriā capiūtur, & errores eorū anathematizant̄. Quorum turres incenduntur igni, cum omnibus qui in eis ſunt, quando auctores ſcelerum & inuentores errorum pro peccatis ſuis, & nunc exuruntur ardore diuini ſermonis & in futuro examine, niſi condignam pœnitentiam antè egerint, igne concremabuntur perpetuæ vltionis. E

## CAP. V.

a ET factum eſt ut audirent gentes in cir
cumitu, quia ædificatū eſt altare, & 1
ſanctuariū ſicut prius, iratæ ſunt val-
b de: & cogitabāt tollere genus Iacob, 2
qui erant inter eos, & cœperūt occide
re de populo & pſequi. Et debellabat 3
c Iudas filios Eſau in Idumæa, & eos q
erant in Arabathane, quia circumſedebant Iſraelitas: & p
cuſſit eos plaga magna*. Et recordatus eſt malitiā filiorū
d Bean, qui erant populo in laqueū, & in ſcandalum, inſidiā
tes ei in via. Et cōcluſi ſunt ab eo in turrib. & applicuit ad
eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorū igni
e cū omnibus qui in eis erant. Et tranſiuit ad filios Ammō, 4
& inuenit manū fortem, & populum copioſum, & Ti- 5
motheum ducem ipſorum. Et commiſit cum eis prælia
multa, & contriti ſunt in conſpectu eorum, & percuſ-
f ſit eos, & cœpit Iazer ciuitatem & filias eius, & reuerſus eſt 6
in Iudęā. Et congregatæ ſunt gētes, quæ ſunt in Galaad ad 7

d *Erant in laqueū, & in ſcandalū, &c.* *Tertul. Scandalum, niſi fallor, non bonæ rei, ſed malæ exēplū eſt, ædificans ad delictū. Bonæ res neminem ſcandalizāt, niſi malam mentem. (De vell. virgi. c. 3.)

e *Et tranſiuit.* Quid ꝑ filios Ammon (q interpretat̄ filius populi mei) niſi ſchiſmatici & hæretici exprimunt̄, qui quōdā filij ſanctæ eccleſię eſſe videbant̄, ſed inde recedentes, & in errorē ſe mittentes facti ſunt filij diaboli Vnde Ioannes Apoſtolus ait: *Ex nobis exierūt, ſed nō erāt ex nobis. Si ergo eſſent ex nobis, permaſiſſent vtique nobiſcum.* Hi habēt Timotheū ducē, hoc eſt hæreſiarchas, qui iuxta nominis ſui interpretationē apud eos laudantur. Sed iuxta intelligentiæ veritatem. apud nos nequam eſſe deprehenduntur. Timothæus enim beneficus interpretatur. Sed hæc opinio de hæreſiarchis apud deceptos eſt. Apud nos autem venefici melius, quàm benefici nuncupantur, quia maleficijs ſuis venenum erroris auditoribus ſuis miſcent. Contra quos Iudas conſurgens & ſuperior exiſtens victoriam capit, erroreſque eorum deſtruendo, in Iudeam, hoc eſt in confeſſionem laudis Dei cum triumpho hoſtium regreditur. (Rabbanus.) (E) (1. Ioan. 3. c.) (Hæreſiarchę.) F

f *Et congregatæ ſunt gētes.* Gētes, quę ſunt in Galaad aduerſus Iſraelitas cōgregant̄, vt tollant eos cū multitudo hęreticorū atque ſchiſmaticorū ad hoc conuenit, vt ſcripturarum teſtimonijs ſecūdum ſenſum ſuū deprauatis, expugnēt catholicā fidem quæ eſt in ſancta eccleſia. Galaad. n. interpretat̄ aceruus teſtimonij. Qđ nomē bene conuenit his q ſcripturarū meditationi inſiſtūt. Sed fugiūt Iſraelitę

in mu

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. V.

* 1 *ET Factum eſt. Hic ponitur tertius conflictus Iudæ Antiochi tempore, quē habuit Iudas cū finitimis gentibus inuidentibus proſperitati Iudæorum, quæ facta eſt per Iudā & fratres eius, propter quod Iudæos habitantes inter eos occidebant, & propinquos terminis ſuis inuadebant & obſidebant, propter quod Iudas & frater eius contra gentes iſtas pugnabant. Circa quod ſic proceditur. Quia primò ponitur afflictorum liberatio. Secundo aliquorū Iſraelitarum præſumptio, ibi:* Et in diebus. *Prima in duas, quia primò ponitur conflictus Iudæ contra aliquos ſpeciales aduerſarios. Secundò cōtra alios ex diuerſis gentibus commiſtos, ibi:* Et congregatæ ſunt gentes. *Circa primum præmittitur cauſa conflictus, Iudæ in generali, cum dicitur.*

Et factum eſt, *i. Gentiles in circumitu Iudæ habitantes.*

2 Iratæ ſ. *Proſperitati Iudæorum inuidentes Et ſimile habetur. j. Eſd. iiij. & Nehem. iiij.*

3 Qui erant in. eos. *Plures enim de filijs Iſrael fugientes perſecutionem Antiochi Epiphanis, latenter iuerant ad habitādum inter Gētiles prope Iudæā habitantes. Secūdò ponitur conflictus Iudæ in ſpeciali. Et primò cōtra Idumæos & Arabathaneos & filios Bean. Nam iſti prout poterāt Iudæis nocebant. Et patet litera vſque ibi.*

4 Anathema. *Sicut dicitur de Ioſue, quod anathematizauit vrbem Iericho, Ioſue vj. c. cuius habitatores omnes interfecit, & metalla quæ per ignem purgari poterant, diuino cultui deputauit pro neceſſarijs tabernaculi, vnde anathematizatio eſt nomen Græcum. Et dicitur ab ana, quod eſt ſurſum, & theſis poſitio: quia talia ſeparantur ab vſibus humanis, & deputantur cultui diuino.*

5 Et tran. ad. fi. Am. *Iſti etiā fuerūt moleſti Iudæis quamuis eis debuiſſent eſſe beneuoli, eo ꝙ deſcēderāt de Loth nepote Abrahæ.*

6 Et cœpit Iazer, &c. *i. villas ſub domino Iazer exiſtentes.*

7 Congregatæ ſunt gen. *Hic conſequēter ponitur conflictus Iudæ cōtra aduerſarios ex diuerſis gentibus commiſtos. Circa quod primò ponitur cauſa conflictus. Secundò belli apparatus, ibi:* Vt aūt audiuit. *Tertiò bellantiū virtus, ibi:* Et habijt Simon. *Cauſa verò confligendi fuit oppreſſio Iudæorum à commiſtis gentibus in Galaad & in Galilæa: propter quod Iudæi in illis partibus poſiti petierunt a Iuda & eius fratrib. adiuuari. Et patet litera paucis exceptis.* (Diuiſio)

* Ec

## † MORALITER.

1 *Et factum eſt.* Sequitur: *Et debet Iudas fi. Eſau.* Quæ interpretatur terrena, ideo per iſtos ſignificantur principes terreni tyranizantes, contra quos bonus prælatus debet pugnare primò per monitiones ſacras, & poſtea per eccleſiaſticas cenſuras. ideò ſequitur.

4 *Anathematiza. eos, &c. Et tranſiuit.* Qui interpretatur, populus meus, ideo per filios Ammon ſignificantur hæretici qui fuerūt eccleſiæ filij, ſed ab ea receſſerunt per errorem circa aliquē vel plures articulorum fidei. j. Ioan. ij. c. *A nobis prodierunt, ſed non ex nobis erant.* ſ. permanentes. Cōtra iſtos bonus prælatus vel doctor pugnat errorē eorum cōfutādo ꝑ ſacræ ſcripturæ veritatē. & ſi maneāt obſtinati, per eccleſię cenſuram eos excommunicādo & iuſtitię ſeculari tradendo.

7 *Et congregatæ ſunt. g.* Per quas ſignificantur infideles in aliqua terra vel ciuitate cum fidelibus manentes, & quādo incipiunt eos inducere ad ſuam infidelitatē, debent fideles recurrere pro conſilio & auxilio habendo ad ſuperiores ſuos, ſicut iſti recurerunt ad Iudam et eius fratres.

† Et

A in munitionem, cum fideles, quique ad fidei confugiũt veritatem, auxiliumque ſibi afferri poſcũt a Iuda & fratribus eius, quia euangelio Chriſti per ſanctorum prædicatorum miniſteria defendi geſtiunt contra Timotheũ ſpiritalẽ (de quo ſupra diximus, & ſocios eius.) Quod autem conquerunt Iſraelitæ de interfectione ſuorũ & captiuitate, oſtendit nõ modicum apud fideles eſſe gemitũ, quando viderint aliquos ſuorum a veritate receedere, & in errorem prauorum corruere.

Rabbanus. B a *Et ecce alij.* Illi qui de variis locis alienigenæ conuenerunt ad conſumendũ populum Dei manifeſtè deſignant gentiũ plebes quę in infidelitate adhuc sũt bella ac perſecutiones aduerſus Chriſtianos commouere. Sed auditis ſermonibus quos diuerſæ legationes ad Iudã, & ſocios eius detulerunt.

b *Conuenit eccleſia magna, &c.* Quia totius ſanctæ eccleſiæ ſolicitudo ac cura eſt maxima, quomodo contra diuerſos hoſtes, hoc eſt Iudæos, paganos, hæreticos atque ſchiſmaticos filios ſuos defendat. Hoc quoq. prudenti cõſilio ac toto niſu cũ his qui eruditiores ac fortiores uidentur eſſe in fide ac uirtutum opere agit, qualiter hoſtibus reſiſtat, & ſuos opportunè defendat.

uerſus Iſraelitas qui erant in finibus eorum, vt tollerent
eos & fugerunt in Datheman munitionem; & miſerunt 1
literas ad Iudam & fratres eius, dicentes: Congregatæ sũt
aduerſum nos gentes per circuitum, ut nos auferant,
& parant venire & occupare munitionem in quam con- 2
fugimus, & Timothæus eſt dux exercitus eorum. Nunc
ergo veni, & eripe nos de manibus eorum, quia cecidit
multitudo de nobis. Et omnes fratres noſtri qui erant in
locis Tubin interfecti ſunt, & captiuas duxerunt vxores
eorũ & natos & ſpolia, & peremerunt illic ferè mille vi-
a ros. Et adhuc epiſtolæ legebantur. Et ecce alij nuntij vene †
runt de Galilæa, conſciſſis tunicis nunciantes ſecundum
verba hæc, dicentes cõueniſſe aduerſum ſe a Ptolomaide
b & Tyro & Sidone, et repleta eſt omnis Galilęa alienige- 3
nis, vt nos conſumant. Vt audiuit autẽ Iudas et populus 4
c ſermones iſtos, cõuenit eccleſia magna cogitare quid fa-
ceret fratribus ſuis qui in tribulatione erant, & expugna-
bantur ab eis. Dixitq; Iudas Simoni fratri ſuo: Elige tibi †
viros, et uade et libera fratres tuos in Galilęa, ego autẽ et
frater meus Ionathas ibimus in Galadithim. Et reliquit
Ioſephum filium Zachariæ et Azariam duces populi cũ
reſiduo exercitu in Iudęa ad cuſtodiã, & pręcepit illis, d.
Pręeſtote populo huic, & nolite bellum committere ad-
uerſus gentes, donec reuertamur. Et dati ſunt Simoni uiri 5
d tria milia ut iret in Galilęam, Iudę autem octo milia in
e Galadithim. Et abiit Simon in Galilęam, et cõmiſit prę- 6
f lia multa cum gentibus. Et contritę ſunt gentes a facie e-
g ius, et perſecutus eſt eos vſque ad portam Ptolomaidis.
Et ceciderunt de gentibus ferè tria milia uirorum, et ac-

D per Simonem qui in Galilæam, hoc eſt rotam mittitur, urſi prædicatores in gentes directi inſinuantur? Qui cum trib. milibus, hoc eſt, cum plurimis ſententiis de ſanctæ Trinitatis fide prolatus contra aduerſarios ire parantes per euangelicam prędicationem hoſtes deiicere, & credentes liberare decertant. Iudas autẽ Ionathas illos doctores exprimunt, qui in Iudęa verba Dei prædicantes; & ſiue Iudæos, ſiue etiam hæreticos ſcripturarum teſtimoniis abutentes, per veritatem ſani intellectus debellare E ſtudent. Et nota q̃d contra Gentiles ſolus Simon cum ſuis mittitur. Contra Iudæos autem & hæreticos duo pergere cum pluribus moliuntur, quia in Gẽtib. ſola idololatria cum errore paganico debellanda erat. In Iudæis quoque & hæreticis, partim veteranus vſus, partim noua ſuperſtitio per duorum teſtamentorum ſpiritalem ſciẽtiam corrigenda fuerũt. Vbi octo milia virorum ſumuntur, quia ibi ſiue circũciſio legis ſpiritaliter obſeruãda, ſiue reſurrectio Chriſti veraciter credenda eſſe docetur.

d *Et abiit Si.* Committit Simon prælia multa cum gentibus cum prædicatores ſancti per totũ mundum idololatriam, & confuſius gentium debellare certant errores.

e *Contritæ ſunt gentes.* Cum pertinacia reſiſtendi euangelio Dei deponunt.

f *Perſecutus eſt eos vſque ad por. Ptolo.* Cum in ſuis adinuẽtionibus, quibus per ſtudia vana machinabantur cõtradicere verbo Dei ipſa veritate ſuperati capiuntur atque cõfeſſioni rectę fidei ſubiiciũtur. Vnde apte ſubiũgitur.

g *Et ceciderunt de gentibus fere tria milia virorum.* Qui de ſuperbiæ nequiſſimo ſtatu in peccatorum pęnitentiam decidentes, melius per fidẽ rectã reſurgendo in bonorũ operũ ſtatu erigi merentur. Quorum ſpolia accipit Simon, cum quicquid in literarum ſcientia vel inueſtigatione veritatis elabolauerũt, totũ in ſeruitiũ Dei doctor catholicus conuertere ſtudet. Vnde plurimi eorum qui liberalibus artibus ſub Gentili conuerſatione inſtituti fuerunt, ad dogma catholicum conuerſi glorioſiſſime effulſerunt.

li.3. de bello Iud.c.2. * Ioſeph. Duæ ſunt Gallileæ q̃ ſuperior & inferior appellantur, eaſque Phœnice & Syria cingunt. Decernit vero ab occidente Ptolemais territorii ſuis finibus & quõdam Galilæorum, nunc autem Tyriorum mons Carmelus, cui cõiuncta eſt Gabaa equitum ciuitas, quæ ſic appellatur eo quod equite ab Herode dimiſſi coloni eo deducebantur. A Meridie autẽ Samaritis & Scythobolis vſque ad flumen Iordanem ab Oriente vero Hippene & Gadaris ſed & Gaulanitis definit, qui etiam regni Agrippæ fines ſunt, &c.

c *Dixitque Iudas.* Sicut diuerſæ ſunt impugnationes eccleſiæ ab hoſtibus, ſic diſtincta debent eſſe prælia ſpiritualium bellatorum. Dirigitur Simon in Galilęam cum tribus milibus viris, ſicut in ſequentibus oſtenditur, ut liberet fratres ſuos. Iudas autem & Ionathas eunt in Galaadithim cum octo milibus. Et quid per

Illos

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et fugerunt in Dath. *ſic nominabatur illa munitio.*

2 Et Timothæus eſt dux exe. co. *qui erat homo bellicoſus & Iudæis moleſtus.*

3 Ptolo. *ciuitatem quæ poſtea dicta eſt Achon.*

4 Vt audi. au. *Hic conſequẽter ponitur belli apparatus. Habito enim conſilio Iudas cum una parte exercitus iuit ad liberandum Iudæos qui erant in Galaad, & Simon cum alia parte ad liberandum eos qui erant in Galilæa, & Ioſephum filium Zachariæ & Azariam reliquit Iudas cum reſiduo exercitu in Iudæa pro cuſtodia populi manentis in ſua abſentia.*

5 Et dati ſunt Simon vi. *Quia cum paucioribus aduerſarijs habebat confligere quam Iudas.*

6 Et abiit Si. in Ga. *Hic conſequenter ponitur bellantium virtus, & primo Simonis & ſui exercitus. Et patet litera vſque ibi.* in Galilæa.

MORALITER.

† *Et ecce &c. de Ga.* Quę interpretatur tranſmigratio, ideo ſignificat religionem in qua fit trãſmigratio de uita ſeculari ad regularem, & quando impugnantur ab hominibus malis uel ſpiritus malignis, ita quod imminet periculum cõmunitati, recurrendum eſt ad ſuperiores pro tuitione habenda, ſicut fecerunt iſti manentes in

† *Dixitq; Iud. Si. f. ſu. Elige ti. v.* Per hoc oſtenditur, quod eccleſiæ doctores & prælati debent ſuccurrere velociter exiſtentibus in periculo peccati, ſiue laici ſint, ſiue religioſi.

6 *Et abiit Simon.* Simõ aũt interpretatur audiẽs ſiue obediẽs. Et ideo per hoc q̃ iuit ad ſuccurrendũ Galilæis, ſignifica

a cepit ſpolia eorum. Et aſſumpſit eos, qui erant in Galilęa
& in Arbatis cum vxoribus & natis, et omnibus, quę erāt 1
in illis, et adduxit in Iudæam cum lętitia magna. Et Iudas
b Machabæus & Ionathas frater eius tranſierunt Iordanem 2
& abierunt viam trium dierum per deſertum. Et occurre-
runt eis Nabuthæi, & ſuſceperunt eos pacifice, et narraue
runt eis omnia, quę acciderant fratrib. eorum in Galaadi
tide, & quia multi ex eis comprehenſi ſunt in Barraſa &
Boſor, & in Alimis, et ī Caſphor, & Mageth, & Carnaim.
Hæ omnes ciuitates munitæ et magnæ. Sed et in cęteris ci
uitatibus Galaaditidis tenētur comprehenſi. Et in craſti- 3
num conſtituerunt admouere exercitum ciuitatibus his,
c et comprehendere, et tollere eos in una die. Et conuertit
Iudas et exercitus eius viam in deſertum Boſor repente, et
occupauit ciuitatem, et occidit oēm maſculum in ore gla
dii, et accepit omnia ſpolia eorum, et ſuccendit eam igni. 4
Et ſurrexerunt inde nocte, et ibant uſque ad munitionē.
d Et factum eſt diluculo, cum eleuaſſent oculos ſuos, et ecce
populus multus, cuius non erat numerus, portātes ſcalas
et machinas, ut comprehenderent munitionem, et expu-
gnarent eos. Et vidit Iudas quia cœpit bellum, et clamor 5

A a *Illos autem, qui erant in Galilæa cū vxoribus & natis & omnibus, quæ erant cum illis, adduxit in Iudæam cum lętitia magna.* Cum catholicos quoslibet ſęculi actibus implicitos per doctrinam euangelii inde eruens ea, quæ ſunt Dei tota ſolicitudine, totoque niſu appetere docet.

b *Et Iudas Machab. &c.* Contra eos qui captiuos Iudæos in Galaaditide tenuerunt, Iudas Machabæus & frater eius Ionathas cum comitibus ſuis directi tranſierunt Iordanem. *Et abierunt viā trium dierum per deſer.* Ita prędicatores ſancti ad conuocādos homines ad fi- B dem Christi, & ad expugnādos Iudaicos atque ſchiſmaticos errores in mundum directi. Primū tranſeūt Iordanem cum per baptiſmi ſacramentum de te- C nebris infidelitatis in gratiam Chriſti primum tranſeundum docent. Atteſtante ipſa veritate, quod *niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poſſit introire in regnum Dei.* Deinde viam triū dierum per deſertum abeunt, quia ſanctæ Trinitatis fidem, quam in baptiſmate fideles quique profitentur, toto tempore incolatus ipſius mundi cum bonis operibus obſeruandam eſſe affirmant.

Quod autem Nabuthæi occurrerūt eis pacificè, & narrauerunt, quæ acciderant fratribus in Galaaditide, ſignificat, quod dicta ſanctorum prophetarū doctoribus ſanctis opportune ſolatium cōferunt, cum omnia, quę credentes in Chriſtum paſſuri ſunt tormenta, atteſtatione ſua manifeſta faciunt. Nabuthæi enim prophetantes interpretantur, erroreſque quos filii perditionis contra veritatem euangelii Chriſti opponere machinantur, vero vaticinio prædicunt. Vnde Oſee. *Vaccas Bethauen & habitatores Samariæ inſequitur:* Et Amos: Sacrificantes de fermentato laudem vituperat, nec non eos, qui conuertūt in abſynthium iudicium & iuſtitiam, & accipiunt munus, deprimuntq; pauperes in porta, deteſtatur.

Quod autem comprehenſos eſſe quoſdam ex Iudæis in Baraſa & Boſor. Nabuthæi indicant. Bene nominis eorum interpretatio effectū rei exprimit. Interpretatur enim Baraſa & Boſor, tribulatio vel anguſtia, quia omnes iuxta Pauli uocem, *qui uolunt pie uiuere in Chriſto perſecutionem patiuntur,* nec effugiet hæreticorum iniuriam, qui ſanæ fidei ſeruare contendit doctrinam. Quos Ioannes apoſtolus in Apocalypſi ſua cruciatum facere (ſicut cruciatus eſt ſcorpionis, cum percutit hominem) deſcribit, E quia ſicut ſcorpiones venenum in cauda portant, ita hę retici in conſummatione fraudis mali tiam occultant, quo magis incautos non aperta fronte, ſed latentibus inſidiis noceant.

c *Et conuertit Iudas & exercitus eius viā in deſertum Boſor repēte, & occupauit ciuitatem, & occidit omnem maſculum in ore gladij, &c.* In ſuperioribus narrat ciuitates Galaaditidis, in quibus comprehenſi ſunt Iudæi, munitas fuiſſe et magnas quas Iudas ſtatuit in una die comprehendere & tollere, E quia per vnitatem fidei prædicatores ſancti deſtruere diſponūt omnes munitiones falſarū doctrinarum, quas hæretici cōſtituunt ad decipiēdas animas innocentum, & captiuandas erroribus ſuis.

Nunc autē dicit Iudā in deſerto Boſor occupaſſe ciuitatē, & occidere oēm F maſculū in ore gladii, & auferre ſpolia eorum & ſuccendere eam igni, quia hoc magnopere ſtudent ſancti doctores, ut occupata munitione hæreticorum omnem vigorem iniquarum ſectarum quem per mundi philoſophiam & inanem fallaciam † conſtituunt gladio Spiritusſancti (qđ eſt verbum Dei) deſtruāt, quatenus id quod per oſtentationē ſuam illi finxerunt eſſe præcipuū, iſti demonſtrent nugas eſſe & friuolum. Accipiunt aūt ſpolia eorum, cum teſtimonia ſcripturarū ſanctarum, quibus illi abuſi ſunt ab eis quaſi ab iniuſtis poſſeſſoribus auferūt, ipſamque † confeſſionem iniquarū doctrinarū, quam illi nequiter compoſuerūt, per ignem iuſtę vltionis anathemate perpetuo comburunt.

† conſtruūt.

† cōfeſſionē.

Quod autem ſequitur, quia ſurrexerunt inde nocte, demonſtrat eos fuiſſe in tenebris erroris ſui relictos.

d *Et factū eſt diluculo, cum eleuaſſent oculos ſuos, & ecce populus multus, cuius nō erat numerus, portātes ſcalas & machinas, etc.* Quid per ſcalas atque machinas gentium niſi exaltatio atque contumacia ſuperborum exprimitur, per quam eccleſiam Chriſti expugnare & ſubuertere cupiunt. Sed Iudas noſter, qui totum apparatum belli in luce diſponit, tribus ordinibus contra eos pugnat, hoc eſt ſanctæ Trinitatis fide, ſiue triplici dogmate, i. hiſtorico, allegorico, atque tropologico. Exclamat tubis in cælum, qui forti prædicatione exaltat vocem, & intimo cordis clamore Deum auxiliatorem aduocat in oratione.

a Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et aſſumpſit eos, qui erant in Galilæa & in Arbatis cum vxoribus & natis, & omnibus, &c. *vt eſſent magis remoti ab aduerſarijs, & per conſequens magis tuti.*

2 Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius tranſierunt Iordanem, &c. *Hic conſequenter ponitur virtus Iudæ & eorum, qui cum eo erant. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur aduerſariorum debellatio. Secundo Iudæorū aſſecuratio, ibi.* Et congregauit Iudas. *Prima in duas ſecundum duplicem Timothæi debellationem. Secunda ibi.* Poſt hęc autem verba. *Circa primam partem patet litera uſque ibi.*

3 Conſtituerunt admouere exercitū ciuitatib. his, & cōprehēdere, & tollere eos, &c. *i. ipſi m applicare ad inuadendū.*

4 Et ſurrexerunt inde nocte, & ibant uſque ad munitionem. *Vt ex improuiſo irruerent ſuper eos, qui obſederant Iudæos incluſos in munitione.*

5 Et vidit Iudas, quia cœpit bellum, & clamor aſcēdit ad cælum ſicut tuba, &c. *Ad capiendum dictam munitionem.*

1 Et

MORALITER.

gnificatur, quod talis reformator debet mitti, qui ſciat eos inducere ad obediendum humiliter in his, quæ pertinēt ad ſtatum religionis, & ſic habetur triumphus de ſpiritibus malignis Prou. 21. *Vir obediens loquetur victorias.*

2 *Et Iudas Machabeus & Ionathas frater eius tranſierunt Iordanem, &c.* De Iuda Machabæo dicitur ſu. 2. c. quod erat fortis viribus, propter quod factus eſt princeps militiæ, Ionathas uero interpretatur donum columbæ, propter quod ſignificat hominem ſapientem, quia ſapientia eſt primum & principale donum Spiritusſancti; qui per columbā deſignatur, unde dicitur Iſa. 11. a. *Et requieſcet ſu. eū ſpiritus ſap. & in.* Per hoc igitur, quod Iudas Machabeus & Ionathas iuerunt ad reprimendum infideles, ſignificatur, quod ad eos mittendi ſunt homines literati, qui reprimāt eos ab infidelitate per donum ſapiētię. Quod ſi non fiat procedatur contra eos per robur militiæ, ſicut dicitur hic diffuſe de infidelium debellatione multiplici per robur militiæ Iudæ Machabæi.

belli aſcendit ad cęlum ſicut tuba, & clamor magnus de
ciuitate. Et dixit exercitui ſuo: Pugnate hodie pro fratri-
bus veſtris. Et venit tribus ordinibus poſt eos, & exclama 1
a uerunt tubis & clamauerunt in oratione. Et cognouerũt
caſtra Timothæi, quia Machab. eſt, & refugerunt a facie
eius Et percuſſerunt eos plaga magna, & ceciderũt ex eis
in die illa ferè octo milia virorũ. Et diuertit Iudas in Maſ-
pha, & expugnauit & cepit eã, & occidit omnem maſcu- 2
lum eius, & ſumpſit ſpolia eius, & ſuccendit eã igni. Inde
b perrexit & cepit Casbõ, & Maged, & Boſor, & reliquas ci
uitates Galaaditidis. Poſt hæc autem verba congregauit 3
Timotheus exercitũ aliũ, & caſtra poſuit contra Raphon
trans torrentem Et miſit Iudas ſpeculari exercitũ, & renũ
ciauerunt ei, dicentes, quia conuenerunt ad eum oẽs gen
tes, & in circuitu noſtro ſunt. Et exercitus multus nimis.
Et Arabas conduxerunt in auxilium ſibi, & caſtra poſue-
runt trans torrẽtem, parati ad te venire in prẹliũ. Et abiit
Iudas obuiam illis. Et ait Timotheus principibus exerci
tus ſui: Cum appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad 4
torrentẽ aquę, ſi tranſierit ad nos prior, non potuerimus
ſuſtinere eũ: quia potens poterit aduerſum nos Si vero ti
muerit trãſire, & poſuerit caſtra extra flumẽ, trãsfretemus
ad eos, & poterimus aduerſus illum Vt aũt appropinqua 5
c uit Iudas ad torrentem aquæ, ſtatuit ſcribas populi ſecus
torrentem, & mandauit eis d Neminem hominũ relique 6
ritis, ſed veniant omnes in præliũ. Et trãsfretauit ad illos
d prior, & omnis populus poſt eum. Et cõtritæ ſunt omnes

a *Et cognouerunt caſtra Timothæi, quia Machabæus eſt, &c.* A Caſtra Timothei cognito Machabæo fugerunt a facie eius. quia hæretici agnita virtute & veritate domini noſtri Ieſu Chriſti perterriti fugiunt, & percutiuntur plaga magna, quia in eis ſecundum iuſtitiam per doctores ſanctos exercetur anathematis vindicta. Caduntque ex illis fere octo milia virorum, cum omnis cumulus errorũ quo contra veracem intellectum ſpiritalis circuncisionis, ſeu contra fidem reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti & membrorũ eius cõtraire moliebantur, B ipſa veritate vincente deſtruitur. Hic eſt quod ſaluator in euangelio ſoluens typicum ſabbathum, prima ſabbathi, quę C & octaua dies eſt poſt ſeptimã, reſurrectionis ſuæ nobis patefecit ſacramentum. Hinc & Paul. Apoſtolus docet circuncisionẽ, *non manu factam in expoliatione corporis carnis, ſed ſpiritu Dei viui in cordibus credentium agi debere.* vnde & lex vetus præputium cordis docuit eſſe circuncidendum. Coloſ. 2. b

b *Poſt hæc autẽ verba congregauit Timothæus, &c.* Poſtquam autem Timothæus ſemel atque iterũ victus eſt, non ceſſauit augere nequitiam ſuam, ſed multiplicauit malitiam denuo inſtaurans exercitum contra Iudam & ſocios eius, quia hæreticis non ſatis eſt ſemel atq; iterũ in paruo numero contentiones agere, ſed noua aduerſus eccleſiam ſemper excitant bella, ac perfidiæ ſuæ multiplicia effundunt venena, caſtra ponunt contra Raphon trãs torrentem, quia ſummo niſu ſuperbiæ ſuæ excitant furorem, mouentque bellorum tempeſtatem. Necnõ & Arabas, qui interpretantur campeſtres ducunt in auxilium quia voluptuoſos, qui luxuriam huius ſęculi ſequũtur, in auxilium erroris ſui aſſumunt. Vnde & Iouinianiſtæ non mediocrem contra eccleſiam erroris ſui extraxere nequitiam. Sed Iudas horum mittit ſpeculari exercitum, cum doctores ſancti auditores ſuos admonent prauorũ præcauere tumultum, ne fraudis ſuę † aſtum ad internecionem ſimplicium perducant animarum. † actum.

Quod autem Timothæus quaſi collecturã faciẽs, ait principibus exercitus ſui. Cum appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ, ſi tranſierit ad nos prior non poterimus ſuſtinere eum, quia potens poterit aduerſum nos Si vero timuerit trãſire, & poſuerit caſtra extra flumen transfretemus ad eos, & poterimus aduerſus illum, oſtendit, quod omnes hæretici fiduciam atq. conſtantiam pertimeſcunt rectè credentis populi, & eos ſe infirmiores agnoſcant, quo illos in vnitate fidei conſiderant fortiores. Si autem aliquos de catholicis proſpexerint in cogitatione legis Dei, atque in exercitio boni operis fieri tardiores, horum ſibi triumphum atque captiuitatem pollicentur gratulantes. D

c *Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ.* Tranſiens Iudas torrẽtem aquæ ſtatuit ſcribas populi, qui turbam poſt ſe exhortarentur ire in prælium. Cum redemptor noſter audiens paſſionem crucis, Apoſtolos ordinauit, qui credẽtes in ſe doceret contẽnere tormentum corporeæ mortis, & cõfidere de potẽtia ſupernę uirtutis. Vnde eſt illud quod in euãgelio diſcipulis præcepit, d. *Cum audieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri.* Et iterum: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Sed potius eum timete, qui poteſt animã & corpus perdere in gehẽnam:* Et iterum. *In patientia* (inquit) *veſtra poſſidebitis animas veſtras. Qui autem perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit.* Et alibi: *Beati* (ait) *qui perſecutionem patiuntur* E *propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Hinc bene ſubiungitur: Transfretauit ad illos prior, & omnis populus poſt eum, quia oportebat, vt mediator Dei, & hominum primũ paſſionis ſuæ expleret myſterium, & ſic eius exemplo confortati iure cũ pro ipſo patiendo mortem contemnere diſcerent ex vniuerſis gentibus fideles. Rab. Luc. Mat. Lu. Ma. Ma. F

d *Et contritæ ſunt omnes gentes a facie eorum, & proiecerunt arma ſua, &c.* cum diuerſi hominum potentia virtutis Dei conteruntur errores. Proiecerunt arma ſua, & fugerunt ad phanum quod eſt in Carnaim, cum deſertis cõtentiorum obſtaculis, perſecutores veritatis reſiſtere nõ audentes in delubris errorum ſuorum ſe condendo inde quærunt tutelam, vnde habent ruinam. Carnaim autem interpretatur cornua. Cornua vero aptè pro regno atque defenſione accipi poſſunt. Sed non adiuuit eos eorum opinio imo fefellit, quia occupauit Iudas ipſam ciuitatem, & phanum ſuccendit igni cum omnibus, quę erant in ipſo, quando non ſolum omnem machinationem errorum hęreticorum atque perſecutorũ deſtruit, imo omnes, qui ex eo confidunt ſaluator noſter igne iuſtæ cõburit vltionis. Vnde dominus in Deuteronomio præcepit, dicens: *Si audieris in vna vrbium tuarum quas dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos, egreſſi ſunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis tuæ, atque dixerunt: Eamus & ſeruiamus dijs alienis quos ignoratis; quære ſolicitè & diligenter rei ueritate perſpecta. Si inueneris certum eſſe quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, ſtatim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniaque quæ in illa ſunt uſque ad pecora. Quidquid* Deu. 13.

etiam

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et venit tribus ordinibus poſt eos, & exclamauerũt tubis & clamauerunt in oratione. *Diuiſit enim exercitum ſuum in tres partes, irruens ſuper aduerſarios a tergo.*

2 Et diuertit Iudas in Maſpha, & expugnauit & cepit eam, & occidit omnem maſculum eius, & ſumpſit ſpolia eius, & c. *Aliqui libri habent Maſphat, & Male, quia Maſphat eſt locus in Iudæa, in quo fuerunt congregati Iudas & populus ad dominum deprecandum ſupra 3. cap.*

3 Poſt hæc autem verba cõgregauit Timothæus exercitum alium, & caſtra poſuit contra Raphon trans torrentem. *Hic conſequenter ponitur ſecunda Timothæi debellatio. Et patet litera vſque ibi.*

4 Et ait Timotheus principibus exercitus ſui, &c. *Erat enim ſortilegus, & per hoc factum ſortilegizauerat de victoria ſui contra Iudam vel econuerſo.*

5 Statuit ſcribas populi ſecus torrentem, & mandauit eis dicens. *Iſti enim habebant in ſcriptis nomina bellatorum, & per hoc poterant ſcire ſi omnes tranſirent.*

6 Trans fretauit ad illos prior, & omnis populus poſt eum. *Vt daret alijs audaciam tranſeundi.*

A *etiam ſupellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipſa ciuitate ſuccendens, ita ut uniuerſa cōſumas domino Deo tuo, & ſit tumulus ſempiternas.*

gentes a facie eorum, & proiecerunt arma ſua, & fugerūt 1
ad phanum quod erat in Carnaim. Et occupauit ipſam ci
uitatem, & phanum ſuccendit igni cum omnib. quæ erāt
a in ipſo. Et oppreſſa eſt Carnaim, & non potuit ſuſtinere
contra faciem Iudæ. Et congregauit Iudas uniuerſos I- 2
ſraelitas, qui erant in Galaaditide, a minimo vſque ad ma
b ximum, & vxores eorum, et natos, et exercitum magnum
valde, vt venirent in terram Iudæ. Et uenerunt vſque E- 3
phrō, & hęc ciuitas magna in ingreſſu poſita munita val
de. Et non erat declinare ab ea dextra vel ſiniſtra, ſed per 4
mediam iter erat. Et incluſerunt ſe, qui erant in ciuitate 5 6
c & obſtruxerūt portas lapidibus. Et miſit ad eos Iudas ver
bis pacificis, d. Tranſeamus per terram ueſtram, ut eamus
d in terrā noſtram, et nemo uobis nocebit, tantum pedib.
tranſibimus. Et nolebant eis aperire. Et pręcepit Iudas p̄- 7
dicare in caſtris, ut applicarent vnuſquiſq; in quo erat lo 8
co. Et applicuerūt ſe uiri uirtutis, & oppugnauit ciuitatē
illā tota die et tota nocte, et tradita eſt ciuitas in manu e-
ius. Et peremerunt oēm maſculum in ore gladii, & eradi 9
cauit eam, & accepit ſpolia eius, et tranſiuit per totam ci-

Hiſt. Iud. c.1. ✠ Ioſeph. Heb. Iudas conſecratus ad bellum, tranſito Iordane, venit in Galaad ad Timotheum, inuenitque cū oppugnantem ciuitatem, quæ ſita erat in monte Galaad, & inierunt vtrique prælium magnum, ſtantibus iſtis aduerſus illos. Habebat autem Timotheus ſecum populū multum & robuſtum, Iudas autē habuit paucos uiros. Et clamans ad dominum de profundo certa- B minis, eleuanſque oculos ſuos, vidit quinque iuuenes ſedentes ſuper equos, quorum indumēta erant aurea, & duo ex eis ſtabant pro Iuda, vnus ſtans ab vno, & alius ab alio latere, defendentes eum clypeis ſuis, & tres pugnabant aduerſus Timotheū. Factum itaque eſt cum vidiſſet eos Iudas, cognouit eos è cælo miſſos pro auxilio fidelium, & confortans adoleſcentes ſuos vim fecit exercitui Timothei, percuſſitque de exercitu eius viginti millia & quingentos. Fugiēteque inde Timotheo per viam Iordanis, perſecutus eſt eum Iudas, inſequendo & cædendo. Et cum hinc quoque fugeret ad litus maris, peruenit ad Gazam, ubi inſtaurauit bellum, quoniam collectę ſunt ad eum omnes copiæ Paleſtinę. Iudas vero appropinquam loco illi, irruit in eum more leonis, qui irruit in greges ouium, & uertens Timothęus tergum C ſuum ad fugam, diſperſi ſunt ab eo omnes milites eius quos inſequentes milites Haſmonaim, percuſſerunt eos atque contriuerunt uſque ad internecionem, &c.

a *Et congregauit Iudas vniuerſos Iſraelitas, &c.* Iudas, Iſraelitas de Galaaditide cōgregat, cum redemptor noſter per doctores ſuos verbo euangelii eos, qui ab hæreticis capti ſunt, ad catholicam fidem reuocat, hoc eſt enim uenire ī terrā Iuda, recta fide & bonis opibus Deū laudare.

b *Et venerunt vſque ad Ephron.* Diuerſa gētium prælia, varia vitiorum atque errorum ſignificant bella. Diximus, quod gentes illæ, quę fuerunt in terra Galaad & Iſraelitas captiuare contendebant, ſignificarent hæreticos atq; Iudęos. Sed modo his oppreſſis, qui fuerūt in Carnaim iterum illi, qui fuerunt in Ephron reſiſtere Iudæ & ſociis, eius moliuntur, quia contritis diuerſis hęreticis, adhuc illi, qui literam ſequuntur ueteris teſtamenti, aditū ſpiritalis intellectus aperire nolunt. Quid.n. per Ephron (quæ puluis mæroris, ſiue puluis inutilis interpretatur) niſi ſuperuacua obſeruātia legis, temporibus gratię inſinuatur? In qua Iudæi cōfidentes ſe includūt, & obſtruūt portas lapidibus, qui vmbræ dediti, hiſtoricam traditionē legis (quæ in lapidibus ſcripta eſt) euangelii prædicatoribus opponunt, nec conſentiunt ab ea ullo modo di- D uelli, nec alios rectiorem ſenſum cōcedunt ſequi. Vnde ipſa veritas ad tales in euangelio ait: *Væ vobis legiſperiti, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos qui introibāt prohibuiſtis.* Lucæ 11.g Sed mittit *ad eos Iudas ver. pacificis*, dicens.

c *Tranſeamus per terram ueſtram, ut eamus in terram noſtram, & nemo uobis nocebit, tantum pedibus, &c.* Quia prædicatores ſancti iuxta mandatum domini primū pacem offerunt aduerſæ parti, vt fiat illud quod ſcriptum eſt: *Si ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax ueſtra. Sin autem, ad uos reuertetur.* E Luc.10.a *Tranſeamus* (inquiūt) *per terram ueſtram, ut eam. in ter. noſt.* Ac ſi dicant, legamus librorum veſtrorum hiſtoriam, vt ibi allegorico ſenſu promiſſam in cęlis reperiamus nobis patriam. Et nemo uobis nocebit, quia noſter tranſitus innoxius uobis erit. Tantum pedibus tranſibimus, quando greſſu bonorū operum regnum ſupernum adire cupimus. Qui nolebant aperire, cum in tradita ſibi lege nolebant cum euāgelii pręd icatoribus communicare.

d *Et præcepit Iudas.* Quid eſt, quod Iudas prędicare pręcepit in caſtris, vt applicarent ad ciuitatem unuſquiſque, in quo erat loco, niſi quod doctores ſancti auditoribus ſuis liberam in ſcripturis ſacris tribuunt intelligentiam & unuſquiſque quod in lectione diuina ſiue per allegoriam, ſiue per tropologiam, ſiue per anagogen iuxta uotū deſiderii ſui ſibi aperiri quærit, ſuperna gratia annuente intrandi accipiat facultatem.

Et nota, quod uiri uirtutis ibi applicare dicūtur, & oppugnare ciuitatem tota die, & tota nocte, quia niſi, quis virtutis ſit, vt id opere implere deſideret, quod dedicerit magiſtrorum traditione, & inſtanter legem Dei meditatur tota die & tota nocte, hoc eſt omni tempore, victor prædictæ ciuitatis non erit. Vnde in Pſalmiſta beatum virum ait, *Qui in lege domini meditatur die ac nocte, & non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* Pſal.1.a Quod autem dicit peremiſſe eos omnem maſculum in ore gladii & eradicaſſe ciuitatem, ſicque accepiſſe ſpolia eius cum tranſirent per totam ciuitatem ſuper interfectos, & deinde tranſgredi F Iordanem, oſtendit nobis, vt ſi legis domini uelimus eſſe poſſeſſores, & eius ſpolia, hoc eſt diuerſos intellectus ſecūdum fidem rectam percipere, ſtudeamus primum conterere ſuperficiem literæ, & condemnare omnes hęreticorum errores, ſicque tranſgrediamur Iordanem in campum magnum, hoc eſt per baptiſmi mundationē, in libertatem gloriæ tranſeamus, ubi nobis *luceat ſol iuſtitiæ, in cuius pennis vera eſt ſanitas, qui & illuminat abſcondita tenebrarum, & reuelat occulta myſteriorum*, his qui eum

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et proiecerūt arma ſua, &c. *Vt fugerēt magis expedite.*

2 Et congregauit. *Poſtquam deſcripta eſt aduerſariorū debellatio, hic conſequenter deſcribitur Iudæorum aſſecuratio. Nam liberatos ab obſidione noluit inter aduerſarios dimittere, ſed adducere eos in Iudæam, ut eſſent ibi tuti. Et patet litera vſque ibi.*

3 Et venerunt uſque Ephron, &c. *Vbi ponitur impedimentum ſuperueniens in uia. Nam habitatores Ephrō negauerunt eis tranſitum per ſuam ciuitatem, & non poterant tranſire per aliam viam. ideo ſubditur.*

4 Sed per mediam. *ſ. ciuitatem Ephron.*

5 Iter erat. *ſ. Iudæ & populo eius.*

6 Et obſtruxerunt. *i. murauerunt eas.*

7 Et præcepit Iudas prædicare. *i. per præconem dicere.*

8 Vt applicarent. *i. vt ſtultum facerent contra ciuitatem.*

9 Et eradicauit eam, &c. *i. ſubuertit.*

✠ 1 Et

*MORALITER.*

† 2 *Et cōgregauit Iudas vniuerſos Iſraelitas, qui erant, &c.* per hoc quod Iudas eduxit filios Iſrael de Galaad, vbi erant in periculo ꝓpter infideles circunſtantes & adduxit eos in terram Iſrael cum fratribus ſuis, oſtenditur, quod quilibet bonus ſuperior ſi videat ſubditos ſuos eſſe periculoſe quantum ad fidem uel mores in aliquo loco, debet eos ad locum ſecuritatis transferre.

A non ſimulationis fictione, ſed fidei requirunt veritate. vnde ſapientia admonet, d. *Sentite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis, quærite illum, quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum, apparet autem eis, qui fidem habent in illũ. Peruerſæ enim cogitationes ſeparant a Deo, probata autem uirtus corripit inſipientes, quoniã in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.* (Sapien.1.a; Ibidem.; Ibidem.)

Rabban. a *Et erat Iudas, &c.* Quod Iudas regrediens cum exercitu ſuo in terra Iuda cõgregans extremos, exhortabatur populum per totam viã donec venirent in terram Iuda doctores ſanctæ eccleſiæ B ſuo exẽplo inſtruit, qualem ſolicitudinem, quantumq. ſtudium debeant habere erga ſubiectos, vt in via præſentis vitę verbum exhortationis illis impendere non negligant, ſed docendo, admonen C do, increpando, atq. conſolando ſemper eis prodeſſe ſtudeãt, nullumque relabi a ſuo comitatu, atq. deperire, quantum in ipſis eſt permittant, ſed magis feſtinent, ut conſeruato numero in ſuam curam ſuſceptorum, læti in terram Iuda iuxta Pauli ſententiam, *ad montem Sion ac ciuitatem Dei uiuẽtis Ieruſ. lẽ cæleſtem ac multorum milium angelorum frequentiam, & eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cęlis, & iudicem omnium dominum reuertantur*, eique tunc dignis laudibus gratias agant, cuius dono ad ſedem quietis ac pacis peruenire potuerunt.

(Eccleſiæ doctores qua luce fulgere debent Chriſti fidelibus.) († fugit.) (Heb.12.f)

b *Et in diebus quibus erat Iudas, & Ionathas, &c.* Quid per hos duos principes, Ioſephum, ſcilicet, & Azariam, qui æmulatione virtutum Iudæ prouocati, per iactantiam ſibi nomen in prẹliis acquiri uoluerunt, niſi hypocritarum perſona deſignatur qui non ſimplici intẽtione, ſed faſtu arrogantia uirtutes ſanctorum imitari appetunt? Sed ſicut illis non prõſpere euenerunt ea, quæ non bono animo geſſerunt, ita & iſtis de conatu ſuo non vera gloria, ſed ſempiterna ſequitur ignominia, quia de ſuo rũ nõ merentur victoria gaudere, ſed magis lugebũt de ſua ſuorũque dãnatione ꝑpetua, unde recte ſubiũgitur.

c *Et*

uitatem ſuper interfectos. Et transgreſſi ſunt Iordanem in
a campo magno contra faciem Bethſan. Et erat Iudas con- 1
gregans extremos, & exhortabatur populum per totam
viam, donec venirent in terram Iuda. Et aſcenderunt in
montem Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holo- 2
b cauſta, quod nemo ex eis cecidiſſet donec reuerterẽtur in 3
pace. Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra
Galaad, & Simon frater eius in Galilæa contra faciẽ Pto- †
lemaidis, audiuit Ioſephus Zacharię filius, & Azarias prin 4
ceps virtutis res bene geſtas, & prælia, quæ facta ſunt, & di
xit: Faciamus & ipſi nobis nomen, et eamus pugnare ad- 5
uerſus gentes, quæ in circuitu noſtro ſunt. Et ꝑcepit his, 6
qui erant in exercitu ſuo, & abierunt Iamniam, & exiuit
Gorgias de ciuitate & uiri eius obuiam illis in pugnam.
c Et fugati ſunt Ioſephus & Azarias vſq; in fines Iudææ, &
ceciderunt illa die de populo Iſrael ad duo milia uiri. Et fa
cta eſt† plaga magna in populo: quia non audierunt Iudã
d & fratres eius, exiſtimantes ſe fortiter facturos. Ipſi autem 7
non erãt de ſemine uirorum illorum, per quos ſalus facta
eſt in Iſrael. Et uiri Iuda magnificati ſunt ualde in conſpe 8
e ctu oĩs Iſrael & gentium omnium, ubi audiebatur nomẽ 9
eorum. Et conuenerunt ad eos fauſta acclamantes. Et exi-
uit Iudas & fratres eius et expugnabant filios Eſau in ter
ra, quę ad auſtrũ eſt, & percuſſit Chebron & filias eius, et

E c *Et facta eſt plaga magna in populo, quia non audierunt Iudã, & fratres eius, &c.* Merito ergo magnæ plagæ patitur caſum, qui non Iudæ ſpiritalis ſalubre audit conſilium. & quia non erant de numero electorum, qui ſpiritu Dei inſtigati opera virtutum gerunt, pro ſua impudenti audacia turpiter confuſi in extremis cum peccatoribus gemunt.

Rabban. d *Et uiri Iuda magnificati ſunt ualde, &c.*

In 1.ad ✻ Amb. In Græco gentilem ſignificat. Paulus, in Iudęo vero eũ, qui ex genere ſit Abrahę. Nam Iudæi ex tempore Iudæ Machabæi dici cœperunt, E qui in cauſa cladis reſiſtit ſacrilegiis gentium, & fiducia Dei collegit populum, & defendit genus ſuum. Fuit aũt ex filiis Aaron.

Bene dicitur, ꝙ uiri Iuda magnificati ſunt ualde in cõſpectu omnium gentium, quia illi, qui recte fidei verã ita tenent confeſſionem, ut id impleãt opere quod prædicãt ore, merito om F nium gentium uoce laudantur, & ueniunt ad eos fauſta acclamãtes. hoc eſt ſeruos Dei pro cuſtodia mãdatorum eius beatificantes, laudes Iudæ referunt regi cæleſti, iuxta illud Pſalmiſtæ quod cõſideratis bonis eccleſiæ, ait: *Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt, beatus populus cuius eſt dominus Deus eorum.* Hinc & ſaluator noſter in euangelio diſcipulis ſuis prẹcepit, dicens: *Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrẽ ueſtrum, qui in cęlis eſt.* (pſal.143) (Matt.5.)

e *Et exiuit Iudas & fratres eius & expugnabant filios Eſau in terra, quæ ad Auſtrum, &c.* Quid per Eſau, qui per cupiditatem neſcię vendidit primogenita ſua minori fratri Iacob, niſi prior populus, qui propter cupiditatem terrenam, indignum ſe primogeniti honore oſtendit. Et ob hoc dignitas tota ad gentium populum translata eſt. Et bene in terra, quæ ad Auſtrũ eſt filii Eſau manere dicuntur Iudaicus populus propter acceptam legẽ & ſcripta prophetarum, quę illis tradita ſunt appropinquare videbãtur lumini ſolis æterni. Sed quia mẽte excęcati ſunt, & iuxta lucẽ poſiti illã videlicet lucem, quę illuminat omnem hoĩem venientem in hunc mundũ, eã corã po-

ſitam (Gen.25) (Ioan.1.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✻] 1 Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum, &c. *Faciebat enim vltimam cuſtodiam, ne aliquis ex debilitate ſeu alia occaſione remaneret poſt armatos, & ab aduerſariis inſidiantibus caperetur.*

2 Et obtulerunt holocauſta, quod nemo ex eis cecidiſſet, &c. *i. quod bellatores ſam redierant & integro numero.*

3 Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad. *Hic conſequenter deſcribitur quorundam Iudæorum præſumptio, ſcilicet, illorum, qui in abſentia Iudæ & fratrum ſuorum remanſerant ad populi cuſtodiam, & præſumentes de ſua uirtute exierunt ad prẹliandum cum Gentilibus contra Iudę probibitionem, quæ habetur ſupra. Et patet litera vſque ibi.*

4 Et

4 Et Azarias princeps virtutis res bene geſtas, & prælia, &c. *i. partis exercitûs, quæ remanſerat ad cuſtodiam Iudę tantum, & non ad bella contra extraneos concitandum.*

5 Faciamus & ipſi nobis nomen, & eamus pugnare aduerſus gentes, &c. *Ex quo patet, quod mouebãtur ex præſumptione & laudis cupiditate.*

6 Et abierunt Iamniam, & exiuit Gorgias de ciuitate & viri eius obuiã, &c. *vbi habitabat Gorgia cũ exercitu ſuo.*

7 Ipſi autem non erant de ſemine virorum illorum, &c. *i. Matathiæ & filiorum ſuorum & conſanguineorum eorum.*

8 Et viri Iuda magnificati ſunt valde in cõſpectu omnis Iſrael, &c. *Propter crebras & magnas victorias.*

9 Et cõuenerunt ad eos fauſta acclamãtes. *i. euſortunia*

✻ *ſiue*

*MORALITER.*

† 3 *Et in diebus qbus erat Iudas & Ionathas in, &c.* Sequitur.

† *Audiuit Ioſephus Zachariæ filius.* Per iſtos, qui audientes facta magnifica Iudę & Ionathæ ex ambitione acquirẽdi ſibi famã conſtituerunt prælia contra gentes, de quo reportauerunt confuſionem & populus Iſrael plagam magnã, ſignificantur illi, qui præſumunt exercere actũ legendi vel prẹdicãdi, quo committitur bellum cum uitiis & ſpiritibus malignis, & tamen ſunt ad hoc inepti propter defectum ſcientię vel uitæ, & ſic reportant confuſionem, quia de facili dicunt falſa, & propter vitæ defectum populus audiens ſcandalizatur, quia ſicut dicit Gregor. homil. 37. Cuius vita deſpicitur, reſtat ut eius prædicatio contemnatur.

*MO-*

ſitam recipere noluerunt. Inde aptè per Iudam,& fratres
A eius expugnati memorantur, quia doctores ſancti errorem illorum eis improperantes pro inobedientia iuſtè ſpretis atq; damnatis, ad gentium prædicationem cõuerſi ſunt, erroremq; perfidorum, tam in ipſa ſynagoga, quã etiam in ſingulis perſonis mucrone verbi Dei percutiẽtes turres ſuperbiæ quas illi aduerſus euangelium Chriſti elatâ mente erexerunt, igne debitę damnationis exurebant.

a *Et mouit caſtra,&c.* Nota lector, quòd omnes illas ſpecies
B aduerſariorum quas antè commemorauerat, nunc breuiter attingendo recapitulat, hoc eſt Iudæorum. Gentiliũ, atq; hæreticorum. Nam cum paulò antè expugnatos eſſe filios Eſau narrauit, mox caſtra alienigenarum ſimul cũ aris, & ſpolijs deorum ipſorum ſuccenſa eſſe ſubiunxit. D Deinde perambulatam nunc Samariam commemorat, quia non ſolum Iudaica ſuperſtitio, ſed & Gentilium error, atq; hæretica prauitas prædicantib. apoſtolis per euangelium Chriſti ſuperatur, confunditur, deſtruitur, atq; ad nihilum redigitur, præſertim, cum *vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, & quis reſiſtet ei? De cælo iudiciũ iaculatum eſt, terra tremuit, & quieuit, dum exurgeret in iudicio Deus, vt ſaluos faceret omnes quietos terræ.* Apoc.5.b. Pſal.73.b. Quòd autem inter alia dicitur cecidiſſe ſacerdotes in bello, dum ſine conſilio exeunt in prælium, nimis formidanda ſententia eſt, ac prouidendum, ne quis dum attendit aliorum errores expugnare, petulantia ſua atque incautela mortem ſibi acquirat perpetuam.

a muros eius,& turres ſuccendit igni in circumitu. Et mouit
caſtra,vt iret in terram alienigenarũ, & perambulabat Sa- 1
mariam. In illa die ceciderunt ſacerdotes in bello,dum vo- 2
lunt fortiter facere,dum ſine conſilio exeunt in præliũ. Et 3
declinauit Iudas in Azotum, in terram alienigenarum, &
diruit aras eorum, & ſpolia deorum ipſorum ſuccendit
igni, & cepit ſpolia ciuitatum, & reuerſus eſt in terram
Iuda.

NICOLAVS DE LYRA.

*ſiue laudes de euſortunijs magnificantes. Et dicuntur fauſta, a faueo faues, quaſi fortunæ fauores. Plures.n. de gentibus circa Iudæam habitantibus videntes, & audientes Iudæ fratrumq; ſuorum bonas.ſ. fortunas, venerunt ad eos facere amicitias.*

1 Et perambulabat Samariam. *vbi habitabant Gentiles illuc miſſi de Perſide, qui fuerunt ſemper moleſti Iudæis, vt patet 1. Eſd. & Nehem. Et reuertitur ſcriptura ad loquendum de prædictis, qui proceſſerant ad bellum ex præſumptione, cùm dicitur.* E

2 In illa die.

3 Ceciderunt ſacerdotes in bello, dum volunt fortiter,&c. *ſ. Ioſephus, & Azarias ſupradicti, qui licet eſſent de ſacerdotali genere, non tamen erant de ſorte Ioacim, de qua fuit Matathias, vt habetur ſuprà in principio cap.2.*

CAP. VI.

a *Et rex Antiochus.* Poſt impietatis opera plurima, quę geſſit Antiochus in loco ſancto, & in populo Dei, diuino iudicio iuſtè peremptus eſt, ſicut ipſe in ſequentibus teſtatur dicens, ſe cognouiſſe, quia ꝑpterea inueniſſet ſe mala, & inde periret triſtitia in terra aliena, licet Polybius Megalopolita hiſtoricus, Ioſepho teſte
C ſcribat, ideo eum periiſſe, qa voluit tẽplũ Dianæ in Perſide deuaſtare, hoc eſt in Elimaide Perſarũ ciuitate. Sed hęc opinio nullo mõ a fidelibus recipitur, qui ſciunt, ꝙ *omnes dij gẽtium dæmonia, & ſimulachra gentium argentum, & aurum opera manuum hominũ ſunt.* Pſal.113.b. Qui autem contra Deum omnipotentem ſuperbia intumuit, condignam vltionẽ recepit, ſic & omnes impij, nec non & ipſe nouiſſime filius ꝑditionis, quia *extollitur ſuper omne quod dicitur Deus aut colitur*: cuius hic Antiochus typus fuit, ꝑ impietatis opera, q̃ fecit, ſuper no viſitatus iudicio
F interiret, *quem dominus Ieſus iuxta Pauli vocem interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui.* 2.The.2.b.

CAP. VI.

a E T rex Antiochus perambulauit ſupe 1
riores regiones. Et audiuit eſſe ciuita- 2
tem Elimaidem in Perſide nobiliſſi-
mam, & copioſam in argento, & au-
ro, templumq; in ea locuplex valdè. 3
Et illic velamina aurea, & loricæ, & 4
ſcuta, quæ reliquit Alexander Philip
pi rex Macedo, qui regnauit primus in Græcia. Et venit
& quærebat ciuitatem capere,& deprædari eam,& non po 5
tuit: quoniam innotuit ſermo his, qui erant in ciuitate. 6
Et ſurrexerunt in prælium, & fugit inde, & abijt cum tri- 7
ſtitia magna, & reuerſus eſt in Babyloniam. Et venit,qui 8
nuntiaret ei in Perſide, quia fugata ſunt caſtra, quæ erant
in terra Iuda,& quia abijt Lyſias cũ virtute forti in primis,
& fugatus eſt a facie Iudæorum:& inualuerũt armis,& vi-
rib: & ſpolijs multis, quæ ceperunt de caſtris,quæ excide-
runt:& quia diruerunt abominationẽ quã ædificauerunt 9
ſuper altare, quod erat in Ieruſalẽ: & ſanctificationẽ ſicut 10

a Et

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

* 1 ET rex Antiochus. *Deſcriptis victorijs Iudæ tempore Antiochi Epiphanis, hic conſequenter deſcribitur conflictus Iudæ tẽpore filij ſui Antiochi Eupatoris. Et quia corruptio vnius eſt generatio alterius. Ideo primo ponitur mors Antiochi illuſtris. Secundò ſubſtitutio filij eius Antiochi Eupatoris, ibi.* Et cognouit Lyſias. *Circa primum primò ponitur ſuæ mortis occaſio, quæ fuit duplex. Vna quia fuit turpiter repulſus a quadã ciuitate Perſidis valdè opulenta, quam quærebat ſubitò deprædari. Et hoc eſt quod dicitur.*

2 Et audiuit eſſe ciuitatem Eli. *hoc audiuit ab exploratoribus quos miſerat ad inquirendum de ciuitatibus, in quibus poſſet accipere diuitias, & pecunias multas, nam ad hoc iuerat in Perſidem, vt dictum eſt ſuprà 3.cap.*

3 Et illic velamina aurea. *ad decorem templi diuitijs pleni.*

4 Et loricæ & ſcuta. *ad memoriam ſuarum victoriarum.*

5 Et quærebat ciuitatem capere *doloſè.*

6 Et non potuit: quoniam innotuit,&c. *quia ciuibus reuelatus fuit eius dolus.*

7 Et abijt cum triſtitia,&c. *quæ fuit occaſio ſuæ mortis. Prima.* nam ſpiritus triſtis exſiccat oſſa, Prou.17.d. *Secunda ſuæ mortis occaſio fuit triſtitia, ſuper prædictam veniens de audita debilatione principum ſuorum in Iudæa, & proſperitate Iudæorum. Et hoc eſt quod dicitur.* Triſtitia mortis cauſa.

8 Et venit qui nuntiaret ei in Perſide, quia fu.&c. *Et patet litera vſque ibi.*

9 Et quia diruerunt abominationem *.i. idolum Iouis quod ædificauerat Antiochus ſuper altare domini, vt ſupra cap.1.*

10 Et ſanctificationem,&c. *i. templum.*

* 1 Et

*MORALITER.*

† 1 *Et rex Antiochus.* Per ipſum ſignificatur diabolus. vt dictum eſt ſupra. Et ſicut iſte conatus fuit ſpoliare ciuitatẽ, & templum diuitijs temporalibus,& iocalibus pretioſis, ſic diabolus conatur ſpoliare clerum, & populum Chriſtianum virtutum diuitijs,& Spiritusſancti donis. Et ſicut ciuibus reſiſtentibus Antiochus fuit turpiter repulſus, ſic diabolus confuſibiliter repellitur, quando ſibi viriliter reſiſtitur, Iac.4.b. *Reſiſtite dia.& fu.a vo.*

prius circundederunt muris excelſis:ſed et Bethſurã ciuita 1
tẽ ſuam. Et factum eſt,vt audiuit rex ſermones iſtos ex pa- 2
uit,et cõmotus eſt ualde,et decidit in lectulũ, et incidit in
languorem præ triſtitia, quia non eſt factum ſicut cogita-
bat.Et erat illic per dies multos:quia renouata eſt in eo tri
ſtitia magna, et arbitratus eſt ſe mori. Et uocauit omnes 3
amicos ſuos,et dixit illis: Receſſit ſomnus ab oculis meis,
et concidi, et corrui corde præ ſolicitudine. Et dixi in
corde meo: In quantam tribulationem deueni,et in quos
fluctus triſtitiæ,in qua nunc ſum,qui iucundus eram, et di
lectus in poteſtate mea. Nunc verò reminiſcor malorum, 4
quæ feci in Ieruſalem:vnde,et abſtuli omnia ſpolia aurea, 5
et argentea, quæ erant in ea, et miſi auferre habitantes Iu-
dæam ſine cauſa. Cognoui ergo,quia propterea inuene-
runt me mala iſta,et ecce pereo triſtitia magna in terra alie
na. Et uocauit Philippum unum de amicis ſuis,et præpo- 6
ſuit eum ſuper vniuerſum regnum ſuum,et dedit ei diade- 7
ma,et ſtolam ſuam,et annulum, ut adduceret Antiochum
filium ſuũ,et nutriret eum, vt regnaret. Et mortuus eſt ibi 8
a Antiochus rex anno centeſimo quadrageſimonono.Et co 9
gnouit Lyſias, quoniam mortuus eſt rex, et conſtituit re- 10
gnare Antiochum filium eius quem nutriuit adoleſcen- 11
b tem,et vocauit nomen eius Eupatorem.Et hi qui erant in 12
arce concluſerant Iſrael in circuitu ſanctorum. Et quæ re 13

a *Et mortuus eſt ibi Antiochus.* Vnde,& typum tenet perſe-
A cutorum Chriſti,& eccleſiæ,non mirum,ꝙ ex crudeli pa
tre truculentus filius eſt genitus, qui opera nefanda ne-
quiſſimi patris imitatus ſit. De quo in Euangelio domi-
Io.8.f. nus ad Iudæos ſæuos ac ſuperbos ait. *Vos ex patre diabolo
eſtis,& deſideria patris veſtris vultis facere.Ille enim ab initio homicida erat.* Et rectè homicidæ filius homicidiũ facere meditatur, non ſolum corporale, ſed etiã ſpirituale,hoc eſt necem animarũ, quæ in peccato, & in impietate moriuntur.

* Rupertus.De beſtia Apocalyptica quidam dicent, *quis poterit pugnare cũ ea?* Sic fatui fatua loquentes,non recordabuntur, q̃d quondam Pharao cũ curribus, & equitibus ſuis, pugnante Deo pro Iſraele, in mare merſus ſit: quod canes comederunt Iezabel: quod Nabuchodonoſor ex hominibus eiectus eſt, & per ſeptem tempora fœnum comedit,vt bos: quod Aman in patibulo appenſus eſt:quod Antiochus viuens intrinſecus cõputruit & ſicut Daniel prædixerat,ſine manu contritus eſt:quod Nero miniſter diaboli,vt dedecoroſè vixit,ita & turpius perijt.

In 13.c.Apo. — Exod.14. — B — 3.Reg.19. — Dan.4. — Heſter.7. — 2 Mach.6. — Dan.8.

In 17.c.Apo. * Idẽ.Notandũ quia ſuper ſingulos iſtorum talia cęlitus iudicia facta ſunt,vt ſingulorum conſideres euentũ,fateri non dubites propriè dictum eſſe, quia ceciderunt, &c.

Ibidem. Dan.8. * Idem.De Antiocho Epiphane Daniel prædixerat,*Et ſine manu conteretur,*& ita factum eſt. Diuinitus quippe per-
C cuſſus inuiſibili,& inſanabili plaga computruit,miſeram
Apoc.17. que vitam miſerè,vt dignus erat,finiuit.Igitur,*& agnus*,inquit,*vincet illos*:quippe qui & priuſquam naſceretur,vicit primos. Vnde non dubitatur quin vincat, & reſiduos. Victoriæ eius participes facti ſunt ſancti ſiue electi eius: D
ipſis enim laborantibus,adiuuando vicit agnus.

L. 2. d patient. * Idiota.Miſericors,& miſerator domine, dum conſidero iudicia tua, quæ incomprehenſibilia ſunt, & vias tuas inueſtigabiles, timor & tremor concutiunt mentem meam, quæ nubilo ignorantiæ obſcurata,nõ diſcernit ad quem finem tribulationes tuę tendãt. Aliquos namq; affligis probãdo ſicut Iob,& Tobiam,qui cum probi ſanctiq; eſſent, fuerũt tamẽ afflicti Alios affligis & purgas, ſicut Nabuchodonoſor, qui flagellis reſipuit. Alios affligis, & damnas,ſicut Pharaonẽ, E
qui flagellis magis induratus perſtitit. Alios affligis,vt glorificeris, ſicut accidit cęco nato. Alios affligis, & tribulas, & deſperati moriũtur, vt hic incipientes infernum ſuũ, de tormento tranſeant ad tormentũ, ſicut legitur de Antiocho, q̃ poſt acerbas afflictiones in doloribus mortuus eſt,& damnatus:de quo & ſimilibus dixiſti. *Dorſum,& non faciem oſtendam eis,in die perditionis ipſorũ.* Hier

b *Et hi qui erant.* Qui autem ſunt illi,qui in arce concludebant Iſrael in circumitu ſanctorum, & quærebant eis Rabb. Myr.
mala ſemper ad firmamentum gentium, niſi qui in arce ſuperbiæ ſe erigentes, veram religionem in Chriſticolis perſequuntur,quatenus verbum Dei ſuffocent,& errorẽ atq; idololatriam inſtaurent? Contra quos Iudas præliari diſponit, quia tota intentio ſanctorum doctorum hoc F
diſponere maximè ſatagit,vt errores expugnentur, & errantes veritatis eminentia ſuperẽtur. Sed hoc ſtudio commoti quidam de gentibus, vt ſunt Philoſophi: quidam etiam ex impijs Iſrael, qui ſunt hæretici, prouocant
☞ principatum

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et Bethſuram ciuitatem ſuam. *vt eſſet eis in fortalitium contra impulſus gentium.*
2 Vt audiuit rex ſermones iſtos. *quia debellatus fuerat in Elimaide,& principes ſui in terra Iudæ.*
3 Et arbitratus eſt ſe mori. *deſperans de infirmitate ſanari.Cætera patent vſque ibi.*
4 Et dilectus in poteſtate mea. *ſed hoc erat a ſatellitibus ſuis, ſed erat odioſus gentibus alijs propter ſuperbiam,& malitiam ſuam.*
5 Nunc verò reminiſcor. *pœna debita docente culpam.*
6 Et præpoſuit eum. *videns imminere de propinquo ſuũ interitũ*
7 Et dedit ei diadema. *i. inſignia regalia ad inſigniendum filium ſuum.*
8 Et mortuus eſt. *Cępit autem regnare anno 137. vt ſupra 1. cap.primus tamen annus,& vltimus fuerunt imperfecti,& anno 7. regni ſui cœpit filios Iſrael grauiter affligere, & anno 9. poſuit idolum ſuper altare,vt patet ex prædictis ſupra 1.cap.*
9 Et cognouit. *deſcripta morte Antiochi, hic conſequenter deſcribitur ſubſtitutio filij ſui,qui primò ſublimatur in regnum. Secundo prouocatur contra Dei populum,ibi.* Et hi qui erant. *Circa primum dicitur.* Et co. Lyſias. *quem reliquerat Antiochus ad cuſtodiam regni & nutritionem filij ſui,vt ſuprà 3.cap.*
10 Quoniam mortuus eſt rex. *Hoc cognouit per nuntium præuenientem Philippum,quem rex moriens inſtituerat tutorẽ filij ſui.*
11 Et conſtituit. *Vt ſic priuaret Philippum officio tutoris,& regni negotijs in ſeipſum retorquendo.*
12 Et hi qui erant in. *Hic conſequenter rex nouus contra Iudæos prouocatur.Et primò ponitur huius prouocationis occaſio. Secundò ipſa prouocatio,ibi.* Et iratus eſt rex. *Occaſio verò prouocationis fuit accuſatio Iudæorum erga ipſum de obſidione Macedonum, & quibuſdam alijs.Et hoc eſt quod dicitur.* Et hi qui erant in arce. *Ad nocendum Iudæis,vt habetur ſuprà 1.cap.*
13 Concluſerant Iſrael. *i.ſic eos arctauerunt, quòd non poterant liberè exequi cultum diuinum.*

### MORALITER.

† 2 *Et factum eſt, vt au.* Diabolus enim valdè triſtatur de proſperitate bonorum, & de confuſione ſatellitum ſuorum, & quamuis ſit immortalis, tamen dici poteſt mori in Antiocho, cuius mors hic deſcribitur, ſicut Chriſtus poſt reſurrectionem immortalis factus quantum ad naturam humanam dixit ſe iterum crucifigendum in Pe-
Egeſippus l.4 Ambr.ep.33 tro.Et ſic illi,qui ſunt membra diaboli,vt raptores & vſurarij quando moriuntur faciunt teſtamentum Antiochi, qui moriens de rapinis nihil reſtituit.ſed de coronatione filij ſui diligenter ordinauit.Et ſimiliter iſti non cogitant
* 1 Et
de reſtitutionibus faciendis,ſed ſolum de filiabus, & filijs promouendis.
9 *Et cognouit Ly.* Per iſtũ q ex ambitione,& inuidia coronauit Antiochũ.ſ.vt poſt regẽ eẽt ſup regni negotia.& ſic iſtis priuaret Philippũ, cui dicta coronatio fuerat cõmiſſa.ſignificat̃ qlibet inuidus,& ambitioſ⁹.Et ſicut iſte Lyſias ex hoc facto fuit occiſus cũ Antiocho,vt habet̃ c.ſe.ſic iuſto Dei iudicio ſimilia faciẽtib.frequẽter ꝯtingit ſimilia pati.
12 *Et hi qui erant.* ſ.ab acceſſu ad tẽplũ,& ideo per iſtos ſignificant̃ mali p̄lati.qui licet ſint in arce dignitatis eccl'aſticę tñ impediunt aliquando populum catholicũ ab acceſſu
ad eccle-

principatum iſtius mundi in odium ſeruorũ Dei, quatenus hoc ſolatio adiuti impietatem ſuam facilius explere poſſint. Vnde legitur, ꝙ iſti adeuntes regem, dixerunt ei.

a *Quouſque non facies iudicium: & vindicas fratres noſtros? Nos decreuimus ſeruire patri tuo, &c.*

b *Et iratus eſt.* Congregat typicus Antiochus exercitũ nõ ſolũ a proprijs, ſed etiam de extraneis: quia ſæuitia perſecutorum nõ contenta eſt ſeditione interna, ſed ẽt forinſecus ſeruis Chriſti immania excitat bella. Inſtituunt pedites, ordinant equites, præparant elephãtes, vt nihil deſit eorũ crudelitati: ſed quicqd excogitare põt impietas, totum pręparat atrocitas. Sed & figuraliter ſicut pedites, & equites poſſunt deſignare lictores, & carnifices, ita & elephãti pp enormitatẽ corporũ ac crudelitatẽ animorũ, poſsũt deſignare faſtũ principũ. Quibus benè conuenit, ꝙ beſtijs ad exacerbandam iram, oſtẽderũt ſanguinẽ vuę & mori, qa in effuſione ſanguinis martyrũ excitata eſt ſæuitia pſecutorũ. Et C benè dicitur, ꝙ aſtiterunt ſingulis elephãtis mille viri in loricis cõcatenatis, & galeæ in capitib. eorũ, & equites ordinati vnicuiq; beſtiæ,

bant eis mala ſemper ad firmamentũ gẽtium. Et cogitauit 1
Iudas diſperdere eos, & conuocauit vniuerſum populũ, vt
obſiderent eos. Et cõuenerũt Iſrael, & obſederũt eos anno
cẽteſimo quinquageſimo, & fecerũt baliſtas, & machinas. 2
Et exierunt quidã ex eis, qui obſidebãtur, & adiunxerunt 3 4
ſe illis aliqui ex impijs Iſrael, & abierunt ad regem, & dixe- †
a runt. Quouſq; non facies iudicium: & vindicas fratres no
ſtros. Nos decreuimus ſeruire patri tuo, & ambulare in præ 5
ceptis eius: & obſequi edictis eius, & filij populi noſtri pp 6
hoc alienabant ſe a nobis. Et quicunq; inueniebãtur ex no
bis interficiebantur, & hæreditates noſtræ diripiebãtur. Et 7
non ad nos tantum extẽderunt manum, ſed & in oẽs fines 8
noſtros. Et ecce applicuerunt hodie ad arcẽ in Ieruſalẽ oc- 9
cupare eã, & munitionẽ in Bethſura munierunt. Et niſi prę 10 11
ueneris eos velocius, maiora quàm hæc facient, nec pote- 12
ris obtinere eos. Et iratus eſt rex, vt hæc audiuit, & cõuoca 13
b uit oẽs amicos ſuos, & principes exercitus ſui, & eos, qui ſu 14 15
per equites erant. Sed de regnis alijs, & de inſulis maritimis 16
venerunt ad eũ exercitus cõductitij. Et erat numerus exerci
tus eius cẽtum milia peditum, & viginti milia equitum, & 17
elephanti trigintaduo docti ad præliũ: & venerunt per Idu 18
mçam, & applicuerunt ad Bethſurã, & pugnauerunt dies 19 20
multos, & fecerunt machinas. Et exierunt, & ſuccenderunt 21
eas igni, & pugnauerũt viriliter. Et receſſit Iudas ab arce, et 22
mouit caſtra ad Bethzacharan cõtra caſtra regis. Et ſurrexit 23 24
rex ante lucem, et concitauit exercitus impetum contra 25
viam Bethzacharan. Et comparauerunt ſe exercitus in 26
prælium, et tubis cecinerunt. Et elephantis oſtenderũt ſan-
guinem vuæ, et mori, ad acuendos eos in prælium. Et diui-
ſerunt beſtias per legiones, et aſtiterunt ſingulis elephan- 27
tis mille viri in loricis concatenatis, et galeę ęreę in capi- 28
tibus eorum. Et quingẽti equites ordinati vnicuiq; beſtiæ 29
c electi erant. Hi ante tempus vbicunq; erat beſtia ibi erant, 30
et quocunque ibat ibant, et non diſcedebant ab ea. Sed et 31

ſtiæ, qa plures ſunt, qui fauẽt adulationi principũ. Quorũ D loricæ cõcatenatæ ſunt, hoc eſt doli prauorũ cõſiliorũ inuicẽ perplexi ſunt. Et galeã æneã hẽnt in capitib. ſuis, cum iniquitatis duritiã circundant mentibus ſuis. Vbi ẽt equites adſunt ordinati, quia ſuperbiæ elatio ibi nõ deerit, vbi cõmunis naturæ p miſericordiam non cõſideratur æqualitas, ſed mũdani fauoris appetit vanitas.

c *Sed, & turres ligneæ, &c.* Quę impoſitæ beſtijs trigintaduos in ſe continebãt viros, exprimũt fragilitatẽ potentię, qua ſemper ſe perſecutione prævalere martyrib. confidũt. Allegoricè.

* Plinius. Quod ad docilitatem attinet, Elephanti regem adorãt, genua ſubmittunt, coronas porrigunt. Certum eſt, vnum tardioris ingeni (in accipiendis, q̃ tradebantur, ſæpius caſtigatum verberibus, eadẽ illa meditantem noctu repertũ. Circa dentes belli ſumma cura. Alterius mucroni parcũt, ne ſit in plijs hebes: alterius operario vſu fodiũt radices, impellũt molles. Antipater author eſt, duos Antiocho regi in bellicis vſib. celebres ẽt cognominibus fuiſſe: etenim nouere ea. Certè Cato, cũ imperatorum noĩa annalib. deſcriberet, eum, qui fortiſſimè

L.8.Nat.hiſt. cap.1.3.&5. E

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et cogitauit Iudas, &c. *Vt diuinus cultus liberè poſſet exerceri*

2 Et fecerũt baliſtas. *Ad faciendum ſpicula contra arcis propugnacula.*

3 Et machinas. *Ad deſtruendum muros eius.*

4 Et exierunt quidam ex eis, qui obſi. *Occultè, & impiorũ ex Iſrael fauore. Ideò ſubditur.* Et adiunxerunt ſe illis.

5 Nos decre.ſer.pa.tuo & ambulare, &c. *Iſti fuerunt de illis, qui iuerunt ad Antiochum Epiphanem impetrantes ab eo, vt faceret iuſtitias gentium in Ieruſalem, vt ſuprà cap. 1.*

6 Et filij populi noſtri. *ſ. Mathatias, & filij eius, & amici eius, qui præuaricatores legis obſidebant, vel occidebant.*

7 Et non ad nos tantum extenderunt manum. *Inſerendo.*

8 Sed & in omnes fines. *Perſequẽdo amicos, & ſectatores legis*

9 Et ecce applicuerunt hodie. *i. illo tempore.*

10 Ad arcem in Ieruſalem. *Impugnando gentem tuam.*

11 Et munitionem in Beth. muni. *contra te, & regnum tuũ.*

12 Et niſi præueneris eos velo. ma. quam hæc fa *contra te.*

13 Nec poteris obtinere eos. *Quoniam erunt nimis fortificati.*

14 Et iratus eſt rex. *Hic conſequenter ponitur ipſius regis prouocatio ex qua primò diſponitur belli aparatus. Secundò, conflictus, ibi* Et venerunt. *Circa primũ dicitur.* Et iratus eſt rex, vt hæc aud. *Quia videbantur eſſe contra honorem ſuum, & bonum reipublicę.*

15 Et conuocauit omnes amicos ſuos. *Vt ei aſſiſterent.*

16 Et principes exercitus ſui, & eos. *Vt ſe ad bellũ diſponerent*

17 Et elephanti trigintaduo, &c. *Dicit .n. Philoſophus libro de animalibus, quòd elephas eſt animal maximè diſciplinabile.*

18 Et venerunt per. *Hic conſequenter ponitur belli congreſſus. Et primo in munitione. Secundò in campo, ibi.* Et ſurrexit rex. *Circa primum dicitur.* Et venerunt per Idu. *Quæ terra erat Iudæis aduerſaria, vt patet per prædicta quinque capita.* Diuiſio.

19 Et applic. ad Bethſu. *Vbique erant Iudæi pro defenſione loci.*

20 Et pugnauerunt dies multos. *Contra Bethſuram.*

21 Et fecerunt machinas. *Ad deſtruendum eam.*

22 Et exierunt. *ſ. Iudæi, qui erant in munitione obſeſſi.*

23 Et ſuccende. eas. *Reuertentes ad munitionem: & defendentes eam.*

24 Et receſſit Iu. ab arce. *vt ſuccurreret Iu. in Bethſura obſeſſis.*

25 Et ſurrexit rex antelucem. *Hic conſequẽter deſcribitur bellum in campo. Circa quod primò ponitur belli præparatio, ſecundò belli congreſſio, ibi.* Et appropinquauit, *tertiò populi liberatio, ibi.* Et audiuit Lyſias. *Circa primum dicitur.* Et ſurrexit rex ante lucem. *vt iret ad pugnandum contra Iudam.*

26 Et comparauerunt ſe, &c. *i. diſpoſuerunt ſe ad pugnandum.*

27 Et aſtiterunt ſingulis elephantis mille viri. *ſ. pedites.*

28 In loricis concatenatis. *nam maculę loricarum ſeſe complectuntur ad modum catenarum.*

29 Hi ante tempus vbicunque. *eam velociter præcedendo.*

30 Et quocunque ibat, ibant. *ſubſequendo.*

31 Et non diſcedeb. ab ea. *ne ab aduerſarijs vulneraretur beſtia.*

*MORALITER.*

ad eccleſiam per excommunicationes, & interdicta irrationabiliter fulminata. Et ſicut Iudas commiſit prælium contra illos, ſic ſummus pontifex reprimere debet iſtos.

† *Et adiunxerunt ſe illis ali. ex im. Iſ.* Per iſtos ſignificantur apoſtatæ a fide, vel a religione, ſeu a ſocietate ciuitatis, vel regni, & iungunt ſe cum aduerſarijs iſtarum communitatum, vt poſſint eis inferre maius malum, quia nulla peſtis grauior ad nocendum, quam familiaris amicus.

14 *Et irat⁹ eſt.* Per regẽ iſtũ paterni ſceleris imitatorẽ, ſignifi

tiſſimè prælatus eſſet in Punica acie, Sutrũ tradidit vocatum, altero dente mutilato. Antiocho vadum fluminis experienti renuit Aiax, alioquin dux agminis ſemper. Tũ pronunciatum eius fore principatum, qui tranſiſſet, auſumq; Patroclum, ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo primatu donauit. Ille, qui notabatur, inedia mortẽ ignominiæ prætulit. Mirus namq; pudor eſt victuſq; vocem fugit victoris: terrã ac verbenas porrigit. * Ambroſ. Elephãti magnum reb. bellicis vſũ miniſtrãt. Inde gẽs Perſarum ferox bellis, valida ſagittis, omniumq; telorum iactu, quia de ſuperioribus ad inferiora validiore niſu tela torquentur, acies eorũ velut gradientibus turribus ſepta procedit. In medijs campis tanquam de muro dimicant, & velut in arce quadam collocati ſpectant magis bella quam ſubeunt. Ita alieni a periculis videntur tuti molibus beſtiarũ. Quis.n. eos adire audeat, cũ deſuper iaculis faciẽ figatur, inferius elephantorum conteratur incurſu? Denique cedunt illis acies, & armatorum cunei. Intollerabili namq; impetu in hoſtes ruunt, vt nullo agmine bellatorum, nulla cõſtipatione militum nullo clypeorum retardentur obiectu. Velut quidam mobiles montes verſantur in prælijs, & vt colles alto eminent vertice, mugitus fragore omnium perturbãt confidentiam. Quid his faciat pedes, quamuis lacertis validus, & manu promptus, cum ſibi ſeptus armatorum populis gradienti murus occurrat? Quid faciat eques, cum equus eius perterrefactus tantæ beſtiæ immanitate diffugiat? Quid faciat ſagittarius, quum deſuper ferrata virorum corpora iaculi ictum ſentire non poſſint: beſtiæ quoque nec nuda facilè penetrabilis ferro ſit, & munita loricis obuias ſine ſui periculo acies ſecet, & conterat turmas. a *Intus magiſter beſtiæ, & re. equi. hinc & inde ſta.* q crudelitas mentiũ, quæ totũ machinabatur malũ intus æſtuabat in cordib. perſecutorũ cui ẽt actus ſuperbi forinſecus adminiculabantur in tortura innocentũ. His quoq; ita diſpoſitis Iudas ſtatuit turbis exercitum ſuum cõmouere: quia prædicatores ſancti cum inſiſtunt bella perſecutionũ, nõ ceſſant verbis confortare animos auditorum. Et licet terrena gloria reſpondeat in pompa mundana, ſeu varia in cruciatibus tormentorum incandeſcant genera, tamen martyres Chriſti imperterriti manent † vindicis ſui Iudę vtique ſpiritalis adhærentes lateri vincũt, atque proſternunt impiorũ audaciam. b *Et vidit Eleazar filius Saura vnam de beſtijs loricatã loricis regis, & erat eminẽs, &c.* Notandum aũt, q hũc Eleazarum Ioſephus fratrem eſſe Iudæ affirmat, de quo ſupra narratũ eſt quod eſſet vnus de quinque filijs Mathathiæ vocatus hoc nomine. Sed quæri poteſt quomodo dicatur eſſe filius Saura ſi filius fuit Matathiæ, niſi forte Matathias ipſe alio nomine Saura vocatus ſit. Et quid per Eleazarum, qui elephantẽ interficiẽs occubuit niſi perſona arrogantium deſignatur qui dum volũt fortiter aliquid gerere, & tamen non ſimplici animo, ſed elato in ſuis conatibus deuicti proſternuntur. Poteſt & non inconuenienter hæc res ad hypocritarum ſignificationẽ transferri. Dum.n. hypocritæ contra luxuriam, aut contra gulam, aut contra corporalia delicta per abſtinentiam confligunt, carnemq; per ieiunium ſeu per vigilias, & cętera abſtinentiæ opera domantes, nõ ſe a ſpiritualib. nequitijs bene obſeruãt, ita vt aut ab elatione, aut ab inuidia, aut a cupiditate nõ caueãt, quaſi vincẽdo vincuntur, quia dũ alia vitia ſuperãt in ipſa victoria incauti ab alijs cõterunt. c. *Et iuit ſub pedes elephantis, &c.* * Ambroſ. Virtutem ducis Iudæ Machabæi de vno eius milite conſiderate. Namque Eleazarus cum ſupereminentem cæteris elephantem lorica veſtitum regia aduerteret, arbitratus quod in eo eſſet rex, curſu concito in medio legionis ſe proripuit, & abiecto clypeo, vtraque manu interficiebat beſtiam, atque intrauit ſub eam, & ſubiecto gladio interemit eam. Itaque cadens beſtia oppreſſit Eleazarum, atq; ita mortuus eſt. Quanta igitur virtus animi, primò vt mortẽ non timeret

Margin: A — Elephantorũ nomina. — L. 6. hexamerõ. c. 5. — B — † aua ram. — C — Raban. — D — † veri ſui. — Raba. Eleazar ius filiu — E — L. 1. O — F

turres ligneæ ſuper eos firmæ protegẽtes, ſuper ſingulas be 1
ſtias, & ſuper eas machinę. Et ſuper ſingulas virtutis viri tri 2
a gintaduo, q pugnabãt deſuper, & intus magiſter beſtię. Et 3
reſiduũ equitatũ hinc, & inde ſtatuit in duas partes, tubis 4 5
exercitũ cõmouere, & perurgere conſtipatos in legionib. 6
eius. Et vt refulſit ſol in clypeos aureos, & ęreos, reſplẽdue
runt montes ab eis: & reſplẽduerunt ſicut lãpades ignis. Et
diſtincta eſt pars exercitus regis p mõtes excelſos, & alia p 7 8
loca humilia, & ibant cautè & ordinatè. Et cõmouebantur 9
oẽs inhabitantes terram a voce multitudinis eorum, & in-
ceſſu turbę, & colliſione armorũ Erat.n. exercitus magnus
valdè, & fortis. Et appropriauit Iudas, & exercitus eius in 10
prælĩũ. Et ceciderunt de exercitu regis ſexcenti viri. Et vidit 11
b Eleazar filius † Saura vnã de beſtijs loricatam loricis regis, 12
& erat eminens ſuper cęteras beſtias. Et viſum eſt ei, q in 13
ea eſſet rex, & dedit ſe, vt liberaret populũ ſuũ, & acquire- 14 15
ret ſibi nomen æternum. Et cucurrit ad eã audacter in me 16
dio legionis, interficiens a dextris, & a ſiniſtris: & cade-
c bant ab eo huc, & illuc. Et iuit ſub pedes elephantis & ſup-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ſuper eas machinæ. *ad proijciendum iacula.*

* 2 Et intus magiſter beſtiæ. *Regens greſſus eius.*

3 Et reſiduum equitatum. *ſ. a dextris & a ſiniſtris animaliũ.*

4 Statuit in duas partes tubis exercitum commouere. *nam ſonus tubarum excitat ad audaciam.*

5 Et perurgere. *ad bellum.*

6 Conſtipatos in legionibus. *i. coniunctos ne acies, & legiones rumpantur ab aduerſarijs.*

Diuiſio

7 Et diſtincta eſt pars exer. regis per mo. exce. *vt ſi Iudas, qui paucos habebat bellatores cõparatiue, fugeret ad mõtes, nõ euaderet.*

8 Et commouebantur. *admiratione vel quodam tremore.*

9 Omnes inhabitantes. *ſ. illam vbi poterat talis ſonitus, & commotio percipi.*

10 Et appropriauit. *Hic conſequenter ponitur conflictus: & primò in campo, ſecundò in fortalitio, ibi.* Caſtra autem regis. *Circa primum primo ponitur conflictus in generali, vt patet, ſecundo in ſpeciali, cum dicitur.*

11 Et vidit Eleazar. *Dicit Ioſephus quod ille fuit frater Iudæ, vnde & ſuprà 2. c. quartus filius Matathiæ Eleazarus nominatur: & idem eſt nomen quod Eleazar. Nomina.n. Hebræa ad Latinum tracta frequenter accipiunt hanc ſyllabam us in fine, vt Iacob Iacobus, Saul, Saulus, & ſic de multis alijs. Sed contra hoc videtur, quia iſte dicitur filius Saura. Sequendo dictum Ioſephi poteſt dici, quod hic ponitur nomen matris, vt ſupra 2. cap. nomen patris. Vel quòd Matathias fuit binomius, & alio nomine Saura dictus.*

Margin: Nomi braica ſician clinat

12 Vnam de beſtijs loricatam loricis regis. *per ſigna regia ibidem poſita.*

13 Et viſum eſt ei quod in ea eſſet rex. *in turre lignea ſuper eam exiſtente propter ſigna dicta, non tamen erat ita.*

14 Et dedit ſe. *ſ. vitam ſuam corporalem.*

15 Vt liberaret populum ſuum. *Bonum.n. proprium corporale propter ſalutem boni communis eſt exponendum. Ideo ſubditur.*

16 Et acquireret ſibi nomẽ ęternum. *virtuoſè moriendo. Credebat.n. probabiliter, quod ſi rex eſſet mortuus, ſtatim fugeret eius exercitus.*

* 1. Et

*MORALITER.*

† catur diabolus, ſicut & per patrem, qui triſtatur de profectu bonorum. Ideo communicat contra eos exercitũ fortem, & magnum. ſ. peditum, & equitum, & elephantorũ. Per pedites ſignificantur homines mali, & hæretici, laici tamen Per equites verò literati, quia poſſunt plus nocere. Per elephantes ſignificantur ſpiritus maligni, qui plus nocere poſſunt quàm homines mali. Sequitur infrà.

7 *Et diſtincta eſt pars exe. re.* Nã aliqui ibant per montes, per quos ſignificãtur ſuperbi inducẽtes ad malũ per terrores, & alij ibãt per loca humilia: per quos ſignificanẽ ſubdoli inducentes ad malũ per promiſſa, & falſas† deceptiones.

11 *Et vi. Elea. fi. Sau.* Per iſtũ, q mori voluit, vt malos deuinceret: ſignificanẽ martyres, q moriẽdo tyrãnos deuicerũt, vñ dixit B. Vincẽtius Daciano. Vberiorẽ mihi pſtas gloriã cũ acerbiora & exquiſitoria tormẽta tecũ fuerit ſuperata. Et ẽt Dacianus cõfeſſus fuit ſe victũ, dicẽs Et qd huic amplius facienus, q in omnib. q̃cunq; fecimus victi ſumus.

† MORA-

poſuit ſe ei, & occidit eum, & cecidit in terram ſuper ip- 1
a ſum, & mortuus eſt illic. Et videntes virtutem regis, & im- 2
petum exercitus eius, diuerterunt ſe ab eis. Caſtra autem 3
b regis aſcenderunt contra eos in Ieruſalem, & applicuerunt 4
caſtra regis ad Iudæam, & montem Sion. Et fecit pacem cũ 5 6
his qui erant in Bethſura, & exierunt de ciuitate, quia non 7
erant eis ibi alimenta concluſis, quia ſabbatha erant terræ. 8
Et comprehendit rex Bethſuram, & conſtituit illic cuſtodiá
c ſeruare eam: & conuertit caſtra ad locum ſanctificationis
dies multos. Et ſtatuit illic baliſtas, & machinas, & ignis ia- 9 10
cula, & tormenta ad lapides iactãdos, & ſpicula, & ſcorpios 11
ad mittendas ſagittas, & fundibula. Fecerunt autem & ipſi 12
machinas aduerſus machinas eorum, & pugnauerunt dies 13 14
multos. Eſcæ autem non erant in ciuitate, eò quòd ſepti- 15
mus annus eſſet, & qui remanſerant in Iudæa de genti- 16
bus conſumpſerant reliquias eorum quæ repoſitæ fuerant.
d Et remanſerunt in ſanctis viri pauci, quoniam obtinue-
rat eos fames, & diſperſi ſunt vnuſquiſque in locum ſuum.

timeret, deinde vt circumfuſus legionibus inimicorum, A in confertos raperetur hoſtes, medium penetraret agmẽ, & contempta morte ferocior, abiecto clypeo, vtraque manu vulneratæ molem beſtiæ ſubiret ac ſuſtineret, poſt infra ipsã ſuccederet, quo pleniore feriret ictu, cuius ruina incluſus, magis quam oppreſſus, ſuo eſt ſepultus triũpho? Nec fefellit opinio virũ quamuis regius fefellerit habitus. Tanto enim virtutis ſpectaculo defixit hoſtes, inermem, occupatum, incurſare non auſi poſt caſum ruentis beſtiæ ſic trepidauerunt, vt impares ſe omnes vnius virtuti arbitrarentur. Denique rex Antiochus B qui cum centum viginti milibus hominum armatus venerat, & cum triginta duob elephãtis, ita vt ad ortum ſolis per ſingulas beſtias velut montes quidam armorum coruſco tanquam lampadibus ardentibus refulgerent, vnius territus fortitudine, pacem rogaret. Itaque Eleazarus hęredem virtutis ſuę pacem reliquit.

a *Et videntes virtutem.* ✠ Chryſoſtomus. Quando graue bellum ingruebat, nec quicquã poſſent facere quod prodeſſet, ſe abſcondebant. Nam hoc quoque fecere Apoſtoli: Non enim ſemper apparentes in media irruebant pericula, ſed nonnunquã, & fugientes, & latentes ſecedebant. Poſtquam autem parum reſpirarunt, tanquam generoſi quidam catuli ex latebris emergentes, ſtatuerunt non ſe amplius ſolos ſeruare, ſed alios quotcunque poſſent, &c.

b *Et applicuerunt caſtra regis, &c.* Promouet caſtra myſticus Antiochus ad Iudęam, & montem Sion: quia totum C apparatũ belli vertit ad ſubuerſionem eccleſię Chriſti: Et D facit pacem cum his qui erant in Bethſura, cum non veram pacem, ſed falſam offert his quos vult decipere, & per ſimulationem fallere. Sed illi tantummodo ad eum exeunt de ciuitate, quibus non erant alimenta concluſis, quia illi ſolummodo de eccleſiæ munimine ſeducti recedunt, qui non habent pabulum ſciẽtię atque charitatis quo in animo paſcantur: Qui & malè ſabbathizant, cũ non virtutum ſtudium ſed ſegniciei otium diligunt: ipſiq; ab hoſte captiuati in eius dominium redeunt: qui pręcauere eius inſidias nolunt. Quòd autẽ dicitur quòd.

c *Conuertit caſtra, rex, ad loc. ſanctifi. dies mul.* Rabanus. E ſignificat perſecutores fideliũ nõ facilè ceſſare a perſecutionis crudelitate, ſed omnibus diebus vſque ad cõſummationem ſeculi bella ingerere credentibus, quibuſdam ad probationem, quibuſdam verò ad deceptionem. Quia dum myſtica mulier (quę per figuram Euę expreſſa eſt) caput conterit ſerpentis: ipſe anguis venenatus nũquam ceſſabit inſidiari calcaneo eius. Gen. 3. c. Quod autem ſubiungitur.

d *Et remanſerunt in ſanctis viri pauci, quoniam.* Significat ꝙ perſecutione infideliũ feruente, plurimi eorũ qui facietenus in eccleſia, & non fidei conſtantia perſeuerabãt in illa, diſperguntur ꝑꝑ timorem pœnarũ: Iuxta illud quod dñs in euangelio prędixit nouiſſimis temporib. futuris: Erit.n. inquit preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in oẽs gẽtes, & Ieruſalẽ calcabitur a gentib. donec impleantur tem F pora

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et occidit eum, & cecidit in terram, &c. *Percutiens in ventre, vbi non erat armatus.*

2 Et videntes. *ſ. Iudas, & eius exercitus.*

3 Virtutem regis. *cui non poterant reſiſtere.*

4 Diuerterunt ſe ab eis. *caute recedentes, vt poſſent templum domini quod erat in Ieruſalem ſeruare.*

5 Caſtra autem regis. *Hic conſequenter ponitur bellum in fortalitio: & primò ponitur de fortalitio, quod erat in Ieruſalem, & patet. Et interponitur de fortalitio Bethſuræ, quod primò cepit rex antequam iret in Ieruſalem. Ideo dicitur.*

6 Et fecit pa. *Per talem modum quod dimitterent fortalitium ſaluis ſuis perſonis: Et ſubditur ratio talis pacis ex parte Iudęorum, cum dicitur.*

7 Quia non erant. *i. obſeſſis in Bethſura: Et ſubditur cauſa cum ſubditur.*

8 Quia ſabbatha. *ideſt, annus ſeptimus, in quo terra non colebatur nec ſeminabatur, vt habetur Leuit. 25. a. Sed contra hoc videtur quod dicitur ibidem:* Dabo vobis benedictionem meam anno ſexto, & faciet fructus trium annorum: *propter quod non videtur quod annus ſeptimus faceret aliquem defectum cibi, ſed magis abundantiam. Dicendum quod iſtud Dei beneficium fuit ante captiuitatem Babylonicam, in qua ceſſauerunt aliqua Dei beneficia: Non enim poſtea leguntur habuiſſe Iudæi arcam teſtamenti, nec propitiatorium, nec reſponſa in rationabili ſummi ſacerdotis, nec vnctionem regum, & pontificum: & hoc etiam confitentur Iudęi moderni, & habetur in libro Hebr. nomine Canhedrin Ieroſolymitano. Et idem videtur fuiſſe de publicatione fructuum anno ſexto. Et conſequenter reuertitur ad obſidionem fortalitij Ieroſolymitani, cum dicitur.*

9 Et conuertit caſtra ad locum, *ideſt, templi.*

10 Dies multos. *Quia locus erat fortis, & munitus propter quod non poterat cito expugnari.*

11 Et ſtatuit. *ad defenſores ſagittandum.*

12 Et machinas. *ad muros concutiendum.*

13 Et ignis iacula, &c. *ideſt, inſtrumenta ad ignem Gręcum iaciendum.*

14 Et tormenta ad lapides iactandos, & ſpicula. *ideſt, petrarias, & magonnellos.*

15 Et ſcorpios ad mittend. *ideſt, inſtrumenta ad mittendum ſagittas venenatas.*

16 Eſcę autem. *Hoc ſubditur ad oſtendendum, quod non poterant diu tenere fortalicium.*

✠ 1 Et

## MORALITER.

† 2 *Et videntes virtutem regis, & impetum exer. &c.* Per hoc ſignificantur prudenter fugientes a ſęculo: vbi non poſſunt reſiſtere diaboli tentationibus, vt in clauſtro ſaluentur adiuti bonorum conſilijs, & orationibus.

9 *Et conuertit caſtra ad locum ſanctificationis, &c.* ſubijcere ſibi. Quia non ſufficit diabolo ſubijcere ſibi ſimplices laicos, ſed inuadit etiam clericos, & religioſos.

11 *Et ſtatuit illic.* i. omnium tentationum modos, & genera. Sequitur.

† *Fecerunt autem.* nam clerici, & religioſi debent eſſe magis ſolliciti ſe munire contra malitias inimici.

† MORA-

pora nationum:& niſi breuiati fuiſſent dies illi,nō fieret A ſalua oīs caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi.

Ioſephus antiquit. lib.12. cap.14.

a *Et audiuit Lyſias*. Quid Ioſephus hic referat non indignum uidetur huic operi inſerere,nec graue debet uideri lectori, ſi diuerſarum hiſtoriarum inuicem conferuntur narrationes:qa alterutrum ſe iuuare videntur ad explanandum rei certitudinem hiſtoriæ retexere veritatem.

a Et audiuit Lyſias, quòd Philippus quem conſtituerat rex Antiochus, 1
cum adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium ſuum,& regnaret: reuerſus eſt a Perſide, & Mœdia,& exercitus qui abierat cum ipſo, &
quia † quærit ſuſcipere regni negotia. Et feſtinauit ire,& dicere ad re-
gem, & duces exercitus: Deficimus quotidie, & eſca nobis modica 2
eſt, & locus quem obſidemus eſt munitus, & incumbit nobis ordinare 3
de regno. Nunc itaque demus dextras hominibus iſtis, & faciamus 4
cum illis pacem,& cum omni gente eorum,& conſtituamus illis,vt am- 5
bulent in legitimis ſuis ſicut prius. Propter enim legitima ipſorum 6
quæ deſpeximus irati ſunt, & fecerunt omnia hæc. Et placuit ſermo
in conſpectu regis, & principum, & miſit ad eos pacem facere,& receperunt illam: & iurauit illis rex,& principes,& exierunt de munitione.
Et intrauit rex montem Sion, & vidit munitionem loci, & rupit citius
iuramentum quod iurauit, & mandauit deſtruere murum in gyro. Et 7
diſceſſit feſtinanter, & reuerſus eſt Antiochiam, & inuenit Philip- 8
pum dominantem ciuitati, & pugnauit aduerſus eum, & occupauit ciuitatem.

† quærebat.

Narrat autem Ioſephus hoc modo: Lyſias verò dux & rex Antiochus cū Philippus a Perſide veniens nuntiatus eſt eis commendatum ſibi præſumpſiſſe imperium,& rempublicam Antiochi ſibi velle defendere.Pretermittentes obſidionem ire aduerſum Phi- B lippū decreuerunt: Quod conſiliū nequaquam manifeſtum cæteris ducibus facere voluerunt. Sed iuſſit rex Lyſiam ducibus dicere, diuturnam obſeſſionem, nihil eis poſſe proficere: quando & locum aduerſariorum conſtaret eſſe munitum, & ſibi victualium neceſſitas irrogaretur,& expediret pacem facere cum Iudæis,eoſque relinquere proprijs vti ceremonijs:vnde hactenus a nobis prohibiti,exiſtere videntur aduerſi.Hęc dicens de Philippi tyrannide tacendum eſſe decreuit, ne exercitus ſui dubia corda perciperet. Hæc Lyſia dicente, exercitui,& ducibus ſententia placuit Tunc mittens rex ad Iudam, pacem promiſit obſeſſis, & patrijs legibus eos viuere pollicetur. Hi verò ſuſcipientes verba, & confirmatis ſacramentis,& fide exierunt a templo. Intrans verò Antiochus, & inſpiciens munitum locum, imprudenter ſacramenta tranſgreſſus eſt,iuſſitque omnem exercitum in circumitu ſtantem, deponere muros vſque ad ſolum. Poſt hęc reuerſus eſt ad Antiochiam, ducens ſecum Oniam principem ſacerdotum, qui & Menelaus dicebatur.

dicebatur. Nam Lyſias perſuaſit regi Menelaum occidere, ſi vellet pacatos eſſe Iudæos. dicens hunc fuiſſe initiū malorum,qui flexit patrem ſuum cogere Iudæos religionem patriam relinquere. Mittens ergo rex Menelaum ad Veriam Syriæ ciuitatem interfecit eum poſt decimum annum principatus ſacerdotij eius, & vt ipſe principatū habuit,impulit Iudæos tranſgredi leges. Princeps verò ordinatus eſt poſt Menelai interitum Alchimus, qui & Ioacim vocat⁹ eſt. Rex autem Antiochus inueniēs Philippum rebus imperantē debellabat eum, quē ſub ſua faciēs poteſtate occidit. Filius autem principis ſacerdotum Oniæ de quo prędiximus,adhuc puerulus defuncto patre relictus eſt,videns quòd auunculum ſuum Menelaum rex interfeciſſet, & principatum ſacerdotij Alchimo dediſſet, & non exiſtenti de genere ſacerdotum.ſed a Lyſia flexus,vt tranſponeret honorem ab ea familia ad aliam domum, fugit ad Ptolomæum regem Aegypti, & honorem meruit ab ipſo & Cleopatra vxore eius,locumque petijt in regione Eliopolitana vbi ſimile Ieroſolymorum ædificaret tēplum.Quod autem Antiochus fœdus pepigit cum Iſraelitis, & iurauit illis,& principes eius nec tamen iuramentum ſeruauit,ſed rupit iuſiurandum,& violauit pactum: ſignificat quod cum hęreticis & infidelibus nullo modo firma erit pactio fœderis:quia nequaquam apud eos fixa eſt obſeruatio iuris. Vnde nullo modo cum vitijs, & vitiorum autorem feriendum eſt fœdus, licet pacem promittant, & proſperitatem ſimulent: ſed omni tempore inſtanter contra eos dimicandum cum ſcuto fidei.& armis iuſtitiæ. Tunc autem ceſſandum a prelio quando hoſtis Antiochus non ſæuit in mundo, ſed demerſus retruditur in inferno.

Myſtic.

C

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et audiuit.*Hic conſequenter ponitur liberatio populi ex beneficio Dei,quia facit cum tentatione prouentum,& ideo miſit rumores Lyſiæ, per quos fuit compulſus ſolutionem obſidionis procurare, & hoc eſt quod dicitur:* Et au.Ly. *ad quod ſequebatur elongatio Lyſiæ a familiaritate regis,& regni negotijs quòd formidabat: ideo diſſoluere obſidionem procurabat,dicens.*

2 Deficimus quotidie.*Nam aliqui interficiebantur,& aliqui infirmabantur, ſicut ſolet accidere in obſidione.*

3 Et eſca nobis.*ita quòd non poterimus diu tenere obſidionem.*

4 Et locus.*ſ.hominibus armis, & cibis : hoc dicebat ad habendum intentum:tamen erat falſum ſicut pręmittitur parte pręcedenti, vbi dicitur.*

Et remanſerunt. *Quoniam obtinuerat eos fames.*

5 Et incumbit. *q.d.maiora negotia nos vrgent ad dimittendum hanc obſidionem, ideo concludit.*

6 Nunc itaque.*Modus enim hominum facientium pacem adinuicem erat dare mutuo dexteras manus. Cętera patent vſque ibi.*

7 Et vidit munitionem. *i.fortitudinem.*

8 Et rupit citius. *deſtruendo locum, ne ſi Iudęi rebellarent haberent ibi recurſum.*

## CAP. VII.

L. 12. antiq. cap.15.

ANno centeſi.&c. ✱ Ioſephus. Eodem tempore Demetrius Seleuci filius a Roma profug⁹ Tripolim occupat in Syria: aſſumptoq; diademate, & contractis quotquot potuit militibus mercenarijs,regnū inuadit. Cumque

ANNO centeſimo quinquageſimo et primo exijt 1
Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, et aſcen- 2
dit cum paucis viris in ciuitatem maritimam, et re- 3
gnauit illic. Et factum eſt, vt ingreſſus eſt domum regni 4 5

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

1 ANno centeſimo.*Poſtquam deſcriptus eſt conflictus Iudę tempore Antiochi Eupatoris. Hic conſequenter deſcribitur eius conflictus tempore Demetrij filij alterius fratris.ſ.Seleuci.Et diuiditur in duas partes,quia primò deſcribitur ipſius Iudę pugna.ſecundò cū Romanis amicitia contracta.8.c.Prima in tres. Nā primò circa Demetrium oſtenditur adeptio regni ſecundò occaſio belli,ibi.* Et venerunt ad eum.*Tertiò congreſſio pręlij,ibi.* Et elegit rex. *Circa primum dicitur.*Anno centeſimo quinquageſimo.*ſ.regni Gręcorum.*

Diuiſio.

2 Exijt Demetrius. *Videns enim ſe priuatum regno patris ſui per patruum ſuum Antiochum Epiphanem,abijt Romam ad conquęrendum de eo, ſed ipſo viuente nihil profecit propter quod ipſo mortuo redijt ad obtinendum regnum contra cognatum ſuum, maximè quia tunc regnum erat quodammodò diuiſum per Lyſiam, & Philippum, eò quòd quilibet volebat eſſe tutor Antiochi Eupatoris, & agere negotia regni,vt patet ex prędictis.*

3 Et aſcendit eum.*ſ.Tyrum,vt dicit Ioſephus.*

4 Et regnauit. *Quia multi venerunt ad eum recipientes ipſum tanquam regem, & dominum. Tum quia regnum ſibi debebatur ex ſucceſſione paterna. Tum propter diuiſionem pręd ictam.*

5 Et factum eſt.*ſ.palatium Antiochiæ quę erat metropolis.*

✱ 1 Com-

☞ Cumque certatim ad eū populi deficerēt, excipiētes eum
A obuijs manibus etiā Antiochum regem, & Lyſiam cōpre
henſos viuos ad eū perduxerūt: qui mox iuſſu Demetrij
necati ſunt, poſt exactum regni Antiochi annū alterum.
De hoc autem Demetrio Pompeius Trogus in ſua hiſto
ria ita narrat, dicēs:

Cum Antiochus recederet relicto paruulo admodū filio ſuo, cui cum tutores a populo dati eſſent, patruus eius Demetrius q obſes Romæ erat, cognita morte fratris Antiochi, ſenatum adijt, obſidem ſe viuo fratre veniſſe: quo mortuo, cuius obſes ſit ſe ignorare. Dimitti ergo ſe ad regnum petendum æquum eſſe: quod ſicuti iure gētium maiori ceſſerit fratri, ita nunc ſibi qui pupillum antecedebat ætate deberi: Cum ſe nō dimitti animaduerteret a ſenatu tacito iudicio tutius apud pupillum quā apud eum regnum futurum arbitrante: ſpecie venandi ab vrbe profectus hoſtis tacitus, cum fugæ comitibus nauem aſcendit. Delatus in Syriam ſecundo fauore omnium accipitur, regnumque ei occiſo pupillo, a tutoribus traditur.

patrum ſuorum, comprehendit exercitus Antiochum, & 1
Lyſiam, vt adducerent eos ad eum, & Rex ei innotuit, & ait:
Nolite mihi oſtendere faciem eorum, & occidit eos exerci-
a tus. Et ſedit Demetrius ſuper ſedem regni ſui, & venerunt 2
ad eum viri iniqui, & impij ex Iſrael: & Alchimus dux eorū,
qui volebat fieri ſacerdos. Et accuſauerunt populum apud
regem, dicentes: Perdidit Iudas, & fratres eius amicos tuos,
& nos diſperdidit de terra noſtra. Nunc ergo mitte virum
cui credis, vt eat, & videat exterminium omne quod fecit
nobis in regionibus regis, & puniat omnes amicos eius, &
adiutores eorum. Et elegit rex ex amicis ſuis Bachiden qui 3
dominabatur trans flumen magnum in regno & fidelē re-
gi, & miſit eum vt videret exterminium quod fecit Iudas.
Sed & Alchimum impium conſtituit in ſacerdotium, & 4
mandauit ei facere vltionem in filios Iſrael. Et ſurrexerunt
& venerunt cum exercitu magno in terram Iuda, & miſerūt
nuntios, & locuti ſunt ad Iudam, & ad fratres eius verbis pa
cificis in dolo, & non intenderunt ſermonibus eorum. Vi- 5
derunt enim quia venerunt cum exercitu magno, & conue- 6
nerunt ad Alchimum, & Bachiden congregatio ſcribarum 7
requirere quæ iuſta ſunt. Et primi Aſſidæi qui erant in filijs 8
Iſrael, & exquirebant ab eis pacem. Dixerunt enim: Homo 9
ſacerdos de ſemine Aaron venit, non decipiet nos. Et locu-
tus eſt cum eis verba pacifica, & iurauit illi dicens. Non in-
feremus vobis malum, neque amicis veſtris. Et crediderunt
ei, & comprehēdit ex eis ſexaginta viros, & occidit eos vna 10
die ſecūdum verbum quod ſcriptum eſt. † Carnes ſanctorū 11
12

B

a *Et venerunt, &c.* ✠ Aug. Non multo poſt Alcimus quidam per ambitionem, cum a genere ſacerdotali eſſet alienus, quod nefas erat, pontifex eſt factus.
✠ Rup. Carnalis Iſrael ſpiritualem perſequens ipſe eſt Edom. Et re uera quandocunq; cœperunt alieni Ieruſalē, Iſrael carnalis erat quaſi vnus ex illis, imo peior atque infeſtior quam vnus quilibet ex eis. Quando Syri prælia-
C bantur

bantur cōtra Iſrael regibus Benadab, & Hazael, multo ſce D
leratius aiebāt intra ipſum ij de quibus dicitur: Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua deſtruxerunt, &c. Deinde vſque ad euangelica tempora, quotieſcunque extranei ingreſſi ſunt portas Ieruſalem, vt Babylonij, & Antiochus, & pp teſtamentum Domini multos occiderūt, viri iniqui ex ipſo Iſrael extiterunt, q amplius quam gentiles pernitioſi fratribus fuerunt. Teſtis eſt tribulatio Hieremiæ, quem Babylonij ſeruauerunt, & ſuæ gentis homines tribulauerunt. Teſtis Machabæorum afflictio, quibus viri iniqui ex Iſrael, maximeque impius Alcimus, amplius quā Græcorum aliquis nocuerunt. E

Rabbanus. Quid per Demetrium regem, niſi principes gentium qui perſecutionem mouent contra eccleſiam Chriſti deſignatur. Mysticè. Quod bene nominis interpretatio ita explanat. Interpretatur enim vehementer innectens ſiue nimium perſequens. Ad hunc ergo principem veniunt viri iniqui, & impij ex Iſrael, & Alchimus dux eorum, cum illi qui poſt fidē Chriſti perceptā ad apoſtaſiam redierunt, religionē Chriſtianā blaſphemant, & eccleſiaſtico detrahunt cultui. †Pſal. 78. 2. Quorum duces ſunt hæretici, qui per ambitionem ſublimitatis volunt ab oībus magni videri. F Sed proditione huiuſcemodi ſuſcepta mittit Demetrius typicè Bachiden qui dominabatur trās flumē in regno, vt Alchimū impiū cōſtituat in ſacerdotium, & vltionē faciat in filios Iſrael: cū per paganos quoſlibet apud ſeculum potentes (qui nedum meruerunt

☞ ruerunt

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Comprehendit exercitus, &c. *In Demetrij fauorem.*

2 Et venerunt. *Hic conſequenter ponitur occaſio belli, quæ fuit accuſatio Iudæ, & amicorum ſuorum per iniquos de Iſrael, & patet litera.*

3 Et elegit rex. *Hic conſequenter deſcribitur congreſſio belli: & primo contra Alchimum ſacerdotem, ſecundò contra Nicanorem, ibi.* Vidit autem Alchimus. *Prima in duas, quia primò deſcribitur Bachidis, & Alchimi dolus, ſecundò Iudę conflictus, ibi.* Et vidit Iudas. *Prima adhuc in duas, quia primò deſcribitur perceptio doli, ſecundò, deceptio populi, ibi:* Et conuenerunt Alchimum. *Circa primum dicitur:* Et elegit rex ex amicis ſuis Bachiden. *qui dominabatur trans flumen, erat enim a rege conſtitutus ad illius terræ cuſtodiam.*

4 Sed & Alchimum. *id eſt, conſtituit eum ſummum ſacerdotem: cum tamen non eſſet de genere ſacerdotali, vt dicunt aliqui. Alij verò dicunt quòd erat, ſicut infra dicitur de eo:* Homo ſacer. de. ſe. Aa. v. *tamen non erat de linea ſummorum pontificum ab Eleazar deſcendentium.*

5 Et locuti ſunt ad Iudam. *Dicentes, quod venerant propter bonum ſtatum terræ vt poſſent Iudam, & fratres eius occidere dolo sè, ſed eorum dolus non habuit effectum.*

6 Et conuenerunt ad Alchimum. *Hic conſequenter ſubditur deceptio populi.*

7 Congregatio ſcribarum. *quantum ad legiſperitos.*

8 Et primi Aſſidei. *i. quaſi aſſiduè aſſiſtentes diuino cultui, & hoc per deceptionem Alchimi: Cuius ratio ſubditur cum dicitur.*

9 Homo ſacerdos de ſemine. *Non tamen de familia ſummi ſacerdotis. Secundum alios verò nec de ſemine Aaron erat, licet iſti crederent in hoc decepti, ſed primum videtur verius: quia magis eſt conſonum textui in hoc loco, & etiam 2. lib. 14. cap. Cætera patent vſque ibi.*

10 Sexaginta viros. *notabiles in populo, in fama & virtute. Ideo ſubditur.*

11 Secundum verbum quod. *Pſal. 78. a.*

12 Carnes ſanctorum tuorum & ſan. ip.

✠ 1 Non

*MORALITER.*

† 2 *Et venerunt ad eum.* Per illum qui ambiebat ſacerdotium, & per mendacia, & regiam poteſtatem obtinuit ipſum, ſignificatur quilibet ambitioſus eccleſiaſticæ dignitatis, & per mendacia, & brachio ſæculari intruſus. Et ſicut dicitur infra, iſte Alchimus plura mala fecit Iſrael, quoniam occidit valentes viros, & promouit iniquos, & ſimiliter intruſus per modum prędictum bonos occidit eos perſequendo, & a ſtatu honoris deijciendo, & ſic facit in eccleſiam plaga magnam.

† MORA-

A ruerunt Chriſti baptiſmate tingi, & in numero fidelium computari) hæreticis faſtus ſui præbet adminiculum, & veris confeſſoribus Chriſti tormentorum ingerit crucia tum. Sed licet tales perſonę Iudę, & fratribus eius verbis pacificis loquantur in dolo, non tamen intendunt ſermonibus eorum, quia nullo modo conſentiunt perfidiæ eorum.

a *Et vidit Iudas, etc.* Quid eſt quod Iudas vltionē in præuaricatorib. facit, niſi quod redemptor noſter vindicat electos ſuos, nec quemquā ſuorum in vacuum perire permittit? Sed duobus modis vindictam in his qui merentur exercet: B Alios enim de fonte magnæ pietatis ſuę ad pœnitentiā erroris ſui prouocās, facit eos aduerſus ſemetipſos exurgere, vt puniant lamentis quòd prauis egerunt cōmiſſis. Alios verò iuſto iudicio poſt perpetrata ſcelera incorrectos ī duritia ſua perſeuerare dimittit: vt eis poſtmodū dignas rependat pœnas, quod operibus meruerūt iniquis.

Quomodo Saluator exercet vindictā.

b *Et innotuit ſermo.* ✻ Ioſeph Heb. Iudas præceperat militibus ſuis Haſmonæis, vt afferrent arma ſua bellica, ne fortè inquit, irruāt in nos ſubito hoſtes. Aſtiterūt itaq; ci milites Haſſinæi, ſicut præceperat eis, &c. Porrò Alchimus D videns amicitiam Iudę, & Nicanoris, abijt ad regem. Tūc rex ſcripſit Nicanori. Niſi miſeris mihi Iudam vinctum catenis æreis, ſcias te moriturum. Quod audiens Iudas fugit, & clanxit tuba, dans ſignum pro bello, & collectus eſt ad eum omnis Haſmoneorū exercitus, atque cuncti milites Haſſidæi, pergenſque in Samariam, manſit ibi, &c.

Lib. 3. hiſt. Iudai. c. 21.

† quin[g]enti viri.

*ex ſanctis & a ſenioribus.

tuorum, & ſanguinem ipſorum effuderunt in circuitu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret. Et incubuit timor, & tremor in omnem populum, quia dixerunt: Non eſt in eis veritas, & iudicium. Tranſgreſſi ſunt enim conſtitutum, & iuſiurandum quod iurauerunt. Et mouit Bachides caſtra ab Ieruſalem, & applicuit in Bethzecha, & miſit, & comprehendit multos ex eis qui a ſe refugerant, & quoſdam de populo mactauit, & in puteum magnum proiecit. Et commiſit regionem Alchimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipſi. Et abijt Bachides ad regem. Et ſatis agebat Alchimus pro principatu ſacerdotij ſui. Et conuenerunt ad eum omnes qui perturbabant populum ſuum, & obtinuerunt terram Iuda, & fecerunt plagam magnam in Iſrael. a Et vidit Iudas omnia mala quę fecit Alchimus, & qui cum eo erant filijs Iſrael multo plus quam gentes. Et exijt in omnes fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictam in viros deſertores, & ceſſauerunt vltra exire in regionem. Vidit autem Alchimus quòd preualuit Iudas, & qui cum eo erant, & cognouit quia non poteſt ſuſtinere eos, & regreſſus eſt ad regem, & accuſauit eos multis criminibus. c Et miſit rex Nicanorem vnum ex principibus ſuis nobilioribus, qui erat inimicitias exercens contra Iſrael, & mandauit ei euertere populum. Et venit Nicanor in Ieruſalem cum exercitu magno, & miſit ad Iudam, & ad fratres eius cum dolo verbis pacificis, dicens: Non ſit pugna inter me, & vos. Veniam cum viris paucis, vt videam facies veſtras cum pace. Et venit ad Iudam, & ſalutauerunt ſe inuicem pacificè, & hoſtes parati erant rapere Iudam. b Et innotuit ſermo Iudæ, quoniam cum dolo venerat ad eum, & conterritus eſt ab eo, & amplius noluit videre faciem eius. Et cognouit Nicanor, quoniam denudatum eſt conſilium eius: & exijt obuiam Iudæ in pugnam iuxta Capharſalama. Et ceciderunt de Nicanoris exercitu ferè † quinque milia viri, & fugerunt in ciuitatem Dauid. Et poſt hæc verba aſcendit Nicanor in montem Sion, & exierunt de ſacerdotibus * populi ſalutare eum in pace, & demonſtrare

c *Et miſit rex.* Per Nicanorem iſtum quem in alio loco prępoſitum elephātorum fuiſſe legimus, falſos apoſtolos ſiue pſeudoprophetas qui ex Iudęis ſuperbię ſuæ functioni nitentes ad eccleſiam gētiū veniebant, poſſumus intelligere. Hi ergo per ſimulationem in eccleſiam E Chriſti errorem introducere molientes, fingebant ſe eſſe pacificos; ſed vt in fine apparebit hoſtes ſęuiſſimos. De quibus Ioannes apoſtolus in Apoc. ſua ſcribens ait: *Qui dicunt ſe Iudęos eſſe, et non ſunt: ſed ſunt ſynagoga ſatanæ:* Quos magiſter gentiū in epiſtola ſua pſeudo apoſtolos nominat, operarios ſubdolos, qui transfigurantur in apoſtolos Chriſti: & non mirum cum ipſe ſatanas transfiguret ſe in angelum lucis:

Myſtic. Rabat. 2. Mac.

Apoc.

2. Cor.

C — F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Non eſt in eis veritas, &c. *In verbo.*

*2 Et iudicium. *in facto. Et ſubditur cauſa.*

3 Tranſgreſſi ſunt enim. *eos occidendo quibus iurauerant pacem.*

4 Et miſit. *homines armatos.*

5 Et comprehendit. *Propter infidelitatem quam in eis videbant.*

6 Et commiſit regionem. *Iudææ.*

7 Alchimo. *regendam.*

8 Et reliquit cum eo. *i. viros bellatores.*

9 Et ſatis agebat Alchimus. *ideſt, quantum poterat nitebatur.*

10 Pro principatu. *ſ. firmando, & ampliando.*

11 Et conuenerunt. *impellendo eos ad Gentilem ritum.*

12 Et fecerunt plagam magnam, &c. *i. in illis qui erant obſeruatores legis.*

13 Et vidit Iudas. *Hic conſequenter deſcribitur Iudę conflictus ad extirpandum Bachidis, & Alchimi dolum, cum dicitur:* Et vidit Iudas. *oculo compaſſionis, & doloris.*

14 Multo plus quam. *Nam apoſtatæ legis ſunt Gentilibus nequiores.*

15 Et exijt in omnes fines Iudææ. *vt omnes malos extirparet.*

16 Et fecit vindictam in viros. *i. apoſtatas legis.*

17 Et ceſſauerunt. *ſcilicet Iudæi de fortalitio quod obtinebant in Ieruſalem.*

18 Vidit autem Alchimus. *Hic conſequenter deſcribitur bellum Iudæ contra Nicanorem: Et primò ponitur Nicanoris, & Alchimi dolus, ſecundo, conflictus, ibi:* Et cognouit Nicanor. *Circa primum pręmittitur dolus Alchimi accuſando Iudam, & fratres eius, cum dicitur.*

Diuiſi

19 Et accuſauit. *falsò tamen, & iniuſtè. ſecundò ponitur dolus Nicanoris nitentis capere Iudam dolosè, & patet litera vſque ibi.*

20 Et ſaluta. *veraciter ex parte Iudę, ſed ex parte Nicanoris dolosè: ideò ſubditur.*

21 Et hoſtes. *Dum tamen haberent tempus aptum, & horam.*

Diuiſ

22 Et conterritus eſt. *cautè recedendo.*

23 Et cognouit. *Hic conſequenter ponitur conflictus Nicanoris contra Iudam. Et diuiditur in duas partes ſecundum duplicem conflictum. ſecunda ponitur, ibi.* Et exijt Nicanor. *In primo vero conflictu Nicanor debellatus fugit: Et patet litera vſque ibi.*

24 Et fugerunt. *in qua erant Gentiles aduerſarij Iudęorum.*

25 Et poſt hęc. *i. facta, ſicut 2. Reg. 1. dicitur.* Quod eſt verbum quod factum eſt.

26 Aſcendit Nicanor. *ad locum templi quod erat in altiori parte quam turris Dauid.*

27 Et exierunt de. *quia repreſentabat perſonam regis.*

28 Et demonſtrare. *Orandum eſt enim pro regibus, non ſolum pro bonis, ſed etiam pro malis, vt Deus conuertat eos ad ſe, nam ex eis dependet commune bonum.*

Pro orand

* 1 Et

MORALITER.

† 13 *Et vidit.* Per quem ſignificatur ſuperior poteſtas ad reprimendum tanta mala, & ſicut Alchimus non potens ſuſtinere virtutem Iudę fugit ad regem, ſic talis intruſus refugit ad brachium ſeculare, vt contra eccleſiam defendatur, & ſicut auxilium Alchimi gladio Iudę fuit deiectum, ſic ſuſtentatores intruſi ſunt excommunicationis gladio feriendi.

† MORA-

eis: vnde non magnum eſt ſi miniſtri eius transfigurentur A velut miniſtri iuſtitiæ, quorum finis erit ſecundum opera ipſorum. Hi ergo velut Nicanor extendentes manũ contra templum domini blaſphemant quia potentiæ Chriſti (qui eſt in eccleſia) velut minus validæ derogant dicẽtes fratribus, *quia niſi circũcidamini ſecundum morem Moyſi, non poteſtis ſaluari*. Sic enim in actibus apoſtolorũ eos docuiſſe legitur. Sed victoria per Iudam noſtrum & ſocios eius adepta, caput blaſphemum huic errori ſimul cum Nicanore & dexterá prauæ actionis abſciditur, ne vltra maieſtati diuinæ iniuria talis blaſphemiæ irrogetur. Dicit enim nobis Paulus apoſtolus: B *Gratia eſtis ſaluati per fidem: & hoc non ex vobis. Donũ enim Dei eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipſius enim ſumus factura in Chriſto Ieſu in operibus bonis quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus*.

* Ioſephus Hebr. Porrò, Nicanor quęrebat Iudam in cunctis domibus Ieruſalem. Et cum Iudas audiſſet, ſuccenſus furore miſit ad Nicanorẽ dicens: Quãdiu accingis te? ingredere in agrum, & oſtendam tibi virum quem etiã intra penetralia quæſiuiſti. C En is expectat te in conualle & planitie. Congregãs ergo Nicanor omnes copias ſuas, abijt in occurſum Iudæ, die ſabbati. Iudæi autem qui comitabantur dixerũt ad eum. Obſecro domine, ne quid D temerè agas: da gloriam ei qui inſtituit diem ſabbati. Ait. Nicanor. Quis inſtituit eum? Reſponderunt. Deus cuius ſedes eſt in cęlis, & qui dominatur in vniuerſo mundo. At Nicanor blaſphemans loquebatur verba execrabilia, quæ ſcribi non conuenit. Quod cum audiſſet Iudas ait ad commilitones ſuos. Quouſque otio torpemus, & non procedimus ad bellum, ſumentes vltionem de blaſphemo illo (Quis eſt canis ille mortuus & abiectus, qui audet opprobria dicere in eũ, qui eſt robur & decus Iſraelis? Proficiſcens itaque venit contra Nicanorẽ in ira & zelo magno: Nicanor quoque egreſſus eſt cum populo graui, & manu robuſta, &c. E Cõgreſſi ſunt ipſa die, factumq; eſt certamẽ magnum, & vidit Iudas in ipſa pugna Nicanorem habentẽ in manu ſua gladium euaginatum, clamanſq; ait: Contra te, ò Nicanor. Et cum curreret cõtra illum in virtute feruoris ſui, auertit Nicanor humerũ ſuũ, & fugit à facie Iudæ. At Iudas apprehẽdit eũ, percuſſitq; gladio ſuo, & diſſecuit in duas partes, deijciẽs ipſo ictu in terrã. Proſtrati ſunt F quoq; in illa pugna de populo Macedonũ triginta millia, & reſidui fugerũt pſequutus quoq; eſt eos Iudas eundo, & tuba clangendo &c.

ei holocauſtomata quæ offerebantur pro rege. Et irridens 1
ſpreuit eos, & polluit & locutus eſt ſuperbè, & iurauit cum 2
ira dicens: Niſi traditus fuerit Iudas & exercitus eius in ma-
nus meas, continuò cùm regreſſus fuero in pace, ſuccendam
domum iſtam. Et exijt cum ira magna, & intrauerunt ſacer-
dotes & ſteterunt ante faciem altaris templi, & flentes di-
xerunt: Tu elegiſti domum iſtam domine ad inuocandum
nomen tuum in ea, vt eſſet domus orationis & obſecratio- 3
nis populo tuo. Fac vindictam in homine iſto & exercitu 4
eius, & cadant gladio. Memento blaſphemias eorum, & ne
dederis eis, vt permaneant. Et exijt Nicanor ab Ieruſalem, 5
& caſtra applicuit ad Bethoron: & occurrit illi exercitus Sy- 6
riæ. Et Iudas applicuit in Adarſa cum tribus milibus viris.
Et orauit Iudas, & dixit: Qui miſſi erant à rege Sennache- 7
rib, domine, quia blaſphemauerant te, exijt angelus & per- 8
cuſſit ex eis centum octogintaquinque milia: ſic contere
exercitum iſtum in conſpectu noſtro hodie, & ſcient cæte-
ri, quia malè locutus eſt ſuper ſancta tua, & iudica illum ſe-
cundum malitiam illius. Et commiſerũt exercitus prælium 9
tertiadecima die menſis adar, & contrita ſunt caſtra Nica-
noris, & cecidit ipſe primus in prælio. Vt vidit autem exer-
citus eius, quia cecidiſſet Nicanor, proiecerunt arma ſua &
fugerunt: & perſecuti ſunt eos viam vnius diei ab Adazer
vſquequo veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt poſt eos 10
cum ſignificationibus. Et exierunt de omnibus caſtellis Iu-
dææ in circuitu, & ventilabant eos cornibus, & conuerte- 11
bantur iterum ad eos. Et ceciderunt omnes gladio, & non 12
eſt relictus ex eis nec vnus. Et acceperunt ſpolia eorum in
prædam, & caput Nicanoris amputauerunt, & dexterã eius, 13
quam extenderat ſuperbè, & attulerunt & ſuſpenderunt
contra Ieruſalem. Et lætatus eſt populus valdè, & egerunt
diem illam in lætitia magna. Et conſtituit agi omnibus an-
nis diem iſtam tertiadecima die menſis adar, & ſiluit terra 14
Iuda dies paucos. 15

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et irridens ſpreuit. *Eorum ſalutationem non recipiens.*
2 Et polluit. *i. eorum ſacrificia polluta reputauit. Cætera patent vſque ibi.*
3 Vt eſſet domus, &c. *Quæ fit verbis ſimplicibus.*
4 Et obſe. &c. *Quæ fit per inuocationem alicuius rei ſacræ, vt cum dicitur: Per paſſionem tuam libera nos domine, vel aliquid ſimile.*
5 Et exijt Nicanor. *Hic conſequenter ponitur ſecundus conflictus, in quo Nicanor interfectus fuit. Sic ergo dicitur:* Exijt Nicanor ab Ieruſalem & caſtra. *ad pugnandum contra Iudam.*
6 Et occurrit illi. *Ad fortificandum Nicanoris exercitum.*
7 Qui miſſi erant. *vt habetur iiij. Regum xviij.*
8 Exijt angelus & percuſſit. *quarti Regum decimonono.*
9 Et commiſerunt. *i. Martij, vt dicunt aliqui: & hoc quia aliquando pro vna parte concurrit cum Martio ſed communius concurrit cum Februario, nam eſt vltimus menſis Hebræorum: primus autem menſis magis correſpondet Martio, ſicut plenius declaraui. Geneſ. vij. & Exod. xij.*
10 Et tubis cecinerunt. *Per ſonum enim tubarum ſignificabant exercitum Nicanoris deuictum, vt Iudæi in caſtellis exiſtentes ſecuri egrederentur & perſequerentur fugientes.*
11 Et ventila. *Diuidebantur enim in diuerſas partes fugiendo.*
12 Et conuerte. &c. *Quamlibet partem fugientium inuadendo.*
13 Et dexteram eius. *Contra templum comminando, quod in ſuo regreſſu ſuccenderet ipſum.*
14 Et ſiluit terra, &c. *i. prælijs.*
15 Dies paucos. *Nam audita morte Nicanoris, Demetrius rex miſit Bachidem ad impugnandum Iudæam, vt habetur in principio capituli ix.*

*CAP.

## CAPVT VIII.

A

a E T audiuit Iudas nomen Romanorum, quia ſunt potentes viribus, & acquieſcunt ad omnia quæ poſtulantur, &c.

L. 3. hiſt. Iudaic. c. 15. ✻ Ioſephus Heb. In diebus illis cœpit ſub Iuda regnum quartum, nempe Romanorum, quod excitatum eſt poſt regnum Græcorũ, ſicut fuit deſignatum per beſtiam quartam quam vidit Daniel, quæ B comedebat, comminebat, & reſiduũ pedibus conculcabat. Nam Romani pugnauerunt cõtra Antiochum regem Græcorum, qui in exercitu ſuo habuit centum D & viginti elephãtes, atque populum multum & validum, equos & currus plurimos, & deuicerunt eum, coegeruntque ad danda ipſis tributa. Humiliauerũt denique ſuperbiam Hannibalis, qui præfuit vrbi Carthagini, &c.

Liuius. Plutarchus.

✻ Rupertus. l. & 26. Sub obſcurum quiddam fratribus victorioſis in medio ſuæ claritatis accidit, Iudæ, Ionathæ, atque Simoni, quia videlicet victorijs clarificati vltro E miſerunt ſocietatem & amicitiam ſtatuere cum Romanis potentibus & famoſis, quis ſuper hac re non culpet eos ſcriptura

## CAPVT VIII.

a E T audiuit Iudas nomen Romanorum, quia ſunt 1
potentes viribus, & acquieſcunt ad omnia quæ 2
poſtulantur ab eis: & quicumque acceſſerunt 3 4
ad eos, ſtatuerunt cum eis amicitias, & quia
ſunt potentes viribus. Et audierunt prælia eo- 5
rum, & virtutes bonas quas fecerunt in Galacia, quia obti- 6
nuerunt eos, & duxerunt ſub tributum. Et quanta fecerunt 7
in regione Hiſpaniæ, & quòd in poteſtatem redegerunt me- 8
talla argenti & auri quæ illic ſunt: & poſſederunt omnem lo- 9
cum conſilio ſuo, & patientia, locaque quæ valde longè erant 10 11
ab eis & reges qui ſuperuenerant eis ab extremis terræ contri 12
uerunt, & percuſſerunt eos plaga magna. Cæteri autem dant
eis tributum omnibus annis. Et Philippum Perſen Cethæorũ 13
regem, & cæteros qui aduerſus eos arma tulerunt, contriuerũt
in bello, & obtinuerunt eos. Et Antiochum magnum regem 14
Aſiæ qui eis pugnam intulerat, habens centum viginti elephã 15
tes & equitatum & currus & exercitum magnum valde contri 16 17
tum ab eis: & quia cœperunt eum viuum, & ſtatuerũt ei vt da- 18
ret ipſe & qui regnarent poſt ipſum tributũ magnum, & daret 19
obſides & cõſtitutũ, & regionẽ Indorũ, & Lydos, & Mędos, de 20
optimis regionib eorũ, & acceptas eas ab eis dederũt Eumeni 21 22
regi. Et q̃a qui erãt apud Helladã voluerũt ire & tollere eos, & 23
innotuit ſermo his, & miſerũt ad eos ducẽ vnũ, & pugnauerũt 24 25

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. VIII.

✻ E T audiuit Iudas nomen Romanorum, quia ſunt potentes, &c. *Deſcripta Iudæ multiplici victoria, Hic conſequenter deſcribitur ipſius cũ Romanis amicitia contracta. Et diuiditur in tres partes. Nam primò deſcribitur Romanorum fama laudabilis, ſecundò Iudæorum legatio fidelis, ibi.* Et elegit Iudas. *tertiò, vtro-* C *rumque confœderatio amicabilis, ibi.* Et placuit. *Prima adhuc in tres. Nam primò deſcribitur eorum fama ex crebris victoriis, ſecundò ex fidelibus amicitiis, ibi:* Cum amicis autem. *tertiò ex prudentibus eorum modeſtiis, ibi:* Et in omnibus iſtis. *Circa primum primò ponitur Romanorum laus in generali, cum dicitur:*

1 Et audiuit Iudas nomen Romanorum, &c. *Per publicam famam.*

2 Quia ſunt potentes viribus, &c. *Iam enim ſibi ſubiugauerant multa regna.*

3 Et acquieſcunt ad omnia quæ poſtulantur, &c. *Dum tamen ſit rationabilia.*

4 Et quicumque acceſſerunt ad eos, &c. *Nullorum amicitiam reſpuentes.*

5 Et audierunt prælia eorum, &c. *Hic conſequenter ponitur fama Romanorum, magis in ſpeciali & primò in Græcia, cum dicitur:*

6 Et virtutes bonas quas fecerunt in Galacia, &c. *quæ eſt quædam pars Gręcię, quam Senones Galli acquiſierunt ſub Brennio duce, & eam Gallaciam nominauerunt quaſi Gallogręciam. Secundò in Hiſpania, cum dicitur:*

7 Et quanta fecerunt in regione Hiſpaniæ, &c. *Ad ſubiectionem, cuius montes Pyreneos immeabiles ante fecerunt ſerę peruios cum maximis ſumptibus & labore.*

8 Et quòd in poteſtatem. *ſcilicet, ſuam.*

9 Redegerunt metalla. *ideſt, mineras.*

10 Argenti & auri quæ illic ſunt, &c. *Quæ ſunt in Hiſpania.*

11 Et poſſederunt omnem locum conſilio ſuo, &c. *ideſt, prudentia ſua bellica. vnde dicit Vegetius lib. de re militari: quòd in nullo leguntur Romani orbem terrę ſubieciſſe ſibi, niſi prudentia bellica & exercitio armorum. Nam Gręci erant eis aſtutiores, Hiſpani ferociores, Teutonici corpore maiores & fortiores. Gallici verò plures, vt ibidem deducit Vegetius.*

12 Patientia locaque quæ valde longe erant ab eis & reges qui ſuperuenerant, &c. *Tolerando patienter laborem, qui* F *eſt in exercitio armorum. Cętera patent vſque ibi:*

13 Et Philipum Perſen Cethæorum regem, &c. *Ioſephus dicit: Cethęorum reges ità quod vterque erat rex in diuerſis tamen partibus terrę illius, ſicut aliquando in Gallia fuerunt plures reges: & ideo videtur quod hic ponatur ſingulare pro plurali, ſcilicet, regem pro reges, ſicut frequenter fit in ſcriptura. vnde Exod. 8. ſ.* Venit muſca grauiſſima. *ideſt, multitudo muſcarum.*

14 Et Antiochum magnum regem Aſiæ, &c. *Qui fuit pater Seleuci & Antiochi Epiphanis, vt dictum eſt ſuprà.*

15 Et daret obſides. *Quorum vnus fuit Antiochus illuſtris filius eius, vt ſupra 1. cap.*

16 Et conſtitutum, &c. *ideſt, illud quod ordinauerunt vltra annuum tributum.*

17 Et regionem Indorum. *ſupple obtinuerunt.*

18 Et Mœdos, de optimis regionibus eorum, &c. *ſupple expulerunt.*

19 Et acceptas eas ab eis. *vi armorum.*

20 Dederunt Eumeni. *confœderato ſibi.*

21 Et quia qui erant, &c. *ſcilicet Eumenem regem & populum ſuum de dictis regionibus, quas dederunt eis Romani.*

22 Et innotuit ſermo his. *ideſt, Romanis.*

23 Et miſerunt ad eos. *defendendos.*

24 Ducem vnum. *Cum exercitu Romanorum.*

25 Et pugnauerunt. *Qui erant apud Helladam.*

### MORALITER.

† 1 *Et audiuit Iudas nomen, &c.* Iſtud caput exponit gloſſa allegoricè de Chriſto, qui miſit apoſtolos ad prædicandum gentibus, tanquam legatos pacis æternæ,

Moraliter autem poteſt exponi vt per Romanos, qui ſublimes interpretãtur, quorũ probitas & fidelitas hic deſcribitur: ſignificẽtur ciues cæleſtes, q ſunt honore ſublimes, & quorũ in eccleſia probitas & fidelitas enarrat: Ad ipſos aũt bon⁹ eccleſię militãtis pręlat⁹ mittit ꝑ ſe & populo ſuo duos legatos ad q̃rendũ pacẽ & amicitiã ſẽpiternã.

habuit · ra · 10 Argen- · ✻ 1 Et · ſublimes · † MO-

contra illos, & ceciderunt ex eis multi,& captiuas duxerũt 1
vxores eorum,& filios,& diripuerũt eos, & terram eorum
poſſederunt,& deſtruxerunt muros eorum,& in ſeruitutẽ
illos redegerunt vſq; in hunc diem.Et reſidua regna & in-
ſulas,quę aliquando reſtiterant illis,exterminauerũt,& in
poteſtate redegerunt. Cum amicis aũt ſuis, & qui in ipſis 2
requiem habebant,conſeruauerunt amicitiam,& obtinue 3
runt regna quæ erant proxima & quę erãt longè:quia qui
cumq; audiebant nomen eorũ,timebant eos. Quibus ve-
rò vellent auxilio eſſe, vt regnarent,regnabant Quos autẽ
vellent regno deturbabant,& exaltati ſunt valde:Et in om 4
nibus iſtis nemo portabat diadema, nec induebatur pur- 5
pura,vt magnificaretur in ea. Et quia curiã fecerũt ſibi, & 6
quotidie conſulebant trecentoſuiginti conſilium agentes
ſemper de multitudine,vt quæ digna ſunt gerant,& cõmit 7
tunt vni homini magiſtratũ ſuũ per ſingulos annos domi
nari vniuerſæ terræ ſuæ,& omnes obediunt vni,& non eſt 8
inuidia, neque zelus inter eos. Et elegit Iudas Eupolemiũ 9
filium Ioannis filij Iacob, & Iaſonem filiũ Eleazari, & mi-
ſit eos Romã conſtituere cum illis amicitiam & ſocietatẽ,
& vt auferrẽt ab eis iugum Græcorum, quia viderũt quod 10
in ſeruitutem premerent regnũ Iſrael Et abierunt Romam
viam multam valde, & introierunt curiam & dixerũt. Iu-
das Machabæus & fratres eius,& populus Iudæorum,mi-
ſerunt nos ad vos ſtatuere vobiſcum ſocietatem & pacẽ,
& conſcribere nos ſocios & amicos veſtros.Et placuit ſer- 11
mo in conſpectu eorum. Et hoc reſcriptum quòd reſcri-
pſerunt in tabulis æreis, & miſerunt in Ieruſalem, vt eſſet 12

℘ ta res geſtas continens ipſorum. Nihilominus tamen ad- A uertere promptum eſt, nõ fuiſſe tutum coram Deo, neq; lege conceſſum Iudæis, vt experirent amicitias gentium. verumtamen ſicut fuerunt in vita ſua, ita & poſt mortẽ glorioſi ſunt, quia ſi quid pulueris aut puluere vanitatis admiſerunt, omnino deletum eſt ita ſubſequente morte ſingulorum.

a *Et elegit Iudas Eupolemium filium, &c.* ✠ Rupert. Iudas primus miſerat Romam; conſtituere amicitiam & ſocietatẽ. Et interea Demetrius rex poſt caſum Nicanoris & exercitus eius, appoſuit Bachidẽ & Alcimum rurſus mittere in Iudæam: & in illo prælio cecidit ille potens, qui ſaluũ faciebat populũ Iſrael. B Deinde Ionathas Romam miſerat, renouare amicitiam, & poſt modũ à Tryphone dolo circumuentus, atq; a occiſus eſt. Similiter Simon miſerat, cum illis renouare amicitiam, nec multum poſt a genero ſuo Ptolomęo per inſidias interfectus eſt. Tales euentus ſingulorum fines obſcurare videntur, quòd videlicet in eo ſibi cęleſte diminuerint auxilium, dum quęrũt ab hominibus ſeculi b quaſi pacis & ſecuritatis firmamentum. Porro diligens animus cauſam aliam libẽtius arbitratur, ſcilicet quòd idcirco taliter in breui deceſſerint, quia ſicut de ſanctis dicit Apoſtolus: *Quibus dignus non erat mundus.* Ita C & talibus ac tantis ducibus, vt diu permanerent, tunc temporis dignus non erat ille populus, vt potè iã quaſi ſenex atque delyrus penè totus, præter paucos iuſtos, nimium D refrigeſcens à diuinæ religionis cultu.

Rabbanus. Quod Iudas qui mittit legatos ad Romanos conſtituere cum illis amicitiam & ſocietatem, ſignificat redemptorem noſtrũ per prædicatores ſuos euangelium pacis gentibus offerre & conuocare eas ad fidem ſuam. Allego. Quibus illi.

b *Reſcripſerunt in tabulis, &c.* quod poſtulati fuerant, *& miſerunt in Ier. vt eſſet ibi apud eos me. &c.* quia gentes ad credulitatem Chriſti conuerſæ, firmum fidei ſuæ ſtatuunt pactum (quod ſignat æs longo tempore duraturum) & veræ confeſſionis monimentum tradunt in eccleſia catholica, vt ibi ſit memoriale ſocietatis eorum in perpetuũ. E Vnde per prophetam dicitur: *Ecce dominus auditum fecit,* Iſa.62.d. *& legatos ad gentes miſit: & angelus faciei eius ſaluabit eos in dilectione ſua: & indulgentia ſua ipſe redemit eos.* Ibid.63.c. Et item: *Parum eſt,* inquit, *vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitãdas tribus Iacob, & fęces Iſrael cõuertendas: Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terrę.* Ibid.49.b. Et iterũ: *Dedi te in fędus populi, vt ſuſcitares terram & poſſideres hereditates diſſipatas.* Ibidem c. Et quid eſt quòd Iudas duos legatos componendę pacis gratia ad Romanos miſit, niſi quod redemptor noſter ad conuocandas ad fidem & ſocietatem pacis gentes, duo teſtamenta in mundum direxit? Siue aliter. Binos nũtius mittit propter ſacramentum charitatis, quia duo ſunt F præcepta charitatis, hoc eſt dilectionis Dei & proximi.

℘ Et

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ceciderunt ex eis multi, & capti. *Et patet litera.*

2 Cum amicis. *Hic conſequenter ponitur fama Romanorum ex fidelitate amicitiarum cùm dicitur:* Cum amicis autem ſuis *qui fœdus inierunt cum ipſis.*

3 Et qui in ipſis requiem, &c. *Fœdus initum conſeruantes. Cætera patent.*

4 Et in omni. *Hic conſequenter deſcribitur fama Romanorum ex modeſto vſu circa culmen honorum cum dicitur.*

5 Nemo portabat dia. *id eſt, nullus vtebatur inſignis regalibus. A principio enim vrbis conditæ fuerunt reges Romæ vſque ad Tarquinium ſuperbum. Quo deiecto propter eius ſuperbiam & tyrannidem populus conſules præfecit regimini republicæ, deinde tribunos plebis & dictatores, & rurſus conſules rempublicam gubernauerunt vſque ad Iulium Cæſarem, qui primus arripuit imperium ſingulare. Patet igitur quod tempore Machabæorum conſules prę erant reipublicę.*

6 Et

6 Et quia curiam *id eſt, locum ſolennem, vbi conueniebant conſules de bono regimine reipublicę tractantes.*

7 Et committunt vni *qui vocabat conſules ad conſilium, ſicut in multis ciuitatibus ſingulis annis vnus conſtituitur maior ſuper alios conſules.*

8 Et non eſt inuidia, &c. *Sic à principio fuit in Romana republica: propter quod in tantum creuit augmentum, ſed poſtea fuit oppoſitum propter quod ad tantum venit detrimentum, ſicut patet ad ſenſum, vnde dicit Ioannes os aureum: Sicut concordia res paruę creſcunt ita diſcordia maximè collabuntur.*

9 Et elegit. *Hic conſequenter, deſcribitur Iudęorum legatio fidelis: & patet litera vſque ibi.*

10 Et ut aufer. *Regnũ enim Syrię deriuatum eſt à Gręcis, vt dictum eſt in principio libri: propter quod in illo regno & eius exercitu præerant multi Grẹci, ſicut patet ex ſupradictis. Cętera patent.*

11 Et placuit, *Hic conſequenter ponitur Romanorum & Iudęorum confœderatio amicabilis: & patet vſque ibi.*

12 In tabulis æreis. *vt ſcriptura poſſet diutius permanere.*

✠ Galadius

## MORALITER.

† Vnus legatus eſt humilis oratio, de quo dicitur Eccle.35.c. *Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, donec appropinquet non conſolabitur.* Alius legatus eſt eleemoſyna charitatiua. Tobiæ 4.b. *Fiducia magna erit eleemoſyna corã ſummo Deo:* quia fideliter facit legationem ſuam. Et iſti duo legati procurant illis à quibus mittuntur cum cæleſtibus ciuibus conſcribi: ideo poteſt eis dici illud Lucæ.10.c. *Gaudete & exultate, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.*

† MO-

A Et omnis charitas minus q̃ inter duos haberi nõ poteſt. Nemo enim propriè ad ſeipſum habere charitatem dicitur. ſed dilectione ſe in alterum tendit, vt eſſe charitas poſſit Binos ad prædicandũ in euangelio mittit dominus diſcipulos, quatenus hoc nobis tacitus innuat: quia qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium ſuſcipere nullatenus debet. Bene autem dicitur, *quia miſit eos ante faciem ſuam in omnem ciuitatẽ & locum quo erat ipſe venturus*. Prædicatores enim ſuos dominus ſequitur, quia prędicatio præuenit, & tunc ad mentis noſtræ habitaculum dominus venit. Verba exhortationis præcurrunt, atque per hæc veritas in mente ſuſcipitur.

Gregor.

Luc. 10. a.

Ibidem.

apud eos ibi memoriale pacis & ſocietatis Bene ſit Romanis & genti Iudęorum in mari & in terra in æternum,
gladiuſq; & hoſtis pro- 1
cul ſit ab eis. Quòd ſi inſtiterit bellũ Romanis prius aut omnibus ſocijs eorum in omni
dominatione eorũ, au- 2
xiliũ feret gens Iudęorum prout tempus dictauerit, corde pleno. 3
Et pręliantibus nõ dabunt neq; ſubminiſtrabunt triticum, arma, pecuniam, naues, ſicut placuit Romanis, & cuſtodient mandata eorũ D
nihil ab eis accipientes. Similiter autem etſi genti Iudæorum prius acciderit bellum, & adiuuabunt Romani ex animo, prout eis tempus permiſerit, & adiuuantibus non dabitur triticũ, arma, pecunia, naues, ſicut placuit Romanis, & cuſtodient mandata eorum abſque dolo. Secundum hæc verba conſtituerunt Romani
4 5 populo Iudæorum. Quòd ſi poſt hæc verba hi
6 aut illi addere vel demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex propoſito ſuo: & quæcunq; addiderint vel dempſerint, rata erunt. Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, ſcripſimus ei dicentes: Quare grauaſti iugum tuũ ſuper amicos noſtros, & ſocios Iudæos? Si ergo iterum adierint nos, aduerſum te faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum terra marique.

NICOLAVS DE LYRA.

B 1 Gladiuſque & hoſtis. *nocens eis.*
2 Auxilium feret gens. *i. prout tempus oportunum fuerit.*
3 Corde ple. *i. veraci & abſque dolo. Cætera patent vſque ibi:*
4 Quod ſi, &c hi aut il. *ideſt, Romani vel Iudæi.*
5 Addere vel demere, &c. *Quæ ſcripta ſunt.*
6 Aliquid volu. *ideſt, ex communi conſenſu vtrorumque. Cætera patent.* E

CAP. IX.

a INterea vt audi. * Ioſephus Heb. factum eſt poſt reuolutũ annum, vt appropinquarent dies mortis Iudæ, & præciperet ei Dominus vel clauderet diem ſuũ, colligereturque ad populos ſuos Haſſidæos. Obruit autem eum Bacchides cũ triginta millibus fortium Macedoniæ. ſubitò irruens in eum. habitantem in Lęſem, & habentem ſecum quaſi tria millia virorum &c.

L. 3. Hiſt. Iudaic. c. 23.

Rabbanus.

Inſtaurat rurſum Demetrius bellum per Bachidem & Alchimum contra Iudam, quia per paganos atque hæreticos C de fide Chriſti relapſos mũdi princeps contra eccleſiã quotidie nouis artibus veteres inſidias ad nocendum inſtaurat; Cum quibus & de.c. miſit, cum ad tale nefas perpetrandum validam auxiliatorum manum tradit: Contra quos Iudas cum tribus milibus vadit, quia contra hoſtes omnes fidei cœtus doctorum cum fidelibus præliari diſponit, vt per ſanctæ Trinitatis fidem hoſtium cateruam ſternat, quæ vana præſumptione ſuperbiendo contra autorem ſuum ſe erigere audet. Sed videamus quid hinc ſcriptum ſequitur.

b *Et viderunt.* Quia licet multi in confeſſione catholicę fidei videantur manere, tamen perſecutione exardeſcẽte apparebit, qui fixi fuerint in fide & qui facietenus in ea eſſe videbãtur. Vnde ſcriptum eſt in euangelica parabola quod exorto ſole aruerunt ſegetes, quæ fuerant in petroſa, & terrã multam non habuerũt, quia qui firmas in corde credulitatis radices non tenent, ad tempus credentes, in tempore tentationis recedũt, de tribus ergo milibus nõ remãſerũt cum Iuda, niſi tãtũmodo octingenti viri, quia reprobis ab eccleſiæ ſocietate defluentibus ſoli electi qui prędeſtinati ſunt ad æternam beatitudinem percipiendam in ſtabilitate ſanæ fidei permanebunt. F

CAP. IX.

a INterea vt audiuit Demetrius, quia ceci- 1
dit Nicanor, & exercitus eius in prælio, appoſuit Bachiden & Alchimum †
rurſum mittere in Iudæam, & dex- 2
trum cornu cum illis: Et abierunt viã 3
quæ ducit in Galgala, & caſtra poſuerunt in Maſaloth, quæ eſt in Arbellis, & occupauerunt eam, & peremerunt animas hominum multas. In menſe primo anni centeſimi & quinquageſimi & ſecundi applicuerunt exercitum ad Ieruſalem, & ſurrexerunt & abierunt in Berea viginti milia virorum, & duo milia equitũ. Et Iudas poſuerat caſtra in Laiſa, & tria milia viri ele- 4
b cti cum eo. Et viderũt multitudinẽ exercitus, quia multi
ſunt, & timuerũt valde, & multi ſubtraxerũt ſe de caſtris, 5

a *Et*

NICOLAVS DE LYRA.

* INterea vt audiuit. *Deſcripto ducatu Iudæ Machabæi, Hic conſequenter deſcribitur ducatus Ionathæ fratris ſui. Circa quod primò deſcribitur mors Iudæ. Secundò ſubſtitutio Ionathæ, ibi:* Et factum eſt poſt obitum Iudę. *Circa primum primo ponitur belli apparatus, ſecundò, conflictus, ibi:* Et mouit exercitus. *Prima in duas. Quia primo ponitur apparatus ex parte Gentilium. ſecundò, ex parte Iudæorum, ibi:* Et Iudas. *Circa primum dicitur:* In-

1 Interea. *i. dum legati Iudæorum cum Romanis tractarent de fœdere & amicitia.*
2 Et dex. *i. aciem fortem quę ſolebat aſtare regi à dextris.*
3 Et abierunt. *vbi Ioſue filios Iſrael circuncidit, Ioſu. 5. Cętera patent.*
4 Et Iudas. *Hic conſequenter ponitur apparatus belli ex parte Iudęorum, & patet vſque ibi:*
5 Et multi. *Iudęi, recedentes occultè timore mortis.*

* 1 Et

*MORALITER.*

† 1 *Interea vt audiuit.* Per Demetrium qui interpretatur nimis perſequens, ſignificatur diabolus qui quando non poteſt præualere iuſtis per occultam tentationem, excitat contra eos corporalem tribulationem. vnde dixit ſancto Martino: Quocunque perrexerit diabolus aduerſabitur tibi. Et tunc excitabit contra eum latrones eum crociter capientes. vnde ſubditur:

† *Appoſuit Bachid.* Per quos ſignificantur princeps iniquus & pontifex prophanus, & quando coniũguntur ad inuicem faciunt in eccleſia magnam ſtragem, ſicut contigit tempore Arrij, quo Lucius epiſcopus fuit familiaritate coniunctus principi Arriano, qui catholicos perſequebatur. Vnde dicit Rufinus in hiſtoria eccleſiaſtica: Eo quoque tempore Lucius Arrianæ partis epiſcopus poſt fugas ciuium & exilia, poſt cædes & tormenta quibus innumeros condemnauit, ad monaſteria furoris ſui arma conuertit, vaſtat eremum & bella quieſcentibus inducit: tria milia ſimul aut amplius viros per totam eremum ſolitaria habitatione diſperſos aggreditur, mittens armatam peditum & equitum manum, & illi gladijs obiectabant ceruices, & nihil aliud dicebant niſi, *Amice ad quid veniſti?* Sicut per Bachiden & Alchimum deſcribitur hic facta ſtrages magna Iudæ Machabęi & ſuorum.

† MO-

&non remanſerunt ex eis niſi octingenti viri. Et vidit Iu 1
das,quod defluxit exercitus ſuus,& bellum perurgebat eũ,
& confractus eſt corde,quia non habebat tempus cõgre- 2
gandi eos,& diſſolutus eſt, & dixit his qui reſidui erant: 3
Surgamus,& eamus ad aduerſarios noſtros, ſi poterimus
pugnare aduerſus eos.Et auertebant eum dicentes: Nõ po
terimus, ſed liberemus animas noſtras modo,& reuertá-
mur ad fratres noſtros,& tunc pugnabimus aduerſus eos.
Nos autem pauci ſumus:Et ait Iudas: Abſit iſtam rem face
re,vt fugiamus ab eis. Et ſi appropiauit tempus noſtrum,
moriamur in uirtute propter fratres noſtros, & nõ infera- 4
a mus crimen gloriæ noſtræ. Et mouit exercitus de caſtris, 5 6
b &ſteterunt illis obuiã. Et diuiſi ſunt equites in duas par- 7
tes,& fundibularii & ſagittarij præibãt exercitum ,& pri- 8
mi certaminis omnes potentes. Bachides autem erat in 9
dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus & 10
clamabant tubis. † Exclamauerunt autem & qui erant ex
c parte Iudæ etiam ipſi, & commota eſt terra a voce exerci- 11
d tuum,& commiſſum eſt prælium a mane vſque ad veſpe-
e rum. Et vidit Iudas quia firmior eſt pars exercitus Bachi-
dis in dextris, & conuenerunt cum ipſo omnes conſtan-
f tes corde,& contrita eſt dextera pars ab eis, & perſecutus
eſt eos vſque ad montem Azoti. Et qui in ſiniſtro cornu
erant,viderunt quod contritum eſt dextrum cornu, & ſe-
cuti ſunt poſt Iudam, & eos qui cum ipſo erant a tergo.
g Et ingrauatum eſt prælium, & ceciderunt vulnerati mul 12
h ti ex his & ex illis. Et Iudas cecidit, & cæteri fugerunt.

A a *Et exe.* Quid eſt q promoto exercitu de caſtris equites in duas partes diuiſi narrãtur,niſi qđ inter ſupbos, & arrogantes nunq̃ vnitas & firma cõcordia ſeruari poteſt? Teſtante ſcriptura quę dicit: *Inter ſuperbos ſemp iurgia ſunt.* [...ce. 13.b]

b *Et fundi.* (inquit) *& ſa.pra.ex.* Quid per fundibularios, & ſagittarios, niſi hi qui ad alliciẽdas hominum mentes ad idololatriam ſiue apoſtaſiã,aut vanis proſperitatum promiſſionib. blandiendo,uelut rotatu fundę fideles ꝑuertere cupiũt, aut minis tormentorũ eos quaſi ſagittarũ ictib. terrendo decipere contendunt?

B Apteque hi perire exercitũ deſcribuntur, quia mos ſemper fuit perſecutorum talibus ſtudiis præuenire exactionem tormentorũ.

c *Et com.e.* Commota eſt(inquit)terra a voce exercituum, hoc eſt carnalium corda cõcuſſa ſunt pauore perſecutionum.

d *Et com.e.pr.a ma.* cum ab ortu luceſcentis fidei vſque ad finem mundi caſtra diaboli aduerſus eccleſiam Dei confligere non ceſſent,& aduerſitates tribulationum nũquam bonis monere deſiſtũt,quia iuxta Pauli ſententiam: *Omnes qui piè viuere uolunt in Chriſto perſecutionem patiuntur.* [Tit.3.c]

*Ioſeph.Heb. Cum immineret Iudæ graue bellum a fronte & a tergo vt cognoſceret quod Bachides ſtaret ab iſta parte & fortiſſimi milites eius ſecum, tranſiliit in medium eorum, adhæſerũtque ei quidam ex eis qui in Haſmoneis animoſiores erant,& pergẽs cõtra Bach. ingrauatũ eſt bellum ſupra modũ. Et a principio quidẽ prelii fuſi ſunt interfecti in terram duo milia. Et cum Iudas in ipſo certamine vidiſſet Bachidẽ,cucurrit in uirtute feruoris ad eum,& cædens milites illius ſtrauit innumeros in terram,gladium uibrans ad dexteram & ſiniſtram,ita ut cogeretur Iudas ſuper eos incedere & calcare eos uelut iter, Accedens autem ad Bachidem,habebat gladium acutum,latum,euaginatum, & plenũ ſanguine,timenſque Bachides faciem eius(nam erat facies eius veluti aſpectus leonis in die quo inhiat prædæ ſuæ, qſi.ſ. tremor & horror paret ex facie eius, uertens Bachides ceruicem ſuam,fugit per uiam Azoti. [..H. Iud. 3.] C

e *Vidit Iudas quia firmior eſt pars exercitus Bachidis in dextris,&c.* Coadunatis ſecum omnibus qui fuerant conſtantes corde, contriuit illam, dum coniunctis oportunis fidelium ſolatiis, doctores ſancti Gẽtilium impetum verbo fidei expugnare, & ad tranquillitatem fidei perducere ſatagunt. Firmior enim illorum pars eſſe videbatur qui aperte paganico errore per tormentorum immanitatem contra eccleſiam ſęuiebant,quam illorum qui [..abanus.]
fictis

D fictis amicitiis doloſe fratribus inſidias diſponebãt. Sed Bachidis exercitũ Iudas uſque ad finem Azoti perſequitur,cum Gentilium furorem prædicatores euangelii ad incendium pij amoris perducere contendunt. Interpretatur.n. Azotus ignis patruelis uel incendium. Et bene ignis patruelis amor ille qui in patriarcharum cordibus ſeruabat dici poteſt, quem in filiorum mẽtib. ſtrenuitas doctorũ formare deſiderat, ut fiat illud quod de Elia ſcriptum eſt, *ut conuertat corda patrũ in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorũ præparetque domino plebem perfectam.* Lucæ.1.b E

f *Et qui in ſin.* Dextro cornu,quod validius fuit decidẽte ſiniſtrum cornu a tergo Iudam perſequitur, quia ſopita quodammodo Gẽtilium graui perſecutione hæretici ſiniſtra intentione ſanctam eccleſiam doloſe inſidiando, atque occultè quaſi a tergo lædendo, nequaquam perſequi deſinunt. inde ſequitur. † ſupra 4.b

g *Et ing. eſt p.* Ingrauatum eſt prelium quando pagani apta perſecutione, & hæretici ſubdola ſeductione eccleſiam Chriſti impetunt. Caduntque multi vulnerati ex his & illis, cum mali inuidentes bonis nequitiæ ſuę telis ſauciati diſcedunt. Et quidam de credentium numero tormentis malorum coacti blaſphemare compelluntur. Quod ibi ſepiſſimè euenit, vbi plebs auxilio magiſtrorum deſtituuntur. vnde ſubiungitur.

h *Et Iu.* * Amb. Quia fortitudo non ſolum ſecundis rebus,ſed etiã aduerſis probatur, ſpectemus Iudæ Machabæi exitũ. Is.n. poſt uictum Nicanorem regis Demetrii ducem ſecurior aduerſus viginti millia exercitus regis tum nongentis uiris,bellum adortus,uolentibus his cedere,ne multitudine opprimerentur, glorioſam magis mortem,quam turpem fugam ſuaſit. *Ne crimen,* inquit, *noſtræ relinquamus gloriæ.* Itaque commiſſo prelio, cũ a primo ortu diei in veſperam dimicaretur, dextrum cornu in quo validiſſimam manum aduertit hoſtiũ,aggreſſus facile auertit. Sed dũ fugiẽtes ſeqtur,a tergo vulneri locũ præbuit. Ita glorioſiorem mortem triumphis inuenit. [1.1 of.c.41.] F

*Hegeſip. Iudas bello ſtrenuus,conſilio bonus,ac prę cæteris fide promptus,quam frequenter innumeras hoſtium copias parua manu fuderit, nõ eſt præſentis negotii. Quod tamen breui colligere datur,ſæpe proſperis vſu ſucceſſibus,excitauit in ſe magnam hoſtium multitudinem,qua circunfuſus vndique dum cedere pudoris exiſtimat refugientibus ſociis , in prælium ruit, cæſiſque quos aduerſus ierat, a latere circumuentus, ſed tamen vltus propriam mortem,occiditur. [1.excidii Hieroſ.c.2.]

Quia trucidatis paſtorib. greges ĩ diuerſa fugere cogunt. [Rabanus.]
Sicut

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et bel. *quod non poterat conuenienter recedere abſque aliquo exterminio ſuorum per aduerſarios inſequentes eum.*
2 Et con.c. *videns periculum utrobique.*
3 Quia non habebat tempus.. *qui receſſerant de caſtris ſuis propter dictam cauſam.*
4 Moria.in vi. *pro iuſtitia certando.*
5 Et non inferamus crimen gloriæ noſtræ,&c. *ſi moriamur fugiendo.*
6 Et mo ex. *Hic conſequenter ponitur conflictus, cum dicitur:* Et mouit exercitus *ſ. Iudæ.*
7 Et diuiſi ſunt equites. *exercitus Bachidis.*
8 In duas partes & fundibularii,&c. *vt facerent duo cornua ſiue duas alas equitum.*
9 Et pri.cer. *ad aduerſarios deterrendum & penetrandum.*
10 Et proximauit legio ex duabus,&c. *exercitus Bachidis.*
11 Et com.eſt ter. *tantus.n. erat ſtrepitus clamoris iſtorum & colliſionis armorum, quod terra videbatur commoueri.*
12 Et ingrauatum eſt prælium. *nam Iudas & ſui erant inter aduerſarios incluſi, & ſic pugnabant acriter ſicut de uita deſperati.*

A Sicut in Zacharia propheta in preſagio paſſionis Chriſti ſcriptum eſt: *Percute* (inquit) *paſtorem, & diſ.o.gr.* Quod euā gelista in paſſione dñi, vbi ipſo comprehēſo a turbis, diſcipuli omnes relicto eo fugerunt, ad teſtimoniū introduxit, quia quod præceſſit in capite neceſſe eſt vt ſequatur in corpore. Zach.13.c.

a *Et Ion.* Non poteſt tranſire ſine diſcipulorū triſtitia, bonorū magiſtrorum per occaſum mortis temporalis ruina. Inde dicitur, quod fleuiſſet *Iudā e.po.Iſ.pla.ma.* Huic quoque ſimile in paſſione Stephani inuenitur ſcriptū, *quod curauerūt Stephanum viri timorati, & fecerunt ſuper eū planctum magnum.* Actu.8.a B Sed licet dolor abſceſſus ſuorum tangat fidelium mentes per compaſſionem, tamen non deerit eis conſolatio, quam habent de futura animarū requie per certam ſpē. Triſtantur.n.ſancti aliquo modo in corporis ſui dolore, ſed nimium lętantur animo de conſignata ſibi in cęleſti regno mercede, vnde Saluator diſcipulis ſuis paſſionis magnitudine & triumphi ſui certa remuneratione in euangelio prædicens ait: *Beati eſtis cum maledixerint homines, & perſecuti uos fuerint. & dixerint omnem malum aduerſum uos mentientes propter nomen meum: Gaudete in illa die & exultate quoniam merces veſtra multa eſt in cælo.* Matth.5. C

Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam fratrem ſuum, & 1
a ſepelierunt eum in ſepulchro patrum ſuorū in ciuitate
Modin. Et fleuerunt eū oīs populus Iſrael plāctu magno, †
& lugebant dies multos, Et dixerunt: Qūo cecidit potēs,
b qui ſaluum faciebat populum Iſrael? Et cætera verba bel
lorum Iudæ & virtutū, quas fecit, & magnitudinis eius,
c non ſunt deſcripta, multa.n. erant valdè. Et factū eſt poſt 2
obitū Iudæ, emiſerunt iniqui in oībus finib. Iſrael, & exor 3
d ti ſunt omnes qui operabantur iniquitatem. In dieb. illis 4

E teſt, ſed in ſolius agnitione permanent autoris. Vnde de ipſis dominus in euangelio ait: *Oues meæ vocem meā audiūt & ego dominus agnoſco eas.* Ioan.1 Et item: *Gaudete* (inquit) *& exultate, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo.* Luc.10. Et item: *Veſtri* (ait) *capilli capitis omnes numerati ſunt, & capillus de capite ueſtro nō peribit.* Matt.1 De quo & alibi ſcriptum eſt: *Nouit dominus qui ſunt eius.* 2.Tim. Et item: *Ipſe ſolus nouit corda omniū filiorum Adam* 2.Paral Actu. Hinc & in pſal. propheta ait: *Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina uocat.* pſal.14 Ibid.67 Et itē: *Mirabilis* (ait) *Deus in ſanctis ſuis, ipſe dabit uirtutem & fortitudinem plebi ſuæ.* Ibid.71. Vnde neceſſe eſt, vt dicāt ſinguli: Dicant & omnes: *Benedictus dominus qui fecit mirabilia magna ſolus. Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum & in ſeculum ſeculi.*

c *Et factum eſt.* In prioribus ubi de Matathiæ morte cōmemoratum eſt, ſcriptum reperitur, ꝙ ipſe cētesimo & quadrageſimoſexto anno defunctus ſit, in cuius locum ſurrexit Iudas filius eius, & pręliabatur prælium Iſrael. E Similiter etiam in ſequētib. ſcriptum inuenitur, ꝙ Ionathas poſt Iudā fratrem ſuum ſumpſerit principatū, poſt quem Alchimus anno cēteſimo quinquageſimotertio præcepit deſtrui muros domus ſanctæ, & opera prophetarum, qui & mortuus eſt tempore illo. Ioſephus autē narrat, ꝙ poſtquam Alchimus, qui & Ioachin, tenēs principatum ſacerdotii quatuor annis, interierit, ſacerdotiū Iudę populus contradiderit, ipſumq; dicit, poſtquā principatum ſacerdotii trib. annis miniſtrauerit eſſe defunctum. In his omnib. conijci datur, ꝙ Iudas poſt mortem Mathatiæ patris ſui ducatū populi gereret ſeptē annis, in quib. per quadriennium Antiochi duces de Iudæa dimicando expellens, & templū ab idolorum imaginib. emūdans, patrias leges poſt hæc ſuis ciuib. reddidit olympiade centeſimaquinquageſimaquarta. Sicq; accepit principatū ſacerdotii, & tres annos in eo expleuit. F Vnde & in chronicis inuenit Ionathas 6. anno Demetrij Sotheris, Iudæorum ducatum accepiſſe quem tenuit decē & nouem annis, poſt mortem videlicet patris ſui Matatiæ, decem annis, olimpiade centeſimaquinquageſimaquinta.

Myſticè Illa ergo prauorū infeſtatio quæ poſt obitū Iudę inquietauerat filios Iſrael, myſticè ſignificat quod ablatis bonis doctorib. diſpendium non minimū fideles ſentiāt auditores, cum occaſione percepta non ſolū pagani, ſed etiam heretici grauib. perſecutionibus fatigant eccleſiā Dei. Hinc Paulus Ieroſolymam profectus conuocatis maioribus Epheſiorum inter alia dixit: *Nunc ecce ego ſcio quia amplius non uidebitis faciem meam vos omnes per quos tranſiui prædicans regnum Dei. Quapropter conteſtor vos hodierna die, qua mundus ſum a ſanguine omnium. Nō enim ſubterfugi quo minus annuntiarem omne conſilium Dei vobis. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritusſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiā Dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobiſipſis exurgent uiri loquentes peruerſa, ut adducant diſcipulos poſt ſe, propter quod uigilate memoria retinētes, q̄ per triennium die ac nocte non ceſſaui lachrymis, monēs vnūquemque veſtrum, & nunc commendo vos Deo & uerbo gratiæ ipſius, quia potens eſt ædificare & dare hæreditatē in ſanctificationibus.* Act.20.

d *In diebus illis facta eſt fames m.* Fame oborta tradidit ſe Bachidi omnis regio, quia deficiētibus prædicatoribus propter famem verbi Dei vnde animę ſaginari debuerunt (quia ſecundum veritatis ſententiam: *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei*) Matt.4. quidam tormentis coacti, quidam vero vanis ſuaſionibus illecti de eccleſiaſticorum numero tradunt ſe gentibus. Qui amicos ueri Iudæ (quem teſtante ſcriptura laudāt)

li.12. antiq.c.18. *Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam.* ✻ Ioſephus. Corpus Iudæ ab hoſtibus ſub pacto Simon, & Ionathas fratres eius redimentes, perduxerunt ad Modin villam, vbi & pater eorum ſepultus erat, lugente eum per multos dies populo Hebræorum, & honorante ſecundum communem & legitimam conſuetudinem. Finis quidem talis Iudam inuenit, virum fortem, & magnū, & bellicoſum & mandatorum patris ſui memorem, & omnia pro libertate ciuium & facere & pati paratum. Tali ergo virtute plenus magnam ſibi gloriam & monimenta ſeruauit, liberās gētē a Macedonū ſeruitute. Qui cū principatū ſacerdotii tribus annis habuiſſet hoc ordine defunctus eſt.

l.deeccl.hier.c.7. ✻ Dion. Areo. Defuncti viri chriſtiani corpus propinqui ſancta propinquitate, morumq; ſimilitudine, ipſum qui talis eſt prędicant quod ad optatum peruenerit victoriæ finem, auctorique victoriæ laudes cum gratiarum actione perſoluunt, ſeipſos quoque orantes ad ſimilem requiem admitti. Sumentes autem ipſum ad Pōtificem ducunt, quaſi coronis donandum ſacris. Hunc ille libenter ſuſcipit, eaq; peragit, quæ diuino inſtituto ſuper ſancte quieſcentibus fiunt.

l.1.ciuit.c.13. ✻ Aug. Non ſunt contemnenda corpora defunctorū maximeque iuſtorum atque fideliū, quibus tanquā organis & vaſis ad omnia bona opera ſanctus vſus eſt ſpiritus. Si enim paterna veſtis, & annulus, ac ſi quid huiuſmodi, tanto clarius eſt poſteris, quanto erga parētes maior extitit affectus, nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora, quę multo familiarius atq; cōiunctius q̄ quælibet indumenta geſtamus. Vnde & antiquorū iuſtorū funera officioſa pietate curata sūt: exequę celebratę, & ſepultura ꝓuiſa: ipſique dū viuerēt, de ſepeliēdis, vel ēt trāsferēdis ſuis corporib. filiis mādauerūt. Et Tobias ſepeliendo mortuos, Deū ꝓmeruiſſe, teſte angelo cōmēdatur. Gene.23.25. 49.50. To.2.&12. Ipſe quoq. Dñs religioſæ mulieris bonū opus prędicat prædicandumque comendat quod vnguentum precioſum ſuper membra eius effuderit, atque hoc ad ſepeliendum fecerit, &c. Matt.26. Mar.14.

In loc.Heb. ✻ Hiero. Modin vicus eſt iuxta Dioſpolim, unde fuerūt Machabæi quorum hodieque ibidē ſepulchra monſtrātur. Sat itaque miror quomodo Antiochiæ eorum reliquias oſtēdant, aut quo hoc certo auctore credatur.

Rabban. b *Et cætera.* Multa ſunt bella & uirtutes quas faciūt ſancti imo dñs in eis, quarū oīum notitiā nemo pcipere po

NICOLAVS DE LYRA.

✻ Diuiſio 1 Et Iona. *non tunc ſed poſt prælium corpus eius ab hoſtib. redimendo, ut dicit Ioſephus libro antiquitatis Iudicæ. xij.*

2 Et factum eſt poſt obitū. *Deſcripta morte Iudæ, hic conſequenter deſcribitur ſubſtitutio Ionathæ. Circa quam primo ponitur inſtituendi neceſſitas, ſecundo, inſtitutionis ſolemnitas, ibi:* Et congregati ſunt. *tertio, inde conſurgens aduerſitas, ibi:* Et cognouit Bachides. *Circa primum dicitur.* Et factum eſt, &c. *Percuſſo enim paſtore inuaſerunt gregem lupi rapaces.*

3 Et exorti ſunt. *Viuente enim Iuda erant quaſi mortui, ſed ipſo mortuo erexerunt ſua cornua.*

4 In diebus illis &c. *Tum ex defectu culturæ propter guerrā.*

MORALITER.

† *Et fleue. eum. o.p.* Per quod ſignificat, quod mos boni principis vel prelati debet ab omnibus plangi.

4 *In dieb. illis facta ē fames magna valde, & tradidit ſe Bach.o.r.*

† Per

omnes fratres ſui perſcrutantur,& cum inuenerint,illu
A dentes uindictam exercent in illos. Hanc ergo interpre
tationē cognoſcit eueniſſe primis temporib eccleſiæ cul
toribus Chriſti, omnis qui eccleſiaſticam hiſtoriam le-
git. Sed & ſpiritales nequitiæ quæ antiqui hoſtis deſer-
uiunt voluntati, cū
viderint animas ho
minum pane verbi
Dei carere, ſtudent
eos in errorem mit
tere,& ad uitia per-
trahere, quatenus
de amicis Iudę effi
ciant prędam ſata-
næ & vaſa Dei pa-
bulū ignis ęterni.
a *Et facta eſt.* Poſt-
quam.n.non eſt vi-
ſus propheta in I-
B ſrael facta eſt tribu
latio magna, qa ceſ
ſante doctrina ī po
pulo Dei peccatorū
excreuit plaga, &
inde in eos verberū
C proceſſit uindicta.
Vnde neceſſe eſt ut
doctores eccleſiæ
ſint ſtudioſi ad do-
cendū ſubiectos, &
auditores ſint inten
ti ad audiendū ver-
bū Dei. Hinc quo-
1.3.e que per Salomonē
dr̄: *Doctrina bona da-*
*bit gratiam. Labia aūt*
43 *ſapientium cuſtodiunt eos. Vbi non ſunt boues, præſepe vacuū eſt,*
*vbi plurimæ ſegetes, ibi manifeſta fortitudo bouis. In omni opere*
*bono erit abundantia, miſericordia & ueritas præparant bona.*
b *Et congreg.* Quid eſt ꝙ poſt obitum Iudæ legitur Iona
thas a populo ad ſacerdotium eligi, ut ſuppleat locū fra-
tris ſui, niſi quod obeuntib. per martyrium primum do
ctorib. eccleſiæ, ſucceſſores eorum adminiſtrāte Spiritus
ſancti gratia in locum ipſorum ſubſtituuntur? Cuius ad
miniſtrationis efficaciam nominis Ionathæ interpreta-
tio demonſtrat. Interpretatur. n. colūbę donū ſicut ſupe
rius demonſtratū eſt, admonēs prædicatores verbi qua
tenus dignè ducatus ſui officium in plebe Dei gerant,&
defenſionem congruam contra hoſtes ſubditis impen-
dant. Sed ſicut prioribus, ita ſequentib. populi Dei docto
ribus ab infidelib. atque hęreticis truculenta naſcuntur
bella,& ſæua hoſtiū aduerſatur inimicitia. Vñ ſequitur.
c *Et ſuſce. Iona.* Fugit Ionathas imminente bello cū ſuis
in deſertū Thecue, quia exardeſcente hoſtium perſecu-
tione doctores ſancti cū ſuis ſequacib. cæleſtis aulę prę-
cib. penetrant ſecretū, vt ibi inuocando omnipotentis
Dei inueniant auxiliū, quē tota intētione cordis venire
ſibi poſtulāt in adiutoriū. Thecue. n. īterpretať tuba ſiue
clangor. Quod autem ſubiungitur.
D
d *Et conſe. ad aq. la.* Significat vocare compunctis lachry-
mis eos, quo facilius omnipotentis Dei impetrare ſata-
gant ſolatium, qñ nō alibi, ſed eius pietatis ſolummodo
expetunt refugium. Vnde Aſphar interpretatur fodit ſi-
ue humus, quia qñ
cor intus ſalubriter
cōpūgitur, humor
lachrymarum ab
oculis ad prouocan
dum miſericordiā
Dei largius foris ef
funditur.
e *Et co. Ba.* Quid eſt
ꝙ Bachides in die
ſabbathorum trans
Iordanem cū exer-
citu venit cōtra Iu-
dæos, niſi ꝙ perſecu
tores Chriſtianorū
paci & quieti eccle
ſię inuidentes cum
tumultu irrumpen
do baptiſmi ſacra-
mentum conturba
re,& fidei ſtatū ſub
uertere ſtudent? Et
ad hoc Nabuthęos
amicos ſuos in au-
xilium prouocant,
quia hæreticos ad E
contitionē fideliū,
ęquè maleuolos ſi-
bi aſſociant. Nabu-
thęi.n. ut quidā af-
firmant, prophetan
tes interpretātur. Et aptè hæretici hoc in loco prophetan
tes dici pñt, non vt ſanæ fidei docendo cōmendent veri-
tatem, ſed erroris ſecundū cordis ſui nequitiam depro
mant falſitatē. Vnde & in lege prophetæ qui vana ſom- F
niabant,& diuinabant mendacia, ſecundū ſententiā dñi
morti diiudicabantur. Quod certiſſimum eſt hæreticis
euenire, qui ſe per ſchiſmatas & ſecta inutiles ſeparant a
Deo, & per errorem atque plaſphemiam coniungunt
diabolo.
✠ Ioſeph. Ionathas cognoſcēs Bachiden contra ſe ve- l.13.antiq.c.i.
niſſe, mittit fratrem Ioannē qui Gaddis dicebatur, ad Na
buthæos Arabas, vt apud ipſos deponerent ſupellectilē,
vſquequo pugnarent contra Bachiden, erant enim ami
ci. Ioannem vero euntem ad Nabuthęos, inſidiis collo-
catis in Madaba ciuitate, filii Amarei capiunt vna cum
ſuis & rapientes omnia quæ portabant, occidunt Ioan
nem & omnes ſocios eius,&c.
f *Et exierunt filij Iambri ex Madaba.* Quid per filios Iābri, Rabban. Myſtice.
niſi uoluptuoſi iſtius mundi exprimuntur, qui exire ex
Madaba hoc eſt ex natiuitate dicuntur, cū concupiſcen
tiam carnalem quā originaliter ex parte carnis contra-
xerunt, ſine permutatione uiſitare contendūt. Hi ergo.
*Con-*

facta eſt fames magna valdè,& tradidit ſe Bachidi oīs re- 1
gio eorum cum ipſis. Et elegit Bachides impios uiros,& 2
conſtituit eos dominos regionis, q̄ exquirebant & pſcru- 3
tabantur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bachidē, & 4
a vindicabat in illos. Et illudebāt. Et facta eſt tribulatio ma 5
gna in Iſrael, qualis nō fuit ex die qua non eſt uiſus pro-
b pheta in Iſrael. Et congregati ſunt oēs amici Iudę,& dixe 6
runt Ionathæ: Ex quo frater tuus Iudas defunctus eſt, vir
ſimilis ei non eſt qui exeat cōtra inimicos noſtros, Bachi-
den & eos, qui inimici ſunt gentis noſtræ. Nūc itaq; te ele
gimus hodie pro eo eſſe nobis in principem & ducem ad
c bellandum bellum noſtrum. Et ſuſcepit Ionathas tempo- 7
re illo principatum & ſurrexit loco Iudę fratris ſui. Et co 8
gnouit Bachides, et quęrebat eum occidere. Et cognouit
Ionathas et Simon frater eius, et omnes qui cum eo e- 9
d rant, et fugerunt in deſertum Thecue, et conſederunt 10
e ad aquam lacus Aſphar, et cognouit Bachides, et die 11
ſabbathorum venit ipſe, et omnis exercitus eius trans 12
Iordanem. Et Ionathas miſit fratrem ſuum ducem popu- 13
li, et rogauit Nabuthęos amicos ſuos, ut commendaret il 14
f lis apparatum ſuum, qui erat copioſus. Et exierūt filii Iā- 15 16 17

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et tradidit ſe Bachidi. *Ad ſeruiendum ſub tributo regi.*
2 Et elegit Bachides,&c. *De Iſrael.*
3 Et perſcrut. *Quia cognoſcebāt eos, & ſciebāt latibula eorū.*
4 Et vindicabant. *Contemptibiliter eos iugulando.*
5 Et facta eſt. *Et hæc fuit neceſſitas inſtituendi ducē loco Iudæ.*
6 Et cong. ſunt. *Hic conſequenter deſcribitur inſtitutionis ſolē nitas, nam ad hoc fuit populus congregatus, ut electio Ionathæ fieret certius & ſolennius, & patet litera.*
7 Et co. Ba. *Hic conſequenter deſcribitur inſurgens aduerſitas. Et diuiditur in tres partes, quia primo perſecutio Ionathæ, ſecundo mors Iohannis fratris ſui interponitur, ibi:* Et miſit fratrē ſuū. *tertio, ſcriptura ad primum reuertitur, ibi.* Et audiuit Bachides. *Circa primum dicitur:* Et cog. Bach. *inſtitutionem Ionathæ.*
8 Et quę. eum occid. *diuerſis vijs & machinationibus, quas cognoſcens Ionathas declinauit cautè, ideo ſubditur.*
Et
9 Et fug. *quouſque poſſent exercitum aggregare.*
10 Et conſ. ad aq *idest, iuxta aquam.*
11 Lac. *iſte lacus eſt mare mortuū, ꝙ alibi dicitur lacus Aſphalti.*
12 Et co. Bachid. *per ſuos exploratores.*
13 Et die ſab. *in contemptum feſtiuitatis Iudaicæ, & ut Iudæi non defenderent ſe, ſicut de quibuſdam dictum eſt ſu. ij. c. vel ſaltem ut minus uoluntariè ſumerent arma illa die.*
14 Et Io. mi. *hic conſequenter mors Iohannis fratris Ionathæ interponitur, & primo ponitur eius occiſio doloſa per inſidias ſibi poſitas in uia, ideo dicitur.* Et Io. *mittens aliquos de populo cum Iohanne ipſum præcedente.*
15 Et ro. Na. *vt habetur ſup. 5. c.*
16 Vt com. *per modum cuſtodiæ uſque ad diem belli cū Bachide. Aliqui libri ſic habent. Vt commodarent illis, &c. i. vt Nabuthæi accommodarent Ionathæ & fratribus eius tentoria ſua & arma.*
17 Et exierunt fi. Iam. *inſidiantes Iohanni.*
Et

## *MORALITER.*

✠ Per qđ ſignificatur, qđ pp defectū prædicationis uerbi diuini & ſumptionis euchariſtiæ ſacramēti, qbus homo ſpiritualiter uiuit populus traditur dæmonis poteſtati.
6 *Et cong. ſunt o.* Per hoc ꝙ Iuda defuncto ſubſtitutus eſt Ionathas, qui interpretatur colūbę donū ſignificatur, ꝙ poſt mortem boni prelati electores debent eſſe multū ſoliciti, vt habeant ſucceſſorem qui ſit plenus gratia Spiritus ſancti, qui in ſpecie columbæ apparuit in baptiſmo Chriſti. Per autem ꝙ Bachides quærebat Ionathā occidere, ſignificatur quod diabolus multū eſt ſolicitus qualiter poſſit bonum prælatum ſubuertere, ſicut dictū eſt ſup. 3. c. de Andręa epiſcopo Fundanæ ciuitatis.
17 *Et exierūt.* Iābri dičs amaricās interpretatur, & iō per

a *Compre. Io. & omnia quæ ha.* & abierũt habentes ea, cum aliquem de filiis eccleſiæ iam baptiſmatis vnda ablutũ, & gratia Dei renatum, per illicita deſideria ad ſe rapiũt, & ſtudia bona quib. militabat Deo peruertentes ad illecebras voluptatum peruertunt. Sed Ionathas & Simon vlciſci ea cupiẽtes, ſponſum, qui duxit filiam vnius de magnis principib. Chanaan in ambitione magna cum omni ſuo apparatu & amicis ſuis ſubuertit atque occidit, quãdo doctores ſancti aliquos eorũ quos toto niſu cõſpiciũt voluptatib. mundi inhiare, & ad luxuriam procliues eſſe (quã princeps eius ſeculi ad decipiendum ardẽtes quoſque in concupiſcẽtia carnis proponit ad ſocietatem ſuã omnes ptrahendo) ab intentione praua eripiunt, atq; in eis hoc quod nociuum fuit & reluctans diuinis mandatis mucrone diuini verbi occidunt. Talis.n. victoria bene his cõdecet, qui ex magiſterio cæleſti didicerunt *diligere inimicos ſuos, & benefacere his qui oderũt ſe, orare pro perſequentibus, & calumniantibus ſibi, benedicere maledicentib. & nõ remaledicere.* (Lucæ.6.d) Qui cæſorũ ſpolia accipiunt, qñ totos niſus eorũ in vſum eccleſiaſticũ conuertunt. Vnde aptè ſubiungitur.

b *Et cõuerſæ ſunt nu. in luc. & uox mu. in la.* quia vanam lætitiam mũdi in luctũ pœnitentię, & varios locos ac carmina inutilia in pſalmodiam diuinam cum compunctione lachrymarum ſancti prædicatores docent eos commutare, quos ſalutifera præda rapiunt, & a uita carnali ac veteris actibus hominis funditus occidunt. Sicque reuertuntur ad ripam Iordanis, cum eos perducunt ad ſtatũ Chriſtianæ religionis, atque ad perceptionem ſacri baptiſmatis, vt ibi euangelicus expleatur ritus, pro quo labor exercebatur totus.

c *Et audiunt Bachi.* Cum perſecutores fidelium ſabbatho ſpiritali quo vacant ipſi cultores Chriſti a terrenis cupiditatib. ad audiendum verbum Dei, & laudem domini concinendum, per inuidiam concitati perturbare eos contendũt, & ſacramẽtum baptiſmi p potentiam ſecularem contaminare nituntur. Ionathas myſticos ſuos incitat ad pugnam ſpiritualẽ, hoc eſt, vt per conſtantiam mentis & robur fidei pugnẽt ex aduerſo contra inimicos ſuos, non q dimicãdo aut feriendo eos lædant, ſed per patientiã & mãſuetudinem tolerando, ac beneficiis remunerando melius vindicẽt: ſecundũ illam ſententiã ſaluatoris qua diſcipulis ſuis ait: *Audiſtis quia dictũ eſt antiquis: Oculum pro oculo, & dentẽ pro dente: Ego autem dico uobis non reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, prabe ei & alterã. Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei et palliũ.* (Matth.) Et item. *In patientia veſtra poſſidebitis animas ueſtras.* (Lucæ.) Hinc & Paulus ait. *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis cõgeres ſuper caput eius. Noli vinci a malo, ſed uince in bono malum.* (Rom.1) *Talib. enim hoſtijs promeretur Deus,* (Ibidem) qui dat victoriam ſuis ſeruis, & proſternit inimicos eorũ ſub pedibus ipſorum. Vnde in poſterioribus ſcriptũ eſt, quod Ionathas cum Bachide compoſuerit pacem, & quod iurauerit Bachides nihil ſe ei facturum mali omnib. diebus vitę eius, reddideritque ei captiuitatem, quam prius erat prædatus de terra Iuda. (Infra)

A

bri ex Madaba, & comprehenderunt Iohannẽ, & omnia 1
a quæ habebat, & abierunt habentes ea. Poſt hæc verba re- 2
nuntiatũ eſt Ionathæ & Simoni fratri eius, quia filii Iam
bri faciunt nuptias magnas, & ducunt ſponſam ex Ma-
daba filiam vnius de magnis principibus Chanaã cum 3
ambitione magna. Et recordati ſunt ſanguinis Iohan- 4
nis fratris ſui, & aſcenderunt, & abſconderunt ſe ſub te
gumento montis, eleuauerunt oculos ſuos & viderunt, 5
& ecce tumultus & apparatus multus, & ſponſus pro- 6
ceſſit & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tym

B

panis & muſicis, & armis multis. Et ſurrexerũt ad eos ex
inſidiis, & occiderunt eos, & ceciderunt vulnerati multi
& reſidui fugerunt in montes, & acceperunt omnia ſpo-
b lia eorum, & conuerſæ ſunt nuptiæ in luctum, & vox mu
ſicorum ipſorum in lamentum. Et vindicauerunt vindi 7
ctam ſanguinis fratris ſui, & reuerſi ſunt ad ripã Iorda- 8
c nis. Et audiuit Bachides, & venit die ſabbathorũ vſq; ad
oram Iordanis in virtute magna. Et dixit ad ſuos Iona-
thas, Surgamus & pugnemus contra inimicos noſtros. 9
Non eſt n. hodie ſicut heri & nudiuſtertius. Ecce.n. bellũ
ex aduerſo, aqua vero Iordanis hinc & inde, & ripę, & pa
ludes, & ſaltus, et non eſt locus diuertendi. Nũc ergo cla
mate in cælum, vt liberemini de manu inimicorum ve- 10
ſtrorũ. Et cõmiſſum eſt bellum. Et extendit Ionathas ma
num ſuã percutere Bachiden, & diuertit ab eo retro, & 11
diſſiliit Ionathas, & qui cũ eo erant in Iordanẽ, & trãſna
tauerunt ad eos Iordanẽ. Et ceciderunt de parte Bachidis
die illa mille uiri, & reuerſi ſunt in Ieruſalẽ. Et ędificaue 12

C

runt ciuitates munitas in Iudæa, munitionẽ quæ erat in
Iericho, & Ammaũ, & in Bethoron, & Bethel, & Thãna-
thã, & Phara, & Thopo muris excelſis, & portis & ſeris.
Et poſuit cuſtodiã in eis, vt inimicitias exercerẽt ĩ Iſrael.
Et muniuit ciuitatem Bethſuram & Gazaram & arcẽ, &
poſuit in eis auxilia, et apparatũ eſcarum, & accepit filios 13

D E F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et com. Io. *& ẽt occiderunt eũ, vt habetur in parte ſequẽti.*

* 2 Poſt h. *Hic conſequenter ponitur vindicatio Iohãnis, & patet litera vſque ibi.* 3 Cum am. m. *idest, cum apparatu magno & pompa.*

4 Et re. ſunt. *Ex quo patet, qđ Iohannẽ occiderant, vt dictũ eſt.*

5 Et ecc. tu. *ex multitudine venientium.*

6 Et ſ. pro. *obuiã illi q adducebãt ſpõſam. Cętera patẽt vſq; ibi.*

7 Et re. ſunt. *ſ. ad mare mortuũ ĩ loco pdicto, q dicitur hic ripa Iordanis, nã Iordanis trãſit p ipſũ mare mortuũ vt habetur Ioſ.3.*

8 Et au. *hic conſequenter ſcriptura reuertitur ad illud quod ſupra propoſitum eſt, ſcilicet, perſecutio Ionathæ ab ipſo Bachide, & primo ponitur eorum conflictus, ſecundo, Alchimi deceſſus, ibi.* Et anno. cen. ter. *Bachidis receſſus, ibi,* Et uidit Bach. *Circa primum patet litera ex prædictis vſque ibi.*

9 Non eſt en. h. *hoc dixit Ionathas ad animandum ſuos, oſtendens, quod non patebat locus fugæ.*

10 Et ext. *Tãtum.n. valuit, quod eũ interfeciſſet niſi retroceſſiſſet.*

11 Et diſſiliit Iona. *ad perſequendum Bachiden & eius gentẽ.*

12 Et reuerſi ſu. *ſ. Bachides & ſui. Cæte. patent vſque ibi.*

13 Et accepit filios p. *i. principalium Iudæorum.*

* Ob-

## MORALITER.

Iambri voluptas carnalis ſignificatur, quo dies dicitur: quia delectabilis eſt in principio, ſed dicitur amaricans, eo quod triſtabilis eſt in termino, vnde dicit Boetius. ij. de con. Triſtes uero uoluptatum eſſe exitus quiſquis libidinum ſuarum reminiſci volet, intelliget. Igitur filii Iambri ſunt homines uoluptatibus corporis dediti, & iſti capiunt Iohannem, quando malis perſuaſionibus gratioſum iuuenẽ ad luxuriam pertrahũt, & ſic eũ ſpiritualiter occidũt. Sed Ionathas & Simon uindicãt iſtud factum, quando ſacri prædicatores gladio uerbi Dei, luxurioſos occidunt quantum ad vitã malã priſtinã, ipſos p trahendo ad mũditiæ caſtitatẽ. De tali occiſione dicitur Act. x. g. *Surge Petre oc. & man.* de cõuerſione Corn. & amicorũ ſuorum de Gentilitate ad Chriſtianitatis ſtatum.

8 *Et au. Ba.* Per hoc ſignificatur. q diabolus fortius impugnat hoĩes ſanctos in ſolennibus diebus, eo quod peccatũ ex ſanctitate tẽporis aggrauatur, & pp hoc homines deuoti tunc debent diaboli tentationibus reniti, & ad hoc alios exhortari, ſicut Ionathas ſe & ſuos diſpoſuit ad reſiſtendũ fortiter Bachidi, vt dr̃ in litera ſequẽti.

† Et

principũ regionis obſides, & poſuit eos in arce in Ieruſalẽ 1
a in cuſtodiã. Et anno centeſimoquinquageſimotertio mẽſe 2
ſecũdo præcepit Alchimus deſtrui muros domus ſãctæ in- 3
b terioris, & deſtrui opera prophetarũ. Et cępit deſtruere. In 4
tempore illo percuſſus eſt Alchimus, & impedita ſunt ope 5 6
ra illius, & occluſũ eſt os eius, & diſſolutus eſt paralyſi: nec 7 8
c vltrà potui loqui verbũ, & mandare de domo ſua. Et mor 9
tuus eſt Alchimus in tempore illo cum tormento magno.
d Et vidit Bachides quoniã mortuus eſt Alchimus, & reuer- 10
e ſus eſt ad regem, & ſiluit terra annis duobus. Et cogitaue-
runt omnes iniqui dicentes: Eece Ionathas, & qui cum eo 11
ſunt in ſilentio, habitant confidenter. Nunc ergo ad duca- 12
mus Bachiden, & comprehendet eos omnes vna nocte. Et
abierunt, & conſiliũ ei dederũt. Et ſurrexit, vt veniret cum
exercitu multo. Et miſit epiſtolas ſocijs ſuis occultè, q erãt
in Iudæa, vt comprehenderent Ionatham, & eos qui cum 13
eo erant ſed non potuerunt quia innotuit eis conſilium eo
f rum. Et apprehendit de viris regionis, qui principes erant 14
g militiæ quinquaginta viros, et occidit eos. Et ſeceſſit Iona 15
thas, et Simon, et qui cum eo erant in Bethbeſſen, quæ eſt 16 17
in deſerto, et extruxit diruta eius, et firmauerunt eam. Et
cognouit Bachides, et cõgregauit vniuerſam multitudinẽ
ſuam, et his qui de Iudæa erant denuntiauit. Et venit, et ca-
ſtra poſuit deſuper Bethbeſſen, et oppugnauit eã dies mul

a *Et anno cen.* Diximus ſuperius, ꝙ Alchimus contami-
A nator legis, & proditor patriæ ſignificaret hæreticos; qui teſtamentum Dei ſectis nefandis prophanare, & eccleſiã Dei perturbare non metuunt. Hic modo. *Deſtrui m. domus ſan. int. & deſt. opera pr.* demoliri commemoratur, qđ cõueniẽter aptari pōt ipſis hæreticis, qui nō ſolum oracula prophetarum vanis traditionib. deprauare, ſed ẽt munimentũ fidei ꝙ in cordibus credẽtiũ ad cõſeruationẽ iuſtitiæ legis Dei intẽta mẽte cuſtoditur, qualicunq; modo poſſint violare atq; diſſipare cõtendunt, ſed videamus, quid ſequitur.
b *In tempore.* i. quia licet nimio faſtu ſuperbiant hæretici, licet ad tempus præ-
B ualere fidelibus per ſubſidia potentum huius mundi videãtur, tamen omnipotentis Dei iuditio in fine ſubuertentur, & diſſoluetur vigor prauæ voluntatis eorum, quã quod volũt ad effectum perducere non poſſunt. Nec ẽt de domo ſua hoc eſt de ſubſequẽti cõuerſatione ſua imminente iam ſuperni iudicis ſentẽtia ordinare licet, ſed fiet illud quod per Pſalmiſ. dicitur. *Diſperdet dominus vniuerſa labia dol. & lin. m. Qui dixerunt, linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra a nobis ſunt quis noſter dominus eſt?*
c *Et mor. eſt.* quia perdurantibus hæreticis in ſua nequitia vſq; in finem præſentis vitæ. *mors ſubſequetur, ſecunda, & mit*
C *tentur.* iuxta ſententiam Apocalyp. Io. *in ſtagnum ignis æterni. Et cruciabuntur igne, & ſulphure in conſpectu Angelorum Sanctorum, & in conſpectu agni, & fumus tormentorum eorum aſcẽdet in ſæcula ſæculorum. Nec habebunt requiem die ac nocte, qui adorauerunt beſtiam, & imaginem eius. Et commanducant linguas ſuas præ dolore, & blaſphemant Deum cæli præ doloribus, & vulneribus ſuis, & non egerunt fructuoſam pænitentiam ex operibus ſuis,* quia ſe ante dum licuit, purgare noluerunt ab erroribus ſuis.
d *Et vidit Ba. q. mo. eſt Al. & r. eſt ad re. & ſi. t. a. d.* Annis duob. ſiluit terra, cũ a pſecutione infideliũ, & hæreticorũ infeſtatione pacẽ habuit ad tempus ſm illud quod in Actibus Apoſt. legitur. *Eccleſia quidem per totam Iudæam, & Galilæam, & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore domini, & conſolatione Sancti Spiritus replebatur.* Sed quia diuturna, & permanens non erit pax, & ſecuritas in præſenti D
vita, manifeſtat ſequens ſententia, vbi ita ſcriptum eſt.
e *Et co.* Inuident hoſtes vniuerſi paci, & quieti eccleſiæ Dei. Vnde exorti ſucceſſu felici bonorum, quærũt ad nocendum auxilia prauorum, quod deſinat epiſtola Bachidis occultè miſſa ſocijs ſuis qui erant in Iudæa vt cōprehenderẽt Ionatham, & eos qui cum eo erãt in Iudæa, quia cum perſecutores ſeui extrinſecus non pręualent tormentis ſubuertere conſeſſores Chriſti, conſtruunt dolos intrinſecus ꝑ falſos fratres, qui videntur in eccleſia cõmanere, vt quos illi non potuerunt gladio, hos illi decipiãt dolo, vnde, & Pau-
E lus Apoſtolus ſæpe in epiſtolis ſuis conqueritur falſorũ fratrũ fraudẽ, qui ſub introierunt, vt peruerterẽt veritatem euangelij, ſed nō potuerunt quia innotuit eis eorũ cõſiliũ. (2. Cor. 11. f.) Agit. n. induſtria boni Doctoris, vt plebs ſibi ſubiectorũ ꝓuidere, & cauere ſciat aſtutiã peruerſorũ.
f *Et appr.* (inquit) *de vi. re. q prin. e. mi. quin. vi. & occ. eos.* Qui ſũt illi quinquaginta đ viris regionis, q principes erãt militiæ, & occidebant a Bachide, niſi hi q ſuperficie literæ legali cõtẽti, Pẽtateuchũ legis nō ſpiritaliter ſed carnaliter in circũciſione, & ceremonijs ſuperuacuis obſeruare volũt? Quos redarguit Doctor gẽtiũ ſcribẽs ad Gala. vbi ait: *O inſenſati Galathæ, qs vos faſcinauit? Quõ cõuertimini iterũ ad infirma, & egena elemẽta quib. denuo ſeruire vultis? Dies obſeruatis, & mẽſes, & tẽpora, & annos. Timeo ne forte ſine cã laborauerim in vobis. Currebatis bene. Quis vos impediuit veritati nō obedire? Perſuaſio hęc nō eſt ex eo q vocat vos. Modicũ. n. fermenti totã maſſam corrũpit. Ego confido de vobis in domino, ꝙ nihil aliud ſapiatis. Qui aũt cõturbat vos, portabit iudicium quicunq; eſt ille.* (Gala. 3. a. Ibid. 4. b. Ibid. 5. b. Ibidem. vt ſuprà.) Talibus aũt per fraudem hoſtis antiqui in animæ morte peremptis videamus quod ſequitur.
g *Et ſec.* Quid eſt ꝙ Ionathas tumultuãte Bachide ſe recolligit cũ ſuis in Bethbeſsẽt, q̃ eſt in deſerto, & extruit diruta eius, cõfirmãs eã niſi cũ ꝓdicatores ſancti cũ viderint perſecutorum præualere manũ, ita vt nō poſſint cũ prædicationis verbo procedere in publicũ, ad tp̃s ſecedunt in loca ſecreta? quatenus ibi ieiunijs, & orationib. operã dẽt, & quicquid

(Pſal. 11. · Apoc. 14. d. · Ibid. 16. b.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Obſi. *ne rebellarent ſe Ionathę ſociando.* 2 Et anno centeſi. *Hic conſequẽter deſcribitur Alchimi deceſſus, & primò ponitur cã, cũ dicitur.* 3 Præcep. Al. *i. ſanctorum, ꝙ erat interior pars templi.*
4 Et deſt. *nã ſecundũ templum de quo loquitur ædificatũ fuit per exhortationẽ, & adiutoriũ Aggęi, & Zachariæ prophetarũ 1. Eſd. 6*
5 In tempore illo. *a Deo.* 6 Et impedita. *maligna.*
7 Et occluſ. eſt. *quia factus eſt mutus.*
8 Et manda. de do. *i. non potuit ordinare de reb. ſuis, & familia.*
9 Et mor. eſt, &c. in tormen. magno. *Dei iuditio iuſto.*
10 Et vidit Ba. *Hic cõſequẽter deſcribitur receſſus Bachidis de terra Iuda cũ dicitur.* Et vidit. *pp cuius inſtitutionem in ſacerdotem venerat in Iudęam, vt habetur in prin. huius ca. & ſic habuit causã reuertendi.* 11 Et cogitã *Hic conſe. primò ponitur eius reditus ad Iudęam, & ſecundò totalis eius receſſus ab ea, ibi.* Et iratus. *Circa primum dicitur.* Et cogitauer. omnes ini. *de populo Iſrael.*
12 Ecce Iona. &c. habit. conf. *non pręcauentes ſibi de bello propter quod de facili poterant capi. Cętera patent vſque ibi.*
13 Vt com. Io. & eos qui. *latenter & doloſè.*
14 Et apprehendit. *ſ. Ionathas.*
15 De viris re. *Iudęis.*
16 Qui principes erant militiæ. *i. ductores illorum qui volebãt Ionatham, & ſocios eius capere.*
17 Et ſeceſſit Io. in Beth. &c. *Vt haberẽt fortaliciũ pro refugio.*
F

MORALITER.

† 1 *Et anno cen.* per hoc qđ Alchimus præcepit deſtrui muros domus ſanctæ ſignificatur, ꝙ malus prælatus deſtruere nititur ſacras obſeruationes Eccleſiæ, & per opera prophetarum ſignificantur opera Apoſtolorum, nam & ipſi prophetiæ ſpiritum habuerunt. Deſtruit enim eorum paupertatem bona pauperum ſibi retinendo, & eorum humilitatem vltra modum ſuperbiendo, & eorum exemplaritatem ſtatum Apoſtolicum, qui ſtatus Epiſcopalis operibus maculando. Ideo ſubditur eius finis, cum dicitur.
9 *Et mor. eſt Al.* Quia cum diuite Epulone ſepelitur in Inferno.
17 *Et ſeceſſ. Io. & qui. &c. in Beth.* q domos oris florẽtis inter-

* 1 Et

a tos,& fecit machinas. Et reliquit Ionathas Simonem fra- 1
trem ſuum in ciuitate,& exiuit in regionem, & venit cum 2
numero,& percuſſit Odaren,& fratres eius,& filios Phaſe- 3
ron in tabernaculis ipſorum,& cœpit cedere,& creſcere in
virtutibus. Simon verò & qui cum ipſo erant, exierunt de 4
ciuitate, & ſuccenderunt machinas, & pugnauerũt contra
Bachiden,& contritus eſt ab eis,& afflixerunt eum valdè, 5
quoniam conſilium eius,& congreſſus eius erat inanis. Et †
iratus contra viros iniquos, qui ei conſilium dederant, vt 6
veniret in regionem ipſorum, multos ex eis occidit. Ipſe au
tem cogitauit cum reliquis abire in regionem ſuam. Et co 7 8
gnouit Ionathas, & miſit ad eum legatos componere pacẽ 9
cum ipſo,& reddere ei captiuitatem. Et libenter accepit, 10
& fecit ſecundum verba eius, & iurauit ſe nihil ei factu-
b rum mali omnibus diebus vitæ eius. Et reddidit ei captiui-
tatem, q̃ prius erat prędatus de terra Iuda. Et conuerſus a-
bijt in terram ſuam,& non appoſuit amplius venire in fi-
nes eius. Et ceſſauit gladius ex Iſrael. Et habitauit Ionathas
in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iudicare populum,& 11
exterminauit impios ex Iſrael. 12

A quicquid per incuriam inter populares conuerſando de rectitudine vitæ ſuæ relabebatur, hoc ſeparatim per inſtãtiam boni ſtudij iterum ad integrum renouatur. Bethbeſſe. n. domus oris florentis interpretatur. Flores enim os cum precibus atq; pſalmodijs hymniſq; in laudibus Dei † conſertis (†confectis.) dignè reſonat. Quod videtur etiam dominus in euangelio diſcipulis mandare, vbi ait. (Mat. 10.c.) *Cum perſecuti vos fuerint in vna ciui. etc.* Vnde ipſa veritas cum Iudæi cogitarent interficere eũ, (Ioan. 11.g.) *iam non in palam ambulabat apud Iudæos, ſed abijt in regionem iuxta deſertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.* (Luc.6.c.) Et alibi legitur ipſe B exiſſe in montem orare, *vbi erat pernoctans in oratione Dei.* (Act.4.a.) Sic, & Paulus, & Barnabas cum in Iconio prædicarent verbum Dei, & factus eſſet impetus Gentiliũ, & Iudęorum cum principibus ſuis, & contumelijs, & lapidibus afficerent,& lapidarent eos, intelligentes confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ, & Lyſtram, & Dherben, & vniuerſam in circumitu regionem ibi,& euangelizauerunt. Sed nequitia hoſtis antiqui nullum locum in mundo tutũ ab inſidijs fieri permittit hinc & Bachides ſuper Bethbeſſen ducit exercitum, vt oppugnet eum, & cultores Dei quietè viuere non permittat.

a *Et reli. Io.* * (14.hiſt. Iu.c.1) Ioſephus. Dixit Simon: Quamdiu volumus pati vitam iſtam malam? Quare nõ magis eligimus mortem, & egredimur contra hoſtes noſtros? Egrediens C itaq; Ionathan noctu, irruit in tabernaculum Bachidis,& interfecit Adarahan,& fratres eius, qui fuerunt cum Bachide. Simon verò aperuit portam,& ſtipatus manu valida militib. ſcilicet Haſmonæis, egreſſus percuſſit caſtra Bachidis cæde magna,& combuſſit arietes, & cunctos aggeres. Fugiẽs autem Bachides ſeceſſit in deſertum,& perſequens eum Ionathan atque fratres eius, apprehendit eũ. Et præcatus eſt eos Bachides, promittens ſe redditurum ea, quæ captiua abduxerat, iurauitq; eis. Tunc dimiſerunt eum, & ille reſtituta captiuitate non adiecit redire in terram Iuda,&c

(Rabban.) Quid eſt ꝙ Ionathas Simonem fratrem ſuũ in ciuitate reliquit, ipſeq; exijt in regionem vt aduerſarios perſeque D retur, niſi ꝙ Sancti Doctores intus operam dant virtutibus.& tamen foris cum fidei ſcuto, & gladio ſpiritus cõtra hoſtes eccleſiæ non ſunt vniformes, quin potius varijs perſecutionum generibus multiplices cum Iudęi, pagani, hæretici, atq; ſchiſmatici, necnon, & falſi Chriſtiani ad nocendũ bonis cõſtruunt calamitates, ſicut ſuperius demonſtratum eſt. Quod,& ipſa nomina ſuis interpretationibus non incõuenienter exponũt. (All...) Odaren enim generatio eius,& Phaſeron conciſio interpretatur. Vnde per E Odaren, & fratres eius, illi denotari poſſunt, qui per vnitatem catholicæ cõfeſſionis, eiuſdem ſe cũ bonis, & ſimplicibus fingunt eſſe generationis, ſed alienos ſe ab ipſorum ſocietate oſtendunt factis iniquis. De quibus dicit Apoſtolus: (Tim...) *Confitentur quidem ſe noſſe Deum, fa. autem negant.* Per Phaſeron autem cæteri, qui ab eccleſiæ vnitate non ſolum religione, ſed etiam profeſſione fidei diſcrepant, deſignantur. Tales ſchiſmata, & lites atq; calamitates veris Chriſtianis parare nunquam deſiſtunt, ſed eorum machinamenta, & dolor duces ſpiritales in ipſos retorquent, nec eos milites Chriſti fraudibus ſuis nocere permittunt.

b *Et conuerſus abijt.* Ceſſantibus turbinibus belli Ionathas in Machmas ingreditur, ibique inhabitans iudicat populum,& exterminat impios ex Iſrael: quia ſopitis prauorum bellis prædicatores ſancti hoc, quod prius de F mortalitate ſubditorum propter imminentes tempeſtates præliorum minuabitur, reſtaurare contendunt, & iuſtæ ſeruitutis penſum bonis moribus creatori ſuo reddere omni modo ſatagunt. Machmas enim hiſtorialiter vicus eſt grandis, qui vſque nunc in finibus Eliæ oſtenditur, antiquum nomen retinens: nouemque ab ea milibus diſtans iuxta villam Rama. Interpretatur enim Machmas villæ tributum, vel decretum, quo videlicet ſancta ſignificatur eccleſia, vbi inſtanter Deo quotidie deſeruitur,& vbi iuxta decreta legis Dei, iuſta iudicia per doctores fidelium ſedulo exercentur, atque prauorum nequitia a vero Iſrael procul exterminatur.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et reliquit. Ion. *ſ. Bethbeſſen ad eius cuſtodiam.*

2 Et exiuit in regionem & ve. cum. *ſ. ſufficienti bellatorum.*

3 Et percuſſit Odaren. *qui erant aduerſarij Ionathæ,& populi ſui.*

4 Simon ve. *quas fecerat Bachides ad impugnationem ciuitatis, & ſic Simon præualuit in ciuitate,& Ionathas in regione.*

5 Et afflixerunt eum va. *nam homini ſuperbo magna afflictio ſuperare non poſſe.*

6 Et ira. *Hic conſequenter deſcribitur totalis receſſus Bachidis a Iudæa cum dicitur.* Et iratus contra vi. *iuſto Dei iuditio, cum eſſent proditores patriæ,& deſertores legis diuinæ.*

7 Ipſe autem cogitauit cum reliquis. *nam probroſum erat ſibi in Iudæa manere.*

8 Et cognouit Ionathas. *eius receſſum, & iram contra illos qui eum adduxerant in Iudæam.*

9 Et miſit ad eum legatos comp. *i. ad componendum.*

10 Pacem cum ip. *ſperans quod reciperet eam ſicut,& fecit. Cætera patent vſque ibi.*

11 Et habitauit Ionathas in Mach. *Alias Machmas. locus eſt Iudææ, vt patet. 1. Reg. 13.*

12 Et cœpit Iona. *bonos exaltando, & impios puniendo, ex quo patet quòd habitabat ſatis pacificè.*

* CAP.

*MORALITER.*

† pretatur: Os verò florens eſt os deuotè Deum orans: & ideo per Bethbeſſen domus orationis ſignificatur, ad quã refugiũt deuoti,& ſic ab impugnationibus dæmonis ſunt tuti: ideo ſubditur de Bachide dæmonem ſignificante.

† *Et congreſſus eius er. &c.* quia præualet orationibus deuotis.

CAP. X.

A a ET *anno cen. ſex. aſ. Alex. Antio.* Antiochum nobilem ipſum dicit, quem Græci appellant Epiphanem filium Antiochi magni, de quo ſuperius plura narrantur.

Orat. in Maximu.

* Nazianzen. Triplex eſt generis conſideratio: aliud.n. ſupernè originem traxit, quo omnes peræquè nobiles ſumus, quippe ad imaginem Dei creati. Aliud a carne proficiſcitur, quo quidem haud ſcio, an quiſquam nobilis dici poſſit, cum id totum corruptione conficiatur. Aliud, virtute, vel vitio agnoſcitur, cuius vel vberius, vel exilius participes efficimur B prout opinor, diuinam imaginem vel conſeruauerimus, ac deprauauerim'. Atq; hanc demum nobilitatem amplectitur quiſquis verè ſapiens ac philoſophus fuerit. Nam quartum illud nobilitatis genus, qđ in principiū diplomatibus edictiſque conſiſtit, tum vllo loco ac pretio habeo, cum pictā formæ elegantiam laudandam duxero C ſimiamque ob id reuereri cœpero, ꝙ leo eſſe iuſſa ſit.

b *Et audiuit De.* De hoc autem bello Demetrij atq; Alexandri quid Pompeius Trogus eiuſque breuiator Iuſtinus referant, non abſurdum videtur conſiderare. Sic.n. in epitomate eiuſdem Pompei Trogi lib. 35. ſcriptum eſt: Demetrius occupato Syriæ regno, nouitatis ſuæ otium periculoſum ratus, ampliare fines regni & opes augere finitimorum bellis ſtatuit. Itaque Ariarathi regi Cappadociæ propter faſtiditas ſororis nuptias infeſtus fratrē eius † Holofernem per iniuriam regno pulſum ſupplicem recepit, datumq; ſibi honeſtum belli titulum, gratulatus reſtituere eū in regnum ſtatuit. Sed Holofernes ingrato animo inita cum Antiochenſib. pactione offenſis tūc Demetrio, pellere eū regno a quo reſtituebat̄ cōſiliū cępit. Quo cognito Demetrius vitæ quidē, ne Ariarathes metu belli fraterni liberaretur pepercit, ipſum aūt comprehenſum D victum Seleuciæ cuſtodiri iubet. Nec Antiochenſes iudicio territi a defectione deſtiterunt. Itaq; adiuuantibus, & Ptolemæo rege Aegypti & Atallo rege Aſiæ, & Ariarathe rege Cappadociæ bello a Demetrio laceſſiti ſubornāt Prompalium quendam ſortis extremę iuuenem, qui Syriæ regnum velut paternum armis repeteret, & ne quid conmelię deeſſet, nomē ei Alexandri inducitur, genituſq; ab Antiocho rege dicitur. Tātum odium Demetrij apud omnes erat, vt æmulo eius non vires tantum regiæ, verum- E etiam generis nobilitas conſenſu omniū tribueretur. Igitur Alexāder admirabili rerum varietate, priſtinarum ſordiū oblitus, totius fermè orientis viribus ſuccinctus, bellū Demetrio infert, victumq; vita pariter ac regno ſpoliat, quamquam nec Demetrio animus in propulſando bello defuit. Nam & primo p̄lio hoſtē fugauit, & regib. bellū reſtituentib. multa milia ī acie cecidit. Ad poſtremum tn̄ inuicto animo inter†cō fertiſſimos hoſtes F fortiſſimè dimicās cecidit. In initio belli Demetrius duos filios apud Gnidium hoſpitem ſuum cum magno pondere auri demandauerat, vt a belli periculis eximerentur, & ſi ita ſors tuliſſet, paternæ vltioni ſeruarentur. Ex his maior Demetrius annos egreſſus pubertatis audita Alexandri luxuria, quē inſperatæ opes, & alienæ felicitatis ornamenta velut captum inter ſcortorū greges deſidē in regia tenebāt, auxiliantib. Cretenſib. ſecurū ac nihil hoſtile metuentē aggreditur. Antiochēſes quoq; veterē patris offenſā nouis meritis correcturi ſe ei tradūt. Sed, & milites paterni fauore iuuenis accēſi prioris ſcr̄ti religionē noui regis ſuperbię p̄ferētes, ſigna ad Demetriū trāsferūt, itaq; Alex. nō minori īpetu fortunæ deſertus q̄ elatus primo p̄lio victus interficit̄ deditq; pęnas & Demetrio quē occiderat. & Anthio. cui' mētit' originē fuerat.

c *Et venit Io.* Demetrio pacē per epiſtolā deferenti Ionathas

† Holofernē.

† fortiſſimos.

CAP. X.

a ET anno centeſimo ſexageſimo aſcen- 1
dit Alexander Antiochi filius qui co- 2
gnominatus eſt nobilis, & occupauit
Ptolemaidam, & receperunt eum, &
b regnauit illic. Et audiuit Demetrius
rex, & congregauit exercitum valde
copioſum, & exiuit obuiam illi in
prælium. Et miſit Demetrius epiſtolam ad Ionatham ver- 3
bis pacificis, vt magnificaret eum. Dixit enim: Anticipemus
pacem facere cum eo, prius quàm faciat cum Alexandro
aduerſus nos. Recordabitur.n. omnium malorum quæ fe- 4
cimus in eum, & in fratrem eius, & in gentem eius. Et de-
dit ei poteſtatem congregandi exercitū, & fabricare arma,
c & eſſe ipſum ſocium eius, & obſides qui erant in arce iuſſit
tradi ei. Et venit Ionathas in Ieruſalem, & legit epiſtolas in
auditu omnis populi, & eorum qui in arce erant. Et timue-
rūt timore magno, quoniam audierunt, ꝙ dedit ei rex po-
teſtatem congregandi exercitum. Et traditi ſunt Ionathæ 5
obſides, et reddidit eos parentibus ſuis, et habitauit Iona- 6
thas in Ieruſalem, et cœpit ædificare, et innouare ciuitatē.
Et dixit facientib. opera, vt extruerent muros, et montem
Siō in circuitu lapidib. quadratis ad munitionem, et ita
fecerunt. Et fugerunt alienigenę qui erant in munitionib.
quas Bachides ædificauerat, et reliquit vnuſquiſq; locum 7
ſuum, et abijt in terrā ſuam: tantùm in Bethſura remanſe- 8

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. X.

* ET anno. *Hic conſequenter deſcribitur ducatus Ionathæ tempore Alexandri filij Antiochi Eupatoris, cum quo Ionathas habuit pacem, & ideo deſcribitur primò, confœderatio Ionathæ cum Alexandro, ſecundò, congreſſus Alexandri cum Demetrio, ibi.* Et congregauit. *Tertiò congreſſus Ionathæ contra Apollonium pro Alexandro rege, ibi.* In anno centeſimo. *Circa primum Demetrius præuenit Iudæos ſuis epiſtolis fictè, quibus tamen Ionathas bene vtitur. Secundò Alexander ſcribit pacificè, cui creditur, ibi.* Et audi. Alex. *Tertio Demetrius ſcribit mendosè, & non auditur, ibi.* Et audi. Deme. *Circa primum dicitur.*

1 Et anno cen. *ſ. regni Græcorum.*

2 Qui cogn. *ſ. Alexander ſicut auus ſuus Antiochus Epiphanes.*

3 Epiſtolam ad Ionatham verbis pa. *Fictè, & hoc Alexandri timore, ideo ſubditur.*

4 Recordabitur. *& ſic iuuabit contra nos Alexandrum, Ionathas tamen illis epiſtolis vſus eſt ad bonum ſuæ gentis, qui per eas incuſſit timorem alienigenis, & recuperauit obſides de Iudęis quos acceperat Bachides, vt dictum eſt capite pręcedenti, & patet litera vſque ibi.*

5 Et habitauit Ionathas in Ieru. *Et ſubditur cauſa cū dicitur*

6 Et cœpit ædificare, & innouare ciuitatem, &c. *Ad Dei cultum electam.*

7 Et fugerunt alienigenæ qui erant, &c. *Extra Ieruſalem.*

8 Tantum in Bethſura remanſerunt aliqui ex his. *i. de filijs Iſrael, qui erant apoſtatæ a lege Dei.*

* 1 Et

MORALITER.

1 *Et anno centeſimo ſexageſimo aſcendit Alex.* Per guerram inter Alexandrum, & Demetrium Gentiles ex qua Ionathas, & alij fideles melius habuerunt, ſignificatur ꝙ dominus aliquando inter malos ſuſcitat brigā, vt boni maiorem habeant quietem. Et ſic dicit Aug. ꝙ guerra dæmonum eſt pax hominum. Et dominus per Iſaiam. 19. a. *concurrere faciam Aegyptios aduerſus Aegyptios.*

☞ thas Ieruſalem inhabitans cœpit innouare ciuitatẽ, quia A licet perſecutores aliquando minis fideles terreant, aliquando verò blandimentis foueant, doctores ſancti tamen aſſiduè inſiſtunt ſpiritali ædificationi,& innouant ciuitatem eccleſiæ, quatenus eam hoſtes ſui neque fraude circumuenire poſſint. Inde eſt ꝙ montem Sion Ionathas a iuſſit facientib. opera lapidibus quadratis vndiq; munire, quia prædicatores euangelij præcipuè ſtudent caſtra eccleſiæ ſanctis ac fortib viris circũdare quos quadrati lapides deſignant,ne facilè hoſtibus pateat locus ciuitatem ſanctam inuadendi. Quadratum namque omne quocunque vertitur fixum ſtare cõſueuit,cui nimirũ figuræ corda aſſimilantur electorum, qui ita in fidei firmitate conſiſtere didicerunt, B vt nulla occurrentium rerum aduerſitate,nec ipſa etiam morte a ſui rectitudine ſtatus inclinari poſſint. Miſticè. Per Bethſuram quæ domus robuſtorũ interpretatur,aliquando eccleſia, aliquando verò ſcriptura ſacra deſignatur, in qua robuſti, hoc eſt doctores ſancti, & C apoſtolici viri commonere videntur. Sed ſicut in eccleſia præſenti boni, & mali conſiſtunt, donec ſagena domini bonos,& malos piſces trahẽs ad littus hoc eſt ad finem mundi, & ad iudicium extremæ diſcretionis perducat, ita Scriptura Sancta, & lectores habet pios qui eam catholico ſenſu rimantur, & prauos qui eam ad ſenſum ſuum per vim D trahendo deprauare conantur Vñ Paulus Apoſt.ſcribens ad Timothæum ait. *Omnis ſcriptura diuinitus inſtituta eſt vtilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum, ad audiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo, ei ad omne opus bonum inſtructus.* 2.T *Mali autem homines, & ſeductores proficiunt in peius errantes, & in errorem mittentes.* 2.P Hinc & princeps apoſtolorum dicit indoctos & inſtabiles ſcripturas ſacras deprauare ad ſuam ipſorũ perditionem. Deſinentibus ergo Gentilium perſecutionibus forinſecus, hactenus hæretici atque ſchiſmatici moliuntur bonis catholicis bella intrinſecus quia reliquerũt legem domini, & E uiam veritatis obſeruare noluerunt, Idcirco dicitur Bethſura eis ad refugiũ fieri,quia quicquid ſenſu nequam excogitauerint aut prauo eloquio protulerint, totum teſtimonijs Scripturę Sacrę non rectè intellectis confirmare ſatagunt.

a *Et aud.* quòd reges Syriæ atq; Aegypti contendentes de regno,auxilium,& amicitiam Ionathæ ſinguli expetebant, non aliud ſignificare arbitror, niſi ꝙ carnales quiſque ſuperbi, & auari atq; voluptuoſi licet inter ſe ſemper diſſentiant, & veræ pacis fœdus nequaquam firmiter ſeruant nõ nunquam tamen videntes vnanimitatem, & concordiam Sacræ Scripturæ vel Sanctæ Eccleſiæ ipſi ☞ deferunt

rũt aliqui ex his qui reliquerãt legẽ,& pręcepta Dei . Erat
.n hæc eis ad refugium Et audiuit Alexander rex promiſ- 1
ſa,quæ promiſit Demetrius Ionathæ,& narrauerũt ei præ
lia, & virtutes quas ipſe fecit, & fratres eius, & labores
quos laborauerunt. Et ait: Nunquid inueniemus ali-
quem virum talem?Et nunc faciemus eum amicum,& ſo
cium noſtrum: & ſcripſit epiſtolam, & miſit ei ſecundum
hæc verba,dicens.Rex Alexander fratri Ionathæ ſalutem. 2
Audiuimus de te, quòd vir potens ſis viribus ,& aptus es
vt ſis amicus noſter . Et nunc conſtituimus te hodie ſum-
mum ſacerdotem gentis tuæ, & vt amicus voceris regis .
Et miſit ei purpuram, & coronam auream, vt quæ noſtra 3
ſunt, ſentias nobiſcum , & conſerues amicitias ad nos, & 4 5
induit ſe Ionathas ſtolam ſanctam ſeptimo menſe, anno 6
centeſimo ſexageſimo in die ſolemni Scęnophegiæ.Et con 7
gregauit exercitum, & fecit arma copioſa. Et audiuit De- 8
metrius verba iſta, & contriſtatus eſt nimis, & ait. Quid 9
hoc fecimus,quòd præoccupauit nos Alexander apprehẽ
dere amicitiam Iudæorum ad munimen ſui ? Scribam, &
ego illis verba deprecatoria,& dignitates,& dona, vt ſint
mecum in adiutorio.Et ſcripſit eis in hæc verba: Rex De-
metrius genti Iudæorum ſalutem.Quoniam ſeruaſtis ad 10
nos pactum , & manſiſtis in amicitia noſtra , & non ac-
ceſſiſtis ad inimicos noſtros ; audiuimus, & gauiſi ſu-
mus . Et nunc perſeuerate adhuc conſeruare ad nos fi-
dem , & retribuemus vobis bona pro his quæ feciſtis no-
biſcum, & remittemus vobis præſtationes multas, & da- 11
bimus vobis donationes,& nunc abſoluo vos, & omnes 12
Iudæos à tributis , & pretia ſalis indulgeo, & coronas re- 13 14
mitto, & tertias ſeminis , & dimidiam partem fructus li- 15
gni,quod eſt portionis meæ, relinquo vobis ex hodierno 16 17
die,& deinceps,ne accipiatur a terra Iuda,& à tribus ciui
tatibus quæ additæ ſunt illi ex Samaria,& Galilæa,ex hó 18
dierna die,& in totũ tẽpus . Et Ieruſalẽ ſit ſancta,& libera 19 20
cũ finib.ſuis,& decimæ, & tributa ipſius ſint Remitto etiã 21

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et audiuit Alexander rex promiſſa quæ promiſit, &c. *Hic conſequenter rex Alexander ſcribit Ionathæ veraciter. Et patet litera vſque ibi.*

2 Rex Alexander fratri Ionathæ ſalutem. *Fraternitatis nomine apparet veritas amicitiæ.*

3 Et miſit ei purpuram.*i.veſtem purpuream.*

4 Et coro.aur.*quibus licitum erat vti illis,& non alijs qui erãt ſpeciales regis amici. Et ſic patet, quod ſalutauit eum non ſolum verbis fictis ſicut Demetrius,ſed etiam donis honorabilib.& precioſis.*

5 Vt quæ noſt.*in proſperis & aduerſis,& quod primum eſt veracium amicorum.*

6 Et indu ſe Io.*i.veſtem pontificalem.*

7 In die ſolenni ſcœno.*i.dedicationis templi primi,quod fecit Salomon:nam illa dedicatio fuit ſeptimo menſe,qui correſpondet Septembri.Dedicatio verò templi ſecundi fuit menſe, Adar. 1. Eſd. 6.qui eſt 12.apud Heb. & correſpondet Februario, licet aliquando concurrat ſaltem pro magna parte cum Martio.*

8 Et fecit arma copioſa.*tempore quo erat in pace propter contentionem Demetrij,& Alexandri adinuicem.*

9 Et audiuit Demetrius.*Hic conſequenter ponitur epiſtola ſecunda Demetrij ad Iudæos adulatoria & ficta.propter quod non fuit et adhibita fides,& patet vſque ibi.*

10 Quoniam ſer.ad. *Fictè loquitur: quia non legitur Ionathas cum eo feciſſe aliquod pactum,ſed tantum epiſtola ſua vſus fuiſſe ad bonum,vt prædictum eſt.*

11 Et remitte. vobis præſtationes mul.*i. multa quæ conſueuiſtis nobis reddere.*

12 Et dabimus vob. *ita ꝙ non ſolum remittemus vobis debita, ſed etiam dabimus vobis ampla dona.*

13 Et pretia ſalis,*i. pecuniam quam debebatis regibus pro ſale fiẽdo. Eſt.n.terra Iudææ pro magna parte ſuper mare, & in aliquibus locis faciebant effluere aquas maris per alueos ſuper terram ſalem quæ conuertebantur in ſal ad calorem ſolis. Et illa loca dicebantur ſalinæ,de quibus fit mentio infrà.cap.11.*

14 Et coronas remitto.*quas nobis debebatis.*

15 Et tertias ſeminis,&c.*i.frugum.*

16 Et dimidiam partem fructus ligni.&c.*i. arborum.*

17 Quod eſt port.meæ,relinquo vobis ex.&c.*De conſuetudine mihi debitæ.*

18 Et Ieruſalem ſit ſancta,& libera.&c.*Ab omni tributo,& exactione.*

19 Et decimæ,& trib. *Quæ ſolent nobis reddi.*

20 Ipſius ſint.*Ad bonum ciuitatis.*

21 Remitto. *Sequitur.* Qui cuſtodiant cam.*ſ.pro rege,vt dicit*

A deferunt honorem, quia donum quod ſe non habere conſpiciunt, in ipſa habitum venerantur. Nonnullique pro hoc eius quęrunt opitulationem, eiuſque optāt habere amicitiam, vt inde opportunis ſolatijs adiuti per imitationem virtutum, & ipſi meliorentur.

à Et quicunque confugerint in templum quod eſt Ieroſymis, etc.

✻ Cyril. Alexandrinus. Valde ſapiēter operam datis, vt quæ Chriſto probantur, & ſentiatis, & faciatis: partim operibus, & irreprehenſibili conſpi-B cuæ fide, & veſtras, & regum aulas, virginitatis gloria decoratis: partim ſumptuoſiſſima templa Chriſto erigitis: cōceſſum enim, & hoc eſt cum alijs, ab ipſo, animabus veſtris, &c.

✻ Cyril. Hieroſolymitanus. Iſti qui nunc ſunt Reges, pietatis ergo, argento induentes, & auro ſanctam hanc Eccleſiam reſurrectionis, in qua nūc ſumus, extruxerunt, & argenteis monimentis ſplendidam effecerunt.

✻ Euſebius Ceſar. Aderat (ſub Conſtantino) cunctis velut diuino munere infuſa læ-C titia, maximè vidētibus ea loca, quæ paulò ante impijs tyrannorum machinis fuerant deſtructa, rediuiua conſtructione clariora, & celſiora conſurgere, templaque excelſa pro humilibus

potestatē arcis quæ eſt in Ieruſalē, & do eā ſummo ſacerdo-
ti, vt conſtituat in ea viros quoſcunque ipſe elegerit, qui cu-
ſtodiant eam, & omnem animam Iudæorum quæ captiua 1
eſt a terra Iuda in omni regno meo relinquo liberam gratis,
vt omnes a tributis ſoluantur etiam pecorum ſuorum. Et 2
omnes dies ſolemnes, & Sabbatha, & Neomeniæ, & dies de- 3
creti, & tres dies ante diem ſolemnem, & tres poſt diem ſo- 4 5
lemnem, ſint omnes immunitatis, & remiſſionis omnibus 6
Iudæis qui ſunt in regno meo. Et nemo habebit poteſtatem 7 8
agere aliquid, & mouere negotia aduerſus aliquem illorū 9
in omni cauſa. Et vt adſcribantur ex Iudæis in exercitu regis
ad triginta milia virorum. Et dabuntur illis copię vt opor-
tet, omnibus exercitibus regis, & ex ipſis ordinabuntur qui 10
ſint in munitionibus regis magni. Et ex his conſtituentur ſu-
per negotia regni quæ aguntur ex fide, & principes ſint ex
eis, & ambulent in legibus ſuis, ſicut pręcepit rex in terra 11
Iuda. Et tres ciuitates quæ additæ ſunt Iudææ ex regione Sa-
mariæ, cum Iudæa reputentur, vt ſint ſub vno, & non obe-
diant alienæ poteſtati niſi ſummo ſacerdoti, Ptolemaida, & 12
cōfines eius quas dedi donum ſanctis qui ſunt in Ieruſalem 13 14
ad neceſſarios ſumptus ſanctorum. Et ego dabo ſingulis an- 15
nis quindecim milia ſiclorum argenti de rationibus regis
quæ me contingunt, & omne quod reliquum fuerit quod
non reddiderant qui ſuper negotia erāt annis prioribus, ex 16
hoc dabunt in opera domus. Et ſuper hęc quinque milia
ſiclorum argenti quę accipiebāt de ſanctorum ratione per
ſingulos annos, & hæc ad ſacerdotes pertineant qui mini-
a ſterio funguntur. Et quicunque confugerint in templum
quod eſt Ieroſolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij 17
regi in omni negotio dimittantur, & vniuerſa quæ ſunt
eis in regno meo libera habeant. Et ad ædificanda vel re- 18
ſtauranda opera ſanctorum ſumptus dabuntur de ratione
regis, & ad extruēdos muros Ieruſalem, & comminuendos
in circuitu, ſumptus dabuntur de ratione regis, & ad
conſtruendos muros in Iudæa. Vt audiuit autem Ionathas, 19
& populus ſermones iſtos, non crediderunt eis, nec re-
ceperunt eos, quia recordati ſunt malitiæ magnæ quam fe-
cerat in Iſrael, & tribulauerat eos valde. Et complacuit 20

D libus conuenticulis eleuari.

✻ Auguſtinus. Sed & nos pleraque inſtrumenta, & vaſa ex auro, & argento habemus, in vſum celebrandorum Sacramētorum, quæ ipſo miniſterio cōſecrata, ſancta dicuntur. (In Pſal. 113.)

✻ Chryſoſtomus. Foram quidem ac balnea conſtituunt multi, Eccleſias verò nō item, & omnia magis quā has Ideo oro ac ſupplico, & gratiam peto, immo & legem pono, vt nullus qui habet villam, appa-E reat carere Eccleſia. Ne mihi dixeris, prope eſt, in vicinia eſt, magnus eſt ſumptus, nō magnum eſt commodum. Si quid habes inſumēdum in pauperes, illuc inſume. melius illuc quam ibi; educa magiſtrum, educa diaconum, & ſacerdotalem ordinem. Venerabilis erit, & presbyter, poſtea & ad ſecuritatem agri conducit Preces illic perpetuę propter te, laudes, & ſynaxes propter te, oblatio per ſingulos dies dominicos. Quid mirandum, quod alij extruunt clara ſepulchra, vt poſteri audiant quod il-F le extruxit: an qđ tu Eccleſias excitas? Cogita quod vſque ad Chriſti aduentum mercedem habiturus ſis, qui altare Dei excitaturus es. (Homi. in Acta Apoſt.)

a Et

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *cit Ioſephus, vnde & cap. ſequenti dicit, quòd Ionathas congregauit gentem ad expugnandum arcem illam. Ex quo patet quod non erat ſibi tradita.*

1 Et omnem animam. *i. perſonam.*

2 Vt omnes a tributis ſoluantur. *ita quòd non ſolùm ſint liberi a tributo debito pro perſonis ſuis, ſed etiā pro animalib. brutis.*

3 Et omnes dies ſolemnes. *qui celebrantur ſemel in anno, vt Paſcha, & Pentecoſte, & huiuſmodi.*

4 Et Sabbatha. *qualibet hebdomada.*

5 Et Neomeniæ. *in qualibet menſe.*

6 Et dies decreti. *ad ſolemnizandum, ſicut dies victoriæ de interfectione Holofernis, & ſui exercitus, vt habetur Iudith vlt. & de interfectione Aman. Eſther. 9.*

7 Sint omnes immunitatis, & remiſſionis *ab omni exactione. & vexatione.*

8 Omnibus Iudæis qui ſunt in regno meo. *quia multi valde remanſerunt in ciuitatibus Babyloniæ, Perſidis & Mœdiæ, qui cum Zorobabel in Iudæam non redierunt detenti amore vxorū quas acceperant ibi, & prolis quam genuerant, et bonorum temporalium quæ ibi acquiſierant.*

9 Et nemo habebit poteſtatem. *ſ. in diebus prędictis.*

10 Et vt adſcribantur ex Iudæis in exercitu regis ad triginta milia virorum. *quæ erant valde honorifica, & ad tutelam aliorum Iudæorum per regnum Syrię diſperſorum.*

11 Et ambulent in legibus ſuis. *i. ita liberè cuſtodiant legitima ſua per totum regnum meum, ſicut in Iudæa.*

12 Ptolemaida. *i. Achon.*

13 Et confines eius. *i. villæ ſibi adiunctæ.*

14 Quas dedi donum. *idest, gratis.*

15 Sanctis qui ſunt in Ieruſalem. *i. ſacerdotibus, & Leuitis diuino cultui deputatis.*

16 Ex hoc dabunt in opera domus. *ſ. Domini pro eius reparatione, & ſacrificiorum oblatione. Conſequenter tangitur de immunitate templi, cum dicitur:* Et quicunque confugerint in templum quod eſt Ieroſolymis, &c.

17 Obnoxij regi in omni negotio dimittantur. *i. obligati pœnæ propter aliquam noxam.*

18 Et ad ędificanda, &c. Sumptus dabuntur de ratione regis *i. de ſuis redditibus proprijs.*

19 Vt audiuit autem Ionathas, & populus ſermones iſtos, non crediderunt eis. *reputantes eos falſos, & merito propter malitiam ſuam præcedentem.*

20 Et complacuit eis in Alexandrum. *ſeruare cum eo fœdus amicitiæ.*

10 Et ✻ 1 Et

cis in Alexandrum,quia ipſe fuerat eis princeps ſermonum
pacis, & ipſi auxilium ferebant omnibus diebus. Et con- 1
gregauit rex Alexander exercitum magnum, & admouit ca
a ſtra contra Demetrium. Et commiſerunt prælium duo re-
ges, & fugit exercitus Demetrij, & inſecutus eſt eum Ale-
xander,& incubuit ſuper eos,& inualuit prælium nimis,do-
nec occidit ſol. Et cecidit Demetrius in illa die. Et miſit 2
Alexander ad Ptolemæum regem Ægypti legatos ſecun-
dum hæc verba dicens: Quoniam regreſſus ſum in regnum
meum, & ſedi in ſede patrum meorum, & obtinui princi- 3
patum, & contriui Demetrium, & poſſedi regionem no-
ſtram, & commiſi cum eo pugnam, & contritus eſt ipſe, &
caſtra eius a nobis, & ſedimus in ſede regni eius: & nunc
ſtatuamus adinuicem amicitiam, & da mihi filiam tuam
vxorem, & ero gener tuus, & dabo dona tibi, & ipſi digni- 4
tatem. Et reſpondit rex Ptolemæus dicens: Fœlix dies in 5
qua reuerſus es ad terram patrum tuorum, & ſediſti in ſede
regni eorum. Et nunc faciam tibi quod ſcripſiſti. Sed occur
re mihi Ptolemaidam, vt videamus nos inuicem, & ſpon-
deam tibi ſicut dixiſti. Et exiuit Ptolemęus de Ægypto, ipſe
& Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidam anno centeſi-
mo ſexageſimoſecundo. Et occurrit ei Alexander rex, &
dedit ei Cleopatram filiam ſuam, & fecit nuptias eius Pto-
lemaidæ ſicut reges in magna gloria. Et ſcripſit rex Ale- 6
xander Ionathę, vt veniret obuiam ſibi. Et abijt cum glo- 7
ria Ptolemaidam, & occurrit ibi duobus regibus, & dedit 8
illis argentum multum, & aurum, & dona, & inuenit gra-
tiam in conſpectu eorum. Et conuenerunt aduerſus eum viri 9
peſtilentes ex Iſrael, viri iniqui interpellantes aduerſus eum,
& non intendit ad eos rex. Et iuſſit ſpoliari Ionathan veſti-
mentis ſuis, & indui eum purpura. Et ita fecerunt. Et collo- 10
cauit eum rex ſedere ſecum, dixitque principibus ſuis: Exi- 11
te cum eo in medium ciuitatis, & prædicate, vt nemo in- 12
terpellet aduerſus eum de vllo negotio, nec quiſquam ei 13
moleſtus ſit de vlla ratione. Et factum eſt, vt viderunt qui
interpellabant eius gloriam quę prædicabatur, & oper-
tum eum purpura, fugerunt omnes. Et magnificauit
eum rex, & ſcripſit eum inter primos amicos, & poſuit
eum ducem, & participem principatus. Et reuerſus eſt Io-
b nathas in Ieruſalem cum pace, & lætitia. In anno centeſimo 14

a *Et commiſerunt prelium duo reges, et fugit exercitus Demetrij,* A *& inſecutus eſt eum Alexander, &c.* * Ioſephus Rex Alexander magnum colligens conductum exercitum, & milites (li.13.ant.c.3.) qui de Syria tranſierunt ad eum, contra Demetrium duxit: pugnaque commiſſa, & cornu ſiniſtro Demetrij aduerſarij ſunt fugati, & perſecutione diutina multi eorum occiſi ſunt, caſtraq; direpta. Dextrum autem cornu in quo Demetrius præliabatur, deuictum eſt, alij quidē omnes receſſerunt: Demetrius autem fortiter pugnans, non paucos hoſtiū proſtrauit. Cumq; fugans alios equus eius cœni baratro inhæſiſſet, minimè fugere valens occiditur. B Nam videntes hoſtes quid ei contigiſſet, reuerſi circundederunt eū, & omnibus in eū iacula deſtinantibus, cum ille pedeſtris fortiter reſiſteret, poſtea multis perfoſſus vulneribus, nec valens ſuſtentare, collapſus eſt, &c.

b *In anno centeſimo ſexageſimoquinto, &c.* Quid per Apollonium prefectū Cœleſſyriæ (quem Demetrius cum exercitu direxit in Iudęam) niſi lictores, & terrenæ poteſtatis miniſtri deſignātur, quibus commiſſum eſt a domi- C nis ſuis, vt fidē Chriſti expugnent, atq; cōfeſſores eius blaſphemare compellāt? Hi in equitum ſuorum numero confidentes, de adminiculo, ſ. ſuperborum ſe extollentes inſultant Ionathæ, quod poteſtatē exerceat in montibus cum ſanctis doctorib. de ſpe quam habent de ſuperno adiutorio illudunt prouocatq; eos in D campum, hoc eſt ad terrena deſideria, & delitias mundi, quo facilius eos in imis cōuerſantes obruere poſſint. Lata eſt.n. via quæ ducit ad mortē, & multi ſunt qui intrant (Myſt.) per eam. Sed Ionathas, & Simon cum decem milibus contra Apolloniū, & caſtra eius confligunt, cumque ſuperantes proſternunt, cum ſancti prędicatores Chriſti, aſſociato ſibi fidelium numero, qui mandata decalogi ritè cuſtodiunt contra perſecutores fidei conſtāter dimicāt, & freti diuino adiutorio oēs inimicos ſuos qui cogitant eis mala vincētes ſuperant. Ioppe .n. quę interpretatr̄ pulchritudo aptè mūdum ſignificat, cuius ſpecies carna- E lib. vr̄ eſſe pulchra, qa carnis ſuæ in eo explere cupiunt deſideria. Ibi quippe Ionathas cuſtodiā Apolloni expugnat, cū vanam Philoſophiam mundi, & ſectatores eus p veritatem Euāgelij turba doctorū debellando cōculcat. Pugnat, & idē cœtus ſanctorū prędicatorū contra Azotum qui interpretatur ignis patruelis, cum cupiditatē terrenarum rerum in hominib. extinguere cupit. Sed fugiūt exercitus Apollonij in Azotum ad F Dagon idolū ſuū, vt ſe liberent, cum infideles a demonijs quæ ſuperſtitioſè colunt querunt protectionem. Dagon enim interpretatur piſcis triſtitiæ ſignificans diabolum, qui in pelago iſtius ſeculi latitās, quos valet decipere certat.

* Iuſti-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et congregauit rex Alexander exercitum magnum. *Hic conſequenter deſcribitur congreſſus Alexandri cum Demetrio: & patet litera vſque ibi.*

2 Et miſit Alexander. *vbi ex Alexandri victoria contrahitur amicitia, & ſecundò ſubditur Ionathæ gloria, ibi. Et ſcripſit rex Alexander. Prima pars patet paucis exceptis quæ diſcurrentur.*

3 Et ſedi in ſede patrum meorum. *in Antiochia, quæ erat metropolis illius regni.*

4 Et dabo dona tibi. *regię maieſtati condigna.*

5 Et ipſi dignitatem. *quia vocabitur, & erit regina.*

6 Et ſcripſit rex Alexander Ionathæ. *Hic conſequenter deſcribitur Ionathę gloria, cum dicitur:* Et ſcripſit rex Alexander Ionathę. *ſicut amicus amico.*

7 Et abijt cum gloria Ptolemaidam. *i. cum apparatu magno.*

8 Et occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis, &c. *ſcilicet Alexandro, & Ptolemæo.*

9 Et conuenerunt aduerſus eum viri peſtilentes ex Iſrael. *Nam a lege apoſtatauerunt, & alios ad apoſtaſiam quantum poterant inuitabant.*

10 Et collocauit eum rex ſedere ſecum, dixitque principibus ſuis. *in iudicio in conuiuio.*

11 Exite cum eo in medium ciuitatis. *Ad eius honorem, & aduerſariorum ſuorum confuſionem.*

12 Et prędicate. *i. per pręconem publicate.*

13 Vt nemo interpellet aduerſus eum de vllo negotio. *Et patet litera.*

14 In anno centeſimo ſexageſimoquinto, &c. *Hic conſequenter deſcribitur conflictus Ionathę pro Alexandro. Vbi primò ponitur Apollonij comminatio. Secundò Ionathę animatio, ibi: Vt au-* (Diuiſ.)

* diuit

A ✱ Iuſtinus Hiſtoriographus. Initio belli Alexandri in Demetrium, Demetrius duos filios apud hoſpitem ſuum Gnidium cũ magno auri pondere demandauerat, vt belli periculis eximerentur: & ſi ita fors tuliſſet vltioni paternæ ſeruarētur. Ex his maior Demetrius annos pubertatis egreſſus, audita Alexandri luxuria, quē inſperatæ opes, & alienæ fœlicitatis ornamenta velut captiuum, inter ſcortorũ greges, deſidem in regia tenebant, auxiliantibus Cretenſibus, ſecurum ac nihil hoſtile metuētem aggreditur. Antiochenſes quoque veterem patris offenſam nouis meritis correcturi, ſe ei tradunt. Sed & milites paterni B fauore iuuenis accenſi, prioris ſacramenti religionem noui regis ſuperbiæ præferentes, ſigna ad Demetrium transferunt, atque ita Alexander non minori impetu fortunæ deſertus, quam elatus primo prælio victus interficitur. Deditque pœnas, & Demetrio quem occiderat, & Antiocho cuius mentitus originem fuerat.

a Et

ſexageſimoquinto ve 1
nit Demetrius filius
Demetrij a Creta in 2
terram patrum ſuo-
rum. Et audiuit Ale-
xander rex, & con-
triſtatus eſt valde, &
reuerſus eſt Antio- 3
chiam. Et conſtituit 4
Demetrius rex Apol-
lonium ducem qui
præerat Cœleſſyriæ,
& congregauit exer-
citum magnum, & 5
acceſſit ad Iamniam,
& miſit ad Ionatham 6
ſummũ Sacerdotem,
dicens: Tu ſolus reſi- 7
ſtis nobis? Ego au- 8
tem factus ſum in de-
riſum, & in oppro-
briũ, propterea quia 9
tu poteſtatem aduer-
ſum nos exerces in
montibus. Nunc ergo
ſi confidis in virtuti-
bus tuis, deſcende ad nos in campum, com- 10
paremus illic inuicem, quia mecum eſt vir-
tus bellorum. Interroga, & diſce quis ſum ego, 11
& cæteri qui auxilio ſunt mihi, qui & di- D
12 cunt quia non poteſt ſtare pes veſter ante
faciem noſtram: quia bis in fugam conuer-
13 ſi ſunt patres tui in terram ſuam, & nunc
quomodo poteris ſuſtinere equitatum, &
exercitum tantum in campo vbi non eſt la
14 pis, neque ſaxum, neque locus fugiendi?
15 Vt audiuit autem Ionathas ſermones Apol
lonij, motus eſt animo, & elegit decem
millia virorum, & exijt ab Ieruſalem, & oc-
currit ei Simon frater eius in adiutorium,
16 & applicuerunt caſtra in Ioppen, & exclu-
17 ſit eum a ciuitate, quia cuſtodia Appollo-
18 nij Ioppe erat, & oppugnauit eam. Et ex-
territi qui erant in ciuitate, aperuerunt ei,
& obtinuit Ionathas Ioppen. Et audiuit
Apollonius, & admouit tria millia equi-
19 tum, & exercitum multum, & abijt Azo-
20
21 tum tanquam iter faciens, & ſtatim exijt E
22 in campum, eò quòd haberet multitudi-
nem equitum, & confideret in eis, & in-
ſecutus eſt Ionathas in Azotum, & prælium
23 commiſerunt. Et reliquit Apollonius in
24 caſtris mille equites poſt eos occultè. Et
cognouit Ionathas, quoniam inſidiæ ſunt
25 poſt ſe, & circumierunt caſtra eius, & ie-
cerunt iacula in populum a mane vſque ad
veſperam.

C F

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *diuit autem Ionathas. Tertiò, Alexandri congratulatio, ibi.* Et factum eſt. *Circa primum dicitur:* In anno centeſimo ſexageſimoquinto. *regni Græcorum.*

1 Venit Demetrius filius Demetrij a Creta. *vbi occiſo patre ſuo ab Alexandro, ad parentes matris ſuæ ierat pro refugio.*

2 In terram patrum ſuorum. *per Cretenſium, inter quos creuerat, auxilium.*

3 Et reuerſus eſt Antiochiam. *metropolim ciuitatem vt ibi congregaret exercitum ad pugnandum contra Alexandrum.*

4 Et conſtituit Demetrius rex Apollonium ducem. *in vna parte regni quæ vocabatur Cœleſſyria, & erat regio maritima.*

5 Et acceſſit ad Iamniam. *quæ ſimiliter eſt prope mare in Iudæa. Et ideo videtur illuc veniſſe per nauigium.*

6 Et miſit ad Ionathan ſummum ſacerdotem. *inuitando eum ad pugnam.*

7 Tu ſolus reſiſtis nobis. *q.d. Credis tu diu reſiſtere? quaſi dicat. Non.*

8 Ego autem factus ſum in deriſum. *eò quòd non habeo te ſtatim ad nutum meum.*

9 Propterea quia tu poteſtatē aduerſum. *q.d. hoc non peruenit ex tua probitate, ſed ex montium aſperitate ad quos tu refugis, quia ſunt inacceſſibiles equitatibus noſtris, ideo ſequitur.*

10 Deſcende ad nos in campum. *i. ad terram planam.*

11 Interroga, & diſce quis ſum ego. *quaſi dicat, ſi hoc ſcires, te mihi ſubijceres.*

12 Quia non poteſt ſtare pes veſter ante faciem noſtram. *in prælio, ſed conuertitur ad fugam.*

13 Et nunc quomodo poteris ſuſtinere. *impediens iter equitum, & peditum meorum.*

14 Neque locus fugiendi. *tibi, & tuis, quia ſtatim caperemini ab equitatibus meis.*

15 Vt audiuit autem Ionathas. *Hic conſequenter ponitur ipſius Ionathæ prouocatio: & patet vſque ibi.*

16 Et excluſit eum a ciuitate. *i. populus Ioppe Ionathan excluſit ab ingreſſu ciuitatis Ioppenſis. Et ſubditur cauſa cum dicitur.*

17 Quia cuſtodia Apollonij. *i. homines armati ex parte ipſius ibidem poſiti.*

18 Et oppugnauit eam. *ſcilicet, Ionathas Ioppe. Cætera patent vſque ibi.*

19 Et abijt azotum tanquam. *i. plane procedendo.*

20 Et ſtatim exijt. *de caſtris.*

21 In campum. *Quaſi paratus ad prælium. Et ſubditur cauſa.*

22 Eo quod haberet mul. *Et prælium commiſerunt, non tamen ſtatim, ſed poſtea, & ſubditur cauſa.*

23 Et reliquit Apollonius in caſtris mille equites. *i. poſt receſſum ſuum de caſtris.*

24 Occultè. *Vt Ionathas, & eius exercitus ignoranter includerentur inter aduerſarios.*

25 Et circumierunt caſtra eius, & iecerunt iacula, &c. *ad euadendum inſidias.*

✱ 1 Populus

## *MORALITER.*

† 4 *Et conſtituit Demetrius rex Apollonium ducem qui præerat Cœleſſyriæ, & congregauit.* Per iſtum Apollonium, qui prouocauit Ionathan ad deſcendendum de montibus, & pugnandum cum eo in campo plano, poteſt intelligi diabolus, qui ſuggerit aliquando homini deuoto deſcendere de monte contemplationis ad campum actionis, æſtimās eum ibi facilius ſuperare, ſed ſicut Apollonius fuit deceptus, nam in campo per Ionathan fuit confuſibiliter debellatus. Sic diabolus aliquando decipitur circa virum bonum, qui non ſolum præualet diabolo in monte contemplationis, ſed etiam in campo actionis: quia quando deſcendit de contemplatione ad regendum, vel docendum populum ex charitate, facit maiorem fructum, & ſic magis confundit diabolum, & reportat maius præmium apud Deum, & hoc notatur cum ſubditur infra.

† Et

A a *Et ſuccendit Ionathas Azotum, & ciuitates quæ erant in circuitu eius, & accepit ſpolia eorum, & templum Dagon, &c.* quia Doctores ſancti incendio diſtricti anathematis, diabolum ſimul cum cupiditate mundi in perpetuum damnant, idololatraſq; gladio diuini verbi percutiunt, quia pœnam quæ eos in gehennam ſubſequetur prædicant.

b *Et fuerunt, &c.* Per octonariũ numerum, & circuncisio ſpiritalis, & dies reſurrectionis (ſicut ſæpe diximʔ) oſtenditur, vbi omnes qui hic non circunciduntur ſpiritu Dei viui, in pœnam tradũtur ignis perpetui.

B c *Et mouit inde.* Ionathas promouit caſtra, & applicuit ea Aſcalonã, cum prędicatores ſancti apparatum pij certaminis ad debellandum gentium errores, & ipſas ad fidem Chriſti conuertendas diſponunt, quos illæ cum deuotione ſuſcipiunt, quando eis obedientiam in Euangelio gratanter impendunt. vnde rectè ſubiungitur. D

d *Et reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalem cum ſuis, &c.* quia cum Doctores noui teſtamenti prædicantes gentibus verbum Dei, ſe ditatos fide credentium conſpiciunt, mox ad referendas Deo gratias in eccleſiã Chriſti redeũt, vt ei dignas laudes referant, cuius gratia donum hoc acceperunt: de quo grandi tripudio exultant.

e *Et factũ eſt.* Quid eſt quod Alexãder audiens factum Ionathę, addidit glorificare eum, dans ei regalem ornatũ, niſi quod principes gentium agnoſcentes magnanimitatem, & fortitudinẽ eccleſię regię dignitatis ei deferunt honorem, quia illam regis cęleſtis cognoſcunt veraciter eſſe ſponſam, & tribuũt ei vrbes in poſſeſſiones, quoniam finiũ ſuarum tradunt illi in habitationem. E

Populus autem ſtabat ſicut præceperat Ionathas, & labora- 1
uerũt equi eorum. Et eiecit Simon exercitum ſuum, & com 2
miſit contra legionem. Equites enim fatigati erant, & con-
triti ſunt ab eo, & fugerũt. Et qui diſperſi ſunt per campum,
fugerunt in Azotum, & intrauerunt in Bethagon idolum 3
a ſuum, vt ibi ſe liberarent. Et ſuccendit Ionathas Azotum, &
ciuitates quæ erant in circumitu eius, & accepit ſpolia eo-
rum, & templum Dagon, & eos qui fugerunt in illud ſuc-
b cendit igni. Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui
c ſuccenſi ſunt, ferè octo millia virorum. Et mouit inde Iona-
thas caſtra, & applicuit ea Aſcalonam, & exierũt de ciuitate 4
d obuiam illi in magna gloria, & reuerſus eſt Ionathas in Ieru
e ſalem cum ſuis habentibus ſpolia multa. Et factum eſt, vt au 5
diuit Alexander ſermones iſtos, addidit ad huc glorificare
Ionathan. Et miſit ei fibulam auream, ſicut conſuetudo eſt 6
dari cognatis regum. Et dedit ei Acharon, & omnes fines
eius in poſſeſſionem.

## NICOLAVS DE LYRA.

Ioſephus. lib 13. antiq. cap. 6.

* 1 Populus autem ſtabat ſicut præceperat Ionathas. *Dicit enim Ioſephus, quòd exercitus erat ordinatus in quadro facta teſtudine de ſcutis ad excipiendum ſagittas aduerſariorum, donec eorum pharetræ eſſent euacuatæ, vt ſagittarij equites eſſent fatigati, & eorum equi: quo facto fuit quod ſequitur.*

2 Et eiecit Simon exercitum ſuum. *faciens contra aduerſarios fatigatos impetum.*

3 Et intrauerunt in Bethagon. *i. domum Dagon ſiue templũ. Erat autem Dagon idolum habens caput quaſi piſcis, vt dicunt Hebręi, ideo ſic nominabatur a Dag, quod in Hebræo ſignificat piſcem* C *in Latino.*

4 Et exierunt de ciuitate obuiam illi in magna. *reſiſtere non audentes Ionathæ.*

5 Et factum eſt, vt audiuit Alexander. *Hic conſequenter ponitur Alexandri regis congratulatio. Nam congreſſus Ionathę fuerat pro eo, vt patet ex prædictis.*

6 Et miſit ei fibulam auream, &c. *Erant enim quatuor inſignia regalia, ſ. purpura, corona, fibula aurea, & ſceptrum. Duo prima miſerat ante ipſi Ionathę, vt dictum eſt circa principium huius cap. & nunc miſit ſibi tertium. quartum verò ſibi ſoli ſeruabat, quod eſt proprium regiæ maieſtatis.* F

### *MORALITER.*

† 5 *Et factum eſt, vt audiuit Alexander.* Deus enim dici poteſt Alexander magnus, qui ſicut dicit beatus Iacobus: *dat omnibus affluenter, & non improperat.* Iacob.

## CAP. XI.

a ET *rex Aegypti cõgregauit, &c.* * Comeſtor. Interea egreſſus eſt rex Aegypti ſocer Alexandri, in virtute magna, quęrens obtinere regnum Alexandri in dolo, & aperiebantur ei ciuitates, & occurrebant ei, ſic enim mandauit Alexander. Et tranſiens in ſingulis ciuitatibus relinquebat cuſtodias. Vt autem appropinquabat Azoto, oſtenderunt ei templum Dagon ſuccenſum, & cætera demolita, & eorum tumulos qui occiſi fuerant, & dicebant: Sic fecit Ionathas: vt inuidiam facerent ei: & tacuit rex. Et occurrit Ionathas Ptolemæo in Ioppen, & ſalutauerunt ſe. Et abijt Ionathas cum rege vſque ad flumen Eleutherum, & redijt in Ieruſalem.

☞ * Ioſeph.

## CAP. XI.

a ET rex Ægypti congregauit exercitum ſicut are- 1
nam, quæ eſt circa oram maris, & naues mul- 2
tas, & quærebat obtinere regnum Alexan-

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XI.

Diuiſio.

* 1 ET rex Aegypti congregauit exercitum, &c. *Hic conſequenter deſcribitur ducatus Ionathæ tempore regis Demetrij ſecundi. Circa quod primò deſcribitur Alexandri regis obitus, ſecundò, Demetrij ſucceſſus, ibi:* Et regnauit. *tertiò, Antiochi adoleſcentis aduentus, ibi:* Triphon autem. *Prima in tres, quia primò ponitur proditio Ptolemæi. ſecundò, confœderatio Demetrij: ibi.* Et miſit legatos. *tertiò, proſtratio Alexandri, ibi:* Et audiuit. *Circa primum dicitur;* Et rex Aegypti. *Hyperbole eſt, ad deſignandum ſui exercitus magnam multitudinem.*

2 Et naues multas. *quia regnum Alexandri quod quærebat acquirere doloſè, partim erat ſuper mare.*

* 1 Et

### *MORALITER.*

† 1 *Et rex Aegypti.* Aegyptus tenebra interpretatur. ideo per regem Aegypti diabolus, qui eſt rex tenebrarum, ſignificatur. Ipſe verò filiam habet ſpiritualem, ſ. crudelitatẽ, ſicut per oppoſitum miſericordia cęleſtis regis eſt ſpiritualis filia, prout in legenda ſancti Ioannis eleemoſynarij declaratur. vnde Chriſtus Iudæis crudeliter in mortem ſuam machinantibus, dixit Ioan. 8. f. *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere.* Ex quo patet crudelitatem filiam diaboli eſſe. Et ſicut rex Aegypti dedit filiam ſuam Demetrio, vt priuaret Alexandrum regno, ſicut diabolus crudelitatem dedit Neroni, & alijs imperatoribus ſibi ſimilibus, vt priuaret Chriſtum regno ſuo quod eſt eccleſia, intendebant enim inſtinctu diaboli totaliter deſtruere fidem Chriſti. Et ſicut dicitur infra. *Rex Ptolemæus mortuus eſt in die tertia mortis Alexandri.* ſicut diabolus tertia die mortis Chriſti in qua reſurrexit, & infernũ ſpoliauit: diabolus fuit turpiter confuſus, quę confuſio poteſt dici mors eius, ſicut vulgariter dicitur de homine confuſo, quòd ipſe eſt mortuus.

† *MORA-*

☞ *Ioſephus. Ptolemęus perueniens Ptolemaidē præter omnem ſpem habuit interfici inſidijs Alexandri quas ei per Ammonium amicū parauerat. Manifeſtis aūt factis inſidijs, Ptolemæus Alexandro ſcribit ad pęnā Ammonium petens, & ducens inſidias ſe ab eo paſſum & vindictā ſumere iuſtum eſſe. Alexādro vero non concedente, Ptolemæus illum cauſam inſidiarum extitiſſe, quapropter factus eſt ei odioſus. Antiochenis aūt etiā prius erat odibilis Alexāder propter Ammoniū, multa namque per eum paſſi fuerant, & pęnam quidem ab Ammonio pro delictis ſęuis exegerunt, occidentes eum, qui tāquam mulier ſe properabat abſcondere, habitu circundatus femineo. Ptolemæus itaq; accuſans eum vt proditorem nuptiarū filiæ ſuæ, tranſgreſſoremque auxilij quod ei cōtra Demetrium deduxiſſet, ſoluit affinitatem. Nam & auferēs filiam ſuam, ad Demetriū legationem direxit, amicitiā cum eo componens, filiamque daturum ſe illi vxorē, & reſtituere paterno eū principatu compromittens. Demetrius verò gaudens, ſuſcepit legationem & nuptias.

13. antiq.

dri dolo, & addere il-
lud regno ſuo. Et exijt 1
in Syriam verbis pa- 2 3
cificis, & † aperiebant
ei ciuitates, & occur-
rebant ei, quia man-
dauerat Alexāder rex
exire ei obuiam, eò
quòd ſocer ſuus eſſet.
Cùm autem introiret 4
ciuitates Ptolemæus,
ponebat cuſtodias mi 5
litum in ſingulis ci-
uitatibus. Et vt appro-
piauit Azoto, oſten-
derunt ei templū Da-
gon ſuccenſum igni,
& Azotum, & cætera
eius demolita, & cor-
pora proiecta, & eo- 6
rum qui cæſi erant in
bello tumulos quos
fecerant ſecus viam.
Et narrauerunt regi, 7
quia hæc fecit Iona-
thas, vt inuidiam face 8
rent ei. Et tacuit rex. 9
Et occurrit Ionathas
regi in Ioppe cum gloria, & inuicem ſe ſaluta-
uerunt, et dormierunt illic. Et abijt Ionathas
cum rege vſque ad fluuium qui vocabatur
Eleutherus, et reuer-
ſus eſt in Ieruſalem.
Rex autem Ptolemę- 10
us obtinuit domi-
nium ciuitatum vſ-
que Seleuciam Mari-
11 timam, et cogitabat in
12 Alexandrum conſilia
13 mala. Et miſit legatos
ad Demetrium, dicēs:
Veni cōponamus in-
ter nos pactum, & da-
bo tibi filiam meam
quam habet Alexander, & regnabis in regno
patris tui. Pœnitet enim me quòd dederim ei
14 filiam meam. Quæſiuit enim me occidere.
15 Et vituperauit eum, propterea quòd concu-
pierat regnum eius. Et abſtulit filiam ſuam,
& dedit eam Demetrio, & alienauit ſe ab A-
lexandro, & manifeſtatæ ſunt inimicitiæ eius.
Et intrauit Ptolemæus Antiochiam, & impo-
ſuit duo diademata capiti ſuo, Ægypti & Aſiæ.
16 Alexander autem rex erat in Cilicia illis tem-
17 poribus, quia rebellabant qui erant in locis
18 illis. Et audiuit Alexander, & venit ad eum
in bellum. Et produxit Ptolemęus rex exer-
citum, & occurrit ei in manu valida, & fu-
gauit eum, Et fugit Alexander in Arabiam,
vt ibi protegeretur. Rex autem Ptolemæus
exaltatus eſt. Et abſtulit Zabdiel Arabs ca-
19 put Alexandri, & miſit Ptolemæo. Et rex
20 Ptolemæus mortuus eſt in die tertia, & qui
21 22 erant in munitionibus, perierunt ab his qui
23 erant intra caſtra. Et regnauit Demetrius anno
centeſimo † ſeptuage-
ſimoſeptimo. In die-
bus illis congregauit

† ſexageſimo.

a *Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum, &c.* Ptolemæus Euergetes qui a poſt Ptolemæum Philometorem regnauit in Alexandria vt chronicorum libri teſtantur, Alexandro filio Balo regi Syriæ filiam ſuam tradidit vxorem quam poſtea inimicitia inter ſe & generū exorta abſtulit, & tradidit Demetrio filio Demetrij in vxorem cum regno quod abſtulerat ab Alexandro, quod nunc ſcriptura commemorare videtur.

b *In diebus illis congregauit Ionathas, &c.* Quid eſt quòd ☞ Iona-

## NICOLAVS DERA.

*1 Et exijt. *de Aegypto.*
2 In Syriam. *pergens.*
3 Verbis pacificis. *cum habitatoribus Syriæ vtens quaſi querens bonum regni pro genere ſuo.*
4 Cum autem introiret ciuitates. *aliquas.*
5 Ponebat cuſtodias militum. *ad obtinendum terram contra Alexandrum. Cætera patent uſque ibi.*
6 Et eorum qui cæſi erant in bello tumulos. *in quibus erant ſepulti notabiles viri.*
7 Et narrauerunt regi. *vt habetur ca. præc.*
8 Vt inuidiam facerent ei. *prouocando eum contra Ionathas.*
9 Et tacuit rex. *ſub diſſimulatione tranſeundo. Cætera patent vſque ibi.*
10 Rex autem Ptolemæus obtinuit, &c. *regni Syriæ per cuſtodias militum ibi poſitas, vt dictum eſt.*
11 Et cogitabat in Alexandrum. *generum ſuum.*
12 Conſilia mala. *quærens eum priuare regno & vita.*
13 Et miſit legatos. *Hic ponitur confœderatio Ptolemæi cum Demetrio Alexandri inimico. Et patet litera vſque ibi.*
14 Quæſiuit enim me occidere. *Dicunt aliquæ gloſæ & aliqui hiſtoriographi, quòd hoc verum erat, quia eum intoxicare quęſierat. Sed hoc videretur falſum per literam præcedētem in qua dicitur, quòd Alexander mandauerat Ptolemæum honorificè recipi, ſimiliter per literam immediatè ſequentem, cum dicitur.*
15 Et vituperauit eum. *Ex quo patet, quòd crimen ſibi falſo impoſuit cupiditate ductus, Prouerb. 18. a.* Occaſiones quærit qui vult recedere ab amico. *Sciendum etiam quòd Ioſephus circa hiſtorias huius libri multa dicit, quæ ſunt diſſona textui, propter quod illa tanquam friuola dimitto, quia liber iſte maioris autoritatis eſt quàm ſit Ioſephus.*
16 Alexander autem rex erat in Cilicia illis temporibus *q.d. propter hoc tales proditiones facilius facere poterat Ptolemæus.*
17 Quia rebellabant qui erant in locis illis. *Propter quod iuerat rex ad reprimendum illos vel ſedandum.*
18 Et audiuit Alexander, & venit ad eum in bellum. *Hic conſequenter ponitur proſtratio Alexādri per proditiones ſoceri ſui. Cætera patent vſque ibi.*
19 Et rex Ptolemæus. *Poſtquam receperat caput Alexandri & ſic videtur mortuus ſubito iuſto Dei iudicio. Ioſephus tamen dicit, quòd equus Ptolemæi in bello contra Alexandrum territus elephantis voce, proiecit eum, & tunc fuit lætaliter vulneratus: Sed viſo capite Alexandri fuit aliquantulum conſolatus, ſed poſtea cito mortuus. Sed contra hoc videtur quod de prędicto bello pręmittitur.* Rex autem Ptolemæus exaltatus eſt. *quod ſubditur:* Et abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri. *Quod non feciſſet in fauorem Ptolemæi ſi fuiſſet ex vulneratione ita propinquus morti.*

Ioſephus lib 13. antiqui. c. 7.

20 Et qui erant in munitionibus. *Syriæ a Ptolemæo poſiti, vt prædictum eſt.*
21 Perierunt ab his. *ſcilicet, Alexandri, vt dicunt aliqui. Sed hoc non videtur verum, quia debellatus erat à Ptolemæo, & ideo quod dicitur hic.*
22 Intra caſtra. *Intelligendum eſt Demetrij qui nolebat homines extraneos poſſidere fortalicia regni ſui.*
23 Et regnauit Demetrius. *Hic conſequenter ponitur ſucceſſio Demetrij, & primò quantum ad obtentum dominium, cum dicitur:* Et regnauit Demetrius, &c. *ſecundò quantum ad prouocationem contra Ionathan per accuſationem iniquorum Iudęorum, eò quòd obſideret arcem: & patet litera. Tertiò quantum ad Demetrij placationem, cum dicitur.*

*1 Vt

## MORALITER.

† *In diebus illis congregauit Ionathas, &c.* Per Ionathan qui interpretatur columbæ donum

† & per

¶ Ionathas eos qui erant in A arce Ieroſolymitana expugnat per eos qui ſunt in Iudæa, niſi quòd doctores ſancti ſectantur eorum contumaciā qui exultatione cordis atque ſuperbiæ innitentes, diuinis præceptis reſiſtere parant? Contra quos facit machinas multas. qa multiplici diſciplina ac diuerſa ſcripturarum doctrina eos oppugnare, & ad humilitatem prouocare ſtudent. Sed ſicut tunc quidā de his qui oderant gentem ſuam viri iniqui, adierunt regem accuſantes Ionathan, ſic & nunc hi qui diſciplinam eccleſiaſticam recipere nolunt, abominātur eos qui ſibi iniquitatē ſuam auferre conantur, ac cuſantes eos apud ſeculi B poteſtates: quatenus eos in odiū illorum conuertant, & perſecutionem eis incitent, ſed non præualent, quoniam Deus adiutor & protector ſuorum eſt, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Ionathas eos qui erant in Iudęa, vt expugnarent arcem quæ eſt in Ieruſalem, & fecerunt contra eam machinas multas. Et abierūt quidam qui oderant gentem ſuam viri iniqui ad regē Demetrium, & renuntiauerunt ei, quòd Ionathas obſideret arcem. Et ut audiuit iratus eſt, & ſtatim venit ad Ptolemaidam, & ſcripſit Ionathæ ne obſideret arcem, ſed occurreret ſibi ad colloquium feſtinato. Vt audiuit au- 1
tē Ionathas iuſſit ob- 2
ſidere. Et elegit de ſe- 3
nioribus Iſrael & de ſacerdotibus, & dedit ſe periculo: & accepit aurum & argentum & veſtem, & alia xenia multa, & abijt ad regem Ptolemaidam, & inuenit gratiam in conſpectu eius. Et interpellabant aduerſus eum quidam iniqui ex gente ſua. Et fecit ei rex ſicut fecerant ei qui ante eum fuerant. Et exaltauit † eum in conſpectu omnium amicorum eius, & ſtatuit ei principatum ſacerdotij, & quæcumque alia habuit prius pretioſa, & fecit eum principem amicorum. Et poſtulauit Ionathas † à rege vt immunem faceret Iudæam & tres toparchias, ideſt, Samariam & confines eius, & promiſit ei talenta trecenta. Et conſenſit rex, & ſcripſit Ionathæ epiſtolas de his omnibus hūc modum continentes: Rex Demetrius fratri Ionathæ ſalutem & gen-
4 ti Iudæorum. Exemplum epiſtolæ quam ſcripſimus Laſtheni parenti noſtro de vobis, miſimus ad vos vt ſciretis. Rex Demetrius, Laſtheni parenti ſalutem. Genti Iudęorum amicis noſtris & conſeruantibus quę iuſta ſunt apud nos decreuimus benefacere propter benignitatem ipſo-
5 rum quam erga nos habent. Statuimus ergo
6 illis omnes fines Iudęę & tres ciuitates, † Liddam & Ramathę, quę additę ſunt Iudęæ
7 ex Samaria & omnes confines earum ſequeſtrari omnibus ſacrificantibus in Ieroſolymis pro his quę ab eis prius rex accipiebat per ſingulos annos, & pro fructibus terrę & pomorum. Et alia quę ad nos pertinebant decimarum & tributorum, ex hoc tempore
8 remittimus eis, & areas Salinarum & coronas quæ nobis deferebantur, omnia ipſis concedimus, & nihil horum irritum erit ex hoc & in omne tempus. Nunc ergo curate facere horum exemplum, & detur Ionathę, & ponatur in F
9 monte ſancto & in loco celebri. Et videns De-
10 metrius rex, quòd ſiluit terra in conſpectu ſuo,

Raban. a *Et poſtulauit Ionathas.* Toparchias. hoc eſt villarū vel oppidorum principatū ea C loca nuncupat quæ Deme a trius ex regno Samariæ addidit ad Iudęam, de quibus D in ſequentibus narrat, hoc eſt Liddam & Ramathā. Lidda enim ciuitas eſt Paleſtinæ in littore maris magni ſita, & Ramatha vrbs eſt Samuelis, de qua in li. Reg. narratur, iure ergo amicitiæ rex Demetrius Ionathæ concedens immunitatem Iudææ, addidit ciuitates prædictas, remittens decimarum & tributorū cenſum, & areas ſalinarū in quibus ſalis cōfectio reipublicæ debebatur, necnō & alia debita quæ illi regio faſtu deferebātur iuxta confeſſionem cum Ionatha habitam omnia condonauit.

¶ *Triphon* E Gr. het Ap

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Vt audiuit autem Ionathas. *mandatum regis.*
2 Iuſſit obſidere. *ideſt, obſidionem arcis per alios continuare. Aliqui tamen libri habent: iuſſit non obſidere, ideſt, obſidionem dimittere. Et hoc magis conſonat literę precedenti, & ſubſequenti.*
3 Et elegit de ſenioribus, &c. *vt venerabili ſocietate & munerum multitudine & precioſitate placaret regem, quod & fecit, & patet litera vſque ibi.*
4 Exemplum epiſtolæ, &c. *Iſte Laſthenes erat Cretenſis, attinens Demetrio ex parte matris, & qui Demetrio prouiderat de exercitu ad obtinendum Syrię regnum contra Alexandrum: propter quod Demetrius reputabat eum ſicut patrem, & de factis notabilibus ſibi ſcribebat, & ideo de gratijs Ionathę factis ſcripſit epiſtolas Ionathę & Laſtheni eandem formam continentes, prius tamen ſcripſit Laſtheni, & hoc eſt quod dicitur:* Exemplum epiſtolæ, *& ſequitur epiſtolę continentia, cum dicitur.*
5 Statuimus ergo *Poſſidendos pacificè.*
6 Et tres ciuitates. *Tertia non nominatur hic.*
7 Ex Samaria. *in qua habitabant Gentiles ibi tranſlati de Perſide. 4. Reg. 17 Cetera patent vſque ibi.*
8 Et areas Salinarum. *ideſt, loca in quibus fiebat ſal modo ſupradicto.*
9 Et ponatur in monte ſancto & in loco celebri. *ad memoriam in futurum. Quartò deſcribitur ſtatus Demetrij quantum ad exercitus dimiſſionem, cum dicitur.*
10 Et videns Demetrius. *& patet litera vſque ibi.*

*1 Et

† *MORALITER.*

& per eius ſocios: poſſunt intelligi viri religioſi, qui moribus & ſcientia impugnant arcem ſuperbiæ quæ eſt in omni peccato mortali. Sed aliquando verbis malignantium apud ſuperiores impediuntur ab hac impugnatione, ſcilicet, quando poteſtas eorum in prædicando & confeſſiones audiendo reſtringitur vel ſuſpenditur, per quod virtutum profectus impeditur. Sed cum ſuperior poteſtas hæc conſiderat, verba malignantium contemnit, & dictos religioſos honorat, ideo ſubditur inferius.

† *Et exaltauit eum in conſpectu omnium amicorum eius, & ſtatuit ei principatum ſacerdotij.* Sequitur.

† *Et poſtulauit Ionathas a rege vt immunem faceret Iudęam.* ſequitur autem poſt petitio regis à Ionatha, ibi.

† Nunc

& nihil ei reſiſtit,dimiſit totum exercitum ſuum,vnũquẽ
que in locum ſuũ, excepto peregrino exercitu quẽ traxit
ab inſulis gentium,& inimici erãt ei omnes exercitus pa- 1
a trum eius.Triphon autem erat quidam partiũ Alexandri 2
prius,& vidit quoniã omnis exercitus murmurauit cõtra 3
Demetriũ,& iuit ad Emalchuel Arabẽ, qui nutriebat An 4
tiochum filiũ Alexandri,& aſſidebat ei vt traderet eũ ipſi, 5 6
vt regnaret in loco patris ſui. Et enũtiauit ei quanta fecit 7
Demetrius, & inimicitias exercituũ eius aduerſus illũ Et 8
b manſit ibi diebus multis. Et miſit Ionathas ad Demetriũ 9 10
regẽ,vt eijceret eos qui in arce erant in Ieruſalẽ, & qui in 11
pręſidijs erãt,quia impugnabãt Iſrael.Et miſit Demetrius 12 13
ad Ionathan dicens: Non hæc tantum faciã tibi & genti 14
tuæ,ſed gloria illuſtrabo te,& gẽtem tuam,cũ fuerit opor
tunũ. Nũc ergo rectè feceris ſi miſeris viros mihi in auxi 14
liũ, quia diſceſſit oĩs exercitus meus. Et miſit ei Ionathas †
tria milia virorum fortium Antiochiã.Et venerunt ad re-
gem, & delectatus eſt rex in aduẽtu eorũ. Et conuenerunt
qui erant de ciuitate, centum viginti milia virorũ,& vole
bãt interficere regẽ. Et fugit rex in aulam, & occupauerũt 16
qui erãt de ciuitate itinera ciuitatis,& cęperunt pugnare. 17
Et vocauit rex Iudæos in auxiliũ,& conuenerũt oẽs ſimul 18 19
ad eum. Et diſperſi ſunt oẽs per ciuitatẽ,& occiderũt in il- 20
la die centũ milia hominũ. Et ſuccẽderũt ciuitatẽ, & cępe 21
c rũt ſpolia multa in illa die & liberauerũt regẽ. Et viderũt 22

A a *Triphon autem erat quidam partium Alexandri prius.* Qualiter autem Demetrius in odium exercitui ſuo venerit. Pompeius Trogus oſtendit dicens: Recuperato paterno regno Demetrius & ipſe rerum ſucceſſu corruptus,vitijs adoleſcentiæ in ſegnitiem labitur, tantumque contemptum apud omnes inertia, quantum odiũ ex ſuperbia pater habuerat, cõtraxit. Itaque cum ab Imperio eius paſſim ciuitates deficerent, ad abolendam ſegnitiæ maculã, bellum Parthis inferre ſtatuit. Cuius aduentum non inuiti oriẽtis populi videre, & propter Arſacydę regis Parthorum crudelitatem, & quòd veteri Macedonum B imperio aſſueti noui populi ſuperbiã indignè ferebant. Itaque cum Perſarũ & Elimæorum Bactrianorumque auxilius iuuaretur, multis prælijs Parthos vaſtatos fudit, ad poſtremum tamẽ pacis ſimulatione deceptus capitur, traductuſq; per ora ciuitatũ, populis qui †deſcierant in ludibrium fauoris oſtenditur. Miſſus deinde in Hyrcaniam, benignè & iuxta cultum priſtinæ fortunæ habetur.

b *Et miſit Ionathas ad Demetrium regem.* Quid eſt quod Io- C nathas à rege Demetrio petit, vt eijceret eos qui erant in arce in Ieruſalem & in præſidijs qui & impugnabant Iſra D el, à quo econtrario poſtulat Demetrius auxilia aduerſus inimicos, niſi quòd doctores ſancti expetunt à gentium principibus,& ab omni populo erroris & ſuperbiæ debellationẽ,& ipſi ſimiliter a ſanctis doctoribus poſtulant ſuffragium doctrinę,& orationis ad ſuperãdos ſpiritales inimicos? Neuter enim ordo ſine alterius opitulatione effectũ miniſterij ſui rite perficere valet, quia nec doctores ſancti meritum lucrificãdi ſine conuerſione & obediẽtia ſubditorum, nec ipſi ſubditi ſalutem promereri poſſunt ſine documẽto & inſtructione magiſtrorũ. Vterque.n. ordo, vt prædictum E eſt ab alio fulcitᷣ & ab alio adiuuatᷣ, vnde Paulus Theſſalonicenſibus ait: *Tunc viuemus ſi vos ſtatis in Domino: quoniam gaudemus propter vos ante Deum noſtrum.* (1.Teſ.3.c.) Et ait ad Corinthios. *Gloria inquit, veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra, in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.* (2.Cor.1.c.)

c *Et viderunt qui erant de ciuitate, quòd obtinuiſſent Iudęi ciuitatem, &c.* (Rabbanus.) Quod Iudæi victoriam capiẽtes de hoſtibus, cogebant eos pacem poſtulare, & dextras ſibi dari, ſignat quod robur ſanctæ eccleſiæ hoſtibus præeminet vniuerſis & ſiue eos per F

conuerſio

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et inimici erant. *qui erant de regno Syriæ, nam à regnis præcedentibus conſueuerant annonam accipere, non ſolum tempore belli, ſed etiam pacis, vt ſic eſſent parati pugnare pro rege tempore neceſſitatis.*

2 Triphon autem. *Poſtquam deſcriptus eſt Demetrij ſtatus, hic conſequenter deſcribitur Antiochi adoleſcentis aduentus. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur aduentus Antiochi procuratio. Secundò, falſitatis Demetrij denudatio, ibi:* Et miſit Ionathas. *Tertiò, aduentus Antiochi executio, ibi:* Poſt hæc autem. *Circa primum dicitur:* Triphon autem. *quia prius fuerat cum Alexandro, poſtea verò ipſo decapitato fuit cum Demetrio.*

3 Et vidit quoniam omnis exercitus. *dicens eum honore regio eſſe indignum propter cauſam prædictam.*

4 Et iuit ad emalchuel. *alias Malchum, &c. poſt eius mortem.*

5 Et aſſidebat ei. *ideſt, aſſiduè ſtabat apud eum.*

6 Vt traderet eum ipſi. *tanquam tutori & doctori.*

7 Vt regnaret in loco patris ſui. *Per hoc enim intendebat Triphon habere adminiſtrationem regni, ſicut poſtea fuit de facto.*

8 Et enunciauit ei quanta fecit Demetrius, *vt illum induceret ad tradendum ſibi Antiochum.*

9 Et manſit illic diebus multis. *non potens cito flectere Emalchuelem propter Antiochi pueritiam.*

10 Et miſit Ionathas ad Demetrium regem. *Hic conſequenter ponitur falſitatis Demetrij denudatio. Circa quam primò ponitur Ionathæ petitio, cum dicitur:* Et miſit Ionathas ad Demetrium regem. *petens.*

11 Vt eijceret. *ideſt, eijcere poſſet.*

12 Eos qui in arce erant in Ieruſalem. *quorum aliqui erant alienigenæ, aliqui verò Iudæi, ſed tamen apoſtatæ. Ex hoc videtur, quòd illa litera quæ dicit ſuprà, Ionathan ad mandatum Demetrij remouiſſe obſidionem arcis, eſt uerior.*

13 Et qui in pręſidijs erant, quia impugnabant Iſrael. *in diuerſis locis Iudææ ad impugnationem gentis Iudaicæ.*

14 Et miſit Demetrius ad Ionathan dicens. *Hic ſecundò ponitur petitionis conceſſio. Et patet. & ſubditur conceſſionis ratio, cum dicitur.*

15 Nunc ergo rectè feceris ſi miſeris viros. *Ad hoc enim conceſſit petitionem, vt Ionathas ſibi mitteret bellatores ad ſui defenſionem, timens probabiliter inſurgere contra ſe rebellionem, ſicut & factum eſt. vnde ſubditur:* Et conuenerunt, &c.

16 Et fugit rex in aulam. *tanquam in locum tutiorem.*

17 Et occupauerunt. *ne aliquis ab extra poſſet ingredi ciuitatem in auxilium regis.*

18 Et cœperunt pugnare. *ideſt, ad pugnam ſe diſponere.*

19 Et vocauit rex Iudæos. *antequam ciues eſſent congregati ad ipſum impugnandum. ideo ſubditur.*

20 Et diſperſi ſunt omnes per ciuitatem. *interficiendo eos qui volebant interficere regem.*

21 Et occiderunt. *præuenientes eos, antequam eſſent vniti & diſpoſiti ad pugnandum, & ſic poterant multos occidere.*

22 Et ſuccenderunt ciuitatem. *non totam ſed in vna parte ponentes ignem ad ciuium terrorem. ideo ſubditur.*

✻ 1 Et

## MORALITER.

† 15 *Nunc ergo rectè feceris ſi miſeris viros.* Per quod ſignificatur, quòd pauperes religioſi neceſſe habent petere à potentibus huius mundi eleemoſynarum ſubſidia, & econuerſo potentes à religioſi orationũ ſuffragia, quæ frequenter plus eis valent † quàm arma bellica, ſicut patet Exod. 17. c. († contra.) *Cùmque eleuaret Moyſes manus, ſuperabat Iſrael: ſi autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech.*

† *Et miſit ei Ionathas tria milia virorum fortium Antiochiam:* per quos ſignificantur religioſi, ad pugnandum cõtra diabolum orationibus, virtuoſi in uirtute vnius Dei & trini.

† Et

conuerſionem ſalubriter cedere facit, ſiue contemptores
A in ſua pertinacia inſiſtentes iuſtè punit. quia ipſa à Salua-
Luc. 10.c. tore ſuo Domino noſtro Ieſu Chriſto poteſtatem accepit *calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem ini-*
Matt. 16.c. *mici*. De qua alibi in Euangelio loquens ad apoſtolum ſuum Petrum ait: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non pręualebūt aduerſus eam.*

a *Et nominati ſunt*, inquit, *Iudæi in regno.* quia cōfeſſores Chriſti glorioſi apparent in toto mundo. Sed hanc gloriā non ſibi aſcribunt ſancti viri, ſed regi ſuo, omniū videlicet bonorum largitori Deo,
B vnde & ſubditur.

b *Regreſſi ſunt in Ieruſalem, &c.* Huiuſcemodi gratias & Pſalmiſta Deo ſe referre teſtatur dicens: *Annūciaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna, ecce labia mea non prohibebo.* (Pſal. 39.b.) In eccleſia ergo fideles quique habentes ſpolia virtutū regrediuntur vt laudes dicāt Deo, cū non ſuis viribus, ſed gratię diuinæ victoriam quā adepti ſunt, deputāt, dicentes cū propheta: *Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam: Super* (Pſal. 113.b.)
C *miſericordia tua & veritate tua.*

qui erant de ciuitate, ꝙ obtinuiſſent Iudæi ciuitatē ſicut
volebāt, & infirmati ſunt mēte ſua, & clamauerunt ad re- 1
gem cum precib. dicentes Da nobis dextras, & ceſſent Iu-
dæi oppugnare nos & ciuitatē, & proiecerūt arma ſua &
fecerunt pacē. Et glorificati ſunt Iudæi in conſpectu regis,
a & in conſpectu omniū qui erāt in regno eius, & nomina-
b ti ſunt in regno. Et regreſſi ſunt in Ieruſalem habētes ſpo-
c lia multa. Et ſedit Demetrius rex in ſede regni ſui, & ſiluit 2
terra in cōſpectu eius, & mētitus eſt omnia quæcunq; di- 3 4
xit. Et abalienauit ſe à Ionatha, & non retribuit ei ſecūdū
beneficia quæ ſibi tribuerat, & vexabat eū valde. Poſt hæc 5
aūt reuerſus eſt Triphon & Antiochus cum eo puer ado- 6
leſcēs, & regnauit, & impoſuit ſibi diadema. Et cōgregati
ſunt ad eū omnes exercitus quos † diſperſerat Demetrius,
& pugnauerunt contra eū, & fugit & terga vertit. Et acce- 7
pit Triphon beſtias, & obtinuit Antiochiā. Et ſcripſit An 8 9
tiochus adoleſcens Ionathæ dicens: Cōſtituo tibi ſacerdo
tiū, & conſtituo te ſuper quatuor ciuitates, vt ſis de amicis 10
regis Et miſit illi vaſa aurea in miniſteriū, & dedit ei pote 11
ſtatē bibendi in auro & eſſe in purpura, & habere fibulā
auream Et Simonē fratrem eius conſtituit ducem à termi 12
d nis Tyri vſq; ad fines Aegypti. Et exijt Ionathas & peram 13
bulabat trans flumen ciuitatis, & cōgregatus eſt ad eū om 14 15
nis exercitus Syriæ in auxiliū. Et venit Aſcalonem, & oc-
currerunt ei de ciuitate honorificè Et abijt inde Gazā, & 16
concluſerunt ſe qui erant Gazæ, & obſedit eā, & ſuccēdit
e f quæ erāt in circuitu ciuitatis, & ꝑdatus eſt eā. Et rogaue- 17

*Venit ad eum exer. Syr.* quia quando apoſtoli de Iudæis ad Gentium prædicationem migrauerant, mox plurimi de Gentibus ad fidem & baptiſmum Chriſti conueniebant, qui adiutores prædicatorib. ſanctis in Euangelio Dei fuerunt. quatenus paganos ad crudelitatem perducerent.

*Perrexit Aſca.* quæ interpretatur appenſa, vel ignis infamis.

*Et occurrerūt ei de ci. hon.* cum prædicatoribus ſanctis hi qui ambitione ſeculi deſeruiebant, audientes verbum Dei ſtatim relicta cupiditate mundi, ad obediētiam concurrebant Euangelij.

*Et abijt inde Gazam, & obſe. eam, & conclu.* Per Gazam quæ interpretatur fortitudo exprimitur obſtinatio infidelium, in qua ſe duræ mentes prauorū includūt: quia cedere veritati non conſentiunt. Quam. E

e *Obſedit eam, & ſuc.* cum doctores Chriſti vndique teſtimonijs ſanctarū ſcripturarum perfidos coarctant, & errorum illorum machinationes debellando vaſtant, vnde:

f *Rogauerunt Ionathā dextram ſibi dare Gazan.* Cum prauitate deuicta ſuperborū iam diutius veritati reſiſtere non valentes, pacis ſibi fœdera magiſtros eccleſiæ dare depoſcunt, ſuoſque filios eis obſides tradūt, hoc eſt, fidei pignora, erroris videlicet abnegationē, & obedientiæ ſubiectionē in eccleſiam præmittunt, quatenus cōuerſionis ſuæ ad fidē ſpes certa reddatur. F

Moraliter. c *Et ſedit Demetrius.* Quòd Demetrius Ionathæ pro beneficijs retribuit mala, ſignificat carnales & ſtultos: cum eis conſulitur ad ſalutē, non reſpondere benefactoribus ſuis ſecundum debita beneficia, ſed ſecundum obtuſi cordis ſui praua conſilia. Quidquid enim eis agitur ad vtilitatem, illi totum reputant ad noxietatem & inuidiæ ſtimulo incitati, nequiſſimæ ſuæ eligunt deſeruire voluntati.

Myſtice. d *Et exijt Ionathas.* Per Ionathæ tranſitum vltra flumen pręedicationem verbi ad eos qui nondū baptiſmate Chriſti abluti ſunt, poſſumus accipere, quia prædicatores ſancti aliquando Gentiles ad ſacrum baptiſma prouocant; aliquando fideles ad profectum virtutum excitant. Cum ergo trans flumen regreditur Ionathas.

*Venit*

✻ Ioſephus. Ionathas concitatus ad obſeſſionem Gazæ, & afflictionem prouinciæ parabatur, Nam partem militiæ circa Gazam diſponens, cum reliqua ipſa percurrens, cunctos prædabatur vel incendebat. Quæ cum vidiſſent Gazęi, nullumque auxilium à Demetrio ſibi veniſſe conſpicerent, & periculum præſens, adiutorium verò longè, optimum eſſe decreuerunt, hunc dimittentes, illi obedire. facientes igitur ad Ionathan amicitias, auxilia promiſerunt. Homines enim ante malorum peritiam

*vtilitates*

## NICOLAVS DE RA.

1 Et infirmati, &c. *& per conſequens virtute corporis, nam à corde procedit ſenſus, & motus ad alia membra: propter quod deficiente corde deficiunt exteriora membra. Cætera patent.*

2 Et ſedit Demetrius. *Hic conſequenter deſcribitur falſitatis Demetrij denudatio: nam habita pace denegauit omnia promiſſa Ionathæ, & hoc eſt quod dicitur:* Et ſedit Demetrius. *id eſt, in Antiochia metropoli, repreſſa rebellione ciuium per auxilium Iudæorum.*

3 Et ſiluit. *quia non erat qui auderet ſibi rebellare depreſſa metropoli ciuitate.*

4 Et mentitus eſt omnia. *de gratiis Ionathæ gentique Iudęorum fiendis.*

5 Et vexabat eum val. *per principes ſuos, inuadendo terminos Iudææ.*

6 Poſt hæc autem. *Hic conſequenter deſcribitur aduentus Antiochi adoleſcentis in regnum Alexandri patris ſui. Circa quod primò ponitur regni obtentus. Secundò, cum Ionatha fœdus, ibi:* Et ſcripſit Antiochus. *Tertiò, huius fœderis effectus, ibi:* Et exiuit Ionathas. *Circa primum dicitur:* Poſt hæc aūt. *ſ. de Arabia in Syriam. Cętera patent vſque ibi.*

7 Et accepit. *id eſt, elephantos exercitus Demetrij.*

8 Et obtinuit Antiochiam. *metropolim ciuitatem, & per conſequens alias multas.*

9 Et ſcripſit. *Hic conſequenter ponitur confœderatio Antiochi cum Ionatha, erat enim rex nouus, & adhuc vnam magnam partem regni tenebat Demetrius: propter quod indigebat Ionathę confœderatione.*

10 Et conſtituo te ſuper. *extra Iudęam exiſtentes.*

11 Et miſit illi vaſa aurea in miniſterium. *ſcilicet, menſę. ideo ſubditur:* Et dedit ei poteſtatem bibendi, &c.

12 Et Simonē fratrem eius. *inter quos includitur terra Philiſtijm.*

13 Et exijt Ionathas. *Hic conſequenter ponitur dicti fœderis effectus, & primò Antiochi dominium dilatando, cum dicitur.*

14 Et perambulabat. *eas inducendo, vt obedirent Antiocho.*

15 Et congregatus eſt ad eum omnis exercitus, Syriæ. *qui oderat Demetrium, vt prędictum eſt.*

16 Et concluſerunt ſe qui erant Gazæ. *nolentes eum recipere, nec à Demetrio recedere.*

17 Et prædatus eſt eam. *nam animalia, & plura Gazę bona, erant extra ciuitatem in ſuburbiis & villulis.*

*MORALITER.*

† 13 *Et exijt Ionathas, & perambulabat trans flumen ciuitatis, &c.* Per quod ſignificantur religioſi, qui zelo fidei accenſi tranſeunt ad prædicandum gentibus nondum renouatis per fluuium baptiſmatis, vbi multum proficiunt aliquando, ſicut Ionathas in exercitu ſuo.

A vtilitates non intelligunt ſuas,ſed cum in malis fuerint conſtituti,tunc mente percipiunt,& agunt quæ nihil læſi facere debuerunt.

a *Et au. Io.* Demetrii principes qui præuaricati ſunt in Cades Galileę non incongruè poteſtates ſęculares intelligi poſſunt, quæ licet inter fideles,propter catholicam cõfeſſionem annumerentur,( hæc enim Cades quæ interpretatur ſancta,uel mutata, & Galilæa hoc eſt transmigratio facta per figuram exprimunt)ſepe tamẽ tales fraudẽ moliũtur negotio regni terreſtri. Quibus occurrit Ionathas, quia neceſſe eſt,ut iſtis ſolertia ſanctorum doctorum occurrat, ne fraudem quam diſponunt animo, expleant facto.

runt Gazenſes Ionathan, & dedit illis dextram, & acce-
pit filios eorum obſides,& miſit illos in Ieruſalẽ, &per- 1
a ambulauit regionem vſque ad Damaſcum. Et audiuit Io 2
nathas,quia pręuaricati ſunt principes Demetrij in Ca- 3
des,quæ eſt inGalilęa cum exercitu multo,volentes eum 4
remouere a negotio regni,& occurrit illis, fratrem autẽ 5
b ſuum Simonem reliquit intra prouinciam. Et applicuit 6
c Simon ad Bethſurã & expugnabat eam dieb. multis, & 7
d concluſit eos. Et poſtulauerunt ab eo dextras accipere,& 8
dedit illis,& eiecit eos inde,& cœpit ciuitatẽ & poſuit in 9
e ea præſidium. Et Ionathas,& caſtra eius applicuerunt ad 10
f aquam Geneſar,& ante lucẽ vigilauerunt in cãpo Aſor,
g & ecce caſtra alienigenarũ occurrebant ei in cãpo,& tẽ- 11
debant ei inſidias in montibus, ipſe aũt occurrit ex ad- 12
uerſo Inſidiæ vero exurrexerunt de locis ſuis,et commi-
h ſerunt prelium. Et fugerunt qui erant ex parte Ionathæ 13

b *Fratrẽ ſuũ Simonẽ reli. intra. pro.* Vt tueretur eam intrinſecus contra petulantiam inſolentium. Sic etenim ſancti prædicatores,licet aliquando ad ſæculi actus moderandos, & indiſciplinatorum infeſtationes temperandas ſe porrigant:tamen nullo modo ſui iuris miniſterium ordinare intra Eccleſiam ceſſant,ſed habent ibidem ſemper qui regularem in omnibus conſeruent diſciplinam,ut ſicut in exterioribus utiles, ſic in interioribus ubique inueniantur ſalubres.

c *Et applicuit Simon.* Quid per Bethſuram niſi lectio ſanctarum ſcripturarum denotatur,quia Bethſura domus robuſtorũ interpretatur. Et bene ſcriptura ſacra domus robuſtorum dici poteſt,quia ibi quique robuſti, & fortes uiri ſemper diſcendo,& bene operando inhabitant, qui cum Pſalmiſta *in lege Domini meditantur die ac nocte.* In hac enim domo aliquando hęretici falſo inhabitare uidentur,cum ſcripturas legere,ſed non intelligere omni-
B no probantur. Vnde dicitur quod Simon.

d *Expugna. Betſu. die. mul. & ca. ciui.* Quia doctores ſancti hoc habent maxime in conatu,hic toto agunt niſu, ut hæreticos expugnent, falſam eorum opinionẽ deſtruendo,ſcripturamque legis Dei ab eorum manibus eruãt, ponẽtes in ea præſidium,hoc eſt pios ſcrutatores,& me-
C ditatores ſapientię diuinæ,qui ſtudeant recte intelligere & rite,proferre diuinum ſermonem.

e *Et Ionathas.* Quid eſt ꝙ Ionathas ad aquã Geneſar caſtra applicuit, niſi ꝙ cætus ſanctorũ prędicatorũ ſpiritu Dei accẽſus, mũdanis fluctibus,& infideliũ perſecutionibus obuiare parat? Stagnũ Genazareth idẽ dicunt eſſe ꝙ mare Galilęę,vel mare Tyberiadis. Sed mare Galilęę ab adiacente prouintia dictũ. Mare vero Tyberiadis a pxima ciuitate, quæ olim Genereth vocata, ſed ab Herode tetrarcha inſtaurata,in honorem Tyberii Cæſaris,Tyberias eſt appellata. D Porro Geneſar a laci ipſius natura, quę criſpantibus aquis de ſe ſibi excitare auram perhibetur Græco vocabulo, quaſi generans ſibi auram dicitur: Neq; enim in ſtagni morem ſternitur aqua, ſed frequẽtibus auris ſpirantibus agitatur, hauſtu dulcis & ad potandum habilis. Sed Hebrææ linguæ conſuetudine, E omnis aquarum cõgregatio, ſiue dulcis ſiue ſalſa, mare nuncupatur. Qui lacus influente Iordane. 160. ſtadiis in longitudine,& 60. extenditur in latitudine. Quia ergo ſtagnum ſiue mare præſens ſeculũ deſignat. Ionathas noſter cum ſuis,ſæculari tumultu reſiſtere properat.

f *Et an. luc. vi. in cam. Aſor.* Hoc eſt,contra inſidias diaboli vigilanti ſtudio ſe obſeruare curat. Aſor enim interpretatur ſagitta luminis. Et Apoſtolus de eodem apoſtata angelo ſcribens ait: *Ipſe enim Satanas transfigurat ſe in ang. lu. Vnde non mirum,ſi miniſtri eius transfigurentur uelut miniſtri iuſtitiæ.* 2. Cor. 11. c

g *Alienigenarum oc. ei in cãpo,& tend. inſ. in mon.* Quia ſiue maligni ſpiritus,ſeu etiam peruerſi homines in luxuria, ſiue ſuperbia præſentis uitæ, uel ſæcularibus deſideriis quoſcunque poſſunt,ſeducere contendunt. Quibus neceſſe eſt,ut milites Chriſti currant ex aduerſo, & confligant fortiter cum illis,ne forte conſentiant perſuaſionibus eorum,& uoluptatibus,atque illecebris diſſoluãtur. F Sed commiſſo prælio.

h *Et fuge. hi qui ex par. fue. Iona. omnes,& ne. re. eſt ex eis niſi Mathathias Abſa. & Iu. ſi. Chalphi prin.* * Ioſephus. Vidẽs Ionathas hoſtes ad pugnã paratos, hortabatur ſuos. (li. 13. antiq. c. 8.) Illi vero qui a Demetrii ducibus per inſidias erant locati, a retro Iudæos inuadunt. Qui cum timerẽt ne in medio capti perirent,ad fugã ſe dederunt. Et ibi quidem oẽs reliquerunt Ionathan,pauci uero cũ eo numero quinquaginta remanſerũt,& Matathias filius Abſalomi,& Iudas Capſei,qui duces erant totius exercitus. Hi audacter & deſperatè ſuper inimicos irruentes,atrociter eos fugauerunt. Tunc vero milites Ionathæ qui diſceſſerant,ut uiderunt hoſtes ad fugam uerſos congregati perſequebantur eos vſque ad Cedeſſam,ubi caſtra hoſtium erant.

Quia,Proh dolor,multi de eccleſiaſticis ambitionẽ & volupta-

NICOLAVS DE LYRA.

*1 Et accepit fi. eo. obſi. *Ne poſtea rebellarent.*
2 Et audiuit. *Hic ſecundo ponitur effectus prędicti fœderis Demetrio repugnante,cum dicitur:* Et audiuit Ionathas. *Cõtra Antiochum ab ipſo recedendo,& adhærendo Demetrio.*
3 In Ca. quæ eſt in Gali. *Hoc dicitur ad differentiam alterius,quæ dicitur Cadesberne, vbi ſederunt filij Iſrael multo tempore Deuter. 1.*
4 Volentes eum remouere. *Sicut ei cõſtituerat Antiochus.*
5 Fratrem autem ſuum. *Ad Iudææ cuſtodiam.*
6 Et applicuit Simon. *In qua erant aduerſarij Iudæorum a Demetrio poſiti.*
7 Et concluſit eos *ita quod poterant exire, nec aliquid ab extra habere.*
8 Et poſtulauerũt ab eo. *Vt ſaluis perſonis recederẽt inde.*
9 Et poſuit in ea prę *i. armatos de genere Iudęorum.*
10 Et Iona. & caſt. e. applicuerunt ad aquam Geneſar. *i. ad mare Galilææ, quod etiam dicitur mare Geneſar, ſiue Genezareth, quaſi generans auram. Nam illud mare eſt uentoſum.*
11 Et tendebant, *ignorante Ionatha.*
12 Ipſe autem occurrit ex aduerſo. *illorum qui erant in campo.*
13 Et fugerunt qui erant. *Territi ex inſidiarum repentina inſurrectione.*

MORALITER.

† *Et appli. Si. ad Bethſu.* Quæ domus fortitudinis interpretatur,ideo ꝑ ipſam ſacra ſcriptura ſignificatur quæ Can. 4. b. dicitur. *Turris Dauid ædificata,cum propugnaculis , ex qua mille clypei pendent,omnis armatura fortium.* Hanc autem domum intrant hæretici,errorem ſuum confirmantes per ſacram ſcripturam peruerſe,ſed per Simonem eiiciuntur quando per doctorem catholicum eorum falſitas confutatur,& boni introducuntur,quando dociles diſcipuli per ipſum erudiuntur.

10 *Et Io. & ca. eius ap. ad aquam Ge.* i. generãtem aurã,ideo per hanc aquam ſignificatur aqua ſapientiæ ſalutaris, quę generat ſibilũ auræ lenis,ubi Dominus ( vt dicitur. 3. Reg. 19. ad hãc aquam applicat Ionathas,& ſocii eius, ideſt,uiri religioſi,qui habent pugnare contra hæreticos per ſcripturam ſacram,& contra ſpiritus malignos per orationem deuotam. Sed quoniam in hac pugna [illegible] fiunt ignari,ideo ſequitur.

13 *Et fug. qui.* Sed qñ vidẽt exẽpla magnæ uirtutis in ſuperiorib. ſuis, ad pugnã uiriliter reuertũtur, [illegible]

10 Et

A voluptatem iſtius mundi ſubuertuntur. Vnde in parabola Euangelica Dominus ait, *quod exortæ ſpinæ ſuffocauerunt ſegetem, hoc eſt diuitiæ & voluptates vitæ ſuffocant verbum, ita ut non ferat fructum.* Sed tamen Matathias, qui interpretatur donum Dei, & Iudas, hoc eſt confitens reſtant cum Ionatha quia illi qui dono Dei illuminati, atque confortati ſunt, ritè credendo, atque bene operando veraciter ſũt Dei confeſſores, & hi perſeuerant in caſtris Eccleſiæ, & hoſtem fortiter premunt, donec eum conterant, & ſuos, qui cedendo hoſtibus fugerant, caſtris priſtinis iterũ reſtituant. Sed videamus quid fecerit Ionathas, quãdo milites ſui verſi ſunt in fugam.

† fugerant.

a *Et ſcidit Io.* Sic enim præpoſiti, & magiſtri Eccleſiæ agere B debent, quando ſuos laceſcere in prælio ac terga hoſtibus vertere cõſpiciunt, ſcindere veſtimẽta ſua, hoc eſt corpus ieiuniis, ac lachrymis affligere, & ponere terram D in capite ſuo, hoc eſt fragilitatẽ corporis reuoluere in mente ſua, & orare Deum pro delictis ſuis, vel populi, vt ipſe, qui omnipotens eſt, operetur ſalutem erga infirmos, & reducat eos ad priſtinam ſanitatem. Sicq. exhortari unumquẽque oportet vt reſipiſcat a diaboli laqueis, qui captiuus fuerat ad eius uolũtatem, *& reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrũ quoniam multus eſt ad ignoſcendum.* Eſa.55.b Ioel.2.

b *Et ceciderũt.* Nota quod alienigenæ ternario numero proſternũtur, quia per ſanctæ trinitatis fidem, uniuerſi hoſtes Eccleſię cõteruntur, ſuperantur, atq; proſternuntur. E Et turba credentiũ regreditur cũ duce ſuo in Ieruſalem myſticã, quæ eſt mater omniũ noſtrorũ, vt ibi gratias, & laudes referãt Deo noſtro in ęternũ, & in ſæculũ ſęculi.

Nota de natio nu ro.

omnes, & nemo relictus eſt ex eis, niſi Matathias filius
a Abſalomi, & Iudas filius Calphi, princeps militiæ exer-
citus, & ſcidit Ionathas veſtimenta ſua, & poſuit terram 1
in capite ſuo, & orauit. Et reuerſus eſt Ionathas ad eos in 2 3
prælium, & conuertit illos in fugam, & † pugnauerunt. 4
Et uiderunt qui fugiebant partes illius, & reuerſi ſunt ad 5 6
b eum, & inſequebantur cum eo omnes vſque Cades ad 7
caſtra ſua, & peruenerunt vſque illuc. Et ceciderunt de 8
alienigenis in die illa tria millia uirorum. Et reuerſus eſt
Ionathas in Ieruſalem.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ſcidit Io. *i. paramenta quæ ponuntur ad decorem ſuper arma, & hoc fecit in ſignum doloris.*
2 Et poſuit terram. *Se humiliando.*
3 Et reuerſus eſt. *i. aduerſarios ſuos.*
4 Et conuertit illos. *Iam enim recedebant tanquam victores fugientibus Iudæis, ſed Ionatas inuitans eos ad prælium, fecit eos conuertere ad ſe.*
5 Et vi. qui fu. partes illius *ſ. Ionathæ.*
6 Et reuerſi ſunt ad eum. *Eius exemplo animati.*
7 Et inſeque. cum eo. *Aduerſarios.*
8 Vſque Ca. *Vnde venerant ad prælium.*

MORALITER.

5 *Et viderunt qui fugie. partes illius, & reuerſi ſunt, &c.*

CAP. XII.

a ET *vidit Iona.* ✠ Ioſeph. Cum vidiſſet Ionathas omnia ſibi Dei prouidentia ſecundum ſuam accidere voluntatem, legatos Romam deſtinauit, renouare cupiens olim cum gente Iudæorum amicitias celebratas. Suis etiam legatis præcepit, ut redeũtes ab Italia per Spartiatas trãſirent, quos deberẽt ad memoriam amicitiæ, vel cognationis reducere, &c.

Lib.13.antiq. cap.8.

Quod mittit Ionathas epiſtolas ad Romanos, & ad Spartiatas, & ad alia loca, vt renouet pactum, & amicitiam cum eis, quam frater ſuus Iudas prior C cum illis ſpõte iniit, demonſtrat, quod magna ſollicitudo ſanctis debet eſſe prædicatoribus, vt pacem, quam Chriſtus in mundo obtulit, ipſi toto ſtudio renouare, atque conſeruare vbique contendant, quia ipſe filius Dei, q venit in terram, vt pacificaret in carne ſua cœleſtia, atque terreſtria ſtatim in exortu natiuitatis ſuæ voluit ab Angelis decantari: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominib. bonæ voluntatis.* Quam vtique pacem mediator Dei & hominum iam homo factus ſuis diſcipulis commendauit d. *Habete ſal, & pacem habete inter vos. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Pace etenim, & concordia vniuerſũ corpus Chriſti adunatur, regitur ac ſtabilitur. F Qui autem cũ proximis ſuis non vult habere pacem, in corpore Chriſti nullam habet ſocietatem, nec iam ad æternam poteſt venire requiem, vnde ſe ſeparauit per cõtentionem.

Raban Myſtice. Luc.2.b Mar.9.g Ioan.14

b *Et hoc eſt † exẽplũ.* Quõ autem Spartiatæ fuerint de genere Abraham, facile non inuenitur, potuit tamen fieri, quia Abraham, plures filios, excepto Iſaac, quem peperit ei Sara, habuit: ☞ de

† reſcrip

CAPVT XII.

a ET vidit Ionathas quia tempus eũ iuuat, & 1
elegit viros, & miſit eos Romã ſtatuere, & 2
renouare cũ eis amicitiam. Et ad Spartia-
tas, & ad alia loca miſit epiſtolas ſecundũ 3
eandẽ formam. Et abierunt Romã, & in-
trauerunt curiã, & dixerunt: Ionathas ſũmus Sacerdos, &
Iudæorũ gens miſerunt nos, vt renouemus amicitiam, &
ſocietatẽ ſecundũ priſtinum. Et dederunt illis epiſtolas
ad ipſos per loca, ut reducerẽt eos in terrã Iuda cũ pace.
b Et hoc eſt exemplum epiſtolarum, quas ſcripſit Ionathas 4

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XII.

* ET vidit Iona. *Hic conſequenter deſcribitur ducatus Ionathæ ſub Antiocho filio Alexandri iam regnante, ſub quo videns ſibi proſpere ſuccedere, & nolens omittere de his quæ ſecundum humanam prouidentiam facere poterat, ad firmandum populum ſuum in pace. Primo cum extraneis ſe confœderauit. Secundo contradictores Alexandri Regis expugnauit, ibi*: Et audiuit Ionathas. *Tertio, Triphon eum defraudauit, ibi*: Et cum cogitaſſet Triphon. *Prima in duas, quia primo ponitur eius confœderationis epiſtolarum conſcriptio. Secundo ſententiæ recitatio, ibi*: Et hoc eſt exemplum. *Circa primum dicitur.*

1 Et vidit Iona. *Dicitur autẽ tẽpus eſſe bonũ, & iuuare, quando contingũt in ea proſpera, malũ autẽ, & nocere, quando aduerſa.*
2 Et ele. uiros. *Ad talem legationem aptos. Sequitur.*
3 Miſit epi. ſec. eam for. *i. eandem ſententiam de amicitia ſtatuenda, & renouanda. Cætera patent.*
4 Et hoc eſt ex. *Hic conſequenter ponitur recitatio ſententię epiſtolarum. Et primo epiſtolę Ionathæ miſſæ Spartiatis. Secundo epiſtolę reſponſiuæ ab eis, ibi*: Et hoc reſcriptum. *In epiſtola uero Ionathæ fit mentio de quinque. Primo de quędam epiſtola prius miſſa tempore Oniæ ſummi Sacerdotis a Rege Spartiatarum Iudæis. Et hoc eſt quod dicitur.*

✠ Iam

MORALITER.

† 1 *Et vidit Ionathas quod tempus eum.* Per hoc autem quod Ionathas miſit nuncios ad diuerſa loca, & longinqua, ſignificata fuit miſſio Apoſtolorum, & aliorum diſcipulorum per Chriſtum ad diuerſas partes orbis ad prædicandum Gentibus Euangelium pacis.

† Et

A de Agar videlicet,&Cethura, ſicut ſcriptura manifeſtat, ut ab aliquo eorum origo proceſſerit Spartiatarum. Sed Ioſephus huius loci mentionem faciens, non videtur tãtum cognationem Spartiatarum cum Iudęis, verumetiam aliquam ſocietatem velle exprimere, quia Lacedæmoniorum epiſtolam ſcriptam taliter refert: Rex Lacedæmoniorum Arius Oniæ ſalutem. Legentes aliquam ſcripturam inuenimus ex uno genere Iudæos,& Lacedęmones extitiſſe, & familiaritatem cum Abraham ſocialiter
B habuiſſe. Iuſtum ergo eſt dum fratres exiſtatis,& trãſmittere ad nos, & petere quæ vobis neceſſaria iudicatis,faciemus vero & nos idem, veſtra propria ſimul,&noſtra communia reputamus. Portitor literarum Domitius epiſtolas vobis defert quadrangulo ſcriptas, ſignaculum habentes, aquilam draconem vnguibus deportantem. Epiſtola igitur a Lacedęmoniorum Rege deſtinata textum huiuſmodi continebat.

ſhus.

Spartiatis. Iona
thas sũmus Sa-
cerdos, & ſenio
res gentis & Sa
cerdotes,et reli-
quus populus
Iudæorũ, Spar-
tiatis fratrib.ſa- 1
lutem. Iam pri-
dem miſsæ erãt
epiſtolæ ad O-
niam ſummum
Sacerdotẽ a Da
rio qui regna-
bat apud vos,
quoniam eſtis
fratres noſtri,ſi-
cut ſcriptum cõ
tinet, quod ſub
iectum eſt. Et ſu 2
ſcepit Onias vi-
rum qui miſsus 3
fuerat cum honore, & accepit epiſtolas,in qui- 4
bus ſignificabatur de ſocietate, & amicitia.
Nos enim cum nullo horum indigeremus, ha
bentes ſolatio ſanctos libros, qui ſunt in ma- 5
nibus noſtris, maluimus mittere ad nos reno- 6
uare fraternitatem, & amicitiam, ne forte alie-
C ni efficiamur a vobis. Multa enim tempora
tranſierunt, ex quo miſiſtis ad nos. Nos ergo
in 7
in omni tempore ſine intermiſſione in die- D
8 bus ſolemnibus,& cęteris,quibus oportet,me
mores ſumus veſtri in ſacrificijs, quæ offeri-
9 mus,& in obſeruationib⁹,ſicut fas eſt, & decet
meminiſse fratrum. Lætamur itaque de gloria
10 veſtra. Nos autem circumdederunt multę tri-
bulationes,& multa prælia, & impugnauerũt
11 nos Reges,qui ſunt in circuitu noſtro. Nolui-
12 mus ergo vobis moleſti eſse, neque cæteris ſo-
13 cijs,& amicis noſtris in his prelijs. Habuimus
enim de cœlo auxilium,& liberati ſumus nos
& humiliati ſunt inimici noſtri. Elegimus ita-
14 que Numenium Antiochi filiũ, & Antipatrem
Iaſonis filiũ. Et miſimus ad Romanos renoua- E
re cum eis amicitiam,& ſocietatem priſtinam.
Mandauimus itaque eis, vt veniant etiam ad
vos, & ſalutent vos, & reddant vobis epiſto-
las noſtras de innouatione fraternitatis no-
ſtrę. Et nunc benefacietis reſpondentes no-
bis ad hæc. Et hoc reſcriptum epiſtola-
rum, quod miſit Onias: Rex Spartiatarum
Onias, Ionathæ Sacerdoti magno ſalutem.
15 Inuentum eſt ſcriptura de Spartiatis, & Iu-
16 dęis, quoniam ſunt fratres, & quia ſunt de
17 genere Abraham. Et nunc ex quo hæc
cognouimus, benefacitis ſcribentes no- F
bis de pace veſtra. Sed & nos reſcripſimus
vobis, pecora noſtra, & poſseſſiones no-
ſtræ veſtræ ſunt, & veſtræ noſtræ. Man-
dauimus itaque hęc nuntiari uobis.
Et

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Iam pri. miſſæ erant ep. A Dario *Ioſeph. li. 12. antiq. Iudaicę nominat eum Arium,& idem eſt nomen ſicut in Latino Nicolaus & Colinus. Vocat tamen Spartiatas Lacedæmonios recitans epiſtolam in hac forma: Rex Lacedæmoniorum Arius Oniæ ſalutem: Legentes ſcripturam, inuenimus ex vno genere Iudæos & Lacedęmones extitiſſe, & familiaritatem cum Abraham ſocialiter habuiſſe. Iuſtum eſt ergo vt fratres exiſtatis,& tranſmittere ad nos & petere quę vobis neceſſaria iudicatis. Faciemus vero & nos idem,& veſtra propria ſimul vt noſtra communia reputamus. Portitor literarum Domitius epiſtolas vobis defert quadrangulo ſcriptas, ſignaculum habentes aquilam draconem vnguibus deportantem.*

ſep. Imo ... uocat ... 13. atiq.c.

2 Et ſuſcepit Onias virum. *A rege Spartiatarum ſeu Lacedæmoniorum.*

3 Cum honore. *Acceptans eius legationem.*

4 Nos enim cum nullo. *Hic ſecundo in epiſtola Ionathę ponitur cauſa ſcribendi, cum dicitur.* Nos enim cum nullo. *i. cum nos non eſſemus in aduerſitate ſed proſperitate, quaſi dicat. Non ſcribimus uobis ex aliqua neceſſitate, a qua nunc velimus per vos releuari, ſed ex ſola amicitia,& charitate inter nos & uos nutrit.*

5 Habentes ſolatio ſanctos libros. *Legis,& prophetarum.*

6 Qui ſunt in manibus noſtris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem, &c. *i. non ſumus pro nunc occupati in exercitio armorum, ſicut tempore præcedenti, ſed magis in lectione ſanctorum librorum. Cætera patent ex dictis ſecundum Ioſephum. Hæc litera.* Nos cum nullo horum indigeremus, &c. *Refertur ad ſcripturam, quam Lacedæmones dicebant ſe inueniſſe, continentem, quod erant de genere Abraham, de qua dicit Ionathas, quod non indigebant illa ſcriptura ad propoſitum probandum, quia per libros ſanctos, quos habebant Iudæi apud ſe hoc ſciebant. Sed qui ſint illi libri, non dicit Ioſephus in particulari, tamẽ infra eodem c. dicam quid ſuper hoc mihi uidetur.*

7 Nos ergo in omni tempore. *Hic tertio in epiſtola dicta fit mentio de fidelitate Iudæorum erga Spartiatas, cum dicitur,* Nos ergo in omni tempore. *Ex quo miſiſtis ad nos pro amicitia & fraternitate.*

8 Memores ſumus veſtri in ſacrificiis. *Quę fiebant de animalibus.*

9 Et in obſeruationibus. *i. alijs oblationibus & vigiliis & & orationibus.*

10 Nos autem. *Hic quarto ponitur ratio, quare non ſcripſerant Spartiatis tempore tribulationis,& bellorum, quæ acciderant Iudæis, cum dicitur.* Nos autem, &c. *Vt patet per prædicta.*

11 Noluimus ergo vo. mo. eſſe. *Petendo a uobis auxilium.*

12 Neque cæteris ſociis & amicis noſtris. *Et ſubditur cauſa cum dicitur.*

13 Habuimus enim de cælo au. *Quaſi dicerent, Non dimiſimus a uobis petere auxilium ex diffidentia de uobis, ſed quia non fuit nobis neceſſe, Deo nobis auxiliant.*

14 Elegimus itaque Numenium. *Hic quinto fit mentio de nuntijs epiſtolæ. Per eoſdem enim nuntios ſcripſit Ionathas Romanis & Spartiatis, ſed quia Romani maiores erant, ideo prius iuerunt ad Romanos,& poſtea ad Spartiatas,& hoc eſt quod dicitur.* Elegimus itaque Numeium Antiochi fi. *Cætera patent ex dictis.*

15 Et hoc reſcriptum epiſtolarũ quod miſit Onias: *Hic conſequenter ponitur epiſtola reſponſiua Regis Spartiatarum ad Ionatham.*

16 Rex Spartiatarum Onias Iona. Sacerdoti magno. *Sic .n. uocabatur Rex Spartiatarum tempore Ionathæ, ille uero, qui prius regnauerat Oniæ tempore, Darius uocabatur, vt dictum eſt ſupra.*

17 Inuentum eſt ſcriptura de Sparti. *Non dicitur hic, nec ẽt in Ioſepho, quæ ſit illa, ſed poteſt dici probabiliter, quod ſit ſcriptura Geneſis, in qua fit mentio de Abraham,& eius genere. Et dicũt aliqui, quod Spartiatę deſcenderunt de Abraham per unum de filijs eius ex Cethura natum, qui ponuntur Gen. 25. Sed huic dicto diſſonare uidetur quod ſupra dicitur eod. c. ſ. Lacedęmones cum Abraham familiaritatem ſocialiter habuiſſe, propter quod magis videtur, quod deſcenderint a Nachor fratre Abrahæ, qui cũ Abraham ſocialiter uixit lõgo tempore, cuius etiam generatio ſcribitur Gen. 32. Cętera patent ex prędictis.*

A Rabbanus. Myſticè.

a *Et au. Io.* Quid autem ſignificat, quod Ionathas aduerſus Demetrij principes, qui aduerſus eum egreſſi ſunt pugnare, exiit ab Ieruſalem, & occurrit eis in Amatithe regione, niſi quod ſacer ordo doctorum aduerſus perſecutores Eccleſiæ, hoc eſt, Iudæos, Paganos, & Hæreticos ſemper debet eſſe paratus præliari, & eorum perfidiæ reſiſtere? Quibus egrediẽs ab Ieruſalem occurrit in Amarithe regione; quia licet a quiete internæ contemplationis, qua animi oculo intuentur celſitudinẽ creatoris, & supernorũ magnitudinem pręmiorum, ad tempus exeant, vt confligãt cum hoſtibus, tamẽ a rectitudine veritatis nullo modo declinant. B Nam Amathi, veritas mea interpretatur. Sed ſiue in conflictu diſputationum contra C errores eorum contẽdant, ſiue flagella eorum ac cædes patienter tolerent, iuſtitiæ tamen veritatẽ nullo modo relinquũt, eis tribuunt facultatem vt per fraudem aliquo modo in regionem Eccleſiæ ſic ingrediantur, ſed ſũmopere nituntur, vt ſtatim in initio doli prauitatem eorum conterant, & caſtra Eccleſię illæſa conſeruent.

a Et audiuit Ionathas, quoniam † regreſſi ſunt principes 1
Demetrij cũ exercitu multo ſupra quàm prius, pugnare
aduerſus eum, & exijt ab Ieruſalem, & occurrit eis in A-
mathite regione. Non. n. dederat eis ſpatium, vt ingre- †
b derentur regionem eius. Et miſit ſpeculatores in caſtra
c eorum, & reuerſi renuntiauerunt, ꝗ conſtituunt ſuper- 2 †
d uenire illic nocte. Cum occidiſſet aũt ſol, pręcepit Iona-
thas ſuis vigilare, & eſſe in armis paratos ad pugnam to
e ta nocte. Et poſuit cuſtodes per circuitum caſtrorum. Et
audierũt aduerſarij, ꝗ paratus eſt Ionathas cum ſuis in
bello, & timuerunt, & formidauerũt in corde ſuo, & ac- 3
cenderunt focos in caſtris ſuis. Ionathas aũt, & qui cum 4
eo erant, non cognouerunt vſque mane. Videbant aũt 5
luminaria ardentia, & ſecutus eſt eos Ionathas, & nõ cõ-
prehendit eos. Tranſierunt. n. flumẽ Eleutherum. Et di- 6
uertit Ionathas ad Arabas, qui vocabantur Zabedęi, &
percuſſit eos, & accepit ſpolia eorum. Et iunxit, & venit 7
Damaſcum, & perambulabat oẽm regionem illam. Si- 8 9
mon autem exijt, & venit vſq; ad Aſcalonẽ, & ad proxi 10
ma pręſidia, & declinauit in Ioppen, & occupauit eam. 11
Audiuit. n. ꝗ vellent pręſidium tradere partib. Deme- 12 13
f trij, & poſuit ibi cuſtodes, ut cuſtodirent eã. Et reuerſus 14
eſt Ionathas, & conuocauit ſeniores populi, & cogitauit 15 16

b *Et miſit ſpeculatores.* Miſſis ſpeculatoribus caſtra hoſtium Ionathas explorat, cum prædicatores ſancti per viros induſtrios fraudem inimicorum inueſtigant, quatenus eorum conſiliis prauis compertis, dolum ipſorum facilius pręcauere poſſint.

D

c *Qui renũ. ei quod conſt. illic ſuper. nocte.* Illi enim nocte parant venire, qui cęco corde opera meditantur tenebrarum agere. At contra.

d *Ionathas pcepit ſuos vigilare, & eſſe in armis paratos ad pugnã tota nocte.* Quia ꝓpriũ eſt electorũ magiſtrorum, vt per uigiles ac cautos doceant eſſe ſubditos ſuos omni tempore iſtius vitæ, quo incerto degentes ad certum finem tendunt. † ingr

e *Et audi. aduerſarij quia para. eſt Ionathas, cũ ſuis in bel. & ti. val. & accen. fo. in ca. & me. ſunt fu. Quos ſec. eſt Ionatas ta. non con. quia trans flu. iam po. inuenit.* Formidant aduerſarii, quod ſe præparant in ſpiritale pręlium eccleſiaſtici, & accendũnt focos in caſtris ſuis, hoc eſt fingunt fortitudinem belli in turmis ſuis, ſed in mane lucentis fidei E perſequitur ſpiritalis Ionathas hoſtes ſuos, quos tamẽ non comprehendit, ideſt ad credulitatem nõ perduxit, quia in amore fluctuantis ſæculi illos æſtuantes conſpiciens irreuocabiles eſſe iudicauit.

F Raba Myſti

f *Et reuer.* Quod Ionathas reuerſus diſpoſuit ædificare muros Ieruſalem, & conſilio inito cum ſenioribus populi præſidia conſtruxit, & altitudinem magnam inter medium arcis; & ciuitatem, vt ſepararet eam a ciuitate, ſignificat ſanctos doctores poſtquam forem-

---

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et audiuit Ionathas, quoniam regreſſi ſunt. *Poſtquam deſcripta eſt confæderatio Ionathæ cum alijs gentibus, hic conſequenter ponitur eius conflictus cum Demetrij principibus. Et primo ponitur eorum debellatio. Secundo Iudeæ munitio, ibi:* Reuerſus eſt Ionathas. *Prima in duas, quia primo ponitur Ionathę cõflictus. Secundo Simonis fratris eius, ibi:* Simon autem. *Circa primũ dicitur:* Et audiuit Ionathas quoniam egreſſi ſunt. *Ad uindicandum opprobrium, eo quod fuerant a Ionatha debellati, ut habetur capitulo præcedenti. Cætera patent uſque ibi.*

D.uiſio

2 Quod conſtituunt ſuperuenire illic nocte. *i. ad caſtra Ionathæ, vt ea percuterent repente, propter quod Ionathas præcepit ſuis vigilare, & ad pugnam paratos eſſe.*

3 Et accenderunt. *Simulantes, quod ibi manerent tota nocte, ſed eis accenſis fugerunt.*

4 Ionathas autem, & qui cum eo, &c. *ſ. fugam eorum. Et ſubditur cauſa.*

5 Videbant, &c. *Ac ſi eſſent ibi homines.*

6 Et diuert. &c. *Secundum Ioſephum iſti ſunt qui ſupra. 9. cap. dicuntur filij Iambri, & occiderunt Ioannem Ionathæ fratrem.*

7 Et iun. *Exercitum ſuum vniendo.*

8 Et ve. Da. *Ad confirmandum populum cum Antiocho.*

9 Simon autem. *Hic conſequẽter deſcribitur conflictus Simonis cum aduerſarijs, cum dicitur.* Simon autem exiit. *De Ieruſalem, ubi remanſerat ad terræ cuſtodiam.*

10 Et venit vſque ad Aſcalonem, &c. *In quibus erant homines Demetrij tenentes ea.*

11 Et declinauit in Iop. *Et ſubditur cauſa.*

12 Audiuit enim quod vel. præ. *i. ciuitatis fortalitium.*

13 Tradere par. De. *Propterea feſtinauit capere ipſum pro parte Antiochi.*

14 Et re. eſt. *Hic conſequenter ponitur Iudeę munitio, cum dicitur.* Et reuerſus eſt Ionath. *Aduerſarijs partim fugatis, & partim occiſis.*

15 Et conuo. ſenio. populi. *Pro conſilio habendo.*

16 Et cogi. cum eis ædifica. *Ad terrę fortificationem.*

---

## MORALITER

1 *Et audiuit Ionathas quoniam ingreſſi ſunt principes de.* Sequitur.

† *Non enim dederat eis ſpatium, vt ingrederentur regionem.* Per quod ſignificatur, quod pugnans prudenter contra dæmonem, non dat ſibi ingreſſum tentationis per delectationem maxime moroſam, in principio repellit eũ.

† *Cum occidiſſet autem ſol, præcepit Iona. ſuis vigi.* Per noctẽ intelligitur totum præſens tempus propter obſcuritatẽ ignorantiæ, in qua nocte diabolus inſidiatur fidelibus, vt poſſit eis nocere, propter quod bonus prælatus qui per Ionatham ſignificatur, hortatur eos ad vigilantiam virtutum, vt valeant reſiſtere contra dæmonis inſultũ, ſecundum illud 1. Petri. 5. b. *Fratres ſobrij eſtote, & vigilate; quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide.*

14 *Et reuerſus eſt Ionathas, & cõuoc. &c.* Per hoc ꝙ Ionathas de prælio reuerſus poſt victoriã fuit ſollicitus ędificare præſidia, ſignificatur ꝙ bonus prælatus licet uitia debellauerit, tamen debet eſſe ſollicitus de præſidiis virtutum † facien-

cum eis ædificare præſidia in Iudæa,& ædificare muros in 1
Ieruſalem, & exaltare altitudinem magnam inter mediũ
arcis,& ciuitatis,vt ſepararet eam à ciuitate, vt eſſet in ip-
ſa ſingulariter,& neque emant,neque vendant. Et conue
nerunt, vt ædificarent ciuitatem, & ceciderunt muri, qui 2
erant ſuper torrentem ab ortu ſolis, et reparauit eum, qui 3
vocatur Caphetheta. Et Simon ædificauit Adiada,& Se- 4 5
a phela,& muniuit eam,& impoſuit portas,& ſeras. Et cum 6
cogitaſſet Triphon regnare Aſiæ, & aſſumere diadema,&
extendere manum in Antiochum Regem, timens ne for-
tè non permitteret eum Ionathas, ſed pugnaret aduerſus
eum,quærebat comprehendere eum,& occidere. Et exur- 7
gens abijt in Bethſan, & exiuit Ionathas obuiam illi cum
quadraginta millibus virorum electorum in prælium,&
venit Bethſan. Et vidit Triphon,quia venit Ionathas cum
exercitu multo,vt extenderet in eum manus,& timuit. Et 8
excepit eum cum honore, & commendauit eum omni-
bus amicis ſuis,& dedit ei munera. Et præcepit eis exerci-
tibus ſuis,vt obedirent ei ſicut ſibi. Et dixit Ionathæ: Vt
quid vexaſti vniuerſum populum,cùm bellum non ſit no
bis? Et nunc remitte eos in domos ſuas. Elige autem tibi
viros paucos, qui tecum ſint,& veni mecum Ptolomai- 9
dan, & tradam eam tibi, & reliqua præſidia, & exerci- 10
tum, & vniuerſos præpoſitos negotij, & conuerſus abi-
bo. Propterea enim veni: Et credidit ei, & fecit ſi- 11
cut dicit, & dimiſit exercitum, & abierunt in terram Iu-
da. Retinuit autem ſecum tria millia virorum, ex quib. re 12
miſit in Galilæam duo millia: mille aũt cum eo venerunt

☞ forenſibus bellis ad tempus occupati fuerint,intus de Ec-
A cleſiæ munitione cum ſpiritalibus viris tractare, ne fortè per hoſtes internos lædatur,ergo qui in arce ciuitatis erãt & inſidiabantur ciuibus Ieroſolymitanis, ſignant hæreticos,qui in arce ſuperbiæ ſuæ collocati nũquam aduerſus Eccleſiam dolos machinari deſiſtunt: quos intercludit Ionathas myſticus ſpiritali p̃ſidio, vt ſint ſingulariter,& non emant,neq; vendãt, quia excommunicatione validiſſima ab Eccleſiæ vnitate eiecti ſunt,nec eorũ ſecta recipitur, nec eccleſiaſtica doctrina illis tanquã ſpurciſſimis, & omni fęditate turpiſſimis porcis ad contaminandum vllo modo committitur;cõtradicente hoc ipſũ, & prohibẽte domino ſaluatore in Euã-
B gelio vbi ait. *Nolite ſanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas, & conuerſi diſrumpat vos.* Murus ergo, q cecidit ſuper torrentem ab ortu ſolis, quem & reparauit Ionathas, ſignificat eos, qui videbantur in Eccleſia aliqnam cuſtodiam gregis ſibi commiſſi gerere, ſed in rebus tranſitorijs innitentes,at-
C que ambitioni ſæculi deſeruientes,prolapſi ſunt in voluptatibus iſtius vitæ,& a proprio ſtatu ceciderunt,quos neceſſe eſt,vt ſanctorum ſolertia reſtaurare contendat, & ad priorem firmitatem eccleſiaſtico dogmate roborando reducere.

Mat.7.a.

a *Et cũ co.* Triphõ iſte hypocritarũ,atq; hæreticorũ figuram tenet,qui aliter agunt, aliterq; loquuntur, atq; aliud
D intentione moliuntur. Contra quem Ionathas cum quadraginta millibus occurrit, qui contra tales Euangelica doctrina,& cuſtodia mandatorũ Dei neceſſaria eſt. Quiſquis .n. ſecundum Euangelij documenta legis præcepta ſeruauerit,hoſtium cuneos ſecurus penetrabit. Sed ꝙ Triphon dolo perſuaſit Ionathę,vt remitteret a ſe exercitũ, ſecũq; pacificè perrexit, ſicq; eum deluſum captiuauit, atq; ſecum cõmeantes occidit: ſignificat eorum ruinam,qui legitimè ſe non obſeruant, neq; cautelam in circũſpectione cordis,& conſeruatione corporis ha-
E bent. Hos.n. quia illã Euangelij doctrinam nõ attendunt, (vbi ſaluator diſcipulis ſuis præcepit dicens. *Vigilate,& orate,vt non intretis in tẽtationem.* Et item. *Attendite* inquit, *vobis a falſis prophetis,qui veniunt ad vos in veſtimẽtis ouiũ: intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces*) meritò hoſtium ſuperat, atque interimit exercitus, quia magiſtri celeſtis doctrina ab illis non condignè ſeruatur. Porrò loco Ionathæ Simon frater eius Sacerdotio fungit̃, & populi ducatũ gerit cũ in pręſenti Eccleſia alijs decedẽtib. alij ſubſtituunt̃,q locũ regiminis teneãt,& in caſtris ſpiritalib milites Chri ſedulò exerceãt,quatenus hoſtib. vniuerſis belligerãdo opportunè reſiſtere valeãt. Sed Triphõ typicus ſimili mõ Simonẽ fictionib. falſis,vt fratrẽ eius deluſerat,decipere conat̃:
☞ quia

Mar.14.d.

Mat.7.c.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et ædifi.mu.in Ieru. *Diſpoſuit.n.facere murũ magnũ,& altum inter arcem,& reliquã ciuitatis partẽ,vt illi,qui erãt in arce, nõ poſſent habere victualia de ciuitate,ideò ſubditur.* Et neque emant.

2 Et ceci.mu.*i.murus. Ita ꝙ ponitur ibi plurale pro ſingulari,ſicut frequenter clauſura ciuitatis dicitur murus,& muri in plurali.*

3 Super torren. *Cedrõ, qui currit ex latere oriẽtali in Ieruſalem.*

4 Et reparauit eum.*ſ.murum,qui ceciderat.* 5 Et Simon ædificauit. *Nomina ſunt fortaliciorũ, vel potius duarum portarũ vnius fortalicij:ideò ſubditur. Et muniuit eam.* 6 Et cum cogi. *Hic vltimò deſcribitur Ionathæ deceptio. Circa ꝙ ſciendum, ꝙ Triphon audiẽs Demetriũ eſſe captũ,& incarceratum ab Arſace Rege Perſidis, & Mediæ,& ẽt mortuorũ, vt dicit Ioſephus antiq. Iud. lib.13.c.9. & 10. cogitauit interficerẽ Antiochũ Regẽ,& aſſumere ſibi regnũ, ſed quia timuit ne Ionathas,qui zelabat ꝓ Antiocho,impediret eũ, ideò primò diſpoſuit interficere Ionathã. Et ſecundũ hoc illa,quę dicũtur hic,& c.ſeq. ponuntur hic per anticipationẽ: quia cõtigerunt poſt incarceratione Demetrij,quæ ſcribitur infrà in principio 14.ca. Sed hoc ſtare non põt,cũ textu huius libri, quia ibi dicitur, ꝙ hæc captio fuit an.172.& c.13. dicitur, ꝙ an.170. ablatũ eſt iugũ gentium ab Iſrael,& cępit popul⁹ ſcribere in tabulis & geſtis publicis an. primò ſub Simone ſummo Sacerdote,magno duce,& Principe Iudæorũ. Simõ aũt in ducatu Ionathæ ſucceſſit,& ideo cũ liber iſte ſit maioris authoritatis,quã dictũ Ioſephi:dicendũ,ꝙ illa quæ dicũtur hic & c.ſeq. nõ ponũtur per anticipationẽ,ſed ſecũdũ tẽporis ordinẽ. Sic ergo proceditur. Quia primò ponitur Triphonis fraudulẽta malignitas. Secũdò Ionathæ nimia credulitas,ibi.* Et credidit ei. *Circa primum patet ex dictis literis vſque ibi.* 7 Exurgens abijt,&c. *Vt caperet,& interficeret Ionathan:ſed videns, quod non poterat hoc facere per bellum,conuertit ſe ad fraudem,& dolum,ideò ſubditur.*

Ioſephus.

Diuiſio.

8 Et exce. *Vt melius poſſet eũ decipere:vt patet litera,vſq; ibi.*

9 Et ve.me. *i. Achon,quæ erat ciuitas magna de regno Syriæ.*

10 Et tradam eam,&c.& reli.præſidia. *Vel cuſtodias nomine Regis.* Et con.abi.

11 Et cre.ci. *Hic cõſequenter deſcribitur ipſius Ionatæ nimia credulitas,cum dicitur.* Et cre.ci. *Quia principalior erat in domo Regis Antiochi,cui Ionathas erat cõfęderatus,& amicus,vt patet ex ſupra dictis:& ignorabat machinationes Triphonis in mortem Antiochi.*

12 Ex quibus reb. *Eo ꝙ Principes Demetrij aliquando faciebant inſultum in parte illa, vt dictum eſt ſup.11.cap. verſus finem.*

* Clau.&c.

## MORALITER.

† faciendis contra futuros inſultus tentationum, non ſolũ pro populo,ſed etiam pro ſeipſo, ne ex præterita victoria inſurgat elatio, quæ ipſum deijciat à virtute: & ſic victoriæ gaudium conuertatur in lamentationem, & luctum.

6 *Et cum cogit. Triph.* Per Triphonem,qui quærebat occidere Ionathan, ne ipſum impediret ab Antiochi adoleſcẽtis occiſione doloſa, ſignificatur dæmonis doloſitas, qua quærit bonum prælatum, vel doctorem gladio peccati mortalis occidere, & ſic infamare, ne per doctrinã ſuam impediat eum a ſimplicis populi ſubuerſione. Quia cuius vita deſpicitur,reſtat vt eius prædicatio contemnatur, vt dicit Greg. Hom. 38.

11 *Et credidit.* Per hunc Ionathæ defectum, quo credidit Triphoni doloſo,ex quo fuit captus & occiſus, ſignificat̃ defectus illorum,qui poſt opera magna virtutũ deluſi viſionib. fictis credunt dæmonum verbis,ſicut dicitur in libro de collationib. patrum abbatis Moyſi collatione 2. de illo,qui ſe proiecit in puteum,vt dictum eſt ſup.c.1. lib.1.

A quia nunquam antiquus hoſtis per ſe, ſuoſque miniſtros cultoribus Chriſti inſidias diſponere ceſſat. Sed qui Simonis, hoc eſt, obedientis, & diuinis præceptis rite obtemperantis dignè gerit officium, vniuerſorum hoſtium, ſuperno adiutus auxilio, poteſt deuitare ſcandalum.

D *ledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſuȝ vos mentientes propter me. Gaudete in illa die, & exul. quoniam mer. veſtra multa eſt in cęlo.* Et iterum. *Gaudete, inquit, & exul. quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo.* De quibus, & Pſalmiſta ait. *In memoria æterna erit iu. ab au. ma. non time.* Hi .ſ. poſt mortem magis valere, & fęlicius viuere creduntur, cum ipſe rex, & dominus eorum Ieſus videlicet Chriſtus triũphos eorum ſignis, ac miraculis coruſcantibus in toto orbe declarare cognoſcitur. Ita vt iuxta memoriã reliquiarum ipſorum cæcis tribuatur viſus, ſurdis auditus, & claudis greſſus, & mutis loquela, ac varijs ægritudinib. cura ſalubris per eorũ orationes præſtetur. Et è contrario ibidem periuri, ac malitioſi à dæmonijs inuadantur, flagitioſi, & increduli puniãtur, ipſiq; dæmones validis tormentis iuxta id, quod palam rugiendo profiteri coguntur, excrucientur.

Luc. 6.
Pſal. 111.

Vt autem intrauit Ionathas Ptolomaidam, clauſerunt por 1
tas ciuitatis Ptolemenſes, & comprehenderũt eum, & om- 2
nes, qui cum eo intrauerant, gladio interfecerunt. Et miſit
Triphon exercitum, & equites in Galilæam, & in campũ
magnum, vt perderet omnes ſocios Ionathæ. At illi cum
cognouiſſent quia comprehenſus eſt Ionathas, & perijt, &
omnes qui cum eo erant, hortati ſunt ſemetipſos, & exie-
runt parati in prælium. Et videntes hi, qui inſecuti fuerãt, 3
quia pro anima res eſt illis, reuerſi ſunt. Illi autem omnes 4
venerunt cum pace in terram Iuda. Et planxerunt Iona- 5 6
than, & eos qui cum eo erant valde. Et luxit Iſrael luctu
magno, & quæſierunt omnes gentes, quæ erant in circuitu
eorum conterere eos. Dixerunt enim: Non habent princi-
pem, & adiuuantem, nunc ergo expugnemus illos, & tolla
mus de hominibus memoriam eorum.

Rabanus. Triphon verò, ſimul cum Ionatha filios ipſius, quos ob fides accepit interfecit, licet eos promiſſerit ſimul cum patre ſeruandos, quia antiqu⁹ hoſtis quoſcunque ſeducendo in peccati mortem impellit. Horũ profecto filios, hoc eſt opera, licet antea B pacem blandiendo ſimulauerit, in fine æterno cruciatui digna manifeſtabit. Poteſt etiam Ionathas ſimpliciũ, qui ſunt in Eccleſia Typum gerere, quos verſutia callidorũ ad tempus captiuare videtur, cum corporalibus damnis eos affligit, quorum animæ tamen in fidei veritate perſiſtentes, liberè poſt mortem carnis in lucem euadent perpetuã. Vnde & plurimi ipſorum poſt obitũ præſentis vitæ, victricia ſigna iuxta ſua ſepulchra hr̃e meruerũt, ſicut Simon in ſequẽtib. legit̃ patri, & matri, & fratrib. memoriale in ſepulchris ipſorũ cõdidiſſe. Porrò ſancti quos Saluator in ſimplicate, & innocẽtia ſua ꝑmanẽtes confortat dicẽs. *Nolite timere eos qui corpus occidũt, & poſt hæc nõ hñt qd faciant vobis: ſed potius cũ timete, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in Gehennam ignis*, & itẽ: *Beati eſtis, ait, cũ ma-*

Mat. 10. c.
Mat. 5. a.

✻ Hegeſippus. Iudæ ſucceſſit Ionathas non minus virtutis ſimilitudine par, quàm naturæ germanitate. Qui poſt multa in bellicis rebus opera, in rebus ſacris officia, quæ circa templi purificationẽ ſpectata, & probata ſunt, prætenta per dolum amicitiæ fide, intra vrbem hoſtium clauſus, nec longo poſt interuallo necatus eſt. Ioannes etiam ſenior natu frater, & Eleazar iunior cæteris, pro religione mortem non recuſarunt.

Li. 1. Hiero.

*Et*

NICOLAVS DE LYRA.

C 1 Clau. &c. *Sicut mandauerat eis Triphon.*
2 Et comprehen. e. *Viuum. Cætera patent vſque ibi.*
3 Et viden. *Socios Ionathæ.*
4 Quia pro a. *i. vita.*
5 Res eſt il. *ſ. Ionathæ ſocijs.*
6 Reuerſi. *ſ. non audentes cum eis confligere, propter hoc dixit Abner Ipſi Ioab. 2. Reg. c. 2. An ignoras qa periculoſa ſit deſperatio*

CAP. XIII.

ET audiuit Simon, quòd cõgregauit Triphon 1
exercitum copioſum, vt veniret in terram
Iuda, & attereret eam: videns quia in timo-
re populus eſt, & in timore aſcendit Ieruſalem, & cõ- 2
gregauit populum, & adhortans dixit: Vos ſcitis 3
quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei feci- 4 5
mus pro legibus, & pro ſanctis prælia, & anguſtias 6
quales vidimus. Horum gratia perierunt fratres mei 7
omnes propter Iſrael, & relictus ſum ego ſolus. Et 8 9
10 nunc non mihi contingat parcere animæ meę in om
11 ni tempore tribulationis. Non. n. melior ſum fratrib. F
12 meis. Vindicabo itaq; gentem meam, & ſancta, natos
13 quoque noſtros, & vxores, quia congregatæ ſunt
14 15 vniuerſę gentes conterere nos inimicitiæ gratia. Et
accenſus eſt ſpiritus populi ſimul, ut audiuit ſermo-
nes iſtos, & reſponderunt uoce magna dicentes: Tu
es dux noſter loco Iudæ, & Ionathæ fratris tui. Pu-
16 gna prælium noſtrũ, & omnia quæcunq; dixeris no-
17 bis, faciemus. Et congregans omnes uiros bellatores
accele-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIII.

* 1 ET au. Si. *Hic incipit quarta pars principalis huius libri primi, in qua agitur de ducatu Simonis. Et diuiditur in duas partes: quia primò deſcribitur eius ducatus ſub Antiocho adoleſcente, & Demetrio qui ſimul regnauerunt certantes de regno. Secundò ſub Antiocho Demetrij filijo. c. 15. Prima in duas: quia primò deſcribitur Iudææ pacificatio ſub regimine Simonis. Secundò fœderis renouatio cum extraneis c. ſe. Prima in tres: nam primò Simon in ducem eligitur. Secundò Triphon repellitur ibi.* Et mouit Triphon. *Tertiò Iudæis libertas redditur, ibi.* Et elegit Simon. *Circa Simonis electionem primò ponitur eligendi cauſa. Secundò electionis forma, ibi.* Et accenſus eſt. *Tertiò electi induſtria, ibi.* Et congre. &c. *Cauſa verò eligendi ducem fuit, quia capto Ionatha Triphon congregauit exercitum magnum ad delendum Iudææ populum, qui carens duce diſſolutus erat timore. Quod audiens Simon voluit tanto malo obuiare, ideò ſubditur.*

Diuiſio.

2 Et con. *Ad ipſum confortandum.*
3 Vos ſc. *Pro legibus ſeruandis.*
4 Et pro ſanc. *i. templo, & cultu diuino venerandis.*
5 Prælia. *i. labores præliorum.*
6 Et ang. *Cordis, & corporis.*
7 Qua. vi. *i. experti ſumus, & ſuſtinuimus.*
8 Horum gr. *Vt patet per prædicta.*
9 Et nunc, &c. *i. vitæ meæ corporali.*
10 In o. tem. *Populi mei.*
11 Vind. ita. *Occiſam, & captiuatam.*
12 Et ſan. *A gentibus contaminata.*
13 Quia con. *Et eſt hyperbole, ad deſignandum, ꝙ Triphonis exercitus erat congregatus ex multis gentibus.*
14 Con. nos. *i. odio ſolo ſine culpa noſtra.*
15 Et ac. *Hic conſequenter ponitur electionis forma, cum dicitur.* Et ac. *Nam pari conſenſu, & voluntate elegerunt eum pro duce, ideò ſubditur.*
16 Et om. *Obediendo tibi vſq; ad mortem.*
17 Et con. *Hic conſequenter ponitur electi induſtria, cum dicitur.* Et congre. *Vt eſſent parati contra Triphonem.*

* Acce-

*MORALITER.*

† 1 *Et au.* Per hoc autẽ ꝙ Simon mortuo fratre ſuo onus accepit pro gentis ſuæ defenſione, ſignificatur ꝙ bonus religioſus, qui per Simonẽ ſignificatur eo ꝙ Simon obediens interpretatur, non debet fugere laborem in monaſterij, vel Eccleſiæ regimine, quando ex boni prælati morte imminet periculum religionis, monaſterij, vel Eccleſię ex dæmonis doloſitate, vel tyranni malignitate.

† *Et*

A accelerauit omnes muros in Ieruſalem con- 1
ſummare,& muniuit eam in gyro. Et miſit Io 2
nathan filium Abſalomi, & cum eo exercitū 3
nouum in Ioppen,& eiectis his,qui erãt in ar
ce remãſit illic ipſe. Et mouit Triphon a Pto
lemaida cū exercitu multo, vt veniret in ter- 4
ram Iuda,& Ionathas cum eo in cuſtodia. Si
mon autem applicuit in Addus contra faciē 5
campi. Et vt cognouit Triphō,quia ſurrexit 6
Simō loco fratris ſui Ionathæ, & quia cōmiſ- 7
ſurus eſſet cū eo prælių,miſit ad cū legatos di
cens; Pro argento quod debebat frater tuus 8
Ionathas in ratione Regis propter negotia,
quæ habuit,detinuimus eum. Et nunc mitte
argenti talenta centum,& duos filios eius ob
ſides, vt non dimiſſus fugiat a nobis, & re-
mittemus eum. Et cognouit Simon, quia 9
cum dolo loqueretur ſecum. Iuſſit tamen da 10
ri argentum, & pueros, ne inimicitiam ma- 11
gnam ſumeret ad populum Iſrael dicentem.
Quia non miſit ei argentum, & pueros,pro
pterea perijt. Et miſit pueros,& centum ta-
lenta. Et mentitus eſt,& non dimiſit Ionathã.
B Et poſt hæc venit Triphon intra regionem,
vt contereret eam, & gyrauerunt per viam, 12
quæ ducit Ador. Et Simon, & caſtra eius 13
ambu-
C

14 ambulabant in omnem locum quocunque D
15 ibant. Qui autem in arce erant, miſerunt
16 ad Triphonem legatos,vt
feſtinaret venire per deſer
tum, & mitteret illis ali-
monias. Et parauit Tri-
phon omnem equitatū,
17 vt veniret illa nocte. Erat
enim nix valde multa, &
non venit in Galadithim.
18 Et cum appropinquaſſet,
Baſchamam, occidit Iona
19 than,& filios eius illic. Et
cōuertit Triphon,& abijt
in terram ſuam. Et miſit
Simon,& accepit oſſa fra-
tris ſui Ionathæ, & ſepeli-
uit ea in Modin ciuitate
patrum eius. *Et planxe-
runt eum omnis Iſrael plã
ctu magno, & luxerunt
a eum dies multos. Et ędi-
ficauit Simon ſuper ſe-
† pulchrum patris ſui, &
fratrum ſuorum ædi-
ficium altum viſu, lapide polito re-
tro &

a *Et ædi. Si.* Simō patri,& matri,& fratribus ex lapide polito memoriã ſup ſepulchra fabricati cū ſãcti pdicatores facta præcedentiū patrū, ac finē glorioſū ad exemplū præcedētibus cōmemorando magna auctoritate oſtendunt. Hoc eſt .n. ante, & retro lapidē politum ponere, vt qualiter ante finem vitæ pio dogmate,& sãcta cōuerſatione vixerint, & quale exēplū patientiæ ac longanimitatis ſuæ poſt obitum poſteris reliquerint, manifeſtè auditoribus ſuis ſtudeant fida narratione declarare. Quod autem ſancti viri,patris, ac matris, atq; fratrū nomine nūcupentr oſtēdit Saluator in Euan- E

Raban. Ioſephus lib. 13. antiq. c. 9.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Accelerauit. *Quos inceperat Ionathas,vt habetur in cap. præcedenti.*

2 Et miſit Ionathan filium Abſalomi. *Qui erat fidelis amicus ſibi.*

3 Et cum eo exerci. *Et dicit nouum: nam ante poſuerat ibi Simon cuſtodes, vt habetur capite præcedenti: ſed timebat ne traderent Ioppen Triphoni,propter quod miſit alios,de quibus magis confidebat.*

4 Et mouit Triphon. *Hic conſequenter ponitur repulſio conatus Triphonis,& hæc fuit duplex. Secunda ibi.* Et poſt hæc venit. *Circa primum patet litera vſq; ibi.* Simon autem applicuit. *Cū exercitu ſuo.*

5 In Addus contra faciem campi. *Erat enim locus,vnde poterat planities terræ a longè videri.*

6 Et vt cognouit Triphon. *Inſtitutus dux populi.*

7 Et quia commiſſurus eſſet aduerſus eum prælium. *Ipſum reformidans conuertit ſe ad dolum.*

8 Dicens: Pro argento,quod debebat frater. *i. in computo de vectigalibus ab eo receptis,quod debebat reddere Regi.*

9 Et cognouit Simon,quia cum dolo loqueretur. *Nam erat homo prudens, propter quod ſupra 2. cap. dicitur. Vir conſilij.*

10 Iuſſit tamen dari argentum. *Ad euitandum maius malum .ſ. diſceſſum populi ab eo per odium,& ſic populus de facili periſſet exiſtens ſine duce,& diſperſus,& per conſequens periſſet cultus diuinus,ideò ſubditur.*

11 Ne inimicitiam magnam ſumeret. *Et ſic patet, ꝙ bene fecit,ſicut bene proijciuntur merces in mari propter ſalutem corporum quod eſt maius bonum,& patet litera.* F

12 Et poſt hæc. *Hic conſequenter ponitur ſecunda Triphonis repulſio. Secundò innocentum ab eo occiſio,ibi.* Et cum appropinquaſſet. *Circa primum dicitur.* Et poſt hæc venit Triphon intra regionem. *ſ. Iudææ.*

13 Et Simon,& caſtra,&c. in o. locum quocunq; ibant. *ſ. Triphon, & caſtra eius, vt obuiarent eis in prælium ante quam vaſtarent terram Iudææ.*

14 Qui autem in arce erant. *ſ. in munitione Ieroſolymitana contra populum Iſrael.*

15 Miſerunt. *Occultè.*

16 Vt feſtinaret venire per deſertum. *Vbi non obſeruabat Simon.*

17 Erat enim. *Hoc ponitur ad oſtendendum aduentus ſui impedimentum: nam ſicut dicit Ioſephus. Tanta nix cecidit in deſerto, quòd non potuit venire ſicut diſpoſuerat.* Ioſephus lib. antiq. 13. 9.

18 Et cum appropinquaſſet *Hic conſequenter oſtenditur malignitas Triphonis in occiſione innocentum,& primò Ionathę ducis: Secundò Antiochi Regis,ibi.* Triphon autem. *Circa primum dicitur.*

19 Occidit Ionathan,& filios. *In odium Iudęorum,& vt poſtea liberius occideret Dominum ſuum, vt dictum eſt capitulo præcedenti. Cętera patent vſque ibi.*

* Et

## MORALITER.

† 2 *Et miſit Ionathan filium Abſalomi,&c.* Ioppe, quæ pulchra interpretatur, animã rationalem ſignificat, quę Dei imagine inſignitur: ſed aliquando deceptione dæmonis vitijs deturpatur. Sed ad eam mittitur Ionathas qui columbæ donum interpretatur, propter quod Spiritumſanctum ſignificat qui procuratione Angeli ſancti, ad veram pœnitentiam animæ peccatricis ad eam mittitur, & ſic eiectis inde vitijs a Spiritusſancto inhabitatur.

13 *Et Simon,& caſtra,&c. in o. lo. quo. ibant.* ſ. Triphon,& exercitus eius, per quod ſignificatur ꝙ bonus prælatus debet eſſe ſollicitus conſiderare per quam partem diabolus ipſum inuadit, vel populum ſuum, & ſic occurrere per ſui, & populi diligentem cuſtodiam, ne diabolus inueniat intrandi viam.

† *Et ædificauit Simon ſuper ſepulchrum patris ſui.* Sepulchra patrum ædificare, eſt eorum merita ad aliorum informationem ſcribere, vel prædicare. Per ſeptem verò pyramides ſignificantur dona Spiritusſancti, & ſeptem virtutes. Per arma verò, qualiter contra mundum, carnem, & diabolum, viriliter pugnauerunt. Per naues autem qualiter per mare præſentis ſæculi ad portum ſalutis fœliciter trãſierunt: & hæc ſunt ad informationem viuentium, ideo ſubditur.

a tro,& ante, & ſtatuit ſeptem pyramides vnam contra vnã, 1
b patri,& matri,et quatuor fratribus. Et his circumpoſuit co 2
lumnas magnas,et ſuper columnas arma ad memoriã ęter 3
c nam,et iuxta arma naues ſculptas,quæ viderẽtur ab homi †
nib. nauigantibus mare.Hoc eſt ſepulchrum quod fecit in
Modin vſq; in hunc diem. Triphon autem cum iter face- 4
d ret cum Antiocho Rege adoleſcente dolo occidit eũ,et re- †
gnauit in loco eius. Et impoſuit ſibi diadema Aſiæ,et fecit 5
plagam magnam in terra. Et ædificauit Simon præſidia Iu 6
dææ,muniens eam turrib. excelſis, et muris magnis,et por
tis,et ſeris,et poſuit alimenta in munitionibus.Et elegit Si 7
e mon viros,et miſit ad Demetriũ Regẽ,vt faceret remiſſio- 8
nem regioni, quia actus omnes Triphonis per direptionẽ 9
fuerant geſtj. Et Demetrius Rex ad verba iſta reſpõdit ei,et 10
ſcripſit epiſtolam talẽ. Rex Demetrius Simoni ſummo Sa
cerdoti, et amico Regum, et ſenioribus, et genti Iudæo-
rum ſalutem. Coronam auream,et bainen quam miſiſtis 11

❧ Euangelio dicens. *Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui*
A *in cœlis eſt:ipſe meus frater,ſoror,& mater eſt.* Hinc,& Apoſto-
Mat.12.d. lus Paulus ad Corſcribens ait. *Nam ſi decem mi l.a pædagogo-*
1.Cor.4.d. *rum habeatis in Chriſto,ſed non multos patres. Nam in Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui.* Et de Timotheo ad Philippen
Phil.2.c. ſes ait. *Experimentum autem eius cognoſcite, quoniam ſicut patri filius mecum ſeruiuit in Euangelio.*

a *Statuit, & Simon ſep.pyra.vnam cõ.vnã pa.ac ma.ac qua.fra.* Cum doctor quilibet, qualiter vnicuique perſonæ priorum patrum lux ſapientiæ, quæ per ſeptiformem ſpiritũ fidelibus tribuitur collata ſit, demonſtrat.

b *Et his circumpoſ. colum. ma. & ſuper colum. ar. ad memoriam. æter.* Cum firmitatẽ, & rectitudinem fidei eorum,& in ipſa fide quomodo ar- B mis ſpiritualib. cõtra hoſtes pugnauerint,inſinuat.

✱ Auguſtinus. Sed pro viribus cura ſepeliendi,& ſepul- Sermo.34 de verbis Apoſt. chra conſtruendi ſuſcipiendã eſt, quia & hæc in ſcripturis ſanctis inter bona opera deputata ſunt. Nec ſolum in corporibus Patriarcharum,aliorumq; ſanctorum,& humanis cadaueribus quorumcunq; iacentium, verumetiam in ipſius Domini corpore prædicari,atq; collaudati ſunt, qui iſta fecerunt.Impleant hæc homines erga ſuos officia poſtremi muneris, & ſui humani lenimenta mœroris. Verum illa quæ adiuuent ſpiritus defunctorum,oblationes, orationes, erogationes, multò pro eis obſeruantius, inſtantius,abundantius impendant.qui ſuos carne,nõ ſpiritu mortuos,nõ ſolũ carnaliter,ſed & ſpiritaliter amant.

✱ Idem. Prouiſus ſepeliendis corporibus apud memo- Lib de cura pro mort agenda c.4. riam Sanctorũ locus,bonę affectionis humanę eſt erga funera ſuorum:quoniam ſi nonnulla religio eſt vt ſepeliantur,non poteſt nulla eſſe quando vbi ſepeliantur attenditur.Sed cum viuorum talia ſolatia requiruntur,quib.eorum pius in ſuos animus appareat,nõ video quę ſunt adiumenta mortuorum,niſi ad hoc,vt dũ recolunt vbi ſunt poſita eorum,quos diligunt corpora,eiſdẽ ſanctis illos tã quam patronis ſuſceptos, apud Dñm adiuuandos, oran- C do commendent. Quia non ob aliud,vel memoriæ, vel monumenta dicuntur ea, quæ inſignita fiunt ſepulchra mortuorum,niſi quia eos,qui viuentiũ oculis morte ſubtracti ſunt,ne obliuione ẽt cordib. ſubtrahantur, in memoriam

moriam reuocant,& admonẽdo faciunt cogitare. Nã & D memoriæ nomen id apertiſſimè oſtendit,& monumentum,eo ꝙ moneat mentem.i. admoneat, nuncupatur.

✱ Ambroſius. Feſtinauit Abraham pro loco ſepulchri (Saræ vxoris ſuæ) pretium ſoluere,cum gratis daretur, vt L.1.de Abraham c.9 Gen.23. non in alienis locis, ſed noſtris potius ædificemus tumulos parentum, vel proximorum. Hoc autem Abraham ideo fecit,quia non dum erant huiuſmodi Dei templa, in quibus fidelium in Domino reliquię conderentur.

c *Et iuxta ar. na. ſculp. quæ vide. ab ho. mi. naui. mare.* Rabanus Quia qualiter præcedentes iuſti præſentis vitæ pelagus nauigio crucis Chriſti tranſierint, omnibus in mundi iſtius fluctibus laborãtibus, ad ſpem ſolatij ipſorũ E docendo intimant, vt cognoſcant quoniam ſicut illis prædictum nauigium ſalubriter contulit littus quietis ita & ſibi crudelitas paſſionis Chriſti, & noſtræ redemptionis in ipſa, ſi condigna eidem credulitati opera habere velint,portum ſalutis æternæ conferat.

d *Triphon autem.* De hoc Pompeius ita refert. Dum Rabbanus hæc aguntur interim in Syriæ partibus,Triphon,qui ſe tutorem Antiocho Demetrij priuigno ſubſtitui a populo laborauerat, occiſo pupillo regnum Syriæ inuadit. Quo diu potitus, tandem exoleſcente fauore recentis imperij, ab Antiocho puero admodum, Demetrij fratre qui in Aſia educabatur bello vincitur, rurſumq; regnum Syriæ ad ſobolem Demetrij reuertitur.

e *Et ele.* Quod Simon ad Demetrium Regem viros miſit vt faceret remiſſionem regioni:hoc(ni fallor) ſignificat ꝙ ſancta Eccleſia prædicatores ſuos ad principes iſtius mundi dirigit, quatenus eos verbo ſibi fidei conciliet, & actus Triphonis figuralis,hoc eſt hæreticorum,atq; ſchiſmaticorum in irritum ducat, eorumq; ſuperbiam, propter quam noluerunt manſuetudini eccleſiaſticæ cedere, per rigorem exterarum poteſtatum conterant. Quibus & coronam auream ipſi legati deferũt, & Bainem (quod tradunt eſſe ornamentum colli ex annulis aureis confectum ſecundum morem prouintiæ) cum eis pro bono certamine æternæ vitæ coronam, & pro ſolatio oportuno, quo Eccleſiam ſuis dictis, atque defenſionibus adiuuent præmia cœleſtia repromittunt.

❧ In

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et ſta.ſep pyra. *Eſt aũt pyramis ædificiũ latius in inferiori parte,tendens ſuperius in acutũ,& dicitur a pyr,ꝙ eſt ignis qui eſt talis figuræ.Fecit aũt duas pyramides pro patre ſuo,& matre, & quatuor pro fratrib.ſeptimam aũt pro ſe, & ſic adhuc viuens fuit ſollicitus de ſua ſepultura.* 2 Et his cir.colũ. *Ad ſuſtentamentum ædificij.* 3 Et ſu.co.ar. *Sculpt. i vt dicũt: aliqui verò arma vera,ſicut ſuprà ſepulchra militum ponunt ſcuta, & vexilla ad memoriam æternã,ꝙ mortui erant in defenſione gentis ſuæ.* 4 Triphon autem. *Hic conſequenter ponitur malignitas Triphonis in occiſione domini ſui regis:& patet litera vſq: ibi.* 5 Et fe.pla. *Sicut dicitur Pro.29.a* Cum impij ſumpſerint principatum,gemet populus.
6 Et ædi.&c.perſ.iu. *Triphonis malitiæ reſiſtendo.*
7 Et ele.Sim. *Hic conſequenter circa Iudæos deſcribitur libertatis reſtitutio.Et primò ponitur eius adeptio.Secũdò executio,ibi.*In diebus illis. *Circa primũ ſciendũ,ꝙ licet rex Demetrius fugiſſet de plio ſicut victus,vt ſup.11.c.tamẽ poſtea recollegit ſe in vna parte regni, & aliqui principes,& milites recedẽtes ab Antiocho adhæſerũt ſibi pugnãtes ꝓ eo cõtra Ionathã,vt dictũ eſt ſup. 11.c.& 12. ſed poſtea Antio.occiſo,& Triph.regnãte pro eo, Iudęi magis elegerũt adhærere Demetrio,a quo prius receſſerant eo ꝙ mẽtitus fuerat Ionath.e pro miſſa,vt habetur ſup.c.11.quã Triphoni,qui Ionathã doloſè cęperat & ipſũ cũ filijs ſuis nequiter occiderat,& Demetrius libẽter recepit eorũ recõciliationẽ,vt cõtra Tripho.iuuarent eũ,qui doloſè occupauerat regnũ,& ſic condeſcendit Iudæis ad eorum voluntatẽ,& hoc eſt quod dicitur.*Et elle. *Ad negotium aptos.* 8 Et mi. *Rogando.*
9 Vt fa.re.re. *ſ. Iudæę de tributis, & exactionibus impoſitis a Syrię Regibus.* 10 Quia act.omnes,Tr.per di.&c. *aliã litera habet,Per deceptionem erant geſti. Hęc clauſula ponitur ad oſtendendum quare Simon miſit legatos ad Demetriũ,quia omnes actus Triphonis erant per deceptionem, & dolum, vt pat ex prędictis vel per direptionem.i. diſſipationem iuſtitię, & veritatis, & in idem redit, propter quod Simon cum eo fœdus noluit contrahere,ſed magis contra eum.ſ. Demetrium adiuuare.Cętera patent vſque ibi.*
11 Cor.i. *ornamentum colli ex aureis annulis contextum,hoc miſit Simon Demetrio,& ipſe ſuſcepit in ſignum factę reconciliationis.*

✱ Et

## MORALITER.

† *Quę viderentur,&c.* Ad inſtructionem futurorum,ideò præmittitur ad memoriam æternam.
4 *Triphon.&c.* Per Regẽ Antiochum adoleſcentẽ intelligi põt ipſe Adã,qui a Deo formatus ſupra cęteras creaturas ſtatim fuit rex inſtitutus,vt dr̃ Ge.1.Hũc aũt Triphon doloſus.i.diabolus ipſũ doloſè occidit per peccatũ mortale.
† *Et impoſuit,&c.*i poteſtatem ſuper genus humanũ. ꝙ pp peccatum Adæ tenuit captiuum quouſq; per Chriſtum, qui dicitur ſecundus Adam.1.Cor.15. fuit redemptum.

† In

ſuſcepimus, & parati ſumus facere vobiſcum pacem ma- 1
gnam, & ſcribere præpoſitis Regis remittere vobis quæ in- 2
dulſimus. Quæcunque enim conſtituimus, vobis conſtant 3
Munitiones quas ædificaſtis, vobis ſint. Remittimus quoq; 4 5
ignorantias, & peccata vſque in hodiernum diem, & coro-
nam quam debebatis. Et ſi quid aliud erat tributarium in 6
Ieruſalem iam non ſit tributarium, & ſi qui ex vobis apti
ſunt conſcribi inter noſtros, conſcribantur, & ſit inter nos 7
pax. Anno 170. ablatum eſt iugum gentiũ ab Iſrael. Et cœpit 8 9
populus Iſrael ſcribere in tabulis, & geſtis publicis, anno pri-
mo ſub Simone ſummo Sacerdote, magno duce, & Principe
a Iudæorum: In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & 10
circumdedit eam caſtris, & fecit machinas, & applicuit ad 11
ciuitatem, & percuſſit turrim vnam, & comprehendit eam.
b Et qui eruperunt erant intra machinam, & ciuitatem, & fa- 12
c ctus eſt motus magnus in ciuitate. Et aſcenderunt qui erant 13 14
in ciuitate cũ vxoribus, & filijs ſupra murum ſciſſis tunicis 15
ſuis, & clamauerunt magna voce a Simone poſtulantes dex-
tras ſibi dari, & dixerunt: Non nobis reddas ſecundum ma-
litias noſtras, ſed ſecundum miſericordias tuas, & ſeruiemus
tibi. Et flexus Simon non debellauit eos, eiecit tamen eos de 16
ciuitate, & emundauit ædes in quibus fuerant ſimulachra, 17
d & tunc intrauit in eam cum hymnis Dominum benedi- 18
cens. Et eiecta ab ea omni immunditia collocauit in ea vi- 19 20
ros, qui legem fecerant, & muniuit eam, & fecit ſibi ha- 21
e bitationem. Qui autem erant in arce Ieruſalem prohibe- 22
bantur egredi, & ingredi regionem, & emere ac vendere,
f & eſurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt.

A a *In diebus illis.* Quid eſt quòd Simon Gazam oppugnare aggreditur, niſi quòd prędicatores ſancti mundi errores debellare conantur? Gaza quę interpretatur fortitudo eius, ſignificat gentium rigorem atq; duritiam. Cõſtruit ergo machinas multas Simon aduerſus Gazam: cum Doctores ſancti diuerſas ſpecies dogmatum ad capiendas gentium munitiones cõſtruũt, quatenus eas prędą ſalutifera in domum regis ſui, Ieſu videlicet Chriſti redigãt. Qui percuſſit turrim vnam, & comprehendit: cum ſuperbiam gentilium ſtrauit, eorumque B corda in obedientiam Euangelij adduxit. Qui autem eruperant capiebantur inter machinã in ciuitate, quia inſolentia barbarorũ licet euadere Euangelij rete quæſierit, tamen veridicis teſtimonij legis Dei circumligata, atq; compreſſa eſt.

b *Et factus eſt, &c.* Cum totus mũdus concuſſus eſt Euangelica prędicatione, Motus enim magnus factus eſt in ciuitate, quando gentium feritas excitata eſt ad perſequendum confeſſores Chriſti, vt veri efficerentur martyres, qui fidei, ac dogmatis Chriſti erant aſſertores.

c *Et aſcender.* Qui ſunt illi, qui cum vxoribus & filijs ſupra murum ſciſſis tunicis aſcenderunt, & a Simone dex- C tras ſibi dari poſtulauerũt, niſi illi qui ſollicitudinibus, & cupiditatib. huius mundi diutius impliciti, poſtmodum conuerſi non veſtimenta ſua, ſed corda per pœnitentiam ſcindentes dextras reconciliationis, ac ſocietatis ab eccleſiaſticis ſibi dari expetunt? Quorũ petitioni miſerãdo Simon ſpiritalis cõſentiens, nõ anathematis gladio eos percutit, D ſed de ſuperſtitione gẽtilitatis educens, errores eorũ abſcindendo amouit, quatenus habitationem cõdignam in eorum pectoribus domino Chriſto pręparet.

d *Et tunc intrauit.* Tunc etiam, quando errores eiecti fuerint Gentilium, cũ laudib. Dei, doctores ſancti in conuenticula intrabunt gẽtium. Tũc quoque viros qui legem faciunt, ibidem ponũt, quia viros cultores Chriſti pijs prędicatorib. ibi eſſe faciunt. Et muniunt eam, faciuntq; ſibi ibidem habitationem, cum per Euangelium vndique fidei munimine Eccleſiam firmãtes in eius domicilio ipſi magiſtri cõmorando pro labore pio, quẽ pro confeſſione ipſorũ impenderant, æterna pręmia a iudice viuorũ ac mortuorum in fine ſibi retribuẽda, expectãt. E Rabanus.

e *Qui autem erant.* Hi qui erant in arce Ieruſalẽ, & ſæpius infeſtabant Iudęos, ſignificant hæreticos, & ſchiſmaticos, qui in arce ſuperbię ſuę ſe collocantes, lites, & bella mouent contra Catholicos. Quos vetat Simon egredi, & ingredi in regionẽ, & emere, & vendere, quia talib. doctores ſancti cum Catholicis contradicunt omnem ſocietatis habere communionem. Propter quod.

F f *Mul. ex eis fa. perierunt.* Quia multi ex iſtis cũ anathematizati extra cõionem Eccleſię ſequeſtrati fuerint fame, verbi Dei & inedia ſpiritalis ſcientię diſpereunt. Sed quia neceſſitate extrema cõpulſi, huiuſcemodi ſibi dextras cõionis dari ab Eccleſia poſtulauernnt, hoc eis ab ipſa indicitur

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et ſcrib. præ. Re. *i. præpoſitis noſtris.*

2 Remit. *A tempore Ionathæ.*

3 Quæcunque enim conſtit. *Tunc.*

4 Conſtant. *i. firmiter ſtant, nunc, & in futurum.*

5 Remit. quoq. &c. *i. ſi per ignorantiam feciſtis aliquid contra me pro Antiocho.*

6 Et ſi quid. *Scilicet amicos.*

7 Conſcri. *ſ. firma & libera: ideò ſubditur.*

8 Abla. eſt. *ſ. plenariè, antè verò fuerat ablatum partialiter, & imperfectè. Et quia iſtud fuit factum notabili: ideò ſubditur.*

9 Et cœpit pop. &c. *Tales enim annotationes temporum incipiunt ab aliquo euentu notabili, ſicut Iudæi primo ſcripſerunt ab exitu de Aegypto, poſtea de reditu a Babylone, & conſimiliter hic a Pontificatu Simonis, & eius ducatu: ſub quo libertas fuit eis reſtituta.*

10 In diebus illis. *Hic conſequenter ponitur executio dictæ libertatis: & primò impugnando Gazam, ſecundò arcem ibi:* Qui autem erant. *Circa primum dicitur.* In die. il. Si. ap. ad. Ga. *Quæ multum erat nociua Iudęis.*

11 Et circum. eam ca. *i. bellatorum cuneis.*

12 Et qui erupe. *i. effugerant de turre capta.*

13 Erant intra. *i. refugerant ad quandam munitionem ciuitatis ſic nominatam.*

14 Et factus. *ſ. timoris: ideò ſequitur.*

15 Et aſcend. *Et patet litera vſque ibi.*

16 Non debel. eos. *ſ. occidendo.*

17 Et emundauit ædes in qui. *Nam habitatores erant idololatræ.*

18 Et tunc intrauit in eam, &c. *Attribuendo illam victoriam Deo.*

19 Et eie. ab ea om. immun. *i. idololatria.*

20 Colloc. *Id eſt, Iudęos.*

21 Et mu. eam. *Contra aduerſarios.*

22 Qui autem. *Hic conſequenter ponitur impugnatio arcis, cum dicitur:* Qui au. e. in ar. Ie. prohi. *Scilicet per murum inter arcem, & ciuitatem ædificatum, vt dicitur ſupra cap. præcedenti: & per cuſtodias armatorum ſupperadditas a Simone. Cætera patent vſque ibi.*

*MORALITER.*

† 10 *In diebus illis, &c.* Per quam intelligi poteſt Simoniaca promotio, quę non acquiritur per ſciẽtiam, & virtutem, ſed per Gazam. Per arcem verò quę erat in Ieruſalem; ſignificatur promotio eccleſiaſtica, quę ſimiliter non fit per ſcientiam, & virtutem, ſed per generis nobilitatem. Simon autem eiecit de Gaza, & arce malos habitatores, & poſuit ibi bonos, per quod ſignificatur, quòd bonus prælatus dictas promotiones debet repellere, & idoneos ratione virtutis, & ſcientiæ promouere.

citur pactum, vt relinquant errores ſuos, & anathemati-
A zent ſectas nefarias, quib. antea adhęſerunt, & mundent conſcientiã ſuam ab omni nequitia hæreſeon, & ſic cõioni Eccleſiæ reſtituantur, vnde conuenienter ſubiungitur.

Gen. 21. a. *Et intrau.* Numeri iſti, hoc eſt, centeſimus ſeptuageſimus primus, & vigſimus tertius ſacris pleni ſunt myſterijs. Nam centeſimus, in quo Abraham Iſaac promiſſionis filium genuit, vitæ ſignificat perfectionẽ. Septuageſimus in quo captiuitas † Iſraelitarum reſoluta eſt peccatorum ſignificat remiſſionẽ. Sed quia hoc non niſi in Eccleſiæ conſiſtit vnitate: propterea ſu-

† Ieroſolymitarum.

Et clamauerunt ad Simonem, vt dextras acciperent, & dedit illis. Et eiecit eos inde, & mundauit arcem a contamina
a tionibus. Et intrauerunt in eam tertia, & viceſima die ſecũdi menſis, anno centeſimo ſeptuageſimo primo cum laude, &
ramis palmarũ, & citharis, & cinaris, & cymbalis, & nablis, 1
b & hymnis, & canticis, quia cõtritus eſt inimicus magnus ex 2
c Iſrael. Et conſtituit, vt omnib. annis agerentur dies hi cum 3
lætitia. Et muniuit montem templi, qui erat ſecus arcem, &
d habitauit ibi ipſe, & qui cum eo erant. Et vidit Simon Ioan- 4
nem filium ſuum, quòd fortis prælij vir eſſet, & poſuit eum 5 6
ducem vniuerſarum virtutum, & habitauit in Gazaris.

B per ſeptuagenarium numerum monas addita eſt. Porrò viceſimus tertius numerus ſanctę Trinitatis fidem, cum
Matth. 22. d. duobus præceptis charitatis, in quibus tota legis plenitudo conſiſtit, deſignat. Secundus autem menſis (in quo paſcha facere iubebantur, illi, qui ſuper animam hominis immundi erant) tempus gratię, & vocationis gentiũ oſtẽdit. Cum ergo, ſ'm hanc diſtinctionem, atque ſignificantiã
Myſticè. myſticorum numerorũ victoria a fidelibus capitur, hoc eſt, vt ſanctæ Trinitatis fidem cum duobus præceptis charitatis ſecundum Euangelicam doctrinam integram ſeruent, & vitæ perfectionem pro modulo ſuo habentes in Eccleſię vnitate, intellectu, & fide permanendo ad plenitudinem remiſſionis perueniant. Sic tunc rite cum cantico, & ramis palmarum, hoc eſt cum laude vera, & certa victoria cœleſtem intrabunt Ieruſalem, vbi multiplices gratias, & laudes pro adepta ſalute, & ſecuritate creatori ſuo perpetualiter referent.

b *Quia contritus eſt inimicus magnus, &c.* Et mors cũ ipſo mortis auctore in perpetuum extat damnata. Nec refugit hãc expoſitionem ſequentis ſenſus ſentẽtię, vbi ſcriptum eſt.

c *Quia conſti. vt omni. an. diei. hu. læt. ageretur, et quod muni. mont. temp. qui er. ſecus arc. & habita. ibi ipſe & qui.* Quia oĩ tẽpore iſtius vitę illius diei memoria in ſpe retinenda eſt, in qua triumphantes de morte per gratiã Redemptoris noſtri vitæ reſtituemur æternę. Ideò. n. ſingulis annis reſurrectionis dominicę ſolẽnia celebramus, vt indicem⁹ nos ꝑ eius reſurrectionem, & victoriam de morte ſperare, & noſtro D rum corporum reſurrectionem, in fine ſęculi futuram, & vitam in cœleſti regno perpetuam. Propter quod montẽ templi, qui eſt ſecus arcem munire debemus hoc eſt Chriſti incarnationem, quæ omnem altitudinem perfectionis ſanctorũ perfectione ſua tranſcendit, firma fide in corde tenere: & in hoc omni tempore vitę noſtrę tam per nos, quam etiam per nobis commiſſos, ſiue per ſocietatem coniunctos piè laborare, quatenus eius corpori coniuncti, atque coadunati ſimul cum ipſo capite, regni cœleſtis efficiamur hęredes. Cuius videlicet diei lætitiam, atque memoriam beatus Petrus Apoſtolus in epiſtola ſua nobis
2. Pet. 3. cõmendat dicens: *Verum verò hoc non lateat vos cariſſimi, quia vnus dies apud Deum ſicut mille anni, & mille anni ſicut vnus dies.* E *Non tardat Dominus promiſſionẽ ſuam, ſed patienter agit pp vos, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Aduenient autem dies Domini ſicut fur, in quo cœli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur. Cum hęc igitur diſſoluenda ſint omnia, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus, & pietatibus expectantes, & properantes in aduentum diei Domini, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent. Nouos verò cœlos, & nouam terram, & promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat: Propter quod, cariſſimi, hęc expectantes ſatagite immaculati, & inuiolati ei inueniri in pace, & Domini noſtri longanimitatem ſalutem arbitramini.* Vbi ſu.

d *Et vi. Si.* Simon Ioanni filio ſuo cum videret, quòd vir eſſet, ducatum virtutum vniuerſarum cõmiſit, vt oſtenderet, quòd nullus magiſtrorum, filio, vel diſcipulo ſuo debet committere poteſtatem, ac ordinem eccleſiaſtici regiminis, niſi antea eum videat eſſe virum, hoc eſt ſenſu probatum, & virtutum operibus ſtudioſum. Sed quia in ſuperioribus diximus Simonem ſanctorum gerere figuram doctorum, poteſt in hoc loco per ſignificationem exprimere principem paſtorum, qui populo catholico ſacri regiminis miniſterium, & omnium virtutum dedit notitiam, atque effectum, cui & optimè conuenit quod F in ſequentibus ſcriptum eſt.

C

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ci. *Cinara, cinaræ eſt inſtrumentum muſicum. Dictum a cieo cies, quod idem eſt quod moueo, moues, quia ſuo ſono notabiliter mouet aerem.*

2 Et na. *i. citharis.*

3 Quia con. eſt ini. ma. *i. populus exiſtens in arce, qui multum grauabat populum, & impediebat cultum diuinum. Cætera patent vſque. ibi.*

4 Et vi. Si. *Ideſt fortis, & iuſtus, & induſtrius ad bellandum.*

5 Et po. eum du. vir. *i. bellatorum.*

6 Et ha. in Gazaris. *i. in Gaza, & eius ſuburbijs, ſ. Ioannes, vt reſiſteret aduerſarijs.*

## MORALITER.

† 4 *Et vi. Si. Io. fi. ſuum quod vir. for. prę. e. & po. eum du.* Per hoc oſtenditur, quod iuuenes non ſunt ad honores promouẽ-
Helynandus. di, donec fuerint virtutibus probati. Vnde refert Helynãdus quòd Aelius Adrianus cum Romę prefecturã ſplendidius ageret ex ſenatore imperator eſt creatus, qui obſecrante ſenatu vt filium, quem habebat Cæſarem Auguſtum appellaret: Sufficere inquit debet, quòd ego inuitus regnauerim, cum non mererer. Principatus enim ſanguine non meretur, ſed meritis, & inutiliter regnat qui Rex naſcitur, & non meretur: & proculdubio parentis affectum exuit, qui paruulos ſuos importabili ſubiecta mole extinguit. Hoc equidem eſt ſuffocare liberos, non promouere; alendi prius ſunt, & in virtutibus exercendi, & cum in eo profecerint (vt probetur illos virtutibus antecedere qui debent honoribus anteire) inuiti aſcendãt, & ſe ciuium ſuorum votis non ſubtrahant.

## CAP. XIIII.

Raban. a *Anno centeſimo. &c. congregauit rex Dem. exer. ſu.* Scriptum eſt in Iſaia propheta de ipſo domino Saluatore: *Multiplicabitur eius imperium, et pacis non erit finis, ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet* Iſa. 9. b.

Anno centeſimo ſeptuageſimoſecundo congregauit 1
Rex Demetrius exercitum ſuum, et abijt in Mediã ad

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIIII.

Diuiſio. * 1 Anno centeſimo, &c. *Poſt adeptionem libertatis, hic conſequẽter agitur de renouatione amicitiæ, & familiaritatis. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponuntur duo præambula. Secundò renouatio ipſa, ibi:* Et auditum eſt. *Tertiò dignitas pontificalis Simoni conſtituta, ibi:* Et hoc exemplum. *Primum præambulum eſt captio Demetrij Regis, cuius notatur tempus cum dicitur:* Anno cent. ſept. ſec. Regni Gręcorum: *& ſic eſt in alijs intelligendum. Cætera patent.*

Et

*met illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia amodo, & vſque in* A *ſempiternum.* Principatus autem illius,& imperium erit ſuper ſolium,& ſuper regnum Dauid poſt captiuitatem Babylonicam fuerat diſſipatum, vt confirmet illud, & corroboret,& doceat eſſe perpetuum,ne caſſa Dei promiſſio iudicetur. Et in Pſalmo propheta dicit: *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis,donec tollatur luna.* Nemini enim alteri hæc conuenit promiſſio, niſi ſoli mediatori Dei, & hominũ Chriſto Ieſu, qui pro nobis incarnatus per obedientiam crucis cœli, terræque poſſeſſor eſt factus. Cui Pater in Pſal.per prophetam ait: *Poſtula a me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam,* B *& poſſeſſionem tuam terminos terræ.*

a *Siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis.* Quia terra Eccleſiæ a tempore incarnationis Chriſti vſque in ſempiternum,licet forinſecus perſecutiones ab inimicis toleret intus, tamen pace fruitur vera. Cui idem Saluator in Euangelio ait: *Pacem meam do vobis,pacem meam relinquo vobis.* Ipſe.

b *Quæſiuit bona genti ſuæ, & placuit illis poteſtas eius, & gloria.* Omnia videlicet bona ab ipſo collata ſunt Eccleſię in remiſſionem peccatorum, & dominationem virtutum. Vnde complacet illis poteſtas eius,& gloria eius,quia illi C ſoli ſeruire omni tempore elegit. Ipſe.

c *Acce.Iop.in por.& fe.introi.* Cum ex gentium populo ſibi fundauit Eccleſiam: vnde introitum fidei per Euangelium panderet gentibus totius orbis. Ioppe pulchritudo interpretatur:Et quid pulchrius eſt ſanct.Eccleſi.cui ſponſus in Cantico canticorum ait. *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es,oculi tui columbarum, abſque eo, quod intrinſecus latet,vnde.*

d *Dila.fi.gen.* Eccleſiæ,ſcilicęt.

e *Et obti.re.*Totius mundi.

f *Et congreg.ca.mul.* De quo in Pſal.ſcriptum eſt. *Aſcendẽs in altum captiuam duxit captiuitatem,dedit dona hominibus.*

g *Et do.eſt Ga.& Beth.& arci.* Quia mundi faſtum per Euangelium domando, in proximum redigit dominium. D

h *Et abſ. immun.* Peccatorum,atque vitiorum,mundans eam lauacro regenerationis.

i *Et non erat qui reſiſteret ei* De quo ſcriptum eſt. *In voluntate tua Domine vniuerſa ſunt poſita,& non eſt,qui poſſit reſiſtere voluntati tuæ.Tu enim feciſti cœlum,& terram, & vniuerſa, quæ cæli ambitu continentur: dominus vniuerſorum tu es.* Eſther.13.c.

k *Et vnuſquiſque co. terr.* Cum pace corpus ſuum, ſcilicet virtutibus exercẽs, vel terram Eccleſiæ bonis operibus ſinguli quique ſanctorum pro viribus colunt.

l *Et terra dabat fructus ſuos.* Caro videlicet noſtra fructus bonorum operum affert. Similiter.

m *Et ligna.* Hoc eſt homines viriditate fidei ſemper florentes germina virtutum proferũt. E

n *Seniores in plateis ſedebant omnes, & de bonis.* In ſenioribus poſſumus accipere prophetas,& Apoſtolos, & doctores ſanctæ eccleſiæ, qui auditores ſuos conſilijs iuuant,& ſermonibus roborant.Iuuenes autem cœtus fidelium, quia gloria confeſſionis Chriſti freti,induunt ſe armis virtutum quo facilius poſſint conterere F hoſtium exercitum.

o *Ciuitatibus tribuebat alimon.* Hoc eſt Eccleſijs impendebat ſermones doctrinæ.Quas.

p *Conſtitue.vaſa mu.* Vt ſcilicet theſaurum ſapientiæ ſpiritalis ſeruarent in cõſcientia pura,& fide non ficta. Quod tamdiu fecit.

q *Quoaduſque nominatum eſt nomen gloriæ eius vſque ad extremum terræ.* Quia in omnem terram exiuit ſonus prædicationis Apoſtolorum,& in fines orbis terrę verba eorum. Vnde per Iſaiam dicitur: *Auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ, & terrorem brachij oſtendet.* Pſal. 18.a.

r *Fecit pacem ſuper terram.* Quia ipſe eſt pax noſtra,qui fecit vtraque vnum.

ſ *Et læta. eſt Iſrael læ. ma.* Quia lætabitur iuſtus in Domino, & ſperabit in eo,& laudabuntur omnes recti corde. Iſa.30 g. Epheſ.2.c. Pſal.63. b.

contrahenda ſibi auxilia,vt expugnaret Triphonem Et audiuit Arſaces Rex Perſidis, & Mediæ, quia intrauit Demetrius confines ſuos, & miſit vnum de principibus ſuis, vt comprehenderet eum viuum, & adduceret eum ad ſe. Et abijt, & percuſſit caſtra Demetrij, & comprehendit eum, & 
a adduxit eum ad Arſacen,& poſuit eum in cuſtodiam. Et ſi- 1
b luit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis, & quæ- 2
ſiuit bona genti ſuæ, & placuit illis poteſtas eius, & glo- 3 4
c ria eius omnibus diebus. Et cum omni gloria ſua acce- 5
pit Ioppen in portum, & fecit introitum in inſulis maris. 6 7
d Et dilatauit fines genti ſuę, & obtinuit regionem. Et con- 8
e f gregauit captiuitatem multam, & dominatus eſt Gazarę, & 9
g Bethſuræ, & arci, & abſtulit immunditias ex ea, & non erat
h i qui reſiſteret ei. Et vnuſquiſque colebat terram ſuam cum 10 11
k pace, & terra Iuda dabat fructus ſuos, & ligna camporum 12
l m fructum ſuum. Seniores in plateis ſedebant omnes, & de bo 13
n nis terræ tractabant, & iuuenes induebant ſe gloriam, & 14 15
o ſtolas belli, & ciuitatibus tribuebat alimonias, & conſtitue 16
p bat eas, vt eſſent vaſa munitionis, quoaduſque nominatum 17 18
q r eſt nomen gloriæ eius vſque ad extremum terræ. Fecit pa- 19
ſ cem ſuper terram, & lætatus eſt Iſrael lætitia magna

*Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et ſiluit. *Hic ponitur ſecundum præambulum, quod eſt pacificatio Iudææ ſub Simonis regimine, cum dicitur.* Et ſiluit. *ſ.a prælijs nociuis.*

2 Et quę.bo.gen.ſuę. *Principalius quam ſibi,quia bonum quanto communius tanto diuinius.*

3 Et pla.illis. *Scilicet Iudæis, poteſtas Simonis quantum ad ducatum.*

4 Et gloria. *Quantum ad pontificatum.*

5 Et cum om.gl ſua. *i.cum omnib.alijs,quę fecerat glorioſe.*

6 Acce.Iop.In portum. *ſ.maris,ideo ſubditur.*

7 Et fecit introitum. *Ad quas Iudęi habebant liberum acceſſum per illum portum.*

8 Et congreg.cap.mul. *Hoc intelligitur dupliciter: Vno modo de gentilibus,quorum multos captiuauit. Alio modo de Iudęis,quorum multos de captiuitate redemit,& ad Iudęam reduxit.*

9 Et dominatus eſt. *Sicut patet capite precedenti.*

10 Et vnuſqu iſ.cole ter.ſuam,&c. *In quo notatur pacis ſecuritas.*

11 Et terra Iuda dabat fructus ſuos. *Ecce terrę fertilitas.*

12 Seniores in plateis. *In quo apparet hominum longęuitas.*

13 Et de bonis terrę tractabant. *Ecce iuſtitiæ veritas.*

14 Et iuuenes induebãt ſe gloriam. *Ecce populi iucunditas.*

15 Et ſtol. bel. *i.arma bellica. Ecce ſtrenuitas. Nam tempore pacis vtebatur talibus, vt ſi bellum inſurgeret,ſcirent ſe armare,& poſſent faciliꝰ arma portare.*

16 Ciuitatibus. *i.ciuitatum pauperibus.*

17 Tribuebat. *Simon.*

18 Alimonias. *Id aptè ad ſui defenſionem, ſi eſſet neceſſe. Et quia tot bona prouenerunt ſub Simonis regimini, ideò ſubditur de ipſo.*

19 Quo.nomi. eſt no. glo. eius vſque ad ext.terrę. *i.valde longè:& eſt hyperbole:Cętera patent vſque ibi.*

*Sancta*

## MORALITER.

† 1 *Et ſiluit terra Iuda omnibus diebus Simonis, &c.* Hic deſcribuntur bonæ conditiones Simonis ſatis diffusè, tamen videntur reduci ad tres in generali. Habuit enim magnum zelum de cultus Dei conſeruatione, & de populi ſui promotione in bonum,& eius obſeruatione. Habuit etiam conſtantiam,& fortitudinem in repreſſione aduerſariorum,& eorum debellatione.Et ſic fuit deuotus Deo, vt illis populo ſuo,& terribilis aduerſario: & ad iſta melius facienda fuit ſollicitus quærere multas amicitias bonorum,& potentum: Et quoniam fuit dux populi,& Sacerdos in iſtis dedit exemplum principibus & prelatis,vt ſimiliter ſint ſolliciti de prædictis. Et hoc pro moralitate huius cap.ſufficiat.

† *MORA-*

a Et ſedit vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficulnea ſua,& non
erat qui eos terreret. Defecit impugnans eos ſuper terram,
Reges contriti ſunt in diebus illis. Et confirmauit omnes hu
miles populi ſui,& legem exquiſiuit,& abſtulit omnem ma
lum,& iniquum. Sancta glorificauit,& multiplicauit vaſa 1
b ſanctorum. Et auditum eſt Romæ, quia defunctus eſſet Io- 2
nathas,& vſque in Spartiatas, & contriſtati ſunt valde. Vt 3
audierunt autem, quòd Simon frater eius factus eſſet ſum-
mus Sacerdos loco eius,& ipſe obtineret omnem regionem,
& ciuitates in ea, ſcripſerunt ad eum tabulis æreis, vt reno- 4
uarent amicitias,& ſocietatem, quam fecerant cum Iuda,&
cum Ionatha fratribus eius. Et lectæ ſunt in conſpectu ec-
cleſiæ in Ieruſalem. Et hoc exemplum epiſtolarum,quas mi
ſerunt Spartiatæ.Spartianorum principes,& ciuitates,Simo 5
ni Sacerdoti magno, & ſenioribus, & Sacerdotibus, & reli-
quo populo Iudęorū fratrib. ſalutem. Legati,qui miſſi ſunt
ad populum noſtrum nuntiauerunt nobis de veſtra gloria, 6
& honore,& lætitia, & gauiſi ſumus in introitu eorum. Et 7
ſcripſimus quę ab eis erant dicta in concilijs populi ſic:Nu
menius Antiochi, & Antipater Iaſonis filius, legati Iudæo-
rum venerunt ad nos,renouantes nobiſcum amicitiam pri
ſtinam. Et placuit populo excipere viros glorioſè, & pone- 8
re exemplum ſermonum eorum in ſegregatis populi libris
vt ſit ad memoriam populo Spartiatarum.Exemplum autē
c horum ſcripſimus Simoni magno Sacerdoti. Poſt hęc autē 9
miſit Simon Numenium Romam habentem clypeum au-
reum magnum pondo mnarum mille, ad ſtatuendam cum
eis ſocietatem. Cum autem audiſſet populus Romanus
ſermones iſtos, dixerunt: Quam gratiarum actionem 10
reddemus Simoni, & filijs eius? Reſtituit enim ipſe fra- 11
d tres ſuos, & expugnauit inimicos Iſrael ab eis. Et ſtatue- 12
runt ei libertatem,& deſcripſerunt in tabulis æreis,& poſue 13 14
runt in titulis in mōte Sion. Et hoc eſt exemplum ſcripturæ. 15

☞ a *Et ſedit vnuſquiſq; ſub vite ſua,& ſub ficulnea ſua,& non erat* A *qui eos terreret.* Iuxta illud quod in Michæa dicitur. *Requieſcet vnuſquiſque ſub vinea ſua,& ſub ficulnea ſua,& non erit qui exterreat.* Hæc eſt vinea quę in Euangelio loquebatur. *Ego ſum vitis,& vos palmites, & pater meus agricola. Omnis qui non facit fructum bonum excidetur,& in ignem mittetur.* Huius fructus bibuntur,& comeduntur, & lætificāt cor hominis,& inebriant amicos ſponſę, & in regno Dei noui bibūtur quotidie. Sub ficu autē requieſcit,& nullas inſidias formidat, qui dulcedine ſancti Spiritus fruitur, & illius fructib. B ſaturatur, charitate, gaudio,pace,continentia,patientia, de huiuſmodi dicitur plantatore: Qui plātauerit ficū comedet fruct⁹ eius. Qui tales ædificauerit domos,& plantauerit vineas, de quib. Apoſtolus loquitur: *Ego plātaui, Apollo rigauit, De⁹ aūt incrementum dedit.* Comedet labores manuū ſuarum. *Et ſeminans in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternā.* Nec diaboli, & ſatellitū eius fraudibus ſupplantabitur. *Et confirm. omnes humiles populi ſui, & legem exquiſiuit.* Humiles populi ſūt ſancti,quos in Euangelio pauperes ſpiritu appellat. Opera quoque populi Dei non C veteraſcent,ſed innouabuntur, & conſummabuntur, vel confirmabunt quotidie,vt non ambulent in vetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus. Talem legem exquiſiuit Simon noſter,& abſtulit omnem iniquum,& malum,cum modo per ſanctos Doctores excommunicat hereticos, atque ſchiſmaticos, & omnes impios: & in fine mundi mittet angelos, & colligent omnia ſcandala de regno eius.

(Mich. 4. Ioan. 15. a. Prou. 27. c. 1 Cor. 3. b. Pſal. 127 a. Galat. 6. b. Matth. 5. a.)

Rabban. *Sancta glorificauit, & multiplicauit vaſa ſanct.* Cū religionē noui teſtamenti ordinabiliter,& ritè in Eccleſia ſua ſeruare facit,& multiplicat numerū credētiū, ac bene operantium: quia ipſi ſunt vaſa ſanctorū apta in miniſteriū Dei D ad accipiendum diuina chariſmata,& dona S.Spiritus.

Myſt. b *Et audi.eſt,&c.* Quòd Simone Sacerdotium accipiente, diuerſę gentes ad eum legatos mittunt, rogantes ea, quæ pacis ſunt, ſignificat, quod Apoſtolis, atque doctoribus noui teſtamenti poſt paſſionem Chriſti, & reſurrectionem, atque aſcenſionem ad cœlos, Euangelium in mūdo prædicantibus, multitudo gentium ad fidem confluxerit,& pacem magnopere cum Eccleſia habere poſtulauerit, mittentes epiſtolas, hoc eſt ſecreta cordis ſui per confeſſionē illis patefacientes, quatenus verbum veritatis accipiēdo regulam iuſtitiæ ab E eis ediſcerent. Tabulæ æreę ſignificant memoriale perpetuum. Scriptum eſt enim. *In memoria* (Pſal.) *æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit.* Aeris quippe metallum diu durabile eſt, atque ſonorum, ſic amicitia, atque ſocietas ſanctorum firmiſſimum, atque clariſſimum manſionis ſuæ habet ſtatum.

c *Poſt hæc autē,&c.* Simon mittens Romanis clypeum aureum, habentē pondus mnarum mille ad ſtatuēdam cum eis ſocietatem, ſignificat Doctores ſanctos in prędicatione Euangelij gentibus promittere re- F gnum cœleſte, & æternam beatitudinem, ſi fidem Chriſti recipere voluerint, Euangelicamque doctrinam vſque in finem vitæ ſeruare. Clypei enim rotunditas, & auri ſplendor, nec non & millenarij numeri perfectio, per figurā, æternę quietis coronam ſignificant.

d *Et ſtatuerunt ei libertatem, &c.* Ebul mēſis eſt ſextus apud Hebr. qui apud Grecos dr̄, γορπιαῖος, apud Latinos verò Septēber, ſed diſpari ordine numerorū pp diuerſas inchoationes annorū, q̄ apud ſingulas gētes exiſtunt. Nā Hebręi, qui primū menſem habent Niſan, hoc eſt Aprilē, in ſexto ☞ loco

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Sancta glo. *i. templum, & atria.*

2 Et multip.&c. *Quibus vtebantur Sacerdotes ad diuinum cultum.*

Diuiſio. 3 Et auditum eſt Romę. *Hic conſequenter deſcribitur renouatio amicitiæ,& primo ſcribentibus extraneis,& ſecundò, ſcribentibus Iudęis, ibi.* Poſt hoc autem. *Circa primum dicitur:* Et audi. eſt Romę. *Et patet vſque ibi.*

4 Scripſerunt. *Vbi ponitur ſcriptura Romanorum de renouatione amicitiæ cum Iudęis, quam fecerunt cum Iuda, vt habetur ſupra cap.8.& cum Ionatha 12.cap. ſecundò ponitur ſcriptura Spartiatarum de renouatione amicitiæ cum Iudęis, cum dicitur.*

5 Spartiano.princi.& ciuitates. *i. ciuitatem rectores.*

6 Nuntiauerunt nobis de veſtra glo.& honore. *Ex aduerſariorum veſtrorum debellatione,& reſtitutione libertatis, et pacis conſecutione.*

7 Et ſcripſimus quę ab eis,&c. *i. in libris autenticeis, in quib. erant ſcripta populi decreta. Et ſequitur forma ſcribendi, cum dicitur.* Numenius Antiochi,& An.Ia.fi.&c.

8 Ponere exemplum ſermonum eorum, &c. *i. in libris ad partem diligentiſſimè reſeruatis.*

9 Poſt hęc autem. *Hic conſequenter ponitur renouatio amicitię per nuntios Iudęorum. Et patet litera vſque ibi.*

10 Quam gratiarum actionem. *Q.d. non ſolum reddendę ſunt ſibi gratiæ,& honores pro amicitia, quam a nobis requiſiuit,& propter xenium notabile, quod miſit, ſed etiam propter eius probitates, quibus aduerſarios populi ſui viriliter expugnauit.*

11 Et ſtatuerunt ei libertat. *Ab omni tributo.*

12 Et deſcripſerunt in tabulis ęreis. *Et ad memoriam in futuro.*

13 Et poſuer. *ſ. Iudęi tabulas illas.*

14 In titulis. *i. cum alijs ſcriptis ad memoriam reſeruatis.*

Diuiſio. 15 Et hoc eſt exem. *Hic conſequenter deſcribitur pontificalis dignitas Simoni,& eius hęredibus conſtituta ab omni populo Iudęorū per ſcripturam autenticam, vel decretum, de quo dicitur.* Et hoc eſt exemplum. *Circa quam conſtitutionem primò per modum cuiuſdā prologi ponitur tempus, cum dicitur.*

* Octauadecima

☞ loco habent ſuprà memoriā
A Elul. Græci autem qui ſuum
annū inchoant à primo mē-
ſe eorum Aprile, hoc eſt à Ca
lendis Decembris decimum
menſem habent Gorpeium,
Latini autem qui antiquitus
primordium anni ſui à Ca-
lendis Martijs habuere, Septē
brem ſeptimum menſem
computauerunt.
☞ Et

Octauadecima die 1
menſis Elul, anno cē 2
teſimo ſeptuageſimo
ſecundo, & anno ter- 3
tio ſub Simone Sa-
cerdote magno i Aſa
ramel in cōuētu ma- 4
gno Sacerdotum, &
populi & principū
gentis, & ſeniorū regionis nota facta ſunt hęc.
Quoniā frequenter facta ſunt prælia in regio-
ne noſtra. Simon autē Matathiæ filius ex filijs 5
Iarib, & fratres eius dederunt ſe periculo, & 6
reſtiterunt aduerſarijs gentis ſuæ, vt ſtarent 7
ſancta ipſorum, & lex: & gloria magna glo- 8
rificauerunt gentem ſuam. Et congregauit 9
Ionathas gentem ſuam, & factus eſt illis Sacer
B dos magnus, & appoſitus eſt ad populum
ſuum. Et voluerūt inimici eorū calcare ſancta,
& atterere regionē ipſorum, & extendere ma-
nus in ſancta ſanctorū Tunc reſtitit Simon, & 10
pugnauit pro gente ſua, & erogauit multas pe 11
cunias, & armauit viros virtutis gentis ſuæ, &
dedit eis ſtipendia, & muniuit ciuitates Iudæ,
& Bethſuram, quæ erat in finibus Iudæ, vbi e-
rant arma hoſtiū antea, & poſuit illic præſidiū
viros Iudæos. Et Ioppen muniuit, quæ erat ad
mare, & Gazaram, quæ eſt in finibus Azoti, in
qua hoſtes antea habitabant, & collocauit illic
Iudæos, & quæcunq; apta erant ad correptio- 12
nem eorum poſuit in eis. Et vidit populus actū 13
Simonis, & gloriam quā cogitabat facere gēti
ſuæ, & poſuerunt eum ducem ſuum, & princi- 14
C pem Sacerdotum, eo quòd ipſe fecerat hæc
omnia

omnia, & iuſtitiam, & fidem, quam conſerua- D
uit genti ſuæ: & exquiſiuit omni modo exalta-
re populum ſuum Et in diebus eius proſpera-
tum eſt in manibus eius, vt tollerentur gentes
de regione ipſorum, & qui in ciuitate Dauid
in Ieruſalem erant in arce. de qua procedebāt,
& contaminabant omnia, quæ in circuitu
15 ſanctorum ſunt, & inferebant plagam magnā
caſtitati. Et collocauit in ea viros Iudæos ad
tutamentum regionis, & ciuitatis, & exaltauit
16 muros in Ieruſalē Et Rex Demetrius ſtatuit il-
li ſummum ſacerdotium: Secundum hæc fecit
eum amicum ſuum, & glorificauit eum gloria
17 magna. Audiuit enim, quòd appellati ſunt Iu-
dęi à Romanis amici, & ſocij, & fratres: & quia
18 ſuſceperunt legatos Simonis glorioſè: & quia
Iudæi, & Sacerdotes eorum conſenſerunt eum E
19 eſſe ducem ſuum, & ſummum Sacerdotem in
20 æternum, donec ſurgat propheta fidelis, & vt
21 ſit ſuper eos dux, & vt cura eſſet illi pro ſanctis,
22 23 & vt conſtitueret præpoſitos ſupra opera eo-
24 rum; & ſuper regionem, & ſuper arma, & ſu-
25 per præſidia, & cura ſit illi de ſanctis, & vt au-
26 diatur ab omnibus, & ſcribantur in nomine
27 eius omnes conſcriptiones in regione, & vt
28 operiatur purpura, & auro, & ne liceat vlli ex
29 populo, & ex Sacerdotibus irritum facere
aliquid horum, & contradicere his, quæ ab
eo dicuntur, aut conuocare conuentum in
regione ſine ipſo, & veſtiri purpura, & vti
30 fibula aurea. Qui autem fecerit contra hæc,
aut irritum fecerit aliquid horum reus e-
31 rit. Et complacuit omni populo ſtatuere
Simonem: & facere ſecundum verba iſta. F
Et

NICOLAVS DE LYRA.

*1 Octauadecima die menſis Elul. *Ideſt, Auguſti.*

2 Anno cente. ſeptuageſimoſecun. *Regni Græcorum.*

3 Et anno tertio ſub Simo. ſa. ma. *Et ſic patet, quod deſcriptio huius inſtitutionis, vel decreti facta eſt valde ſolenniter, ſcilicet per tempora Regum, & Pontificum, ſicut prædicatio beati Ioannis Baptiſtæ Luc. 3.*

4 In conuentu magno Sacerdotū, & po. *In quo deſcribitur notabilis cœtus populi.*

5 Simon autem Matathiæ. *Hic ſecundò conſequenter deſcribitur multiplex ratio, propter quam pontificalis dignitas conceſſa eſt Simoni, & eius filijs, cùm dicitur:* Simon autem Matathiæ filius ex filijs Iarib. *Fuit enim iſte Matathias Sacerdos de ſorte, ſeu vice Iarib, ſicut dictum eſt ſuprà cap. 2. ſicut Zacharias pater Ioannis dicitur de vice Abiæ Luc. 1.*

6 Dederunt ſe periculo. *Vt patet ex prædictis.*

7 Vt ſtarent ſancta ipſorum. *Ideſt, templum.*

8 Et lex. *Quam volebat Antiochus abolere.*

9 Et gloria magna. *Ideſt, diuinus cultus, quem volebat deſtruere. Cætera patent ex prædictis vſque ibi.*

10 Tunc reſtitit Simon. *Vt patet ex prędictis cap. præcedenti.*

11 Et erogauit pe. mul. *De ſubſtantia ſua pro ſua gente defendenda.*

12 Et quæcunque apta erant ad cor. eorum. *Ideſt, ad reprehenſionem aduerſariorum: vt baliſtas, arcus, & conſimilia.*

13 Et vidit populus. *Hic tertio conſequenter ponitur dictæ conſtitutionis, ſiue inſtitutionis actus, cùm dicitur:* Et vidit populus actum Simonis. *Ideſt, eius facta valde notabilia.*

14 Et poſuerunt. *Supra cap. præced. poſuerunt eum ducem ſuum. pro perſona ſua, & ſimplici verbo: hic autem poſuerunt eum ducem, & pontificem, non ſolùm pro ſe, ſed pro poſteritate ſua, & hoc firmauerunt, immutabili decreto. Cætera patent vſque ibi.*

15 Et inferebant pla. ma. *Ideſt, munditiæ templi, & cultus diuini: & quia mulieres Hebræas rapiebant aliquando, illis abutentes.*

16 Et rex Demet. &c. *Capitulo præcedenti.*

17 Audiuit enim quòd appelati ſunt Iudæi. *Ideſt, non ſolum honorauit eum ex amore, vt ab eo iuuaretur vt dictum eſt capitulo præcedenti: ſed ne a Romanis puniretur ſi oſtenderet ſe aduerſarium Simoni, & Iudæorum genti.*

18 Et quia Iudæi & ſacer. &c. *Repetitio eſt eiuſdem, quod præmiſſum eſt, ad maiorem affirmationem.*

19 In æternum. *Ideſt, pro ſe, & ſua poſteritate.*

20 Donec ſurgat propheta fi. *Ideſt, Meſſias a Iudæis expectatus, & à prophetis promiſſus Deut. 18. c.* Prophetam ſuſ. eis &c. *& tunc eſt adimpletum, quia filij Simonis tenuerunt principatum, & Sacerdotium vſque ad Herodem Aſcalonitam, cuius tempore natus eſt Chriſtus Matth. 2. qui eſt Rex, & Sacerdos in æternum.*

21 Et vt ſit ſuper eos dux. *In regimine temporalium.*

22 Et vt cura eſſet illi pro ſanctis. *In regimine ſpiritualium.*

23 Et vt conſtitue. præpoſi. *Sub ſe in vtroque regimine.*

24 Et ſuper arma & ſu. *Vt nullus moueat bellum ſine eius licentia.*

25 Et vt audiatur ab omnibus. *Ideſt, ei obediatur in omnibus.*

26 Et ſcribantur, &c. *Ideſt, acta publica, dicendo: Actum anno tali Simonis.*

27 Et vt operiatur purpura, & auro. *Ideſt, veſtibus auro textis, vel aurea corona.*

28 Et ne liceat. *Hic quarto ponitur dicta conceſſionis confirmatio cùm dicitur.* Et ne liceat vlli. *De populo cuiuſcunque conditionis, aut ſtatus.*

29 Irritum facere aliquid horum. *Et ſubditur conſequenter pœna tranſgreſſorum, cùm dicitur.*

30 Qui autem fecerit contra hæc, &c. reus erit. *Scilicet mortis, vel alterius pœnæ ſecundū modum, & quantitatem culpæ.*

31 Et cōplacuit omni populo. *Dicta ordinatio, Et quia ad hoc requirebatur conſenſus Simonis, Subditur:* Et ſucepit Simon, &c.

* Et ſcri-

a *Et ſuſcepit Simō,& placuit ei vt ſummo ſacerdot. fungeretur,&c.* A *in peribolo.* περίβολος Græcè dicitur murus atrij domus Domini, qui totum templum per quadrum ambiebat in circuitu:ſicut beatus Hieronymus in expoſitione Ezechielis prophetæ libro 13.oſtendit.In loco ergo celebri atrij interioris dom' Domini ponebantur tabulæ æreæ: in quibus cō firmatū fuerat per ſcripturam ſacerdotium Simonis, & filiorum eius.

Rabanus. Eccl.42.b.

Myſtice autem Chriſti ſacerdotiū, & filiorū eius, hoc eſt populi Chriſtiani in atrio domus Domini, hoc eſt in præſenti Eccleſia ſcriptura teſtificante confirmatur, & in omnibus Gentibus ſtabile,& perpetuum eſſe declaratur. Vnde eſt illud quod in Pſalm. ſcriptum eſt: *Iurauit Dominus,& non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Et iterum; *Semel* (inquit) *iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit. Et ſedes eius ſicut Sol in conſpectu* B *meo,& ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in cœlo fidelis, &c.* Hominum conſuetudo eſt frequenter iurare, vt eis poſſit aliquis credere. Deus enim ſemel iurauit, quia nulla varietate temporis immutatur. Iurare enim illi diximus eſſe ventura promittere. Nam eius ſe religioni conſtringit, qui non habet fortiorem. Dicit etiam in ſancto ſuo, ideſt, in Chriſto qui dixit: *Cuſtodi animam meam quoniam ſanctus ſum.* Addit quoque, *Si Dauid mentiatur,* ſi negatiuè poſitum eſt, quod etiam communis vſus habet. Semen D Chriſti ſunt omnes, qui ei fideli mente crediderunt, quia in ipſis futurum regnum ſeminatū eſt, quod futura meſſis oſtendit. Sicut & in 21. Pſalmo ipſe dicit: *Semen meum ſeruiet illi:* Manebunt ergo ſancti in æternum, qui in excellenti, ac beata conuerſatione demorantur: vnde illos propriè manere non dicimus, quia à regno Domini repellūtur. Thronus autē Dei hic intelligenda eſt anima fidelis, in qua reuera incidet, quādo eam maieſtatis ſuæ illuminatione compleuerit. Sic enim ſcriptum eſt: *ſedes ſapientiæ anima iuſti.* Addidit: *Sicut Sol in conſpectu meo.* Lucida quippe erat anima illa iuſti, quam ſedem diximus Saluatoris. Dicendo autem, ſicut Sol comparationem rerum viſibilium facit. Nam ſi magnum eſt de creatura clareſcere, multo melius de creatore lucere. Luna perfecta ſignificat tranſmutationem corporum de corruptione in E incorruptionem. Tunc enim perfecta erit corporum noſtrorum natura, quando mortalitas, vel corruptio iam nō erit vlla. Quod enim ipſa Luna quæ creſcit, & decreſcit, carnis humanæ mutabilitatem ſignificet, in multis ſcripturarum locis demonſtrari poteſt. Hæc quidem teſtimonia de Pſalmis poſuimus ad oſtendendum veri Simonis firmiſſimum, & ſempiternum eſſe ſacerdotium.

Pſal. 109.a — Ibi. 88. — Deus quare per ſe, & nō per alium iuret. — Pſ.85.a. — Pſal. — Sap. ſecundum liam

a Et ſuſcepit Simon,& placuit ei vt ſummo ſacerdotio fun-
geretur:& eſſet dux,& princeps gentis Iudæorum & ſacer
dotum:& præeſſet omnibus. Et ſcripturam iſtam decreuit 1
ponere in tabulis æreis,& ponere eas in peribolo ſancto- 2
rum in loco celebri. Exemplum autem eorum ponere in 3 4
ærario, vt habeat Simon,& filij eius.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ſcripturam iſtam decreuit ponere in tabulis æreis. *Ad perpetuam memoriam.*

2 Et ponere eas in peribolo ſancto. *Ideſt, in muro cingente templum. A' περὶ quod eſt circum.*

3 Exemplum autem eorum ponere in ærario. *Ideſt, in loco magis publico.*

4 Vt habeat Simon,& filij eius. *i. videant cum voluerint.*

## CAP. XV.

a ET *miſit rex, &c.* Antiochus hic, qui Aſſidetes cognominatus eſt, filius fuit Demetrij Sotheris, frater autem Demetrij † minoris, qui poſt Alexandrum Philobalem regem in Syria regnauit. Demetrius autem Sother poſt Antiochum Eupatorem filium Antiochi Epiphanis, vt Chronicon Euſebii, & Hieronymi teſtatur, regnauit annis 12. Poſt quem Alexander Philopalus C annos regnauit, 10. Poſt hunc Demetrius filius Demetrij annos tres; qui captus a Parthis in Hircana ab Arſacide Rege retruditur. Poſt quē Antiochus Aſſidetes frater eiuſdem Demetrij tenuit regnum annis 14. Poſt cuius interitum iterum reſtituitur Demetrio, quod poſtea tenuit annis 4. Qualiter autē Demetrio, & Antiocho fratribus regni ſucceſſus proueniret, non graue videri debet lectori, ſi aliqua hinc de hiſtoria Pompeij Trogi intromittamus, qui in li. 36. de hoc ita refert: Igitur Antiochus memor quòd & pater propter ſuperbiam inuiſus, & frater propter ſegnitiem contēptus fuiſſet, ne in eadē vitia incideret, recepta in matrimoniū Cleopatra vxore fratris, ciuitates, quæ in initio fraterni imperij defecerāt, ſumma induſtria perſequitur, E dominataſq; rurſus regni terminis adiecit. Indeos quoq; q in Macedonico imperio ſub Demetrio patre armis ſe in libertatē vēdicauerāt, ſubegit. Quorum vires tātę fuere, vt poſt hæc nullum Macedonum Regem tulerint, domeſticiſque imperijs vſi Syriam magnis infeſtauerint bellis. Item in

Raban. † iunioris. — Pomp. Trogu.

## CAPVT XV.

ET miſit rex Antiochus filius Demetrij epi- 1
ſtolas ab inſulis maris, Simoni Sacerdoti, 2
& Principi gentis Iudæorum, & vniuerſæ
genti, & erant continentes hunc modum:
Rex Antiochus Simoni Sacerdoti magno,
& Genti Iudæorum ſalutem. Quoniam quidem peſtilen- 3
tes obtinuerunt regnum patrum noſtrorum, volo autem
vendicare regnum, & reſtituere illud ſicut erat antea, &
electam feci multitudinem exercitus, & feci naues bellicas. Volo autē procedere per regionem, vt vlciſcar in eos,

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XV.

ET miſit rex, &c. *Hic conſequenter deſcribitur ducatus Simonis ſub Antiocho vltimi Demetrij filio, & diuiditur in duas partes, quia primò deſcribitur huiuſmodi ducatus: ſecundò, ipſius Simonis obitus, circa medium ſe. ca. ibi:* Et Ptolemæus. &c. *Prima in tres: quia primò ponitur Antiochi cum Simone confœderatio, ſecundò fœderis ruptio. ibi:* Antiochus autem. *tertiò ruptionis punitio, in principio ſequentis c. Prima, adhuc in tres, nam primò ponitur dicta confœderatio. ſecundò Triphonis inſecutio, ibi:* Anno centeſ. &c. *tertiò cuiuſdam ſuperius dicti declaratio, ibi:* Venit autē. *Prima in duas: quia primò ponit ſcriptura confœderationis motiuum, ſecūdò, fœderis modum, ibi:* Nūc ergo. *Circa primum dicitur.*

Diuiſio.

1 Et miſit rex, &c. *Ioſephus dicit ipſum fuiſſe fratrem eius: ſed dicto Ioſephi non eſt credendum contra auctoritatem huius libri, vt ſupra dictum eſt.* Ioſeph.

2 Epiſtolas ab inſulis. *Adhuc enim non obtinebat regnum Syrię, ideò quęrebat confœderari cum Simone.*

3 Quoniam quidem pe. *Scilicet Triphon, & ei adhęrentes: Cetera patent.*

* Nunc

*MORALITER.*

† 1 *Et miſit rex,&c.* Per iſtum Antiochum, qui antequam obtineret patris ſui regnum, ſcripſit epiſtolas amicabiles Simoni, vt ab ipſo haberet auxilium, & poſtea obtento regno alienauit ſe ab eo, & afflixit eum: ſignificatur quilibet fraudulentus, qui poſitus in neceſſitate humiliat ſe corā illis, qui poſſunt eum iuuare, ſed cum inualuerit, eis malefacit quantum poteſt.

† Et

A Item in libro 38. atq; 39. priori narrationi ſuæ iſta ſubnectit. Namque Demetrius ſicut, ſupra dictum eſt, cum bellum Parthis intuliſſet, multiſque congreſſionibus victor fuiſſet, repente inſidijs circumuentus, amiſſo exercitu capitur, cui Arſacides in Hircania non cultum tantum regiũ præſtitit, ſed & filiã in matrimonium dedit, regnũque Syriæ, ꝙ peius abſentiã Thriphon occupauerat, reſtituturũ promittit. Poſt huius mortẽ deſperato reditu, nõ ferens captiuitatẽ Demetrius, priuata, etſi opulẽta, vita pertæſus tacitus in regnum fugam meditatur. Hortator illi, & omnes Gallimander amicus erat, qui poſt captiuitatem eius à Syria B per Arabiæ deſerta ducibus pecunia cõparatis Parthico habitu Babylonẽ peruenerat. Sed effugiẽtẽ Phrahartes, qui Arſacidi ſucceſſerat, equitũ celeritate ꝑ compendioſos tramites occupatũ retrahit. Vt eſt deductus ad Regem, Gallimãdro quidẽ non tantum venia, verũetiam præmiũ fidei datum. Demetriũ autem & grauiter caſtigatũ ad cõiugẽ in Hircaniam remittit, arctoribuſque cuſtodijs obſeruari iubet. Interiecto tẽpore cum fidẽ illi etiam ſuſcepti liberi facerẽt, eodem amico comite, repetita fuga eſt. Sed pari infœlicitate prope fines regni ſui deprehenditur, ac denuò perductus ad regem, vt inuiſus, à conſpectu ſubmouetur. Tunc quoque vxori, & liberis dominatus in Hircaniam pœnalem ſibi ciuitatem remittitur, taliſque aureis in exprobationem puerilis leuitatis C donatur. Sed hanc Parthorũ tam mitem in Demetriũ clementiam non miſericordia gentis faciebat, nec reſpectus cognationis, ſed ꝙ Syriæ regnũ affectabãt: vſuri Demetrio aduerſus Antiochum fratrem prout res, vel tempus, vel fortuna belli exegiſſet. His auditis Antiochus, occupandũ bellum ratus, exercitum quem multis finitimorum bellis indurauerat aduerſus Parthos ducit. Sed luxuriæ non minor apparatus, quam militiæ fuit. Quippe octo millia armatorum ſecuta ſunt trecenta millia lixarum, è quib. cocorum piſtorũque maior numerus fuit. Argenti certè, auriq; tantum, vt etiam gregarij milites auro caligas figerent, proculcarentq; materiam, cuius amore populi ferro D dimicant. Culinarum quoq; argentea inſtrumenta fuere prorſus, quaſi ad epulas non ad bellum pergerent. Adueniẽti Antiocho multi orientales Reges occurrere tradentes ſe, regnaq; ſua cũ execratione ſuperbiæ Parthicæ. Nec mora congreſſioni fuit Antioch' trib. ꝓlijs victor, cũ Babyloniam occupaſſet, magnus haberi cœpit. Itaque ad eũ omnibus populis † defluẽtibus, nihil Parthis reliqui propter patrios fines fuit. Cũm Phrahartes Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum Parthico præſidio mittit, vt eo pacto Antiochus ad ſua tuenda ad Parthiã reuocaret. Interim quoniã viribus nõ poterat, inſidijs An E tiochum vbique tẽtabat. Propter multitudinem hominũ omnem exercitum ſuum Antiochus ꝑ ciuitatem in Hibernia diuiſerat, quæ res exitij cauſa fuit. Nã cum grauari ſe copiarum perditione, & injurijs militũ ciuitates viderẽt, ad Parthos deficiũt, & in die ſtatuta omnes apud ſe diuiſum exercitũ per inſidias, ne inuicẽ ferre auxilia poſſent, aggrediuntur. Quę cum nuntiata Antiocho eſſent, auxilium proximis laturus, cum ea manu, quę ſecum hiemabat, progreditur. In itinere obuiũ Regem Parthorum habuit, aduerſus quem fortius quàm exercitus eius dimicauit. Sed poſtremum tamen cum virtutes hoſtes vincerent, metu ſuorum deſertus occiditur. Cui Phrahartes exequias regio more fecit, filiamque Demetrij quam ſe- F cum Antiochus adduxerat, captus amore virginis, vxorem duxit. Pœnitere deinde dimiſſi Demetrij cœpit: ad quem retrahendum cùm turmas equitum feſtinatò miſiſſet, Demetrium hoc ipſum metuẽtem iam in regno miſſi inuenerunt, fruſtràq; omnia conati ad Regẽ ſuũ reuerſi ſunt. Antiocho in Parthia cũ exercitu deleto, frater eius Demetrius obſidione Parthorũ liberatus, ac reſtitutus in regnũ, cũ omnis Syria in luctu propter amiſſum exercitũ eſſet, quaſi Parthica ipſius ac fratris bella, qb. alter captus, alter occiſus erat, proſpere geſſiſſet, Aegypto bellũ inferre ſtatuit. Regnũ Aegypti Cleopatra ſocru preciũ auxilij aduerſus

† deficientib.

qui corruperunt regionem noſtram, & qui deſolauerunt ci-
uitates multas in regno meo. Nunc ergo ſtatuo tibi omnes 1
oblationes, quas remiſerunt tibi ante me omnes Reges, &
quæcunque alia dona remiſerunt tibi, & permitto tibi face- 2
re percuſſuram proprij numiſmatis in regione tua. Ieruſa-
lẽ autẽ ſanctam eſſe, & liberã, & omnia arma, quæ fabricata
ſunt, & præſidia, quæ cõſtruxiſti, quæ tenes, maneant tibi. Et
omne debitũ Regis, & quæ futura ſunt Regi, ex hoc, & in to-
tũ tẽpus remittũtur tibi. Cùm aũt obtinuerimus regnũ no- 3
ſtrũ, glorificabimus te, & gentẽ tuam, & templum gloria ma-
gna, ita vt manifeſtetur gloria veſtra in vniuerſa terra. Anno 4
centeſimo ſeptuageſimo quarto, exijt Antiochus in terram
patrum ſuorum, & conuenerunt ad eum omnes exercitus,
ita vt pauci relicti eſſent cum Triphone. Et inſecutus eſt
eum Antiochus Rex, & venit Doram fugiẽs per maritimam.
Sciebat enim, quòd congregata ſunt in eum mala, & reli-
quit eum exercitus. Et applicuit Antiochus ſuper Doram
cum centum viginti millibus virorum bellatorum, & octo 5
millibus equitum. Et circuiuit ciuitatem, & naues à mari 6
acceſſerunt, & vexabant ciuitatem à terra, & mari, & nemi- 7
nem ſinebant ingredi, vel egredi. Venit autem Numenius, 8
& qui cum eo fuerant ab vrbe Roma, habentes epiſtolas Re-
gibus, & regionibus ſcriptas, in quibus continebantur hæc.
Lucius conſul Romanorum, Ptolemęo Regi ſalutem. Legati 9
Iudæorum venerunt ad nos amici noſtri, renouantes priſti- 10
nam amicitiam, & ſocietatem, miſſi à Simone principe Sacer
dotum, & populo Iudæorum. Attulerunt autem & clypeum
aureum mnarũ mille. Placuit itaque nobis ſcribere Regibus

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Nunc er. *Hic conſequenter ponitur confœderationis modus, cum dicitur:* Nunc er. *Ideſt, gratias, & conceſſiones Regum præcedentium.*

2 Et permitto tibi, &c. *Hoc addit ad conceſſiones Regum præcedentium. Cætera patent vſque ibi.*

3 Cum autem obtinuerimus. *Vbi fit promiſſio de futuro, quæ tamen non fuit impleta, vt habetur infra: nam obtento regno alienauit ſe à Simone & ideo tales promiſſiones videbantur ſimulatoriæ, quouſque eſſet in Regni poſſeſſione.*

4 Anno cent. *Poſita fœderatione cum Simone, hic conſequenter ponitur inſecutio Triphonis à Rege, & patet litera vſque ibi.*

5 Cum cen. vi. *ſcilicet peditum.*

6 Et circui. *Ponens in circuitu eius obſidionem à parte terræ, & naues à mari acceſſerunt, & ſic fuit obſeſſa ciuitas per terram, & per mare.*

7 Et vexabant ciui. *Telis, & machinis.*

8 Venit autem. *Hic ponitur cuiuſdam ſupradicti declaratio. Dictum enim fuit capitulo præcedenti quòd ſtatuerunt Romani Simoni libertatem, & deſcripſerunt in tabulis æreis, & non fuit ibi dictum quis eſſet tenor illius ſcripturę, & quis fuit nuntius: ideo hic declarantur iſta, & primò quantum ad nuntium cum dicitur:* Venit autem Numenius, & qui cũ. *Secundò quantum ad ſcripturę tenorem, cùm dicitur.*

9 Lucius conſul Romano. *Tunc enim Romana ciuitas per conſules regebatur.*

10 Ptolemæo Regi ſalutem. *Scilicet Aegyptij. Cętera patent vſque ibi.*

✱ Viſum

regionibus: vt non inferant illis mala, neque impugnent
eos, & ciuitates eorum, & regiones eorum, & vt non ferant
auxilium pugnantibus aduerſus eos. Viſum eſt autem nobis 1
ab eis accipere clypeum. Si qui ergo peſtilentes fugerint de 2
regione ipſorũ ad vos, tradite eos Simoni principi Sacerdo- 3
tum, vt vindicet in eos ſecundum legem ſuam. Hæc eadem 4
ſcripta ſunt Demetrio Regi, & Attalo, & Arabæ, & Arſaci: 5
& in oẽs regiones, & Sanſamæ, & Spartanis & Delo, & My-
do, & Sidoni, & Cariæ, & Samum, & Pamphiliam & Lyciã,
& Alicarnaſſim, & Rhodũ, & Phaſelida, & Choo, & Sidẽ, &
Arado, & Gortinam, & Cnidum, & Cyprum, & Cyrenem.
Exemplum autem eorum ſcripſerunt Simoni principi Sa- 6
cerdotum, & populo Iudæorum. Antiochus autem Rex ap 7
plicuit caſtra in Doram ſecundò admouens ei ſemper ma- 8
nus, & machinas faciens: & concluſit Triphonem ne proce
deret. Et miſit ad eum Simon duo millia virorum electorũ 9
in auxilium, & argentum, & aurũ, & vaſa copioſa: & noluit
ea accipere, ſed rupit omnia, quæ pactus eſt cũ eo antea, &
a alienauit ſe ab eo. Et miſit ad eum Athenobium vnũ de a- 10
micis ſuis, vt tractaret cum ipſo dicens: Vos tenetis Ioppen,
& Gazaram, & arcem, quæ eſt in Ieruſalem ciuitates regni
mei: fines earum deſolatis: & feciſtis plagam magnam in 11
terra, & dominati eſtis per loca multa in regno meo: Nunc 12
ergo tradite ciuitates, quas occupaſtis: & tributa locorum,
quibus dominati eſtis extra fines Iudææ. Sin autem, date pro
eis quingenta talenta argenti, & exterminij quod extermi- 13
naſtis, & tributorum ciuitatũ alia talenta quingenta. Sinau
tem veniemus & expugnabimus vos. Et venit Athenobius
amicus Regis in Ieruſalem, & vidit gloriã Simonis, & clari-
tatem in auro & argento, & apparatũ copioſum, & obſtu- 14
puit, & retulit ei verba Regis. Et reſpõdit ei Simon, & dixit
b ei: Neq; alienam terram ſumpſimus, neq; alienam detine-

☞ uerſus fratrem ſuum pollicente. Sed dum aliena affectat A (vt aſſolet fieri) propria per defectionem Syriæ amiſit. Siquidem Antiochenſes primi duce Thriphone execrantes ſuperbiam Regis, quæ conuerſatione crudelitatis Parthicæ intolerabilis facta erat, mox Apenenij, cæteręq; ciuitates exemplum ſecutæ per abſentiã Regis à Demetrio defecere. Ptolemæus quoq; Rex Aegypti bello ab eodem petitus, cum cognouiſſet Cleopatram ſororem ſuam opibus Aegypti nauibus impoſitis ad filiũ, & Demetrium generum ſuũ in Syriam profugiſſe, immittit iuuenẽ quẽdam Aegyptium, Protachi negotiatoris filiũ, qui regnũ Syriæ, & armis peteret, & compoſita fabula quaſi per adoptionem B Antiochi Regis receptus in familiam regiã eſſet, ne Syrijs quemlibet Regem aſpernantibus, ne Demetrij ſuperbiam paterẽtur, nomen iuueni Alexander imponitur auxiliaq; ab Aegypto ingentia mittuntur. Interea corpus Antiochi interfecti à Rege Parthorum in loculo argenteo ad ſepulturam in Syriã remiſſum peruenit. Quod cum ingenti ſtudio ciuitatũ, & Regis Alexandri ad confirmandã fabulæ fidem excipitur: quæ res illi magnũ fauorẽ populariũ cõciliauit, omnib. C non fictas in eo, ſed veras effundi lachrymas exiſtimantibus. Demetrius autem victus ab Alexandro, cum vndiq; circumſtantibus malis premeretur, ad poſtremum etiam ab vxore filijſque deſeritur. Relictus igitur cum paucis ſeruulis, cum Tyrum religionem templi defenſurus petiſſet, naui egrediens præfecti iuſſu interficitur. D

Prędictis autem cauſis exiſtentibus Rex Antiochus qa commotus eſt vndique ab aduerſantibus varijs, quaſi blãdiens per epiſtolas loquitur Simoni, quatenus ſibi eum conciliet ne maiori multitudine hoſtiũ oppreſſus vim ſuffere non poſſet.

a *Et miſit ad eũ, &c. ſed r. om. &c.* Diuerſas calumnias per Athenobium miſſum ſuum falſo opponẽs illi quaſi inuaſor eſſet iuris alieni, indicens inſuper ei tributum de poſſeſſa hæreditate. Sed Simon inimico talia poſtulanti huiuſmodi verba reſpondit.

b *Neque alien. terr. ſumpſimus, &c.* Quòd Antiochus poſſeſſas per prelia ciuitates à Simone repetit, ſignificat antiquum hoſtem ſemper ſanctorum virtutibus inuidere, & E iniuſto ſeruitio ſibi eos ſubiugare velle, ſed eas Simon ſpiritalis ſibi vendicando ſui iuris eſſe dixit, ac patrum ſuorum hæreditatem, nec vllã ibi hoſtem habere debere communitionem: quia poſſeſſio virtutum, propriè electorũ eſt: nõ reproborũ. Vnde terras Chananæorũ in quas introducũtur filij Iſrael, filij Sem fuerant quondã in orbis diuiſione ſortiti, quas deinceps per F vim atq; potentiã poſteritas Cham † perſuaſionis iniquitate poſſedit. In quo & Dei iudicium rectiſſimum comprobatur, qui & illos de locis alienis qui malè occupauerant expulit, & iſtis ſanctis tanquam patrum poſſeſſionẽ, ☞ quæ

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Viſum eſt autem no. acci. ab eis clypeum. *In fœderis, & amicitię ſignum.*

2 Si qui ergo peſtilentes. *Iudæi.*

3 Vt vindicet in eos ſec. leg. ſuam. *Inferendo debitã pœnam.*

4 Hæc eadem ſcri. ſunt &c. *Scilicet Syrię, Ex quo patet, quod iſtud ponitur hic per recapitulationem, nam hoc contigit Demetrio patre Antiochi adhuc regnante; hoc etiam patet per illud, quod habetur: cap. præced. ſcilicet quod rex Demetrius fecit Simonem amicum ſuum, & glorificauit eum, & ſubditur ad hoc vna ratio, cùm dicitur: Audiuit n. quia appellati ſunt Iudęi à Romanis amici, &c. ex quo patet quod iam receperat literas iſtas de renouatione amicitię inter Romanos & Iudæos.*

5 Attalo & Arabe, &c. *Vbi ponuntur plures Reges, & terrę, quibus Romani ſcripſerunt pro Iudęis in forma premiſſa.*

6 Exemplum autem eorum ſcripſe. Sini. *Vt ſciret quid Regibus eſſet ſcriptum pro populo Iudęorum.*

7 Antiochus autem. *Hic ponitur fœderis Antiochi cum Simone, ruptio. Et hoc tripliciter, primò per ſignum, quia refutauit Simonis donum, & auxilium, & hoc eſt quod dicitur:* Antiochus autem Rex applicuit caſt. in. do. ſecun. *Obſidionem enim ſoluerat propter hyemem, vel aliam cauſam.*

8 Admouens ei ſemper manus. *Ideſt, faciens ei inſultus.*

9 Et miſit ad eũ Simõ duo millia vi. & c. ar. & au. & va. copioſa, & nol. ea acci. *Vt oſtenderet diſſolutionem fœderis, & amicitię.*

10 Et miſit ad eum. *Hic ponitur ruptio, fœderis verbo, quia miſit ſolemnem nuntium ad repetendam ciuitates plures, & tributa: & patet litera vſque ibi.*

11 Fines ear. deſol. *Incedendo.*

12 Et feciſtis pla. ma. *Homines interficiendo.*

13 Et extermi. *Ideſt pro exterminio locorum, & hominum. Cętera patent vſque ibi.*

14 Et obſtupuit. *Ideſt, admiratus fuit de tanto ſtatu Simonis. Cętera patent vſque ibi:*

7 An- ✲ Reuerſus

*MORALITER.*

† 10 *Et miſit ad eum Athenobi.* Qui interpretatur peccator latrans. ideò ſignificat hereſiarcham, qui latrat contra Chriſti fidem, & repetit ciuitates, quas Simon recuperauerat, per quas ſignificantur perſonæ Catholicæ, quas bonus prælatus ſiue predicator de manu dæmonis eruerat, ſed Hæreſiarcha eas ad ſuam hæreſim retrahere quantum poteſt feſtinat.

† *Et conſti.*

A quæ proſapiæ eorũ in diuiſione orbis fuerat deputata, reſtituit. Quæ figura in nobis quoq. ſtare certiſſima ratione cognoſcitur. Nã voluntas Domini poſſeſſionem cordis noſtri, nõ uitiis, ſed uirtutibus naturaliter deputauit, a quę poſt præuaricationem Adæ inſoleſcentibus uitiis, id eſt, populis Chananæis, a propria regione depulſę, cum ei rurſum per Dei gratiam, diligentia B noſtra, ac labore fuerint reſtitutę, nõ tam alienas occupaſſe terras, quã proprias credendę ſunt recepiſſe.

mus, ſed hęreditatem patrum noſtrorum, quę iniuſtè ab
inimicis noſtris aliquo tempore poſſeſſa eſt: Nos vero tps
habentes vendicamus hæreditatem patrum noſtrorum:
Nam de Ioppe, et Gazara, quæ expoſtulas, ipſi faciebant
in populo plagam magnam, et in regione noſtra, horum
damus talenta centũ Et non reſpõdit ei Athenobius ver 1
bum. Reuerſus aũt cum ira ad regem renunciauit ei ver-
ba iſta, et gloriam Simonis, et vniuerſa, quę vidit: et iratus 2
eſt rex ira magna. Triphon aũt fugit naui in Orthoſiada.
Et conſtituit rex Cendebæũ ducẽ maritimũ, et exercitum 3
equitum, et peditum dedit illi. Et mandauit illi caſtra mo 4
uere contra faciem Iudęę, et mandauit ei ędificare Cedro 5
nem: & obſtruere portas ciuitatis: & debellare populũ. 6
Rex aũt perſequebatur Triphonem Et peruenit Cende- 7
bęus Iãniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Iu- 8
dęam, & captiuare populũ, et interficere, & ædificare Ce 9
dronem. Et collocauit illic equites, et exercitum, ut egreſ-
ſi perambularent viam Iudęę, ſicut conſtituit ei rex.

D videlicet in extermi nium populi Chriſtiani cum exercitu lictorum, atq carnificum tranſmittit, vt conculcent veram Iudæam, hoc eſt, eccleſiam, & captiuent per errorẽ, ſiue interficiant per blaſphemiam fidelium populum. Iubetur pręterea Cendebæo, vt ædificet Cedronem, Cedrõ enim torrens, ſiue *Ioan. 18. a.* vallis iuxta Ieruſalem eſt ad orientalem plagam, cuius & Ioannes Euangeliſta in paſſione Domini meminit: *Ibidem.* Ob hoc autem ædificari iuſſus eſt Cedrõ, vt obſtruerentur portæ ciuitatis, & 

C a *Et conſt.* Quid per Cendebęum ducem maritimum, quem Antiochus ad debellandum Iudæos mittit, niſi potentatus iſtius mundi, & perſecutores religionis Chriſtianę deſignatur? Quos Antioch. myſticus, Antichriſtus uide

coanguſtaretur populus. Interpretatur autem Cedron, triſtitia, ſiue mœror, ſiue dolor. Et aptè ille iuſſus eſt Cedronem ædificare, cui commendatum eſt Chriſti con- E feſſoribus pœnarum dolorem infligere.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Reuerſus autem cum ira ad regem. *Eo quod Simon non reſponderat ſecundum ſuam uoluntatem.*

2 Et iratus eſt rex. *Hic conſequenter ponitur ruptio fœderis facti, quia rex præcepit inuadere Iudæos, ideo ſubditur.*

3 Et conſti. rex Cen. duc. mari. *i. in terra ſupra mare mediterraneum ſita, & Iudææ propinqua.*

4 Et manda. il. *i. acies armatorum ducere.*

5 Et

5 Et man. ei. &c. Ce *i. fortalicium, ſic nominatum, ex eo quod ſuper torrẽtem Cedron eſſet ſitum, vt ex hoc poſſet melius impugnare Iudæam.*

6 Et obſtrue. *ſ. Ieruſalem hominibus armatis.*

7 Rex aut. perſeque. *Qui de Doran latenter fugerat p nauem.*

8 Et perue. *Ad inuadendum Iudæã, ideo ſubditur.* Et cępit ir. F

9 Vt egreſ. *De Cedrone ex improuiſo ad deprædãdum populum, & occidendum.*

*MORALITER.*

3 *Et conſti.* Qui interpretatur zelotes, id eſt inuidus, ideò per ipſum ſignificatur Diabolus tentans de inuidia, unde dicitur Sap. 2. d. *Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbẽ terrarum.* Hunc autem inferni conſtituit ducem maritimum, id eſt, ſuper terram mari coniunctam, per quam ſignificatur populus cupiditati terrenæ infixus, & alienæ proſperitati inuidens, amaritudini coniunctus, ſuper

per talem populum habet dictus Dæmon dominiũ, ſed occurrentibus ſibi Simonis filiis, i. prędicatoribus, & cõfeſſoribus deuotis, qui ſunt filij boni prælati, & exclamãtibus ſacris tubis, quę ſunt prędicationis documenta, & *Rabbanus.* in confeſſionibus ſana conſilia, in fugam conuertitur Cedebæus, & eius caſtra, id eſt, Diabolus principalis, & etiam eius ſatellites, qui ſunt maligni ſpiritus, & homines mali inſtinctum eius ſequentes.

† MO-

CAP. XVI.

a ET aſcen. *Ioan. de Ga.* ✱ Ioſephus. Antiochus auaritia, vel prauitate ſua Simonis obliuionem, una cũ miniſtratis pecuniis, & alimentis concepit, uireſque mi *antiq.* litares cuidam Cendebæo amico tradẽs, ad deprædationem Iudæę, captiuitatemque Simonis miſit. Sed cum Simon audiſſet, licet ſenex eſſet, tamen a quod nihil ab Antiocho iuſtum fieri uidebat, concitatus ad audaciam ſuper ætatem ſuam, iuuenilem fortitudinem accepit, & diſpoſuit quidem filios ſuos cum bellicoſiſſima parte mi b litum, ipſe uero per aliam partem cum reliquis uiribus perrexit ad bellum, multoſque in uallibus montiũ ad inſidias locabat, nul

nulluſque conatus eius euaſit, ſed omnem hoſtium vincens exercitum, in pace reliquam vitam agebat &c.

Diximus ſuperius, quod Simon ſummus Sacerdos ſignificaret principem Sacerdotum, illum videlicet, qui p obedientiam crucis obtulit ſemetipſum patri pro nobis. Cuius duo filii duo ſunt populi credentium, ex Iudæis. ſ. & Gentibus, his cõmẽdat virtutem belli cõtra hoſtes uniuerſos, & inimicos ueritatis, hoc eſt contra Iudæos, Paganos, & hæreticos, nec non & contra malignos ſpiritus, quatenus defendãt fidem Chriſtianam & protegant veros confeſſores Dei.

CAPVT XVI.

ET aſcendit Ioannes de Gazaris, & nũtiauit, 1
patri ſuo Simoni, quæ fecit Cendebęus in 2
populo ipſorum. Et uocauit Simõ duos fi- 3
lios ſuos ſeniores Iudam, et Ioãnem, et ait
illis: Ego, et fratres mei, et domus patris
mei expugnauimus hoſtes Iſrael ab adoleſcentia uſque
in hunc diem. Et proſperatum eſt in manib. noſtris libe-
rare Iſrael aliquoties. Nũc aũt ſenui, ſed eſtote loco meo

b *Eſtote*, inquit, *loco meo fratres, &c.* Qui ſunt fratres iſti, niſi de quibus ipſa veritas reſurgens a mortuis ☞ ad

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVI.

✱ ET aſcen. *Hic conſequenter deſcribitur prædictæ ruptionis fœderis punitio, circa quam primo ponitur diſpoſitio exercitus, ſecundo, conflictus, ibi:* Et ſurrexerunt. *Circa primum dicitur.*

1 Et aſcendit Ioannes, &c. *In Ieruſalem, quæ eſt in altiori ſitu quam Gaza.*

2 Et nuntiauit pa. &c. *Quia ſine eius licentia nolebat pugnare cum Cendebæo, ſicut fuerat ordinatum ſupra ca. 14. per Sacerdotes & populum.*

3 Et uocauit Simon duos filios, &c. *Qui poterant ad bellum procedere. Cętera patent uſque ibi.*

A ad mulieres ipſius ſepulcrum viſitantes in Euãgelio ait: *Ite nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt?* (Mat. 28. b.) In loco ergo Chriſti, & Apoſtolorum eius, ſunt Sancti, qui facientes voluntatem cœleſtis Patris, & veritatis victoriam, & animarum quærũt ſalutem, quib. auxilium de cœlo eſt, ab ipſo vtiq. de quo in pſalmo ſcriptum eſt. *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, Deus Iſrael, ipſe dabit uirtutem, et fortitudinem plebi ſuæ, benedictus Deus.* (Pſal. 67. g.)

a *Et elegit uiginti mi. viro. bel.* Quia eos ſolũmodo habiles ad ſpiritalem militiã deputãt, qui in duobus præceptis charitatis, mandatorum Dei executores, atq. B operatores fiunt.

b *Et admo.* Quod dux ipſe cum videret populum trepidantem ad transfretandum torrentem, transfretauerit primus, oſtendit ꝙ illi qui magiſtrorũ loco, & doctoris officio in eccleſia funguntur, timiditatē ſubiectorum ſuæ fidei, atque conſtãtiæ exemplo confortare debent, ac ſacris tubis, hoc eſt dogmatibus diuinis in aciem cõtra hoſtes exacuere: Sicque Cendebæus ſpiritalis, & caſtra eius fugantur, & cadunt ex eis multi vulnerati, quia Diuinæ maieſtatis virtutem tandem ſentiunt timore concuſſi.

c *Tunc vulneratus, &c.* (Rabban. Rom. 11. c.) Quod Iudas vulneratus eſt in p̄lio, & Ioannes inſecutus eſt hoſtes, illud (ni fallor) ſignificat quod Paulus ait: *Ex parte cæcitas contingit in Iſrael, donec plenitudo gentium ſubintraret, & tunc omnis Iſrael ſaluus fiet:* Quia tardante in fide Chriſti plebe Iudaica, gentium eccleſia fortiter hoſtes premit, donec eos aut ſalubri C compunctione ad pœnitentiam cõuertat, aut perſeuerantes in nequitia minis futuram pœnam prędicando puniat. Cum autem tempora gentiũ complebũtur, & ipſarum plenitudo ad fidē ſubintrauerit, tunc oĩs Iſrael, hoc eſt oĩs eccleſia ex utroque videlicet populo ſalubri cõfeſſione per fidē, ſpem, & charitatē Chriſti munere ſalua erit.

*Et*

& † fratris mei, & egreſſi pugnate pro gente noſtra. Auxi
a lium vero de cęlo vobiſcum ſit. Et elegit de regione vigin 1
ti millia virorũ belligeratorum, & equites, & profecti sũt
ad Cendebæum, & dormierunt in Modin. Et ſurrexerũt 2
mane, & abierunt in campum. Et ecce exercitus copioſus 3
in obuiam illis peditum & equitum, & fluuius torrens e- 4
b rat inter mediũ ipſorum. Et admouit caſtra contra faciē 5
eorum ipſe, & populus eius, & vidit populum trepidantē 6
ad transfretandum torrentem, & transfretauit primus. 7
Et viderunt eum viri, & tranſierunt poſt eũ. Et diuiſit po 8
pulum, & equites in medio peditum. Erat autem equita- 9
tus aduerſariorũ copioſus nimis. Et exclamauerũt ſacris 10
tubis, & in fugam conuerſus eſt Cendebæus, & caſtra e-
c ius, & ceciderunt ex eis multi vulnerati, reſidui aũt in mu 11
nitionem fugerunt. Tunc vulneratus eſt Iudas frater Ioã- 12
nis: Ioannes aũt inſecutus eſt eos, donec venit Cedronem, 13
quam ædificauit, & fugerunt vſque ad turres, quæ erãt in 14
agris Azoti, & ſuccēdit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo 15
d millia virorum, & reuerſus eſt in Iudæam in pace. Et Pto
lemæus filius Abobi conſtitutus erat dux in campo Ieri- 16
cho, & habebat argentum, & aurum multum. Erat. n. ge- 17
ner ſummi Sacerdotis. Et exaltatum eſt cor eius, & uole- 18 19
bat obtinere regionem, & cogitabat dolum aduerſus Si- 20

(Pſal. 67. g. † fratris)

d *Et Ptol.* ✱ Hegeſip. Rerũ Iudaicarum ſummã Simon D (Lib. … hæret …) recepit, ad quam non rudis, ſed iam probatus fraternæ ſocietatis triumphis appropinquauit. Vtinam & ipſe tã perſpicax ad fraudes cauendas, quam manu validus, bellandique artib. ſatis ſpectatus. Etenim cum, virtutis ope, cum Romanorum ducibus, regibuſq. gẽtium amicitiam fœderauiſſet, Ptolemæi dolo generis ſui, rogatus ad conuiuium, inter menſas, & pocula cum duob. filiis, qui aderant, circunuentus, atq; exutus armis, impiæ neci tradit.

Quid per Ptolemæum niſi hypocritæ, atque verſuti homines figurantur? E (Myſti.) Hi ergo ficto diſciplinatu bonis magiſtris adhærentes, ſimulanteſque pietatem, cuius virtutem penitus ignorant, plerumque ad honorem eccleſiaſticę dignitatis, ipſis magiſtris tribuentibus, perueniunt, (Act. …) hoc eſt enim ſummi Sacerdotis generum eſſe, illas vtiq. perſonas, quas boni magiſtri aqua, & verbo regenerãt in poteſtatem regiminis ſui accipere. Sed cum accepto gradu propriæ poteſtatis eſſe cæperint, ſæculi cupiditatibus ſeruientes, ipſos ſui honoris auctores doli circũuentionib. ſupplãtare, atq; ſubuertere ſtudent. F Occiduntque filios eorum, ac pueros pariter, cum nulli perſonæ ſecum cohabitanti parcunt, ſed per pecunias, atque adulationes, poteſtatem eccleſiaſticã occultis inſidiis, ſeu manifeſtis perſecutionibus infeſtant. Nec mirũ talem nequitiam aliquando pręualere in Eccleſia poſſe, cum legamus eccleſiæ caput per dolum Iudę proditoris Iudæis traditum, atque captiuatum. Simõ Magus à Philippo baptizatus eſt, ſed nõ a nequitia mentis purgatus. Iulianus apoſtata a lictore ad perſecutionē ipſius Eccleſiæ excitatur vſq. ad finē uitæ hoſtis truculentus incœpta malitia perſeuerauit. Quales ẽt iſtius temporis ætas nonnullos habet, qui licet magiſtros ſuos non occidant gladio, tamen inuidia, atque odio perſequi non ceſſant.

*Et præ-*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et elegit de regione, &c. vi. millia. *peditum.*

2 Et dormierunt, &c. *Accipientes requiem, ut eſſent magis expediti ad belli laborem.*

3 Et ſurrexerunt mane. *Hic conſequenter ponitur belli conflictus, cum dicitur.*

4 Et abierunt in campum. *Parati ad bellum.*

5 Et fluuius torrens erat inter medium ipſorum. *ſ. duorum exercituum.*

6 Et admouit caſtra contra faciem eorum ipſe, & populus eius. *ſ. ipſe Ioannes.*

7 Et transfretauit primus. *Vt daret alijs audaciam transfretandi.*

8 Et diuiſit populum. *Per acies.*

9 Et equites in medio peditum. *ſ. poſuit ne equi ab aduerſariis vulnerare(n)tur.*

10 Et exclamauerunt ſacris tubis. *Secundum præceptum legis Numeri.*

11 Reſiduit autem in muniti. fu. *ſ. in Cedronem.*

12 Tunc vulne. eſt Iu. *Hoc exprimitur ad denotandum animoſitatem Ioannis, qui non dimiſit aduerſarius perſequi propter vulnerationem ſui fratris.*

13 Donec ve. Cedr. *ſ. Cendebæus, quod patet ex hoc quod ſequitur.*

15 Quam ędifi. & fug. &c. *ſ. a'ij, quia fugientes de bello vadunt per vias plures diſperſi.*

15 Et ſuccen. eas ign. *ſ. Ioannes, & eius exercitus.*

16 Et Ptole. filius Abo. *Deſcripta ſuperius vita Simonis virtuoſa, hic conſequenter deſcribitur mors eius prodigioſa, cuius motiuũ fuit ambitio, quæ ponitur, cum dicitur.* Et Ptol. fi. Abo. &c. *A ſocero ſuo Simone.*

17 In campo. Ier. *i. in vna parte Iudææ.*

18 Et exal. eſt. *Per ſuperbiam.*

19 Et vole. &c. *i. totam Iudęam per ambitionem ſuam.*

20 Et cogit. *Hic ſecũdo ponitur obtinendi medium, quod fuit nequiſſima proditio, ideo dicitur.* Et cogita do. *Simõ autē perambu-*

## MORALITER.

18 *Et exaltatum eſt cor eius, & volebat, &c.* Ideo per iſtum ſignificatur homo malus in ſuperbiam eleuatus. Et dicitur filius Abobi, qui interpretatur pater incantator, & ſignificat Diabolum, qui nititur incantare illuſionibus ſuis mentes hominum. Huius autem patris filii ſunt omnes maligni, quibus dicitur Ioan. 8. f. *Vos ex patre Diabolo eſtis.* Et ſicut Diabolus aliquando transfigurat ſe in Angelum lucis, vt decipiat, ſic homo malignus fingit aliquando ſanctitatem, vt aſcendat, & ſic efficitur gener regis quando obtinet dignitatem eccleſiaſticam per deceptionem boni præſulis, qui per Simonem ſignificatur. Sed quando inualeſcit diutius, mortem machinatur, ſui promotoris intoxicatione vel

† aliis

monem,& filios eius,vt tolleret eos. Simon autem peram
bulans ciuitates,quæ erant in regione Iudææ, & ſollicitu-
dinem gerens earum deſcendit in Iericho ipſe , & Mata- 1
thias filius eius,& Iudas, anno centeſimo ſepuageſimoſe-
ptimo,menſe vndecimo. Hic eſt mẽſis Sabath. Et ſuſcepit 2
eos filius Abobi in munitiunculam , quæ uocatur Doch , 3
cum dolo, quam ædificauit,& fecit eis conuiuium ma- 4
gnum,& abſcondit illic viros . Et cum inebriatus eſſet Si- 5
mon,& filij eius,ſurrexit Ptolemæus cum ſuis,& ſumpſe-
runt arma ſua,& intrauerunt in conuiuium , & occiderũt
eum, & duos filios eius,et quoſdã pueros eius.Et fecit de-
ceptionem magnã in Iſrael,et reddidit mala pro bonis.Et
ſcripſit hæc Ptolemęus,et miſit regi ut mitteret ei exercitũ 6
in auxilium,et traderet ei regionem,et ciuitates eorum, et
tributa. Et miſit alios in Gazaram tollere Ioannem,et tri- 7
bunis miſit epiſtolas,vt uenirent ad ſe, et daret eis argen- 8
tum,et aurũ,et dona. Et alios miſit occupare Ieruſalem, et 9
montem templi. Et pręcurrens quidam nuntiauit Ioanni 10
in Gazara quia periit pater eius , et fratres eius, et quia 11 12
miſit te quoque interfici . Vt audiuit autem vehemen-
ter expauit, et comprehendit uiros, qui venerant perde- 13
re eum, et occidit eos . Cognouit enim quia quære-
bant eum perdere . Et cætera ſermonum Ioannis , 14

A a *Et præcurrens, &c.* Ioannes quidem,patre per dolum necato,ſe cautius ab hoſte obſeruat, ac viros, qui eũ venerant perdere,occidit. cum quilibet ex fidelium numero gratia Dei ſaluatus,prouidus,ac ſollicitus de ſua ſalute ſeruanda, audita deceptione aliorũ,hoſtium inſidias præcauere , ac machinationes eorum peruerſas conterere ſtudet. Non.n.ſolũ ſimplicitas cuiq; ſufficit ad ſalutem ſeruãdam, ſed cum ſimplicitate pariter debet eſſe prudẽtia. Vnde Saluator in Euangelio ait diſci- B pulis ſuis: *Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut colũbæ.* Et Apoſt. ait: *Nolite pueri effici ſẽſibus,ſed malitia paruuli eſtote.* Debet ergo ſimplicitas a nobis haberi,vt nemini noceamus : debet & prudentia,ne C decipiamur ab aliis. Nec multũ diſtat inter decipere quemlibet, & ab alio decipi poſſe.

[margin: plicitas udẽtia. — ro. b — r. 14. d]

b *Et cætera ſermonum Ioannis.* Iſte Ioãnes dux Iudęorum ſimul, & Pontifex virtutum vir fuit, ac multa opera mirifica confecit. Hic quoque aduerſum Hyrcanos bellum gerens, & deuincens , Hyrcani nomen accepit , ac a Romanis ius amicitiæ poſtulans , decreto Senatus inter amicos relatus eſt . Qualiter autem Ioſephus de eodem Hyrcano narret ad manifeſtanda ea, quę in fine libri Machabæorum breuiter dicta ſunt, non incongruum videtur nobis hic ponere. Poſtquam enim de Simonis uictoria aliqua commemorauit, de fine eius taliter refert. Et hic autem moritur in conuiuio captus inſidiis Ptolemæi generi ſui, qui eius coniuge,duobuſque filiis in cuſtodiam concluſis , certos amicos miſit , vt Ioannem tertium , cui & Hyrcanus fuit nomen, interficerẽt. Cognito aũt impetu,qui parabatur adoleſcens ad ciuitatẽ properabat,populo fretus,& propter memoriam paternæ virtutis,& quod iniquitas Ptolemæi cũctis eſſet inuiſa. Voluit aũt Ptolemæus aliã portam ciuitatis ingredi, ſed à populo reiectus eſt , qui maturius Hyrcanum ſuſceperat. Et is quidem ſtatim receſſit in aliquod vltra Hiericon caſtellum , quod Dagon vocatur. Hyrcanus autem paternum honorem Pontificis aſſecutus, Poſtquam Deo ſacrificia reddidit velociter Ptolemæum petiit,& matri ſimul & fratribus adiumento futurus,caſtellumque aggreſſus, aliis quidem rebus ſuperior erat,iuſto autẽ dolori cedebat. Ptolemeus enim quoties premeretur,matrem eius,fratreſq; in murum perductos palam,vt poſſent conſpici, verberabat : E eoſdẽque præcipitaturus, niſi quam primum recederet minabatur. Vnde Hyrcanum quidem plus timor,ac miſericordia quam iracundia cõmouebat: Mater vero eius nihil plagis,aut intentata nece perterrita manus ꝑtendens filium precabatur , ne uel ſuis fractus iniuriis parceret impio. Siquidẽ ipſa mortem ſibi a Ptolemęo ꝓpoſitã immortalitate duceret meliorẽ , dummodo ille pœnas eorum, quę in domum ſuam con- E tra fas admiſiſſet expenderet. Ioãnes aũt nunc obſtinationem matris cogitãs,ac preces eius audiens ad irruendũ impellebatur , mõ verberari eam, lacerarique conſpiciens effœminabatur, totuſq. plenus doloris erat. Ob hoc autem diu tracta obſidione feriatus annus aduenit, quẽ ſeptimo quoque orbe apud Iu- F dęos ceſſare moris eſt, exemplo ſeptimorum dierũm. Et in hoc Ptolem. obſidionis requiem nactus,fratrib. Ioannis una cum matre occiſis,ad Zenonẽ confugit,qui Cothila cognominatus eſt,Phialdephię tyrãnum. Antiochus aũt ob ea, quæ per Simonem paſſus fuerat iratus,in Iudæam ducit exercitum,ibiq. aſſidens Ieroſolymis Hyrcanum obſidebat. Ille aũt patefacto ſepulcro Dauid , qui regum ditiſſimus fuerat , ablatiſq. inde pecuniæ plus quã tribus millibus talentorum Antiocho perſuaſit trecentis ei talẽtis datis ab obſidione diſcedere, primuſq. Iudæorũ priuatis opibus alere peregrina cæpit auxilia. Rurſuſque tũc quando Antiochus contra Mœdos bello ſuſcepto tempus ei vindictæ prębuit , confeſtim aduerſus ciuitates Syriæ perrexit,vacuas propugnatoribus eſſe ratus , quod erat verum. Medabam quidem & Samogam cum ꝓximis, nec nõ & Sicimã & Garizim ipſe capit,& ſuper his Cutheorũ genus adiacentia fano,loca incolentiũ exemplo eius quod eſt Ieroſolymis ædificato. Capit autẽ Idumeæ quoque non paucas alias ciuitates,& præterea Aboracũ & Mariſſam. In Samariam uero uſque progreſſus (vbi nunc eſt Sebaſte ciuitas ab Herode rege condita) ex omni parte eam concludit,filioſque ſuos Ariſtobolũ & Antigonũ obſidioni,præfecit. Quibus nihil renitẽtibus ad hoc famis neceſſitate,qui erãt intra ciuitatẽ uenerũt, ut etiam

[margin: Feriat. annus. — Theſaurus Dau. d. — Ioſeph. li. 13. antiq. c. 15. — ...bin. ...h. li. 13. ...c. 13. — ...ſi. antiq. 13c. 13. & ...q.]

## NICOLAVS DE LYRA.

*lans ciuitates,vt videret & qualiter eſſent gubernatæ & contra aduerſarios munitæ.*

1 Deſcẽdit in Ierich. *Vbi gener ſuus erat dux ab eo cõſtitutus.*

2 Hic eſt mẽ. Sa. *Debet ſcribi Sebeth, & correſpõdet Ianuario.*

3 Et ſuſce.&c. *Simulans amicitiam cum ſocero ſuo,& filiis eius,vt magis eos deciperet.*

4 Et fec. eis con.&c. *Vt facilius eos occideret, ideo ſubditur.*

5 Et cum inc.&c. *Conuenienter ſatiatus cibo,& potu eo modo loquendi quo dicitur Can.5.a.* Comedite & bibite & inebriamini. *Cætera patent.*

6 Et miſit,&c. *Hic tertio ponitur intentionis Ptolemęi fruſtratio per Ioannem,qui euadens eius dolum pugnauit fortiter poſtea contra eum,& defendit , & tenuit Iudæam ualde magnifice poſt patrem ſuum ideo dicit:* Et miſit. *Alios ſatellites ſuos.*

7 In Ga.to.Io. *i. eum capere & occidere.*

8 Et tribu. *Exercitus Ioannnis.*

9 Miſit epiſt. ut ue. ad ſe,&c.& præcu. *ſ. ſatellites Ptolemæi miſſos ad prædicta loca.*

10 Quidam. *De pueris Simonis,quia Ptolemæus non omnes occiderat,ſed aliquos ex eis,ut dictum eſt ſupra.*

11 Nunciauit Io. *Vt euaderet dicta pericula.*

12 Vt audi. autẽ uehe. ex. *i. admiratus fuit de doloſitate tãta.*

13 Et comprehendit ui. qui ue. perdere eum. *Et eodem modo prouidit aliis periculis ſolerter,& prouide, & ſic Ptolemęus defraudatus fuit a ſua peſſima intentione.*

14 Et cętera ſermonum Ioannis. *Quibus docuit populum.* ✠ *Et*

### MORALITER.

aliis modis malis. Per Ioannem autem filium bonum Simonis,qui remanet, ſignificari poteſt ſpiritus boni Pręlati qui non moritur, ſed a Deo magnificè præmiatur.

&bello rū eius,& bonarum virtutum,quib.fortiter geſſit, 1
&ædificij murorum,quos extruxit,& rerum geſtarū eius, 2
ecce hæc ſcripta ſunt in libro dierum Sacerdotij eius, ex 3
quo factus eſt princeps Sacerdotum poſt patrem ſuum. 4
*Finit liber primus Machabæorū habēs uerſus duo millia trecētos.* 5

etiam inſuetam carnē cogerētur attingere. Igitur Antio
A chum adiutorē ſibi aduocāt, Spondium cognominatū, qui cū prompta eis voluntate paruiſſet, ab Ariſtobolo, & Antigono ſuperatur,& ille quidē ad Scytopolim vſq. perſequentib commemoratis fratrib.effugit. Hi vero in Samariam reuerſi, & multitudinē intra murū iterum compellūt,& expugnāt ciuitatē,ipſaq. diruunt, & habitatores captos abducunt. Proſperè aūt geſtis ita cedentib. alacritatem refrigeſcere non ſinebant,ſed cū exercitu Scytopolim vſq; ꝓcedentes,& ipſam percuſſerunt & agros intra Carmellum oēs inter ſe partiti ſunt. Secundarū rerū Ioannis,& filiorū eius inuidia ſeditionē Gentiū cōcitauit,multiq.aduerſus eos collecti non quieſcebāt,donec aperto bello deuicti ſunt. Reliquū vero tps Ioannes cum fortunatiſſimè

Ioan. morit. & eius laus.

B viueret, & optime res per ann.33. adminiſtraſſet,quinq. relictis liberis moritur vir plane beatiſſimus, & qui nullā dediſſet occaſionem cur eius cā de fortuna quiſpiam quereretur. Deniquetria,vel præcipua maximè ſolus habebat. Nā & gentis princeps,& Pontifex erat, & ꝑterea propheta cū quo Deus colloquebatur,vt futurorū nihil penitus ignoraret, quia ēt de duob.maiorib.filiis ſuis ꝙ rerū dñi permanſuri non eſſent ante vidit, atque prædi-

Ioſeph. li.13. antiq.c.17.

C xit. Tenuit aūt ipſum Pontificatum poſt patris obitum (ſecundū Chronicorū fidem)annis 26. Pater aūt eius Simon ante Pontifex fuit annis 8. Ante quem Ionath.frater eius.18. Iudas quoq. frater Ionathę, & Simonis trib. tantum annis Pontificatū habuit,licet bella plura cū ducib.regum Syriæ ante geſſerit. Poſt Ioannē quippe Ariſtobolus filius eius pontificatū apud Iudæos accepit,qui & rex pariter fieri volēs diadematis ſumpſit inſigne poſt quadringentos octogintaquatuor annos Babylonicæ captiuitatis.Hic Antigonū fratrē ſuū dolo īterfecit,& vno anno in regno expleto miſerabili morte fratricida vitā finiuit. Cui ſucceſſit frater eius Anneus,qui & Alexander in regnum,quod tenuit 27. annis,tam crudeliter,vt ēt irritata plebe ſibi quærenti ab his,quidnam faciēs animos ſibi plebis reconciliaret,reſponſum eſt, ſi moreretur. Vix.n.forte cum mortuo tam grauia perpeſſi in gratiā reuerterētur,vt odia aduerſus defunctū deponerēt. Quib.excitatus,rebellandiq. aſſuetudine multis necatis, reliquos coegit in vrbē,cui nomen Beſelel,cui expugnatio acerbiorē ſolito peſtē inuexit,tā ſæuo crudelitatis ꝓceſſu,vt ex eo numero octogintos in medio ciuitatis crucifigeret. Quorū in conſpectu coniuges eorum,filioſque iugulari iuſſit. Hæc ſpectabat accubans in medio concubinatū lætus inter uina, & ꝓcula:ſed magis ſanguine quā vino inebriatus. Hoc ſolo facto, amplius populū, ꝙ̄ bello terruit,ita ut ꝓxima nocte Iudæorū.8.millia vltra Iudæam deſcenderēt. qbus fugæ finis mors Alexādri fo-

Ariſtobolus rex factus. Ioſeph.li. 13. c.18.& 19.

Ioſeph.li.13. antiq.c.20.

ret. Eo mortuo Alexādra vxor eius,ꝙ & Salima cognominata eſt,regnauit Ieroſolymis annis 9. Dehinc, duob. fratrib.filiis Alexandri Hyrcano,& Ariſtobolo de īperio dimicātibus,occaſionē habuere Romani vt Iudæā inuaderēt. Itaq. Pōpeius Hyrcano inuitāte Ieroſolimā venit, capta vrbe,& tēplo reſerato vſq;in ſancta ſanctorū, acceſſit. Ariſtobolū iuniorē fratrē ſuū ſecū ducit, Pōtificatū vero cōfirmat Hyrcano,atq; Antipatrū Hærodis Aſcalonitæ filiū procuratorē Paleſtinæ facit. Sicque Hyrcanus aīo deſes adiuuāte Antipatro prædicto,& ꝓcuratore tenuit pōtificatū annis 34. Poſtea aūt Antipatro ꝑ veneni ī cōuiuio necato, Hęrodes filius eius ſucceſſit in regnū.q ēt Hyrcanū interfecit. Hic ēt Hęrodes ꝑdicti Antipatri Aſcalonite & matris Cypridis Arabicę filius a Romanis Iudęorū ſuſcepit prīcipatū, cuius tēpore Chriſti natiuitate vicina, regnū & ſacerdotiū Iudeæ, ꝙ prius per ſucceſſiones minorū tenebatur,diſtinctū eſt,cōpleta prophetia,q̄ ita ꝑ Moyſen loquitur: *Non deficiet princeps ex Iuda,neque dux de fæmoribus eius,donec ueniat cui repoſitū eſt,& ipſe erit expectatio gētiū.* In hoc loco ēt Chriſtus,quē Danielis ſcriptura præfat accipit finē. Nā vſq.ad Herodē,Chriſti.i.Sacerdotes erāt reges Iudęorū.q imperare cęperunt a.65.olympiade,& ab īſtauratione tēpli ſub Dario,vſq.

Alexandra. Pompeius Ieruſalē venit.

Ioſeph.li. 14. antiq.c. 8.

Herodes Aſcalonita.

Gen. 49.b

D ad Hyrcanum,& centeſimā,& octogeſimā ſextā Olympiadē,annis quadringentis octoginta trib.& medio tranſactis. quos Daniel quoq. ſignat d. *Et ſcies,& intelliges ab initio ſermonis reſpondendi,& ædificandi Ieruſalem vſq. ad Chriſti principatum hebdomades.7.& hebdomades.62.* Quæ 69.hebdomadæ faciūt annos quadringentos octoginta tres, in quib. Chriſti,i. Sacerdotes per vnctionem conſecrati regnauerunt vſq.ad Hyrcanum,quo extremo oīum a Parthis capto, Herodes Antipatri filius nihil ad ſe pertinentē Iudæam ab Auguſto,& Senatu accepit.filiique eius poſt eū regnauerūt vſque ad nouiſſimā captiuitatem Ieroſolymorū, nequāq̄ ex ſucceſſione ſacerdotalis generis Pontificib.conſtitutis,neq. perpetuitate vitæ ſecundū legem Moyſi ſeruientib. Deo. Ignobiles vero quidā,& alio tpe alii,& nonnulli vnius anni, ſiue modico amplius, a Romanis Imperatorib.Sacerdotium emebāt. Quæ oīa ēt Daniel propheta vaticinatur ita d. *Et poſt hebdomadas ſeptem,& ſeptuaginta duas interribit Chriſma,& iudicium non erit in eo,& templum ſanctum corrumpet populus duce veniente,& cædētur in catacbliſmo belli.* Et in ſequentibus. *Et ſuper templum,*inquit, *& abominatio deſolationū,& vſq; ad conſummationem temporis cōſummatio dabitur ſuper deſolationē.* Hęrodes Ananelū quēdā de Babylone accitū Pontificē conſtituit Iudæorum,& poſt exiguum tēporis Ariſtobolū fratrē vxoris ſuæ nepotē Hyrcani ſucceſſorem ei dedit. Quo poſt annū interfecto rurſum Ananelo reddidit Sacerdotiū. Nec iā fuit ſucceſ-

Dan.

Ibid

E ſio legalis in Sacerdotium,ſed,fine ipſius legis,& Sacerdotii appropinquante,confuſa erant oīa. Hic aūt Hærodes ſtrenuus fuit in actib.belli, & in gubernatione regni atq; in reſtauratione ædificiorum,ſed in fæliciſſimis, ac crudeliſſimis moribus. Apud Ieroſolymā multas, & magnas ædes cōſtruxit, Samariā olim in cinerib.ſedentē, a fundamentis ſuſcitās in honorē Auguſti, Auguſtam,i. Sebaſten,appellauit,& in Pamide id templum, quod Pamon vocatur extruxit. Cæſareā aūt in nomine Cæſaris

F condidit, quę prius turris Strationis vocabatur. Cōdidit ꝑterea Antidanā,& Antipatridā atque Hęrodianā in honorē patris Antipatri, & ſuum,extruxit. Innumerabilia quoq. opera in ſingulis vrbib.quas regebat ſolertiſſimè ædificauit. Sed inter hæc Hircanū,qui olim Sacerdos Iudæorū fuerat,de captiuitate Parthica regreſſū,& filiū eius,q Sacerdotio patri ſucceſſerat,īterfecit. Sororē quoque eius,vxorē ſuā cū duob.filiis propriis iā adoleſcētibus,& matrē uxoris occiſæ,ſocrum ſuā crudeliſſimè necauit. Sigdē ipſe Hęrodes ne ignobilis fortè,& Iudæorū ſemine argueretur extraneus,cōbuſſit libros oēs,quibus nobilitas gētis Iudæę in tēplo ſeruabatur aſcripta,ut de ficiētibus ꝓbamentis,& ipſe ad hanc ꝑtinere putaretur. Inſuꝑ ēt vt ſuā ſobolem regio illorū genere cōmiſceret proiecta Doſide fæmina Ieroſolymitana, ꝙ priuatus acceperat vxorem,& nato ex ea filio Antipatro, ſociat ſibi Mariannā filiā Alexādri,neptē Ariſtoboli fratris Hyrcani,q ante eū rex erat gentis Iudæorū. Hæc quinq.filios ei genuit, quorū duos Alexandrū & Ariſtobolū ipſe necauit in Samaria, nec mora, poſt ēt matrē illorū,quia nil earius nouerat, ſimili ſcelere peremit. E qbus Ariſtobolus Hærodē ex Beronice ſuſceperat filiū,quē in actibus apoſtolorū ab Angelo ꝑcuſſum legimus. Nec non ad ea ꝙ̄ ſupra crudeliter geſſerat,ēt hoc addidit,vt uirū ſororis ſuæ Salome interficeret. Et cū eā alii tradidiſſet vxorē ēt hūc necauit. Scribas quoq; & interpretes diuinæ legis ſimili ſcelere ocidit. Cū aūt Chriſti Domini noſtri natiuitatē q in anno 32.regni eius in Bethleem natus eſt Magorū indicio cognouiſſet uniuerſos paruulos iuſſit interfici. Sed poſtq̄ regni ſui. 37.annū expleuerat,morbo intercutaneo,& ſcaturiētibus toto corpore vermibus,miſerabiliter digne moritur. Qualiter aūt de fine Hærodis Ioſeph. narret.nō incōgruū vr̄ huic opuſculo nr̄o īſerere,q hoc mō refert. Nā febriſqdē nō mediocris erat, prurigo aūt ītollerabilis habebat oēm corporis ſuꝑficiē,aſſiduis aūt vexabatur colli tormētis, pedeſq; tanq̄ ex intercutis aquæ vitio tumerāt,qn ēt inflatio ventriculi, putredoq;

Matt.

Ioſep. antiq.

NICOLAUS DE LYRA.

1 Et bellorum eius. *Quibus defendit eum.*

2 Et bonarum vir.quibus. *Inter quas fuit uictoria notabilis quam habuit de Hyrcanis,ex qua cognominatus eſt Hyrcanus.*

3 Et ędifi.mu.&c. *in Ieruſalē & ī Iudæa ad terræ fortificationē*

4 Et rerum ge.eius. *Quæ fuerunt mirabiles & multæ, vnde dicit Ioſephus lib.13.quod ipſe habuit ſpiritum prophetiæ.*

5 Ecce hæc ſcrip.ſunt in li.dierum Sacerdotii eius. *Hūc autem librum non habemus,ſicut nec plures alios de quibus fit mētio in libris Regum & Paralipomenon.*

testiculorum vermiculos generans, ac præterea creber anhelitus, & interrupta eum ſuſpiria, membrorumq; omnium contractio fatigabat, vt qui hæc ad diuinitatem referrent pœnas eas eſſe dicerent Sophiſtarum. Ille autem quamuis cum tot vitiorum cruciatibus luctaretur, vitæ tamen cupidus erat, & remedijs excogitatis ſalutem ſperabat. Deniq; Iordanē transgreſſus apud † Calliroen aquis calidis vtebatur, quæ in lacum feracem bituminis, qui Aſphaltis vocatur effluētes, pro dulcedine potabiles ſunt. Ibi autem corpus eius, quod medicis oleo calidiore foueri placuerat, in arcam plenam demerſum ita diſſolutum eſt, vt etiam lumina quaſi mortuus reſoluta torqueret. Deinde perturbatis qui eum curabant, ad clamorem quidem illorum reſpicere viſus eſt. Deſperata verò ſalute, & militibus quinquagenas drachmas, multamq; pecuniam rectoribus, atque amicis diuidi iuſſit. Cum autem rediēs ad Hierichuntem veniſſet, atra iam bili correptus, & ipſa pene morte immutatus, factum nefarium excogitauit: collectos enim cuiuſque vici ex omni Iudæa nobiliores in locum cui nomen eſt Hippodromo cōcludi præcepit. Deinde ſorore Salome, & † Alexandro marito eius ad ſe vocatis: Scio inquit mortem meam feſtis, gaudijs celebraturos eſſe Iudæos: verum per alios lugeri potero: & clariſſimos honores aſſequi ſepulturæ, ſi quæ ipſe præcipio feceritis. Hos viros, qui habentur in cuſtodia cum animam efflauero, ſtatim militibus circundatos occidite, vt etiam † inuiſa mihi omnis Iudea, omniſq; domus illachrymet, & ſimul cum his mandatis, legatorum, quos Romam miſerat, epiſtolæ ſunt allatæ, quibus Acmen ancillam iuſſu Cæſaris interemptam, & Antipatrum morte damnatum eſſe indicabatur. Quin, & ſi pater eum in exilium dare mallet, id permiſiſſe Cæſarem, ſcriptum erat. Hærodes autem paululum hoc nuntio recreatus, rurſumque doloribus victus, nam inedia, tuſſiſq; pariter violentia diſtendebatur, flatum præuenire conatus eſt. Sumptoq; malo etiā cultellum popoſcit, ſectum enim comedere conſueuerat. Deinde circumſpecto ne quis arbiter impediret, tanquā ſe percuſſurus dextram ſuſtulit. Cum verò † Adabus conſobrinus eius accuriſſet, & manum continuiſſet, vlulatus maximus in regia ſtatim, quaſi rex eſſet mortuus excitatus eſt. Eoque propere audito Antipater fiduciam repetit, lætuſq; iam cuſtodes promiſſa etiam pecunia rogabat, vt ſe ſoluerent, atque dimitterent Quod eorum princeps nō ſolum ne fieret obſtitit, ſed etiam regi velociter nūtiauit. Ille autem fortius exclamans, quàm vires ægrotantis valebant, continuò ſatellitibus miſſis occidit Antipatrū, mortuumque ſepelire præcepit in Hircania. Deinde rurſum corrigit teſtamentum, & ſucceſſorem quidem Archelaū natu maximum Antipatri fratrem ſcribit, tetrarcham verò Antipam. Poſt interitum autem filij. 5. diebus exactis moritur, annos quidem 34. ex quo interfecit Antigonū regno potitus 30. verò & 7. poſtquam rex a Romanis declaratus eſt. Anno itaque Imperij Auguſti 47. mortuus eſt, pro quo ſubſtitutus ab Auguſto filius eius Archelaus regnauit annis 9. ideſt, vſq; ad ipſius Auguſti finem. Tūc enim non ferentibus vltra, ſed accuſantibus apud Auguſtum, ferocitatem eius Iudæis, in Viennam vrbem Galliç relegatur, & ad minuendam Iudaici regni potentiam, inſolentiamq; domandam quatuor fratres pro eo ſunt tetrarchæ creati, Hęrodes, Antipater, Lyſias, & Philippus. Quorum Philippus, & Hærodes, qui Antipas prius nuncupabatur, etiam viuente Archelao, tetrarchæ fuerant ordinati. Poſt Archelaum verò Herodes tetrarcha Iudææ gentis tenuit principatum, annis 24. Cui Tyberius Imperator hanc dederat poteſtatem. Cuius anno 12. Pilatus Iudææ procurator ab eodem dirigitur, atque ibi per 10. annos continuos vſq; ad ipſum penè finem Tyberij perdurauit. Anno autem 15. Tyberij Cæſaris ſimiliter, & regni Hærodis 15. (vt hiſtoriæ produnt) Ioannes filius Zachariæ in deſerto iuxta Iordanem fluuium prædicans, Chriſtum filium Dei in medio eorum adeſſe teſtatur: quem prædictus Hærodes Hærodiade vxore Philippi fratris ſui ſuadente in conuiuio ob ſaltatricis puellæ petitionem decollari iuſſit, ſicut ſacrum Euangelium manifeſtè demonſtrat. Ipſe quoq; Dominus Ieſus Chriſtus hinc in populo ſalutarem viam annuntiat, ſignis, atq; virtutibus vera comprobans eſſe, quæ diceret. Similiter, & octauodecimo anno vtriuſq; principatus Ieſus Chriſtus (ſecundū prophætias, quæ de eo fuerant prælocutæ) ad paſſionem venit. Vbi huic Hærodi per Pilati miſſos præſentatus, nō fide receptus, ſed per faſtum mundanum ſpretus, indutus veſte alba, iterum remiſſus eſt ad Pilatum, a quo per militum officium crucifixus, tertia die reſurrexit a mortuis. Refert autem diuina ſcriptura initium Euangelicæ prædicationis anno 15. Tyberij Cæſaris inchoaſſe, & ipſum Ieſum omne doctrinæ ſuæ tempus exegiſſe ſub pontificibus, Anna, & Caipha; cuius ſcilicet Annæ Pontificatus tēpore incipiente, docere cœperat, & vſque ad initium Caiphæ protenderat. In quibus ſpatijs vix toti quatuor concluduntur anni. Legalibus porrò præceptis iam per illud tempus, & ambitione ceſſantibus nulli quippe Pontificatus honor, vitæ, vel generis merito reddebatur; ſed Romana poteſtate alijs nunc item alijs ſumma Sacerdotij præſtabatur, ita vt annuis ſucceſſionibus mutaretur. Denique iam idem Ioſephus refert quatuor per ordinem vſque ad Caiphā Pōtificatus officio poſt Annā eſſe perfunctos, his verbis ſcribēs. Valerius Grachus, Anna ſacerdotio deturpato, Iſmaelem Pontificem deſignauit, filium Baſſi, ſed & hunc non multo poſt abijciens, Eleazarum Ananiæ Pontificis filium Pontificatui ſubrogauit. Poſt annum verò etiam hunc arcet officio, & Simoni cuidam Caniſi filio Pontificatus tradidit miniſteriū. Quo nō amplius, & ipſe q̄ vnius anni ſpacio perfunctus, Ioſephū aliàs Ioſippū cui, & Caiphas nomen fuit, accepit ſucceſſorem, ac per hoc, omne tempus, quo Dominus, & Saluator noſter in terris docuiſſe deſcribitur, intra quadriennij tēporis ſpatia coarctatur. In quo quatuor iſtæ (quas Ioſephus memorat) ſucceſſiones Pontificum deſcribūtur. Qualiter autem Hærodes Tetrarcha regnum amiſerit, Ioſephus prodit dicens: Accuſator Herodis Tetrarchę Agrippa filius Ariſtoboli, quem pater Hærodis interfecit, ad Tyberium venit. Illo autem non ſuſcipiente accuſationem reſidens Romæ, aliquorum quidem potētum notitias ambiebat. Maximis autem colebat officijs Germanici filium Gaium, cum adhuc eſſet priuatus, & quodam die inter copioſum epularum apparatum, qui apud eundem edebatur, ad vltimū extenſis manibus apertè cœpit Deum precari, celeriter illum mortuo Tyberio dominum cūctorum videre. Hoc cum quidam de familiaribus eius Tyberio nuntiaſſet, ſtatim concludi iuſſit Agrippam. Qui ſub grandi ærumna vſque ad mortem Tyberij in carcere per menſes ſex tenebatur. Sed defuncto eo poſt regnum annorum 22. dierū trium ſuccedens in Imperiū Caius Cæſar, abſoluit Agrippam a vinculis, & Tetrarchiam Philippi (iam enim iſte deceſſerat) ei tradidit, regemque appellauit. Cumque veniſſet in regnum Agrippa, Hærodis Tetrarchæ cupiditates per inuidiam ſuſcitauit. Irritabat autem eum maximè in ſpem regni Hærodias vxor, exprobrans ei concordiā, & dicens, quia per id quod noluerat ad Cæſarem nauigare, careret poteſtate maiore; nam cum Agrippam ex priuato regem feciſſet, quomodo dubitaret illum ex Tetrarcha eodem honore donare? His adductus Hærodes venit ad Caium, a quo ob auaritiam vehementer increpatus ad Hiſpaniā fugit. Secutus quippe fuerat accuſator Agrippa, cui etiam Tetrarchiam illius Caius adijcit. Atque Hærode quippe in Hiſpaniam peregrinante ſecum etiam vxore Hærodiade deceſſit. Pontius autem Pilatus præſes eodem anno, quo Saluator paſſus eſt, ſecreto noctis imagines Cæſaris in templo ſtatuit, vt Ioſephus tradit. Et hæc primę ſeditionis, & turbarum Iudeis cauſa extitit. Poſtea verò ſacrum theſaurum, quem Corbonam Iudęi vocant in aquæ ductum Ieroſolymorum expendens ſecundę ſeditionis prębuit ſemina. Sed cum de Chriſtianorū dogmate idem Pilatus ad Tyberium referret, & de ipſius Redemptoris geſtis paſſione, ac reſurrectione aliqua memoraret, Tyberius retulit ad Senatum, vt inter ſacra cętera reciperentur. Verum cum ex conſulto patrum Chriſtianos eliminari vrbe placuiſſet, Tyberius per edictum, accuſatoribus Chriſtianorum comminatus eſt mortem. Scribit Tertullianus in apologetico multos ſenatorum, & equitum Romanorum ab eodem interfectos. Igitur Iudęos pro commiſſo ſcelere virtus diuina damnabat. Sed & ipſe Pilatus: qui in Saluatorem iniqui iudicis functus officio eſt, iiſdem temporibus Caij tantis, & talibus malorū cladibus cruciatus eſt, vt a propria ſe manu tranſuerberaſſe, & nefariam vitam vi abieciſſe referatur. Nec enim poterat tanti piaculi miniſter impunitus euadere; ſicut in hiſtorijs Grecorum inuenimus, eorum duntaxat qui olympiades ſcribunt, & annales rerum geſtarum libros ad poſteritatis memoriam condunt. Agrippa autē, qui & Hęrodes filius Ariſtoboli poſt interfectionem Iacobi filij Zebedęi Petrum Apoſt. miſit in carcerem, & perſecutionem credentibus in Chriſtum excitauit, ſed non impunitus euaſit, ſicut Lucas in actibus Apoſt. manifeſtat,

Ioſephus. Vallerius Graccus. Tertullian. Actu 12.a. Hærodes Agrippa. Mat. 14.d. Luc 23.a.

A niſeſtat,& Ioſephus in 18.lib. antiquitatum commemo-
rat:qui de eodem refert hoc modo. Tertium,inquit,annũ
Imperij Iudææ totius expleuerat, cum fortè Cæſaream,
(Ioſeph. li.antiq.18.c.7.)
quæ prius turris Strationis vocabatur,aduenit,vbi in ho
norem Cæſaris ſpectacula ciuibus erexit,votiuo,vt vide-
batur,ſalutis Cæſaris die.Cumque illuc totius prouinciæ
viri honore, & facultatibus præditi conueniſſent, ſecun-
do ſpectaculorum die indutus veſte fulgenti ex auro, ar-
gentoq; mirabiliter contexta, incipiente die proceſſit ad
theatrum,vbi cum primò ſolis radios argenteæ veſtis gre
mio ſuſcepiſſet,repercuſſo ſplendore duplicatam ſpectan
tibus lucem, fulgor metalli vibrantis effudit, vt intuenti-
bus perſtringeret aciem aſpectus, & hoc plus aliquid de
eo,quàm humanæ naturæ eſt,artifex arrogantia mentire
tur. Illico adulantis vulgi concrepant voces honorem ſo
nantes,ſed exitium conferentes,& hinc,atque inde ab eis
conclamantibus Deus appellatur: vtque fieret propitius
ſuppliciter exoratur,dicentibus populis,quòd nunc vſq;
vt hominem te tenuimus,ſed ex hoc iam ſuprà humanã
te eſſe naturam fatemur. Sed rex acclamationem contra
fas habitam non repreſſit,nec impietatem illicitæ adula-
tionis exhorruit,donec reſpiciens paulò poſt imminentẽ,
atque inſiſtentem capiti ſuo Angelum vidit, cumq; ſen-
ſit continuo exitij ſui miniſtrum, quem prius non noue
rat prouiſorem honorum. Et ecce repente cruciatus cũ
ex dolore incredibili ventris, atque inflatione corripuit.
Reſpicienſq; ad amicos. En,inquit, ille ego Deus veſter.
Ecce propellor confeſtim, & deturbor ex vita. quoniam
quidem diuina virtus nuper collatas in me falſas arguit
voces, & qui modo dicebat immortalis a vobis, præceps
B iamiam rapior in mortem.Sed ſuſcipienda eſt ſententia;
quam Deus ſtatuit. Nam,& viximus haud contemnẽdi,
& longæuitatem,quæ beata putabatur,expleuimus. Et cũ
hæc dixiſſet,vi doloris vehementius agitatus,inſtanter ad
palatium reportatur.Cumq; diuulgatum eſſet eum pro-
pediem moriturum,ingens multitudo totius ætatis, & ſe
xus conueniens,more patrio, ſupercilitia ſtrati omnipo-
tenti Deo pro regis incolumitate ſupplicabant. Omnis
autem domus regia planctibus,& gemitibus perſonabat.
Cum interim rex ipſe in excelſo ſolatio recubãs, & deor
ſum reſpiciens,ac pronos proſtratoſque omnes cum fleti
bus præuidens,nec ipſe quidem temperabat a lachrymis:
verum continuis quinque diebus ventris doloribus cru
C ciatus,vitam violenter abrupit,quinquageſimum ętatis,
& quartum agens annum,regni verò ſeptimũ. Quatuor
etenim ſub Caio Cæſare annis regnauerat, Philippi Te-
trarchiam tribus annis obtinens,quarto autem etiam Hę
rodis ſibi adiũgens,tribus autem reliquis annis ſub Clau
dio Cæſare exactis. Poſt Agrippam patrem regnum Iu-
dææ tenentem annis ſeptem; filius eius Agrippa a Clau-
dio ſubſtituitur in regnum,quod tenuit annis 26.hoc eſt
vſque ad ſecundum annum Veſpaſiani,quando vrbis ex
(Ioſephus de Agrip.)
cidium factum eſt.Qualiter autem Ioſephus de hoc nar-
ret,hoc in loco ponendum eſſe cẽſemus.Claudius,inquit,
Agrippam filium Agrippæ Iudæorum regem conſtituit,
Fęlicem verò totius prouinciæ,Samarię quoque,& Gali-
leę, & regionis,quę dicitur trans Iordanem. procuratorẽ
miſit.Et poſt pauca addidit hæc etiam. Inflammatur au-
tem, & ſeditio acerbiſſima a Pontificibus aduerſum Sa-
cerdotes,& primos plebis Ieroſolymorum: Quorum ſin
guli conquærentes ſibimet perditorum iuuenum, & no-
uis rebus gaudentium manus, duces ſemetipſos proprię
factionis inſtituebant. Qui confligentes ad inuicem,pri-
mò conuitijs laceſcere,tum deinde & ſaxis inuicem ſter-
nere;nec quiſquam erat qui coerceret,ſed agebantur om
nia tanquam in vrbe non habente rectorem. Igitur Pon-
tifices in tantam venere penuriam,vt ſeruis ſuis ad areas
miſſis, inuaderent decimas, quæ Sacerdotibus debeban-
tur,& accidebat,vt nonnulli ex minoribus Sacerdotibus, D
quorum alimoniæ direptæ vi fuerant inedia deperirent,
ita ſeditionum violentia ius,faſq; confuderat. Item poſt
pauca ſubiungit etiam hæc.Nonnunquam autem etiam
in media ciuitate occurrentes ſibi trucidabant,præcipuè
in diebus feſtis ſicarij plebibus admixti, occultatis pugio
nibus oberrantes,vt quiſque deſignatus eis ſi cominus in
cederet, eum perimebant, & arte nefaria cum corruiſſet
is,quem occulto vulnere ſtrauerant,tumidè ipſi percuſſo
res velut indignari ſe ſimulabant,aduerſus eos,qui hęc in
media vrbe committerent, atq; hoc modo occulta eorũ
facinora permanebant,& primum omnium ab his Iona
thas Pontifex interficitur. Poſt illum quàm plurimi iu-
gulantur, ita vt iam ipſis mortibus eſſet grauior metus
mortis,dum vnuſquiſq; quaſi in procinctu ſemper poſi-
tus,per momenta ſingula ſperaret interfici. Cum autem
Claudius annis 14.in imperio expletis menſibus ſeptem,
diebus 28.defunctus eſſet, Nero accepit imperium, quod (Ner… peri… Act. 29.)
tenuit annis 14.menſibus 7.& diebus 28.Huius ſecundo
anno Feſtus Iudææ procurator ſucceſſit Fęlici,a quo Pau
lus Romam vinctus mittitur,biennium in libera manẽs
cuſtodia. Poſt hoc ad prædicandum dimittitur;necdum
Nerone in tanta erumpente ſcelera quanta de eo narrant
Hiſtoriæ,Iacobus frater Domini cum 30. annis Ieroſoly
morum rexiſſet Eccleſiam, ſeptimo Neronis anno lapida
tur a Iudæis,vindicantibus in illo, quòd Paulum interfi- E
cere nequiuerunt. Feſto magiſtratui Iudææ ſucceſſit Albi
nus,Albino Florus,cuius luxuriam,& auaritiã, cæteraq;
flagitia non ferentes Iudæi contra Romanos rebellaue-
rũt. Aduerſum quos Veſpaſianus magiſter militiæ tranſ-
miſſus,plurimas vrbes Iudææ cœpit. Primus Nero ſuper
omnia ſcelera ſua etiam Chriſtianos perſequitur.Quorũ
eximios Romæ Petrum cruce, Paulum occidit gladio.
Hic in re militari nihil omnino auſus, Britanniam penè
amiſit.Nam duo ſub eo nobiliſſima oppida illic capta at-
que euerſa ſunt. Deniq; Nero cum a Senatu quæreretur
ad pœnam è palatio fugiens ad quartum vrbis miliariũ
in ſuburbano libertini ſui inter Salariam, & Nomenta-
nam viam ſemet interfecit,anno ætatis 32.atq; in eo om
nis Auguſti familia conſumpta eſt. Poſt Neronem verò
Galba in Hiberia, Vitellius in Germania, Otho Romæ
imperium arripuerunt. Galba.7.menſe imperij ſui in me (Galb…)
dio Romanæ vrbis foro capite truncatur. Veſpaſianus (Veſp…)
duobus prælijs ſuperatos Iudæos ad muros compulit. (Oth…)
Otho tertio regni ſui menſe apud Vitriacum, alias Vena (Vite…)
tium,propria manu occubuit. Vitellius a Veſpaſiani du-
cibus occiſus in Tyberim proijcitur. Romanorum ſepti
mus regnauit Veſpaſianus annis 8. menſibus 11. dieb 22. (Ioſep…)
Qui apud Iudæos Imperator ab exercitu appellatus,& bel
lum Tito filio commendans Romam per Alexandriam
proficiſcitur. Cuius ſecundo anno Titus Iudæa capta, &
Ieroſolymis ſubuerſis ſexcenta millia virorũ interfecit;
Ioſephus verò ſciens affirmat ſexcenta millia virorum
gladio & fame perijſſe,& alia centum millia captiuorum
publicè venundata. Vt autem tanta multitudo Ieroſoly-
mis reperiretur,cauſam Azymorum fuiſſe refert.Ob quę
ex omni gente Iudæi ad templum confluentes vrbe,qua-
ſi carcere ſunt incluſi. Oportebat.n.in ijſdem diebus Pa-
ſchæ eos interfici, in quibus Saluatorem crucifixerant.
Colligitur autem omne tempus in ſimilem annum Ve-
ſpaſiani, & nouiſſimam Ieroſolymorum euerſionem a
quintodecimo anno Tyberij Cęſaris,& ab exordio Euan
gelicæ prædicationis anni 42. A captiuitate autem quam
ab Antiocho perpeſſi ſunt,anni 238.Porrò a Darij ſecun
do anno,ſub quo rurſum templum ędificatum eſt, anni
quingenti nonaginta. A prima autem ædificatione tem-
pli ſub Salomone vſque ad nouiſſimam eius ruinam,
quæ ſub Veſpaſiano facta eſt an. mil. cent 2.

*Incipit*

A *Incipit Secundus liber Machabeorum.*

SEcundus liber hiſtoriæ Machabæorum licet breuior ſit priori eiuſdem operis libro in hiſtorica narratione, antiquiora tamē quodam modo replicat tēpora, excepto quod ille Alexandri magni Macedonis in principio ſui facit breuem commemorationem; & Seleuci Regis cognomento Nicanoris in Iudæos commemorat iſte beneficia, quem hiſtoria antiquitatum Ioſephi, & chronicon Euſebij, teſtantur Iudæos republica ſua dignos efficere, & æ- D quum eis honorem cum habitatoribus Macedonibus, & Græcis deputaſſe. Similiter & Antiochus magnus (teſtantibus ſupra memoratis auctoritatibus) eos crebris epiſtolis laudat, & multiplicibus muneribus donat. Habet quoque idem liber diuerſam a priore narrationem, ſed tamē hiſtoriæ non deſtruit veritatem, qui licet multa prioris libri contineat teſtimonia, tamen per plura interſerit quæ in illo non inueniuntur. Scriptus enim ab his videtur, qui morati ſunt in terra Iuda, ad eos qui in exteris fuerunt regionibus, vnde ita idem incipit.

CAP. I.

2 FRatribus qui ſunt per Aegyp. * Comeſtor. Secundus liber Machabæorum non eſt hiſtoriæ perſecutio, ſed proſecutæ recapitulatio. Eſt enim epiſtola quam ſcribit Iudas Machabæus, & Senatus Iudæorum Hieroſolymitanorum, diſperſioni Iudæorū, quæ exulabat in diuerſis a regionibus, maximè in Aegypto, in B qua inſinuant eis duas ſolemnitates recenter inſtitutas, vt eas obſeruarent.

## *Incipit liber ſecundus Machabæorum qui non eſt de Canone Hebræorum.*

CAP. I.

FRatribus qui ſunt per Ægyptum Iudæis, ſalutem 1
dicunt fratres qui ſunt in Ieroſolymis Iudæi, & 2
3

* Rupertus. In primis dicendum, cur Iudæi, vel ex quo tunc eſſent per Aegyptum, ad quos ſic incipit prologus. *Fratribus qui ſunt per Aegyptum Iudæis, ſalutem dicunt fratres qui ſunt Hieroſolymis Iudæi, &c.* Filius pontificis Onyæ, & ipſe Onyas dictus, videns quod Rex Antiochus patrem ſuum Menelaum interfeciſſet, & principatum Sacerdotij dediſſet Alchimo, non exiſtente de genere Sacerdotum, fugit ad Ptolemæum Regem Aegypti, & locum petijt in Heliopolitana regione, vbi ſimile Hieroſolymorum ædificaret templum. Hac occaſione infinita examina Iudæorum ad Aegyptū confugerunt. Aſſerebat enim Onyas ſe Eſaiæ implere vaticinium. *Erit altare Domino in medio terræ Aegypti.* Rurſus Ptolemæus filius Lagi multos captiuos a montanis Iudææ trahens ad Aegyptum commigrauit, &c. Textus autem huius literæ demonſtrat, quia fratribus qui erant per Aegyptum, non tantum ſemel, ſed bis ſcripſerunt fratres Iudæi, qui erant Hieroſolymis: & inter vtrūque ſcriptum tempus interfuit fermè decem, & octo annorum. Simul & hoc ſciendum quia regnāte Demetrio, annus centeſimus & ſexageſimus nonus, quo primū ſcripſerunt, quartus, idemq; vltimus fuit principatus Ionathę fratris Iudæ. Annus aūt centeſimus octogeſimus octauus quando ſecundò ſcripſerunt, annus fuit vndecimus poſt C mortem Simonis fratris eiuſdē Ionathæ, ac Iudæ. His ita ſe habētib. claret quis ille Antiochus fuerit, de cuius interitu gratulant, narrātes qualiter in Perſide ceciderit, ꝙ videlicet fuerit Antiochus filius Demetrij, qui & perſecutus eſt Triphonem impium, ſed & Iudæos in multis afflixit, & Simone adhuc viuente, & poſt Simonem filio eius Hyrcano principatum habente.

Rabanus. Demetrius hic ſub quo ſe oraſſe pro Iudæis in Aegypto conſtitutis Ieroſolymitæ commemorant, ipſe eſt qui poſt Antiochū Eupatorem Aſiæ, & Syriæ regnauit, qui & ipſe cognominatus eſt Sother, hoc eſt Saluator. In hunc E enim annorum numerus, qui computatus eſt, hoc eſt cētesimus ſexageſimus nonus decurrit. Nam Antio. Epiph. qui poſt centeſimum trigeſimum ſeptimum annum regni Græcorum cœpit regnare: regnauit annis vndecim: Antiochus Eupator annis duobus, & Demetrius Sother annis duodecim: qui ſunt anni a principio regni Seleuci Nicanoris Regis Syriæ, a quo regni Græcorum computātur tempora vſque ad finem Demetrij centum ſexaginta duo. Quibus ſi adijciantur anni ſeptem de regno Alexandri, qui ignobilis, & vicioſus, indignuſque regia dignitate a Pompeio Trogo deſcribitur, ſed tamen regnum tenuiſſe narratur annis decem, fiunt centum ſexaginta nouem. Dicamus & aliter. Primus poſt Alexandrum Aſiæ regnauit Antigonus annis decem, & octo, poſt quē Demetrius, qui & Poliaretas regnauit 17. annis Hic Demetrius 17. anno regni ſui ſemetipſum Seleuco tradidit, & coniuncta eſt Aſia regno Syriæ anno Seleuci Nicanoris 28. Si ergo cœperimus computare nunc ſeriem annorū a primo anno regni Antigoni, qui regnauit in Aſia annis 7. antequam Seleucus in Syria regnare cępiſſet præponentes eoſdem 7. annos regni Seleuci, & eo modo computum annorum regnum Syriæ vſq; ad nouiſſimum annū Demetrij Soteris perduxerimus, ſumma prioris numeri tota ibi inuenitur. Sed mirum q̄uo in ſequentib. dicatur Iudas centeſimo octuageſimo octauo cum ſenatu Ariſtobolo magiſtro Ptolemei Regis dixiſſe ſalutē, & mandaſſe de purificatione tēpli, quā ipſi facturi erant 5. & 20. die menſis Caſleu, cum Iudas in priori lib. ſupradicto F

## *Poſtilla Nicolai de Lyra ſuper ſecundum librum Machabæorum incipit.*

CAP. I.

* FRatribus, &c. *Liber iſte ſecundus Machabæorum quædam eſt abbreuiatio cuiuſdam magni voluminis a Iaſone Cyrenæo conſcripti habentis 5. libros partiales, in quibus facta Iudæ Machabæi, & ſociorum eius diffusè tractantur, ſed in hoc libro ponuntur breuiter, & ſuccinctè, vt patet in fine capituli ſecundi, vt qui propter paupertatem prædictum volumen magnum comparare non poſſent, vel propter eius prolixitatem attędiati eſſent, legere iſtud compendium poſſent & de facili, & ſine tædio percurrere legendo. Fuit autem cōpilatio hæc facta tempore Demetrij ſecundi, vt magis videbitur infrà. Et miſſa Iudęis habitantibus in Aegypto ab illis, qui erant in Iudæa. Qui hoc in huius libri pręfatione, rogauerunt eos aliquas ſolemnitates ſuſcipere, quę ab eis fuerant rationabiliter inſtitutæ. Igitur iſte liber in duas partes diuiditur. ſ. in prologum, & tractatum, qui incipit 3. cap. in prima verò parte ponitur inuitatio ad obſeruantiā duplicis feſti. Secundò breuiter tangitur materia huius libri. c. ſe.* ibi. De Iuda verò Machab. *Circa primū primo ſcribens captāt illorum quibus ſcribunt beneuolentiam. Secundò inuitant eos ad feſti duplicis obſeruantiam, ibi.* Regnante Deme. *Tertiò ſuam inſerūt intentionem, ibi.* Facturi igitur. *Circa primum captant dupliciter eorum beneuolentiam. ſ. eos amicabiliter ſalutando, & pro eis humiliter exorando, ibi.* Benefaciat vobis. *Circa primum dicitur.*

1 Fratrib. &c. *Qđ eſt nomē amicabile: nā frater dicitur quaſi fere alter ipſe. Et vocāt eos fratres, eo ꝙ erāt đ eadē gēte, et ſub eadē lege*

2 Qui ſunt per Aegyp. Iudæis. *ſ. diſperſis. Ptolemęus. ſ. Lagi filius, qui poſt Alexandrum magnum primus regnauit in Aegypto, ſicut ſuprà dictū eſt in primi libri principio, & multos Iudęos captiuauit, quorum aliquos Ptolemęus Philadelphus ei ſuccedens relaxauit in fauorē Lxx. interpretum, qui ſibi lib. Moyſi, & ſecundum aliquos totum vetus teſtamentum tranſtulerunt de Hebręo in Gręcum, multi tamen in Aegypto remanſerunt, & procedente tēpore acquiſierunt bona temporalia, & per prolis procreationem multiplicati ſunt, quibus Iudęi manentes in Iudæa ſcripſerunt. Ideo ſubditur.*

3 Salutem dicunt, &c. *Et pacem bonam, nam bona guerra eligibilior eſt pace malo.* * Benefa-

*MORALITER.*

1 *Fratribus qui ſunt, &c.* Hic ponitur quędam præfatio huius ſecundi libri, & durat vſque ad tertium capitulum excluſiuè. Hæc autem præfatio eſt quædam epiſtola a Iudæis habitantibus in Ieruſalem, & Iudæa ad eos, qui habitant in Aegypto miſſa. Moraliter. autem per Iudæos habitantes in Aegypto, quæ tenebra interpretatur, ſignificātur catholici qui ſunt ſimpliciter laici carentes lumine ſcripturarum. Per habitantes autem in Ierusalem, & Iudæa, vbi viguit cognitio prophetica, ſignificantur clerici in ſacra pagina literati, a quibus laici ſalutantur, cum ad eos prædicatores mittuntur, pacem, & ſalutem gloriæ fideliter nunciantes.

☞ dicto, legitur multo ante Demetrium, eſſe defunctus. Si-
A quidem ſexto anno Demetrij idem ſecundum chronicorum fidem inuenitur occiſus. Sed quia incerti ſunt ipſi auctores librorum, non abſurde videntur in computatione temporum diſcrepare. Maxime cum in legalibus libris Septuaginta interpretũ editio, cum Hebraica veritate in computo annorum multum diſcordet.

L. 10. de vict. verb. c. 11. a *Benefaciat vobis Deus, &c.*

✲ Rupertus. Nunc appendendum qualis iſta ſalutatio ſit. Quomodo debuit fraterna charitas, ita ſalutauit, & imprecata eſt fratrib. ſuis Iudæis, quorum vtiq; cor non fuerat adapertum in lege. Si enim adapertum habuiſſent, nequaquam feciſſent quod erat contra legem, & præceptum Domini, vt ædificarent templum, & altare in terra Aegypti, clauſo corde, & auribus ma-
Iſa. 19. lè apertis ad illam Iſaiæ prophetiam. *Et erit altare Domini*
B *in medio terræ Aegypti.* Hoc namq; faciendo, præuaricatores ſe conſtituerant legis, & præceptorum Domini, ſe-
Dan. 11. cundum hanc prophetiam Danielis. *Filij præuaricatorum populi tui extollentur, vt impleant viſionem, & corruant.* Idcirco dicunt. *Et reconcilietur vobis, &c.* Subaudiendum, quia præuaricatores, vel filij præuaricatorum eſtis, habendo templum in terra Aegypti.

L. 10. de vict. verb. c. 11. ✲ Idem. Præmiſſo exordio, quo beneuolentia quæritur fratrum, ſequitur narratio.

b *Regnante Demetrio, &c.* Iam dictum eſt, quia ille annus 169. quartus, idemque vltimus erat principatus Ionathæ, quando iam renouatum erat templum, atque emundatum a contaminatione, atque defenſum ab impio Nicanore, qui rurſus illud contaminare voluerat. Blaſphemo itaque Nicanore perempto, & Deo cœli collaudato, qui locum ſuum immaculatum ſeruauit, habi-
C toq;

a qui in regione Iudæa, & pacẽ bonam. Benefa-
ciat vobis Deus, & meminerit teſtamenti ſui,
quod locutus eſt ad Abrahã, & Iſaac, & Iacob
ſeruorum ſuorũ fidelium, & det vobis cor om
nibus vt colatis eum, & facietis eius voluntatẽ
corde magno, & animo volẽti. Adaperiat cor
veſtrũ in lege ſua, & in p̃ceptis ſuis, & faciat
pacem. Exaudiat orationes veſtras, & recon-
cilietur vobis, nec vos deſerat in tempore
malo. Et nunc hic ſumus orantes pro vobis.
b Regnante Demetrio anno centeſimo ſexa-
c geſimo nono, nos Iudæi ſcripſimus vobis

toq; communi conſilio, ac decreto, vt nullo modo dies il- D
la abſq; annua celebritate pertranſeat. *Nos*, inquiunt, *ſcripſimus vobis.* Qui & ipſi debetis eſſe Iudæi, non ſolum gẽte ſed fide Abrahæ, atque fidelis Dauid, ad quos repromiſſio facta, & confirmata eſt in loco quem elegit Deus, hoc
1 eſt, Hieroſolymis. *Scripſimus*
2 (inquam) *vobis, in tribulatio-*
3 *ne, & impetu, &c.* Quæ fuit il
4 la tribulatio, & impetus? *Ex*
5 *quo receſſit Iaſon, &c.* Hoc fuit
6 initium idolorum, quod Ia
7 ſon impius, & non Sacer-
8 dos, ſed ab impio rege fra-
9 tri Oniæ, contra fas, ſuper-
10 poſitus, a ſancta terra receſ-
11 ſit, primum mente, deinde
12 etiã corpore inuitus, & pro
13 fugus. Cum. n. illi ambiẽti,
14 & pecunias promittenti rex
15 annuiſſet, & obtinuiſſet prin
16 cipatum ſtatim ad gentilẽ
17 ritum contribules ſuos trãſ
18 ferre cepit. Deinde cum in E
19 malis proficiens, multas ciuium ſtrages dediſſet, finem inſidiarum ſuarum confuſionem cœpit, & profugus abijt, &c. *Ex quo*, inquiunt, *talis receſſit, portas ſuccenderunt, & effuderunt ſanguinem innocentem.* Ante receſſum, & apoſtaſiam eius, ſancta ciuitas in omni pace habitabatur, & ipſi reges locum ſummo honore dignum ducebant & templum muneribus illuſtrabant.

✲ Idem. Templum autem ſanctum, ſacrificia ſancta, & Ibi. ca. 1. legitima, ciuitatem Hieruſalem, & terram ſanctam eſſe vbique ſcriptura libri huius tota intentione declamat, ad deſtruendam templorum adulterorum fiduciam, quorum alterum in monte Gazirim, alterum in Aegypto fuerat ædificatum.

c *Nos.* Iaſon autem ipſe eſt frater Oniæ pontificis, quem Rabani ſequentia iſtius libri narrant ad Antiochum Epiphanem, hoc eſt nobilem propter ambitionem ſummi Sacerdotij conuolaſſe, eique perſuaſiſſe vt Gentilem ritum Ieroſolymis inſtitueret.

☞ ✲ Ruper-

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Benefaciat. *Hic conſequenter captant eorum beneuolentiam pro eis exorando, dicentes.* Benefaciat vobis Deus. *In ſpiritualibus, & temporalibus.*

2 Et meminerit teſtamenti ſui. *i. firmæ promiſſionis.*

3 Quod locutus eſt ad Abraham. *Gen. 12.*

4 Et Iſaac. 26.

5 Et Iacob. 28. *Et ſupplendum eſt, qui ſunt de numero ſeruorum ſuorum fidelium.*

*Vel aliter literã ſic iungendo.* Et meminerit teſtamenti ſui. *i. promiſſionis firmæ.* Seruorum ſuorum fidelium. *i. pro ſuis ſeruis fidelibus factæ.* Quod ad Abraam, Iſaac, & Iacob locutus eſt. *Primò quantum ad patres illius teſtamenti.*

6 Et det vobis, &c. vt cola. *Fide, ſpe, & charitate, quibus colitur Deus cultu interiori, vt dicit Auguſt. in Enchiridio.*

7 Et faciatis eius voluntatem, &c. *Per effectum in cultu exteriori.*

8 Corde magno, & animo volenti. *Quia Deo non placent ſacrificia coacta, ſed voluntaria.*

9 Adaperiat cor veſtrum in lege ſua. *Studenda, & intelligenda.*

10 Et in præceptis, &c. *Opere adimplendis.*

11 Et faciat pacem. *Vt vacare talibus valeatis.*

12 Exaudiat orationes veſtras. *Vobis condeſcendendo.*

13 Et reconcilietur vobis. *Peccata præterita remittendo.*

14 Nec vos deſerat in tempore malo. *Vos in tribulationibus conſolando.*

15 Et nunc hic. *i. in Ieruſalem, & Iudæa.*

16 Sumus orantes pro vobis. *Q. d. ita debetis orare pro nobis, & acquieſcere petitionibus noſtris, maximè de ſolemnitatib. deuotis.*

17 Regnante Demetrio anno centeſimo ſexageſimo. *Hic conſequenter inuitant eos ad obſeruantiam duplicis feſti. Secundum ponitur, ibi.* Et diem ignis. *Prima in tres: quia primò ponitur eorũ inuitatio. Secundò dicti confirmatio, ibi.* Anno centeſimo. *Tertio: intenta concluſio, ibi.* Facturi igitur. *Circa primum notatur tempus, cum dicitur.* Regnante Demetrio, &c. *Dicit hic glo. Rabani, ꝙ iſte fuit Demetrius filius Seleuci, qui regnauit tempore Iudæ Machabæi, vt patet 7. cap. 1. lib. Sed huic dicto manifeſtè contradicit qd ſequitur.* Anno centeſimo ſexageſimo nono. *Hic autem Demetrius ante tempus hoc fuit mortuus, nã filius eius intrauit regnũ patrum ſuorum anno 165. vt habetur ſup. 1. lib. 10. cap. & ante ipſum regnauerat Alexander duobus annis, qui interfecerat patrem ſuum, vt patet in principio eiuſdem capituli 10. iſte verò Demetrius filius primi Demetrij regnauit vſque ad annum 172. in quo fuit captus, & incarceratus, vt habetur primo lib. 14. cap. Ex quo patet, ꝙ iſte Demetrius filius primi Demetrij adhuc regnabat anno centeſimo ſexageſimo nono. Et ideo quod dicitur hic.* Regnante Demetrio anno centeſimo ſexageſimo nono. *Intelligitur de ipſo. Ipſe vero ante captionem ſuam, cum Simone ſummo Sacerdote, & Gente Iudæorum renouauit amicitiam, & conceſſit ei plures libertates, & priuilegia, quam ante conceſſerant tempore Ionathæ, alij reges prædeceſſores ſui, vt habetur, decimotertio capitulo primi libri, propter hoc ſubditur ibi: Ablatum eſt iugum gentium ab Iſrael. Et fuit populus in magna lætitia, & pace bona toto tempore Simonis. Et ſic eſt veriſimile vt dicit ſuper locum iſtum dominus Hugo Cardinalis, ꝙ illo tempore ſcripſerunt Iudęis habitantibus in Aegypto de ſolennitatibus iſtis recipiendis. Licet. n. tempore Iudę primum feſtum fuerit inſtitutum, non tamen a Iudęis in Aegypto manentibus receptum, vt patet ex eius epiſtola ſequente, in qua nulla fit mentio de hoc feſto, licet ſcribatur Iudęis manentibus in Aegypto.*

18 Nos Iudæi. *Manentes in Ieruſalem, & Iudęa.*

19 Scripſimus vobis. *De ſolemnitatibus hic contentis, & de alijs in hoc libro ſcriptis. Sed contra hoc obijcitur, quia ſicut dictum eſt hęc ſcripſerunt adepta libertate tempore Simonis, & Demetrio regnante, hoc fuit anno 170. vt habetur cap. 3. primi libri. Ad hoc poteſt dici, ꝙ hoc negotium fuit inchoatum anno centeſimo ſexageſimo nono, & conſummatum anno ſequenti. Hic autem ponitur data pro tempore inchoationis: ibi verò pro tempore conſummationis. Dicitur autem.* Nos Iudæi, &c. *Quia idem populus fuit tempore Iudę, & Simonis, & cum hoc etiam eadem perſonę numero in multis, vt patet de Iuda & Simone, qui fuerunt fratres, & contemporanei, vt patet 2. cap. primi lib. Et idem erat de multis alijs.*

✲ In

## *MORALITER.*

† 18 *Nos Iudæi, &c.* Scripſerunt autem de duobus principaliter, licet aliqua alia in hac præfatione, quæ interponuntur non multum ſunt ad propoſitum: ideo ea dimitto. Primum autem eſt exhortatio ad obſeruationem diei Scœnophegiæ, ſeu dedicationis templi.

† *MORA-*

☞ ✱ Ruper. Commune decretum gentis Iudæorum factum Hieroſolymis ſcripſerunt ad eos qui erant in Aegypto, ſemel, & iterum. Per quod datur intelligi, quòd ad primam vicem non obtemperauerint, vtpotè aliud templum habentes, & templum quod erat Hieroſolymis cōtemnentes, atq; idcircò feſtum dedicationis illius ſuſcipere detrectabant. Proinde notãdum quod prima admonitione, ſequens aliquantulum acrior ſit. Nam prima ſalutatio dulcis eſt: in ſecunda, fraterni nominis deeſt, dulcedo. Diciturque. *Populus qui eſt Hieroſolymis, &c.* adiecto quaſi cum ſupercilio, *Senatuſque. & Iudas, &c.* Nomē quippe Senatus iudicialis intentionis eſt ſignum. Porrò, quis fuerit ille Iudas, non facilè ex hiſtorijs poteſt agnoſci, niſi fortè ille ſit Iudas Eſſæus genere, qui ſub illis temporibus extitit, qui (vt ait Ioſephus) nunquam in his quæ prædixit, mentitus eſt.

a *Populus qui, &c.* Ariſtobol' hic fuit natione Iudęus, ſed Peripateticus Philoſophus eſſe agnoſcitur, qui ad Philometorem Ptolemæum explanationum in Moyſem commentarios ſcripſit vt Chronographi produnt: quo etiam tempore Syriæ, & Aſiæ regnabat Antiochus Epiphanes.

b *De magnis periculis a Deo liberati, &c.* ✱ Rupert. Vide
1 quomodo ſecun-
2 dum intentionem,
3 quam diximus, pro
4 cedant dicta vene-
5 rabilia, ſanctam ter
6 ram, ſanctam ciui-
7 tatem pronuncian-
8 tia; qui videlicet
9 pulchri ſermonis
10 ornatus ab huiuſ-
11 modi principio vſ-
12 que ad finem ferè
13 per omne libri cor-
14 pus ſeruatur ſine
15 dubio contra æmu
16 lationes eorū, qui
17 alibi contra legem
volebant habere tē plum, vel ſanctaſanctorum.

Qualiter autem Antiochus Epiphanes, qui mala Iudeis vltra oēs reges, qui ante ſe fuerunt in Syria infligebat, regnum perdiderit, & vitam finierit, & liber prior hiſtoriæ iſtius commemorat, & Ioſephus in hiſtoriarum, antiquitatis Iudaicæ libro duodecimo teſtatur, dicens; Rex ☞ Antiochus

(Margin: 10. de verbi ... p. 15. — Vbi ſup. c. 16 — Raban. Ioſephus. Li. 12. antiq. cap. 13.)

in tribulatione, & impetu, qui ſuperuenit nobis in iſtis annis, ex quo receſſit Iaſon a ſancta terra, & a regno. Portã ſuccenderunt, & effuderunt ſanguinem innocentem. Et orauimus ad Dominum, & exauditi ſumus, & obtulimus ſacrificium, & ſimilaginem, & accendimus lucernas, & propoſuimus panes. Et nunc frequentate dies Scœnophegiæ menſis a Caſleu. Anno centeſimo octogeſimo octauo, populus qui eſt Ieroſolymis, & in Iudæa ſenatuſque, & Iudas, Ariſtobolo magiſtro Ptolemæi Regis, qui eſt de genere Chriſtorum Sacerdotum, & his qui in Ægypto ſunt Iudæis, ſalutem, & ſanitatem. b De magnis periculis a Deo liberati

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 In tribulatione. *i. de tribulatione.*

2 Et impetu, &c. *Scribendo enim de ſuæ libertatis adeptione, & feſtorum receptione, habuerunt tangere de precedenti tribulatione.*

3 Ex quo receſſit Iaſon a ſancta terra, & a regno. *Hic enim ambiens ſacerdotium, iuit ad regem Antiochum incitans eum de translatione Iudæorum ad Gentilium ritum, vt habetur, infra 4. cap. Et iſtud fuit principium malorum, quæ fecit Antiochus Epiphanes in Ieruſalem vt habetur ſupra 1. lib. & etiam infra in hoc ſecundo. Ideo ſubditur.*

4 Portam ſuccen. *Id eſt portas ciuitatis, & templi, vt habetur 4. cap. lib. 1.*

5 Et effuderunt. *Vt habetur 1. lib. & in hoc ſecundo.*

6 Et orauimus ad. *Magis pugnantes orationibus, quam armis.*

7 Et exauditi. *Antiochi ducibus debellatis.*

8 Et obtulimus ſacrificium, & ſimilaginem. *In templo recuperato, & purificato, vt habetur 1. lib. 4. cap. Et dicitur hic ſacrificium, oblatio de animalibus. Similago, farina eſt frumenti delicatiſſima, de qua fiebant panes propoſitionum.*

9 Et nunc frequentate. *i. ſingulis annis celebrate.*

10 Dies Scœnophegię. *i. purificationis templi, quam conſtituit Iudas octo diebus celebrari a quintadecima die menſis Caſleu.*

11 Anno centeſimo. *Hic conſequenter ponitur declaratio, ſeu confirmatio dicti, ſ. de tribulatione, quæ ſuperuenerat eis tempore Antiochi: & hoc fit per quandam epiſtolam in Aegyptum tempore Iudę miſſam, cuius tenor hic recolitur, cum dicitur:* Anno centeſimo octogeſimo octauo populus, qui eſt Ieroſolymis, &c. *Sed hoc videtur falſum, quia data epiſtolæ pręcedentis, quæ fuit ſcripta poſt mortem Iudę quaſi viginti annis talis eſt, anno 169. vt dictum eſt. Et ſic Iudas longo tempore ſcripſiſſet poſt mortem ſuam, dicendum quòd in epiſtola Iudę numeratio annorum non incipit a principio regni Grecorum ſicut alia, ſed ante, vt hic innuit glo. ſed vbi incipit, non dicit. Poteſt autem dici rationabiliter, quod incipit a duodecimo anno regni Aſſueri: in quo mirabili modo liberatus fuit populus Iſrael a perſecutione Aman, vt habetur Eſther 3. cap. Et hoc propter duo. Primò, quia liberatio iſta fuit valdè mirabilis, & notabilis. Iudæi verò incipiebant numerationes annorum a factis notabilibus, vt dictum eſt ſupra. Secundò: quia liberatio illa fuit ſimilis iſtis temporibus Antiochi, propter quæ epiſtola Iudæ loquens de hac liberatione incipit ab illa numerare. Aſſuerus verò ſecundum computationem, quam poſuit Dan. 9. regnauit annis 40. circiter, & ſic a 12. anno regni eius incluſiuè, in quo fuit facta liberatio populi ab Aman perſecutione, remanent de regno eius 29. anni, cui ſecundum Hebræos, quos in hoc ſecutus ſum: in præcedentibus ſucceſſit Darius, ipſius & Eſther Reginæ filius, qui regnauit ſex annis vſque ad conſummationem templi ſecundi, vt patet 1. Eſd. 6. Neemiæ 15. vſque ad debellationem eius per Alexandrum magnum ſecundum Hebræos, ſicut dixi plenius ſuper librum Dan. A quo Alexandro incipit regnum Grecorum, vt dictum eſt in principio primi libri, cuius regni fluxerant 148. anni, quando purificatum fuit templum per Iudam Machabæum, vt habetur ſupra 1. lib. 4. cap. ducibus Antiochi debellatis. Iſti verò anni ſimul iuncti faciunt annos 188. in epiſtola Iudę numeratos.*

12 Ariſtobolo magiſtro Ptolemæi. *ſ. Philometoris qui fuit nepos Antiochi Epiphanis, vt oſtenſum fuit Dan. 11. & adhuc oſtendetur infra 4. cap. & per conſequens fuit tempore Iudæ Machabæi, vt patet ex ſupradictis 1. lib. Huius autem Ptolemæi dicitur Ariſtobolus magiſter, quia fecit ſibi commentarios ſuper libros Moyſi, & erat natione Iudæus. Ideo ſubditur.*

13 Qui eſt de genere. *Vnctorum: Chriſtus enim a Chriſmate dicitur, deſcendit enim ab Aaron, tamen linea recta ſacerdotalis non peruenit vſque ad eum.*

14 Salutem. *ſ. animæ.*

15 Et ſanitatem. *Corporis. Et ſubditur epiſtolæ narratio. In qua ponitur primò euaſio ſui periculi. Secundò, proſtratio Antiochi, ibi:* Nam cum in Perſide. *Circa primum dicitur.*

16 De magis periculis. *Tempore Antiochi Epiphanis.*

17 A Deo. *Sua gratia, non virtute noſtra vel meritis.*

✱ Magnificè

## MORALITER.

† Moral. autem templum Domini eſt quilibet fidelis ſicut dicitur 1. Cor. 3. f. *Templum Domini ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Et hoc templum debet dedicari ad ſimilitudinem materialis templi, in qua dedicatione Epiſcopus templum, vel eccleſiam circuit, & aqua aſpergit. Et iſte circuitus ſignificat in nobis diligentem conſcientiæ diſcuſſionem per peccatorum propriorum recordationem, & aſperſio aquę benedictę effuſionem lachrymarum per veram cōtritionem, de quibus dicitur Iſa. 38. c. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.*

(Margin: Dedicationis ritus.)

Item in pauimento eccleſię ſcribitur alphabetum Gręcum ab angulo in angulum tranſuerſaliter, per quod ſignificatur deſcriptio mandatorū in corde iuſti. Pro. 7. a. *Scribe ea in tabulis cordis tui.*

Item in parietibus pingitur crucis ſignum, per quod in nobis ſignificatur mortificatio carnis 2. Cor. 4. a. *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita eius in nobis manifeſtetur.*

Iterum ponuntur candelæ ardentes iuxta crucem, per quod ſignificatur, quòd carnis mortificatio, ſeu quodcunque aliud bonum, quod apparet exterius debet fieri ad honorem Dei, & ædificationem proximi, Matth 5. b. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Et Gregor. in homil. Sit autem opus bonum in publico, quatenus intentio maneat in occulto, vt de bono opere proximis prębeamus exemplum, tamen intentione, qua ſoli Deo placere quærimus, ſemper optemus ſecretum.

Secun-

A Antiochus ſuperiorem prouinciam percurrens audiuit ciuitatem Perſarum diuitijs excellentem Elimaidam nomine, precioſiſſimumque templum in ea Dianæ, & omni ſpecie ornamentorum plenum: inſuper & arma, & loricas reliquiſſe audierat filium Philippi Regem Macedonum Alexãdrum. Commotus ergo egreditur cõtra Elimaidam, & obſidebat eam. His verò, qui in ea erant minimè territis impetu eius, neque obſidione, ſed pertinaciter repugnantib. pene deceptus diſceſſit. Nam exeunteſ ciuitatẽ fugauerunt, B & perſequebantur eum vſque Babyloniam, vbi cum poſt multam ſuorũ militum amiſſionem, veniſſet quidam de Iudæis nunciauit illi: & ducum perditionẽ, quos pugnare contra Iudęos reliquerat, & creuiſſe fortitudinem Iudæorum. Super priorem itaque curam: hoc creſcente malo incurrit in ægritudinem. Qua diu tenente, & creſcentibus paſſionibus intellexit quòd moreretur. Conuocanſq; amicos morbum ſuum eis atrocem eſſe indicauit, confeſſus hæc ideò ſe pati quòd Iudæorum gentem affligens templum ſpoliaſſet. Deumque contempſiſſet, quo dicto illico expirauit. Vnde miror Polybium Megalopolitam (qui vir bonus exiſtens) dixit ideò periſſe Antiochũ, quia voluit templum Dianæ in Perſide deuaſtare. Nam qui nullatenus egit peccatum, ſed tantum cogitauit, nullo D reatu tenetur. Si autem Polybio videtur, ideò Antiochũ vitam fuiſſe multò plus veriſimile creditur propter templi Ieroſolymitani ſacrilegium regem periſſe.

Polybius.

magnificè gratias agimus ipſi, vtpotè qui aduerſus talem Regem dimicauimus. Ipſe enim ebullire fecit de Perſide eos, qui pugnauerunt contra nos, & ſanctam ciuitatem. Nã cum in Perſide eſſet dux ipſe, & cum ipſo immenſus exercitus cecidit in templo Naneç, conſilio deceptus Sacerdotis Naneç. Etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus, & amici eius, ſed vt acciperet pecunias multas dotis nomine. Cumque propoſuiſſent eas Sacerdotes Nanex, & ipſe cum paucis eſſet ingreſſus intra ambitum phani, clauſerunt templum. Cum autem intraſſet Antiochus apertoque occulto aditu templi mittentes lapides percuſſerunt ducem, & eos, qui cum eo erant, & diuiſerunt membratim, & capitibus amputatis foras proiecerunt. a Per omnia Deus benedictus b qui tradidit impios. Facturi igitur quinta, & viceſima die

a *Per omnia Deus benedictus, &c.* ✠ Rup. Iſta gratulario de impiorum interitu, ad commendationem ſpectat loci ſancti, & eius cuius in Aegypto ſimilitudinem fecerant templi Dei, q verè ſolum illud ſanctũ deberet haberi, quo ſolius apparuerit manifeſta quędã Dei virtus, vindictas exigens de his, quicunque inhonoraſſent illud, & quãuis propter peccata inhabitantium interdum acciderit circa locũ deſpectio, non tamen impunè abi- E rent, quicunque de ſpectui locum habuiſſent.

Li. i verſ cap.

Raba

b *Facturi igitur, &c.* Hęc quippe, quę Ieroſolymitani Iudęi ſcribentes ad eos, qui per Aegyptum fuerunt, Iudęos, de igne reperto in puteo in ſimilitudinem aquę craſſę cõuerſo, neque in Eſdrę, neq; in Neemię ſcriptis aut dictis alicubi reperire potuimus: Sicut nec illud quod in poſterioribus de arcę tabernaculi abſconſione per Ieremiã aſſerunt, nullo modo in ipſius Ieremię lib. ſcriptum inueniri poteſt, vnde conſtat hęc illos aut maiorũ ſuorũ traditione didiciſſe, aut in apocryphis eorũ libris exarata reperiſſe. Nos

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Magnificè. *Tanquam de beneficijs eius gratis.*
2 Vtpotè qui. *ſ. Syriæ, & Perſidis, cuius regnum erat valde magnę potentię, & virtutis.*
3 Dimicauimus. *Debellatis eius ducibus.*
4 Ipſe enim ebullire. *i. in magna multitudine venire.*
5 Fecit de Perſide eos, &c. *Et patet ex dictis primo libro.*
6 Nam cum in Perſi. *Hic conſequenter fit narratio de Antiochi proſtratione, cum ſubditur.*
7 Cecidit in templo. *Dicunt aliqui quod hoc dicitur de Antiocho Epiphane, qui fuit contemporaneus Iudę Machabęo. Et ſic* C *videtur hæc expoſitio precedentibus concordare. Sed huic obuiat quod dictum eſt ſupra* 1. *lib. ca.* 6. *quòd Antiochus Epiphanes mortuus fuit languore in lecto ſuo, non in templo, nec gladio, ſicut dicitur hic. Simile infra* 9. *cap. dicitur quòd mortuus fuit in montibus miſerrimè reuertendo de Perſide. Ad hoc autem reſpondent doctores, dicti, quòd pro tanto dicitur hic in templo Nanea cecidiſſe, eò quòd ibi mortui fuerunt amici eius, vt hic dicitur, qui erant robur ſui exercitus, ſicut de homine cui contigit magnum infortunium, dicitur communiter quod eſt mortuus, licet in perſona ſua ſit viuus, & ſic dicunt quòd de illo templo euaſit Antiochus. Sed huic reſponſioni videtur obuiare quod ſubditur:* Clauſerunt templum. *Cum intraſſet Antiochus, & ſic non videtur quòd euaſerit, quia Sacerdotes mortem eius magis quærebant, quam aliorum. Ideò ſubditur:* Percuſſerunt ducem: *primò & principaliter.* Et eos, qui cum eo erant: *conſequenter.* Et diuiſerunt membratim. *Quòd autem per ducem intelligatur rex Antiochus, patet ex principio partis huius, vbi dicitur:* Nam cum in Perſide eſſet dux ipſe. *Ideſt, Antiochus Epiphanes, vt dicũt iſti, igitur propter iſta dicunt aliqui, quòd ſcriptura loquitur hic de morte Antiochi magni, qui fuit pater Antiochi Epiphanis. Et quia pater, & filius ſunt quaſi vna perſona, nam pater quodammodo manet in filio, ſecundum illud Eccleſ.* 30. *a.* Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus: reliquit enim filium ſimilem ſibi. *Ideò non eſt mirandum ſi ſcriptura antè loquens immediatè tranſit de filio ad patrem. Frequenter enim in ſacra ſcriptura fit talis tranſitus de vna perſona ad aliam propter affinitatem, ſicut oſtendi in principio Gen. loquendo de modis exponendi ſcripturam ſacram. Sic igitur intelligendo dicitur:* Nam cum in Perſide eſſet dux. *Ideſt, Antiochus magnus,* cecidit in templo Nanex. *Nam fugatus de bello a Scipione Aphricano rediens ad terram ſuam, mortuus fuit in hoc templo, vt dixit plenius Danie.* 11. F
8 Conſilio deceptus, &c. *Nam vt interficerent eum, eò quòd eſſet prędator templorum, induxerunt ad illud quod ſubditur.*
9 Etenim cum ea. *i. Nanęa.*
10 Habitaturus venit. *i. facturus ei reuerentiam.*
11 Et vt accipe. pe. *Hoc enim ſibi promiſerant Sacerdotes, quòd facta Dianę debita reuerentia traderent ei pecunias, quæ erant in templo.*
12 Dotis nomine. *i. quibus dotatum erat templum nec erant neceſſariæ ad ſumptus templi, vel ſacrificiorum.*
13 Cumque propo. *Vt magis allicerent eum.*
14 Clauſer. *Quaſi habentes ad eum negotium ſecretum.*
15 Apertoque occul. *Per quem introierunt homines ad eius mortem parati.*
16 Et diuiſe. *Propter quod corpus eius non fuit cognitum, nec honore regio ſepultum, ſicut di xi. Dan.* 11.
17 Per omnia Deus benedict. *Hoc dixerunt non zelo vindictę, ſed iuſtitię diuinę, & in hoc terminatur epiſtola Iudę.*
18 Facturi, &c. *Hic ponitur concluſio Iudæorum, qui ſcripſerunt Iudęis habitantibus in Aegypto tempore Demetrij intendentes eos inducere ad celebrationem purificationis templi: vt dictum eſt ſupra propter quod ſic concludunt:* Facturi igitur. *i. nos celebraturi,* viceſimaquin. men. Caſleu. *Ideſt, Nouembris.*

✠ Purifica-

MORALITER.

† Secundum autem eſt exhortatio ad obſeruationem ſolemnitatis de datione ignis de cœlo tempore Neemię: de qua datione dicitur, quod orationem faciebant Sacerdotes, & ſol qui prius erat in nubilo refulſit, & accenſus eſt ignis magnus. Per ſolem iſtum ſignificatur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, de quo dicitur Malach. 4. *Orietur vobis timentibus Deum ſol iuſtitiæ.* Iſte ſol fuit in nubilo quandiu fuit in corpore mortali, ſed poſtea refulſit, & maximè quando ad patris dexteram fuit aſſumptus. Per Sacerdotes orantes ſignificantur Apoſtoli, & qui cum illis erant fideles, quibus orãtibus Chriſtus miſit Spiritum ſanctum in ſpecie ignis ſuper omnes in die Pentecoſtes: quo igne fuerunt illuminati intellectu ſcripturarum, & eloquentes effecti per donum linguarum, & ſic ardentes in amore Chriſti, vt non timerent, ſed magis gauderent pro ipſo contumeliam pati. Et ſic patet, quòd ignis iſte fuit valde magnus virtute.

† MORA-

mẽſis Casleu purificationem templi, neceſſarium duximus 1
ſignificare vobis, vt & vos quoque agatis diem Scœnophe- 2
giæ: & diem ignis qui datus eſt, quando Neemias ædificato 3 4
a templo, & altari obtulit ſacrificia. † Nam cum in Perſidem 5
ducerentur patres noſtri, Sacerdotes, qui tunc Dei erãt cul- 6
tores, acceptum ignẽ de altari occultè abſconderunt in val- 7 8
le, vbi erat puteus altus, & ſiccus, & in eo cõtutati ſunt eum, 9 10
ita vt omnibus ignotus eſſet locus. Cum autem præteriſſent 11
anni multi, & placuit Deo vt mitteretur Neemias a rege Per
ſidis, nepotes Sacerdotum illorum, qui abſconderant, miſit
ad requirendum ignem, & ſicut narrauerunt nobis, nõ in-
uenerunt ignem, ſed aquam craſſam. Et iuſſit eos haurire, &
afferre ſibi, & ſacrificia, quæ impoſita erant iuſſit Neemias
Sacerdos aſpergi aqua ipſa, & ligna, & quæ erant ſuperpo-
ſita. Vtque hoc factum eſt, & tempus affuit, quo ſol re-
fulſit, qui prius erat in nubilo, accẽſus eſt ignis magnus, ita 12
vt omnes mirarentur. Orationem autem faciebant omnes 13
Sacerdotes, dum conſummaretur ſacrificium, Ionatha in- 14
choante, cęteris autem reſpondentibus. Et Neemiæ erat ora 15
b tio hunc habens modum: Domine Deus omnium crea-
tor terribilis, & fortis, iuſtus, & miſericors, qui ſolus es bo- 16
nus rex, ſolus præſtans, ſolus iuſtus, & omnipotens, & 17 18
æternus, qui liberas Iſrael de omni malo, qui feciſti patres 19
electos, & ſanctificaſti eos, accipe ſacrificium pro vni- 20 21
uerſo populo tuo Iſrael, & cuſtodi partem tuam, & ſan- 22
c ctifica. Congrega diſperſionem noſtram, libera eos, qui 23
ſeruiunt Gentibus, & contemptos, & abominatos reſpi-
ce, vt ſciant gentes, quia tu es Deus noſter. Affige oppri- 24
mentes nos, & contumeliam facientes in ſuperbia. † Conſti- 25
tue populum tuum in loco ſancto tuo, ſicut dixit Moyſes. 26

A ſe. Nos ergo quod incertum eſt derelinquentes, ad ea quæ certa canonicorum librorum atteſtatione eſſe manifeſtum eſt, calamum cõuertamus.

a *Cum in Perſidem ducerentur patres, etc.* ✻ Ambr. [offic. 4.] Conſideremus aliquid, quod in captiuitate geſtum, ſummum tenuit honeſtatis decorem. Nullis enim aduerſis honeſtas impeditur, quæ in his eminet, & magis præcellit quam in proſperis. Inter vincula itaque, inter arma, flã- B mas, ſeruitutem (q̃ liberis omni ſupplitio grauior eſt) inter pœnas morientium, excidia patriæ, viuorum formidinem, ſanguinem peremptorũ, non excidit, cura honeſtatis maioribus noſtris; ſed inter euerſæ patriæ cineres, & fauillas, in affectibus pijs reſplenduit, & refulſit. Nam cum in Perſidem ducerentur patres noſtri, q tunc Dei omnipotentis cultores erãt, acceptum ignem de altari Sacerdotes Domini occultè in valle abſconderunt. Erat illic velut patens puteus aquæ, ſeceſſu infrequens nec populari vſui parens, ab arbitris remoto loco: ibi obſignauerunt iudicio ſacro pariter, ac ſi- C lentio

D lentio ignem reconditum. Non illis ſtudio fuit aurum defodere, argentũ abſcondere, quod ſeruarẽt poſteris ſuis: [† i. q. 1. ſicut eunuchus.] ſed inter extrema ſuæ honeſtatis curã habentes, ſacrum ignem ſeruandum putauerũt, ne eum vel impuri contaminarẽt, vel defunctorum ſanguis extingueret vel deformium ruinatũ aceruus aboleret, &c.

b *Et Neemiæ erat oratio, &c.* ✻ Chryſ. [Hom de oratio. Annæ.] Hic attende orationis vires, & cõditiones. Nam illa potiſſima eſt deprecatio, cum ab intimis voces ferũtur, hoc pręcipuè mentis eſt E exercitatæ non intentione vocis, ſed animi feruore pręcationẽ abſoluere. Sic orauit, & Moyſes, [Exod. 32.] qui cum nihil voce reſonaret, Deus tamen, *quid*, ait, *clamas ad me?*

c *Congrega diſperſionem, &c.* ✻ Rup. [Libro 10. de v &. verbi Dei, cap. 19.] Vide quam ſubtiliter, quã moderatè, conueniat illos, & arguat vt legis præuaricatores. *Congrega*, inquit, *diſperſos, &c.* [† Deut. 38. d.] *Conſtitue populum in loco ſancto tuo, &c.* Nimirum locum Dei ſanctum Hieroſolymis eſſe volentes: contra cuius electionem locus in Aegypto pręſumptus ſanctus vtique eſſe non poſſet.

Sacerdotes F

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Purificationem templi. *Sicut ſtatuit Iudas, & fratres eius 4. cap. 1. lib.*

2 Neceſſar. *i. vtile.*

3 Duxi. ſigni. vo. *Amicis, & fratribus noſtris.*

4 Vt & vos quoque aga. *Sicut & nos.*

5 Diem Scœno. *i. purificationis dictæ.*

6 Et diem ignis, qui datus eſt, quando Neemias ædificato, &c. *Hic conſequenter ponitur inuitatio ad feſtum ſecundum. Circa quod primò ponitur feſti ratio. Secũdò eius celebratio, ibi:* Orationem autem. *Tertiò eiuſdem approbatio, ibi.* Vt verò manifeſtata. *Circa primum dicitur.* Et diem ignis qui datus eſt, *i. A Deo de cælo, ſimiliter celebretis. Et ſubditur dationis tempus:* Quando Neemias. *De hoc tamen nulla fit mentio in Eſdra, & Neemia. Et ſubditur dationis modus cum dicitur.*

7 Nam cum in Perſidem, &c. *Iudæi verò de regno decem tribuum fuerũt ducti captiui in regnum Aſſyr. & Perſidis, vt habetur 4. Reg. 18. a. Sed de illis non videtur hic ſcriptura loqui: ſed de illis, & de regno Iudę, in quo erat templum, & iſti translati fuerunt in Babylonem, propter quod dicunt aliqui, quod nomine Perſidis hic intelligitur totum regnum Nabuchodonoſor regis, ſicut totum intelligitur per partem.*

*Poteſt etiam aliter dici, quòd cum Nabuchodonoſor contra Ieruſalem venerunt multi de regno Perſidis, qui habuerũt partem ſuam de captiuis, & ſic duxerunt illos in Perſidem.*

8 Acceptum. *Holocauſtorum.*

9 Abſconderunt in valle. *ſ. Ioſaphat, vt dicunt aliqui eò quòd eſt propinqua loco templi.*

10 Altus. *Ideſt, profundus.*

11 Et ſiccus & in eo, &c. *Ideſt, aqua carens. Cætera patent in litera vſque ibi.*

12 Accenſus eſt ignis magnus, &c. *Non humanitus, ſed diuinitus. Ideo ſubditur.*

13 Ita vt omnes mirarentur. *Non enim eſſet mirabile, ſi accenſus fuiſſet ab homine.*

14 Orationem autem, &c. *Hic conſequenter ponitur feſti celebratio quantum ad eius initium, cum dicitur.* Oratio. *propter ſacrificium, & dationem ignis ad eius conſumptionem, ſicut datus fuerat tempore Eliæ poſt aſperſionem aquæ 3. Reg. 18.*

15 Ionatha inchoante, cæteris aut. &c. *Quia principalis erat inter cantores.*

16 Terribil. *Peccatoribus.*

17 Iuſtus. *Nam iuſtitia, & miſericordia relucent in omnibus Dei operibus.*

18 Qui ſolus es bonus rex. *Per eſſentiam, alij verò per participationem tantum.*

19 Solus præſtans. *Scilicet beneficia, nam alij pręſtant niſi virtute diuina.*

20 Qui feci. *Scilicet Abraham, Iſaac, & Iacob, quos elegiſti per tuam miſericordiam.*

21 Et ſanctificaſti eos, &c. *Per tuam gratiam.*

22 Et cuſtodi partem tuam, &c. *Ideſt, populum Iſrael, qui in pluribus locis veteris teſtamenti dicitur pars, & hæreditas Domini.*

23 Congrega. *Non enim redierant omnes de Babylone, & in alijs regnis multi erant diſperſi.*

24 Affige opprimentes nos. *Hoc dixit Neemias non zelo vindictę, ſed iuſtitię.*

25 Conſtitue popul. *i. in Ieruſalem, & Iudęa.*

26 Sicut dixit Moyſes. *Deut. 30. Si ad cardines cæli fueris diſſipatus, inde retrahet te Dominus Deus tuus.*

✻ Cum

a Sacerdotes autem pſallebant hymnos, vſquequo conſum-
ptum eſſet ſacrificium. Cum autem conſumptum eſſet ſacri 1
ficium, ex reſidua aqua Neemias iuſſit lapides maiores per- 2
fundi. Quod vt factum eſt, ex eis flamma accenſa eſt, ſed ex 3
lumine quod refulſit ab altari conſumpta eſt. Vt verò mani 4 5
feſtata eſt res, renuntiatum eſt regi Perſarum, quòd in loco, 6
in quo ignem abſconderant hi, qui tranſlati fuerāt Sacerdo
tes, aqua apparuit, de qua Neemias, & qui cum eo erant pu-
rificauerunt ſacrificia. Conſiderans autem rex, & rē diligen- 7
ter examinans, fecit ei templum, vt probaret quod factum 8 9
erat. Et cum probaſſet, Sacerdotib. donauit multa bona, & 10
alia, atque alia munera, & accipiens manu ſua tribuebat 11
eis. † b Appellauit autem Neemias hunc locum Nepthar, 12 13
quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plu- 14 15
res Nephi.

a *Sacerdotes autem pſallebant, &c.* * Hilarius. Quatuor genera orationū Apoſtolus eſſe ſignificat ad Timotheū ſcribens, quæ complectitur hęc oratio. Exoro primò omnium fieri precationes, orationes, gratiarū actiones, poſtulationes. Humilitatis noſtræ eſt deprecari, magnificentię Dei eſt orari, fidei eſt poſtulare, confeſſionis & laudis eſt gratulari.

A — In Pſ. 140.

† 1. q. 1. ſicut eunuchus.

Lib. 3. offic. cap. 14.

* Amb. Neemias ſecum deduxit illorum Sacerdotū nepotes, qui profecturi de patrio ſolo, ſacrum (ne periret) ignem abſconderāt.
B Venientes autem, vt patrum ſermone eſt proditum, non inuenerunt ignem, D ſed aquā craſſam, &c. Orabat Neemias, pſallebant Sacerdotes hymnum Deo, &c.

b *Appellauit autem Neemias, &c.* * Rupertus. Diem illū, ſiue ſacrificium illud appellauit Neemias, Nepthar, q̄d interpretatur, Purificatio, quæ alia, vel alterius rationis erat, quam Purificatio mēſis Caſleu, de qua ſupra diximus, quam appellabant purificationem tēpli. Iſtam verò diē ignis, qui videlicet dies, cuius menſis quotus fuerit, non oportuit illis annuntiari, quia ſciebāt, & olim celebrauerant. E

Libro ... vict. ...

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Cum autem conſum. *Per ignem cælitus datum; erat enim oblatum in holocauſtum, quod incendebatur totaliter ad honorem diuinum.*

2 Ex reſidua. *Quę non fuerat aſperſa ſuper ſacrificia, & ligna.*

3 Neemias. *ſ. lapides laterales altaris.*

4 Ex eis flam. *Similiter diuinitus.*

5 Sed ex lum. *Quia maior flamma conſumit minorem.*

6 Vt verò, &c. *Hic conſequenter ponitur dictæ celebrationis approbatio, cum dicitur.* Vt verò. *i. dicta conſumptio ſacrificiorum per ignem cælitus datum.*

7 Conſiderans, &c. *Hoc non erat factum humanum, ſed diuinum.*

8 Et rem. *Ne forte fuiſſet ibi aliquid fictitium.*

9 Fecit ei tem. *Si accipiatur hic factio propriè, iſte rex fuit Darius, cuius anno 6. conſummatum eſt templum ſecundum 1. Eſd. 6. & hoc conſonat dictis Hebræorum, qui inter Cyrum, & hunc Darium ponunt tantum duos reges, ſ. Cambyſem, & Aſſuerum, vt dictum fuit 1. Eſd. & 9. Dan. Nec obuiat, quod alibi dicitur rex iſte Artaxerxes: quia ſecundum Hebręos illo tempore omnes reges Perſarum* C *nomine regni vocabantur Artaxerxes, & cum hoc habebant nomen proprium perſonæ: vt Cyrus, Cambyſes, & huiuſmodi, ſicut reges Romani dicuntur Cæſares nomine cōmuni, & cū hoc habent nomen perſonale, vt Iulius, Auguſtus, Tyberius, &c. Secundum alios hiſtoriographos, Neemias fuit miſſus poſt templi conſummationem, & ſecundum hoc, factio accipitur large, cum dicitur:* Fecit. *i. factum decorauit, & honorauit. Non enim poteſt dici, quòd rex in Perſide fecerit templum Sacerdoti Neemiæ; nam extra Ieruſalem non erat licitum Iudæis templum erigere, ſeu ſacrificare, propter quod Neemias, qui ſanctus erat, hoc non ſuſtinuiſſet.*

10 Vt probaret. *i. vt facto approbaret, tanquam verum dictum miraculum in Ieruſalem factum.*

11 Et cum prob. *i. approbaſſet.*

12 Sacerd. *Per ducem nomine ipſius Iudęam regentem.*

13 Et Accip. ma. ſua. *i. non ſolum per prædictum ducem dedit eis munera, ſed etiam in perſona propria, quod tripliciter poteſt intelligi. Vno modo veniendo in Ieruſalem ex deuotione; Alio modo per ſemetipſum diſponendo in Perſide dona Sacerdotibus in Ieruſalem tranſmittenda; Tertio modo, quia ciuitate reædificata Neemias Sacerdos rediјt ad regem, & cum eo aliqui aliј Sacerdotes, quibus manu propria dona dedit.*

14 Appellauit autem Neemias hunc locum. *i. feſtum in hoc loco notatum.* F

15 Nepthar: quod interpretatur purificatio. *Et idem ſignificat Nephi: Idem enim Idioma variatur ſecundum diuerſas partes terræ: ſicut Idioma Gallicum Pariſiis, & in Picardia aliter pronuntiatur.*

## CAP. II.

a INuenitur autem in deſcriptionibus Ieremiæ 1
prophetæ, quòd iuſſit eos ignem accipere,
qui tranſmigrabant, vt ſignificatum eſt, & vt
mandauit tranſmigratis. Et dedit illis legem, 2
ne obliuiſcerentur præcepta Domini, & vt
non exerrarent mentibus, videntes ſimulachra aurea, &
argentea, & ornamenta eorum. Et alia huiuſmodi di-
cens, hortabatur ne legem amouerent a corde ſuo. Erat 3
autem in ipſa ſcriptura, quomodo Tabernaculum, & 4

Libro 10. de vict. verbi Dei, cap. 20.

a *INuenitur autem in deſcriptionib. Ierem. &c.* * Rup. Narrationibus tam veris, locum electum, templum ſanctum, atque legitimum decertantes non potuiſſe illos habere in terra Aegypti, ſed haberi in Hieroſolymis, non nihil ſibi deeſſe ſentiebant: quia videlicet tabernaculū, & arcam, & altare incenſi, quòd fecit Moyſes non habebant. Profectò æmulis ipſorum Iudæis, habentibus in Aegypto templum, videbatur quod gloria tranſlata fuiſſet a Hieroſolymis, q̄m non haberent illa inſignia, ſuper iſto quaſi glorię detrimento, conſolantur ſeipſos ſic inferendo: *Inuenitur autem in deſcriptionibus, &c.* Conſolatio hæc oportuna tunc extitit; magnam pro Dei legitimo templo, quod erat Hieroſolymis, ſuperexaltans coronā ſpei, ne vel propter hoc, quod non habebat tabernaculum, & arcam, & altare incenſi, videretur Aegyptio templo non poſſe præferri.

Ibi. c.

*Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. II.

* INuenitur, &c. *Poſita inuitatione ad obſeruantiam duplicis feſti, & hoc per verba; hic conſequenter ponitur inuitatio ad idem per Prophetarum dicta. Et diuiditur in duas partes, ſ. in partem principalem, & incidentalem, quæ incipit, ibi: Et qualiter conſtruēs. Prima in duas, quia inducit primò ad ſecundum feſtum, vt continuentur dicta dicendis: Secundò ad primum, ibi: Similiter, & Salomon. Circa primum primò ponuntur Ieremię dicta, cum dicitur.*

Diuiſio.

1 Inuenitur autem, &c. *Iſtas deſcriptiones non habebamus, nec etiam Hebræi.*

2 Et vt mandauit, &c. *Hoc benè habetur in epiſtola, quæ denominatur a Baruch, eò quòd fuit eius ſcriptor, & portitor; tamen tenetur communiter, quòd Ieremias fuit eius auctor.*

3 Erat autem, &c. *Scilicet, deſcriptionum prædictarum, quas non habemus.*

4 Quomodo tabernaculum. *Quæ fecit Beſeleel in deſerto, Exod. 36.*

* Iuſſit

Arcam iuſſit propheta diuino reſponſo ad ſe facto comi- 1
tari ſecum, vſquequo exijt in montem † in quo Moyſes 2
a aſcendit, & vidit Dei hæreditatem. Et veniens ibi Ieremias, 3 4
inuenit locum ſpeluncæ, & tabernaculum, & arcã, & altare 5
incenſi intulit illuc, & oſtium obſtruxit. Et acceſſerunt qui- 6
dam ſimul, qui ſequebantur, vt notarent ſibi locum, & non
potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias: culpans
illos dixit, quòd ignotus erit locus donec congreget Deus 7
congregationem populi, & propitius fiat. Et tunc Dominus 8
oſtendet hęc, & apparebit maieſtas Domini, & nubes erit ſi
cut & Moyſi manifeſtabatur: † & ſicut cùm Salomon pe- 9
tijt, vt locus ſanctificaretur magno Deo manifeſtabat hęc. 10
Magnificè etenim ſapientiam tractabat, & vt ſapientiam 11
habens obtulit ſacrificiũ dedicationis, & conſummationis
templi, Sicut & Moyſes orabat ad Dominum, & deſcendit 12
ignis de cęlo, & conſumpſit holocauſtum, ſicut & Salomon 13
orauit, & deſcendit ignis de cęlo, & conſumpſit holocauſtũ.
Et dixit Moyſes eò quòd non ſit comeſtum, quod erat pro 14
peccato, & conſumptum eſt. † Similiter & Salomon octo 15
diebus celebrauit dedicationem. Inferebantur autem in de- 16
ſcriptionibus, & commentarijs Neemiæ hæc eadẽ: & qua- 17
liter conſtruens bibliothecam congregauit de regionibus
libros, & prophetarum, & Dauid, & epiſtolas regum, & de
donarijs. Similiter autẽ & Iudas ea, quæ didicerat per bel- 18
lũ quod nobis acciderat congregauit omnia, & ſunt apud
nos. Si ergo deſideratis hæc, mittite qui perferant vobis.
Acturi itaq; purificationem ſcripſimus vobis: Bene ergo 19 20
facietis, ſi egeritis hos dies. Deus autem qui liberauit popu- 21

A a *Et veniens ibi Ieremias inuenit locũ, &c.* Synopſi. Dorotheus Cypr. Epiſ. Hic propheta antequam caperetur templũ Arcam legalem, & quæ in ea erãt abripuit, & in petram quãdam abdi fecit, dixitque adſtantibus: Profectus eſt Dominus Sinai in cęlum; Et iterum, Veniet legiſlator ex Sion cũ potentia, & ſignũ aduẽtus ipſius erit vobis, quando vniuerſæ gentes lignũ adorabunt. Dixit etiam, Arcam illã nemo eripiet, præter Aaronem: & tabulas in illa reconditas nemo introſpiciet, ſiue ſacerdotum ſiue prophetarum, B præter Moyſen electum Dei. Et in die reſurrectionis Arca primũ reſurget, & ex petra prodibit, ponetur que in montem Sina, & cõgregabuntur ad eam omnes ſancti expectantes Dominum, & fugantes inimicum occident eũ venientem ad hanc petram, &c. *Eadem prorſus habet Epiphanius, lib. de prophetarum vita, & interitu. Attingit & ſtrictim Theophylactus. Com. in 9. cap. epiſt. ad Hebræos, &c.*

✻ Ambroſi. b. offic. Vt cognouit Ieremias ꝙ affectaſſent Iudæi notare locum, dixit: Ignotus erit locus, donec congreget Deus

D Deus congregationem populi, & propitius fiat. Tũc De⁹ oſtendet hęc, & apparebit maieſtas Dñi. Congregationem porrò populi nũc tenemus, propitiationẽ Domini Dei noſtri agnoſcimus, quã propitiator operatus eſt paſſione. Arbitror, ꝙ nec ignem iſtum poſſimus ignorare, cũ legerimus, qa baptizat Dominus Ieſus in Spiritu ſancto, & igni. Ille ignis typus Spiritus ſancti fuit, qui deſcenſurus erat poſt Dñi aſcenſionem, & remiſſurus peccata omniũ q quaſi ignis inflammat E animum, ac mentem fidelem, &c.

† Deut. 34. a. — 2. Reg. 8. g.

✻ Ioſephus Heb. Lib. 1. hiſt. Iudaic. c. 17. In templo reparato poſt captiuitatem Babyl. arca nõ aderat, quia abſtulerat eam Ieremias propheta, vna cũ omnibus cortinis, quas fecerat Moyſes ſeruus Domini in deſerto, & poſuit eas in monte Nebo, vbi inuenit ſpeluncam, in cuius concauitate poſuit eas. Cumq; ſequerẽtur Sacerdotes, qui fuerũt in diebus illis, prophetã, vt aduerterẽt locũ, reſpiciẽs Ieremias poſt ſe, & vidẽs eos, iratus iurauit dicens: Nõ ſciet homo, neq; cognoſcet locus, donec venero ego, & Elias famul⁹ Dñi, &c.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Iuſſit prophe. *Scilicet Ieremias.*
2 Diuino reſponſo &c. *Ideſt, ex diuino mandato.*
3 Comitari ſecum. *Per aliquos, qui portabant iſta.*
C 4 Vſquequo exijt in. *Scilicet Nebo in verticem Phaſga, vt habetur Deuteron. vlti.*
5 Inuenit locum ſpelun. *Non à caſu, ſed ex diuina oſtenſione ſecundum iſtam ſcripturam.*
6 Et oſtium. *Ideſt, introitum illius ſpeluncæ incognoſcibilem ſua oratione reddidit. Ideò ſubditur:* Et acceſſerunt quidam.
7 Ignotus erit. *Hanc autem congregationem, & propitiationem expectant Iudæi futuram in aduentu Meſſiæ, & nos intelligimus eſſe factam in aduentu Chriſti, ſecundum quòd dicitur Ioan. 11. g. quod Caiphas cum eſſet pontifex anni illius prophetauit, quia Ieſus erat moriturus pro Gente: & non tantum pro Gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum.*
8 Et tunc Dominus. *Cum igitur iſta non ſit oſtenſa in aduentu Chriſti, quia ſecundum Hebræos à tempore captiuitatis Babylonicæ vſque nunc, habita non fuit Arca Domini, propter hoc locus iſte videtur aliquibus falſus, vel ſaltem dubius, poſſet tamen ad hoc dici, quòd prædicta apparebunt in fine mundi in conuerſione Iudæorum ad fidem Chriſti. Sed hoc videtur eſſe contra dictum Iere. cap. 3. Et non dicent vltrà Arca Domini. neque aſcendet ſuper cor, neque fiet vltrà. Item quod hic dicitur de abſconſione Arcæ, & altaris incenſi per Ieremiam, non habet magnam apparentiam, quia Ieremias in carcere fuit clauſus vſque ad diem captionis Ieruſalem per Chaldæos, vt patet Iere. 37. & 38. & ſicut ante captionem ciuitatis iſta non fecit, nec poteſt captionem vt videtur: quia capta ciuitate ſtatim Chaldæi omnia pretioſa non ſolum aurea, & argentea. ſed etiam ærea confregerunt, & totum rapuerunt, & aſportauerunt. 4. Reg. 25. & Iere. vlt. propter quod non videtur veriſimile, quòd Ieremiæ dimiſerint Arcam Domini, & altare incenſi, quæ erant de auro puriſſimo, vt habetur in Exod. igitur propter iſta, & alia ſupradicta de morte Antiochi à tempore Demetrij, quæ cùm difficultate magna poſſunt cum alijs ſcripturæ locis concordari, vt patet ex ſupradictis, Liber iſte ſecundus, & maximè quantum ad præfationem reputatur à multis multum Apocryphus. Iſtud tamen maiorum iudicio derelinquo.*
F 9 Et ſicut cum. *Hic conſequenter inducuntur ad propoſitum dicta Salomonis, & Moyſi, cùm dicitur:* Et ſicut. *2. Paral. 9. & 3. Reg. 8.*
10 Manifeſtabat hæc. *Scilicet nubes implens domum Domini. 3. Reg. 8. & 2. Paral. 5.*
11 Et vt ſapientiam habens obtulit ſacrificium dedicationis. *Poſt dedicationem. 3. Reg. 8.*
12 Sicut & Moyſes orabat ad Dominum, & deſcendit ignis de &c. *Leuitic. 9.*
13 Sicut & Salomon. *2. Paral. 7.*
14 Et dixit Moyſes eo. *Hoc habetur Leuitici. 10. vbi dicitur quòd Moyſes increpauit Eleazar, & Ithamar, eò quòd hoſtiam pro peccato non comederant, ſed inuenit eam exuſtam, & ideò cum dicitur hic.* Et dixit. *Subintelligendum eſt increpationes contra Aaron, & filios eius,*
15 Similiter. *Hic induxit ad primum feſtum, ſcilicet dedicationis per Iudam, & fratres eius inſtitutum, per factum Salomonis, & dicta Neemiæ, cum dicitur:* Similiter, &c.
16 Inferebantur &c. *Quos non habemus, nec etiam Hebræi.*
17 Et qualiter. *Hic additur incidenter de libris conſcriptis, & congregatis tempore Neemiæ: nam illo tempore Eſdras ſacerdos reparauit libros veteris teſtamenti, qui fuerant combuſti per Chaldæos.*
18 Similiter, &c. *Ex quo videtur, quòd eius tempore, & etiam autoritate, fuerunt eius facta & fratrum ſuorum deſcripta.*
19 Acturi. *Hic vltimò ponitur. intenta concluſio, ſcilicet inductio Iudæorum habitantium in Aegypto ad celebrationem duorum feſtorum prædictorum, de quibus dicitur.*
20 Bene ergo. *Eos ſolennizantes, & vt hoc libentius faciant, dãt eis ſpẽ de diuinis beneficijs amplioribus obtinendis, cùm dicitur.*
21 Deus autem, &c. *Dans eis plenã libertatẽ tempore Simonis*

*✻ filij Matathię vt*

A lum ſuum & reddidit hæreditatem omnibus 1
& regnum, & Sacerdotium & ſanctificationē, 2
ſicut promiſit in lege, ſperamus quòd citò no- 3 4
ſtri miſerebitur, & congregabit de ſub cęlo 5
in locum ſanctum. Eripuit enim nos de ma- 6
gnis periculis,& locum purgauit. De Iuda ve- 7 8
rò Machabæo, & fratribus eius, & de templi 9
magni purificatione, & de Aræ dedicatione: 10
ſed & de prælijs,quæ pertinent ad Antiochum
nobilem,& filium eius Eupatorem, & de illu- 11
minationibus, quæ de cęlo factæ ſunt ad eos,
qui pro Iudæis fortiter fecerunt.ita vt vniuer-
ſam regionem,cum pauci eſſent, vindicarent, 12
& barbaram multitudinem fugarent, & fa- 13
moſiſſimum in toto orbe templum recupe-
B rarent, & ciuitatem liberarent, vt leges quæ 14
abolitæ erant reſtituerentur Domino cū om- 15
ni tranquillitate propitio facto illis. Itemque 16 17
ab Iaſone Cyrenæo quinque libris compre-
henſa tentauimus nos vno volumine breuia- 18
re. Conſiderantes enim multitudinem libro- 19 20
rum, & difficultatem volentibus aggredi nar-
rationes hiſtoriarum propter multitudinem
rerum, curauimus volentibus quidem legere,
vt eſſet animi oblectatio, ſtudioſis verò, vt fa- D
cilius poſſint memoriæ commendare, omni-
bus autem legentibus vtilitas conferatur. Et
nobis quidem ipſis, qui opus hoc breuiandi
cauſa ſuſcepimus, non facilem laborem, imò
verò negotium plenum vigiliarum, & ſudoris
aſſumpſimus.Sicut hi,qui præparant cōuiuiū,
& quærunt aliorum voluntati parere, propter
multorum gratiam libenter laborem ſuſtine-
21 mus:veritatem quidem de ſingulis auctoribus
22 concedentes: ipſi autem ſecundum datam for-
23 mam breuitati ſtudentes.Sicut enim nouæ do-
24 25 mus architecto de vniuerſa ſtructura curandū
26 eſt, ei verò qui pingere curat,quæ apta ſunt ad
27 ornatum exquirenda ſunt, ita æſtimādum eſt
28 & in nobis. Etenim intellectum colligere, &
ordinare ſermonem, & curioſius partes ſingu- E
las quaſque diſquirere, hiſtoriæ congruit au-
29 ctoritati: breuitatem verò dictionis ſectari,&
30 executiones rerum vitare breuianti conceden-
31 dum eſt Hinc igitur narrationem incipiemus
32 33 de præfatione tantum dixiſſe ſufficiat.Stultum
etenim eſt ante hiſtoriam effluere, in ipſa au-
tem hiſtoria ſuccingi.

## NICOLAVS DE LYRA.

* *filij Matathiæ vt dictum eſt ſupra lib.1.cap.13.quo tempore iſti videntur ſcripſiſſe Iudæis commorantibus in Aegypto, vt dictum eſt cap. præceden.*

C

1 Et reddidit hereditatem. *Scilicet habitantibus in Iudæa, nam habita pace quilibet poterat habitare in hæreditate ſua.*

2 Et regnum. *ideſt, locum regni, qui eſt Ieruſalem, vel per regnum intelligitur regimen populi, quod habuerunt ſucceſſiuè fratres Machabæi, ſimiliter cū ſacerdotio. Non enim poteſt,dici,quòd tūc habuerunt regnum propriè, nam à captione regis Sedechiæ nullus fuit rex de Iudæis vſque ad Ariſtobolum nepotem Simonis prædicti, qui poſt captiuitatem Babylonicam primus ſibi impoſuit diadema regni,vt dicit Ioſephus lib. 13.*

3 Et ſanctificationem, *Ideſt. templum, & Dei cultum.*

4 Sicut promiſit, &c. *Deut.30.a. Si ad cardines cœli fueris diſſipatus,inde retrahet te Dominus Deus,&c.*

5 Speramus. *Ex hac promiſſione.*

6 Quod cito,&c. *Maiora bona tribuendo.*

7 Et congregabit de ſub cœlo in locum, &c. *Vos, & alios Iudæos, qui eſtis diſperſi per mundum: & hoc impletum fuit per Chriſtum, quia ſecundum quod dicitur Ioan.11.g.* Chriſtus paſſus eſt, vt filios Dei qui diſperſi erant, congregaret in vnum: *ideſt, in vnam Eccleſiam charitate vnitam: Iſti vero intelligebāt de congregatione corporali Iudæorum in Ieruſalem, & Iudæa, ſicut & Iudæi moderni expectant hoc fieri in aduentu Meſſiæ: Intentio tamē legis, & prophetarū,eſt de congregatione fidelium fienda per Chriſtum & de ſpirituali congregatione,quæ iam partim impleta eſt modo dicto, & perfectius implebitur cica finem mundi, quando omnes gentes conuertentur ad fidem Chriſti.* Ioan.11.

8 Eripuit enim. *Vt patet ex proceſſu primi libri.*

9 Et loc. *Vt habetur ſupra primo libro cap.4.*

Diuiſio. 10 De Iuda. *Præmiſſa inuitatione ad obſeruantiam duplicis feſti, hic compendioſè ponitur proceſſus huius libri ſecundi: Et diuiditur in tres partes, quia primò tangitur breuiter eius materia, ſecundò ſcribentium ratio motiua, ibi:* Conſiderantes enim, *Tertiò ſcribendi modus, & forma, ibi:* Veritatem quidem. *Prima pars patet ex dictis in primò libro vſque ibi.*

11 Et de illumin. *Ideſt,diuinis reuelationibus,& Angelicis apparitionibus, quæ in hoc ſecundo libro magis explicantur, vt patebit locis ſuis proſequendo.*

12 Cum pauci. *Malos puniendo.*

13 Et barbaram. *Iudæi enim barbaros reputabant omnes, qui non erant de lege ſua.*

14 Vt leges quæ. *Per edictum regis Antiochi, vt patet. 1.c.primi lib.*

15 Reſtituerunt. *Per Iudam Machabæum, & ſocios eius.*

16 Domino. *Ideſt, hęc non fuerunt facta virtute humana,ſed diuina,*

17 Itemque ab. *Quia ſcripſit diffuſè Iudę,& ſociorum eius facta.*

18 Tentauimus. *Ex quo videtur,quòd fuerint plures in hac compilatione.*

F

19 Vno volu. *Scilicet in hoc ſecundo libro,qui eſt ſatis breuis.*

20 Conſiderantes. *Hi conſequenter deſcribitur ſcribentium motiua ratio, quę eſt vtilitas legentium, qui gaudent breuitate,& ideò deſcripta breuiter, legunt libentius,& memorię commedant melius: propter quòd iſti,ſi plures fuerint, laborem abbreuiandi ſumpſerunt, & idem fuit motiuum, ſi vnus tantum abbreuiauit,& ex his dictis patet litera.*

21 Veritatem. *Hic conſequenter ponitur ſcribendi modus,& forma, cùm dicitur:* Veritatem quidem de ſingulis auctoribus concedentes. *Ideſt, concedimus vera eſſe, quæ ſcripſerunt alij diffuſè.*

22 Ipſi autem. *Ideſt, nos.*

23 Secundum datam. *Quam breuitatis formam explicat per exemplum, dicens.*

24 Sicut enim. *Ideſt,principali artifici.*

25 De vniuerſa ſtructura curandum. *Scilicet de diſpoſitione fundamenti,parietum, & tecti.*

26 Ei verò qui pingere curat,&c. *Nam ad eum non pertinet factio domus ſed eius ornatus.*

27 Ita æſtimandum eſt & in nobis, &c. *Qui non habemus hiſtoriam ſcribere, ſed iam ſcriptam ab aliis abbreuiare,& ideò ſubdit opus hiſtoriographi,cùm dicitur.*

28 Etenim intellectum colligere, & ordi: &c. *Et ſimiliter ſubdit officium abbreuiantis hiſtoriographi dicta,cùm dicitur.*

29 Breuitatem verò. *Ideſt, ſententiam longam in breuibus verbis colligere.*

30 Et executiones. *Scilicet geſtarum.*

31 Vitare. *Quando faciunt magnam digreſſionem à principali intentione.* Breui.&c.

32 Hinc igitur. *Scilicet in principio ſeq.cap.* De præfat.tātum dixiſſe ſufficiat.

33 Stultum etenim. *Videtur autem quod iſte, vel iſti, ſi plures fuerint,confiteantur ſuam ſtultitiam,quia multa poſita ſunt hic ante narrationem reſpectu ſequentium. Dicendum quo prefatio propriè dicitur, illud quod narrationi, vel executioni pręmittitur per modum prologi, in quo breuiter continetur materia libri: & hoc incipit ab illo loco.De Iuda verò Machabęo &c.vbi ſatis breuiter tangitur materia libri,breuiandi cauſa,& ſcribendi forma,vt dictum eſt. Quod autem ponitur de inuitatione ad duorum feſtorum obſeruantiam, non propriè pertinet ad huius libri prefationem, ſed magis eſt aliquid adiunctum,vt pręambulum ſicut dictum eſt ſupra.*

* NICO-

CAP. III.

A a IGitur cum, *&c.* Chryſoſtomus. Vbique pacem petimus: nihil enim illi adæquari poteſt In Eccleſijs pacem, in precationibus, in ſupplicationibus, in præfationibus, & ſemel, atque iterum, & tertiò, & ſæpè, eandem, qui Eccleſiæ præeſt impertit dicens: Pax vobis. Quamobrem? Quoniam ipſa mater eſt bonorũ omnium, ipſa cauſa eſt, & materia gaudij. Tantum bonum eſt pax, vt filij Dei vocẽtur, qui ipſam efficiunt.

* Auguſtin. Tantum eſt pacis bonũ, vt etiam in rebus terrenis nihil gratius ſoleat audiri, ni-
B hil deſiderabilius cõcupiſci, nihil melius inueniri.

Idem. Nemo eſt, qui pacem habere nolit, qui bella faciunt vincere volunt, vt pacem glorioſam habeant: qui pacem turbant, non eam oderunt, ſed eam volunt commutari. Latrones, vt tutius infeſti ſint paci cæterorum, pacem volunt habere ſociorum. Et ſæuiſſimæ feræ genus proprium quadam pace cuſtodiunt coeundo, gignendo, pariendo, fœtus fouendo, &c.

b *Simon autem de tribu Beniamin*, *&c.* Ioſephus Heb. Abierunt quidam nebulones, impij, & filij Belial de populo noſtro ad Seleucum, dixeruntque: En venimus ad te, vt oſtẽdamus tibi diuitias templi Ieroſolymitani. Siquidem argenti, auri, & lapidum pretioſorum, qui ſunt in eo, nõ eſt finis. Et certè hæc omnia ſupramodum decorare poſſent palatium regis Seleuci, &c.

Igitur quia varij ſub diuerſis regibus erant Pontifices, neceſſarium iudicauimus iuxtà narrationem hiſtoriographorum nomina recitare illorum Pontificum, qui
C pontificatum regum temporibus habuerunt, necnon & eorum qui poſt captiuitatem Babyloniæ in gente Iudæa D fuerunt, vt eo clarior appareat hiſtoriæ veritas. Primus ſiquidem Sadoch Pontifex fuit templi, quod Salomon ædificauit. Poſt eum verò Achimaas filius in eius honorem ſucceſſit, poſt hunc autem Ioram, & poſt eum Auxieramus. Deinde Nideas, poſt Nideam verò Sudeas, poſt hunc Hilus, Hilo verò ſucceſſit: Ioathã, cui rurſus Vrias, Vriæ vero Nerias, poſt Neriam autem Odeas fuit, poſt hũc vero Sellum deinde Helchias, poſt hunc Zara, & poſt hunc fuit Ioſedech, qui captiuus in Babyloniam deductus eſt. Iſti ſiquidem omnes in Pontificatum filij patribus per ordinem ſucceſſerunt. E

Poſt Ioſedech aũt filius eius Ieſus ſacerdotiũ accepit, Sub quo templum reædificatum eſt, & poſt hunc Ioachim filius eius. Defuncto autem & hoc, Ioannes filius eius honorem ſuſcepit; finiente vero vitam Ioanne, ſuccedit primatui Sacerdotum filius eius Iaddus, ſub quo Alexander rex Macedo Ieroſolimam venit. Poſt quem Onias filius eius clarus habetur, poſt hunc Simon filius eius, cui cognomentum iuſtus fuit, propter ſollicitam in Deum religionem, & in ciues ſuos pronam clementiam. Deinde Iudæorum Pontifex Eleazarus frater Simonis ſuſcepit templi miniſterium, filio Simonis Onia paruo admodum derelicto, qui Eleazarus Ptolemęo Philadlepho petente ſeptuaginta interpretes ad interpretandum legem diuinam tranſmiſit. Poſt Eleazarum autem auunculus eius Manaſſes accepit ſacerdotium, poſt Manaſſem vero Iudæorum pontifex Onias Simonis iuſti filius clarus habetur, qui conſueta Ptolemæo regni tributa non reddens ad iram eũ impulit. Verũ Ioſephus vir inter ſuos nobilis F legatus

CAP. III.

a IGitur cùm ſancta ciuitas habitaretur in om 1
ni pace, leges etiam adhuc optimè cuſtodi- 2
rentur propter Oniæ pontificis pietatem, & 3
animos odio habentes mala: fiebat vt & ipſi 4 5
reges, & principes locum ſummo honore di 6
gnum ducerent, & templum maximis muneribus illuſtra 7
rent, ita vt Seleucus Aſiæ rex de redditibus ſuis pręſtaret 8 9
b oẽs ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinẽtes. Si- 10
mon autem de tribu Beniamin præpoſitus templi con- 11
ſtitutus contendebat, obſiſtente ſibi principe ſacerdo- 12 13
tum, iniquum aliquid in ciuitate moliri. Sed cùm vincere 14

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

* IGitur Cum, &c. *Sicut patet ex prædictis in libro ſecundo tangitur breuiter liberatio Iudæorum ab afflictionibus per Iudam Machabæum, & ſocios eius. In quo etiam aliqua ponuntur, quæ ſuperius in primo lib. ſunt omiſſa. Sciendum etiam, quòd hiſtoriographi communiter incipiunt ab aliquo præcedenti hiſtoriam, quam intendunt principaliter deſcribere, vt ſic conuenientius deſcendant ad ſuum propoſitum: & ideò veriſimile eſt, quòd Iaſon Cyreneus, qui hiſtoriam Iudæ, & ſociorum eius ſcripſit diffusè, incepit à tempore Pontificis Oniæ: & eodem modo liber iſte, qui eſt abbreuiatio illius hiſtoriæ: vt dictum eſt, incipit ſimili modo. Propter quod in duas partes diuiditur: quia primò ponitur quædam liberatio temp'i tempore Oniæ, ſecundò ſubditur liberatio templi, & populi facta tempore Iudæ, cap. ſeq. ibi:* Sed poſt Seleuci. *Circa primum ſciendum, quòd oppoſita iuxtà ſe poſita magis eluceſcunt: & ideò primo ponitur templi veneratio præcedens, ſecundò eius conculcatio ſequens, ibi:* Simon autem *Circa primum dicitur.*

1 Igitur cum ſancta ciui. *Scilicet Ieruſalem. Quę dicitur ſancta, eo quod ibi vigebat cultus diuinus.*

2 Habitaretur in omni pace. *Sub tributo tamen regnũ Syrię.*

3 Leges etiam. *Scilicet datę Moyſi.*

4 Adhuc optimè. *Nam à reditu captiuitatis Babylonicæ vſque ad tempus Antiochi Epiphanis non leguntur Iudęi ad idololatriam, ſeu ritum Gentilium declinaſſe.*

5 Propter Oniæ pontificis pietatem. *Ideſt, diligentiam in diuino cultu, nam ſecundum Tullium pietas eſt cultus ſoli Deo debitus. Quod autem in aliquibus libris pręmittitur, dipoſitionem, non eſt de textu, nec in libris correctis.*

6 Et animos. *Scilicet aliorum Onię adhęrentium.*

7 Fiebat vt & ipſi reges. & princ. loc. *in Ieruſalem ad diuinum cultum electum.*

8 Summo honore dignum. *In ea ędificatum.*

9 Maximis muneribus illuſtrarent, *Ita quod non ſolum honorabant verbo, ſed etiam facto. Et ponitur exemplum cùm dicitur.*

10 Ita vt Seleucus. *Iſtè fuit filius Antiochi magni. & ei ſucceſſit in regno, ſicut oſtenſum eſt in principio primi libri.*

11 Simon. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius templi conculcatio: Cuius primò ponitur occaſio, & ſecundò ſubditur executio ibi:* Cùm que retuliſſet. *Circa primum dicitur:* Simon. *Quantum ad res exteriores, quia non fuit Sacerdos, cùm eſſet de tribu Beniamin.* Diuiſio.

12 Contendebat. *Scilicet Onia,*

13 Iniquum. *Ideſt, cùm difficultate aliquid attẽtare. Et dicitur à multis vnde etiam infra 4. cap. dicitur, quòd amici huius Simonis ſub alis ipſius homicidia perpetrabant.*

14 Sed cum vin. *Per ſe, & ſuos cogitauit hoc facere per regiam poteſtatem: ideò ſubditur.*

⁜ Venit ad

*MORALITER.*

† I *Igitur cum ſancta ciuitas.* Per hoc patet, quod Sacerdotum bona conuerſatio, & deuota diuinorum celebratio principes inducit ad Dei reuerentiam, & honorem eccleſiæ, & diuini cultus ampliationem.

II *Simon autem de tribu Beniamin, &c.* Per iſtum qui perſuaſit ſpoliare templum, ſignificantur illi, qui perſuadent tyrannis Eccleſias ſpoliare. Per regem qui ad hoc miſit Heliodorum, ſignificatur præcipiens hoc fieri. Per Heliodorum executor huius mali. Per Oniam vero Pontificẽ ſignificatur bonus Prælatus, qui quantum poteſt conſeruat Eccleſiæ libertatem. Per equitem vero armis aureis adornatum, ſignificatur Chriſtus tutor Eccleſiæ ſuæ, & defenſor, ſicut dicitur Apoc. 6. a. *Ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit vincens vt vinceret.* Per hoc autem quod Heliodori priores calces eliſit & in terram deiecit, ſignificatur quòd Chriſtus damnificantes Eccleſiam, & ei inferentes contumeliam punit grauiter in hoc ſeculo, vel grauius in futuro. Per duos iuuenes ipſum Heliodorum flagellantes, ſignificatur virtus angelica fortiter, & prouidè exequens mandata diuina. Per hoc autẽ, quod Dominus ad preces Oniæ Heliodorum liberauit à morte, ſignificatur quod ad prælati deuoti deprecationem peccantes liberat non ſolum à malo temporali, ſed etiam ſpirituali, vnde ſubditur, quod Heliodorus hoſtia pro eo oblata teſtabatur omnibus ea quę ſub oculis ſuis viderat opera magna Dei.

*MORA-*

Oniam nõ poſſet, venit ad Apollonium Tharſeæ filiũ, qui 1
eo tempore erat dux Cęleſyrię & Phœnicis, & nunciauit ei 2
pecunijs innumerabilibus plenum eſſe ęrarium Ieroſoly-
mis, & cõmunes copias immenſas eſſe, quę non pertinẽt 3
ad rationem ſacrificiorũ, eſſe autem poſſibile ſub poteſtate 4
regis cadere vniuerſa. Cumq; retuliſſet ad regem Apollo- 5 6
nius de pecunijs, quę delatę erant, ille accitum Heliodorũ,
qui erat ſuper negotia eius, miſit cũ mandatis, vt prędictã
pecuniam tranſportaret. Statimq; Heliodorus iter eſt ag- 7
greſſus, ſpecie quidem quaſi per Cœleſyriam, et Phęnicem 8
ciuitates eſſet peragraturus, re autem vera regis propoſitũ 9
a perfecturus. Sed cùm veniſſet Ieroſolymã, et benignè à sũ-
mo Sacerdote in ciuitate eſſet exceptus, narrauit de dato in

legatus à Iudæis ad Ptolemæum miſſus, cum familiaritatem A regis ob plurima meruiſſet in eum obſequia, dux Iudææ, & regionum finitimarum conſtituitur. Poſt Oniam autem Simon Oniæ filius Iudæorum Pontifex clarus habetur. Sub quo Ieſu filius Syrach ſapientiæ librum componens, quem vocauit panarethon, ideſt, virtutum omnium capacem, etiam Simonis in eo fecit mentionem. (Eccle. 50. a.) Poſt Simonẽ autem Onias filius eiuſdem Simonis inſignis habetur. Ad quẽ Lacedæmoniorum rex Arius legatos mittit, qui ſacerdotiũ habuit regnãte Syrię, & Aſiæ Antiocho magno, & Seleuco Philopatore filio eius vſque ad Antiochum Epiphanẽ ſub quo Pontifice oĩa hęc quę de Simone præpoſito B templi narrantur facta ſunt regnante Syriæ & Aſiæ Seleuco Philopatore, cui ſucceſſit in regnum Antiochus Epiphanes. Simon autem præpoſitus templi Ieroſolymorũ ad Apollonium Phœnicis ducem confugiens, multis ei muneribus repromiſſis ſacerdotium ſibi vendicare cœpit: Quo Seleucus audito, Heliodorum mittit ad negotiũ prouidendum: qui cum in Iudæam perueniſſet, iniquè diiudicans, & multa perperam gerens diuinis aduerſum ſe ſignis deterretur, & ad Seleucum reuertitur. Onias autem Sacerdos curauerat, vt Simon profugus fieret, &c.

(† Vſque: ſed poſt Seleuci vitæ exceſſũ. &c. vbi incipit quartum capitulum ſecundum Ram.) *Cùmq; retul. &c.* † Denique hæc hiſtoria ſecundum Tropologiæ regulam inſinuat: quia omnes qui ſuperbia, atq; auaritia inſtigari ſanctificationem Domini contaminare pollutis manibus indignè tractare præſumpſerint, cęleſti iudicio ſunt puniendi, quia veritate atteſtante: (Iſaiæ 56 c. Marc. 11. c.) *Domus Dei domus orationis eſt cunctis gentibus.* Nec licet eam cuiquam facere ſpeluncam latronum. Hinc & Pſal ait (Pſal. 92 a.) *Domum tuam decet ſanctitudo in l. n. di.* Nec licet ibi aliquid gerere, vel condere, ſed ſolius Dei laudibus, & orationibus vacare, vnde & ipſe (Marc. 11. c. Ioan. 2 c.) Dominus in Euangelio eliminauit de templo vendentes, C & ementes in illo, *& numulariorũ effudit æs, & cathedras vendentium columbas euertit.* Hiſq; peractis, *erat quotidie docens intẽplo.*

Iuxta Allegoriam autem, Onias ſacerdos Dei magnus, & figuralis templi cuſtos, ſignificat Dominum Saluatorẽ, qui à Deo patre pontifex factus in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedech, veri Dei templi quod eſt eccleſia, cuſtos, & inhabitator eſt, quod nomen Oniæ ſatis exprimere videtur. Interpretatur enim Onias, dolor domini, ſiue dolens dominus. Et quis dolens dominus melius dici poteſt quam Redemptor noſter? De quo per Iſaiam dicitur: *Vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectũ & nouiſſimum virorum, & virum dolorum, & ſcientem infirmitatem.* (Iſa. 53. a.) *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.* (Ibid 53. b.) (Myſticè.) Heliodorus autem inuaſor, aut ſpoliator ærarij Domini, Paganos, ſiue Iudæos, ſiue etiam hæreticos ſignificat, qui ſine reuerentia Dei donis abuti, & in nefarium actũ ca conuertere volunt, inuadunt enim Pagani theſaurum templi Dei, cum fidem, ac cultum Chriſti deſtruere conantur. Inuadunt & Iudæi, cum religionem Chriſtianam veteris legis ceremonijs confundere cupiunt. Inuadunt etiam hæretici, quando veritatem Euangelij, & ſinceritatem legis Dei falſis dogmatibus corrumpere geſtiunt. Sed D Onia orante deſcendit eques terribilis, arma habens aurea. Ille videlicet de quo Ioan. in Apocalyp. ſua ſcripſit dicens: (Apo.) *Vidi cęlum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis, & verax, & cum iuſtitia iudicat. Oculi eius ſicut flamma ignis, in capite eius diademata multa, habens nomen ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe, & veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocatur nomen eius verbum Dei.* (Ioan.) Orantibus quidem membris Chriſti, ſuccurit ipſe eis in auxilium, *qui eſt via, veritas, & vita*, & ad debellandos inimicos, & terrendas prauorum præſumptiones. Cuius equus erat albus, quia natiuitas eius erat incorrupta: & veſtis ſanguinolenta, quia E mors carnis eius erat innoxia, ipſeque terribilis, quia valde mirabilis, atque iudex iuſtiſſimus eſt. Hic erat optimis operimentis adornatus, quia omnium virtutum decore ſplendet clariſſimus. Cui arma erant aurea, quia opera eius mirifica. Ipſius enim dono, habet Eccleſia ſua *ſcutum fidei, loricam iuſtitię, galeam ſalutis: & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei*: (Ephe.) Quibus armis ipſe quotidie in membris ſuis pugnat contra hoſtes ſuos. Hic videlicet eques cum impetu Heliodoro priores calces eliſit, quia eius incarnationis ſacramentum omnes proſternit hoſtes, hoc eſt Paganos, Iudæos, & hæreticos, quatenus confuſi ab immanitare ſcelerum aliquando deſiſtant. Illi ergo duo iuuenes, qui cum ipſo equite apparuerunt, decori virtute, optimi gloria, ſpecioſique amictu, & circumſteterunt Oniam ex vtraque parte, & flagelabant ſine intermiſſione Heliodorum multis plagis verberantes, ſignificant doctores vtriuſque teſtamenti, qui circumſtantes Chriſti incarnationem virtute fidei, & bonorum operum decori, gloria miraculorum optimi, & amictu ſanctæ ſcientiæ, & ſapientiæ ſpecioſiſſimi, varijs temporibus exiſtentes, prædicationibus ſuis verberant prauorũ inſenſibilitatem, & ad terrã decidere cõpellunt. Sicq; fiet, vt iſte, qui ante tẽplũ aggreſſus eſt ſuperb. p correctionẽ diſciplinæ appareat ĩualidus. F (Prou.) *Quia non eſt ſapientia non eſt, prudentia, non eſt conſilium contra Dominum, quia omnia, quęcunque voluit fecit in cœlo, & in terra, & in mari, & in omnibus abyſſis, & non eſt, qui poſſit reſiſtere voluntati eius. Dominus vniuerſorum ipſe eſt.* (Pſal.) Quòd autem Onias offerens hoſtiam ſalutarem pro ſalute viri ſaluauit ipſum Heliodorum multa caligine circumfuſum, ſignificat, quòd miſericordia Redemptoris noſtri ſæpè ingratis, & immeritis confert beneficium conuerſionis, quatenus per eius gratiam (qui ſemetipſum obtulit hoſtiam ſalutarem pro mundi peccatis) exuantur ab erroribus ſuis, & liberentur à poteſtate Sathanæ (cui nequitia quondam captiuati erant, ad ipſius voluntatem) vt referant gratias Redemptori ſuo, & laudem eius prædicent in vniuerſa terra.

a *Sed cùm veniſſet Hieroſolymam, &c.* Ioſephus Heb. (Lib. 3. Iud. ca.) Irruenti Heliodoro in ciuitatem Ieruſalẽ, dixit Sacerdos. Ob quid venit dñs meus ad ſeruos ſuos? Reſpõdit. Propter argentũ, & aurum, atque lapides precioſos, q ſunt in ſanctuario veſtro, quique

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Venit ad Apollonium qui Gentilis erat: *Vt ſic per ducem regem induceret ad templi ſpoliationem.*

2 Et nunciauit ei pec. *Locus erat prope templum, in quo cuſtodiebantur depoſita valentium perſonarum, & etiam bona pro ſuſtentatione pauperum collecta.*

3 Communes cõpias immenſas eſſe, quę non pertinent ad rationem ſacrificiorum. *Scilicet in illo ærario. Et dicuntur hic communes copiæ bona ſeruata pro communitate, quæ nõ pertinent ad rationem ſacrificiorum, hoc addidit iſte proditor, quia faciebat q rex, qui pro ſacrificijs ſumptus dabat vt præmiſſum eſt, non libenter acciperet bona pro ſacrificijs cuſtodita: ideò ſubditur.*

4 Eſſe autem poſſibile. *Sine offenſa Dei.*

5 Sub po. regis ca. vni. *i. fiſco regio applicari pro bono regni.*

6 Cùmque. *Hic cõſequenter ponitur dicti contemptus executio, circa quam primò ponitur mandatum regis, cùm dicitur:* Cùmque retuliſſet ad regem, &c. & patet Secundò obedientia ducis, cùm dicitur.

7 Statimque Heliod. &c. *Vbi primò ponitur eius attentatio, ſecundò, populi trepidatio, ibi:* Non modica verò. *tertiò attentantis percuſſio, ibi:* Heliodorus autem. *quartò percuſſi ſanatio, ibi:* Tunc vero. *Circa primum dicitur:* Statimque Heliodor. *Ad exequendum regis mandatum.*

8 Specie qui. *Ideſt, ſimulatoriè.*

9 Quaſi per Cœleſyriam, & Phęnicem, &c. *Ad ſciendum earum diſpoſitionem, tantum ne Iudæi ſe munirent ad defendendum ærarium contra ipſum, Cętera patent vſque ibi.*

5 Sub ✱ Oſten.

vestro, quique ſunt proditi domino meo regi. Ait Sacer-
A dos. Et quare conatur rex diripere aurum, quod eſt in do-
off. c. 29. mo Dei magni, in cuius manu eſt omnis anima?

a *Tunc ſummus Sacerdos oſtendit, &c.* * Ambro. Illud ſanè diligenter tuendum eſt, vt depoſita viduarum intemerata maneant, & ſine vlla ſeruentur offenſione, nec ſolum viduarum, ſed etiā omnium. Fides.n. exhibenda omnibus, ſed maior eſt viduarum cauſa, & pupillorum. Denique hoc ſolo viduarum nomine, ſicut in libris Machabæorum
B legimus, commendatum templo omne ſeruatum eſt. Nam cùm indicium factū eſſet pecuniarum, quas in templo Hie-
C roſolymis maximas reperiri poſſe, Simō nefarius Antiocho Regi prodidit, miſſus in Hieruſalem Heliodorus, ad templum venit, & ſummo Sacerdoti aperuit indicij inuidiā, & aduentus ſui cauſam. Tunc Sacerdos depoſita dixit eſſe viduarum victualia, & pupillorū quædā autem Hircani Tobię viri ſancti, eaque demonſtrauit. Argenti talenta quadringenta erant, auri vero ducenta. Quæ cum Heliodorus ereptum ire vellet, & regis vendicare commodis, Sacerdotes ante altare iactauerunt ſe induti ſacerdotales ſtolas, & Deum viuū, qui depoſitis legē de-

derat

derat, flentes inuocabant cuſtodem ſe præceptorum præ- D
ſtare ſuorum &c. Seruanda eſt igitur filij, depoſitis fides, adhibenda diligentia. Egregiè hinc veſtrum eniteſcit miniſterium, ſi ſuſcepta impreſſio potentis, quā vel vidua, vel orphani tolerare non queant, Eccleſiæ ſubſidio cohibeatur, ſi oſtendatis plus apud vos mandatum Domini, quā diuitis valere gratiā. Meminiſtis ipſi quoties aduerſus regales impetus pro viduarum, imo omnium depoſitis, certamen ſubierim. Cōmune hoc uobiſcum mihi, recēs exemplum eccleſiæ Ticinenſis proferam, quę viduæ depoſitum, quod ſuſceperat, amittere periclitabatur, &c. *Vide locum, &c.*

dicio pecuniarum, & cuius rei gratia adeſſet aperuit. In-
a terrogabat autem ſi verè hæc ita eſſent. Tūc Summus Sa-
cerdos oſtendit depoſita eſſe hæc ad victualia vidua- 1
rum, & pupillorum, quædam vero eſſe Hircani Tobiæ 2
viri ualde eminenti: in his, quę detulerat impius Si- 3
mon, uniuerſa autem argenti talenta eſſe quadringen-
ta, & auri ducenta. Decipi uerò eos, qui credidiſſent lo- 4
co, & templo, quod per uniuerſum mundum honora-
tur pro ſui ueneratione, & ſanctitate impoſſibile om- 5
nino eſſe. At ille pro his, quæ habebat in mandatis a re- 6 7
ge, dicebat omni genere regi ea eſſe deferenda. Conſti- 8 9
tuta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. 10
Non modica uerò per uniuerſam ciuitatem erat trepi- 11
datio. Sacerdotes autem ante altare cum ſtolis ſacerdo- 12 13
talibus iactauerunt ſe, & inuocabant de cœlo eum, qui 14
depoſitis legem poſuit, ut his qui depoſuerant ea ſalua 15 16
cuſtodiret. Iam verò qui uideret ſummi Sacerdotis uul- 17
tum mente uulnerabatur. Facies.n & color immutatus 18
declarabat internum animi dolorem. Circumfuſa enim
erat mœſtitia quædam uiro, & horror corporis per quē
manifeſtus aſpicientibus dolor cordis eius efficiebatur.
Alij etiam congregati de domibus confluebant publi-
b ca ſupplicatione obſecrantes, pro eo quod in contem- 19
ptum locus eſſet uenturus. Accinctæque mulieres cilicijs 20
pectus, per plateas confluebant, ſed & uirgines, quæ con-
cluſæ erant, procurrebant ad Oniam, alię autem ad
muros. quędam uerò per feneſtras aſpiciebant, u-
niuerſæ autem protendentes manus in cœlum depre-
cabantur. Erat autem miſeria commixtę multitudinis, 21

b *Alij etiam congregati, &c.* * Ambroſi. Li. 2. off. c. 29 Flebāt omnes, quod in contemptum locus venturus foret, ſi nec in Dei templo tuta fidei ſeruaretur cuſtodia, accinctęq. E mulieres pectus, & clauſę virgines pulſabāt ianuas, ad muros alii currebant, p feneſtras alii proſpectabāt, omnes ad cœlum tendebant manus, orantes vt Deus ſuis adeſſet legibus. Heliodorus autem nec his territus, quod intenderat, vrgebat, & ſatellitibus ſuis F ærariū ſepſerat, cum ſubito apparuit illi eques armis præfulgens aureis, equus autem eius erat inſigni ornatus opertorio, &c.

*Appa-*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Oſtendit depoſita eſſe, &c. *In tribus.n. annis fiebat quędā decima pauperibus diſtribuenda, quæ aliquādo vendebatur, & precium in templum ad cuſtodiam mittebatur. Fiebant etiam cū hoc aliquæ collectiones a diuitibus, quæ ſimiliter ibi ſeruabantur.*

2 Quædam vero, &c. *i. depoſita ab eo.*

3 Viri ualde. *In virtute, & fama: & hoc dicitur ad oſtendendum, quod ibi non id ſeruabantur depoſita malorum hominum, vel infideliū. Vnde & Neemias fecit proijci vaſa Tobiæ Gentilis de gazophilatio domus Domini, Neemiæ 13.b.*

4 Decipi vero, &c. *i. commendaſſent depoſita ſua ibi cuſtodiēda, & ſupplendum eſt, ſi portarentur regi.*

5 Impoſſibile omnino eſſe. *Hæc eſt conſtructio ſuſpenſiua, propter quod refertur ad interrogationem Heliodori, quæ præmittitur. Si vere hæc ita eſſent, ſcilicet quæ dixerat Simon, ſcilicet quod ſine offenſa Dei poſſent ad regem dicta deportari, & propter hoc Onias in ſua reſponſione dicit impoſſibile eſſe, quia hoc non ſolum erat aliena rapere, ſed etiam Dei templo contumeliam inferre.*

6 At ille. *ſ. Heliodorus.*

7 Pro his quæ habebat in mandatis, &c. *Cui volebat ſimpliciter obedire.*

8 Dicebat omni genere. *i. omnibus modis.*

9 Regi ea eſſe deferenda. *Ideo ſubditur.*

10 Conſtituta autem die intrabat de his &c. *Ad exequendum regis mandatum.*

11 Non modica vero per uniuerſam ciuitatem erat trepidatio. *Hic conſequenter ponitur populi trepidatio, ne contemptus afferretur Dei templo, ad quod euitandum ſubditur communis oratio: Et primo Sacerdotum, cum dicitur.*

12 Sacerdotes autem ante altare. *ſ. holocauſtorum.*

13 Cum ſtolis ſacerdotalibus iactauerunt ſe. *In ſignū humiliationis, ut preces eorū eſſent magis exaudibiles, ſecundum illud Eccleſi. 35.* Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit.

14 Et inuocabant de cælo. *i. vt exaudirentur de cælo.*

15 Eum qui de depoſitis, &c. *Exodi vigeſimo ſecundo.*

16 Vt his qui depoſuerant ea ſalua cuſtodiret. *Ab inuaſione Heliodori.*

17 Iam vero qui videret. &c. *Supple ſibi cōpateretur. Et ſubditur ratio, cum dicitur.*

18 Mente vulnerabatur, &c. *Quod conſequenter declaratur per immutationem faciei, in qua magis quam in alijs partibus corporis relucet diſpoſitio animi.*

19 Pro eo quod in contemptū locus eſſet venturus. *Niſi Deus adiuuaret, propter quod eius auxilium ſuper hoc implorabant.*

20 Accinctæque mulieres ciliciis pectus, &c. *Se macerando, pro ſubſidio Dei impetrando.*

21 Sed & virgines, quę concluſę erant, &c. *i. domib. parentum, non exibant ratione verecundiæ, & pudicitiæ virginalis, tamen in illa turbatione exibant, præter morem ſolitum, currentes ad Oniam. Aliqui tamen exponunt hoc dicentes, quod aliquæ virgines nobiles prope templum cuſtodiebantur incluſæ, vſque quo nuptui traderentur.*

22 Erat autem miſeria commixtæ multitudinis. *Iudeorum cuiuſcunque ſtatus, & ſexus.*

A a *Apparuit, enim, illis quidam equus, &c.*
In pſ.40. ✱ Ambroſius, Hic equus in figura & ante eſt demonſtratus tempore Machabæorum, ſuper quem ſedebat dux ille militię cæleſtis, aureis armis refulgens, qui Heliodorum depeculatorē illū depoſiti vidualis, cęterorumque, quę ſacrę commendata fuerant cuſtodię, & ſtrauit, & percuſſit, & proſtratū Oniæ Sacerdotis, precibus vitali vſui reformauit. Vnde verè in eo arma aurea refulſerūt, quia ſolus equum hunc ſedit, & vicit, ī quo nullus culpæ immunis euaſit.

Lib. 3. hiſt. Iud. cap. 1. ✱ Ioſephus. Hebr. Ingreſſus Heliodorus cum omnibus ſatellitib. ſuis, deambulanſque in medio ſanctuarij & intrās in ſancta ſanctorum: Dominus fecit illum, & eos, quos ſecum habuit audire vocem ſtrepitus, & vehementiſſimæ commotionis, quæ etiam mōtes frangebat, & diſſecabat petras, vt cuncti ſatellites eius fugere inciperent, abderenturque in B quibus poſſent locis, & relinqueretur Heliodorus ſolus. Qui cum leuaſſet oculos ſuos, vidit virum habentem C aſpectum valde horribilem indutū veſte aurea, unde micabant gemmæ pretioſę, incedentem, atque ingredientem, ſaltantem atque currentem contra Heliodorum, &c.

b *Conſiderans autem ſummus Sacerdos, &c.* ✱ Comeſtor. Seleucus de redditibus ſuis mittere ſolebat ſumptus ad miniſterium ſacrificiorū, ſed ad ſuggeſtionem Simonis de tribu Beniamin qui erat præpoſitus templi, & inuidebat Oniæ ſummo Sacerdoti, miſit Heliodorum ad ſpoliandum commune ęrarium. Fruſtra autem Heliodorus cō- D tra Dei prouidentiā innixus, iram Dei perſenſit. E

Lib. 3 hiſt. Iud. cap. 5 ✱ Ioſephus. Heb. Accedentes ſeniores Macedoniæ ad Oniam Sacerdotē, & flentes, rogabant eum. Obſecramus domine, ut ores pro nobis ſeruis tuis, & pro famulo tuo Heliodoro, vt viuam', & non moriamur. Cognouimus enim non eſſe Deum, præter Deum veſtrum, & omnes Deos gentium vanos eſſe, atque inanes. Deus autem veſter fecit uniuerſum mundum, & in manu eius eſt omnis viuentis anima. Orante itaque Sacerdote ad Dominum, & offerentē holocauſta, atq; ſacrificia, viderunt duos iuuenes dicentes ad Heliodorum; F Surge, vade ad Oniam Sacerdotem, & proſterne te ante pedes eius in terrā, quoniam propter cū miſerebitur tui Deus: Surgēs verò, abiit, & procidēs coram illo in terram, benedixit Dominum Deum Iſrael, & Sacerdotem, offerens argentum, & aurum in theſaurum domus Domini, & Sacerdoti, ſurgenſque feſtinanter, conſcenſo equo, fugit in Macedoniam, ad regem Seleucum.

& magni Sacerdotis in agone conſtituti expectatio. Et 1
hi quidem inuocabant Deum omnipotentem, ut credi 2
ta ſibi his, qui crediderant cum omni integritate conſer
uarentur. Heliodorus autem quod decreuerat perficie- 3
bat, eodē loco ipſe cū ſatellitib. circa ærariū præſens. Sed 4
ſpiritus omnipotentis Dei magnam fecit ſuæ oſtenſio- 5
nis euidentiam, ita vt omnes, qui auſi fuerant parere ei,
ruentes Dei virtute in diſſolutionem, & formidinē con-
a uerterentur. Apparuit enim illis quidam equus terribi- 6
lem habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus, iſ
que cū impetu Heliodoro priores calces eliſit. Qui autē 7
ei ſedebat videbatur arma habere aurea. Alij ēt apparue 8
runt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, ſpecio- 9
ſique amictu, qui circumſteterunt eum, & ex vtraq; par
te flagellabant, ſine intermiſſione multis plagis verbe-
rantes. Subito autem Heliodorus concidit in terrā, eūq; 10
multa caligine circumfuſum rapuerūt, atque in ſella ge- 11
ſtatoria poſitum eiecerunt. Et is, qui cum multis curſo- 12
ribus & ſatellitibus prędictum ingreſſus eſt ærariū, por-
tabatur nullo ſibi auxilium ferente, manifeſta Dei cogni
ta virtute. Et ille quidem per diuinam virtutem iacebat
mutus, atque omni ſpe, & ſalute priuatus. Hi aūt Domi-
num benedicebant, quia magnificabat locum ſuum, &
templum, quod paulo ante timore, ac tumultu erat ple
num, apparente omnipotente Domino, gaudio & læti- 13
tia impletum eſt. Tunc vero ex amicis Heliodori qui-
dam rogabant confeſtim Oniam, vt inuocaret Altiſſi-
mum, vt vitam donaret ei, qui in ſupremo ſpiritu erat
b conſtitutus. Conſiderans autem ſummus Sacerdos, ne
forte rex ſuſpicaretur malitiam aliquam ex Iudæis cir-
ca Heliodorum conſummatam, obtulit pro ſalute viri
hoſtiam ſalutarem; Cumque ſummus Sacerdos exora-
ret, ijdem iuuenes eiſdem veſtibus amicti aſtantes He-
liodoro dixerunt: Onię Sacerdoti gratias age: Nam pro
pter eum tibi Dominus vitam donauit. Tu autē a Deo
flagellatus nuntia omnibus magnalia Dei, & poteſtatē.
Et his dictis non comparuerunt. Heliodorus autem ho-
ſtia Deo oblata, & uotis magnis promiſſis ei, qui viue-
re illi conceſſit, & Onię gratias agens, recepto exercitu

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et magni Sacerdotis in agone conſtituti. *i. in anxietate mortis.*

2 Et hi quidem, &c. *Pro contemptu templi futuro. Cætera patent.*

3 Heliodorus autem quod &c. *Hic conſequenter deſcribitur exequentis perſecutio, cum dicitur:* Heliodorum autem. *i. perficere intendebat.*

4 Sed ſpirit. omnip. Dei. *i. eius virtus.*

Diuiſio. 5 Magnam fecit ſuæ oſtenſionis, &c. *Conuertendo Heliodorum, & ſuos ſatellites in tantam mētis formidinem, & roboris diſſolutionem, quod non poterant perficere illam executionem. Et ſubditur cauſa, cum dicitur.*

6 Apparuit enim illis quidam equus, terribilem habens ſeſſorem. *i. Angelum loci defenſorem, in ſpecie hominis equitis apparentem.*

7 Heliodoro priores calces, &c. *i. priores partes pedum, & inde dicitur calcitrare.*

8 Alii etiam apparuerunt duo iuuenes. *i. Angeli in ſpecie iuuenum apparentes.*

9 Virtute decori, &c. *Apparebant enim fortes, & pulchri, & bene ornati ad deſignandum Angelorum fortitudinem & pulchritudinem naturæ & ornatum gloriæ.*

10 Subito autem Heliodorus concidit in terram. *Ex eorum percuſſione.*

11 Eumque multa caligine circumfuſum. *Ad deſignandum tenebroſitatem mentis ſuæ.*

12 Rapuerunt, atque in ſella geſtatoria poſitum eiecerunt. *ſ. Sacerdotes, de loco ſacro eum amouentes, eo quod uidebatur mortuus, videlicet morti propinquus, ne ex cadauere mortui contaminaretur locus. Cætera patent.*

13 Tunc vero. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius percuſſi ſanatio, & ſecundo ſubditur ſanantis infamatio in principio ſeq. ca. Circa primum primo ponitur percuſſi ſanatio, cum dicitur:* Tunc vero ex amicis Heliodori qui ro. *Et patet litera. Secundo ponitur ſanati gratiarum actio, cum dicitur:* Teſtabatur autē. *Et Primo generaliter, cum ſubditur.* Diuiſio

A repedabat ad regem. Teſtabatur autem omni- 1
bus ea, quæ ſub oculis ſuis viderat opera ma-
gna Dei. Cum autem rex interrogaſſet Heliodo
rum, quis eſſet aptus adhuc ſemel Ieroſolymam
mitti, ait: Si quem habes hoſtem, aut regni tui 2
inſidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum re- 3
cipies,

4 cipies, ſi tamen euaſerit, eo quod in loco ſit ve- D
rè Dei quędam uirtus. Nam ipſe qui habet in
cœlis habitationem viſitator, & adiutor eſt lo-
ci illius, & venientes ad malefaciendum percu
tit, ac perdit. Igitur de Heliodoro, & ærarij cu-
ſtodia ita res ſe habet.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnibus ea, quæ ſub oculis. *In ſui flagellatione, & mirabili ſanatione, ſecundo, coram rege ſpecialiter, dicens.*

2 Si quem habes hoſtem, aut regni tui, &c. *De quo cautè velis te expedire.*

3 Mitte

3 Mitte illuc, & flagellatum eum recipies. *Hoc enim erat expertus in ſeipſo.*

4 Si tamen euaſerit. *ſ. mortem: Hoc autem addidit, quia firmiter tenebat ſe mortem non euaſiſſe, niſi per preces Oniæ. Cætera patent.*

CAP. IIII.

*Sed poſt Seleu. &c.* De hoc Ioſephus ita narrat: Per idem tempus, Onia defuncto Principe Sacerdotū, fratri eius Antiochus Sacerdotii contulit principatum. Nam filius, quem Onias reliquerat, adhuc infans erat. Demon- B ſtrabimus autē ſingula in loco ꝓprio, quæ ad hūc puerum pertinere videbuntur. Ieſu vero (nam hic erat frater Onię) principatum Sacerdotii Rex abſtulit iratus, & dedit eum minori fratri eiꝰ nomine Oniæ. Simoni nāq; tres filii hi fuerunt, ad quos principatus Sacerdotij ſicut prędiximus ꝑuenit, Et Ieſus quidem Iaſonem nominauit ſe, Onias autem Menelaus eſt nominatus. Seditionē itaque prius princeps Sacerdotum Ieſus aduerſus Menelaum concitauit, & diuiſa in vtrumque populi multitudine filij, pro parte Menelai, Tobiæ conſiſtebant. Populi vero pars plurima Iaſonem adiuua- C bat, vnde laborantes Menelaus, & filii Tobiæ ad Antiochum diſceſſerunt, ad notitiam eius producentes, quod vellent patrias relinquere leges, & conuerſationem, & mores obſeruare Græcorum. Rogauerunt ergo eum, E vt permitteret eis ædificare gymnaſiū Ieroſolymis. Cūque conceſſiſſet, circumciſionem ſuam velauerunt, vt non apparerēt in denudatione Græcis eſſe diſſimiles, cæteraque omnia relinquentes, quæ illis mos patrius imponebat, aliarum facta Gentium rituſque ſectabantur. Hæc Ioſephus. Sed miror, quomodo ipſe, Onia defuncto, dicat Antiochum fratri Iaſonis Sacerdotium cōtuliſſe, cum hęc hiſtoria huic narrationi non concordet, ſicut in ſequentibus demonſtrabitur. Deniq. Antiochus Epiphanes, cum de regione Ptolemæorum, quā ſubito inuaſerat Senatus præcepto receſſiſſet, Iudæam venit, ibique Ieſu, qui & Iaſon, fratri Oniæ F Pontificatum tradidit, quo deinde expulſo Oniā cognomento Menelaū ſucceſſorē ei dedit. Itaque ob Sacerdotii dignitatem orta ſeditione inter principes ingentium miſeriarum ſemina pullulauerunt. Hæc aūt factio ſuperborum, atq; tranſgreſſorum legis Dei non allegoriam aliq̄ ad ędificationem vtilē nobis ingerit, ſed, proh dolor, iſto tp̄e Iaſon imitatores facinoris ſui plures inuenit, cū hi, q̄ī Eccleſia populo Dei, & sāguine filii eius vnigeniti

CAP. IIII.

SImon autem prædictus pecuniarum, & pa- 1
trię delator malè loquebatur de Onia, tan 2
quam ipſe Heliodorū inſtigaſſet ad hęc, 3 4
& ipſe fuiſset incētor malorū, prouiſorēq; 5
ciuitatis, ac defenſorē gentis ſuæ, & ęmula 6 7
torē legis Dei audebat inſidiatorē regni dicere mēdaciū. 8
Sed cum inimicitię intm̄ procederent, ut ēt ꝑ quoſdā Si- 9 10
monis neceſsarios homicidia fierent: cōſiderans Onias 11
periculum contētionis, & Apollonium inſanire, utpote 12
ducē Cœleſyriæ, & Phœnicis, ad augendā malitiā Simo- 13 14
nis, ad Regē ſe cōtulit, nō ut ciuium accuſator, ſed cōem 15
utilitatē apud ſemetipſum vniuerſæ multitudinis conſi 16
derans. Videbat.n. ſine regali prouidentia impoſſibile
eſse pacem rebus dari, nec Simonem poſse ceſsare a ſtul
titia ſua. Sed poſt Seleuci uitæ exceſsum, cū ſuſcepiſset 17 18

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IIII.

SImon autem prædictus. *Poſtquam deſcripta eſt Heliodori ſanatio, hic conſequenter ponitur ſanātis infamatio cum dicitur.*

1 Simon autem prędictus. *De tribu Beniamin de quo fit mentio prope principium ca. præced.*

2 Pecuniarum & patr. de. *i. accuſator, vt habetur ibidem.*

3 Male loquebatur de Onia. *Volens eum infamare, & per hoc odioſum reddere populo.*

4 Tanquam ipſe. *ſ. Onias.*

5 Heliodorum inſtigaſ. ad. *ſ. ad ſpoliandum ærarium, licet exterius fingeret contrarium.*

6 Prouiſoremque ciuita. *Ieruſalem.*

7 Ac defenſorem gentis ſuæ. *ſ. Iudaicæ.*

8 Et æmulatorem legis. *i. eius amatorem, vnde verſus. Aemulor, inflatur, amat, inuidet, ac imitatur.*

9 Audebat inſidiat, regni. *ſ. Iudææ, quæ licet tunc non haberet regem, tamen erat vnum regnum.*

10 Dicere mendacium. *Propriū crimen retorquens in Oniam.*

11 Sed cum. *Non ſolum verbis, ſed etiam factis.*

12 Vt etiā. *i. familiares amicos, & dicuntur a necto, ctis, quia tales ad inuicem connectuntur.*

13 Homi. fi. *Occidebat. n. aliquos de amicis Onię.*

14 Conſiderans Onias. *Intrinſecæ, quę periculoſior eſt illa, quæ eſt contra extraneos.*

15 Et Apol. *i. ardenter, & male conari.*

16 Ad re. *ſ. Seleucum qui adhuc viuebat, apud quem ſperabat gratiam, & remedium inuenire per Heliodorum, quem ſuis precibus ſanauerat.*

17 Sed poſt. *Deſcripta liberatione templi per Oniam, hic conſequenter deſcribitur liberatio templi, & populi per Iudam. Et primo tempore Antiochi Epiphanis, ſecundo, Antiochi Eupatoris. ca. 10. ibi: Nunc autem de Eupa. Tertio, tempore Demetrij filij Seleuci. cap. 14. Prima in duas, quia primo deſcribitur populi tribulatio, ſecundo, tribulati liberatio, cap. 8. Prima adhuc in duas: quia primo ponitur inchoatio tribulationis per ambitionem Sacerdotij, ſecundo, tribulationis conſummatio per inuaſionem regis Antiochi: c. ſe. ibi:* His itaque geſtis. *Prima diuiditur in duas: quia primo ponitur trium ambitio, ſecundo vnius, ſcilicet, Iaſonis miſerabilis terminatio in prin. ſe. c. Prima diuiditur adhuc in tres ſecundū ambitionem trium in principatu Sacerdotij ſibi ſuccedentium, ſecūda ibi.* Et poſt triennij tempus, *tertia, ibi.* Quam ob cauſam. *Prima adhuc in duas, in partem, ſcilicet principalem, & incidentalem, quę incipit ibi:* Miſſo autem. *Prima adhuc in duas, quia primo per ambitionem Iaſonis ponitur Gentilitatis introductio, ſecundo, eiuſdem conſummatio, ibi* Cum aūt quinquennalis. *Circa primum dicitur.* Sed poſt Seleuci. *i. ipſo mortuo.* Diuiſio.

18 Cum ſuſce. *Frater eius priuans regno nepotem ſuum, ut declaratum fuit in princi. primi lib.*

MORALITER.

1 *Simon autem prædi. pecuni. & patriæ delator, &c.* Per iſtum qui malè loquebatur de Onia viro ſancto ſignificātur detractores peſſimi, qui libentius denigrare nituntur famam bonorū, quā malorum: De quib. dicitur Prou. 2. c. Qui lętantur cum male fecerint, & exultant in reb peſſimis, quorum vię peruerſę, & infames greſſus eorum.

17 *Sed poſt.* Sequitur.

A redempto præponuntur, deſerta Euangelij doctrina, & vera religione a cultu vnius Dei, qui ibi cōmēdatur, ac inſinuatur, prauis morib. ad occultam conuolant idololatriam, cum per ambitionem pecuniarū, & diuitias poteſtatis, luxurioſam vitā, & Deo deteſtabilē ducēdo adulatorum attendētes fauorem, multos ſecum trahūt ad perditionē. Iſti profecto ſecundum Apoſtolum: *Confitentur quia ſe noſſe Deum, fa. autem ne.* (Titum 1.d; 1.Tim.6.b) Nam quia victu, & veſtitu moderato non ſunt contenti, B *Sed uolentes diuites fieri, inci. in tenta. & in la. dia. & deſide. multa & inut. & noci. quæ mer. homines in inte. &c. Radix enim omnium malorum eſt auaritia, quā quidam appetentes, errauerunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.* (Ibidem.)

a *Etenim auſus eſt ſub ipſa arce, &c.* (In cap. 3. Ioelis.)

C ✱ Rupert. Quod dicitur a Ioele: *Et poſuerunt puerum in poſtribulum, &c.* Reſpicit regnum Græcorū, ſub quo ita corrupti ſūt Iudei quoque ex imitatione illorum, vt puerū ponerent in poſtribulum. Sic enim in libro Machabæorum legimus: Super hæc promittebat Iaſon frater Oniæ & alia talenta centū quinquaginta ſi poteſtati eius concederetur, gymnaſiū & ephœbiam ibi conſtituere. Et ſubinde. *Etenim auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium conſtituere, & optimos quoſque ephæborum in lupanaribus ponere.* Hoc (vt manifeſtius dicamus) illud eſt, quod Apoſtolus horribiliter deteſtans in gentibus, *Maſculi* (inquit) *eorum relicto vſu naturali fœminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, &c.* (Rom. 1)

D ✱ Idem. Eiuſmodi contumelias non ſaltem in occulto exercebant, verū quod deterius eſt, publicè & paſſim gloriabundi frequentabant. Vnde de hoc homine ſacrilego dictum eſt: quia ſecundū exemplum gentium auſus eſt optimos quoſq; ephęborum in lupanaribus ponere. (In cap. Apoc.)

b *Cum autē.* Regnante apud Iudæā Ozia qui & Azarias, rege leproſo, & apud Iſrael Phacea, apud Athenienſes quoque Aeſchylo, & apud Latinos Amulio, ſecundo anno Aeſchyli iudicis Athenienſium, prima olympias acta, in qua Chorębus Helienſis E victor extitit. Helij agunt quinquennale certamē quatuor annis in medio expletis, in quib. principes anni conſtituuntur quatuor, quam olympiadem Iphitus filius Praxonidis ſiue Aemonis primus inſtituit. Ab hoc tempore Greca de tēporibus hiſtoria vera creditur: nā ante hoc ut cuique viſum eſt, diuerF ſas ſententias protulerunt. Hunc autem quinquennalē agonem tunc Antiochus apud Tyrum celebraſſe deſcribitur, & ea quæ deinde commemorantur de Iaſone, & Menelao, poſtea facta ſunt. Iaſon quidē, qui proprium fratrem (hoc eſt Oniam ſeniorē Simonis filiū) captiuauerat, a Menelao (hoc eſt minore Onia, qui Binomius fuit) accuſatus apud regē, atq; decept⁹ pfug⁹ ī Ammanit. expulſus ē regionē. Menelaus autem (Rabbai; 4.Reg.; 2.Pa.)

regnū Antiochus, qui nobilis appellabatur, ambiebat 1
Iaſon frater Oniæ ſummum Sacerdotium adito rege, 2
promittens ei argenti talenta trecenta ſexaginta, & ex 3
redditib aliis talenta octoginta. Super hoc promittebat
& alia centum quinquaginta, ſi poteſtati eius concede- 4
retur gymnaſium, & Ephębiā ſibi conſtituere, & eos, q 5
in Ieroſolymis erant Antiochenos ſcribere. Quod cum 6
Rex annuiſſet, & obtinuiſſet principatū, ſtatim ad Gen- 7 8
tilē ritum contribules ſuos transferre cœpit, & amotis 9
his, quæ humanitatis cā Iudæis a Regib. fuerant cōſtitu- 10
ta, per Ioannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos 11 12
de amicitia, & ſocietate functus eſt legatione, legitima 13
a ciuiū iura deſtituens praua inſtituta ſanciebat. Etenim 14
auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium conſtituere, & opti- 15
mos quoſq; Ephæborum in lupanarib. ponere. Erat aūt 16 17
hoc non initium, ſed incrementum quoddam, & profe 18
ctus Gentilis, & alienigenæ conuerſationis, pp impij, & 19
non Sacerdotis Iaſonis nefarium, & inauditū ſcelus, ita 20
vt Sacerdotes iam non circa altaris officia dediti eſſent,
ſed contempto tēplo, & ſacrificiis neglectis feſtinarent
participes fieri paleſtræ, & pbitionis eius iniuſtæ, & in 21
exercitiis diſci, & patrios quidem honores nihil haben- 22
tes, Græcas glorias optimas arbitrabantur: Quarū gratia 23 24
periculoſa eos contentio habebat, & eorum inſtituta 25
ęmulabantur, ac per oīa his conſimiles eſſe cupiebant, 26
quos hoſtes, & peremptores habuerāt. In leges n. diui- 27 28
nas impiè agere impunè non cedit, ſed hoc ſequens tem 29 30
b pus declarabit. Cum autem quinquennalis agon Tyri

NICOLAVS DE LYRA

✱ 1 Ambiebat. *Ipſo adhuc viuente.* 2 Sum. ſa. *Et quia nō poterat hoc licite, ideo quaſiuit per uias illicitas obtinere. ſ. per pecuniam, ideo ſubditur.* 3 Adito re. *Et per translationem populi ad ritum Gentilium, ideo ſequitur.* 4 Si poteſtati. *i. ſchola Gentilitatis, ſicut dictum fuit. 1 li. ca. 1.* 5 Et Ephæ. *i. poſtribulum pulcherri morum iuuenum.* 6 Et eos. *i. quod profiteretur ſe Gētiliter uiuere.* 7 Quod cum. *Tum propter permiſſa, tum propter dilationem Gentilis ritus, qui ſibi placebat, eo quod Gentilis erat.* 8 Et obti. *ſ. ſacerdoti.* 9 Statim. *Illi enim libentius ei obediebant, eo quod de ſua tribu erant, & per iſtos intendebat tradere alios, ideo ſubditur.* 10 Et amotis &c. *A re. Syriæ.* 11 Fuerant con. *iſta impetrantem.* 12 Patrem Eu. *i. Eupolemus.* 13 Apud Ro. *Vt habetur ſupra. 1. li. 18. ca. Prædicta enim fauorabilia Iudæis, auferebat ab illis, qui nolebant recipere uitam Gentilitatis, vt ſic cogeret ad recipiendum.* 14 Etenim au. *propter templum Domini.* 15 Gymnaſium. *i. ſcholam Gentilitatis.* 16 Et op. quoſque. *i. pulcherrimos iuuenes.* 17 In lupa. *Vt exercerentur in eis vitium contra naturā. Dicitur enim ephæbus, quaſi valde lucidus.*

Erat

18 Erat autem hoc. *Tantum, ſcilicet* 19 Sed. *Cum hoc.* 20 Incremen. *Gentilitatis apud Iudæos. Cætero patent vſq; ibi.* 21 Feſtinarent parti. *Eſt autem paleſtra locus ubi exerceetur lucta, ſicut & gymnaſium, & utrumque trahitur ad ſignandum ſcholam, eo quod ibi diſputant ſtudentes adinuicem. Et idem ſignatur hic nomine paleſtræ, eo quod ſupra nomine gymnaſii.* 22 Et præbitionis. *i. traditionis ſuæ peſſimæ doctrinę. Et dicitur præbitio a præbeo, bes.* 23 Et in exer. *i. informari in exercitio talis doctrinæ.* 24 Et patrios. *i. diuinum cultum, in quo gloriabantur patres eorum.* 25 Græcas glo. *i. ritus & modos uiuendi in quibus gloriabantur Græci.* 26 Quarum gratia. *Aliquibus Iaſoni aſſentientibus, alijs diſſentientibus, & ſic ſchiſma erat in populo, quod eſt valde periculoſum.* 27 In leges enim. *Sicut enim pietas eſt cultus diuinus, ita impietas eſt contraria diuino cultui.*

28 Impunè non ce. *Quia non dimittitur dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ.*

29 Sed hoc. *In ſequentibus enim exprimuntur multa grauia, quæ venerant ſuper populum propter iſtas tranſgreſſiones.*

30 Cum autem. *Poſtquā poſita eſt Gentilitatis introductio, hic conſequenter ponitur eius conſummatio ſaltē quantum ad Iaſonem*

✱ *Sacer-*

*MORALITER.*

† 1 *Ambiebat.* Per iſtum qui per dona multa, & magna procurauit Sacerdotium ſignificantur ſimoniacè promoti in Eccleſia Dei, ex quo multa mala, ſcilicet, diuini cultus negligentia quantum ad clerum, & diſſolutionis multimodæ, & luxuriæ exercitium, & per conſequens receſſus a Chriſtiana conuerſatione & uita quantum ad populum, ſicut tangitur in litera conſequenter.

30 *Cum autem.* Per Iaſonem peſſimum Pontificem mittentem pecunias in ſacrificium Herculis qui ſicut dicit Iſid etymol. lib. 8 dicitur Deus fortitudinis, ſignificantur mali Pontifices, & prælati, qui bona Eccleſiæ expēdunt in curiis regum, & principum, vt per hoc in ſuis maleficiis ſuſtententur.

† *Et poſt*

☞ autem principatum obtinuit: ſed de pecunijs pro pontifi

A catu Regi promiſſis nihil agebat, quam ob cauſam ſimiliter, & ipſe remotus eſt a Sacerdotio, ſuccedente ſibi Lyſimacho: quo tenente ſacerdotium Menelaus Antiocho abſente propter ſedandos Tharſenſes, & Malotas, ratus ſe accepiſſe tẽpus oportunum, aurea quædam vaſa templo furatus donauit Andronico commiti, quem Rex reliquit ad tuendam regionem. Vnde cõmotus Onias ſenior frater eius, quẽ Iaſon captiuauerat, arguebat Menelaum pro impietate perpetrata: ipſe in loco tuto

B ſe continens Antiochiæ ſecus Daphnẽ. Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogauit vt Oniam interficeret. Qui cũ veniſſet ad Oniã, & datis dextris cum iureiurando, quamuis eſſet ei ſuſpectus, & ſuaſiſſet de aſilo procedere, ſtatim eum peremit, non veritus iuſtitiam. Ob quam cauſam non ſolum Iudæi, ſed & aliæ quoque nationes indignabantur, & moleſtè ferebant de nece tanti viri iniuſta. Hinc Iudæi ſimul, & Græci regreſſum Regem de Ciliciæ locis adierunt prodentes quod factum fuerat. Ex hoc commotus Antiochus, vſque ad lachrymarum effuſionem recordatus defuncti ſobrietatẽ, & modeſtiam: accenſuſq; animo, Andronicum exutum purpura circumduci per totam ciuitatem iubet, & in eodem loco, quo in Oniam impietatem commiſerat, ſacri-

C legum vita priuari: Domino illi dignam pœnam retribuente. Multis. n. ſacrilegijs in templo a Lyſimacho commiſſis Menelai cõſilio, diuulgata fama cõgregata eſt multitudo aduerſum Lyſimachum, alij lapides, alij verò fuſtes validos arripuere: quidam vero cinerem in Lyſimachum iecère, & multi quidẽ vulnerati, quidam ẽt proſtrati: omnes verò, in fugam conuerſi ſunt, ipſum ẽt ſacrilegum ſecus ærarium interfecerunt. De his ergo cœpit iudicium

dicium aduerſus Menelaum agitari. Et cum veniſſet rex D

Tyrum ad ipſum negocium detulerunt, viri tres miſſi a ſenioribus. Et cum ſuperaretur Menelaus promiſit Ptolemæo multas pecunias ad ſuadendum Regi. Itaque Ptolemæus in quodam atrio poſitum quaſi refrigerandi gratia Regem adijt, & a ſententia deduxit, & Menelaum quidem vniuerſæ maliriæ reum criminibus abſoluit, miſeros autem (qui etiã ſi apud Scythas cauſam dixiſſent, innocentes iudicarẽtur) morte damnauit. Sed cum falſus rumor exiſſet, tanquã a vita exceſſiſſet Antiochus, aſſumptis E

Iaſon non minus mille viris repente aggreſſus eſt ciuitatem, & ciuibus ad murum conuolantibus, ad vltimum comprehenſa ciuitate, Menelaus fugit in arcem. Iaſon verò non parcebat in cęde ciuibus ſuis, nec cogitabat proſperitatẽ aduerſum cognatos, malum eſſe maximum, arbitrans hoſtium, & & non ciuium ſe trophæa capturum. Et principatum quidem non obtinuit: finem verò inſidiarum ſuarum confuſione cœpit, & profugus iterum abijt in Ammanitem. Ad vltimum in exitium ſui concluſus ab Aretha Arabum tyranno fugiens de ciuitate in ciuitatem omnibus odioſus, vt refuga legum, & execrabilis, vt patriæ, & ciuium hoſtis, in Aegyptum extruſus eſt: & qui multos de patria expulerat, peregre perijt, Lacedæmonas pro fectus. Menelaus autem cum apud Antiochum Eupato- F

rem ſimili modo vt antea apud Antiochum nobilem dolos meditaretur, Rex regum ſuſcitauit animos Antiochi in peccatorem, & ſuggerente Lyſia hunc eſſe cauſam omnium malorum, iuſſit (vt eis eſt conſuetudo) comprehenſum eodem loco necari. Erat aũt in ipſo loco turris quinquaginta cubitorũ, aggeſtũ vndiq; habẽs cineris: Hęc proſpectũ hẽbat in p̃ceps, inde in cinerẽ deijci iuſſit ſacrilegũ

☞ omnibus

celebraretur, & Rex pręſens eſſet, miſit Iaſon facinoroſos 1
ab Ieroſolymis viros peccatores portãtes argenti didrach- 2
mas trecentas in ſacrificium Herculis, quas poſtulauerunt 3
hi, qui aſportauerant, ne in ſacrificijs erogarentur, quia
non oporteret, ſed in alios ſumptus eas deputari. Sed
hæc oblata ſunt quidem ab eo, qui miſerat in ſacrificium
Herculis: propter præſentes autem datæ ſunt in fabricam 4 5
nauium triremium. Miſſo autem in Ægyptum Apol- 6
lonio Maeſthei filio propter primates Ptolemæi Philome-
toris Regis. Cùm cognouiſſet Antiochus alienum ſe a 7
negocijs regni effectum, proprijs vtilitatibus conſulens,
profectus inde venit Ioppen, & inde Ieroſolymam. Et 8
magnificè ab Iaſone, & ciuitate ſuſceptus, cum facula-
rum luminibus, & laudibus ingreſſus eſt, & inde in Phę-
nicem exercitum conuertit. Et poſt triennij tempus mi- 9
ſit Iaſon Menelaum ſupradicti Simonis fratrem portan- 10 11
tem pecunias Regi, & de negocijs neceſſarijs reſpon- 12
ſa perlaturum. At ille commendatus Regi cum magni- 13 14
ficaſſet faciem poteſtatis eius, in ſemetipſum retorſit 15

## NICOLAVS DE LYRA.

* *ſacerdotem, qui miſit magnam pecuniam in ſacrificijs Herculis expẽdendam: tale vero ſacrificium eſt Gentilitatis ſummum malum: ideo dicitur:* cum autem quinquen. &c. *i. lucta, vel haſtiludium, ſeu aliquid huiuſmodi, quod ſemel fiebat in quinque annis. Et iſtud de quo hic agitur, fiebat in venerationem Herculis.*

1 Et rex præ. *ſ. Antiochus nobilis.*

2 Miſit Ia. faci. *i. facinoribus plenos: vnde verſus.* Oſus plena notat, bundus ſimilat, bilis aptat.

3 Viros pec. *De ſua ſecta: pp quod de illis confidebat: tamen erãt minus mali, quàm ipſe, quia pecuniam, quam portabant pro ſacrificijs Herculis, rogauerunt expendi in vſib. alijs: ideo ſequitur poſtea.*

4 Propter præ. *i. propter præſentantes dictam pecuniam.*

5 Datæ ſunt, &c. trire. *A tris, q eſt tres, & remus, mi. habebãt. n. illæ naues tres ordines remorum.* 6 Miſſo autem. *Hæc eſt pars incidentalis, in qua ponitur quoddam incidens illius temporis. Ptolemæus. n. Philometor cum adhuc eſſet puer ſucceſſit patri in regnum Aegypti: & quia erat nepos Antiochi Epiphanis, vt pote filius ſuæ ſororis, ſicut oſtendit plenius Dan. 10. ideo Antiochus accepit aliquas ciuitates de regno Aegypti, quaſi curam gerens de regno nepotis ſui: ſed cum poſtea nollet eas reddere, principes Aegypti mouerunt contra eum bellum zelantes pro ſuo Rege: & ſic fuit alienatus a negocijs nepotis ſui, & hoc eſt quod dicitur:* Miſſo autẽ, &c. *Iſte fuit miſſus a Rege Antiocho.*

7 Propter pri. Pto. *Nolentes quod Antiochus ſe intromitteret de negocijs Aegypti. De hoc. n. audierat Antiochus rumores, & voluit ſcire veritatem per iſtum Apollonium, quod & factũ fuit: ideo ſubditur.* Cum cognouiſſet Antio. &c. 8 Proprijs vti. *ſ. vt ciuitates, quas prius acceperat tenere poſſet in augmentum ſui regni. Cætera patent.* 9 Et poſt trienij tempus. *Poſt ambitionem Iaſonis hic conſequenter ponitur ambitio Menelai, cum dicitur.*

10 Miſit Iaſon Menelaũ. *Qui de ſua mala ſecta erat: & ſic in eo confidebat.* 11 Supradicti Simonis. *De tribu Beniamin, vt habetur cap. præcedenti.*

12 Fratrem. *i. in malitia ſibi parem, vt exponunt aliqui ſequentes dictum Ioſephi dicentis, q iſte Menelaus, & Iaſon fuerunt fratres Oniæ Pontificis: ſed propter dictum Ioſephi, qui vt certum eſt, multa falſa ponit, non videtur auctoritas huius libri dimittenda, nec eius litera extorte exponenda, maximè cum ad legendum ſit receptus ab Eccleſia: propter quod ſaluo meliori iudicio videtur mihi, q iſte Menelaus propriè dicatur frater Simonis de tribu Beniamin. Si vero cõtra hoc obijciatur, q iſte Menelaus factus fuit ſummus Sacerdos, vt dicitur in litera, q retorſit in ſemetipſum ſummum ſacerdotiũ, quod debebatur filiis Aaron tantum. Dicendum, quod hoc non valet: nam hoc ſacerdotiũ obtinuit per Antiochũ Regem idololatram, & Gentilem: propter quod non curabat de qua tribu Iudæorum Pontifex eſſet, ſed ſolum de vtilitate tẽporali, quam inde haberet: ideo ſubditur.*

13 At ille. *Per miniſtros aſſiſtentes ſibi, quibus munera dederat Menelaus.* 14 Cum mag. &c. *Per munera, quę apportauerat, & nomine ſuo magis, quàm Iaſonis obtulerat, & alia mittere de futuro promiſerat, vt habetur infra.*

15 In ſemetip. *A Rege ſibi conceſſum. Cætera patent vſq; ibi.*

* Et

*M O R A L I T E R.*

† 9 *Et poſt triennij tempus miſit Iaſon Menelaum ſupradicti Simonis fratrem portantem pecunias Regi, &c.* Per hoc autem q iſte Menelaus a Iaſone miſſus eum defraudauit a ſacerdotio, & pœnam pecuniariam impoſuit: oſtenditur, q Deus iuſtè permittit aliquando malos homines defraudari, & ſupplantari ab his, qui ſunt de ſua familia, vt ſic de ſuis maleficijs grauius puniantur.

ſummum ſacerdotium, ſuperponens Iaſoni talenta argẽti trecenta. Acceptiſque a Rege mandatis venit, nihil quidem dignum habens ſacerdotio. animos verò crudelis tyranni, & feræ belluæ iram gerens. Et Iaſon quidem, qui 1
proprium fratrem captiuauerat, ipſe deceptus profugus 2
in Ammanitem expulſus eſt regionem. Menelaus autem 3
principatum quidem obtinuit: de pecunijs verò Regi pro 4 5
miſſis nihil agebat, cum exactionem faceret Soſtratus, qui 6
arci erat præpoſitus. Nam ad hunc exactio vectigalium 7 8
pertinebat, quam ob cauſam vtrique ad Regem ſunt euo 9
cati. Et Menelaus amotus eſt à ſacerdotio, ſuccedente Lyſi- 10
macho confratre ſuo: Soſtratus autem prælatus eſt Cy- 11 12
prijs. Et cum hæc agerentur, contigit Tharſenſes, & 13
Mallotas ſeditionem mouere, eò quòd Antiochi Regis 14 15
concubinæ dono eſſent dati. Feſtinanter itaque Rex ve- 16
nit ſedare illos, relicto ſuffecto vno ex comitibus ſuis An- 17 18
dronico. Ratus autem Menelaus accepiſſe ſe tempus op- 19
portunum aurea quædam vaſa è templo furatus donauit 20
Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas ciuita- 21
tes. Quod cum certiſſimè cognouiſſet Onias, arguebat 22 23
eum, ipſe in loco tuto ſe continens Antiochiæ ſecus 24
Daphnem. Vnde Menelaus accedens ad Andronicum rogabat, vt Oniam interficeret. Qui cum veniſſet ad

A omnibus cum pro- pellentibus ad interitum: & tali lege præuaricatorem legis contigit mori, nec terræ dari Menelaum. Et quidem ſatis iuſtè. Nã quia multa erga arã Dei delicta commiſit, cuius ignis, & cinis erat ſanctus, ipſe in cineris morte damnatus eſt. Refert autem Ioſephus ſicut in ſuperiori libro oſtẽdimus, quod filius principis ſacerdotum Oniæ, cum adhuc puerulus defuncto patre relictus ſit, videns quia auunculum ſuum Menelaum Rex interfeciſſet, & principatũ ſacerdotij Alchimo dediſſet, non exiſtenti de genere ſacerdotum: ſed a Lyſia flexus, vt tran- *Ioſephus antiq. lib. 12. c. 6.*
B ſponeret honorem ab ea familia ad aliam domum fugit ad Ptolemeum regem Aegypti, & honorem meruit ab ipſo, & vxore eius Cleopatra, locumq; petijt in regione Eliopolitana, vbi ciuitatem nominis ſui condidit, templo ad ſimilitudinem templi patris conſtructo. Alchimus verò aduerſum Iudam Machabæum inimicitias gerens poſt non multum
C temporis ira Dei percuſſus interijt: ac ſic cum omnium

Iudæorum fauore Iudæ Machabæo ſacerdotium decernitur. Quæ quidem omnia magis moralem, quam allegoricum ædificare videntur intellectum, cũ manifeſtè deſignẽt iuſtiſſimum iudicem, atque æquiſſimum retributorẽ ſingulis prout debita eorum poſtulauerint mercedem condignam reſtituere, hoc eſt, pijs, ac Deũ timentibus prẽmia æterna, impijs autem, & peccatoribus, & blaſphæmis pœnam ignis perpetui. Nec vllus debet ſibi blandiri pro terrena felicitate, ac præſentis vitæ proſperitate ſi in peccatis degere voluerit, quaſi impunè poſſit euadere. Nec etiam ille, qui bene agens validis tormentis, aut varijs tribulationibus in præſenti vita coangustatur, deſperare debet de futura ſalute, ſi in iuſtitiæ perſeuerauerit tramite: quia ſcriptũ eſt. *Multę tribulationes iuſtorũ, & de omnib. his liberabit eos Dominus.* Et: *Multa flagella peccatorum, ſperantes autem in Domino miſericordia circumdabit. Lętamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde.* D *Moraliter* E *Pſal. 33. d* *Ibid. 31. c*

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et Iaſon quidem, qui proprium fra. *ſ. Oniam.*
2 Captiuauerat. *Ipſo exiſtente in Antiochia officium eius malè impetrauerat.*
3 Ipſe deceptus. *Per Menelaum.*
4 Profugus. *Tum quia priuatus erat ſacerdotio, tum quia ſoluere non poterat impoſitam ſibi ſummam.*
5 Menelaus autem principatum. *ſ. ſacerdotij.*
6 De pecunijs, &c. *Vt dictum eſt.*
7 Nihil agebat. *Et ſubditur cauſa, cum dicitur.*
8 Cum exactionem faceret. *Ideo non permittebat, ꝙ de leuatione pecunię ſe intermitteret Menelaus.*
9 Quam ob cauſam. *Hic conſequenter agitur de ambitione Lyſimachi: cuius primò ponitur inſtitutio, ſecundo, eius deſtitutio, ibi.* Multis autem ſacrilegijs. *Prima in duas: quia primò ponitur inſtitutio Lyſimachi, ſecundò, mors Onię iuſti, ibi.* Et cum hæc agerentur. *Circa primum dicitur.* Quam ob cauſam vtrique. *ſ. Menelaus, & Soſtratus.*
10 Ad Regem ſunt euocati. *Eò ꝙ pecuniam promiſſam non mittebant. Soſtratus verò quia Menelaum exactionem facere non ſinebat, propter quod Menelaus ipſum accuſabat.*
11 Et Menelaus amo. *Hoc procurante Soſtrato, & alijs modis, quib. poterat per ambitionem, ſicut dictum eſt ſupra de Iaſone: quod officium ſui fratris Onię male procurauerat. Dicunt tamen hic expoſitores aliqui ſequentes dicta Ioſephi, quod iſte Lyſimachus non fuit frater Menelai, ſed dicitur hic eius frater, eo ꝙ fuit ſibi ſimilis in malitia ſicut dicitur ꝙ nihil, & Chimera ſunt fratres, ſed hęc expoſitio videtur extorta, maximè quando ſcribitur hiſtoria, vbi non eſt vtendum metaphora, ſicut eſt in propoſito, propter quod melius videtur dici ſequendo textum libri, ꝙ iſti tres. ſ. Lyſimachus, Menelaus, & Simon templi prępoſitus fratres fuerunt.*
12 Soſtra au. &c. *Sicut frequenter mutantur Balliui Regis, inſula verò Cypri ſubiecta tunc erat Antiocho Regi.*
13 Et cum hæc. *Hic interponitur mors Onię, cuius primò deſcribitur occiſio, ſecundò vindicatio, ibi:* Ob quam cauſam. *Circa primum pręmittitur temporis oportunitas, cum dicitur.* *Diuiſio*
14 Contigit Thar. & Mal. *i. ciues duarum ciuitatum.*
15 Seditionem mo. *Contra Regem Antiochum.*
16 Eò quòd an. re. con. *In datiuo caſu.*
17 Dono. eſ. da. *Dolebant enim, ꝙ ſub dominio talis mulieris eſſent poſiti.*
18 Feſtinanter, &c. *Ne maius malum oriretur contra ipſum, ſed per quem modum non dicitur hic, ſed veriſimile eſt, quod donum illud retractauit, & concubinę ſuę aliter prouidit.*
19 Reli. ſuffe. *i. ſub ſe facto, locum eius tenente.*
20 Vno ex &c. *In Antiochena ciuitate.*
21 Ratus. *i. opinatus, & dicitur a reor, ris.*
22 Menelaus accepiſſe ſe tempus oportu. aurea, &c. *Ad mortem Onię procurandam in Regis abſentia per Andronicum cupidum. Cętera patent vſque ibi.*
23 Arguebat eum. *De furto notabili rei ſacrę.*
24 In loco tuto ſe conti. &c. *In quo nullus ſub pena mortis audebat aliquem lędere: propter quod dicebatur aſilum ab a quod eſt ſine, & ſilen quod eſt tactus, quia non eſt fas alicui ibi tangere, & offendere alium. Cętera patent.*

* Ob

## MORALITER.

† 13 *Et cũ hęc agerentur, contigit Tharſenſes, & Mallotas ſeditionẽ mouere, eo quod Antiochi Regis, &c.* Per iſtos rebellantes Regi ſuperbo, eò ꝙ dedignabantur ſubijci mulieris concubinę dominio, ſignificantur illi, qui reſiſtunt Diabolo regi ſuperbiæ, eò quòd nolunt ſubijci ſenſualitati, quæ mulier dicitur ab Auguſt. ſuper Gen. Et eſt lubrica ad corporis voluptatem.
21 *Ratus autem Menelaus accepiſſe ſe tempus oportunum, aurea quędam vaſa è templo furatus donauit Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas ciuitates.* Per iſtum qui machinabatur in mortem Oniæ, eò ꝙ eum arguebat de ſacrilegijs ſuis, ſignificatur quilibet criminoſus, qui odit corripientem ſe de ſuis facinoribus. Vnde dicit Ioannes os aureum: Incurrit odium qui arguit criminoſos. Per Andronicum verò qui falſis promiſſionibus eum extra aſilum exire fecit, & ſic eum crudeliter interfecit, ſignificatur Diabolus qui viros iuſtos aliquando multis illuſionibus pertrahit extra diſcretionis aſilum, & ſic eos iugulat, per peccatum, & ad hoc ponuntur exempla plurima in collatione Moyſi ab.

† *Multis*

A Oniam,& datis dextris cũ iureiurando,quã-
uis eſſet ei ſuſpectus, & ſuaſiſſet de aſilo pro-
cedere,ſtatim eum peremit non veritus iuſti
tiam.Ob quam cauſam non ſolum Iudæi,ſed 1
etiam aliæ quoque nationes indignabantur,
& moleſtè ferebant de nece tanti viri iniuſta.
Sed regreſſum Regem de Ciliciæ locis adie-
runt Iudęi apud Antiochiam ſimul,& Gręci,
conquerentes de iniqua nece Oniæ. Contri-
ſtatus itaq; animo Antiochus propter Oniã,
& flexus ad miſericordiam lachrimas fudit, 2
recordatus defuncti ſobrietatem, & mode- 3
ſtiam.Accenſuſq; animis Andronicum pur- 4
pura exutum per totam ciuitatem iubet cir- 5 6
cumduci,& in eo loco,in quo in Oniã impie
tatem commiſerat, ſacrilegum vita priuari,
Domino illi condignam pœnam tribuente.
B Multis autem ſacrilegijs in templo a Lyſima 7
cho commiſſis Menelai cõſilio, & diuulgata 8
fama, congregata eſt multitudo aduerſum 9 10
Lyſimachum,multo iã auro exportato. Tur-
bis autẽ inſurgentibus, & animis ira repletis
Lyſimachus armatis ferè tribus millibus,ini-
quis manibus vti cœpit, duce quodam ty-
rãno ætate pariter,& dementia prouecto. Sed
vt intellexerũt conatum Lyſimachi, alij lapi D
des,alij fuſtes validos arripuere:quidam verò
cinerem in Lyſimachum iecere. Et multi qui
11 dem vulnerati,quidam aũt, & proſtrati, om-
12 nes verò in fugam cõuerſi ſunt. Ipſum etiam
ſacrilegum ſecus ærarium interfecerunt. De
13 14 his ergo cępit iudicium aduerſus Menelaum
agitari. Et cum veniſſet rex Tyrum,ad ipſum
15 negociũ detulerũt miſſi viri tres a ſenioribus.
Et cum ſuperaretur Menelaus,promiſit Pto-
16 lemæo multas pecunias dari ad ſuadendum
17 Regi. Itaq; Ptolemæus in quodam atrio poſi
tum quaſi refrigerandi gratia Regem adijt,
18 & deduxit à ſententia,& Menelaum quidem
vniuerſæ malitiæ reum criminibus abſoluit:
19 miſeros autem,qui etiam ſi apud Scythas cau
20 ſam dixiſſent, innocentes iudicarentur, hos
21 morte damnauit. Citò ergo in iuſtam pęnam E
22 23 dederunt, qui pro ciuitate, & populo, & ſa-
24 cris vaſis cauſam proſecuti ſunt. Quamobrẽ
25 26 Tyrij quoque indignati,erga ſepulturam eo
27 rum liberaliſſimi extiterunt. Menelaus autẽ
propter eorum, qui in potentia erant, aua-
28 ritiam, permanebat in poteſtate, creſcens
in malitia ad inſidias ciuium.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Ob quam cau. *Hic conſequenter ponitur occiſionis dictæ vindicatio. Et patet litera vſque ibi.*

2 Defuncti ſobrietatem. *In potibus, & cibis.*

3 Et modeſtiam. *In verbis, & factis.*

C 4 Andronicum pur. *Tanquam de ſtatu dignitatis depoſitũ, & degradatum.*

5 Per totam ciui. &c. *Vt vindicta ſceleris omnibus appareret.*

6 Et in eo loco. &c. *Vt ſic culpæ reſponderet pœna.*

7 Multis autem. *Poſtquam ſupra poſita eſt Lyſimachi inſtitutio, hic ponitur eius deſtitutio, & ſecundò Menelai reſtiutio, ibi.* De his ergo. *Circa primum dicitur.* Multis autem, &c. com. *ſ. in diuini cultus diſſipatione, & vaſorum aureorum furtiua ſubtractione.*

8 Menelai con. *Vt de auro partem haberet, & vt populo contra Lyſimachum concitato ipſe Sacerdotium recuperaret, ſicut & factum fuit, vt ex ſequentibus patebit.*

9 Et diuul. fa. *De dictis ſacrilegijs a Lyſimacho commiſſis.*

10 Congre. eſt mul. &c. *Iniquis manibus vti cœpit, multitudinẽ contra ſe commotam interficiendo per iniquos, quos armauerat. Cætera patent vſque ibi.*

11 Omnes vero in fu. con. ſunt. *ſcilicet, qui erant cum Lyſimacho.*

12 Ipſum etiam ſacr. *ſ. Lyſimachum ſecus ærarium interfecerunt.*

13 De his ergo. *Hic conſequenter deſcribitur Menelai reſtitutio, qui cum prædictis debuiſſet ad mortem condemnari: per pecunias tamen fuit reſtitutus ad principatum Sacerdotij. Dicit igitur.* De his ergo. *ſ. de auro furtiuè ſublato de templo.*

14 Cępit iudi. &c. *Quia factum fuerat eius conſilio. Et quia ad hoc ſecuta fuerat plurium occiſio.*

15 Et cum ſuperare. Menelaus, &c. *i. conuinceretur de dictis criminibus.*

16 Promiſit Ptole. *Regi familiari.*

17 Ad ſuadendum. *Pro Menelao, & contra aduerſarios ſuos.*

18 Et dedu. à ſententia. *Quam cogitauerat dare contra Menelaum dans ſententiam per contrarium.*

19 Miſeros autem *ſ. accuſantes Menelaum.*

20 Qui etiam ſi apud. *Qui ſunt barbari irrationales, & crudeles populi.*

21 Citò ergo. *i. præcipitanter, & malè.*

22 Iniuſtam pœ. de. *Supple eis.*

23 Qui pro ciuita. *Ieruſalem.*

24 Et po. *Fideli.*

25 Et ſa. va. *Furto ſublatis.*

26 Cauſam proſe. *Contra Menelaum.*

27 Menelaus autem, &c. *Quia propter dona eius commendabant eum apud Regem.*

28 Permanebat in poteſtate. *Summi Sacerdotij.*

* CAP.

## MORALITER.

† 7 *Multis autem ſa. in templo.* Per iſtum Lyſimachum, qui duce tyranno, ætate, & dementia prouecto, conciues ſuos impugnabat, vt tẽplum Dñi ſpoliaret, ſignificatur quilibet ſacrilegus crudelis, qui ſequitur inſtinctũ dęmonis, qui eſt tyrannus crudelis, & prouectus ætate, & dementia .ſ. a principio ſui caſus. Per hoc autem ꝙ Lyſimachus iuxta ærarium fuit interfectus, ſignificatur, ꝙ homines raptores, & cupidi frequenter iuxta ſuas diuitias iugulantur.

15 *Et cum ſuperaretur Menelaus.* Per iſtum Ptolemæum, qui pro pecunijs ſeduxit Regem ad dandum iniquam ſententiam, ſignificantur cupidi Principum Cõſiliarij, qui propter munera inducunt eos ſuis falſis perſuaſionibus ad liberandum iniquos, & ad condemnandum iuſtos.

CAP. V.

Rabanus.

A a Eodem tempore. Portenta ergo aliquando portendunt proſpera,aliquando verò præfigurant aduerſa:ſed ſemper iuxta id quod ſummus arbiter ſingulis rebus, ac temporibus conuenire diiudicat. Nec mirū,quod in Machabæorum temporibus equites auratas ſtolas habentes, & haſtis armatæ cohortes per aerem diſcurrere viſi,ac armorum aureorum ſplendor fulgens aduerſitatem prænunciare futuram, & cladem Iudæis venturam; cū ante ſubuerſionem Ieroſolymorum ſub Veſpaſiano,& Tito,Ioſepho teſtante, didicimus quod ſtella præfulgens, gladio per omnia ſimilis, imminere deſuper ciuitati, & cometes preterea exitialibus flammis ardere per totum viſus eſt annum.

B Sed ante excidij tempus, ac belli, cum populi ad diē feſtum Azymorū cōuenirent octaua die menſis Xandici, qui eſt aprilis, noctis tempore hora nona tantus luminis fulgor aram, tēplumq; circundedit,vt putarent omnes, diem clariſſimū factū,& permanſit ſpatio horæ dimidiæ. Quod imperitis quidē,& ignaris proſperū videbatur.Sed legiſperitos, & probos quoq; doctores nō latuit exitiale portentū

C In eadē quoq; feſtiuitate vitula ſacrificijs admota,& aris aſſiſtēs,inter ipſas miniſtrorum manus enixa eſt agnā. Sed & ianua interioris ædis,quæ reſpiciebat orientē, cū eſſet ſolido ære induta, ac perinde immēſi ponderis,q̄ vix viginti viris ſummo conatu impellentib. clauderet,ferreis quoq; vectibus,

D & ſeris munita, ac peſſulis in altum demiſſis teneretur obſtricta repente hora noctis ſexta apparuit ſponte patefacta. Sed & tranſacto die feſto, poſt aliquot dies, prima & viceſima die menſis Artemiſi, qui Maius apud nos vocatur,prodigioſus apparuit viſus,& fidem penè excedēs: quod ferè falſum putaretur, niſi oculorum fidē confirmaſſet,malorum eorū conſecuta pernicies. Etenim prope ſolis occaſū viſi ſunt curruſ,& quadrigæ in omni regione per aerem ferri, & armatorū cohortes miſceri nubibus, & vrbes circumdari agminib. improuiſis. In alio itidem feſto die qui Pentecoſtes appella-

E tur, noctu Sacerdotes ingreſſi templū ad miniſteria ex more complenda: primò quidem,motus quoſdā, ſtrepituſq; ſenſerūt,deinde voces ſubitas audiunt dicentes:Migremus hinc. Additur etiā his aliud terribilius. Etenim quidam Ananiæ filius, Ieſus nomine, vir plebeius,& ruſticus, ante quartum belli annum, cum ciuitas in pace,& abundantia perduraret, in die feſto Tabernaculorum repente clamare cœpit: Vox ab oriente, vox ab occidente, vox a quatuor ventis, vox ſuper Ieroſolymam, & ſuper templum, vox ſuper ſponſos, & ſuper ſponſas, vox ſuper populum:& indeſinenter die, noctuque per omnes plateas circumiens hæc clamabat, vſquequo quidam primores ex populo, viri velut infauſti præſagij indignatione commoti, correptum hominem multis verberibus afficiunt. At ille nequaquam pro ſe ali-

quid

## CAP. V.

a EOdem tempore Antiochus ſecundam 1
profectionem parauit in Ægyptum, 2
Contigit autem per vniuerſam Ie- 3 4
roſolymorum ciuitatem videri dieb.
quadraginta per aera equites diſcur-
rentes,auratas ſtolas habentes,& ha- 5
ſtas quaſi cohortes armatas, & cur- 6
ſus equorū per ordines digeſtos,& congreſſiones fieri co- 7 8
minus:& ſcutorum motus,& galeatorum multitudinem 9
gladijs diſtrictis,& telorum iactus,& aureorum armorum 10
ſplendorem,omniſq; generis loricarum.Quapropter om- 11
nes rogabant in bonum monſtra conuerti.Sed cum falſus 12
rumor exiſſet,tanquam vita exceſſiſſet Antiochus, aſſum- 13
ptis Iaſon non minus mille viris,repente aggreſſus eſt ciui 14
tatem, & ciuibus ad murum conuolantibus ad vltimum
apprehenſa ciuitate Menelaus fugit in arcem; Iaſon verò
non parcebat in cæde ciuibus ſuis,nec cogitabat proſperi
tatem aduerſum cognatos malum eſſe maximū,arbitrans
hoſtium,& non ciuium trophæa ſe capturum.Et principa
tū quidem nō obtinuit,finē vero inſidiarū ſuarū confuſio
nē accepit,& profugus iterum abijt in Ammanitē.Ad vlti 15
mū in exitium ſui concluſus ab Aretha Arabū tyranno fu 16 17
giens de ciuitate in ciuitatem omnibus odioſus,vt refuga- 18

## NICOLAVS DE LYRA:
### CAP. V.

Diuiſio.

* EOdem tempore. *Poſtquam ſuperius eſt deſcripta Iaſonis fuga,hic deſcribitur eius miſerabilis terminatio, cuius primò ſignum præmittitur,ſecundò ſignatum ſubditur,ibi:* Sed cum falſus rumor. *Circa primum dicitur.*

1 Eodem tempore.*ſ.Epiphanis.*

2 Secundam profectionem. *Prius.n.intrauerat Aegyptum quaſi curam gerens nepotis ſui. Sed alienatus a negotijs eius per primates Aegypti,vt dictum eſt cap.præce.ſecundò præparauit exercitum ad intrandum,ibi.*

3 Contigit autem.*Illo tempore.*

4 Per vni. *Non eſt per hoc intelligendum,q̄ ſingulis diebus fieret apparitio iſta:ſed quod infrà ſpatium quadraginta dierum pluries fuit viſa,ſicut Act.1.c.dicitur, q̄ Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam per dies 40.apparuit diſcipulis ſuis,& tamen non apparuit eis ſingulis diebus.*

5 Aura.*i.tunicas,quæ induuntur ſuper arma ad decorem.*

6 Et cur.*i.diſpoſitos ſecundum artem militarem.*

7 Et cong.*i.de prope.*

8 Et ſcu.*Quæ in pugna aliquando leuantur ſurſum, aliquando ad dexteram,aliquando ad ſiniſtram mouentur.*

9 Et gal.*i.hominum galeas habentium.*

10 Multi.*ideſt,diuerſimodè motis, nunc feriendo punctim, nunc ceſim.*

11 Quapropter.*i.q̄ talia eſſent ſigna futuri boni fuerunt tamen ſigna mali.ſ.depopulationis ciuitatis,primò per Iaſonem, poſtea per Antiochum Epiphanem,ſicut ante ſubuerſionem Ieruſalem per Romanos,apparuerunt ſigna multa,ſicut narrat Ioſephus lib.de Iudaico bello,quæ tamen hic propter prolixitatem omitto,& quia eorum aliqua ponuntur hic in glo.* Ioſephus

12 Sed cum fal. *Hic conſequenter ponitur ſignatum quantum ad Iaſonis impetum,cum dicitur.* Sed cum fal.*ſ.de morte Antiochi.*

13 Aſſumptis.*Immo magis pluribus.*

14 Agreſſus.*Ieruſalem vnde fuerat profugus per factum Menelai, vt dictum eſt cap.præce.Credebat.n.Iaſon Regem mortuum,& ſciebat eius filium adhuc eſſe puerum, & ſic credebat habere tempus aptum ad recuperandum Sacerdotium, quo priuatus fuerat per Antiochum Cætera patent.vſque ibi.*

15 Abijt in Ammanitem.*Vnde venerat Ieruſalem.*

16 Ad vltimum in exitium ſui.*Ad ſuum exterminium.*

17 Concluſus.*Qui perſequebatur eum. Et ſic patet,q̄ non ſolùm erat odioſus Iudæis ſed etiam Gentibus extraneis.*

18 Vt refu.*i.apoſtata a lege diuina.*

* Peregre.

## MORALITER.

† 1 *Eodem tempore.*Sequitur.*Contigit autem.*Secundum ſenſum literalem, ſignificabant cladem Iudæorum de futuro propinquam vt ex ſequentibus patet.Moraliter autem ſignificant dæmones,qui dicuntur aereæ poteſtates fidelē populum crudeliter impugnantes, Ephe.6.d. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem,&c.*

13 *Aſſumptis Iaſon non minus mil.vi.&c.* Per iſtū Iaſonē,qui tot mala fecit ſuis ciuib. & finaliter mortuus eſt illamētatus, & inſepultus,ſignificat q̄libet odioſus Deo,& hoīb.

† de

A quid loquens, ſed nec eos quidem qui circumſteterant deprecans eaſdem voces pari obſtinatione & clamore repetebat. Tunc principes intelligentes (vt res erat) quod immunis eſſet motus in viro, perducunt eũ ad iudicẽ Romanum, apud quẽ flagris ad oſſa vſque laniatus, neq; preces, neq; lachrymas fudit, ſed eandem vocem miſerabiliter, & cum quodã vlulatu emittens per ſingula pene verba proferebat. Addẽs etiam hoc. Vę væ Ieroſolymis. Hęc ergo omnia prodigia miſera ciuitas perpeſſa ideo eſt, qa ſemper ſecundum legiſlatoris teſtimo-B nium ſeditioſè egit contra Dominum, & ingrata beneficiorum eius, ſeruos ſummi patris familias, qui ad eam ab illo miſſi ſunt contuitioſè tractabant, atque interimebãt. Nouiſſimè verò ipſum interficientes heredem extra caſtra proiecerũt. Vnde ipſe Dominus in Euangelio increpans incredulam ciuitatem ait: *Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos; qui ad te miſſi ſunt. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis do. veſtra deſerta.* Hoc enim præſagiebatur antiquitus: hoc poſterioribus completum eſt temporibus, vt C homicidæ truculentiſſimi condignam reatus ſui perciperent mercedem: ita vt partim fame necarentur, partim peſtilentia perirent, partimque occiſi, & captiui in totius orbis partes ab hoſtibus ducerentur. Sicque impletum

[margin: ...rgit. — Luc. 23.d.]

pletum eſt illud Ieremiæ, quod de eadem gente, & ciui- D tate prophetauit dicens: *Migrauit Iuda propter afflictionem, & multitudinem ſeruitutis. Habitauit inter Gentes, nec inuenit requiem. Omnes perſecutores eius apprehenderunt eã inter anguſtias. Viæ Sion lugent, eò quòd non ſint qui veniant ad ſolemnitatem. Omnes portæ eius deſtructæ, Sacerdotes eius gementes: Virgines eius, ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine.* [margin: Tren. 1. a.]

legum, & execrabilis, vt patriæ, & ciuium hoſtis, in Ægy-
ptum extruſus eſt: & qui multos de patria ſua expulerat, pe- 1
regrè † perijt Lacædemonas profectus quaſi pro cognatio- 2
ne ibi refugium habiturus: & qui in ſepultus multos abiece
rat, ipſe & illamẽtatus, & inſepultus abijcitur, ſepultura ne- 3
que peregrina vſus, neque patrio ſepulchro participans. His 4
itaq; geſtis ſuſpicatus eſt Rex, ſocietatẽ deſerturos Iudæos, 5 6
& ob hoc profectus ex Ægypto efferatis animis ciuitatem 7
quidem armis cœpit. Iuſſit autem militibus interficere, nec 8
parcere occurſantibus, & per domos aſcendentes trucidare. 9 10
Fiebant ergo cædes iuuenum, ac ſeniorum, mulierum, & na- 11
torum exterminia, virginumque, & paruulorũ neces. Erant 12
autem toto triduo, octoginta millia interfecti, quadraginta 13
millia vincti, non minus aũt venundati, ſed nec iſta ſufficiũt. 14 15
Auſus eſt etiam intrare tẽplum vniuerſa terra ſanctius, Me- 16 17
nelao ductore, qui legum, & patriæ fuit proditor, & ſceleſtis 18
manibus ſumens ſancta vaſa, quæ ab alijs Regibus, & ciuita 19
tib. erant poſita ad ornatum loci, & gloriam, contrectabat 20
indignè, & contaminabat. Ita alienatus mente Antiochus, 21
non conſiderabat, quòd propter peccata habitantium ciui- 22
tatem modicum Dominus fuerat iratus: propter quod & ac 23 24
cidit circa locum deſpectio. Alioqui niſi contigiſſet eos
multis peccatis eſſe inuolutos, ſicut Heliodorus, qui miſſus
eſt a Seleuco Rege ad expoliandum ærariũ, etiam hic ſtatim
aduenieus flagellatus, & repulſus vtique fuiſſet ab audacia.

a *His itaque geſtis ſuſpicatus.* Poſtquam ſcriptor hiſtoriæ narrauit de Lyſimachi, & Iaſonis impiorum, & ſacrilegorum interitu, cõmemorata inſuper ſignorum, & prodigiorum viſione in aere, ad narrationis ordinẽ redijt, hoc eſt ad Antiochi Epiphanis profectio- E nem de Aegypto: qui irritatus inde eò ꝙ ſenatus præcepto de regione Ptolemæorum quam ſubito inuaſerat, iuſſ' eſt recedere, efferatis animis Iudeam venit, ſicut in ſuperiori libro demonſtratum eſt, & ciuitatem Ieruſalẽ armis cœpit, gentemque mulctauit, templum ſpoliauit, & multa nefaria in ipſa terra cõmiſit.

Quòd autem Antiochus ipſe Antichriſti figuram præferat, ſanctorum patrum traditione manifeſtiſſimum eſt. Quia Saluator habet Salomonem, & cæteros in ty- F pum aduentus ſui: ſic Antichriſtus peſſimum regem Antiochum, qui ſanctos perſecutus eſt, templumque violauit, rectè typum ſui habuiſſe credendus eſt.

Non

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Peregrè. *i. in aliena terra.*
2 Lacedæmonas. *Iſti erant Spartiatæ, qui erant Iudęis cenfœderati, vt dictum eſt ſupra 1. lib. cap. 12. propter quod credidit ibidẽ habere refugium: ſed inuenit contrarium, quia Spartiatæ cognouerunt mala quæ fecerat Genti Iudęorum, ideò ſubditur.*
3 Ipſe, &c. *Et ſic videtur quòd ibi fuerit occiſus, & corpus eius proiectum beſtijs, & auibus deuorandum.*
4 His itaque. *Poſtquam deſcripta eſt inchoatio tribulationis Iudęorum propter ambitionem Sacerdotij: hic conſequenter ponitur eius conſummatio per oppreſſionem regis Antiochi. Circa quod primò ponitur vaſtatio plebis, ſecundò ſubuerſio legis cap. ſeq. Prima in duas, quia primò ponitur vaſtatio plebis in Regis præſentia, ſecundò in eius abſentia, ibi:* Igitur Antiochus. *Circa primum, primò ponitur vaſtatio populi, ſecundo violatio templi, ibi.* Sed nec iſta. *Circa primum dicitur:* His, *ſ. quòd ciuitas Ieruſalem a Iaſone capta fuiſſet, & quòd Menelaus ab eo Pontifex deſtitutus in arcem confugiſſet, vt prędictum eſt.* [margin: Diſtio.]
5 Suſpicatus eſt. *i. Rex Antiochus.*
6 Societatem. *i. tributum ſibi negaturos.*
7 Et ob. *Vnde reuertebatur de mandato Romanorum.*
8 Efferatis. *Tum propter repulſionem ſui de Aegypto: Tum quia credebat Iudęos receſſiſſe a ſuo dominio.*
9 Ciuitatem. *Qui Ieruſalem.*
10 Armis. *Eo quòd erat intra ſe diuiſa, vt patet per prædicta.*
11 Iuſſit. *Generaliter, abſque ſexus, vel ætatis diſtinctione.*
12 Erant autem. *Quo durauit, illa occiſio.*
13 Octoginta millia. *Quia quærebantur in locis occultis, vbi ſe abſcondebant.*
14 Quadraginta millia vincti. *Vt ducerentur in captiuitatem.*
15 Non minus autem venundati, &c. *In ſeruos, & ancillas mercatoribus, qui ad hoc venerant.*
16 Sed nec iſta. *Hic conſequenter ponitur templi violatio, cum dicitur.*
17 Auſus eſt, &c. *Quia dedicatum erat cultui diuino, cætera verò cultibus idolorum.*
18 Menelao du. *Qui ècontrario debuiſſet pro immunitate templi zelare, ideò ſequitur.*
19 Qui. *Diuinarum.*
20 Et patr. *ſ. Iudæę.*
21 Fuit proditor, &c. ſumens ſancta vaſa, quę ab alijs Re. &c. *ſ. Cyro, & Dario, vt patet 1. Eſdr. ę, & Seleuco ſup. 3. ca.*
22 Contrectabat indi. *Proprijs manibus.*
23 Et cont. *Applicando alijs vſibus.*
24 Ita alie. *Non quia perdidiſſet vſum rationis, ſed quia non conſiderabat potentiam Dei, qui Heliodorum flagellauerat propter inuaſionem templi ſupra 5. cap. quòd factum erat per regnum Aſſyriæ notorium, propter quod non eſt veriſimile quin ad notitiam Antiochi deueniſſet: ſed Dominus propter peccata populi permittebat locum contemni ſicut dixerat Dominus Salomonis 3. Reg. 9. Cętera patent.*

* Igitur.

## MORALITER.

† de cuius morte nullus triſtat' ſed magis gaudet, & lętatur.
11 *Iuſſit autem.* Per iſtum Regem Antiochum, qui tot & tanta mala fecit Dei cultoribus ſignificatur Antichriſtus, ſicut dictum fuit Dan. 11. qui circa finem mundi multo plura mala eſt facturus.
18 *Menelao.* Similiter Antichriſtus per poteſtates fidei, & religionis multa mala faciet Chriſtianis.

† Qui

A a *Non propter locum, &c.* * Rup. Qui pro emerita fide dignus eſt, vt intret in ſanctuarium Domini, cauſas alias audit & reddit, quare ſuper illam domum Domini aquila ſemel, & iterum venire debuerit. Semel namque venit Nabuchodonoſor, & eam domum incēdit. Iterum venit Romanum imperium cum victricibus aquilis, & locū, & gentem irrecuperabiliter tulit. Primò permittēte Deo idcircò factum eſt, vt vetus illud Sacerdotium corriperetur. Secūdò, vt omnino tolleretur. Corripiendi namque, atque inſtruendi erant illius temporis tam populus, B quam Sacerdotes, vt ſcirent ipſi, & poſteri, quia non propter locum gentē, ſed propter gētem locum elegit Dominus. Et qa auro, & lapidib. quib. ꝓfulgebat illa dom⁹, nō magis quam fumo, aut fauilla delectatur, niſi cordiū corporumque templa ſibi ad habitandum præparentur.

In cap. 8. Hoſeæ.

a Verum non propter locum gentem, ſed propter gentem lo
cum Deus elegit. Ideoque & ipſe locus particeps factus eſt
populi malorum, poſtea autem fiet ſocius bonorum, & qui
derelictus in ira Dei omnipotentis eſt, iterum in magni Dei
reconciliatione cum ſumma gloria exaltabitur. Igitur An- 1
tiochus mille, & octingentis ablatis de templo talentis velo
citer Antiochiam regreſſus eſt, exiſtimans ſe præ ſuperbia
terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum de- 2
ductorum propter mentis elationem. Reliquit autem præ- 3
poſitos ad affligendam gentem: Ieroſolymis quidem Philip 4
pum genere phrygem moribus crudeliorem eo ipſo a quo 5
eſt conſtitutus, in Gazarim autem Andronicum, & Mene- 6 7
b laum, qui grauius quā cæteri imminebant ciuibus. Cumq; 8
appoſitus eſſet contra Iudæos, miſit odioſum principem 9
Apollonium cum exercitu viginti, & duob. millibus, & præ
cipiens eis omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres, ac iu
uenes, ac virgines vendere. Qui cum veniſſet Ieroſolymam †
pacem ſimulans quieuit vſque ad diem ſanctum ſabbathi, & 10
tunc feriatis Iudæis arma capere ſuis præcepit. Omneſq; ſi- 11
mul, qui ad ſpectaculum proceſſerāt trucidauit, & ciuitatē
c cū armatis diſcurrens in gētem multitudinē peremit. Iudas 12

Rabban. Myſtice.

b *Cumq; appoſitus, &c.* Huius loci, & ſuperior liber meminit: vbi & Iudæorū in ſabbathi quiete interfectio, & Apollonij nequitia ſimul, & interitus eius per Iudam narratur. Quod autem Antiochus præcepit Apollonio omnes perfectę ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vendere, ſignat quòd antiquus hoſtis eorum necem maximè meditatur, quos perfectos in religione Chriſtiana eſſe conſpexerit. Eos autem qui molles, atque inſtabiles ſunt, de quibus ſcriptum eſt: *Stultus vt luna mutatur*: ipſos varijs erroribus implicitos, per diuerſa vitia ventilando de terra Eccleſiæ ſeparans in profundum ſcelerum procul iactat.

Eccl. 27. b.

D c *Iudas.* Quomodo autem dicat Iudam Machabæum eſſe decimum non inuenio, niſi fortè per enumerationē Pontificum, qui fuerunt in gente Iudæa temporibus regni Græcorū, fuerat autem temporibus Seleuci, & Nicanoris (a quo regni Græcorum hiſtoria computat annos) primus Pontifex Onias Iaddi filius, ſecundus Simon Oniæ filius, tertius Eleazarus frater Simonis, quartus Manaſſes auunculus Eleazari, quintus Onias Simonis iuſti filius, ſextus Simon Oniæ filius, ſeptimus Onias Simonis filius, octauus alter Onias qui Iaſon eſt nuncupatus frater Oniæ prioris, nonus Menelaus frater Iaſonis, decimus Iudas, E qui Alchimo tentante pontificatum Iudęorum inuadere diuinoque iudicio, destructo mirabili conſenſu omnium primi Sacerdotij accepit dignitatem. Spiritaliter autem Iudas meritò dicitur eſſe decimus, quia decalogi pręcepta in fide, & deuotione perfectè inuenitur ſeruaſſe, ipſamque legē zelando ab hoſtium manibus primus poſt patrem armis defendiſſe, qui benè inter feras ſcribitur cum ſuis, in montibus vitam duxiſſe, & fœni cibo veſci quia ſanctorum exempla ſecutus (ipſi enim ſunt montes Dei) beſtiales perſecutorum mores contemnendo, vitam Deo placitam elegit, virtutum ſemper virenti pabulo ſe pauiſſe optimū duxit, quatenus indeficienti animæ victu nutritus, famem non ſentiret perpetuam. Nobis autem lectio Actuum Iudę ita ſolummodo proficit, ſi conſtantiæ eius, ac ſobrietatis virtutes imitari voluerimus; nec ꝑponam⁹ delitias

Myſtice.

c *Iudas.*

C

## NICOLAVS DE LYRA.

Diuiſio.

*1 Igitur. *Hic conſequenter deſcribitur vaſtatio populi in Regis abſentia. Et diuiditur in duas partes, ſcilicet, in principalem, & incidentalem, quæ incipit, ibi:* Iudas autem. *Circa primum primò ponitur receſſus Antiochi de Iudæa ſpoliato templo. Et patet litera vſque ibi.*

2 Exiſtimans. *Hyperbolica locutio eſt, ad exprimendum ſuperbiæ ſuæ magnitudinem.*

3 Reliquit. *Iudęorum poſt ſuum receſſum.*

4 Ieroſolymis. *Ideſt, oriundum de Phrygia, in qua regione eſt Troia.*

5 Moribus. *ſ. Antiocho.*

6 In Giza. *Qui eſt mons in regione Samariæ.*

7 Qui grauius. *Quia Samaritani ſemper fuerunt moleſti Iudęis, vt patet in Eſdra, & Neemia.*

8 Cumque. *i. firmatus in propoſito nocendi eis.*

9 Miſit. *De cuius nequitia, & morte habetur 1. lib. 3. cap.*

10 Pacem. *Vt haberet ingreſſum in ciuitatem.*

11 Omneſque, &c. *Ex hoc videtur, quod armationem illam ſimularet fieri ad aliquem ludum exercendum, vt haſtiludium, & huiuſmodi ad quod videndum conuenerunt plurimi: & illos primò iuſſit interfici quantum ad viros ætatis perfectæ ſecundum iuſſum regis.*

12 Iudas. *Hæc eſt pars incidentalis in qua ponitur fuga Iudæ cum pluribus alijs ad loca deſerta, eò quòd non poterant mala, quę fiebāt in Ieruſalem impedire. Sic ergo dicitur:* Iudas qui di. *non in numero* F *fratrum ſuorum, ſed magis quintus, vt habetur ſupra 1. libro cap. 2. ſed in numero ſummorum Sacerdotum, vt dicit glo. non tamen incipiendo ab Aaron, quia multò plures fuerunt, ſed a principio regni Gręcorum, quod vt dicunt gloſato. aliqui, incepit a Seleuco qui in Syria ſucceſſit Alexandro magno, & tunc ſummus Sacerdos fuit Onias Iaddi filius, qui ſecundum hoc dictum fuit primus, Simon iuſtus ſecundus, Eleazarus filius Oniæ tertius, quartus Manaſſes Eleazari auunculus, quintus Onias Simonis iuſti filius, ſextus Simon Oniæ filius, ſeptimus Onias huius Simonis filius, quem interfecit Andronicus, vt dictum eſt cap. pręced. 8. Iaſon. 9. Menelaus. 10. Iudas Machabæus. Hoc accipitur de glo. Rabani ſuper locum iſtum, quæ accipitur de dictis Ioſephi: ſed videtur in duobus deficere quia. Primò Lyſimachus ſucceſſit Menelao ſecundum textum huius lib. ſupra 4. cap. qui maioris eſt auctoritatis, quam dictum Ioſephi, videlicet Rabani: & ſic eadem ratione, qua numerantur hic Iaſon, & Menelaus numerari debet Lyſimachus in decimo loco, & non Iudas. Secundò deficit, quia ponitur regnum Gręcorum incipere a Seleuco: quod tamen incepit ab Alexandro magno, vt dictum eſt, ſupra 1. cap. 1. lib. propter quod videtur, quòd hęc enumeratio incipere debeat tempore Alexandri magni: & tunc ſecundum omnes hiſtoriographos Iaddus erat ſummus Pontifex Iudęorum, cui ſi connumeretur Onias filius eius, & alij conſequenter nominati vſque ad Oniam, quem interfecit Andronicus, inuenitur quod iſte vltimus Onias fuit nonus, & per conſequens Iudas decimus, quantum ad intrantes legitimè, Iaſon autem, Menelaus, & Lyſimachus ſunt ab hoc numero eijciendi: Tum quia malè intrauerunt. Tum quia cultum diuinū diſſipauerunt, vt patet ex ſupradictis, & ſic non*

* *fuerunt*

## MORALITER.

†† *Qui cum veniſſet.* Per iſtum Apollonium, qui Iudæos grauiter impugnauit in die ſabbathorum, ſignificatur diabolus, qui diebus feſtiuis fideles deijcere nititur in peccata, eò quòd tunc duplicatur, ſcilicet, opus peccati, & tranſgreſſio feſti.

12 *Iudas.* Per quem ſignificatur bonus ſęcularis decem pręceptorum obſeruator: ſed quia maiorem deſiderat perfectionem, ſecedit in deſertum religionis, ibi viuens auſterè ne coinquinetur mundana pollutione. †

† MORA-

A delitias mundi, ac pompam huius sæculi iuſtitiæ, & veritati Dei, memores ſemper iſtius ſententiæ dominicæ qua ait: *Quid enim proderit homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?* Et iterum: *Qui amat animam ſuam perdet. Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* D

Math.16.d. Ioan.12.d.

autem Machabæus qui decimus fuerat ſeceſſerat in deſertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum ſuis agebat, & fœni cibo veſcentes demorabantur, ne participes eſſent coinquinationis.

Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

* *fuerunt ſummi Sacerdotes ſecundum rem: ſed tantum ſ[illegible] nomen, & vſurpationem.*

1 Et fœni. *i. terræ naſcentibus, quæ poterant in deſerto reperiri: quia ſolo fœno non poterant ſuſtentari.*

CAP. VI.

a SEd. Hęc eadem in lib. priori referuntur, quod Antiochus per legatos ſuos contaminauerit templum ædificando in illo idolũ deſolationis ſuper altare Dei, cuiꝰ loci alle. ibi poſuimus.

B

b *Nam templum luxuria, &c.* * Rup. Quod dicit in Propheta. *Et puellam vendiderunt pro vino, etc.* Hoc lenonum eſt facere, qui puellas meretricari cogentes, luxuriam de luxuria mercantur, dum de corporum illarum turpi, & infami mercemonio, fœda, & canina ſibi conuiuia faciũt, & exinde bibentes vinum: alienæ luxuriæ precium, propriæ faciunt libidinis incẽdium. Hoc ſub Græcorum regno non omninò tacetur factum. Sic enim ſcriptum eſt, templum luxuria, & comeſſationib. erat plenũ, & ſcortantium cum meretricibus, &c.

E

c *Nec ſimpliciter ſe quiſquam Iudęum confitebatur, &c. & cum Liberi ſacra celebrarentur, &c.* Liberum patrem Deum vini Gentiles eſſe dixerunt: cuius ſacra Antiochus in natali ſuo maximè celebrari iuſſit, eò quòd illum

Rabbanus. Liber, pater. Rabanus. Ioelis.

CAP. VI.

a Sed non poſt multum temporis miſit Rex ſenem quendam Antiochenum, qui compelleret Iudæos, vt ſe transferrẽt a patrijs, & Dei legibus, contaminare etiã quod in Ieroſolymis erat tẽplum, & cognominare Iouis Olympij, & in Garizim, prout erant hi, qui locũ inhabitabant Iouis hoſpitalis: peſſima aũt, b & vniuerſis grauis erat malorum incurſio. Nam templũ luxuria, & comeſſationibus Gentium erat plenum, & ſcortantium cum meretricibus: ſacratiſque ædib. mulieres ſe vltro ingerebant, introferentes ea, quæ non licebat. Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. Neque autem ſabbatha cuſtodiebantur, neque dies ſolẽnes patrij c ſeruabantur, nec ſimpliciter ſe quiſquam Iudæum confitebatur. Ducebantur autem cum amara neceſſitate in die natalis Regis ad ſacrificia, & cum Liberi ſacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circumire.

C

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

* 1 SEd non. *Poſtquam deſcripta eſt plebis vaſtatio. Hic conſequenter deſcribitur legis abolitio, & primò in regis abſentia, ſecundo in eius præſentia, cap. ſeq. Prima in duas, quia primò introducitur Gentilitatis forma, ſecundo rebellibus imponitur pęna, ibi:* Erat autem. *Circa primũ introducitur forma Gentilitatis: & primo quantum ad modum viuendi, cum dicitur.*

2 Miſit. *i. vnum Sacerdotem Gentilem, idem enim ſignificat ſenex in Græco, quod presbyter in Latine. Vnde 1. de anima, vbi translatio noſtra habet. Si ſenex haberet oculum iuuenis, videret vtique vt iuuenis, in antiqua translatione habetur: Si presbyter haberet oculum iuuenis, &c.*

3 Qui comp. *Primo verbis perſuaſiuis, poſtea tormentis.*

4 Vt ſe. *i. a legibus datis in monte Sinai patribus, ſecundo quantum ad contaminationem templi, cum dicitur.*

5 Contami. *Dedicando ipſum cultui Iouis Olimpij, quod prius erat dedicatum cultui veri Dei.*

6 Et in. *Ad intellectum huius ſciendum, quòd ſicut dicit Ioſephus antiquitatis Iudaicæ lib. 12. Sanaballath Samaritanus dedit filiam ſuam vxorem Manaſſe fratri ſummi Sacerdotis Iudęorum, qui volẽs habere honorem ſacerdotalem, rogauit ſocerum vt ędificaret ſibi in monte Garizim templum, quod nominauit templum ſummi Dei, & hoc fuit tempore Alexandri magni: ſed poſtea videntes Samaritani, quod Antiochus rex haberet Iudęos exoſos, ſcripſerunt Antiocho ſe nihil habere commune cum Iudęis, petentes quod templum apud eos ædificatum in monte Garizim Ioui dedicaretur: & hoc eſt quod dicitur:* Et in. *ſupple poſtulantes.*

7 Hi qui. *ſ. Samaritani.*

8 Iouis. *Idem erat cum Ioue Olympio: ſed dupliciter nominabatur pro duobus locis, in quibus ſolemniter colebatur, ſicut apud nos dicitur, ſanctus Michael de monte Gargano, & de monte Tumba, licet ſint talia multa loca, in quibus S. Michael veneratur.*

9 Peſſima

9 Peſſima autem, &c. *Verè Iudęis.*

F

10 Grauis erat ma. &c. *Nã eis multa ſimilia occurrebãt mala.*

11 Nam tem. *Deo dedicatum.*

12 Luxuria & co. &c. *ſ. oblationes idololatricas.*

13 Altare etiam. *Holocauſtorum.*

14 Plenum erat il. *i. hoſtijs Gentilium immundis.*

15 Neque autem. *Hic tertio ponitur Gentilitatis introductio in violatione temporis ſacri, cum dicitur:* Neque autem ſab. cuſto. *quod tamen erat præceptum Exod. 20. in memoriam beneficij creationis.*

16 Neque dies ſo. pa. *i. a patribus obſeruati: ſicut dies paſchæ in memoriam liberationis populi de Aegypto, & Pentecoſtes in memoriam dationis legis in monte Sinai: & ſic de alijs, vt plenius fuit dictum in Exod. & Leui.*

17 Nec ſimpliciter. *i. manifeſtè.*

18 Se quiſquam iu. &c. *Mortis timore, erant tamen aliqui, qui hoc conſtanter, & manifeſtè confitebantur, vt ex ſequentib. apparebit, quia tamen erant pauci comparatiuè, ideò pro nullis reputantur, ſicut dicitur communiter, quod nullus eſt in Eccleſia quando ſunt ibi pauci reſpectu multitudinis, quæ deberet ibi eſſe, & 2. Phyſicorum dicitur, quod illud, quod modicum eſt, quaſi nihil reputatur.*

19 Ducebantur aũt. *Hic quarto ponitur Gentilitatis introductio in veneratione idoli, cum dicitur:* Ducebantur autem. *ſ. Iudæi.*

20 Cum amara ne. *Nam hoc faciebant mortis timore.*

21 In die na. re. *Antiochi.*

22 Ad ſa. *Quæ tunc fiebant ſolemniter ad honorem Bacchi, nam Rex credebat eum fauiſſe ſuæ natiuitati.*

23 Et cum. *i. Bacchi: vnde verſus: Liber, ideſt, Bacchus, vel vir ſine compede natus.*

24 Cogebantur. *Iudęi.*

25 Hedera coro. *i. habentes ſerta in capitibus de hedera: eò quòd habet ſimilitudinem cum vite, & inuenitur viridis omni tempore, non ſic autem vitis, & maximè tempore natalis dicti regis.*

26 Libero cir. *i. ad honorem eius chorizare.*

* Decretum.

*MORALITER.*

† 1 *Sed.* Per iſtum Regem ſignificatur Antichriſtus, qui per ſenes, & literatos decipiet iuniores, & ſimplices, eos auertendo a religione Chriſtiana, & faciet contaminari Eccleſiam, quę eſt templum Dei, & in tantum inualeſcet eius perſecutio, quòd pauci audebunt in publico ſe Chriſtianos fateri.

23 Et

23 *Et cum Liberi ſacra, &c.* Liber idem eſt quod Bacchus, qui dicitur vini Deus, ideò Liberi ſacra celebrant qui vinum exceſſiuè potant. Et dicuntur Libero circumire, i. chorizare, quia vini potatio exceſſiua inducit ad lætitiam ineptam, & ad luxuriam. Dicuntur etiã hedera coronati, quæ dicitur ab hęreo hęres, eò quòd arboribus inhærendo aſcendit ſurſum: ſimiliter ex nimio potu vini fumus aſcendit ad cerebrum.

† Duę

A illum natali ſuo facere credebat. Nam liberum a liberamento appellari voluit, quod quaſi mares in coeundo per eius beneficiū emiſſis ſeminibus liberentur. Propter quod idem Liber muliebri, & delicato corpore depingitur. Dicunt enim mulieres ei attributas, & vinum, propter excitandam libidinem. Vnde & frons eius pampino cingitur. Sed ideo coronam viteam, & cornu habet, quia cùm B gratè, & moderatè vinum bibitur, lætitiam præſtat: cum vltra modum excitat lites, ideſt, quaſi cornua dat. Idem autem, & Lyæus a potu Lyęi, quòd multo vino membra ſoluantur. Iſte & Græce Nyſius a monte Indiæ Nyſo, vbi dicitur eſſe nutritus. Cæterum eſt, & Nyſa ciuitas, in qua colitur idem Liber, vnde Niſeus, dictus eſt. Sacra Liberi patris 1. Orphæus induxit in Græciam, primuſque celebrauit in monte Beotię, ac Thabis, vbi Liber natus eſt, proximo, qui cum frequenter citharæ cantu perſonaret Citheron appellatus eſt, ea ſacra etiā nunc Orphica nominantur, in quibus ipſe poſtea dilaceratus, & captus eſt, & fuit per eadem fere tempora, quib. C Faunus,

Decretum autem exijt in proximas Gentilium ciuitates ſuggerentibus Ptolemæis, vt pari modo, & ipſi aduerſus Iudæos agerent, vt ſacrificarent: eos autem, qui nollent tranſire ad inſtituta Gentilium interficerent. Erat ergo videre miſeriam. a Duæ enim mulieres delatæ ſunt natos ſuos circumcidiſſe, quas ad hubera infantibus ſuſpenſis cum publicè per ciuitatem circumduxiſſent, per muros præcipitauerunt. Alij verò ad proximas coeuntes ſpeluncas, & latenter ſabbathi diē celebrantes, cum indicati eſſent Philippo, flammis ſuccenſi ſunt: eò quòd verebantur, propter religionem, & obſeruantiam, manu ſibimet auxilium ferre. Obſecro autem eos qui hunc librum lecturi ſunt, ne abhorreſcant propter aduerſos caſus, ſed reputent ea, quæ acciderunt, non ad interitum, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt indicium. Non enim ſicut in alijs nationibus Dominus patienter expectat, vt eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat, ita & in nobis ſtatuit, vt peccatis noſtris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet, propter quod quidem nunquam a nobis miſericordiā ſuam amouet, corripiens verò in aduerſis populū ſuum nō derelinquit. Sed hęc nobis ad commonitionem legentium dicta ſint paucis. Iam autem veniendum eſt

D Faunus, ſed quis ętate precceſſerit dubitari poteſt. Siquidem per eoſdem annos Latinus, Priamuſque regnauerunt. Iidem patres eorum Picus, & Laomedon, quo regnāte Orpheus cū Argonautis ad Ilieſium litus acceſſit.

a *Duæ.n.mulieres delatæ ſunt, &c.* ✠ Rup. Quintū caput Draconis inſidiatis mulieri pręgnanti fuit regnum Macedonicum. Qualiter autē regnāte Antiocho Epiphane mulierē iſtam infeſtauerit: compellendo Iudeos, vt ſe transferrēt a patrijs, & Dei legibus: de quo videlicet Antiocho E ſcriptum eſt, quod miſit contaminare templum Hieroſo. & cognominare Iouis Olympij, Machabæorum paſſiones, & prelia teſtantur. Nam illud quod maximè ad nequiſſimam draconis intētionem pertinet, ſic incipit, Duæ mulieres delatę ſunt natos ſuos circuncidiſſe, &c. Quid enim intendebat per hoc, & per cætera quę ſequuntur, niſi hoc vt conceptus mulieres, ideſt, Seminis Abrahę fides, cuius teſtimonium illis erat ſignaculum circunciſionis, funditus extingueretur? *Vide Ioſephum Heb. lib. 3. hiſtor. Iudaicarum, cap. 4.*

F Igitur

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Decretum. *Hic quintò ponitur introductio Gentilitatis in oblatione ſacrificij: nam multi Iudęi non ſolum in Ieruſalem, & Iudæa, ſed etiam in ciuitatibus Gentilium habitabāt diſperſi: & illis ciuitatibus mandatum fuit per Regis decretum, vt Iudæos habitantes ibi, compellerent ad dimiſſionem ſuæ legis: & ſuſceptionem ritus Gentilis: & hoc eſt quod dicitur.* Decretum autem. *& patet ex dictis litera, hoc excepto.*

2 Suggerentibus. *Ideſt, ſequacibus Ptolemæi, qui per falſam ſuggeſtionem deduxit Regem a ſententia contra Menelaum ferenda ſup. 4. c.*

Diuiſio. 3 Erat ergo. *Introducta Gentilitatis forma. Hic conſequenter remitentibus infligitur pœna, & primò pro circunſionis tenore, ſecundò pro ſabbathi honore, ibi:* Alij verò. *In tertio, pro illiciti cibi horrore, ibi:* Igitur Eleazarus. *Circa primum dicitur.* Erat ergo videre miſeriam. *Sic habent libri correcti: & eſt ſenſus:* Erat autem, *ideſt, contingebat nunc omnibus aſſiſtentibus videre miſeriam, quę ſubditur.*

4 Duę enim mulieres dela. ſunt. *i. accuſatæ.*

5 Natos ſuos circum. *Quod apparebat ex præputij præciſione.*

6 Quas. *Sic habent libri correcti.*

7 Ad hubera infantibus. *Quod erat valde miſerabile. ſ. quod pueri ſuſpendio necarentur ad vbera, quibus deberent nutriri: propter quod pręceptum fuit Iudæis Exod. 23. c.* Non coquas hœdum in lacte matris ſuæ: *videbatur enim nimis durum, & crudele quòd hędus coqueretur in lacte vnde ſolebat viuere, ſicut ibidem plenius fuit dictum.*

Diuiſio. 8 Alij verò. *Hic conſequenter ponitur pœna obſeruantium ſabbathum, & primò ponitur hęc pœna, ſecundo remouetur opinio falſa, ibi.* Obſecro autem. *Circa primum dicitur.*

9 Ad proximas coeuntes. *i. conuenientes.*

10 Speluncas & la. *Ibidem meditationibus diuinis, & orationibus vacando.*

11 Cum

11 Cum indicati eſſent. *Qui poſitus erat in Ieruſalem ad affligendum Iudęorum gentem, vt habetur cap. precedenti.*

12 Flammis ſuccenſi ſunt. *ſ. fumiteris, vt dicit Ioſephus, quibus necati ſunt in ſpeluncis.*

13 Eo quod ve. &c. *Propter quod per Natathiam, et alios ſapientes fuit declaratum ſup. 1. lib. 2. cap. quod licitum erat eis ſe defendere in diebus ſabbathorum.* Ioſeph. Iuda.l.

14 Obſecro autem eos. *Hic conſequenter remouetur opinio falſa, quia poſſet aliquis credere, quòd Deus permitteret Iudęis talia contigiſſe, ex eius odio contra eos: ad quod remouendum dicitur hic, quòd talia non ſunt ſignum odij Dei, ſed dilectionis: ſicut pius pater proprium filium, quem diligit pro defectibus ſuis per flagella corripit, non autem alienum quem negligit. Et ex his patet litera paucis exceptis, quę diſcurrentur.*

15 Ne abhorre. *Genus noſtrum, ſ. Iudaicum.*

16 Etenim multo. *i. prout ſentiunt ſecundum partem irrationabilem peccata continuare.*

17 Sed ſtatim. *Per flagella cohibentia.*

18 Magni beneficij. *ſ. quod non ſeruantur ad pęnam futuram: ſed purgantur ad vitam beatam.*

19 Non enim ſicut in alijs nationibus, &c. *Idola colentibus.*

20 Dominus. *Earum punitionem differendo, vt ſic appareat Dei miſericordia maior expectando eorum pœnitentiam, & per conſequens eius punitio iuſtior poſt talem expectationem, ideò cōcluditur.*

21 Propter quod quidem nunquam. *Nam ex amore corripit, vt dictum eſt.*

22 In aduerſis, &c. *Ei patientiam tribuendo.*

23 Sed hæc. *Idem a nobis ad commonitionem legentium, ne credant pœnas nobis inflictas ex odio proceſſiſſe.*

24 Dicta ſint. *ſ. verbis, quia multa plura poſſent induci ad propoſitum oſtendendum.*

25 Iam autem veniendum eſt. *ſ. pœnarum, quas electi pro legis obſeruantia pertulerant.*

✠ Igitur.

## MORALITER.

† 4 *Duę enim mulieres.* Per iſtas duas mulieres, quę cum paruulis ſuis fuerunt crudeliter interfectę, ſignificantur martyres in ſexu muliebri, & ętate puerili titulo fidei Chriſtianę.

8 *Alij verò ad proximas, &c.* Hoc fuit moralizatum ſupra 1. lib. 2. cap.

14 *Obſecro autem eos, qui hunc librum lecturi ſunt, ne ab. &c.* Hoc eſt, de ſe morale, ideò pertranſeo.

† Igitur

a ad narrationē. Igitur Eleazarus vnus de primorib. Scriba 1
rũ vir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hians 2
cõpellebatur carnem porcinam manducare: at ille glorio 3 4
ſiſſimã mortẽ, magis quàm odibilem vitam complectẽs, 5
voluntariè pręibat ad ſupplicium. Intuens autẽ quemad- 6 7
modum oporteret accedere patienter ſuſtinens deſtinauit 8
b nõn admittere illicita propter vitæ amorẽ Hi autem qui 9 10
aſtabant iniqua miſeratione cõmoti propter antiquã vi- 11
ri amicitiam, tollentes eũ ſecreto rogabant, afferri carnes, 12
quib. veſci ei licebat, vt ſimularetur mãducaſſe, ſicut Rex 13
imperauerat de ſacrificij carnibus, vt hoc facto à morte li- 14
beraretur: & propter veterem viri amicitiã hanc in eo fa-
ciebãt humanitatem. At ille cogitare cępit ætatis, ac ſene- 15
ctutis ſuæ eminentiam dignã, & ingenitæ nobilitatis ca- 16
nitiem, atq; à puero optimæ conuerſationis actus, & ſecũ-
dum ſanctæ & à Deo cõditæ legis cõſtituta: reſpondit citò 17
dicens: præmitti ſe velle in infernum. Non enim ætatẽ no 18
ſtram dignum eſt, inquit, fingere, vt multi adoleſcentium 19
arbitrantes Eleazarum nonaginta annorũ trãſiſſe ad vitã

a *Igitur Eleazarus.* Eleazarus hic, quem Antiochi crudeliſ-
A ſimi regis impietas porcinam carnem in ſenectute ſua edere cogebat: ſignificat populum Chriſtianum, quẽ Antichriſti ſæuitia iuxta finem mundi ad idololatriam, atq; ſpurcitiam vitæ conuertere ſataget. Interpretatur autem Eleazarus, Deus meus adiutor, quod nomen aptiſſimè conuenit fidelium populo: Qui cum Pſalmiſta Domino dicere nouit: *Adiutor meus es tu, Deus ne derelinquas me.* Et rurſum: *Liberator meus Deus meus ſperabo in eum.* Sed ſicut nequiſſimi regis immanitas Eleazarum ad eſum porcinæ carnis compellere nequiuit; ita nec electorum cętum Antichriſti crudelitas
B contaminare aliqua immunditia vllo modo poterit.

[margin: ...nus. — 6.c. — 7.2.]

✱ Ambroſi. Nec te Eleazare prætermittam, vt pote Sacerdotem Sacerdos, ſed tuis iuuandus oratis, qui genere Sacerdos peritus in lege, maturus qui, cum oblatus eſſes Antiocho perſecutori, nec tentamentis potuiſti capi, nec præmijs inflecti nec ſupplitiorum acerbitatibus frangi Denique à blandimentis cœpit, quia iudicabat tormenta ſua poſſe ſuperari, Erubeſco, inquit, canitiem tuam, & reuereor ſenectutem, miror prudentiam. Cur abſtinendum bonis epulis putas; quas natura largitur? Relaxa iſtiuſmodi peruicaciam, expergiſcere aliquando dum adhuc malo tibi perſuadere, quam extorquere, ne victus ſupplitijs facias, quod refutas ratione inuitatus. Ad hęc reſpondit ſenex Nos Antioche: non intentione ducimur, ſed reuerentia legis tenemur,
C quæ à ſuilla carne abſtinendum præcipit. Pulcherrimã iudicas creaturam; negare tamen non potes, quòd potior ſit temperantia quàm voluptas: potior, legis obedientia, quã pręuaricatio; Quòd ſi hoc leuè putas, vt carne veſcamur ſuilla, qui in minimis legem contempſerit, quomodo in D
magnis tenebit? Aut quomodo pretioſa eſt creatura huiuſmodi cum eo quod ſit pulcherrimum, defraudemur? Abſtinentia autem noſtra diſciplina eſt caſtimoniæ. Diſcimus etenim reſecare luxuriam, cupiditates vincere, excludere concupiſcentias, delectationibus corporis obuiare. Fortitudinis quoque exercitium eſt, pœnis pro lege non cedere. Iuſtitiæ quoque inſigne, atque prudentiæ, vt quod ſequendum elegimus, timore Dei, morte propoſita reſeruemus. Non ſum ita ſenex, vt mihi non iuueneſcat animi fortitudo &c.

[margin: ...Iacob.& ...eata c.]

✱ Rupertus. Noli attendere quaſi paruam paſſionis eorũ
E cauſam, dum compellerentur comedere contra ius carnes porcinas. Illæ namq; non ſolũ porcinæ verumetiam immolatitiæ erãt, i. dæmonibus immolatæ. Duplex ergo certaminis cauſa, qa videlicet carnes porcinas lex vt immundas prohibuerat, & immolatum idolis manducare.

[margin: L. 10. de victoria verbi Dei cap. 30.]

b *Hi autem qui aſtabant, &c.* ✱ Ambroſ. Et tunc quidam ſeu longęuam miſeratus ætatem, ſeu tentamentis eum circũuenire deſiderans. Reſponde, inquit, tantummodo te mãducaturum, nos te eſcæ eius immunem pręſtabimus. At ille clamans Nequaquam, inquit, continget mihi, vt fiam ſenex incentiuum, iuuenilis erroris, qui hucuſq; erã forma ſalutaris inſtituti. His ergo ludibrijs, vt paululũ viuã lucrabor, & totius vitæ labores addicam breui viatico ſenectutis? Senectus portus debet eſſe, non vitæ ſuperioris F
naufragium. Non te negabo lex patria, non abiurabo vos ſancta inſtituta maiorum, non decolorabo vos infulæ ſacerdotales; non te perfidiæ puluere turpabo canities.

[margin: L. de Iacob. vi.b.c.10.]

✱ Cyprianus.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Igitur. *Hic conſequenter deſcribitur pœna pro horrore illiciti cibi inſticta, nam Eleazarus magis elegit mori, quam cibo lege prohibito coinquinari, non ſolum ex eius comeſtione, ſed etiam ex comeſtionis fictione: nam ex hoc probabiliter videbat ſequi tranſgreſſionem multorum, & hoc eſt quod dicitur.*

2 Elezarus. *Ideſt excellentioribus in ſcientia, virtute, & fama.*

3 Aperto. *Per violentiam carnificum.*

4 Compellebatur. *Quod eſt prohibitum in lege. Leui. 11.*

5 At ille. *Ideſt, gloriæ meritoriam, Chriſti tamen tempore conſequendæ.*

6 Magis quàm odibilem vitam. *Ideſt vitioſam.*

7 Voluntariè. *Propter ſequens præmium.*

8 Intuens. *Oculis cordis.*

9 Quemadmodum oporteret. *Ad beatitudinem.*

10 Deſtinauit. *Ideſt, perpetrare.*

11 Illicita propter vitæ. *Scilicet, præſentis.*

12 Amorem. *Nam bonum virtutis maius eſt, quam bonum vitæ corporalis, maius autem bonum non eſt exponendum pro ſaluatione minoris* minoris *boni, ſed magis è conuersò.*

13 Hi autem. *Ad exequendum regis mandatum.*

14 Iniqua miſer. *Dicitur autem iniqua miſeratio, eò quòd inducebat ad iniquitatem: licet enim comedere carnes illas, de quibus ſuadebant comedere Eleazaro eſſet ei licitum abſolutè, tamen in illo caſu erat illicitum, nam in tali fictione erat falſitas, & mendacium facto; & aliorum ſeductio, ex eò quia doctor legis erat, & ideò per illud factum alij tracti fuiſſent ad tranſgrediendum legem, ideò ſequitur.*

15 At ille. *Propter virtutis, & ſcientiæ concomitantiam.*

16 Et ingenitæ. *Nobilitas enim generis prouenit ex generatione, nobilitas vero virtutis ex operatione quantum ad virtutes acquiſitas, & ex datione diuina, quantum ad infuſas: Et iſtę virtutes reddunt canitiem nobilem in ingenita nobilitate.*

17 Reſpondit. *Nam in habentibus habitum non requiritur longa deliberatio.*

18 Dicens. *Potius ſuſtinere pœnam omnem, quàm facere talem fictionem, & ſubdit ad hoc rationem dicens.*

19 Non enim ætatem noſtram dignum eſt inquit, &c. *Et per hoc maculam infamiæ quantum ad homines.*

✱ Atque

## MORALITER.

† 1 *Igitur Eleazarus vnus de primorib. s ſcribarum vir, ætate prouectus, & vultu decorus, &c.* Per iſtum ſignificatur homo virtuoſus & conſtans qui magis eligit mori pro Chriſtiana veritate, veritate, quàm fictionem tranſgreſſionis fingere. Per carnifices autem conſtantiam eius imponentes ſuperbiæ: ſignificantur maleuoli, qui virtutes bonorum hypocriſi attribuunt, ſeu vanitati.

† MORA-

A ✱ Cyprianus. Non iuuenibus tantùm, ſed & ſenibus congruit fratrum imbecillitati conſulere, ne ſenectus perire prouocet iuuentutem, ex qua debent omnia ſalutaria documenta procedere; ſicut Eleazarus profitetur. *Præmitti malo in infernum, quam patrias leges deſerere. Non enim ætatem noſtram dignũ eſt, &c.* Ille maluit vitã ſuam tormẽtis obijcere, quàm cuiquã magiſter perditionis exiſtere: & nos vbi nulla tormẽta ſunt, luxibus ſolis nolumus ſaluandos fratres anteponere, nec contenti ſumus ſine vllis cruciatib. tam nobis prodeſſe, quã cæteris, cum ille noluerit viuere moriturus.

*L. de ſingular. cleric.*

B ✱ Idem. Sincera prorſus fides, & virtus integra, & pura, non regem Antiochum cogitat, ſed Deum iudicem; & ſcit proficere ſibi ad ſalutem non poſſe, ſi hominem falleret, quando Deus, qui conſcientiæ noſtræ iudex eſt, & ſolus timendus, nec derideri poſſit omninò, nec falli.

*L. de exhortatione martyrum. c. 11*

alienigenarum, & ipſi propter meã ſimulationem, & propter modicũ corruptibilis vitæ tẽpus decipiãtur: & per hoc
maculam, atq; execrationem meæ ſenectuti conquiram. 1
Nã & ſi in præſenti tempore ſupplitijs hominum eripiar, 2
ſed manũ omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiã. 3 4
Quamobrẽ vita fortiter excedẽdo, ſenectute quidem di- 5
gnus apparebo, adoleſcentib. aũt exẽplum forte relinquã:
ſi prompto animo, ac fortiter pro grauiſſimis, ac ſanctiſſi- 6
mis legib. honeſta morte perfungar. His dictis confeſtim
ad ſuppliciũ trahebatur. Hi aũt qui eum ducebãt, & paulo ante fuerãt mitiores, in irã cõuerſi ſunt propter ſermo-
nes ab eo dictos, quos illi per arrogãtiã prolatos arbitra- 7
bantur. Sed cum plagis perimeretur, ingemuit, & dixit:
Domine, qui habes ſanctam ſcientiam, manifeſtè tu ſcis,
quia cùm à morte poſſẽ liberari, duros corporis ſuſtineo 8
dolores; Secundum animam vero propter timorẽ tuum li- 9
benter hæc patior. Et iſte quidem hoc modo vita deceſſit, 10 11
a non ſolũ iuuenib. ſed & vniuerſæ genti memoriã mortis
ſuæ ad exemplum virtutis, & fortitudinis derelinquens.

D ✱ Ioſephus. Eleazarus qui in pœna tacuerat, in ſiniſtra perſuaſione non tacuit; ſed velut plus verbo ſuadentis edere carnes porcinas laceratus exclamat. Non ita imbecilles filij Hebræorum ſumus, vt viam ſalutis deſeramus, & tam citò tranſeunte affecti ludibrio. exemplum decipiẽdis relinquamus. Modicũ eſt quod vitam hic prorogat, noſtra enim parua sũt quæ relinquimus: maxima autem quæ indubitato ſperamus. Nunquid tyranno veſtro perſuaſione hac veſtra inducti placere poterimus? In tuis, ò venerabilis pater Abrahã, manibus, & in ſinũ ac gremium tuum venturi, grata voluntate moriemur, &c.

E a *Et iſte quidem hoc modo &c.* ✱ Ambroſius. Suſpenſus itaq; cum hinc, atque inde grauiter verbera retur, nec iam ferrent ſenilia membra verberum pœnas, laſſatis carnificibus, atque extenſoribus, in terram deflexus inflexibilẽ mentem gerebat. Quid multa? In moriendo tormentis factus eſt cæteris magiſterium perſeuerantiæ, qui electus erat ad infirmitatis exemplum. Beatus igitur in quo non potuerunt tormenta rationem vincere. An non beatus, qui potuit virtute animi victor eſſe pœnarum, pietatiſque remigio ſeruare integram in tantis fluctibus paſſionem?

*L. de Iac. c. 11*

✱ Nazianzenus. Nobis occurrit Eleazarus primitiæ eorum, qui ante Chriſtum paſſi ſunt, quemadmodum Stephanus eorum, qui Chriſtum ſecuti ſunt, Sacerdos & ætate prouectus, nec minus prudentia, quàm capite canus: antea quidem pro populo ſacrificia, preceſque offerens, nunc verò ſeipſum quoque Deo offerens hoſtiam ex omni parte perfectam, vniuerſæque plebis expiatricẽ; fauſtum, ac lætum certaminis præludium, loquens pariter, ac tacens cohortatio: ſeptemque inſuper filios offerẽs, inſtitutionis ſuæ fructum, hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, omni legali ſacrificio clariorem, & puriorem: Liberorum enim rectè facta parentibus adſcribere, ſummæ eſt æquitatis, &c.

*Ora. de Machabæis.*

F ✱ Cyprianus. Sic igitur & nos dicati Deo viuimus, ſi ſuprà iuſtorum antiqua, & ſancta ueſtigia iter facimus; per eadem documenta pœnarum, per eadem paſſionum martyria pergamus, hoc ampliorem gloriam computantes temporis noſtri, quòd cum vetera exempla numerentur, exuberante poſtmodum copia virtutis, ac fidei, numerari non poſſunt martyres Chriſtiani, teſtante Apocalypſi.

*L. de exhort. mart. c. 11.*

✱ Ioſe-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Atque execrationem. *Apud Deum, & Angelos ſanctos.*
2 Meæ ſenectuti conquiram. *Et diuinum iudicium incurram, ideo ſubdit.*
3 Nam & ſi in præ. *Per talem fictionem.* Sed manum omnipotentis. *Ideò concluditur.*
4 Quamobrem vita fortiter excedendo. *Ideſt, eam pro lege Dei exponendo.*
5 Senectute quidem dignus apparebo. *Ad gloriam Dei, & ædificationem proximi.*
6 Pro grauiſſimis. *Ideſt, honeſtiſſimis, ſicut homo honeſtus dicitur grauis moribus. Cætera patent vſque ibi.*
7 Per arrogantiam prolatos arbitraban. *Quod non erat verum, ſed hoc dixerat per conſtantiam mentis ad Dei gloriam, & proximorum ædificationem.*
8 Cum à morte poſſem liberari. *Per dictam fictionem.*
9 Duros corporis ſuſtineo dolores. *Secundum partem ſenſitiuam.*
10 Secundum animam verò. *Intellectiuam.*
11 Libenter hæc patior. *Sicut patiens, pro ſanitate conſequenda, libenter accipit potionem ſenſui guſtus amaram. Cætera patent.*

6 Pro

## CAPVT VII.

1 CONTIGIT autem ſeptem fratres vna cum matre ſua apprehenſos compelli à rege contra fas edere car-

CAP. VII. a *Contigit autem, &c.* ✱ Ambroſius. Non minorem de ſuperbo rege Antiocho Machabæi pueri reuexerunt triumphũ, quã parentes proprij: ſiquidem illi armati, iſti ſine armis vicerunt. Stetit inuicta ſeptẽ puerorũ cohors regijs cincta legionibus

*L. 1. of. c. 41.*

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. VII.

✱ 1 Contigit autẽ ſeptem fratres. *Poſtquam deſcripta eſt compulſio ad Gentilitatem in regis abſentia, vt patet ex dictis, hic conſequẽter fit idẽ in eius præſentia, vt ex ſequẽtibus apparebit, & primo fit hoc in generali, ſecũdò in ſpeciali, ibi: Vnus autẽ. Circa primũ ✱ dicitur.*

*MORALITER.*

† 1 *Contigit aũt.* Per ſeptenariũ numerũ vniuerſitas figuratur, cò quod 7. dieb. reuoluitur totũ tẽpus. & ideò per iſtos 7. fratres, qui erant duriſimè cruciati pro lege Moſaica, figu- † rata

gionibus, defecerunt ſupplicia, ceſſarunt tortores, non de-
A fecerunt martyres. Alius corio capitis exutus ſpeciem mutauerat, virtutem auxerat, &c.

Macha. ✠ Ioſeph. Efferа Antiochi crudelitas Eleazaro graui ætate permota eſt, rediuiuo inſanæ mentis ardore; is.n. credens ſe ſapientia victum maioris ætatis, ſeptem illuſtres pueros Hebræorũ Antiochiã adduci atrociter de eorũ caſtello Suſando, præcepit. Quos in tenera adhuc ætate, ea que ad excipiendos dolores infirma verſantes, vt fallaci oratione, ac varij cruciatus terrore perueteret, talẽ

a nes porcinas, flagris & taureis cruciatos. Vnus autẽ ex illis, 1
qui erat primus, ſic ait: Quid quæris, & quid vis diſcere à 2
nobis? Parati ſumus magis mori, q̃ patrias Dei leges præua- 3
ricare. Iratus itaq; Rex iuſſit ſartagines, & ollas æneas ſuccẽ 4
di, quib. ſtatim ſuccenſis, iuſſit ei, qui prior locutus fuerat 5
amputari linguam, & cute capitis abſtracta, ſummas quoque manus, & pedes ei pręcidi, cęteris eius fratribus, & matre inſpicientib. Et cum iam per omnia inutilis factus eſſet, iuſſit ignem admoueri, & adhuc ſpirantẽ torreri in ſartagi-

B edicti ſui legem propoſuit, vt qui ſacrificij carnem noluiſſet ore accipere, exquiſitis ex templo ſupplicijs ſubiaceret. Mater Salomona, natu maximus Machabæus, ſecundus Aber, tertius Machir, quartus Iudas, quintus Achas, ſextus Areth, poſtremus Iacob nominabatur.

Quid per hanc matrem ſeptem filiorum, niſi matris Eccleſiæ fœcunditas, quæ per ſeptiformis ſpiritus gratiam, adoptiuos Deo patri filios generat, deſignatur? Quos Antiochi typici; hoc eſt Antichriſti atrocitas, licet partim p miniſtros ſuos, partim perſemetipſum, ſimiliter cum matre diuerſis cruciatibus laniet: ad blaſphemiam tamen eos nequaquã pertrahere valet. Quę autem huic mulieri, & filijs eius pro labore quem in præſenti perpeſſi ſunt, merces maneat in futuro, Iſaias oſtendit dicens: *Lauda, ſterilis, quæ non paris, decanta laudem, & hymnum quæ non pariebas, quoniam multi filij deſertæ, magis quam eius, quę habet virum, dicit Dominus: Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende: ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida: Ad dexteram enim, & ad ſiniſtram penetrabis, & ſemen tuum Gentes hereditabit. Noli timere, quia confunderis, neque erubeſcas. Non enim te pudebit, quia confuſionis adoleſcentiæ tuæ obliuiſceris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius: quia dominabitur tui, qui fecit te; Dominus exercituum nomen eius, & redemptor tuus ſanctus Iſrael, dominus omnis terrę vocabitur: Quia vt mulierem derelictam, & mœrentem ſpiritum vocauit te Dominus, & vxorem ab adoleſcentia abiectam dixit Deus tuus. Ad punctum in modico* C *dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: Dixit redemptor tuus Dominus paupercula tempeſtate conuulſa abſque vlla conſolatione. Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Saphyris, & ponam Iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles. Vniuerſos filios doctos à Domino, & multitudinem pacis filijs tuis, & in iuſtitia fundaberis: recede procul à calumnia.* Quod autem nouiſſimè poſt filios & mater conſumpta eſt, demonſtrat, quòd poſt triũphos ſingulorum filiorum Eccleſiæ; qui hoſtes vincentes liberis animabus requiem intrabunt æternam, nouiſſimè ipſa mater fidelium omnium in fine mundi conſummabitur, & trophæum gloriæ de omnibus inimicis ſuis capiens regnum poſſidebit perpetuum.

Qualiter autem beatiſſimus doctor Cyprianus de eiuſdem ſeptem fratribus ſcribens ad Fortunatum more rhethorum, facundo ſermone diſſerat: hoc loco inſerendum cẽſuimus, qui inter cætera ſic ait: Quid verò in Machabęis ſeptem fratres, & natalium, & virtutum ſorte conſimiles ſignificent, niſi ſeptenarium numerum ſacrificio perfectæ D cõſummationis implentes? Sic enim ſeptẽ fratres in martirio cohærentes, vt primi fuerunt in diſpoſitione diurna ſeptem dies, annorum ſeptem millia continentes, vt ſeptẽ ſpiritus, vt Angeli ſeptem, qui aſſiſtunt, & conuerſantur ante faciẽ Dei, & lucerna ſeptiformis in tabernaculo martyrij, & in Apocalypſi ſeptem candelabra aurea, & apud Salomonẽ columnæ ſeptem, ſuper quas ædificat domum ſapientia, ita & iſte ſeptem fratrum numerus, Eccleſias ſeptem numeri ſui quantitate complexus, ſecundum q in primo libro regnorum legimus ſterilem ſeptẽ peperiſſe. Et apud Iſaiam ſeptem mulieres vnum hominẽ E apprehendunt, cuius inuocari ſuper ſe nomen expoſcũt, & Apoſtolus Paulus, qui huius numeri legitimi, & certi meminit ad ſeptem Eccleſias ſcribit. Et in Apocalypſi Dominus mandata ſua diuina, & præcepta cęleſtia ad ſeptẽ Eccleſias, & ad earum Angelos dirigit. Qui nunc iſtic, nũc inuenitur in fratribus, vt conſummatio legitima cõpleatur cum ſeptem liberis planè copulatur, & mater, & origo & radix, quæ Eccleſias ſeptẽ poſtmodũ peperit, ipſa prima, & vna ſuprà petrã Domini voce fundata. Nec vacat, quod in paſſionibus ſola cum liberis mater eſt. Martyres enim qui ſe Dei filios in paſſione teſtantur, iam non niſi Deo patre cenſentur, ſicut in Euangelio Dominus docet, dicens: *Ne vocaueritis vobis patrem ſuper terram: Vnus eſt enim pater veſter, qui in cœlis eſt.* Qui verò ediderunt confeſſionũ præconia, quam præclara quàm magna documenta fidei præbuerunt. Rex Antiochus infeſtus, imo in Antiocho Antichriſtus expreſſus, ora martyrum glorioſa, & ſpiritu confeſſionis inuicta, contagio ſuilæ quærebat carnis maculare: Et cum flagellis grauiter verberaſſet, ac nihil promouere potuiſſet, ſartagines iuſſit igniri quib. ignitis, & accẽſis eum, qui primus locutus fuerat, & magis iram Regis virtutis, ac fidei conſtantia prouocauerat, admoueri præcepit, & frigi, producta, & extracta prius lingua, quæ confeſſa Dominum fuerat. Quid martyrio glorioſius contigit? Lingua enim confeſſa nomen Domini prior, ipſa ad F Dominum debuit proficiſci.

Apoc. 8. a. Apoc. 1. d. Prou. 9. a. 1. Reg. 2. d. Iſa. 4. a. Apoc. 1. c. Matt. 23. a.

a *Vnus autem ex illis qui erat primus, &c.* ✠ Ambr. Inſultare licet tyranno, qui dũ callidè à ſene incipiendum putat, magiſtrũ eligit, quo diſcipulos faceret fortiores, quorũ velut puerilem ætatem, præmijs prouocabat ad culpã, vrgebat terroribus ad formidinem. At illi non degeneres tãto duci reſpõdent. Quid nos cõtemnis vt pueros? Pueri ſumus, ſed fides cana eſt, ſed valida diſciplina. Experire certè, ſubijce quib. placet pęnis puerilia viſcera, non inuenies corda puerilia, nec potentiores erunt tormentorum machinæ, quàm legitimæ obſeruationis excubiæ. Quem vicit ſenectus, ſuperabit æmula ſenectutis pueritia. Sequimur patrẽ filij, diſcipuli doctorẽ. Iuſſit maximũ natu eligi. At ille ridẽs, Rectè inquit, naturæ ordinem ſeruas. Sed cur Dei legẽ temerandã putas? Et pro pietate qdẽ oẽs maximi ſumus, ſed tamen à me inchoatum gaudeo. Quid quæris Tyranne? confiteor nos ſummo Deo ſeruire. Quid plura? Adhibentur variarum genera pœnarum. Sed vicit pietas immanitatis furorem, excluſa eſt anima, non religio. (L. de Iacob. & vita beata. cap. 11.)

Mortuo

NICOLAVS DE LYRA.

✠ dicitur. Contigit. *Hoc non videtur contigiſſe in Ieruſalem vel Iudæa: quia rex Antiochus non legitur illuc rediſſe, poſtquam inde receſſerat facta ſtrage populi, & ſpoliatione templi, vt habetur ſup. 5. c. propter quod videtur hoc contigiſſe in Antiochia, ſeu aliqua alia ciuitate notabili, ad quam venerat edictum regis de compulſione Iudæorum ibidem habitantium ad ritum Gentilium, vt habetur ca. præce.*

1 Flagris

1 Flagris & taureis cruciatos. *Flagrum flagri eſt ſummitas virgularum adnuicem ligatarum, quæ facit ſtrepitum percutiendo, & pruritum per calefactionis modum Taurea taureæ eſt flagellum de coreo tauri factum.*

2 Vnus. *Hic conſequenter ponitur compulſio in ſpeciali: & primò ponitur afflictio fratris primogeniti qui pro ſe, & alijs dixit.*

3 Parati. *Id eſt, leges à Deo datas patribus noſtris in mõte Sinai.*

4 Iuſſit ſartag. *Propter veritatis confeſſionem.*

5 Iuſſit ei qui. *Id eſt adhiberi, ſeu apponi.*

✠ Quemad-

MORALITER.

† rata fuit vniuerſitas martyrum pro lege Chriſtiana, propter quod eorũ martyrium in Eccleſia celebratur, per matrẽ autem ipſorũ, quæ ſingulos hortabatur, vt cruciatũ p lege

lege fortiter tolerarent, ſignificatur ſancta mater Eccleſia, quæ filios ſuos hortatur vbique pro lege Chriſti, & iuſtitia conſtanter grauia ſuſtinere; per hoc autem q ipſa etiã paſſa eſt, ſignificatur quòd Eccleſia patitur in filijs ſuis, ſicut & Chriſtus eorum pater pati dicitur in iſtis.

† MO-

a *Mortuo illo primo &c.* * Ambroſ. Secundus acceſſit, A nec degener fratri munia piæ confeſſionis impleuit. Et cùm detraheretur membrana capitis reſpondit. Aufertis quidem membranam, ſed habeo galeam ſpiritalem, quā non poteſtis auferre. Et verè hanc galeam nemo auferre poteſt, ſicut poſtea Apoſtolus docuit in Eccleſia Domini, quia caput viri Chriſtus eſt. & eius ſumus membra. Exuebant immanes beſtiæ coriū capitis, & pardalicis feritatibus ſæuiebant. At ille deficiens: Quàm dulce eſt inquit, mori ꝓ religione, q̃ ſuauis B omnis acerbitas mortis pro pietate: quia manet horū remuneratio laborum. Tua ſunt rex, grauiora tormēta, tu tuis vehemētius torqueris ſupplicijs, quia vides te vinci in poteſtate.

Vbi ſupra. 1. Cor. 11.

b *Poſt hunc tertius illuditur &c.* * Ambros. Tertium ſibi ſtatui iuſſit Et cùm eum partim tētaret inſidijs, partim cuperet terrore propellere, reſpōdit ad C eum. Non faciā voluntatem tuam, nō ſuccumbā imperio tuo. Per beatam illam fratrum meorum paſſionem, & nobilem vitam, nō negabo piam germanitatem. Quæuis adhibeto ſupplicia, quibus magis vrgeas: hoc proficies aſperitate pœnarum, vt maiora teſtamenta noſtræ germanitatis accipias. Iuſſit itaque ei linguā amputari. At ille exclamans. Victus es inquit, Antioche, qui organum vocis abſcindi iubes. Confeſſus es te non poſſe reſpondere rationi, maioraque probas linguæ noſtræ flagella, quam tua verbera Euadere te putas, ſi vocem eripias? Et tacentes Deus audit, & magis audit. Ecce aperui os meum laxaui linguam meam, abſcinde linguam: ſed non abſcindes conſtantiam, non virtutem auferes, nō rationem obliterabis, non eripies teſtimonium veritatis, non eripies cordis clamorem &c.

Vbi ſupra.

c *Et hoc ita defuncto, quartum vexabant &c.* * Ambroſi. Hoc perempto, iuſſit quartum vinciri ad rotam, vt eius vertigine membris omnibus ſolueretur. At ille cùm torqueretur immaniter: Diſſoluis inquit, corporis membra, ſed adiungis gratiam paſſioni, nec eripis ſolatium morti. Eſt enim vox tonitrui rota &c. Teres enim vita ſine vlla offenſione in quauis paſſione verſatur, & infra hanc quoq; gratiæ rota currit Nā quo magis voluitur, plus probatur, &c.

Vbi ſupra.

Poſt in

ne, in qua cum diu cruciaretur cæteri vna cum matre inui-
cem ſe hortabantur mori fortiter, dicentes: Dominus Deus
aſpiciet veritatem, & conſolabitur in nobis, quemadmo- 1
dum in proteſtatione cantici declarauit Moyſes. † Et in 2
a ſeruis ſuis conſolabitur. Mortuo itaque illo primo hoc mo
do, ſequentem deducebant ad illudendum, & cute capitis
eius cum capillis abſtracta, interrogabant ſi manducaret
priuſquam toto corpore per membra ſingula puniretur. At
ille reſpōdens patria voce dixit: Non faciam; propter quod
& iſte ſequenti loco primi tormenta ſuſcepit, & in vltimo
ſpiritu conſtitutus ſic ait: Tu quidem ſceleſtiſſime in præ- 3
ſenti vita nos perdis, ſed rex mundi defunctos nos pro ſuis
b legibus in æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit. Poſt hūc ter- 4
tius illuditur, & linguā poſtulatus citò protulit, & manus 5
cōſtanter extendit, & cum fiducia ait: Ex cęlo iſta poſſideo,
ſed propter Dei leges nunc hæc ipſa deſpicio, quoniam ab
ipſo me ea recepturū ſpero, ita vt rex, & qui cum ipſo erant
mirarentur adoleſcentis animum, quod tanquam nihilum
c ducerent cruciatus. Et hoc ita defuncto, quartum vexabant 6
ſimiliter torquentes. Et cum iam eſſet ad mortem ſic ait:
Potius eſt ab hominibus morti datos ſpem expectare à Deo
iterum ab ipſo reſuſcitandos. Tibi enim reſurrectio ad vi- 7
d tam non erit, & cum admouiſſent quintum vexabāt eū. At 8 9
e ille reſpiciens in eum dixit; Poteſtatem inter homines ha-
bens cum ſis corruptibilis, facis quod vis. Noli autem pu- 10
tare genus noſtrum à Deo eſſe derelictum. Tu autem 11 12
patienter ſuſtine, & videbis magnam poteſtatem ipſius 13 14

D Poſt in ſecundo excogitatis acrioribus pœnis antequā cætera membra torqueret, cutem capitis cum capillis detraxit odio ſcilicet certo. Nā cū viri caput Chriſtus eſt, & caput Chriſti Deus qui caput laniabat in martyre, Deū & Chriſtū perſequebatur in capite. At ille in martyrio ſuo & reſurrectionis ſibi pręmium de Dei remuneratione ꝓmittens, exclamauit, & dixit: Tu qui dē impotens ex hac præſenti vita nos perdis, ſed mundi rex defunctos nos pro ſuis legibus in æternæ vitæ reſurrectione reſuſcitabit. Tertius linguā poſtulatus cito protulit. Nam pœnam E linguæ execrandæ iā didicerat à fratre ſuo contēnere: manus quoque amputandas conſtanter oſtendit. Multum beatus genere iſto ſupplicij, cui contigit extenſis ad pęnā manibus paſſionis dominicæ inſtar imitari. Nec non & quartus pari virtute tormenta contēnens ad retundendum regem cæleſti F voce reſpōdens exclamauit & dixit: potius eſt ab hominibus morti datos expectare ſpem à Deo iterū ab eo reſuſcitandos: tibi.n. reſurrectio ad vitā non erit.

Raban. & Cyprian. 1. Cor. 11. † Deu. 3

d *Cum admouiſſent quintum vexabant.* * Ambroſius. Quintus cum ſiſteretur, cæſo prius eodem, iuſſit ignes admoueri, ſubijci incendia; Manabat è vulneribus cruor, & effoſſis vlceribus ſanguis effuſus ipſos flammarum extinguebat globos. At ille inter ignium crepitus audiebatur dicens, gratias tibi Domine, quod dediſti nobis dicere. *Tranſiuimus per ignem.* Et alibi: *Igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum.* Aſtabo tibi, ſicut aurum, purgatus incendio: & ſi quid fuit culpæ ignis exuſſit.

Vbi ſupra.

Quintus præter quam carnificinam rabiem, & duros, variosque cruciatus fidei vigore calcabat, ad præſcientiā quoq; & notitiam futurorum ſpiritu diuinitatis armatus, vel animatus, prophetauit regi indignationem Dei, & vltionem velociter ſecuturam.

e *Poteſtatem* (inquit) *inter homines habens cum ſis corruptibilis, facis quod vis. Noli autem putare genus noſtrum à Deo eſſe derelictum: ſuſtine, & videbis magnam poteſtatem eius qualiter te & ſemen tuum.* Quale illud leuamentum martyrij fuit, quàm magnum quàm grande ſolatiū in cruciatibus ſuis nō tormēta propria cogitare, ſed tortoris ſui ſupplicia prędicare?

Poſt

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Quemadmodum. *Deu. 32.*

2 Et in. *Hic conſequenter ponitur afflictio ſecundi: & patet litera vſque ibi:* Prima. *Ideſt ſecundum doctrinam ſanctorum patrum.*

3 Tu quidem. *Ideſt, in ſupremo gradu ſceleris exiſtens.*

4 Poſt. *Hic ponitur tormentatio tertij.*

5 Et linguam. *Non abhorrens eius præciſionem propter diuinæ legis obſeruantiam, cętera patent.*

6 Et hoc ita defuncto. *Hic ponitur vexatio quarti: & patet vſque ibi:*

7 Tibi enim reſurrectio ad vitam non erit. *Licet enim omnes in fine mundi reſurgant immortales, quia tunc ceſſabit generatio, & corruptio, tamen ſoli boni reſurgent ad vitam immortalem, quæ erit per gloriam animæ redundantem ad corpus per dotem impaſſibilitatis. Corpora verò malorum erunt immortalia, vt ſemper crucientur igne gehennę, vt habetur Matth. 25.* quæ eſt mors ſecunda. *Apoca. 20.*

8 Et cum ad. *Hic ponitur tormentatio quinti, cum dicitur &c.* Et cum *Ideſt applicaſſent quintum.*

9 Vexabant. *Simili modo ſicut præceden.*

10 Facis quod. *voluntate nequiſſima.*

11 Nolli autem putare genus noſtrum à Deo eſſe derelictum. *eo quod permittit nos à te cruciari, quia hoc facit ad augmentum meriti noſtri.*

12 Patienter. *Ideſt modicum expecta, ita quod, ly patienter, non eſt hic nota virtutis, ſed breuitatis vitę temporalis, ideò ſubditur.*

13 Et videbis. *citò,*

14 Magnam. *Cui non poteſt reſiſti.*

* *Qualiter*

a qualiter te,&: ſemen tuum torquebit. Poſt hūc ſextum du- 1
b cebant,& is mori incipiens ſic ait. Noli fruſtra errare Nos 2
.n. propter noſmetipſos hęc patimur peccantes in Deum 3
noſtrum,& digna admiratione facta ſunt in nobis Tu au 4 5
tem ne exiſtimes tibi impune futurum, ꝙ contra Deū pu- 6
gnare tentaueris. Supra modū aūt mater mirabilis,& bo- 7 8
norū memoria digna, quæ pereūtes ſeptē filios ſub vnius 9
diei tpe conſpiciens, bono animo ferebat, propter ſpem,
quam in Deo habebat, ſingulos illorū hortabatur voce pa
tria fortiter repleta ſapiētia,& fęmineę cogitationi maſcu 10
linū animum inſerens, dixit ad eos, Neſcio qualiter in vte 11 12
ro meo apparuiſtis. Neque.n ego ſpiritum,& animam do 13
naui vobis,& vitam, & ſingulorum mēbra nō ego ipſa cō 14 15
pegi. Sed.n. mūdi creator qui formauit hominis natiuita 16
tem, quiq; omnium inuenit originē,& ſpiritū vobis ite- 17 18
rum cū miſericordia reddet,& vitam, ſicut nunc voſmetip 19
ſos deſpicitis pp leges eius Antiochus autem contemniſe 20
arbitratus, ſimul,& exprobrantis voce deſpecta, cū adhuc 21 22
adoleſcentior ſupereſſet, nō ſolū verbis hortabatur, ſed & 23
cū iuramento affirmabat diuitē ſe, & beatum facturū, & 24
translatum a patrijs legib· amicum habiturū, & res neceſ
ſarias ei præbiturum. Sed ad hæc cū adoleſcens nequaquā
c inclinaretur, vocauit Rex matrē,& ſuadebat ei, vt adoleſcē
ti fieret in ſalutem. Cum aūt multis eam verbis eſſet horta 25
tus promiſit ſe ſuaſurā filio ſuo Itaq; inclinata ad illum ir 26
ridens crudelem tyrannū, ait patria voce, Fili mi, miſerere
mei, quæ te in vtero nouē menſib. portaui, & lac triennio
dedi,& alui,& in ætatē iſtā perduxi. Peto† nate, vt aſpicias
d ad cęlū,& terrā,& ad omnia, quæ in eis ſunt: & intelligas

A a *Poſt hunc, ſextum ducebant.* ✱ Ambroſ. Sexto quoq; tormenta admota ſunt. At ille. Noli inquit, fruſtra errare,& tuæ hoc adſcribere poteſtati, ꝙ iſta aduerſum nos exerceas Noſtrorum hoc delictorum eſt pretium, vt peccantes puniamur. Et gratias Domino, quod hic a nobis dupli cia peccata exiguntur, vt ibi nobis con ſolatio deferatur, Gratias autem & tibi, ꝙ iam durus, & immitis es, vt talib. noſtris ſupplicijs Dominus in quem peccauimus, genti noſtræ ꝓpitius fiat. Nos quoq; ableuamus ærumnam, dū fidei paſſionibus delectamur. [...i ſupra.]

✱ Idem. Quod verbis gloriatus eſt ſanctus Laurentius factis probauit, vt viuus exureretur, & flammis ſuperſtes diceret Verſa,& manduca. [pſal. 104.] B Haud degener Abrahamidarum, & Machabæorum concertatus puerorum, quorum alij ſuper flammas canebant, alij cum exurerentur, nō rogabāt vt parceretur, ſed inuehebantur, vt amplius perſecutor inflammaretur. [...niaum.] [...banus ex ...priano.]

In ſexto verò nō virtus ſola ſed & humilitas prædicanda eſt, nihil ſibi martyrem vendicaſſe, ſed confeſſionis ſuę honorem ſuperbis vocibus ventilaſſe, peccatis potius ſuis adſcripſiſſe, ꝙ perſecutionem a Rege pateretur, ideo vero dediſſe, quod poſtmodum vindicaretur. Docuit eſſe martyres verecundos, de vltione fidere, & nihil in paſſione iactare.

b *Noli*(inquit) *fruſtra er. nos enim propter noſmetipſos hæc patimur peccantes in Deum noſtrum, tu autem ne te exiſtimes tibi impu. futurum.* C Aggreſſus pugnare cum Deo. Admirabilis quoq; mater, quæ nec ſexus infirmitate fracta, nec multiplici orbitate commota, morientes liberos ſpectabat libenter, nec pœnas illas pignorum, ſed glorias computauit tam grande martyrium Deo præbens virtute oculorū ſuorū, D quā præbuerunt filij eius tormētis,& paſſione mēbrorū.

c *Vocauit Rex matrem, & ſuadebat ei, &c.* ✱ Ambroſ. Putauit Antiochus videns matrem ſollicitam, quod ſaluti filij nouiſſimi timeret, ipſi quoq; ſuadere cœpit, vt filium ab intētione ſua reuocaret. At illa voce patria dicebat filio, Tu ſolus ſuperes fili, ſumma votorum meorum tu poſtremus clauſiſti partus meos, tu poſtremus conclude gaudia mea. Miſerere mei, quę te in vtero tot mēſium curriculo portaui, ne vno momento confundas ſenectutem meam, ne decolores tot fratrum tuorum trophæa, nec ſacrum eorum comitatum relinquas, E nec cōſortium deſeras. Te adhuc iſti expectant triumphi. Aſpice in cœlum, vnde hauſiſti ſpiritum; & aſpice in terram, quæ tibi ante alimoniam miniſtrauit, aſpice ad fratres, qui collegam requirunt aſpice ad matrē, quæ tibi lac dedit, redde mercedem pij ſanguinis, noli a fratrib. noli a matre diuelli, &c.

✱ Ioſeph Heb Ne timeas, fili mi, tyrannum iſtum, ſed morere pro Deo tuo: vtinam, fili mi, eſſes cum fratrib. tuis in magnifica gloria eorum, vt ego vos ſimul inueniam, adſimque vobis in die deſponſationis veſtræ,&c. [l. 3. hiſt. Iu. c. 6]

d *Et intelligas quia ex nihilo, &c.* ✱ Tertu. Regula fidei eſt illa, qua creditur. Vnum omnino Deum eſſe, nec alium præter mundi conditorem, qui vniuerſa de nihilo produxerit, per verbum ſuum primò omnium emiſſum, &c. [l. de præſcrip. c. 13.]

✱ Cypria. Quid in Machab. beatorum martyrum grauia tormenta,& multiformes ſeptē fratrū pęnę & conſortās filios ſuos mater in pęnis,& moriēs ipſa quoq; cū liberis, nonne [Epiſt. 56. quę eſt de exhortatione martirij.]

F

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Qualiter te &. *i. imitatores tuos.*
2 Torquebit. *æternaliter in gehenna.*
3 Poſt. *Hic conſequenter ponitur vexatio ſexti, & patet vſq; ibi.*
4 Nos.n. *licet.n. ſancti eſſent, & innocentes; tamen confitentur ſe pati propter peccata, imputantes ſibi aliorum delicta, eo ꝙ eſſent de eodem populo, & ſimiliter facit Dan. 9.*
5 Tu aū. *eius cultum auferendo, & eius populum crudeliter occidendo.*
6 Supra. *Hæc eſt pars ſeptima, qua interponitur matris conſtantia, cum dicitur.* Supra. *Nam antea non legitur fuiſſe aliqua tantæ conſtantiæ.*
7 Quæ pereun. *quantum ad vitam præſentem, ſed ſaluato quantum ad futuram, ideo ſubditur.*
8 Bono. *ſ. a terius vitæ.*
9 Singulos. *i. ſanctorum patrum doctrinæ conſona. ideo ſubditur*
10 Repleta. *ſanctorum patrum.*
11 Et fœmineæ. *quæ eſt de mollitie, & remiſſione.*
12 Maſculinum. *Qui tendit ad ardua, & difficilia.*
13 Dixit ad. *ex magno feruore.*
14 Neſcio qua. *tunc.n. apparet puer eſſe in vtero matris, quando incipit ſe mouere; motus aūt, & ſenſus ſunt ab aīa, quæ eſt in puero per infuſionē: modus aūt infuſionis eſt ſoli Deo cognitus. iō ſubditur.*
15 Neque.n. *i. animam intellectiuam, quæ eſt ſpirituali naturę.*
16 Et animam. *i. potentiam ſenſitiuam, quę eſt ipſi coniuncta.*
17 Et vitam. *i. operationes vitæ.*
18 Singulorum. *quia virtus formatiua non eſt a matre, ſed a patre, & illa etiam nihil agit, niſi in virtute primę cauſę. ideo ſubditur.*
19 Sed enim. *& patet ex dictis vſque ibi.*
20 Sicut nunc. *quantum ad vitam corporalem.*
21 Antiochus. *Hæc eſt octaua pars, in qua ponitur martyrium ſeptimi; præmittitur tamen eius perſuaſio, ſecundò ponitur eius vexatio, ibi. Cum hec illa. Circa primum primò ponitur perſuaſio a Rege: cum dicitur,* Antiochus. *per dictos filios, qui dicebant eum ſceleſtū: & incendio gehennæ reſeruatum.*
22 Simul, &c. *quia vocem dictorum fratrum reputabat deſpectam, ſicut perſonas eorum deſpicabiles reputabat, & ſic duplici ratione reputabat ſe contemptum. ſ. ratione verborum, & perſonarum deſpicabilium.*
23 Cum, &c. *vt ſaltem illum ſuperaret.*
24 Non ſolum. *Et patet litera vſque ibi.*
25 Cum autem. *Hic ponitur perſuaſio iuuenis a matre, quę promiſit ſuaſuram ſe filio ſuo, & verum dixit, quia promiſſio abſoluta ſicut eſt iſta, intelligenda eſt de bono. ideo ſubditur.*
26 Irridens, &c. *Quia perſuaſio ſua erat ad virtutis bonum, & patet litera vſque ibi.*

nonne magna virtutis, ac fidei documenta teſtantur, &
A nos ad martirij triumphum ſuis paſſionib.adhortantur.
Rabanus. ex Cypr. Cũ ſex occiſis, & punitis ſupereſſet vnus ex fratribus, cui Rex diuitias,& potẽtias,& multa pollicebatur, vt cru delitas eius,ac feritas vel vnius ſubiecti ſolatio foueretur & peteret,vt ad filiũ deijciendum ſecum de precaretur & ma ter, deprecata eſt filium,ſed vt decebat martyrum matrem vt decebat legis, & Dei memorem, vt decebat filios ſuos non delicatè, ſed fortiter diligẽtem.
B Deprecata eſt enim, ſed vt Dominum con fiteretur,deprecata eſt ne a fratrib. ſuis, frater in cõſor tio laudis, & gloriæ ſepararetur, tunc ſe ſeptem filiorum cõ putans matrem,ſi ſibi contingeret filios ſeptem Deo peperiſ ſe, potius quàm ſæculo. Armans itaq; cum,& corroborãs, & fœliciori partu filium generans, Fili, ait, miſerere mei, quæ in vtero te nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi, & alui, & ad ætatem iſtam pro duxi. Oro, fili,vt aſpicias in cœlum,& in terram,& omnibus quæ in eis ſunt aſpectis, intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus,& hominum genus ita fecit. Ne timeas carnificem iſtũ, ſed dignus fratribus tuis effectus ſuſcipias mortem, vt in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiã. Magna laus eſt matris in exhortatione virtutis,ſed maior in Dei timore, & in fidei veritate, ꝙ nihil ſibi,aut filio de ſex martyrum honore permiſit,nec fratrum precem pro futuram credidit abneganti ad ſalutem, perſuaſit potius paſſionis participem fieri,vt in iudicij die poſſit cum fratribus inueniri. Poſt hæc autem cum liberis ſuis commoritur,& mater. Neque.n. aliud iam licebat,quàm vt quæ martyres pepererat,& fecerat,conſortio illis gloriæ iungeretur, & quos ad Deum præmiſerat, ipſa quoque ſequeretur.

quia ex nihilo fecit illa Deus,& hominum genus,ita fiet,vt 1
non timeas carnificem iſtum,ſed dignus fratribus tuis effe 2
ctus particeps ſuſcipe mortem,vt in illa miſeratione cũ fra 3
tribus tuis te recipiam.Cum hæc illa adhuc diceret,ait ado 4
leſcens.Quẽ ſuſtinetis?Nõ obedio præcepto Regis,ſed præ 5
cepto legis,quæ data eſt nobis per Moyſen.Tu vero qui inuentor oĩs malitiæ factus es in Hebræos, non effugies ma-
nũ Dei.Nos.n pro peccatis noſtris hęc patimur.Et ſi nobis 6
propter increpationem, & correptionem Dominus Deus 7
noſter modicum iratus eſt,ſed iterum recõciliabitur ſeruis
a ſuis.Tu autem,ô ſceleſte,& omnium hominũ flagitioſiſſi-
me,noli fruſtra extolli vanis ſpebus in ſeruos eius inflam- 8
matus.Nondum enim omnipotentis Dei,& omnia inſpi-
cientis iudicium effugiſti.Nam fratres mei modico nunc 9
dolore ſuſtentato ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt, 10
tu verò iudicio Dei iuſtas ſuperbiæ tuæ pęnas exolues.Ego 11
autem ſicut,& fratres mei animam,& corpus meum trado
pro patrijs legibus,inuocans Deum maturius genti noſtrę, 12
propitium fieri,teque cum tormentis,& verberibus confi- 13
teri,ꝙ ipſe eſt ſolus Deus. In me verò, & in fratribus meis deſinet omnipotentis ira,quæ ſuper omne genus noſtrum iuſtè ſuperducta eſt. Tunc Rex accenſus ira,in hunc ſuper omnes crudelius deſæuit,indignè ferens ſe deriſum. Et hic itaque mundus obijt,per omnia in Domino confidens. No
b uiſſimè autem poſt filios,& mater conſumpta eſt. Igitur de ſacrificijs,& de nimijs crudelitatibus ſatis dictum eſt.

I. contra Conſtant. Augu a *Tu autem ô ſceleſte, & omnium hominum flagitioſiſſime, &c.* ✶ Hilar. Temerarium me fortè quiſquam putabit, quia dicam Conſtantium Antichriſtum eſſe. Quiſquis petulantiam iſtud magis quàm conſtantiã iudicabit,relegat Ioannem dixiſſe ad Herodem *Non tibi licet facere iſtud*. (Mar 6.) Sciat a martyre dictum eſſe Regi Antiocho. Tu quidem iniquus
C de vita præſenti nos perdes, ſed Rex mũdi defunctos pro ſuis legibus in æternam vitam ſuſcitabit. Et rurſum. Non effugies manum Dei,&c. Non eſt iſtud temeritas, ſed fides neque inconſideratio, ſed ratio, neque furor, ſed fiducia.

I. de Iacob c. 11. & 12. b *Nouiſſimè autem poſt filios, &c.* ✶ Ambro. Quis non beatã dixerit matrem Machabæorum,quæ ſeptem filiorũ funeribus octauam ſe addidit ad laudem cœleſtis triumphi. D
✶ Idem. Quis hanc beatam neget,quæ ſeptem vallata muralibus, inter corpora filiorum nullum ſenſit mortis incurſum? Quis dubitet de eius beatitudine,quæ ſeptem turribus circumdata,in paradiſi ſedem caput extulit,quæ ſeptem filiis cincta, ſacratiſſimum Deo chorum, nõ ſolum canorum vocibus, ſed etiam paſſionibus, ad cõcinendas Domini laudes,cœleſtibus inuexit altaribus? Aliæ matres reuocare a martyrio ſolent filios, nõ vocare, iſta maternum in hoc ponebat affectũ, ſi filijs vitam magis perpetuam quam temporalem ſuaderet. Spectabat pia mater filiorum certamina, & quamuis maternorum viſcerũ con paſſione quateretur, tamen pietatis ſtudio pręmebat dolorem, &c. E

L. de Machabæis. ✶ Ioſeph. Nouiſſimè filijs ſingulis cõſumptis, admirabilis tantorum athletarũ parens, in cruẽta penarum carnificina, flexis repente genibus corporis a Deo diſſolutionem efflagitabat. Non.n. viuendi cupiditate, ſed filiorum cauſa tantum tempus protraxiſſet. Antiochus faucibus ſtridet,matrem generoſam affligi iubet,tyrannicè rapitur, teneris nudatur artubus, in altum manus alligantur,ſæuis illiditur flagellis,læſis mœret huberibus, ac flammiuomæ addicta ſartagini, ambuſtos vltrò filios cõ comitatur in pęnas,ac oratione protenſis, ſurrectiſq; manibus, pro grauidis matrib. fuſa, cœlibem effudit ſpiritũ. O magiſtra iuſtitiæ,filios comitata victores. O patiẽtium forma non mulieribus ſolum ſed viris futura, veneranda præſentibus,colenda poſteris admirationi non ſolum F gẽti noſtræ,ſed & ſæculis futura. Splendoribus tuis luna ſuccumbit, nec ſe quamuis mundum impleat, cum tuis fulgoribus comparabit,&c.

Orat. de Machabæis. ✶ Nazian. Hos igitur,& Sacerdotes,& matres,& filij ęmulentur. Sacerdotes quidem,in Eleazari ſpiritualis parentis honorem, qui non modò ſermone ſed etiam opere, quod optimum erat oſtendit, ac docuit. Matres,in generoſæ matris honorem, verum amoris erga filiós argumentum edentes,ac Chriſto liberos ſuos exhibentes,vt per huiuſmodi ſacrificij genus matrimonio quoq; ſanctitas cõparetur,filij denique,ſacroſanctorum filiorum exemplo permoti, atq; adoleſcentiam non in fędis, & obſcęnis affectibus,ſed in certaminibus aduerſus animi vitia ſuſceptis conterentes,ſtrenueq; cum quotidiano noſtro Antiocho confligentes,qui membra omnia bello laceſſit,varijſque modis perſequitur,&c. *Videatur Chryſoſto. Tom. 1. hom. 4 de verbis Iſaiæ, & Hom. de natiuitate ſeptem Machabæorum.*

NICOLAVS DE LYRA.

✶ 1 Sed dig. *.i. eorum conſortio per palmam martyrij.*
2 Vt in il. *quæ fiet ſanctis in reſurrectione.*
3 Cum fratribus. *ad augmentum gloriæ veſtræ, & meæ.*
4 Cum hæc illa, &c. *Hic conſequenter ponitur eius vexatio, cum dicitur.* Cum illa adhuc, &c. *Ex magno feruore non expectauit finem verborum matris compleri.*
5 Quem ſuſtinetis. *.i. differtis vexare ſub ſpe vana, quòd debeã Regi obedire.*
6 Nos enim pro peccatis noſt. &c. *exponatur ſicut ſuprà de ſexto fratre.*
7 Domin. De. no. mo. eſt ira. *Nam omnis pœna in præſenti, modica eſt reſpectu futuræ.*
8 Noli fruſt. extol. &c. *Sic habent libri correcti, quaſi dicat, non pertinges ad illud, quod ſperas Dei iudicio impeditus.*
9 Nam fra. mei, &c. mo *reſpectu doloris futuri.*
10 Sub teſtamen. *.i. promiſſione firma.*
11 Aeternæ vitæ effe. ſunt. *quam ſine dubio conſequentur.*
12 Inuocans Deum ma. *.i. cum pondere affectus.*
13 Teq; cum tor. &c. *In hoc videtur prophetice loqui, quia ſic fuit impletum de futuro, vt patet infra. 9. cap. Cætera patent.*

✶ CAP.

# CAPVT VIII.

IVdas vero Machab. & qui cũ illo erãt,
introibant latenter in caſtella, & cõuo 1
cantes cognatos, & amicos, & eos qui 2 3
permanſerant in Iudaiſmo aſſumen-
tes, adduxerunt ad ſe ſex millia uiros, 4
Et inuocabant Dñm, vt reſpiceret in
populũ, qui ab oĩb. calcabatur, & miſereretur templo q;
cõtaminabatur ab impiis. Miſereretur ẽt exterminio ci-
uitatis, quę eſſet illico complananda, & uocẽ ſanguinis
ad ſe clamãtis audiret, memoraretur quoq; iniquiſſimas
mortes innocẽtũ paruulorũ, & blaſphęmias nomini ſuo
illatas, & indignaretur ſuper his. At Machab. cõgregata
multitudine intolerabilis gentib. efficiebatur. Ira. n. Dñi 5
in miſericordiã conuerſa eſt. Et ſuperueniens caſtellis, & 6
ciuitatib. improuiſus ſuccẽdebat eas, & opportuna loca 7
occupans non paucas hoſtiũ ſtrages dabat, maximè aũt 8
noctib. ad huiuſcemodi excurſus ferebatur, & fama vir-
tutis eius vbiq; diffundebatur. Videns aũt Philippus pau 9
latim virũ ad profectũ venire, ac frequentius res ei cedere
pſpere, ad Ptolemęũ ducẽ Cœleſſyriæ, & Phœnicis ſcrip
ſit, ut auxilium feret regijs negotijs. At ille velociter mi
ſit Nicanorẽ Patrocli de primoribus amicum, datis ei de 10 11
permixtis gentibus armatis, nõ minus viginti millib. ut 12
vniuerſũ Iudæorũ genus, deleret, adiũcto ei & Gorgia vi

C A P. VIII.

A a *IVdas vero Mach.* Ea quæ de Matathia patre Machabæi, & fratrum eius prioris libri narrat hiſtoria, ſcriptor præſentis libri breuitati ſtudendo omittens, ad Iudæ actum, & prœlia narranda ſe contulit, aliqua de eis narrans, ſed plurima more ſuo omittẽs. Sed quia iam allegoriam ipſius ſupra plurima ex parte expoſuimus, qđ ſemel dictum eſt, non neceſſe credimus iterari. Si quis autem quęſierit qd ſex millia virorum qui Iudæ in principio aſſociati ſunt B ſignificẽt? Agnoſcat per ſenarii, & millenarii numeri perfectionem, militum Chriſti ĩ fide, & C ſinceritate perfectã deſignari deuotionẽ. Vnde in actibus, Apoſtolorũ de primitiua Eccleſia in Iudæis ſcriptũ eſt, *Multitudinis autẽ credẽtium erat cor vnum & anima vna, Nec quſquam eorum, quæ poſſidebat aliquid eſſe ſuũ dicebat, ſed erant illis omnia communia, & virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Domini noſtri IeſuChriſti, gratia magna erat in omnibus illis.*

Rabanus. — Act. 4. f

*Rupertus. Sicut in fornacem Babylonicam tres pueri miſſi, in animo contrito, & ſpiritu humilitatis ſuſceptis ſunt, ita ſeptem fratres cum matre ſua paſſi, meruere ſuſcipi ſacrificium beneplacitum, per quod loco, & omni populo iram Domini placari dignum fuit. Vnde & ſtatim poſt paſſiones illorum ſubiunctum eſt, Quia Iudas Machabæus, & qui cum illo erant, conuocantes cognatos, & eos qui permanſerant in Iudaiſmo, aſſumentes, & inuocantes Dominum, ut miſeretur templo, & ciuitati, & vocẽ ſanguinis ad ſe clamãtis audiret, memo D rareturque iniquiſſimas mortes innocentiũ paruulorũ, & armis vti cœperunt, Deo confortante, & effectũ tribuente. Ira. n. Dñi (inquit) in miſericordiã conuerſa eſt.

[Lib.] 9. de victo. verbi Dei. c. 7. i

b *Videns autem Phi.* In priori libro ſcriptum eſt, quod Antiochus profecturus in Perſidem reliquerit intra regnum Lyſiam hominem nobilẽ de genere regali ſuper negotia regia, & ut nutriret Antiochũ filium ſuum, & qđ ipſe Lyſias elegerit Ptolemęum filium Dorimi, & Nicanorem, & Gorgiam viros potentes ex amicis Regis, & miſerit eos cũ quadraginta millibus uirorum ut diſperderẽt Iudæos ſecundum verbũ Regis. Nunc autem hic refertur quod Philipus ſcripſerit ad Ptolemęũ ducem ut auxiliũ ferret regiis negotiis, ipſeque miſerit ad hoc Nicanorem datis ei uiginti millibus armatorum, adiuncto ei & Gorgia uiro militari. E Hũc. n. Philippum memoratus rex Antiochus reuertens de Perſide in Babylonem ꝑpoſuit ſuper uniuerſum regnum ſuum, & dedit ei diadema & ſtolam ſuam & anulum, ut educaret Antiochum filium ſuum, & nutriret eum, & regnaret. Quem prædictus Lyſias ſimul cum Antiocho iuniore reuertens Antiochiam, & inueniens dominantem ciuitati, expugnauit. F Vnde quæritur, quomodo dicatur Philippus ordinare per Ptolemæum tranſitum Nicanoris & Gorgiæ ad Iudæã, cũ prior hiſtoria narret morante Antiocho ſeniore in Perſide, & eũdem Gorgiã ducẽ, ſimul & Lyſiã ordinatorẽ ſuũ a Iudæis eſſe ſuperatos, atque

1. Mac. 3. d — Rabbanus. — Quæſtio.

## NICOLAVS DE LYRA.
### C A P. VIII.

Diuiſio. * IVdas vero, &c. *Deſcripta Iudæorum tribulatione per Regem Antiochum, hic conſequenter deſcribitur liberatio eorum per Iudam Machabæum: circa quam primo ponitur liberatio populi, ſecundo, purgatio templi. x. ca. Prima in duas. Quia primo ponitur liberatio populi a Regis ducibus, ſecũdo, a perſona eius ſequenti cap. Prima adhuc in duas. Quia primo ponitur Iudæ proſperatio, ſecundo, Principum Antiochi debellatio, ibi,* Videns autem Philipphus. *Circa primum dicitur.*

1 Iudas vero Machabæus, &c. *ab aduerſarijs occupata. Nõ. n. habebant tantũ populũ, qđ poſſent patenter cõmittere bellum.*

2 Et conuocantes cognatos. *de quibus magis confidebant, & qui ad hoc erant magis periti.*

3 Et eos qui permanſerant, &c. *nam ad pugnandum pro lege erant voluntarij.*

4 Et inuocabant Dominum, &c. *ſine cuius auxilio non poterant reſiſtere tanto aduerſariorum numero, Allegantes ad hoc rationes ex parte populi conculcati, & templi contaminati, & ciuitatis electæ ad cultum Dei, & ſanguinis innocentis effuſi, & nominis ſui blaſphæmati, & patet litera vſque ibi.*

5 Intolerabilis gen. *quia non poterant ipſius impetus ſuſtinere, & ſubditur cauſa cum dicitur.*

6 Ira enim Domini in, &c. *& ſic habebant auxilium Dei.*

7 Et ſuperue. ca. *i. ab aduerſarijs, qui non prouiderant ſibi contra aduentum ipſius.*

8 Maximè au. *quia tunc hoſtes minus poterãt ſibi prouidere.*

9 Videns au. *Hic conſequenter deſcribitur principum Regis debellatio, & primo ponitur belli apparatus, ſecundo, conflictus ibi,* Ad hoc etiam, *Prima in duas. Quia primo deſcribitur apparatus ex parte Gentilium, ſecundo ex parte Iudæorum, ibi,* Iudas autem. *Circa primum dicitur.* Videns au. *quem. ſ. Rex Antiochus reliquerat Ieroſolimis ad affligendum populum Iudæorum, ut habetur ſupra. v. cap. Et dicunt aliqui quod iſte eſt Philippus ille, de quo dicitur in fine capituli ſequen. quod transferebat corpus Antiochi defuncti. Sed hoc non uidetur uerum, primo, quia iſte erat in Ieruſalem, alius autem in Perſide cum Antiocho Rege quando fuit illud bellum. Secundo quia iſte fuit Phryges genere, vt habetur ſupra. v. c. alius uero Regis collactaneus, ut habetur in fi. c. ſequentis. Cętera patent vſque ibi.* Diuiſio.

10 Miſit Ni. *ſ. filij.*

11 De prim. ami. *ſic habentes libri correcti. Erat. n. de principalibus amicis ſuis.*

12 Datis ei de. p. *Erãt. n. collecti de diuerſis locis & ciuitatibus.*

✠ Conſt.

## MORALITER.

1 *Iudas vero, & qui cum illo erant.* Sequitur: *Adduxerunt ad ſe ſex millia.* Senarius eſt numerus perfectus, nam reſultat ex ſuis partibus, unum enim, duo, & tria faciunt ſex, ſimiliter millenarius eſt numerus perfectus, quia reſultat ex ductu centenarii per denarium qui eſt limes numerorum, ideo per iſtos ſignificatur perfectio Apoſtolorum & aliorum doctorum Eccleſiæ primitiuç, qui deuotiſſime precibus, ſignis, & uirtutibus pugnabant contra infidelitatem Gentium, & Iudæorum, & ita proſpere contigit eis, quod in breui tempore per orbem publicauerunt fidem Chriſtianam, nam uiuentibus Apoſtolis hoc fuit impletum, ſicut diffuſius declaraui ſuper illud Pſal. 18. a. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c.*

A que fugatos,& hæc innotuiſſe Antiocho reuertenti, ipſumq; ob hoc incidiſſe in languorem præ triſtitia, quia non eſt factum de Iudæis ſicut cogitabat. Hoc(niſi fallor)haud aliter ſoluitur,niſi quod Philippus cō mēdato ſibi imperio hoc idem ſtatutum reſcripſit ducib.Syriæ faciēdum quod Lyſias antea iam facere moliēdo incipiebat,ſed nō perficiebat.Nec ēt ita vt diſpoſuit ipſe per ſuā miſſionē in Iudæis efficere valebat, vt ſequens hiſtoria demonſtrat.

B a *Conſti.autem.&c.* Hoc in ſuperiori libro breuiter cōmemoratum eſt. Tantum quod mercatores conuenerunt cum auro, & argento,ut coemerent filios Iſrael ſibi ī ſeruos,hic autē manifeſtius narratur, ꝙ ab Nicanore qui Regi promiſit de Mancipiis Iudæorū ſupplere tributum Romanis dandum,inuitati ſunt ipſi mercatores ad coēptionem Iudaicorum mancipiorum.

b *Iud.autem.* De iſto Nicanoris aduentu in Iudæam, qui ſub Antiocho factꝰ eſt, prior liber manifeſtè non dicit, tantū narrans per Lyſiam eum electum eſſe ſimul cū Ptolemęo, & Gorgia viris potentib.adiūcta ſimili comitū turba,vt inuaderent,& diſperderēt Iudæā. Sub

D Sub Demetrio aūt eum eſſe illuc miſſum aſſerit, & per dolum velle capere Iudam,atque inuadere Iudæām,ſed non præualere. Quod aūt ipſe Nycanor hypocritarum, qui omnia fictè faciunt,typum teneat, iam ſuperius dictum eſt.Sed Iudas cum ſeptem millib.contra Nicanorem, & ſocios eius confligit,ac vicit,q̃a per ſeptiformis gratiam Spiritus.populus Eccleſiæ cum rectoribus ſuis vincit hoſtes vniuerſos, nec de eo vnquam victoriam capit Iudæus,ſiue Paganus, ſeu hæreticus, vel ſchiſmaticus, ſiue vllus hypocritarū, aut nequam, imo E ipſe. vero Rege ſuo vincēte, trophæum gloriæ poſſidebit in ęternum.

c *Admonuit autem eos,&c.* ✠ Chry. Nō pro uxorib.liberis, & ancillis, patrięq; euerſione, & captiuitate, ſed pro lege, F & patria republica pugnabant. Eorum aūt dux erat Deus. Cum ergo aciem dirigerent,& ſuas animas prodigerent, fundebant aduerſarios, non armis fidentes, ſed loco omnis armaturæ, pugnæ cām ſufficere ducentes. Ad bellū aūt euntes non tragædias excitabāt, vt fit in alijs caſtris, ſed Dei ſupernè auxilium inuocabāt, vt adeſſet, &opem ferret pro cuius gloria decertabant. Et

In pſal. 43.

a ro militari,& in bellicis reb.experientiſſimo. Conſtituit 1
aūt Nicanor Regi,vt tributum,ꝙ Romanis erat dādum 2 3
duo millia talentorū de captiuitate Iudæorū ſuppleret. 4
Statimq; ad maritimas ciuitates miſit, cōuocās ad coem 5
ptioné Iudaicorū mancipiorū, promittens ſe nonaginta
mancipia talento diſtracturum,non reſpiciens ad vindi 6 7
b ctā, quæ eum ab Omnipotente eſſet conſecutura.Iudas 8
aūt vbi comperit, indicauit his, qui ſecum erant Iudæis
Nicanoris aduentum. Ex quibus quidam formidantes, 9
& non credentes Dei iuſtitiæ in fugam vertebantur.Alij
verò ſi qui de his ſupererant,veniebant,ſimulque Domi 10
num deprecabantur, vt eriperet eos ab impio Nicano- 11 12
re,qui eos priuſquā cominus veniret vēdiderat.Et ſi nō 13
pp eos,propter teſtamentum tamen,ꝙ erat ad patres eo 14 15
rum,& propter inuocationē ſancti,& magnifici nomini 16
eius ſuper ipſos. Cōuocatis autem Machab.ſeptem mil 17 18
libus,qui cum ipſo erant,rogabat ne hoſtib.reconcilia- 19
rentur,neq; metuerent iniquè venientium aduerſum ſe 20
multitudinē hoſtium,ſed fortiter cōtenderent,ante ocu 21 22
los habentes contumeliā, quæ in loco ſancto ab his in- 23
iuſtè eſſet illata.Itemq; & ludibrio habitæ ciuitatis iniu- 24
riam,adhuc ēt veterum inſtituta cōmiſſa. Nam illi qui- 25 26
dem armis confidūt, ait,ſimul & audacia, nos aūt in oī- 27
potente Domino,qui pōt & venientes aduerſum nos,& 28 29
c vniuerſum mundum delere vno nutu cōfidimus.Admo 30
nuit aūt eos,& de auxilijs Dei, quæ facta ſunt erga pa- 31

NICOLAVS DE LYRA.

1 Conſt.au.*i.firmiter promiſit.*

2 Nica.Re.*i.locum regis in hoc tenenti,nā Rex erat in Perſide vt dictum eſt.*

3 Vt tribut.*Erat.n.rex Antiochus tūc tributarius Romanorū.*

4 De captiuita.Iud.ſup.*i.de prætio Iudęorum, quos in ſeruos,& ancillas venderent.ideo ſubditur.*

C 5 Statimque ad mari,&c.*ſupra.i.li.ij.c.nō dicitur,ꝙ miſerit tamē datur intelligi p hoc qđ dicitur,*Et audierunt, merc.&c.

6 Nonaginta man.ta.*ſ.vno.*

7 Diſtractu.*Dicitur autem Mancipium quaſi manu captū, q̃a per bellum capiebantur & in ſeruos vendebantur:ſeu redigebātur.*

8 Iudas au. *Hic conſequēter deſcribitur apparatus belli ex parte Iudæorū,& primo ponitur aliquorum puſillanimitas:cū dicitur.*

9 Ex quibus qui.formi.*magnitudinem,& fortitudinem exercitus venientis cum Nicanore.*

10 Et non cre.Dei iuſti.*i.minus debito cōfidētes de auxilio diuino,& ſic non credebant diuinę iuſtitiæ,quia non credebant quod Deus faceret iuſtitiam.i. vindictam de aduerſarijs eorum.* D.uiſio

11 In fugam vertebantur.*ſubtrahentes ſe occultè de ſocietate Iudæ.*

12 Alii vero.*Hic conſequenter ponitur aliorum animoſitas,& primo in generali, ſecundo,ipſius Iudæ in ſpeciali ibi.* Conuocatis autem.*Circa primum dicitur.*Alii uero, &c.*accipitur hic ſi pro quia,quia cum Iuda remanſerūt ſeptē millia,vt habetur infra.*

13 Veniebant,&c.*cum Iuda ad pugnandum.*

14 Simulque dom.depre.*magis initentes diuinæ protectioni quam ſuæ uirtuti.*

15 Qui eos pri.co.ve.*i.priuſquā ad bellandū appropinquaret.*

16 Vendide.*vt prædictum eſt.*

17 Et ſi non pro.*i.propter eorum merita eriperet eos a Nicanore,ſaltem hoc faceret.*

18 Propter te.*i.propter promiſſionem factam a Deo patribus ſanctis de conſeruatione ſeminis eorum.* Vel

*Vel aliter,*Propter teſta. *ideſt propter legem datam patribus, quam volebat deſtruere totaliter Antiochus, ut patet ex ſupra dictis,& ſimiliter volebant hæc facere duces eius.*

19 Et propter inuocat. *quia dicebantur præ gentibus cæteris Dei populus.*

Diuiſio.

20 Conuoc.au. *Hic conſequenter ponitur animoſitas Iudæ in ſpeciali,& primo ſuos animando,ſecundo,exercitum ordinando ibi,*Conſtituit itaque. *Prima in duas,quia primo Iudas ſuos animat rationibus,ſecundo exemplis,ibi,* Admonuit autem. *Circa primum dicitur.*Conuocatis au. Ma. *vt exiſtentes prope eum magis intelligerent eius uerba.*

21 Septem mil.*j.Mach.iiij.dicitur quod fuerunt tantū tria millia,dicendum,quod ibi loquitur de ſufficienter armatis,unde ibidē ſubditur quia tegumenta & gladios non habebant.ſ. ad armādum plures ſufficienter,ſed multi ex magno deſiderio moti ad pugnandum pro patria,& lege Dei fuerunt ibi quaſi inermes, & maxime quia dixerat Iudas melius eſſe mori quam uidere mala gentis & ſanctorū,& ſic in uniuerſo fuerūt ſeptem millia vt hic dicitur. Et primo allegat rōnem ſumptā ex parte aduerſariorum,cum dicitur.*

22 Rogabat ne hoſt.*reddēdo ſe eis ſub aliquibus cōditionibus.*

23 Neque metu.*q.d.in ſuis iniquitatibus capientur ſecundo adducitur ratio ex parte Dei,cum dicitur.*

24 Sed fortiter contendc.*dimicando.*

25 An.oc.*Mentis.*

26 Haben.*vnde ſupra.j.lib.iij.c.vbi tangitur iſta materia dixit Iudas,Melius eſt nobis mori in bello,quam videre mala gentis noſtræ & ſanctorum.*

27 Itemque & ludibri.*ſ.Ieruſalem ad Dei cultum electæ.*

28 Adhuc etiam vet. *Habebant.n. Iudęi aliquas ordinationes extra legem Moyſi factas a ſenioribus propter bonum regimen populi.Tertio ponitur ratio ex parte auxilij,cum dicitur.*

29 Nā illi qui. ar.*i.tantū in uirtute humana quæ eſt defectiua.*

30 Nos aut. in omnipo.Do.*cuius uirtus eſt firmitas infinita.*

31 Admo.au. *Hic cōſequenter Iudas ſuos animat exēplis, cū dicitur*

MORALITER.

1 *Conſtituit aūt Nicanor Regi,&c.*Iſte q Iudæos vēdidit antequam teq̃ eos cæpiſſet reputans ante bellū eos quaſi captos, ſignificat quēlibet vltra modū de ſua potētia p̄ſumētem, qui

a *Et facto ſibi adiutore Omnipotẽte,&c.*✻Ioſeph.Heb.veniẽte ergo Nicanore cõtumaciter cõtra Iudã, egreſſus eſt Iudas de acie fideliũ, & inuocãs Dominũ ait, Deus excelſe,q a diebus antiquis vſque nũc dominio potitus es, & cõpeſcis bella, in cuius manu virtus,& potẽtia eſt ad proſternendum & humiliãdũ,deprime,& humilia gentẽ iſtam ante humilem populum tuũ, qa tu potes nobis ſubijcere populos,& ſternere nationes ſub pedib. noſtris. Qua orõne cõpleta,clanxerũt Sacerdotes buccinis ſacris,vociferanteque populo, irruit Iudas in præliũ, & pcuſſit Nicanorẽ cęde magna &c.

b *Et Philarcẽ, qui cũ Timotheo erat,&c.*✻ Ioſephus. Heb. Apprehẽdit Iudas Philippũ, quia mala intulerat terrę Iuda. Nã cum appropinquaret Iudas, declinauit Philip. ab itinere, & diuertit in domũ quandã vicinã. Tunc pręcipientę Iuda deiecerũt domũ ſuper eum, cõbuſſerũtq; eum igni in loco illo,& vlti ſunt Eleazarum, & ſanguinẽ aliorũ bonorũ virorum,quem effuderat Philippus, reuerſiq; ad cadauera, diripuerũt ea, & miſerũt ſpolia in Ieruſalẽ.

3.hiſt.Iudæ.c.11. Id c 12.

rentes,&quòd ſub Sennacherib centum octogintaquinque millia pe- 1
rierunt, & de prælio, quod eis aduerſus Galathas fuit in Babylonia, vt 2
omnes vbi ad rem ventum eſt Macedonibus ſocijs hæſitãtibus,ipſi ſex 3
millia ſoli peremerunt centum viginti millia propter auxiliũ illis datũ 4 5
de cęlo, & beneficia pro his plurima conſecuti ſunt. His verbis conſtan 6
tes effecti ſunt,& pro legibus, & patria mori parati. Conſtituit itaque 7 8
fratres ſuos duces vtrique ordini, Simonem, & Ioſephum, & Ionathã, 9
ſubiectis vnicuique millenis, & quingentenis, ad hoc etiam ab Eſdra 10
lecto illis ſãcto libro,&dato ſigno adiutorij Dei,in prima acie ipſe dux 11
a commiſit cum Nicanore. Et facto ſibi adiutore Omnipotente,interfece 12 13
runt ſuper nouem millia hominum,maiorem autem partem exercitus 14
Nicanoris vulneribus debilem factam fugere compulerunt. Pecunijs 15 16
verò eorum, qui ad emptionem ipſorum venerant ſublatis, ipſos vſq; 17
quaque perſecuti ſunt,ſed reuerſi ſunt ora concluſi. Nam erat ante ſab 18
bathum,quam ob cauſam non perſeuerauerunt inſequentes.Arma au 19
tem ipſorum,& ſpolia congregãtes,ſabbathũ agebãt, benedicẽtes Do- 20
minum,qui liberauit eos in iſto die,miſericordię initium ſtillãs in eos.
Poſt ſabbathum verò debilibus,&orphanis,& viduis dimiſerũt ſpolia, 21
&reſidua ipſi cum ſuis habuere. His itaque geſtis, &communiter ab
omnibus facta obſecratione,miſericordem Dominum poſtulabant,vt 22
in finem ſeruis ſuis reconciliaretur.Et ex his qui cum Timotheo,& Ba
chide erant contra ſe contendentes, ſuper viginti millia interfecerunt,
& munitiones excelſas obtinuerunt, & plures prædas diuiſerunt,æquã
portionem debilibus,pupillis,& viduis, ſed & ſenioribus facientes. Et
b cum arma eorum diligenter collegiſſent,omnia compoſuerunt in locis
opportunis. Reſidua verò ſpolia Ieroſolymam detulerunt,& Philarcen
c qui cum Timotheo erat interfecerunt, virum ſceleſtum, qui in mul-
tis Iudæos afflixerat. Et cum epinichia agerent in Ieroſolymis 23

c *Et cum epinichia.* Pro epinichijs legi in alia editiõe dies victorię. Superatis ergo hoſtib. Iudas feſtum celebrat, quia cum ſanctus quilibet p gratiã Chriſti de hoſte antiquo triũphat gaudio ſpirituali repletus laudes condignas canere,ac gratia multiplices auctori ſuo dẽt referre, nec decet fieri ingratũ,qui ſe meminit diuina ope eſſe adiutum. — Rabanus

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA:

✻ *citur.* Admonuit aũt eos. *in exitu Iſrael de Ægypto, Exo.14.ca.*

1 Et ꝙ ſub,&c. *Ab Angelo Dei percuſſa, vt habetur.4. Reg.19.*

2 Et de prælio. *Iſtud bellum non habetur in ſcriptura ſacra,nec alibi potui reperire.propter quod non poſſum dicere, niſi illud quod hic eſt in textu.*

3 Vbi ad rem,&c. *i.ad pugnandum actu.*

4 Macedonib.ſocijs. *in eodẽ exercitu exiſtentibus cum Iudæis.*

5 Hæſitantibus. *i.formidantibus pugnare.*

6 Ipſi ſex millia ſoli. *ſ.Iudæi.*

7 Peremerunt cen.vigin. *non propria virtute,ſed diuina.*

8 Et b.&c.con. *ſ.a rege.Conſequenter ponitur admonitionis effectus cum dicitur.* His verbis,&c.

9 Conſti.itaque. *Hic conſequenter ponitur exercitus ordinatio. cum dicitur.* Conſtituit ita.&c. *quia de eorum fortitudine, & fidelitate magis confidebat.*

10 Vtrique or. *ſ.equitum, & peditum, tamen in qualibet etiam acie erant aliqui equites,& pedites: & hoc ſecundum doctrinam Vegetij lib.de re militari,potiſſimè quando bellum committitur in loco aſpero,vbi equites non poſſunt bene coniungi.*

11 Simonem & Io.&c. *ſupra.1.li.2.ca.vbi ponuntur fratres Iudæ non nominatur ibi aliquis Ioſephus.Propter quod dicunt aliqui,ꝙ iſte non fuit frater carnalis Iudæ,ſed tantum legalis, vt de eadẽ lege, vel de eadem cognatione. Sed non eſt veriſimile,ꝙ inter duos fratres Iudæ carnales.ſ.Simonem,& Ionathan ponatur tanquam frater eius alius,qui tamen ſit extraneus.Propter quod videtur melius dicendũ ꝙ iſte fuit fratrer carnalis Iudæ, qui primo lib. nominatur Eleazarus,vnde 12.li.antiq. Iudaicæ dicitur, ꝙ iſte Eleazarus cognominatus eſt Saphus,& videtur idem nomen quod Ioſephus, abbreuiatum tamen,ſicut Nicolaus per abbreuiationem aliquando dicitur Colaus.*

12 Subiect.vnicui.mil.&c. *Retinens in acie ſua duo millia quingentos.*

13 Ad hoc etiam. *Poſtquam deſcriptus eſt belli apparatus,hic cõſequenter deſcribitur conflictus,& primò ponitur conflictus cum Nicanore,ſecundò interponitur conflictus cũ Timotheo, & Bachide,ibi* Et ex his. *Tertio reuertitur auctor ad loquendum de Nicanoris confuſione ibi.* Facinoroſiſſimus autem &c. *Prima adhuc in duas, quiã primò ponitur Nicanoris debellatio, ſecundò, gratiarum actio, ibi.* Arma aũt. *Circa primũ dicitur,* Ad hoc. *ſ.ad bellandũ viriliter* — Diuiſio.

14 Ab Eſdra lecto.&c. *Vt præcipitur Deut. 20. Iſte Eſdras non fuit ille,qui legẽ reparauit,nam ille mortuus fuerat diu ante,ſed fuit vnus de Sacerdotibus,eiuſdem tamen nominis tempore Iudæ.*

15 Et dato ſigno adiutorii Dei. *Non dicitur hic quale fuerit, ſed probabiliter poteſt dici, quòd fuit clangor ſacrarum tubarum in aggreſſu belli.*

16 In prima acie ipſe dux commiſit, &c. *Iudas Machabęus.*

17 Interfecerunt ſuper nouem millia hominum. *Sed in 1.lib.4.c.dicitur ꝙ ceciderunt vſque ad tria millia. Dicendum,ꝙ illa tria millia ceciderunt in primo congreſſu belli,& in perſecutione fugientium tot, alij ceciderunt, ita ꝙ in vniuerſo fuerunt nouem millia,& amplius,vt hic dicitur. Cætera patent vſq; ibi.*

18 Sed reuerſi ſunt hora concluſi. *i. repreſſi. nam imminebat hora decima,a qua incipiebat obſeruatio ſabbathi. Sed hoc non videbatur impedire.quia.ſuprà 1.lib.2.ca.iam erat declaratum, ꝙ licitum erat eis in ſabbatho bellare. Dicendum, ꝙ verum eſt ſe defendendo,nam hoc eſt neceſſitatis,non autem inuadendo,ſeu perſequẽdo.*

19 Arma autem ipſorum,& ſpolia congregantes,&c. *Hic ob victoriam ſubditur gratiarum actio.cum ſubditur.*

20 Sabbathum agebant. *ab operibus ſeruilibus quieſcendo, & diuinis laudibus vacando, ideo ſubditur.* benedicen.domi.&c.

21 Poſt ſabbathum verò debi.& orpha.dimi.ſp. &c. *Quia partem prædæ debilibus, & pauperibus dederunt. Cetera patent.* — Diuiſio.

22 Et ex his,qui cum Timotheo,& Bachide,&c. *Hic conſequenter interponitur de conflictu cum Timotheo, & Bachide,qui plenius habetur 1.lib.5.ca.Videtur tamen ꝙ iſte Bachides ſit alius ab illo,quem miſit Demetrius cum Alchimo contra Iudæos: vt habetur, ſuprà 1.lib.7.ca.nam plures erant principes,& milites eiuſdem nominis ſicut & modo.Cetera patent vſque ibi.*

23 Et cum Epinichia agerent in Ieroſolymis. *i.ſolennitates de victorijs contra Timotheũ,& Bachidẽ obtentis. Et dicitur ab epi.*

✻ *quod*

*MORALITER.*

qui victorẽ ſe reputat ante belli cõgreſſum,cui bene dr̃ illud.3.Reg.20.b.Non glorietur accinctus.ſ. armis pugnaturus eſt vt diſcinctus.ſ.depoſitis armis poſt victoria. Et

A eos qui ſacras ianuas incẽderunt, ideſt Cali 1
ſthenem, cum in quoddam domicilium re- 2 3
fugiſſent incenderunt, digna eis mercede 4
pro impietatibus ſuis reddita. Facinoro- 5 6
ſiſſimus autem Nicanor, qui mille negotian 7
tes ad Iudæorum venditionem adduxerat, 8
humiliatus auxilio Domini, ab his quos 9
nullos exiſtimauerat, depoſita veſte gloriæ

10 per mediterranea fugiens, ſolus venit Antio D
11 chiam, ſummam infęlicitatẽ de interitu ſui
exercitus conſecutus. Et qui promiſerat Ro-
12 manis ſe tributum reſtituere de captiuitate
Ieroſolymorum, prædicabat nunc protecto
rem Deum habere Iudæos, & ob ipſum in-
uulnerabiles eſſe, eò quòd ſequerentur leges
ab ipſo conſtitutas.

NICOLAVS DE LYRA.

*quod eſt ſupra, & Nic ous quod eſt victoria, vnde alia translatio habet, Dies victoriæ, vt dicitur in glo.*
1 Eos qui ſacras ianuas. *ſ. templi.*
2 Incenderunt, ideſt, Caliſthenem. *Inter iſtos principalem.*
3 Cum in quoddam domicilium refugiſſent. *pro ſui tuitione.*
4 Incenderunt. *& ſic pœna correſpondet culpę.*
5 Facinoroſiſſimus autem. *Hic reuertitur auctor ad loquendum de ſupradicti Nicanoris confuſione, cum dicitur.*
6 Qui mille, &c. *i. multos, ita ꝙ ponitur hic numerus determinatus pro numero indeterminate, ſicut aliquando fit in ſcriptura, prout fuit oſtenſum in Apocalypſi.*
7 Humiliatus Do. ab his, &c. *ſ. Iudęis.*
8 Quos nullos exiſtimauerat. *i. nullius eſſe virtutis.*
9 Depoſita veſte gloriæ. *ne cognoſceretur.*
10 Per mediterranea fugiens. *i. per loca occulta.*
11 Solus venit Antiochiam. *i. cum valde paucis. Hoc. n. modo dicitur princeps ſolus, quando habet paucos ſecum.*
12 Prædicabat nunc, &c. *Hoc dicebat magis ad excuſationẽ ſui de ſua deiectione, & exercitus ſui debellatione, quã ad exaltationẽ diuini nominis, & commendationẽ diuinæ legis, & obſeruationẽ ipſius.*

*MORALITER.*

B quia ſicut dicit beatus Iacob. 4. b Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Frequenter autem contingit, ꝙ tales præſumptores a paucis de Deo, & non de ſe confi E
dentibus debellantur, ſicut contigit in propoſito.

## CAP. IX.

Eodem tempore Antiochus inhoneſtè re 1
uertebatur de Perſide. Intrauerat enim
in eam, quæ dicitur Perſepolis, & tenta 2
uit expoliare templum, & ciuitatem op
primere, ſed multitudine ad arma con-
currente in fugam verſi ſunt, & ita cõti
git, vt Antiochus poſt fugam turpiter rediret, & cum cir-
ca Egbathanan veniſſet, recognouit quæ erga Nicanorẽ, 3
& Timotheum geſta ſunt. Elatus autem in ira, arbitraba-
tur ſe iniuriam illorũ, qui ſe fugauerant, poſſe in Iudęos
retorquere. Ideoq; iuſſit agitari currum ſuum, ſine inter-
miſſione agens iter, cęleſti eum iudicio perurgente, eò ꝙ 4
ita ſuperbè loquutus eſt, ſe venturũ Ieroſolymam, & con-
geriem ſepulchri Iudæorum eam facturum. † Sed qui vni 5
uerſa conſpicit, Dominus Deus Iſrael percuſſit eum inſa- 6
nabili, & inuiſibili plaga. Vt. n. finiuit hunc ipſum ſermo-
nem, apprehendit eum dolor dirus viſcerum, & amara
internorum tormenta. Et quidem ſatis iuſtè, quippe
qui multis, & nouis cruciatibus aliorum torſerat viſcera, 7

CAP. IX.

Rabbanus. a Eodem tem. Anti. inbo. Quæ in ſuperiori libro de fine Antiochi breuiter annotata ſunt, in hoc plenius explicant. Myſticè aũt (Miſticè.) oſtendit perſecutores Chriſtianorum pro malefactis ſuis, atq; iniuſtitię operibus quę geſſerãt, in futuro iuſtã a Dño pęnarũ recepturos retributionem. Et qui hic conturbare fidelium corda nõ metuebant, in extrema vltione internis doloribus ſera cruciari pœnitentia, de quo in Sapientiæ libro ſcriptũ eſt, (Sap. 5. a.) *tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores illorum. Videntes turbabũtur timore horribili, & mirabũtur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, gementes præ anguſtia ſpiritus, dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes. Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam illorum ęſtimabamus inſaniam, & finem illorũ ſine honore. Quomodo cõputati ſunt inter filios Dei, et inter ſanctos ſors illorũ eſt. Ergo errauimus a via veritatis, & iuſtitię lumen nõ illuxit nobis, & ſol intelligentię non eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam Domini ignorauimus. Quid nobis ſuperbia profuit, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Tranſie. om. il. ve. vm. &c.* (Ibidem.) (Ibid. b.)

b *Sed qui vniuerſa conſpicit, &c.* * Ioſephus. Heb. Domin' zelum (1. hiſt. Iu. c. Et lib. 12. antiq c. 13.) († 2. Pa. 12. c.) F

C

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IX.

* 1 Eodem tem. *Deſcripta liberatione populi ab Antiochi ducibus, hic conſequenter deſcribitur liberatio populi a perſona ipſius: & hoc per diuinam percuſſionem. Circa quã primò ponitur eius percuſſionis ratio: ſecundò ipſa percuſſio, ibi,* Sed qui vniuerſa. *tertiò percuſſi humiliatio, ibi,* Hic igitur. *quartò, humiliati exterminatio, ibi,* Igitur homicida. *Ratio verò percuſſionis Antiochi fuit: quia non ſufficiebant ſibi mala, quę Iudeis fecerat, vt patet ex ſupra dictis, ſed cum hoc anhelabat ad Gentem Iudeorum totaliter deſtruendam, & ciuitatem Dei Ieruſalem funditus ſubuertendam, vt ſic repulſionem ſui de Perſide: & debellationem ducum ſuorum in Iudęos vindicaret. Et his dictis patet litera paucis exceptis, quę diſcurrẽtur.*
2 Quæ di. &c. *Hęc eſt illa ciuitas, quæ primo li. 6. ca. dicitur Elimaida, & hoc proprio nomine, & hic Perſepolis, eo quod erant metropolis Perſidis.*
3 Circa Egba. *Hęc eſt ciuitas quę vocabatur Ecbathanis. 1. Eſdrę. 6. & Iudith. 1.*
4 Cæl. iudi. perurgente. *ideſt impellente. Ad cuius intelligentiam ſciendum, quòd in hac feſtinatione duo erant. ſ. intentio Antiochi peruerſa ad populi deletionem, & ciuitatis ſubuerſionem, Et hoc non erat à Deo impellente, qui non eſt auctor mali culpę, ſed erat ab Antiochi malitia. Aliud erat velocitas, ad quam ſecutus fuit caſus Antiochi, & eius quaſſatio grauis, & hoc fuit Deo impellente, qui eſt auctor mali pœnę. de quo. dicitur Amos. 3. b.* Non eſt malum in ciuitate quod non fecerit Dominus.
5 Sed qui vniuerſa. *Hic conſequenter ponitur Antiochi percuſſio, cum dicitur.*
6 Percuſſit eũ inſa. *nã erat intra viſcera, & mortuus fuit ex ea.*
7 Qui mul. & no. cru. *vt ſuprà patuit in ſeptem fratribus.*

* Licet

*MORALITER.*

† 1 *Eodem temp. Antio. inbo.* In hoc cap. deſcribitur mors Antiochi, q (vt ſuprà dictũ eſt) figura fuit Antichriſti. Et ſicut iſte mortuus fuit in montibus miſerabiliter, intantũ ꝙ de eius fœtore ſuus exercitus grauabatur ſic (vt dicunt noſtri doctores) Antichriſtus in monte Olíueti ictu fulminis morietur, qui quidem ictus ſolet eſſe valde fœtidus, & ibidem peribit magna pars ſui exercitus.

zelum habuit pro ciuitate,& tẽplo ſuo,& requiſiuit ſan-
A guinem fidelium hominum de manu Antiochi. Nam pereuſſit eum vlcere peſſimo,& dolore inteſtinorum,tametſi ob iſtam infirmitatem minimè humiliatus fuerit. Dixit.n. Accelerate curus,& equites, ac militares copias, vt vadam contra Ieruſalẽ,& exequar voluntatem meam. Quis poterit ſtare contra faciem meã? Nonne mare, & arida in poteſtate mea ſunt,vt pro arbitrio meo commutem creaturas eorũ,vertam mare in terrã, & terram in mare? Contigit autem vt cum deſiit loqui, & veheretur,vt currus eius tranſiret cõtra
B elephantem quendam, & elephas vociferari inciperet,atque ex rugitu eius equiterrerẽtur,calcitrarent, & ſubuerterent currum, caderetq; Antiochus de curru, & confringerentur oſſa eius. Siquidem erat homo grauis, craſſus, & corpulentus. Et addidit Dñs plagã,ſup plagã, vt inciperet totũ corpus fœtore inſtar cadaueris proiecti tempore æſtatis in ſuperficiem campi,&c.

[1. ad Quirinam,c.4.] a *Et cum nec ipſe iam fœtorem,&c.* ✻ Cyprianus. In nullo gloriandum eſt quãdo noſtrum nihil ſit
C in euãgelio κατὰ Ioãnem: Nemo poteſt quicquã accipere, niſi datum fuerit ei de cęlo. De hoc ipſo in Machabæis: Iuſtũ eſt ſubditũ Deo eſſe, & mortalem nõ paria Deo sẽtire. Itẽ illic. [1.Mach.1.] *Et verba viri peccatoris ne timueritis.*

b *Orabat autem hic ſceleſtus Dominũ, &c.* ✻ Aug.

licet ille nullo modo à ſua malitia ceſſaret. Super hoc au- 1
tem repletus ſuperbia, ignem ſpirans animo in Iudæos, &
præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu 2
euntem de curru cadere, & graui corporis colliſione mem
bra vexari. Iſq; qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris 3
imperare, ſupra humanum modum ſuperbia repletus, &
montium altitudines in ſtatera appendere, nunc humilia
tus ad terram in geſtatorio portabatur, manifeſtam Dei 4
virtutem in ſemetipſo conteſtans, ita vt de corpore impij 5
vermes ſcaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius 6
affluerẽt,odore etiam illius,ac fœtore exercitus grauaretur.
Et qui paulo ante ſydera cœli contingere ſe arbitrabatur, 7
eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris porta-
re. Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agni- 8
tionem ſui venire diuina admonitus plaga, per momenta 9
a ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus. Et cum nec
ipſa iam fœtorem ſuum ferre poſſet, ita ait: Iuſtum eſt ſub
b ditum eſſe Deo,& mortalem non paria Deo ſentire. Ora-
bat autem hic ſceleſtus Dominum, a quo non eſſet miſe- 10
ricordiam conſecuturus, & ciuitatem, ad quam feſtinans
veniebat, vt eam ad ſolum deduceret, ac ſepulchrum
congeſtorum faceret, nunc optat liberam reddere, & Iu-
dæos quos nec ſepultura quidem ſe dignos habiturum,
ſed auibus,ac feris diripiendos traditurum, ac cum par-
uulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Athenienſi- 11
bus facturum pollicetur, templum etiam ſanctum, quod
prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & ſancta va
ſa multiplicaturum, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus,
de redditibus ſuis præſtaturum: ſuper hæc & Iudæum ſe
futurum, & omnem locum terræ perambulaturum, &
prædicaturum Dei poteſtatem. Sed non ceſſantibus do- 12
loribus, (ſuperuenerat enim in eum iuſtum iudicium Dei) 13
deſperans ſcripſit ad Iudæos in hunc modum deprecatio-
nis epiſtolam hæc continentem: Optimis ciuibus Iudæis,
plurimam ſalutem, & bene valere, & eſſe fœlices; Rex &
Princeps Antiochus. Si bene valetis, & filij veſtri, & ex ſen-
tentia vobis cũcta ſunt, maximas agimus gratias. Et ego in
infirmitate cõſtitutus, veſtri autem benigne memor, reuer
ſus de Perſidis locis,& infirmitate graui apprehẽſus, neceſ-

✻ Aug. Omnes impij amaram habent in tormentis pę- D
nitentiam,ſed non proficit eis ad remiſſionem: ſed conſcientia torquet ad augmentum pęnarum,quas patiũtur. [Serm. 66. de temp.]
✻ Idem. Vtilis erit pœnitentia ſi ſit ſpontanea, Dominũ quærens quem amiſiſſe doleat, ad illum anxians præter quẽ non eſt vita. Sunt plures quos penitet peccaſſe, ſed nõ omnino, reſeruantes ſibi quædam in quibus delectẽtur, &c. Quem ergo pœniter, omnino pœniteat, & dolorem lacrymis oſtendat, repræſentet vitam ſuã Deo per Sacerdotẽ, pręueniat iudicium Dei per confeſſionem. Laboret pœnitens in Eccleſia eſſe,& ad Eccleſiæ vnitatem tendere. Niſi enim vnitas Eccleſiæ ſuccurrat, niſi E quod deeſt peccatori ſua opitulatione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Ideoque nemo dignè pœnitere poteſt, quem non ſuſtineat vnitas Eccleſię. Iudas pęnitens iuit ad Phariſæos, reliquit Apoſtolus: nihil inuenit auxilij, ſed augmentum deſperationis. [l. de vera, & falſa pęnit.c. 9.10.& 12.]
✻ Idem. Nos plurimorum habemus exempla, per quæ probare ſufficimus ſceleratos,& impios peccatorum ſuorũ fine cõpleto, & hoc tẽpore iudicari, & præſentem eis vitã negari, non minus quàm futuram. [l. de vita Chriſtiana. cap.] *Videatur idem Augu. lib. de prædeſtinatione, natura,& gratia, cap. 15. Et Gratianus cauſa 23. quæſtio. quarta, canone Nabuchodonoſor: can. Vaſis ira: & can. Ipſa pietas,&c.*

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Licet ille nullo modo,&c. *propter dictam plagam, ideo Dominus addidit ſecundam cum ſubditur.*

2 Contigit illum impetu euntem. *per verſationem currus ex tali feſtinatione.*

3 Iſque qui ſibi videbatur,&c. *Hyperbole eſt, ad deſignandum ſuperbiæ ſuæ magnitudinem.*

4 Manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo. *ſ. factam ex duplici percuſſione.*

5 Ita vt de corpore impij vermes ſcaturirent. *ex putrefactione inteſtinorum.*

6 Ac viuentes in doloribus carnes. *per ſaniem apoſtematũ.*

7 Et qui paulo ante ſydera cœli contingere. *Hyperbole eſt, ad exprimendum eius ſuperbiam.*

8 Hinc igitur. *Hic conſequenter deſcribitur percuſſi humiliatio, & primò coram Deo, ſecundò coram hominibus, ibi.* Sed non ceſſantibus. *Circa primum dicitur.* Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia deductus. *ab alto ad infimum.*

9 Ad agnitionem ſui venire. *quia vexatio dat intellectum. Iſa. 28. Cætera patent vſque ibi.*

10 Orabat autem hic ſceleſtus Dominum,&c. miſericordiam conſecuturus. *Quod dupliciter poteſt intelligi. Vno modo quantum ad relaxationem pęnę corporalis, quæ non ſemper remittitur orantib. etiam verè pęnitentibus. Nã aliquando non expedit eis: & ſic licet forſitan verè pœnituerit, tamen, quantum ad euaſionem mortis corporalis non fuit miſericordiã conſecutus, ſed tantũ quantũ ad veniã peccatorũ. Alio modo & quantum ad remiſſionẽ peccatorum, quod tenetur communiter dicendo, ꝙ eius pœnitentia non fuit vera: quia non fuit propter offenſam Dei, ſed tantum propter euaſionem corporalis flagelli: & ſic non fuit miſericordiam conſecutus, quantum ad remiſſionem culpæ, nec pęnę. Cætera patent vſque ibi.*

11 Aequales nunc Athenienſibus. *qui multas libertates habebant propter ſapientiæ ſtudium, quod vigebat ibidem.*

12 Et prædicaturum Dei poteſtatem. *omnia hæc ad euaſionem pœnæ promittebat ſecundum communem opinionem.*

13 Sed non ceſſantibus. *Hic conſequenter deſcribitur eius humiliatio coram hominibus. ſ. Iudęis, quos ante ſupra modum contempſerat, ſcribens eis epiſtolam deprecatoriam. Et patet vſque ibi.*

14 Et ex ſententia vobis cuncta ſunt. *i. ad voluntatem veſtrã vobis eueniunt.*

A ſarium duxi pro communi vtilitate curam
habere, non deſperans memetipſum, ſed ſpé 1
multam habens effugiendi infirmitatem. Re 2
ſpiciens autem, ꝙ & pater meus quibus tem
poribus in locis ſuperioribus ducebat exerci
tum, oſtendit qui poſt ſe ſuſciperet principa
tum, vt ſi quid cōtrarium accideret, aut diffi
cile nunciaretur, ſcientes hi qui in regionib.
erant cui eſſet ſumma rerum derelicta, non
turbarentur: ad hęc conſiderans, de proximo 3
B potentes quoſque, & vicinos temporib in- 4
ſidiantes, & euentum expectantes, deſignaui 5
Antiochū filium meum Regem, quem ſæpe 6
7 recurrens in ſuperiora regna multis veſtrum D
8 commendabā, & ſcripſi ad eum quę ſubiecta
9 ſunt. Oro itaq; vos, & peto memores benefi-
10 ciorū publicè, & priuatim, vt vnuſquiſq; con
11 ſeruet fidem ad me, & ad filiū meum. Cōfido
.n. modeſtè eum & humanè acturum, & ſe-
12 quentem propoſitum meum, cōem vobis fo
13 re. Igitur homicida, & blaſphęmus peſſimè p
14 cuſſus, & vt ipſe alios tractauerat, peregrè in
15 montibus miſerabili obitu vita functus. eſt.
16 Transferebat aūt corpus Philippus collacta-
17 neus eius, qui metuens filiū Antiochi, ad Pto
18 lemæum Philometorem in Ægyptum abijt.
19

E

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non deſperans memetipſum. *De infirmitate curari: in hoc videtur manifeſtè mentiri, quia ſupra dicitur, ꝙ non ceſſantibus doloribus deſperans ſcripſit ad Iudæos, &c. Ex hoc enim videtur verum quod ſupra dictum eſt. ſ. quòd eius pœnitentia non fuit vera.*

2 Reſpiciens autem, ꝙ & pater meus. *adhuc viuens ordinauit de ſuo ſucceſſore, vt in caſibus magnis, & dubijs ſcirent homines regni ad quem deberent determinatè recurrere.*

3 Ad hæc conſiderans. *i. iuxta hæc cogitans.*

4 De proximo. *i. ꝙ Principes potentes iuxta regnum noſtrum exiſtentes diligenter attendant opportunitatem temporis, in quo poſſint nocere regno: quod potiſſimè contingit quando homines regni ſunt in dubio ad quem debeant recurrere pro regni defenſione.*

5 Deſignaui Antiochum. *Qui adhuc iuuenis erat.*

6 Quem ſæpe recurrens. *ſ. Medię, & Perſidis.*

7 Multis veſtrum. *Tali modo loquitur, ne mendacium eius percipiatur: quia ſi diceret ſe ſcripſiſſe communitati, vel aliquibus perſonis eas nominando, ſtatim poſſet percipi ſalſitas dicti ſui: ſed quia dicit multis nullum nominando, non poterat ſic percipi, quia poterat quilibet opinari talem commendationem eum feciſſe in ſecreto, & hoc verbo, vel ſcripto.*

8 Et ſcripſi ad eum. *ſ. de ſubſtitutione ipſius in regnum, & de eius recommendatione.*

9 Memores beneficiorum. *Ex ſuperioribus non apparet aliquod beneficium ab eo Iudæis præſtitum, niſi vnum. ſ. de vindicta*
C
*mortis Oniæ, ſupra poſita cap. 4. & quantum ad hoc ſubditur.*

10 Publicè. *Hoc enim fuit publicum.*

11 Et priuatim. *Licet hoc videatur falſum propter magna mala, quæ fecit Iudæis, vt patet ex ſupradictis, tamen non poterat percipi in hoc ſuum mendacium: nam beneficia priuata non ſic veniunt ad notitiam aliorum.*

12 Sequentem propoſitum meum. *i. voluntatem meam erga vos bonam.*

13 Communem vobis. *i. condeſcendentem vobis fore.*

14 Igitur homi. *Hic vltimo ponitur eius exterminatio, cum dicitur.* Igitur homicida. *vt patet ex ſuprà dictis in multis caſibus.*

15 Peſſimè percuſſus. *Nam ex hoc non fuit per veram pœnitentiam emendatus, ideò ſubditur.*

16 Miſerabili. *Si enim emendatus fuiſſet, eius obtus miſerabilis non diceretur.*

17 Transferebat autem. *Eius ad locum ſepulturæ patrum ſuorum.*

18 Philippus collactaneus eius. *i. de eodem lacte nutritus. Hic eſt Philippus, cui tradidit diadema, & ſtolam ſuam, & anulum, vt inſtitueret Regem filium ſuum, vt habetur 1. lib. 6. cap.*

19 Qui metuens filium. *Tum quia Lyſias, qui filium Antiochi nutrierat, eum contra Philippum incitauerat, ne propter eum a negotijs regni elongaretur, tum quia Philippus ciuitatem regiam occupauerat, vt habetur ibidem, & infrà 13. cap. quam non potens deſcendere contra Regem, fuit ad Ptolemæum Aegypti Regem.*

CAP. X.

M*Achabæus aūt, & qui cum, &c.* Rabanus.
a *Qua die aūt, &c.* Hæc feſtiuitas, quæ vigeſimaquinta die menſis Caſleu, qui apud Latinos vocatur December, legitur celebrata, ſimili modo & in priori libro commemoratur. Quod autem tabernaculorum feſtiuitatem eos ante in montibus, & in ſpeluncis egiſſe narrat, propter ꝙ thyrſos, & ramos virides, & palmas ꝓferebāt ei, qui proſperabat mundare locum ſuum, oſtendit nobis in præſenti vita, vbi tribulationis, & doloris locus eſt, peregrinos noſmetipſos agnoſcere debere, & vt ibi certent flores virtutum, & ramos bonorū operum ſemper virentes Deo patri, pro æternæ vitæ adeptu & cœleſti remunerationis mercede, offerre. Thyrſus. n. generaliter, eſt omnium herbarum, vel olerum medius frutex, dictus eo quòd

CAP. X.

MAchabæus autem, & qui cum illo erant 1
Domino ſe protegente templum qui
dem, & ciuitatem recepit. Aras autem
quas alienigenæ per plateas extruxe-
rant, itemque delubra demolitus eſt.
Et purgato templo aliud altare fece-
runt, & de ignitis lapidibus igne con- 2
cepto obtulerunt ſacrificia poſt biennium: & incenſum, 3
& lucernas, & panes propoſitionis poſueruut. Qui-
bus geſtis rogabant Dominum proſtrati in terram, ne
a amplius talibus malis inciderent. Sed etſi quando pec-
caſſent, vt ab ipſo mitius corriperentur, & non Barba-
ris ac blaſphemis hominibus traderentur. Qua die au-
tem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. X.

* 1 MAchabæus autem, &c. *Deſcripta liberatione populi, hic conſequenter deſcribitur purgatio templi, quæ diffuſius deſcribitur ſupra primo lib. 4. ca. & ibidem expoſita eſt: propter quod in hac parte non reſtat niſi breuiter aliqua vocabula diſcurrere.*

2 Et de ignitis lapidibus igne concepto obtulerunt. *i. aptis ad hoc quòd inde excutiatur ignis.*

3 Poſt biennium. *ſ. in tertio anno a pollutione eius, eadem die, qua fuerat ante pollutum, vt habetur 1. lib. 4. c. & infra parte iſta, & ſic hoc fuit in completione triennij, ſed non poſt triennium. Poteſt et aliter dici poſt biennium, non incipiendo a pollutione templi, ſed a principio bellorum Iudę Machabęi, quibus poſt Regis receſſum debellauit aduerſarios Iudęorum.*

* Propter

*MORALITER.*

† 1 *Machabæus autem, & qui cum illo erant, &c.* Per iſtos qui recuperauerunt templum de manibus.
†

☞ quòd a terra ſurſum conſcendit. Sic & ex terrena noſtri
A corporis materia germen vtile debet aſcendere, vt cultori cordis noſtri qui per ſpiritus ſui donum nos colit fructum acceptabilem ſemper reddamus.

Li 12. anti. ca 11. *Qua die autem.* ✻ Ioſeph. Celebrauit Iudas recepti templi feſtiuitatē, per dies octo ſacrificās, in quibus nullum honeſtæ voluptatis genus omiſſum eſt: ſed populo quidē ſumptuoſum, ac ſplendidum epulū eſt exhibitū, in Dei verò laudem hymnis, & canticis perſonabant omnia. Tanta verò lætitia ob reductos ritus patrios, & priſcam religionem occupauit plebis animos, B maximè quòd ea fœlicitas ex inſperato obtigerat, vt lex lata ſit ad poſteros, quę iuberet quotannis hoc feſtum reparari cum ceremonijs templi, & per octo dies celebrari. Et ex eo tempore mos hic apud noſtros obtinuit, vocamuſque hanc feſtiuitatem luminum, opinor, ideo quia ex inſperato nobis illuxerit tanta fœlicitas.

Liro 10. de ri. verbi D. cap. 14. a *Et cum lætitia diebus octo egerunt in mo.* ✲ Ruper. Manifeſtè dicit; quia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, cauſamque reddit, cur non in modum priſcæ dedicationis quam fecit Salomon. Recordantes ait, quod ante modicum temporis diem ſolemnem tabernaculorum

culorum in montibus,& ſpeluncis, more beſtiarum, egerint. Claret igitur quid dicant. *Frequentate dies Scœnophegiæ menſis Caſleu.* Idem enim eſt, ac ſi dicant. In modum Scœnophegiæ, ideſt, feſtiuitatis tabernaculorum quæ ex cauſa antiqua, menſe ſeptimo celebrabatur, celebrate menſe nono iſtam quoq; feſtiuitatem purificationis tēpli, quæ inde purificatio dicitur, quia contaminatum fuerat ab alienigenis. D

eadem die purgationem fieri viceſima,& quinta mēſis, qui
a fuit Caſleu. Et cum lætitia diebus octo egerunt in mo-
dum tabernaculorum, recordantes quòd ante modicum
temporis diem ſolemnem tabernaculorum, in montibus,
& in ſpeluncis more beſtiarum egerant: propter quod thyr
ſos,& ramos virides,& palmas præferebant ei, qui proſpera-
uit mundare locum ſuum:& decreuerunt communi præce-
pto,& decreto vniuerſæ genti Iudæorum omnib. annis age-
b re dies feſtos iſtos. Et Antiochi quidē, qui appellatus eſt no-
bilis, vitæ exceſſus ita ſe habuit. Nunc autem de Eupatore
Antiochi filio impij, quæ ſunt geſta narrabimus, breuiantes
mala, quæ in bellis geſta ſunt. Hic enim ſuſcepto regno
conſtituit ſuper negotia regni Lyſiam quendam Phœni-
cis,& Syriæ principem militiæ. Nam Ptolemæus qui dice-
batur Macer, iuſti tenax erga Iudæos eſſe conſtituit, &
præcipuè propter iniquitatem, quæ facta erat in eos,& paci
ficè agere cum eis. Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eu
patorem, cū frequenter proditor audiret, eo quòd Cyprum
creditam ſibi a Philometore deſeruiſſet,& ad Antiochū no-

1 b *Et Antiochi quidem*. Prioris libri Rabanus.
hiſtoria narrat, ꝙ
Antiochus nobilis
profecturus in Per
2 ſidem conſtituerit
3 Lyſiam ſuper nego
4 tia regia a flumine
5 Euphrate, vſque ad
6 flumen Aegypti,&
7 vt ipſum nutriret
8 Antiochum filium
9 ſuum donec redi-
10 ret. Nunc autem E
11 narratur ipſum An
12 tiochum filium An
13 tiochi nobilis, hoc
14 eſt, Eupatorem eun
15 dem Lyſiam ſuper
16 negotia regia con-
ſtituere. Sed quia dicit ſe breuiaſſe in narratione mala, quæ in bellis geſta ſunt, ea quæ Antiochus iunior bella per ſemetipſum geſſit contra Iudæos, quando cum elephantis, & multitudine magna tam de ſuis, quam de alijs nationibus congregata ibidem venit,& quando Eleazar filius Saura maximum elephantorum interfecit, arbitratus in eo Regem conſiſtere, oſtendit ſe in ordine hiſtoriæ præterijſſe.

☞ *Gor-*

C ——— F

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Propter quod thyr. *Eſt autem thyrſus frutex medius quarumcunq; herbarum, vnde procedūt rami hinc,& inde,& eſt nomē compoſitum a terra,& ſurſum, eo quòd a terra ſurſum conſcendit.*

2 Nunc autem de Eupator. Antiochi,&c. *Deſcripta liberatione populi per Iudam tempore Antiochi nobilis, hic conſequenter ponitur eius liberatio tempore Antiochi Eupatoris. Et diuiditur in duas partes quia primo præmittitur duplex præambulum, ſecundo acceditur ad propoſitum, ibi:* Gorgias autem. *primum præambulum eſt de modo ſcribendi ea, quæ ſequuntur, cum dicitur.*

3 Narrabimus, breuiantes ma. quæ in bel. ge. ſunt. *Per hoc vt dicit gl. Rabani, innuitur, quòd bellum huius Antiochi cōtra Iudęos, quod 1. lib. 6. cap. diffuſe ſcribitur: hic ab ordine hiſtoriæ prætermittitur. Sed ſi Rabbanus intelligat, quòd in hoc ſecūdo libro prætermittatur ſimpliciter, non videtur verum nam infra. 13. cap. plenius ponitur, vt ibidem videbitur Domino concedente. Si autem intelligat, quòd prętermittatur ſecundum ordinem hiſtoriæ tantum, ſic habet apparentiam dictum ſuum: nam hoc bellum videtur fuiſſe in principio regni ſui: quod tamen ponitur hic in fine.*

4 Hic enim. *Hic ponitur ſecundum pręambulum, quod eſt de regni ordinatione: nam principes a Rege ordinati mouerunt contra Iudęos, vt ex ſequentibus apparebit. Sic ergo dicitur:* Hic enim. *ſcilicet, Antiochus Eupator.*

5 Conſtituit ſuper,&c. *Prius enim a patre eius fuerat conſtitutus ſuper negotia regni in parte, ſ. a flumine Euphrate vſque ad flumen Aegypti, vt habetur 3. c. primi libri, ſed iſte conſtituit eum procuratorem ſuum ſuper negotia regni generaliter. Et ſubditur cauſa huius inſtitutionis, cum dicitur.*

6 Nam

6 Nam Ptolemæus,&c. *Iſte enim videtur fuiſſe in eodem officio, ſed fuit depoſitus duplici ratione. Prima eſt, quia erga Iudęos ſe habebat modeſtè contra intentionem Antiochi Epiphanis. Secunda eſt, quia notabatur apud Regem de proditione: quòd cum eſſet primò cum Rege Aegypti, relinquendo Cyprum ſibi traditam ad cuſtodiā, & poſtea tranſiens ad Antiochum Regem, non fideliter ſe habuiſſet: & ſic dato ſibi veneno perijt, et loco eius Lyſias inſtitutus fuit, & hoc eſt quod dicitur hic:* Nam Ptolemęus,&c. *q. d. ideo Lyſias inſtitutus fuit, quia Ptolemæus fuit deſtitutus, & veneno interfectus. Et quia hæc litera intricata eſt, & in aliquo detruncata, ideo iungatur ſic, Nam Ptolemæus, qui dicebatur Macer: ſic. ſ. cognominatus, ad differentiam illius Ptolemęi, qui ſupra 3. cap. induxit Antiochum Epiphanem ad dandum ſententiam iniquam.* Quare Ptolemæus fuit depoſitus.

7 Iuſti tenax erga. *i. firmus ſeruator iuſtitię ad eos. Et ſubditur cauſa cum dicitur*

8 Eſſe conſtituit,& præcipue propter. *ſ. cum Iudęis iuſtè, & modeſtè.*

9 Et pręcipuè propter iniqui. *per Antiochum Epiphanem, vt patet per ſupradicta.*

10 Et pacificè agere cum eis. *in aliquam recompenſationem dictę malitię contra eos factę.*

11 Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eupato. *ſ. ab amicis Eupatoris.*

12 Cum frequenter proditor audiret. *i. cum frequenter diceretur. Eupatori: hic Ptolemęus eſt vnus proditor.*

13 Eo quòd Cyprum creditam ſibi. *i. traditam ſuę cuſtodię.*

14 A Philometore. *Aegypti Rege.*

15 Deſeruiſſet. *infideliter eam cuſtodiendo.*

16 Et ad Antiochum nobilem translatus. *de eius familia factus.*

✲ Etiam

*MORALITER.*

nibus aduerſariorum, & ipſum diligenter mundauerūt, † ſignificantur verè pœnitentes catholici, qui malignis ſpiritibus viriliter repugnantes, de manibus eorum liberant ſemetipſos, qui ſunt templum Dei. 1. Cor. 3. d. *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Et hoc templum emundant ab omni pollutione cordis, & corporis per veram,& puram confeſſionem, & ſic Deo gratias agunt de victoria contra diabolum, & Deo ſatisfaciunt de commiſſis per multiplicationem bonorum operum, quod ſignificatur per palmarum deportationem,& thyrſorum,& viridium ramorum.

† *MORA-*

bilem translatus, etiam ab eo receſſiſſet, veneno vitam fini- 1 2
a uit.Gorgias autem:cum eſſet dux locorum, aſſumptis adue- 3
nis frequenter Iudęos debellabat. Iudæi verò qui tenebant 4
opportunas munitiones, fugatos ab Ieroſolymis ſuſcipie- 5 6
bant,& bellare tentabant. Hi verò qui erãt cum Machabęo 7
per orationes Dominum rogantes,vt eſſet ſibi adiutor,impe- 8
tum fecerunt in munitiones Idumæorum: multaque vi in-
ſiſtentes loca obtinuerunt,occurrentes interemerunt,& om-
nes ſimul non minus a vigintiquinque millibus trucidaue-
b runt.Quidam autem cum confugiſſent in duas turres valde
munitas,omnem apparatum ad repugnandũ habentes, Ma
chabeus ad eorum expugnationem relicto, & Simone, &
Ioſepho, itemque Zacchęo, eiſque qui cum ipſis erant ſatis
multis, ipſe ad eas quæ amplius perurgebant pugnas con-
uerſus eſt. Hi verò qui cum Simone erant cupiditate ducti,a
quibuſdam qui in turrib. erant ſuaſi ſunt pecunia,& ſeptua
ginta millib. didrachmis acceptis,dimiſerunt quoſdam effu
gere.Cum autem Machabęo nuntiatum eſſet quod factum
eſt,congregatis principib. populi,accuſauit, quòd pecunia 9
fratres vendidiſſent,aduerſarijs eorũ dimiſſis.Hos igitur pro 10
ditores factos interfecit,& confeſtim duas turres occupauit. 11
Armis autem,ac manibus omnia proſperè agendo in duab.
c munitionib. pluſquã viginti millia peremit. Et Timotheus 12
qui prius fuerat a Iudęis ſuperatus,cõuocato exercitu pere- 13
grinæ multitudinis, & cõgregato equitatu Aſiano aduenit, 14

☞ a *Gorgias autem.* Hunc Gorgiam,vt iam ſupra oſtẽdimus, A prior liber narrat Lyſiam ſimul cum Ptolemæo, & Nicanore elegiſſe ad impugnandam Iudæos, cuius ad impugnationem qualiter fuerit in priore, & in præſenti libro refertur:ſed victoriam ad Iudæos ceſſiſſe declaratur. Nã quòd ipſe Gorgias, qui gentes diuerſas prouocabat ad bellandum contra Iudęos diaboli typũ teneat, ſuperius iã dictum eſt,qui incitat infideles contra Eccleſiam Chriſti, & mouet bellum fidelibus eius. Sed quia ibi quinque millia virorum Gorgiam B elegiſſe in prælium ſcribitur, etiam hic ſecundum quinarij numeri in ſemetipſo multiplicationẽ vigintiquinq; millia trucidare feruntur, ſignificat, quòd omnes qui quinq; ſenſibus corporis p carnalia deſideria diabolo militant, morte cõdigna mulctentur.

Myſticè.

b *Quidam autẽ,&c.* Machabæo ſpiritali dimicante compulſi hoſtes in duas turres confugiunt, cũ hi qui fidem Chriſti expugnare nitebantur (licet nullo modo veritati Euãgelij reſiſtere valentes, nec iudicium Domini futurũ pertimeſcentes) magis C eligunt in ſuperbię,atq; idololatrię turres effugere,q̃ pœnitentię dolorib.cõpuncti errores ſuos relinquere: contra quos Iudas cũ Simone,& Ioſepho milites mittit,ſed pecuniarũ amore aliqui eorũ detenti bellũ cõmiſſum peragere neglexerunt,quia ſępe contingit vt hi, quib. ſacerdotalis dignitas, ac ſpiritualis agonis militia commiſſa eſt per cupiditatem terrenam decepti,magis auaritiæ ſuæ ſatisfacere velint,quam contemptis terrenis commodis Chriſti voluntatem legitimè pugnando explere. Sed tales pœnas D meritas non euadent:quin potius,cum veri Doctores ſpiritu Dei confortati hoſtes pręliando,ac ſuperando extinxerint,ipſi ab eis anathematis vltione iuſtè punientur.

c *Et Timo.* Timotheus iſte tenet Typum hęreticorum, (Rabanus) ſicut in ſuperiori libro demonſtrauimus, qui tam per ſe,quam per aliorũ etiam ſuffragia fidẽ Chriſti ac veritatẽ Euangelij deſtruere ſemper nitũtur. Sed contra iſtorum nequitiam Doctores ſancti a Domino auxilium petunt,ipſique ſpe certa de cęleſti confidentes adiutorio cõtra hoſtes fortiter pugnãt.

(Myſticè.) E Equites aũt quinque,qui in equis apparuerunt cũ frę nis aureis decoris, ac Iudęis vocatum pręſtabant, quinq; libros legis ſignãt, qui ad ſpiritualem ſcientiam redacti, ac de typico velamine literę ad ſenſum Euangelij ſpirituali ſcientia retracti, oportunum ſolatium ſuis prębent exequutorib. ac veros cõfeſſores Chriſti per duo præcepta charitatis dextra, leuaque tuẽtes, in aduerſarios ignita ſententiarum tela iaciunt,è quibus cæcitate mentis cõfuſi,& repleti perturbatione ſenſus cadunt. Ex his autem F viginti millia, & quingenti proſternuntur, cum omnes qui catholicæ doctrinę, quę in duabus teſtamentis eſt, & Spiritusſancti gratiæ contraria ſapiunt, veritate vincente ſuperantur,atque deiiciuntur. Similiter & equites ſexcenti conteruntur, cum ſuperbia mentis eorum, qui ſe pręualere catholicis ſperabant,ſuperno nutu perfectè deſtruitur.

☞ *Timo-*

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Etiam ab eo rece.*non exequendo circa Iudæos eius intentionem.*

2 Vene.*ſcilicet iniuſtè quantum ad cauſam de Iudæis quidquid ſit ad alia.*

3 Gorgias autem. *Hic conſequenter acceditur ad propoſitum,ſ. ad deſcribendum conflictus* Iudæ *pro liberatione populi tempore Eupatoris. Et diuiditur in duas partes:quia primo deſcribtur hic conflictus cum Regis ducibus.ſecundò cum perſona ipſius.13.cap. Primò diuiditur in quinque partes:ſecundum numerum ducum,& gentium, cum quibus Iudas,& eius ſocij pugnauerunt. Igitur primò ponitur eius conflictus cum Gorgia,& adhærentibus ſibi,cum dicitur:*Gorgias autem cum eſſet dux locorum.*propinquorum Iudæ,ſ. Idumeæ,vt videtur per ſequentia,& habetur expreſſe, 12.ca.*

4 Io.ve.qui te.op.mu.*inter Iudęam,& Idumęam.*

5 Fuga. *Gentiles.*

6 Ab Iero.*Per Iudęos ibidem exiſtentes.*

7 Suſcipiebant.*eis viriliter repugnando.*

8 Impe.*motu propter iniurias eorum.Cętera patent vſque ibi.*

9 Accu quod,&c.*Dimittendo effugere aduerſarios Iudæorum, qui poſtea plures de Iudæis interfecerunt,& plures captiuauerunt.*

10 Hos igi.*ſ.Iudæos de dicta proditione conuictos.*

11 Interfecit. *ſicut meruerant.*

12 Et Timo.*Hęc eſt ſecunda pars,in qua agitur de conflictu Iudę cum dicitur.* Et Timo.*vt dictum eſt ſupra,8.cap.*

13 Conuo.ex.per. *i.Gentium extraneorum.*

14 Et cong.Aſia.*i.equitibus de Aſia.*

* Macha.

*MORALITER.*

† 3 *Gorg.autem.* Iſte,qui multitudinem Gentium præparabat ad pugnam,figura fuit Arrij, qui multitudine populi ſtipatus diſponebat ſe ad diſputandum contra Alexandrum Alexandriæ Epiſcopum, qui tota nocte pręcedenti orationibus deuotis, & lachrymis, diſponebat ſe ad reſiſtendum;propter quod figuratus fuit per Iudam, & populum ſuum, & ſicut pars Gorgiæ fuit confuſa, ita pars Arrij ſicut dicitur in Eccleſiaſtica hiſtoria. Per hoc autẽ quòd aliqui Iudęi dimiſerunt pro pecunia aliquos de ſocijs Gorgię effugere: propter quod Iudas puniuit eos morte,ſignificatur,quòd mali Chriſtiani, qui fouent infideles in ſua malignitate,punientur morte gehennæ, ſecundum illud.3.Re.20.g. *Quia dimiſiſti virum morte dignum, erit anima tua pro anima illius.*

12 *Et Timotheus.* In pugna huius Timothei contra Iudęos apparuerunt de cœlo quinq; viri in equis frenis aureis decoris. quorũ duo Iudam Machabeum incolumen ſeruabant,& in aduerſarios tela iactabant. Per hoc ſignificatur quod Angeli ſancti dirigunt hoĩes,iuſtum bellum habẽtes,& eos adiuuant,& perſonam principis ſpecialiter conſeruant,nõ ſolum in campo, ſed etiam in refugio malos deſtruendo.Et per quinq; viros in adiutorio exercitus Iudę apparentes, ſignificantur quinque inferiores ordines, Angelorum,ſ.Virtutes, Poteſtates, Principatus, Archangeli, Angeli, qui ſecundum Doctores noſtros mittuntur ad exequendum,circa creaturas,Domini voluntatem.

† *MORA-*

quaſi armis Iudæam capturus. Machabæus autem, 1
A & qui cum ipſo erant appropiante illo deprecaban- 2
tur Dominum caput terra aſpergentes, lumboſque 3
cilicijs præcincti, ad altaris crepidinem prouoluti, vt 4
ſibi propitius, inimicis autem eorum eſſet inimicus, 5
& aduerſarijs aduerſaretur, ſicut lex dicit. Et ita poſt 6
orationem ſumptis armis longius de ciuitate proce- 7
dentes, proximi hoſtibus effecti reſederunt. Pri- 8
mo autem ſolis ortu vtrique commiſerunt, iſti qui- 9
dem victoriæ, & proſperitatis ſponſorem cum virtu- 10
te Dominum habentes, illi autem ducem belli ani-
mum habebant. Sed cum vehemens pugna eſſet,
apparuerunt aduerſarijs de cœlo viri quinque in 11
equis, frænis aureis decori ducatum Iudæis præſtan-
tes, ex quibus duo Machabeum medium habentes
armis ſuis circumſeptum incolumen conſeruabant,
B in aduerſarios autem tela, & fulmina iaciebant,
ex quo, & cæcitate con-
fuſi, & repleti pertur-
batione cadebant. In-
terfecti ſunt autem vi-
ginti millia quingenti
a peditum, & equites ſex-
centi. Timotheus au-
tem confugit in Gaza-
ram præſidium muni-
tum, cui præerat Che- 12
reas. Machabæus au-
tem, & qui cum eo erant
lætantes, obſederunt præ-
ſidium diebus quatuor.
At hi, qui intus erant lo-
ci firmitate confiſi, ſupra
13 modum maledicebant,
14 & ſermones nefandos ia
15 ctabant. Sed cum dies
quia illuceſceret, viginti
iuuenes ex his, qui cum
16 Machabæo erant accen-
ſi animis propter blaſphe
miam viriliter acceſſerũt
ad murum, & feroci ani-
mo incendentes turres
aſcendebant, ſed & alij
ſimiliter aſcendentes tur
res, portaſque ſuccende-
re aggreſſi ſunt, atque ip-
ſos maledicos viuos cõ-
cremare. Per continuum
autem biduum præſidio
vaſtato Timotheum oc-
cultantem ſe, in quodam
repertum loco pereme-
runt, & fratrẽ illius Che-
ream, & Apollophanem
occiderunt. Quib. geſtis
in hymnis, & cõfeſſionib.
17 benedicebant Dñm, qui
magna fecit in Iſrael, &
victoriam dedit illis.

a *Timo. autem.* Quid eſt quod Timotheus a Iuda ſuperatus, in Gazaræ præſidium munitum cũ ſuis confugiens, inde maledictiones, confiſus loci firmitate, iactabat in populum niſi quod hæretici ab vnitate rectæ fidei diuiſi, ac ſeparati, errorũ ſuorum latibulis ſe committentes, confidendo verſutiæ ſuæ munimine, maledictionis verba iactant contra catholicos? Interpretatur enim Timotheus beneficus, ſiue magis veneficus, & Gaza, diuiſio, ſiue præciſio. Sed Iudas cũ ſocijs quatuor diebus præſidium obſidens, tandem per viginti iuuenes animis accenſis propter blaſphæmiam munitionem irrupit, turres portaſq; ſuccendit, atque ipſos maledicos viuos concremauit. Cũ doctores ſancti quatuor Euangelij libris hoſtes vndique obcludendo, per eos qui legis mandata per duo præcepta charitatis cuſtodiunt, illorum machinas deſtruũt, atque ipſos igne doloris, ac pœnitentiæ viuos cõburunt, ſicq; biduo duorum teſtamentorum præſidium cunctorum errorum deuaſtantes, verum Timotheum, hoc eſt diabolum, caput omnis erroris, atque auctorem totius mali in ſua nequitia latitare volentem gladio verbi Dei interficiunt.

C — F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Macha autem, &c. *Videntes quod virtute propria reſiſtere non poterant.*
2 Appro. il. de. *vt ferret eis auxilium.*
3 Caput ter. aſper. *ſ. in ſignum humiliationis: & afflictionis, quia ſicut dicitur Eccl. 35. c.* Oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit.
4 Ad alta. *ſ. holocauſti.*
5 Crepi. prouo. *vt eorum oratio eſſet magis exaudibilis.*
6 Sicut lex di. *Deut. 7. a. vbi dicitur:* Tradetq; Reges eorum in manus tuas, nullus poterit reſiſtere tibi.
7 Longi. de. ciui. *ſ. Ieruſalem.*
8 Proce. *non permittentes aduerſarios terram intrare.*
9 Reſederunt. *ad aliquantulum quieſcendum, & ad bellatores ordinandum.*
10 Iſti quidem. *i. Iudæi confidebant de virtute diuina: Gentiles vero de ſui ducis animoſitate, & ſic de poteſtate humana.*
11 Appa. aduer. *i. Angeli in ſpecie virorum. Cætera patent vſque ibi.*
12 Cui præ. Che. *frater Timothei, vt patet ex litera ſequenti.*
13 Sup. mo. *Iudæ, & ſocijs eius.*
14 Et ſer. ne. *blaſphemias contra Deum.*
15 Iactabant. *i. ſuperbè pronuntiabant.*
16 Accen. ani. *contra Deum, quas magis horrebant, quam propriam mortem.*
17 Quibus ge. *fortiter.* In hymnis & confeſſionibus benedi. do. *attribuendo ſibi totaliter victoriam.*

CAP. XI.

a *Sed pa.* In priore huius hiſtoriæ a libro ſcriptum eſt, quod Lyſias commẽdato ſibi ab Antiocho, qui cognominatus eſt Epiphanes, ſiue nobilis, negotio regni, dimicauerit cõtra Iudæos: vbi cõmiſſo prælio interfecta ſunt in exercitu Lyſiæ quinq; millia virorũ. Videnſque Lyſias ſuorũ fugã, & Iudæorũ audaciã, abijt in Antiochiam vt iterũ cõgregaret copias exercitus profecturus rursũ in Iudæam. Nunc aũt quia refertur, quod iterũ ſub Antiocho Eupatore veniret in Iudæam, & ibi bello infeliciter geſto fugiẽs turpiter euaſerit, apparet, quod idẽ Lyſias ſub vtroque Rege Antiocho, hoc eſt patre, & filio contra Iudæos pugnauerit,

CAPVT XI.

Sed paruo poſt tempore Lyſias procurator 1
Regis, & propinquus, ac negotiorum 2
præpoſitus, grauiter ferens de his, quæ ac- 3
ciderant cõgregatis octoginta millibus, 4
& equitatu vniuerſo veniebat aduer-
ſum Iudæos, exiſtimans ſe ciuitatem 5

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XI.

1 Sed par. *Hæc eſt tertia pars, in qua ponitur conflictus contra Lyſiam. Et diuiditur in duas partes: quia primo deſcribitur Lyſiæ debellatio, ſecundò, ipſius cum Iudæis fœderatio, ibi:* Et quia nõ inſenſatus. *circa primum dicitur.*
2 Lyſias procu. Regis. *generaliter in regni negotijs, vt habetur cap. præced.*
3 Et propin. *Nam erat de genere regali, vt habetur 1. lib. 3. ca.*
4 Graui. ferens de his quæ acci. *ſ. de debellatione ducum Regis.*
5 Exiſtimans ſe ciuita. *ſcilicet Ieruſalem.*

MORALITER.

† 1 *Sed paruo poſt tem.* Ingreſſi Iudæ, & ſui exercitus de Ieruſalem, vt irent obuiam Lyſiæ, qui cum exercitu magno veniebat ad deſtruendum Iudæam ap paruit præcedens eos quidam eques in veſte candida haſtam vibrans, per quem ſignificatur Chriſtus, qui deſcribitur Apoc. 6. a. *ſedens ſup. equum album, &c.*

* Gen-

† Ipſe

quidem captam Gētibus habitaculum facturum, templum 1
verò in pecunię quæſtum, ſicut cętera delubra Gentium, ha 2
biturum, & per ſingulos annos venale Sacerdotiū: nuſquam 3
recogitans Dei poteſtatem: ſed mente effręnatus in multitu- 4
dine peditum, & in millibus equitum, & in octoginta ele-
a phantis confidebat. Ingreſſus autem Iudęam, & appropians
Bethſurę, quæ erat in anguſto loco ab Ieroſolyma interual- 5
b lo quinque ſtadiorum, illud pręſidium expugnabat. Vt au-
tem Machabæus, & qui cum eo erant, cognouerunt expu-
gnari pręſidia, cum fletu, & lachrymis rogabāt Dominum,
& omnis turba ſimul, vt bonum Angelum mitteret ad ſalu
tem Iſrael. Et ipſe primus Machabæus ſumptis armis cæte-
ros adhortatus eſt ſimul ſecum periculum ſubire, & ferre au
xilium fratribus ſuis. Cumque pariter prompto animo pro-
c cederent Ieroſolymis, apparuit præcedens eos eques in veſte
candida, armis aureis haſtam vibrans. Tunc omnes ſimul 6
benedixerunt miſericordem Dominum, & conualuerunt
animis, non ſolum homines, ſed & beſtias ferociſſimas, &
muros ferreos parati penetrare. Ibant igitur prompti de 7
cœlo habentes adiutorem, & miſerantem ſuper eos Domi-
num. Leonum autem more impetu irruentes in hoſtes pro-
ſtrauerunt ex eis vndecim millia peditum, & equitum mil-
le ſexcentos: vniuerſos autem in fugam verterunt: plures 8
verò ex eis vulnerati, nudi euaſerunt. Sed & ipſe Lyſias tur-
piter fugiens euaſit, & quia non inſenſatus erat, ſecum ipſe 9
reputans factam erga ſe diminutionem, & intelligens inui- 10
ctos eſſe Hebræos omnipotentis Dei auxilio innitentes, 11
miſit ad eos, promiſitque ſe conſenſurum omnibus quæ 12 13
iuſta ſunt, & regem compulſurum amicum fieri. An- 14
nuit autem Machabæus precibus Lyſiæ in omnibus vti-

A gnauerit & in vtraq; pugna a Iudęis victus fuerit, ſed tandē ſua cōfuſione coactus, ac Philippi irruptione in regnū perterritus (ſicut alibi demonſtratum eſt) perſuaſit Regi pacem facere cum Hebræis, quam tamen non conſeruauit.

Li. 11. antiq. cap. 14.

* Ioſeph. His auditis Antiochus puer iratus eſt, accerſitiſque amicis, & ducibus, iuſſit eos mercenariū parare militem, & per totam ſuam dictionem delectus habere, ita vt breui confectus ſit exercitus peditum circiter cētum millium, equitum verò viginti millium: atque inſuper duo, & triginta elephanti. Cum his copijs B egreſſus eſt Antiochia, commiſſa Lyſię adminiſtratione vniuerſi exercitus: & progreſſus vſque Idumæam, inde aſcēdit vſque ad oppidū Bethſuram benè munitū, & expugnatu non facile, &c.

Rabbanus. Bethſura.

a *Et appro.* Bethſura ciuitas in tribu Iuda, ſiue Beniamin fuit & eſt vſq; hodie Bethſura vicus euntibus nobis ab Elia Chebron viceſimo lapide, iuxta quē fons ad radicē montis ebulliens, ab eadem in qua gignitur ſorbetur humo. Et Apoſtolorum actus referunt Eunucham Cādacis reginæ in hoc eſſe a Philippo baptizatum.

Act. 8. c.

C

Myſtice.

b *Vt autē Ma.* Quid Lyſias Iudeorum hoſtis ſęuiſſimus, niſi Paganorū tenet principatum, qui Eccleſiam Dei grauiſſimis infeſtant perſequutionib. ſignificet: iam dictum eſt. Is cum confeſſores Chriſti grauiſſimis ſcādalis perſequitur, ac faſtu ſuperbię ſuæ innitentes, inani fauore ſibi ſubſequentiū extollitur Dei ſanctuariū prophanare, & legē Dei conculcare corde molitur, ſed in actibus ſuis ſecundum diſpoſitam fraudē D non proſperatur: quin potius a militib. Chriſti, qui humilimis precibus ſupernum quærunt auxilium fugatur, atque proſternitur. Quibus ductor eques in veſte candida, & armis aureis mittitur, quia ipſis mundiſſima Dei, & hominum incarnatio, ad conterendā vniuerſorum hoſtium cōtumatiam cōceditur, cuius arma aurea, hoc eſt dicta, & exempla clariſſima, atque pretioſiſſima ſunt: nec eſt poteſtas in cœlo, neq; in terra, neque ſubtus terram, quæ huic poſſit reſiſtere. Sed ſicut in Daniele prophetica viſione pręſignatum eſt, lapis de mōte E præciſus ſine manibus, comminuit aurum, argentum, æs, ferrum; & factus eſt mons magnus, qui implet vniuerſam terram, cuius regnum in æternum non diſſipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur: comminuet, & conſumet vniuerſa regna, & ipſum ſtabit in æternum. Suſcipient autem regnū ſancti Dei altiſſimi, & obtinebūt illud vſq; in ſeculū & in ſeculū ſeculorum.

Dan. 2.

c *Cumq; pariter prōpto aīo procederēt, etc.*

Libro 3. Iud. cap. 1

*Ioſep. h Heb. Dixit Iudas ad milites ſuos. Viriliter agite, vt fortiter ſtemus pro F populo Dei, & pro fratrib. noſtris, moriamurq; fortiter, ne videamus mala, quę inueniunt populū noſtrum. Factum itaq; eſt cum loqueretur verba iſta, leuauit oculos ſuos, & vidit inter cœlum, & terram virum aurea indutū veſte, & ſedentem ſuper equum, eratque ſimilitudo equi inſtar flammei aſpectus, in manu autem viri erat haſta,

verte

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Gentibus habita. *Iudęis interfectis, vel inde eiectis.*
2 Templum verò. *nam oblationes, & omnes prouentus intendebat conuertere in lucrum Regis.*
3 Nuſquam recog. *ſed ſolum humanam.*
4 Sed mente. *i. ſine fręno rationis in ſuperbiam eleuatus.*
5 Interuallo quinque ſta. *quæ faciunt dimidium miliare, & quartam partem vltra, nam ſtadia octo faciunt miliare. Cætera patēt vſque ibi.*
6 Apparuit præce. eos. *i. Angelus in ſpecie hominis equitis, per haſtæ vibrationem deſignans eis victoriam affuturam.*
7 Et muros ferre. para. *Hyperbole eſt: ad exprimendum magnitudinem conſtantiæ, quam conceperunt ex dicta apparitione.*
8 Plures autem ex eis, &c. *proijcientes arma ſua, vt ſic velotius currerent.*
9 Et quia. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Lyſiæ reconciliatio cum Iudęis. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur hæc reconciliatio, ſecundò eiuſdem confirmatio, ibi:* Lyſias. *Circa primum dicitur:* Et quia non. *minus dicendo plus ſignificat, ſ. iſte Lyſias erat valde ſenſatus.*
10 Secum ip. re. *i. in animo ſuo conſiderans.*
11 Factam erga ſe dimi. *ſui exercitus in bellatoribus, armis, tentorijs, & ſimilibus, quę fugientes ſolent perdere.*
12 Et intelli. inui. *non virtute propria, ſed diuina.*
13 Miſit ad eos. *pro pace reformanda, nolens pugnare contra Deum.*
14 Et Regem compul. *non vi, ſed precibus, & conſilio, nam erat eius nutritius, vt patet primo lib. 3. c. & eius procurator generalis, vt dictum eſt cap. precedenti. & ita factum fuit. ideò ſequitur.*

* Ea

*MORALITER.*

† Ipſe enim eſt qui prebet triumphum ſuis fidelib. non ſolum de inimicis inuiſibilibus, cuiuſmodi ſunt dęmones, ſed etiam de viſibilibus, cuiuſmodi ſunt infideles. Per hoc autem quod Lyſias cōſiderans virtutem Dei pacem fecit cum Iudęis, ſignificatur quod quando infideles conſiderant in operibus miraculoſis virtutem Dei, ad pacem catholicam conuertuntur.

† MORA-

☞ vertebatque tergum A ſuum verſus aciem Haſmonã, facie autem ſua reſpiciebat caſtra Grçcorum, habebatque manũ extentam ad percutiẽdum caſtra Græcorum. Et ait Iudas. Benedictus Dominus, qui miſit Angelum ſuum ad ſaluãdum populũ ſuum, & ad percutiendum aciẽ hoſtiũ ipſorum, &c.

cæle- ...c.15. * Dionyſius. Areo. Quia ſimplex illa, multiformiſq; ſapiẽtia nudos ẽt operit, ipſi quoq; cęleſtium ſpirituum ſacra operimenta atq; inſtrumenta inquantum B poſſumus, explicare pergamus. Per lucidã nẽpe, atq; igneam veſtem ſignare arbitror diuinam ſpeciẽ ſecundũ illam, quã diximus, ignis imaginem: illuminandi præterea vim, & ꝙ prorſus intelligibiliter illuſtrat, ſiue intellectualiter illuſtratur. Haſtas verò, atq; ſecures, vim diſſimilia diuidendi, diſcernentiumq; uirtutũ C habilitatem, & efficientiam, atque ſtre- D nuitatem intelligimus.

litati conſulens. Et quæcunq; Machabæus ſcripſit Lyſiæ
de Iudæis, ea Rex conceſſit. Nã erant Iudæis epiſtolæ ſcri- 1
ptæ à Lyſia hunc ſi quidẽ modum continentes. Lyſias po 2
pulo Iudęorũ ſalutem. Ioãnes, & Abeſſalon qui miſſi ſunt
à vobis tradentes ſcripta poſtulabãt, vt ea quę per illos ſi-
gnificabantur implerem. Quęcunq; igitur Regi potuerũt 3
perferri, expoſui, & quæ res pmittebat, conceſſi Si igitur 4
in negotijs fidem conſeruaueritis, & deinceps bonorum 5 6
vobis cauſa eſſe tentabo. De cæteris autẽ per ſingula ver- 7
ba mãdaui, & iſtis, & his, qui à me miſſi sũt colloqui vobi 8
a ſcũ. Bene valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo 9 10
Dioſcori menſis die viceſima, & quarta Regis aũt epiſto- 11
la iſta cõtinebat. Rex Antiochus Lyſiæ fratri ſalutẽ. Patre 12 13
noſtro inter Deos trãslato, nos volẽtes eos, qui ſunt in re 14
gno noſtro ſine tumultu agere, & reb. ſuis adhibere dili- 15 16
gentiam, audiuimus Iudæos non conſenſiſſe patri meo, vt 17
transferrentur ad ritum Græcorum, ſed tenere velle ſuum 18
inſtitutũ: ac propterea poſtulare à nobis cõcedi ſibi legiti 19
ma ſua. Volentes igitur hanc quoq; gentem quietam eſſe,
ſtatuentes iudicauimus templum reſtitui illis, vt agerẽt ſe 20
cundũ ſuorum maiorum conſuetudinem. Bene ergo fece
ris, ſi miſeris ad eos, & dextrã dederis, vt cognita noſtra vo
luntate bono animo ſint, & vtilitatib. proprijs deſeruiãt.
Ad Iudæos verò Regis epiſtola talis erat. Rex Antiochus 21
ſenatui Iudæorũ, & cæteris Iudæis, ſalutẽ. Si valetis, ſic eſt 22
vt volumus. ſed & ipſi bene valemus. Adiit nos Menelaus 23
dicẽs, velle vos deſcẽdere ad veſtros, qui sũt apud nos. His 24 25
ergo qui cõmeant vſq; ad diem triceſimũ menſis Xãdici,
damus dextras ſecuritatis, vt Iudæi vtantur cibis, & legi-

a *Anno centeſimo quadrageſimo, &c.* Menſis ille, qui apud Grçcos dicit̃ Dioſcorus, idẽ eſt qui & apud Latinos vocatur Iunius. Huic ergo menſi ſigna geminorũ aſcribuntur: Vnde poeta ait: Iunius æquatos cęli videt ire laconas. Nam gemini, i. Caſtor, & Pollux Græcè Dioſcori vocantur, cuius rei teſtis eſt vrbs Cholcorũ, quæ Amphio, & Circio geminorũ aurigis facta, ex eorum nomine Dioſcori cognominata eſt. Nam Dioſcori plęriq; aurigæ interpretantur. Sunt autem gemini vt diximus Caſtores. E Quod aũt Lyſias timore Iudæorũ coactus Antiocho perſuaſit cũ Iudæis pactum inire, demonſtrat hoſtes Eccleſiæ virtute diuina ſępe ſuperatos: & licet nõ voluntate, tamen neceſſitate, illi cedere: cum id quod volũt ad effectum perducere non poſſunt. F

Rabanus.

Ouidius.

☞ *Anno*

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Ea Rex conceſ. *quæ tamen decens erat concedi pro tempore, vt patet ex litera ſequenti.*

2 Lyſias. *Hic conſequenter ponitur reconciliationis confirmatio, & hoc per literas. Et diuiditur in quatuor partes ſecundum literas quadruplices, quæ patebunt proſequendo. Primò igitur ponitur tenor literarum Lyſiæ ad Iudæos. Et patet litera vſque ibi.*

3 Quæcunque igitur Re. *bono modo.*

4 Expoſui. *per literas, vel nuntium, quod patet ex reſcripto Regis ad Lyſiam, quod habetur in parte ſequenti: & ſic reſpondit ſibi ſicut abſenti.*

5 Et quæ res permitt. *ideſt, quod decens, & iuſtum erat conceſſit, ſcilicet Rex. Sic enim habetur in libris correctis.*

6 Si igitur in nego. *ſcilicet regni.*

7 Fidem conſer. *ideſt, fidelitatem.*

8 Bonorum. *vobiſcum: alias:* bonorum vobis cauſa eſ. *apud Regem pro vobis interpellando. De cæteris vero quæ Rex non conceſſit.*

9 Manda. & iſtis. *quos ad me miſiſtis.*

10 Et his qui à me miſſi ſunt. *ad vos.*

11 Collo. vo. *Propter commune bonum. Et ſubditur data epiſtolę, cum dicitur.*

12 Anno cente. *regni Græcorum.*

13 Dioſco. *ideſt, in Iunio. qui ſic nominatur, eo quod ſol in illo menſe intrat ſignum Geminorum, qui Græcè Dioſcori nominantur, & ab eis menſis Iunij Dioſcorus appellatus. Sed contra dicta videtur eſſe quod dicitur primò lib. 9. ca. quod Antiochus Epiphanes mortuus fuit anno centeſimo quadrageſimo nono. Hæc autem litera data fuit poſt eius mortem: vnde in reſponſione filij ſui ſubditur. Patre noſtro inter Deos tranſlato, &c. Similiter litera eius ad Iudęos data fuit anno 148. vt habetur infra eodem ca. dicendum, quod idem annus fuit qui primo libro dicitur centeſimus quadrageſimus nonus, & hic centeſimuſquadrageſimuſoctauus. Nam annus aliter incipit apud diuerſos, ſicut patet quod renouatio datæ anni, incipit in Italia à natiuitate Domini, in Francia verò ab eius reſurrectione, propter quod illud quod fit tempore intermedio anno Domini 1329. ſecundum numerationem Franciæ diceretur eſſe factum anno Domini 1330 ſecũdum numerationem Italiæ. Et ſi renouatio datæ retardaretur vſque ad feſtum omnium Sanctorum, totum tempus intermedium eſſet huius conditionis. Sic autem fuit in propoſito, nam mortuo Antiocho Epiphane, filius eius Antiochus Eupator ſtatim regnare cœpit: & ſecundũ diuerſas inceptiones anni, ille annus centeſimus quadrageſimus nonus, & centeſimus quadrageſimus octauus dicitur. Et eodem modo in ſequentibus ſoluatur.*

14 Regis autem. *Hęc eſt ſecunda pars, in qua ponitur reſponſio Regis Lyſię de negotio prędicto, cum dicitur.*

15 Lyſiæ fra. ſa. *Erat enim de cognatione eius ſicut prędictum eſt: propter quod vocat eum fratrem.*

16 Patre no. *Erat enim opinio Gentilium, quod patres eorum in morte transferebantur ad conſortium Deorum, ſicut de bonis Chriſtianis dicimus, quod transferuntur ad conſortium Angelorum.*

17 Sine tu. *ideſt, in pace viuere.*

18 Et re. *Quod non poſſunt niſi habeant pacem.*

19 Audi. *Sed magis volebant ſuſtinere martyrium, vt patet per prędicta ca. 6. & 7.*

20 Iudi. *i. cultũ templi liberum, nam iam templum habebant. Cętera patent.*

21 Ad Iu. *Hęc eſt tertia pars, in qua ponitur tenor literę Regis ad Iudęos, cum dicitur.*

22 Rex An. ſe. *i. collegio ſeniorum populum regentium. Et dicitur ſenatus à ſenes, & natus, quia ſenes ętate, & moribus ad hoc eligebantur.*

23 Si vale. *ideſt, voluntas noſtra eſt, vt bene ſit vobis.*

24 Adijt nos. *A vobis miſſus, & eſt hic alius à Menelao, qui vſurpauit ſibi ſacerdotium, vt dictum eſt ſuprà ca. 4.*

25 Dicens vel. *Sicut enim dictũ eſt ſuprà 1. cap. per Reges Aegypti, & Syrię multi Iudæi erant diſperſi extra Iudæam inter idololatras habitantes, propter quod aliqui periti in lege habitantes in Iudæa volebant eos viſitare, ad confirmandum eos in legis obſeruantia, petentes ad hoc ſecuritatem à Rege, quam ipſe conceſſit vſque ad tempus.*

* De

*MORALITER.*

† 12 *Anno centeſimo quadrageſimo, &c.* Hic ponuntur literæ de confirmatione dictæ pacis, vbi non apparet noua moralitas. ideò pertranſeo.

† *MO-*

A
bus ſuis ſicut & prius: & nemo eorum vllo mo-
do moleſtiam patiatur de his, quæ per ignorā- 1
tiam geſta ſunt. Miſimus autem & Menelaum
qui vos alloquatur. Valete.
a Anno centeſimo quadrage- 2
ſimo octauo Xandici men-
ſis quintadecima die. Miſe- 3
runt autem etiam Romani
epiſtolam ita ſe habentem.:
Quintus Mēmius, & Titus
Manilius legati Romano-
rum, populo Iudæorum ſalutem. De his quæ D
Lyſias cognatus Regis conceſſit vobis, & nos
conceſſimus: de quibus autem ad Regem iu-
dicauit referendum, confeſtim aliquem mit-
tite diligentius inter vos conferentes, vt de-
cernamus ſicut congruit vobis. Nos enim An-
tiochiam accedimus. Ideoque feſtinate re-
ſcribere, vt nos quoque ſciamus cuius eſtis
voluntatis. Bene valete. Anno centeſimo qua-
drageſimo octauo quinta decima die menſis
Xandici.

Xandicus menſis

a *Anno cente.* Menſis Xādicus Apud Athenienſes, ipſe eſt qui apud nos Aprilis nūncupatur, & apud Hebræos Niſan: apud quos iuxta legis præceptum idem menſis primus eſt in menſibus anni, in quo etiā Paſcha celebrant.

NICOLAVS DE LYRA.

1 De his quæ. *Hoc dicitur propter bella contra duces ſuos geſta. Et ſubditur huius literę data, cum dicitur.*

2 Anno centeſimo quadrageſimo octauo. *qui correſpondet Aprili, decimaquinta, ſcilicet die.*

3 Miſe. au. *Hic conſequenter ponitur tenor literę Romanorum ad Iudęos, & patet litera, & eſt eiuſdem data cum litera Regis precedente. Ex iſtis patet quod Lyſias iſtas literas Regis, & Romanorum ad Iudęos procurauit, & poſtea ſcripſit Iudęis literam ſuam ſuprà poſitam, quę data fuit eodem anno. 24. die menſis Iunij: & poſt illas.*

## CAP. XII.

H
Is factis pactionibus Lyſias pergebat 1
ad Regem: Iudæi autem agriculturæ 2
operam dabant. Sed hi qui reſederant 3
Timotheus, & Apollonius Gennei fi- 4
lius, ſed & Hieronymus, & Demophon 5
ſuperbus, & Nicanor Cypriaches non 6
ſinebant eos in ſilentio agere, & quietè. Ioppitæ verò ta- 7 8
le quoddam flagitium perpetrarūt. Rogauerunt Iudęos,
cum quibus habitabant, aſcendere ſcaphas, quas paraue 9
rant, cum vxoribus, & filijs, quaſi nullus inimicitijs inter 10 11
eos ſubiacentibus. Secundum commune itaq; decretum 12
ciuitatis, & ipſis acquieſcentibus, paciſque cauſa nihil
ſuſpectum habentibus, cùm in altum proceſſiſſent ſub-
merſerunt non minus ducentos. Quā crudelitatem Iudas
in ſuæ gentis homines factam, vt cognouit, præcepit viris

## CAP. XII.

Lib. 3. hiſt. Iud c. 17.

B a *His fa. &c.* * Ioſephus Hebr. Viri Iapho, & Iabne facientes malum magnum, deceperunt Iudæos qui erant in medio eorum, ſuadentes vt ingrederentur naues ſuas cum vxoribus & liberis, abeunteſque luderent cum eis in mari. Porrò illi credentes eis abierunt Cumq; veniſſent ad locum profundū ſubmerſerūt ex eis in mari ducentas animas Quod cū nūtiatum eſſet Iudæ, fleuit, & prædicans ieiuniū, abijt ad Iapho, & obſedit eam, tradiditq; eam Deus in manum eius, &c.

Rabban: Ioppitæ.

Ioppitæ verò iſti de quib. narrat ſcriptura, habitatores C fuerunt oppidi Paleſtinæ, quod dicitur Ioppe: & eſt maritimum, in tribu Dan conſtitutum. Et vt de Gentilium fabulis aliquid perſtringam, ibi vſque hodie ſaxa monſtrantur præcelſa in littore maris ſita, in quibus Andromeda relegata Perſei quondam viri fertur liberata fuiſſe præſidio.

Myſticè.

Secundum autem myſticum ſenſum, iidem Ioppitæ, qui habitantes iuxta mare Iudæis ſcādalum fecerant, ſignificant hæreticos propè fluctus turbulenti ſęculi habitantes, qui Iudæis, hoc eſt veris E confeſſoribus Chriſti ſemper inſidiantur, & quoſcunque poſſunt de eorum numero in erroris ſui foueam pertrahere ſatagunt: quaſi ſcaphas ergo Ioppitæ conſtituunt, in quibus Iudæos à littore abductos in profundum demergunt, cū hęretici dogmata iniqua condentes, pulchro ſermone ea adornāt. Quod bene ſignificare poteſt Ioppitarū nomen. Interpretatur enim pulchritudo, quatenus facilius ſimplices quoſque linguæ volubilitate decipiant, quos cum à ſtabilitate rectæ fidei abſtrahētes ſibi coadunāt, in per F ditionis baratrū incautos pręcipitant.

Typicè

Sed Iudas typicè hoc inultum fore non ſinit, quin potius homicidas in erroris ſui tenebris latitātes reperiens: iuſtæ ultionis excruciat vindicta: eorumq; fraudes perpetuo igni debitas manifeſtans, cū ipſis auctoribus prauitatis anathematis gladio rectè percutit, nec eorum malitiæ virus vlterius occultatum latere permittit.

*Sed*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP XII.

* His fa. *Hæc eſt quarta pars in qua deſcribitur conflictus Iudæ cum Timotheo, & ſocijs eius. Et diuiditur in tres partes: quia primo huius conflictus cauſa ponitur, ſecundò dilatio interponitur, ibi:* Ioppitæ verò. *tertiò propoſitum reſumitur, ibi:* Inde diſceſſerunt. *Circa primum, ponitur continuatio ad ca. præce. cum dicitur.*

1 His fa. *ſcriptis ca. præce.*

2 Iu. autem. *Datis treugis, & pactionibus prædictis. q. d. ante non poterant vacare propter vrgentia bella. Conſequenter ſubditur occaſio conflictus Iudæ cum Timotheo, cum dicitur.*

3 Sed hi. *i. remanſerunt in locis circa Iudæam poſt receſſum Lyſiæ.*

4 Timo. *Ideſt eſt alius ab illo qui ſuprà. 10. ca. legitur occiſus. Multi enim duces, & milites erant eiuſdem nominis, ſicut & modò.*

5 Demo. ſu. *Cognomen eius eſt.*

6 Et Ni. Cy. *ideſt, princeps Cypri.*

7 Non ſine. *nam inſultus faciebant populo in extremitatibus Iudææ in abſentia Lyſiæ, propter quod Iudas decreuit debellare ipſum.*

8 Ioppitæ ve. *Hic conſequenter ponitur dilatio conflictus Iudæ cum Timotheo propter quædam inſurgentia, in quibus Iudas fuit occupatus: & primum fuit flagitium Gentilium in Ioppę habitantium, cum quibus habitabant multi Iudęi, quorum Ioppitæ plures ſubmerſerunt proditiosè, facientes eos aſcendere nauiculas ſub ſpecie pacis, & amicitię, ad videndum ludum quem debebant in mari exercere, quod flagitium voluit Iudas ante omnia vindicare. Et patet litera paucis exceptis.*

9 Aſcendere ſcaph. *ideſt, paruas nauiculas.*

10 Quas parauerant. *Ioppitę.*

11 Cum vxoribus, & filijs. *Iudęorum.*

12 Secundum commune itaque decr. *Decreuerant enim Ioppitę latenti dolo Iudęos ſic ſubmergere.*

* Sed

*MORALITER.*

† 8 *Ioppitę verò.* Per Ioppitas, qui pulchri ſeu decori interpretantur, quidam hæretici, qui magnam ſantitatem exterius prætendunt ſignificantur, qui per verba dulcia incautos ad ſe trahunt, & ſic eos in errorem damnabilē demergunt. Per hoc autem, quòd Iudas eos ſuccendit, ſignificatur, quod iſti hæretici igne gehennæ ſunt concremandi.

† Sed

qui cum ipſo erant, & inuocato iuſto iudice Deo, venit ad-
uerſus interfectores fratrum, & portum quidem nocte ſuc-
cendit, ſcaphas exuſſit, eos autem, qui ab igne refugerant
gladio peremit. Et cum hæc ita egiſſet, diſceſſit quaſi iterum
a reuerſurus, & vniuerſos Ioppitas eradicaturus. Sed cum co- 1
gnouiſſet, & eos qui erant Iamniæ velle pari modo facere
habitantibus ſecum Iudæis, Iamnitis quoque nocte ſuper-
uenit, & portum cum nauibus ſuccendit, ita vt lumen ignis
b appareret Ieroſolymis ab ſtadijs ducentis quadraginta. In- 2
de cum iam abijſſent nouem ſtadijs, & iter facerent ad Ti- 3
motheum, commiſerunt cum eo Arabes quinque millia vi
ri, & equites quingenti. Cumque pugna valida fieret, & au- †
xilio Dei proſperè ceſſiſſet, reſidui victi Arabes petebant a
Iuda dextras ſibi dari, promittentes ſe paſcua daturos, & in
cæteris profuturos. Iudas autem arbitratus verè in multis 4
eos vtiles, promiſit pacem, dextriſque acceptis diſceſſere ad
c tabernacula ſua. Aggreſſus eſt autem ciuitatem quandam 5
firmam, pontibus, & muris circumſeptam, quæ a turbis ha- 6
bitabatur Gentium promiſcuarum, cui nomen Caſphin.
Hi verò qui intus erant confidentes in ſtabilitate muro-
rum, & apparatu alimoniarum, remiſſius agebant, ma- 7
ledictis laceſſentes Iudam, ac blaſphemantes, & loquen- 8
tes, quæ fas non eſt. Machabæus autem inuocato

☞ a *Sed cùm.* Per Iamniam, quæ interpretatur mare, ſchiſ- A maticorum conciliabulum, qui ſemper in tēpeſtate ſunt intelligi poteſt. Schiſma ergo (vt quidam volunt) ab ſciſſura animorum eſt vocatum. Eodem enim cultu, eodem ritu credit vt cæteri, ſolo congregationis delectatur diſſidio. Fit autem ſchiſma cum dicūt, omnes nos ſanctificamus immundos, & cætera ſimilia. Cognoſcit Iudas Iamnitas pari modo facere vt Ioppitæ: machinari inſidias Iudæis ſecum habitātibus, cum doctores ſancti dolum ſchiſmaticorum, fraudi hęreticorum ſimilem comperientes, deceptionē ab eis metuunt fidelium, contra quos bellū mouent, & in tene- B bris ſuperſtitionis eos inuenientes, ſimul cum machinis eorum per ignē excommunicationis exurunt, ita vt incendium eorum appareat Ieroſolymis, id eſt, vt eorum erroris manifeſtaretur damnatio omnibus cultorib. veræ religionis. vnde & Paulus ſcribit ad Timotheum, ac inſipientium errores manifeſtando ait: *Hoc autem ſcitote, quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus inobedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, timidi, voluptatum amatores, magis quam Dei: habentes quidē ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, & hos deuita. Ex his enim ſunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs deſiderijs, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes: quemadmodum Iamnes, & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & iſti reſiſtunt veritati, homi-* C *nes corrupti mente, reprobi circa fidem: ſed vltrà non proficient. Inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit.* Similiter & princeps Apoſtolorum commonens dolum nefandorum hominum pręcauendum, ad fideles ait: *Vos ergo fratres pręſcientes cuſtodite vos, ne inſipientium errore tranſducti, excidatis a propria firmitate. Creſcite verò in gratia, & cognitione Domini noſtri: ipſi gloria, & nunc, & in die æternitatis. Amen.*

ſte. Ti.3.a. ib. Pe.3.d.

b *Inde*

b *Inde cum.* Arabes, qui interpretantur humiles, ſiue D occidentales, poſſunt eos ſignificare, qui mundanam, atq; ſæcularem ſapientiam diligunt, quæ meritò humilis, & occidentalis dicitur, quia veram ſapientiam, quę de cœleſtibus venit, imitari neſcit. Huic ergo intenti contra Iudā, & ſocios eius cum quinque millib. virorum, & equitib. quingentis confligūt, quia carnis ſenſibus, ac ſtudijs implíciti, omne quod eis p doctores ſanctos ſpiritalis ſenſus ingeritur quaſi contrarium, ac prophanum eſſe videtur. vnde & rebellare eis contendunt. Sed clareſcente veritate deuicti, ac cōſtantia ſanctorum prędicatorum ſuperati, ſibi dextras dare petunt, ita vt errores ſuos relinquentes, catholicæ E fidei vnitatem appetant, ſeque cōfeſſorib. Chriſti aſſociare deſiderēt. Quibus ſpiritalis Iudas videns eos in multis vtiles fieri poſſe, permittit pacē, dat dextras, & illæſos abire permittit, qa ſæpe tales, qui philoſophia mūdi imbuti fuerant, & cum ad fidem Chriſti conuertūtur ad deſtruendam ſtultitiam, atque errorem Gentilium aptiores atque habiliores fiunt, & cū eis verbum fidei pleniter prędicatum fuerit, vtraque armatura inſtructi, cōtra perfidiā fortius pugnant. Hinc Salomon in ędificationem templi, Hiram Regis Tyri ad cędenda ligna de Libano auxiliū petit: quia in hac arte doctiores erant ſerui Hiram ſeruis ſuis: ſed non per ſeipſi ſoli huic operi inſtabant, quinetiā † aſſociari ſeruis Salomonis, ſtrenuè, ac decentes illud perficiebant. Cuius rei figura in prompto eſt: quia nimirum Apoſtoli certius verbum Euāgelij quod a Dño audire no F uerunt. Sed Gētiles ab errore conuerſi atque ad veritatē Euangelij per eoſdem Apoſtolos transformāti melius ipſos Gentium errores nouerant: & quò certius nouerunt, eò artificioſius eos expugnare, atq; euacuare dedicerunt.

3. Reg.5.b. † aſſociatis.

c *Aggreſſus, &c.* Ciuitatem hanc ſub cuius munitione Myſticè. plurimæ turbæ diuerſarum Gentium conuenientes, habitauerunt, nihil melius quam mundi iſtius potentatum ſignificare arbitror, ſub cuius dominationem diuerſæ

☞ adierunt

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Sed cum cogno. *Hic conſequenter ponitur vindicta de Iamnitis, qui ſimilem dolum volebant facere. Et patet litera vſque ibi.*

2 Ab ſtadijs ducentis qua. *Faciunt autem octo ſtadia vnum miliare, & ſexdecim vnam leucam.*

3 Inde cum iam abijſſent. *Hic conſequenter ponitur aliud impedimentum, ſeu delatio conflictus Iudæ cum Timotheo per Arabes mouentes in via bellū contra Iudam, & ſocios eius. Et patet vſq; ibi.*

4 Promittentes ſe paſcua daturos. *Terra enim illorum erat multum paſcualis, & Iudæi prope illam terram habitantes habebāt plura animalia: & ſic pax cum illis vtilis erat Iudæis.*

5 Diſceſſere ad tabernacula ſua. *ſ. Arabes, qui non habitant in ciuitatibus, ſed in tentorijs.*

6 Aggreſſus eſt autem, &c. *Hic ponitur alia dilationis cauſa ex obſidione cuiuſdam ciuitatis nociuæ Iudeis, cuius nomen erat Caſphin, & patet vſque ibi.*

7 Remiſ. age. *Quaſi parum curantes de obſidione, reputantes inexpugnabilem ciuitatem.*

8 Et lo. quę, &c. *ſ. blaſphemias contra Deum Iudęorum.*

✱ Tempo-

## MORALITER.

† 1 *Sed cum cogno.* Per Iamnitas, qui marini interpretātur, ſchiſmatici, qui ſunt in tumultu tanquam in mari, ſignificantur, & ipſi ſimulantes, quòd zelo iuſtitię moueātur, incautos ad ſchiſma ſuum trahere nituntur, & per hoc incauti aliquando decipiuntur.

† *Cumque pugna va. fieret.* Per iſtam pugnam inter Arabes, & Iudæos, ſignificatur diſputatio inter doctores Gētiles, & catholicos, & cum rationibus, & ſcripturis ſuperantur, ad fidem, & pacem catholicam conuertuntur, & vtiles Eccleſię efficiuntur, ſicut patet de Auguſtino, & multis alijs.

6 *Aggreſſus eſt autem in ciu. qua.* Per quam figurata fuit Ieruſalem, quam dux Godefridus cum exercitu Chriſtiano viriliter aggreſſus fuit, & eā comprehēdens magnam ſtragem Saracenorum fecit, intantum quod ſanguis effuſus ferè vſque ad equorum genua attingeret, vt dicitur in hiſtoriali ſpeculo Vincentij, ſicut in hac ciuitate ſcribitur hęc effuſio magna ſanguinis fuiſſe.

† *Doſi-*

A adierunt Gentes, vt ſub eorum defenſione corporaliter tuerentur, carniſque ſuę libitu fruerentur. Huiuſmodi ergo conuentus confiſus in ſtabilitate murorum, maledictis laceſſerunt Iudam, ac blaſphemantes loquebãtur ea, quę fas non erat: cum diuerſę perſonæ hominum fauentes adulationi principum, eorumque beneficijs gaudẽtes cõtraria facere ſanctis prędicatoribus, atque idola laudantes, verba blaſphemiæ contra ipſam diuinitatem iactauerunt, Iudas ergo inuocato mundi principe, per ipſius adiutorium cœpit ciuitatem: B quia ſancti doctores partim orationib. partim etiam dogmatibus contra aduerſarios ſuos conflixerunt, donec ipſos Dei verbo per Domini voluntatem captauerunt principes: ſicque inenarrabiles cędes conficiebant hominum, non vt interitu ęterno funditus perirent, ſed vt mundo morientes, Chriſto fœlici' viuerent. Huiuſmodi quoq; cædes Petro in actibus Apoſtolorum iuſſum eſt conficere, quando vas illud myſticum quatuor initijs mitti de cœlo in terram in extaſi cõſpexerat, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terrę, & volatilia celi: & dictũ eſt ei: *Surge Petre, occide, & manduca.* (Ibidem.) C Aĩalia ergo illa oẽs Gentes ſignificabant erroribus immundas, ſed in nomine ſanctæ Trinitatis ſacro baptiſmate mundandas, quæ hominis imaginem relinquentes, per imitationem beſtiarum, & ſerpentium ſumpſere figuras, quas iubet vox illa cœleſtis Petro occidere, & manducare: quia illum occidere in Gentibus id quod fuerant, & facere eos id quod ipſe erat præcipiebat. Qui enim manducat cibum foris poſitum, in ſuum corpus traijcit. Præcepit ergo, vt nationes per incredulitatem ante fores poſitæ, interfecta præterita vita ſocietati Eccleſię, quam ſignificat Petrus, inſerantur. Iuxta quod de ſeipſo Apoſtolus Paulus (Gal. 2. d.) ait: *Ego enim per legem Dei mortuus ſum, vt domino viuam in Chriſto.* Et item. *Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Chriſtus.* (Ibid.) D Nec illud etiam ſine myſterio eſt, quod adiacens ſtagnum propter cędes hominum † confectum ſanguine fluere videbatur, quia ſanguinis effuſio cruentę vitæ amiſſionem ſignat. Quaſi ſãguine aqua infecta fluere vr, cũ in Baptiſmatis Sacramento, vbi peccato fideles moriũtur, ſanguinolenta opera, & carnalis vitæ ſordes ablui cognoſcuntur, quãdo *exuitur vetus homo cũ actibus ſuis, & induitur nouus, qui ſecundũ Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis.* (Col.)

magno mundi principe, qui ſine arietibus, & machinis † té- 1
poribus Ieſu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris, & 2
capta ciuitate per Domini voluntatem innumerabiles cæ-
des fecit, ita vt adiacens ſtagnum ſtadiorum duorum latitu-
dinis, ſanguine interfectorum fluere videretur. Inde diſceſſe- 3
a runt ſtadia ſeptingenta quinquaginta. Et venerunt in Cara- 4
cha ad eos, qui dicuntur Tibianæi, Iudæos, & Timotheum 5
quidem in illis locis non comprehenderunt, nulloque ne-
gotio perfecto regreſſus eſt, relicto in quodam loco firmiſſi 6
b mo præſidio. Doſitheus autem, & Soſipater, qui erant du- 7
ces cum Machabæo, peremerunt a Timotheo relictos in prę †
ſidio decem millia viros. At Machabæus ordinatis circum
ſe ſex millibus, & conſtitutis per cohortes, aduerſus Timo-
theum proceſſit habentem ſecum centum viginti millia
peditum, equitumque duo millia quingentos. Cognito au- 8
tem Iudæ aduentu Timotheus pręmiſit mulieres, & filios, &
reliquum apparatum in pręſidium, quod † Carmon dici- († Carnion. Act. 10. b.)
tur. Erat autem inexpugnabile, & acceſſu difficile propter lo
corum anguſtias. Cumque cohors Iudæ prima apparuiſſet, 9
timor hoſtibus incuſſus eſt ex pręſentia Dei, qui vniuerſa
conſpicit, & in fugam verſi ſunt alius ab alio, ita vt magis a 10
ſuis deijcerentur, & gladiorum ſuorum ictibus debilitaren- 11
c tur. Iudas autem vehementer inſtabat puniens prophanos,
& proſtrauit ex eis triginta millia virorum. Ipſe verò Ti-
motheus incidit in partes Doſithei, & Soſipatris, & multis 12
precibus poſtulabat vt viuus dimitteretur, eò quòd mul- 13
torum ex Iudęis parentes haberet, ac fratres, quos mor- 14

a *Et vene. in Cara.* (Rab.) E Audiui quendam Hebręum differentem Tubianæos Iudæos illos nuncupari, qui ex alienigenis cõuocati in adiutorium Iudæ venerũt, & dictos Tubianæos, quaſi alienis tubis cõductos.

b *Doſithe. &c.* Iſti duo duces, hoc eſt Doſitheus, & Soſipater, ſanctos prędicatores deſignant, qui viri Machabæi diſpoſitione, hoc eſt fortiſſimi prelia toris, de quo in Pſ. ſcriptum eſt: *Dominus fortis, & potens in prælio:* (Pſal. 2.) cõtra omnes errores perfidorũ belligerare deſignantur. Qui aptè binario numero notantur, quia duorum teſtamentorum ſpiritali ſcientia ſatis inſtructi, prelium Domini ritè conficere noſcuntur. F Hi ergo a Timothæo relictos in pręſidio decem millia virorũ interimunt, cum ſocios hæreſiarcharum ad tuendam nequitiam ſuam, ab ipſis conſtitutos legi Dei contraria ſententes, per eiuſdem legis auctoritatem, atq; ſeueritatem ſpiritali gladio iuſtè interficiunt.

c *Iudas autem vehe.* (Quæſtio) Quæritur quõ Timotheus hic narretur ob precum ſuarũ humilitatẽ a Iudę ducib. viuus dimiſſus, eò ꝙ multorũ ex Iudæis parentes haberet, ac fratres, quos morte eius decipi cõtingeret, ſi ipſe eſſet occiſus, & paulò antè narrat, qđ ipſe fuiſſet in Gazaræ pſidio a Iudæ mili-

## NICOLAVS DE LYRA.

(Diuiſio.)
1 Tempo. Ieſu. *qui alio nomine dictus eſt Ieſus Naue.*
2 Præci. Ieri. *Vt habetur Ioſue 6. Cętera patent.*
3 Inde diſce. *Hic reſumitur quod ſupra propoſitum fuit de conflictu Iudę cum Timotheo. Et primo ponitur conflictus contra Timotheum. Secundò debellatio cuiuſdam ciuitatis aduerſarię Iudæorum, ibi: Poſt horum fugam. Circa primum ponitur Timothei inſequutio, cum dicitur:* Inde diſ. *ſ. Iudas, & exercitus eius.*
4 Vene. in Ca. *credentes inuenire Timotheum in locis illis.*
5 Ad eos qui di. *Secundum gl. erant quidam populi cum Iudæis fœderati, & inde dicebantur Iudæi Tibianæi, quaſi Tubianæi. i. aliena tuba vocati, ſeu conducti.*
6 Regreſ. eſt. *ſ. Timoth eus.*
7 Reli. in quo. *i. multitudine armatorum ad reſiſtendum Iudęis. Cętera patent vſque ibi.*
8 Timotheus præmi. *Quia de facili ab aduerſarijs capiuntur.*
9 Timor hoſti. in. eſt, &c. *& non ex magnitudine, vel fortitudine exercitus Iudę Machabęi.*
10 Ita vt ma. *Sicut contigit in exercitu Zebee, et Salmana, Iud. 7. & 8. & in ſtatione Philiſtinorum. 1. Reg. 14.*
11 Iudas au. inſta. *fugientes perſequendo.*
12 Ipſe ve. Ti. in. in par. *i. in illam partem exercitus, quam regebant. Et ceperunt eum viuum.* Et multis præcibus poſtulabat, &c. *allegans quod ſubditur.*
13 Eò quòd mul. ex Iudæis pa. ha. ac fratres. *in ſuis vinculis detentos.*
14 Quos morte eius. *ideſt, occidi in vindictam mortis eius. Cætera patent.*

* Poſt

*MORALITER.*

†† *Doſitheus autem, &c.* Per iſtos duos duces ſignificantur Eccleſię prędicatores, qui charitate combinati magnã ſtragem faciunt aduerſarijs Chriſti, eos occidendo a priſtina mala vita: de qua occiſione dictum fuit Petro Act. 10. b. *Surge Petre, occide, & manduca:* de cõuerſione Cornelij, & eorum, qui cum eo erant a Gentilitate ad fidẽ Chriſtianam.
12 *Ipſe ve. Ti.* Per hoc autem, quod iſte licet eſſet idololatra peſſimus, tamen fuit viuens dimiſſus, ne Iudæi, quos tenebat captiuos, occiderentur, oſtenditur, quòd mala minora permittenda ſunt, vt maiora euitentur.

† *Poſt*

a te eius decipi eueniret.Et cum fidem dediſſet reſtituturū
b ſe eos ſecundum conſtitutum, illęſum eum dimiſerunt
propter fratrū ſalutem.Iudas autem regreſſus eſt a † Car
mon interfectis viginti quinque millibus Poſt horū fu- 1
gam,& necem mouit exercitum ad Ephron ciuitatē mu
nitam,in qua multitudo diuerſarum Gētium habitabat, 2
& robuſti iuuenes pro muris conſiſtentes fortiter repu- 3 4
gnabant. In hac autem machinę multę,& telorum erat 5
apparatus.Sed cum Omnipotentem inuocaſſent, qui po 6
teſtate ſua vires hoſtium confringit,cęperunt ciuitatē,&
ex eis qui intus erant,vigintiquinque millia proſtraue-
c runt.Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt,quę ab Iero 7
ſolimis ſexcentis ſtadiis aberat. Conteſtantibus aūt his,
qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quod benignè ab
eis haberentur,etiam temporibus infęlicitatis,ꝙ mode-
ſtè ſecum egerint, gratias agentes eis,& exhortati etiam

† Carnion.

de millitibus peremptus?Si enim ibi tunc fuiſſet occiſus, A nullo modo tūc hic viuus eſſet dimiſſus. Quod haud aliter(ni fallor) ſolui poteſt, niſi quod aut ibi per anticipationem dicatur occiſus, aut alius ille Timotheus intelligatur,qui in Gazaræ præſidio eſt interfectus,& alius iſte, qui per Doſitheum, & Soſipatrem legitur dimiſſus. Quod autem Iudæ duces conſiderantes fratrū vtilitatem, ac ſuorū redemptionem, Timotheo pepercerūt, oſtendit, quod aliquando cum errantibus mitius eſt agēdum. B Non dico, vt eorum cōſentiatur iniquitati, ſed pietate paterna compatiatur illorum infirmitati,& maximè in illis locis, vbi fructus aliquis de errātium cōuerſione ſperatur, quatenus manſuetudine eccleſiaſtica pro uocētur a diaboli laqueis effugere, & cō uenire ad catholicā libertatem. Vnde in Aphricano concilio de Donatiſtis Hæreticis conſtitutum eſt, vt lenius cum eis ageretur, vbi ita ſcriptum eſt: Pertractatis,& conſideratis omnibus quæ vtilitati Eccleſiæ conuenire videbantur, annuente, atque admonente ſpiritu Dei, elegimus cum memoratis hominibus quamuis de dominici corporis vnitate inquieta diſſenſione præciſis, leniter, & pacificè agere,vt quantum in nobis eſt,omnibus, qui eorum cōmunione.& ſocietate irretiti ſunt, per uniuerſas prouincias Aphricanas penitus innoteſcat,quam miſerabili errore deuicti ſunt,ne fortè ſicut dicit Apoſtolus,nobis in C manſuetudine corripientibus diuerſa ſentientes, *det illis Deus pænitentiam ad cognoſcendam veritatem,& reſipiſcāt de diaboli laqueis captiuati ab ipſo in ipſius voluntatem.* [...h 4.a.]

a *Et cum fidem dediſſet,&c.** Ioſephus.Heb.Et ab eo tempore Timotheus nō adiecit amplius inferre mala Iudęis cunctis diebus vitę ſuæ,ſed iuramentum a ſe factum cōſeruauit. Proficiſcens autem Iudas abiit in deſertum Arabiæ,& irruēs in exercitum Regis Macedonum, ſuperueniensque ueſperi,percuſſit eos,& in fugam conuertit proſternens in terram uigintiquinque millia,&c. [...b. hiſt. ...d. 18.]

b *Iudas autem regreſſus eſt.*Diximus in prioris libri expoſitione,ubi de Timotheo tractatum eſt, quod eius exercitus ſignificaret turbam hæreticorum, ſimiliter & de Ephron urbis habitatoribus,quod illos figuraliter exprimerent,qui ritum Iudaiſmi tēporibus gratię ſequi exiſtimauerūt,vt fuerunt ipſi Iudæi & Ebionitæ Hæretici, & cæteri.q cum Euangelio legis cæremonias ſeruare uolebāt. Sed quia iſti carnaliter ſentientes ſpiritualem ſcientiā diſcere nolebant,nec intelligere poterant, quod finis legis eſt Chriſtus ad iuſtitiā omni credenti,Iudæo ſ. atq; Gentili ideo uigintiquinque millia proſtrata in bello Ephronitico leguntur, ſicut in illo bello quod in Carmon confectum eſt, quia ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum,& prudentia carnis mors eſt. *Litera n. occidit,ſpiritus autem viuificat.* Vnde ibidem per Paulum dicitur: *Stultam fecit Deus ſapientiam huius mundi.* Et iterum: *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Stultitia n. eſt illi, & non poteſt ea intelligere quæ ſpiritualiter examinātur.* Hinc Iacobus Apoſtolus ſcribens ad diſperſos ait; *Quod ſi zelum amarum habetis, & contentiones in cordibus veſtris, nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſus veritatem. Non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens a patre luminum, ſed terrena, animalis, & diabolica.* Cuius ſectatores prīceps Apoſtolorum fontes ſine aqua, & nebulas turbinibus exagitatas appellat, quibus caligo tenebrarum reſeruatur. E Sunt enim vanitates loquentes,pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſantur, libertatem illis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis. Iudas enim cum ſuis vſquequaque hoſtium turbas ſtrauit, & victoriam habuit, quia doctores ſancti ueritatis aſſertores, & vniuerſi erroris expugnatores diuina ope adiuti, vbique de hoſtibus ſuis trophæum victoriæ capiunt. Vnde dicere cum Paulo poſſunt: *Deo autem gratias,qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu,& odorem notitiæ ſuę manifeſtat per nos in omni loco.* [...lyce. ...abn. — Roi 10.a.] [D — 1.Cor.3.d. — 1.Cor.3.b. — 1.Cor.1.c. — Ibidem 2.d. — Iac.3.d. — 2.Pet.2.d.]

c *Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt,&c.* Scythopolitæ, qui Iudęos benigne tratantes, pro beneficiis ſuis à Iuda gratiam,& laudem promeruerunt,ſignificant eos, qui doctores ſanctos,& confeſſores rectę fidei recipiunt, & ſolatijs corporalibus pro uiribus adiuuāt,quorum merces in uacuum non peribit, maxime cum dominus in F Euangelio de talibus ad Apoſtolos dicat. *Qui recipit vos, me recipit:& qui recipit prophetam in nomine prophetæ mercedē prophetę accipiet, & quicunque recipit iuſtum in nomine iuſti,mercedem iuſti accipiet,& quicunque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidę tantum in nomine diſcipuli, amen dico vobis,non perdet mercedem ſuam.* Vnde & Ioannes ſcribens ad Gaium in epiſtola ſua,ait: *Cariſſime, fideliter facis quicquid operaris in fratres,& hoc in peregrinos, qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in cōſpectu Eccleſię, quos benefaciens deducis dignè Deo,qui pro nomine eius profecti ſunt,nihil accipientes a Gētibus, Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, ut cooperatores ſimus veritatis.* Sic & Paulus huiuſmodi laudauit ſcribens ad Corinthios. *Obſecro fratres noſtris domum Stephanæ, & Fortunati,quoniā ſunt primitię Achaię,& in miniſteriū ſanctorū ordinauerunt ſeipſos, vt & vos ſubiecti ſitis huiuſmodi,& omni cooperanti,& laboranti. Gaudeo autē in præſentia. Stephanæ,& Fortunati, & Achaicis,quoniam id ꝙ uobis deerat, ipſi ſuppleuerunt,refecerūt.n.ſpiritū noſtrū & veſtrū.Cognoſcite,ergo,qui huiuſmodi ſunt.* [Myſtice. — Matt.10.c. — 3.Ioan.b. — 1.Cor.16.c.]

a *Et*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Poſt horum fugam. *Hic conſequenter deſcribitur captio cuiuſdam ciuitatis,quæ multa mala fecerat Iudæis.*
2 Et robuſti iuuenes. *de ciuitate.*
3 Pro muris. *defendendis.*
4 Conſiſtētes fortiter repugnabant. *exercitui Iudæ. Et ſubditur repugnandi facultas,cum dicitur.*
5 In hac autem. *quibus poterant inuadentes repellere.*
6 Sed cum omnipotentem. *Ex quo patet quod ciuitas illa nō fuit capta virtute humana,ſed diuina.*
7 Inde ad ciuitatem. *cuius habitatores erant beneuoli Iudæis, licet eſſent Gentiles, propter quod Iudas eis regratiando pertranſiit, rogando, vt eſſent beneuoli de futuro, ſicut fuerant de præterito, & ſic patet litera vſque ibi.*

In

* 1 Die

## *MORALITER.*

1 *Poſt horum fugam,& necem mouit exercitum ad Ephron.*quę interpretatur puluis mœroris,ideo per ipſam ſignificatur mundana vanitas, quæ, vt puluis euaneſcit, & ad inferni mœrorem deducit. Hæc tamen ciuitas Dei operatione capitur, quando quis à mundana vanitate ad humilitatem ueræ pœnitentiæ conuertitur.
7 *Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt,quæ ab Ieroſolymis &c.* Iſtis, qui beneuoli Iudæis, Iudas, & eius ſocij gratias egerunt, quia ſicut ad bonum principem pertinet aduerſarios impugnare, ſic ad beneuolos agere grates,& amicitiā conſeruare.

uere

de cætero erga genus ſuum benignos eſſe,venerunt Iero
a ſolymã die ſolenni ſeptimanarũ inſtante.Et poſt Penteco 1
ſten abierunt cõtra Gorgiam præpoſitũ Idumææ . Exiuit 2
aũt cũ peditib.trib.millibus, & equitib.quadringentis.
b Quib.congreſſis contigit paucos ruere Iudæorũ. Doſith. 3
uerò quidam de Bachinoris eques,vir fortis,Gorgiã tene
bat,& cũ illũ vellet capere viuum,eques quidã de Thraci
bus irruit in eum,humerũq; eius amputauit,atq;ita Gor 4
gias effugit in Mareſa.At illis,qui cũ Eſdrin erãt,diutius 5
pugnantib.& fatigatis, inuocauit Iudas Dominũ adiuto 6
rem,& ducẽ belli fieri,incipiens uoce patria , & cũ hym- 7
nis clamorẽ extollens,fugam Gorgię militib.incuſſit:Iu
das aũt collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam.Et 8
cum ſeptima dies ſuperueniret ſecundũ conſuetudinem 9
c puriſicati,in eodem loco ſabbathũ egerũt. Et ſequẽti die 10 11
venit cum ſuis Iudas,vt corpora proſtratorũ tolleret, & 12
cum parentib.poneret in ſepulcris paternis. Inuenerunt
autẽ ſub tunicis interfectorũ de donarijs idolorum,quæ
apud Iamniam fuerunt, a quibus lex prohibet Iudęos. 13

A a *Et poſt Pente.* Gorgias præpoſitus Idumææ bene põt typum gerere diaboli,qui rubea , atque ſanguinolenta ſemper delectatus conuerſatione, ſpecie tamen aliquan do virtutum ſimulat , licet ipſe per uitia ſedulo contra virtutes pugnet, unde ſimplices quoslibet de fideliũ numero aſtu deludens interficit, ſed tamen victoria diuturna nõ potitur, quin potius per ducatum veri Iudæ militibus ipſius Dominum inuocãtibus adiutorem, ac precibus,atque hymnis inſiſtẽtibus, pars aduerſa timore confuſa in fugam vertitur, & totius triũphi honor veris Dei cultoribus tribuitur. vnde Petrus ſcribens ad credentes in epiſtola ſua ait: *Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt uos exaltet in tempore viſitationis, omnem ſollicitudinem ueſtram proijcientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de uobis. Sobrij eſtote,& uigilate , quia aduerſarius ueſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide.* Hinc & per Iacobum dicitur. *Reſiſtite diabolo,& fugiet a uobis* . Quod uero Doſitheus Gorgiam uolebat capere uiuum , ſed non poterat quia humero eius amputato hoſtis de manibus eius euaſit,hoc per figuram oſtendit, quia non humana fortitudine,ſed ope diuina hoſtis antiquus uincitur . Nam q propria uirtute cum Pelagianiſtis confidens uictoriã ſe adipiſci poſſe ſperat de diabolo , is profecto non hoſtem vincit,ſed nec ſanitatis ſuę ſtatum illæſum cuſtodit.

Myſtice. Rabanus. — 1.Pet.5.b. — B — Iaco 4.b.

b *Quibus congreſſis.* ✻ Ioſephus Hebr. Cumque congreſſi fuiſſent, ceciderunt quidam ex fortiſſimis Haſmonæis in die illo. Nam vulneratus fuit Doſitheus princeps militię, & percuſſus in humero ſuo, & parum abfuit quin retroceſſiſſent electi milites Haſmonæorum . Videns ergo Iudas ſtragem militum ſuorum,orauit ad Dominum , confortatiſque militibus ſuis , percuſſit ex caſtris Gorgiæ plurimos,fuditque in terram , & clamans ait: Ad te o Gorgia . Tranſilienſque ad eum , extendit dexterã ſuã ut illũ percuteret . At Gorgias conuerſus retrorsũ fugit a facie Iudę,piectiſq; armis ſuis bellicis a ſe euaſit,& nõ ẽ ultra cognitus viuus uel mortuus, &c.

13.hiſtor. Iudai.ca.19. — C — D

c *Sequenti die.* Hi qui ab hoſte propter idololatriam oc cultam proſtrati ſunt, quos melius ſignificãt, quam eos qui ſe in ſecreto cordis per cupiditatem,atq; auaritiã cõtaminant. Quaſi de idolorum donariis ſub tunica geſtant, qui virtutum opera cauſa cupiditatis terrenæ , ſeu ambitione humanæ laudis foris agitant , ſed ſub velamine pietatis, dolum nequitiæ intus celant: Tales merito ab hoſtibus proſternuntur , quia virus doli, quod coram aſpectu hominum latuit , interni iudicis intuitum non fefellit . Quod autem cupiditas,atque auaritia idololatria sũt, oſtendit Paulus dicens : *Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide , & inſeruerunt ſe doloribus multis* . Et iterum . *Hoc autem* , inquit , *ſcitote intelligentes , quod omnis fornicator , aut immundus,aut auarus , quod eſt idolorum ſeruitus , non habet hæreditatem in regno Chriſti,& Dei , propter hæc enim uenit ira Dei in filios diffidentiæ* . Contra hoc uitium Saluator humanis mentibus medicari uolens , in Euangelio docet dicens : *Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus,vt videamini ab eis,Alioqui mercedem non habebitis apud patrem veſtrum,qui in cælis eſt.* Et iterum : *Videte,* inquit, *& cauete ab omni auaritia,quia non in abundantia cuiuſquam uita eſt ex his quæ poſſidet.*

E — 1.Ti. — Eph.5 — Mat.

Myſticus Iudas militibus ſuis propter ſimulationem caſum euenire conſiderans,non deſerit eos , ſed paterna pietate conſulit,tam precibus pro peccatis eorum interueniẽdo,quam etiam uerbo prędicationis, atque exhortationis errorem illorum corrigendo, quatenus pietatis cultui iterum reſtituti,cautius deinceps ſe obſeruent,ne ſimili ruina iterum in deterius cadant,iuxta illud Euangelicum: *Ecce ſanus factus es,noli ultra peccare,ne deterius tibi aliquid contingat.*

Luc. — F — Ioan.

a At

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Die ſolemni.*i. die Pentecoſtes quæ enumeratis ſeptem hebdomadibus plenis ab altero die ſabbatbi , in quo obtulerunt manipulũ primitiarum,præcipitur celebrari Leuit.23.*

Diuiſio. 2 Et poſt Penteco. *Hæc eſt pars quinta,in qua deſcribitur bellũ contra Gorgiam , & primò ponitur hæc pugna , ſecundò de Iudæis mortuis cura,ibi,*Et ſequenti die. *Circa primum patet litera vſque ibi : Contigit paucos ruere Iudæorũ Cuius cauſa ponitur infrà codẽ c.*

3 Doſitheus verò. *Dicunt aliqui quod Bachinori erant Gentiles confęderati Iudæ , vel ab eo conducti : ſed melius videtur quòd fuerunt Iudæi à ciuitate vnde erant ſic nominati .*

4 Atque ita Gorgias.*nomen eſt fortalicij .*

5 At illis qui cum. *Iſte Eſdrin fuit de ſocijs Gorgiæ, & remanſit in bello ipſo fugiente .*

6 Et fatigatis.*ſ. ſocijs Eſdrin,vt dicunt aliqui. Sed melius videtur dici de ſocijs Iudæ: propter quod inuocauit auxilium diuinæ potentiæ .*

7 Incipiens voce.*i.ſecundum doctrinam patrum ſanctorum , & ſic illa victoria fuit magis oratione, quam gladio , ſicut Exod.* 17. *orationibus Moyſi victus fuit Amalech.*

8 Et cum ſeptima dies,&c.*i. ſabbathum.*

9 Secundum conſuetudinem. *aqua luſtrationis poſt contactum in pręlio mortuorum, vt præcipitur Num.19.*

10 In eodem loco.*Diuinis laudibus vacando.*

11 Et ſequenti die . *Hic conſequenter ponitur cura de Iudæis in bello mortuis, & primò ratione corporum, ſecundò ratione animarum,ibi:*Atque ita.*Prima verò cura fuit de ſepeliendis corporibus in paternis ſepulchris ſecundum morem Iudæorum.*

12 Inuenerunt autem ſub. *ideſt , de rebus precioſis cultui eorum dedicatis .*

13 A quibus lex.*Deuter.7. Cætera patent .*

1 Atque

## MORALITER.

2 *Et poſt Pentecoſt.* quæ terrena interpretatur , ideo per eius præpoſitum diabolus ſignificatur , qui licet gladio materiali non uincatur,tamen hymnis,& orationibus effugatur.Mar.9.d. *Hoc genus dæmoniorum non eijcitur,niſi oratione,& ieiunio .*

11 *Et ſequenti die, &c.* Per hoc quod iſti qui contra legem acceperant de donarijs idolorum fuerunt in bello proſtrati,apparet,quòd Deus culpas hominum non ſolum punit in futuro, ſed etiam aliquando in præſenti. Per hoc autẽ quòd Iudas miſit Ieroſolymam pecunias ad faciendũ ſacrificia pro eorum ſalute,apparet quòd ipſe Iudas eos credidit ante mortem pœnituiſſe: vnde ſubditur,quia conſiderabat quod hi , qui cum pietate dormitionem acceperant,optimam haberent repoſitam gratiam.

MO-

a Omnibus ergo manifeſtũ factum eſt ob hãc cauſam eos corruiſſe, omnes itaq; benedixerũt iuſtũ iudicium Domini, q occulta fecerat manifeſta,
1 Atque ita ad preces conuerſi, rogauerũt,
2 vt id quod factum fuerat delictum obliuioni traderet. At vero fortiſſimus Iudas hortabatur populũ conſeruare ſe ſine peccato, ſub oculis videntes, quę

A a *Omnibus ergo manifeſtum, &c.* ✻ Rupertus. Si mortę dignus eſt, qui idola colit, quanto magis, qui pro amore idololatriæ furtum facit. Imo ſi iuſtè aliqui Hebræorũ, idcirco corruerunt, quia ſub tunicis ſuis habebãt de donariis idolorum, quanto magis iuſtè necari debuerat, q ipſa furat⁹ eſſet idola? Sed pepcit Deus Iacob, ut lateret furtum ſua prouidẽtia, ſimulque Rachelis quę furtum fecerat aſtutia, &c. [in Gene. 31.]

b *At uero fortiſſimus &c.* Quod uero poſt exitum vitæ præſentis pro fidelium peccatis exorandum ſit, & eleemoſynarum opus agendum, quatenus hi pro quorum remedio res agitur a peccatis ſoluantur, & præſens locus oſtendit, & in Euangelio Dominus, ubi de Spiritusſancti blaſphemia diſputauit, iremiſſibile peccatũ illud eſſe oſtendens ait: *Qui dixerit uerbum contra Spiritum ſanctum non remittetur ei, neque in ſæculo, neque in futuro.* [Mat. 12. c] B Cum enim dixerit unum illud irremiſſibile eſſe peccatum, oſtendit alia tam in pſenti, quam etiã in futura uita poſſe remitti. Qualiter aũt pro defunctorũ ſalute agendũ ſit, oſtendunt ſancti patres in ſcripturis ſuis. Vnde placuit unũ capitulũ de opuſculis ſancti Auguſtini huic opere inſerere, lectori viam dantes his ſimilia in aliorum patrum dictis requirendi. [Aug. in Enchi. c. 110.] Refert.n. memoratus pater in opere ꝙ ad Laurentium de fide, & ſpe, & charitate cõſcripſit ita dicẽs: Tẽpus aũt ꝙ inter hominis mortẽ, & ultimã reſurrectionem interpoſitũ eſt animas abditis receptaculis continet, ſicut vnaquæque digna eſt vel requie, uel ærumna pro eo quod ſortitus eſt in carne cũ uiueret: Neq. negandũ eſt defunctorũ animas pietate ſuorũ uiuentiũ releuari, cum pro illis ſacrificiũ mediatoris offertur, vel eleemoſynæ, quæ in Eccleſia fiunt, ſed proſunt eis, q cũ uiuerẽt hæc ſibi, ut poſtea poſſint ꝓdeſſe meruerunt. Eſt.n. quidam uiuendi modus, nec tã bonus, ut nõ rqrat iſta poſt mortem, nec tã malus, cui nõ ꝓſint iſta poſt mortẽ. Eſt ergo talis in bono, ut hæc nõ requirat. Et eſt rurſus talis in malis, ut nec his valeat, cũ hac uita trãſierit, adiuuari quo circa hic oẽ meritũ cõparatur, quo poſſit poſt hãc uitã releuari quiſpiã, vel grauari. Nemo aũt putet ſe qđ hic neglexerit cũ obierit a Dño promereri. C Nõ igitur iſta, quę pro defunctis commendandis frequentat Eccleſia illi apoſtolicæ ſunt aduerſa ſententiæ, quã dictũ eſt: *Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque ſecundum ea, quæ per corpus geſſit, ſiue bonum, ſiue malũ,* [2. Cor. 5. b] quia etiam hoc meritũ ſibi quiſque cum in corpore uiueret cõparauit, ut ei poſſint ita prodeſſe. Non.n. omnibus proſunt. Et quare non omnibus proſunt, niſi pp differentiã uitæ, quã quiſque geſſit in corpore. Cũ ergo ſacrificia ſiue altaris, ſiue quarũcunq. eleemoſynarũ pro baptizatis defunctis offerũtur, ꝓ ualde bonis. gratiarũ actiones ſunt, pro nõ ualde malis, propitiationes ſunt, ꝓ ualde malis ẽt ſi nulla ſunt adiumenta mortuorũ, qualeſcunque uiuorũ cõſolationes ſunt: Quibus aũt proſunt, aut ad hoc proſunt, ut plena ſit remiſſio, aut certè, ut tolerabilior ſit damnatio.

## *De precibus, & oblationibus pro defunctis. ex patribus Latinis.*

✻ Auguſtinus. In Machabæorũ libris legimus oblatum pro mortuis ſacrificium. Sed & ſi nuſquam in ſcripturis ueteribus legeretur, nõ parua eſt uniuerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, authoritas, ubi in pcibus Sacerdotis, quæ domino Deo ad altare funduntur locũ ſuũ habet etiam commendatio mortuorum. [li. de cura pro mortuis gerẽ. ca. 1.]

✻ Idẽ. Nõ ſunt prætermittẽdæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorũ, quas faciẽdas pro omnibus in Chriſtiana & Catholica ſocietate defunctis, etiã tacitis nominibus, quorũcũque ſub generali cõmemoratione ſuſcepit Eccleſia, vt qbus ad iſta deſunt parẽtes, aut filii, aut cognati, vel amici, ab vna ex eis exhibeatur pia matre cõmuni. [Ibi. c. 4.]

✻ Idẽ. Orationib⁹ ſanctę eccleſię, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quę ꝑ eorũ ſpiritib. erogãtur, nõ eſt dubitandum mortuos adiuuari, ut cum eis miſericordius agatur a Domino quam eorum peccata meruerũt. [Ser. 4. de verbis apo.] D Hoc .n. a patribus traditum uniuerſa obſeruat Eccleſia, ut ꝑ eis, qui in corporis & ſanguinis Chriſti cõmunione defuncti ſunt, cum ad ipſum ſacrificium cõmemorantur oretur ac ꝑ illis quoque id offerri cõmemoretur, &c. *Vide eũdem Aug. lib. 21. de ciuitate, c. 23. & 24. libr. 9. cõfeſſionum, c. 12. & 13. Epiſt. 64 lib. de hęreſibus, c. 53. Serm. 41. de ſanctis Commen. in Pſ. 37. lib. 50. homiliarũ ho. 16. li. de vera & falſa pęnitẽtia, c. 17. & 18. et alibi ſæpe, &c.* E

✻ Ambroſius. Date manibus Valẽtiniani Imperat. ſancta myſteria. Pio requiẽ eius poſcamus affectu Date ſacramẽta, cæleſtia myſteria. Animã piã matris oblationibus proſequamur. Extollite populi, mecũ manus in ſancta, ut eo ſaltẽ munere uicẽ eius meritis rependamus. [Ora. funebri de obitu Valentiniani.]

✻ Idem. Tibi nunc omnipotens Deus, innoxiam commendo animam (Satyri fratris ſui) tibi hoſtiam meã offero, cape propitius, ac ſerenus fraternum munus, ſacrificium Sacerdotis hæc mei iam liba præmitto, &c. [Orá. funebri de obitu fratris ſui Satyri.]

✻ Lactantius. Sed & iuſtos cum iudicauerit (Deus,) ẽt igni eos examinabit. Tum quorum peccata uel pondere, vel numero præualuerint præſtringentur igni, atque amburentur, quos autem plena iuſtitia, & maturitas uirtutis incoxerit, ignem illum non ſentient, &c. [lib. 7. c. 21.]

✻ Arnob. Cur noſtra ſcripta ignibus meruerunt dari? Cur immaniter conuenticula dirui. In quibus ſummus oratur Deus, pax cunctis & uenia poſtulatur magiſtratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis, adhuc vitam degentibus & reſolutis corporum uinctione. [li. 4. adu. gentes, in fine.]

✻ Cypr. Iam pridem Epiſcopi anteceſſores noſtri in cõcilio cenſuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam uel curam clericum nominaret, ac ſi quis hoc faceret, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotũ prece, qui ab altari Sacerdotes, ac miniſtros ſuos voluerit auocare, &c. [Epi. ad cle. &, & plebẽ Furitanorum.] F

✻ Idem. Aliud eſt ad gloriam peruenire, aliud miſſum in carcerem, non exire inde donec ſoluat nouiſſimũ quadrãtẽ, aliud ſtatĩ fidei, & uirtutis accipe mercedẽ, aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari, & purgari diu igne, aliud peccata omnia paſſione purgaſſe, &c. [Epi ad Antonianum.]

✻ Tertull. Oblationes pro defunctis, pro natalitiis, annua die facimus. [Libr. de corona militis:]

✻ Idem. Vxor pro anima eius (viri defuncti) oret, & refrigerium ad poſtulet ei, & in prima reſurrectione conſortium, & offerat annuis diebus dormitionis eius [Lib. de Monogamia.]

✻ Idem. Repete apud Deum, pro cuius ſpiritu poſtules, ꝓ qua annuas oblationes reddas. Stabis ergo ad Deũ cum tot vxoribus, quot illa oratione commemoras, & offeres pro duab. & commemorabis illas duas per Sacerdotem de monogamia, ob priſtinum de virginitate ſancitum, circundatum virginibus, & vni viris, & aſcendet ſacrificium tuum libera fronte. &c. [Libr. de exhorta. ad caſtit.]

## *De eiſdem, ex patribus Græcis.*

✻ Damaſc. Aduertite quid ſcriptura ſacra de Iuda Machabæo memoriæ prodiderit, nimirũ eũ in Sion Regis magni ciuitate, cũ populũ cui pꝑat, ab exteris hoſtib. cæſum vidiſſet, ſinuſq; eorũ excutiẽs condita in ipſis idola cõperiſſet, ſtatim expiãdi hui⁹ ſceleris cã dño ad mriam prõpto, atq. propẽſo, ꝓ vnoquoq. eorũ munera obtuliſſe, in eaq. re ſummæ pietatis, & charitatis munere perfunctũ fuiſſe. Vnde ẽt factũ eſt, vt diuina ſcriptura quẽadmodũ omnib. aliis nominibus, ita hoc quoq; nomine ſummis cum laudibus euexerit, ac mirifice commendarit. [Orat. de fidelibus defunctis. mox ab initio.]

Theophyl. Oblationes, & diſtributiones, quæ fiũt pro defunctis, nõ parũ cõferunt eis, qui ẽt in grauib. peccatis mortui ſunt Non omnino igitur poſteaquã occidit Dominus, mittit in gehẽnam, ſed poteſtatem habet mittendi. Ne igitur ceſſes per eleemoſynam, & interceſſiones, propitium reddere Dominũ, qui poteſtatem habet mittendi, non ſemper autem poteſtate hac utentem. [In c. 12. Luc.]

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Atque ita. *Hic conſequenter, ponitur cura de animabus: & hoc dupliciter, ſcilicet, in orando.*

2 Vt id quod fa. *i. vt ad punitionem non reſeruaretur ultra coram Domino, in quo tamen nulla cadit obliuio. Et mittendo pecuniam in Ieruſalem, ut ibi offerretur ſacrificium pro remiſſione peccati mortuorum, & patet litera. Sed forte uidetur aliud, quod illud factum fuiſſet fruſtra, eo quod uidentur ibi mortui fuiſſe in peccato mortali habentes ſecum donaria idolorum. Dicendum, quod Iudas, & ſocij eius debebant probabiliter iudicare quod illi pœnituiſſent in morte, & ſic orationes & ſacrificia ualebant eis, eo q [illegible] tui fuerunt in ſtatu ſalutis.*

A ✱Theod. Pauperes quidē ſociorū vnū quaſi mortuū efferentes accedūt (ad Epiphaniū.) rogantq; dari ſibi aliqd, quo illū poſſint ſepelire. Ille primū obſecrant ob. obſequutus, ſtatim ꝓ mortuo Deū rogat, vt dimiſſis illi peccatis, quæ dum viueret, admiſiſſet, impiorum numerum aſciſſere dignaretur.

In Philoth.

Homil. 3. ad Philippenſes

✱Chryſ. Defleamus iſtos (defunctos.) pro virib. iuuemus eos, ꝓcuremus illis aliquid auxilij, modici quidē, attñ iuuemus eos. Quō? qua rōne? Precātes exhortemur & alios, vt pro ipſis orēt, pauperib. indeſinenter pro illis eleemoſynas demus etc. Nō temerè ab Apoſtolis ſancitū eſt, vt in celebratione venerādorū myſteriorū memoria fiat eorū, q hīc deceſſerūt. Nouerūt. n. illis hīc emolumētū fieri, multūq; vtilitatis.

Homil. 32. in Matth.

✱Idem. Cur poſt mortem mortuum, pauperes conuocas? Cur preſbyteros, ut ꝓ eis velint orare, obſecras? Non ignoro te reſponſurum, ut defunctus requiem adipiſca-

B tur, ut propitium iudicem inueniat, &c.

Orat funebri in laudē Cæſarii fratris ſui.

✱Nazianzen. Cæſarii laudabile cadauer cū multiplici hymnorum cantu deducitur, celebrique pompa ad martyrum ſedes effertur, matre accenſas faces geſtante, lachrymis ſapientiæ cedentibus, pſalmorum cantu luctum conſopiente. Atque alii quidem perſoluimus, alia vero daturi ſumus, anniuerſarios honores, & commemorationes offerētes. At tu diuinū caput, utinam cælos penetres, atq. in Abrahæ ſinu cōquieſcas, & Angelorū choreā īſpectes, & una cū beatis uiris exultes, &c. Et noſtras & eorū q ad hoſpitiū prius ꝑuenerunt, aīas Deo cōmēdemus. O Dñe, oīum creator ſuſcipe nūc quidē Cæſariū uelut primitias quaſdā noſtræ peregrinationis, &c.

In Liturgia.

✱Baſilius. Qui in ipſo perfectiſſimo & ſalutari feſto, ſupplices expiationes, pro his, qui in inferis detinentur, ſuſcipere dignatus es, te rogamus, &c. Memento Deus omnium dormientium in ſpē reſurrectionis uitæ æternæ. Refrigera eos, ubi uiſitat lux vultus tui, &c.

Catech. myſtag.

✱Cyrillus Hieroſol. Et nos ꝓ defunctis deprecationes adhibētes, quāuis ſint peccatores nō quidē coronam plectimus, ſed Chr̄m ꝓ noſtris peccatis mactatū offerimus, vt & nobis & illis eū q̄ ē benigniſſimus, ꝓpitiū reddāus.

Cont. hæreſ. 78.

✱Epiphan. Proſunt aūt & preces, quæ pro vita defunctis fiūt, ēt ſi totā culpā nō abſcindāt, &c. Eccleſia neceſſario hoc ꝑficit, traditione a patribus accepta. Quis aūt poterit ſtatu tū matris diſſoluere, aut legē patris, &c. In his qui vita defuncti ſunt, ex nomine memorias faciūt, orationes ad Deum perficientes, ac cultus diuinos & myſteriorum diſpenſationes.

In teſtamento.

✱Efrē Syrus. Poſt trāſitū meū Fratres mei, aſſiduò in veſtris orationibus mei memoriā faciatis. Accedētes nūc

C claudite mihi oculos ſup eos manus īponētes reminiſcamini aūt mei abiecti in veſtris piis, & sāctis orationibus.

Quæſt. 34. ad Antioch.

✱Athan. Nū ſentiūt aliqua beneficia, etiam peccatorum animę, cum ſuper illis fiunt conuentus, & peractiones bonorum operum, & oblationum. Reſponſio. Niſi aliqua beneficia participarent ex illo, non utique in cura, & exequiis fieret commemoratio. At ſicut vitis floreſcit extra in agro, & odorem ſentit iu uaſe uinum recluſum, ſicque conflorеſcit etiam ipſum, ita quoque peccatorū aīæ piorū precibus, & bonis operibus conſolantur.

L. 8. c. 10. in epiſtol ad Rom.

✱Orig. Ipſa purgatio, quæ per pęnā adhibetur, quātis tēporibus, quātiſue ſęculis de peccatoribus exigat cruciatus ſolus ſcire pōt ille, cui Pater oē iudiciū tradidit, &c.

Homil 6. in Exod.

✱Idem. Veniendum eſt omnibus ad conflatorium. Si quis plus plumbi illuc attulerit, plus exuritur, ut & ſi parum aliquid ſit auri, purgatum tamen reſideat.

Homil. 8. in Num.

✱Idem. Sunt peccata quæ ſi ignoranter admittimus, decernitur nobis, credo, & pręparatur ex præcepto Dei locus, ubi ad certum tempus habitare debeamus, & ob hoc ſecernuntur quædam ciuitates ad refugium.

L. eccleſ hierar. c. 7.

✱Dion. Areo. Accedēs diuinus antiſtes, ſacrā deprecationē ſup defunctū peragit. Peracta autem ſolemni prece, cū ipſe ſummus Sacerdos, tū cæteri quoque q vna adſunt ipſum cōſalutant. Precātur aūt diuinā clementiā vt defuncto vniuerſa peccata, q̄ ꝑ humanā infirmitatē cōtraxerat, cōdonet eūq; in luce viuētiū regione cōſtituat.

L. 6 conſtit. apoſt. c. 30.

✱Clemēs Ro. Sine ulla exceptione cōuenite in cæmeteria, ſacros libros ī his legētes, & pſallētes pro his q dormierūt, proque fratribus noſtris qui in Domino obierūt. & typum regalis corporis Chriſti, acceptabilemque Eucha-

facta ſunt pro peccatis eorū, qui proſtrati ſunt. Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti miſit Ieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificiū, benè & religioſè de ſurrectione cogitans. Niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum uideretur, & vanum orare

D riſtiam offerte. Atque in exitu mortuorum pſallentes, eos deducite, ſi fideles fuerint in Domino.

L. 8.

✱Idem. Sanctorum martyrum memoriam colamus, vt digni efficiamur certaminis ipſorum. Pro iis qui in fide quieuerunt, oremus.

L. 8.

✱Idem. De his qui qeuerunt in Chrō, poſt q̄ Diaconus abſoluit orationē, hæc addet: Pro qeſcētib. in Chriſto rogemus, vt Benignus Deus, qui ipſius animā ſuſcepit, dimittat ei oē delictū voluntariū, & inuolūtariū. Et propitius illi factus, collocet eū in regione piorū, in ſinu Abrahę, Iſaac, & Iacob, vnde abeſt dolor, triſtitia, & ſuſpirium. Epiſcopus dicat. Reſpice nūc Dñe, ſuper hunc ſeruū tuū, quem recepiſti in alteram uitam, & condona ei ſi quid uolens, uel inuitus deliquit: & Angelos placidos cōſtitue ei, & colloca eū in ſinu patriarcharū, ꝓphetarū, Apoſtolorū, & oīum qui tibi a ſæculo placuerunt.

li. 8. c. 49.

✱Idem. Peragatur dies tertius mortuorū in pſalmis, in

E lectionibus, atque orationibus, ꝓpter eum qui tertia die reſurrexit. Item nonus in cōmemoratione ſupſtitū, atque defunctorū, ēt quadrageſimus, ſcdm veterē formā Moſem. n. hoc mō populus luxit. Nec nō āniuerſariū ꝓ memoria ipſius, deturq; de illius facultatib. paupibus in cōmemorōne ipſius. Hęc de piis dicimus, nā de impiis, & ſi oēs mūdi facultates dares paupibus, tñ nihil eis ꝓdeſſes.

Deut.

In litu

✱Iacobus Frater Dom. Pro omni anima Chriſtiana, afflicta, & vexata, miſericordia, & auxilio Dei indigēte, vt infirmi cōualeſcāt, captiui liberētur, patreſq; ac fratres noſtri, q ante obierūt ī pace reqeſcāt. Dūm oremus &c.

In diui. liturgia.

✱D. Marcus Euang. Animabus patrum, & fratrū noſtrorum, qui antea in Chriſti fide obdomierūt, dona requiem Domine Deus noſter. Diaconus deinde legit ſacras tabulas, qbus defunctorū catalogus cōtinetur. Sacerdos aūt ſe inclinās præcatur. Et horū omniū animabus dona requiē Dominator Dñe Deus noſter, ī sāctis tuis tabernaculis, ī regno tuo, largiēs eis promiſſionū tuarū bona, q̄ oculus nō uidit, nec auris audiuit. Eorū inquam animabus dona requiē, eaſq; regno cælorū dignare, &c.

## *De eiſdem, & igne Purgatorio, ex veteribus Hebræorum Rabbinis.*

In 18. c.

✱Rabbi Simeon, Ben Iochai, Deus ſanctus, & benedictus, ubi a peccatorum ſordibus (hominum defunctorū ſpiritus) purgati ſunt aſcendere eos ex eo loco facit. &c.

F Deus sāctus, & benedictus miſericordia flectit, educitq; eos, & aſcēdere facit in locū eis debitum, & congruentē.

In 16. c.

✱R. Menachem Cionæus. Defuncti peccatores Iſraelis expectāt & eiulātur, & poſtquā pœnas debitas luerint aſcendūt ad amęniorem locum: & deliciis abundātem.

Tractat Ros Hamah. ca

R. Iſaac Alfeci. Tria hominum genera ſiſtuntur in iudicio; perfecte iuſti, omnino impii, & mediam ſortem tenentes. Primi ad uitam futuri ſæculi ſcribuntur, & obſignantur. Secundi perinde etiam ad Gehennam. Medii quorum paria ſunt merita, & demerita, deſcendunt in gehennam, ibique expectantes, clamant, & aſcendunt, ſicut ſcriptum eſt: *Dominus deducit ad inf. &c.*

1. Reg. 2. I. Menu Hamaor cluſ. 1. p. 2. cap. 2.

✱R. Iſaac Abuhab. His qui libidinibus peccauerunt, non eſt omnimoda perditio, exitiumque decretum, ſed pęna quædam temporaria, qua eorum peccata purgentur, quoad animus mundetur, & dealbetur, redeatque ad locum ſuum. Ac de his quidem dicunt Doctores, deſcendunt in gehennam, ibique cruciātur duodecim mēſes. Quaſi hoc dicāt magiſtri Detineri eorum animos in gehenna, quod ſint praua deſideria ſectati, ut ibi pęnas luant, debitiſque ſuppliciis expurgentur, & poſt expurgationem redeant ad manſiones ſublimiores.

li. Hacid Iſaac.

✱R. Iſaac Haramah. Aliquis reperitur cujus anima, magis uel minus adhęreſcit corpori, quam alterius. Hęc ægre a corpore ſoluitur. Nā ea puritate, qua ornatam eſſe oportuit, deſtituta, moram trahat neceſſe eſt, ac minus facile, ac expedite ad ſuum domiciliū redeat. Ideo aſcendere & deſcēdere cogitur ꝑ certa tēporū interualla, quo ad vltimo tādē pura aſcēdit nec amplius addit vt deſcēdat.

Com in cap Gen

✱R. Rakanati Redde Deo ſpiritum tuū talem, qualē cum tibi dedit. Eſt. n. hoc ſimile Regi, q pretioſas veſtes domeſticis diuidit. Cordati eas plicant, & in armariis

collo

collocant: ſtollidi tum cum ſordidæ ſunt, & inquinatæ
A hoc faciunt. Poſt tempus aliquod Rex requirit eas veſtes:
hi quidem producunt eas ſplendidas, & nitentes, hi verò
ſordidas. De illis lætatur Rex, his verò ſuccenſet. De prudentibus dicit: Condantur veſtes meæ, in theſauris meis.
De ſtollidis verò: Dentur veſtes meæ fulloni, ipſi verò ſint in vinculis conſtricti vſque ad tempus, quo inde exeāt.

In Pſ. 88. * R. Rabuenachi. Neceſſe eſt peccatorem venire in infernum, ad deradendum, & expurgandum inquinamenta tranſgreſſionum, quas fecerit, donec mundetur, & aſcendat in locum quietis ſuæ.

In Pſ. ... Domine, ne in furore tuo * R. Dauid Kimhi. Quamquam intelligeret Dauid ob peccatum ſibi pœnam infligi, eamq; recepiſſet in hac vita; adhuc tamen de eo anxius erat, eſſet ne omnino peccatum abſterſum, atque deletum in hac vita, an ne etiam in futuro ſæculo pœnam aliquam purgatoriam deberet ſuſtinere.

pro mortuis. Et quia conſiderabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitā gratiam. Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis ſoluantur.

* Hebræi. Libro Scholiorum Beth Ioſeph, ad Ioredehab. Annis ſingulis anniuerſario die mortis patris ieiunādum eſt, preceſq; recitandæ. Quod ſi annus biſſextilis eſt, primo quidem anno, primo menſe Adar, ieiunabitur, & preces recitabuntur: ſequentibus verò annis, ſecundo Adar. Cuius ratio inde ſumi videtur, quod finis primi anni pertingit finem duodecim menſiū, iuxta illud vulgatū: Duodecim menſes durat ſupplicium impiorum Iſraelitarum in gehenna: & poſtea aſcendunt. D I. Schol. beth Ioſeph.

* Hebræi, lib. Mahzor. Indulge quæſo, parce obſecro, tum patribus, tum filijs. Tua enim eſt ò Domine propitiatio, & miſericordia. Congregamini, & præſtate vniuerſi opera miſericordię. Animæ veſtræ, vita ſempiterna perfruantur. Requieſcat anima ipſius in cubili ſuo in pace. Iaceat in pace. Dormiat in pace, donec veniat conſolator, qui pacem audire faciat, &c. *Videatur totum officium lugentium, &c.* In officio functorum. E

## C A P. XIII.

B Nno centeſimo quadra- 1
geſimonono cognouit
Iudas Antiochum Eupatorem venire cum multitudine aduerſus Iudęā,
& cum eo Lyſiam procuratorem, & præpoſitum negotiorum, ſecum habentem peditum
centum decem millia, & equitum quinque
millia, & elephantos vigintiduos, currus cū 2
falcibus trecentos. Commiſcuit autem ſe il-
lis & Menelaus, & cum multa fallacia depre 3
C cabatur Antiochum, non pro patriæ ſalute, 4 5
ſed ſperans ſe conſtitui in principatum. Sed 6 7
Rex Regum ſuſcitauit animos Antiochi in 8
peccatorem,
9 & ſuggerente Lyſia hunc eſſe
cauſam omnium malorum, iuſſit vt eis eſt
conſuetudo, comprehenſum in eodem loco
necari. Erat autem in eodē loco turris quinquaginta cubitorum, aggeſtum vndique habens cineris. Hæc proſpectum habebat in
præceps. Inde in cinerem deijci iuſſit ſacrilegum omnibus eum propellentibus ad interitum. Et tali lege præuaricatorem legis contigit mori, nec terræ dari Menelaum. Et quidem ſatis iuſtè: Nam quia multa erga aram
Dei delicta commiſit, cuius ignis, & cinis erat ſanctus, ipſe in cineris morte dānatus
10 eſt. Sed Rex mēte effrēnatus
11 veniebat, nequiorē ſe patre
12 ſuo Iudæis † oſtenſurus. Qui-
13 bus Iudas cognitis, præcepit

CAP. XIII.

a *Sed rex.* Hiſtoria quæ bellum Antiochi Eupatoris, & Lyſiæ procuratoris eius cōtra Iudęos narrat in Rabbanus. Hiſtoricè.

† oſtenſurum.

## NICOLAVS DE LYRA.
### C A P. XIII.

* 1 Anno centeſimo quadr. *Deſcripto conflictu Iudæ cum Regis ducibus, hic conſequenter ponitur conflictus eiuſdē cum perſona ipſius. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur belli apparatus, ſecundò, conflictus, ibi.* Et dato ſigno. *tertiò Regis receſſus, ibi.* Vt autē cognouit. *Prima in duas: quia primò ponitur apparatus belli ex parte Regis Antiochi: ſecundò, ex parte Iudæ Machabæi, ibi.* Quib. Iudas cog. *Prima in duas: quia primò ponitur Regis apparatus, ſecundò Menelai interitus, ibi.* Commiſcuit autem. *Circa primum autem ſciendum, quod ille belli apparatus, & etiam conflictus magis diffusè ponitur primo lib. 6. cap. tamen hic aliqua ponuntur, quæ videntur dictis ibidem diſſonare. Primò quod dicitur, peditum centum, & decem millia, & equitum quinque millia, & elephantes vigintiduos: nam ibi habetur.* Centum millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti trigintaduo. *Poteſt dici, quod primò fuerunt centum millia peditum tantum, vt dicitur 1. lib. & poſtea fuerunt additi decem millia, quæ cum primis hic numerantur. De equitibus verò dicendum quod in vniuerſo fuerunt viginti millia, ſed tamen erant quinque millia electi præ cæteris exiſtentes in acie Regis, & illi ſoli hic numerantur, & alij tacentur, &c. Et de elephantis poteſt dici eodem modo, quod vigintiduo erant præ cęteris fortiores, qui numerantur hic, & reſidui. 10. tacentur. in talibus enim frequenter numeratio diuerſimodè accipitur.*

2 Currus cum. *Talibus enim antiquitus in prælijs vtebantur, vt habetur in libris Ioſue, & Iudicum in pluribus locis: tamen de iſtis curribus non fit mentio in 1. lib. ſicut etiam in Euangelijs: quod vnus Euangeliſta tacet, alius exprimit.*

3 Commiſcuit autem. *Hic conſequenter deſcribitur Menelai interitus, qui retorſit in ſe ſummum Sacerdotium ſuprà 4. ca. de quo dicitur hic.* Commiſcuit aut. *i. Iudæorum aduerſarijs.*

4 Deprecabatur Antio. &c. *Pugnare fortiter contra Iudam Machabęum: ideo ſubditur.*

5 Non pro pa. ſa. *Sed pro contrario: ideo ſubditur.*

6 Sperans ſe conſti. *ſ. ſummi Sacerdotij per victoriam Antiochi a quo fuerat amotus per patrem eius ſuprà 4. cap.*

7 Sed Rex regum. *Qui iudex eſt cordium.*

8 Suſcitauit animos Antiochi in, &c. *Menelaum.*

9 Et ſug. Lyſia hunc. *Nam propter eius ambitionem, & ſacrilegia in templo commiſſa per eius conſilium, vt habetur ſuprà 4. cap. ſequuta eſt rebellio Iudęorum contra Regem. Cętera patent vſque ibi.*

10 Sed Rex. *Nam ex morte Menelai poſſet aliquis credere Regem Iudęis pacatū eſſe, ideo remouetur hoc cum dicitur.* Sed Rex mente effrænatus. *i. ſine fręno rationis in ſuperbiam elatus.*

11 Veniebat. *Contra Iudęam.*

12 Nequiorem ſe pa. *Sed per rumores contrarios ab hoc fuit impeditus, vt habetur infrà eod. cap.*

13 Quibus Iu. cognitis. *Hic conſequenter deſcribitur apparatus Iudæ*

### M O R A L I T E R.

† 1 *Anno centeſimo quadr. &c.* Sequitur.

3 *Commiſcuit autem.* Per iſtum, qui ſe coniunxit cū aduerſarijs ſuæ gentis, vt per hoc obtineret ſummum ſacerdotium, ſignificatur quilibet ambitioſus, qui pro ſua promotione conſequenda flagitia facere non formidat: ſed Deo iuſtè faciente non obtinuit propoſitum, ſed magis interitum, quia de turre fuit præcipitatus in cineris aceruum, per quod ſignificatur quòd tales ambitioſi præcipitandi ſunt finaliter in cineres inferni.

7 *Sed rex.* Per illum ſignificatur diabolus, qui Iob 41. d. dr rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, & quærit quantum pōt fideles ſubuertere, p Iudā verò, qui malitiā eius cognoſcēs

A in priori libro commemorata ſimul,& iuxta allegoriam explicata eſt. Sed illud quod cõſequenter narratur,quod in caſtris Regis nocte interfecta fuiſſent per Iudæos 14. millia,& maximus elephantorum cum his,qui ſuperpoſiti erant, in priore narratione manifeſtius exprimitur, vbi refertur, quod Eleazarus filius Saura videns vnam de beſtiis loricatam loricis Regis, & eminentem ſuper cæteras beſtias, cum æſtimaret,quod in ea eſſet Rex irrumpens in legionem,ſubtus pedes elephantis cucurrerit, eumq; interfecerit. Qui cadẽs ſuper ipſum pondere ſuo eum oppreſſit, & mortuus eſt. Cuius ſignificatio ſpiritualis ibi explanata eſt, cum iactãtia ſuperborum proprio niſu contrita monſtratur, dicẽte ſcriptura. *Omnis arrogans abominatio eſt apud Deum.* Et item. *Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriã humiliatur.* Et alibi. *Superbis autem reſiſtit Deus, & humilibus dat gratiam.* Et in euangelio dominus dicit. *Omnis qui ſe exal. humili. & qui ſe hum. exal.* Poſt hæc autẽ hiſtoria explicat qualiter Demetrius filius Seleuci Iudæam veniens, & regno potitus, per Al-

1. Mach.6.c. B Prou.16.a. Ibid.18.b. Iaco.4 b. Luc.14 c. C

populo,vt die,ac nocte Dominum inuocarent,quod ſicut
ſẽper,& nunc adiuuaret eos,quippe qui lege,& patria,ſan
ctoq; templo priuari vererentur, ac populum, qui nuper
paululũ reſpiraſſet,ne ſineret rurſus blaſphemis nationi- 1
bus ſubdi. Omnibus itaq; id ſimul facientibus,& petenti
a bus à Domino miſericordiam cum fletu,& ieiunijs per tri 2
duum continuum proſtratis, hortatus eſt eos Iudas, vt ſe 3
præparent. Ipſe verò cum ſenioribus cogitauit priuſquã 4
Rex aduomeret exercitum ad Iudæam,& obtineret ciuita
tem,exire,& Domini iudicio committere exitum rei. Dãs
igitur poteſtatem omnium Deo mundi creatori,& horta
tus ſuos,vt fortiter dimicarent,& vſq; ad mortem pro le-
gibus, templo, ciuitate, patria,& ciuibus, ſtarent, circa
b Modin exercitum conſtituit. Et dato ſigno ſuis Dei victo- 5
riæ,iuuenibus fortiſſimis electis,nocte aggreſſus aulam re 6
giã in caſtris interfecit viros quatuordecim millia,& ma 7 8
ximum elephantorum cum his qui ſuppoſiti erant. Sum
moq; metu,ac perturbatione hoſtium repleuerunt caſtra,
rebuſq; proſpere geſtis abierunt. Hoc autem factũ eſt die 9
illuceſcente,adiuuante eũ Domini protectione. Sed Rex ac 10
cepto guſtu audaciæ Iudæorum † arte difficultatẽ locorũ 11
tentabat,& Bethſuræ quæ erat Iudæorum præſidiũ muni 12
tũ,caſtra admouebat,ſed fugabatur,impingebatur,mino 13
rabatur. His autem qui intus erant,Iudas neceſſaria mitte 14 15
bat. Enuntiauit aũt myſteria hoſtib. † Rodochus quidam 16
de iudaico exercitu, qui requiſitus, comprehenſus eſt, & 17 18
concluſus. Iterum Rex ſermonem habuit ad eos, qui erãt 19

D Alchimum incitaretur aduerſus Iudam, & ſocios eius, vbi ita ſcriptum eſt. *Alchim.autem,&c.*

a *Omnibus itaque.* * Chryſoſt. Igitur ieiunium mirare, pronisq; mentibus ſuſcipe: quoniam quidem & in camino fert opem,atque in leonum cuſtodit lacu,dæmonesq; fugat, & Dei reuocat ſententiam, vitiorumq; furorem ſupprimit, & ad ipſam reducit libertatem, plurimamque in noſtris cogitationibus quietem inſinuat,&c. Ho.1.

b *Et dato.* * Ioſeph. Heb. factumque eſt in nocte, & accepit Iudas ſecum omnes milites Haſmonæos, irruenſq; nocte in caſtra Regis,occidit de fortiſſimis quatuor millia, ſed & grandiorem elephãtum. Cumque manè illuxiſſet,ordinauit Rex aciem contra Iudam, & factũ eſt præliũ magnũ. Videns autem Iudas vnum ex elephantis niteſcẽtem lorica aurea,qui cæteros magnitudine excellebat, ſuſpicatus eſt Regem inſidere ei, idcirco exclamauit dicens. Quis eſt in vobis, ô pueri? Et aſſiliens Eleazar frater eius,cucurrit cõtra elephãtem, ſternens in terram omnes, qui ei obuiam

l.3.hiſt. cap.20. E † quatuor millia. † machi † Rodoc

## NICOLAVS DE LYRA.

* *Iudæ Machabæi. Et primò per orationes deuotas:de quibus magis, quam de armis confidebat,& patet vſque ibi.*

1 Ac populum,&c.pau.re.*i. conſolatus fuiſſet per ciuitatis, & templi recuperationem,& aduerſariorum multiplicem repreſſionem vt patet ex ſupradictis.*

2 Per tri.con.pro.*Horis.ſ.ad hoc aptis quia in illo triduo oportuit eos refectionem accipere, & ſomnum,tempore competenti. Secundo ponitur apparatus per arma,& conſilia,cum dicitur.*

3 Hortatus eſt,&c.præ.*Et per arma,& victualia.*

4 Ipſe ve.*Occurrere Regi,antequam vaſtaſſet terram. Tertiò ponitur apparatus per exhortationes optimas ad confortandum animos bellatorum ad fortiter dimicandum,& patet litera.*

5 Et dato ſigno.*Hic conſequenter ponitur conflictus. Ad cuius intellectum ſciendum,quod Iudas cum Rege habuit in campo duplicem conflictum. Vnum circa finem noctis,de quo tacetur in 1. libro. Alium de clara die,& ſole refulgente in clypeos aureos,& æreos,qui diffusè ſcribitur 1.lib.6.cap. Hic autem de vtroque conflictu breuiter,& commiſtim fit mentio:nam hic liber ſecundus eſt quædam abbreuiatio,vt dictum eſt ſupra 2.cap. Igitur de primo conflictu dicitur.*Et da.ſi.*i.victoriæ a Deo conſequendę;quod autem fuerit hoc ſignum non dicitur hic,ſed videtur fuiſſe quædam reuelatio facta Iudę,quæ non explicatur propter breuitatem ſectandam.*

6 Iuuenib. *Ex hoc videtur quod in iſto primo conflictu non fuerunt omnes, Iudæ ſocij,ſed aliqui ad hoc ſpecialiter electi:in ſecundo verò conflictu fuerunt omnes Iudæ bellatores,vt habetur 1.li.6.ca.*

7 Nocte aggreſſus, &c.*i. partem exercitus in qua erant Regis tentoria.*

8 Et maximum.*Iſtud fuit in eo conflictu,qui fuit clara die,vt ſcribitur 1.lib.6.cap.ſatis diffusè.*

9 Hoc autem.*Quia hoc fuit completum in fine noctis.ſ.quantũ ad interfectionem duorum millium de hoſtibus. Aliqui tamen libri habent. Duodecim millia:& quantum ad perturbationem caſtrorum, non autem quantum ad elephantorum interfectionem, vt dictũ eſt.*

10 Sed Rex ac.*nam per dictam inuaſionem habuit experientiam de audacia eorum.*

11 Arte.*i.prudenter,& cautè.*

12 Difficultatem locorum.*i.fortalitia.*

13 Tentabat.*ſupple capere:ideo ſubditur.*

14 Et Bethſuræ quæ erat,&c.*Iudæis armatis.*

15 Caſtra ad.*i.applicabat ad ipſum capiendum.*

16 Sed fugabatur.*nam intus exiſtentes aliquando exeuntes ſubitò repellebant propè exiſtentes,& aliquos occidebant,& redibant ad fortalitium,antequam totus exercitus poſſet armari.*

17 Enuntiauit autem,&c.*i. ſecreta Iudæ, & eorum, qui erant Bethſuræ.*

18 Rodochus quidam. *qui captus ab aduerſarijs per tormenta ad hoc fuit compulſus.*

19 Iterum Rex.*de fortalitio reddendo ſaluis ſuis corporibus, qui conſenſerunt,eò quòd victualia eis deficiebant,vt habetur 1.li.6.ca.*

F

* r Abijt

## *MORALITER.*

† monuit populum ſuum orationibus deuotis auxilium quærere diuinum, ſignificatur bonus prælatus, qui monet populum ſibi ſubditum reſiſtere ſpiritibus malignis per orationum ſuffragia, procedentium ex fide firma 1. Pe.5.b. *Fratres ſobrij eſtote,& vigilate,quia aduerſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide.* Per hoc autem quod Iudas occurit Regi antequam intraret terram Iudæ, ſignificatur, quod bonus pugnator contra diabolum non debet permittere, quod ingrediatur terram cordis per delectationem, vel conſenſum, ſed in principio tentationis ipſum repellere ſecundum poeticum dictum: Principijs obſta, ſero medicina paratur. Et Iacobi 4. b. *Reſiſtite diabolo, & fugiet a vobis.*

† *Vt autem.* Per hoc oſtenditur quod Dominus aliquando brigam ſuſcitat inter malos, vt per hoc boni pacem habeant. Et ſic dicit Aug. quòd guerra dæmonum pax eſt hominum.

† *MORA-*

A obuiā venerunt ex fortiſſimis Regis, percutiēs ad dexteram, & ſiniſtram, cadentibus ante ipſum interfectis hinc, & hinc, immergens itaque ſeſe in medium profundi belli, venit inter pedes elephāti, & fixo in vmbilicū eius gladio ſuo, cecidit elephas ſuper eū, mortuuſq; eſt coram Dño, & coram populo ſuo, relinquens nomen, & exemplū fortitudinis, atq; luctum apud populum ſuum, &c.

in Bethſuris, dexteram
dedit, accepit, abijt, 1
commiſit cum Iuda, 2
ſuperatus eſt. Vt au- 3
tē cognouit rebellaſſe 4
Philippū Antiochiæ,
qui relictus erat ſuper
negotia, mente conſternatus, Iudæos deprecans, ſubdituſque
eis, iurat de omnibus
5 quibus iuſtum viſum eſt, & reconciliatus ob D
6 tulit ſacrificium, honorauit templum, & munera poſuit, Machabæum amplexatus eſt, & fecit eum à Ptolemaide vſque ad Gerrenos ducem, & principem. Vt autem venit Ptolemaidam, grauiter ferebant Ptolemenſes ami
7 citiæ conuentionē, qui indignantes ne fortè
8 fœdus irrumperet. Tunc aſcendit Lyſias tribunal, & expoſuit rationem, & populum ſeda-
9 uit, regreſſuſq; eſt Antiochiam. Et hoc modo Regis profectio, & reditus proceſſit.

B

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Abijt. *ſ. Rex de Bethſura relicta ibi ſuorum cuſtodia: vt habetur. 1. lib. 6. cap.*

2 Commiſit cum Iuda. *In hoc tangitur ſecundus conflictus, qui fuit de die clara, & alia die vt videtur, quàm primus.*

3 Superatus eſt *ſ. Iudas, & eius exercitus: nam videntes virtutem Regis, & impetum exercitus eius, diuerterunt ſe ab eis, vt habetur. 1. lib. 6. cap.*

4 Vt autem cognouit. *Hic conſequenter deſcribitur Regis receſſus de Iudæa, vt iret contra Philippum, qui occupauerat Antiochiam: ex quo patet, ꝙ iſtud bellum Antiochi contra Iudæam eſt idē cum illo, quod ſcribitur 1. lib. 6. ca. nam ibidem ponitur receſſus Regis propter eandem cauſam. Aliqua tamen hic ponuntur, quæ ibi tacentur, & è conuerſo, nam hic tacetur fractio iuramenti Regis, quæ ibidem exprimitur in deſtructione munitionis.* E

5 Et reconciliatus obtulit ſacrificium. *per Sacerdotes tamen. Cætera verò vſque propè finem huius capituli tacentur 1. lib.*

6 Machabęum amplexatus eſt. *in ſignum reconciliationis. Cętera patent vſque ibi.*

7 Ne fortè fœdus irrum. *ſ. Iudas, & eos grauaret: quod tamē non fecit: ſed magis Rex fœdus rupit, vt dictum eſt.*

8 Tunc aſcendit Lyſias tribunal. *i. locum eminentem ad perſuadendum Gentem, & expoſuit rationem, dicendo quod propter bonum commune facta eſt conuentio Regis, & Iudę.*

9 Regreſſuſque. *Hic autem omittitur qualiter inde fugauit Philippum, quia, ſuprà 9. cap. per anticipationem poſitum fuit.*

*MORALITER.*

4 *Vt autem cognouit.* Per hoc oſtenditur quod Dñs aliquando brigam ſuſcitat inter malos, vt per hoc boni pacē habeāt. Et ſic dicit Aug. ꝙ guerra dæmonū pax eſt hominū.

## CAP. XIV.

Robanus. a Alchimus autem, &c. Quod dicitur Regi talos ſimul cū corona aurea, & palma Alchimum obtuliſſe oſtendit quod ei regni dignitatem, & victoriam hoſtiū ſimul cum templi cultu per indicium munerum ſuorum portando promiſit. Tali. Talos. n. dicūt vaſa offertoria eſſe iuxta modum turriū facta, cum quibus in præcipuis feſtiuitatibus offerebant, quorum ſimilitudo hactenus in quibuſdā a locis habetur. Aſſidæi autem dicūtur C illi eſſe Iudæi qui ſē per cultui diuino inſudabant, ab aſſiduitate vocati, dictique Aſſidæi, quaſi aſſidui, quales Iudas & ſui auxiliatores in cultura Dei, & obſeruatione legis ipſius fuere. Alij verò Aſſidæos a munditia vocatos aſſerunt, quaſi mundos Iudæos, eò quòd ſe ab idololatria, & a ritu Gentilium ſeparabant. Demetrius autem audita relatione

tione Alchimi, cui & cæteri, qui inimici erant Iudæ, in accuſatione fauebant, ſtatim Nicanorem præpoſitum elephantorum ducem miſit in Iudæam, datis mandatis vt ipſum quidem Iudam caperet, & eos, qui cum illo erant, diſpergeret, & vt conſtitueret Alchimum maximi templi ſummum Sacerdotem, qui Iudæam veniēs primum pacis ſe finxit fędus cū Iudæis habere velle, poſteà manifeſtata inimicitia monſtrauit ſe eſſe hoſtē nequiſſimum, magis quàm fidelem amicum. Sed diuina virtute proſtratus, blaſphemię cōtra Deū prolatæ, & pertinaciæ ſuæ pœnas luit, F quæ omnia in prioris libri hiſtoria cōtinētur, licet aliqua, quæ ibi propter feſtinationem narrantis ommiſſa ſunt, in huius libri narratione inſerta reperiantur. Allegoriæ autem ſenſus iuxta modum ingenioli mei de hac eadem re ibi expoſitus eſt, nec iterare modo neceſſe eſt. Allego.

## CAP. XIV.

SEd poſt triennij tempus cognouit Iu- 1
das, & qui cum eo erāt, Demetrium Se
leuci cum multitudine valida, & naui
bus per portū Tripolis aſcēdiſſe ad lo
ca opportuna, & tenuiſſe regiones ad- 2
uerſus Antiochum, & eius ducem Ly- 3
ſiam. Alchimus autem quidam, qui 4
ſūmus Sacerdos fuerat, ſed voluntariè coinquinatus eſt tē 5
poribꝰ cōmixtionis, cōſiderās nullo modo ſibi eſſe ſalutē, ne 6
que acceſſum ad altare, venit ad Demetrium Regē centeſi- 7
mo quinquageſimo anno, offerens ei auream coronam, & 8
palmā, ſuper hæc & talos, qui templi eſſe videbātur. Et ipſa 9

a Razias

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIV.

* SEd poſt. *Deſcripto Iudæ conflictu tempore Antiochi nobilis, & Eupatoris eius filij, hic tertiò ponitur eius conflictus tpē Demetrij* Diuiſio. *Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur Demetrij ſublimatio, ſecundò Iudę, ſociorumq; eius accuſatio, ibi.* Alchimus autem. *tertiò eorum exterminij iuſſio, ibi.* Qui ſtatim. *Circa primum dicitur:*

1 Sed poſt. *Illud triennium accipitur a morte Antiochi Epiphanis, & inthronizatione filij ſui Eupatoris. Quod ſecundum numerationē in hoc lib. poſitā contigit anno cēteſimo quadrageſimo octauo, vt dictum eſt, ſuprà 11. ca. Demetrius aūt regnum obtinuit anno cēteſimo quinquageſimo qui eſt. i. annus 151. quo dicitur Demetrius intraſſe regnum ſecundum computationem poſitam primo lib. ca. 7. & ſic triennium non fuit completum, ſed intelligitur per Syncedochen, ſicut corpus Chriſti dicitur fuiſſe per triduum in ſepulchro.*

2 Aſcendiſſe ad loca. *fortia, & munita.*

3 Et tenuiſſe. *quos ad mandatum Demetrij exercitus interfecit, vt habetur. 1. lib. 7. cap.*

4 Alchimus autem. *Hic conſequenter deſcribitur Iudæ ſociorumq; eius accuſatio, cum dicitur.* Alchimus autem. *non de iure, ſed de facto intruſus, primò per Antiochum Epiphanem, quia licet eſſet de genere Aaron, tamen non deſcenderat ab eo per lineam Sacerdotalem, vt dictum fuit ſupra 1. lib. cap. 7.*

5 Sed voluntariè coin. *cibis, & ſacrificijs Gentilium.*

6 Temporibus. *ſ. quando Antiochus illuſtris cogebat Iudæos ad ſuſcipiendum ritum Gentilium, ita ꝙ inter Iudęos, & Gentiles nulla eſſet diſtinctio.*

7 Conſiderans. *corporis.*

8 Neque acceſſum, &c. *quamdiu Iudas ſtaret in poteſtate.*

9 Venit ad Dem. *& ſic in Regni ſui principio.*

10 Offerens ei. *in ſignum victorię, & dignitatis regię.*

11 Super hæc, &c. *i. vaſa offertoria in modum turrium facta, quibus vtebantur Sacerdotes in ſolemnitatibus magnis.*

12 Et ipſa quidem. *Vt donum ſuum Regi magis eſſet gratioſum. Cętera patent vſque, ibi.*

* 1 Ipſi

*MORALITER.*

† 1 *Sed poſt triennij tēpus.* Per Regē Demetriū, qui fuit aduerſarius fideliū, ſignificatur diabolus, qui ꝑ portū Tripolis, .i. per concupiſcentiam tripartitam .ſ. carnis, oculorum,

quidem die ſiluit. Tempus autem opportu-
A num dementiæ ſuæ nactus, conuocatus à De-
metrio ad conſilium: & interrogatus quib.
rebus, & conſilijs Iudæi niterentur, reſpon-
dit: Ipſi qui dicuntur * Aſſidæi Iudæorum, 1
quibus præeſt Iudas Machabæus, bella nu-
triunt, & ſeditiones mouent, nec patiuntur
regnum eſſe quietum Nam & ego defrauda
tus parẽtum gloria, dico autem ſummo ſa-
cerdotio, huc veni primò quidem vtilitati- 2
bus Regis fidem ſeruans, ſecundò aũt etiam
ciuibus conſulens. Nam illorum prauitate
vniuerſum genus noſtrum non minimè ve-
xatur. Sed oro his ſingulis, ò Rex, cognitis, &
regioni, & generi ſecundum humanitatem 3
B tuam promulgatam omnibus, proſpice.
Nam quamdiu ſupereſt Iudas, impoſſibile
eſt pacem eſſe negotijs. Talib. autem ab hoc
dictis, & cæteri amici hoſtiliter ſe habentes 4
aduerſus Iudam inflammauerunt Deme-
trium. Qui ſtatim Nicanorem præpoſitum 5
elephantorum ducem miſit in Iudæam, da-
tis mandatis, vt ipſum quidem Iudam cape-
ret viuum: eos verò qui cum illo erãt diſper-
geret, & conſtitueret Alchimũ maximi tem-
pli ſummũ Sacerdotem. Tunc Gentes, quæ 6
de Iudæa fugerant Iudam, ſegregatim ſe Ni-
canori miſcebant, miſerias, & clades Iudæo-
rum proſperitates rerum ſuarum exiſtiman-
tes. Audito itaq; Iudæi Nicanoris aduentu,
& conuentu nationum, conſperſi terra roga- 7
bant eum, qui populum ſuum conſtituit, in 8
æternum cuſtodiret, quique ſuam portionẽ 9
C ſignis euidentibus protegit. Imperante au-
tem duce, ſtatim inde mouerunt, conuene-
runtque ad caſtellum Deſſau. Simon verò fra-
ter Iudæ commiſerat cum Nicanore, ſed con
territus eſt repentino aduentu aduerſario-
rum: Nicanor tamen audiens virtutem 10

*Haſſidæi vocabantur Iudæi illi qui cõſtantes mãſerant in religione Moſaica: nec minis aut tormentis Antiochi ceſſerant.

comitum Iudæ, & animi magnitudinem, D
quam pro patriæ certaminibus habebant,
11 ſanguine iudicium facere metuebat. Qua-
mobrem præmiſit Poſſidonium, & Theodo-
tium, & Matthiam, vt darent dextras, atque
acciperent Et cum diu de his conſilium age-
retur, & ipſe dux ad multitudinem retuliſſet,
omnium vna fuit ſententia amicitijs annue-
re. Itaque diem conſtituerunt, qua ſecretò in
ter ſe agerent, & ſingulis ſellæ prolatæ ſunt,
& poſitæ Præcepit autem Iudas armatos eſſe
locis opportunis, ne fortè ab hoſtibus repen
te mali aliquid oriretur, & congruum collo- E
quium fecerunt. Morabatur autem Nicanor
Ieroſolymis, nihilque iniquè agebat, gregeſ-
12 que turbarum, quæ congregatę fuerant di-
13
14 miſit. Habebat autem Iudam ſemper ca-
rum ex animo, & erat viro inclinatus. Ro-
gauitque eum ducere vxorem, filioſque pro-
creare. Nuptias fecit, quietè egit, commu-
15 niterque viuebant. Alchimus autem videns
charitatem illorum adinuicem, & conuen-
16 tiones, venit ad Demetrium, & dicebat Ni-
17 canorem rebus alienis aſſentire, Iudamque
regni inſidiatorem ſucceſſorem ſibi deſti-
18 naſſe. Itaque Rex exaſperatus, & peſſimis
huius criminationibus irritatus, ſcripſit Ni-
canori dicens, grauiter quidem ſe ferre de
amicitię conuentione, iuſſitq; Machabęum
citius mittere vinctum Antiochiam. Qui-
bus cognitis Nicanor conſternabatur, & gra
uiter ferebat, ſi ea quę conuenerant irrita fa-
ceret: nihil lęſus a viro, ſed quia Regi reſiſte-
re non poterat, opportunitatem obſeruabat,
19 qua preceptum perficeret. At Machabeus
20 videns auſterius ſecum agere Nicanorem,
& conſuetum concurſum ferotius exhiben-
21 tem, intelligens non ex bono eſſe auſteri-
tatem iſtam, paucis ſuorum congregatis

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Ipſi qui dicuntur Aſſidæi Iudæorum. *i. aſſiduè vacantes diuino cultu: temporibus tamen ad hoc aptis.*

2 Primò quidem vtilitatibus Regis fidem ſeruans. *Mentitur ſicut homo fallax, venerat enim ad obtinendum ſummum Sacerdotium.*

3 Secundum humanitatem tuam promulgatam. *i. ſecũdum benignitatem tuam vbique famoſam.*

4 Et cæteri amici. *ſ. Alchimi.*

5 Qui ſtatim Nicanorem præpoſitum elephantorũ, &c. *Hic conſequenter ponitur iuſſio Regis de exterminio Iudaicæ gentis. Et diuiditur in tres partes: nam ad hoc agendum primò Nicanor mittitur, ſecundò cum Iuda fœdere iungitur, ibi.* Nicanor tamen. *Tertiò fœdus huiuſmodi rumpitur, ibi.* Alchimus autem. *Primum patet vſque ibi.*

Diui ſio.

6 Tunc Gentes, quæ de Iudæa fugerant Iudam. *Eò quod erant præuaricatores legis. Cætera patent vſque ibi.*

7 Et conuentu nationum. *Nam in precibus deuotis, magis quàm in armis confidebant.*

8 Qui populum ſuum conſtituit. *ſ. duraturum, nam lex vetus non eſt amota per Chriſtum, ſed magis perfecta, Mat. 5. b.* Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. *nec per conſequens populus eius eſt amotus, ſed perfectior factus, ſicut frequenter oſtendi in libris noui, ac veteris teſtamenti.*

9 Quique ſuam portionem ſignis euidentibus protegit. *Sicut dictum eſt pluries in hoc libro. Cætera patent.*

10 Nicanor tamen audiens virtutem. *Hic conſequenter ponitur confœderatio Nicanoris, & Iudę, & patet litera paucis exceptis.*

11 Sanguine iudicium. *i. per effuſionem ſanguinis Iudęorum: propter quod elegit pacem facere cum eo. Et patet vſque ibi.*

12 Gregeſque turbarum. *i. bellatorum.*

13 Quæ congregatæ fuerant. *Ad bellandum contra Iudam, & ſocios eius.*

14 Dimiſit. *Ire ad loca ſua, eò quod pax eſſet facta.*

15 Alchimus autem. *Hic conſequenter ponitur ruptio dicti fœderis. Et primò ponitur huius ruptionis procuratio, eius ſecundò manifeſtatio, ibi.* At Machabæus. *Circa primum dicitur.* Alchimus autem. *Quęſiuit eam rumpere: eò quod haberet Iudam odioſum.*

16 Et dicebat Nicanorem. *ſ. ab vtilitate regni.*

17 Aſſentire. *falſo eum notans crimine, aſſerebat.*

18 Succeſſorem ſibi deſtinaſſe. *Quod ſimiliter erat falſum. Cętera patent.*

19 At Machabeus. *hic conſequenter deſcribitur fœderis violati manifeſtatio. Et primò ſignis, cum dicitur.*

20 Videns auſterius. *Quia diſpoſitio cordis vix poteſt celari, quin appareat in exterioribus ſignis, vt in geſtu, vultu, & aſpectu.*

21 Paucis ſuorum congregatis. *Quib. dixit cõceptũ ſui animi.*

* 1 Occultauit

occultauit ſe a Nicanore. Quod cum ille cognouit fortiter ſe 1
a viro prçuentum, venit ad maximum, & ſanctiſſimum tem
plum, & Sacerdotib. ſolitas hoſtias offerentibus, iuſſit tradi 2
ſibi virum. Quibus cum iuramento dicentibus neſcire ſe vbi
eſſet, qui quærebatur, extendens manum ad templum iura
uit dicens: Niſi mihi Iudam vinctum tradideritis, iſtud Dei
phanum in planitiem deducam, & altare effodiam, & tem-
plum hoc Libero patri conſecrabo. Et his dictis abijt. Sa- 3 4
cerdotes autem protendentes manus in cœlum inuocabant
Deum, qui ſemper propugnator eſſet gentis ipſorum,
hæc dicentes: Tu Domine vniuerſorum, qui nullius indiges,
voluiſti templum habitationis tuę in nobis fieri. Et nunc
ſancteſanctorum omnium Domine conſerua in æternum 5
domum iſtam impollutam, nuper quæ mundata eſt. Razias 6 7
a autem quidam de ſeniorib. ab Ieroſolymis delatus eſt Nica 8
nori, vir amator ciuitatis, & bene † audiens, qui pro affectu 9 10
pater Iudæorum appellabatur. Hic multis temporib. conti- 11
nentiæ propoſitum tenuit in Iudaiſmo, corpuſque, & aīam
† cōtentus tradere pro perſeuerantia. Volens autem Nicanor
manifeſtare odium, quod habebat in Iudæos, miſit milites

a *Razias*. Aug. Solent in literis gentilium iſta laudari: in A his autem Machabæorum libris quamuis homo ipſe fuerit laudatus, factum tamen eius narratum eſt, non laudatum, & iudicando potius quam imitandum, quaſi ante oculos conſtitutum, non ſanè noſtro iudicio iudicandū, quòd nos quoque vt homines habere poſſemus, ſed iudicio doctrinę ſobrię, quæ in ipſis quoq; libris veterib. clara eſt. Longè quippe fuit Razias iſte a verbis illis vbi legitur: Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore ſuſtine, & in B humilitate tua patientiam habe. Nō fuit ergo iſte vir eligendæ mortis ſapiens, ſed ferendæ humilitatis impatiens. Scriptum eſt quod voluerit nobiliter, & viriliter mori: ſed nunquid ideo ſapienter? Nobiliter ſcilicet, ne libertatem ſui generis captiuus amitteret. Viriliter autem quòd tantas vires animi haberet, quibus idoneus eſſet, vt ſeipſe perimeret, quod gladius cum implere non poſſet de muro ſe præcipitem dedit, & ſic adhuc viuus abruptam cucurrit ad petram, atque ibi exanguis inteſtina ſua produxit, quæ vtraque manu diſſipata ſpergebat in populum, ac deinde poſtea defeſſus occubuit. Magna hęc ſunt, nec tamen bona. Non enim bonum eſt omne, quod magnum eſt, quoniam ſunt magna etiam mala. &c. Videatur Ioſephus Hebræus lib. 3. hiſtoriarum Iudaicarum cap. 22.

† contéptus.

C Rab. Hoc quidem legentes inuenietis ibi ſcriptum, ꝙ Razias propria manu ſibi inferens mortē, elegiſſet nobiliter mori potius, quā ſubditus fieri peccatoribus, & cōtra natales ſuos indignis iniurijs agi: ne fortè ſimplitiores animi credant, cum neceſſitas vrſerit, potius ſibimetipſis primo actu, aliquo modo inferendam eſſe mortem, quam incidendum viuum in manus peccatorum, vtile fore arbitratus ſum ex dictis venerandi patris Auguſtini huic operi noſtro aliqua inſerere, vń lector ſobrius quid ſibi de talibus rebus agendum ſit poſſit intelligere. Refert autē memoratus pater primo ſuo lib. de ciuitate Dei vbi, vtrū alicui liceat ſeipsū interficere copioſo tractatu diſputauit, ita dicens: At enim multi ſe interemerunt ne in manus hoſtium peruenirent. Non modo q̄rimus vtrum ſit factum, ſed vtrū fuerit faciendum. Sana quippe ratio et exemplis anteponēda eſt, cui quidem exempla cōcordāt, ſed illa, quę tanto digniora ſunt imitatione, quanto excellentiora pietate. Nō fecerūt patriarchę, non prophetę, non Apoſtoli: quia & ipſe dominus Chriſtus, qñ eos ſi perſequutionem paterentur, fugere admonuit de ciuitate in ciuitatem, potuit admonere vt ſibi manus inferrēt, ne in manus perſequentium peruenirent. Porrò ſi hoc ille nō iuſſit, aut monuit: vt eo modo ſui ex hac vita emigrarent, quibus emigrantibus ſe manſiones æternas præparaturum eſſe promiſit, quælibet exempla opponāt Gentes, quę ignorant Deum, manifeſtum eſt hoc non licere colentibus vnum verum Deum. Reſtat vt de homine intelligamus, quod dictum eſt: *Non occides*. Non alterū, ergo nec te. Neq; enim qui ſe occidit aliud quam hominē occidit. Quaſdam verò exceptiones, eadem ipſa diuina fecit aucto-

D

Aug de ciui. Dei. c. 23.

Vtrum liceat alicui ſeipsū interficere.

E

† audens.

Mar. 20. c.

Aug. de ciui. Deu cap. 20. & 21.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Occultauit ſe, &c. *ne ſubitè caperetur ab ipſ.: ſecunda manifeſtatur verbis, cum dicitur, Quod cum ille cogno. &c. & ſequitur.*
2 Iuſſit tradi, &c. *ſ. Iudam.*
3 Et tem. *i. Baccho, ſicut dictum eſt, ſup. cap. 6.*
4 Et his. *Cum indignatione de templo.*
5 Conſerua. *contra Nicanoris contaminationem.*
6 Quę mu. *A ſordibus luxuriæ, & idololatrię, vt habetur ſupra. 10. cap.*
7 Razias aut. *Hic conſequenter ponitur fœderis violati manifeſtatio factis, & primò in inuaſione Raziæ, ſecundo in impugnatione Iudæ. cap. vlt. Circa primum dicitur.* Razias autem quidam de ſeniori. *ætate, ſcientia, & moribus.*

F

8 Delatus eſt Nicanori. *i. accuſatus, quòd eſſet amicus, & fautor Iudę.*
9 Vir amator ciuitatis. *i. boni communis.*
10 Et bene audiens. *pauperes, ſicut & diuites ad eos inſtruendum, & dirigendum.*
11 Hic multis tem. *Ex quo patet quod continentia carnis tempore veteris teſtamenti fuit laudabilis.*

* Puta

*MORALITER.*

† & vitę ſuperbiam, aſcendit ad regnandum ſuper mundum, propter quod huius mundi princeps nominatur Ioa. 12. Per Alchimum verò qui Demetrio coronam auream, & palmam obtulit, vt per hoc ſummum Sacerdotium obtineret, ſignificatur ambitioſus intantum: quod facit diabolo ſacrificium, vt per hoc promoueatur ad dignitatem, ſicut refert Guillelmus in chronica de quodā nomine Gebertus, qui per hoc aſcendit ad Archiepiſcopatum Remenſem, & poſtea ad Rauennenſem, & poſt ad ſtatum Papalem. Vnde factus fuit talis verſus. Scandit ad r. Gebertus ad. r. poſt Papa mancus. r. Et per triplicem. r. ſignificatur Remis, Rauenna, & Roma. Et de Theophilo legitur, quod homagium fecit diabolo, vt ad priſtinam dignitatem reſtitueretur. Per hoc autem quòd iſte Alchimus accuſauit falſo Iudam, & ſocios eius, & amicitiam inter Iudam, & Nicanorem diſſolui procurauit, ſignificatur quod promoti per diabolum in Eccleſia, cuiuſmodi ſunt omnes malè promoti, bonos infamant, & perſequuntur, & per eos pax, & cōcordia inter principes diſſipatur.

Gebertus ꝑ notus in epiſcopum per diabolum. Theophilus hiſtoriā Theophili recitant Eutychianus.

7 *Razias au.* De iſto, qui comendari videtur hic, de hoc quod ſeipſum interfecit, dictum fuit diffusè in expoſitione literali. Myſticè verò, per iſtum, qui continentiam longo tempore ſeruauit, & pro vita bona, & affectu paterno ad populum ſuum pater Iudæorum vocatus fuit, ſignificatur bonus prçlatus habens ad populum ſibi commendatum paternę pietatis affectum, & vitam exemplarem ad opera virtutum inducentem, propter quod occidit ſe ipſum ſecundum hominem exteriorem per pœnitentiæ aſperitatem, vt viuificetur homo interior, & populus ędificetur. Et ſic dicit Saluator Ioa. 12. d. *Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam*, per animam intelligens ſenſualitatem.

Metaphraſtes, Damianus, & Honorius Antoninus, &c. Myſt. ce.

† MORA-

A ✠ auctoritas,vt nō liceat hominem occidi. Sed his exceptis quos Deus occidi iubet, ſiue data lege, ſiue ad perſonam pro tempore expreſſa iuſſione. Non autem ipſe occidit, qui miniſterium debet iubenti, ſicut adminiculū gladius eſt vtenti. Et ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt quod dictum

Exod. 20.c. eſt: *Non occides*, qui Deo auctore bella geſſerunt, aut perſonam gerentes publicæ poteſtatis ſecundum diuinas leges, hoc eſt iuſtiſſimæ rationis imperium ſceleratos morte punierunt.

Gen. 22.b. Heb. 11.b. Et Abrahā non ſolum non eſt culpatus crudelitatis crimine, verumetiam laudatus eſt nomine pietatis, quod voluit filium nequaquā ſcelerate, ſed obediēter

B occidere. Et meritò quæritur vtrum pro Dei iuſſu ſit habendum, ꝙ Iepthe filiā quę patri occurrit occidit, cum id ſe vouiſſet immolaturum Deo, quod ei redeunti de prelio victori primitus occurriſſet. Nec Sanſon aliter excuſatur, qui ſemetipſum cū hoſtib. ruina domus oppreſſit,

Iudi. 11.f. An Iepthe ſecundum Dei voluntatē filiam immolauerit. Iud. 16 g.

ſit, niſi quia ſpiritus latenter hoc iuſſerat, qui per illū miracula faciebat. His ergo exceptis, quos vel lex generaliter iuſta, vel ipſe fons iuſtitię Deus ſpecialiter occidi iubet, D quiſquis hominem, vel ſeipſum, vel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur. Et quicunque hoc in ſeipſis perpetrauerunt, animi magnitudine fortaſſe mirandi, non ſapientiæ ſanitate laudandi ſunt: quamquam ſi ratio nē diligentius cōſulas, nec ipſa quidē animi magnitudo rectè nominatur, vbi quiſque non valendo tolerare, vel quæque aſpera, vel aliena peccata ſeipſum interemerit. Magis enim mens infirma deprehēditur, quæ ferre non poteſt, vel durā ſui corporis ſeruitutē, vel ſtultā vulgi opinionem. Maiorque aīus meritò dicendus eſt, qui vitam ęrumnoſam magis poteſt ferre, quam E fugere, & humanum iudicium, maximeque vulgare, quod plerumque caligine erroris inuoluitur, præ conſciētiæ luce, ac puritate contemnere.

Aug. lib. ... ciu. dicit

quingentos vt eum comprehenderent. Putabat enim ſi illū 1
decepiſſet, ſeſe cladem maximam Iudęis illaturum. Turbis 2
autem irruere in domum eius, & ianuam diſrumpere, atque
ignem admouere cupientibus, cum iam comprehenderetur, 3
gladio ſe petijt, eligens nobiliter mori potius, quam ſubdi- 4 5
tus fieri peccatoribus, & cōtra natales ſuos indignis iniurijs 6
agi. Sed cum per feſtinationem nō certo ictu plagam dediſſet, & turbæ intra oſtia irrumperent, audacter recurrens ad murum, pręcipitauit ſemetipſum viriliter in turbas, quibus locum velociter dantib. caſui eius, venit per mediam ceruicem. Et cum adhuc ſpiraret accenſus animo ſurrexit, & cum ſanguis eius magno fluxu deflueret, & grauiſſimis vulneribus eſſet ſuatius, curſu turbam pertranſijt, & ſtans ſupra petram quandam præruptam, & iam exanguis effectus, complexus inteſtina ſua vtriſque manibus proiecit ſupra turbas, inuocans dominatorem vitæ, ac ſpiritus, vt hæc illi iterum redderet, atque ita vita defunctus eſt.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Putabat enim ſi illum decepiſ. *alias deperiſſet, pertrahendo ad Gentilem ritum.*

2 Seſe cladem maximam Iudæis il. *nam eius exemplo multi fuiſſent ad h c pe tracti.*

3 Cum iam com. *i. eſſet prope ad comprehenſionem.*

4 Gladio ſe. pe. *ſeipſum percutiendo.*

5 Eligens no. po. mo. *Cuius duplex erat cauſa. Vna, ne fortè vi tormento um inclinaretur ad Gentilem ritum, quod erat maximum malum, ideo ſubditur.*

6 Quam ſubditus. *ipſum ad idololatriam trahere quærentibus.* C *Alia, ne in cōtemptum Dei cæli eius vita in ludibrio haberetur, ſicut Sanſon ſe interfecit Iudic. 16. & Saul 1. Reg. vlti. vt dictum fuit ibidem. Et in his duobus caſibus dicunt Hebræi, quòd non ſolum licitum eſt, ſed etiam meritorium interficere ſeipſum: quia talis interfectio ordinatur in Deum. Si autem hoc faciat aliquis propter ſemetipſum, vt pote ad euadendum longum, vel grauem cruciatum, vel infamiam ſui, & ſuorum ſi moriatur vili morte, hoc ſemper eſt illicitum. Et vt dicunt aliqui hoc modo intelligendum eſt dictum Auguſtini quod habetur hic in gloſa, quæ talis eſt. His exceptis, quos lex iuſta generaliter, & ipſe fons iuſtitiæ Deus ſpecialiter occidi iubet, quiſquis hominum vel ſeipſum, vel quemlibet alium occiderit, homicidij crimine innectetur. Vnde & ſcriptura libri huius, quę recepta eſt ab Eccleſia ad legendum pro informatione morum, non videtur hic Raziam arguere, ſed magis commendare de ſuipſius interfectione. Si autem prędicta non ſufficiunt ad eius excuſationem, poteſt dici quòd fecit hoc per ſpecialem inſtinctum Spirituſſancti.* F *Omnes enim homines ſunt Deo mortis debitores: quod debitum Deus de quolibet poteſt repetere, quandocumque vult, & quomodocumque, vtpote per manum propriam, ſiue per aliam. Cętera patent in litera.*

Quomodo licitum eſt alicui ſeipſum interficere.

Aug. de ciu. Dei. c. 21.

Heb. 9.g.

## CAP. XV.

Nicanor autem vt comperit 1
Iudā eſſe in locis Samariæ,
cogitauit die ſabbathi cum 2
omni impetu committere 3
bellum, Iudęis verò qui illū 4
per neceſſitatem ſequebantur, dicentibus ne ita ferociter, & barbarè feceris, ſed honorem tribue diei ſanctificationis, & honora eum qui vniuerſa conſpicit. At ille infœlix interrogauit, & ſi eſt potens in cœlo,
qui imperauit agi diem ſabbathorum. Et re- 5
ſpondentibus illis: eſt Dominus viuus, ipſe in cœlo potens, qui iuſſit agi ſeptimam diem. At ille ait: Et ego potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma, & negotia Regis

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XV.

Diuiſio.

1 NIca au. *Hic conſequenter ponitur manifeſtatio violati fœderis in impugnatione Iudæ. Circa quod ponitur primò belli apparatus, ſecūdo conflictus, ibi:* Nica. autem. *tertiò laudabilis terminus ibi:* Cumque ceſſaſſent. *Prima in duas, quia primò ponitur apparatus ex parte Nicanoris, ſecundò ex parte Iudę Machabæi, ibi:* Machabæus autem. *Circa primum dicitur.*

2 Co. die ſab. *i. poteſtate ſua.*

3 Com. bel. *credens quòd Iudas, & ſocij ſui minus ſe defenderent propter quietem diei ſabbathi.*

4 Iudæis. *nam ad hoc ſub pœna mortis cogebantur:* Dicentibus, &c. *Sequitur.*

5 Eſt dominus, &c. agi ſeptimam diem. *ſ. celebrem, & quietum, vt habetur Exod. 20.*

✠ Ta-

*MORALITER.*

† 1 *Nicanor autem vt com.* Per iſtum qui contemnens actualiter Dei pręceptum de obſeruatione ſabbathi, præcepit arma ſumi, ſignificantur illi, qui actualiter, & ex certa malitia contemnunt Dei præcepta, vt ſuam faciant voluntatem. Per Iudam Machabęum qui cum Nicanore pugnaturus armauit ſuos optimis ſermonib. oſtenditur, quòd bonus dux tam in ſpiritualibus, quam in corporalibus debet ſuos ſubditos monere, & munire exhortationibus ſanctis, & bonorum operum exemplis.

† † *Erat*

impleri. Tamen non obtinuit, vt conſilium perficeret. Et Ni- 1
canor quidem cum ſumma ſuperbia electus cogitauerat cō-
mune trophæum ſtatuere de Iuda. Machabæus autem confi- 2
debat ſemper cum omni ſpe auxilium ſibi a Deo affuturū, & 3
hortabatur ſuos, ne formidarent ad aduentum nationum, ſed 4
in mente haberent adiutoria ſibi de cœlo facta, & nunc ſpera 5
rent ab omnipotēte affuturam ſibi victoriam. Et alloquutus
eos de lege, & prophetis, admonens etiam certamina, quæ fece 6
rant prius, promptiores conſtituit eos: Et ita animis eorum 7
erectis ſimul oſtendebat Gentium fallaciam, & iuramentorū 8
præuaricationem. Singulos autem eorum armauit nō clypei, 9
& haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis, & exhortationi
bus expoſito digno fide ſomnio, per quod vniuerſos lætifica-
a uit. Erat autē huiuſmodi viſus. Oniam, qui fuerat ſummus Sa 10 11
cerdos virum bonum, & benignum, verecundum viſu, mode 12
ſtum moribus, & eloquio decorum, & qui a puero in virtuti- 13
bus exercitatus ſit, manus protendentem, orare pro omni po 14 15
pulo Iudæorum. Poſt hoc apparuiſſe, & alium virum ætate, & 16
gloria mirabilem, & magni decoris habitudinem circa illū. 17
Reſpondentem verò Oniam dixiſſe: Hic eſt fratrum amator, 18 19
& populi Iſrael, hic eſt, qui multū orat pro populo, & vniuer- 20
ſa ſancta ciuitate Ieremias propheta Dei. Extendiſſe aūt Iere- 21 22
miam dexteram, & dediſſe Iudæ gladium aureum dicentem:
Accipe ſanctum gladium munus a Deo, in quo deijcies aduer
ſarios populi mei Iſrael. Exhortati itaque Iudæ ſermonibus 23
bonis valdè, de quibus extolli poſſet impetus, & animi iu-
uenum confortari, ſtatuerunt dimicare, & confligere forti- 24
ter, vt virtus de negotijs iudicaret, eò quôd ciuitas ſan- 25
cta, & templum periclitarentur. Erat enim pro vxoribus,
& filijs, itemque pro fratribus, & cognatis minor ſollici- 26

A a *Erat autem huiuſmodi viſus.* * Dionisius Areopagita. Quod autem & iuſtorum preces etiā in vita iſta, & nedū poſt mortem, ijs ſolis proſint, qui digni ſunt, ſcripturæ nos edocet ſacroſancta traditio &c.

Dionys. L. de eccl. hier. c. 7.

* Origenes Omnes ſancti, qui de hac vita deceſſerūt, habētes adhuc charitatem erga eos, qui in hoc mundo ſunt, ſi dicantur curam gerere ſalutis B eorum, & iuuare eos precibus ſuis, atque interuentu ſuo apud Deū, non erit inconueniens. Scriptum namque eſt in Machabæorum libris ita: Hic eſt Ieremias propheta Dei, qui ſemper orat pro populo, &c.

Homil. 3. in Cantic. cant.

* Euſebius Cæſarienſis. Certè, inquit, Plato, defunctorum animæ virtutem quādam habent; qua vel poſt mortem rebus humanis auxiliantur. Vera enim hęc opinio eſt, ſed niſi prolixis rationibus probari non poteſt.

Li. 12. præpar. euang. c. 1.

C Credere autem oportet huiuſmodi ſermonibus, quoniā a priſcis valdè viris tradita ſunt. Credendum ergo eſt etiā illis, qui ita hæc ſe D habere, legibus confirmāt. Sic certè de Ieremia traditum fuiſſe Iudæi contendunt, Machabæorū liber retulit viſum ipſum fuiſſe poſt mortem orare pro populo.

* Petrus Comeſtor. Hinc habes authoritatem, quòd animas ſanctorum efflagitare debem⁹, qđ pro nobis orēt, & intercedant. Per quod confutantur Iudæi, qui negāt alicuius ſanctorum auxilium depoſcendum.

* Cyprianus. Patriam noſtram paradiſum computamus. Magnus illic nos carorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos, & copioſa turba deſiderat, iam de ſua incolumitate ſecura, & adhuc de noſtra incolumitate ſollicita, &c. Si quis autē quæſierit vtrum hęc viſio ad myſteriū aliquod referri poſſit? Hoc (ni fallor) in ea ſētire poteſt, qđ Onias Sacerdos Sacerdotalem ſignificaret ordinem, & Ieremias propheta, qui interpretatur excelſus Domini, ipſum Dominum, & caput F expri-

Sermo. de mortalitate. E

Quæſtio.

## * NICOLAVS DE LYRA.

1 Tamen non obtinuit, vt conſilium perficeret. Et Nicanor quidem cum ſumma, &c. *ſ. de captione Iudæ, & ſociorum ſuorum diſperſione, ſecundum Regis mandatum cap. præcedente.*

2 Machabæus autem. *Hic conſequenter ponitur apparatus ex parte Iudę, & primo per bonam exhortationem, ſecundò per deuotā orationem, ibi:* Et cum iam omnes. *Prima in duas, ma primò ponitur exhortationis actus, ſecundò effectus, ibi:* Exhortati itaque. *Prima in duas: quia primo ponitur exhortatio generalis, cū dicitur.*

3 Cōfidebat ſemper cum omni ſpe auxiliū ſibi à Deo. *ſ. victoriæ affuturū, non virtute humana, ſed diuina: ideo ſubditur.*

4 Et hortabatur ſuos ne formidarent ad aduentū nationum. *Allegans, quod maius auxilium haberent, ſcilicet, diuinum.*

5 Sed in mēte haberēt adiutoria ſibi de cęlo facta, & nūc ſperarent, &c. *Et ſic ex beneficijs pręſtitis ſperarent de præſtandis.*

6 Et alloquutus eos de lege, & prophetis. *Admonentibus pugnare pro patria, & legibus diuinis.*

7 Admonens etiam certamina, quæ fecerant prius, &c. *Quorum perderent laudem, & meritum, ſi fugerent, vt eſſeminati.*

8 Simul oſtendebat Gentium fallaciam, & iuramentorum. *ſ. Nicanoris, & ſuorum, qui fœdus fregerūt iuramēto firmatū.*

9 Singulos autē eorū armauit non clypei, & haſtę, &c. *Hic conſequenter ponitur exhortatio ſpecialis per expoſitionem cuiuſdam viſionis factæ Iudę. Cuius ſeries ponitur, cum dicitur.*

10 Erat autem huiuſmodi viſus. *i. viſio in ſomnis Iudę oſtēſa.*

11 Oniam qui fuerat ſummus Sacerdos. *vt habetur ſup. 3. c.*

12 Virum bonum. *quantum ad mentis virtutem.*

13 Et benignum. *Erga pauperes.*

14 Verecundum viſu. *i. horrentem omnem turpitudinem.*

15 Modeſtum moribus & eloquio. *i. in omni actu, & geſtu.*

16 Manus protendentem, orare pro omni populo Iudæorum. *Supplendum eſt hoc, videbat Iudas in viſione.*

17 Poſt hoc apparuiſſe. *Ipſi Iudę.*

18 Et alium virum ætate, & gloria mirabilem, &c. *Ipſi Iudę. Et propter hanc admirationem ſubditur.*

19 Reſpondentem verò Oniam dixiſſe. *Ipſi Iudæ.*

20 Hic eſt fratrum amator, &c. *i. Iudęorum: & ſubditur nomen ſuum, cum dicitur.*

21 Ieremias propheta Dei. *Fuit enim vnus de magnis pphetis.*

22 Extendiſſe autem Ieremiam dexteram, &c. *Videbatur enim Iudę, quod Ieremias traderet ſibi gladium, promittens quod aduerſarios deuinceret per ipſum: & per iſtam viſionem intellexit Iudas affuturam ſibi victoriam, & ſic expoſuit bellatoribus ſuis, vt premittitur. Expoſito digna fide ſomnio, i. reuelatione diuina in ſomnis facta: ideo iſtud tacetur primo lib. 7. c. vbi deſcribitur iſtud bellū.*

23 Exhortati itaque Iudæ ſermonibus bonis valde, &c. *Hic conſequenter ponitur exhortationis effectus, cum dicitur:* Exhortati itaque Iudæ ſermonibus bonis, &c. *Sequitur.*

24 Statuerunt dimicare. *conſtanter, & ſtrenuè.*

25 Vt virtus de negotijs iudicaret, &c. *i. vt fortitudo bellantium inter eos, & aduerſarios dirimeret.*

26 Erat enim pro vxoribus, & filijs, itemque pro fratribus, &c. *Minus enim timebant de morte propria, & ſuorum, quam de violatione templi in contemptum Dei.*

13 Et — * 1 Et

## *MORALITER.*

† 10 *Erat autem huiuſmodi viſus.* per hoc quod Onias pontifex apparuit protendens manum in cęlum orando pro populo Iudæorum, ſignificatur quod quilibet bonus pontifex, & curatus in oratione debet eſſe aſſiduus orando deuotè pro Chriſtiano populo. Per Ieremiam prophetam ſignificatur dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui Luc. 8. c. dicitur prophæta magnus: & ipſe dat Iudæ gladium aureum i. prælato, vel doctori ſacram ſcripturam, quę ſecundū Apoſtolum Ephe. 6. dicitur gladius: *Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.* Dicitur autem aureus charitate, quæ finis eſt totius ſacræ ſcripturæ. 1. Tim. 1. a. *Finis præcepti eſt charitas.* Et Matt. 22. d. dicitur, quod *in duob. preceptis charitatis tota lex*

† pendet,

exprimat propheta
A rum. De quo Moy
Deut.18 c. ſes dicit. *Prophetum ſuſcitabit vobis Dominus de fratrib. veſtris, ipſum tanquam me audietis.*
Iſa.2.d. Et Iſai. *Quieſcite*, inquit, *ab homine cuius ſpiritus in naribus eius, quia excelſus reputatus eſt ipſe.* Sacerdotalis ergo ordo per homines, q in templo Dei ſub veteri teſtamento diuino officio ritè fungebantur, non ſolum pro populi delictis exorabat,
B ſed etiam incarnationem mediatoris noſtri futuram demonſtrabat: cuius ope mundus ſaluādus erat. De quo
1. Ioan.2.a. Ioannes Apoſtolus in epiſtola ſua ait: *Aduocatum habemus apud patrē Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non tantum pro peccatis noſtris, ſed etiam pro totius mundi.*
† ſupra 8 d. 4.Reg 19 Eccl.48 d. Gladius aureus Iudæ traditur. Hic ergo dedit gladium aureum Iudæ cum diuinam ſcripturam ſenſu ſpiritali fulgētem ad munimēto tius Eccleſię, defenſionēq; populi ſui ſanctis cōceſſit doctoribus, quatenus cōtra hoſtes vniuerſos armatura vterētur cœleſti, & hoſtium proſternerēt multitudinem. D
a *Itaque*

tudo: maximus verò, & pri-
mus pro ſanctitate timor
erat templi, ſed et eos, qui in †
ciuitate erant non minima
ſollicitudo habebat pro his,
qui congreſſuri erant. Et cū 1
iam omnes ſperarēt iudiciū
futurum, hoſteſq; adeſſent, 2
atq; exercitus eſſet ordina- 3
tus, beſtiæ, equiteſq; oppor- 4
tuno in loco compoſiti: cōſi 5
derans Machabęus aduen-
tū multitudinis, & appara-
tum varium armorum, ac fe
rocitatem beſtiarum, exten 6
dens manus in cœlum, pro-
digia faciētem Dominum
inuocauit, qui non ſecundū
armorum potentiam, ſed
prout ipſi placet, dat dignis
victoriam.* Dixit autem in-
uocans hoc modo: † Tu do 7
mine, qui miſiſti Angelum
tuum ſub Ezechia Rege Iu-
da, & interfeciſti de caſtris
Sennacherib centum octo-
gintaquinque millia, & nūc
dominator cœlorum mitte
Angelum tuum bonum an-
te nos in timore, & tremore
magnitudinis brachij tui,
vt metuant, qui cum bla-
ſphemia veniunt aduerſus
populum ſanctū tuum. Et
8 hic quidē ita perorauit. Ni-
canor autem, & qui cū eo
9 erant, & cum tubis, & canticis admouebant.
Iudas verò, & qui cum eo erant, inuocato Deo
10 per orationes congreſſi ſunt, manu quidem
pugnantes, ſed & Dominum cordibus oran-
tes, proſtrauerunt non minus trigintaquin-
11 que millia, præſentia Dei magnificè delecta-
ti. Cumque ceſſaſſent, & cum gaudio redi-
rent, cognouerunt Nicanorem ruiſſe cum ar-
mis ſuis. Facto itaque clamore, & perturbatio
ne excitata, patria voce omnipotentem Do-
12 minum benedicebant. Præcepit autem Iu- E
das, qui per omnia corpore, & animo mori
13 pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, &
manum cum humero abſciſam Ieroſolymā
perferri. Quò cum perueniſſet, conuocatis
14 contribulibus, & Sacerdotibus ad altare, ac-
15 cerſijt & eos, qui in arce erant. Et oſtenſo
capite Nicanoris, & manu nefaria, quam
extenderat contra domum ſanctam omni-
16 potentis Dei, magnificè gloriatus eſt. Lin-
guam etiam impij Nicanoris pręciſam iuſ-
ſit particulatim auibus dari, manum au-
tem dementis contra templum ſuſpendi.
Omnes igitur cœli benedixerunt Domi-
num dicentes: Benedictus, qui locum
ſuum incontaminatum conſeruauit. Su-
ſpendit autem Nicanoris caput in ſum-
ma arce, vt euidens eſſet, & manife-

C F

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et cum iam omnes ſperarent iudicium futurum, &c. *Hic conſequenter ponitur apparatus per orationem deuotam, & primo ponitur orandi neceſſitas, cum dicitur:* Et cum iam omnes ſperarent iudicium futurum, *i. pręlium, contentionem determinans Iudę, & aduerſariorum.*

2 Hoſteſque adeſſent. *de propinquo.*

3 Atque exercitus. *Nicanoris.*

4 Eſſet ordinatus. *ſecundum militarem diſciplinam.*

5 Conſiderans Machabæus aduentū multitudinis, &c. *videns ſe non poſſe reſiſtere virtute humana.*

6 Extendens manus in cęlum. *inuocans diuinum auxilium.*

7 Tu domine qui miſiſti Angelum tuum ſub Ezechia rege Iuda, &c. *Hæc hiſtoria habetur 4. Reg. 19.*

8 Nicanor autem. *Præmiſſo apparatu, hic conſequenter ponitur conflictus, qui erat ex parte Nicanoris proteruus, & ſuperbus, & pompoſus. ideo ſubditur.*

9 Cum tubis, & can. admouebant. *i. applicabant ad congreſſum ita lętanter, ac ſi Iudam, & ſocios ſuos iam tenerent comprehenſos, ex parte verò Iudæ humilis, & deuotus, ideo ſubditur.*

10 Manu, &c. *pugnante in eis dextera, ideo ſubditur:* Præſentia Dei, &c.

11 Cumque ceſſaſſent. *Hic conſequenter ponitur laudabilis terminus, primo in gratiarum actione: ſecundò, in celebritatis inſtitutione, ibi,* Itaque omnes. *Circa primum primò ponitur laus diuina verbo, & patet. Secundò, facto, cum dicitur.*

12 Præcepit autem Iudas, &c. *Motus enim animi fortis redundat ad membra corporis.*

13 Caput Nicanoris, & manum cum humero abſciſam Ieroſolymam perferri. *ſicut Dauid ad Dei laudem ibi portauit caput Goliath Philiſthæi, vt habetur 1. Regum 18.*

14 Ad altare. *ad offerendum Deo ſacrificium.*

15 Accerſiit & eos, qui in arce erant. Et oſtenſo capite Nicanoris, *ad eos deterrendum.*

16 Linguam etiam impij Nicanoris, &c. iuſſit particulatim auibus dari. *propter blaſphemiam ab eo prolatam. Cætera patent.*

* 1 Itaque

## *MORALITER.*

† *pendet, & propheta.* Charitas autē quæ maior eſt cæteris virtutibus, per aurum ſignificatur, quod precioſius eſt alijs metallis. Hoc autem gladio per pręlatos, & doctores cum auxilio diuinæ gratiæ deijciuntur aduerſarij tam viſibiles, quam inuiſibiles fidei Chriſtianæ.

† *Sed & eos, qui in ciuitate erant non minima, &c.* Per hoc oſtenditur, quod inferiores populi debent ſollicitè pro prælatis, & doctoribus Dominum exorare, qui pugnant fideliter pro ſua, & populi ſalute.

12 *Pręcepit autem Iudas, qui per omnia corpore, & animo mori pro ciuib. paratus erat, caput Nicanoris, &c.* Per hoc autē, quòd lingua Nicanoris fuit præciſa, & particulatim auibus data, ſignificatur, quòd anima blaſphęmi ſit a dęmonib. grauiter punienda, qui nominantur aues Matth. 13. a. in parabola ſeminantis. Per hoc autem, quòd manus Nicanoris cum humero fuit præciſa, & contra templum ſuſpenſa: ſignificatur, quòd poteſtas ſuperbi, qua impiè vtitur, ſaltem in morte, ſi non ante, deficit, & eius anima inferni patibulo condemnatur. Per hoc autem, quòd hæc victoria inſtituta fuit ſolemniter celebrari, oſtenditur, quòd pro victoria contra diabolum habita debent a populo Chriſtiano laudes, & gratiæ Chriſto perſolui: Cui eſt honor, & gloria in ſęcula ſęculorum. Amen.

a ſtū ſignū auxilij Dei. Itaque omnes communi cōſilio de- 1
creuerūt nullo modo diem iſtū abſque celebritate præte-
rire: habere aūt celebritatē tertia decima die menſis Adar,
quæ dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi die. Igitur his 2
erga Nicanorē geſtis, & ex illis temporibus ab Hebræis ci
uitate poſſeſſa, ego quoque in his faciā finem ſermonis. Et
ſiquidē benè, & vt hiſtoriæ competit, & hoc ipſe velim: ſi
aūt minus dignè, concedendum eſt mihi. Sicut enim vi-
num ſemper bibere, aut ſemper aquam cōtrariū eſt, alter
nis autem vti delectabile: ita legentibus ſi ſemper exactus 3
ſit ſermo, non erit gratus: hic ergo erit conſummatus. 4 5

a *Itaque omnes communi, &c.* Narrat liber Eſther, quòd A Aman Agagite ſuadente Rex Aſſuerus iuſſit omnes Iudæos in regno ſuo interfici, & ad hanc necē cōficiendam decreta fuit dies 13. menſis 12. qui vocatur Adar: bona que eorum diriperent, ſed Domini nutu eadem ſententia conuerſa eſt in percuſſores eorum, ita vt memoratus Rex mediante Mardochæo Iudæo pòſt veteres conſcriptiones nouis epiſtolis miſſis mandaret, vt Iudæi ipſo die, quo B ſibi ab hoſtibus ſuis occiſio parabatur illi hoſtes, ac perſecutores ſuos interficerent. Quod & fecerunt in xiij. & xiiij. eiuſdem menſis die, de quo in eadem hiſtoria ſcriptum eſt ita: *Dies tertiuſdecimus menſis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & 14. die cedere deſierunt, quem conſtituerunt eſſe ſolennem, vt in eo deinceps omni tempore vacarent epulis, gaudiis, atque conuiuijs.* D Vnde modo ſcriptum eſt, quòd interfecto Nicanore, & manifeſtè auxilio Dei oſtenſo omnes Iudæi communi conſilio decreuerūt tertiamdecimā diē menſis Adar, qui voce Syriaca pridie Mardochæi dies dicitur, omni tempore ſolēnem habere, & ita hæ duæ ſolennitates inuicem ſibi conueniebant. Hæc eſt illa, E quæ in Machabæorum, & illa, quæ in Eſther legitur, vt in tertiadecima die, & in quartadecima menſis Adar habitæ pariter iungerentur.

[margin: ...banus. ...er. 3. b. — Eſter. 9. d.]

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Itaque omnes communi conſilio decreuerunt nullo modo diem iſtum abſque celebritate præterire, &c. *Hic conſequenter ponitur celebritatis inſtitutio pro victa victoria: Et patet litera. Notandū tamen, quod hic non fit aliqua mentio de inuitatione Iudæorū in Aegypto habitantiū ad huius ſolemnitatis obſeruātiā,* C *ſimiliter nec primo lib. c. 7. vbi de hac ſolemnitate fit mentio. Propter quod non videntur benè dicere illi, qui dicunt, quod poſitum eſt a principio tertij cap. huius ſecundi libri vſq; huc, poſitū eſt principaliter ad incitandum Iudæos in Aegypto habitantes ad obſeruationem huius ſolemnitatis, propter quod proceſſus, quem tenui videtur mihi conſonus literæ huius libri.*

2 Igitur his erga Nicanorem. *Hic in fine ponitur breuis epilogatio circa prædicta. Et patet litera vſque ibi.*

3 Ita legentibus ſi ſemper exactus. *ideſt, diſquiſitus vſque ad partes ſingulas, qualis eſt ſermo hiſtoricus cui competit partes ſingulas diligenter inquirere, vt dictum eſt ſuprà cap. 2.*

4 Non erit gratus. *propter prolixitatem ſcripturæ, & vnitatem materiæ, quæ ſolent faſtidium generare, ſed ſermo abbreuiatus (qualis eſt in hoc ſecundo libro, qui eſt quadam hiſtoriarum abbreuiatio, vt ibidem dictum fuit) eſt magis delectabilis: propter quod* F *ibidem dicitur, vt legentibus ſit animi oblectatio, &c.*

5 Hic ergo erit cōſummatus. *ſecundum illud Iſa. 10. f. Conſummationem, & abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ: quod fecit per impletionem myſterij verbi incarnati, cui cum Patre, & Spirituſancto ſit honor, & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.*

FINIS LIBRI SECVNDI MACHABÆORVM.

BIBL. THEOL.